D. D. ANTONII

GRANA-NIETO

IN LIBROS

DECRETALIUM

COMMENTARII.

Ypt

D. D. ANTONII

GRANA-NIETO

IN SALMANTICENSI ACADEMIA

olim Primariæ utriusque Juris

CATHEDRÆ ANTECESSORIS DECANI,

postmodum in Regno Gallæciæ Senatoris;

CATENA JURIUM

UTRIUSQUE JURISPRUDENTIÆ,

SIVE

IN DECRETALIUM GREGORII IX.

LIBRUM SECUNDUM ET TERTIUM.

COMMENTARII

PER SINGULA CAPITA DIGESTI, IN QUIBUS

non solùm vera cujusque Textus sententia aperitur, sed & plurimis adductis & expositis juribus, difficilia quæque reserantur, & potioribus Doctorum sententiis resolvuntur.

NOVA EDITIO, INFINITIS PROPE MENDIS, QUIBUS SCATEBANT priores, singulari studio expurgata.

COLONIÆ ALLOBROGUM.

Sumpt. FRATRUM DE TOURNES.

M. DCC. XXXIV.


COMPOS · ACAD · REG · LOND

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI,

PRÆCLARISSIMO HEROI,

INTER PRIMATES OPTIMO,

INTER HESPERIÆ PROCERES MAGNO

D. D. EMMANUELI

DE FONSECA, ET ZUÑICA,

COMITI DE MONTEREY, ET DE FUENTES,

DOMINO DOMUUM GENTILITII DE VIEDZMA, & Ulloa, de Rivera, & Araujo, Jacobeæ militiæ Equiti tredecimviro, Caſtellæ munitionum Commendatarium Univerſitatis Compoſtellanæ, & ibi Collegii poſiti Patrono unum, olim in Regno Neapolitano Proregi rectiſſimo, & apud Urbanum VIII. pro Pontentiſſimo Rege Noſtro Philippo IV. diligentiſſimo Legato, adverſus Luſitanum Capitaneo Generali, nunc à Conſiliis ſtatus & belli, Philippi IV. Cubiculario, ac Italiæ Senatus Præſidi integerrimo perpetuam fœlicitatem exoptans.

S. P. D.

PRODEUNT ad gloriam (Excellentiſſime Princeps) lucubrationes meæ; excelſo patrocinio modeſtè tumidæ, officiosè ſuperbæ, & quaſi de tua benevolentia, dum licet, ambitioſæ; tuo ſcribuntur clariſſimo Nomini, imò inſcribuntur Numini, ut ex tanto Nomine ſplendeant, & ex tanto Numine grandeſcant, obſcurentur, ſi qui ſunt Patroni, quos mentita eſt adulatio, habeo enim Mæcenatem, in quo magnitudinis veritas omnium cultu excepta radiat, deſpectis aliorum aſſentatoriæ adulationis umbris. Advocarem teſtes, ni res ipſa pateret. Nobilitas tua illuſtris deducta à luſtris ſine memoria numeroſis, etſi ortum ſciat à Regibus Luſitaniæ, & Navarræ, neſcit Occaſum, nec ſine providentia (reor) Comitatus tui antiquior inſtitutio Mon-Regii fuit appellata, ut omnia tua, & re, & nomine, Regia forent; ſed in quæ prolabitur oratio mea materiæ fiducia, contineo jam calamum, multum namque reſtat operis, præcipuè cum Atavorum tuorum geſta (Excellentiſſime Princeps) licet ante Agamemnona occepiſſent, non tamen caruerunt Vate ſacro. Tuorum gloriæ, (ſi Infinitum creſceret additione) maximum accumulares ornamentum prudentia ſolerti, indefeſſo ſtudio, vigilantiſſima cura, immenſis denique laboribus, quibus Regnum Neapolitanum gubernaſti, eximiam in bello pariter, & in pace politiam haud ſatis commemorare juvat; quam immortalis rerum geſtarum teſtis hiſtoria omni poſteritati recolendam tradidit. Audi de te Senecam *in Octavia.*

Pulchrum eminere eſt inter illuſtres Viros;
Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cade abſtinere, tempus atque ita dare

EPISTOLA DEDICATORIA.

Orbi quietem, ſæculo pacem ſuo:
Hæc ſumma virtus, petitur hac cœlum via.
Sic ille patriæ primus Auguſtus parens
Complexus aſtra eſt, colitur & templis Deus.

Omnia hæc expleviſti, ad promptius ſubveniendum, neſcius decipi, virtute tua heroïca, & clariſſima Nominis tui fama; quæ mortalium aures penetrans, utrumque jam polum vibrat. Ut non immediati, præferam Excellentiæ tuæ potentias, Herculi illi Gallico, qui verè Alcides, ſolis catenis propriæ linguæ infixis aures populi ſui attingentibus, ſine omni vi externa, quoquò verſus ſua impuliſſe traditur, læva modò arcum, dextra clavum minitando. Adſcribam tibi illud Ennodii Felicis in panegyrico ad Theodoricum, cum ſatius mihi ſit tantis obruto, cedere tuæ dignitatis ſplendoribus ſilendo, quam excidere panegyri inglorium ſcribendo, excellentis & tui prærogativa meriti ſilentiæ linguæ præconiis effertur.

Nulla te terris rapiet vetuſtas,
Tu COMES Phœbo, comes ibis aſtris.

Revocavi hæc in memoriam fortaſſis cum otio, nam tua nec tempus edax nec ulla poteſt abolere vetuſtas. Ut nulli non innoteſceret tot titulis ſuffulta, cauſa conſecrandi Excellentiæ Tuæ hoc literarium, qualequale manuſculum; nec dedigneris, id quia exiguum, cùm facile ſit à te habere momentum, Principibus inſcribi elucubrationes, antiquum eſt, nec intererat quas, dummodo ex honeſtate commendaretur materia, quando ea literarum dignitas ſemper fuit, ut ſibi eas Principes dicari glorioſum putarent, adeóque nullum genus faſtiditum eſt, ut Julius Pollux ad Commodum Cæſarem de Grammatica, Vitruvius ad Auguſtum de Architectura, Oppianus ad Antonium de Piſcibus, Diophanes ad Deiotarum Regem de Agricultura ſcripſerint. Meas igitur ſolemnes recitationes ad ſecundum & tertium Decretalium Gregorii libros Majeſtati Tuæ conſecro, avidúſque feror in Tui almi tutaminis participium, quo ſi potiri non acciderit, papilionis inſtar amatis ignibus, amantis immolari, honorificâ pyra ſolabitur, ſed quis neſciret, quantum Muſis faviſſes, & quantum ego Tibi ab origine prima deberem; utrumque profecto ſcio: nam quis Salmanticæ tam peregrinus ut ignoret illos Juriſprudentiæ Proceres. D. D. Idelphonſum de la Carrera, D. Martinum Lopez de Hontiveros, D. D. Franſciſcum Ramos del Manzano, D. D. Ferdinandum Arias de Meſſa, & Ouetenſis Collegii ingenioſam eruditamque prolem, D. Benedictum de Trelles, & Auguſtinianæ familiæ doctiſſimum germen R. P. M. F. Bernardinum Rodriguez, quos vel Senatus Italiæ cui præes, vel ipſe Tu bono publico conſulentes, præmiorum dulcedine pellicientes ad Archiepiſcopatus honores & Magiſtratus majores evexiſtis; aut quis tam patriæ ſuæ deſpicator iniquus, ut glebam illam, in qua natus, aut ex qua oriundus eſt, magni non faciat? Facio me hercle ego, & nihil antiquius, aut fortunatius duco, quam habuiſſe Parentes ex illa Galleciæ parte, quæ Comitatus tui imperio meritò ſuperbit. Igitur non me latet in omnes litterarum cultores benevolentia, nec quantum tibi debeam, quantum verò præſtare conatus ſim, tuum erit expendere: ergo *Mecænas* Luſitanis, Navarris *atavis edite Regibus*, accipe hunc obſervantiæ meæ arrhabonem, hoc meæ reverentiæ obſequium, æquo animo ſuſcipe, quod ſpero fidenter. Vale Excellentiſſime Domine, & quod facis, perge favere doctis, vigilantibus, merentibus.

EXCELLENTIÆ TUÆ,

OBSEQUENTISSIMUS

Doctor DON ANTONIUS GRAÑA-NIETO.

CANDIDO

CANDIDO LECTORI.

INTER multos, diverſóſque literarum actus (chariſſime, & humaniſſime Lector) quos (citra animi laxamentum) à quo tempore juris utriuſque ſtudio operam dare cœpi, indefeſsè, in hac omnium Matre & Magiſtra Salmanticenſi Academia, per vitæ curriculum peregi, hæc noſtra *Catena* principem tenet locum: In qua, veluti in prototypo continentur, quæ palam pro ſuggeſto auditoribus meis tàm in privatis, quàm in publicis prælectionibus enucleavi, & expoſui, poſtquam jus Pontificii candidatus, & ordinarius, publicuſque profeſſor communi plauſu renunciatus, & comprobatus extiteram, ſerena fronte opus, cujus utilitatem præſenſerat, ſuſcepit Juventus, poſito ſupercilio lætabunda plauſit, & triplicatis, infatigatiſque vocibus, quaſi continua exactione interpellans ſibi reddi poſtulavit. Studioſorum itaque votis potius obſequens, quam meis morigerans, ipſam typis mandare decrevi.

Nunquam medius fidius in primordiis ad id me voluntate trahente. Quis poſſet, ô Lector te huic operi creare parentem? Ut vel ſic nubecula, quam ei effundo (quod meum eſt) evaneſceret. Non me movit mei nominis propagandi ambitio, quum ingenii mihi à natura inditi exilitatem agnoſcam. Atlante indigebat opus, qui ſuis ipſum humeris ſuſtentaret. Nec ulla lucri ſpe adductus; ſed in Deum Optimum Max. religione, in Remp. ſtudio, atque affectu, in proximos commodo tantæ provinciæ munus ſubeundum ſuſcepi. Rectè Seneca l.2. de beneficiis, cap.17. *Omne honeſtum in arduo eſt, & quod honeſto vicinum.* Quanto labore, quotque vigiliis mihi ſteterit, prætereo ſilentio: antiquorum innumeris, & inveteratis voluminibus evolvendis non ſatis forent Neſtorei anni, nedum mei. Ne igitur Juris ſtudioſè, eundem ſubires laborem, & immenſorum voluminum extenſione, eorumque labyrinto, libris valere juſſis, ipſis penitus ſuperſederes, cum id perſæpe contingat; expediens judicavi, has omnes doctrinas, difficultateſque ſub hac comprehendere anacephalæoſi, claritate, & methodi facilitate, qua potui.

Nulla ei nomenclatura aptior, quàm *Catena jurium:* quod in unoquoque textu quaſi concatenentur argumenta, & ita ſibi mutuo conjuncta reſpondeant, ut unus ab altero vix divelli, aut ſeparari queat, ea ſcribendi arte, & ratione compacta, ut quilibet, vel mediocri Minerva præditus, qui in hoc compendio evolvendo attentè fuerit verſatus, in Sophorum numerum, & eorum, qui utriuſque juris potiora, & ſolidiora principia ſe tenere profitentur, non indifficulter referendus veniat, ut ipſa rerum experientia, & operis inſtituti aſſidua lectio monſtrabunt, utique ſic eventurum certè confido.

Nec me præterit fore, qui carpat, non appoſuiſſe hic textuum, quæſtionumque originem: hujus rei accipe Lector rationem duplicem: Tum, quia id ſatis liquet ex actibus præmiſſis: Tum etiam (vel maximè) quia quum vellem volumine brevi optima cujuſque textus complecti, ab inſtituto eſſet alienum, & à voto petentium, tot congerere, ut brevitati conſulere non valerem.

Supervacaneum autem duxi hujus operis utilitatem exponere: nam ſive ad extemporales prælectiones pro comparandis Cathedris, ſive theorematum literariis certaminibus præeſſe velis, aut contrariorum argumentis reſpondere, aut pro beneficiis Eccleſiaſticis petendis examinari, aut denique jus Canonicum in promptu habere deſideres: exitus acta probabunt.

Non eo inficias, me in deliquia plura, cáque magna in tantæ molis vaſtitate fuiſſe prolapſum, errata complura commiſiſſe: ſiquidem Aurum, ex quo conflata eſt Catena iſta, non ab alia, quàm à mea penu extractum eſt. Decies oblimari deberet, toties Doctorum lance librari. Cæterum ſi purgari licet, animadvertito, humaniſſime Lector, defectus obrepere potuiſſe, vel ob Typographorum incuriam: vel quod cenſor adeſſe non potui, & licèt adeſſem, non deeſſent. Nihil eſt ab omni parte beatum. Sum venia dignus, cum primus Doctorum hujus, & nuperæ ætatis, in arenam deſcenderim, ſecundum Decretalium librum hac methodo expoſiturus. Parum eſt, quod offero, ſed muneris parvitatem ſuppleat æquus indulgentiæ affectus. Si quid boni, Deo, quod verò mali (erit multum) mihi tribuas velim. Si iſte liber placuerit, ad altiora, & ſingularia commentaria in Tertium Decretalium librum propediem edenda, expertæ ſecuritatis fiducia fretus animus indubiè convolabit, majora in dies præſtaturus. Vale, boni, & æqui conſule.

DE MANDATO LICENTIATI D. GABRIELIS DE ALDAMA officii ſupremæ Inquiſitionis Conſultoris & Vicarii generalis Madritenſis vices gerentis, vidi qua potui diligentia Catenam utriuſque Juriſprudentiæ ſuper aliquos Titulos libri Tertii Decretalium, *Auctore* D. D. ANTONIO GRAÑA-NIETO *in Salmanticenſi Academia Decretorum Doctore Proprimario juris Pontificii*, fidei Catholicæ ac bonis moribus & nihil in illis titulis inveni fidei Catholicæ ac bonis moribus contrarium, imo uti opus in ſcholis verſantibus perneceſſarium typis mandari poſſe cenſeo; Madriti hac die 2. Septembris 1644.

D. AUGUSTINUS BARBOSA.

NOs el Licenciado DON GABRIEL DE ALDAMA Conſultor del ſancto Officio de la Inquiſicion y lugar de Vicario general deſta Villa de Madrid por los Señores Dean y Cavildo de la ſanta Igleſia de Toledo, Primada de las Eſpañas, *Sede vacante*: Por la preſente, y por lo que nos toca, damos licencia y facultad para que ſe pueda imprimir e imprima el Libro intitulado, *Catena Jurium* ſobre algunos Titulos del Libro tercero de las Decretales, compueſto por el Doctor D. ANTONIO GRAÑA-NIETO Cathedratico de ſubſtitucion de Prima de Canones de la Univerſidad de Salamanca, atento ſomos informados que en el no ai coſa contra N. S. Fè, y buenas coſtumbres. Dada en Madrid à dos dias del mes de Setiembre de mil y ſeiſcientos y quarenta y quatro años.

Licenciado D. GABRIEL DE ALDAMA.

Por ſu mandado

JVAN MARTINEZ AVILA.

CATENAM auream auctore D. D. ANTONIO GRAÑA ET NIETO Decretorum Doctore & in Salmanticenſi Academia Cathedram Proprimariam juris Pontificii Regente recolui, & in illa Auctoris lucubrationes ad aliquos Titulos tertii libri Decretalium perlegi, quæ ſatis demonſtrant Auctoris facundiam & magiſterium utiliter in diſcipulorum gratiam profecutum ab opere illo, quod in prædicti Doctoris primo tomo in lucem edito continetur: quapropter & quia nihil à fide Catholica ac bonis moribus adverſatur, prælo mandari poſſe cenſeo: datum Mantuæ Carpentanorum poſtridie idus Septembris anno ſalutis M. DC. XLIV.

Licenciado D. GABRIEL DE PAREJA ET QUESADA.

DON FRANCISCUS DE PUGA, ET FEIJOO ARGENTATA Divæ Mariæ Angelorum chlamyde inſignitus Cæſarei juris publicus Profeſſor; Cathedrarumque Petitor, in laudem colendiſſimi ſui Magiſtri D. D. D. Antonii Graña & Nieto Veſperorum Pontificii juris Cathedræ digniſſimi Moderatoris, in principe Salmantina Academia, ſic monebat juris Studioſos.

ASTREÆ Fidiſſimi cultores, quibus in literarum floridiſſimo Areopago ſunt præcordia è meliori luto, vota è meliori luce; vos etiam illi, quibus cenſoria nota eſt literaria ſupellex, quorúmque criticum ſalit ſupercilium, dum ſpes eſt aliquid addendi, ſive audiendi. Mercurius Eubodius (meus Doctor) adeſt, qui quaſi in quadrivio peritiæ Civilis, & Canonicæ poſitus, viam rectam hoc libro demonſtrat utriuſque Sophiæ amatoribus, & velut altera Hegemona Dea eos manu ducit; Aſtreæ, inquam, cultores, ſive vos maturum ornet judicium, ſive vana oneret criſis, plaudite Minervæ ditius peculium ſubtili ingenio, & induſtria adiuctum pervigili, librum Doctoris mei plaudite: non eblandita prece, ſed è cauſæ merito veſtra effligito ſuffragia; obtrectatorum, ſi qui ſunt, non ſtrideant dentes lividi; nec jaceatis benevolentes odioſi, ut mordeatis humum, & reptetis caput, à quorum linguis (ut à fritillis ſolet) citius *canis quam venus excidit*, in quos amarulenter ſtomacharer, niſi ipſi ſibi acriora flagella. Sapientium pro altero jam tomo in ſecundum Librum Decret. Gregorii tulit Auctor puncta, & pro hoc latum fortaſſis potiori jure (in dies namque ſe ipſum excidit) confido. In aliis ſolent ex animo pœnæ temperari, *in libro non tam intereſt, quo animo ſcribatur, quam quo accipiatur*, legitur epiſt. fam. Cicer. lib. 6. epiſt. 82. omnes bono publico conſolentes (ita credo) ſcribunt, ſed non omnibus contingit ſcribere bono publico; hauriam Doctoris mei laudes è fonte illo, è quo non ſit leviter aſperſus. Scripſit, & ſcribit denuò (utinam non ceſſet calamus) omnium juris, & raucæ, & cygnea canentium voce profeſſorum bono (hic ejus animus) avetis ſcire, quo fato? voto reſpondit exitus, ab omnibus fuit debita ſuſceptus reverentia, nulla Cathedræ, Collegii, Præbendæve petitio, nullum denique hucuſque fuit literarium certamen, in quo palaſtrita non ſubjerit agonem meo Doctore duce; & ſi quando brachium delatum non fuerit, uſura tamen plauſus deſtituta non evaſit oratio, *Benedixit*. Deſiderabat jus Pontificium interpretem claſſicum non ænigmatiſtam, ſed terſum, elegantem, habebat Abbates, Geminianos, Hoſtienſes, & id genus alios, ſed vereor ne ſtylus minus gypſatus, ſcholaſticuſque eſſet, Sanctorum Patrum, hiſtoriæque Eccleſiaſticæ lectio minus aſſidua & familiaris, habet nunc claſſicum Interpretem accenſendum ordini, & nominibus primis exquiſitiſſima harum rerum cognitione, & indagatione pollentem; cedant, cedant juris Canonici tum proletarii, tum claſſici Commentatores; triumphus enim omnis ſuus eſt: illis abundè ſatis, ſi armillis, aut haſta donati ſequantur candidæ Famæ ſuæ currum, ita ut non ſolum Hiſpanorum primus, ſed etiam exterorum merito gloriam interpretandi Pontificum decreta acutè, validè, claſſicè nactus ſit, Lucanus 9. Phaſaliæ.

Primus arenas
Ingrediar, primæſque gradus in pulvere ponam.

Non inſervit aliorum placitis illiberaliter, ingenuè, & comiter conſentit, & ſi aliquando ultra Scholiaſtarum politiorum ſententiam (via enim dicendi publica eſt, ideóque à nemine uſucapitur, ex Seneca:) aliquam juris partem exponit, ut eſt cæleſti ſcintillatus genio, acutiſſimam vibrat mentis aciem, quaſſato

omnium

omnium impugnationum ariete, & quod difficillimum eſt, *contra Artifices loqui, & apud illos aliquid agere qui ſe putant omnia prævidere*, ut eſt apud Caſſiodorum, fœliciter exequitur, non ex alitis volatu, è cantu ſiniſtro oſcinis (ut mos fert Novatorum, imò Augarum noſtri ſæculi) nec è tripudiis ſolidimis, aut ſomniis auguratur, certiora habet meus Doctor ſigna, principia Juris ſcilicet inconcuſſa, Eccleſiaſticorum rituum obſervantiam, quæ minus habent & obſcuritatis, & erroris. Plautus ſic de tanti Interpretis ſententiis, & delectu circa aliorum placita, in Mercat. actu 4.

Quod illi diſplicet, facilè excludunt cæteri,
Quidquid placitum, id ſequuntur, qui vivunt omnia, atque ſentiunt
Alios enecat, extinguit, alios ſolo lacte fovet, atque erigit.

Huc uſque Comicus. O novandi cacoëthes, quot præcipites egiſti alias benè de juris ſcientia meritos! Ridendi ſunt prorſus illius farinæ homines, quorum auſus omnia ſibi viſus eſt callere, plerumque diſcere neſciunt, & docere ſatagunt, frigeſcit calamus, aiunt, & torpeſcit lingua, ſi ex aliorum commentariis ſapiat, novas extollit audacia machinas, quas levis aura haud difficulter diruit, omnes artes ignorant præter ſomniſpiciam, quos deportarent proculdubio Epicurus, Xenophanes, Colophonius, Metrodorus Chius, & ex Romanis Tullius; dormiunt ultra Epimenidis ſomnium, *ut eſt apud Lucianum*, & in ſomnia vertunt, dum ſcribunt, aut loquuntur; hæc peſtis ſcholas invaſit, ſed in amæniori viridario dolosè ſupponuntur floribus ſpinæ, Doctori meo, non omnibus, data eſt copiæ fandi juridicè juxtà, ac novè, ſemitam hanc ipſe adinvenit, ſine ipſo viator cæſpitabit frequenter, & cæcutiet ſæpè: quod profectò erit;

Quale per incertam lunam ſub luce maligna
Eſt iter in ſylvis, ubi cælum condidit umbra
Jupiter, & rebus nox abſtulit atra colores.

Arcaniora juris pandit, & expendit myſteria, facem Lychnuchus præfert in illis quæſtionibus ubi

Nebulæ caligine mixtæ
Exhalantur humo dubiæque crepuſcula noctis:

Canente ſic Poëtarum Principe. Palpitabit nullus, ſecurus quiſque jam figet pedem. Commendatiſſimus eſt etiam liber hic, quod Auctor in unoquoque textu, & ſumma tangit faſtigia rerum, obſcuriora nempè juris loca, & tractationum ima, rationem decidendi firmat, textus glomerat, Auctorum loca ſignat, eruditi habent, quod excipiant; pedarii, quod diſcant: tandem eſt Magiſtris, & tyronibus ſcriptus. Solent, qui ingenio parum fidunt, ſatietatis periculum effugere, ſic conſulente *Plinio lib. 8. epiſt. ad Arrianum*, ſatiabuntur omnes, nec faciet Auctor periculum; commentantur ita aridè plures, ut præter unius textus ſententiam vix poſſimus decerpere ex eorum ſcriptis; fertilior eſt ſeges hæc, fructus fœcundiores. Amico deinde conjunguntur fœdere & jura Pontificia, & Civilia, nec dedignantur Sacri Canones leges imitari, cultiori indutus habitu liber exit, & Pontificum & Imperatorum, utroque Romano, ſed quem juri Canonico aptavit primus Doctor meus, Inſcribitur liber, *Jurium Catena*, verè *aurea*, auro Ophiriſio, ſive obryziaco contexta, & omnia *ad obruſſam* in eo ſunt explicita. Solebat Catena miſerum eſſe ſervitutis ſymbolum, nunc eſt ſpecioſius libertatis inſigne. Miro ordine hac Catena jura catenantur, non opprimuntur, in ea tantummodo premitur ſtultitia. Salve Mater Academia Salmantica ſcientiarum emporium, virtutum gazophylacium, omnium Academiarum Magiſtra veneranda, quæ tantum fœtum Reipublicæ literariæ edidiſti. Salve Gallæcia noſtra, firmiſſimum fidei propugnaculum; quæ ex nobilitudinis tuæ clariſſimis gentilitiis tantum ſæculo dediſti Scriptorem. Salve Excellentiſſime Mon-Regii Comes qui benevolo tuorum ſyderum influxu protegis opus penè cœlicum: & Tu mi, mi Doctor, Salve, *ut ſcribens magis* & Academiæ, & Patriæ, & Mecœnati, & tibi reſpondeas, dum ego calamum cohibeo à tuis laudationibus; ſtyli tenuis eſt ſeges hæc, ſed dabit aliquando tempus oratoriæ falci manipulos lætiores.

M. ANTONII SALVAREZ VALVER PONFERRATENSIS, in ſecundam Catenæ partem, ejuſque Auctorem, Elogium.

HEſperio cedant Ganges, Pactolus, & Hermus.
Aurea cui fertur plurima arena, Tago:
Cedat & Hiſpanis Doctoribus ipſe Lycurgus,
Et, quos miratur Græcia docta, Sophi.
Quos inter doctrina Antoni Graña refulges,
Ceu ſtellas inter Cynthia ſole micat.
Non ſatis è Cathedra divinum fundere nectar?
Deditus at ſtudiis illud ubique bibet:
Quot Juvenes fecit doctos pars prima Catenæ?
Quot ſtudii fructus iſta Catena dedit?
Nec factura magis, nec vincet Prima Secundam:
Si Primam demas, Prima Secunda manet.
Corpora multa typis manda, quorum indiget orbis,
Ut ſint; hos libros quiſque tenere cupit.
Bellaribus, Scombris aliorum ſcripta ferendis,
Rumpimus; at manibus non tua ſcripta cadent.
Eia Catena veni; te expectant ſcire volentes:
Atque tuas doctos carpere crede moras:
Prima viam fecit: placuit, placitura per ævum:
Quid Tu, diſpliceas? digna ut emaris, eris.
Vive dia felix Antoni Graña; paterno
Sanguine qui noſtras, dulce decus patriæ.
Scribe, doce, fulge, ſupera, moderare, potire;
Accipe jam meritis præmia digna tuis.
Sed quia ſunt homines armati dente Theonis,
Iſta vel haud rodant, vel ſua ſcripta ferant.

MACISTRI

MAGISTRI ANTONII ALVAREZ VALVERDII
Pontferratenſis apud Salmanticenſes Humaniorum Literarum Primarii.

JURIUM CATENÆ.

QUæ quondam Pallas dictavit jura Soloni,
Aureo Cecropio noſtra Catena *tenet.*
Pontificum decreta novâ perfundere luce,
Temporibus noſtris quis niſi Graña *poteſt?*
Prudentum reſponſa docet; conſulta Senatus:
O vir cum Græcis æquiparande ſophis!
Subtili calamo nobis abſconſa recludis,
Sic tibi debemus, quæ latuere prius.
Das opus æternum, quod nec Jovis ira, nec ignis,
Quod furtum, aut ætas, non abolere queant.
Si veri quid habent vatum præſagia, toto
Orbe legéris: eris notus ubique viris.
Separat Europen calidis qua Pontus ab Afris;
Quaque fluit Nilus jam tua fama volat.
Ne careat Lector tua bibliotheca Catena,
Nil majus toto quivit in orbe dari.
Surge, ſtude, vigila, maturum carpito fructum,
Non fugiet, ſi vis; jura ligata vides.

EJUSDEM ANTONII ALVAREZ CATENÆ JURIUM.

ODE.

JUrium (Docti Celebrent) Catenam,
Ejus extenſum reſonet per orbem
Fama; dum clarus radiis Apollo
Luſtret Olympum.
Nomen æternum ſibi quærit Autor,
Auream mundo tribuens Catenam,
Ipſius numquam Libitina falce
Limina pulſet.
Cereis audax volitavit alis
Icarus, pœnas ſubiens volatus:
Tutius noſter volitans penetrat
Sydera Graña.
Sole ſe natum cupiens probare,
Delii currus regimen petivit
Filius pulchræ Clymenes; ſed auſis
Excidit uſtus.
Se volens noſtra genitum probare
Matre; totius Sophiæ parente;

Primus

Primus ex auro rutilante fecit
Graña Catenam.
Fortibus fortes oriuntur omnes,
Et ſuos patres redolent juvenci;
Regiæ gignunt Aquilæ Columbas?
Aut Leo Damam?
Scribito ſemper calamus laboret:
Ede theſauros; generoſa virtus
Splendea; qua Macte ſies, & ibis
Doctor in aſtra.
Nullus hoc libro careat Sophorum,
Nullus hoc libro careat Tyronum:
Si ſecus fiat; Metanoia ſemper
Torqueat ipſos.

DE MANDATO D. LICENTIATI LAURENTII DE ITURRICARRA, Vicarii Generalis in hac Curia Matritenſi, vidi, & attentè perlegi opus laborioſum in ſecundum Decretalium librum, omnibus, & præcipuè in ſcholis verſantibus utiliſſimum, Auctore D. ANT. GRAÑA & NIETO, in celebri Salmanticenſi Academia majoris Cathedræ Decretalium moderatore; in quo breviter, & dilucide omnes fere Pontificiæ illius libri deciſiones magna Doctorum copia exornantur, & principaliora argumenta diſputando adduci ſolita ingeniosè diſſolvuntur: undè ad plura tàm Canonica, quàm Civilia Jura novi patent intellectus, & facilis, ac utilis traditur docendi, & edifcendi modus: quare cum nihil contineat, quod Fidei, aut bonis moribus repugnet, typis mandari poſſe ſentio. Matriti die ultima Auguſti 1640.

Doctor AUGUSTINUS BARBOSA.

DOCTORIS DON GARCIÆ DE PORRES, ET SYLVA, Jure-Conſulti eruditiſſimi in Salmanticenſi Academia, è Collegio Majori Conchenſi perpetui alumni meritiſſimi, Veſperorum juris Pontificii perpetuæ Cathedræ Anteceſſoris egregii, Cenſura, & judicium hujus operis, ex decreto Ordinarii Salmanticenſis.

DEmandatum mihi munus eſt à præſtantiſſimo, clariſſimóque Viro præceptore meo D. Doctore MARTINO DE BONILLA Juris Canonici primario emerito Interprete, Salmantinæ Eccleſiæ Canonico Doctorali, & Sede vacante, Vicario Compoſtellani Archiepiſcopi, in hac Provincia Judice Metropolitico, ut hæc ſcripta eruditiſſimi Doctoris D. ANTONII GRAÑA-NIETO, apud nos proprimarii juris Anteceſſoris viderem, cenſerémque; & quidem jampridem huic cenſuræ præjudicium feci, communicaverat mihi Autor conſilium ſcribendi in hunc ſecundum Decretalium librum: & exhibuit nonnulla, quæ præconcinnata in adverſarii habebat: libavi aliquot capita, & vix guſtum ſumpſi, cùm gratulari illi cœpi bonum natus opus ſedulò abſolvit, obtulit rurſus, legi, & nimis placuit. Cœpi jam urgentius hortari ad editionem voce, animo, & voto: nimirum exiſtimaveram ſtudentibus ſuum Juriſprudentiæ ornamentum, ſcriptori ſuo laudem eſſe allaturum. Quod tunc privatim, id nunc ſcripto palam ex fide profiteor, & obteſtor. Crebuit jam uſus, ut ſæpè beneficia, & præbendæ, gradus Licentiaturæ, Cathedræ, & Collegia non aliter dentur, quàm ſi prius extemporanea juris prælectione literaturæ periculum fiat. Subitaria tota res eſt, & cujus angor, vel doctos, & expertos concutit: O quàm huic uſui futura ſunt eſt hæc ſcripta. Aut ego in omni hac literatura fallor, aut gratias aget propitius, volenſque quicumque expertus fuerit. Ex veteribus Interpretibus excerpit quidquid huc ducit, ex novioribus quoque multa, & ſelecta: horum, illorumque ſententias graviter dijudicat, & quadam judicii lance perpendit. Et ſanè peculiari ejus laudi erit, eſſe Hiſpanorum primum, qui integrum Canonici juris librum jugi, perpetuóque commentario expoſuerit: & librum, quinque aliis Decretalium Gregorii uberiorem, uſitatioremque, & propter judiciorum tractatum commendatiſſimum. Verbis ego laudo, ipſa ſe rebus ampliter lectio oſtendet, dignum opus judico publica luce: quia cum publico fructu nihil Chriſtianis moribus, & orthodoxæ fidei incongruit: ita ex animi ſententia dico Salmanticæ in noſtro Majore Collegio D. Jacobo Zæbedeo dicato, vulgo de Cuenca. Die 4. menſis Julii anno ſalutis 1642.

Doctor DON GARCIA DE PORRES, Y SILVA.

SUPREMI Senatus juſſu, cenſoria cura vidi, legi, ac admiratione perlegi abſolutum propriè commentarium in ultimam partem libri tertii Decretalium; quod in hoc tertio tomo doctiſſimus antiquior Decretorum, Primarius Salmantinus D. ANTONIUS DE GRAÑA-NIETO ſuarum lucubrationem fœliciſſimum Nepotem in lucem excipit, & ex ſuo fertiliſſimo campo, publicæ utilitati fœcundiſſimè communicat, juris Pontificii æraria ditans, communibus neceſſitatibus, ut providus Magiſter, occurrens, ita ut rectè conveniat illud Horatii 1. Sermonum, Satyra 1.

Nullus rectius Lauda-
Meliora Grana in noſtris.

In quo nihil fidei Orthodoxæ aut rectis moribus contrarium inveni, ſed affluentiam, & utilitatem ad utrumque forum ſum expertus: Ideóque prælo, & luce digniſſimum cenſeo. Mantuæ Carpentanorum, die tertia menſis Julii, anni milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi tertii.

Licentiatus D. ANTONIUS FERNANDEZ DE LA FUENTE Y SALZEDO,
Rector Regiæ Univerſitatis Valliſoletanæ.

MAGISTRI ANTONII ALVAREZ VALVERDII PONFERRATENSIS.

PRO OPERE, ET AUCTORE.

ELOGIUM.

GAngeticas auri puri, ſi quæris arenas,
Et quas Hiſpanus volvit in arva Tagus:
Si quæris lato pretioſos orbe lapillos,
Si fieri locuples, candide Lector, aves:
Tergemina Antoni Granæ bis, terque quaterque,
Scripta, revolve manu nocte, revolve die.
Jam triplici, Studioſe, tenes religata Catena
Dogmata Pontificum: jam tibi Jura patent.
O quantum ſtudiis Granæ Salmantica debes!
Debentur docto prȩmia quanta viro!
Tarda licèt veniant, venient cumulata; labores
Grana tuos juſtè palma ſuprema manet.

AUTHORI, ET OPERI,

LUDOVICUS HENAO DE LEZAMA, Tamaricus Compoſtellanus Sacrat Acroſtichida.

ARdua dum ſuper, ô magnum caput, exeris aſtrA
Nec calamo, ſed nec deſinis ore ThemiN,
Tot tibi pro meritis debita benè prȩmia deſunT,
Obſtat & ingenio ſors malè fauſta tuO.
Nulla quidem tantum ſuperarit gloria nomeN,
In tua quæ digna perſonet acta chelI:
Vana ſed, heu, ſigni prorepunt culmina greſſV,
Scanderet egregius quæ labor iſte tuuS.
Quos tu docta Gravi eloquio Reparantia leges
Dogmata docueras, Altaque ſenſum patrum,
Te Jove ſat Nuper præeunt Ad vota ſecundo,
Non toga celſa, at Nec infula ſacra deeſt,
Proh dolor! Ingeniis nimium ſors Extat iniqua:
Præmia ſint mentis TOt monumenta tuæ.

INDEX
TITULORUM, ET CAPITUM,
quæ in hoc Opere exponuntur.

TITULUS I.

De Judiciis.

Cap. DE *quodvultdeo* 1. pag. 1
Cap. *Decernimus* 2. p. 2
Cap. *quanto* 3. p. 8
Cap. at ſi clerici 4. p. 9
C. de adulteriis ejuſdem cap. p. 12
Cap. cæterum 5. p. 13
Cap. dilecti 6. p. 14
Cap. intelleximus 1. ibid.
Cap. clerici 8. ibid.
Cap. cauſam 9. ibid.
Cap. cum non ab homine 10. p. 16
Cap. quia V. 11. p. 17
Cap. novit 13. p. 18
Cap. cum veniſſent 12. p. 18
Cap. Paſtoralis 14. ibid.
Cap. examinata 15. p. 20
Cap. deputati 16. p. 21
Cap. qualiter, & quando 17. p. 22
Cap. cauſam 18. ibid.
Cap. exhibita 19. ibid.

TITULUS II.

De foro competenti.

Cap. ſi quis Clericus 1. pag. 22
Cap. nullus 2. p. 25
Cap. ſane 3. ibid.
Cap. ſi quis contra Clericum 4. p. 26
Cap. ſi clericus laicum 5. ibid.
Cap. ex tranſmiſſa 6. & 7. p. 27
Cap. cum ſit generale 8. & 16. ibid.
Cap. quod Clerici 9. p. 28
Cap. ex ſuſcepto 10. & 11. p. 29
Cap. ex tenore 11. p. 30
Cap. ſi diligenti 12. p. 31
Cap. cum contingat 13. p. 33
Cap. poſtulaſti 14. p. 34
Cap. ex parte 15. p. 36
Cap. conqueſtus 16. p. 37
Cap. dilecti filii 17. p. 37
Cap. ſignificaſti 18. p. 41
Cap. licet final. p. 42

TITULUS III.

De Libelli oblatione.

Cap. ignarus 1. p. 44
Cap. ſignificantibus 2. p. 46
Cap. dilecti 3. ibid.

TITULUS IV.

De mutuis petitionibus.

Cap. ex literis 1. p. 48
Cap. prudentiam 2. p. 48

TITULUS V.

De Litis conteſtatione.

Cap. olim unico. p. 50

TITULUS VI.

Ut lite non conteſtata.

Cap. ad hæc 1. *& per totum.* p. 52

TITULUS VII.

De Juramento calumniæ.

Cap. inhærentes 1. *cum ſeqq.* p. 54

TITULUS VIII.

De Dilationibus.

Cap. dilecti 1. *cum cæteris omnibus.* p. 57

TITULUS IX.

De Feriis.

Cap. omnes dies 1. *& per totum.* p. 59

TITULUS X.

De Ordine cognitionum.

Cap. intelleximus 1. p. 65
Cap. cum dilectus. p. 67
Cap. tuam 3. p. 70
Cap. ſuper ſpoliatione final. p. 72

TITULUS XI.

De plus Petitionibus.

Cap. Conſilium uni. p. 72

TITULUS XII.

De cauſa Poſſeſſionis, & proprietatis.

Cap. ſuſceptis 1. p. 74
Cap. ad ultimum 2. p. 76
Cap. cum Eccleſia ſutrina 3. p. 77
Cap. Paſtoralis 5. p. 79
Cap. cum dilectus 6. p. 81

TITULUS XIII.

De Reſtitutione ſpoliatorum.

Cap. licet multum 1. p. 82
Cap. ſolicite 2. 3. & 4. ibid.
Cap. in litteris 5. p. 83
Cap. conquerente 7. p. 86
Cap. gravis 11. ibid.
Singularis diſputatio de impenſis. p. 89

TITULUS XIV.

De dolo, & contumacia.

Cap. ad hæc 1. *cum ſimilibus.* p. 96

TITULUS XV.

De eo, qui mittitur in poſſeſſionem.

Cap. conſtitutis cum ſeqq. p. 98

TITULUS XVI.

Ut lite pendente.

Cap. ac memoria veſtra 1. *& per totum.* p. 102

TITULUS XVII.

De ſequeſtratione poſſeſſionis, & Fructuum.

Cap. ad hæc 1. p. 104
Cap. dilectus 2. p. 107
Cap. ab eo fin. p. 108

TITULUS XVIII.

De Confeſſis.

Cap. cum Monaſterium 1. p. 109
Cap. cum ſuper 2. p. 110
Cap. ex parte ultimo. p. 112

TITULUS XIX.

De Probationibus.

Cap. ex epiſtola 1. p. 114
Cap. ſicut 2. p. 118
Cap. ex literis 3. p. 120
Cap. propoſuiſti 4. p. 122
Cap. tertio loco 5. p. 123
Cap. qui juravit 6. ibid.
Cap. in præſentia 8. ibid.
Cap. licet cauſam 9. p. 125
Cap. quoniam contra falſam 11. & 12. p. 127
Cap. cauſam matrimonii 14. p. 129
Cap. bonæ fid. ibid.

TITULUS XX.

De Teſtibus, & atteſtationibus.

Cap. placuit 1. 5. & 9. p. 129
Cap. in nomine Domini 2. & 14. p. 131
Cap. quoniam 3. p. 132
Cap. in omni negotio 4. p. 132
Cap. inſuper 6. p. 134
Cap. ex parte 7. p. 136

Index Titulorum, & Capitum.

Cap. si quis testium 8. p.136
Cap. Sicut 9. p.139
Cap. veniens 10. p.137
Cap. super eo 22. p.138
Cap. licet 23. p.140
Cap. in litteris 24. p.143
Cap. cum venisset 25. p.144
Cap. testimonium 54. & fin. p.147

TITULUS XXI.

De testibus cogendis, vel non.

Cap. causam 1. *cum cæteris omnibus.* p.147

TITULUS XXII.

De fide Instrumentorum.

Cap. si scripturam 1. p.150
Cap. scripta 2. p.153
Cap. ex litteris 3. & 11. p.154
Cap. accepimus 4. & 5. p.154
Cap. inter dilectos 6. p.156
Cap. cum dilectus 9. p.157
C. cum Joannes 10. p.158
C. ex parte 11. p.161
C. perpetuus 12. p.161
C. imputari 13. p.161
C. si cautio 14. p.163

TITULUS XXIII.

De præsumptionibus.

Cap. sicut 1. p.164
C. afferte 2. p.165
C. ex studiis 3.6. 9. & *fin.* p.167
C. non ne 5. p.167
C. quia vero simile 10. p.168
C. cum in juventute 15. p.169
C. dubium fin. p.170

TITULUS XXIV.

De jurejurando.

Cap. ex administrationis 1. p.171
C. pervenit 3. p.172
C. ego 4. & 5. p.174
C. debitores 6. p.176
C. ad nostram 7. p.178
C. si verò 8. & 15. p.180
C. quanto 18. p.180
C. quintavallis 23.25.& 33. *cum aliis multis.* p.181
Cap.& si Christus 26. p.185
C. cum contingat 28. p.187
C. juramentum fin. p.189
C. sine fin. ejusdem textus. p.192

TITULUS XXV.

De exceptionibus.

Cap. denique 1. p.192
C. nobis 2. p.196
C. Ecclesiasticæ 3. p.199
C. Pastoralis 4. p.200
C. cum inter 5. p.201
C. cum venerabilis 6. p.203
C. olim 7. p.206
C. dilecti 8. p.207
C. dilecte 10. 11. & *fin.* p.207
C. exceptionem 12. p.208

TITULUS XXVI.

De Præscriptionibus.

C. placuit 1. p.208
C. nihil prodest 2. p.210
C. sanctorum 3.4.6.9. & 13. p.212
C. vigilanti 5. p.214
C. causam quæ 7. p.218
C. illud 8. p.219
C. ex transmissa 10. p.221
C. accedens 11. 12. & 16. p.223
C. ad audientiam 13. p.224
Cap. si diligenti 17. p.226

TITULUS XXVII.

De Sententia, & re judicata.

C. sententia 1. p.228
C. jurgantium 2. p.231
C. non potest 3. p.232
C. ea, quæ 4. p.232
C. de cætero 5. p.232
C. cum aliquibus 6. p.234
C. Iator 7. p.236
C. inter cæteras 9. p.228
C. tenor 10. p.236
C. consanguinei 11. p.236
C. cum inter 13. p.228
Cap. cum causam 14. ibid.
Cap. quoad consultationem 15. ibid.
Cap. cum super 17. p.238
Cap. cum Bertoldus 18. p.242
Cap. quamvis 25. p.238
Cap. duobus judicibus fin. p.247

TITULUS XXVIII.

De appellationibus, recusationibus, & relationibus.

Cap. dilecti 1. p.248
Cap. cum sit Romana 5. p.253
Cap. si duobus 7. p.256
Cap. postremo 36. p.260
Cap. præterea 40. p.262
Cap. secundo requiris 41. p.260
Cap. ex parte 47. ibid.
Cap. Pastoralis 53. ibid.
Cap. ut debitus honor 59. p.263
Cap. cum speciali 61. p.267
Cap. inquisitioni 71 p.260

TITULUS XXIX.

De Clericis peregrinantibus.

Cap. conquerente. p.269

TITULUS XXX.

De confirmatione utili, vel inutili.

Cap. si quis 1. p.269
Cap. de confirmationibus 2. p.270
Cap. Bonæ 3. ibid.
Cap. cum dilecti 4. p.272

TITULUS I.

De vita & honestate Clericorum.

Cap. ut laici 1. p.275
Cap. clerici 2. p.278
Cap. ut quisque 3. p.280
Cap. si quis ex clericis 4. p.282
Cap. clericus 5. ibid.
Cap. clerici 7. ibid.
Cap. quoniam 9. p.283
Cap. cum ab omni 10. ibid.
Cap. ut clericorum mores 13. p.283
Cap. clerici 15. ibid.
Cap. ex litteris, final. ibid.

TITULUS II.

De Cohabitatione Clericorum & mulierum.

Cap. inhibendum 1. p.290
Cap. si quisquam 2. p.290.& 294
Cap. clericos 3. p.294
Cap. sicut 4. p.290.& 294
Cap. super eo 5. ibid.
Cap. si autem 6. ibid.
Cap. vestra 7. p.298
Cap. tua nos 8. p.294.& 298
Cap. à nobis 9. p.290
Cap. quæsitum, final. p.298

TITULUS III.

De Clericis conjugatis.

Cap. siqui 1. p.300
Cap. sane 2. ibid.
Cap. quod à te 3. ibid.
Cap. sane 4. ibid.
Cap. diversis 5. ibid.
Cap. cum olim 6. ibid.
Cap. Joannes, 7. ibid.
Cap. cum decorem 8. ibid.
Cap. ex parte, 9. p.302

TITULUS IV.

De Clericis non residentibus.

Cap. non licet, 1. *ubi fere integer Titulus de translatione Episcopi explicatur.* p.304
Reliqua hujus Tituli jura methodice exponuntur & in quatuor partes dividuntur.
C. primum quo jure residentia proveniat. p.307
C. secundum de personis ad beneficiorum residentiam adstrictis. p.308
C. tertium de causis à residentia excusantibus. p.309
C. quartum de pœnis adversus non residentes à jure statutis. p.311

TITULUS V.

De præbendis & Dignitatibus.

Cap. ut nullus, 1. p.312
Cap. non liceat, 2. p.315
Cap. ratio nulla, 3. p.317
Cap. Episcopus, 4. p.315.&319
C. cum secundum Apostolum 16. p.315
Cap. tuis quæstionibus 23. p.315
Cap. quia in tantum 5. p.319.& 325
C. cum teneamur, 6. p.319
C. referente, 7. p.320.& 325
C. majoribus 8. p.320
C. relatum, 9. p.321
C. avaritiæ, 10. p.322
C. significatum, 11. p.322
C. de Monachis, 12. p.323
C. ad hæc 13. p.323.& 325
C. præterea, 14. p.323.& 325
C. cum non ignores, 15. p.323.& 325.
C. cum secundum Apostolum, 16. p. 323

Index Titulorum, & Capitum.

Cap. cum jam dudum 18. p. 323. & 325
Cap. dilectus, 19. p.321.& 323
Cap. nisi essent 21. p.323
Cap. de multa 28. p.325
Cap. Dilectus 27. p.321

TITULUS VI.

De Clerico ægrotante vel debilitato.

Cap. cum percussio, 1. p.329
Cap. de rectoribus 3. p.331
Cap. tua nos 4. p.329.& 331
Cap. ex parte 5. p.331
Cap. consultationibus, 6. ibid.

TITULUS VII.

De Institutionibus.

C. non amplius 1. p.333
Cap. in Ecclesia, 2. ibid.
Cap. ex frequentibus 3. p.334
Cap. auctoritate 4. p.333
Cap. ad decorem, 5. p.336
Cap. cum venissent 6. pag. 334. & 336
Cap. cum ad nostram final. p.336

TITULUS VIII.

De Concessione præbendæ.

Cap. qui in vivorum, 1. p.336
Cap. nulla, 2. p.338
§. *cum vero ejusdem capitis.* p.341
C. relatum 3. p.338
Cap. proposuit 4. p.341
Cap. quia diversitatem, 5. p.342
Cap. cum nostris, 6. p.341. & 338
Cap. post electionem, 7. p. 342
C. literas, 9. p.341
Cap. ex parte, 10. p.342
Cap. dilectus, 11. ibid.
Cap. postulatis 15. ibid.

TITULUS IX.

Ne sede vacante aliquid innovetur.

Cap. novit 1. p.345
Cap. illa devotionis 2. p.347
C. constitutis 2. p.345

TITULUS X.

De his quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli.

Cap. irrita 1. p.349
Cap. continebatur 2. ibid.
Cap. cum nos, 3. ibid.
Cap. novit 4. ibid.
Cap. quanto 5. ibid.
C. cum Apostolica, 7. ibid.
Cap. tua nuper, 8. ibid.
C. pastoralis, 9. ibid.

TITULUS XI.

De his quæ fiunt à majori parte Capituli.

Cap. cum in cunctis 1. p.352
Cap. quæsivit, 2. ibid.
Cap. ex ore 3. ibid.
Cap. ex parte final. ibid.

TITULUS XII.

Ut Ecclesiastica Beneficia sine diminutione conferantur.

Cap. ut nostrum unico, p.354

TITULUS XIII.

De Rebus Ecclesiæ alienandis vel non.

Cap. non licet, 1. p.358
Cap. qui res, 2. p.361
Cap. consensus, 3. p.363
C. Episcopi, 4. ibid.
Cap. nulli, 5. p.365
Cap. si quis Presbyterorum 6. p.369
C. ad aures 7. p. 371
C. ut super, 8. §. *possessiones.* p. 371 & 373
C. ad audientiam 9. p. 374
Cap. possessiones 10. ibid.
C. ad nostram 11. ibid.
Cap. cum laici final. p.376

TITULUS XIV.

De Precariis.

Cap. precariæ 1. p.377
Cap. de precariis, 2. ibid.
Cap. precarium, 3. & *final.* p. 380

TITULUS XV.

De Commodato.

Cap. cum gratia unico. p.383

TITULUS XVI.

De Deposito.

Cap. gravis illa, 1. p.386
Cap. Bona fides, fin. p. 389

TITULUS XVII.

De Emptione & venditione.

Cap. placuit 1. p.391
Cap. ut mensuræ 2. p.394
Cap. cum dilecti, 3. p.395
Cap. placuit 4. p.401
Cap. ad nostram 5. p.402
Cap. cum causa, 6. p. 395.& p.402
C. si venditori final. p. 402

TITULUS XVIII.

De Locato & Conducto.

Cap. ex rescripto 1. p.405
Cap. vestra 2. p.406
C. propter sterilitatem, 3. ibid.
§. *verum.* p.409
C. potuit, 4. p.411

TITULUS XIX.

De Rerum permutatione.

Cap. si princeps 1. p.416
C. ut commutationes, 2. ibid.
Cap. Mancipia 3. ibid.
Cap. injustum 4. ibid.
Cap. quæsitum 5. ibid.
Cap. ad quæstiones 6. ibid.
Cap. cum olim, 7. ibid.
Cap. cum universorum 8. ibid.
Cap. exhibita, 9. & *final.* ibid.

TITULUS XX.

De feudis.

Cap. insinuatione 1. p.420
Cap. ex parte 2. & *final.* p.423

TITULUS XXI.

De Pignoribus & aliis cautionibus.

Cap. nullus, 1. p.424
C. lator 2. p.428
C. Præsentium 3. p.424
C. illo vos, 4. p. 430
C. ex litteris 5. p.434
Cap. cum contra 6. p.430. & 436
Cap. significante 7. ibid.
Cap. cum constet final. p.438

TITULUS XXII.

De Fidejussoribus.

Cap. clericus 1. p.440
Cap. pervenit, 2. p.441
Cap. constitutus 3. p.444
C. quod quibusdam 4. p.445
Cap. cum pro quo final. ibid.
C. eum pro quo final. p.444

TITULUS XXIII.

De Solutionibus.

Cap. ad hoc 1. p. 445
C. si quorundam, 2. ibid.
Cap. Odoardus 3. p.449
Cap. is qui final. p.453

TITULUS XXIV.

De Donationibus.

C. prudentes 1. p.460
C. fraternitatem 2. p. 462
C. cæterum, 3. ibid.& 465
Cap. de consultationibus 4. p.465
C. per tuas, 5. p.467
Cap. cum dilectis, 6. ibid.
Cap. Pastoralis 7. p.471
C. inter dilectos 8. p.474
Cap. Apostolicæ 9. p.475
Cap. propter final. p.476
Cap. Apostolicæ 9. p.462

TITULUS XXV.

De Peculio Clericorum.

Hujus Tituli jura summarie inscribuntur. p.479

TITULUS XXVI.

De Testamentis, & ultimis voluntatibus.

Cap. quorundam 1. *de testamen.* p.479
Cap. Quia ingredientibus 2. p.483
C. nos quidem, 3. p.485. & 503
Cap. indicante 4. p. 490
Cap. filius noster 5. p. 485. & 503
Cap. si hæredes 6. p. 503
C. in officiis, 7. p.479
Cap. ad hæc 8. ibid.
Cap. quia nos 9. ibid

Cap. cum esses. 10. p.490
Cap. Relatum 11. p.490
Cap. Relatum 12. p.479
Cap. Cum sibi 13. p.491
Cap. Officii 14. p.495
Cap. Requisisti 15. §. *Socius* p.495
Cap. Rainutius 16. p.497
Cap. Tua nobis 17. p.563
Cap. Raynaldus 18. p.497
Cap. Joannes 10. p.503
Cap. De iis fin. p.514

TITULUS XXVII.

De successionibus ab intestato.

Cap. Sed hoc 1. p.505
Cap. Sancto 2. ibid.
Cap. Cum dilectus fin. p.505

TITULUS XXVIII.

De sepulturis.

Cap. Nos instituta 2. p.510
Cap. Relatum 2. p.514
Cap. Fraternitatem p.510
Cap. De his 4. p.514
Cap. Ex parte 5. p.514
Cap. cum liberum 6. p.514
Cap. De uxore 7. p.510
Cap. cum super 8. p.510
Cap. Certificari 9. p.510
Cap. In nostra 10. p.510
Cap. ex parte 11. p.516
Cap. Sacris 12. p.516
Cap. Parochiano fin. p.516
C. consuluisti 7. *de consecratione Ecclesiæ.* p.516

TITULUS XXIX.

De Parochis, & alienis Parochianis.

Cap. Nullus 3. p.520
Cap. Super eo 4. p.523

TITULUS XXX.

De Decimis.

Cap. Decimam partem 1. p.526
Cap. Novum genus 2. p.528
Cap. Ex multiplicis 3. p.532
Cap. Pervenit 5. p.526
Cap. Nuncius 6. ibid.
Cap. cum homines 6. ibid.
Cap. Ex parte 10. p.532
Cap. Licet 11. ibid.
C. Ad audientiam 12. ibid.
Cap. Quoniam 3. p.532
Cap. Ad parochianos 14. p.526
Cap. Ad hæc 15. p.535. *remissivè.*
Cap. Quamvis 17. p.535. *remissivè.*
Cap. cum sint homines 18. p.526. & 536
Cap. Prohibemus 19. p.535. *remissive.*
Cap. Ad Apostolicæ 20. p.526. n. 1. & 536. *remissivè.*
Cap. Ex parte 21. p.526
Cap. Non est 22. p.526
Cap. Ex transmissa 23. p.526
Cap. A nobis 24. p.526
Cap. tua nos 25. §. *fin.* p.526. & 535. n. 8. & 536. *remissivè.*
Cap. Tua nobis 26. p.526
Cap. ex parte tua 27. p.532
Cap. Pastorali. 28. p.526. & *ad vers. credamus* p.531.
C. Cum contingat 29. p.536. *remissivè.*
Cap. Cum tua 30. p.536. *remissivè.*
C. Dudum 31. p.535. & 636. *remissivè*
Cap. cum non sint 33. p.526
Cap. Interdicimus fin. p.536

TITULUS XXXI.

De Regularibus, & transeuntibus, ad Religionem.

Cap. Si quis 2. p.536
Cap. Super eo 9. p.540
Cap. cum virum 12. p.536
Cap. cum simus 14. p.536
Cap. Licet 18. p.540
Cap. consulti sumus 20 p.542
Cap. Postulasti 21. p.542
Cap. Ex parte 22. p.542

TITULUS XXXII.

De conversione conjugatorum.

Cap. Præterea 1. p.543
Cap. Verum 2. p.548
Cap. Quidam 3. p.543
Cap cum si præditus 4. p.543
Cap. conjugatus 5. p.543
Cap. Ex publico. 1. p.548
Cap. Uxoratus 8. p.543
Cap. ex parte 9. p.543
Cap. consuluit. 10. p.543
Cap. Placuit. 12. p.543
Cap. Ad Apostolicam 13. p.543
Cap. Veniens 16. p.548
Cap. Accedens 17. p.543
Cap. Significavit 18. p.543

TITULUS XXXIII.

De Conversione infidelium.

Cap. Laudabilem 1. p.551
Cap. ex litteris 2. ibid.

TITULUS XXXIV.

De Voto, & Voti redemptione.

Cap. De Peregrinationis 1. p.556
Cap. Venientis 2. p.560
Cap. Litterarum 3. p.562
Cap. Scripturæ 4. p.556
Cap. Non est 5. p.556. & 567
Cap. licet universis 6. p.566
Cap. Magnæ 7. p.569
Cap. Quod super 8. ibid.
Cap. Ex multa 9. ibid.
Cap. Per tuas 10. ibid.

TITULUS XXXV.

De Statu Monachorum.

Cap. Monachi 2. *de statu Monachorum.* p.569
Cap. Super quodam 4. p.573
Cap. Quod Dei timorem 5. p.577
Cap. cum ad Monasterium 6. p.573

TITULUS XXXVI.

De Religiosis domibus.

Cap. Nunc autem 1. p.581
Cap. Quia Monasterium 2. p.582
Cap. Ad hæc 4. p.582
Cap. constitutus 6. p.584
Cap. cum venerabilis 7. p.584
Cap. cum Dilectus 8. ibid.
Cap Ne nimia fin. p.586

TITULUS XXXVII.

De Capellis Monachorum.

Cap. In Ecclesiis 1. p.589
Cap. ex parte 3. p.589
Cap. Ad Audientiam 4. ibid.

TITULUS XXXVIII.

De jure Patronatus.

Cap. Perlatum 1. p.594
Cap. Quacumque 2. p.594
Cap. Quoniam 3. p.594. & p.608
Cap. Quod autem 5. p.598
Cap. Quia 6. p.601. & 605
Cap. Ex litteris 7. p.605
Cap. Illud 8. p.598
Cap. Querimoniam 9. p.594
Cap. cum laici 10. p.608
Cap. cura pastorali 11. p.598
Cap. Si vero 12. p.603
Cap. cum seculum 13. p.598
Cap. Ex insinuatione 14. p.598
Cap. Nullus 17. p.598
Cap. consultationibus 19. p.607
Cap. Suggestum 20. p.593
Cap. Relatum 21. p.601
Cap. Eam te 22. p.608
Cap. Præterea 23. p.601. & 605
Cap. A nobis 25. p.603
Cap. cum propter 27. p.608
Cap. Transmissa fin. p.598

TITULUS XXXIX.

De Censibus.

Cap. Sanctum 1. p.609
Cap. Omnis anima 2. p.612
Cap. Scientes 3. p.616
Cap. cum Apostolus 6. §. *Prohibemus* p. 613
Cap. Prohibemus 7. p.616
Cap. Præterea 8. p.616
Cap. Ecclesiis 9. p.616
Cap. cum clerici 11. p.616
Cap. Significaverit 13. p.616
Cap. Gravis 15. p.616
Cap. Quanto 16. p.614
Cap. ex parte 18. p.620
Cap. cum olim 19. p.613
Cap. cum venerabilis 21. p.613. & 616
Cap. Super eo 22. p.613
Cap. Procurationes 23. p.613
Cap. Venerabilis 24. p.613
Cap. cum nuper 25. p.613
Cap. Authoritate 27. *& fin.* p.614

TITULUS XL.

De consecratione Ecclesiæ vel Altaris

Cap. Ad hæc 1. p.624
Cap. Quod in dubiis 3. ibid.
Cap. Proposuisti 4. ibid.
Cap. Lineis 6. ibid.
Cap. consuluisti 7. p.629
Cap. cum sicut 8. ibid.

TITULUS XLI.

De Celebratione Missarum, & Sacramento Eucharistiæ, & Divinis Officiis.

Cap. Presbyter 1. p.632
Cap. de Homine 7. p.636
Cap. Dolentes 9. p.632

Index Titulorum, & Capitum.

Cap. ſane 10. p.635.& 636
Cap. literas fin. p.636

TITULUS XLII.

De Baptiſmo & ejus effectu.

Cap. ſi quis 1. p.639
Cap. de quibus 2. p.643
Cap. majores 3. p.648. & in §. final. p.653
Cap. debitum 4. p.639.& 654
Cap. Non ut 5. p.657
Cap. licet Græcos fin. p.643

TITULUS XLIII.

De Presbytero non Baptizato.

Cap. ſi quis 1. p.659
Cap. Apoſtolicam 2. ibid.
Cap. Veniens 3. *& fin.* ibid.

TITULUS XLIV.

De Cuſtodia Euchariſtiæ, Chriſmatis, & aliorum Sacramentorum.

Cap. Statuimus 1. p.663
Cap. relinqui 2. *& fin.* p.666

TITULUS XLV.

De Reliquiis, & veneratione Sanctorum.

Cap. audivimus 1. p.666
Cap. cum ex eo 2. *& fin.* ibid.

TITULUS XLVI.

De Obſervatione jejuniorum.

Cap. ex parte 1. p.669
Cap. Conſilium 2. ibid.
Cap. explicari 3. ibid.

TITULUS XLVII.

De purificatione poſt partum.

Cap. volens unico. p.672

TITULUS XLVIII.

De Eccleſiis ædificandis, & reparandis.

Cap. quicunque 1. p.676
Cap. cum dicat Apoſtolus 2. p.678
Cap. ad audientiam 1. ibid.
Cap. de his 4. p.676
Cap. ad audientiam 5. p.678
Cap. tua nos fin. p.682

TITULUS XLIX.

De immunitate Eccleſiarum cæmeterii, & rerum ad eas pertinentium.

Cap. Pervenit 2. p.682
Cap. Non minus 4. ibid.
Cap. cum Eccleſia Dei 5. p.685
Cap. inter alia 6. ibid.
Cap. adverſus 7. p.682
Cap. quia Plerique 8. p.685.& 689
Cap. immunitatem 10. p.685

TITULUS L.

Ne Clerici, vel monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant.

Cap. multa 1. p.689
Cap. ſacerdotibus, 2. ibid.
Cap. non magnopere 3. p.692
Cap. ſed nec 4. p.690
Cap. clericis 5. p.703
Cap. ſecundum inſtituta 6. p.690
Cap. ſententiam ſanguinis 9. p.703
Cap. ſuper ſpecula 10. p.692

INDEX
JURIUM QUÆ EX GRATIANI
decreto in hoc Opere illuſtrantur.

Cap. ACCUSATORES, §. *cujus in agendo* 3.*q.* 8.p.85.n.12
Cap.Aliter. 30.*q.*5. p. 169.n.3
Cap.Ancillam 11.32.*quæſt.*2.p.170. num. 6
*Cap. Anteriorum verſ.*ſancimus, 2.*q.* 6.p.255.n.7
Cap.Audivimus 3.*quæſt.*2.p.337.n.3
Cap.Abbatibus 12.*qu.*2.p.360.n.12
Cap.Agathoſa 21.27.*quæſt.*2. *conciliatur cum cap. ex parte* 9. *de converſione conjug.* p.546.num.7
Cap. Addidiſti 2.20.*quæſt.*1.p.537. num.6
Cap.Ab antiqua 44.*de conſecr.diſt.*4. p.641.n.6 & 643. n.8
Cap.A quodam Judæo 23.*de conſecr. diſtinct.* 4.*late exponitur.* p. 642. num. 7
Cap.ad ejus fin. verſ. Niſi purgationis tempus, diſtinct. 5. pag. 674. num. 5.

B

Cap. Bona 12.*quæſt.*2. p.360.n.10
Cap. Bonæ 71. 12 *q.*2. p.464.n.5
Cap. Beatus Paulus 5.22 *q.*5.p.567. num. 5
Cap.Baſilica 6. *de conſecrat.diſtin.*1. p.584. n.4
Cap. Bonæ 74.12.*quæſt.* 2.p.681.n.9

C

Cap.Cum ſocietas 24.*quæſt.*2. p.549. num. 4
Cap. conſtituit 20. *quæſt.* 3. p. 572. num. 10. *in fine.*
Cap. conſtituit 16. *quæſt.* 7. ibid.
Cap. conſiderandum 6.*q.*1.p.597.n.9
Cap.charitatem §. *Viſitatores* 12.*q.*2. *cum cap.*1.*de cenſibus, lib.*6.p.615. num. 8.
Cap. concedimus 30.*de conſecr. diſt.* 1.p.615.n.4.& 626.n.9
Cap. clericus 34.*de conſecr.diſtin.* 1. p.626. n. 8
Cap.cum tantum 47.*de conſecr.diſt.*4. p.641.num.4
C.catbecumenum 37. *de conſecr. diſt.* 4. p.646.num.8. & p.650.n.8
Cap. conſtat 19. *de conſecr. diſtin.* 4. p.654.num.34. & 655.n.7
Cap. cum omnes 7.*verſicul.Ubi Apoſtolis, cum cap. Presbyter* 93.*de conſecr. diſtinct.* 2. p.664.n.8
Cap. corpora 31.*de conſecr. diſtin.*1. p. 668. num.10
Cap.cum enixa 1. 5. *diſt.* p.673. n.4 & 675. num.10
Cap. continuò 11. *quæſt.* 1. pag.684. num. 8
Cap. conſtantinus 96. *diſtinct.* ibid. num. 10
Cap. convenior 23. *quæſt.* 8. p.5.n.9
Cap. Chriſtiano 34. *diſtinct.* p. 170. num. 5
Cap.Chriſtianis 11.*quæſt.*1.p.7.n.20
Cap.circunceſſiones 23.*quæſt.*5.p.10. n.1. & p.111.n.10
Cap. capit. final. 24. *quæſt.*1.p.198. num. 7
Cap. caſellas 10. *quæſt.* 2. p. 369. num. 19.
Cap. clericis 16. *q.* 3. p.379.n.7
Cap. continua 11.*quæſt.*1. p. 277.n.8
Cap. contumaces 21.50.*diſtin.*p.277. num. 9
Cap. clericis 23. *q.*8. p.280.n.12
Cap.clerici 5.23. *quæſt.* 8. ibid.
Cap. clerici 5. 3. *quæſt.*8. ibid.n.15
Cap. cantantes 1. 21.*diſtinct.* p.281. num. 3
Cap. ciprian. 21.*q.* 3. p.289.n.8
*Cap.conſulendum fin.*18.*diſtin.*p.301. num. 4
Cap. cum igitur, §.*illud* 35. *quæſt.*1. p.302. num.11
Cap. clericus 1.& 2.91.*diſtin.*p.316. num. 7
Cap. clericus 21.*quæſt.*1. p.326.n.5
Cap. convenior 12.23.*q.*2.p.362.n.5
Cap. cura 11. *q.*3. ibid.n.9
C.conſtantinus el 2.96.*diſt.*p.461.n.4

D

C.Diaconiſſam 23.17.*qu.*1.p.276.n.4
Cap.Diaconus 93. *diſtinct.*p.276.n.6
Cap. Diaconi 28. *diſt.* p.302.n.10
Cap.denique 36.*quæſt.*3.p.306.num.7
Cap. decimas 16. *q.*7.p.350. num.5
Cap.decimas à populo 47.17.*quæſt.*1. p.351.n.12
Cap.de rebus 12. *quæſt.*2. p.362.n.4
Cap.Diaconi 12.*quæſt.*2. p.483.n.13
Cap. De lapſis 16. *quæſt.*6.p.484.n.7
Cap. De communione 1.24.*q.*2.*conciliatur cum c.ſi aliquis excommunicatus*, 11.26. *quæſt.* 6. p.519.n.8
Cap. Dilecto 16.*quæſt.*3.p.525.nu.8
Cap. Decimas 46.16.*q.*1.p.529.n.10
Cap.De locorum 4.*de conſecr. diſtin.* 4.p.583. num.3
Cap. De monachis 18.12.*q.*2. *cum c. quædam,eadē cauſa,*& *q.*p.587.n.3
Cap.De lumine 7.*de conſecr.diſtinct.* 2.p.636. num.6.
Cap. de his 34.*diſtinct. cum cap. habuiſſe fin.*33.*diſtin.* ibid.
Cap.Detrahe 54.1.*q.*1. *cum c. mater* 139.*de conſecr. diſt.*4. p.649.n.3
Cap.Diaconus 13.93. *diſtinct.*p.655. num.7.& 665.num.10.
Cap. De uſu carnium, de conſecrat. diſt. 3. p.672.n.10
Cap.De raptoribus 36.*q.*1.p.688.n.11
Cap. Diſcipulos 26.*de conſecr. diſtin.* 5.p.690. n.3
Cap. De his clericis 36. *diſtinct.* 50. p. 696.n. 6
Cap. Decernimus 3. *q.* 9. p.98.n.12
Cap. de filia 27.*quæſt.*1. p.197.n.6

E

Cap.Ecce dico 22.*quæſt.*5.p.186.n.8
Cap. ei qui, §.*item ſi ſententia*, 2.*q.*6. p.124.num.19
Cap.euphemium 2.*q.*3.*verſ.* infamiam p.195.n.11
Cap.Epiſcopus 6.77.*diſtin.*p.292.n.5
Cap.Epiſcopus 37.7.*q.*1 p.306. n.6
Cap. Epiſcopum 25.7.*q.*1. p.306.n.5
Cap. Eos 7. *quæſt.* 1. p:336.n.6
C.ea enim 2.§.*hoc jus* 10.*q.*2.p.433.n.7
Cap. Eccleſiæ 43.16.*q.*1. p.464. n.8
Cap. Epiſcopus 19.12.*q.*2.p.481.n.5
Cap.Epiſcopus 34.12.*q.*2.p.483.n.13
Cap.Epiſcopus 34.12.*q.*2. p.507.n.5
C.Eccleſiam 27. *cap.Eccleſiam* 28.*de conſecr.diſtin.*1.p.620.n.11.*in fin.*
Cap.Epiſcopus in Diœceſim 28.7.*q.*1. *conciliantur cum cap. nullum* 6. *verſ.Quod ſi* 9.*quæſt.*2.p.521.n.4
Cap. Epiſcopus 77. *diſt.* p.546.n.9
C.Eccleſia 8.*de conſec.diſt.*1.p.584.n.4
Cap. Eccleſiæ 16. *quæſt.*1. p.611.n.4
*C.Eccleſiis,de conſec.diſt.*1.p.627.n.4
Cap.Eccleſia 11.1. *q.*4. *cum c.Eleutherius* 30. 18.*q.* 1. p.630.n.4
Cap.Eleutherius 1.91.*diſt.* p.633.n.3
C. Ex quo 6. *de conſec. diſt.*4. p.676. n.12

F

Cap. Fin. 1. *q.* 3. p.573.n.11
Cap. Filiis 31.16.*quæſt.*7.p.591.n.5. & p. 630. n.7
Cap. Firmiſſimè 3.*in principio de conſecr.diſtinct.*4. p.651. n.10.& 11. & p.662 num.8. *cum c.*2.*de Preſbyter.non baptizat.*
Cap. Futuram 12. *q.* 1. p.684.n.8
Cap. Frater 17. *q.*1 p.687.n.7
*Cap. Filius, vel nepo.*16.*q.*7. p.315. n. 17

Cap.

Cap. Fœlix 16. *q.* 1. p.347.n.8
Cap. filiis, vel nepotibus 16. *quæst.* 7. p.5.n.10.& p.243.n.4
Cap. forte 11.23. *quæst.* 1. p.17. n. 13

G

Cap. Generaliter 17. *quæst.* 2. p.504. num. 3
Cap. Gonsaldus 1. 17. *quæst.* 2. p.542. num. 6
Cap. Generaliter 12. 16. *quæst.* 1. p.5. num. 10
Cap. Generaliter 16. *quæst.* 1. p.289. num. 9

H

Cap. Hoc quoque 61. *de consecr. dist.* 1. p 631. n.12
Cap. Habuisse fin. 33. *distinct.* p.636. num. 6
Cap. Hæc in principio, §. *In lege* 5. *dist.* p.673. num.4
Cap. Hujusmodi 10. *quæst.* 2. p.585. num. 3
Cap. Hoc quoque 61. *de consecr. dist.* 1. p.281. n.5

I

Cap. Inter memoratos 6. *cap. dilectio* 7. 16. *quæst.* 4. p.525.n.8
Cap. Illud 3. *& cap.* 1. 31. *qu.* 1. p.554. num. 10
Cap. In Parochia 31. 16. *qu.* 1. p.579. num.7.& p.591. num.6
Cap. Inter 10. *quæst.* 3. *cum cap. servitium* 18. *quæst.* 12. pag. 612. num. 7
Cap. In sacrificiis 8. *de consec. dist.* 2. p.636. n. 6
Cap. In sacrificio 2. *de consecr. dist.* 2. p.638. n.6
Cap. Inebriaverunt Loth 15. *quæst.* 1. p.663. n.3
Cap. Id constituimus, vers. De morte 17. *quæst.* 4. p.688. n. 11
Cap. Illiteratos 55. *distinct.* p. 693. num. 3
Cap. Ideò permittente 16. 25. *quæst.* 1. p.693. num.4
Cap. In apibus 13. *quæst.* 1. p. 282. num. 6
Cap. Interdixit 32. *distinct.* p. 294. num. 8
Cap. Is, qui 4. 34. *distinct.* p. 297. num. 11
Cap. In præterito 34. *distinct.* p.301. num. 5
Cap. Illud 21. *q.* 1. p.326.n.3
Cap. In primis 4. *q.* 1. p.337.n.3
Cap. In venditionibus 17. *q.* 4. p.360. num. 12
C. Inter cætera 8. 10. *q.* 3. p.472.n.5
Cap. Illud 16. *q.* 6. p.464.n.10
Cap. Innocens 22. *quæst.* 4. pag. 173. n.3.& p. 184. & 185. n.18.& 19.
Cap. In nomine Domini 23. *distinct.* p.78. n. 9
Cap. Inter memoratos 1. *q.* 3. p.16.n.11
Cap. Is qui 4. 34. *dist.* p.170.n.5
Cap. judicantem 30. *quæst.* 5. p. 146. num. 15
C. juravit David 22. *q.* 4. p.185.n.20
Cap. juxta Sanctorum 97. *dist.* p.175. num. 7
Cap. judices 4. 11. *q.* 5. p.24.n.14

L

Cap. Licet 1. 87. *dist.* p.31.n.6
Cap. Lugdunensis fin. 9. *quæst.* 2. p.521. num. 5

M

Cap. Monemus 12. *quæst.* 2. p. 483. num. 13
Cap. Mandamus 2. 19. *quæst.* 3. p.512. num. 8
Cap. Monachi 35. 16. *quæst.* 1. p.522. num. 9
Cap. Monachum 3. 20. *quæst.* 1. p. 537. num. 3
Cap. Missarum 12. *de consecr. dist.* 1. p.625. num.5
Cap. Multi 82. *de consecrat. dist.* 4. p. 645. num.7
Cap. Mater 139. *de consecrat. dist.* 4. *cum cap. detrahe* 54. 1. *q.* 1. p. 649. num.3
Cap. Mulier 20. *de consecr. distin.* 4. p.656. n. 13
Cap. Merito 1. 15. *quæst.* 1. p. 649. num. 4
Cap. Magnum 11. *quæst.* 1. p. 683. num. 3
Cap. Monachi 35. 16. *q.* 1. p.690.n.4
Cap. Monomachiam 2. *quæst.* 5. p.698. num. 13
Cap. Mulieres 32. *dist.* p.276.n.4
Cap. Multorum 32. *distinct.* p. 290. num. 10
Cap. Multis 51. 16. *q.* 1. p.347.n.8
Cap. Mennam, versic. Purgationem 2. *quæst.* 5. p.5.n.12
Cap. multi corripiantur 18. 2. *quæst.* 1. p.10. num.4. & *vers.* Nisi, p. 111. num. 8
Cap. movet te 22. *quæst.* 1. p. 184. num. 15.& p. 186. num. 7. & ibid. num. 11

N

Cap. non dicatis, vers. Si hoc, 12. *q.* 1. p.11.n.14
Cap. non est nostrum 23. *quæst.* 5. p.147. n.18
Cap. non omni 7. 32. *quæst.* 3. p.170. num. 6
Cap. non semper 11. *quæst.* 3. p.234. num.10
Cap. nos 2. *quæst.* 7. p.4.n.3.& 5
Cap. nullus 22. *q.* 5 p.56. n.7
Cap. nulli 1. 12. *quæst.* 5. p.482.n.11
Cap. Nullus Abbas 19. *quæst.* 3. p.513. num. 8
Cap. Nullum 6. *versicul. Quod si* 9. *quæst.* 2. *conciliatur cum cap. Episcopus in Diœcesim* 28. 7. *quæst.* 1. p. 521. num. 4
Cap. Ne pro cujuslibet 37. 16. *quæst.* 1. p.578. num.4
Cap. Non satis, cap. non est probanda 86. *distinct.* p.604.n.9
Cap. Non est petenda 27. 1. *quæst.* 1. p.631. num.9
Cap. Nemo 9. *de consecr. distinct.* 1. pag. 631. num. 13
Cap. Nocte Sancta 48. *de consecrat. dist.* 1. p.634.n.8
Cap. nihil 18. *vers. fin.* 7. *quæst.* 1. p.634. num.9
Cap. Nec potest 95. 1. *quæst.* 1. p.635. num. 4
Cap. nemo 141. *versic. Tollit autem, de consecration. distinct.* 4. p.652. n. 13. & 14
Cap. nunquam 10. *de consecr. dist.* 4. p.658. num. 4
Cap. non oportet 26. *dist. cum concilio Carthaginensi, cap.* 28. p.665. num. 12
Cap. nosse credo 11. 76. *distin.* p.671. num. 6
Cap. nemo fin. 16. *q.* 3. p.693.n.5
Cap. nonnulli 20. 93. *distinct.* p. 277. num. 7
Cap. non Sane 14. *q.* 5. p.286. n.10. & 12
Cap. Nicæna Synodus 12. 31. *distin.* p.193. n.7
Cap. Nullus 5. 52. *dist.* p.299.n.3
Cap. Non autem 12.7. *quæst.* 1. p.313. num. 8
Cap. Neminem 72. 70. *distin.* p.316. num. 4. & 8
Cap. Non furem 7. *q.* 1. p.337.n.3
Cap. Non oportet 7. *q.* 1. ibid. n.6
Cap. Non licet 12. *quæst.* 2. p. 377. num. 8

O

Cap. Octava discussio 64. 12. *quæst.* 2. p.478. n.7
Cap. Omnes cautiones 32. *q.* 7. p.556. num. 13
Cap. Omnis qui 96. *de consecr. dist.* 4. p.652. num. 14
Cap. Omnes qui 37. §. *Si ergo in fine, de pœnitentia, distinct.* 1. pag. 675. num. 11
Cap. Omnes 3. *de consecrat. distinct.* 3. p.677. n. 5
Cap. Omnes itaque 11 *quæst.* 1. p.140. n.3. & p.258.n.8
Cap. Omninò 11. 31. *dist.* p.171.n.7
Cap. Omnes 1. 22. *dist.* p.65.n.4

P

Cap. Petimus 11. *q.* 1. p.7.n.20
Cap. placuit, vers. Ecclesiæ suæ debent, &c. 18. *dist.* p.196.n.12
Cap. Placuit 16. *q.* 3. p.209.n.4
Cap. Placuit, el 2. *vers.* Quas actiones, 16. *quæst.* 3. p.213.n.7
Et vers. Quid si, p.69.n.9
Cap. Placuit 35. 2. *quæst.* 6. p.258. num. 10
Cap. Placuit de consecr. distinct. 3. p. 61. num. 11
Cap. Per singulas 9. *quæst.* 2. p.23.n.7
Cap. Plebs 63. *dist.* p.78.n.9
Cap. Porro 1. 6. *q.* 4. p.3.n.21
Cap. præsens 20. *q.* 3. p.240.n.10
Cap. Præter, vers. Scribit 32. *distin.* p.5. n.12
Cap. Presbyterum 3. 50. *distin.* p.12. num. 15
Cap. Pulsatus 3. *quæst.* 6. p.24. n.15
Cap. Precariæ 4. 10. *qu.* 3. p.380.n.10

Cap.

Cap. Precariæ 44.12.*quæſt.*2. p.379. num. 8
Cap.Precariæ, §.*fin.*10.*qu.*2. p.379. num. 8
Cap. Pervenit 50. *diſt.* p.296.n.6
Cap. Presbyter 82. *diſt.* p.296.n.6
Cap. Presbyterum 18. *diſtinct.* p. 301. num. 7
Cap. Petiſti 17.q.1. p.313.n.7
Cap. Præſentium 7. *q.* 1. p. 337. n.4
Cap. Poſtquam 50. *diſtin.* p.344.n.9
Cap.Pervenit 16.*quæſt.*7.p.350.n.4. & 5
Cap.Principali 15.63. *diſtin.* p.357. num.10
Cap. Placuit 1. *in fine* 16.*qu.*1.p.512. num. 6
Cap. Placuit 7.13.*quæſt.*2.p.513.n.8
Cap. Plures 54.16. *quæſt.*1.*cum cap. cum cauſam* 13.*de probat.* p.523. num. 4
Cap. Prima idololatria 28. *quæſt.*1.*& cap. quæſivit* 2.*de divortiis*,p.558. num.12
Cap. Puella 20.*quæſt.*2. p.562.n.4
Cap. Præcepta 5. *de conſecrat.diſtin.* 1. p.584. num.4.
Cap. Parſimoniam 5.41.*diſtin.*p.588. num. 8
Cap.Placuit 1. 1. *q.* 2. p.630. num.6
Cap. Presbyter 2.91. *diſtinct.* p.640. num. 3
Cap. Parvulos 110. *de conſecrat. diſtinct.* 4 p.645.n.4
Cap. Placuit 3.*de conſecr. diſtinct.* 4. ibid. n.4
Cap. Poſtquam 78.*de conſecr. diſt.* 4. ibid. n. 6
Cap. Per aquam 9.*de conſecr. diſt.* 4. p.658. n.4
Cap. Proprie 13. *in fine,de conſecrat. diſt.*4. ibid.n.8
*Cap.Presbyter, de conſecr.diſtinct.*2. p.664. n.7.& 8
Cap. Pervenit, cum cap. tribus 23.*de conſecr. diſtinct.*2. p.665.n.9
Cap. Præſente 18. 93. *diſtinct.* ibid. num. 10
Cap. Pronuntiandum 1.*de conſecr.diſtinct.* 3 p.666.n.3
*Cap. Placuit, de conſecrat.diſtinct.*3. p.670. n.5
Cap. Placuit 16. *quæſt.*1. p.691.n.7

Q

Cap.Quicumque 2.12.*quæſt.*3.p.506. num. 3
*Cap. Quicumque ultim.*12. *q.*5. ibid. num. 3
Cap. Quibus 16.13.*q.*2. p.519.num.9
Cap. Qui uxorem 10. 33. *quæſt.* 5. p.545.num.6
Cap. Quem genitores 6.20. *quæſt.* 1. p.538. n.7
Cap. Quicumque 4.20. *quæſt.*1. ibid. num. 7
Cap. Qui Presbyterum 24. *quæſt.* 4. p.554.n.11
Cap.Quidquid 12.31. *q.*5.*conciliatur cum cap.* 1. *de divortiis*, p. 555. num. 12
Cap. Qui habetis 14.*quæſt.*5. p.553. num.5
Cap. Quod ait 14.*diſtinct.* p.559.n.9
Cap. Qui bona 17.*q.*1. p.563.n.3
Cap. Quicumque fin. 12.*q.*5. p.576. num. 8
Cap. Quorundam 6.74. *diſtin.*p.580. num. 10
Cap. Quædam 12.*quæſt.* 2. *cum cap. de Monachis* 18.12.*quæſt.*2.p.587. num. 3
Cap. Quia cognovimus 10.*q.*3.p.612. num. 8
Cap. Quoniam in fin. 7. 18.*diſt. cum cap.*10.§.*Procurationibus,de cenſibus, lib.* 6. p.624.n.9
Cap.Quicumque 30.16.*quæſt.*7.p.631. num. 10
Cap. Quicumque 13. *verſic.Plerique* 26.*quæſt.*5. p.636.n. 6
Cap.Quamvis 117.*de conſecr.diſt.*4. p.647. num.11
Cap. Qui in qualibet 10. 1. *quæſt.* 1. ibid.
Cap. Quivis ignoranter 117.*in principio, de conſecrat. diſtinct.*4.ibid. num. 12
Cap. Quod autem 7.32. *q.*1. p. 652. num. 15
Cap. Quod autem 5. *conſecr. diſt.* 4. p. 650. n. 6
Cap. Qui maternis 115. *de conſecrat. diſt.*4. p.659.n.9
Cap. Quanto 24.*diſtinct.* p.660. n. 3.
Cap. Quod quidam 97. 1. *quæſt.* 1. ibid. n. 4.
Cap.Qui bene 94.*de conſecr. diſtin.*2. *cum cap.*1.*de Cuſtodia Euchariſtiæ*, p.664.n.4. & 5
Cap. Quod autem 5. *de conſecr. diſt.* 5. p. 676. n.12
Cap. Qui verè 12.16. *quæſt.*1.p.691. num. 6
Cap. Quoniam 18.*diſt.* p.286.num.8
Cap. Quorundam 1.34.*diſt.* p. 292. num. 4
Cap. Quoniam 15. *& fin.* 32. *diſtinct.* p.300.n.3.
Cap. Quoniam 13.31.*diſtinct.*p.301. n.5. & 6
Cap. Quicumque 77. *diſtinct.* p.302. num. 9
Cap. Qui plures 3.21.*quæſt.*1. p.326. num. 4
Cap.Qui partem 6.55.*diſtinct.*p.330. num. 5
Cap. Quicunque 66.12. *q.*2. p. 367. num.10.& p.464.n.10
Cap. Quicumque 50.*diſtinct.* p.477. num. 5. & 6
Cap.Qui ex familiis 4.54.*diſt.*p.478. num. 7
Cap.quamquam omnes 23.*diſt.*p.175. n.4. & 6
Cap. Quia cognovimus 1. *q.* 3.p. 23. num. 8
Cap. quia ergo 1. 22. *diſtinct.* p. 78. num. 9
Cap. quicumque 11. *q.*3. p.98. n. 12
Cap. quod autem 1.2.*quæſt.*2. p. 68. num. 3
Cap.quos Deo 33.*q.*5. p. 173. num. 3
Cap.qui merito 11.*q.*5.p.197. num. 5
Cap. quoties, el 2.25. *quæſt.*6.p.109. num.4
Cap. quorundam 24. *diſt.* p.17. n.13
Cap. quod autem 1. 23.*quæſt.*5.p.10. num. 5
Cap. qui communicaverit 11. *quæſt.* 3. p.197. n.5
Cap. Quia cognovimus 1. *q.* 3. [illegible]23. num.8
Cap. Quicumque 4.16.*quæſt.*3.p.214. num.11

R

Cap. Recurſus 11.*quæſt.*3.pag.3.n.18
Cap. Relatum 11.*de conſecrat. diſt.*2. p.636.n.5
Cap.Ridiculum 12.*de conſecr. diſt.*1. p.639. n.10
*Cap.Relatio pen.& fin.*21.*q.*1.p.309. n.6.& p.326.n.3

S

Cap.Subdiacono 5.93.*diſtinct.*p.277. num.8
Cap. Si quis 4.51.*diſt.* p.280.num.11
Cap. Si quis 10.14.*q.*4. p.326. n.15
Cap. Sancta Romana 21.*diſtin.* p.281. num. 4
Cap. Sicut 21. *q.*2. p.282.n.6
Cap. Siqui ſunt 15. §. *ſi qui verò* 81. *diſtinct.* p.299.n.3
Cap. Scifciantibus fin. 15. *quæſt.* 3. ibid.
Cap.Si quis docuerit 28.*diſtin.*p.301. num. 8
Cap. Si qui 3.32.*diſt.* p.302.n.13
Cap. ſi Petrus 8. *q.*1. p.313.n.6
Cap. ſi tranſitus 97. *diſt.* ibid.n.9
Cap. ſi quis à medicis. 55.*diſt.*p.330. num. 5
Cap. ſi in plebibus 20.63.*diſt.* p.334. num. 4
Cap. ſi à capitulo 40.11. *q.*5. p. 348. num. 7
Cap. ſi quis Epiſcopus 16.*q.*5. p.357. num.10
Cap. Si tributum 27. 11. *q.* 1. p. 362. num. 6
Cap. Si quis 11. *q.*3. p.362.n.9
Cap. ſi quos de ſervis 57. 12. *q.* 2. p.363. n. 5.
Cap.ſi quis qualibet 56.12.*q.*2.p.364. num. 6
Cap. ſi Epiſcopus 12.*q.*5. ibid.
C.ſi qua de rebus 12. *q.*2. p. 370. n.3
Cap. Jæpe 12.*q.*2. p.379.n.7
Cap. ſi Epiſcopus 73.12.*q.*2. p.464. n.6. & 7
Cap. ſancimus 23. *q.*8. p.5.n.9
Cap.ſin autem 5.15.*q.*7.p.24.num.14
Cap. ſi clericus 11.*q.*1. p.257.num.3
Cap. ſicut 2. *q.*3. p.140.n.10
Cap. ſi mala 2. *q.*1. p.171.n.5
Cap. ſi quis Epiſcopus 2.6.*q.* 4. p. 3. num. 21
Cap. ſi quis Epiſcopus 11. *q.* 3. *ibidem, & in verſ. Maximè*, p.198. num. 9
Cap. ſi Epiſcopus 16. *q.* 6. p.3.n.21
Cap. ſi Metropolitanus 6. *quæſt.* 4. p. 258. n. 9
Cap. ſi quis à proprio 21.*q.* 5. ibid.
Cap. ſi quis cum clerico 11.*q.*1. p.30. n.5. & p.31. n.3
Cap. ſi per ſortiarias 31.*q.*1. p. 240. num. 13
Cap. ſi quis Presbyter 50. *diſt.*p.12. num. 5

Cap.

Cap. ſi quis Papa 79. *diſt.* p.110.n.5
Cap. ſi quis Præsbyter 30. *diſtinct.* p 62.n.13
Cap. ſi quis tanquam eadem diſtinctione. ibid.
Cap. Synodum 16. *diſt.* p.61.n.10
Cap. ſextam ſynodum, cum aliis 16. *diſtin.* p.61.n.40
Cap. ſuper prudentia 14. *qu.* 2. p. 143 n.5. *& in verſ.* cæterum, pag. 135. num. 10
Cap. ſi tibi 73. *diſt.* ibid.n.7
Cap. ſi quis 7. 24. *diſt.* p.12.n.15
Cap. Statutum 18. *quæſt.* 1. p.485.n.8
Cap. ſi aliquis excommunicatus 11. 26 *qu.* 6. *conciliatur cum cap.* 1. 24. *quæſt.* 2. p.519.n.8
Cap. Salonitanæ 24. 63. *diſt.* pag. 522. num. 6
Cap. cum ſocietas 24. *quæſt.* 2. p.549. num. 4
Cap. ſi qua mulier 19. *quæſt.* 3. *conciliatur cum cap. cum ſimus, de regularib.* p.540. n.11.12. & 13
Cap. ſi in qualibet 20. *quæſt.* 2. p.538. num. 8
Cap. Si quis vivente 31. *qu.* 1. *conciliatur cum cap.* 1. *de divortiis* p. 554. num. 10
Cap. ſi qua mulier 6. 31. *quæſt.* 1. p. 555. num. 12
Cap. ſi qua fuerit, §. *Sed objicitur* 31. *quæſt.* 1. p. 553. n.7
Cap. ſi quis vivente 31. *qu.* 1. p. 553. num. 9
Cap. ſi vir & uxor, 27. *quæſt.* 2. *cap.* 1. *de divortiis*, p.548.n.14
Cap. ſed penſandum 6. *diſtinct.* p. 556. num. 12
Cap. Sylveſter 11. *qu.* 1. p. 566. num. 2. *in fine.*
C. ſi quis objecerit in ſi 1. *q.* 1. p. 573 1. num. 11
Cap. ſi quis præbendas fin. 1. *q.* 3. ibid. num. 11
Cap. ſtatuimus 55. 16. *q.* 1. pag. 585. num. 5
Cap. ſane 6. 16. *q.* 2. p.590.n.4
C. ſi quis prabendas fin. 1. *q.* 3. p. 573. num. 11
Cap. ſtatutum 7. 16. *quæſt.* 2. pag. 590. num. 5
Cap. ſi plures 36. 16. *quæſt.* 7. p. 597. num. 10
Cap. ſi tributum 11. *quæſt.* 11. p. 610 num. 4
Cap. ſervitium 18. *quæſt.* 12. *cum cap. inter* 10. *q.* 3. p.611.n.7
Cap. ſic quidem 10. *q.* 1. p. 612. n.8
Cap. ſi motum 19. *in principio, de conſecrat. diſtinction.* 1. p. 625. n.3. & pag. 627. num. 4. & pag. 628. num. 7. & 8
Cap. ſi quis baſilicam 10. *de conſecrat. diſt.* 1. p.631.n.8
Cap. Sacramenta 49. *de conſecration. diſt.* 1. p.631.n.6.
Cap. ſufficit 53. *de conſecrat. diſtin.* 1. p.634.n.7
Cap. Sacerdotes 91. *quæſt.* 1. pag. 635. num. 3.
Cap. Sacroſancta 92. 1. *qu.* 1. *cum cap. nec poteſt* 95. 11. *q.* 1. p.636.n.4.
Cap. Sacramento, de conſecr. diſt. 2. p. 637. & 638. n. 2. & 5
Cap. ſi vero 30. *de conſec. diſt.* 4. p. 641. num. 6
Cap. ſi quis, de pœnitent. diſtinct. 7. p. 644. n. 2.
Cap. ſi quis Presbyter 79. *de conſecrat. diſt.* 4. p. 645. n.6. & 7
Cap. ſi quis viduam 8. *verſ. ſimiliter* 50. *diſt.* p.653.n.16.
Cap. Si quis per ignorantiam 59. 1. *quæſt.* 1. p.656.n.9. & p.660.n.4
Cap. ſi quis à Pagano 52. *de conſecrat. diſt.* 4. p.656.n.10.
Cap. ſi quid 35. *de conſecrat. diſtinct.* 4. p. 659.n.9
Cap. ſi per negligentiam 27. *cum cap. qui bene* 94. *de conſecrat. diſt.* 2. p. 664.n.5.
Cap. ſi per ebrietatem 28. *de conſecr. diſt.* 2. p.664.n.6
Cap. ſi quiſquam 7. 30. *diſt.* pag. 670. num. 3
Cap. ſi Epiſcopus 73. 12. *quæſtion.* 2 p.681.n.8
Cap. ſi tributum 17. 11. *quæſt.* 1. p. 683. num. 3
Cap. ſi quis cum clerico 45. 11. *qu.* 1. p. 685. n. 11
Cap. ſi quis 4. 50. *diſtinction.* pag. 697. num. 11

T

Cap Tribus verſic. Tanta de conſecr. diſt. 2. *cum cap officium* 3. *verſic. Debet, de officio Archipresbyteri,* p.664. n. 7
Cap. tribus 23. *cum cap. pervenit de conſecrat. diſt.* 2 p.665.n.9.
Cap. Tabernaculum 2. *de conſecrat. diſt.* 1. p.697.n.8
Cap. Terrulas 53. 12. *q.* 2. p. 366. n.5 & p. 374. n.6
Cap. tanta 86. *diſt.* p.141.n.10
Cap. teſtimonium, verſic. Epiſcopus, 11. *quæſt.* 1. p.56.n.8
Cap. Theugaldum 11. *q.* 3. p. 197. n.5
Cap. tributum 11. *q.* 1. p.5.n.9
Cap. tributum 23. *q.* 8. ibid.

V

Cap. viduis 1. 87. *diſt.* p.31.n.6.
Cap. volumus, verſic. Si quadraginta annis 16. *q.* 4. p. 273. n. & pag. 225. num. 4
Cap. utinam 66. *diſt.* p.62.n.13
Cap. Volumus 24. 81. *diſt.* p. 292. n.5
Cap. ubicumque C. 13. *qu.* 2. p. 513. num. 7
Cap. Volumus 2. 16. *quæſt.* 4. p. 524. num. 6
Cap. Viſis 16. *q.* 2 p.590.n.3
Cap. Calix de conſec. diſt. 1. p. 639. n.9
Cap. Utinam 11. 76. *d ſt. conciliatur cum c. ſi quiſquam* 7. 30. *diſt.* p. 670. num. 3
Cap. vulteranæ 23. 12. *q.* 2. p. 678. n.8.
Cap. Uxor fœlicis 17. *quæſt.* 4. p. 689. num. 12

INDEX.

JURIUM DECRETALIUM SEXTI, ET

Clementinarum, quæ in hoc opere illuſtrantur, in quo tituli in quibus continentur alphabetico ordine demonſtrantur.

EX DECRETALIBUS.

A

Cap. 1. *DE Accuſationibus.* p. 111. n. 7.
Cap. videtur 3. eodem p. 139. n. 3. & 4
Cap. nulli 5 eod. p. 198. n. 10
Cap. veniens. 15. eod. p. 63. n. 15
Cap. ad petitionem 22. eod. pag. 240. num. 10
Cap. penult. verſ. Abſolvi debent. eod. p. 148. n. 6
Cap. 1. *de appellationibus*, p. 265. n. 8 9. & 10. *& in verſ.* In irritum re- vocetis, p. 250. num. 3. & 4. *& in verſ.* Si veritate per idoneas perſonas, p. 253. n. 19
Cap. inter 2. eod. p. 265. n. 10
Cap. dilecti 3. eod. ibid. n. 11
Cap cum ſit Romana 5. eodem, p. 255. & 256. n. 8. 12. & 13. *& §. fin.* p. 69. n. 12. *& in ver.* Si vrò. *& verſic.* Sin aut m, p. 256. n. 12. & 13
Cap. ſi duobus 7. *verſ.* Niſi judex cognoverit, eod. p. 259. n. 19. & in §. denique, p. 260. n. 20
Cap. ex ratione 8. eodem pag. 254. num. 3
Cap. meminimus 9. *in fine, verſ.* Quod ſi, eodem 269. & 270. n. 3. 6. & 7.
Cap. ſuper eo 12. p. 265. n. 8
Cap. ſuggeſtum 15. eodem pag. 270. num. 6. & 7
Cap. cum teneamur. 17. eod. p. 250. n. 7
Cap. cum parati 19. eod. p. 119. n. 10 & p. 176. n. 10
Cap. qua fronte 25. eod. p. 251. n. 14.
Cap. ex poſtremo 36. eod. p. 268. n. 4
Cap. præterea 40. eodem p. 263. n. 7 & p. 251. n. 13
Cap. ſecundo requiris 41. p. 261. n. 7
Cap. conſtitutis 46. eodem pag. 251. num. 8
Cap. ex parte 47. eod. p. 24. n. 10

Cap. Paſtoralis 53. §. *verum ejuſdem tit.* p.251.n.12.& p.23.n.8
Cap. ex inſinuatione 56. eod. p.255. num. 8
Cap. ut debitus honor 59. eod.p.207. n. 4. *& in verſ.* Non obſtante, p.270. n. 5. *juncto verſ.* Priuſquam delegato, p. 265.n.13.& 14. *& in verſ.* cum autem ibid. n. 15. *& in verſ.* In expenſis. p.266.n.19
Cap.cum cauſam 62. eod.p.19.n.4.& p.265.n.11
Cap.ex parte 67. eod. p. 207. n.4.& p.207.n. 4.
Cap. interpoſita 70. eod.p.266.n.17. *& §. fin.* p.54. n.13
Cap.inquiſitioni 71.eodem pag. 261. num. 7
Cap.1.de apoſtatis. p.7.n.21
Cap.cum dilectus 6.*de arbitris*,p.49. num. 6.
Cap.cum olim 7. eod.p.24. num. 11
Cap.Expoſita 11. eod. p. 6. num.18
Cap.compromiſſum fin. cod. p. 18. num. 4.
Cap cum fis. 6. *de auctoritate , & uſu pallii,* p.103.n.5
Cap. Inquiſitionis 22. *de accuſation. conciliatur , cum cap. dilectus* 30. *de ſimonia* p.570.n.5.& p.571.n.6
Cap.Extuarum 5.*juncta ejus Gloſſa de authoritate,& uſupallii*,p.679.n.3.
Cap. à multis 9.*de ætate & qualitate*, p.296.n.6
Cap. non jane 2. *de arbitris* , p. 324. n.6.p. 334.n.6
Cap.ſecundo requiris 41. *de appellat.* p.469.num.10
Cap. Inquiſitioni 71. eodem ibid.

B

Cap. Si quis 1. *de Baptiſmo* , p. 640. num.1.& 641.num. 5.& 6
Cap.De quibus 2.*deBaptiſmo*.p.644. num. 1
Cap.Majores 3.*de Baptiſmo*, p. 648. num. 1.*& ad §. fin.*p.653.n.18.& 675.n.11
C.Debitum 4.*de Baptiſmo*,p.639.n.1
Cap Non ut 5.*de Baptiſmo*,p.657.n.1
Cap.ſi.de Baptiſmo.p.641.num.4.& 6

C

Cap. Prætereà 1. *de converſion. conjug.*p.543.n.1.2.& 3. & p.546.n.8 & p.548.n.13
Cap.Verum 2.*de converſione conjug.* p. 549. num. 1. & p.550.n.4.& 5
Cap.Quidam 3. *de converſion.conjugat.* p.543.n.1.& p.547.n.11
Cap.cum ſit præditus 4.*de converſion. conjugator .* p.543.n.1
Cap.conjugatus 5.*de converſ.conjug.* p.543.n.1.& 9
Cap.Ex publico 7.*de converſ. conjug.* p.551.num.9.
Cap. Uxoratus 8. *de converſ. conjug.* p. 543.n.1
Cap.Ex parte 9. *cap.conſultis* 10. *de converſ. conjug.*p. 543. n.1.3.& 6. & p. 548. n. 12
Cap.Placuit 12. *de converſ. conjugat.* p. 547.n.11
Cap.Ad Apoſtolicam 13. *de converſ. conjug.* p.543.n.1.
Cap. Ex parte tua 14. *de converſion. conjugator.* p.548.n.1
Cap. Veniens 16.*de converſ.conjugat.* p.548.n.12
Cap. Accedens 17. *cap. ſignificavit* 18.*de converſ.conjugat.* p.543.n.1
Cap.Ex parte 9.*de converſ.conjugat.* p.548.n.1. *Ubi conciliatur,cum c. Agathoſa* 27. *q.* 2
Cap.cum ſit 2.*de condition. appoſitis*, p.522.n.9.& p.575.n.4.
Cap.De illis 3. *de condition. appoſit.* p. 570.n.3
Cap.ad noſtram 5.*de confirmat. utili , vel inutili, cum cap.ſuper eo* 9. *de regul.* p.581.n.12
Cap.conſuluiſti 7.*de conſecrat.Eccleſiæ, vel Altar.*p.516.num.1. *& ſequentibus.*
Cap.In Eccleſiis 1.*de Capell. Monachor.*p.579.n.6.& p.589.n. 1
Cap.ad audientiam fin.de Capell.Monachor. p. 578. n.5.& p.589.n.1.
Cap.Dilectus 2.*de Capell.Monach.*p. 582.n.4.
Cap.cum venerabilis 21. *de cenſibus*, p. 585.n.4
Cap. Ex part. 3. *de Capell. Monach.* p. 589.n.1
Cap.Sancitum 1.*de cenſib.*p.609.n.1. & 3. p. 614. n. 7.
Cap. Omnis anima 2.*de cenſib. Vide quæ ſunt ſcripta ſuper c.* 2.*de judiciis, in tom.* 2.
Cap. Scientes 3. *de cenſib.* p.616.n.1
Cap. cum Apoſtolus 6.§. *Prohibemus de cenſibus*,p.612. n.8. *Ubi explicantur omnes ſui §§.*
C. Prohibemus 7.*de cenſib.*p.616.n.1
Cap.Præterea 8.*de cenſib.*p.619.n.7. p.620.n.9
Cap.cum clerici 11.*de cenſib.*p.603. n. 7. & p. 620. n. 8
Cap. Significavit 13.*de cenſib.*p.616. n.1.& p. 619.n.8
Cap.Gravis 15.*de cenſib.*p.616.n. 1. & p. 618. num. 4
C.quanto 16.*de cenſib.*p.514.n.5.& 6
C.cum inſtantia 17.*de cenſib.* p.216. *remiſſivè.*
Cap.Ex parte 18.*de cenſib.*p.622.n.4. *adverſ. Cum ergo.*
Cap. cum venerabilis 21. *de cenſib.* p.616.n.1.& p.585.n.4
Cap.procurationes 23. *de cenſib. cum c.quoniam in fin.* 7. 18.*diſt.& cum cap.*1.§.*procuration.de cenſib. li.*6. p. 615. n.9
*Cap. Authoritate fin.de cenſib.*p.614. num. 4
Cap.Audivimus 3.*de colluſione detegenda.* p.618.n.5
Cap.Ad hæc 1.*cap.Quod in dubiis* 3. *cap.propoſuiſti* 4. *de conſecr.Eccl. vel altaris.* p.625.n.1
Cap.Ligneis 6.*de conſecr.Eccleſ. vel Altar.* p.627.n.4
Cap. conſuluiſti 7. *de conſecrat. Eccleſiæ,vel Altar.*p.629. n. 1.remiſ.
Cap.cum ſicut 8.*de conſecr. Eccl. vel Altar.* p.629.n.1
Cap.Presbyter 1.*de celeb. Miſſar.* p. 635. num. 1
Cap. De homine 7, *de celebr. Miſſar.* p. 635. n.1
Cap. Dolentes 9.*de celebrat. Miſſar.* ibid.
Cap. Sanè 10. *de celebrat. Miſſar.* p. 635. *Remiſſivè.* & p.637.n. 1
Cap.Litteras fin. de celebrat. Miſſar. p. 637. num. 1
Cap. 1. *de Clerico venatore* , p. 634. num. 11
Cap.Statuimus 1.*de cuſtodia Euchar.* p. 630. num. 6.
*Cap.*1.*&* 2.*de cuſt.Euchar.chriſm. & aliorum Sacramentorum*, p. 663.n. 1. & p. 664. num. 4
Cap.Laudabilem 1.*de converſ.infidelium,* p.551.n.1
Cap.Ex litteris 2. *de converſ. infidel.* p. 551. n.1.
Cap.Cum Martiæ in fin. 6.*de celebr. Miſſar.* p.662.n.9
Cap. Ad audientiam 3.*de crimine falſi* p.697.n. 7.
Cap. cum Apoſtolus 6.*de cenſibus* , p. 285.num.6
Cap. ſopitæ 14. ibid.n.6
Cap.cum nuper 15. eod.ibid.
Cap. ex parte 12. p.394.n.5
Cap. olim 20. eod.p.437.n.12
Cap.præſentium 3. *de Clerico Percuſſore,* p.279.n.7
Cap. 1.*de cohab.clerico.&mut.* p.291. num.3
Cap. penult. eod.p.295.n.3
*Cap.*2. eod.p.295.n.4
Cap. ſicut 4. eod. p. 295.n.4. & 5
Cap.ſi autem eod.p.296.n.7
Cap. cum olim de clericis conjugat. p. 300. num.3
Cap. Joannes 7.eodem pag. 302.n.12.
Cap.eos 43 *de clericis non reſidentib.* p. 307. n.9
*Cap.*2. eod.p.307.n.3
Cap. cum dilectus 14.eod.p.309.n.4
Cap. de cætero 7. eod.p.310.n.6
C.ad audientiam 15. eod. p.310.n.6
Cap cum noſtris 6.*de conceſ.Præbendæ* p. 328. n. 16
Cap. Præpoſuit 4. eod.p.338.n.7 & p.341.n.5
Cap. accedens 14. eodem p.339.n.8
Cap.cum ſuper 8. eod.p.340.n.13
Cap. ex timore 13. eod.ibid.n.13
Cap.qui invivorum 1. eod.p.341.n.1
Cap. Cum noſtris 6. eod. p.341.n.5
Cap. quia diverſitatem 3.eod. p. 344. num. 6
Cap.Nulla 2. eod. p. 344.n.5
Cap. dilectus 12. eod.ibid.n.9
Cap.de Rectoribus de clerico ægrotante. p.330.n.3.& p.332.n.4
Cap.cum percuſſio 1.eod.p.330. n. 6.
Cap. tua nos 4. eodem p. 332. n. 3. & 4
Cap.cum, de conſtit. p. 333. n. 3.& p. 355. n. 5
Cap. cum omnes 6. eod.p.309.n.5
Cap. cum acceſſiſſent 8. eod. p. 333. num. 7
Cap. ex parte 12. eod.ibid.
Cap. cum gratia unico de commodato p. 383. n. 5
Cap. 1. *de clandeſt.deſponſat.*p.455. num. 5

Cap.

Index Jurium.

C. Diversis fallaciis de clericis conjugatis. p.370.num.7
Cap.2.de causa possessionis, & proprietatis. p.82.num.5
Cap. cum Ecclesia sutrina 3. eodem p. 77.num.5.& p.82 n.4.p.227.n. 6. & p.82.n.12.p.54.n.18.
Capit.cum super 4. eodem pag. 81. num. 13
C.cum dilectus 6. eod.p.81.n.18.
C.cum olim 7. *eodem* p.240.n.11
C.unico de clericis peregrinantibus, p. 270. n.8. 9. & 10.
Cap. de cohabitatione clericorum, & mulierum, p.170.num.4
*Cap.à nobis penultimo.*eodem p.170. num. 4
*C.1.vers.*Nisi consuetudo, *de cognatione spirituali.*p.120.n.14. & 15.
C.super eo 3.eodem p.120.num. 14. & 15.
C. quia diversitatem 5. *de concessione præbendæ.*p.217.n.19.&p. 271.n. 4.& p.274.n.10
Cap. super 2. *de confessis.* p. 196. num. 8
Cap. fin. eod.p.163.num.6.
Cap.1.de confirmatione utili,vel inutili p.273.n.5. *& in versic.* Sed si rem, p.272.n. 11
*C.2.*eod.p.6.n.18.& p.273.n.5.
Cap.bonæ memoriæ 3. eodem p. 270. num. 12
C.examinata 7.eod.p.6.n.18. & p. 9. n. 7. & p.273.n.7.
C.venerabilis 8. eod.p.273.n.6.
C.super eo 2.*de consanguinitate,& affinitate.* p.142.n.17
C.2.de crimine falsi. p.233.n.7
Cap.ad falsarios 7.eodem p.13.n.8.& p.17.n. 9
Cap.ex litteris 11. *de constitutionibus* p. 3. n.15
Cap.cum dilectus 8.*de consuetudine.* p. 54. n. 12

D

Cap.ad dissolvendum 13.*de desponsatione impuberum, vers.* Salvis exceptionibus,p.202.n. 6.& pag.67. num. 13.
Cap.præterea 2.*in fine,de dilationibus* p.51.n.9
Cap.literas 3. eodem p.58.n.6
Cap. porro 3. *de divortiis.* p.56.n.6
Cap. significasti 4 eod.p.56.n.6
*Cap.ex litteris in fine.*eodem p. 236. num. 5
*C.2.de dolo,& contumacia.*p.105.n.6 & p. 99. n. 6
Cap. caulam 3. eod. p. 54.n.14
Cap.prout 4.eodem p.19.n.5.& p.53. num.10
Cap.veritatis 8. eodem p.98.n.12.& p. 53. n. 10
Cap. 2.de donationibus. p.135.n.9
Cap.cum dilecti 6. eod. p.205.n.10.
C.de prudentia 3. *de donationibus inter* p. 71. n. 5
Cap.nuper 6. eod.p.31.n.3
Cap.Decimam partem de decimis, p. 529. n.10.
C. Novimgenus 2.*de decimis*,p.528. num. 8

Cap. Ex multiplici 3. *de decimis*, p. 535. n. 12.
*Cap.Pervenit.*5.*c.Nuncios* 6.*cap.cum homines* 7.*de decimis*, p.526.n.1
Cap.Ex parte 10.*de decimis*, p.532. num. 1
C.Licet 11.*de decimis*, p. 532.n.1.
Cap.Ad audientiam 12.*de decimis*,p. 533. n. 4
Cap.Quoniam 13.*de decimis*, p.532. num. 1
C.Parochianos 14.*de decimis*,p.527. n.1.p.526.n.5. & 6
C.cum sint homines 18. *de decimis*,p. 526. n.1.p.525.n.9
C.Ad Apostolicæ 20.*c.ex parte* 21.*c. non est* 22.*de decimis*, p.526.n.1
C.Extransmissa 23.*de decimis.*p.526. n.1.& p.530.n.12
C.Anobis 24.*de decimis* p.526.n.1
Cap.Tua porro 25.*de decimis*,p.526. n.1.& p.534.n.8
C.Tua nobis 26.*de decimis*,*p.*526.n.1
Cap.Ex parte tua 27. *in principio de decimis conciliatur, cum c. statuto* 2.§.1.eod.tit.in 6.p.534.n.7
C.Pastoralis 28.*vers.Credimus de decimis*, p.531.n.15
Cap.Dudum 31.*de decimis* , p.525. num. 9
C.cum non sint 33.*de decimis*,p.526. num. 1
*Cap.1.De desponf.impub. conciliatur, cum c.*1.eodem titulo,lib.6.p.538. num. 9
C.1.De divortiis conciliatur,cum c.si quis vivente 31.*qu.* 1.p.554.n.10. & *cum c.quidquid* 12.31.*q.*5.in p. 555. n. 12
Cap.Quæsivit 2.*de divortiis conciliatur,cum c.prima idololatria* 28. *q.* 1.p.555.n.12.
Cap. Inter dilectos 8. *de donationib.* p.600.n.7.& 8
Cap. multiplici de decimis, p. 469. num. 9
Cap.Tua 25.§. *fin.*eodem p.649.n.6
Cap.ad Audientiam 12. eod. p. 469. num. 9
Cap.prohibemus 19.eod. p.349.n.3
Cap.Quamvis 17. eodem p. 351.n.8
Cap.ex parte 27. *de decimis*, p. 468. num. 5
Cap. ad hæc 15. eodem , p. 351.n.9
Cap.fin.eodem, ibid.n.10
Cap.Pastoralis eodem, p.471.n.3
Cap. Per tuas 5. *de donat.* p.373. n.4
Cap. ut eorum 3. *eodem*, p.377.n.7
Cap. per vestras eodem. p.435.n.7
Cap.Dilecti 6.*eodem*, p.279.&462. num. 6
Cap. cæterum 3.*eodem*, p.463.n.2
Cap.Apostolicæ eodem, p.360. n. 10
Cap.Per tuas 5.*eodem*, p.367.n.10
Cap.Fraternitatem 2.*eod.*p.367.n. 11
Cap. Cæterum 4.*eodem*, p. 367.n.10
Cap.Inter dilectos 8 *de don.*pag.474. n.4.& 5
Cap.de deposito,n.387.n.7.& p.450. num 6
Cap.Finem litibus de dolo, & contumacia, p.450.n.5

E

C. Cum inter 21.*de elect.* p.305.n.4
Cap. Cum in cunctis 7. §. 1. *eodem* p. 326.n.3
Cap. Ne pro defectu 41.eod.p. 544. num. 9
Cap.Licet 6. eodem, p.353.n.7
Cap.Scriptum 40. eodem, p.353.n.7
C.accedentibus 12.*de excessibus Prælatorum.* p.348.n.9
Cap.Gravem 15. eodem , p.478.n.9
Cap. ad Audientiam 3. *de Ecclesiis ædificandis* p. 357. n. 9.& p.359. n. 7.
Cap.final. eodem,p.373.num.13
Cap. cum dilectus 3. *de emptione & vend.* p.368.n.14.& 15.& p.392. n.3.& p. 400. n.15.
Cap. Ad nostram 5. eod.p.431.n.5
Cap. Nimis antiqua 10. *vers. si quis decedentium, de excessibus Prælator.* p. 512. n.6
Cap. Quicunque 1.*de Ecclesiis ædificandis,& reparandis* pag.677.n.5
Cap. cum dicat Apostolus 2. *de Eccle. ædificand.* p. 530. n. 11. & p. 678. num. 1
Cap. ad Audientiam 5.*de Eccles.ædificand.* p.678.n.1
Cap.ad Audientiam 3.*de Eccles.ædificand.* p.631.n.11
Cap. de his 4. *de Eccles. ædificand.* p. 676. n. 1
Cap.Tua nobis fin.de Eccles.ædificand. p. 682. n. 1
Cap.Propositum 1.*de eo, qui dixit in matrimon.&c.* p. 554. n. 9
Cap.Innotuit,de election. pag.640. num. 11
Cap.cum in cunctis 7.*de elect.* p.693. num. 3
Cap.dudum 22.*de electione*, pag. 76. num.15.
Cap.inquisitionis 26. eodem p. 196. num. 18
Cap.venerabilem 34. eodem p. 204. num. 4.
Cap. constitutis 47. eodem pag. 48. num.15
Cap. 1.de eo qui mittitur in possessionem, p.5.n.11
Cap.cum venissent 3. eodem ibid. num. 11
Cap.1.versicul. Quod si sola , *junctæ versicul.*Nisi prius, *de exceptionibus*,p.196.n.17.& p.11.n.15.*& in versic.* Denique, p.194.n 9
*C.2.vers.*Quod ipse,eod.p.198.n.10
Cap.cum Ecclesiasticæ 3.eod. p.199. n. 5. *& in versic.* De qua fuerat, p. 200. n.6
Cap.Pastoralis 4.eod.p.159.n.7.*& in versicul.* Quas non fuerint protestat., p.201.n.6
C.cum venerabilis 6. eod.p.204. n.3 *& in vers.Inter contractus*, eodem p.205.*n.*9.*& in vers.* Verum etiam, p.206.n.16.*& in vers* Quoad temporalia, p.206.n.18
Cap.olim 7.*in fine*, eod. p.267.n.22. & p.207.n.4
Cap.dilecti 8. eodem p.202.n.7
Cap. dilecte 10.eod.p.207.n.3. *& in vers.* Quo circa. p.207.n.4
C.significaverunt 11.eod.p.203.n.11
Cap.exceptionem 12. *versic.* Ne quisquam, eod.p.208.n.4

F

Cap. 2.*de feriis.* p.61.num.8
Cap. licèt 3. eod.p.61.num.9
*Cap.*1.*de feudis.* p.179.n.7
Cap. 1.*de fide inſtrumentorum.*p.151. num. 5
Cap. cum veniſſent 3. *de fide inſtrumentorum.* p.28.n.3
Cap. accepimus 4. eodem pag. 117. num. 15. & 16.
Cap. inter dilectos 6.eod.p.157.n.11. *& in verſic.* Secundo per inſtrumentum. p.242.num.22
Cap. cum dilectus 9.eodem p.29.n.3
Cap. fin. de furtis. p.13.n.5
Cap.conſultationi de frigidis, & maleficiatis. p.237.num.7.
C.ſi quis 4 *de foro competenti.*p.268. num. 9
Cap.ſi Clericus laicum. eodem p. 28. num. 6
Cap. licèt ex ſuſcepto 10. eodem p. 260. num. 20
Cap. ſi diligenti 12. eodem p. 24. num.11.& p.11.num. 11.
Cap. ex parte 15. eodem p. 31.n.5
Cap. dilecti 17. eodem p. 18. n. 6.& p. 43. n.5
Cap. Licet 3. *de Feriis.* p.671.n.7
Cap. Final. de Feriis, p.666.num.3
Cap. Ad hæc 12. *de filiis presbyterorum,* p.314.n.11
Cap. Ad abolendam 16. eodem ibid. num. 12. & 14
Cap. Veniens 5.eod.p.314.num.13.& p.370.num.7
Cap. ex tranſmiſſa 7.eodem p. 314. num. 16
Cap. Pervenit 2. *de fidejuſſoribus*, d.318.n.3.& p.442.n.6.& p.448. n.3.& p.387.n.5
Cap.clericus 1. eodem, p. 294.n.4.& p. 441. n. 3
Cap. quod quibuſdam 4. eod. p. 386. num. 3
Cap. 2.*de feudis*, p. 373. num.4. & p.431. n.3
Cap. ex parte 2. eodem pag. 372. num.4
Cap. dilecti 17.*de foro competenti*, p.447.num. 5.
Cap. Nullus 2. eod.p.451.num.11
Cap. ſi cautio 14.*de fide inſt.* p. 455. num. 4

H

*Cap.*2.*de Homicidio,* p.278.n.4
Cap. ſuſcipimus eodem,ibid.n.5
Cap.ex|parte 4.*de his quæ fiunt à majori parte capituli.* p.352.num.4
Cap. cum in cunctis 1.codem p.353. num. 8
Cap.Paſtoralis de his quæ fiunt à Prælato. p.360.n.10
Cap. Apoſtolicæ 7. eod.p.359.n.6
Cap. ea noſcitur. eod.p.473.n.13
Cap.ad abolendam,de hæreticis. p.17. n.9 & p.119.n.4.
Cap. poſtulaſti 21.*de homicidio.* p.7. num. 20
*Cap.ſacris de his quæ vi.*p.208.n.5.& p. 216. n.5
Cap. 1.*De homicidio,* p. 687. num.6
Cap. Tua nos 19.*de homicidio,*p.695. num. 11
Cap.Petitio 24.*de homicidio,* p. 697. num. 10

I

Cap.Pervenit 3. *de jur. jur.* p.557. num.5
Cap. Tua nos 11.*de jur.jur.cap.Gravis* 15. *de cenſib.* p.617.n.4
Cap. Perlatam 1.*de jure patronatus,* pag. 594. num. 1. &2. & p. 597. num. 8
Cap.Quæcunque 2.*de jur.patr.*p.594. n.1.& p.608.n.1
Cap. Quoniam 3. *de jur. patronat.* p. 608. & 609.n.1.& 3
Cap. Quod autem 5. *verſ. fin.de jur. patron.* p.598.n.1
Cap.Quis 6.*de jur. patronat.* p.601. num. 3
Cap.Ex litteris 7.*de jur.patr.* p.605. num. 1
Cap. Illud 8. *de jur.patronat.*p.599. num.5
Cap. Quærimoniam 9. *de jur. patron.* p. 608. n. 1.
Cap. cum laici 10. *de jur. patronat.* p. 603. n.8
Cap.cura paſtorali 11.*de jur.patronat.* p. 598. n. 3
Cap. Si vero 12.*cap.eam te* 22.*de jur. patronat.* p.594.n.1
Cap.cum ſæculum 13. *de jur. patron.* p. 598. & 605. num. 1
Cap. Ex inſinuatione 14.*de jur. patr.* p. 599. n. 6
Cap. conſuluit 15. *de jur. patronat.* p. 603. num. 8
Cap.de jure 16.*de jur.patron.* p.601. &603. num. 1
Cap. Nullus 17.*de jur. patron.* p.600. num.10
Cap. conſultationibus 19. *de jur. patr.* p. 607. num. 11
Cap. Suggeſtum 20. *de jure patron.* p.598.num. 1. &p.600.n.11
Cap.relatum 21.*cap.præterea* 33. *de jur. patronat.* p.601.n.1.& p.605. num. 1
Cap.prætereà 23.*de jur.patron.*p.611. n. 5.& p. 617. n. 3
Cap. Nobis 25. *cap. cum laici* 10. p. 603.n.8.*de jur. patron.*
Cap.cum propter 27.*de jur.patronat.* p. 594. n. 1.& 3
Cap. final. de jur. patronat. p. 598. num. 1
Cap. à nobis 25. *cap.præterea* 28. *de jur. patron.* p.631.n.12
Cap. cum veniſſent, in fin. de in integr. reſtit. p. 608.n.11
Cap. Quia plerique 8. *de Immunitat. Eccleſ. cum cap.procurationes* 23. *de cenſib.* p.615.n.11
Cap. Pervenit 2. *de Immun. Eccleſ.* p.683.num.4
Cap. Non minus 4. *de Immun. Eccl.* p.682. n. 1
Cap. cum Eccleſia Dei 5.p.686.n.1. *de Immunit. Eccleſ.*
Cap. Inter alia 6. *de Immunit. Eccleſ.* p.688.n.10.&11
Cap.Adverſus 7. *de Immun. Eccleſ.* p.688. num.1
Cap. Quia plerique 8. *de Immunitat. Eccleſ.* p.615.n.11
Cap. Eccleſiæ 9. *de Immun. Eccleſ.* p.629. n. 3
Cap. Immunit.fin. de Immun.Eccleſ. p.687. num.5.
C. Decernimus 2. *de Judiciis.*p.685. num. 11
Cap. ex literis 4. *de in integrum reſtitutione.* p.246.num.19
Cap. conſtitutus 8.eodem p. 28. n. 3
Cap. cum veniſſent 6. *de inſtitutionibus.* p.245.n.15
Cap. dilecti 6.*de judiciis.*p.48.n.13. & p.210.num.3
Cap. cum non ab homine 10. eodem p. 20. n. 20.
Cap.novit 13. eodem p.14.n.7
Cap. exhibita. eod.p.202.n.8
*Cap. examinata.*19. eod. p.106.n.9
Cap. fin. eodem p. 7. n. 24. & p. 60. num.21.& p.64.num. 14. & p.75. num. 8
Cap. 1.*de juramento calumniæ.* p.57. num. 11
Cap. fin. eod.p.176.n.11
Cap. 2.*de jure jurando.* p.183.n.10
Cap. Ego 4. eod.p.175.n.7
Cap. debitores 6. eod. p. 184. n.13.& p. 187. n. 2.& p. 177. n. 8. & in *verſ.* In quibus ſe obligaverant, p. 177. n. 6
Cap. ad noſtram 7. *verſ.* Deindè, eodem p.179. n. 5
Cap. ſi verò 8. *ejuſdem titul.* p. 183. num. 10
Cap. ex reſcripto 9. eod.p.17.n.9
Cap. cum quidam 12. *verſ.* Si verò eod.p.183.n.11
Cap. quanto 18. eod. p. 180. num. 4 & 5
Cap.ad noſtram 20. eod. p. 7. n.23. p. 179. n. 5
Cap.quemadmodum 25. §.*illud, verſ.* Turius ergo, eod.p.182.n.3
Cap. etſi Chriſtus 26. *verſ.* Si tantum & *verſ.* Etiam per cœlum, eod. p. 186. num. 5. & *in verſ.* Præſenti gratia indulgendo. p. 135. num. 7
Cap.cum contingat 28. eod. p. 33. num. 11
Cap. ſicut 29. §. *juramentum*, eod. p. 173. num.4
Cap. nimis 30. eod.p.175.n.5
*Cap. fin. verſic.*Quamvis,eod.p.190. num. 12
Cap.ex literis 7.*de jure patronatus*, p.9.n.8.& p. 103. n. 7
Cap. cum ſeculum 13. eod.p.9.n.8
Cap. conſultationibus 19. eod.p.103. num. 7
Cap. Paſtoralis 29. eodem p. 251. num. 11
Cap. Ex litteris de jure Patronatus, p.473.n.13
Cap. ex inſinuatione 14. eod. p.465. num. 4
Cap.Illud 8.eod.p.465.n.5.p.339.n.
Cap. cura 11. eod.p.467.n.7
*Cap.*1.*&* 2. eod.p.315.n.17
Cap. conſuluit 15. eod.p.315.n.18
Cap.à nobis 3. eod.p.357.n.10

Cap.

Index Jurium.

Cap Querelam 10. *de jure jurando*, p 414.n.14.& p.417.n.4
Cap.ex reſcripto eod. p.442.n.6.& p.429.n.5.& p.457.n.7
Cap ad noſtram 7. eod. p.310.n.5.& p.423.n.8.& 431.n.3
Cap.Intellecto 33. eod.p.461.n.3
Cap At ſi clerici 4.*de judiciis*,p.298. n.17.& 299.n.4
Cap cauſam quæ 9. eod.p.327.n.7
Cap.Non amplius 1. *de inſt.* p.333. n.3.& p.348.n.4
Cap.auctoritate 4. eod.p.333.n.5
Cap.cum veniſſent 6. eod.p.335.n.8 p.370.num.7.& p.400.n.4
C.ex frequentibus 3. eod.p.335.n.11. & p.473.num.11
Cap. ad decorem 5. eodem p. 335. num. 12

L

Cap.2.de locato. p.374.n.4
Cap.Potuit ultim. eodem pag.368. num.17
Cap.2.de locato. p.219.n.9

M

Cap. cum inferior de Majoritate & obedientia. p.359.n.7
Cap.cum in Eccleſiis X. de majoritate,& obedientia. p.175.n.4
Cap.fin.de matrimonio contracto,contra interdictum Eccleſiæ. pag. 3. num. 16.
Cap.1.de mutuis petitionibus. p. 85. n.12.& *in verſ.* In continenti. p. 49. n. 4
Cap.fin.de Magiſt. p.694.n.8

N

Cap.illa 2.*ne ſede vacante.*p.270.n.4 p.273.num.6
Cap. Sacerdotibus 2. *Ne clerici vel Monachi.* p.280.n.13
Cap.clericis 5. eod.p.280.n.13
Cap. unico ne Sede vacante, p. 344. num. 5.& 6
Cap. fin.ne Prælati vices ſuas, p.374. num. 3
Cap.1 cum ſequentib. Ne clerici vel Monachi. p.504.n.3
Cap.Multa 1.*Ne clerici, vel Monac.* p.690.n.1
Cap.Sacerdotibus 2.*Ne cler.vel Monac.* ibid.
Cap. Non 3. *Ne cler. vel Monach.* p. 692. n.10.& p.694.n.7
Cap. Sed nec 4. *Ne cleric. vel Monach.* p.690.n.1
Cap.clericis 5.*ne cleric.vel Monach.* p. 696. n.1
Cap. Secundum inſtituta 6. *ne clerici vel monach.* p.690.n.1
Cap. Sententiam 9. *Ne cleric. vel Monach.* p. 695. n. 12. & p.697. num. 9
Cap.Super ſpecula 10. *ne cleric. vel Monachus* p. 691. n.10.& p. 694. num. 9
*Cap.1.& 2.de novi oper. nunt.*p.677. num.3

O

Cap. ut noſtrum 9. *de officio Archidiaconi.* p.245.num.13
Cap.fin.ejuſdem tituli. p.34.num.4
Cap. ſi quando 8.*de officio, & poteſtate judicis delegati.* p.234.n.11
Cap.ſuper eo 15.eodem p. 245.n.14
Cap.relatum 19. eod.p.51.n.5
Cap.gratum 20. ibid.
Cap. prudentiam 21. §. *ille quoque*, eodem p.5.n.12
Cap. ſuper quæſtionum 27. §. *fin.* eodem p.265.num. 12
Cap.Paſtoralis 28. §.*quia vero*, eod. p.234.n.8
*Cap.cum R.*35. eod.p.21.n.3
Cap.cum contingat 36. eod. p. 202. num.10
Cap.P.& G. eod.p.24.n.15
Cap.2.de ordine cognitionum pag.46. num. 3. & pag. 49. n. 4. & p. 65. num. 4.
Cap.tuam 3. eod.p.67.n.11
Cap.ex parte 12. *de officio Delegati*, p. 340. & 314. n. 12. & p.420. num. 10
Cap. Paſtoralis 18. §. *quia vero*, eod. p.320.num.8
Cap. ſi quando 8. eod.p.320.n.8
Cap.Super eo 15. eod.p.335.n.7
Cap.Ut noſtrum 5. *de officio Archidiaconi.* p.334.n.5
Cap.Ex litteris 1. *de officio judicis ordin.* p.692.n.11
Cap. 1.*officio ordinar.* p.696.n.5
Cap.conquerente 16.*verſ. de Quarta decimationum,de offic.jud.ordinis*, p.514.n.3
Cap.Officium 3. *verſ. Debet, de officio Archipresbyt.* p.664.n.7
Cap. Ex parte 1. *de obſervat. jejun.* p.669.num. 1
Cap.conſilium 2. *verſ. Quod omnium Apoſtol.de obſervat. jejun.* p. 671. num. 8
C.Explicari 3.*de obſer. jejun.* p.669. num. 1
*Cap.final. De obſervat. jejun.*p.672. num. 10

P

Cap.ex literis 5. *de pignoribus.* p. 71. num. 7
Cap.ſignificante 7. eodem p.182. num. 5
Cap.2.de poſtulando. p.136.n.12
Cap.referente 7.*de præbendis,& dignitatibus.* p.258.n.12
*Cap.1.de præſcriptionibus.*p.209.n.3 & p.217.num.16
Cap.ſtatutum 3. eod.p.212.num.5
Cap.de quarta 4. eod. p. 213. n.9.& p.227.n.6
Cap.quia indicante 9. eod. p. 141. num.12
Cap.accedens 11. eod.p.224.n.5
Cap. ad Audientiam. eod.p.160. num. 8
Cap.ſi diligenti 17.eodem p. 227. num. 7
Cap. 2.de præſumptionibus. p.166. num. 5
Cap.literas 14. *verſ.* Quia intra.eod. p.166.num.12
Cap.cum & plantare 3.*de privilegiis* §. *excommunicatos.* p.202.n.4
Cap ſi de terra 6. eod.p.213.n.6
Cap. porrò 7. eod.p.272.n.8
Cap.cum olim 12.eod. p. 152.n.8.& p.160.n.10
Cap.ex parte 13. eod.p.7.n.21
Cap. ut privilegia 24. eodem p. 202. num. 4
Cap.ſuper ſpecula 28. eodem p. 29. num. 7
Cap.1.de probationibus, *verſ.* Nulli dicendum. p.125.num.3
Cap.propoſuiſti 4. eod.p.128.n.10
Cap.tertio eo 5. eod. p. 136.n.12
Cap.juravit 6. eod.p.236.n.3
Cap.in præſentia 8. eod. *verſ.* Erat minor. p.124.n.4
Cap. licèt cauſam 9. eod. *verſ.* Alias ad hoc generaliter. p. 126. n.5.& *verſi.*Quoniam. ibid.n.8.& p.129. n.3.& p.194.n.8.
Cap.ad noſtram 12. eod. p.428.n.7. & 8
Cap. cauſam matrimonii 14. eodem p.145. num. 6
Cap. cum bonæ memoriæ ultimo, eod.p.145.num. 10
Cap.2.de purgatione vulgari. p.145. num. 9
C.ex inſinuatione 3.*de procuratoribus* p.142.n.15
C.1.de præbendis,p.212.n.1.& p.213. num. 4
Cap. Non liceat 2. eodem p. 316. num. 3
Cap. Epiſcopus 4. eodem ibid. n. 4. & 8
Cap.tuis quæſtionibus 23. eod.p.316. num. 4
C.cum ſecundum Apoſtolum 16. eod. p.316.n.5
Cap.Niſi eſſent 21.eod.p.318.num.5. & p. 324. num. 3. & 4.p.356.n.8. & p.420.n. 12
Cap. Tuæ 20. eod.p.321.n.5
Cap. Dilecto 25. ibid.
Cap. Dilectus 19. eod.p.321.n.4
Cap. pro illorum 22. eod.p.333.n.4
Cap. Relatum 9. eod. p.340.n.9
Cap. Dilectus 19. eod.ibid.n.10
Cap.Tua 20. eod.p.340.n.11
Cap Dilecto 25. eod. ibid. & p. 355. num. 6
Cap.Vacante 26. eod.p.342.n.3
Cap.Dilectus 27. eod.p.321.n.6
Cap. cum cauſam 36. eod.p.355.n.4
Cap. Majoribus. eod.p.417.n.3
Cap.inter cætera 17. eod. p.418.n.5. & 6
Cap. Dilectus 23. eod. p.420.n.12
Cap. extirpanda 30. §.*qui vero* eod. p. 311.n.3.& 6
Cap. fin. §. *clericus de poſtulando*, p.478.n.8
Cap. quia in dubiis de pœnis, p.279. num. 9
Cap. cum pridem 4.*de pactis.* p. 325. num. 8
Cap.ex literis 3.*de probat.*p.328.n.15
Cap. tertio loco. eod.p.474.n.3
Cap. Dilectus 27. eod.p.321.n.6
C.1.de præſcriptionibus. p.345.n.10.

Index Jurium.

Cap. quia circa 22. *de privilegiis*, p. 469. n. 7
Cap. cum & plantare §. 1. eod. p. 362. num. 9
Cap. cum olim 14. eodem p. 463. num. 4
Cap. dudum 31. eod. p. 469. n. 9
Cap. olim el 2. eod. p. 473. n. 9
Cap. significante eod. p. 383. n. 5
Cap. præsentium 3. eod. p. 424. n. 3 & 4
Cap. illo vos. eod. p. 431. n. 5
Cap. ex litteris 5. eod. p. 435. n. 7
Cap. cum contingat fin. eod. m p. 438. num. 3
Cap. 2. de Precariis. p. 378. n. 9
Cap. Nullus 3. *de Parochiis, & alien. Paroch.* p. 520. n. 1
Cap. Super eo 4. *de Parochiis, & alien. Paroch.* p. 523. num. 1. *cum sequentibus.*
Cap. Placuit 1. *de præscriptionibus.* p. 525. num. 8
Cap. Auditis 13. *cap. cum olim* 18. *de præscriptionib.* p. 582. n. 3
Cap. ad aures 6. *de præscriptionibus.* p. 525. n. 9
Cap. Quia indicante 9. *de præscript.* p. 424. n. 5
Cap. Veniens 19. *de præscript. latè discutitur.* p. 522. n. 7. & 8
Cap cum olim 4. *vers. Præterea, de privilegiis.* p. 481. n. 7
Cap. Quia circa 22. *de privilegiis*, p. 534. n. 9
Cap. at privilegio 14. *de privilegiis*, p. 512. n. 5
Cap. In his 30. *de privileg.* p. 624. n. 6
Cap. Dudum 31. *de privil* p. 535. n. 11
Cap. In præsentia 8. *de probation.* p. 507. n. 5
Cap. cum causam 13. *de probation. cum cap. plures* 54. 16. *q.* 1. p. 524. num. 4
Cap. Presbyteri 2. *de pœnis.* p. 506. n. 4
Cap. Qui presbyterum de pœnitentiis, & remiss. cum cap. Qui Presbyterum 24. *quæst.* 4. p. 554. n. 11
C. Significatum 11. *de præben.* p. 636. num. 6
Cap. De Monach. 12. *de præb.* p. 592. num. 7. & 593. num. 11.
Cap. Dilecto 25. *de prabend.* p. 604. num. 9
C. 1. vers. Deprehenderit, de presbyt. non baptiz. p. 660. num. 3. & p. 661. n. 6. *ad fin. capitis.*
Cap. 2. *& 3. de presbyter. non bapt.* p. 650. n. 7. & p. 662. n. 8
Cap. Apostolicam 2. *de Presbyter. non bapt.* p. 661. n. 6. *cum cap.* 1. *in fin.* eod. tit. p. 662. num. 8. & 9
Cap fin. de præsbyt. non bapt. remissivè p. 643. n. 2. & p. 645. n. 5. & p. 661. n. 6
Cap. Volens unicam. de Purificat. post partum. p. 673. n. 1
Cap. 1. De postulando, p. 692. n. 11
Cap. Ex parte 2. *de postulando*, p. 691. num. 9. & 694. n. 6

Q

Cap. Per venerabilem qui filii sint legitimi. p. 290. n. 10.
Cap. 2. *qui clerici vel voventes* p. 295. num. 3
Cap. Insinuante 7. *qui clerici, vel voventes*, p. 541. num. 5. & p. 576. num. 6
Cap. fin. Qui clerici, vel voventes p. 484. n. 5
Cap. Rursus 6. *qui clerici, vel voventes.* p. 184. n. 18
Cap. videtur 3. *qui matrimonium accusare possunt.* p. 239. n. 4
Cap. perlatum 8. *qui filii sint legitimi.* p. 132. num. 8
Cap. causam quæ. eod. p. 71. num. 8

R

Cap. si quis 2. *de Regularibus* p. 30. num. 5
Cap. licet 18. eodem p. 173. n. 8
Cap. 2. *in fine de rescriptis.* p. 272. num. 9
Cap. cum adeò 17 eod. p. 206. n. 3
Cap. edoceri 21. eod. p. 135. n. 9
Cap. cum dilecta 22. eodem p. 250. num. 15
Cap. postulasti 27. eodem
Cap. super literis 30. eodem p. 233. num. 6
Cap. significavit 36. eod. p. 18. n. 4
Cap. accepta 3. *de restitutione spoliatorum.* p. 83. n. 3
Cap ex literis 5. *eod. versic.* Prius de violenta ejectione. p. 84. n. 4
Cap. ex conquestione 10. eod. p. 75. n. 7. & p. 77. n. 5
C. literas 13. eod. p. 66. n. 5. & p. 234. num. 10. & p. 104. n. 12
Cap. fin. eodem p. 2. num. 6. & p. 11. num. 6
Cap. Si quis 2. *de Regularibus* p. 536. num. 1. & 4.
Cap. Super eo 9. *de Regularib.* p. 541. n. 1. & 4. *Ubi conciliatur, cum cap. ex parte* 22. eod. titul. p. 580. n. 9. & p. 581. n. 12
Cap. Significatum 11. *de Regularib.* p. 536. n. 1. & p. 538. n. 8
Cap. cum virum 12. *de Regular.* p. 536. num. 1
Cap. cum simus 14. *de Regularib.* ibid. num. 1. & p. 539. num. 11. & 540. num. 12. & 13. *Ubi conciliatur, cum Authentic. Cod. de Sacrosc. Eccles. & cum cap. si qua mulier* 19. *quæst.* 3
Cap. Licet 18. *de Regularibus* p. 541. num. 2. & p. 558. n. 6
Cap. consulti sumus 20. *de Regular.* p. 542. num. 6. p. 564. num. 4. & 5
Cap. Postulasti 21. *de Regular.* p. 542. num. 9
Cap. Ex parte 22. *de Regular. conciliatur, cum cap. super eo* 9. eod. tit. p. 541. n. 4
Cap. statuimus 23. *de Regularib.* p. 565. num. 7
Cap. Super eo 2. *de Raptorib. conciliatur, cum cap. in litter.* eod. tit. p. 518. num. 6
Cap. In litteris 5. *de Raptor. conciliatur, cum c. super eo* 2. eod. tit. ibid.
C. cum causa 6. *de Raptor* p. 547. n. 10
C. cum ordine 6. *de Rescriptis*, p. 29. num. 9
Cap. Nunc autem 1. *de Religiosis dom.* p. 582. num. 1
Cap. Quia Monasterium 2. *de Religiosis dom.* p. 582. num. 1. *Vide cap. primo. Ne sede vacante, num.* 2. *Secundi tomi, & cap. prim. de reb. Eccles. num.* 7. *& cap. interdictos* 8. *num.* 4. *de Donationibus, explicatur in* 2 *tom.*
C. Ad hæc 4 *de Religios. dom.* p. 582. num. 1
Cap. Inter quatuor 5. *de Religios. dom.* p. 682. n. 10
Cap. constitutus 6. *de Religios. dom.* p. 585. num. 7. & p. 612. n. 9
Cap. cum venerabilis 7. *de Religiosis dom.* p. 586. n. 1
Cap. cum dilectus 8. *de Religios. dom.* ibid.
Cap. Ne nimia fin. de Religios. dom. p. 586. n. 1. & p. 587. n. 5. & p. 588. num. 9
Cap. conquerente, de restit. spoliator. p. 602. n. 5
Cap. Audivimus 1. *de Reliq. & vener. sanct.* p. 666. n. 1
Cap. cum ex eo 2. *de Reliq. & vener. sanct.* p. 665. n. 1. & p. 667. n. 4
Cap. inter cetera 4. *de rescriptis*, p. 314. num. 14
Cap. proponente 42. eodem p. 319. n. 4
Cap. eam te 7. eod. p. 347. n. 3
Cap. exhibita fin. de rer. perm. p. 324. n. 7. & p. 373. n. 5
Cap. mancipia. eod. p. 363. n. 4
Cap. injustum. eod. ibid.
Cap. 1. eodem p. 364. n. 6. & p. 369. num. 20
Cap. consensus 3. *de rebus Ecclesiæ*, p. 364. n. 9. & p. 365. n. 10
Cap. nulli 5. eod. p. 366. n. 3. & ibid. n. 6. & ibid. n. 7. & p. 367. num. 10. & p. 368. n. 13. & p. 369. num. 19. & 370. n. 5. & 6
Cap. Presbyterum 6. eodem pag. 475. num. 7
Cap. 1. eod. p. 369. n. 19
Cap. Episcopi 4. eod. p. 370. n. 4
Cap. ut super 8. eod. p. 373. n. 5
C. cum venisset. 9. de rest. spol. p. 339. num. 6
Cap. olim 12. eod. p. 279. n. 3
Cap. constitutus 6. *de religiosis domibus* p. 372. n. 7. & 410. n. 5. & p. 472. num. 6
Cap. nemo 14. *de simon.* p. 314. n. 15
Cap. per tuas 37. eod. p. 316. n. 8
Cap. si quis ordinaverit. 45. eod. p. 316. num. 8
Cap. cum dilectus 28. eodem p. 325. num. 9
Cap. inter cætera 9. *de sententia & re judicata.* p. 320. n. 8
Cap. cum Bertholdus 18. eod. p. 334 n. 3. & p. 427. n. 5
Cap. olim 12. eodem p. 353. n. 6
Cap. lator 7. eod. p. 475. n. 7

S

Cap. 1. *de sententia, & re judicata.* p. 245 & 246. n. 17. & 18
Cap. non potest 3. eod. p. 13. n. 8

Cap.

Index Jurium.

Cap.de cætero 5. eod.p.233.n.3
Cap.tenor 10. eod. p. 104.num.12.& p. 237.n.11
Cap.causam quæ 14.eodem pag.230. num. 15
Cap.cum super 17.eod. p.243.num.3 & 5.
Cap.cum Bertoldus,eod. p. 259.n.17. & p.246.n.18.& p.9.num.10.*& in verſ.* Didacum Clericum, p. 245. n.12.*& verſic.* Poſtmodum autem, p.246.n.18.*& verſic.* Dicto electo, ibid. n.21
Cap. inter Monaſterium 20. eodem p.207.n.3
Cap.ſuborta 21. eod.p.229.n.5
C.nulli 8. *de ſententia excommunicationis.* p.202.n.4
Cap.ſignificavit 18. eod. p. 208. n.6 *& in verſic.* Eadem, p.197.n.4
Cap.perpendimus 23. eod.p.7.n.21
Cap. nuper 29.*verſ.* Pari pœna,eod. p.197.n.4
Cap.ſi verè 34. eod.p.198.n.8
Cap.per tuas 40. eod p.207.n.5
Cap.inquiſitioni 44. eod.p.198.n.10
Cap.concubinæ,verſ. Sententiam majoris. eod.p.197. n.4
Cap.cum liberum de ſepulturis, p.84. num. 6
Cap. 1.de ſequeſtratione poſſeſſionis, & fructuum. p.106.n.11
Cap. licèt 21.*de ſimonia.* p.138.n.4
Cap.de ſimoniacis 22.eodem pag.12. num. 5
Cap.fin.de ſortilegiis, p.274.n.8
Cap.præterea 2.*de ſponſalibus*,p.142. num. 16
Cap.ex parte 9. eod.p.143.n.4
Cap. commiſſum, eod.p.173.n.4
Cap. Nos inſtituta 1. *de ſepulturis*, p.510.n.1
Cap.Relatum 2.*de ſepult.* p. 515.n.1. & 4
Cap.Fraternitatem 3.*de ſepult.*p.510. num. 1. & 3
Cap.De his 4.*de ſepult.* p.514.n.1
Cap.Ex parte 5. *de ſepult.* ibid. n.1. &4.& p.515.n.1
Cap.cum liberum 6.*de ſepult.* p. 515. num.1.& 5
Cap.De uxore 7.*de ſepultur.* p. 510. num. 1
Cap.cum ſuper 8.*c.certificari*, 9.eod. tit. ibid.
Cap.In noſtra 10. *de ſepult.* ibid. & p.511.n.3.&p. 515.n.6.& 7. *Ubi conciliatur, cum cap. fin. de teſtam.* p.516
Cap.Ex parte 11.*cap.ſacris* 12.*de ſepult.* p.515.n.1.p.519.n.11
Cap. Parochiano fin.de ſepult. p.515. num.1.p.517.n.6.& 7
Cap.Sed hoc 1.*cap.Sancto* 2. *cap.cum dilectus fin. de ſucceſſion. ab inteſt.* p. 507. n.1.& p.508.n.8.9.& 10.
Cap.2.de ſupplenda negligent.Prælat. p.668.n.9.& 593.n.9.& 10
Cap.commiſſum de ſponſalib. p. 558. num.16
*Cap.fin. de ſponſalib.duor.*p.550.n.5
Cap.Monachi 2. *de ſtatu Monachor.* p.579.n.8
Super quoddam 4. *de ſtatu monach.* C.p.574.n.1
Cap. Quod Dei 5. *de ſtatu Monach.* p.577.n.1.& p.579.n.8. & p.591. num. 6
Cap.cum ad Monaſterium 6. *de ſtatu Monach* p.560.n.12.& p.574.n.3
Cap.De hoc 11. *Cap.veniens* 19. *de Simonia* p.572.n.8.& 9.& p.576. n.7. *cap. Nemo* 14. eodem, tit. & p. 604. n.10
*Cap.De Regularib.*25. *de Simonia*, p. 570. num.4
Cap.Dilectus 30.*del Simonia*,p. 570. n.5.& p.571.n.6. *Ubi conciliatur, cum cap. Inquiſitionis* 22. *de accuſationibus.* p.573.n.11
Cap.Sicut 33.*de Simon.* p. 580.n.11
Cap. Quoniam 40. *de Simon.* p. 571. num. 7
Cap.Audivimus 41.*de Simonia. Ubi conciliatur, cum cap. veniens* 19. eodem, tit. p. 572. num.9. *cap. ad Apoſtolicam,de Simonia* p.678.n.9
Cap. conſulere 38.*de Simon.* p. 604. num. 11
Cap.cum Bertholdus.de ſentent. & re judic. p.606.n.5
Cap. 1. de Sacrament.non iterand. p. 660.n.4.& 5
Cap.Presbyter 3.*in fin.de Sacram.non iterand.* ibid. n.5
Cap. Unicum de Sindico, & actore, p.691.num.8.

T

CapQuorundam 1. *de teſtam.*p.480. num. 1. & 3
Cap.Quia 2. *de teſtam.* p. 485. n. 3.
Cap.Nos quidem 3. *de teſtam.* p. 485. n.1.& p. 504.n.6.
Cap.Judicante 4.*de teſtament.*p.491. num. 1
Cap.Filios 5.*de teſtament.* p.485.n.1. & p.503.n.1.
Cap. Si hæredes 6.*de teſtam.* p.504. num. 6
Cap.In officiis 7. *de teſtament.*p.479. num. 1
Cap. Ad hæc 8.*de teſtament.* p. 481. num. 6
Cap.Quia nos 9.*de teſtament.* p.479. num. 1
Cap.cum eſſes 10.*de teſtament.* p.490. n.1. & p.491.n.4
Cap.Relatum 12. *verſ. Licèt, de teſtam.* p.482.n.9. & p.490.n.1
Cap.cum tibi 13.*de teſtam.* p.490.n.1 & p.491. n.3
Cap.Officii 14.*cap.requiſiſti* 15.*de teſtament.* p.496.n.1.& 3
Cap.Requiſiſti 15.§. *ultimo, de teſtam.* p.480.n.4.& 5
Cap.Raynucius 16 *de teſtam.* p.498. n.8.*& ſeqq.*
C.Tua nobis 17.*de teſtament.*p. 503. num. 1
Cap.Raynaldus 18. *de teſtam.* p.499. n.3.& 8. *cum n.ſeqq.*
Cap.Joannes,19. *de teſtament.* p.503. num. 1
Cap.fin.de teſtam. conciliatur, cum c. 10. *de ſepult.* p.505.n.7
Cap.1.De torneamentis. p.518.n.6 *in fin.*
Cap.2.De tranſactionibus,p.428.n.7
Cap.De cætero 5. *de tranſactionibus*, p. 619.n.6
Cap. Super eo 7. *de tranſactionibus*, p.528.n.7
Cap. 2. De tranſlat. Epiſcop. p. 549. num. 3
Cap.Venerabile 52.*de teſtibus*,p.667. num. 6
Cap.1.verſic.Niſi,de teſtibus. p. 130. num. 10
Cap. 2. eod. p.132.num.9.*& in verſ.* Niſi, & p.131.n.12
Cap.quoniam 3. eod. p. 149. n. 9
Cap. dilecto 4. eod.p.266.n.20 *& in verſicul.* In omni negotio. p. 133. n. 4.
Cap. inſuper 6. eod.p.135.n.8
Cap.ex parte 7. eod.p.266.num.16
Cap.ſicut 9. *verſ.* Super quo. *juncto verſic.* Sequenti, eod. tit. p.238. num. 12. & 130. n.8
Cap.ſuper eo 6. p.186 n.13
Cap. licèt 9. eod.p.126.n.8
Cap.cum veniſſet 25. eod. n. 54.n.12
Cap.ſeries 26.*verſic.* Tam teſtes offerens. eod.p.145.n.5
Cap.præterea 27. eod. p. 169. n. 13
Cap.cum à nobis 28.eod.p.141.n.11
Cap.præſentium 31.eod.p.201.n.7.& p.194.n.7
Cap.cum olim 34. eod.p.53.n.9
Cap.veniens 38. eodem p.146.n.14
Cap.tuis quæſtionibus 39.eodem *verſ. in cauſis propriis.* p. 134.n.3. & p. 187. n. 13
Cap.ſignificavit 41. eod.p.9.n.6
Cap.conſtitutis 46. eod.p.145.n.8.& p. 236. num.4
Cap.preſentata 50. eod.p.145.n.11
Cap. Teſtimonium 54. eod. *verſ. cum non committatur infamia*, p. 195. num 16.
Cap.ſuperiore 3.*de teſtibus cogendis*, p. 148.n. 3
Cap.pervenit 4. eodem *verſ. ad detegendum tantæ fraudis.* ibidem num. 6
Cap. pervenit 5. eod. *verſ.* Quod hi, *qui de rebus, &c.* ibid.n.5.
Cap. dilectorum 10. eod. *verſ.* Præterquam ſuper criminibus. ibid. num. 4
Cap.fin. eod.ibid.num.6
Cap.cum eſſes de teſtamentis. p.119. num.10.& p.133.n.7
Cap. præterea 2. *de tranſactionibus* p. 204. num.4
Cap.Veniens 8. eod.p.274.n.7
Cap.Ex parte 7.*de teſtibus.*p.295.n.6
Cap inter corporalia de tranſlatione Epiſcopi, p.305.n.3
Cap.relatum 12.*de teſtament.* p.318. num 4.
Cap ad hæc 8. eod.p.463.n.3
Cap.ſuper eo 7.*de tranſact.*p.324.n.5
Cap.De cætero 5. eod. p.325.n.10
Cap. conſtitutus 4. eod.p.325.n.10
Cap.veniens 8. eod. ibid.

V

Cap. Ut laici 1.*de vita & honeſt. clericorum.* p.276.n.3
Cap.ex multa 9.*& fin.de voto*, p.279. n.6.& p.280.n.13

Index Jurium.

Epiſtola 1. *Divi Bernardi, & ejus Hiſtoria refertur*, p. 537. n. 4.
Divi Bernardi Epiſtola 340. *ad Henricum Archidiaconum latè exponitur*, p. 643. n. 10.
Divi Bernardi mirabile factum proponitur, & latè diſcutitur relatum à Gaufrido, in vita ejus in exordio Ciſtercienſi, cap. 16. p. 668. num. 12.
Divi Thomæ auctoritas aſſerentis, conſuetudinem, nunquam poſſe legem politicam vincere interpretatur. p. 120. n. 13.
Divi Thomæ Cantuarienſis factum refertur. p. 211. num. 5.
Divi Auguſtini teſtimonium, epiſtola 161. p. 257. n. 5.
Divi Auguſtini epiſtola 162. p. 258. num. 7.
Damaſci epiſtola ad Theophilum, & Anilium, quæ extat inter epiſtolas Ambroſii, epiſtola 79. p. 258. n. 6.
Cypriani auctoritas, epiſtola 3. p. 259. num. 4.
Divus Hieronymus Ezechielis, c. 43. p. 277. n. 11.
Divus Auguſtinus, lib. 2. *ſuper exodum, cap.* 71. pag. 296. n. 9.

Ex Conciliis.

Toletanum, cap. 7. pag. 279. num. 8.
Toletanum, cap. 5. p. 464. n. 5.
Toletanum 3. *cap.* 4. ibid. n. 6.
Toletanum 4. *cap.* 75. p. 477. n. 5.
Toletanum 9. *cap.* 11. p. 478. n. 7.
Taronenſe, cap. 14. p. 293. n. 6.
Nicæna Synodus, c. 3. ibid. n. 7.
Tridentinum, ſeſſ. 22. *cap.* 3. pag. 311. num. 4.
Trident. ſeſſ. 24. *de reformat. cap.* 17. & p. 328. n. 13. & p. 329. n. 19.
Trident. ſeſſ. 24. *cap.* 20. p. 348. n. 9.
Trident. ſeſſ. 25. *de reform. cap.* 3. p. 451. num. 9.
Aurelianenſe 4. *cap.* 33. pag. 464. n. 9.
Concilium Triburienſe, cap. 15. p. 513. num. 7.
Concilium Triburienſe, cap. 25. p. 596. num. 6.
Concil. Triburienſe, Canon. 31. p. 671. num. 7.
Concil. vvormacienſe, cap. 22. p. 537. num. 6.
Concil. Aurelianenſe 4. *Can.* 4. p. 638. num. 7.
Concil. Illiberitanum, Can. 34. ibid. num. 8.
Concil. Illiberitanum, Can. 36. p. 667. num. 8.
Concil. Illiberitanum Can. 38. p. 656. num. 11. & 12.
Concil. Illiberitanum, Can. 77. *Incipit: Si quis Diaconus*, p. 655 n. 8.
Concil. Meldenſe, Can. 59. p. 691. n. 5.
Concil. Antiſiodorenſe, Can. 5. p. 672. num. 11.
Concilium Claremontanum, Can. 18. p. 691. n. 5.
Concilium Antiochenum, Can. 11. ibid.
Concil. Nicænum, Can. 9. p. 646. n. 9.
Concil. Carthagin. cap. 28. *cum cap. non oportet* 23. *diſt.* p. 665. n. 12.
Concilium Mediolanenſe 3. *tit. de Bap. tiſ. infant. expoſitor.* p. 644. n. 3.
Concil. Florentin. 4. *in decreto de Sacram. verſ. forma autem*, p. 640. num. 3.
Concilium Florentinum in Decreto de Sacrament. ſive de unione Armenior. verſ. Primum contrarium, p. 641. n. 6.
Concilium Lateranenſe cap. 2. *de ſtatu Monachor.* p. 574. n. 2.
Concil. Toletanum 11. *Can.* 6. & 7. p. 697. n. 12.
Can. 64. *Martini Bracharenſis*, p. 670. num. 4.
Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. *de regular. cap.* 11. p. 539. n. 10.
Concilium Trident. ſeſſ. 25. *de regular. cap.* 2. p. 575. n. 4.
Concil. Trident. ſeſſ. 25. *de regul. cap.* 19. p. 541. n. 3.
Concil. Trident. ſeſſ. 25. *de reform. c.* 9. p. 598. n. 1.
Concil. Trident. ſeſſ. 15. *de reform. c.* 2. p. 667. num. 5.
Concil. Trident. de peccato originali. ſeſſ. 5. *cap.* 2. p. 649. n. 4.

INDEX

INDEX
LEGUM, DIGESTORUM
Codicis, authenticorum, & institutionum quæ in hoc Opere illustrantur.

EX DIGESTORUM corpore.

A

L. RATIO 3. §. *si emptor* 1. *ff. de actionibus empti*, p. 87. n. 8.
L. *ea quæ* 45. §. *illud digest.* eod. p. 91. num. 5.
L. *fin. in princip. ff. ad municipalem.* p. 6. n. 19.
L. 2. §. *quod de frumentaria, ff.* eodem p. 132. n. 10.
L. *Chirographi* 57. *ff. de administratione tutorum*, p. 152. n. 9.
L. 1. §. *ult. l. 2. ff. de agnoscendis, & alendis liberis.* p. 242. n. 22.
L. *Scio* 3. §. *qui ergo, vers. fin. ff. de appellat.* p. 265. n. 8.
L. *à sententia* 5. *ff.* eodem p. 241. n. 15.
L. *Pervenit* 8. *ff.* eodem p. 251. n. 6.
L. *si quis separatim* 10. §. *quod est receptum, ff.* eod. p. 252. n. 17.
L. *Lucius* 18. *ff.* eod. p. 20. n. 13.
L. 1. §. *Sed non utique, ff. ad S. C. Turpillianum.* p. 13. n. 8.
L. 2. §. *si publico, ff. ad legem Juliam de adulteriis.* p. 110. n. 6. & p. 196. num. 19. p. 67. n. 14.
L. *Miles* 11. §. *sexaginta ff.* eod. p. 63. num. 16. & §. *si ea, quæ ejusdem l.* p. 19. n. 10.
L. *cap.* 25. *ff.* eodem p. 110. n. 7.
L. *si postulaverit* 27. §. *quæst. ff.* eod. p. 20. n. 14. & §. *Sed si negaverit*, p. 136. n. 4. & p. 163. n. 12.
L. *adulterium* 38. §. *penult. vers.* Uterque, *ff.* eod. p. 165. n. 4.
L. *Crimine* 41. eodem p. 59. n. 8.
L. *Adeò* 7. §. *ex diverso, ff. de adquirendo rerum dominio.* p. 92. n. 8.
L. *Qui bona* 23. *digest.* eod. p. 215. n. 4.
L. *Bonæ fidei emptor, ff.* eod. pag. 89. num. 18. & §. *in contrarium.* p. 87. num. 4.
L. *Naturaliter* 12. §. *nihil commune, ff. de adquirenda possessione.* p. 80. n. 14. & 16.
L. *interdum* 21. §. 1. & 2. *ff.* eod. p. 210. num. 7.
L. *si me in vacuam* 34. §. *fin. vers.* Servumque, *ff.* eod. p. 220. num. 8.
L. *Interesse puto* 39. *digestis*, eodem p. 101. n. 7.
L. 1. §. *si pendente, ff. ad S. C. Manianum.* p. 52. n. 8.

Granna in Decret.

L. *Illi à quo* 13. §. 1. *ff. ad S. C. Trebellianum.* p. 85. num. 12.
L. *si hæres* 21. *ff.* eodem p. 95. n. 30.
L. *si legatus* 30. §. *hæres, ff.* eod. p. 115. num. 9.
L. *Quia perinde* 42. §. *restituta, ff.* eod. p. 144. n. 8.
L. *Proinde* 25. §. *fin. ff. ad legem Aquiliam.* p. 113. n. 8.
L. *si servus* 27. §. *si alium, digest.* eod. p. 91. n. 4.
L. *Mulier* 23. *ff. ad S. C. Vellejanum*, p. 114. num. 10.
L. *Mulier* 26. *ff.* eodem tit. ibid.
L. *si quis legatum* 6 *versic.* Sicuti nec interdum, *digestis ad legem Corneliam de falsis.* p. 117. n. 19.
L. *Adoptio* 38. *ff. de adoptionibus.* p. 273. n. 4.
L. *Hos Accusare*, §. *Hoc beneficio ff. de Accusationibus.* p. 42. n. 9.
L. 1. §. *fin. in princ. ff. de assertione tollenda.* p. 97. n. 9.
L. *Pomponius* 13. §. *sed, & legatario, ff. de adquir. poss.* p. 487. n. 5.
L. *Pater* 14. *in princip. ff. ad leg. Falcidiam.* p. 497. n. 8.
L. *Falcidiæ* 24. §. *ult. ff. ad leg. Falcid.* p. 488. n. 11.
L. *Si res* 52. *ff. ad S. C. Trebell.* p. 489. num. 16.
L. *Titia*, §. *Seja* 4. *cum l. qui Lancem, ff. de auro, & argent. leg.* p. 622. n. 5.
L. 2. *ff. de Administ. rer. ad Civit. pert.* p. 289. n. 7.
L. *Decuriones* eod. p. 393. n. 9.
L. *Deprecatio, ff. ad l. Rhodiam de jactu,* p. 361. n. 3.
L. *Bonæ fidei emptor, ff. de adquirendo rer. dominio.* p. 371. n. 10.
L. 1. §. *is quoque, ff. de Act. & Oblig.* p. 383. num. 3.
L. *final. ff. Ad legem Juliam de annona*, p. 393. num. 9.
L. *Si quis à me* 32. *ff. de act. empti*, p. 395. num. 7.
L. 4. *digest.* eod. p. 404. n. 5.
L. *Tutelæ* 9. *ff. de administ. tut.* p. 411. num. 8.
L. *Titia Seia, ff. de auro & argen. leg.* p. 468. n. 4.

B

L. 3. §. *si emancipatus. ff. de bonor. possession. contra Tabulas*, p. 389. n. 14.
L. 1. § *si quis in duobus, in princip. & in versic.* Sed si unum, *ff. de bonorum possess. secundum tabulas.* p. 151. num. 6. & 7.
Lex, *fin. ff. de bonis damnatorum.* p. 184. n. 12.
L. *Plures* 47. §. *ult. ff. de bonis libertorum.* p. 244. n. 7.
Lex, *Cum unus* 12. *ff. de bonis auctoritate judicis possid.* p. 100. n. 12.

C

L. 1 *ff. de confirmando tutore.* p. 224. num. 4.
L. *Cum sine, ff. de Carboniano edicto*, p. 244. num. 10.
L. *qui stichum* 5. *ff. de confessis.* p. 114. num. 9.
L. *Certum* 6. §. *in pupillo, ff.* eodem p. 113. n. 4. & 5.
L. *Cum fideicommissum* 7. *ff.* eod. ibid. num. 7. & 12. & pag. 234. num. 12.
L. 1. §. *jubet, & sequentib. digest. de collatione bonorum.* pagin. 105. num. 4.
L. *Non est* 11. §. *fin. ff. de custodia reorum.* p. 35. n. 6.
L. *Eum qui* 5. §. *Julianus, ff. de constituta pecunia.* pag. 39. num. 6. & 7.
L. *Titius* 24. *ff.* eod. p. 179. n. 7. & 8.
L. *Quæ sub conditione* 8. *ff. de conditionibus institutionum.* p. 181. nu. 6. & 7.
L. *municipibus* 9. *ff.* 7. eod. p. 183. num. 8.
L. *Si ob turpem causam pen. ff. de conditione ob turpem causam.* ibid. n. 9.
L. *penè* 19. *ff. de conditione indebiti.* p. 95. num. 31.
L. *Sed etsi* 22. §. 1. *ff.* eod. p. 94. num. 23.
Lex, *Si in aria, ff.* eodem p. 94. num. 23.
L. *Qui exceptionem* 40. *ff.* eod. p. 216. num. 12. & in parag. 1. pag. 94. num. 23.
L. *Repetitio* 44. *ff.* eod. p. 95. n. 31.
L. *si urbana prædia* 55. *ff.* eod. pag. 88. num. 12.
L. *si quis ab alio* 7. *vers.* Sin autem, *digest. de calumniatoribus.* p. 95. num. 28.

Index Jurium.

L. *Etſi non omnes* 8. §. 2. *ff. communi dividundo*, p. 47. num. 8.
L. *ſed etſi rem, verſic.* Dominium, *ff.* eodem p. 101. n. 16.
L. *Si is cum quo* 20. *ff.* eod. pag. 98. num. 15.
L. *Communis*, §. *ſed ſi, verſic.* Planè, *ff.* eod. p. 101. n. 17.
L. *Ultim. ff. de Caſtrenſ. pecul.* p. 487. num. 6.
L. 2. *ff. de cond. & demonſtr.* p. 493. num. 6.
L. *Si ita* 69. *ff. de condit. & demonſt.* p. 493. num. 8.
L. 1. §. 2. *ff. de Collegiis illicitis*, p. 589. num. 10.
L. *Æde Sacra* 73. *ff. de contrahend. empt.* p. 627. n. 3.
L. *Si area* 33. *ff. de condit. indebiti*, p. 459. n. 21. & 22.
L. *Cum* 132. §. *ult. ff.* eod. pag. 458. num. 9.
L. 2. 3. 4. & 5. *ff.* eodem pag. 460. num. 25.
L. *Sed etſi* 22. §. *cum inter* eodem, p. 458. n. 18.
L. *Eleganter* 23. *ff.* eod. pag. 458. num. 17.
L. *Domus* 52. eod. ibid.
L. *Dominus* 53. eodem. pag. 460. num. 25.
L. *Repetio* 44. eodem pag. 459. num. 23.
L. *Neratius* 67. eodem pag. 429. num. 4.
L. *ſiquis* 39. eod. p. 459. n. 20.
L. *Cum indebitum* eodem, ibid. num. 24.
L. *Si pœna* 19. §. *quamvis* eod. ibid. num. 23.
L. *Qui exceptionem* 4. eod. pag. 458. n. 15.
L. *Titius fin. ff. de contrahenda emptione*, pag. 437. num. 8.
L. *In bonæ fidei* 54. eodem p. 398. num. 8.
L. *Officii* 61. *paragrap.* 1. eod. p. 428. num. 8.
L. *Æde Sacra* 37. eodem pag. 427. num. 8.
Lex, *In modicis* eodem, ibidem num. 5.
L. *Imperatores* 71. eodem p. 395. num. 5.
L. *Si ut certo* 5. §. *num. videndum*, *ff. commodati*, p. 385. n. 5. & §. *interdum*, p. 384. n. 3.
L. *Argenti* eod. p. 437. n. 4.
L. *Si mea culpa* 11. eodem pag. 384. num. 3.
L. *Debitoris* 7. *ff. de ceſſione bon.* p. 452. num. 14.
L. *Titio uſusfructus, ff. de condit. & demonſt.* p. 440. n. 9.
L. 2. *digeſt. condit. ob turpem cauſam*, p. 286. nu. 9. & p. 286. n. 12.
L. 3. eodem ibid. n. 10.

D

L. *Lucius, ff. de donat.* pag. 380. n. 10.
L. *Achilius* 27. eod. ibid. n. 11.
L. *Filius* 7. §. *nonnumquam* eodem p. 462. n. 6.
L. *Sed ſi vir* 31. *paragrap. ſed ſi duo ff. de donat. inter*, p. 399. n. 12.
L. *Si ſponſus* 5. §. *circa* eod. ibid. num. 12.
L. 1. §. 3. *ff. depoſiti*, p. 191. n. 4. & §. *pen.* p. 385. n. 7.
L. *Si plures* 14. §. *final.* eod. p. 390. num. 6.
L. 1. §. *eſt autem* 22. eodem pag. 390. num. 7.
L. *Actione* 23. eod. p. 391. n. 9.
L. *Ad tempus* 5. *ff. de Decurionibus*, p. 298. n. 15.
L. *Cum heres* 11. *digeſt. de diverſis & temp. præſcriptionibus*, pag. 380. num. 5.
L. *Fidejuſſor* 15. *ff. de Doli & metus exceptione*, p. 415. n. 15.
L. *Hæc ſcriptura*, *ff. de donat.* p. 509. num. 13.
L. *Si mors* 13. *ff. de donat. inter.* p. 485. num. 9.
L. *Cum quis* 2. *ff. de dot. præleg.* p. 496. num. 6.
L. *An vitium* 5. *ff. de diverſis, & temporalibus præſcriptionibus.* pag. 18. num. 4.
L. *Si quiſquam* 7. *ff.* eodem pag. 224. num. 3.
L. 2. §. *in filiis ff. de decurionibus*, p. 150. num. 18.
L. 2. §. *ſi circa, ff. de doli exceptione.* p. 163. n. 3.
L. *Seja* 42. *ff. de donation. cauſa mortis*, p. 205. n. 12.
L. 1. §. *ſi quis* 40. *ff. depoſiti.* pag. 47. num. 4.
L. *Licet* 17. §. *rei depoſitæ*, *ff.* eod. p. 100. num. 8.
L. *Bona fides* 31. §. *incurrit, ff.* eodem p. 84. num. 10. & *in* §. 1. pag. 85. num. 13.
L. *Dotem* 5. *ff. de dote prælegata.* p. 92. num. 14.
L. *Per dotem* 7. *ff.* eod. pag. 95. num. 33.
L. *Theopompus* 14. *ff.* eodem p. 140. num. 4.
L. *ſi ſponſus* 5. §. *ſi uxor* 7. *ff. de donationibus inter.* p. 230. n. 16.
L. *Si Patronus* 20. *digeſtis*, eod. p. 183. num. 9.
L. *Si id quod* 28. §. 1. *ff.* eodem p. 91. num. 6.
L. *Si extraneus* 44. §. *fin. ff.* eod. p. 216. num. 9.
L. *ſi rem* 31. §. *ſi duo de donationibus.* p. 242. n. 22.
L. *Dies* 4. *ff. de damno infecto.* pag. 273. num. 3.
L. *Prætorii* 5. *verſic.* Dominus, *ff.* eod. p. 101. n. 16.
L. *ſi finita* 15. §. *Julian.* & §. *dominus. ff.* eod. ibid.
L. *fulminum* 24. §. *ſervus* 4. & §. *item* 9. *ff.* eodem p. 248. n. 4.
L. *Cum poſtulaſſem* 44. §. *damni, dig.* eod. p. 92. n. 15.

E

L. 1. §. 1. & 2. *ff. de edendo.* p. 48. n. 13. & §. *edere*, *ff.* eodem pag. 45.
L. *Prætor* 4. §. *etiam, ff.* eod. p. 116. num. 13.
L. *ſi quis* 6. *ff.* eodem ibid. n. 12. & §. *prohibet.* p. 151. n. 6.
L. *veluti* 7 *ff.* eod. p. 2. n. 11.
L. *Exempla* 11. *ff.* eodem pag. 152. num. 14.
L. *Judicati* 29. *ff. de exceptione rei judicatæ*, p. 241. n. 15.
L. *ſi autem* 9. §. *ult. ff.* eodem pag. 241. num. 18.
L. *Quidam* 12. *ff. de evictionibus*, ibid. num. 15.
L. 2. §. *ſi quis ephaſi, verſic.* ſcævola *de eo, quod certo loco.* pag. 73. num. 6.
L. *fin. ff.* eodem, pag. 71. num. 6.
L. *Qui agnitis* 11. *ff. de exceptionibus.* p. 155. n. 7.
L. *Sed ſi ante* 17. *ff.* eod. p. 72. n. 11.
L. *Bovem* 43. §. *ſi ſub conditione, ff. de ædilitio edicto.* p. 74. n. 8.
L. *Quæro* 58. §. *ſervum, ff.* eod. p. 14. n. 8. & p. 150. n. 17.
L. *Scire*, §. *qui autem, ff. de excuſationibus tutorum*, pag. 97. nu. 8.
L. *Sed etſi* 26. §. *ſi feriæ verſic.* Quia per Prætorem, *ff. ex quibus cauſis majores*, p. 64. n. 20.
L. *Si per imprudentiam* 51. *ff. de evictionibus*, p. 287. n. 14. & 15.
L. *Si emptori* 30. eodem p. 404. n. 5.
L. *Erennius* 63. eodem ibid. n. 8.
L. *Sed etſi* 19. §. *ſi homo liber* eodem p. 430. n. 14.
L. *fin. ff. de Exercitoria act.* p. 448. num. 11.

F

L. *Exceptione* 67. *ff. de fin. de fidejuſſoribus*, p. 405. n. 10.
L. *Marcellus in fine* eodem p. 443. num. 8.
L. *Thais* 41. §. *intra certa, ff. de fideicommiſſariis lib.* p. 414. n. 10.
L. *Sed & ſi* §. *ſed ſi directo*, eodem pag. 430. num. 11.
L. *Poſſeſſiones* 126. *ff. de fundis pat.* p. 600. n. 8.
L. *Unica* §. *fin. ff. furti adverſus nautas*, p. 392. num. 5.
L. *Lucius* 29. *ff. Familiæ erciſcundæ*, p. 398. n. 10.
L. *Paulus* 39. *in princ. ff. de fideicom. libert.* p. 488. n. 9.
L. *Fideicommiſſaria libertas* 46. *in princ. dig. de fideicommiſſ. libert.* p. 495. n. 11.
L. *Lucius* 14. *ff. de fideicommiſſ. liber.* p. 495. n. 13.
L. *Præſides* 4. *ff. de feriis*, p. 58. n. 4. & 5.
L. *Oratione* 7. *ff.* eodem p. 58. n. 5.
L. 1. *l. Julianus, ff. de fundo dotali*, p. 188. n. 3.
L. *fin. ff.* eodem, pag. 92. n. 9.
L. *In actionem furti* 19. *ff. de furtis*, p. 47. n. 4.
L. *Non potuit*, 63. *ff.* eodem p. 193. num. 14.
L. *in hoc judicio* 27. *ff. familiæ erciſcundæ*, p. 71. n. 6.
L. *Mulier* 41. *ff.* eod. p. 129. n. 10.

L.

Index Jurium.

L. *Sed etsi* 55. *digestis, de fideicommissariis libertatibus*, pag. 66. num. 10.

H

L. *Si quis itaque* 36. *ff. de hæredibus institut.* p. 152. n. 10.
L. *Qui volebat* 61. *ff.* eodem p. 152. num. 10.
L. *Athletas* 4. §. *calumniator, ff. de his, qui notantur infamia*, p. 385. num. 4.
L. *Quoniam* 5. *ff.* eodem p. 204. num. 5.
L. *genero* 8. *versicul.* Nec ignorantia puniatur *ff.* eodem p. 164. num. 4.
L. *quid ergo* 13. §. *pœna gravior, ff.* eod. p. 229. n. 7.
L. *Ob hæc verba* 20. *ff.* eod. p. 165. num. 5.
L. *In tempus* 62. *ff. de hæred. inst.* p. 339. n. 5.
L. *Si quis* 68. *ff. de hæred. inst.* p. 492. num. 5.

I

L. *Qui Jurisdictioni* 10. *ff. de jurisdictione omnium judicum*, pagin. 139. num. 7. & pag. 268. num. 8.
L. *Si convenerit* 18. *ff. ejusdem titul.* pag. 2. num. 8. & pag. 38. num. 5.
L. *Cum quædam puella* 19. *ejusdem* tit. p. 41. n. 4.
L. *adigere* 6. *in princip. & §. final. ff. de jure Patronatus*, p. 6. num. 19.
L. 2. §. *sed si agat, ff. de judiciis*, p. 242. n. 22.
L. *si quis postea* 7. *ff.* eod. pag. 42. num. 8.
L. *si quis in legatione* 8. *ff.* eod. p. 43. num. 7.
L. *De eo* 10. *digest.* eodem pag. 44. num. 10.
L. *In tribus* 16. *ff.* eodem pag. 61. num. 6.
L. *Hæres absens* 19. *in princip. ff.* eod. p. 40. n. 13. *& in §. fin.* ibid. num. 14.
L. *Is qui Romæ* 34. *ff.* eodem ibid. num. 15.
L. *Licet* 56. *digestis*, eodem p. 15. num. 8.
L. *Si de vi* 37. *digest.* eodem p. 76. num. 4.
L. *Si uxor* 42. *ff.* eodem pag. 44. num. 9.
L. *Observandum* 47. *ff.* eodem p. 24. num. 13.
L. *exigere dotem* 65. *digest.* eodem, pagin. 39. num. 7. & pag. 39. num. 4.
L. *Ad peremptorium* 68. *ff.* eodem, p. 97. n. 5.
L. *Et post edictum* 73. *ff.* eodem p. 96. n. 4.
L. *De qua re* 74. *digestis*, eodem, p. 67. n. 11. *& in §. cum absentem*, p. 231. n. 18.

L. *si Prætor* 75. §. *Marcellus, ff.* eod. p. 159. n. 4.
L. *In privatis* 77. *digestis*, eodem pag. 139. num. 7.
L. *Jusjurandum* 9. §. 1. *ff. de jure jurando*, p. 190. n. 4.
L. *non erit* 5. §. *Divus, versic.* Jure jurando, *quod propria superstitione, dig.* eodem, pag. 184. num. 17.
L. *si duo Patroni* 23. p. 141. num. 7. *& §.* 2. ibid. *& §. si quis* 6. *ff.* eod. p. 186. n. 9.
L. *Quoties* 14. *digest.* eodem p. 56. num. 9.
L. *Ad personas* 15. *ff.* eodem p. 149. num. 12.
L. *Quamvis* 21. *digest.* eod. p. 32. num. 6.
L. *Qui jurasse* 26. *paragrap.* 1. *& 2. digest.* eodem, pag. 140. num. 9. *& paragraph. si pater*, pag. 191. num. 18. *& paragrapho si quis* 6. pag. 186. num. 9. & pag. 186. num. 10.
L. *Eum qui* 30. §. *si libertus, ff.* eod. p. 141. n. 7.
L. *Admonendi* 31. *digestis*, eodem, pag. 191. num. 7.
L. *Qui per salutem* 33. *ff.* eodem, p. 187. n. 10.
L. *Jusjurandum* 34. *digestis*, eodem pag. 192. num. 12. *& paragraph. pupillus*, pag. 192. num. 10. *& paragr. qui jusjurandum*, pag. 56. num. 9.
L. *Si quis cum debitore* 39. *ff.* eodem p. 183. n. 7.
L. *Quod dicitur* 5. *digest. de impensis in re dotali factis*, p. 188. num. 9.
L. *Videamus* 4. *digest. de in litem jurando*, pag. 150. num. 18. & pag. 192. num. 10. *& in §. final. versicul.* Et postea, pag. 158. num. 6.
L. 2. §. *Senatus, ff. de jure Fisci*, p. 98. num. 14.
L. *In Fisci* 4. *digest.* eodem pag. 204. num. 5.
L. *Non puto* 10. *dig.* eod. pag. 248. num. 7.
L. *Feriæ* 18. §. *idem decreverunt, ff.* eodem p. 135. n. 10.
L. *Divus* 31. *ff.* eodem, pag. 182. num. 6.
L. *In fraudem* 45. §. *nec, versicul.* Ipse autem, *ff. de jure Fisci*, p. 152. num. 11.
L. *Cum debitor* 8. *digest. in quibus causis pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur*, pagin. 179. num. 11.
L. *Si is* 56. §. *quod dicitur, ff. de jure dotium*, p. 189. n. 9.
L. 1. §. *hoc interdicto, digest. de itinere, actuque privato*, pag. 78. num. 11.
L. *Sthicum* 56. §. *quod dicitur, ff. de jure dotium*, p. 92. n. 13.
L. *si defensor* 10. *ff. de interrogatoriis actionibus.* p. 51. n. 6.
L. *De ætate* 11. §. *qui tacuit, ff.* eod. p. 97. n. 10.

L. *Filius* 12. eod ibid.
L. *Lex Cornelia* 5. *ff. de injuriis*, p. 268. num. 8.
L. *Divus* 40. *ff.* eodem pag. 195.
Lex, *Si pupillus* 11. §. *si à servo, ff. de institutoria actione*, p. 226. num. 4.
L. *Relegati* 4. *ff. de interdictis, & relegatis.* p. 229. n. 8.
L. *Relegatorum*, 7. *ff.* eod. ibid.
L. *Posthumus* 6. §. *si quis, ff. de inofficioso testamento.* p. 241. n. 17.
L. *Papinianus* 8. §. *si Imperator, ff.* eod. p. 205. n. 7. & §. *ult.* p. 241. num. 19.
L. *Qui repudiantis* 17. *ff.* eod. p. 240. num. 12.
L. *cum mater* 28. *ff.* eodem p. 241. num. 13.
L. *Cum pater* 29. *ff. de jur. dot.* p. 497. num. 9.
L. *Statius* 48. §. *Cornelio Salici, ff. de jur. fisci*, p. 568. n. 9.
L. 3. §. *fin. ff. judicatum solvi*, p. 415. num. 13.
L. 4. *Eodem*, ibid.
L. *Extraneus* 33. *ff. de jure dotium*, p. 453. n. 19.
L. *Cum Pater* 27. eodem p. 455. num. 7.
L. *Penult.* eod. p. 452. n. 17.
L. *Si res æstimata* §. *si mulier* eod. p. 398. n. 9.
L. *Moschis* 47. *ff. de jure fisci*, p. 442. num. 5.
L. *Fin.* eod. p. 411. n. 9.
L. *Cum debitor* 8. *ff. in quibus causis pignus.* p. 422. n. 5.

L

L. *Servi electione*, §. 1. *ff. de leg.* 1. p. 318. num. 6.
L. *Talis scriptura* 30. *&* 31. eodem p. 270. n. 11.
L. *Uxori* 33. §. 1. *ff. de leg.* 2. ibid. num. 12.
L. *Pater* 39. §. *quindecim, ff. de leg.* 3. p. 358. n. 5.
L. *Qui Concubinam* 29. §. *si hæres* eod. p. 404. n. 7.
L. *Locatio* 14. *ff. locati*, p. 380. num. 9.
L. *Et ideo* 23. eodem pag. 397. num. 5.
L. 22. §. *ultim.* eodem pag. 397. num. 5.
L. *Ex conducto* 15. §. *si vis* eodem, p. 407. num. 4. *in §. item*, ibid.
L. *Penult.* §. *navem* eodem p. 407. n. 4. & 11.
L. *Si uno* 17. eod. p. 408. n. 10.
L. *Merces* 25. §. *vis major* eodem p. 409. n. 12.
L. *Quæro* §. *inter locatorem* eodem p. 410. num. 3.
L. *Si quis domum* 9. §. 1. eod. p. 411. n. 10. *&* §. *Imperator*, p. 457. num. 13.
L. *Si fundus* 4. *ff. de lege commissoria* p. 433. n. 13. *&* §. *Marcellus*, p. 414. num. 8.
L. *Si usumfructuum* 23. *ff. de lib. causa*,

fa, p. 429. n. 7. & §. *in summa*, p. 430. num. 10.
L. *Liberis* 7. §. *si duo* eod. p. 430. num. 10.
L. *In suis*, *ff. de liberis & posthum.* p. 430. n. 12.
L. 1. *ff. de libero homine exhibendo*, ibid. n. 13.
L. *de quibus* 32. *ff. de legibus*, p. 119. num. 11.
L. *quod non ratione* 34. *ff.* eod p. 220. num. 15.
L. *Mævio* 41. §. *à me hærede*, *ff. de legatis* 2. p. 92. n. 14.
L. *Sempronius* 47. *ff.* eod. p. 162. num. 4.
L. *Cum filius* 76. *ff.* eod. p. 248. n. 5. & 6.
L. *Cum pater* 77. *paragr. rogo* 25. *digest.* eodem, pag. 128. num. 5. & §. *qui dotale* 5. *in fine*, p. 188. num. 7.
L. *Codicillis* 88. §. *matris*, *ff.* eod. p. 12. num. 3.
L. *Si servus plurium* 50. §. 1. *ff. de legatis* 1. p. 240. n. 12.
L. *Ordinata* 24. *ff. de liberali causa*, p. 103. n. 8.
L. *Divi fratres* 27. §. *ultim. ff.* eodem p. 97. n. 9.
L. *Divus* 30. *ff.* eod. p. 248. n. 5.
L. *Planè* 34. *paragraph. inde*, *versicul. Plane*, *ff. de legat.* 1. p. 489. num. 16.
L. *Servum* 44. *in princip. ff. de leg.* 1. p. 487. num. 6. & *in* §. 1. p. 490. num. 18.
L. *Senatus* 45. §. *legatum*, *ff. de leg.* 1. p. 493. num. 7.
Leg. *Si servus* 50. *paragrap. si numerus*, *digest. de legat.* 1. p. 624. num. 11.
L. *Si ita* 65. §. 1. *ff. de legat.* 1. p. 493. num. 8.
L. *Legato* 73 *ff. de legat.* 1. pag. 624. num. 10.
L. *Si sic* 75. §. *ultim. vers. Proinde ff. de legat.* 1. p. 489. n. 17. & p. 496. num. 13.
L. *Si fundus* 81. §. 1. *ff. de legat.* 1. p. 488. num. 13.
L. *Servi*, §. *ultim. ff. de legat.* 1. ibid. num. 14.
Lex, 1. *digest. de legatis* 2. p. 493. num. 6.
L. *Mævius* 66. §. *fundo*, *ff. de legat.* 2. p. 488. num. 14.
L. *Unum* 67. §. *si rem*, *ff. de legat.* 7. p. 488. n. 10.
L. *Cum Pater* 77. §. *evictis*, *de leg.* 2. p. 487. num. 7.
L. *Si tibi* 86. §. *fundus*, *ff. de leg.* 2. p. 488. num. 12.
L. *Hujus* 88. §. *instituto* 15. *ff. de legat.* 2. p. 501. n. 10.
L. *Fideicommissa* 11. §. *fideicommissum vers. Sic locatum*, *ff. de legat.* 3. p. 494. n. 9.
Lex, *Fideicommissa* 11. §. *fideicommissa*, *digest. de legat.* 3. p. 495. num. 12.
Lex, *Fideicommissa* 11. §. *quamquam* 7. *ff. de legatis*, 3. p. 495. num. 13.
L. *Uxorem* 41. §. *schola ff. de legat.* 3. p. 494. n. 9.
L. *Qui habet* 101. *ff. de legat.* 3. p. 489. num. 15.

M

L. *Stychus* 39. *ff. de manumissis testament.* p. 486. n. 4.
L. *Auxilium* 3. *in princip. ff. de minoribus.* p. 223. n. 9.
L. *Aut Prætor* 7. *ff.* eodem p. 264. num. 7.
L. *Minor* 8. *dig.* eodem pag. 98. num. 11.
L. *Si ex causa* 9. §. *nunc videndum* 2. *ff.* eod. tit. ibid. & *in vers.* Si cum. p. 113. n. 7.
L. *Patri pro filio* 27. §. *si pecuniam*, *versic.* Et quis, *ff.* eodem p. 88. num. 3.
L. *Papinianus* 29. *ff.* eodem p. 222. num. 5.
L. *Æmilius* 38. *ff.* eodem pag. 222. num. 7.
Et in versicul. Dicebam, p. 210. num. 9.
L. *Intra utile* 39. *ff.* eod. p. 264. n. 5. & p. 61. n. 11.
L. *Etiam ei* 49. *ff.* eodem p. 223. n. 11. & §. 1. p. 230. n. 12.
L. *Etiam la* 2. *ff.* eodem pag. 210. num. 9.
L. *Servus* 20. *ff. de manumissionibus*, p. 128. n. 5.
L. *Seja* 42. *ff. de mortis causa donationibus.* p. 205. n. 12.
L. *Rescripto* 6. §. *planè*, *digest. de muneribus*, & *honoribus*, p. 235. num. 4.
L. *Reus delatus*, *ff.* eodem p. 232. num. 6.
L. *creditor* 60. *ff. mandati*, pag. 202. n. 9. & §. *inter maritum*, p. 178. num. 4.
L. *Si quis alicui*, §. 1. *ff. mandati*, p. 385. num. 8.
L. *Creditor* 60. §. *si inter maritum* eodem p. 423. num. 7. & p. 431. num. 3.
L. *Si procuratorem* 8. *si quis mandaverit.* eod. p. 430. n. 14.
L. *Si remunerandi* §. *si passus* eod. p. 443. n. 8.
L. *Si viro* §. *adolescens* cod. p. 443. num. 8.
L. *Ex commodato* §. 1. eodem ibid. num. 9.
L. *Si mandato* 45. §. *item* 12. & §. *Judicio* 3. eod. p. 445. n. 5.

N

L. 1. §. 1. *ff. Nautæ caupones*, p. 392. num. 5.
L. *Divortio* 35. *ff. de neg. gest.* p. 452. num. 15.
L. 2. §. *merito* & §. *si quis à Principe*, *ff. ne quid in loco publico*, p. 469. num. 9.
L. *si pupilli* 6. §. *sed si quis*, *ff. de negotiis gestis*, p. 93. n. 18.
L. *liber* 11. §. *litem*, *versic.* Cæterum, *ff.* eod. p. 98. n. 13.
L. *final. in fin. ff.* eodem pag. 92. num. 14.
L. 2. §. *si quis à Principe*, *digest. ne quid in loco publico.* pag. 76. num. 13.
L. *Et generaliter* 28. *ff. de noxalibus actionibus*, p. 216. n. 7.

O

L. *Quia servo* 16. *ff. de obligat. & actio.* p. 221. n. 10.
L. *cum patronus* 22. §. 1. *ff. de operis libertorum*, p. 244. n. 6.
L. *Campanus* 45. *ff.* eodem p. 163. num. 5.
L. 1. *ff. de officio Proconsulis*, p. 102. num. 4.
L. *Legatus* 12. *ff.* eodem p. 246. num. 22.
L. 2. §. *ex his*, *ff. de origine juris*, p. 48. n. 13.
L. 3. *ff. de operibus publicis*, p. 589. num. 11.
L. *Plebiscito* 18. *ff. de officio Præsidis*, p. 285. n. 5.
L. *solent*, 6. *de officio Proconsulis*, p. 285. n. 5.
L. 1. *ff. de operis lib.* pag. 365. num. 10.
L. 1. *ff. de ordin. cognit.* pag. 430. num. 11.

P

L. *Ab ea parte* 5. *digest. de probat.* p. 456. num. 10.
L. *Si filius octava*, eodem, p. 456. num. 11.
L. *quingenta* 12. eodem, p. 455. num. 7.
L. *cum de lege Falcidia* eod. p. 456. num. 9.
L. *Non est necesse* 11. eod. p. 455. num. 6.
L. *Cum de indebito* 25. eod. p. 454. num. 3.
L. *Verum*, *ff. pro socio*, pag. 453. num. 18.
L. *Puto* 6. *paragraph. si quis ad locationem*, *ff. de postulando*, p. 298. num. 14.
L. *Sine præfinito* 23. *ff. de pœnis*, p. 298. n. 15.
L. *Crimen* eod. p. 388. n. 11.
L. *Sticho* 53. *ff. de postulando*, p. 364. num. 7.
L. *In quorum* 4. *ff. de pignoribus*, p. 367. n. 9.
L. *Grege* 13. §. *statu liber* eodem, p. 428. num. 4.
L. 1. §. 4. eod. p. 422. n. 4.
L. *In rebus* 4. §. *final. cum leg. sequenti*, *digestis de precario*, p. 379. num. 5.
L. *Quæsitum* 6. §. *fin.* eod. p. 380. num. 6.
Leg. *Penultim.* eodem pagin. 380. num. 7.
L. *Locatio* 9. §. 1. *digest. de Publicanis & vectigalibus*, pag. 406. num. 5.
L. *Hoc judicium* 5. eodem pag. 416. num. 16.

Index Jurium.

L. 1. *ff. de penu legata*, pag. 414. num. 9.
L. *Si cum venderet* 13. *ff. de pignorat. act.* p. 438. n. 9.
L. *Apud Labeonem*, §. *fin. digestis, de præscriptis verbis*, p. 437. num. 4.
L. *Sed & si* 25. §. *item rem, digest. de petitione hæreditatis*, p. 405. num. 11.
L. *Hæreditatis* 5. *digestis de petitionibus hæreditatis*, pagin. 484. num. 6.
L. 2. §. *voto, ff. de pollicitation.* p. 561. num. 3.
L. 1. & 3. *ff. de pollicitation.* p. 630. num. 5.
L. *Assiduis* 13. *ff. de privilegiis creditor.* p. 607. num. 7.
L. *Item* 3. §. 1. *ff. de procuratoribus*, p. 67. n. 11.
L. *Sed & hæc* 35. *dig.* eodem p. 15. n. 5. & *paragr. non solum*, p. 85. num. 15.
L. *Servis* 39. §. *publicè, ff.* eod. p. 19. num. 11.
L. 1. §. 1. & 2. *ff. de pignoribus*, p. 180. num. 13.
L. *Si superatus* 3. *ff.* eod. p. 240. n. 8. & p. 242. n. 22.
L. *Contrahitur* 4. *ff.* eodem p. 235. num. 3.
L. *Præses* 6. *digest.* eod. pag. 240. num. 8.
L. *Is qui* 11. §. 1. *ff.* eod. pag. 179. num. 11.
L. *Grege* 13. §. *qui sub conditione, ff.* eod. p. 74. n. 8.
L. *Fidejussor* 26. §. 1. *ff.* eod. p. 242. num. 22.
L. *Paulus* 29. §. *domus, ff.* eod. pag. 92. num. 15.
L. *Juris gentium* 7. §. & *generaliter, ff. de pactis*, p. 182. n. 4. & §. *quod ferè.* p. 159. num. 4.
L. *Si unus* 27. §. *pacta, versic.* Et in summa. *dig.* eodem pag. 182. num. 4.
L. *Tale pactum* 40. *in princip. ff.* eod. p. 163. n. 4.
L. *Si quis creditor* 60. *ff.* eod. p. 32. num. 6.
L. *Ab ea parte* 5. *ff. de probationibus*, p. 77. num. 3.
L. *Cum probatio* 7. *digestis*, eodem pag. 141. num. 8. & pag. 150. num. 17.
L. *Census* 10. *ff.* eodem pag. 159. num. 5.
L. *Quinquaginta* 12. *ff.* eodem §. *nam si creditum*, p. 205. n. 8.
L. *Cum de ætate* 13. *ff.* eod. p. 139. num. 5. & p. 162. num. 3. & 4.
L. *Cum de indebito* 25. *ff.* eodem p. 204. n. 6. & §. *fin. vers.* Tum enim p. 159. n. 3.
L. *Imperatores* 29. §. 1. *ff.* eod. p. 152. num. 12.
L. *Pignus* 1. *ff. de pignoratitia actione*, p. 235. n. 3.
L. *Si pignore* 22. *cum suis* §§. *ff.* eod. p. 179. n. 8.
L. *Elegantior* 24. §. *si vendiderit, ff.* eod. p. 180. num. 13.
L. *Si servus* 25. *digest.* eodem p. 91. num. 4.
L. *Gajus Sejus* 39. *ff.* eodem p. 157. num. 11.
L. *Creditor* 42. *ff.* eodem pag. 180. num. 13.
L. 2. §. *fin. ff. pro donato*, p. 104. num. 9.
L. *Si vir uxori* 3. *ff.* eod. p. 216. n. 8. & p. 28. num. 11.
L. *Et habet* 15. §. *eum qui, ff. de precario*, p. 126. n. 3.
L. *Absentem* 5. *versic.* Nec de suspicione, *ff. de pœnis*, p. 166. n. 10.
L. *Moris* 9. §. 11. 12. & 13. *ff.* eod. p. 229. n. 9.
L. *Divi* 27. *digestis*, eodem, p. 158. num. 8.
L. 1. §. *removeat, ff. de postulando*, p. 193. n. 4.
L. *Cæsar* 15. *ff. de publicanis, & vectigalibus.* p. 205. n. 13.
L. 2. §. *si à pupillo*, & §. *si à furioso, versicul.* Nec publicana, *ff. pro emptore*, pag. 227. num. 9. & *in versic.* Et bona fide, p. 215. num. 5.
L. *Quod vulgo, ff.* eod. §. *fin.* p. 221. n. 10.
L. *Is qui Reus* 5. *ff. de publicis judiciis*, p. 196. n. 19.
L. *Ordo* 8. *ff* eod. p. 45. n. 7.
L. *Custodias* 12. *ff.* eodem pag. 63. num. 17.
L. *Si quis* 7. *in princ. ff. de petitione hæreditatis*, p. 67. n. 12.
L. *Item veniunt* 20. §. *præter, versic.* Eos, *ff.* eod. p. 89. n. 21.
L. *sed etsi* 25. §. *scire* 6. *versi.* Quamvis, *ff.* eod. p. 217. n. 15.
L. *planè* 34. *digestis*, eodem p. 95. num. 35.
L. *Utiles* 39. §. *fin. ff.* eod. pag. 93. num. 16.
L. *Bonæ fidei emptor* 49. *ff.* eodem p. 89. n. 18.
L. *Hæres* 51. §. 1. *ff.* eodem p. 87. num. 9.
L. *Cum hæreditas, ff.* eodem pag. 88. num. 13.
L. *si id, digest. pro derelicto.* p. 224. num. 11.

Q

L. 1. §. *item Munio, ff. de quæstionibus*, p. 150. n. 15.
L. *si quis viduam* 5. *ff.* eod. p. 150. num. 16.
L. *unius*, §. *cogniturum, versicul.* Quocumque tempore, *ff.* eodem p. 146. n. 15.
L. *Divo* 12. *digest.* eodem p. 150. num. 18.
L. *Marius* 20. *ff.* eodem pag. 142. num. 18.
L. 1. §. *fin. ff quemadmodum testamenta aperiantur*, p. 141. n. 6.
L. *Cum ab initio* 4. & 7. *ff.* cod. p. 149. num. 8.
L. *si fidejussor* 7. *paragrap. ultimo ff. qui satisdare cogantur*, p. 105. num. 4.
L. *Arbitrio* 9. *ff.* cod. p. 264. n. 6.
L. *Qui testamento* 20. §. *per contrarium, ff. qui testamenta facere possunt.* p. 13[illegible]. n. 6.
L. 1. §. *hæc autem verba, ff. quod quis juris*, p. 164. n. 3.
L. *si deferente* 13 *ff. quibus modis pignus, vel hypotheca solvitur*, p. 192. n. 10.
L. *si sic constituta* 7. *ff. quemadmodum servitutes amittantur*, p. 214. num. 10.
L. *si quis ex fundi* 13. *ff.* eod. p. 221. num. 4.
L. *Sed etsi* 26. *paragrapho* 1. *digest. quibus ex causis majores*, p. 221. num. 5.
L. 1. §. 1. *ff. quæ sententiæ, sine appel. rescin.* p. 230. n. 13.
L. 1. §. *in sententiis, ff. quando appellandum.* p. 254. n. 7.
L. 2. §. *dies* 7. *ff.* eodem pag. 63. num. 16.
L. *si quis*, §. 1. *versic.* Si legati conditio, *ff. quando dies legati cedat*, p. 100. n. 10.
L. 1. §. *ab eo, ff. quis, & à quo appelletur*, p. 259. n. 15.
L. *Si appellari* 2. *ff.* eodem p. 259. num. 16.
L. *fin. ff.* eodem p. 259. n. 15.
L. *si alius* 8. §. *bellissimè* 3. *ff. quod vi, aut clam*, p. 85. n. 14.
L. *Fin.* §. *si ad januam, ff.* eodem, ibid.
L. *Ait Prætor* 10. §. *per hanc*, & §. *præterea, ff. quæ in fraudem creditorum*, p. 87. n. 13.
L. *fin.* §. *non solùm, ff.* eod. ibid. num. 3.
L. *Prætor ait* 2. §. *quod si non latitet ff. quibus ex causis in possessionem eatur*, p. 97. n. 6.
L. *in possessionem* 6. §. 1. & 2. *ff.* eodem, pag. 97. num. 6. & p. 100. num. 9.
L. *Fulcinus* 7. §. *Divus quoque, ff.* eodem p. 87. n. 5. & §. *fin.* p. 97. num. 13.
L. *si quis* 14. §. *Creditor, ff.* eodem, p. 97. n. 9.
L. *Cum Tabulis* 16. §. *quoniam stuprum, ff. quibus ut indignis*, p. 297. num. 10. & 11.
L. *Fin. ff. quibus ad libertatem proclamare non licet*, p. 429. num. 8. & 9.
L. *Civitates* 8. *digestis, quod cujusque universitatis nomine*, p. 318. num. 7.
L. *unica, digest. quibus non competat bonorum possessio*, pag. 388. num. 13.
L. *fin.* §. *fin. ff. quæ in fraudem cred.* p. 452. n. 13.

R

L. *Labeo* 4. §. 1. *ff. de receptis arb.* p. 287 n. 16.
L. 9. *paragrap. sane* eodem p. 287. num. 16.
L. *Census* 27. eodem p. 413. n. 7.
L. *Nesennius* 41. *ff. de re judicat.* p. 453. num. 19.

Index Jurium.

L. *Cum minor* 13. §. *falsus procurator*, *ff. rem ratam haberi*, p. 15. n. 8. & p. 229. num. 4.
L. 1. §. *per hanc*, *ff. de rei vindicatione*, p. 62. n. 9.
L. *Julianus* 17. *digestis*, eodem p. 88. num. 11.
L. *si autem* 27. §. *sed si puerum*, *ff.* eod. p. 91. n. 5.
L. *sin navis* 62. *ff.* eodem pag. 87. num. 6.
L. *Quæ de tota* 78. *ff.* eod. p. 149. n. 13. & §. *incertæ partis*, p. 47. num. 8.
L. *Penultim. digest.* eodem pag. 88. num. 11.
L. *Plures* 15. §. *ultim. ff. de rebus auctoritate judicis possidendis.* p. 158. num. 9.
L. *Libere* 34. *ff. de ritu nuptiarum*, p. 169. n. 3.
L. *Labeo* 3. §. 1. *ff. de receptis arbitris*, p. 130. n. 6.
L. *Sed etsi* 9. §. *sunt*, & *alii* 3. *ff.* eod. ibid.
L. *Papinianus* 13 *ff.* eod. §. *fin.* p. 232. n. 4. & p. 248. n. 7.
L. *Qualem* 19. §. 1. *versic.* Sed etsi, *ff.* eod. p. 230. n. 12.
L. *Labeo* 25. *digest.* eodem ibidem num. 12.
L. *Si quis rem* 30. *dig.* eodem p. 46. num. 9.
L. *Non distinguemus* 32. §. *item si quis*, p. 49. n. 6.
L. *Feriatis* 36. *digestis*, eod. p. 64. num. 22.
L. *si duo* 34. *digestis*, eodem p. 242. num. 22.
L. *Arbitrer Kalendis Januariis* 40. *ff.* eodem p. 64. n. 23.
L. *Cum quid* 13. *ff. de rebus creditis*, p. 206. num. 15.
L. 1. *digest. de re judicata*, p. 241. num. 19.
L. 2. *vers.* Sed per rarò, *ff.* eod. p. 59. n. 9. & p. 255. n. 9
L. *si se non obtulit* 4. *paragraph. si quis condemnatus*, & §. *si quis*, *versic.* Sed siquidem, *ff.* eodem p. 59. n. 10.
L. *si convenerit* 26. *dig.* eod. p. 183. num. 9.
L. *Præses*, 27. *digestis*, eod. p. 230. num. 14.
L. *Papinianus* 36. *digestis*, eodem pag. 232. num. 4. & pag. 248. num. 7.
L. *contra pupillum* 54. *ff.* eod. p. 42. num. 6.
L. *Sæpè* 63. *versic.* Veluti, *ff.* eod. p. 239. n. 7.
L. *Sed quia* 6. *digest. de Religiosis*, & *sumptibus funerum*, p. 244. num. 9.
L. *si quis* 14. §. *si quis domum*, & §. *interdum*, *ff.* eod. p. 94. num. 24. & 25.
L. *Qui cum uno* 4. §. *Reus capitalis*, *ff. de re militari*, p. 42. n. 9.
L. *Non omnes* 5. §. *à barbaris*, *ff.* eod. p. 141. n. 5.
L. *Omnia* 153. *ff. de regulis juris*, p. 15. num. 8.
L. *Sunt qui* 16. eodem, pag. 453. num. 18.
Lex *Sicut* 21. eodem pagin. 452. num. 16.
L. *Non tantum* 29. eodem p. 452. num. 15.
L. *A Divo Pio* §. *si pignora* eodem, pag. 397. num. 3. & pag. 434. num. 6.
L. *Si verberatum* 15. §. 1. *ff. de rei vindicatione.* p. 390. n. 6.
L. *Utique* 16. eod. p. 403. n. 3.
L. *In rem*, *paragrap.* 1. eod. p. 427. num. 6.
L. 1. §. *per hanc* eodem, pag. 430. num. 11.
L. *Si quis hæc lege* 41. eodem p. 433. num. 12.
L. *Cum loca* 36. *l. Ossa* 8. §. 1. *digestis de rel. & sumptibus fun.* p. 428. num. 8.
L. *Pacta conventa* §. *Papinianus ff.* eod. ibid.
L. *Fusidius* 29. *ff. de rebus auctor. jud. possid. Aliàs incipit ausidius*, p. 606. n. 7.

S

L. 2. §. *ultimo*, *ff. si quis cautionibus*, p. 345. n. 12.
L. 1. *paragrapho* 1. *digestis si quis aliquem testari prohibuerit*, p. 388. num 13.
L. 1. *paragraph. si quis* 12. *digestis si quid in fraudem Patroni*, p. 399. num. 11.
L. *Filio familias* 25. §. *fin. ff. soluto mat.* p. 411. n. 7.
L. *Quoties* 30. eodem, pag. 434. num. 4.
L. *Ex diverso* 17. eodem, p. 452. num. 16.
L. *Cum hæres*, *paragrapho item Cassius*, *dig. de statu liberis*, p. 415. num. 11.
L. *Servus qui testamento* 14. §. *servus* eod. ibid.
L. *Statu liberum* 9. §. *illud* eodem p. 429. num. 4.
L. *Stichum* 95. §. *si creditor*, 8. *ff. de solut.* p. 431. n. 3.
L. *Quamvis* eod. p. 437. n. 7.
L. 1. §. *quid tamen*, *digest. si is qui testament. liber esse jussus*, p. 428. num. 4.
L. *Cum dotem* 22. *paragrap. Pater*, *ff. solution. matrimon.* pag. 496. num. 7.
L. *Qui dotem* 46. *ff. solut. matrim.* p. 497. n. 10.
L. *Prætor* 3. §. *Divus*, *ff. de sepulchro violato*, p. 513. num. 9. *in fine.*
L. *Qui res*, §. *Aream*, *ff. de solut.* p. 628. num. 5.
L. *Titia* 48. *ff. de solutionibus*, p. 179. num. 8.
L. *Attilicinus*, *ff. de servitutibus urbanorum*, p. 222. n. 3.
L. *Qui sic* 55. *digestis* eod. pag. 177. num. 12.
L. *Stichum* 97. §. *si creditor*, *ff.* eod. p. 179. n. 8.
L. *Divorcio* 7. §. *si vir*, *ff. soluto matrimonio*, p. 92. n. 9.
L. *Alia causa* 14. §. *eleganter*, *ff.* eod. p. 183. n. 9.
L. *Servi dotem* 22. §. *sin autem*, *vers.* Sin verò, *dig.* eodem p. 105. num. 4.
L. *Viro* 39. *ff.* eod. p. 70. n. 17.
L. *Mulier* 47. *ff.* eod. p. 110. n. 6. & p. 196. num. 19.
L. *Cum mulier* 49. *ff.* eod. p. 169. num. 10.
L. *Dotale servum* 91. *ff.* eod. p. 185. num. 8.
L. 1. §. *interdum*, *ff. si pars hæreditatis petatur*, p. 47. n. 10.
L. 1. *ff. si libertus ingenuus esse dicatur*, p. 242. n. 20.
L. *statu liberi* 29. §. *Quintus Mucius digestis*, *de statu liberis.* pag. 241. num. 14.
L. *Nisi* 3. §. *fin. digest. si cui plus*, *quam per legem falcidiam*, p. 95. num. 34.
L. *Ingenuum* 25. *ff. de statu hominum*, p. 242. n. 20.
L. *Si quis diuturno* 10. *versic.* Non est ei necesse, *ff. si servitus vendicetur*, p. 226. n. 3.
L. *si ædes* 32. §. *libertas*, *versic.* Is autem, *ff. de servitutibus urbanorum.* p. 220. n. 5.

T

L. *Cum hi* 8. §. *si uni ff. de transact.* p. 404. n. 5. & *in* §. *transaction.* p. 376. n. 4.
L. *Cum certus* 15. *digest. de tritico vino vel oleo legato*, pag. 409. num. 13.
L. *Ex eo.* eod. ibid.
L. 1. *ff. de testibus.* p. 145. n. 4.
L. *Testium* 3. §. *lege Julia*, *ff.* eod. p. 193. n. 3.
L. *Inviti* 8. *digest.* eodem pag. 149. num. 12.
L. *Quæsitum* 13. *digest.* eod. p. 193. num. 4.
L. *Produci* 23. *dig.* eodem pag. 146. num. 13.
L. *Repetundarum* 15. *ff.* eod. pag. 195. num. 13.
L. 1. §. *sive supremum*, *ff. de tabulis exhibendis*, p. 117. n. 19.
L. *Qui Testamento* 20. §. *eum qui*, *digestis de testamentis*, p. 195. num. 13.

V

L. 1. §. *mittuntur*, *ff. de ventre inspiciendo*, p. 123. n. 5.
L. *Si duo* 3. *ff. uti possidetis*, p. 226. num. 4.
L. 1. §. *ultim. ff. de verborum obligationibus*, p. 142. n. 13.
L. *Veluti* 27. *digest.* eodem p. 184. num. 16.
L. *Titia* 134. *digest.* eodem p. 185. num. 21.
L. *Sequitur* 4. §. *si viam* 27. *ff. de usucapionibus*, p. 216. n. 11. & §. *si fundum*, ibid.

L.

Index Jurium

L. *Non ſolum* 12. §. *ſi dominus*, *ff.* eod. p. 64. n. 8.
L. *Si pignora* 13. §. *fin. digeſt.* eodem pag. 216. num. 12. & pagin. 220. num. 3.
L. *Siis, qui pro emptore* 15. *ff.* eodem, p. 210. num. 6.
L. *eum qui ædes* 23. *digeſt.* eodem pagin. 220. num. 5. & *verſicul.* Quod ſi ſervus, pag. 220. num. 7.
L. *Rerum* 30. §. *Labeo*, *ff.* eod. p. 220. num. 4.
L. *Juſto* 44. *digeſt.* eodem, pag. 218. num. 3.
L. *Qui fundum* 31. *ff. de uſufructu legato*, p. 241. n. 16.
L. *Poſtquam* 5. §. *Imperator*, *ff. ut legatorum, ſeu fideicommiſſorum nomine caveatur*, p. 100. n. 14. & p. 203. num. 10.
L. *Quod eſt.* 3. §. *proinde*, *ff.* eodem p. 84. num. 3. & *paragr. unde vi*, pag. 84. num. 9. & §. *fin.* pag. 82. num. 5.
L. *Si ſtipulatus ſis* 4. *ff. de uſuris*, p. 87. num. 8.
L. *Qui ſcit* 25. §. *bonæ fidei emptor ff.* eod. p. 87. n. 4.
L. *fructus* 47. *ff.* eodem, pagin. 89. num. 23.
L. *is qui paragraph. ſi plures*, *ff. ut in poſſeſſionem legatorum*, pag. 100. num. 12.
L. *Inter publica*, *ff. de verb. ſign.* p. 318. num. 8.
L. *Titio cum moreretur*, *ff. de uſufructu legato*, p. 339. n. 5.
L. *Qui ſcit* §. *fin. digeſtis de uſuris*, p. 371. n. 10.
L. *Placuit* 29. eodem p. 422. n. 4.
L. *Si quis cum aliter* 36. *ff. de verb. oblig.* p. 398. n. 7.
L. *Stipulatio* 36. §. *ſi quis forte* eod. p. 403. n. 4.
L. *Si uſusfructus* 9. §. *plane ff. uſufructuarius quemadmodum caveat*, p. 439. num. 6.
L. *Si tibi* 8. eod. ibid. n. 7.
L. *Omnes* 3. §. *deſinere* 1. eodem. ibid. num. 8.
L. *Si uſusfructus* 9. §. *ſi veſtro* 3. eod. p. 440. num. 11.
L. *Propemodum* 88. *verſicul.* Non idem, *ff. de verbor. ſignific.* pag. 486. num. 4.
L. *Stychus* 36. *ff. de uſufr. legat.* p. 487. num. 8.
L. *Centeſimæ*, §. *ult. ff. de verbor. oblig.* p. 494. n. 10.
L. *Quodcunque* 45. *paragrap. fin. digeſt. de verbor. obligat.* ibid. num. 10.
L. *Sylva* §. *Novalis, de verborum ſignif. conciliatur cum capit. quid per novale* 21. *de verbor. ſignif.* p. 532. num. 3.
L. *Inter ſtipulantem* §. *Sacram*, *in fin. digeſt. de verbor. oblig.* pag. 628. num. 5.

Ex Juſtinianeo Codice.

A

L. *& in legatis*, *C. ad legem falcidiam*, p. 115. n. 9.
L. *querelam* 12. *C. ad legem Corneliam de falſis*, p. 194. num. 9. & p. 206. num. 16.
L. *ſi quis decurio* 21. *C.* eod. pag. 141. num. 9.
L. *Ubi falſi* 22. *C.* eodem, pag. 124. num. 4.
L. *ſi quis* 3. *paragraph. fin. C. ad legem Juliam majeſtatis*, pagin. 11. num. 14.
L. *ſervo* 8. *C. ad legem Juliam de vi publica*, p. 13. n. 8.
L. *quoniam* 26. *Codic. ad legem Juliam de adulteriis*, pagin. 69. numer. 14.
L. *Reos* 3. *C. de accuſationibus*, p. 194. num. 10.
L. *ſi poſt.* 9. *C. de aſſeſſoribus*, p. 149. num. 7.
L. *antiquæ* 23. *Codic. ad Senatus-Conſultum Vellejanum.* pag. 162. num. 7.
L. *fin. verſic.* ſit autem, *C. arbitrium tutelæ*, p. 162. n. 8.
L. 1. *paragraph. ſuper*, *C. de aſſertione tollenda*, pagin. 105. num. 3. & *in paragraph. fin. in principio*, p. 97. num. 9.
L. *fin. C. de adoptionibus*, pagin. 160. num. 16.
L. 1. *C. de annali exceptione*, pag. 47. num. 9.
L. *eos* 6. *in fine principii Cod. de appellat.* pag. 267. num. 21. & §. *ſi quid ejuſdem legis*, pagin. 147. numer. 19.
L. *& in majoribus* 25. *C.* eod. p. 264. num. 3.
L. *à Proconſulibus* 19. *C.* eod. p. 259. num. 14.
L. *Jubemus*, *C. ad S. C. Trebel.* p. 502. num. 16.
L. *ſi pretium* 4. *Codic. de ædilitiis act.* p. 432. n. 7.
L. *Quiſquis*, *C. ad legem Juliam Majeſtatis*, p. 388. n. 10.
Authent. ſive à me Cod. ad ſenatus-Conſultum Vellejanum, pag. 401. num. 3.
L. *ſi mortis* 5. *C. ad l. falcidiam*, p. 456. num. 9.
L. *Error eodem.* p. 457. n. 14.
L. *Ubi falſi* 22. *C. ad legem Corneliam de falſis*, p. 457. n. 12.
L. *fin. C. de abol. criminum*, ibid.

B

L. *Ex contractu* 3. *C. de bonis auct. judicis poſſidendis*, p. 452. n. 12.

C

L. *Labeo. C. communia rer. alienatione*, p. 318. n. 6.
L. *fi. C. de compenſ.* p. 391. n. 10.
L. *Magnum* 11. *Cod. de contrahendâ ſtip.* pag. 412. num. 6.
L. 6. *l. librum* 11. *l. Commercio* 16. *l. in bello* 2. §. *ſi quis ſervus*, *Cod. de captivis & poſt liminio reverſis*, p. 429. num. 6.
L. 2. *Cod. de cuſtodia reorum*, pag. 11 num. 13.
L. 1. & 2. *C. de calumniatoribus*, p. 13. num. 8.
L. 2. *Cod. de conſortibus ejuſdem litis*, p. 200. num. 5.
L. 1. *C. de condictione ex lege*, p. 73. num. 7.
L. *Optimam* 14. *C. de contrahenda ſtipulatione*, p. 152. n. 10. & pag. 159. num. 4.
L. *Ne Codicillos* 5. *C. de codicillis*, pag. 127. num. 3. & pag. 77. num. 3.
L. *Hoc, quod placet* 13. *C. de quæſtionibus*, p. 144. n. 6.

D

L. 1. *C. De deſertoribus*, *lib.* 12. p. 13. num. 8.
L. *Cum à nobis* 5. *C. de dilationibus*, p. 147. n. 20.
L. *ſi depoſita* 4. *Cod. depoſiti*, p. 71. num. 6.

E

L. *ſi quis ex conſenſu octavo Codice de Epiſcopali Audientia*, p. 11. num. 9.
L. 2. *C. de mancipationibus*, pag. 160. num. 17.
L. 1. *C. de errore calculi*, pag. 230. num. 13.
L. *Præſcriptione* 9. *C. de exceptionibus*, p. 68. n. 5.
L. *edita actio* 3. *C. de edendo*, p. 48. num. 13.
L. *Cum Clericis* 25. §. 1. *in fine*, *Codice de Epiſcopis, & Clericis*, pag. 56. num. 7.
L. *Jubemus* 37. §. *fin. C.* eodem p. 149. num. 12.
L. *ſi quis in conſcribendo* 51. *C.* eodem, p. 32. num. 3.
L. 2. *Cod. de Epiſcopis, & Clericis*, pag. 289. num. 5. & pag. 304. num. 6.
L. 2. *Codic. de evictionibus*, p. 404. num. 6.
L. *Si quis Presbyter*, *C. de Epiſcopi Audientia*, pag. 507. num. 6.
L. *Fin. C. de exactoribus tributorum*, p. 683. n. 5.
L. *De his* 113. *C. de Epiſc. & Cleric.* ibid.
L. *Cum Clericis*, *Codic. de Epiſcopis & Clericis*, pagin. 684. num. 10.
L. *Omnes C. de Epiſc. & Cler.* p. 684. num. 10.

F

L. *Voluntas* 4. *C. fideicomm.* pag. 359. num. 5.
L. *Cum proponas* 28. *C. de Theodoſiano*, p. 495. num. 13.

L.

Index Jurium

L. *Filiæ* 18. *Cod. familiæ erciscundæ* p. 364. n. 8.
L. *Quicumque Cod. de fundis patrim. lib.* 11 p. 408. n. 9.
L. *fin. C. finium regundorum*, p. 214. num. 11.
L. 2. *C. de fructibus litium, & expensis*, p. 88. n. 13.
L. *Contractus* 17. *C. de fide instrumentorum.* pag. 152. num. 13. & p. 163. num. 7.
L. *in exercendis*, *C.* eodem p. 162. num. 5.
Authentica ad si contractus, *C.* eodem p. 159. n. 6.
L. *fin. vers.* Si enim, *C.* eod. p. 155. n. 3. *& in* §. *fin. ejusdem l.* ibid. num. 7.
L. 1. *C. de feriis*, pag. 63. n. 16.
L. 2. *C.* eod. p. 64. n. 19.
Lex, *annullo* 3. *C.* eodem, pag. 63. num. 18.
L. *Omnes* 6. *Cod.* eodem pagin. 64. num. 23.
L. *Provinciarum* 10. *C.* eodem p. 63. num. 17.

H

L. 1. §. *fin. C. de hæreticis*, pag. 167. num. 12.
L. *Quoniam in fine* 21. *C.* eod. p. 130. num. 10.
L. *Alia* 8. *C. de his quibus, ut indignis*, p. 73. n. 5.
L. 2. *C. de hæreticis in Codice Theodosiano*, p. 519. n. 10.

I

L. *Si pater puellæ*, *C. de inoffic. testam.* p. 502. num. 14.
L. *Si quando* 35. *paragrapho fin. Codice de inoffic. testament.* pag. 496. num. 4.
L. 1. *C. de indictionib. lib.* 10. p. 683. num. 5.
L. *fin. C. de jure jurando*, pag. 192. num. 10.
L. *in duobus* 28. §. *fin.* eodem tit. ibid.
L. *fin. C. in quibus causis restitut. non est necessaria*, p. 222. n. 6.
L. 1. *C. de in integrum restitut. minorum*, p. 223. n. 12.
L. 1. *C. de infantibus expositis*, p. 91. num. 3.
L. *properandum*, §. *fin autem Reus*, *C. de judiciis, vers.* Nec *si reversus*, p. 101. n. 15.
L. 2. *C. de jurisdictione omnium judicum*, p. 40. n. 12.
L. *in criminali* 5. *C.* eodem p. 11. num. 9.
L. *in arenam* 21. *C. de inofficioso testamento*, p. 194. n. 10.
L. *Omni modo* 30. *C.* eodem p. 128. num. 5.
L. *Cum antiquioribus* 19. *C. de jure deliberandi*, p. 254. n. 4.
L. 2. *paragraph.* 2. *Cod. de jurejurando propter calumniam, & paragr. sed quia ejusdem l.* pag. 55. num. 4. & 5.
L. *justas* 6. *C. de jure Fisc. lib.* 10. p. 73. num. 4.
L. 2. §. *Sin autem*, *Cod. de jure emphyteutico*, p. 413. n. 3.
L. *Ubi adhuc*, *C. de jure dotium*, p. 434. num. 4.
L. *Satis*, *Codice in quibus causis pignus vel hypotheca*, p. 435. numer. 9.
L. *Cum quis* 10. *C. de juris & facti ignorantia*, p. 457. n. 14.

L

L. 2. *Cod. de libertis & eorum liberis*, p. 388. n. 12.
L. *ultima*, eod. p. 364. n. 9.
L. *Nec cui*, *Codic. locati*, pag. 405. num. 3.
L. *Licet* 8. eod. p. 409. num. 14.
L. *Æde* eod. pag. 410. n. 3.
L. 1. *Cod. de liberali causa*, p. 475. num. 8.
L. *Jubemus* 41. eodem, ibid.
L. *Congruit*, *Cod. de locat. prædiorum, Fiscalium*, p. 406. n. 4.
L. *Lite ordinata* 24. *C. de liberali causa*, p. 103. n. 8.
L. *Parentes* 22. *C.* eod. p. 114. n. 13.
L. *Interrogantem* 24. *C.* eod. ibid. num. 13.
L. *Jubemus* 41. *vers.* Voce propria, *C.* eod. pag. 112. num. 14. & pag. 211. num. 8.
L. *Non dubium* 5. *C. de legibus*, p. 188. num. 3.
L. *unica*, *C. de litis contestatione*, p. 51. num. 10.
Authentica qui semel, *C.* eod. p. 54. num. 14.
L. *Conductores* 23. *Cod. locati*, p. 73. num. 5.

N

Authentica habita, *C. ne filius pro patre*, p. 34. n. 3.
L. 2. *C. de naufragiis, lib.* 11. p. 132. n. 6. & p. 54. num. 15.
L. *Cum te* 3. *C. ne uxor pro marito*, p. 163. n. 6.
L. *Patrem* 16. *Cod. de nuptiis*, p. 94. num. 27.
L. *si ex cautione* 3. *C. de non numerata pecunia.* p. 114. n. 11.
L. *Si intra* 8. *Codicis*, eodem p. 223. num. 8.
L. *In contractibus* 14. *C.* eod. p. 114. num. 11. *&* §. *in omni ejusdem l.* p. 39. n. 9.
L. *fin. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necess.* pag. 222. num. 6.

O

L. *Qui agros* 8. *C. de omni agro deserto*, p. 209. n. 4.
L. *Locorum* 11. *C.* eod. *& in* eodem ibid.
L. 1. *C. de ordine cognitionum*, p. 67. num. 12.
L. *Quoniam* 26. *Cod.* eodem, p. 69. num. 14.
L. *final. C.* eodem, pag. 72. num. 9. & 10.
L. 1. *C. de ordine judiciorum*, p. 71. num. 4.
L. *Cum status* 5. *Codice* eodem ibid. num. 4.
L. *Qui agros*, *C. de omni agro deserto*, p. 444. n. 10.
L. *Locorum* eod. ibid.
L. *Quod ex liberta* 11. *C. de operis lib.* p. 364. num. 9.

P

L. *Si feudum*, 2. *C. de pactis inter emptorem*, p. 432. n. 6.
L. *Si quis ea lege* eodem pag. 433. num. 11.
L. *Final. Codice de prædiis Decurionum*, *lib.* 10. p. 367. num. 12. pag. 462. num. 6. & pag. 465. num. 11.
L. *Obæs alienum* 12. *C. de prædiis minorum*, p. 377. n. 5.
L. *Cum dominum* 13. *C. de pignoribus*, p. 437. num. 6.
L. *Titius*, *Cod de pignorat. actib.* ibid.
L. *Sive possidetis*, *C. de probat.* p. 456. num. 8.
L. *De hæreditate* 5. *C. de petit. hæred.* p. 459. n. 23.
L. *Si quis in conscribendo*, *Codice de pactis*, p. 2. num. 9. & pag. 32. num. 3.
L. *Non eo minus*, *C. de procuratoribus*, p. 15. n. 8.
L. 2. *Codice plus valere*, *quod agitur*, *quam quod simulatur*, p. 162. num. 7.
L. *Creditor* 3. *C. de pignoratit. actione*, p. 179. n. 9.
L. 2. *C. de partu pignorum*, p. 179. num. 9.
L. 2. *C. de præpositis sacri cubiculi*, *lib.* 12. p. 102. n. 4.
L. *fin. in fine*, *C. de ponderatoribus*, p. 142. n. 13.
L. *Si de possessione* 20. *C. de probationibus*, p. 160 n. 11.
L. *Omnes* 4. *Cod. de præscriptione* 30. *vel* 40. *annorum.* p. 219. n. 6.
Lex, *competit* 6. *Codice de præscriptione* 30. *vel* 40. *annorum*, p. 225. num. 6.
L. *Si quis emptionis* 8. §. 1. *Cod.* eod. pag. 217. num. 17. & pag. 69. num. 9.
L. *Sicut in rem*, *Cod.* eodem p. 223. num. 10.
L. 1. *Codice de postulando*, pag. 229. num. 3.
L. *unica*, *C. de plus petitionibus*, p. 73. num. 4.
L. 1. *ff. de petitione hæreditatis*, p. 88. num. 21.
L. *fin.* §. 1. *Codic.* eodem pag. 93. num. 22.

Q

L. *Scripturas* 11. *Cod. qui potiores*, pag. 153. num. 4. & pag. 162. num. 6.

Index Jurium.

L. 2. *C. quæ sit longa consuetudo* p. 119. num. 11.
L. 1. *C. quorum appellat. non recipiantur.* p. 265. n. 8.
L. 2. *C. quomodo, & quando judex*, p. 97. n. 5.
L. *Consentaneum* 8. *C.* eodem p. 96. num. 4.
Authentica qui semel, *C.* eod. p. 52. n. 11.
L. *Bonorum*, *Codice qui admittantur ad bonorum possessionem*, pag. 347. num. 7.
L. *Si quis* 15. *C. de rescind. vend.* p. 400. num. 14.
L. 2. *Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*, p. 277. n. 12.
Authentic. qui rem eodem pag. 413. num. 3.
L. *Sancimus* 21. eod. p. 427. num. 6. & p. 362. n. 27.
Authent. hoc jus eod. p. 427. n. 7. & p. 386. n. 3.
L. *Si à non Dominis fin. Cod. si à non Dominis*, p. 363. n. 3.

R

L. 2. *Codic. de rebus creditis*, *versicul.* Jurisjurandi conditio, p. 173. num. 5.
L. *Generaliter* 12. §. Sin autem eod. tit. p. 191. num. 5.
L. 2. §. *Cum autem* 7. *C. de rei uxor. actione*, p. 183. n. 9.
L. *Penultima*, §. *ad hæc*, *C. de receptis arbitris*, p. 146. n. 12.
L. *Ignorare* 4. *C. de restitut. militum*, pag. 270. num. 12. & pag. 271. num. 6.
L. 2. *C. de rei vindicatione*, p. 92. n. 8. & p. 95. n. 29.
L. *Domum* 5. *Codice* eodem, p. 93. num. 20.
L. *Si fundum* 17. *Codic.* eod. p. 87. num. 7.
L. *Certum* 22. *Cod.* eodem p. 89. num. 18.

S

L. *si alterius* 3. *C. si minor se majorem dixerit.* p. 159. n. 4.
Authentica Sacramenta puberum, *C. si adversus venditi*, p. 33. n. 11. & *versic.* Etiam *à majoribus*, p. 189. num. 11.
L. *eum, quem* 7. *C. de suspectis tutoribus*, p. 104. n. 11.
L. *Generalis* 7. *C. sententiam passis, & restit.* p. 195. n. 12.
Authentica quas actiones, *C. de sacrosanct. Eccles.* p. 226. n. 3.
L. *Jubemus*, *C.* eod. p. 212. n. 8.
L. *fin. C.* eodem, *versicul.* Ut inter, & *vers.* Centum annorum, p. 225. num. 7.
L. 1. *C. si adversus minorem*, p. 142. num. 11.
L. 1. *C. si in causa judicati*, pag. 235. num. 7.
L. *Si unus fin. Codic. si pendente appellat. mors intervenerit*, p. 254. num. 4.
L. *Cum eorum* 5. *Codic. de sententiis, & interlocutionibus*, pag. 139. num. 8.
Lex, *final. Codice* eodem pag. 261. num. 4.
L. 1. *C. si quacunque præditus*, p. 268. num. 8.
Authentica nisi breviores, *C. de sententiis ex periculo recitandis*, p. 45. num. 8.
Authentica si testis, *C.* eodem p. 204. num. 5.
L. *Si proprietate* 3. *Codic. si a non competenti judice*, p. 75. n. 6.
L. *Et si non cognitio*, *C. si contra jus, vel utilitatem.* p. 233. n. 5.
L. 2. *C. de Sacrosanct. Eccles.* p. 513. n. 9. *in fin.*
Authentica. Si qua mulier, *C. de Sacrosanct. Eccles. conciliatur*, *cum capit. cum simus, de regularibus*, p. 536. num. 11. & p. 540. n. 12. & 13.
L. 5. *Cod. de Sacrosanct. Eccles.* p. 611. num. 4.
L. *fin. C. si per vim, vel alio modo*, p. 621. num. 5.

T

L. *Hac consultissima*, *C. de testamentis*, p. 490. n. 3.
Authentica rogati, *C. de testibus*, p. 149. num. 8.
Authentica si testis, *C.* eodem, p. 204. num. 5.
L. *Solam* 4. *Codice*, eodem pag. 161. num. 18.
L. *Parentes* 6. *versic.* Parentes, & liberi, *C.* eod. p. 139. n. 7.
L. *Nimis grave* 7. *C.* eodem p. 149. num. 7.
L. *jurisjurandi* 9. *C.* eodem p. 141. num. 5.
L. *Testium* 14. *Cod.* eod. pag. 133. num. 8.
L. *Publicati* 2. *C. de testamentis*, p. 151. num. 6.
L. *Jubemus* 29. *versic.* Quod si, *C.* eod. p. 156. n. 4.
L. 1. *C. de temporibus appell.* p. 255. num. 7.
L. *Per hanc* 4. *Cod.* eodem pag. 147. num. 20.
L. *si ex falsis* 42. *C. de transactionibus*, p. 156. n. 4.

V

L. *Si à pactione* 14. *C. de usuris*, p. 180. num. 12.
L. *Si ea leg.* 17. *Codic.* eodem p. 179. num. 11.
L. *Eos* 26. *Codice*, eodem pag. 7. num. 23.
L. *fin. C. ubi in rem actio*, pag. 25. num. 4.
L. 2. *C.* eod. p. 101. n. 15.
L. *unica*, *C. ubi de possessione agi oporteat.* p. 26. num. 5.
L. *Unica*, *C. ubi de hæreditate agatur*, p. 26. n. 6.
L. 1. *C. ubi de criminibus agi oporteat*, p. 35. num. 5.
L. 2. *C. ubi & apud quem*, pag. 39. num. 9.
L. *Si quando* 9. *C. unde vi*, p. 119. num. 6.
L. *Final.* §. 1. *Cod. de usuris rei jud.* p. 444. n. 11.
L. *Unica*, *Codice ut nullus ex vicaneis pro alio lib.* 12. p. 447. num. 7.
L. *Unica*, *C. de usucap. transform.* p. 501. num. 12.

Ex Authenticis, & Novellis.

Authentica de sanctissimis Episcopis, §. *si quis contra Clericum*, *versic.* Si verò, *collatione* 9. p. 111. n. 12. & p. 112. num. 13. §. *fin.* pag. 212. num. 9.
Authentica, ut sine prohib. matris, §. *quia verò*, *collatione* 7. pag. 32. num. 8.
Authent. de sanctissimis Episcopis, §. *si quis autem*, p. 30. num. 5.
Authent. de non alienandis rebus Ecclesiæ, §. *ut autem lex*, *versic.* Nec multum, p. 225. n. 8.
Authent. hæc constitutio, *collatione* 8. tit. 12. p. 225. num. 3.
Novella 74. *quibus mod. nati efficiantur legitimi*, *cap.* 5. p. 169. n. 4.
Novella 88. *de deposito*, pag. 21. num. 7.
Novella 59. *de exhibendis reis*, §. *si vero*, p. 247. num. 23.
Authentica si qua mulier. Cod. de Sacrosan. Eccles. conciliatur, *cum capite cum simus*, *de regularibus* p. 539. num. 11. & p. 540. num. 12. & 13.
Authentica de Ecclesiast. titul. paragrap. si quis in sua Dom. p. 626. num. 7.
Authentica, *ut in privatis domibus*, p. 614. n. 7.
Authentic. ut Clerici apud proprios Episcopos, p. 684. n. 10.
Authentica, de mandatis Principum, §. *sed nec*, *vers. Nec autem*, p. 688. num. 9.
Authentica, ut judices, §. *sciant & paragr. necessitatem collat.* 2. p. 429. num. 6.
Authent. de nuptiis, §. *hic nos collat.* 4. p. 439. n. 4.
Authent. de hæredibus ab intestato venient. paragr. 1. *Collat.* 9. ibid. num. 4.
Novella 7. *de non alienandis aut permutat. rebus Ecclesiæ*, pag. 366. num. 3.
Novella 46. *de Eccles. rer. immobil. alienatione*, ibid.

Ex Feudorum Libris.

§. *Conventicula*, *lib.* 2. *feudorum*, *titulo de pace tenenda*, pag. 6. num 16.
Cap. 1. *de Capitaneo, qui curam vendit in usibus feudorum*, *lib.* 2. p. 244. num. 11.

Index Jurium.

Ex Inſtitutionum jure.

§. *ſi quis autem, inſtit. de ſuſpectis tutoribus*, p. 149. n. 11.
§. *Lega tariis, inſtit. de teſtamentis*, p. 130. n. 7.
§. *ultim. inſtit. de pœna temere litigantium*, p. 51. n. 6.
§. *Sed quod Principi placuit, inſtit. de jure naturali, verſ.* Quia populus ei, & in eum, p. 116. n. 9. *in fine.*
§. *Si quis agens* 37. *inſtit. de actionibus*, pag. 73. n. 3.
§. *temporalis, inſtit. d. exceptionibus* ibid.
§. *ex diverſo. inſtit. de rerum diviſione*, p. 92. n. 8. & 94. n. 23.
§. *Sed cum paulatim, inſtituta de teſt.* p. 490. n. 3.
§. *Item lex Julia, inſtituta de publicis judiciis*, p. 696. n. 5.
§. *Singulorum inſtit. de rer. diviſ.* p. 353. n. 5.
§. *Conſtituitur Inſt. de uſufructu*, p. 440. n. 11.

Ex noſtro Hiſpano jure.

L. 20. *tit.* 5. *partit.* 3. p. 15. n. 9.
L. 9. *tit.* 9. *partit.* 3. p. 151. n. 4.
L. 5. *tit.* 8. *partit.* 5. *verſic.* Lo que provare, y jurare, p. 118. n. 4.
L. 18. *tit.* 10. *partit.* 4. p. 142. n. 16.
L. 7. *tit.* 17. *lib.* 4. *ordinamenti*, p. 130. num. 5.
L. 3. *tit.* 2. *lib.* 4. *Recop.* p. 15. n. 11.
L. 17. *in princip. tit.* 25. *lib.* 4. *Recopillat.* p. 151. n. 4.

Ex Jure Regio.

L. 7. *tit.* 15. *lib.* 4. *Ordinamenti.* p. 285. num. 4.
L. 40. *tit.* 4. *lib.* 2. *Ordinam.* pag. 285. num. 4.
L. 3. *tit.* 5. *lib.* 2. *ordinam.* ibid.
L. 2. *tit.* 2. *lib.* 2. *Recopil.* pag. 362. num. 7.
L. 4. *tit.* 15. *part.* 1. p. 448. n. 9.
L. 2. *tit.* 1. *p.* 6. p. 490. n. 3.
L. 2. *tit.* 4. *lib.* 1. *Recop.* p. 490. n. 3.
L. 30. *tit.* 9. *p.* 6. p. 493. n. 8.
L. 15. *tit.* 20. *p.* 1. p. 531. n. 15.

D. ANTO-

D. ANTONII

GRANA ET NIETO

IN LIBROS

DECRETALIUM GREGORII IX.

COMMENTARII.

AD TIT. I. LIBRI II.

DE JUDICIIS.

CAPUT I.

SUMMARIUM.

1 *Promittens coram Iudice litigare, si contumax sit, excommunicari potest, non autem beneficio privari.*
2 *Contumacia est grave delictum quando superioris contemptum involvit.*
3 *Privationis pœna non habet locum, nisi in casibus à jure expressis.*
4 *Duplex pœna pro eodem delicto imponi non debet.*
5 *Reus coram proprio Iudice respondere tenetur.*
6 *Iudicium redditur in invitos.*
7 *Vera interpretatio ad hunc text. in vers.* Interrogatus.
8 *Consentiens coram aliquo Iudice litigare, re integra pœnitere potest.*
Opponitur text. in l. si convenerit, ff. de jurisd. omn. jud. *ibid.*
9 *Explicatur text. in* l. si quis in conscribendo, Cod. de pact.
10 *Ad excommunicationem justè infligendam trina monitio, aut una pro omnibus præcedere debet.*
11 *Ad constituendum aliquem in vera contumacia, necessum est, quod post terminum elapsum incusetur, ut ibi declaratur.*
12 *Excommunicatio pro præteritis culpis imponi non potest.*
13 *Excommunicatus etiam post satisfactionem indiget absolutione.*
Prohibita ad certum tempus, eo elapso censentur permissa, ibid.
14 *Absolutio ab excommunicatione requirit certam formam; & quid in interdicto?*
15 *Explicatur text. in* c. ex litteris, de constit.
16 *Explicatur text.* in c. fin. de matrim. contr. contra interd. Eccl.
17 *Excommunicatus ob contumaciam, præstita cautione absolvi debet.*
Explicatur text. in c. ex parte, el 1. de verb. signif.
18 *Excommunicatus ob contumaciam, quando possit beneficiis privari.*
19 *Perseverans per annum in excommunicatione, redditur suspectus de hæresi.*
20 *Privatio Episcoporum ad solum Rom. Pontificem spectat.*
21 *Explicantur text. in* c. 1. & 2. 6. q. 4. & c. si quis Episc. 11. q. 3. & c. si Episcop. 16. q. 6. & c. si quis à proprio, 21. quæst. 5.

CONCLUSIO.

QUI promisit coram Iudice litigare, si contumax sit, excommunicari potest; beneficio autem privari non debet. Consonat textus *in cap. 1. in fin. cap. tua, cap. 1. quoniam frequenter, §. fin. ut lite non contestata: cap. caterum 45. c. certum est, cap. si quis Episcopus, 11. q. 3. cap. de manifesta, 17. cap. fin. 2. quæst. 1. c. contingit 9. vers. Non potest, de dolo, & contumacia, Clem. 1.* junctâ Glos. *verbo donec, de decimis,* Glos. *incap. inprimis 7. verbo sex mensibus, 2. quæst. 1. c. si qui,* ubi Glos. *verbo, Emendent. 81. distin. cap. non est 12. de sponsalibus.* Explicant, & exornant hanc nostram conclusionem præter ordinarios in præsenti, quos in hoc opere consulò omitto quales sunt, Abbas, Innocentius, Zabarella, Hostiensis, Joannes Andrea, Imola, Arania, Baldus, Ancharanus, Felinus, Panormitanus, Butrius, Berosius, Alexander de Nevo, Mantua, Barbatius, Pipa, Alciatus,

Aretinus, Cenedus, Ximenez, Vivianus, Alagona, Riminaldus Hippolytus, Anastasius Germonius, Cujac. Aug. Barbosa, quos omnes, tanquam communiter Scribentes omittere operæ pretium in omnibus meis commentariis duxi, in quibus omne superfluum vitare instituti nostri est, Covar. in *c. Alma mater*, 1. p. §. 7. *n.* 10. *& in* 3. *p* §. 9. Navar. *in Manuali, c.* 27. Guttier. *de juramento confirmatorio*, 1. p. *c.* 28. Garcia *de benef.* 7. *p. c.* 13. §. 1. *n.* 90. Salzed. *in prax. c.* 116. *n.* 4. Suar. *de censuris, disp.* 4. *sect.* 5. Enriq. 2. *tom. l.* 13. *de exc. c.* 7. *n.* 5. Sayr. *de cens. l.* 2. *c.* 10. *n.* 3.

2 Ratio, quare contumax excommunicari debeat ea est, quia contumacia grave crimen est in jure nostro, quod committitur, quando Superioribus suis quis non obtemperat, *l. contumacia* 52. *ff. de re judicata*, *l. omne delictum.* §. *cõtumacia*, *ff. de re militari*, *c.* 2. *de majoritate*, *& obedientia. c. cum contumacia*, *de hæreticis*, *l.* 6. Et ideò contumaciæ crimen gravissimis pœnis vindicandum esse statuerunt veteres juris conditores, ut in *l.* 1. *ff. si quis jus dicenti non obtemperavit*, *c.* 1. *&* 2. *de sequestratione possessionis*, *& fructuum*, quare in nostro jure Pontificio est statutum, ut contumaces pœna excommunicationis puniantur, juxta illud *Matthæi c.* 8. *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquã ethnicus & publicanus*, *c. audi denique*, 11. *q.* 3. non tamen ob contumaciæ crimen debet quis beneficio privari. Cujus rei ratio est; quia hæc privationis
3 pœna locum non habet, nisi in casibus à jure expressis, Gloss. *in c. fin. de jurè patronatus*, *verbo*, *ex vi juris*, *circà finem*, quam communiter DD. sequuntur: Tiraq. *in l. si unquam*, *C. de revocandis donationibus*, *v. revertatur. n.* 249. Gonçalez *in reg.* 8. *cancellariæ*, *gl.* 15. *n.* 136. Garcia *de ben.* 11. *p. c.* 10. *n.* 2. & cum adversus contumaces tantùm, pœna illa in jure non sit expressa, mirum non est, quod non admittatur: præcipuè, quia si talis pœna contumacibus imponeretur, evenire posset, ut absens innocens damnaretur; quod est prohibitum in *l. absentem* 5. *ff. de pœnis.*
4 Tùm etiam, quia pro eodem delicto duplex pœna imponi non potest, *l. Senatus* 14. *ff. de accusationibus*, *c. at si clerici.* §. *de adulteriis*, *hoc titulo.*

Secundò, adversus nostrum texum in versic. *Interrogatus* obstabit dicere frustra *Quodvultdeum*, interrogatum fuisse, an vellet coram Concilio litigare, siquidem Concilium Africanum, ibi Judex competens erat, *cap. si quis Episcoporum*, cum sequentibus, 3. *q.* 6. &
5 Reus necessariò respondere tenetur coram proprio Judice, *c. significasti*, *de foro cõpetenti*: maximè, quià quoad eum, judicium redditur in invitum; *l. inter stipulantem* 83. §. 1. *de verb. oblig.* Sed in hac difficultate, omissa interpretatione Abbatis, *in præsenti*, *n.* 5. affirmantis, ideò fuisse interrogatum, ut excluderetur exceptio declinatoria fori, quæ sibi fortè competebat ex eo, quod in ejus accusatione non fuisset forma juris servata, de qua mentio habetur in *c.* 1. *& sequentibus*, 5. *quæst.* 2. Verius dicendum existimarem, *Quodvultdeum*, ideò interrogatum fuisse, non respectu Concilii, sed respectu accusatoris, ut sic postquam consenserit cum accusatore litigare, non possit amplius ei ullam exceptionem opponere ex enumeratis in *l.* 4. *l. qui accusare* 8.
7 *ff. de accusationibus*: quæ interpretatio ex verbis nostri text. deducitur, ibi: *An vellet cum eo experiri*. Alc. *in præsenti*, *n.* 19. Ripa *n.* 46.

Secundò adversus primam nostræ conclusionis partem, desumptam ex nostro text. in versic. *Primo id promiserat & c.* ex qua docemur, eum, qui promisit coram Judice litigare, si contumax fuerit in non comparendo, excommunicandum esse; obstat text. in *l. si convenerit*, *ff. de jurisdictione omnium judicum*, ubi etiam is, qui in Judicem consensit re integra non compellitur conventioni
8 stare. Qua in difficultate communiter Præceptores nostri respondent, quod text. in *dict. l. si convenerit*, procedit in conventione litigandi apud Judicem non suum, & ita pœnitere potest; siquidem per pactum nudum obligari quis non potest, cùm jure civili ex eo nulla oriatur actio, *l. jus gentium* 7. §. *sed cum nuda. ff. de pactis*, & quod in *dict. l. si convenerit* pactum nudum intervenisse, constat ex verb. *Si convenerit*, quod plerumque ad pactum nudum refertur, *l. lecta*, & *ibi* Glos. *verb. Convenit. ff. si certum petatur*. At verò textus noster loquitur de promissione litigandi apud proprium Judicem solemni stipulatione facta, quam interveniisse colligitur ex illis nostri text. verbis: *Interrogatus &c.* quæ denotant prius interrogationem precessisse, & responsionem fuisse subsequutam, Cujac. Gothofr. & Ant. Faber *in rationali*, *ad text. in dict. l. si convenerit*, Donel. *l.* 17. *comm. c.* 10.

Nec obstat tex. in *l. si quis in conscribendo*, *Cod. de pactis*, ubi si Clericus convenerit se non usurum fori privilegio cogitur conventionem adimplere. Augetur difficultas ex eo, quod Clericus privilegium fori renuntiare non potest, *c. si diligenti. de foro competenti*: Quia in *dict. l. si quis in conscribendo*, non fuit pactum nudum, sed in continenti appositum, ut indicant verba illius text. ibi: *Si quis in conscribendo instrumento*, *&c.* Ex quo actio nascitur, *l. in bonæ fidei*, *Cod. de pactis. d. l.* 7. §. *quinimò*, *ff. eod.* Nec etiam obstat secunda difficultas: Quia textus ille non loquitur de privilegio fori Ecclesiastico toti Collegio Clericali concesso, ut in *dict. c. si diligenti*, sed tantum loquitur de alio privilegio fori sæcularibus Clericis competenti, videlicet, ne inviti ante inferiores judices conveniantur, sed Romæ apud Magistratum; in provinciis, apud Præsidem: quod omnino cessavit post Ecclesiasticam decisionem relatam in *dict. c. si diligenti.* 9

Tertiò obstabit dicere, quod ad hoc, ut quis possit 10 justè excommunicari, omnino desideratur trina admonitio, aut una pro tribus, *c. sacro*, *de sententia excommunicationis*, *cap. statuimus*, cum aliis, *eodem tit. l.* 6. At in specie nostri textus, *Quodvultdeus* admonitus non fuit, ergo nec potuit excommunicari. Cui difficultati satisfacies, si dixeris in præsenti non fuisse necessariam admonitionem: siquidem *Quodvultdeus*, notorius fuit contumax: nam publicè in judicio dixit, se nolle comparere; nec absolutè dici potest citationem non interveniisse, siquidem ex mandato Concilii fuit citatus, & comparuit, ac promisit in judicio stare: licet postea discessisset.

Nec obstabit dicere, quod etiamsi in præsenti præcessisset admonitio, adhuc non poterat sufficere ad hoc, 11 ut verus contumax judicaretur: siquidem, ut de contumacia constet, necesse est, quod illa post terminum contentum in citatione à parte incusetur, *l. properandum* 11. §. *etsi quidem*, *C. de judic.* in vers. *Parte fugiente*, *ex una parte Actoris absentiam incusante*: Barb. in *l. si prætor* 75. §. *Marcellus*, *ff. de judic. n.* 42. Quia verum sit, quod prædicta incusatio requiratur, ut quis verus contumax habeatur: tamen hoc debet accipi, cùm ipsa contumacia notoria non est; non verò quando est notoria, ut in specie nostri *text.*

Nec etiam obstabit dicere, excommunicationis sententiam *in præsenti* fuisse injustam, & invalidam: siquidem culpa Episcopi præterita erat, & excommunicatio pro præteritis culpis imponi non potest, *c. nemo Episcoporum* 41. *c. nullus* 42. 11. *q.* 3. *c. Rom.* 5. §. *caveant*, *de sententia excommunicationis in* 6. nam *in præsenti*, culpa Episcopi non præterita, seu præsens adhuc erat, cùm duraret durante absentia, donec compareat; Covar. in *c. alma mater*, 1. *p.* §. 10. *n.* 1. Guttier. *l. tom. canonic. quæstion. c.* 4. 12

Quartò, adversus nostrum textum in vers. *Donec satisfactione præmisso*, ex quo constat post satisfactionem, adhuc absolutionem necessariam esse; obstat text. in *l. Imperator* 8. *ff. de postulando*, ubi docemur: quod ea quæ 13 ad certum tempus prohibentur, transacto tempore, absque ulla nova concessione permittuntur: ergo similiter dicendum videbatur in præsenti, Episcopum, facta satisfactione, non indigere nova absolutione, quod etiam & in Interdicto observatur, *Clement. l. verb. Donec*, *de Decimis*. Sed hæc difficultas facilè dissolvi potest, si animadvertamus decisionem text. in *dict. l. Imperator*, procedere in casibus, in quibus tacita concessio sufficit: At verò textus noster loquitur in excommunicationis sententia, ubi nova, & expressa absolutio desideratur; quod in Interdicto non observatur, cùm in eo nulla juris formula, absolutioni sit præscripta; Glos. in *dict. Clem. 1. dict. verb. Donec.*

Nec obstabit dicere, etiam in excommunicationis 14 sententia,

ſententia, quemadmodum & in Interdicto, non eſſe certam aliquam formulam abſolutionis à jure deſignatam: Quia licet verum ſit, quod certa formula non ſit deſignata, tamen neceſſariò requiritur, quod adſint aliqua exteriora ſigna, per quæ juxta juris formam vinculum excommunicationis tollatur: juxta text. *in c. cum deſideres, de ſententia excommunicationis*, ibi: *Niſi fuerit ſecundum formam Eccleſiæ*, cap. à nobis 22. ejuſdem tit. ibi: *Abſolutionis autem forma*. Sayrus *l. 2. de cenſuris, c.* 18. Tolet. *in ſumma, lib.* 1. *cap.* 14.

15 Sic nec etiam obſtat text. in *c. ex literis de conſtitutionibus*, ubi habetur, quod cum quis eſt excommunicatus propter contumaciam, illa ceſſante, admittitur ad communionem, abſque aliquo abſolutionis actu: nam *text.* ille non procedit in Excommunicationis vinculo, ſed in pœna Suſpenſionis, vel privationis communionis officii temporalis: & quamvis Pontifex *ibi* mentionem faciat Excommunicationis latæ, propter contumaciam, qua ceſſante, excommunicatum debere reſtitui ait; hoc tamen intelligi debet præmiſſa abſolutione, juxta conſuetam Eccleſiæ formam, *ut dict. c. cum deſideres.*

16 Nec etiam obſtat text. in *c. fin. de matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ*, dum aſſerit, quod excommunicati ex eo, quod contraxerunt matrimonium prohibitum, tamdiù ſeparari, quamdiù legitimè cognoſcatur, utrum matrimonium debeat de jure ſtare, nec ne: Quia *text.* ille debet intelligi, ita ut non ſtatim facta declaratione ceſſet excommunicationis vinculum, ſed ita ut poſt ſeparationem abſolvendi ſint juxta formam eccleſiæ.

17 Quintò, ex adverſo, adverſus prædictum verſ. *Donec*, obſtat text. in *c. ex parte*, el primero, *de verb. ſignific. c. quâ fronte, de appellationibus*; in quibus juribus cavetur, quod ſi quis ratione contumaciæ ſit excommunicatus, præſtita cautione de ſiſtendo in judicio, abſolvi debet: ergo in præſenti *Quodvultdeus* ex ſola ſatisdatione, abſque ſatisfactione abſolvi debebat. Quam difficultatem effu- 11
gies, ſi dixeris differentiam verſari, cum quis excommunicatur pro crimine & contumacia ſimul, aut pro contumacia tantum: nam ſi pro crimine, veluti pro furto, ſi eſt notorium, abſolvi non poteſt abſque ſatisfactione: ſi verò eſt dubium, poterit, præſtita tantum ſatisdatione: & ita obtinet text. in *dict. c. ex part. in fin.* ſi verò pro contumacia tantum, ſi eſt præſumpta, ſufficit ſatisdatio: ſi tamen eſt expreſſa, non ſufficit ſatisdatio, ſed neceſſaria eſt expreſſa ſatisfactio: & ita obtinet text. noſter, juxta text. in *c. venerabilibus*, §. *porrò*, §. *ſanè, de ſententia excommunicationis, lib.* 6. 12

Sextò, adverſus ſecundam noſtræ concluſionis partem deſumptam ex verſic. *Nam adimit ſibi Epiſcopatum, &c.* Ex qua docemur, quod Epiſcopus, quamvis juſtè excommunicari potuiſſet, non tamen potuit Epiſcopatu privari; obſtat textus in *cap. rurſus* 36. 11. *quæſt.* 3. *c.* 18 *veritatis, de dolo, & contumacia.* in quibus juribus cavetur, quod is qui juſtè excommunicatus eſt, juſtè etiam beneficio privari poteſt. Sed prædicta jurium difficultas excluditur ex eo, quia dicendum eſt, jura in argumento adducta, locum habere, quando quis in excommunicatione per integrum annum perſeveravit, & cauſa digna privationis beneficij reperitur: nam tunc quaſi de crimine convictus privatur beneficiis, *cap. cum contumacia, de hæreticis, lib.* 6. nam etiam ſi inſordeſceret in excommunicatione intra annum, non poterat poſt annum privari beneficio, niſi de lictum id poſtulaverit, Covar. in *cap. Alma Mater*, 1. *part.* §. 7. *num.* 10. Salzedo *in pract. c.* 116. *num.* 4. 3

Nec obſtat text. in *cap. fin. de pœnis, c. excommunicamus* 13. §. *qui autem, de hæreticis, cap. cum contumacia, eodem titul. lib.* 6. Triden. *ſeſſ.* 25. *de reformatione, cap.* 3. *in fin.* 19 In quibus juribus probatur, eum, qui tanto tempore in excommunicatione perſeverat, ſuſpectum de hæreſi cenſeri, ac per conſequens, ex eo ſolo beneficio poſſe privari, niſi ſuam oſtenderit innocentiam, *c. ad abolendam, verſ. Præſertim* & ſeq. *de hæreticis.* Quia dicendum eſt, quod is qui per annum in excommunicatione perſeverat, ſivè per cauſam civilem, ſive criminalem, ſuſpectus dicitur de hæreſi, ut in *dictis juribus* probatur: ſed hæc ſuſpicio non ſufficit, ut condemnetur tanquam hæreticus, ſed ſolùm, ut contra illum procedatur, tanquam ſuſpectum de hæreſi, Guttier. *lib.* 1. *q. Canonicarum c.* 12. *& cap.* 20. & conſequenter non ſufficit, ut taliter ſuſpectus beneficiis privetur.

Septimò, adverſus noſtrum text. in verſ. *Ante cauſæ* 20 *exitum*; ex quo colligitur poſt cauſæ exitum poſſe Epiſcopum à Concilio Epiſcopatu privari; obſtant text. in *c. accuſatus* 3. *q.* 6. *c.* 2. *de tranſlatione Epiſcopi*, in quibus probatur, privationem Epiſcopatuum ad ſolum Romanum Pontificem pertinere: ergo Concilium Africanum etiam poſt cauſæ exitum non poterat Epiſopum Epiſcopatu privare. Sed in hac difficultate, omiſſa Gloſſæ interpretatione, *in c. viduum, c. ſi quem*, 2. *q.* 6. quam communiter ſequuntur Interpretes *in præſenti*, verius dicendum eſſe, Concilium Africanum non potuiſſe *Quodvultdeum* Epiſcopatu privare, potuiſſe tamen Pontificem Romanum admonere, crimen illius eſſe depoſitionis dignum. Nec textus noſter contrarium docet; cùm ſolum affirmet, Epiſcopum non poſſe ante cauſæ exitum deponi; ſed non negat Romani Pontificis authoritatem eſſe neceſſariam.

Nec obſtant text. in *c.* 1. *&* 26. *q.* 4. *c. ſi quis Epiſc.* 11, 21 *q.* 3. *c. ſi Epiſcopus*, 16. *q.* 6. *c. ſi quis à proprio*, 21. *q.* 5. in quibus juribus probatur, Concilium Provinciale condemnare, & deponere Epiſcopum poſſe. Quia prædicta jura loquuntur, ſecundùm tempora antiquiora, in quibus etiam graviores Epiſcoporum cauſæ in Concilio Provinciali terminabantur, Duaren. *l.* 1. *de ſacris Eccleſiæ n miſterijs. c.* 11. plura de materia hujus *text.* videre oportet in his, quæ inferius dicemus in *c. dilecti* 17. *de foro competenti*, & in titulo, *de dolo, & contumacia.*

Ad text. in cap. Decernimus 2. hoc titul.

SUMMARIUM.

1 *Laici Eccleſiaſtica negotia tractare non debent.*
2 *Poteſtas Eccleſiaſtica a Chriſto Domino, Divo Petro, & eius ſucceſſoribus fuit conceſſa, & ab eis in cæteros inferiores Prælatos Eccleſiæ derivata.*
3 *Expenditur in contrarium text.* in c. nos, 2. q. 7. *& intelligitur, n.* 5.
4 *Summus Pontifex non poteſt Imperatoris, vel alterius juriſdictioni ſe ſubmittere.*
6 *Div. Paulus ad Cæſarem appellavit.*
7 *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſſe debet.*
8 *Abiathar à Salomone Rege à Sacerdotali dignitate depoſitus fuit.*
9 *Explicantur text.* in cap. tributum, 11. quæſt. 1. *& in* cap. tributum, *&* cap. convenior, *&* cap. ſancimus, 23. *q.* 8.
10 *Principes debent eſſe protectores Eccleſiarum, & Clericorum.*
Explicantur text. in c. filiis, vel nepotibus, 16. q. 7. *&* c. generaliter 12. 16. q. 1. *ibid.*
11 *Cauſæ Clericorum ſecundum cõmunem conſuetudinem Regionis terminandæ ſunt.*
Explicatur text. in c. cum veniſſent, de eo qui mittitur in poſſeſ.
12 *Laicus an poſſit excommunicare? Intelligitur text. in* c. præter, verſ. Scribit, 32. diſtin. *&* c. prudentiam, §. ille quippè: de offic. deleg. *&* c. Mennam, verſ. Purgationem, 2. q. 5.
13 *Laicus cognoſcere poteſt de ſententia excommunicationis, quoad facti quæſtionem.*
Explicatur tex. in c. ut Inquiſitionis, §. prohibemus, de hæreticis, *l.* 6. *ibid.*

14 *Ius ex facto oritur, & ibi hæc regula explicatur.*
15 *Expenditur text. in* cap. si judex laicus de sentent. excommun. lib. 6.
16 *Explicatur text. in* §. conventicula, de pace tenenda inter subditos, lib. 2. feudorum.
17 *Laici an possint esse arbitri in causis Ecclesiasticis. Arbitraria redacta sunt ad instar judiciorum. ibid.*
18 *Explicatur text. in* cap. exposita, de arbitr. *&* cap. examinata, de confirmatione util.
19 *Laicus an possit juramenti Religionem remittere, & interpretari.*
Explicantur text. in cap. licet mulieres, de jurejur. lib. 6. *&* l. adigere, in princip. & §. fin. de jure patronatus, l. fin. in princip. ff. ad municip. l. 11. & 12. lib. 4. Recopil.
20 *Explicantur text. in* cap. petimus, cap. Christianis, 11. quæst. 1. & cap. cum non ab homine, hoc titul. & cap. postulasti, 21. de homicid.
21 *Laicus potest cognoscere contra Clericos, ex delegatione Summi pontif. & juris Canonici authoritate.*
Explicantur tex. in cap. 1. de Apostat. *&* cap. perpendimus, de sentent. excommunic. cap. ex parte, de privileg. cap. unic. de vita, & honestat. Cleric. *ibid.*
22 *Feudales causæ apud Dominum feudi inter Clericos tractantur.*
23 *Laicus judex de causis usurarum, & sacrilegij crimine cognoscere potest, & quid de crimine blasphemiæ.*
Expenduntur tex. in cap. ad nostram 20. de jurejurando, *&* l. eos, C. de usuris.
24 *Laicus de causa possessoria rei spiritualis, an possit cognoscere. Explicatur text. in* cap. fin. hoc titul.
25 *Laicus Sacramentum Baptismi administrare potest. Confessio laico facta non est Sacramentalis, ibid.*
26 *Episcopus si à Rege, & Metropolitano, eodem tempore vocetur, cui obtemperare debet.*
27 *Clerici ligantur legibus, & consuetudinibus Retractuum.*
28 *Clerici quatenus cives non eximuntur à lege Politica, sive civili.*
29 *Clerici ligantur statutis prohibentibus vinum deferri in Civitatem, vel frumentum revendi.*
30 *Imperatores Concilia generalia congregare non possunt, nisi auctoritate Romani pontif. & quomodo accipiantur jura, quæ contrarium insinuare videntur.*
31 *Constantinus Magnus in Synodo Nicena adfuit, ibique inferiorem locum post Episcopos delegit.*

CONCLUSIO.

1 LAici *Ecclesiastica negotia tractare non debent, sed Prælatorum judicio disponuntur.* Consonat text. in *cap. quanto* 3. *cap. at si Clerici* 4. *cap. Clerici* 8. *cap. cum non ab homine* 10. *cap. novit* 13. *cap. qualiter, & quando* 17. *cap. fin. hoc tit.* continua 5. *cap. nullus* 33. *cap. placuit* 43. *cap. Clericorum* 48. & ferè per totam *caus.* 11. *quæst.* 1. *cap. denique*, 96. *distin. cap.* 1. *&* 2. 3. *&* 4. & ferè per totum *tit. de foro competenti, cap. tuam* 3. *de ordine cognitionum, cap. adversus, de immunitate Ecclesiarum, cap. ut Inquisitionis*, §. *prohibemus de hæreticis, lib.* 6. *cap. quanquam, de censibus, eodem libro, cap. decernimus, cap. si judex laicus, de sententia excommunicationis, eodem lib.* 6. Concilium Agatense *cap.* 8. *&* 32. Trident. *sess.* 25. *de reformatione, cap.* 20. *Authent. statuimus. C. de Episcop. & Cleric. l.* 56. *cum seq. tit.* 6. *part.* 1. *l.* 1. 2. *&* 3. *tit.* 3. *lib.* 1. *Compilationis*, illustrant Covarruv. *in practicis, cap.* 31. *per totum*, Guttierrez *lib.* 1. *quæstionum, cap.* 54. *num.* 25. Navarr. *in cap. novit, de iudiciis, notabili* 3. *num.* 52. Franciscus Marcus *decis.* 42. *part.* 2. Bellarminus *tom.* 1. *controversiarum fidei, cap.* 28. *controvers.* 5. Suarez *lib.* 4. *contra Regem Angliæ, per totum*, Morla *in emporio juris, tit.* 2. *quæst.* 12. Beroius *in cap. quæ in Ecclesiarum* 91. *constitutionibus*, Gratian. *regula* 253. Bernardus Diaz *regul.* 362. Seraphinus *de privilegiis, privilegio* 67. *num.* 12. Rolandus *cons.* 23. *volum.* 2. *numero* 2. Rebuffus *tom.* 3. *de materna possessione, art.* 7. *glos.* 1. *numer.* 22. Soto *in* 4. *distinct.* 25. *quæst.* 2. *articul.* 2. Salas *de legibus, disput.* 14. *sess.* 11. *num.* 118. Molin. *tomo* 1. *de justit. & jur. disput.* 31. *versic. Sexta conclusio*: Salcedo *in addition. ad Bernard. Diaz pract. cap.* 55. Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri, conclus.* 3. *à num.* 398. Bald. Angel. Salicet. & Cuman. *in l. iubemus, C. de Sacrosanctis Ecclesiis*, Menoch. *de recup. remed.* 15. *num.* 210. Duaren. *de Sacr. Ecclesiæ ministeriis, lib.* 1. *cap.* 2. Petrus Magdalenus *de num. testium in testam.* 1. *part. cap.* 10. *num.* 8.

Ratio est, quia Ecclesiastica potestas, quæ à Christo Domino Ecclesiasticis Prælatis fuit concessa, primo 2
D. Petro, tanquam Pastori, & Vicario universali fuit tributa, juxta illud *Matthæi cap.* 16. ibi: *Quia tu es Petrus*, & Ioannis *cap.* 21. ibi: *Pasce oves meas*, & ab ipso Petro in alios inferiores fuit derivata, ut negotia, res, & personæ Ecclesiasticæ à seculari jurisdictione eximerentur, & ut Ecclesiastica jurisdictio à temporali dignosceretur, *cap. nouit, infra isto tit. cap. duo sunt* 11. *cap. Imperator*, 69. *distinctione*; nam jurisdictio secularis communi populi consensu in Principem fuit translata, *l.* 1. *ff. de constitutionibus Principum*: Ecclesiastica verò nunquam potuit esse penes Rempublicam, nec Respublica illam in Principem transferre potuit, Covarruvias *in practicis, cap.* 31. cumque hujusmodi Ecclesiastica jurisdictio, lege divina, Ecclesiæ Prælatis dumtaxat concessa fuerit, rectissimè cæteris sæcularibus Principibus denegatur, qui quidem hujus jurisdictionis omninò sunt incapaces, *cap. ita Dominus*, 19. *distinction. cap. si Imperator*, 96. *distinct. capit.* 1. *cum sequentibus*, 11. *quæst.* 1. cum aliis superius allegatis.

Primò, obstat textus difficilis in *cap. nos*, 2. *quæst.* 7. 3
ubi Pontifex Imperatoris judicio se submittit; quod neutiquam facere posset, si Imperatore superior esset, *cap. nunc autem*, 21. *distinctione*, & multo minus, si suprema illa potestas jure divino ei concederetur; argument. text. in *cap. sunt quidam, cap. contra statuta*, 25. *quæst.* 1. *Clement.* 1. *ne Romana, de election.* Quæ difficultas, ut dissolvatur, petit, ut explicemus illam celebrem quæstionem, an scilicet Summus Pontifex possit se alterius jurisdictioni submittere? In qua, rejecta opinione Glos. *in cap. in Synodo, verbo, Apostolicam*, 63. *distinctione*, & *in cap. nemo, glos.* 1. 9. *quæst.* 3. & *in proœmio Sexti, verbo, Servus*, quam sequitur Geminianus *ibi*: firmiter asserendum est, Pontificem, minimè posse Imperatoris, vel alterius jurisdictioni se submittere, ita ut illi subditus verè maneat, ut docent 4
Archidiaconus *in dict. cap. nos, num.* 7. Felin. *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutionibus, num.* 2. Romanus *singulari* 195. Alexand. *in l. est receptum, num.* 4. & *ibi* Jas. *num.* 2. *de jurisdictione omnium judicum*, Navarrus *in cap. placuit, num.* 15. *de pœnitentia, distinct.* 6. & ex Theologis, Bellarminus *lib.* 2. *de Romano Pontifice, cap.* 29. & plures alios congerit Suarez *lib.* 4. *adversus Regem Angliæ, cap.* 7. *num.* 2.

Qua sententia retenta, non obstat text. *in dict. cap.* 5
nos, 2. *quæst.* 7. Nam omissa communi interpretatione, dicendum est, textum illum loqui de judicio, non coactivo, sed arbitrario, seu discretivo, ut notat Bellarminus *lib.* 2. *de Romano Pontifice, cap.* 39. nam in alterius arbitrio Pontifex se committere potest, ut cum *divo Thoma*, probat Suarez *lib.* 4. *adversus Regem Angliæ, cap.* 7. *num.* 7. Quia eo in casu sententia non fundatur in superioritate jurisdictionis, sed sola conventione nititur; quoniam tunc Pontifex non abdicat à se aliquam jurisdictionem, nec illam transfert in Imperatorem, neque in illo actu se gerit, ut Pontifex, sed ut homo, qui ut querelis via præcludatur, cuncta emendare cupit; nec sententia Imperatoris habebit vim coactionis, sed dumtaxat proderit ad offendendum Pontifici, eum teneri, si non ex vi præcepti, saltem ex debito justitiæ; ut explicat Suarez *ubi supra*.

Secundò

Secundò huic ſententiæ obſtat *cap.* 25. & 26. *Actuum Apoſtolorum*; ubi apparet, Apoſtolum ad Cæſarem 6
appellaſſe, tanquam ad legitimum Iudicem in cauſa criminali, de qua tractabatur: ut colligitur ex illius verbis, ibi: *Ad Tribunal Cæſaris ſto*, ibi: *Me oportet judicari*. Et iterum dixit: *Nemo poteſt me illis donare ad Cæſarem appello*. Et augetur difficultas ex eo, quia cauſa Apoſtolica, quæ tunc agebatur, non erat civilis, ſed Religionis, videlicet de prædicatione Pauli ad gentes: igitur multo minus apud Imperatorem in ea erat appellandum. Cui difficultati reſpondendum eſt: Apoſtolum ibi non de jure, ſed de facto ad Cæſarem appellaſſe, non tanquam ad judicem, ſed eo, quod alio modo non poterat inimicorum inſidias evitare: Bellarminus *in apologia, cap.* 13.

Nec etiam obſtat alius ejuſmet Pauli locus *ad Roman. cap.* 13. qui refertur in *cap. magnum* 23. 11. *quæſt.* 1. 7
& in *cap. omnis anima, de cenſibus*, ubi ipſe pronuntiat, omnem animam ſublimioribus poteſtatibus ſubjectam eſſe debere: & ſecundum Divi Chryſoſtomi expoſitionem, intelligendus eſt, de poteſtatibus ſecularibus: explicat Garcia *de nobilitate, gloſ.* 9. *num.* 9. Quia dicendum eſt, in *prædictis juribus*, locutum fuiſſe Apoſtolum de ſubjectione reverentiali, quæ ſecularibus Principibus juſtis de cauſis exhibere debet, propter protectionem, quam in Clericos, & Eccleſias exercent; notat Joſeph Valentinus *de poteſtate coactiva Pontificis, capite* 11.

Nec etiam obſtat *cap.* 2. *lib.* 3. *Regum*, ex quo conſtat 8
Abiathar à Salomone Rege depoſitum fuiſſe à Sacerdotali dignitate, & loco ejus, ab ipſo Rege poſitum fuiſſe Sadoc. Quia ibi tantum Salomonis factum refertur, ex quo nullum jus oriri poteſt, præſertim, quia id factum fuit ſpeciali Dei revelatione, non tamen ex ordinaria poteſtate, quæ ei etiam uti Regi competere non poterat: deinde, quia nec poteſt fieri comparatio inter Sacerdotes, & Pontifices veteris teſtamenti, & Pontificem Vicarium Chriſti in lege gratiæ, cum à Chriſto hæc poteſtas tributa eis ſit, ut diximus in ratione decidendi.

Tertiò, obſtat text. *in cap. ſi tributum*, 11. *quæſt.* 1. *cap. tributum*, 23. *quæſt.* 8. ex quibus juribus conſtat 9
Clericos, & Eccleſias ſubjectas eſſe Imperatoribus, quoad juriſdictionem: ſiquidem ex illis conſtat teneri ad ſolvenda imperialia tributa ex vi juſtitiæ, quod fieri non poterat, niſi ſuppoſita ſubjectione juriſdictionis. Cui difficultati, ut ſatisfaciamus, dicendum eſt, omiſſis variis interpretationibus, authoritatem Ambroſij relatam in *dict. cap. ſi tributum*, jus non conſtituere, ex eo, quia cum eo tempore Valentinianus Imperator puer eſſet, mater ejus Juſtina gubernabat, quæ cum eſſet Arriana, tributum aliquod ab Eccleſiis exegit, cumque Ambroſius prudenter cenſuiſſet illi reſiſtendum non eſſe ad vitanda majora mala, tributum permiſit, quare potius permittendo, quàm approbando factum dixit: *Imperatori non dono, ſed non nego*: potuit enim Ambroſius facilius tolerare tributorum exactionem, quàm uſurpationem bonorum Eccleſiæ: & hoc modo eſt etiam intelligendus text. in *cap. convenior*, 23. *quæſt.* 8.

Nec etiam obſtat text. in *dict. cap. tributum*, 23. *quæſt.* 8. nam ibi ſimiliter Urbanus non de jure, ſed de facto fuit loquutus, aſſerens perſolvendum eſſe tributum ab Eccleſia ſponte, ad majora mala vitanda, non tamen ex debito juſtitiæ: loquutus enim fuit Vrbanus, juxta morem illius temporis, quando Imperatores erant Gentiles, & Idololatræ, & Eccleſia nondum plenam ſibi libertatem & liberationem ab hujuſmodi tributis vindicaverat: quod jam omnino ceſſavit.

Nec etiam obſtat textus in *c. ſancitum*, 23. *quæſt.* 8. ubi quædam bona Eccleſiæ ſpecialiter exempta proponuntur à tributis, alia verò obnoxia relinquuntur: Quia intelligendum eſt, quod obnoxia ſint antiquioribus oneribus realibus privatis, veluti ex pacto, quod colligitur ex ejuſdem textus verbis, ubi nec de tributis, nec de Principibus mentio fit, ſed de *Senioribus* quibus debitum ſervitium ſolvendum eſt; per *Seniores* autem intelligunt Gloſſa & Doctores in *cap.* 1. *de cenſibus*, Dominos antiquos à quibus res, & bona ad Eccleſiam translata ſunt cum ſuo onere, de quibus fit mentio in *dict. cap. ſancitum.*

Quartò, obſtat textus in *cap. filiis, vel nepotibus*, 16. 10
quæſt. 7. quo loci docemur, ad Principem accedendum eſſe ſuper cauſis Clericorum. Cui dubio reſpondetur, ibi non perveniri ad Principem, tanquam legitimum judicem, ſed tanquam ad protectorem, ut hortetur, & inſtet apud Prælatos Eccleſiæ, ut debitum remedium adhibeant, ut ſic petente manu regia, Eccleſia non opprimatur, Covarr. *in practicis, cap.* 35. *numero* 3. *verſic. Secundo*, Salzedus *in praxi, cap.* 102. *verſic. Deinde.*

Nec etiam obſtat text. in *cap. generaliter* 12. 16. *quæſtion.* 1. ex quo conſtat Principes ſeculares poſſe privilegia perſonis Eccleſiaſticis conſtituere; quod idem demonſtratur in *toto titulo*, *C. de Epiſcopis, & Clericis.* Quia privilegia, de quibus in dictis juribus ab Imperatoribus conceſſa, nullam vim retinent propter defectum poteſtatis, juxta text. in *cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitutionibus*: & ſi quæ admiſſa ſunt, vim tantum retinent ex nova Pontificum permiſſione. Vndè, nec obſtat textus in *cap. cum veniſſent, de eo qui* 11
mittitur in poſſeſſionem, ubi cauſæ Clericorum ſecundum laicorum conſuetudinem terminantur. Quia illa terræ conſuetudo communis erat tam Clericis, quàm laicis; & conſuetudo, quæ non reſpicit directè odium laicorum, ſed publicam utilitatem, etiam à Clericis obſervari debet, quia à Pontificibus eſt approbata, ex *dict. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ*, Menchaca *lib.* 1. *quæſt. illuſtrium, cap.* 9.

Quintò, obſtat textus in *cap. præter*, *verſic. Scribit*, 12
32. *diſtinctione*, ubi conſtat, poteſtatem excommunicandi penes laicum eſſe poſſe. Cui difficultati ſatisfacies, dicens: quod text. in *d. cap. præter*, loquitur, quando laicus ex delegatione Pontificis cognoſcit: nam tunc excommunicandi poteſtas non ex propria, ſed ex Pontificis authoritate judicio, & delegatione procedit. Nec ſolutioni obſtat text. in *cap. prudentiam*, §. *illa quippè, de officio delegat.* ubi dicitur delegatum judicio proprio uti, quod omnino laicis eſt prohibitum; uti conſtat ex noſtri text. verbis, ibi: *Iudicio laicorum, &c.* Nam verbum illud, *judicium*, in noſtro textu, non refertur ad mentis ſententiam, uti in *d. cap. prudentiam*; ſed ad imperium, & jurisdictionem, quam circa excommunicationem laicus non habet.

Nec obſtat etiam text. in *cap. Mennam*, *verſ. Purgationem*, 2. *quæſt.* 5. ubi excommunicandi poteſtas vel ſaltem purgationis presbyteri penes fœminam reginam Francorum reperitur. Cujus deciſionis difficultas ex eo augetur, quia claves cœlorum nec Beatæ Virgini ſunt traditæ, *cap. nova, de pœnitentiis, & remiſſionibus.* Quia in ſpecie illius *text.* ex communi Doctorum ſententia, graviſſimus eſſet error, ſi *verſic. Purgationem*, conjunctim & ſimul cum textu legeretur, ut ſic inſcriptio illius textus, *Brunichildæ Reginæ*, præſumatur, quaſi ſic purgatio illius Epiſcopi Reginæ committeretur; ſed illa lectio, nec ſcripta reperitur in *Epiſtola Beati Gregorii*, ex qua, prima illius *textus* pars fuit deſumpta: undè dicendum eſt, quod verſic. *Purgationem*, legendus eſt poſt extrema illius textus verba; quaſi illius textus ſenſus ſit, quod purgatio illa non Reginæ, ſed Raynaldo Cumano Epiſcopo eſſet commiſſa, uti conſtat ex *Epiſtola* Alexandri II. relata in *cap. ſuper cauſa, eadem cauſa, & quæſt.* & ex *Palea in dict. capit. Mennam.*

Sextò, obſtat textus in *cap. decernimus*, *de ſententia* 13
excommunicatio. lib. 6. ubi ſimiliter probatur, poſſe laicum de ſententia excommunicationis cognoſcere. Cui reſponderi debet, quod *ibi* tantum cognoſcit laicus de facto excommunicationis, ut excommunicatum à judicio repellat; & cùm quæſtio facti, etiam rei Eccle-

laſticæ, temporalis ſit, rectè judex laicus de ea cognoſcere poteſt: quia cum de mero facto quæritur, nihil ſpirituale diſputatur. Nec ſolutioni obſtat text. in *cap. ut Inquiſitionis*, §. *prohibemus*, *verſ. Quoquo modo*, *de hæreticis*, *lib.* 6. ex quo videtur probari, Iudicem laicum, nec de facto rei ſpiritualis poſſe cognoſcere. Quia verba illa, *Quoquo modo*, licet utramque cognitionem comprehendant, & juris, & facti; tamen *ibi* non referuntur ad quæſtionem facti, ſed præcisè ad
14 quæſtionem juris. Nec obſtabit juris regula, qua docemur, ex facto jus oriri, *l. ſi ex plagiis* 53. §. *in clivo Capitolino*, *ff. ad legem Aquiliam*: Quia licet ex facto jus oriatur, & juris quæſtio non poſſit ſeparari à facto; at quæſtio facti ſeparari poteſt ab ipſa quæſtione juris, quæ cauſæ inter ſe ſunt omnino ſeparabiles, & factum poteſt eſſe temporale, etſi jus ſpirituale ſit, ut in *dict. cap. decernimus.*

15 Nec his omnibus oſtabit text. in *c. ſi judex laicus*, *de ſententia excommunicationis*, *lib.* 6. ubi cavetur, quod laicus nec de facto poteſt cognoſcere, an litigans Clericus ſit nècne. Cui ut reſpondeant alii, diſtinguunt inter res, quæ ſunt ſpirituales ratione rei tantum, ut matrimonium, excommunicatio, &c. Et quæ ſunt ſpirituales ratione rei, & perſonæ, veluti Religio, & Ordo ſacer: unde dicunt quod de facto rei ſpiritualis ratione rei tantum laicus cognoſcere poteſt: non verò de iis quæ ſpiritualia ſunt ratione rei, & perſonæ, ut in *d. cap. ſi judex laicus*. Cui ſolutioni non obſtat text. in *c. cum homines*, *c. parochianos*, *de decimis*, ubi decimæ quid ſpirituale cenſentur ratione rei & ratione perſonæ: nam Eccleſiis, & miniſtris Eccleſiæ applicantur; nam licet ſpirituales ſint, & ſolum Eccleſiaſticis conveniant, dependent tamen à perſonis laicorum à quibus ſolvuntur, & ideò de illo facto, an rectè ſolutæ, vel non ſolutæ ſint, judex laicus rectè cognoſcere poteſt. Sed nec prædicta interpretatione indiget text. in *d. c. ſi judex laicus*, cujus verba ſi rectè perpendantur, ex illis apparebit *ibi* non agi de quæſtione facti, & Clericatus, ſed verè de quæſtione juris; nam quæſtio erat, non an captus Clericus eſſet, nècne; ſed an talis eſſet qui privilegio fori gaudere deberet, ut indicant verba illa, ibi: *Quod idem malefactor ſit Clericus*, *qui hujuſmodi privilegio gaudere debeat*; quæ quidem non facti, ſed juris quæſtio eſt.

16 Septimò, pro hac etiam parte obſtat text. in §. *conventicula*, *lib.* 2. *feudorum*, *tit. de pace tenenda inter ſubditos*: ex quo conſtat, poſſe Imperatores cenſura Eccleſiaſtica coërcere Epiſcopos violatores illius ſanctionis. Qua in difficultate dicendum eſt, textum *ibi* non probare, poſſe Imperatores cenſura Eccleſiaſtica punire Epiſcopos violatores, ſed quod Epiſcopi poſſint cenſura Eccleſiaſtica punire violatores.

Nec obſtabit dicere, quod cenſura ibi imponitur juſſu, & mandato Imperatoris, ut conſtat ex verbo, *volumus*, quæ difficultas augetur ex eo, quod Federicus ipſe annullavit deciſiones omnes contra Eccleſiæ immunitatem, *Authent. caſſa*, *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Dicendum namque eſt, quod text. in *dict.* §. *conventicula*, loquitur de Federico I. cujus authoritas fuit neceſſaria, ut illa cenſura Eccleſiaſtica tutè obſervari poſſet, quia illo tempore valde erat oppreſſa Eccleſia: ita etiam interpretandus eſt text. in §. *ſi Clericus lib.* 2. *feudorum*, *tit. de pace tenenda*, *& ejus violatoribus*, de quo Cujac. *in notis ad eundem textum*: At verò text. in *d. Authent. caſſa*, loquitur de Federico II. quo tempore, jam tuta erat Eccleſia, ut notant Gothofredus *in notis ad pandectas*, *ad eundem text.* & Cujac. *in tit. de pace tenenda*, *& ejus violatoribus*, verbo, *Federicus.*

17 Octavò, obſtant text. in *cap.* 4. *cap. per tuas*, *de arbitris*; in quibus juribus probatur, poſſe laicos Arbitros eſſe in cauſis Eccleſiaſticis: at ſic eſt, quod ſicuti Iudex habet arbitrium, & judicium in cauſa, quam judicat; & ita idem eſt in Arbitro, nam arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorum, *l.* 1. *& per totum*, *ff. de aecept. arbitr.* ergo jam cauſæ Eccleſiaſticæ laicorum judicio commendantur. Cui difficultati ut ſatisfaciamus, diſtinguendum eſt: nam aut laicus ſit arbiter de rebus merè ſpiritualibus, aut de rebus temporalibus Eccleſiæ, in primo caſu laicus arbiter eſſe non poteſt, nec de conſenſu Epiſcopi; quo modo procedit deciſio text. in *cap. contingit*, *de arbitris*: in ſecundo verò caſu, quando agitur de rebus Eccleſiæ temporalibus laicus arbiter eſſe poteſt de Epiſcopi conſenſu, quo modo procedunt jura in argumento adducta: Ratio eſt, quia exinde nulla eis juriſdictio datur, cum in arbitris ſola notio ſit, arbitrium enim plus habet facti, quàm juris, ſiequè de facto rei temporali Eccleſiaſticæ rectè poteſt laicus cognoſcere, ut diximus in *ſexto argumento.*

Nec obſtabit dicere, quod in ſpecie, textus in *dict. cap. per tuas*, agebatur de re merè ſpirituali, ut nonnulli exiſtimant. Quia verius eſt, quæſtionem illam temporalem fuiſſe: Agebatur enim ſuper quodam Hoſpitali, quod cum non eſſet conceſſum in titulum beneficii, non judicatur beneficium Eccleſiaſticum, Gloſ. *in Clem. diſpendioſam*, *de judiciis*, verb. *Beneficiis*: Sylveſter *verb. Hoſpitale*, *quæſt.* 6. Selva *de beneficiis*, 3 *part. quæſt.* 59.

Nec obſtat text. in *cap. expoſita*, *de arbitris.* Quia compromiſſum in illa ſpecie factum in Ducem Vene- 18
torum fuit ex Pontificis commiſſione, ut indicant verba textus, ibi: *Litteras noſtras miſerimus.*

Nec etiam obſtat text. in *cap. examinata*, *de confirmatione utili*, *vel inutili*, ubi ſupponitur compromiſſum in laicum factum de re ſpirituali, validum fuiſſe: ſiquidem revocatum fuit, non ex eo, quod in laicum fuerat compromiſſum, ſed quia in arbitrio non fuit juris forma ſervata: Nam reſpondetur, quod in illa ſpecie ille Vicedominus, in quem fuit compromiſſum, erat Epiſcopi Vicarius, & conſequenter perſona Eccleſiaſtica; ſic Panormitan. *in cap. quanto*, *infra iſto titulo*, *numero* 4. Felin. *num.* 2. Decius *num.* 4. Ripa *num.* 81.

Nonò, obſtat text. in *cap. licet mulieres*, *de jurejurando*, *lib.* 6. *l. adigere*, *in princip. & in* §. *fin. de jure patronatus*, *l. fin. in principio*, *ff. ad municipalem*; in 19
quibus juribus cavetur, poſſe laicum juramenti Religionem remittere, & interpretari: ergo non eſt juriſdictionis Eccleſiæ incapax: ſiquidem jurisjurandi Religio, & interpretatio, procul dubio ad Eccleſiæ juriſdictionem pertinet, *cap. quanto* 18. *cap. etſi Chriſtus* 26. *de jurejurando*, *cap. venerabilem* 34. *de electione.* Augeturque hæc difficultas, ex conſtitutionibus Regiis Hiſpaniæ in *l.* 11. *&* 12. *lib.* 4. *compilationis*, in quibus irritantur quidam contractus juramento firmati: quæ difficultas tanti eſt, ut coëgerit Autores, in hac parte varias tractare quæſtiones, diverſaſque proferre ſententias, quas cùm inſtituti noſtri diſputare non ſit, conſultò omittimus, brevitèrque pro prædictorum jurium conciliatione dicendum eſt, cognitionem ſuper juramento an licitum, vel turpe ſit, poteſtatemque legem ferendi, ſeu relaxandi, & ſimilia quæ ad vim, & eſſentiam juramenti ſpectant, ad Eccleſiaſticam juriſdictionem tantum pertinere, ut in *dict. cap. quanto* 18. *de jurejurando.* At verò cognitionem ſuper juramento ratione contractus, cui adhæret, ad Iudicem pertinere ſecularem, ſi res, de qua quæritur, ſimiliter ſecularis ſit; poterit namque ſecularis Judex partes compellere ad implementum promiſſionis juratæ, & ad ſervanda pacta, quæ viderit juſtè juramento firmata, poteritque contractus ipſos irritare ſuper quibus poteſtatem habet, juramentique obligationem impedire antequam præſtetur; nam licèt ipſum juramentum, tanquam vinculum ſpirituale irritare nequeat, poteſt tamen indirectè, & remotè illud evertere, irritando contractum humanum antequam ineatur: nam contractu ipſo irritato, & deſtructo, irritatur, & deſtruitur conſequenter ipſum juramentum: quomodo intelligenda ſunt jura *ſupra* allegata, & *Regia leges*: leges verò ſuper ipſa vi juramen-

juramenti disponentes ex defectu potestatis sunt nullæ, Covarruvias *lib. 1. variar. cap. 4. num. 5. & in cap. quamvis pactum, 2. part. §. 3. num. 2.* Molina *tomo 1. de justitia, & jure, disput. 1.*

20 Decimò, obstat textus in *cap. placuit, cap. petimus, cap. Christianis, 11. quæst. 1. cap. cum non ab homine, hoc titul. cap. postulasti 21. de homicidio*, in quibus juribus expressè probatur, Iudicem laicum contra Clericos in causis criminalibus cognitionem habere, ergo dicendum videtur incapacem non esse jurisdictionis Ecclesiasticæ. Quam difficultatem facilè dissolves, si advertas prædicta jura agere de invocatione brachii secularis, juxta formam in eis præscriptam: nam ab ipso nascentis Ecclesiæ exordio receptum fuit, Brachium seculare ab Ecclesia invocari contra Clericos, aut laicos Ecclesiæ resistentes, quia tunc nulla injuria Ecclesiæ irrogatur: imò potius debitum ei præstatur obsequium, juxta textum in *cap. 1. de officio Ordinarii.*

Nec etiam obstat textus in *cap. 1. de apostatis, cap. perpendimus, de sententia excommunicationis*: ex quibus
21 constat, etiam sine invocatione Brachii secularis, posse laicum in causis criminalibus contra Clericum cognoscere. Quia pro horum jurium interpretatione, supponendum est, laicum nunquam posse de causis Clericorum propria authoritate cognoscere; posse tamen ex licentia Pontificis, & authoritate juris Canonici: simul enim statim quo lex Canonica Clericum Apostatam fori privilegio privavit, potestatem dedit laico de illo cognoscendi; quomodo procedit *dict. cap. 1. de Apostatis*, & *dict. cap. perpendimus*, ubi percutiens Clericum, qui dimisso habitu Clericali, variis criminibus se immiscuerat, non indiget Pontificis absolutione, quia Clericus ille privilegium fori amiserat: quomodo procedit etiam text. in *cap. ex parte, de privilegiis*: & sic similiter est interpretandus textus in *cap. unico de vita, & honestate Clericorum*, ubi Clerici mariones, qui vulgo, *Bufones*, appellantur, si per annum hoc in crimine perseverent, privantur privilegio Clericali; sicque omnibus in casibus prædictis cognitio istorum ad laicos pertinet, ex authoritate juris Canonici: Salçedo *in practica criminali. cap. 111.*

22 Undecimò, obstant text. in *cap. caterum, hoc titul. cap. ex transmissa, cap. verum, de foro competenti*, ubi in causis civilibus Clericorum Iudex laicus cognitionem habet: nam si causæ feudales oriantur etiam inter Clericos, ad Dominos feudi pertinent, qui de illis cognoscere debent. Quæ difficultas facilè dissolvitur, si advertamus: quod hoc sit non authoritate legis civilis, sed virtute legis Canonicæ, quæ jure speciali in feudalibus controversiis id statuere voluit; propterea quod cùm in illis tantum agatur de feudo, quod de se merè sæculare est, & à laicis concessum, nulla est ratio quare Clericus, qui illud recepit juvetur aliqua fori exemptione ad denegandam domino subjectionem, circa negotia ad ipsum spectantia: præcipuè, quia hujusmodi causæ, juxta consuetudines investituræ, & pactiones sunt terminandæ; eo enim pacto feuda concessa fuere, juxta textum in *cap. Imperialem, de prohibita feudi alienatione*, Iulius Clarus *in §. feudum, quæst. 90.*

23 Duodecimò, obstat text. in *cap. ad nostram 20. de jureiurand. l. eos, C. de usuris.* In quibus juribus probatur Iudicem laicum de causis usurarum cognoscere posse, quamvis earum cognitio ad Ecclesiam pertineat, *cap. 1. cum seqq. 14. quæst. 3.* Cui dubio ut satisfaciant Interpretes disputare solent in hac parte, an usurarum cognitio pertineat ad Ecclesiasticum, an verò ad sæcularem Iudicem? Quorum sententiis omissis, firmiter est tenendum, usuræ crimen mixti fori esse, ideoque in eo locum esse præventioni: quare si contra laicum usurarium judex laicus Ecclesiasticum in cognitione prævenerit, potest illum inhibere; & è contra Ecclesiasticus laicum, ut docet Covarr. *lib. 3. variarum, cap. 3. num. 4.* Menochius *de arbitrariis, casu 135.* Mascard. *de probationibus, conclusion. 1419.* Sic etiam procedit etiam textus in *cap. cum sit generale, de foro competenti*, ubi si tractatur super crimine sacrilegij, similiter causa mixti fori est; qua ratione cautum est, quod sacrilegi sub quovis Iudice sæculari, vel Ecclesiastico conveniri possint, Covarr. *lib. 3. variarum, cap. 3. num. 1.* quod idem procedit in punitione blasphemiæ, quæ non est hæreticalis, quia ejus cognitio similiter spectat ad utrumque Iudicem, Iulius Clarus *in pract. crim. §. fin. quæst. 37. versic. Blasphemia.*

Decimo tertiò, obstat text. in *cap. finali, hoc titul.* ubi 24
constat potuisse Iudicem laicum, ad petitionem Abbatis, & Conventus, cognoscere de possessione juris eligendi, super quo agebatur: & tamen certum est, causam electionis spiritualem esse: ergo non poterat coram Iudice sæculari tractari: *cap. Sacrosancta 51. cap. Massana 56. de electione.* Nec difficultatem effugiet, qui dixerit, hoc ideò esse, quia causa illa possessoria erat, & ex eo temporalis debet judicari, ut affirmant relati à Covarr. *in practicis, cap. 35. in principio*, cum potius contrarium debeat observari, propter connexitatem, quam habent res possessoriæ cum causa proprietatis: quare tenendum est, nec de possessorio rei spiritualis, tanquam de re spirituali annexa posse laicum cognoscere, argumen. textus in *cap. quanto 3. hoc tit.* ubi notant Doctores. Sed in hac difficultate verissimè est dicendum, quòd in prædicta specie, non ideò potuit laicus judex cognoscere de illa electione, tanquam de causa possessoria, sed quia electio, de qua *ibi*, merè profana erat: nam ibi tractabatur de eligendo Rectore cujusdam sæcularis communitatis, uti constat ex littera *textus*, & Glos. 1. quam sequuntur Doctores omnes *ibi.*

Decimoquartò, obstat text. in *cap. constat. 19. cap.* 25
mulier 20. cap. in necessitate 21. de consecratione, distinctione 4. In quibus juribus probatur, posse laicum administrare Sacramentum Baptismi, quod de se omnino spirituale est. Cui difficultati facilè respondetur: quod in *prædictis juribus* ideò permissum est laicis hujusmodi Sacramentum administrare, quia id in Baptismo est admissum, propter maximam animarum salutem; cùm baptismus sit necessarius necessitate medii ad salutem: ideò quilibet in necessitate potest ministrare, Bonacina *tom. 1. tract. de Sacramentis, disputat. 2. quæst. 2. punct. 5. num. 4.* Nec aliquid obstat adversus nostram decisionem, quia ministrare hoc Sacramentum, non est tractare causas Ecclesiasticas, vel spirituales judicialiter, ut in nostra specie.

Sed tunc obstabit dicere, quod etiam est licitum laicis audire confessionem, *cap. quem pœnitet 88. § tanta itaque, de pœnitentia, distinct. 1. cap. 14. in principio, de pœnitentia, distinctione*, & tamen certum est, quod hujusmodi Sacramenti ministratio vim judicii obtineat, *cap. 2. de officio Ordinarij*, D. Balboa *in repetitione* ad text. *in dict. cap. omnis utriusque sexus, de pœnitentiis, & remissionibus*, in versicul. *Proprio Sacerdoti*, à *num. 2. &* 15. habetque se Confessor, tanquam judex in hoc interiori animæ judicio. Sed respondetur, quod in hoc actu pœnitentiæ laico factæ non datur confessio Sacramentalis, nec aliqua jurisdictio spiritualis exercetur, nec absolutio intervenit, quæ propriè pendet ab Ecclesiæ clavibus, hæc namque confessio non est inducta ex præcepto, sed tantum ex consilio, ut sic confitens rubore suffusus facilius conteratur, ut docet Divus Thomas, & Doctores omnes in *tractatu de ministro Sacramenti pœnitentiæ*, Bonacina *ubi sup. disp. 5. quæst. 7. puncto 1. in princip.*

Decimo quintò, obstat *cap. si Episcopus, 18. distinctione*, ubi si Episcopus à Metropolitano ad Synodum vo- 26
catus fuerit, similiterque à Rege tum temporis vocetur, præceptione Regia, à vocatione Metropolitani excusatur: ergo etiam Ecclesiastica persona, qualis est Episcopus, sæculari, ac Regio judicio potius, quàm Ecclesiastico respondere tenetur. Cui difficultati dicendum est, ideò in *dict. cap. si Episcopus*, teneri Prælatum prius Regi respondere, quia mandatum Regis præcessit:

nam

nam quoties aliquis Prælatus à Rege vocatus est, si postea ab alio majori Prælato vocetur, rectè se excusat ratione mandati Regis, cui obtemperandum est, si ab ipso teneat Regalia, *cap. si in morte*, §. *ecce*, 23. *quæstion. ultima* : Si tamen Prælatus post Regis mandatum ab ipso Summo Pontifice vocetur, tunc exemplo Divi Petri, relictis omnibus, etiam Regalibus, Pontificem sequi tenetur, tanquam Christi Vicarium ; Glossa in *cap. cum parati* 19. *de appellationibus*, verb. *in legatione*.

27 Decimo sextò, obstat text. in *cap. constitutus* 8. *de in integrum restitutione*, ex cuius specie colligitur, quod Clerici ligantur consuetudine municipij, circa retractum rerum venditarum : quod similiter colligitur ex *cap. cum veniſſent* 3. *de eo qui mittitur in possessionem*, diximus in *fin.* 4. *argumenti* : ex quo apparet, quod Clerici jurisdictioni laicorum subjecti sunt. Verùm huic difficultati dicendum est, Clericos ideò obligari con-
28 suetudine civitatis, quia quatenus cives sunt non eximuntur à lege Politica, sive Civili, ut docet Molina *de justitia, & jure, tractatu* 2. *disputation.* 31. *conclus.* 6. Non enim definit civis esse, qui Clericus est ; argument. textus in *l. falsa demonstratio* §. *sed si cui, ff. de conditionibus & demonstrationibus*. Neque implicat contradictionem dicere, quod Clerici quoad alia subditi, quoad alia verò exempti sint, *cap. cum capella* 16. *de privilegiis*, nam sicuti Clerici commodis ex eisdem statutis fruuntur, ad onera etiam teneri æquum est *regul. l. secundum naturam, ff. de regulis juris*. Ex quo descendit, quod Clerici
29 ligantur statutis prohibentibus vinum deferre in civitatem ex loco à jurisdictione alieno : & similiter statuto prohibente frumentum revendere : Mexia *in pragmatica taxa panis, conclusion.* 4. *num.* 17. Covarruvias *in regul. possessor*, 2. *part.* §. 4. *n. fin.* Si verò statutum municipale ineptum sit, Clericos non ligat, & Prælatus Ecclesiasticus ejus iniquitatem reformare potest, *cap. cum causa* 8. *de sententia & re judicata*.

Decimo septimò, obstant textus in *cap.* 1. 15. *distinction. cap. ab eo*, 16. *distinction. cap. nunc autem* 22. *distinctione, cap. Adrianus*, 63. *distinction. cap. mandatis*, 2. *quæstion.* 5. *cap. continua*, 11. *quæstion.* 1. *cap. futuram*, 12. *quæstion.* 1. Ex quibus juribus constat, Imperatores Con-
30 cilia generalia indixisse, & in eis primum locum sedemque habuisse : ergo jurisdictio Ecclesiastica penes Imperatores est : siquidem in nulla alia re magis Ecclesiastica jurisdictio exerceri potest, quàm in congregandis Conciliis, in quibus tractari solet de causis fidei, & de reformandis Cleri moribus, *cap.* 1. *cum sequentibus*, 13. *distinction.* Anastasius Germonius *lib. animadversionum, cap.* 12. *num.* 23. & 24. Sed dicendum est, canones in argumento adductos, accipiendos esse, ita ut dum in eis legitur, Imperatores Concilia congregasse, intelligantur id fecisse authoritate, vel consensu Romanorum Pontificum : quod apertè convincitur
31 ex eo, quod Constantinus Imperator ex mandato Sylvestri, Episcopos ad Synodum Nicænam congregavit, in qua & ipse adfuit, non tanquam Concilii caput, sed tanquam inferior, & ab Episcopis postulavit, ut liceret ei in parva sella in medio Concilij sedere : nec prius voluit considere, quàm Patres annuissent, ut testantur Eusebius *in vita Constantini, capit.* 10. Theodoretus *lib.* 1. *cap.* 17. Anastasius Germonius *dict. cap.* 12. *à num.* 15. quibus congruit textus in *cap.* 2. 96. *distinction.*

Ad textum in cap. Quanto 3. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Causa juris-patronatus apud judicem Ecclesiasticum tractari debet.*
2 *Jus-patronatus est spiritualibus annexum.*
3 *Magis dignum trahit ad se minus dignum.*
4 *Laici adquirere, possidere, & ad alios transferre possunt Jus-patronatus.*
5 *In beneficialibus non datur successio.*
6 *Laicus de causa Juris-patr. cognoscere potest ex commissione Sum. Pontificis.*
Explicatur text. in cap. significavit 41. de testib.
7 *Causa Juris-patr. an compromitti possit in laicum.*
Compromissum, vicem transactionis habet, ibid.
Explicatur text. in cap. examinata, de confir. utili, vel inut. *ibidem.*
8 *Jus-patronatus titulo emptionis, & venditionis adquiri potest. Intellige, cum universitate bonorum.*
Interpretatur text. in cap. ex litteris, 7. *& in* cap. cum sæculum 13. de Jurepatron.
9 *Jus præsentandi non transit in creditorem habentem villam, in qua est Jus-patr. pignoris jure obligatum.*
10 *Præsentatio est fructus Juris-patronatus.*
Explicatur text. in cap. cum Bertholdus, de re judic.

CONCLUSIO.

Causæ juris patronatus apud Judicem Ecclesiasticum tractari debent. 1

Consonat textus in *cap. fin. in principio, hoc tit. lib.* 6. versic. *Nec non, & dependentibus ab eisdem Clementin. dispendiosam* 2. *hoc tit. cap. ex literis, cap. de jure*, cum aliis, *de jure patronatus, cap. piæ mentis, cap. decernimus*, 6. *quæstion.* 7. Concilium Trident. *Session.* 25. *de reformat. cap.* 9. *l.* 56. *tit.* 6. *l. fin. titul.* 15. *part.* 7. exornant Covarru. *lib.* 1. *variarum, cap.* 13. *numer.* 4. *& lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 8. Anastasius Germonius *de sacrorum immunitatibus, cap.* 12. Gaillius *lib.* 1. *observation. cap.* 36. *num.* 6. Zeuallos *communium contra communes, quæst.* 462. *& quæst.* 897. Rochus de Curte *de jure patronatus, verb. Jus, in principio*, Cardoso *in praxi Judicum, & Advocatorum, verb. Causa, num.* 8. Caldas Pereira *quæstion. Forensium cons.* 5. *num* 6. & 7. Didacus Perez *in l.* 1. *versic. Septimo quæri potest, tit.* 6. *lib.* 1. *Ordinamenti*, cum traditis à Sahagun *in commentariis ad hunc textum*.

Ratio est, quia cum jus patronatus spiritualibus annexum sit, saltem antecedenter, & cum cognitio causarum spiritualium, sæcularibus Judicibus sit prohibita, uti diximus in *cap. decernimus, supra, hoc tit.* meritò 2
naturam, & conditionem causarum spiritualium sequitur ; nam dignius & potentius trahit ad se, id quod est 3
minus dignum, *l. quæritur, ff. de statu hominum, l. Titia, ff. de legat.* 1. & ita sicuti laicus de causis spiritualibus cognoscere nequit, similiter nec de juris patronatus causis potest, quod quidem spiritualibus est annexum, & in connexis idem jus debet observari, *cap. super eo* 4. *de Parochiis, l. arbor* 16. *ff. communi dividundo*, Petrus Gregor. *lib.* 17. *syntagm. cap.* 5.

Primò, obstant textus in *cap. piæ mentis, cap. decernimus, cap. considerandum, cap. si plures*, 16. *quæst.* 7. *cap.* 1. 2. *& 3. de jure patronatus.* In quibus juribus constat, 4
quod laici adquirere, possidere & ad alios transferre possunt jus patronatus ; sed si spiritualibus annexum fuisset, nec vendi, nec ad alios transferri posset, argument. text. in *cap.* 1. *de prabendis, & dignitatibus, c. quæsitum* 5. *de rerum permutatione* : ergo non est spiritualibus annexum. Cui difficultati respondendum est, deci- 5
sionem text. in *dicto cap.* 1. *de prabendis*, prohibentem titulum successionis in beneficiis Ecclesiasticis, restrictam, & limitatam esse in jure patronatus ; quod in eorum favore permissum est, ut facilius invitentur fideles ad fundationem, & dotationem, & constructionem Ecclesiarum ; cùm videant non solum ipsis, sed etiam successoribus eorum jus illud reservari posse ; ut ex *juribus suprà adductis* constat ; non tamen facultas cognoscendi de jure patronatus laicis fuit concessa, sed Ecclesiasticis tantum Judicibus reservata, ex nostri

texti

text. decisione, & ex juribus in illius confirmatione adductis.

6 Secundò obstat text. in *cap. significavit* 41. *de testibus.* Ex quo adjuncta ejus inscriptione probari videtur, laicum de causa juris patronatus posse cognoscere. In cujus difficultate solvenda, omissa interpretatione, quam refert Zabarella, & Felinus *ibidem*, Lambertinus *de jure patronatus, lib.* 3. *quæst.* 9. *art.* 2. *num.* 5. verissimè dicendum est, illius textus decisionem, nihil obesse nostro textui, quia Iudex laicus, in *d. c. significavit*, de causa juris patronatus potuit cognoscere, quia cognitio illa à Pontifice ei fuit delegata, ut constat ex verbis illo. *Quocirca mandamus*, & interveniente Pontificis delegatione rectè Iudex laicus de causis juris patronatus cognoscit, quemadmodum & de aliis spiritualibus, ut diximus in *d. c.* 2. *de judiciis*, Lambertinus *de jure patronatus lib.* 3. *quæst.* 8. *art.* 8. Cuiac. *in posthumis, ad eumdem textum.*

7 Tertiò, obstat text. in *cap. examinata, de confirmatione utili, vel inutili.* ubi probatur, quod in causa juris patronatus, compromissum laicum fieri potest, & tamen laici in causis spiritualibus Iudices compromissarii esse non possunt, *cap. contingat* 8. *de arbitris*, augeturque difficultas, ex eo, quod compromissum vicem transactionis retinet, *authent. ut differentes judices*, §. 1. *versic. Si verò*, Glos. *verb. Conventum*, Bart. *in l. quod si Ephesi*, §. 1. *ff. de eo, quod certo loco*, Gratianus *disceptation. Forensium, cap.* 577. *n.* 20. transactioque juris patronatus improbatur. *c. præterea* 9. *de transactionibus.* In qua difficultate, omissis antiquorum interpretationibus, verissimè est dicendum ideò compromissum in illa specie factum in causa juris patronatus valuisse, quia Vicedominus ille, non erat Iudex laicus, ut perperam nonnulli existimarunt, sed potius Ecclesiasticus administrator illius Diœcesis Sabinensis; nam Vicedominus dicitur Episcopi vicem gerens in omnibus negotiis Ecclesiasticis, *cap. volumus, & seq.* 89. *distinct. cap. consulere* 38. *de Simonia.* Felin. *in præsenti, num.* 2. Cuiac. *in posthum. ad dict. cap. examinata.*

8 Quartò, obstat text. in *cap. ex litteris* 7. *cap. cum sæculum* 13. *de jure patronatus.* In quibus juribus cavetur, quod jus patronatus titulo emptionis, & venditionis comparari potest: ergo quia temporale est, non verò annexum spiritualibus; quia si esset annexum, in ejus comparatione, Simonia committeretur, argumen. textus in *cap. quæsitum* 5. *de rerum permutatione*, & ab omni commercio esset alienum, *l. Celsus* 6. *ff. de cõtrahenda emptione, l. inter stipulantem*, §. *Sacram, ff. de verborum obligat.* Qua in difficultate dicendum est, discrimen esse constituendum, an jus patronatus per se simpliciter existat? an verò cum universitate bonorum? nam si per se consistit, & à bonis est separatum, nullo modo vendi potest, quia propter annexionem quam habet ad spiritualia, ab omni commercio est alienum. *cap. de jure* 16. *de jure patronatus, cap. nemine* 40. 16. *distin.* si tamen bonis temporalibus adjunctum est, tunc titulo emptionis comparatur, ex eo, quia bonis venditis, transit adjunctum cum ipsa bonorum universitate, quomodo obtinent jura in argumento adducta: Garcia plures referens *de beneficiis* 5. *part. cap.* 9. *num.* 10. Covarr. *libro primo, variarum, cap.* 13. *num.* 3.

9 Quintò, his omnibus obstat textus in *cap. cum Bertoldus, de sententia, & re judicata*, ubi villa pignori supposita, cui jus patronatus adhæret, non transfertur in creditorem pignoratitium, nec in ejus hæredem facultas præsentandi Rectorem; & tamen nulla singularis ratio in pignore reperitur, quæ non concurrat in emptione bonorum. Augeturque difficultas, quia fructus pignoris à creditoribus pignoratitiis percipiuntur, *l.* 1. *& 2. de pignoratitia actione, cap. cum contra, versic. Nos igitur, de pignoribus*, quod admittitur ratione possessionis, quam in pignore habent, *l. sciendum* 15. §. *creditor, ff. qui satisdare cogantur*, cum traditis à Valentia *lib.* 1. *illust. quæst. tract.* 2. *cap.* 11. Et tamen præsentatio, fructus est juris patronatus, ut tradunt communiter Scribentes *in dict. cap. cum Bertoldus*, Molina *lib.* 1. *de primogeniis, c.* 24. *num.* 2. In cujus textus difficultate omissa interpretatione, quam tradit Lambertinus, *ubi sup. lib.* 10. *part.* 2. *quæst.* 9. *art.* 9. Duarenus *lib.* 3. *de Sacris Ecclesiæ ministris, cap.* 10. Verius dicendum est, in *dict. cap. cum Bertoldus*, jus præsentandi in creditorem pignoris non transferri ex defectu voluntatis debitoris villam pignorantis: nam in dubio credendum est aliud sibi excipere, & reservare velle, *l.* 1. *C. quæ res pignori obligari non possunt, l. obligationes* 6. *ff. de pignoribus*: præcipuè quia per traditionem pignoris, dumtaxat videtur debitor creditori tribuere jus percipiendi fructus pecuniariam æstimationem recipientes, qui sua natura in sortem valeant computari, argumento textus *in l. cum de indebito* 25. *ff. de probationibus*, & cum in præsentatione nulla pecuniaria æstimatio fieri possit; mirum non est, quod in *dict. cap. cum Bertoldus*, ad creditorem pignoris facultas præsentandi non transferatur; transfertur autem jus percipiendi, *decem solidos*, qui singulis annis patronis præstabantur, quia in illis, non est defectus voluntatis transferendi, ex juribus, & rationibus *suprà* adductis: advertit Garcia *de beneficiis dict. part.* 5. *cap.* 6. *num.* 6. & nos latiùs inferiùs agemus *in repetitione ad dict. cap. cum Bertoldus.*

Ad textum in cap. At si Clerici 4. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Confessio de crimine facta à Clerico, apud Iudicem sæcularem, non valet; nec propter eam à Iudice Ecclesiastico puniri potest.*

2 *Clerici, & personæ Ecclesiasticæ, tam in civilibus, quàm in criminalibus, à jurisdictione sæculari exempti sunt.*

3 *Crimina, ubicumque de illis constiterit, puniri debent.*

4 *Confessio criminis, ut noceat, oportet, quod fiat apud Iudicem competentem.*
Explicatur text. in cap. multi 18. 12. quæst. 1.

5 *Explicatur text. in* cap. 1. 23. quæst. 5.

6 *Confessio facta in judicio nullo, an teneat? distinguitur.*
Explicantur text. in cap. fin. de restitution. spoliator. & c. 1. & 2. de accusat. in 6.

7 *Iudex Ecclesiasticus an teneatur judicare secundum acta coram sæculari Iudice facta.*
Explicatur text. in auth. de sanctissimis Episcop. §. si quis contra Clericum, versic. Si verò, col. 9.

8 *Confessio coram uno Iudice facta, coram alio fidem facit. Intellige ut ibi.*

9 *Prorogatio jurisdictionis de jure Pontificio fieri non potest: secus de jure Civili.*
Explicatur text. in l. in criminali 5. C. de jurisdict. omnium judicum, & l. si quis ex consensu 8. C. de Episcop. Aud.

10 *Clericus an ex confessione extrajudiciali puniri possit.*

11 *Pœna imposita Clericis comparentibus coram Iudice laico, non operatur actus aliàs nulli validitatem.*
Explicatur text. in c. si diligenti 12. de foro compet. *ibid.*

12 *Confessio sola delicti non sufficit ad condemnandum confitentem, nisi de ipsius delicti corpore constet.*

13 *Crimen confessus non eo ipso est condemnandus, donec audiatur, & aliis legitimis probationibus sit convictus.*
Explicatur text. in l. 2. C. de custod. reorum, & cap. super eo 5. de eo qui cognovit conf. uxor.

14 *Aliud est, quem esse convictum de delicto, aliud verò illud esse confessum.*
Explicantur textus in cap. non dicatis, 12. quæst. 1. vers. Si hoc, & l. quisquis, §. fin. C. ad l. Jul. majest.

15 *Mitius agitur cum sponte confesso delictum, quàm cum convicto. Intelliguntur text. in* cap. presbyterum 3. 50. distinction. &c. si quis 7. 24. distin. & cap. fin. *de furtis.*

CONCLUSIO.

1 CLericus *confessus, vel convictus de crimine apud judicem sæcularem, non est propterea ab Ecclesiastico puniendus, nisi coram eo fuerit legitimè convictus, cum demum secundum delicti qualitatem debet puniri.* Consonat text. in *cap. cum non ab homine* 10. *hoc tit. cap. olim.* 25. *de rescriptis, cap. nos in quemquam, cap. in primis* 2. *quæst.* 1. *cap.* 2. *de confessis, cap. non potest* 3. *de sententia, & re judicata, l. si confessus, l. Divus Adrianus* 6. *versic. Igitur de custodia reorum, l.* 2. *C. si à non competēte judice, cap. placuit, cap. inolita,* 11. *quæst.* 1. *l.* 2. *titul.* 13. *part.* 3. *l.* 15. *titul.* 1. *part.* 7. Antonius Gomez 3. *tom. variarum, cap.* 12. Iulius Clarus *lib.* 5. *sententiarum, §. fin. quæst.* 65. Mascardus *de probat.* 1. *tom. concluj.* 344. & 348. Covarr. *in Clemen. si furiosus* 1. *part.* §. 1. Navarrus *in Manuali, cap.* 27. *num.* 151. Villalobos *communium opinionum, littera C. num.* 142. Farinac. *in praxi criminali, part.* 3. *quæst.* 81. *num.* 193. Mascardus *de probationibus concluj.* 252. Morla *tit.* 1. *in princip. num.* 121.

2 Ratio est, quia cùm Clerici, & personæ Ecclesiasticæ exemptæ sint, tam in civilibus, quàm in criminalibus à jurisdictione sæculari, ut diximus in *cap.* 2. *hoc titul.* sequitur, confessionem Clerici in judicio sæculari factam, & probationes adversus eum receptas, nullius esse momenti; consequenterque nec illarum ratione ab Episcopo condemnari posse: nam sicut sententia à non suo Iudice lata, non tenet, *l.* 1. *C. si à non competente judice*: ita similiter confessiones & probationes coram sæculari Iudice, tanquam incapace, factæ, non valent: si verò apud judicem Ecclesiasticum fuerint convicti, vel confessi, puniri debent pœnis à jure Canonico expressis, cum Reipublicæ expediat, ne delicta maneant impunita, *l. ita vulneratus* 51. *ff. ad legem Aquiliam.*

3 Primò obstabit textus in *cap. ecce autem* 18. 24. *quæstion.* 1. *cap. sicut* 6. *de Simonia.* In quibus juribus cavetur, quod crimina, ubicumque de eis constituerit, puniri debent; sed per confessionem judicialem de crimine constat, *cap. fin. de cohabitatione Clericorum, & mulierum, cap. cum olim* 24. *de verborum significatione*: ergo licet confessio coram Iudice sæculari facta sit: nihilominus cum per illam, jam de crimine constet, Clericus per Ecclesiasticum puniri debet. Sed huic dubio respondendum est, jura in argumento adducta procedere, quoties de criminalibus constat per probationem, vel confessionem factam coram Iudice competente, aliter enim quis convictus, seu confessus dici non potest, cum confessio illa nullius momenti sit; notat Barbacia *in præsenti, num.* 74.

4 Nec solutioni obstat textus in *cap. multi corriguntur* 18. 2. *quæst.* 1. *versic. Nisi aut sponte, &c.* ex quo constat per Ecclesiasticum Iudicem puniri debere, qui de crimine coram sæculari Iudice convictus, vel confessus est: Quia textus ille loquitur de privatione communionis imponenda, ad quam sufficit, quod coram quocunque Iudice, sive Ecclesiastico, sive sæculari, delictum sit confessum: si tamen illam privationis communionis Ecclesiasticus pœnam meretur, sed est sic, ut singula singulis in casu habili debeant referri: ita ut si quis sit convictus, vel confessus coram suo Iudice, coram alio etiam similiter habendus est: ita ut si delictum pœnam illam mereatur, illa omnino à Iudice competente imponi debeat, juxta textum in *cap.* 2. *de exceptionibus, lib.* 6. Non verò in casu contrario, cum confessio facta est coram eo, qui nullam jurisdictionem habet, Abbas *in præsenti num.* 13. Arctin. *num.* 21.

5 Secundò, obstat text. in *cap.* 1. 23. *quæst.* 5. ubi Clericus ob confessionem delicti coram laico factam pœnis debitis plectendus est. Sed respondetur; ideò *ibi* sæcularem Iudicem potuisse cognoscere, quia Clerici illi crimen hæresis commiserant, ob quod ibi privilegium fori amiserant, & ideò fori sæcularis facti fuere. Neque obstabit dicere, quod ibi non agitur de hæresis punitione, sed de homicidio, & aliis criminibus coërcendis: quia etsi de prædicto homicidio, & aliis criminalibus puniendis ageretur; tamen cum de illorum punitione tractabatur, jam Clerici ipsi degradati inter laicos, ob crimen hæresis antea commissum sæculari potestati subjecti judicabantur. Neque obstabit si dixeris, quod etiamsi de hæresis crimine ageretur, ejus cognitio non potuit Comiti competere: si quidem jam eo D. Augustini tempore, qui Auctor illius textus fuit, privilegium exemptionis Clericorum in criminalibus adversus sæculares Iudices erat indultum, *cap.* 1. *& seqq.* 11. *quæst.* 1. & quamvis de prædicto hæresis crimine sæculares Iudices olim contra quoslibet possent animadvertere, *l.* 1. *§. fin. C. de summa Trinitate, & Fide Catholica*, tamen exceptum erat, quod id non intelligeretur, respectu Clericorum in eodem crimine delinquentium, Farinacius plures referens *tractatu de hæresi, quæst.* 186. §. 9. *num.* 152. Quia dicendum est, quod licet fateamur prædictum exemptionis privilegium, etiam in illo Gregorii tempore competiisse, tamen quoad omnia, nec usu, nec moribus erat receptum, & ideo adhuc de facto laici jurisdictionem in Clericos exercebant, Covarr. *in practicis, cap.* 31. *num.* 2. *verf. Contraria opinio*, sicque Comes in *dict. cap.* 2. 23. *quæst.* 5. de facto cognovit: Carolus de Grassis *tract. de effectibus clericatus, effectu* 1. *num.* 4.

6 Tertiò, obstat textus in *cap. fin. de restitutione spoliatorum. cap.* 1. *& 2. de accusationibus lib.* 6. In quibus juribus docemur, quod etiam si judicium sit nullum, ob non servatum Superioris mandatum, tamen confessio in eo facta valet, & tenet: ergo quamvis processus factus coram sæculari Iudice non valeat, non tamen perinde dicendum est, confessionem non valere. In qua difficultate respondendum est, jura illa procedere quoties datur nullitas in actis ob defectum solemnitatis ordinis judicialis: non verò cum defectus est in jurisdictione ob incapacitatem: nam tunc sicut acta ipsa non valent, sic neque confessio in illis facta valere debet, & ita similiter est interpretandus textus in *l. si confessus* 5. *ff. de custodia reorum, l. proinde* 25. *§. fin. ff. ad legem Aquiliam*, Anton. Gomez 3. *tomo variarum, cap.* 12. *num.* 8. Mascard. 1. *tom. conclusion.* 357. Farinacius *in praxi* 3. *tom. tit. de Reo confesso, quæst.* 81. *cap.* 2.

7 Quartò, obstat textus in *cap.* 2. *de exceptionibus lib.* 6. versicul. *Similiter Ecclesiastici Iudices*, ubi Iudex Ecclesiasticus judicare tenetur secundum acta processus coram Iudice sæculari facta. Cujus difficultas dissolvitur, ex eo, quod textus ille procedit in casibus, in quibus Judex sæcularis jurisdictionem habet, unde nil mirum si acta coram ipso facta fidem faciant coram Ecclesiastico: quæ interpretatio deducitur ex illius textus verbis ibi: *In casu quo ad eum pertinet cognitio*: Decius *hic, num.* 14. Nec obstat textus *in authentic. de Sanctissimis Episcopis, §. si quis contra Clericum*, versic. *Si vero prius, Collation.* 9. ubi acta facta à Iudice sæculari contra Clericum valent, etiamsi nullam jurisdictionem adversus eum habeat, tanquam incapax: nam etsi fateamur incapacem fuisse, tamen quia tempore quo vigebat illius *Authenticæ* decisio, saltem de facto, erat optio in accusatore, ut posset, si vellet, Clericum accusare coram sæculari, cùm eo tempore, velut competens haberetur; postea tamen, dum usu recepta Clericorum exemptio, ex suprà traditis, jam cessavit illius *Authenticæ* decisio.

8 Quintò, obstat textus in *l. jubemus* 14. *C. de liberali causa*, versic. *Voce propria, apud alium Iudicem potuerat, &c.* Ex quo constat confessionem coram uno Iudice factam, coram alio fidem facere. Cui difficultati satisfaciendum est ex eo, quia aliud est, quo ad effectum invalidæ confessionis Iudicem esse incompetentem, aliud esse incapacem: nam incompetentia, partium consensu,

ſuppleri poteſt, incapacitas verò non ſic: juxta textum, *ſa cap. ſi diligenti, de foro competenti,* & de incompetenti Judice intelligenda eſt *dict. lex jubemus*, noſter verò *textus* de Judice incapaci.

Nec obſtabit dicere, prorogationem juriſdictionis Judicis incompetentis fieri non poſſe in criminalibus cauſis: ſiquidem delicta apud proprium Judicem diſcutienda, & punienda ſunt, *c.* 1. *cap. cum contingat* 13. *cap. poſtulaſti* 14. *de foro competenti*. Quia fiet ſatis, ſi dixeris, quod quamvis verum ſit, quod de jure Pontificio non admittatur prorogatio juriſdictionis, nec Clerici alieno Prælato ſubjiciantur; tamen de jure Cæſareo, ſive cauſa ſit civilis, ſive criminalis, prorogatio admittitur, *l.* 1. *C. ubi de criminibus agi oporteat, l.* 1. *C. ad legem Corneliam de ſicariis. l. nullum, C. de teſtibus*, & ita obtinet textus in *d. l. jubemus* 41. *C. de liberali cauſa.*

Nec obſtat textus in *l. criminali* 5. *C. de juriſdictione omnium judicum*: ubi conſtat, quod nec de jure civili prorogatio admittitur. Quia omiſſa Gloſſæ interpretatione, *ibi*, verbo, *Invito*, Decij *in præſenti, num.* 2. Verius dicendum eſt, textum illum intelligendum eſſe in caſu, in quo licet juriſdictio potuiſſet prorogari; tamen non prorogatur, quia confeſſio fuit facta, & exacta ab invito, & renitente, & ita non potuit operari prorogationem, cùm ut prorogatio valeat, ſpontanea, & non coacta confeſſio deſideretur, quæ interpretatio deducitur ex eodem textu ibi: *Sicque per metum eum ad hoc compellat, &c.* notat Gloſſa *ibi* verb. *Habeatur*, neque etiam obſtat textus in *l. ſi qui ex conſenſu* 8. *C. de Epiſcopali Audientia*, ubi nec in criminali prorogatio admittitur. Quia *ibi* ideò non admittitur ex eo, quod Judex tantum erat arbiter cujus juriſdictio prorogationem non admittit, *l. non diſtinguemus*, §. *Julianus*, *ff. de receptis arbitris.*

10 Sextò, obſtat textus *in cap. quam ſit grave* 9. *de exceſſibus Prælatorum*, ubi Clericus ex ſola extrajudiciali confeſſione à proprio Judice condemnari debet: ergo & in præſenti ab Epiſcopo rectè potuit condemnari, cùm confeſſio illa ſaltem vim extrajudicialis retinere debebat. Quæ difficultas diſſolvitur, ex eo, quia ut ſupra diximus, confeſſio Clerici coram Judice laico facta eſt omnino nulla; indéque eſt quod ſicut non valet ut judicialis, ita nec ut extrajudicialis attenditur, tanquam nulla; cùm id quod nullum eſt, nullum etiam producat effectum; *l.* 4. §. *condemnatum ff. de re judicata*: at verò extrajudicialis confeſſio, de qua *in dicto cap. quam ſit grave*: ideò attenditur, quia fuit confeſſio à Gloriatore, ſive jactatore Clerico facta de crimine commiſſo; quod delictum, maximum reputatur: Bernardus Diaz *in praxi criminali*, *cap.* 119. Menochius *de arbitrariis lib.* 2. *Centuria* 4. *caſu* 331. *n.* 1. Cujus diverſitatis, & doctrinæ ratio in eo conſiſtit, quod extrajudicialis confeſſio probationem facit; ex eo, quod ſpontanea eſt: at verò judicialis ab Eccleſiaſtico coram ſeculari Judice facta, non valet efficaciter, ut in *noſtro textu*, quia non eſt ſpontanea, ſed coacta: ut rectè ſentit Gloſſa in præſenti, à Doctoribus communiter recepta: nam ſi fuiſſet voluntaria confeſſio, Clericus puniretur ab Epiſcopo, quaſi delinquens, ut in *cap. nolite, cap. placuit* 11. *quæſt.* 1.

11 Septimò, obſtat textus in *cap. ſi diligenti* 12. *de foro competenti*, vbi ſi Clericus, derelicto Eccleſiaſtico judicio coram laico, de crimine à ſe commiſſo purgari velit, locum ſuum amittit: ergo ſupponit acta coram Judice laico firmitatem habuiſſe, alias enim pœnam non pateretur; *l. equidem* 5. *C. ſi mancipium ita fuerit alienatum, ut manumittatur*, verſic. *Nec tamen, l. fin. c. de jure emphyteutico, cap.* 1. *de ſententia excommunicationis. lib.* 6. Quã difficultatem diſſolves facillimè: nam non ex eo, quòd imponatur pœna Clericis comparentibus coram Judice ſæculari, ſequitur quòd acta coram ipſo facta valida ſint; nam quando pœna tantum conſiderat factum, & animum facientis, non autem juris effectum, tunc ſive actus validus ſit, ſive non, nihilominus ea legitimè imponitur. Cardinalis in *Clementin.* 1. *de conſanguinitate, & affinitate*, Felinus *in cap. tuanos* 11. *de jurejurando, nu.* 7. Unde cùm in *dict. cap. ſi diligenti*, pœna ſolum imponatur ob Clericorum ignominiam, qui ſpreto ſuo Judice, coram ſæculari comparent, legitimè *ibi* indicitur, quia non reſpicit validitatem judicii, ſed ſolum animum comparentis.

Nec obſtabit ſi objicias, quod ex eo, quod judex Eccleſiaſticus punit Clericos comparentes coram ſæcularibus, videtur judicare per actus ab ipſis factos: nam dicendum eſt, quod ex *dict. cap. ſi diligenti*, minimè colligitur, quod illa acta coram ſæculari facta vim habeant ad formandum proceſſum coram Eccleſiaſtico, quia cùm *ibi* ſolum agatur de punitione contemptus, & irreverentiæ Clericorum, qui ſuum forum negligunt, idque vel per facti notorietatem, vel per teſtes conſtare poſſit, non indiget Eccleſiaſticus validitate illorum actuum, nec ad illorum viſionem pervenire debet, quin potius novas atteſtationes, & depoſitiones in ſuo iudicio ad illorum punitionem facere tenetur.

Octavò, adverſus noſtrum textum in verſic. *Si vero*, 12 vbi probatur, Clerico de crimine coram Epiſcopo confeſſo, ſecundum delicti qualitatem, vel ſuſpenſionis, vel depoſitionis pœnam imponendam eſſe: obſtant textus in *l.* 1. §. *item illud. ff. ad Sylanianum, l.* 1. §. *ſi quis ultro ff. de quæſtionibus*: In quibus conſtat, quod ſola criminis confeſſio non ſufficit, ut quis puniatur, niſi aliter de ipſo crimine conſtet: ergo ſola confeſſio criminis non ſufficit. Cui difficultati, omiſſa communi Doctorum ſententia, aſſerentium diſcrimen conſtituendum inter jus Cæſareum, & Pontificium; verius dicendum eſt, utroque jure ſolam delicti confeſſionem non ſufficere, ut condemnatio fiat: neque contrarium docet *textus* noſter, nam quamvis ſimpliciter aſſumet, quod confeſſus de crimine, vel convictus ex eo puniri debet; intelligendus tamen eſt in caſu habili, hoc eſt, cùm ſimul cum confeſſione conſtat de ipſo crimine: ſiquidem regulariter quæcunque legis verba, etſi generalia ſint, ad caſus habiles reſtringuntur, *l.* 1. cum aliis, *C. de Sacroſanctis Eccleſiis.*

Nonò, obſtat textus *in l.* 2. *C. de cuſtodia reorum*, ubi 13 etſi quis de crimine coram proprio Iudice ſit confeſſus, adhuc non eſt puniendus, uſque dum audiatur, & aliis legitimis probationibus ſit convictus. In cujus textus difficultate, omiſſa *Gloſſæ* interpretatione, ibi, verbo: *Conſtiterit*, cum Gomezio 3. *tom. variarum c.* 12. *n.* 3. verius dicendum eſt, quod etſi ille qui confitetur crimen in judicio, poſt confeſſionem ſit audiendus ad allegandam exceptionem, ſi forte ei aliqua defenſio competat; non tamen ex hoc contrarium deciditur in *textu* noſtro: nam licet affirmet contra confeſſum eſſe ad condemnationem procedendum, illud tamen intelligi debet, ſervatis ſervandis ordine judiciario interveniente & termino conſtituto, intra quem Reus poſſit defenſionibus uti, quomodo obtinet *text. in d. l.* 2. notat Iulius Clarus *in practica criminali*, §. *fin. quæſt. verſic. Eſt igitur, & quæſt.* 75. Nec obſtat textus in *cap. ſuper eo* 5. *de eo qui cognovit conſanguineam uxoris*: ubi etiamſi quis confiteatur ſe crimen inceſtus commiſiſſe, non propterea ejus confeſſioni ſtandum eſt, quia in ſpecie illius textus ſpecialis ineſt ratio, ut confeſſioni illius non ſtetur: nam ibi non agebatur de puniendo crimine inceſtus, ſed de dirimendo matrimonio, cujus tantus eſt favor, ut niſi confeſſionis rationabilis probatio accedat, ei ſoli ſtandum non eſt, ne fortè in ejus odium contra ipſum velint conjuges colludere; ut conſtat ex *eodem textu*: Sanchez *de matrimonio, lib.* 2. *diſput.* 45. *num.* 3.

Decimò, obſtat textus in *cap. non dicatis*, 12. *quæſt.* 1. 14 *verſic. Si hoc, l. quiſquis* 5. §. *fin. C. ad legem Iuliam majeſtatis*. Ex quibus juribus conſtat diverſum eſſe, quẽ eſſe convictum de delicto, vel de illo confeſſum: quia qui ſponte confitetur, venia dignus judicatur: ergo non rectè in præſenti in pœna æquiparantur convicti, & confeſſi. Qua in difficultate dicendum eſt, quod textus *in d. c. non dicatis*: procedit in confeſſione facta à clauſtrali, ſeu Regulari, contra quem cùm ſolum agatur, ut de crimine corrigatur, diverſa forma ſervanda eſt, quam

quæ contra Clericos sæculares est præscripta, juxta textum *in cap. qualiter, & quando* 24. §. *fin. de accusationibus*. Nec etiam obstat *dict. l. quisquis*, §. *fin.* quia loquitur in singulari casu, in eo scilicet cum quis sua propria voluntate conjurationem, sive conspirationem in Principem, vel Rempublicam detegit; quo casu, cum eo benignius agendum est, ut ejus exemplo alij ad simile crimen revelandum invitentur; nam licet Reipublicæ expediat ne delicta impunita maneant, tamen consentaneum ac utile est, quod aliquando ob majora damna vitanda, aliquibus remittantur: Abbas *in cap. quanto* 18. *num.* 4. *in fine, de iurejurando*: quomodo est etiam interpretandus textus *in authentica, novo jure, C. de pœna judicis, qui male judicavit*, notat Farinacius *in* 4. *part. praxis criminalis, tit. de crimine læsæ majestatis, quæst.* 115. *num.* 41. *&* 3. *part. tit. de variis, ac diversis quæstionibus, quæst.* 111. *num.* 291.

Undecimò, obstat textus in *cap. presbyterum* 3. 50. *distinctione, cap. si quis* 7. 24. *distinctione, cap. fin. de furtis*. In quibus juribus probatur, quod etiamsi confessus aliqua pœna sit puniendus, tamen mitius cum eo, quàm
1 cum convicto agendum est. Cui dubio responderi potest, quod etsi verum sit, quod cum eo, qui confitetur delictum mitius sit agendum, quàm cum convicto, hoc tamen debet intelligi cùm confessio à principio liberè, & sponte facta est; cùm Reus, nec vocatus, nec interpellatus fuerit; quomodo obtinent jura in argumento adducta: secus verò postquam Reus vocatus, & interpellatus confessus fuit: nam tunc non est cur ei remittatur pœna ordinaria, ut in *nostro textu*. Nec obstat textus in *cap.* 1. *de exceptionibus*, ubi etiamsi quis sit non sponte confessus, sed in judicio convictus, pœna ordinaria criminis non punitur. Quia *textus* ille procedit, quoties crimen in vim exceptionis obiicitur ad repellendum tantum criminosum à testimonio, non verò cùm de ipso crimine, sicuti *in præsenti* principaliter fuit accusatus, ut notant communiter DD. in *dict. cap.* 1. *de exceptionibus*.

Ad nostrum textum, in §. de Adulteriis, vers. *Et aliis*.

SUMMARIUM.

1 *Post peractam pœnitentiam potest Episcopus in adulterio, & aliis minoribus criminibus, cum Clericis dispensare.*
2 *Adducitur ratio.*
3 *Adulterium gravissimum crimen est, & an homicidio maius.*
Explicantur text. in l. codicillis 88. §. matre, ff. de leg. 2.
4 *Dispensatio cum Clerico actualiter deposito propter delictum ad Pontificem spectat.*
5 *Episcopus an in crimine hæresis, & Simoniæ dispensare possit.*
Explicantur text. in cap. si quis presbyter, 50. dist. & cap. de Simoniacæ 22. de Simon.
6 *Episcopus de Iure antiquo absque Capitulo dispensare non poterat.*
7 *Iudex ex justa causa pœnam augere, vel minuere potest, & num.* 8.
8 *Explicantur text. in* l. 1. C. de sent. lib. 12. & l. servo, C. ad l. Iuliam de vi pub. & cap. ad falsariorum 7. de crimin. falsi, & l. 1. & 2. C. de calumniat. l. 1. §. sed non utique, versic. *Reo*, ff. ad Turpil. & cap. non potest 3. de re jud.

CONCLUSIO.

1 IN *adulterio, vel aliis minoribus criminibus potest Episcopus dispensare cum Clericis, peracta pœnitentia; depositum autem non tradit Curiæ sæculari.* Consonat textus in *c. de his* 50. *distinct. cap. quid ergo*, 23. *quæst.* 5. *cap. fin. de furtis, cap. ex tenore*, cum aliis, *de filiis presbyterorum, cap.* 1. *eodem tit. lib.* 6. Concilium Tridentinum *Sess.* 24. *c.* 20. disputant Menochius *de arbitrariis lib.* 2. *casu* 419. *à n.* 6. Vela *de pœnis delictorum, cap.* 1. Tiraquellus *de pœnis temperandis in præfatione, n.* 25. *&* 26. Azor. *institut. moralium, part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 50. *cum sequentibus*, Augustinus Barbosa *de officio & potestate Episcopi, part.* 2. *allegation.* 33. *cum sequentibus*, Azevedo *in l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 2. *Recopilationis, n.* 39. Sanchez *de matrimonio, lib.* 1. *disputat.* 61. *n.* 3. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 2. *quæst.* 30. *artic.* 10. *concluſ.* 2. Ugolinus *in tractatu de officio, & potestate Episcopi*, 2. *part. cap.* 57. Cardoso *in praxi, verb. dispensatio*: Bonacina *de censuris, disp.* 4. *de degradation. per totum.*

Ratio est, quia expedit aliquando Clericis in peccata prolapsis, si per pœnitentiam vitæ emendatos esse constiterit, ignoscere *cap.* 1. *& per totam* 1. *quæst.* 7. Et quemadmodum Episcopus potest Clericum ob delictum deponere, poterit etiam eum peracta pœnitentia restituere, Tridentin. *d. Session.* 24. *cap.* 20. Si verò graviora sunt delicta, Romanum Pontificem adire compelluntur, ut sic propter delictum modestiam subeant, & difficiliùs absolutionem consequantur, ac faciliùs à criminibus arceantur: non tamen Episcopus poterit Curiæ seculari tradere, quia pro eodem delicto nemo duplici pœna puniri potest, *l. Senatus, ff. nautæ, caupones, &c.* 2

Primò, obstat text. in *cap. quod omnibus*, 32. *quæst.* 7. *cap. cum non ab homine, hoc titul.* Matthæi *cap.* 19. Exod. *cap.* 20. Ulpianus *in fragmentis, tit. de dotibus*, §. 9. Ex quibus juribus constat adulterium gravissimum crimen esse: ergo non rectè à Pontifice *in præsenti*, inter minora crimina annumeratur. Quorum jurium difficultas sic dissolvi potest: nam quamvis adulterium grave delictum sit, tamen inter minora reputatur habita comparatione ad majora crimina, qualia sunt homicidium, & alia in quibus, Episcopis est prohibita dispensatio. Nec solutioni obstat text. in *l. codicillos* 88. §. *matre, ff. de legat.* 2. ibi: *Unum fratrem tuum filium nostrum occidisse, sed & alia mihi deteriora fecit.* Ex quibus verbis Baldus, Decius, Tiraquellus *in connubialibus, l.* 13. deducunt gravius crimen esse adulterium homicidio: nam verba illa *Deteriora, &c.* de adulterio commisso intelligenda docent. Cui difficultati, aliis omissis, dicendum est, regulariter homicidium gravius adulterio crimen esse. Nec obstat *dict. lex codicillos*, §. *matre*: nam licet verba illa: *Deteriora*, de adulterio commisso intelligantur, exinde tantum probatur, gravius esse adulterium respectu mariti: quod colligitur ex illo verbo, *Mihi*; ac si diceret *mihi* hoc est *marito* graviora perpetrasse delicta; licet quoad alios per se adulterium gravius homicidio non sit, ex *sup. dict.* 3

Secundò, obstat text. in *cap. ideò* 7. *quæst.* 6. ubi probatur dispensationem cum Clerico deposito propter delictum, ad solum Pontificem spectare. Cui dubio respondetur; quod quamvis textus ille intelligatur in Clerico deposito, & secundum ejus verba dispensatio à Pontifice fieri debeat; tamen procedit non in deposito verbaliter, de quo in præsenti; sed in eo qui actualiter est depositus, sive degradatus, quia à nullo alio, quàm à Pontifice dispensari, & restitui potest, ut constat ex verbis nostri textus in principio, *cap. ex tua* 11. §. *contra eos, in fin. de Cleric. non residentibus*, quam interpretationem sequitur Glossa finalis *ibi* in vers. *Ad hoc dicas, quod si est solemniter degradatus solus Papa potest eum restituere: secus si est verbo solo depositus.* 4

Tertiò obstat textus in *cap. presbyteros, cap. si quis presbyter*, 50. *distinct. cap. de Simoniacæ* 22. *de Simonia*. Ex quibus juribus constat Episcopum dispensare posse in crimine hæresis, & simoniæ, & tamen inter graviora, & enormia crimina computantur, *cap. vergentis* 10. *de hæreticis, cap. statutum* 15. *eodem tit. in* 6. *cap. tanta* 7. *de Simonia*. Cui difficultati satisfieri solet, dicendo textum in *dict. cap. presbyteros*, procedere, quando Cle- 5

ri

rici coactione conditionali, in ipsam hæresim incidunt Dæmonibus immolando,& postea eos pœnitet id feciſſe;nam tunc dispensatio Episcopo est permissa: secus si liberè, & spontaneè;quo casu ad solum Pontificem spectat: Thomas Sanchez plures referens *in præcepta Decalogi lib.5.cap.25.nu.13.*Farin.*de hæresi, quæst.92.§.5. num.75.* Sed licet hæc interpretatio ab antiquioribus sit recepta; ex eo tamen sustineri non potest, quia hæresis, sive sit commissa ex metu conditionali, sive ex propria voluntate, adhuc ob irregularitatem contractam ex ipsa hæresi à Pontifice dispensatio petenda est: Pegna *in director. Inquisit.3.part.commento 162.ad quæst.113.versic. Postremo quis*, Antonius de Sovia *in aphorismis Inquisitorum,l.3.c.37.n.19.*Quare verissimè dicendum est,dispensationem ab Episcopo ideò obtineri posse, quia ibi tantum agebatur de dispensatione, quoad Ordines susceptos : non verò quoad suscipiendos, notat Suarez *disputatione 43.de censuris,sect.1.n.6.*Farinac.*dict.*§.5. *n.78.*Bonacina *disput.7.de censuris,q.3.punct. 7.n. 13.*

Neque etiam obstat textus in *dict. cap. de Simoniacæ.* Quia textus ille loquitur in Simonia, quæ committitur ab altera parte, ignorante parte principali: secus verò esset è contra, quando datur Simonia vera in ipsa principali persona *cap.à nobis 27.in fine de Simonia*, Bonac. *in tractatu de Simonia,disputation.1.quæstion.7.punct.4. numer. 1.*

6 Quartò obstat textus *in c.finali,1.q.5.c.Episc. 17.q.7. c.si quis 4.81.distinct.*Ex quibus juribus constat,Episcopum absque Capitulo non posse dispensare. Cui difficultati respondendum erit, quod quamvis ex juribus citatis constet, necessariam esse Capituli interventionem ad dispensationem;id tamen procedit de jure antiquo, quod post novam nostri textus decisionem cessavit: notat Roderic.de Acuña *in c.expœnitentibus 55.n.2.50.distinct.* Glossa *in cap. cùm ex eo 34. verb. Episcopi, de electione, lib. 6.*

7 Quintò,obstat textus *in l.et si severior,Cod.ex quibus causis infamia irrogetur.l.quid ergo,§.pœna gravior,ff.de his qui notantur infamia,*ubi Judex ex justa causa potest pœnam augere,vel minuere: ergo & in præsenti poterit Episcopus Clericum Curiæ tradere. Cui dubio respondetur, jura illa procedere, quando pœna augeri, vel minui potest in ipsamet sententia,non verò postea, ut in præsenti : siquidem jam Episcopus suo officio functus est. *l. judex postea quam de sententia, & re judicata.* Nec
8 etiam obstat text.*in l.1.C.de desertoribus,lib.12.l.servo,C. ad legem Iuliam de vi publica*, ubi Iudex à pœna legibus imposita non potest recedere. Quia hæc jura procedunt quando nulla subest causa : illa verò, quando justa causa intervenit. Neque similiter obstat text. *in c. ad falsariorum 7.de crimine falsi,c. Clericus, cum aliis:3. q.4.* ubi Clericus ab Episcopo depositus Curiæ sæculari etiam traditur. Quia noster text.in *ultimis verbis*, non negat Clericum posse mitti in Curiam sæcularem in ipsamet depositionis sententia ; sed negat ex intervallo, postquam Episcopus est officio suo functus id fieri posse. Neque obstat text. *in l. 1.& 3.C.de calumniatoribus,l. 1.§.sed non utique, vers.Reo absolutæ.ff.ad Turpillianum*, ubi post sententiam Iudex de calumnia cognoscit, & condemnat. Quia hæc jura procedunt, quando post sententiam Iudex per accusationem, vel denunciationem cognoscit: secus verò si ex solo simplici Iudicis officio mercenario proceditur, ut *in d. l. 1.& 3.C. de calumniatoribus.* Ex quibus omnibus constat degradationem ad solum Episcopum spectare, juxta textum in *c.degradato,de pœnis,l.6.*Neque obstat tex. *in c.non potest 3.de sententia, & re judicata*, ubi degradatio tantùm ad simplices Sacerdotes spectare videtur.Quia illud verbum *Sacerdotes*,interpretari debet,id est, *Episcopos*, arg. tex. *in c.olim,95. dist.c.si Sacerdos, de officio Ordinarii*: siquidem tempore primitivæ Ecclesiæ, Episcopi *Sacerdotes* appellabantur, *c.si quis, 15.q.7.*

Ad textum in Cap. Cæterum, hoc titul.

SUMMARIUM.

1 *Vassallus coram Domino Feudi conveniri debet, & n. 5.& 6.*
2 *Assignatur ratio.*
3 *Domino Iustitiam facere negligente, causa cognitio ad Ordinarium devolvitur.*
4 *Jurisdictio per negligentiam amittitur.*
6 *Explicatur textus in* capite ex parte 15. de foro competent.
7 *Explicatur tex. in* c. novit. de judic.
Summus Pontifex, Judex competens est ad cognoscendum inter principes de pacis, & juramenti violatione, ibid.
8 *Causa feudalis si tangat ipsum Dominum feudi tunc non apud ipsum, sed apud Ordinarium, vel Arbitrum tractari debet, ex ratione, de qua ibid.*
9 *Causæ feudalis cognitio non spectat ad Capitulum,Sede vacante.*

CONCLUSIO.

VAssallus coram Domino feudi est conveniendus,dum modo ibi justitiam consequi possit: alias loci Ordinarius poterit adiri. 1
Consonat text. *in cap.novit. 13.vers. Non enim,hoc tit. cap.ex transmissa,cap. verum de foro competenti, cap. Romana 3.§. debet,* & *ibi* Glossa *verbo Jure alio, de appellationibus, l.6. Clement.2.de rebus Ecclesiæ, c.1.& per totum titulum,de forma fidelitatis, l.2. feudorũ, l. Imperiales,§.præterea,Cod. de prohibita feudi alienatione,in lib. feudorum, l. consulta divalia 23.C. de testamentis, l. 3. C. de fabricensibus, lib. 11. l.5.tit.6.par. 1. l. tit. 26. p. 4.* illustrant Marta *de jurisdictione, 4. part. Centuria 1. q. 6.* Menochius *de retinenda possess. remedio 3.n. 276.* Mynsingerus *centuria 4. observatione 93.* Iul. Clar. *in præxi, lib. 4. §. feudum. quæst. 90.* plurèsque refert Doctor Ioannes de Solorçano *lib. 2. de jure Indiarum, cap. 23. num. 172.& l. 3. cap. 1. num. 72.* Petrus Gregorius *in tractatu de concessione feudi part. 5. quæstion. 8. columna fin.* Zasius *in tractatu de feudo, part. 11. numer. 4.* Osu. ad Don. *libr. 17. cap. 9. littera I.*

Ratio est, quia cùm feudum sit consuetudine introductum certisque modis, & conditionibus concedatur, justa de causa decisum extat ut nullus alius præter Dominum ipsum, in cognitione illa se intromittere possit ? cum ipse Dominus velut sciens, magisque versatus consultius jus dicere possit;ad exemplum Artificum, quibus propter experientiam de rebus in causis suæ artis jurisdictio conceditur,quæ aliàs non permitteretur,juxta tex. *in l.consulta divalia 23. C. de testamentis, l. 3.C.de Fabricensibus, lib.10. c.1.89. distinct.Iuniæ,tit.13.lib.3.Re copilationis.* Si verò actor justitiam coram domino feudi ob ejus negligentiam consequi non potuerit ; tunc ad Ordinarium cognitio devolvitur : quia cum Reipublicæ interest lites citius finiri, & justitiam partibus exhiberi, *c.finem litibus, de dolo,& contumacia, l.properandum 11. C.hoc tit.* meritò ne malitia, aut ignorantia Domini vassallo noceat, Ordinarius adiri poterit, cùm malitiis hominum semper sit obviandum, *l. 1.§.cum quis,ff. de quæstionibus. Utique fullo 12.versic. Sed nemo.ff.de furtis.* Præterea, quia jurisdictio per negligentiam amittitur, *cap. per tuas 49. in fin.de sententia excommunicationis, c.irrefragabili 13. de Officio Ordinarii, c. Ecclesiæ 4. de supplenda negligentia Prælatorum* ; itaque jurisdictio hæc, eatenus in persona Domini extat, quatenus per eum justitia exercetur : nam aliàs apud Ordinarium remanet, ac si Domino non fuisset concessa, notat Abbas *in præsenti, numer. 12.* 2 3 4

5 Primò, obſtat text. *in c. 2. hoc tit. c. ſi diligenti, de foro compet.* cum aliis, quibus docemur, Clericum neutiquam poſſe juriſdictioni ſæculari ſubmitti: ergo quamvis Clerici de manu laicorum feudum acceperint, apud illos conveniri non potuerunt. Verum hæc difficultas ex eo diſſolvitur, quia ex cognitione illa principaliter Clerici laicis non ſubjiciuntur; ſed particulariter feudi cauſa, ex rationibus ſuprà adductis; ac ideò juriſdictio illa non competit laicis ex juris civilis poteſtate; ſed Pontificii, cum ab ipſo Pontifice in ſpecie *noſtri tex.* & in *dict. c. 6. & 7. de foro competenti*, id ſpecialiter in feudali uſu ſit permiſſum: notat Marta *p. 4. de juriſdictione, Centuria 1. caſu 16.*

6 Secundò prædictis obſtat tex. *in c. ex parte 15. de foro competenti.* ubi Dominus feudi in cauſa feudali fuit omiſſus; ſi quidem ibi apud ordinarium Eccleſiaſticum judicem diſceptatur. Sed hujus dubij ſolutio ex eo pendet quod licet verum ſit, quod in cauſa feudali Dominus feudi, tanquam competens Iudex adiri debeat, id tamen intelligi debet cum quæſtio ſuper petitorio judicio fuerit orta; non verò ſuper poſſeſſorio, ut in *dict. c. ex p. 15. de foro competenti.* Ratio differentiæ eſt, Quia quando agitur de poſſeſſorio judicio, non eſt neceſſe, vt leges & conditiones feudales obſerventur, cum tantum controverſia ſit de facto ſpoliationis, circa quod jus commune obſervatur, ut ante omnia ſpoliatus reſtituendus ſit; quæ interpretatio deducitur ex illius text. verbis, ib: *Non obſtantibus exceptionibus alijs, quæ in petitorio potius, quàm in poſſeſſorio, &c.* Vel aliter reſponderi poterit, id ſpecialiter *in dict. c. ex parte*, fuiſſe obſervatum, quia ſpolium fuit commiſſum contra viduam, & miſerabilem perſonam, de quibus etiam circa rem feudalem judex Eccleſiaſticus cognoſcit; ſiquidem earum protectio eccleſiæ eſt reſervata, ut facilius adverſus malefactorem juſtitiam conſequi poſſint; notat Abbas *in præſenti, n. 11.* Butrius *n. 5.* & nos plura dicemus *in dict. c. ex par. 15. de foro compet.*

7 Tertiò obſtat text. *in c. novit, de judicijs*, ubi cognitio feudi comitatus Pictaviæ, non ad Galliæ Regem ſub cujus limitibus extat, ſed ad Pontificem ſpectat. Sed hoc dubium ex eo diſſolvitur, quia quamvis verum ſit, Pontificia, & civili lege, feudi cognitionem ad Dominum pertinere, ex *textu* noſtro, *dict. c. Imperialem, de prohibita feudi alienatione*; tamen huic doctrinæ non contrariatur text. *in dict. c. novit*: ſi quidem ibidem Pontifex ſæpe proteſtatus fuit, ſe non de feudo cognoſcere; ſed de pacis, & juramenti inter Principes violatione, quare ratione peccati, rectè potuit Pontifex ibidem, contra Regem Francorum procedere, tanquam pacis, & juramenti violatorem: ſiquidem peccati periculum, juſta cauſa eſt ad hoc, vt Pontifex temporalem juriſdictionem, quam in habitu habet, ad actum & exercitium reducere valeat, notant Doctores omnes *in dict. cap. novit, hoc titul.*

8 Quartò, obſtat tex. *in cap. 1. § ſi tres, vel plures, titul. de pace tenenda, & eius violatoribus, l. feudorum, c. 1. § ſi autem inter pares de lege Corradi, eodem libro, & §. præterea, final. de prohibita feudi alienatione, in uſibus feudorum.* In quibus juribus conſtat, quod ſi vaſſallus ſuper re feudalitatem habuerit, non coram Domino feudi, ſed coram Ordinario loci, vel ſaltem coram Arbitrio cauſam illam tractari, & diffiniri debere. Sed hæc difficultas ex eo diſſolvitur, quia jura in *argumento* adducta procedunt quando res feudalis de qua agitur, tangit ipſum feudi Dominum, quare nihil mirum quod non ad ipſum, ſed ad Ordinarium, vel ad arbitrum Judicem ſpectet: ſiquidem in cauſa propria nulli juriſdictio competit, *l. 1. C. ne quis in ſua cauſa: & l. qui juriſdictioni, 10. ff. de juriſdictione omnium judicum.* At verò text. noſter procedit, quando controverſia ſolum extat inter ipſos vaſſallos ſuperioris feudi: nam tunc ſolum ad feudi Dominum cognitio ſpectat, ut animadvertit Gloſſa *in præſenti*, verbo: *Et not a ſuper hoc*; & plura dubia refert Abbas *in præſenti, nu. 15. & in dict. cap. ex tranſmiſſa, de foro competenti, à n. 4. in fin.*

Quintò, obſtat text. *in c. verum 7. de foro competenti*; ubi cum Sede vacante feudalis quæſtio mota fuiſſet, ad Capitulum illius cognitio non ſpectat: ergo feudalis cognitio non ſemper ad Dominum feudi pertinet: ſiquidem *in dict. cap. verum.* Sede vacante, Capitulo non competit, quo tempore verus Dominus feudi, & ipſius cognitionis dicitur, cum ei juriſdictio Epiſcopalis competat, juxta text. *in c. his quæ 11. c. cum olim 14. de majoritate, & obedientia, c. unico, eodem tit. l. 6.* Verùm hæc difficultas parum oberit, ſi advertas, quod quamvis verum ſit, quod omnis juriſdictio, quæ penes Epiſcopum eſt, ad Capitulum Sede vacante transferatur; id tamen locum habet quoad eas cauſas tantum, quæ ſine propria Epiſcopi authoritate tractari poſſunt; ceſſat tamen cum cauſa ad propriam Prælati authoritatem, & commodum ſpectat, uti eſt cauſa feudalis: nam tunc propter illud damnum, quod Eccleſiæ inſurgeret, ex eo, quod abſq; paſtore, & legitimo defenſore eſſet, juſta de cauſa feudale judicium ibidem Sede vacante ſuſpenditur, donec Epiſcopus confirmatus, vel electus fuerit, notat Gloſſa, verbo: *Quæſtio mota fuit*, & verb. *Conſecratus*, in *dict. c. verum*; Abbas *ibi, n. 8. & 14.*

Ad textum in *Cap. Dilecti, 6. hoc titul.*

SUper hunc textum videri oportet ea, quæ inferiùs dicemus *in c. 3. de libelli oblatione*, & *in capitul. examinata, infra, hoc tit.*

Ad textum in *c. Intelleximus, 7. hoc tit. de judiciis.*

DE materia hujus text. infrà dicemus, *in c. cum inter de exceptionibus.*

Ad textum in *cap. Clerici 8. hoc titulo, de judiciis.*

DE hujus textus ſententia latè à nobis eſt agendum in *c. 1.* & per totum tit. *de foro competenti.*

Ad text. in cap. Cauſam, 9. hoc titul. de judiciis.

SUMMARIUM.

1 *Judex ex officio providere debet, ut debitæ ſolemnitates in judicio ſerventur, & ne quis ſine Prælati authoritate in judicio compareat.*
2 *Non prius juris ratio, quàm perſonæ quærenda eſt.*
3 *Monachus abſque Prælati licentia in judicio eſſe non poteſt; & n. 12.*
4 *Judex ad privatam utilitatem judicium ſuum impartiri non poteſt. Declara, ut* ibi.
5 *Conjunctæ perſonæ, abſque mandato in judicio agere poſſunt.*
Expenditur, & declaratur tex. in l. ſed & hæc 35. ff. de procuratoribus.
6 *Canonicus abſque mandato pro Eccleſia ad agendum admittitur.*
7 *Acta facta in favorem minoris ſine mandato valent.*
8 *Geſta cum falſo procuratore ratificatione interveniente valent.*
Conciliantur textus in l. non eo minus, C. de Procura-

tor-

ratoribus. & l. licet, 56. ff. de jud. & l. 3. §. falsus Procurator, ff. rem rat. hab. *ibid.*

9 *Acta judicialia sine mandato facta parte non opponente valent.*

Intellige tamen, ut ibi, n. 10.

11 *Intelligitur text.* in l. 3. tit. 2. l. 4. Recop.

12 *Monachus injuriarum actione agere non potest, absque Prælati authoritate.*

13 *Injuria Monacho facta, non sibi, sed Monasterio facta censetur.*

14 *Injuria filio facta, patri facta, videtur.*

15 *Monachus in judicio agens, non ab Episcopo, sed à suo Prælato licentiam obtinere debet.*

CONCLUSIO.

1 *IUdex ex officio providere debet, ut debitæ solemnitates in judicio servetur, & ne quis, sine Prælati authoritate in judicio compareat.* Cõsonat text. *in c. 1. de Procuratoribus, c. edoceri, c. cum dilecta, de rescriptis, cap. Pastoralis, de donationibus, cap. 1.* & per totum *tit. de his quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli, c. 2. de postulando, c. cum dilecta, de confirmatione utili, vel inutili, Clementina, Religiosus, de Procuratoribus capitul. Monachi,* 16. *q.* 1. *c. si qua,* 12. *quæst.* 2. *leg. si Procurator, C. de Procuratoribus, l. ait Prætor, ff. de jure deliberandi, l.* 1. *tit.* 5. *partita* 3. *leg.* 22. *tit.* 1. *partit.* 7. *leg.* 13. *tit.* 2. *lib.* 4. *Recopilationis,* exornant Paz. *in praxi,* 1. *tomo annotatione quarta, de Procuratore, n.* 34. Cardinalis Tusc. *litt. P. concl.* 816. *num.* 3. Cardoso *in praxi,* verbo, *Regulares, n.* 37. & verbo, *Procurator. n.* 6. Fachin. *l.* 8. *contr. cap.* 61. Mascard. *de probationibus, concl.* 106. *num.* 3. & 61. Bobadil. *in Politica* 2. *part. lib.* 3. *cap.* 14. *ex numer.* 16. Monteroso *in practica, tract.* 3. *cap.* 121. plures refert Antonius Pichardus *in manuductionibus ad praxim,* 1. *part. præcepto* 1. *per totum.*

2 Ratio est, quia non antea juris ratio, quàm persona quærenda est, *l. si quæramus,* 4. *ff. de testamentis, leg. quidã referunt,* 14. *ff. de jure codicillorum,* meritò, ne frustratorium judicium reddatur, justa de causa in præsenti est
3 decisum, ut prius de viribus personarum agatur, & ne Monachus, absque sui Prælati licentia in judicio admittatur, cum absque ea in judicio sistere non possit, *dict. c. Monachi, el secundo,* 16. *q.* 1. *c.* 1. cum aliis, *de accusationibus*: nam aliàs finita causa, iterum suscitaretur, & lites fierent immortales, cum magno Reipublicæ detrimento, *c. finem litibus,* cum vulgatis, *de dolo, & contumacia,* quæ damna, ut evitentur in omnibus negotiis, ante omnia Judex officio curare debet litigantium personas legitimare, *leg.* 2. juncta Glossa, *verbo Servus, Codic. edicto Divi Adriani tollendo, dict. cap.* 1. *de accusationibus.*

4 Primò, obstabit dicere, quod judex ad privatam utilitatem non potest judicium suum impartiri, *leg. final. digestis, de petitione hæreditatis, leg.* 4. *paragraph. hoc autem judicium, ff. de damno infecto*: ego in præsenti, Judex ex officio suo non debuit emendare acta judicialia; præsertim, cum eum consideremus custodem, & interpretem esse justitiæ. Neque ad unam partem declinantem. *l. nullus, Cod. de judiciis, c.* 1. *de re judicata l.* 6. Ac per consequens ad eum non spectat partes in judicio legitimare. Sed huic dubio respondetur facilè, ex eo, quia quamvis fateamur Iudicem, ex dictis juribus, non posse ad privatam utilitatem officium suum impartiri; tamen id cessat cùm Reipublicæ interest, videlicet ne judicia reddantur illusoria; ac ideò poterit compellere Procuratorem, ut mandatum exhibeat, & monachus ne litiget si ne Prælati licentia, ne aliàs absque mandato illusorium reddatur judicium.

5 Secundò prædictis obstat text. *in leg. sed & hæc.* 35. *ff. de Procuratoribus,* ubi liberi, parentes, affines, & similes, absque mandato in judicio agere possunt, & ab eis gesta mero jure valent. Sed hæc difficultas ex eo dissolvitur, quia textus *in dicta leg. sed hæc*: procedit speciali de causa, in conjunctis personis, cùm illa conjunctio, & affectio personarum, faciat ut possint ij omnes agere sine mandato; non ut possint agere nomine alterius ignorantis, vel inviti; sed quia præsumendi sunt habere tacitum mandatum, tacitamque ejus pro quo agunt voluntatem, cùm alii melius, quàm personæ tam conjunctæ mandarent, *leg. exigendi* 12. *leg. maritus* 21. *C. hoc titul.* Neque hoc ita accipiendum est, ut verè Procuratores sint; sed quia ex edicto Prætoris, eis ita permittitur, argumento textus *in l.* 3. §. *sed & si forte, de judiciis.* Neque obstat verbum illud: *Procuratorum,* relatum in *dict. leg. sed hæc*: quia non propriè, sed impropriè accipi debet; notat Antonius Faber *in Rationali, ad eumdem textum.* Similiter etiam, Canonicus pro Ecclesia, tanquam conjuncta persona, nonnunquam absque mandato admittitur, juxa textum *in cap. coram* 34. *de officio delegati.* 6
Similiter etiam is qui alieno nomine rem possidet, utputà Colonus, vel inquilinus, si à possessione dejectus est, sine mandato, & cautione agere, & defendere potest, *l.* 1. *C. si per vim, vel alio modo.*

Tertiò prædictis obstat text. *in leg. non eo minus, C. de* 7
procuratoribus, ubi gesta sine mandato valent: siquidem authoritas tutoris in constituendo Procuratore non interveniisset. Sed hujus dubii facilis erit explicatio, quia ibi non fuit frustratorium judicium, ex eo, quod sententia in favorem minoris fuit prolata: secus verò si in ejus damnum; notat Got, ofredus *ibi, lit. Ah* Abbas *in præsenti, n.* 11. Felin. *n.* 6. Deci. *n.* 5. Neque obstabit dicere, ibi 8
minoris favorem non fuisse necessarium: siquidem alio remedio uti posset, videlicet ratificatione, cum omnia, cum falso Procuratore facta, ratificatione interveniente valeant, *leg. licet* 56. *ff. de judiciis.* Glos. verbo: *Reducitur.* in *l. si Mater.* 11. §. *hoc jure, ff. de exceptione rei judicatæ.* Quia text. *in dicta leg.* non eo minus intelligi debet, cum jam est lata sententia; ac ideò favor minoris omninò desideratur; At verò text. *in dict. leg. licet,* loquitur ante sententiam, quo in tempore nulla specialitas minoris desideratur. Neque prædictis obstat text. *in leg.* 3. §. *falsus procurator, ff. rem ratam haberi,* ubi etiam jam lata sententia, ratificatio ad acta cum falso Procuratore, in majore admittitur; quod etiam docet Glossa verbo: *Solent. in leg. licet* 24. *C. de procuratoribus.* Quia text. *in dict.* §. *falsus,* procedit, cum ratihabitio fit de sententiâ lata in præjudicium ratificantis: secus verò, si in ejus favorem. Ratio differentiæ est, quia ad hoc, quod quis ratificet ea, quæ contra se acta sunt, nihil aliud requiritur, quàm propria ejus simplex voluntas, argumento text. *in l. in re mandata* 21. *Codic. mandati*: secus est, cum interest alicujus; argumento text. *in leg. id quod nostrum. ff. de regulis juris,* notat Fachineus *libr.* 8. *controversiarum, cap.* 61.

Quartò prædictis obstat text. *in leg.* 20. *tit.* 5. *partita* 3. 9
quatenus significat, quod si Procurator non habet mandatum, & judicium prosequatur, valebunt acta processus, nulla apposita per adversam partem exceptione contra Procuratorem. Sed hujus *text.* difficultas ex eo dissolvitur; Primò, quia non probat, Iudicem, Procuratorem sine mandato agentem repellere non posse, sed tantum asserit, tum valere acta in judicio sine mandato, quando nulla appositâ adversæ partis exceptione, Dominus gesta per Procuratorem ratificatione distinguen- 10
dum est, vel sententia potest exequi contra Procuratorem, vel non: veluti, si Procurator se obtulit liti, *leg.* 4. *in principio ff. de re judicata, l. Plautius* 61. *ff. de Procuratoribus,* hoc enim secundo casu, & si non opponatur ex adversa parte de defectu mandati, judicium redditur illusorium; nec valent acta processus notant Doctores omnes *in leg.* 4. *leg. licet, Cod. de Procuratoribus.* In alio verò, quando sententia potest contra Procuratorem exequi, veluti, quando ipse se liti obtulit; tunc valebunt acta, & gesta per Procuratorem non habentem mandatum, parte nihil de defectu mandati opponente: siquidem, multa, parte non opponente, admittuntur, quæ aliàs non admitterentur; notat Covar. *in practicis, c.* 4. *num.* 9. Ne- 11
que obstat textus *in leg.* 3. *tit.* 2. *lib.* 4. *Recopilationis*: ubi id omne, quod sine mandato factum est, pro nullo judicetur. Quia textus ille interpretari, & declarari debet cum distinctione tradita *in dicta leg.* 20. *Partita,* hoc est

par-

parte opponente de defectu mandati, juxta text. *in l. licet, de procuratoribus.*

Quintò adversus nostrum textum obstabit tex. *c. Parochianos 9. de sententia excommunicationis*, vbi Religio-
12 sus læsius, & injuriatus, ante omnia est satisfaciendus: ex cujus decisione deducunt omnes, Monachum injuriarum causa proprio nomine, absque Prælati authoritate in iudicio agere posse. Sed illius *textus* difficultas, ex eo dissolvitur, quia intelligi debet in satisfactione facta Monacho, terminis habilibus suppositis, hoc est, mediante Prælato, aut syndico Monasterii: siquidem injuria Mo-
13 nacho facta non sibi, sed Monasterio facta videtur, in qua omninò intervenire debet Prælati authoritas: nam
14 quemadmodum injuria filio facta, Patri facta videtur: Adeò ut filius non possit eam remittere, *l. in personam 31. ff. de pactis, l. sed si unus. §. filius familias*, cum aliis, *ff. de injuriis*; ita similiter, neque Monachus absque Prælati licentia eam remittere, neque in judicio agere poterit; notat Glos. verb. *Monachos in dict. c. Monachi*, Boër. *dec.* 120. *n.* 7. Angelus *in l.* 1. §. *item autem per semetipsum.* verb. *Spectat enim ad nos, ff. de injuriis.*

15 Sexto adversus nostrum textum, dum asserit Monachum ab Episcopo licentiam exposcere debere, ut in judicio rite, & rectè possit agere, obstabit text. *in c. Monachi, el segundo* 16. *q.* 1. *c.* 2. *de postulando, c. nullum*, 18. *q.* 2. ubi Monachus ab Abbate, & ab Episcopo licentia desideratur, quia Episcopus simul erat Prælatus, & Superior Dulmensis Monasterij, ut indicant verba nostri tex. *ibi: Ne si fratres, &c.* notat Abbas *in præsenti. numer.* 8. 9. & 10. plures casus, in quibus Monachi absque Prælati licentia possunt agere in judicio, refert Doctor Balboa *in præsenti, num.* 11. & similiter proponenda sunt ex omnia, quæ inferius dicemus *in cap. cùm deputati* 16. *hoc titulo.*

Ad textum in cap. Cum non ab homine, 10. hoc titul.

SUMMARIUM.

1 *Clericus incorrigibilis excommunicandus est, & si non resipuerit, per judicem sæcularem comprimendus.*
2 *Ratio assignatur.*
3 *Privilegium amittere debet, qui eo abutitur.*
4 *Canones de superfluitate reprehendi non possunt.*
5 Clericorum *nomine veniunt etiam prima Tonsura initiati.*
6 *Clericus incorrigibilis à Iudice sæculari puniri potest.*
7 *Iudex Ecclesiasticus exilii pœna, vel alia simili Clericum punire potest, & incorrigibilem Curiæ sæculari tradere.*
8 *Clericus etiam incorrigibilis, dum actualiter non fuerit degradatus, est de foro Ecclesiæ.*
9 *Explicantur text.* in c. ad abolendam, de hæret. & c. ad falsariorum 7. de crim. falsi.
10 *Clericus qui dimisso habitu delictum enorme commiserit, per Iudicem laicum puniri potest.*
11 *Appellatione Excommunicationis, de majori intelligitur.*
12 *Excommunicatio major, & anathema quoad vinculum nihil differunt, quoad execrationem verò, & maledictionem maximè.*
13 *Explicantur text.* in c. forte, 11. 23. q. 4. & c. quorumdam, 24. distinct.

CONCLUSIO.

1 *CLericus depositus incorrigibilis excomunicandus est, & successive anathematizandus, & si non se resipuerit per judicem sæcularem comprimendus est.* Idem probat tex. *in c. at si Clerici* 4. *cap. Clerici* 8. *hoc titulo, cap. Princeps sæculi, c. de litigatoribus* 43. 23. *quæst.* 5. *cap. ut famæ.* jũcta Gloss. *verb. Incorrigibilis*, 35. *de sentẽtia excommunicationis*, Glossa fin. *in cap.* 4. 17 *distinctione, l.* 61. *titul.* 6. *partita* 1. exornant Covar. in practicis, *cap.* 32. *num.* 2. Bernardus Diaz *in praxi, cap.* 139. *num.* 4. Iul. Clar. *in praxi*, §. *final. quæst.* 36. *num.* 31. Farinac. 1. *tom. quæst.* 8. *num.* 45. Marta *de jurisdictione* 2. *part. cap.* 33. *num.* 1. Bonacina *in tractatu de legibus, disputat.* 10. *circa octavum Decalogi præceptum, quæst.* 2. *punct.* 1. §. 4. *num.* 8. Scaccia *de judiciis, lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 61.

Ratio quare Clericus incorrigibilis antequam Cu- 2
riæ tradatur est anathematizandus, ea est, quia, cum principaliter Ius Canonicum intendat, quod Clerici delinquentes prius ad pœnitentiam reducantur, & à peccatis resipiscant, ut sic Domino, in cujus sortem vocati sunt, grati reddantur; meritò, non statim quo sunt depositi, etiam si sint contumaces, debent ejici; sed paulatim exhortari ad debitam emendationem, primò per excommunicationem, quæ medicinalis est, *cap.* 1. *de sententia excommunicationis lib.* 6. deinde per anathema, & postremò, si hæc omnia contempserit, cum Ecclesia non habeat ultra quid faciat, Curiæ sæculari debet 3
tradi, cum privilegium amittere mereatur, qui eo abutitur, *cap. privilegium* 63. 11. *quæst.* 3. *cap. ubi distinctione* 74. *cap. fin. de rescriptis, cap. suarum* 11. *cap. privilegia*, 24. *de privilegiis.*

Primò adversus nostrum textum *in principio*, dum as- 4
serit judicium contra Clericum, cujuscunque ordinis fieri debere per Ecclesiasticum judicem, obstabit dicere, nostri textus decisionem hac in parte superfluam esse: siquidem jam id erat constitutum, *in cap. at si Clerici* 4. *c. Clerici* 8. *hoc titulo*: Sed responderi poterit, quod etsi in dictis juribus sit decisum, quod cognitio causarum criminalium contra Clericos, tantum spectet ad Episcopum, & non ad sæcularem; sed quia dubitabatur, an ipse solus Episcopus esset admittendus, & an cæteri inferiores excluderentur, vel jurisdictio, quæ datur Iudicibus sæcularibus, extenderetur ad Reges, & an limitanda esset circa Clericos in sacris Ordinibus constitutos? meritò ut hæc omnia dubia resolverentur, fuit necessaria nova nostri textus declaratio, ut sic jam alius quilibet Iudex inferior Ecclesiasticus sit competens, ut constat ex verbis illis: *Ab Ecclesiastico Iudice deponendus, &c.* Et etiam, quod dicta inhabilitas ad Reges extendatur, & ad Clericos cujuscunque Ordinis, in sacris, vel non sacris constitutos, ut patet ex illis verbis: *verum liceat, &c.* Atque ideò superflua non videtur nostri textus decisio.

Secundò huic sententiæ obstabit dicere, quod illa 5
Clericorum exemptio, tantum limitanda est circa Clericos in sacris Ordinibus constitutos; juxta textum *in c. Sacerdotibus* 41. 11. *quæst.* 1. siquidem ratio exemptionis illis tantum convenit, qui in sortem Domini vocati sunt & divino cultui mancipati, *c. duo sunt* 7. 12. *quæst.* 1. Sed huic dubio responderi valet, quod quamvis ita sit, quod exemptio illa tantùm videatur concessa Clericis in sacris Ordinibus constitutis; tamen ex nostri textus sententia, in illis verbis: *Cujusque ordinis, &c.* etiam comprehenduntur hi Clerici, qui tantum Tonsuram, vel minores Ordines habent: nam etsi in actu non debeant judicari, prout personæ sacræ; tamen sunt in via proxima, ut sic statim, quo primam Tonsuram recipiunt, divino servitio, & debitis obsequiis mancipati censeantur; argumento text. *in leg. oratio* 56. *ff. de sponsalibus, l. illud* 76. *ff. de adquirenda hæreditate*, & *in Concilio Tridentino Sessione* 23. *cap.* 4. & 11. *de reformatione*, constat etiam *in cap.* 2. *cap. si diligenti, de foro competenti.* Si verò incorrigibilis fuerit, cessat exemptio, & per sæcularem Iudicem corrigi poterit, *d. c. Clerici.* cum *suprà* traditis. Neque obstat text. *in capit. at si clerici* 4. *hoc titulo*, ubi pro nullo crimine Clericus à laicali potestate pu- 6
niri potest refert Bonacina *tractatu de legibus, disp.* 10. *circa octavum Decalogi præceptum, quæst.* 2. *puncto* 1. §. 1. *num.* 5. Dum asserit id etiam procedere in casu quo homicidium sit contra Principem perpetratum, quia textus *in dict. cap. at si Clerici*, & Bonacinæ sententia cessat,

ceſſat, cum propter incorrigibilitatem Cleri Curiæ laicali traduntur; cum tunc privilegium Clericale amittere videantur.

7 Tertiò obſtabit dicere, quod pœna exilii, vel alia ſimilis de qua *in præſenti* mentio habetur, rectè poteſt imponi per Eccleſiaſticum judicem, juxta text. *in c. ei qui. 9. 3. quæſt. 4. cap. cum beatus*, 8. *diſtinct. 45. c. 1. de calũniatoribus, cap. penultimo. de pœnitentiis, & remiſſionibus. c. valet 9. 81. diſtinct.* Ergo non rectè ob id *in præſenti* ſit prædicta remiſſio ad Judicem ſæcularem, ut pœnæ illæ ab eo imponantur. Cui dubjo omiſſa interpretatione, quam refert Panormitan. *in præſenti n.* 24. Veriſſimè eſt dicendum, quod quamvis textus noſter affirmet, Clericum ita incorrigibilem Curiæ ſæculari eſſe tradendum, ut prædictam ex illis, vel aliam ſimilem pœnam imponat; non tamen id ſit, ut Eccleſia ſi velit non poſſit pœnas illas imponere; ſed id proponitur, quia cum adeò Clericus incorrigibilis eſt, ut in profundum malorum devenerit, jam Eccleſia circa ejus emendationem, nihil poſſit expectare; niſi invocato Brachio ſæculari: & cùm alia major, videlicet capitis pœna debeatur, quæ per judicem Eccleſiaſticum imponi non poteſt; ideò ſæculari remittitur. Neque obſtant ultima noſtri *text.* verba *verſiculo*: *Ita quod ei deputetur exilium, &c.* quia remiſſio illa non ſit, ut ſpecialiter illa exilii pœna imponatur, ſed id ſolum exprimit Pontifex oſtendendo pietatem, qua eccleſia utitur, juxta text. *in c. noviſſimus*, 27. *de verborum ſignificatione.*

8 Quartò, obſtabit dicere, quod etiamſi Clericus ſit depoſitus, excommunicatus, & incorrigibilis, interim quod actualiter non eſt degradatus, eſt de foro Eccleſiæ, juxta text. *in cap. 2. de Clerico excommunicato. c. novimus*, 27. *de verborum ſignificatione, c. 2. de pœnis. lib. 6.* ergo nulla poteſt eſſe ratio, ob quam ex ſola depoſitione, abſque degradatione poſſit laicus Judex *in præſenti* de Clericis etiam depoſitis cognoſcere, & eos punire. Sed huic dubio reſponderi poterit, quod quamvis verum ſit, quod Clericus qui non eſt actualiter degradatus, adhuc ſit de foro Eccleſiaſtico; tamen id ceſſat caſu in quo propter incorrigibilitatem à Judice Eccleſiaſtico remittitur ad ſæcularem, cum illa verbalis depoſitio, quoad id, vicem actualis depoſitionis teneat: notat Covarr. *in practicis, c.* 32. *n.* 2. Farinac. *ubi ſupra, quæſt.* 8. *num.* 47. Neque obſtat
9 tex. *in cap. ad abolendam. de hæreticis, cap. ad falſariorum*, 7. *de crimine falſi*, *c. Dominus*, 27. *de verborum ſignification.* in quibus juribus Clericus depoſitus, etiam contumacia non interveniente, poteſt tradi Curiæ ſæculari, quia jura illa procedunt in Clericis actualiter depoſitis, & degradatis; at verò textus noſter procedit in verbali depoſitione, contumacia interveniente, ob quam verbalem depoſitionem contumacia interveniente privilegium amittitur.

10 Quintò, obſtabit text. *in c. 1. de Apoſtatis, cap. ex parte* 27. *de privilegiis, c. perpendimus*, 23. *de ſententia excommunicationis.* In quibus juribus conſtat quod Clericus qui dimiſſo Clericali habitu delictum enorme commiſit, etiamſi requiſita noſtri textus non procedant, videlicet ut anathematizetur, & Curiæ ſeculari tradatur, poterit abſque illis per judicem laicum puniri. Sed hoc dubium ex eo diſſolvitur, quia jura in argumento adducta procedunt, quando Clerici dimiſſo habitu Clericali enormia delicta committunt: at verò textus noſter loquitur quando quis habitu retento delictum commiſit: nam tunc à principio non poteſt incorrigibilis judicari, niſi præcedente excommunicatione, & anathemate; notat Covar. *dict. c.* 32. *n.* Farin. *dict. q.* 8. *n.* 53. Bonac. *ubi ſupra, diſputation.* 10. *de legibus quæſtione* 2. *puncto* 1. §. 1. *num.* 5.

11 Sexto obſtabit dicere, quod fruſtra *in præſenti* eſt ſcriptum, Clericum incorrigibilem prius eſſe excommunicandum, & poſtea anathematizandum: ſiquidem idem eſt excommunicatio, & anathema, cùm appellatione excommunicationis, etiã major, & anathema comprehendatur. *c ſiquidem*, 59. *de ſententia excommunicationis.* Sed hæc conſideratio parum obſtat, ſi dixeris, quod etſi in dubio appellatione Excommunicationis, major contineatur, *dicto c. ſiquidem*; tamen aliquando majoris, vel minoris excommunicationis nomen exprimi debet: veluti cùm agitur, ut quis à judicio repellatur juxta text. *in cap. 1. de exceptionibus lib. 6.* Neque obſtabit dicere, idem eſſe, 12
majorem excommunicationem, & anathema: quia etſi idem ſit, quoad vinculum: non tamen idem ſunt quoad execrationem, maledictionem, ſeu ſolemnitatem. Quæ, omnia fiunt ad terrorem, ut conſtat *in c. debent*: 11. *q.* 3. Ac ideò *in præſenti*, Clerici ita contumaces, qui antea fuerant excommunicati, ut deterreantur, anathematis mucrone feriri debent.

Septimò, obſtabit text. *in cap. fort.* 11. 23. *quæſtione.* 1. 13
capite quorundam, 24. *diſtinctione*, ubi formula noſtri textus non obſervatur, ſed alia diſſimilis: ſiquidem adverſus contumaces, & incorrigibiles, aliter proceditur, hoc eſt priùs excommunicantur, & poſtea ſuſpenduntur. Sed huic difficultati fit ſatis, ex eo, quod jura in argumento adducta debent intelligi, quando pœna incipit à delicto ipſo, quo in caſu criminis natura attenditur, & ſi ſuſpenſionem, vel depoſitionem meretur, pœna illa imponitur; & ſi corrigibilis fuerit, non ultra proceditur; ſi verò incorrigibilis exiſtat, excommunicatur, & ſi non ſufficiat, anathematizatur: Et cum Eccleſia non habeat ultra quid faciat, Curiæ ſæculari traditur: *c. Clericus*, 3. *q.* 4. *c. ſi quis Sacerdotum.* 11. *q.* 1.

Ad textum in capit. Quia, 11. hoc titul.

SUMMARIUM.

1 *Per reſcriptum impetratum contra vi dejectam convenitur vitioſus ſucceſſor.*
2 *Aſſignatur ratio.*
3 *Succedens in jus alterius juſtam ignorantiam habere præſumitur.*
4 *Vitium Actoris an noceat ſucceſſoribus.*
Explicantur textus in cap. ſignificavit 36. de reſcriptis, & l. an vitium, ff. de diverſ. & temp. præſcription. capit. ex parte, capit. compromiſſum, de arbitris.
5 *Interdictum* unde vi *competit contra ſpoliantem, mandantem, vel ratum habentem; & an contra particularem ſucceſſorem in beneficio.*
6 *Explicatur text.* in c. dilecti 17. de foro comp.
7 *Succeſſor conveniri non poteſt ad ſolutionem debiti contracti ab anteceſſore.*

CONCLUSIO.

PEr reſcriptum impetratum contra violentum poſſeſſorem, convenitur is qui in vitium ſcienter ſucceſſit. Idem probat text. *in cap. propoſuit de conceſſione præbendæ, c.* 1. *de alienatione judicii, cap. ſæpe, de reſtitutione ſpoliatorum, cap. iſqui, de regulis juris, lib. 6. c. ſedes* 15. *de reſcriptis, c. dilecti filii* 17. *de foro competenti l. vitia, C. de adquirenda poſſeſſione, §. furtivæ, Inſtit. de uſucapionibus, l.* 13. *tit.* 7 *part.* 3. *l.* 4. *titul.* 12. *lib.* 1. *fori* illuſtrant Covarr. *in regula poſſeſſor. 2. part. paragraph.* 9. Idem *in regula, peccatum, 3. part. in princ. & in practicis, cap.* 15. *num.* 7. Morla *titul. 2. quæſt. 21. nu.* 1. Connanus *l. 3. comm. c.* 15. Petrus Gregor. 3. *par. ſyntagmatum lib.* 39. *cap.* 2. Parladorius *lib. 2. rerum quotidian. c. fin. 4. part.* § 5. *n.* 6. & 9. Cuiac. *lib. 5. obſerv. cap.* 17. 1

Ratio eſt, quia quamvis regulariter per reſcriptum 2
impetratum contra violentum poſſeſſorem non poſſit conveniri ſingularis ſucceſſor, cum ſit odioſum, & de perſona ad perſonam extendi non poſſit; tamen *in præſenti*, quia Actor violenter fuerat ſpoliatus Eccleſia, quam poſſidebat ſingularis ſucceſſor ſciens ſpolii vitium, juſtè potuit conveniri virtute reſcripti; ſicut etiam poſſet, qui rem accepiſſet, ob alienationem judicii mutandi cauſa; juxta textum *in dict. cap.* 10. *de alienatione judicii.*

Primò, adversus hanc decidendi rationem obstabit 3
dicere, quod ex verbis *nostri text.* non constat R. successorem in successione illa malam fidem habuisse, neque anteccessoris vitii participem fuisse, nec præsumi poterat, ex regula text. *in l. qui in alterius* 42. *ff. de reg. juris*, *c. præsumitur*, 47. *eodem tit. l.* 6. Sed responderi potest, quod quamvis expressis verbis id in præsenti non appareat, hoc est prædictum R. malæ fidei possessorem fuisse tamen satis expresse constare ex originali *nostri text.* de quo *in c.* 9. *sub tit. de restitutione spoliatorum*, *in* decretali Alex. III. *in* 2. *tom. Conciliorum*, ubi habetur, eundem Rodericum in Ecclesia fuisse intrusum, quæ verba denotant propria authoritate, absque Canonica institutione eam occupasse argumen. textus *in c. dudum* 18. *de præbendis*, *c. quia diversitatem. de concess. præbendæ.*

Secundò, obstat text. *in c. significavit*, 36. *de rescriptis* 4
ubi successor universalis conveniri non potest per rescriptum impetratum contra suum anteccessorem: ergo & neque singularis poterit, cum vitium Actoris non noceat singulari successori; *l. an vitium. ff. de diversis & temporalibus præscriptionibus*: ergo per rescriptum impetratum contra violentum possessorem, non poterit conveniri singularis successor; quemadmodum etiam ex compromisso defuncti, non poterit ejus hæres conveniri, *cap. ex part. c. compromissum de arbitris.* Sed hæc difficultas ex eo dissolvitur. Primò quia *in dict. c. significavit*, rescriptum fuerat particulariter, & nominatim impetratum contra certam illam Comitis personam, quo in casu mortuo Comite, lite nondum contestata, finitur rescriptum, arg. text. *in l. & quia. de jurisdictione*, *l. mandatum*, *C. mandati*, *c. gratum*, 2. *de officio deleg.* Secus verò esse dicendum, si generaliter contra dignitatem fuisset impetratum ut in specie nostri *text.* dici potest hoc est, contra dignitatem, seù beneficium, ratione violentæ possessionis, quod vitium reale est ipsi rei inhærens, ac ideò rescriptum causa spoliationis contra violentum possessorem impetratum, etiam eo mortuo re integra non expirat, sed durat donec res ipsa in vitio exsistit. Neque obstat tex. *in d. an vitium*, dum probat vitium actoris, non nocere successori; quia procedit in vitio personali quod personam non egreditur: at verò textus noster loquitur in reali, quod cum sequatur rem ipsam, etiam mortuo Actore, eam sequitur juxta text. ita intelligendum *in l. sequitur*, § *quod autem*, *l. ubi lex. l. non solum ff. de usu capionibus.* Neque obstat text. *in dict. c. ex part. & dict. c. compromissum*: Nam ideò ibi compromissum defuncti ad hæredes non extenditur, quia etiam est obligatio personalis, & stricti juris, quæ nisi ad personas in compromisso comprehensas non extenditur, notat Glos. *ibid.* Neque obstabit si instes, rescripta etiam esse strictè interpretanda, neque de persona ad personam extendenda; *c. P. & G.* 40. *de offic. del.* ergo per rescriptum impetratum contra dejicientem, non debuit conveniri Rodericus ejus successor. Quia omissa *Glos.* interpretatione *in præsenti*, dum asserit; ideo conveniri, quia secundum rescriptum fuerat noviter contra prædecessorem impetratum; verius tamen est dicendum, ex primo fuisse actum, & ex eo potuisse convenire successorem, quia successor ille, etiam in vitium prædecessoris successit; siquidem scienter rem alterius occupavit.

Tertiò prædictis obstabit principium illud quo docemur, quod interdictum, unde vi solum competit contra spoliantem, mandantem, vel ratum habentem, *c. cum ad sedem, de restitutione spoliatorum*, *l. cum adte. ff. de vi*, *& vi armata.* Ratio est, quia interdicta illa, quamvis in rescripto contineantur, personalia sunt, *l. in fin. ff. de interdictis*, & non rem, sed personam sequuntur: *l.* 1. *fin.* §. *fin. ff. de contrahenda emptione*: ergo successor *in præsenti* ex rescripto illo non potuit conveniri. Sed hæc difficultas ex eo dissolvitur, quod etsi fateamur interdictum *Undè vi*, regulariter non posse dari nisi contra spoliantes, vel ratum habentes; tamen id fallit in successore universali contra quem, ut superius diximus, hoc interdictum conceditur. Et quamvis dixeris, in beneficio non universalem, sed particularem in præsenti successorem fuisse: Responderi poterit, quod in beneficialibus hoc interdictum datur contra successorem particularem, ex remedio text. *in c. ex redintegranda*, 3. *q.* 1. Quod remedium etiã in particularem successorem transit, quando res ipsa vitio reali affecta est: notat Glos. verb. *Interdum*, *in dict. c. cum ad sedem de restitutione spoliatorum.*

Quartò obstat text. *in c. dilecti* 17. *de foro cõpet.* ubi suc- 6
cessor conveniri potest, etiamsi vitium reale non extet. Sed hujus textus difficultas ex eo dissolvitur, quia ibi rescriptum non fuit impetratum causa unius personæ particularis; sed ejus dignitatis merito ex voluntate deliquentis, non consideratur persona illa in rescripto expressa; sed ejus dignitas, quæ realis, & perpetua est: ob cujus causam pecunia credita fuerat ab anteccessore pro utilitate Ecclesiæ Dulmensis: ac ideò cum contractus non esset personalis, sed realis, nihil mirum, quod rescriptum debiti ab anteccessore Episcopo celebrati ad successorem Episcopũ transeat, arg. text. *in c.* 1. *de solutionibus*; notat Glos. verb. *Contra*, in *dict. c. dilecti.* Neque obstat 7
text. *in l. unic. C. ut nullus ex vicaneis pro alieno Vican. debit ten. l.* 11. ubi constat iniquum esse, quod successor conveniatur pro solutione debiti contracti ab anteccessore quod etiam probat text. *in l. hac defin.* 12. *C. de omni agro deserto. l.* 12. *l. nulla* 4. *C. de executor. & exactorib. eod. l.* 12. Sed hæc omnia jura parum obstant, quia procedunt in debitis contractis proprio nomine, & non intuitu officii, vel dignitatis: nam eo in casu debita illa, prout aliena, extranea judicantur: ita ut neque ad successorem transeat, ex rationibus in dictis juribus relatis: locus verò quando intuitu Ecclesiæ debitum celebratur, ut in dict. *c. dilecti*; notant Narbona *in l.* 11. *tit.* 5. *l.* 7. *Recop.* Glossa 3. *n.* 5.

Ad textum in *cap. Cum venissent*, 12. *hoc titul.*

SUMMARIUM.

1 *Laudatur præceptor eximius Doctor Joannes de Balboa.*

OMitto hujus textus commenta, quia potius ad anti- 1
quam eruditionem temporalis Ecclesiæ jurisdictionis, quàm ad institutum nostrum spectat; præcipuè cùm plura in præsenti congerat eruditissimus Præceptor meus nunquam pœnitendus, immo sæpe sæpius laudandus Doctor Balboa, ut amplius addi difficile, & pene impossibile sit.

Ad textum in capit. Novit, 13. hoc titulo.

DE hujus text. intellectu plura dicemus, in *c.* 1. *&* 2. *de confirmatione utili*, *vel inutili & in c.* 3. *&* 4. *de fide instrumentorum.*

Ad textum in cap. Pastoralis, 14. hoc titul.

SUMMARIUM.

1 *Principalis persona per se non per Advocatum, factum in judicio proponere debet, nisi sit indiscreta.*
2 *Ratio assignatur.*
3 *Confessio facta per Advocatum parte præsente, perinde est ac si ab ipsa parte facta fuisset.*
4 *Explicatur text.* in c. cum causam 22. de appellat.
5 *Explicantur text.* in c. 1. ut lite non contest. *& in c.* prout 4. de dolo, & contumac.
6. *Factum in judicio per Procuratorem proponi non potest quod secus est in criminalibus*, n. 8.
7 *Procurator per litis contestationem fit Dominus litis.*

9 *Reus*

9 *Reus publicorum criminum post litem contestatam in absentia defendi potest.*

10 *Mulier adulterii crimine rea, etiam post litem contestatam non potest defendi per Procuratorem, vel Advocatum.*

Explicatur l. miles, 11. §. si ea quæ, ff. ad l. Jul. de adult. l. Reos, C. de accusat.

11 *Absentes à quibuscunque criminibus etiam capitalibus defendi publicè interest.*

Explicatur text. in l. servis 39. §. publicè, ff. de Procurat. ibi.

12 *Tutor ob suspicionem postulatus absens non compellitur personaliter se defendere, & sufficit si id faciat per Procuratorem.*

13 *Explicatur tex.* in l. Lucius 18. ff. de appell.

14 *Explicatur text.* in l. si postulaverit, 27. §. quæstioni, ff. ad leg. Juliam de adulter.

CONCLUSIO.

1 PRincipalis persona per se non per Advocatum debet factum proponere in judicio, nisi sit indiscreta. Idem probat text. *in c. præsentium, de testibus, lib. 6. cap. in pertractandis, c. cæterum, c. final. de juramento calumniæ. c. 1. hoc titulo, lib. 6 versic. Nisi; c. unico, de Syndico cap. 1. de confessis lib. 6. Clementina, sæpe, ad medium, de verborum significatione, leg. 2. & authentica principalis, Cod. de juramento columniæ. leg. qui servum. §. ultimo de interrogatoriis actionibus*, exornant Revard. *pro Tribunali, c.* 15. Brisson. *l. 4. selectarum, c.* 10. Men. *l. 2. de arbit. casu* 51. Duar. *l.* 10. *dis. c.* 48. Ant. Faber. *de erroribus, decade secund. errore* 10. Fachineus *lib.* 10. *controv. cap.* 83. Speculator *tit. de citatione*, §. *contra citationem*, Marianus Socinus *de citatione, art.* 2. *quæst.* 15. Maranta *in practica* 6. *part. actu* 4. *nũ.* 15. Azevedo *leg.* 2. *tit.* 16. *l.* 2. *Recopilationis*, Pichard. *in manud. ad praxi*, 1. *part. precepto* 7. *num.* 1.

2 Ratio est, quia ad Advocatum tantum spectat ea, quæ ad jus pertinent disponere; ad Judices verò elicere veritatem, quæ præcipuè constat ex propria partium confessione, ut sic possint judicium cum debita satisfactione ministrare: ac ideò in facti propositione Advocati se intromittere non debent; sed partes ipsæ, absque interventione alterius, debent factum ipsum referre; nisi forte simplices sint: nam tunc illa facti propositio ab advocato fieri poterit; ne aliàs contingat, quod is qui ignarus, & simplex est, suo ore indebitè gravetur, & re sua contra Reipublicæ utilitatem malè utatur, argumento textus *in* §. *sed & major, in fine, Instit. de his qui sunt sui, vel alieni juris.*

3 Primò obstat text. *in l.* 1. *Cod. de errore Advocatorum*, vers. *Ea quæ*, ubi constat, quod confessio facta per Advocatum parte præsente perinde habetur, ac si fieret per partem ipsam. Sed huic dubio responderi poterit, quod text. in *dict. l.* 1. procedit respectu allegationum, quæ fiunt ab ipsis Advocatis, ut non possint postea impugnari per easdem partes: at verò textus noster procedit, quoad ipsam facti expositionem, quæ per partes ipsas absque Advocatorum præsentia fieri debet. Neque obstat text. 4 *in c. cum causam* 62. *de appellationibus*, ubi etiamsi principalis persona valde discreta sit, responsio Advocati circa factum negotii adeò admittitur, quod sufficiat ad litis contestationem. Quia respondendum est; quod ibi tantum Advocati responsio admittitur, ut lis contestata dicatur; quæ contestatio inducitur ex tacita ipsius partis voluntate, cum responsioni non contradixisset; poterit tamen Judex, vel Pars altera petere, ut facti species à Parte ipsa proponatur, juxta nostri *text.* regulam, ubi notant antiquiores omnes.

5 Secundò obstat textus *in c.* 1. *ut lite non contestata*: & *c. prout* 4. *de dolo, & contumacia*, ubi constat, quod non solum per Advocatum facti species proponi debet: verùm etiam quod lis differenda est, si forte non sit electus Advocatus, vel aliàs præsens. Sed huic dubio fiet satis si dixeris, jura illa non affirmare factum per Advocatum esse proponendum; sed tantum asserere, quod Reus convenitus se poterit excusare ad responsionem, usque dum habeat copiam Advocati; cum id attineat ad propriam defensionem: siquidem absque eo nulla congrua satisfactio, seu responsio fieri poterat: secus tamen est dicendum de ipsa facti propositione, quæ personaliter ab ipsis partibus fieri debet.

Neque obstabit si instes, quod si hoc esset verum sequeretur factum in judicio per Procuratorem non posse interponi: at potest juxta text. *in l. non solum* 39. *ff. de procurator. l.* 1. *ff. quod cujusque univers. c. potest quis per alium*, 68. *de regul. juris, l.* 6. Ergo frustra in præsenti excluditur Advocatus: Quia responderi valet, quod quàmvis in præsenti sit assertum, quod factum litis per principalem personam debeat proponi; non tamen exinde colligitur, quod procurator excludatur. Siquidem nomine principalis personæ, tam ipse Dominus, quam ejus Procurator comprehenditur: siquidem statim, quod ex mandato Domini litem contestatus est, jam est litis Dominus factus, & eadem persona cum ipso Domino reputatur, 7 juxta tex. *in c. de Procuratoribus l.* 6. *l.* 1. *C. de sententiis, & interlocutionibus omnium judicum*, notat Glos. unica *in præsenti*: Sanch. *in sum. l.* 2. *c.* 5. *n.* 7. Azor. *tom.* 2. *institutionum moralium, l.* 7. *cap.* 2. *quæst.* 6.

Sed hæc omnia cessant in criminalibus causis, quia in 8 illis, tam Actor, quam Reus personaliter in judicio proponere debent: Neque per Procuratores admittuntur; juxta tex. *in c.* 1. *hoc tit. l. fin. C. de accusationib., l.* 3. *C. qui accusare possint*, Covar. *l. variarum. c.* 9. Cuiac. *l.* 1. *observationum, c.* 20. Petr. Gregor. *l.* 32. *Syntagmatum*, *c.* 24. Donel. *lib.* 28. *commentariorum, cap.* 10. Osuald. *ibidem littera G.*

Tertiò prædictis obstat text. *in l. Reos*, 3. *C. de accusa-* 9 *tionibus*, ubi constat Reos publicorum criminum, etiam absque eorum copia, & præsentia defendi posse. Sed huic dubio responderi debet, quod textus ille procedit, quando Reus jam litem contestatus, & eo præsente, facti species fuit proposita; cujus præsentia, aspectu, & verbis rectè Judex potuit criminis veritatem indagare: qua de causa, etsi postea sit absens recte Procurator ad ejus defensionem admittitur, notat Pacius *legum conciliatarum Centuria* 2. *q.* 4. Duaren. *lib.* 1. *disputationum, c.* 7. Cuiac. *lib.* 20. *observationum, c.* 11. & 21. Govean. *lib.* 2. *variarum, c.* 4. Parlador. *lib.* 1. *rerum quotidianarum, capit.* 20. *num.* 2.

Neque similiter obstat text. *in l. miles* 11. §. *ea quæ. ff. ad* 10 *legem Juliam de adulteriis*, in illis verbis: *Ea quæ inter reas adulterii recepta est, absens defendi non potest, &c.* Ex quibus constat, quod etiam si semel inter reas adulterii mulier sit recepta, hoc est si personaliter comparuisset, & facti responsionem proposuisset, seu litem contestata esset, non poterit per Procuratorem, seu Advocatum defendi. Quia omissa interpretatione, quam refert Accurs. *in dict. l. Reos, C. de accusationibus*, veriorem existimo, quam refert Cuiac. *lib.* 20. *observationum, c.* 20. dum asserit esse discrimen constituendum inter capitalia crimina, quæ publica sunt, & inter judicia publica, quæ capitalia crimina non sunt: nam in judiciis capitalibus, post litem semel à Reo ex facti responsione contestatam Procurator datur; & ita obtinet text. *in dict. l.* 2. *C. de accusationibus*; at verò quando delictum non est capitale non erat, juxta text. *in l. si quis vi duam. ff. de quæstionibus.* tunc adulterii Reus etiam post contestationem absens defendi non poterat, & ita interpretandus est tex. *in dict. l. miles* 11. §. *ea quæ. ff. ad legem Juliam de adulteriis*, & prædictam Cuiacii interpretationem sequitur Fachin. *lib.* 1. *contr. cap.* 24.

Quartò adversus prædictam sententiam obstabit tex- 11 tus *in l. servum* 33. §. *publice, ff. de Procuratoribus* in illis verbis: *Publicè utile est, absentes à quibuscunque defendi. nam & in capitalibus judiciis defensio datur, &c.* Ponderatio deducitur ex verbis illius textus: *& in capitalibus judiciis*: Ergo & in publicis judiciis, & non capitalibus defensio Rei absenti datur, & sic prior illius textus verba, ibi: *Publicè utile est*, ad non capitalia sunt adaptanda: siquidem dictio illa copulativa,

pulativa, &, etiam extenditur ad crimina non capitalia; & sic Ulpianum loquutum fuisse, tam de judiciis publicis capitalibus, quàm de non capitalibus; ac per consequens *Cuiacii* distinctio suprà adducta, sustineri non poterit. Sed huic tanto dubio dicendum est, Ulpianum *ibi* solummodò loqui de judiciis publicis capitalibus, in quibus lis inter reos semel fuerat contestata, juxta interpretationem traditam ad text. in *dict. l. 3. C. de* accusationibus. Neque obstat consideratio suprà adducta ex illa dictione, &; Quia ex illa non probatur, Ulpianum velle Reum post contestationem in judiciis non capitalibus per Procuratorem admittere: neque id deduci potest; cùm nulla alia legali authoritate sit decisum, & contrarium appareat in *dict. l. miles* 33. §. *ea quæ*, *ff. de adulteriis*, uti rectè animadvertit Fachineus *libro primo*, *controversiarum juris cap.* 24.

12 Quintò his omnibus valde obstat text. *in l. non solum* 39. §. *item ait final*: *ff. de procuratoribus*, ubi constat, quod si fuerit postulatum ut tutor tanquam suspectus removeatur; tunc Reus tutor absens non compellitur personaliter se defendere; sed per Procuratorem etiamsi ab eo lis non sit contestata: & dubium non est, quin crimen illud publicum sit, *l. 1. §. consequens*, *ff. de suspectis tutoribus*. Sed in hac difficultate, omissa Fabri interpretatione *in Rationali*, *ad eundem textum*: verissimè dicendum puto, postulationem suspectæ tutoris, dupliciter intentari posse, uno modo ut removeatur ad publicam vindictam: altero modo cum simpliciter agitur ad tutoris remotionem, ad æstimationem pro fidelitate administrationis tutelæ, absque publica vindicta: nam primo casu nunquam tutori absenti, absque litis contestatione Procurator constituitur; sed personaliter facti exceptionem contestari debet, *dict. leg. non solum*, 33. *versic. Non facile*. In 2. verò casu admittitur, quia causa civilis est, & per Procuratorem ex rationibus, & juribus suprà adductis, factum, & facti exceptio proponi, & opponi potest: & ita obtinet textus *in dict. l. non solum* 33. §. *item ait*, notat Antonius Fab. *in jurisprudentia Papinianea*, *titul. decimo secundo*, *principio primo*, *illation.* 14.

13 Neque prædictis obstat text. *in l. Lucius* 18. *ff. de appellationibus*. Ubi si servus capitali crimine fuerit accusatus, etiamsi præsens fuerit, non per se personaliter ad facti speciem admittitur; sed per ipsum Dominum, vel ejus Procuratorem. Quia omissa Accursii, & Bartoli interpretatione *ibidem*, verissimè est dicendum, id ibi admissum esse speciali de causa; quia servus ipse non poterat personaliter in judicio comparere; ac ideò mirum non est, quod ab alio defendatur, argumen. text. *in l. 1. ff. de tutoribus*, & *curatoribus*; tum etiam quia cum servus in bonis sui Domini sit, nihil mirum, quod Dominus causam servi, ut propriam, non ut alienam suscipiat.

14 Sextò his omnibus obstat text. *in l. si postulaverit* 27. §. *quæstioni*, *ff. ad legem Juliam de adulteriis*, ubi in quæstione servorum adulterii causa, non tantum Reus, & Rea debent esse præsentes; verum etiam & eorum Patroni, seu defensores, qui *Oratores* dicebantur & ad causam defendendam suscipiebantur, ut notat Rosinus *l. 9. observationum antiquitatum Romanarum*, *c.* 14. *verf. Penultimo*: ergo non tantum partes personaliter in judicio comparere debent; verum etiam earum Advocati. Cui dubio similiter est dicendum, id speciali ratione in quæstione servorum in causa adulterii esse constitutum, ut non tantum partes in quæstione illa præsentes existant, verum etiam earum advocati qui sese opponerent accusatori; quod fuit receptum propter complices criminis, cum hujusmodi crimina non soleant committi sine mediatoribus, qui ad conciliandos animos adhibentur, & propter criminis atrocitatem à juris regulis receditur ut notat Cujac. *l. 1. observationum c.* 20.

Ad textum in capit. Examinata, 15. hoc titul.

SUMMARIUM.

1 *Actore ineptam actionem in judicio proponente, Reus ab illa absolvendus est: si verò iterum eam aptè proponat, Reus illi respondere tenetur.*
2 *Ratio assignatur.*
3 *Impedimentum non præstat, quod de jure non sortitur effectum.*
4 *Semel absolutus super eodem facto, iterum conveniri non potest.*
5 *Judex libellum ineptum ex officio repellere potest.*
6 *Petitio restitutionis dominii, & possessionis adversus detentorem proponi potest.*
7 *Explicatur* Novella 88. de depositio.
8 *Possessio per sequestrationem in sequestrum transfertur.*
9 *Rei vindicatio competit ei, qui dominium habet.*
10 *Rei vindicatio non datur in rebus spiritualibus vel illis annexis.*

CONCLUSIO.

SI Actor ineptam actionem proponit in judicio Reus ab illa absolvitur: & si iterum eam aptè proponit, Reus ipsi respondere tenetur. 1 Comprobat text. *in c. dilecti 6. hoc titulo*, *cap. cum dilecti 3. de emptione*, & *venditione*, *c. 1. de officio Vicarii*, *cap. 2. de libelli oblatione*, *leg. 2. C. de formulis sublatis*, *l. debitores*, *Cod. de pignoribus*, *vers. Competentibus actionibus leg. 3. C. de dotis promissione*, *l. 2. C. si vendito pignore agatur leg. 1. ff. si mensor falsum modum dixerit*, *leg. officium leg. si is qui petitorio leg. quisque obtulit 25. leg. in rem. 43. ff. de rei vendicatione*, *leg. qui restituere 68. ff. d. tit. leg. de ætate 12. §. nihil interest ff. de interrogatoriis actionibus*, illustrant Paz *in praxi*, 3. *tom. in initio*, *n.* 8. Cardos. *in praxi*, *verbo*, *Libellus*, *n.* 27. & 28. Alciatus *in præsenti*, *num.* 9. Decius *num.* 10. Curtius Junior *in leg. edita*, *num.* 3. *Cod. de edendo*. Vaconius *lib. 6. declarationum*, *cap.* 88. Joannes de Monte-Alegre *lib. 1. praxis civilis*, *c.* 11. *n.* 89. Antonius Faber *in Rationali ad textum in dict. l. officium*. cum suprà traditis, *ff. de rei vindicatione*, Tiraq. *de retractu*, *tit.* 2. §. 1. *glos.* 5. *num.* 3. Barb. *in l. non potest videri*, *ff. de judiciis*.

Ratio nostri *text.* est, quia paria sunt agere sine actione vel illam ineptam proponere: nam de natura rei vindicationis est, quòd solum competat Domino non habenti possessionem, & contra eum qui indebitè illam habet; ac ideò cum *in præsenti* Nobilis qui agebat adversus milites, esset in quasi possessione juris Patronatus quod petebat: nihil mirum quod non posset illud vindicare, ac simul proponere, quod sibi restitueretur: quare rectè *in præsenti* judicatum fuit ejus petitionem esse inutilem, & ineptam; ac ideò repellendam, & ab ea Reum esse absolvendum; si verò ex post facto actio competenter fuerit proposita, audiri debet. Ratio est, quia cum prima actionis propositio, ob ejus ineptitudinem nullum habuisset effectum, nullum impedimentum est quominus iterum rectè in judicio produci possit, ex illa vulgari regula, qua docemur, quod non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum, *c. non præstat*, *de regulis juris lib. 6. l. 4. condemnatum. ff. de re judicata.* 2 3

Primò huic decidendi rationi obstabit dicere, quod is qui semel absolutus est super eodem facto, iterum non debet conveniri; *l. 3. C. de exceptione rei judicatæ*, cum res judicata pro veritate habeatur, *l. res judicata. ff. de reg. jur. c. suborta de re judicata*: ergo cum *in præsenti* Reus ob ineptam facti allegationem Actoris esset absolutus, iniquè de eodem iterum convenitur. Sed hæc difficultas parum obest, quia jura in argumento adducta procedunt, 4

cum

cum absolutio fit in sententia diffinitiva; at verò *textus noster* loquitur, cum quis absolutus est in actu interlocutorio solum ob ineptum libellum, nam tunc nihil impedit ut novis actibus, & legitimis actionibus Reus conveniatur, juxta text. *in cap. præscripta* 5. §. *libellum, in fin.* 2. *quæstione* 8. *l. libellorum* 3. §. *quod libelli, in fin. ff. de accusationibus.*

5 Secundò obstabit dicere, quod in principio judicii in potestate judicis est libellum ineptum ex officio excludere, *l.* 1. *ff. de officio assessorum, cap.* 2. *de libelli oblatione*: ergo frustra *in præsenti* ad rejiciendam ineptam actionem desideratur, quod præcedat judicialis processus, & quod ad sententiam deveniatur, cum frustra fiant per plura, quæ possunt fieri per pauciora, *leg. ampliorem*, 17. §. *in refutatoriis*, *C. de appellationibus*, cum circuitus semper sit vitandus, *Clementina*, *auditor* 3. *de rescriptis*, *l. Dominus* 53. cum vulgatis *ff. de conditione indebiti*. Sed huic dubio respondeti valet, quod jura suprà adducta procedunt, quando ineptitudo libelli à principio fuit expressa, vel aliàs de ea notoriè constiterit: nam tunc ex dictis juribus ad ulteriora non debet procedi: at verò *textus noster* loquitur, quando adhuc ineptitudo libelli demonstrari non potest, nisi probationibus factis, & publicatis: ideóque non est mirum, quod ad ulteriora judicii procedatur, quæ interpretatio deducitur, ex *nostri textus* verbis ibi: *Quia cum testes induxerit ad probandum, &c.* notat Abbas *in præsenti.*

6 Tertiò obstabit textus *in l. officium*, 9. *de rei vindicatione*, *l.* 3. §. *fin. ff. ad exhibendum*, ubi probari videtur, quod non obstante quòd quis possideat rem, si tamen de facto detineatur ab aliis, veluti à depositario, vel commodatario, poterit illam vindicare: ergo etsi Actor *in præsenti* asseveret se prædictam possessionem habere, tamen cum adhuc sit à militibus impeditus, cum ab illis de facto detineatur, rectè potuit jus Patronatus vindicare. Quod dubium ex eo dissolvitur, quia jura in *argumento* adducta non probant, quod quamvis quis possideat rem, possit eam ab illo, qui de facto detinet, vindicare: nam id ex *nostri textus* decisione admitti non debet; sed tantum jura illa tendunt ad hoc, quod petitio restitutionis dominii, & possessionis, quæ includitur in ordinaria actione rei vindicationis, possit proponi adversus solum detentorem, quamvis aliàs non sit possessor; velati à depositario, vel commodatario: nam is qui deposuit, vel commodavit, statim quod res ei liberè non restituitur, videtur possessionem non amisisse, *leg. clam possidere* 6. §. *qui ad nundinas*, *ff. de acquirenda possessione*: An verò in specie nostri textus, Actor verè possidebat: ac ideò mirum non est, quòd ei rei vendicatio non competat: notat Faber *in Rationali ad textum in dict. l.* 9. *ff. de rei vendicatione*, *littera I.* Neque obstat Novella de *deposito* 88. Quia Domino adversus depositarium
7 vindicationem non prohibet; sed tantum denuntiationem, quæ non repellit Dominum, sed creditorem: cum possim rem meam à depositario vindicare, licet non possim ob pecuniam, quam tu mihi debes depositario denuntiare notat Gothofredus *in notis ad Pandectas in dict. l. officium* 9. *lit. D.*

8 Quartò obstabit dicere, quod etsi à principio quo cæpit moveri quæstio super jus Patronatus, Actor in illius possessione esset; tamen quando proposuit actionem, jam eadem possessio penes Vicedominum erat, in quem jus ipsum fuerat sequestratum: siquidem per sequestrationem possessio in sequestrum transfertur, *leg. licet* 27. *ff. depositi*, quod etiam in jure Patronatus admitti debere, docet Garcias *de beneficiis* 5. *part. cap.* 6. *num.* 1. Gutierrez *de tutelis*, 3. *part. cap.* 7. *n.* 16. Sed respondetur, quod & si tempore quo fuit proposita actio vindicationis, jam esset jus Patronatus sequestratum; tamen quia actio ipsa referebatur ad tempus antecedens ad ipsam sequestrationem, & tunc juxta probationes factas prædicta possessio fuerat penes ipsum Actorem, justa de causa, debuit actio ipsa ineptà judicari: nec præterea quia possessio, quæ est penes sequestrum, nomine ipsius Domini esse dicitur, ut infrà dicemus *in titulo de sequestratione possessionis.*

Quintò obstabit dicere, quod etiam si Actor rei petitæ possessionem non haberet, non posset jus Patronatus vindicare: siquidem rei vendicatio competit ei, qui dominium retinet, *l. officium* 9. & 24. *ff. de rei vindicatione*: sed jus Patronatus est annexum rebus 9
spiritualibus in quo Dominium cadi non potest, *cap. ex litteris*, *de jure patronatus*, *cap. cum Bertoldus*, *de re judicata*, *cap.* 3. *hoc titulo*: ergo quamvis possessio deficeret, cessaret etiam rei vindicatio. Sed respondetur, quod actio ipsa non datur propriè pro ipso jure Patronatus; sed pro jure reali, quod in illo extat, ut observetur Patrono honor, & præeminentia, ut habeat liberum ingressum in Ecclesiam, & cætera jura, quæ ob ejus causam sunt indulta: nam licet in rebus sacris non detur rei vendicatio, cum in commercio non extent; tamen pro jure quod in eis est rectè competit, *cap. cum venissent*, 6. *de exception. l.* 1. §. *per hanc*, *ff. de rei vindicatione*, Abb. *in præsenti num.* 17. Felin. *num.* 8. Neque obstabit si instes, *in præsenti* non posse dari rei vindicationis actionem: siquidem jus Patronatus, ex suprà traditis, est jus incorporale, pro quo tantum dari potest actio negatoria, vel confessoria, non 10
verò vindicatoria *l. etsi* 6. §. 1. *ff. si servitus vindicetur*, *l. si antea* 8. §. *sed si*, *ff. eod.* sed talis actio confessoria, vel negatoria datur possidenti, ut constat ex Glos. *in præsenti*, verb. *Possidebas*, & verb. *Confessoria*, ergo actio illa non debuit inepta judicari. Quia respondeti valet, quod etsi *in præsenti* ageretur de jure Patronatus, quod incorporale est, tamen pro jure ipso incorporali rei vindicatio proponi poterat, assumendo eam non in specifica, sed in lata ejus significatione; notat Abbas *in præsenti, num.* 17.

Ad textum in cap. Deputati, 16. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Religiosi pro domibus suis agere, & illas defendere possunt.*
2 *Ratio assignatur.*
3 *Administratores si sint electi, eo ipso eis censetur tributa facultas agendi pro omnibus illis, quæ ad eorum munus spectant.*
4 *Clerici, vel Monachi negotiis secularibus se immiscere non possunt. Intellige pro aliis: secus verò pro se, & suis Monasteriis.*
5 *Religiosus nisi cum licentia Superioris in judicio esse non potest, &* num. 6.
6 *Syndicus Religionis causas agere debet.*
7 *Ignoti repelluntur ab omnibus Ecclesiasticis actibus.*

CONCLUSIO.

Præceptores Templi pro domibus suis agere, & illas defendere possunt non obstante, quod sint Religiosi, & ignota eorum origo. Consonat textus in *cap. unico, de Synodo*, *cap. petitio* 9. & 11. *de Procuratoribus*, *Clementina* 1. *de rescriptis*, *cap. doceri*, *eadem cap. unico. de scrutin. cap. Monachi* 16. *quæst.* 1. *cap. causam* 9. *hoc titulo*, *leg. omnes* 31. §. *hoc*, *C. de Episcopis, & Clericis*, illustrant Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 26. *quæst.* 8. 9. & 10. Cardoso *in praxi Advoc.* verb. *Procurator*, 5. Pater Emmanuel Rodriguez *quæstionum Regularium*, *tom.* 1. *quæst.* 13. *art.* 5. Sanchez *in præcept. Decalogi tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 9. cum à me traditis *in dicto cap. causam* 9. *hoc tit.*

Ratio est, quia ad munus, & officium Præceptorum 2

rum incumbit actiones in judicio pro omnibus suæ Religionis proponere, & jura illorum defendere, absque eo, quòd detur repugnantia sui status, *Clementina unica, de rescriptis, cap. edoceri* 21. *eodem titulo.* Neque eis opponi poterat, quod essent Religiosi, & de origine ignota: siquidem semper quis præsumitur idoneus, & legitimus, nisi contrarium probetur: notat Glos. *in præsenti*, verb. *Sed spretis*, *cap. unico*, *de scrutinio*,
3 cum à me traditis *in cap. final. de præsumptionibus.* Tum etiam legitimi in judicio dicuntur, qui statim quòd administratores eliguntur, censetur illis tributa facultas, ut liberè exerceant omne id, quod spectare posset ad ipsam administrationem, argumento textus in *cap petitio* 9. & 11. *de Procuratoribus*, *cap. qui generaliter*, 15. *eodem titulo*, *lib.* 6.

4 Primò obstabit textus *in cap.* 1. *& per totum*, *ne Clerici*, *vel Monachi*, ubi Monachis est prohibitum lites exercere, cum se non possint immiscere negotiis secularibus. Sed huic dubio respondetur; quod quamvis ita sit, quod Religiosi à litibus & negotiis secularibus debeant arceri: tamen id intelligitur cum pro aliis exercent; non verò cum pro Religione sua, quia tunc cessat illa indecentia, quæ refertur *in dict. cap.* 1. *ne Clerici.*

5 Secundò obstat textus in *Clementina Religiosus* 3. *de Procuratoribus*, ubi etiam in causa, quæ concernit unum Religiosum, non potest alter Religiosus pro illo in judicio respondere. Cui dubio ex eo fit satis, quia dum textus ille prohibet, ne Religiosus possit esse Procurator, etiam pro alio Religioso; nisi cum licentia Superioris, id nihil obstat: cum *in præsenti* agatur de diversa causa, scilicet cum Præceptores defendunt causam sui Monasterii ratione officii cum approbatione, & licentia Prælati, quæ prius præcedere debet, *dicta Clementina* 3. *de Procuratoribus*, *dicto cap.* 9. *hoc tit.* ubi latè diximus.

6 Tertiò obstabit dicere, quod neque etiam pro domibus suis, Prælati licentia præcedente, Religiosi debent admitti: siquidem pro domibus Religiosis Syndicus est constitutus, *cap. unico de Syndico*, ubi Gregorius rationem refert, quia expedit, quod Monachi addicti servitio Dei, quieti existant, docet Apostolus 1. *ad Corinth. cap.* 6. ibi: *Secularia igitur judicia si habueritis*, *contemptibiles*, *&c.* ergo neque Monachi, etiam præcedente licentia, admitti debent; cum Syndicus ad id fit designatus. Sed respondetur, quod textus *in dict. cap. unico*, *de Synodo*, quatenus disponit ut ad Religionis causas laicus Syndicus assignetur; id tamen intelligi debet de consilio, & honestate: non verò de necessitate: notat Glossa *ibi* verb. *Generaliter*; & quamvis illius *capitis* decisio adeò strictè accipiatur, ut in totum removeat Religiosos à dicta procuratione; non tamen abstulit ut non admittantur cum accedit Monasterii utilitas, & licentia Prælati: siquidem tunc cesset illius textus decidendi ratio, cum potius judicetur adesse meritum obedientiæ, & utilitas Ecclesiæ; notat Didacus Perez *in l.* 10. *tit.* 11. *lib.* 4. *Ordinamenti*, *versic. Suadetur ulterius.*

7 Quartò adversus secundam nostræ conclusionis partem obstabit *text. in cap.* 1. *& per totum*, *de Clericis peregrinis*, Concilium Tridentinum *Sess.* 24. *versic. Nullus præterea.* Ubi is, cujus ignota est origo, nunquam admittitur ad actus Ecclesiasticos, ac per consequens in præsenti ineptè rejicitur exceptio illa ignotæ originis. Sed huic dubio verissimè est dicendum, quod *in præsenti* rectè excluditur exceptio illa, quia origo Præceptorum, non erat ignota: siquidem ex deputatione illa à Superiore illis assignata, satis constat de illorum idoneitate, & de requisitis circa ministerium deputatis: quæ Superioris denominatio vicem literarum commendatitiarum retinet, argumento text. *in d. cap.* 1. *de Clericis Peregrinis*, notat Augustinus Barbosa *in Pastorali*, 2. *part. glos.* 21.

Ad textum in *cap. Qualiter, & quando* 17. *hoc tit. de judiciis.*

DE materia hujus textus videre oportet ea quæ suprà diximus, *in cap.* 2. *hoc titulo.*

Ad textum in *c. Cum sit quæ*, 18. *hoc tit. de judiciis.*

DE sententia hujus textus, plura dicemus *in cap postremo* 36. *de Appellationibus.*

Ad textum in *cap. Exhibita*, 19. *hoc titulo.*

DE materia hujus textus latè dicemus *in cap.* 1. *&* 3. cum aliis, *de ordine cognitionum.*

DE FORO COMPETENTI, Tit. II.

Ad textum in cap. Si quis Clericus, 1. hoc tit. 2

SUMMARIUM.

1 *Clericus coram proprio Episcopo, & non coram alio, nisi de ejus licentia, & utriusque partis consensu.* 3
2 *Ratio assignatur.*
3 *Confusio oritur, si unicuique sua non servetur jurisdictio.*
4 *Ratione contractus, vel rei sitæ, aut delicti, Clericus conveniri potest coram alieno Episcopo.*
5 *Clericus coram proprio Prælato, etsi Episcopus non sit, conveniendus est.*
6 *Prima instantia, sive causæ cognitio, ad Episcopum spectat.* 4
7 *Archiepiscopus nullam habet jurisdictionem in subditos suffraganei, nisi per appellationem.*
Explicatur text. in cap. per singulas, el primero, & secundo, 9. quæst. 2.
8 *Archiepiscopus est Judex in* 1. *instantia de causis Episcoporum.*
Explicantur text. in cap. quia cognovimus 1. quæst. 3. & cap. Hasloralis, de appel. & cap. Romana, §. sin autem, eod. tit. in 6.
9 *Jurisdictio aliena partium consensu prorogari potest de jure Civili; secus de jure Canonico, &* num. sequent.
10 *Res qualibet de facili revertitur ad suam naturam.*
Explicatur text. in cap. ex parte 1. de appellat. lib. 6.
11 *Explicatur text.* in cap. pulsatus 2. quæst. tion. 6. & cap. cum olim, de arbitriis, & cap. si diligenti, & cap. significasti, hoc titul. & cap. Clericum, 47. 11. quæst. 1. & num. seq.
12 *Argumentum à contrario sensu non valet, si ex eo resultet absurdum. Episcopi olim Pontifices dicebantur*, ibid. 5

13 *Data*

13 *Dato impedimento Judicis delegati eligitur alius ad nutum Actoris.*

Explicantur text. in cap. cum R. 35. de officio delegat. & l. observandum, 47. ff. de judic.

14 *Explicatur text.* in cap. judices 4. 11. quæst. 1. & in cap. fin autem 5. 15. quæst. 7.

15 *Judices delegati dicuntur quiab alio mandatam habent jurisdictionem.*

Explicatur text. in cap. P. & C. de offic. deleg. ibi, & num. seq.

16 *Jurisdictio delegata an prorogari possit.*

CONCLUSIO.

1 *Clericus conveniri debet coram proprio Episcopo, & non coram alio, nisi de ejus licentia, & utriusque partis consensu.* Idem probat text. *in cap. significasti* 18. *cum aliis hoc tit. cap.* 1. *eod. tit. lib.* 6. *cap. cum causam,* 13. *de probationibus, cap. cum Episcopus,* 7. *de officio Ordinarii, lib.* 6. *cap.* 1. & 2. *cum aliis,* 9. *quæstione* 2. *cap. nullus, cap. Clericum, cap. continua,* & *per totam* 11. *quæstione* 1. Concilium Tridentinum *Sess.* 14. *cap.* 20. *l.* 1. *tit.* 9. *partit.* 1. exornat Morla *in emporio tit. de jurisdictione, quæst.* 21. *per totam,* Divus Thom. 2. 2. *quæstione* 60. *art.* 6. Navarrus *in rubrica de judicis,* §. 17. *num.* 68. Covarruvias *in practicis, cap.* 31. Anastasius Germonius *de Sacrorum immunitatibus, lib.* 3. *cap.* 5. Duarenus *ad titul. de judiciis, cap. de foro competenti,* Donellus *lib.* 17. *commentariorum, cap.* 10. plures quos refert Doctor Don Felicianus de la Vega *in commentariis ad hunc textum, num.* 10. & 15. Doctor Balboa *num.* 2. & 4.

2 Ratio decidendi apparet ex *rubro,* dum constat, quod ut judicium valeat, judicem competentem adiri necesse est, cum soli Episcopo privativè jurisdictio erga subditos à jure divino competat, ut ex litera *nostri textus* constat: siquidem singulis Prælatis terminus, & jurisdictio in eum finem fuit assignata, ut diligentius suas oves custodiret, pascat, ac gubernet, & earum rationem Domino reddat, *cap.* 1. 13. *quæst.* 1. nam aliàs con-
3 fusio magna oriretur, si unus Judex alterius jurisdictionem usurparet, juxta textum *in c. irrefragabili* 13. *de officio Ordinarii:* quæ omnia fieri non possent, nisi unicuique Episcopo sua jurisdictio conservaretur, juxta textum *in cap. pervenit* 39. 11. *quæst.* 1. *l.* 2. *C. de officio Comit. sacri Palatii.* Qua de causa in Concilio Chalcedonensi, *actione* 15. relato *in cap.* 1. *hoc titulo,* constitutum est, alienum Episcopum, alienum subditum neutiquam judicare posse.

4 Primò obstabit textus *in cap. final. infra hoc titulo,* ubi ratione contractus, vel rei sitæ, Clericus coram alieno Episcopo conveniri potest: ergo malè *in præsenti* generaliter est decisum, quod Clericus coram proprio Episcopo conveniri debet. Sed hæc difficultas ex eo excluditur, quod quamvis verum sit, quod ratione contractus delicti, seu rei sitæ Clericus coram alio quàm coram proprio Episcopo conveniri possit, ex *dicto cap. final.* Tamen principium hoc non contradicit textui nostro: siquidem sub nomine *proprii Episcopi,* non tantum includitur is, qui verus domiciliarius est; verum etiam is in cujus diœcesi res sita est, contractusvè fuerit celebratus, vel delictum commissum; nam tunc coram Episcopo illo tanquam coram competenti judice rectè conveniri poterit; ex his quæ inferiùs suis propriis locis dicemus. Neque similiter obstat textus *in cap. cæterum* 5. *de judiciis, cap. ex transmissa,* 6. *cap. verum* 7. *hoc titulo,* ubi ratione feudi Clericus coram domino feudi potius, quàm coram proprio Episcopo conveniri debet. Quia Dominus feudi, non dicitur judex alienus, vel extraneus; sed potius proprius, cum ratione feudi, quemadmodum rei sitæ, & contractus judex competens sit, ut suprà retulimus *in dict. cap. cæterum,* 5. *de judiciis.*

5 Secundò obstabit textus *in cap. cum contingat.* 13. *hoc titulo, cap. auditis* 13. *de præscriptionibus, cap. accedentibus* 12. *de excessibus Prælatorum, cap. Romana* 1. *de appellationibus, lib.* 6. *cap. cum ab Ecclesiarum, de officio Ordinarii,* ubi alii inferiores Prælati, quàm Episcopi, de Clericorum causis cognoscere possunt: ergo Clerici non tantum apud Episcopum, verum etiam apud ejus inferiorem conveniri possunt. Cui dubio reponderi posse arbitror, quod ideò *in præsenti* tantum de Episcopo mentio fuit habita, quia Episcopus ordinarius, & universalis Iudex est totius suæ Diœcesis, *cap.* 1. *de officio Ordinarii:* ac ideò propter ejus frequentem, ordinariam, & cognitam jurisdictionem, justa de causa *in præsenti* de Episcopo mentio fuit habita: sed non exinde excluduntur cæteri inferiores Prælati, qui vel ex privilegio, vel ex præscriptione jurisdictionem habent, ex juribus suprà in argumento adductis, notat Covarruvias *in cap. Ioannes, de testamentis, num.* 1. Sarmiento *lib.* 3. *Selectarum, cap.* 15.

6 Tertiò adversus textum nostrum in versic. *Sed prius apud ipsum actio ventiletur, &c.* ex quibus verbis deducunt Doctores omnes, primam instantiam, seu causæ cognitionem semper ita ad Episcopum spectare, ut nec ab Archiepiscopo, nec à Primate, nec à Metropolitano tolli possit, juxta textum *in cap. nullus* 3. 9. *quæst.* 2. in Concilio Tridentino *Sess.* 24. *cap.* 10. *cap. Pastoralis, de officio Ordinarii, cap. Romana, in principio cum suis* §§. *de appellationibus, lib.* 6. Obstabit textus *in cap. per singulas, el primero* 9. *quæst.* 3. ubi Archiepiscopo competit cura, & solicitudo in omnem suam Provinciam, & Provincia constat ex Diœcesibus suffraganeorum, ad quem quasi ad Ordinarium in prima instantia recurrendum est, *cap. per singulas, el secundo,* 9. *quæst.* 3. quod fieri non posset, nisi fateamur ad id Archiepiscopum jurisdictionem habere, juxta textum in *l.* 1. & 2. *ff. de judiciis.* Cui dubio communiter in scholis responderi solet, videlicet in illis juribus Archiepiscopum or- 7
dinarium Judicem dici in tota sua Provincia; sed hoc tantum ad generalem Provinciæ Gubernationem: at verò respectu subditorum suffraganei Episcopi, Judex extraneus dicitur; at ideò rectè dicimus de subditis suffraganei in 1. instantia non posse cognoscere: secus in 2. vel in casibus à jure expressis, de quibus mentio habetur *in cap. conquestus,* 9. *quæst.* 3. *cap. si Clericus,* 11. *quæst.* 1. *cap. fin.* 63. *distinct.* Neque prædictis obstat textus *in cap. per singulas, el primero* 9. *quæst.* 3. Quia ibi solum probatur, Episcopo debere Metropolitanum recognoscere ei reverentiam exhibendo: & dum textus affirmat, Episcopos nihil agere posse prætermisso Metropolitano; id intelligi debet, respectu earum rerum, quia pertinent ad statum communem totius Diœcesis, notat *Glossa ibidem.* Neque similiter obstat text. *in dict. cap. per singulas, el segundo,* 9. *quæst.* 3. *versic. Omnes ad eum recurrunt, &c.* quia verba illa non debent intelligi in prima, sed in secunda instantia, appellatione interposita: notat Doctor Balboa *in commentariis ad hunc text. num.* 11. & 12.

Quartò prædictis obstat textus *in cap. quia cognovimus,* 1. *quæst.* 3. ubi subditi omnes suffraganeorum suas 8
querelas ad Archiepiscopum deferre possunt: quod etiam locum habet in causis in quibus appellatio est prohibita, juxta text. *in cap. Pastoralis, in princ. de appellationib. cap. Romana,* §. *si autem eod. tit. lib.* 6. Qua in difficultate verissimè dicendum est, ideò ad Archiepiscopum, seu ejus Metropolitanum in *dict. cap. quia cognovimus,* querelam ad Archiepiscopum deferri, quia non fuit instituta adversus Episcopi subditum; sed adversus ipsum Episcopum, ex eo, quod valde Sacerdotes gravaret, imponendo eis contra immunitatem Ecclesiasticam Angaria, & alia similia tributa. Neque etiam obstat textus *in dict. cap. Pastoralis, in prin.* Quia ibi non dicitur Archiepiscopum, sine appellatione in prima instantia cognoscere posse; sed tantum, quod licet appellatio sit prohibita in rescripto; tamen poterit condemnatus appellare in omnibus casibus, in quibus appellatio indulgetur, non obstante clausula *Appellatione remota* Sic etiam intelligendus est textus *in dict. cap. Romana,* §. *sin autem, de appellationibus, lib.* 6.

notat

notat Gloſſa *verbo Mandetur, ibidem.* De qua re plura congerit Doctor Balboa *in commentariis ad hunc textum, num.* 13.

Quintò adverſus noſtrum text. verſic. *Vel certe conſilia ejuſdem, &c.* ex quo conſtat, prorogationem in extraneum Judicem fieri non poſſe, niſi conſenſus proprii Epiſcopi accedat. Obſtabit text. *in l. ſi per errorem*, 15. *l. ſi convenerit* 18. *ff. de juriſdictione omnium ju-*
9 *dicum*, ex quorum jurium deciſione conſtat, juriſdictionem cujuſlibet Judicis ſolo conſenſu partium prorogabilem eſſe. Sed in hac jurium difficultate, omiſſa controverſia Doctorum *in præſenti*, veriſſimè eſt dicendum, quod quoad alterius judicis prorogationem, diſcrimen verſari inter jus Canonicum, & Civile : nam de jure Civili, prorogatio invito proprio Judice fieri poteſt, ut in *dictis juribus* conſtat, & *in l. 1. tit. 9. part. 1.* At verò jure Canonico, abſque licentia proprii Judicis fieri non poteſt, ut *in præſenti*, & in *cap. ſignificaſti* 18. *hoc tit.* Ratio differentiæ eſt, quia Eccleſiaſtica juriſdictio privativè cuique Prælato tributa eſt, ut ſic faciliùs, & accuratiùs oves ſuas gubernet ac paſcat, & earum rationem Deo reddat; ac ideò proprii Prælati authoritas deſideratur : Quæ voluntas in judice civili non deſideratur, quia temporalis juriſdictio ab ejus origine ad populum pertinebat, & ab ipſo in Reges tranſlata eſt, *l. 2. ff. de origine juris*, & cum res de faci-
10 oli ad ſuum ſtatum revertatur, *l. ſi unus*, §. *pacta, ff. de pactis, cap. ab exordio*, 35. *diſtinctione*, juſta de cauſa, quamvis hodie juriſdictio apud Principem remaneat, poterit quilibet de populo proprium judicem deferere, & alium ſimilem eligere, juxta text. *in l. 1. & 2. ff. de judiciis, l. 1. l. privatorum, C. eodem*, notat Morla *in Emporio, titul. 2. quæſt. 21. num. 3. & 13.* Neque prædictis obſtat text. *in cap. 1. verſic. Poſt hac, de appellationibus, lib. 6.* ubi Eccleſiaſtica juriſdictio ex ſolo partium conſenſu prorogari poteſt. Quia *text.* ille procedit in prorogatione ad judicem ſupremum, hoc eſt Pontificem, qui Ordinarius totius Eccleſiæ judex dicitur, & cum omnes cauſas, abſque partium conventione, ſibi avocare poſſit; multo melius, ſi ita ex partium conventione fuerit actum, quorum voluntas neceſſaria non erat; niſi ita ex facto contigerit, argumento text. *in cap. propoſuit, de conceſſione præbendæ.*

11 Sextò obſtat text. *in cap. pulſatus 3. quæſt. 6.* ubi conſtat, quod ſi quis coram non ſuo judice fuerit pulſatus poterit ſi velit tacere, vel reſpondere : ergo fruſtra proprii Epiſcopi conſilium ad prorogationem deſideratur. Cujus text. difficultas explicata manebit, ſi dixeris Clericum ibi poſſe declinare, vel conſentire, ſuppoſitis tamen terminis habilibus, hoc eſt ſi Epiſcopi conſilium & authoritas intervenerit, quod omnino neceſſe eſt intervenire : nam aliàs prorogatio non valebit. Neque obſtat *cap. cum olim. de arbitris*, ubi conſtat quod quoties conſilium petere jubetur, illud ſequi non eſt neceſſe. Quia reſpond. facilè, quod verbum illud, *Conſilium*, in *text. noſtro*, idem ſignificat, quod præceptum : nam initio naſcentis Eccleſiæ tanta erat ejus diſciplinæ obſervatio, & obedientia erga Prælatos, quod ſufficeret conſilium dicere, ut ab ejus executione Clerici non recederent. Neque ſimiliter prædictis obſtat text. *in cap. ſi diligenti, cap. ſignificaſti, hoc tit.* Ubi Clerici neque cum conſenſu Epiſcopi poſſunt in alium Judicem conſentire, quia illa debent intelligi, quoad renunciationem fori Eccleſiaſtici in laicum Judicem conſentientes : Nos verò loquimur de Eccleſiaſtico ad alium ſimilem Eccleſiaſticum : de qua re dicemus in *d. cap. ſi diligenti, hoc tit.* Neque huic doctrinæ obſtat text. *in cap. Clericum* 47. 11. *quæſt.* 1. verſic. *Clericum nullus præſumat apud ſecularem Judicem, Epiſcopo non permittente, pulſare.* Ergo, eo permittente, poterit Cle-
12 ricus apud ſecularem Judicem conveniri. Quia dupliciter reſponderi valet, *primò*, quod argumentum à contrario ſenſu non admittitur, quoties abſurdum ſequitur, & expreſſè jus commune reſiſtit, ut in *d. c. ſi diligenti*, 18. *hoc tit.* vel aliter dici poteſt illam Epiſcopi permiſſionem non fuiſſe ſimplicem; ſed ſolemnem, & legitimam, videlicet cum Clericus fuerit incorrigibilis, & Curiæ ſeculari traditus, nam tunc ex permiſſu Epiſcopi Brachium ſeculare in ſubſidium poſtulatur, juxta text. *in cap. cum ab homine de judiciis* : ita ſimiliter eſt interpretandus text. *in cap. nullus* 2. verſic. *Sine permiſſu Pontificis*, hoc eſt *Epiſcopi* : nam olim Epiſcopi *Pontifices* appellabantur, Gloſſ. *in c. 2. hoc tit.* ſiquidem aliquando de licentia Epiſcopi Judex ſecularis Clericum diſtringere poteſt : nam verbum *diſtringere*, in proprietate ſermonis, non ſignificat *judicare*, ſed ſolum *coercere*, veluti incarcerando, vel torquendo juſſu judicis Eccleſiaſtici, argum. text. *in c. ut famæ, de ſententia excommunicationis.*

Septimò adverſus noſtrum *text. in verſ. Quos utra-*13 *que pars voluerit judicum obtinebunt, &c.* Obſtabit text. *in cap. cum R.* 35. *de officio delegati.* ubi dato impedimento quo proprius Judex de cauſa cognoſcat, alius eligendus eſt ad ſolum nutum, ſeu voluntatem Actoris, ut conſtat ex verbis *illius text.* ibi : *Judicem eligat coram quo quæſtio terminetur, &c.* Ergo perperam *in præſenti* utriuſque partis aſſenſus deſideratur. In cujus *textus* difficultate explicanda omiſſa Gloſſæ interpretatione *in præſenti*, & *dict. cap. cùm R.* verius dicendum eſt, ideo ibi ſolam Actoris voluntatem deſiderari, quia text. ille procedit, quando parti petenti delegationem ad unum judicem id indultum fuit; & cum impedimentum judicis dicatur extare, poterit Actor delegationem ipſam coram alio ex viris providis exiſtentibus in eodem loco præſentari, quæ interpretatio deducitur ex contextura illius *text.* Et cum deciſio illa ſpecialis ſit, & omnino diverſa à noſtri *text.* ſententia, nihil obſtat : nam *in præſenti* utriuſque partis conſenſu deſideratur, quia agitur quando omiſſo proprio Epiſcopo partes intendunt alterius judicis juriſdictionem prorogare. Neque prædictis obſtabit text. *in l. obſervandum*, 47. *ff. de judiciis*, ubi conſtat iniqui exempli eſſe, ut detur Judex ab altera ex partibus aſſignatus, cum ex eo magna inſurgat ſuſpicio. Quia diverſa eſt ſpecies tradita in *dict. cap. cum R.* ab ea quæ refertur in *dict. l. obſervandum* : ſiquidem ibi non conſtat, quod exequatur delegatio à judice nominatim petito contra prohibitionem, text. *in d. l. obſervandum*, ſed tantum quod reſcriptum præſentari poſſit coram uno ex dictis providis viris; & cum à Pontifice fuerint deſignati, dici non poteſt, quod ab ipſa parte nominati dicantur. Neque ſimiliter obſtabit ſi inſtes, quod in effectu electio ab ipſa parte facta cenſetur. Quia hoc non implicat : ſiquidem jam parti certa, & deſtinata perſona non aſſignatur. Neque inconveniens eſt, cum adhuc adverſæ parti remedium recuſationis extet.

Adverſus eundem verſiculum obſtabit text. *in cap.* 14 *judicis* 4. 11. *quæſt.* 1. *cap. ſi autem* 5. 15. *quæſt.* 7. ubi verſa vice ſola rei voluntas circa judicis electionem ſufficit, abſque eo quod alterius partis conſenſus interveniat, qua in difficultate omiſſa gloſſæ interpretatione *in præſenti*, & in *dict. cap. cum R.* Verius dicendum eſt, text. *in dict. cap. judices*, & ſimilia jura relata, in *Gloſ. final. in dict. cap. cum R.* intelligenda eſſe juxta noſtri textus ſententiam, & ejus mentem : nam quamvis inſinuent, Reum poſſe ſuos judices eligere : hoc debet accipi ſervatis ſervandis, hoc eſt in caſu habili, concurrente alterius partis conſenſu, vel aliàs in caſu permiſſo; ut ſuprà retulimus, notat Butrius *in præſenti*, *num.* 6.

Adverſus ultimam noſtræ concluſionis partem ob-15 ſtabit dicere; quod quibus mandata eſt juriſdictio, Judices delegati dicuntur, *cap. præterea 5. cap. ſignificaſti*, 7. & 11. *de officio delegati*, ſed quamvis utraque pars eos eligat, ejus juriſdictio non prorogatur, juxta *text. c. P. & G. de officio delegati* : ergo malè in ultima concluſionis parte generaliter contrarium admittitur. Sed in hac ſpinoſa difficultate nonnulli adeo oppreſſi extant, quod exiſtiment delegatam juriſdictionem prorogari non poſſe, quos refert Barboſa in *l. 1. art. 1. n. 206. ff.*

de

de judiciis, Morla *in Emporio titul. 2. quæst. 21. nu. 1.* Quorum opinio improbatur ab Osualdo *lib. 17. Commentariorum, cap. 10. littera D.* siquidem verius est, judicem delegatum, quemadmodum ordinarium prorogari posse. Constat primò; nam cùm delegatus exerceat delegantis jurisdictionem, & ejus vice fungatur, *l. 1. §. qui mandatam, l. 3. ff. de officio ejus cui mand. est jurisd. l. solet Prætor, ff. de jurisdictione omnium judicum*, eodem modo, sicut ille poterit inter consentientes cognoscere; ita etiam delegatus, juxta text. *in l. 1. ff. de judiciis*, in illis verbis, ibi: *qui tribunali præest, vel aliam habet jurisdictionem*, quæ verba utrumque comprehendunt, ordinarium, & delegatum Judicem. Constat etiam ex textu *in l. de quare* 74. §. 1. *ff. de judiciis, c. de causis*, 4. *cap. cum olim* 32. *de officio delegati, cap. statum*, §. *in nullo, de rescriptis, lib. 6. cap. dilecti filii* 17. *hoc titulo.* Neque obstat text. *in dict. cap. P. & G.* in illis verbis: *Cum hujusmodi prorogata jurisdictio, ad alias personas nequeat prorogari, &c.* Quia verba illa referenda sunt ad speciem, de qua specialiter ibi agitur, cum scilicet specialis causa inter certas personas fuit delegata, in qua prorogatio ad alias personas fieri non poterit: nam cùm jurisdictio illa pendeat à voluntate delegantis, & astricta sit certæ causæ, & certis personis, extra illas considerari non potest, utpotè non concessa, argument. text. *in cap. cui non de Sacerdotali* 27. *de præbendis, lib. 6.* & ita Judex privatus censebitur, ut nulli præesse possit judicio. Quare, ex regula text. *in l. privatorum 3. C. de jurisdictione*, Aquilius ex litigantium consensu judicandi potestatem non consequetur: At si universam jurisdictionem magistratus delegaverit, vel saltem certarum causarum universitatem (verbi gratia) hæreditarium; delegatus ex prorogatione rectè cognoscere poterit inter personas jurisdictioni non subjectas, juxta text. *in dict. cap. dilecti filii* 17. *hoc tit.* cum suprà traditis, notat Barbos. *in d. l. 1. art. 1. ex num.* 217. Osualdus ad Donellum *lib.* 17. *cap.* 10. *liter. D.*

Ad textum in *c. Nullus*, 2. *hoc tit. de foro competenti.*

DE materia hujus *textus* videre oportet ea, quæ *jam* suprà retulimus in *cap. 1. de judiciis, & in dicto cap. 1. hoc tit.* quæ omnia *in præsenti* sunt repetenda.

Ad text. in cap. Sanè. 3. hoc titulo, de foro competenti.

SUMMARIUM.

1 *Ratione rei sitæ sortitur quis forum.*
2 *Assignatur ratio.*
3 *Actor debet sequi forum rei*, & num. seq.
4 *Explicatur text.* in l. fin. C. ubi in rem actio.
5 *Explicatur text.* in l. unic. C. ubi de possessione agi oport.
6 *Hæreditatis petitio fieri debet, ubi domicilium habet Reus conventus.*
Explicatur l. unica, C. ubi de hæredit. agi oport.
7 *Rei vindicatio competit etiamsi res alibi sit.*

CONCLUSIO.

1 *UBI res est, de qua contenditur, sortitur quis forum.* Idem probat *textus in cap. final. hoc titulo, cap. experientiæ*, 11. *quæst. 1. l. final. C. ubi in rem actio, l. si præsidium, C. de prædiis minorum, l. final. C. de longi temporis præscriptione, l. quod legatur*, 38. *l. sed etsi*, 51. §. *fin. ff. de judiciis, l. unica, C. ubi de possessione agi oportet, l. 32. titul. 2. part.* 3. exornant Gratianus *regula* 115. Christophorus de Paz *in l. 5. Styli, n. 2.* Tuschus *tomo 4. conclus. juris, littera F, conclusione* 439. Joannes de Monte-Alegre *lib 2. praxis civilis, cap. 9. n. 317.* Antonius Faber *lib. 20. conjecturarum, c. 7. & 9.* Mynsingerus 4. *observatione* 95. Trentacinq. *lib. 2. practicarum resolutionum, resolutione 4. n. 5.* Romanus *consilio* 193. & 250. Socinus *regula* 299. Franchis *decisione* 177. cum traditis ab Authore Balboa *in præsenti*, & ab Osualdo *lib. 17. comment. cap. 17. lit. C.*

Ratio quare alibi causa agi non potest, quàm ubi 2
res, de qua contenditur, sita est, ea est quia sive de ejus possessione, vel proprietate agatur, magna utilitas ex eo litigatoribus extat, ut sic eorum sumptibus & impensis subveniatur: nam si alibi fieret, exerceri non posset nisi cum magno Actoris, & rei detrimento, cùm aliquando res ipsa exhiberi oporteat, quod nisi ea præsente fieri non posset: tum etiam, quia sive de possessione, vel proprietate agatur, ex natura judicii utrique, reo, & Actori commodum extat; cùm usucapio, vel possessio testibus comprobari debeat, quod non ab exteris, sed ab incolis loci, ubi res est, exigi debet; alias si res, de qua agitur, procul remota esset, non facile illorum copia, sed cum magno etiam sumptu haberetur. Tandem Judex, qui alibi de possessione, vel rei proprietate, quàm ubi res sita est, cognoscit, vix poterit sententiam suam tueri, & judicium illusorium redderetur: nam si secundùm Actorem judicaverit, curare debet, ut ei possessio restituatur, *l. qui restituere, ff. de rei vindicatione.* Si verò secundùm Reum sententiam dixerit, illum in possessione defendere debet: quod facilè facere non posset, si res, de qua controversia est, non fuerit in territorio suo, *l. cum unus*, §. *penult. ff. de rebus authoritate judicis possidendis*, quibus de causis, ubi res sita est, judicium disceptari debet.

Primò, obstabit text. *in l. 3. ff. de alienatione judic. cap.* 3
si Clericus laicum, cap. cum sit generale, hoc tit. ubi constat, quod Actor semper debet sequi forum rei: ergo cum Episcopus unus *in præsenti* Actor esset, non debebat sequi forum, ubi res sita est; sed forum alterius Episcopi rei, hoc est, apud ejus Archiepiscopum, tanquam Judicem superiorem. Cui dubio dicendum est, verissimum esse, Actorem rei forum sequi debere, ex *dictis juribus*, neque contrarium refert *text. noster*: quia etiam quoties reali actione agitur, forum Rei dicitur, ubi res sita est: nam tunc Actor, non Reo non permittente, velit nolit tenetur Reum convenire, ubi res sita est, cum tunc proprium rei forum appellatur; juxta text. *in l. quod legatur, ff. de judiciis*, in illis verbis: *Si autem per in rem actionem legatum petatur, etiam ibi peti debet, ubi est.* Peti debet, inquit Jurisconsultus, id est peti necesse est, notat Osualdus ad Donellum *lib.* 17. *commentar. cap.* 17. *lit. H.*

Secundò prædictis obstat text. *in l. fin. C. ubi in rem* 4
actio exerceri valeat, ubi prima *text.* parte Imperatores proponunt duo disiunctiva. *Primum*, Actorem sequi forum rei conventi, ut indicant verba illa: *Actor rei forum, sive in rem, sive in personam sit actio, sequitur*: & forum Rei dicitur, ubi domicilium habet, *in l. 2. C. de jurisdictione*: Secundò jubent Actorem actionem intentare in loco rei sitæ, ut indicant verba illa: *Sed in locis, in quibus res constitutæ sunt, &c.* Ergo in arbitrium Actoris extat Reum convenire, vel in ejus domicilio, vel in loco rei sitæ, cùm si unum fecerit legi paruisse videatur; cùm ubi duo disjunctivè jubentur, uni paruisse satis est; juxta text. *in cap. 4. de rescriptis*, cum *vulgatis.* Sed respondetur facilè, quod in *dicta l. ultima*, non jubentur duo alternativè; ita ut alterum adimplendo, fiat satis; sed duo adversativè, ut indicant verba *text.* ibi: *Sed*, quæ dictio adversativa est, & insinuat Actorem necesse habere in foro rei sitæ litigare. Vel responderi potest, cum Osualdo *dict. cap. 17. littera L.* dum asserit, quod illa vulgata regula, quod Actor sequitur forum rei, obtineri debet, etiam in realibus actionibus; sed in posteriori casu in verticulo,

Sed &, definitur an sit forum, ubi res petitur, & asserit esse, ubi res sita est: ita ut versiculus ille: *Sed &*, non sit intelligendus adversativè; sed explicativè ad intelligenda verba anteriora positus, notat Osualdus *dict. cap.* 17. *lit. L.* Cujacius *in paratit. ad titulum, Cod. ubi de hæreditate agi, &c.*

5 Tertiò prædictis obstat text. *in leg. unica, C. ubi de possessione agi oporteat*, ubi constat, quod licet actio restitutoria pro re competat, & realis sit; tamen adversus spoliatorem proponi potest extra locum, quo res sita est. Sed hujus textus difficultas explicata manebit, si attendamus textum illum procedere in actione personali, cùm actio illa principaliter in personam spoliantis dirigatur, ut ad ejus rei spoliatæ traditionem seu restitutionem compellatur; at verò *text. noster* procedit in actione merè reali, qualis est rei vindicatio, juxta *text. in l. 1. l. in rem, ff. de rei vindicatione*: Donellus *ubi sup. dict. cap.* 17. *in princip.*

6 Quartò, obstat text. *in l. unica, C. ubi de hæreditate agi oporteat*, ubi constat hæreditatis petitionem fieri debere, ubi domicilium habet is qui convenitur, vel ubi res hæreditariæ sunt, si fortè ibi Reus Conventus degit: & tamen constat hæreditatis petitionem, actionem in rem esse, juxta text. *in l. sed etsi*, §. *petitio, ff. de petitione hæreditatis*: ergo si universali petitione id observatur, similiter etiam observari debet in particulari rei petitione. Quem ut dissolvam nodum, observandum est, quod quamvis petitio universalis, & particularis in rem actio sit; tamen quoad nostri *text.* sententiam dissimiles sunt: nam actio in rem particularem, moveri debet in loco ubi res sita est, *dict. l. fin. C. ubi in rem actio*: quia singulæ res corporales locum certum habent, in quo consistunt, ubi actio etiam exerceri potest; at verò petitio hæreditatis nullum locum certum habere potest; ac ideò ibi moveri non jubetur; sed ubi Conventus domicilium habet, quia hæreditas incorporalis est, in jure consistens, *l. hæreditas, ff. de adquir. rer. dominio*, & ea quæ solo intellectu percipiuntur, nullibi sunt, *l. Mevius*, §. *duorum, ff. de leg.* 2. ideòque cum hæreditas sit res incorporalis, & nullum locum certum habeat, justa de causa non jubetur peti in loco ubi est, sed in loco ubi Conventus domicilium habet. Neque obstabit dicere, quod in petitione hæreditatis, etiam agitur de rebus corporalibus, argum. *text. in l. regulariter, l. licet, ff. de petitione hæreditatis*, quia hoc fit per consequentiam, notat Osualdus ad Donellum *d. cap.* 17. *lit. N.* Neque prædictis obstat text. *in dict. l. unica, C. ubi de hæreditate, &c.* Ubi constat hæreditatis quæstionem terminandam esse, aut ubi Reus domicilium habet, vel si ibi res sitæ sunt, quia hæc ultima adjectio solum significat hæreditatis quæstionem esse terminandam, ubi reus domicilium habet, vel eo in loco, ubi res hæreditariæ constitutæ sunt, ea adjecta conditione, si, & ibi Reus degit, hoc est si ibi domicilium habet: ita ut sensus sit, quod nunquam alibi de hæreditatis petitione agi possit, quam ubi Reus domicilium habet, notat Donellus, *ubi supra, apud finem.* Sed hæc sententia *Donel.* ex eo displicet, quia verius est etiam ibi terminari posse, ubi Reus degit si ibi res hæreditariæ sitæ sunt, etiam si ibidem domicilium hæres non habeat, juxta text. *in d.l. fin. C. ubi in rem*, ita ut illius textus sensus sit, quod in petitione hæreditatis non solum forum sit, ubi reus domicilium habet; sed etiam ubi res hæreditariæ sunt, si ibi Reus degit, de qua re plura contigerit Osualdus ad Donellum *dict. cap.* 17. *lit. N.*

7 Quintò obstat text. *in l. si res mobilis* 10. *cum sequent. ff. de rei vindicatione*, ubi rei vindicatio fieri, & proponi potest, etiam si res alibi sit: & tamen constat *nostri text.* decisionem etiam procedere in rebus mobilibus, juxta text. *in l. quod legatur, ff. de judiciis*: notat Donellus *dict. cap.* 17. versic. *Sed hoc nobis.* Sed huic dubio responderi valet, quod quamvis sit verum, quod in actione in rem, ubi res sita est, ab initio sit agendum; tamen tribus modis fieri potest, ut alibi res petatur, quam ubi est: *Primo* si ab initio de ea actum est, ubi jam erat, & pendente judicio possessio aliò transferatur: *Secundo*, si possessore consentiente alibi, de illa quam ubi est, actum fuerit, argumento text. *in l. 1. 3. de judiciis*: Tertiò si possessor dolo malo aliò transtulerit, quam ubi erat: nam tunc cum pro possessore habeatur, poterit conveniri in loco domicilii, *l. parem* 150. *& l. qui dolo, ff. de regulis juris.*

Ad textum in *cap. Si quis contra Clericum*, 4. *hoc titulo, de foro competenti.*

DE hujus *text.* sententia videre oportet ea, quæ inferius dicemus in *c. cum speciali*, 61. *de appellat.*

Ad textum in cap. si Clericus laicum, 5. hujus tit.

SUMMARIUM.

1 *Laicus coram Ecclesiastico Judice convenitur super rebus Ecclesiæ, vel Clerici, nisi ad Ecclesiam, vel Clericum pertinere negaverit.*
2 *Ratio assignatur, &* num. 3.
3 *Clerici non tantum gaudent privilegio fori quoad personas, sed etiam quoad bona, &* num. 6.
4 *Ratio ubi eadem militat, idem jus statui debet.*
5 *Per affirmationem, vel negationem non mutatur rei qualitas, vel substantia: & ibi declaratur.*
6 *Ecclesiastica & temporalis jurisdictio distinctæ sunt.*
7 *Laici detinentes, vel usurpantes res Ecclesiæ, vel Clericorum, apud Judicem Ecclesiasticum conveniendi sunt.*

CONCLUSIO.

1 *SUper rebus Ecclesiæ, vel Clerici, laicus coram Ecclesiastico judice convenitur, nisi neget probabiliter ad Clericum, vel Ecclesiam pertinere: nam tunc coram seculari conveniendus est: si contraria consuetudo non obstiterit.* Prima conclusionis pars comprobari poterit ex his, quæ suprà retulimus in *cap. 2. & 3. de judiciis.* Secunda exornari debet ex his, quæ inferius dicemus in *cap. cum sit generale*, 8. *hoc titulo.* Tertia comprobatur ex textu in *cap. cum contingat*, 13. *hoc titulo*, *cap. cuditis* 15. *de præscriptoribus*, *cap. final. de officio Archidiaconi*, *cap. irrefragabili*, *de officio Ordinarii*, *l. 1. ff. de albo scribendo*, *l. 1. in fin. ff. de emancipationibus liberorum*, illustrant Cardoso *in praxi*, verbo: *Jurisdictio, num. 6.* Valençuela *consilio 26. num. 17.* Paulus de Castro *in leg. imperium, ff. de jurisdictione omnium judicum*, cum aliis, *infrà* referendis.

Ratio primæ partis est, quia bona temporalia Ecclesiæ, vel Clerici privilegio fori Ecclesiastici gaudent: ita ut coram Ecclesiastico judice de illis laicus conveniri possit: siquidem privilegium fori non solum competit Clericis, quoad eorum personas; sed quoad bona, & quoad illa, quæ Ecclesiæ sunt, docet Glossa *in cap. fin. de vita, & honestate Clericorum*, Glossa *in cap. Episcopus* 4. *de præbendis*, in Concilio Tridentino *Sess. 21. cap. 2. de reformatione*, *dict. cap. 2. & 3. de judiciis*, Marta 2. *part. de jurisdictione*, *Centuria 1. casu* 49. *& Centuria 2. casu* 125. Suarez *lib. 4. de immunitate Ecclesiarum*, *cap. 14. num. 1.* Barbosa plures refert, *in remissionibus ad Concilium Tridentinum*, *dict. cap. 2.* Covarruvias *lib. 1. variarum, num. 3.* Gutierrez *lib.... Canonicarum quæstionum, cap. 34. n. 11. & lib. 3. practicarum, quæst. 27.* Ideoque cum in illis rebus ratione privilegii deficiat Regula, qua Actor tenetur sequi

ſequi forum rei, quia aliàs privilegium fruſtratorium redderetur, juſta de cauſa propter acceſſionem, cùm ea, quæ Religioſis adhærent, eodem privilegio gaudent, *l. quæ Religioſis, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum*: res Eccleſiæ, vel Clerici coram Eccleſiaſtico judice tractari debent.

Ratio ſecundæ partis eſt, nam cùm laicus Conventus negat rem eſſe Eccleſiæ, vel Clerici; tunc neceſſariò laicus Judex adiri debet, quia ex negatione illa, jam deficit qualitas, quæ tribuit juriſdictionem judici Eccleſiaſtico: ſiquidem negatione illa res efficitur dubia, & incerta, ex quo liquidò non apparet bona illa Eccleſiaſtica eſſe; & cùm ut temporalia habeantur, locum habebit regula illa, quòd Actor forum rei ſequatur, ac per conſequens, cum Reus *in præſenti* pulſatus laicus ſit, juſta de cauſa coram laico Judice conveniri debet.

Tertiæ partis decidendi ratio eſt, videlicet conſuetudine fieri poſſe, quod laici ſuper rebus Clericorum coram Eccleſiaſtico judice conveniantur, etiamſi neget quod ad unius, vel alterius dominium bona ſpectent; quia in jurisdictione, in qua incapacitas non impedit, ſed incompetentia tantùm, regulariter ſtandum eſt conſuetudini; cum per conſuetudinem juriſdictio adquiri poſſit, *dict. cap. cum contingat. 3. hoc tit.*

4 Primò adverſus noſtrum *text.* dum ſtatuit, tunc laicum coram ſuo Judice conveniendum eſſe, cum negat rem eſſe Eccleſiæ, vel Clerici: ratio redditur, quia Actor debet ſequi forum rei. Obſtabit dicere, quod hæc ratio æqualiter procedit caſu, in quo non adeſt negatio, cum manifeſtè conſtat Clericum, vel Eccleſiam dominium habere in re à laico detenta: ergo cùm eadem ratio militet, idem jus conſtitui debet, juxta *l. illud 32. ff. ad legem Aquiliam, l. à Titio 108. de verborum obligationibus*: ac per conſequens quamvis laicus non neget, ejus judex, non verò Eccleſiaſticus adeundus eſt. Sed hæc difficultas ex eo diſſolvitur, quia negandum eſt, æqualem eſſe rationem inter caſum quo manifeſtè conſtat, bona eſſe Eccleſiæ, vel Clerici; & inter illum in quo Reus negat: quia in primo pro bonis ipſis adeſt qualitas privilegii, ex qua juriſdictio judicis Eccleſiaſtici fundatur, ut de cauſa, etiam contra Reum laicum cognoſcat: ſecus in ſecundo, ut in ratione decidendi retulimus. Neque obſtabit
5 ſi dixeris, quod ex illa Rei affirmatione, vel negatione non mutatur actus rei qualitas, vel ſubſtantia, argumento text. *in l. aſſumpto 6. ff. ad municipalem.* Quia id intelligitur, quoties affirmatio, vel negatio eſt ſimplex, abſque ulla probabili ratione: nam tunc nihil operatur, juxta regul. text. *in l. 1. in principio, ff. ſi cui pluſquam per legem Falcidiam.* Secus verò dicendum eſt, cum negatio ſit debita cum ratione, juxta veritatis factum: nam ea qualitate concurrente, manet res dubia; & ita procedit *noſtri text.* deciſio: notat Guttierrez *lib. 3. practicarum, quæſt. 9. num. 10.*

6 Secundò obſtat text. *in cap. novit, de judiciis, c. duo ſunt, 96. diſtinct.* In quibus juribus conſtat Eccleſiaſticam, & temporalem juriſdictionem, adeò diſtinctam eſſe, ut neque laicus de Clerico, neque Eccleſiaſticus de laico cognoſcat: ergo etiamſi laicus non neget rem petitam Eccleſiæ, vel Clerici eſſe, apud ſecularem trahi debet. Cui difficultati occurritur ex eo, quia maximum extat diſcrimen inter Eccleſiaſticum, & ſecularem Judicem: nam ſecularis omnino incapax eſt, quoad Clericorum cauſas, Eccleſiaſticus verò incompetens, quoad laicorum cauſas; ſed ejus incompetentia tollitur, & competens efficitur cum adeſt juſta cauſa, qualis eſt, quæ datur cum bona Clericorum, vel Eccleſiæ ab ipſis laicis detinentur, ut in ſpecie *noſtri textus*. Secùs verò eſt dicendum, cùm laicus negat; quia tunc adhuc extat Eccleſiaſtici judicis incapacitas, ex rationibus *ſuprà* adductis. Neque obſtabit ſi inſtes, quod adhuc negatione exiſtente, Eccleſiaſticus debet de rebus illis cognoſcere, quia cùm principaliter de perſonis Eccleſiaſticis eis ei cognitio competat, conſequenter etiam de eorum rebus, tanquam acceſſoriis debet competere, arg. tex. *in cap. eos, 32. diſtinct. l. 2. C. de Epiſcopis, & Clericis, cap. de prudentia 3. de donat. inter.* Si quidem bona Eccleſiæ, & patrimonialia Clerici gaudent fori privilegio, *cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitutionibus, c. non minus, c. adverſus, de immunitate Eccleſiarum, cap. quanquam de cenſibus, lib. 6.* Quia reſpond. facilè, quod etſi ſit verum, quod cognitio judici Eccleſiaſtico competat, etiam quoad bona Clericorum, vel Eccleſiæ, tanquam illis acceſſoria, cùm apud ipſum Clericum remanent, tamen cùm à reo Convento negatur bona illa ad Clericum, vel Eccleſiam pertinere, ſed ſua eſſe probabiliter affirmat, id jam remanet ſub dubio; ac perinde habentur, ac ſi ſecularia fuiſſent; & cum privilegium Eccleſiaſticum ceſſet, juſta de cauſa eorum cognitio, negatione adhibita, ad laicum ſpectat, ut *ſuprà* in decidendi ratione retulimus.

Tertiò obſtat text. *in cap. cum ſit generale, cap. conqueſtus 18. hoc titulo, cap. ſi quis de potentibus, 24. quæſtion. 3.* ubi conſtat, quod ſi laicus rem Eccleſiæ, vel Clerici detinet, etiam nulla obſtante excuſatione, apud Eccleſiaſticum judicem de rebus illis conveniri debet. Sed hujus dubii facilis eſt ſolutio, ſi dixeris, prædicta jura procedere in diverſa ſpecie, videlicet cùm laici detinent per uſurpationem, vel ſacrilegium bona Eccleſiæ; cujus delicti cauſa eis nihil prodeſt negare, bona illa eſſe Eccleſiæ, vel Clerici; at verò *text.* noſter procedit, cum non adeſt prædicta uſurpatio; ſed cum ob aliam quamlibet causam bona ad laicum pervenerunt: notat Doctor Balboa *in commentariis ad hunc text. num. 13.* 7

Ad textum in *cap. Ex tranſmiſſa, 6. cap. verum, 7. hoc tit.*

DE horum jurium ſententiis (ſuprà diximus) in *cap. cæterum 5. de judiciis.*

Ad text. in cap. Cum ſit generale, 8. cap. Conqueſtus, 16. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Malefactores Eccleſiarum in utroque foro conveniri poſſunt.*
2 *Ratio aſſignatur.*
3 *Unius Judicis negligentia non ſufficit, ut alius de extranea juriſdictione poſſit de cauſa cognoſcere.*
4 *Data Judicis ſæcularis negligentia, devolvitur juriſdictio ad Eccleſiam.*
5 *Cognitio ſuper ſacrilegii crimine ad judicem Eccleſiaſticum pertinet privativè.*
6 *Conciliatur hic* textus *cum* cap. ſi Clericus laicum, iſto tit.

CONCLUSIO.

Malefactores Eccleſiarum in utroque foro conveniri poſſunt. Idem probat text. *in c. fin. de pœnis, lib. 6. c. ut Inquiſitionis, 18. §. prohibemus, de hæreticis, eodem, lib. 6. cap. ſunt quidam 39. 23. quæſt. 5. cap. nulli* cum *ſeqq. 12. quæſtion. 2. cap. ſunt qui opes, 17. quæſt. 4. cap. in canonibus, 16. quæſt. 1. l. placet, l. ſi quis hoc genus, 10. C. de Epiſcopis, & Cleric. l. 2. & 4. §. mandatis, l. ſacrilegi 6. & 9. ff. ad legem Juliam Peculatus, l. 10. titul. 16. part. 3. l. 7. titul. 5. lib. 1. fori*, exornant Petrus Gregorius *lib. 33. Syntagmatum, cap. 14.* Tiberius Decianus *in praxi criminali, lib. 14. cap. 14.* Oſaſcus *in Pedemontana deciſ. 103. numero 7.* Julius Clarus *lib. 5. ſententiarum, §. final. quæſt. 37.* E

Menochius *de arbitrariis*, *casu* 382. Bernard. Diaz *in praxi*, *cap.* 83. Navarrus *in Manuali*, *cap.* 17. *num.* 95. plura, & plures refert Antonius Pichardus *in manuductionibus ad praxim*, 2. *part. præcepto* 4. *nu.* 1.

2 Ratio est, quia quamvis juris regula sit, Actorem forum rei sequi debere, *dict. cap. si Clericus laicum*, *hoc tit.* Et ea attenta laici malefactores coram seculari Judice convenirí deberent; tamen quia non ita rectè Ecclesia remaneret, cùm seculares Judices in exhibenda justitia personis Ecclesiasticis essent negligentes, justa de causa in favorem Ecclesiæ introductum est, ut malefactores ipsi, qui sacrilegi sunt, à Rectoribus Ecclesiarum conveniri possent, quod ob Ecclesiæ favorem fuit introductum, ut ei commodius satisfieri possit.

Primò adversus hanc nostri *text.* decidendi rationem deductam, ex *versic. Quoniam seculares judices,* 3 *&c.* Ex quo constat, ideò Ecclesiasticum judicem contra laicos malefactores posse procedere, quia seculares Judices in exhibenda justitia pro Ecclesiis solent esse negligentes. Obstabit *text. in cap. qualiter*, *& quando* 17. *de judiciis.* Ubi unius judicis negligentia non sufficit, ut alius de extranea jurisdictione possit recognoscere. Cui dubio, ut satisfaciamus adnotare necesse est, decisionem textus in *dict. cap. qualiter*, *& quando*, procedere in judice laico incapaci, quoad cognitionem rerum, & personarum Ecclesiasticarum; at verò *textum* nostrum in judice Ecclesiastico, in quo deficiente incapacitate, sola illa Judicis laici negligentia sufficiens est, ut quamvis aliàs non esset judex legitimus, sed incompetens; legitimus, & competens deinceps, propter Ecclesiæ favorem efficiatur, juxta text. *in cap. cæterum* 5. *de judiciis*, *& cap. ex transmissa* 6. *hoc tit.*

4 Secundò, obstabit textus *in cap. licet ex suspecto* 10. *cap. ex tenore* 11. *hoc titulo.* In quibus juribus constat, quod data judicis sæcularis negligentia, poterit Ecclesia in omnibus causis procedere, etiamsi causa non sit de sacrilegio; nec merè Ecclesiastica: ergo malè *in præsenti* specialiter id est constitutum contra malefactores Ecclesiæ tantum. Pro qua difficultate dissolvenda, adnotandum est, verissimum esse data Judicis sæcularis negligentia jurisdictionem ad Ecclesiasticum judicem devolvi, *dict. cap. licet ex transmissa*, *cap. ex tenore*, *hoc tit.* Nam Ecclesia jurisdictionem, quam in habitu habet, ex justa causa poterit ad actum reducere; & justa causa dicitur, laici negligentia, ex *dictis juribus*; at verò textus noster procedit in criminibus mixti fori. In quibus antequam Judex sæcularis sit negligens, poterit Ecclesiasticus præventionis jure cognoscere, ex *textu nostro*, cum similibus suprà adductis.

5 Tertiò, solutioni obstabit text. *in l. placet*, *l. si quis hoc genus*, *C. de Episcopis*, *& Clericis*, *cap. canonibus*, 16. *quæst* 1. *cap. nulli*, *cap. quæcunque* 12. *quæst.* 2. *cap.* 1. *& per totam* 17. *quæst.* 4. In quibus juribus constat, quod etiam multo ante *nostri text.* decisionem, uterque Judex de illis criminibus ad præventionem cognoscere poterat. Sed huic difficultati resp. quod licet sacrilegii crimen olim etiam fuerit legibus civilibus punitum; cum tamen ejus cognitio, & punitio ad Ecclesiam privativè pertinuerit, *d. c. nulli*, cum similibus *suprà* adductis, & Jus Canonicum nunquam illis legibus consentiret, maximè ex defectu potestatis, nihil obstant, juxta text. *in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ*, *cap. quæ in Ecclesiarum*, *de constitut.* & hac de causa necesse fuit, ut noviter in *textu nostro* eandem jurisdictionem laicis cumulativè concederet.

6 Quartò, obstabit text. *in cap. si Clericus laicum*, *hoc titul.* Ubi constat, quod tum demum Judex sæcularis admittitur, ut cognoscat de lite, in qua convenitur laicus super re Ecclesiæ, videlicet cum negatur, quod res ipsa sit Ecclesiæ, vel Clerici: ergo cum *in præsenti* non adsit hæc negatio, sed constet rem esse Ecclesiæ, nullo modo potuit Judex sæcularis de illa cognoscere. Sed hujus dubii facilis est solutio, si dixeris *nostri textus* sententiam diversam esse ab illa, quæ refertur in *dict. cap. si Clericus* 5. Nam ibi agitur de actione civili reali; *in præsenti* verò de criminali ob maleficium, vel violentiam, vel sacrilegium in Ecclesiam committum, ut delinquentes puniantur; ac ideò cum diversa sint, nihil contrarium statuisse videtur.

Ad textum in cap. Quod Clericis, hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Causæ Clericorum secundum Jura Canonica, & non secundum consuetudines laicorum terminantur.*
2 *Ratio assignatur.*
3 *Judex Ecclesiasticus tenetur judicare secundum laicorum consuetudines inter eos receptas, cum Canonicis sanctionibus non sunt contrariæ.*
Interpretantur text. in cap. cum venissent, 3. & cap. cum dilectus, 9. de fide instrumentorum, & cap. constitutus 8. de in integrum restitutione.
4 *Clerici ac Laici unum Corpus in Rep. efficiunt.*
5 *Judex Ecclesiasticus legibus secularibus, in defectum Ecclesiasticarum judicare debet.*
6 *Domicilium non adquiritur ex sola commoratione in aliquo loco: sed spatium decem annorum desideratur.*
7 *Explicatur textus* in cap. super specula, 28. de privileg.
8 *Causæ feudales secundum feudorum consuetudines etiam inter Clericos decidendæ sunt.*

CONCLUSIO.

1 *CAusæ Clericorum secundum jura Canonica, non secundum consuetudines laicorum terminantur.* Quæ conclusio comprobari potest, ex textu *in cap. decernimus*, *cap. novit, de judicis*, cum juribus *ibidem traditis*, *cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ*, cum aliis, *de constitutionibus*, *cap. consuetudo*, 1. *distinctione*, *cap.* 1. cum ibi allegatis, *de novi operis nuntiatione*, *cap. significasti*, *cap. si diligenti*, cum aliis, *hoc titulo*, *cap. Romana* 3. §. *debet, de appellationibus*, *lib.* 6. Glossa fin. *in cap.* 2. *de delictis puerorum*, & in *cap.* 2. verb. *Lex*, *de arbitris*, *lib.* 6. *l. cum Clericis*, *C. de Episcopis*, *& Clericis*, exornat Butrius *in rubrica*, *de consuetudine*, *nu.* 3. & 12. Franchis *decision.* 283. & 411. Capicius *decisione* 98. Duennas *regul.* 183. Menochius *consil.* 93. *nu.* 29. Burgos de Paz *in leg.* 1. *Tauri*, *nu.* 611. Christophorus de Anguiano *in tractatum de legibus*, *lib.* 2. *controversiar.* 17. *n.* 101. Marta *de jurisdictione*, 4. *part. Centuria* 1. *casu* 19.

Ratio est, quia sicut laici non possunt leges condere circa Clericos, & Ecclesias, cum super illis nullam habeant jurisdictionem; sed maneat eos obsequendi necessitas, non imperandi authoritas, *dict. cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ*; ita similiter non possunt circa illos consuetudinem introducere vim legis habentem, *cap. consuetudo*, 1. *distinction.* Ne exinde videatur, quod id quod una via prohibetur, altera admittatur, *cap. tuæ*, & *ibi* Glossa *de Procuratoribus*: ideòque cum constitutiones Juris Canonici, sint leges generales Clericorum, justa de causa eorum causæ debent secundum jus Canonicum terminari, *dict. l. cum Clericis*, *C. de Episcopis*, *& Clericis.* 2

Primò, obstat text. *in cap. cum dilectus* 9. *de fide instrumentorum*, ubi cavetur, quod judex Ecclesiasticus tenetur judicare secundum laici consuetudinem inter laicos receptam. Cujus *textus* difficultas, ex eo dissolvitur, quia consuetudo illa nihil repugnat Canonicis sanctionibus; neque personis Ecclesiasticis; ideòque admittitur; cùm neque in specie *nostri textus* excludatur alia similis, sed tantum asseritur judicandum esse secun- 3

ſecundum Jus Canonicum; non verò ſecundum Conſuetudinem laicorum, quæ Juri Canonico contraria eſt: ita ſimiliter eſt interpretandus *textus in cap. cum veniſſent 3. de eo qui mittitur in poſſeſſ.* nam ideò *ibi* in foro Eccleſiaſtico admiſſa fuit terræ conſuetudo, quia nihil obſtat Juri Canonico, cum juſta & laudabilis fuerit, ut conſtat ex verbis *illius textus*, ibi: *Hoc etiam decernentes, ut conſuetudinem, quam allegat, laudabilem eſſe conſtiterit.* Similiter etiam eſt interpretandus textus *in cap. conſtitutus 8. de in integrum reſtitutione*, verſic. *Juxta municipii Parroſinenſis conſuetudinem approbatam*, &c. Ex cujus deciſione conſtat Judicem Eccleſiaſticum poſſe judicium ferre in cauſis Clericorum, ſecundum laicorum conſuetudinem: nam conſuetudo illa, ut Retractus admittatur in proximioribus conſanguineis, in re extraneis vendita, æquitatem, &
4 favorem circa omnes ipſius Reipublicæ cives utilitatem continet; neque Juri Canonico eſt contraria; ideò nihil mirum, quod ſecundum eam Clericorum cauſæ terminentur, & Retractus Clericis competat: nam Clerici quemadmodum, & laici, unum Corpus in Republica judicantur, ut ſic pariformiter gaudeant indultis in communem utilitatem ipſi Reipublicæ conceſſis, notat Menochius *conſil.* 1000. Surdus 301. *n.* 7. Alvarus Velaſcus *conſultatione centeſima, nu.* 2. Marta *de juriſdictione* 4. *part. Centuria* 1. *caſu* 30. *numero* 8. *cum ſequentibus.*

5 Secundò prædictis obſtat textus in *cap.* 1. & 2. *de novi operis nuntiatione*, *cap. ſi in adjutorium*, 1. *diſtinctione*, *cap.* 1. *de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.* In quibus juribus conſtat, judicem Eccleſiaſticum uti poſſe legibus ſecularibus, in defectum Eccleſiaſticarum conſtitutionum: ergo & ſimiliter *conſuetudine* uti poterit, cum lex, & conſuetudo pari paſſu ambulent, juxta textum *in leg. de quibus*, cum vulgatis, *ff. de legibus.* Cui difficultati occurritur ex eo, quia etſi fateamur in defectum Juris Canonici poſſe Judicem Eccleſiaſticum cauſas Clericorum judicare ſecundum legem, vel conſuetudinem laicorum à jure comprobatam; tamen ex hoc nulla oritur repugnantia: ſiquidem *ſuprà* diximus textum noſtrum accipi debere in caſu, in quo adeſt Canonica lex, juxta quam, non verò ſecundum laicorum conſuetudinem terminari debet.

6 Tertiò, adverſus noſtrum textum in verſic. *Clerici commorantes*, &c. Ex quo conſtat, quod Clerici Pariſienſes ibi ſtudiorum cauſa commorantes etiam in cauſis pecuniariis non ſubjiciuntur juriſdictioni laicorum illius loci, ſed Epiſcopi; & ſic conſtat, quod ex ſola illa ſtudiorum habitatione domicilium contrahitur, ut illius Epiſcopi forum ſortiantur. Obſtabit textus in *cap. dilecti filii* 17. verſic. *Cum ibi, & ubi domicilium habet, &c. cap. fin. hoc titul. cap. Romana*, §. *nec etiam, hoc titulo, lib. 6. l. hæres abſens, ff. de judiciis.* In quibus juribus conſtat ſolam commorationem effectum non ſortiri, ut quis domiciliarius dicatur, & in ſtudiorum commoratione expreſſè docet text. *in l. lex Cornelia*, §. *domum, ff. de injuriis*: ſiquidem ſpatium decem annorum deſideratur, *l.* 2. *Codice de incolis lib.* 10. cum ſola habitatione quis non fiat incola, *l. Libertus*, §. *ſola, ff. ad municipalem*: ergo cum in Pariſienſi Civitate ſcholaris Clericus ex ſola domicilii habitatione, illud non contraxerit, non erit cogendus ibidem reſpondere: niſi ad hoc ſui proprii Epiſcopi accedat licentia, *dict. cap.* 1. & 2. *hoc titul.* Sed hujus difficultatis nodus ex eo diſſolvitur, quia textus noſter ſpecialiter debet accipi in Clericis Pariſiis commorantibus, ut poſſent convenire, & convenire coram Epiſcopo Pariſienſi, etiam laicos, quia ibi Epiſcopus habet temporalem juriſdictionem: ſiquidem gerit vicem Comitis; ac ideò prædictorum Clericorum cauſæ, non ſecundum laicorum conſuetudinem, ſed ſecundum Canonicas ſanctiones terminari debent.

7 Quartò, prædictis obſtabit text. *in c. ſuper ſpecula* 28. *de privilegiis*, ubi extat, quod in Parriſienſi Provincia, de qua nos loquimur, ut ex ejus integra conſtat, cauſæ omnes non expediuntur ſecundum Jus Canonicum: ſiquidem ſupponit quod rarò cauſæ Eccleſiaſticæ occurrunt, quæ non valeant Canonicis ſtatutis diffiniri; & ſic inſinuat, quod ſi temporales fuerint, ſecundum leges Regni debeant terminari; & etiam quod inter Eccleſiaſticas ſunt plures, quæ aliter quàm Jure Canonico decidi poſſunt, ponderando verbum illud, *Raro*, quæ dictio, plerumque, & non ſemper ſignificat; notat Calvin. *Lexicon juris, litt. R. verb. Raro.* Sed hujus textus difficultas explicata manebit, ſi attendamus verba illa: *Et occurrunt rarò Eccleſiaſticæ cauſæ tales, quæ non poſſint ſtatutis canonicis expediri, &c.* nullatenus indicare, quod aliquando cauſæ contra Canonica Statuta terminentur; ſed ſolum quod rarò poterit caſus contingere, qui ex eiſdem ſtatutis terminari non poſſit, quaſi dixerit, quod cum Jus Canonicum adeò generale ſit, ut juxta illud quodlibet judicium expediatur, non erit opus, leges Imperatorum in illis cauſis, & præcipuè Pariſiis, exercere, tametſi enim fateamur cauſas occurrere poſſe, quæ ſecundum leges diffiniri valeant; id accipiendum eſt ſubſidiariè, in defectum Juris Canonici, non verò contra illud (ut ſuprà diximus) nam Canonico Jure deficiente, cauſa decidenda eſt, juxta Conſuetudinem loci ubi contractus eſt celebratus, *l. ſi fundus* 6. *ff. de evictionibus. l.* 3. *Cod. ædificiis privatis*: ſecus verò cum Jus Pontificium extat, ut in ſpecie noſtri textus: nam tunc laicorum Conſuetudo non admittitur.

Quintò obſtat textus in *cap. ex tranſmiſſa*, 6. *hoc tit.* 8
cap. cæterum, 5. *ne judiciis.* In quibus juribus conſtat, quod cum Clericus agit contra laicum, vel laicus contra Clericum ſuper feudo cauſa illa, non ſecundum Jus Canonicum; ſed juxta feudorum conſuetudinem decidenda eſt. Sed prædicta difficultas ex eo diſſolvitur, quia quamvis in cauſis feudalibus etiam contra Clericum, juxta conſuetudines feudorum procedi valeat; tamen ex eo non infertur, quod in illis non fiat judicium ſecundum Jus Canonicum; cum ſatis Jus ipſum obſervetur in eo, quod juxta eandem conſuetudinem cauſæ illæ decidantur, cum ab eodem Jure Canonico peculiari ratione id fuerit introductum, *dict. cap. cæterum* 5. *de judiciis.*

Ad textum in cap. Ex ſuſcepto, 10. cap. ex tenore, 11. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Ob negligentiam Judicis ſecularis in adminiſtranda juſtitia adiri poteſt judex Eccleſiaſticus.*
2 *Ratio aſſignatur.*
3 *Laicus ob negligentiam Judicis Eccleſiaſtici Judex competens eſſe non poteſt.*
4 *Metropolitano negligente in exhibenda juſtitia, extrajudicialiter ſuppleri poteſt ejus negligentia per Regem ſecularem.*
5 *Explicatur text.* in cap. 2. de Regularibus, & cap. ſi quis cum Clerico 11. quæſt. 1. authent. de Sanctiſſimis Epiſc. §. ſi quis autem.
6 *Appellatio ad proximum Judicem immediatum interponi debet.*
7 *Appellatio gradatim, & non omiſſo medio interponenda eſt, niſi reſpectu Summi Pontificis.*
8 *Judex Ordinarius, ſi recuſetur non removetur in totum, ſed ei datur adjunctus, & ibi explicatur.*

CONCLUSIO.

PRopter *negligentiam Judicis ſæcularis, ſi partibus juſtitiam facere diſtulerit, poterit adiri judex Eccleſiaſticus.* Idem probat text. *in cap. ex tranſmiſſa* 6. *cap. cum contingat* 13. *hoc titul. cap. Romana*, cum aliis *de ſuppleenda*

plenda negligentia Prælatorum, *lib.* 6. *c. Romana*, *de appellat. eodem lib. c. quia non eſt veriſimile*, *de præſumptionibus*, *c. deputati*, *de appell.* Gloſ. *verb. Pacifica*, & Gloſ. *verb. Patet*, *in c. final. de officio Archidiaconi*; *Clementina paſtoralis*, *in fin.* verſ. *Nos autem: de ſententia, & re judicata*, *Extravagans unica*, *Joannis XXII.* verſic. *Sane ſede vacante*, *l.* 1. *ff. de albo ſcribendo*, *l.* 1. *& final. Cod. de emancipationibus liberorum*, *l. ſi defunctus*, *arbitr. tut. l. cum de indebito*, *ff. de probationibus*, illuſtrant Covar. *in practicis*, *c.* 6. *n.* 1. Barboſa *in leg.* 1. *ff. ſoluto matrimonio*, *nu.* 49. Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 17. *n.* 106. Auguſtin. Barboſa *in c. paſtoralis* 1. *part. tit.* 3. *c.* 20. *nu.* 54. Roderic. de Acunna *in cap. quiſquis*, 3. 83. *diſtin.* Menoch. *de recuperanda*, *remed.* 7. *q.* 5. *& retinenda*, *remed.* 3. *num.* 356.

2 Ratio eſt, quia Judici Eccleſiaſtico, etiam temporalis poteſtas competit, inter ſeculares Judices data eorum negligentia: nam ad evitandum peccatum, Judex Eccleſiaſticus juriſdictionem, quam in habitu erga laicos habet, poterit juſta interveniente peccati cauſa ad actum reducere, *c. novit*, *de judiciis*; ac ideò cum laicus remiſſus in juſtitiæ adminiſtrationem, peccatum committat, juſta de cauſa poterit in defectum Judicis ſecularis, laicus coram Eccleſiaſtico conveniri; cùm novum non ſit, quod propter Judicis negligentiam amittatur juriſdictio notant omnes *in cap. per tuas*, *de ſententia excommunicationis*, Abbas *in cap. ex tranſmiſſa*, *hoc titulo*, *num.* 7.

3 Primò, obſtabit, dicere, quod ſi ratio ſupra adducta, eſſet vera, ſequeretur quòd ſimiliter è converſo propter judicis Eccleſiaſtici negligentiam poſſet ſecularis inter Clericos juſtitiam exercere ne pereat, ut in decidendi ratione retulimus, cum utroque in caſu de publica utilitate agatur, cui expedit ne lites differantur, & jus ſuum unicuique tribuatur, *l. properandum* 11. §. *ſin autem*, cum vulgatis *C. de judiciis*; ſed laicus Judex non poteſt Eccleſiaſtici negligentiam ſupplere: ergo nec Eccleſiaſticus ſecularis. Sed huic difficultati ut ſatisfaciamus, meminiſſe oportebit diſcrimen verſari inter Eccleſiaſticum, & ſecularem Judicem: nam ſecularis omnino eſt incapax reſpectu laicorum, qui tantum incompetens eſt; & juſta ſubſiſtente cauſa hoc eſt peccati, competens efficitur, *dict. cap. novit*, *de judiciis*, & licet juriſdictiones illæ diſtinctæ, & ſeparatæ ſint, *verum* 6. *cap. duo*, 10. *&* 11. 66. *diſtinct. cap. ſolitæ*, *de majoritate & obedientia*, tamen ex rationibus ſuprà adductis, negligentia ſecularis poterit per Eccleſiaſticum ſuppleri: non verò è converſo: ſiquidem laicos manet obſequendi neceſſitas: non verò authoritas imperandi, *c. bene quidem*, 96. *diſtinct. c. laicus*, 16. *quæſt. fin.*

4 Secundò, prædictis obſtat text. in *c. filiis*, *vel nepotibus*: 16. *q.* 7. verſ. *Si autem*. Ex cujus deciſione conſtat, quod ſi Metropolitanus fuerit negligens in exhibenda juſtitia, poterit Rex ſeù ſecularis Judex ſupplere. In cujus textus difficultate omiſſis plurimis interpretationibus, traditis à Turrecremata, *ibid.* Marta *de juriſdictione*, 2. *part. c.* 4. veriſſimè eſt dicendum, textum illum procedere non in cognitione judiciali, qualis eſt illa, quæ Regibus competit per viam violentiæ, ut ſup. diximus *in c.* 2. *de judiciis*. Neque ſolutioni obſtat text. *in cap.* 2. *de Regularibus*, ubi non tantum extra judicialiter, ſed judicialiter etiam ad Principem recurritur, quia recurſus *ibi*, non ad Principem, ſed ad Pontificem datur: nam Pontifex, *Princeps* etiam appellatur; notat Gloſſa verbo: *Ad Principem*, in *dict. cap.* 2. Neque ſimiliter
5 obſtat text. *in cap. ſi quis cum Clerico*, 11. *q.* 1. *Authentico*, *de ſanctiſſimis Epiſcopis*, §. *ſi quis autem*. Ex quibus juribus conſtat, quod ſi Epiſcopus inter Clericos noluerit litem dirimere; tunc illius cauſæ diſceptatio ad civilem Judicem devolvitur; quia text. ille eſt deſumptus ex *corpore Authenticorum titulo. Ut Clerici apud proprios Epiſcopos*, *dict. paragrapho*, *ſi quis autem*, quæ omnia jura ex defectu juriſdictionis non ligant Eccleſiaſticos, *dict. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ*.

Tertiò adverſus noſtrum textum *verſ. Liceat tamen*, 6
quatenus ibi conſtat, quod etiamſi ſecularis Judicis non detur negligentia, poterit laicus ab eo gravatus ad Epiſcopum, vel Pontificem appellare. Obſtabit principium illud quo docemur, quòd appellatio præciſè interponi debet ad proximum, & immediatum judicem ſuperiorem hoc eſt, ſi à Judice ſeculari, ad immediatum ſecularem, *l.* 1. *& per totum tit. ff. quis & à quo appelletur*. Quod adeo verum eſt, quod etiamſi temporalis juriſdictio Archiepiſcopo à Rege ſit conceſſa, ab ejus ſententia non ad Archiepiſcopum, ſed ad ipſum Regem appellandum eſt, *c. Romana* 3. §. *debet*, *de appellationibus*, *lib.* 6. Cui dubio occurritur ex eo, quod etſi fateamur jura in argumento adducta, & eorum ſententiam veriſſimam eſſe; tamen ceſſat in ſpecie *noſtri textus*; quia procedit in caſu, quo negligentia ſecularis extet, præcipuè cum vacante imperio, recto ordine Epiſcopus, vel Pontifex ſuperior dicitur: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus ibi: *Hoc præſertim tempore*, *quo vacante imperio ad Judicem ſecularem recurrere nequeunt*, *&c.*

Quartò, adverſus noſtrum textum verſic. *Ad noſtram* 7
ſi maluerint Audientiam appellare, *&c.* Ex quo conſtat poſſe partem gravatam, ad ejus libitum, ad Pontificem appellare. Obſtabit text. *in l. Imperatores* 12. *ff. de appellationibus c. dilecti* 66. *eodem tit. cap. Romana.* cum ſuis §§. *eodem tit. lib.* 6. in quibus juribus conſtat, quod appellatio gradatim, non omiſſo medio debet fieri. Quæ difficultas parum obeſt ſi dixeris, quod quamvis ſit verum, quod appellatio gradatim debeat fieri, tamen id ceſſat reſpectu Summi Pontificis, qui cum totius orbis ordinarius ſit Judex, legitimè poterit de quacunque appellatione, omiſſo medio cognoſcere, ut inferius dicemus *in c. diebus* 7. *de appellationibus*.

Quintò, adverſus noſtrum textum in verſ. *Si verò*, 8
quatenus Innocentius aſſerit, quod cum recuſatur ſecularis Judex, ad Epiſcopum, vel judicem, pro adminiſtratione juſtitiæ recurrendum eſt. Obſtabit text. *in authen. ſi vero*, *Cod. de judiciis*. Ubi habetur, quod cum Judex ordinarius recuſatur, non removetur in totum à cauſæ cognitione; ſed ei datur pro Adjuncto Archiepiſcopus, vel Epiſcopus ipſius loci, ut ſimul cum eo judicium expediat. Cui dubio veriſſimè dicendum eſt, quod *text.* noſter loquitur ſpecialiter in caſu quo concurrunt requiſita ſuprà adducta, hoc eſt, vel cum datur defectus juſtitiæ in ſeculari Judice, vel cum imperium vacat: nam aliàs obſervari debet jus commune, ut *infra* dicemus in *c. cum ſpeciali* 61. *de appel.* quæ interpretatio deducitur ex text. noſtro, *in verſ. Licet*, *in princ. & in fin.* ibi: *Sicut ſuperius eſt expreſſum*, *&c.*

Ad textum in capit. Ex tenore, 1. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Vidua laicum convenire poteſt ſuper cauſa Eccleſiaſtica*, *vel in defectum Judicis ſæcularis*, *coram judice Eccleſiaſtico.*
2 *Ratio aſſignatur.*
Privilegium ſemper intelligitur conceſſum abſque Tertii præjudicio ibi.
3 *Explicatur textus* in capit. nuper, 6. de donation. inter.
4 *Mulier an dotem exigere poſſit apud judicem Eccleſiaſticum.*
Explicatur tex. in c. in literis, 5. de pignoribus.
5 *Vidua an poſſit trahere laicum ad forum Eccleſiæ*, *&* num. 6.
Explicantur tex. in c. ex parte 15. hoc tit. & c. ſuper quibuſdam, 26. §. fin. de verbor. ſign.
6 *Explicatur text.* in cap. 1. 87. diſt.

CON-

CONCLUSIO.

1 *Vidua laicum coram judice Ecclesiastico convenire non potest, nisi super causa Ecclesiastica, vel in defectum judicis secularis.* Quæ conclusio comprobari potest ex omnibus juribus, & rationibus in *præcedenti c. adductis*, & ex text. *in cap. nuper*, 6. *de donat. inter*, *c. ex literis*, 5. *de pignoribus*, *c. ex parte*, 15. *hoc tit. c. super quibusdam*, 16. §. *fin. de verb. signific. cap.* 1. 87. *distinction. cap. causam quæ*, 7. *qui filii sint legitimi*, *cap. Regum officium*, 23. *q.* 5. *Jerem. cap.* 7. *l. malum* 242. §. *viduam*, *ff. de verb. signific. l.* 1. *C. quando Imperator inter pupillum*, *& viduam*, *l.* 20. *tit.* 23. *part.* 3. *l.* 8. *&* 9. *tit.* 3. *lib.* 4. *Recopil.* illustrant Covar. *in practicis*, *c.* 6. *num.* 2. Menoch. *de arbitrariis*, *lib.* 2. *casu* 66. Marta *de jurisdictione* 2. *part. cap.* 21. Doctor Joannes del Castillo *lib.* 3. *controversiar. cap.* 25. Franchis *decision.* 178. *num.* 8. Trentacinq. *libr. secundo*, *resolution.* 2. Schifor *tractatu quarto*, *quæstion.* 3. Osualdus ad Donellum *libro* 17. *littera X.*

2 Ratio est, quia quamvis vidua reputatur miserabilis persona, ita ut habeat fori electionem; tamen id non ita regulariter procedit, ut possit judicem Ecclesiasticum adire in casu quo negotium merè temporale, & profanum est, nec adest negligentia in judice seculari: nam aliàs privilegium illud esset damnosum adversario, ut constat ex *text. nostro* versi. *Nos igitur*, si quidem privilegium semper concessum intelligitur, absque Tertii præjudicio *l.* 2. §. *si quis à Principe*, *ff. ne quid in loco publico*, *l.* 2. *Cod. de precibus Imperat.* & cum laicorum interest, quod non extrahantur à jurisdictione seculari cui subjecti sunt, & laicus judicis etiam injuria afficiatur, *cap. novit* 13. *de judiciis*, *cap. cum sit generale*, *hoc titul.* ideò electio fori viduis non competit, licet eis subveniatur, ut omisso medio, etiam in prima instantia Principem adeant.

3 Primò obstat text. in *cap. nuper.* 6. *de donationibus inter*, ubi mulier in judicio Ecclesiastico pro petitione dotis admittitur, & tamen constat ibidem causam esse merè temporalem; neque judicem secularem negligentem in exercenda justitia fuisse. In cujus textus difficultate interim, dum alia occurrant, dicendum arbitror, quod dum textus supponit viduam posse pro illa dotis petitione judicem Ecclesiasticum adire, intelligi debet servatis servandis, & terminis habilibus suppositis: id est, concurrentibus qualitatibus *nostri text.* quod fateri omnino necesse est, ne detur jurium contrarietas, & correctio, argum. text. *in cap. cum expediat de election. lib.* 6. siquidem in omni dispositione verba quantumcunque generalia ad causas habiles reducenda sunt, *l.* 1. *C. de Sacrosanctis Ecclesiis*: nam aliàs confunderentur jurisdictio Ecclesiastica, & secularis, quod admitti non debet, notat Roland. à Valle *cons.* 59. *vol.* 4.

4 Secundò, obstat text. *ex c. ex literis* 5. *de pignoribus*, ubi mulier, cujus maritus absens est; ac ideò pro vidua reputatur, ejus dotem coram Ecclesiastico Judice exigere potest. Sed hujus dubii solutio in promptu est, & deducitur ex mente, ejusdem *text.* nam ideò ibi mulier pro dote coram Ecclesiastico judice agere poterat, quia ei nullum remedium coram judice seculari supererat, ut posset dotem recuperare; cùm à Rege Justitiario capta, & spoliata minus justè esset: ut constat *in principio textus*; siquidem bona omnia, ex quibus dotem haberet, de mandato ejusdem Justitiarii penes fratrem sui mariti, & alios extiterant, & cum non posset aliter justitiam consequi, nihil mirum, quod ad Ecclesiasticum Judicem eat, quo in casu ob defectum justitiæ Judicis secularis, temporalis jurisdictio Ecclesiastico etiam circa temporalia competit, ut constat ex text. *nostro*, & ex his quæ suprà retulimus.

5 Tertiò obstat text. *in cap. ex parte* 16. *hoc tit. cap. super quibusdam*, 26. §. *fin. de verb. signifi.* ubi expressè cavetur, quod eo ipso, mulier vidua sit, poterit trahere laicum ad Ecclesiæ forum, etiamsi causa merè temporalis sit. In quorum jurium difficultate veriùs est dicendum, ideò in illis juribus id admissum fuisse, quia vidua illa similiter oppressa, & spoliata fuerat, qua de causa rectè potuit remedium ab Ecclesiastico judice petere, ut restitutionem consequeretur; secus verò esset, si qualitas ipsa deficeret; quia tunc decisio, *nostri text.* observari deberet notat Glossa *in præsenti verbo in justitia*: nam quamvis verba tex. *in d. c.* 26. §. *fin.* generalia sint, ita quod non videantur limitari ad oppressionem; illa tamen referuntur ad alia jura similiter statuta; siquidem juxta eorum sententiam interpretari, & intelligi debet omnis commissio delegata, circa viduarum causas: notat Covarr. *in pract. cap.* 6. *num.* 1. Marta *de jurisdictione*, 2. *part. cap.* 21. *num.* 1.

Quartò obstat text. *in cap.* 1. 87. *distinct.* ubi expressè 6
cavetur, quod omnes causæ ad viduas spectantes Episcoporum judicio exequi possunt. Sed hujus dubii solutio facilis erit, si dixeris, quod dum jura illa insinuant causas viduarum exequendas esse per Episcoporum judicium, intelligi debent, non quoad jurisdictionem, de qua text. noster loquitur; sed tantum quoad protectionem, sive patrocinium, quod Ecclesia velut pia mater affectuosè præstat omnibus miserabilibus personis, in quibus viduæ comprehenduntur: notat Glossa *in præsenti*, verb. *Injustitia*: & Glossa verb. *Pauperem*, *in capit. significantibus de offic. delegati.* & de cæteris dubiis parum obstantibus videndus est Abbas *in præsenti*, *num.* 6.

Ad textum in cap. Si diligenti, 12. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Clericus non potest sibi constituere judicem laicum etiam cum juramento, & de consensu alterius partis.*
2 *Ratio assignatur.*
3 *Privilegio pro se introducto quilibet renuntiare potest.*
Explicatur ibi, text. in l. si quis in conscribendo. C. de pactis, & l. si quis in conscribendo, C. de Episcop. & Cleric. *& n.* 4.
4 *Renuntiari an possit privilegio* cap. Odoardus, de solut.
5 *Maritus renuntiare non potest privilegio ne conveniatur ultra quam facere potest.*
6 *Explicatur text.* in l. si quis creditor 30. ff. de pact. & l. quamvis 21. ff. de in jus vocand.
7 *Mater non potest renuntiare privilegio ne à filiis conveniatur ultra quam facere potest.*
8 *Explicatur tex.* in Auth. ut fine prohibitione matres, §. quia verò, collat. 7.
9 *Beneficium Senat. Consulti Velleiani mulieribus est concessum ob earum fragilitatem; an renuntiari possit? Et quid in beneficio S. C. Macedonian. & quid in Edicto Ædilitio?* numer. 10. *& in præscriptione? ibi remissivè.*
11 *Explicatur text.* in c. cum contingat, de jurejur. & c. quamvis pactum, de pact. in 6. & auth. Sacramenta puberum, C. si adversus vend.

CONCLUSIO.

Clericus non potest constituere sibi Judicem laicum, etiamsi proprium juramentum, & adversarii consensus accedat. Comprobat text. *in l.* 2. *cap. noscitur de judiciis*, cum ibi traditis: *cap.* 2. *cap. si quis contra Clericum*, 4. *cap. significasti*, cum aliis, *hoc tit. c. contingit*, 3 & 6. *de sententia excommunicationis*, *c. inclita* 42. *c. placuit* 4 & 3. 11. *quæst.* 1. *l. generaliter. authen. statuimus*, *Cod. de Episcopis, & Clericis*, *cap. gravem*, *de excessibus Prælatorum*, *cap.* 1. *hoc titul. libr.* 6. *l. nullus*, *el primero*, *y el segundo*, 30. *quæst.* 2. *l. sancimus*,

cimus, *C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, *l. ſi quis* 34. *C. de Decurionibus*, *lib.* 10. *l. vectigalia*, *C. de vectigalibus*, *l. jus publicum*, *l. juriſgentium* 7. §. *ſi paciſcar*, *ff. de pactis*, *l.* 12. *tit.* 22. *part.* 3. *l.* 57. *tit.* 6. *part.* 1. *l.* 27. *tit.* 34. *part.* 6. illuſtrant Covarr. *in cap. quamvis*, 2. *part. in princip. nu.* 3. *Anaſtaſius Germonius lib.* 3. *de ſacrorum immunitatibus*, *cap.* 15. Guttierrez *de juramento*, 1. *part. cap.* 16. *nu.* 50. Gironda *de privilegiis*, *quæſt.* 38. *num.* 227. Scaccia *de judiciis*, *lib.* 10. *cap.* 11. *n.* 33. Bonacina *de contractibus*, *diſputation.* 3. *quæſt.* 1. *puncto* 1. *n.* 1. Villalobos *in ſumma* 2. *part. tractatu* 19. *difficult.* 12. *nu.* 5. Anton. Faber. *in Rationali*, *ad text. in l. jus publicum*, *ff. de pactis*, cum traditis à D. Balboa, *in commentariis ad hunc text. quæſt.* 2. *cum ſeqq.* Oſualdo ad Donel. *lib.* 17. *cap.* 20. *litt. X. & Y.*

Ratio eſt, quia hoc privilegium ab ejus origine ab
2 ipſo Chriſto conceſſum videtur omni ſtatui Clericali, quatenus ſpecialis familia Chriſti cenſetur; & ſive ſit eadem mediatè à jure divino, ſive ſit immediatè à jure divino, mediatè à Jure Canonico; adeo perpetuum & immutabile eſt, quòd neque ab ipſis Clericis renuntiari poſſit; & ſicut inviti ad ſecularia tribunalia trahi non poſſunt, ita neque volentes, quia renuntiatio ipſa eſſet injuſta, & ſacrilega ſtatui Religioſo, & Eccleſiaſtico contraria, cum potius ob Chriſti honorem, & publicam utilitatem, quam hominum commodum ſit indultum, ne Clerici, qui divina tractant ſecularia judicia ſubeant, cum ignominia, & dedecore totius ordinis Clericalis, argum. text. *in cap.* 1. *ne Clerici*, *vel Monachi*, ideòque cum privilegium illud ſit immutabile, & ob publicam utilitatem toti Collegio Eccleſiaſtico conceſſum, nihil mirum, quod privatorum conventione renuntiari non poſſit, *dict. l. jus publicum*, *ff. de pactis.*

Primò obſtabit vulgare illud axioma quo docemur,
3 quod quilibet privilegium pro ſe introductum ad libitum renuntiare poteſt, *l. ſi quis in conſcribendo*, *C. de pactis*, *cap. ad Apoſtolicam*, *de Regularibus*, *cap. quam periculoſum*, 7. *quæſt.* 1. Sed hoc exemptionis privilegium conceſſum eſt in Clericorum favorem, *cap.* 2. *de judiciis*: ergo ab illis ad libitum renuntiari poterit, *d. l. ſi quis in conſcribendo*, ſiquidem beneficium invito non conceditur, *l. judex*, *ff. de minoribus*, *l. invito* 69. *ff. de regulis juris.* Sed huic dubio reſponderi debet; quod argumentum illud rectè procedit, ſi privilegium illud tantum fuiſſet conceſſum Clericis ut ſingulis, ob privatum eorum favorem; ſed cum in ſpecie *noſtri text.* conſtet, Clericis non fuiſſe conceſſum, ſed eorum ſtatui ob publicam utilitatem, ut in decidendi ratione diximus; nihil mirum, quod ab eis renuntiari non poſſit. Neque obſtabit ſimile, in *d. l. fin. C. de pactis*, *& in l. ſi quis in conſcribendo*, *C. de Epiſcopis & Clericis*, ubi agitur de eadem ſpecie, de qua in *textu noſtro*, & tamen Clericis permiſſum eſt privilegium illud renuntiare. Quia dupliciter reſponderi poteſt: Primò, quod jura illa procedunt non in privilegio generali toti Collegio Eccleſiaſtico conceſſo; ſed in particulari aliquibus in certa Provincia exiſtentibus, arg. text. *in c. dilecti* 17. *hoc tit.* Vel aliter dici poterit, prædictas leges Cæſareas eſſe, ac ideò reſpectu Clericorum ex defectu poteſtatis non valere, ac penitùs abrogatas eſſe per Pontificias conſtitutiones ut in ſpecie noſtri text. expreſsè cavetur: ſimiliter eſt interpretandus text. *in c. omnis*, §. *hæc ſi quis* 11. *quæſt.* 1. *l. ſi quis*, cum aliis, *C. de Epiſcopis, & Clericis*: nam licèt ibi proponatur, Imperatorem quoddam privilegium Eccleſiaſticum revocaſſe, id ſupponitur de facto, non de jure à Principe fuiſſe factum: nam cum privilegia illa nondum à Pontifice fuiſſent comprobata, ſed ſolum permiſſa: rectè per contrarium uſum, vel contrariam voluntatem ab eodem Principe mutari potuerunt.

Secundo obſtabit dicere, quod privilegium tradi-
4 tum in *cap. Odoardus*, *de ſolutionibus*, videlicet, quod Clerici conveniantur in id, quod facere poſſunt, eſt conceſſum toti Collegio Clericali propter publicam utilitatem, ne mendicare cogantur in opprobrium totius ſtatus Clericalis, ad exemplum armatæ militiæ, notat Gloſ. 2. *in l. miles*, *ff. de re judicata*, ſed miles poterit hoc privilegium renuntiare, *l. penultima*, *C. de pactis*, verſ. *Propter cingulum militiæ*: ergo ſimiliter Clericus poterit privilegium jùridictionis, & text. *d. c. Odoardus*; cum utrumque toti collegio Clericali ſit conceſſum. Sed huic difficultati ſatisfieri poterit ex rationibus *ſuprà* adductis. Neque repugnat text. *in d. l. penultima*, *C. de pactis*, quia licet ſit verum, quod miles armatæ militiæ renuntiare poſſit privilegio illi, ut non conveniatur niſi in quantum facere poſſit: non inde ſequitur, Clericum id etiam poſſe: quia ratio diſcriminis eſt; nam in privilegio militis jus publicum principaliter non attenditur, ſed ſolum in conſequentiam: At verò privilegium, *noſtri text.* & illius *cap. Odoardus*, principaliter reſpicit jus publicum; ac ideò à Clericis renuntiari non poterit.

Tertiò prædictis obſtabit dicere, quod privilegium 5
ne maritus conveniatur, niſi in id, quod facere poteſt, generaliter omnibus maritis ob publicam utilitatem, & maritalem reverentiam, & ſocietatem eſt conceſſum, *l. alia*, §. *eleganter*, *ff. ſoluto matrim.* ſed hoc privilegium renuntiari poterit, *l. ſi quis creditur*, 50. *ff. de pactis*: ergo & ſimiliter illud Clericorum. Sed prædicta difficultas ex eo diſſolvitur, quia veriſſimè eſt dicendum, maritum privilegio illi renunciare non poſſe, *d.* §. *eleganter*: nam licet privilegium illud privatam mariti utilitatem reſpiciat; tamen fundatur in reverentia mariti, tanquam Capiti debita, & renuntiatio illa ſi admitteretur, eſſet contra bonos mores, cum exinde pietas naturalis, & capitalis reverentia everteretur; ideoque tanquam bonis moribus contraria non admittitur, arg. text. *in l. pacta*: *C. de pactis*: nam juri reverentiæ nemo renuntiare poteſt, *l. fin. C. de bonis libertorum.* Neque obſtat text. *in d. l. creditor*, 6
60. quia non loquitur de ſocietate maritali, ſed de alia ſociorum: quo in caſu, cum ad ſpeciale ſocii commodum privilegium illud ſpectet, nihil mirum, quod renuntiari poſſit, arg. text. *in l. ſunt qui* 61. *ff. de re judicata.* Neque prædictis obſtat text. *in l. quamvis* 11. *ff. de in jus vocando*, ubi conſtat, quod ſi Patronus, ſine venia in jus fuerit vocatus, & ſponte compareat in judicio nulla pœna imponitur liberto: ex cujus deciſione conſtat, Patronum privilegium, quod ſibi ob naturalem reverentiam eſt conceſſum, *l.* 2. *C. de in jus vocando*, renuntiare poſſe: ergo cum eadem reverentiæ ratio in marito extet, dicendum videtur renuntiari poſſe. Quia omiſſa interpretatione, quam refert Alciatus *in d. l. fin. C. de in jus vocando*, *n.* 4. Decius *in d. l.* 2. *C. eodem*, *nu.* 10. Barboſ. *in d. l. alia*, §. *eleganter*, *ff. ſoluto matrimonio*, *n.* 18. Verius dicendum eſt, quod *in d. l. quamvis*, non probatur; quòd ſi libertus Patronum in jus ſine venia vocaverit, & poſtea pœnituerit, & actionem non remiſerit, evitat pœnam: nam etſi regulariter ſemel vocato patrono ſine venia, delictum ſit commiſſum, & poſt conſummationem delicti pœnitentia nihil profit ad evitandam pœnam, *l.* 1. §. *ſi quis rem*, *ff. depoſiti*, *l. ſi ea mente*, *ff. de furtis*, tamen hoc ſpeciale eſt in ſpecie text. *in d. l. quamvis*, ut propter pœnitentiam liberti, liberetur Patronus à moleſtiis judicis, propter quas prædicta pœna fuit impoſita, notat Bart. *in dict. l. quamvis*, *num.* 1. Alexander *in l. ubi pactum numero*, *C. de tranſaction.* Alciatus *in l. fin. num.* 4. *C. de in jus vocando*, de qua re videndus eſt Decius *in l.* 2. *C. de in jus vocando*, *num.* 10.

Quartò prædictis obſtat text. *in Authent. ut ſine pro-* 7
hibitione matres, §. *quia verò*, *collation.* 7. ubi matri permittitur renuntiare omni legum auxilio: ergo ei licet renuntiare privilegio, ne conveniatur à filiis ultra quam facere poſſit, quod ob reverentiæ rationem ei eſt indultum, *l. Patronus*, *ff. de re judicata.* Sed huic dubio reſpondetur facile, videlicet; nam cum hoc privilegium detur ob reverentiam, quam filii præſtare debent parentibus, *l. veluti*, *ff. de juſtitia, & jure*, non

poterit

poterit à matre renuntiari, argument. *text. in dict. l.*
8 *alia*, §. *eleganter*, *ff. soluto matrimonio*. Neque obstat *dict.* §. *quia vero*, *collat.* 7. quia sub illa clausula generali, *omni legum auxilio*, *&c.* non continetur privilegium reverentiæ ob publicam utilitatem indultum; notat Covarruvias *libro secundo*, *variarum*, *capit.* 1. *numer.* 3. *& in cap. quamvis*, 2. *part. in principio*, *numer.* 7. Matienço, *in l.* 10. *titul.* 3. *libr.* 5. *Compilationis*, *glos.* 1. *num.* 3. & de interpretatione *ad text. in l. ad egregias* 15. *ff. de jurejurando*, *& capit.* 2. *de judiciis*, *lib.* 6. plura dicemus *in titul. de testibus cogendis*: & pro interpretatione ad textum *in l. Medicos*, *C. de professoribus*, *lib.* 10. *& l.* 4. *titul.* 2. *lib.* 6. *Ordinamenti*, videndus est Tiraquellus *de Nobilitate*, *cap.* 20. *num.* 30. Gutierrez *de juramento*, 1. *part. cap.* 16. *num.* 12. Garcia *de nobilitate*, *glos.* 6. *in principio*, *num.* 18. Covarruvias *in dict. cap. quamvis*, 2. *part. in princip. numer.* 5. Doctor Balboa *in commentariis ad hunc text. quæst.* 8. *per totam.*

9 Quintò obstat dicere, quod beneficium Senatus Consulti Velleiani mulieribus est concessum propter publicam utilitatem, & earum fragilitatem, *leg.* 1. *& per totum tit. ff. ad Senatus Consultum Velleianum*, sed huic privilegio renuntiari potest *l. jubemus* 21. *Cod. ad Senatus Consultum Velleianum*, *dict. Authent. ut sine prohibitione*, §. *præterea igitur*, *collation.* 7. ergo similiter illud exemptionis Clericorum renuntiari poterit. Sed hæc difficultas similiter dissolvitur ex suprà traditis in decidendi ratione: nam Velleiani privilegium diversa ratione mulieribus, quàm privilegium Clericorum eisdem conceditur: nam illud specialiter propter earum favorem est concessum, secundariò tamen vertitur in publicam utilitatem: ideòque poterit ab illis renuntiari: secus hoc Clericorum, nam præcipuè, & principaliter ob publicam utilitatem toti Collegio est concessum, ut sæpè supra retulimus.

An filius familias possit renuntiare beneficio Senatus Consulti Macedoniani, videndus est Gomesius *de contractibus*, *c.* 6. *num.* 2. Mencacha *de successionum creatione*, *lib.* 3. §. 18. *num.* 51. Guttierrez *de juramento confirmatorio*, 1. *part. capit.* 43. Fachineus *lib.* 2. *controversiarum. cap.* 62. Doctor Balboa *in commentariis ad text. in cap.* 1. *hoc titul. quæst.* 5. Et similiter an valeat pactum, ne de Ædilitio
10 Edicto agi possit videndus est Antonius Faber *in Rationali ad textum dict. l. paiciſci*, *ff. de pactis*, & Cujacius *ibidem*, Bartolus *in l. quod si nolit*, §. *si quidita*, *ff. de Ædilitio Edicto*, & an præscriptioni renuntiari possit? videndus est Doctor Balboa *in dict. cap.* 1. *hoc titul. quæst.* 2. Et similiter, an pactum contra publicam utilitatem admittatur, , videndus est text. *in l. Imperatores ff. de pactis*. Cui obstat text. *in l.* 5. *Cod. de usuris*. Et similiter est videndus text. *in l. inter* 42. *ff. de pactis*: cui obstat *l. Epistola*, §. *pactum*, *ff. eodem*, & *l. si unus* 27. cum *l. jurisgentium* 7. §. 17. *ff. ejusdem titul.* Et similiter adversus decisionem text. *in dict. l. si unus* 27. §. 48. obstabit text. *in l.* 17. *in princ. ejusdem tit. & l. jus adgnationis* 34. *ejusdem tit. ff. de pactis*, videndus est etiam tex. *in l. ut jusjurandum. ff. de operis libertorum*, & tex. *in l.* 5. §. *Jul. ff. de administratione tutorum*: tex. obstat ex. *in l.* 9. *&* 10. *ff. de liberatione legata*, *l. Campanus l. Cerdonem*, *ff. de operis libertorum*, quæ omnia jura omitto, ne hoc opus fastidiosum videatur.

11 Sextò adversus ultimam nostræ conclusionis partem, quatenus asserit renunciationem illam non valere, etiam juramentum interveniat: obstabit text. *in c. cum contingat* 28. *de jurejurando*, *cap. quamvis pactum*, *de pactis lib.* 6. *auth. Sacramenta puberum*: *C. si adversus venditionem.* In quibus juribus constat, quod etiam si actus è se sit prohibitus, & invalidus; tamen juramento adhibito efficitur validus: ergo quamvis renuntiatio fori simpliciter facta non valeat, tamen adhibito juramento valere debebit. Cui difficultati occurritur ex eo, quod jura in argumento adducta procedunt, quando actus sunt prohibiti, præcipuè & principaliter ob privatam utilitatem; secundariò tamen in favorem Reipublicæ: quo in casu actus illi renuntiabiles sunt, & juramento confirmari possunt: At verò *text.* noster procedit in renuntiatione fori Ecclesiastici, quæ admitti non potest, etiam adhibito juramento; quia ob publicam utilitatem toti collegio Clericali est concessum: nam aliàs juramentum illud esset contra justitiam, & bonos mores, cùm exinde tota Ecclesiastici jurisdictio læderetur: de qua re plura dicemus in *cap. cum contingat, de jurejurando.*

Ad textum in capit. Cum contingat, hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Clerici coram suo Episcopo conveniri debent, & non coram iis quibus serviunt, nisi consuetudo, vel privilegium aliud inducat.*
2 *Ratio assignatur.*
Privatorum jurisdictio non datur ei, qui nulli præest judicio.
3 *Magistri habent jurisdictionem in suos scholares.*
Expenditur text. in auth. habita, Cod. ne filius pro patre.
4 *Explicatur text.* in c. fin. de offic. Archid.
5 *Delicta ibi punienda sunt ubi committuntur.*
6 *Jurisdictio exerceri non potest in eos, qui sunt de propria familia.*
7 *Jurisdictio consuetudine introduci potest etiam in diminutionem dignitatis.*

CONCLUSIO.

1 *CLerici coram suo Episcopo conveniri debent non coram iis quibus serviunt, nisi consuetudo, vel privilegium aliud inducat.* Idem probat text. *in cap.* 1. *de officio Ordinarii*, *c. conquerente*, 16. *c. dilectus* 18. *eodem tit. c. omnes Basilicæ*, 10. 16. *quæst.* 7. *c. cum Episcopus*, 7. *de officio Ordinarii*, *lib.* 6. *c. cum ex iniuncto* 12. *in fin. de hæreticis*, *c. Episcopus in synodo cum seqq.* 35. *quæstion.* 6. *cap. excommunicamus*, 13. §. *adjicimus*, *de hæreticis*, *c. at si Clerici*, §. *de adulteriis*, *de judiciis*, *argum. text. in l. plures* 3. *& 13. ff. de officio Præsidis. l.* 58. *&* 59. *titul.* 6. *part.* 3. & quod consuetudine jurisdictio adquiri possit, probat text. *in cap. irrefragabili* 13. §. *excessus de officio Ordinarii*, *cap. fin. de officio Archidiaconi*, *cap. auditis* 15. *de præscriptionibus*, *cap. Romana*, §. *debent autem*, *de appellationibus l.* 6. Concilium Tridentinum *Sess.* 24. *cap.* 3. *versic. Visitatores*, & *Sess.* 25. *cap.* 63. *de reformatione*, *versic. Cæteris*, *l.* 1. *ff. de albo scribendo. l.* 1. *& fin. Cod. de emancipationibus*, *l. & quia* 6. *ff. de jurisdict. omn. jud.* exornant Cardoso *in praxi*, *verb. Jurisdictio*, *n.* 6. Valen. *cons.* 26. *n.* 7. Paul. de Castro *in l. imperium* 3. *ff. de jurisdiction. num.* 7. Gregor. Lop. *in l.* 13. *tit.* 13. *part.* 2. *glos.* 4. cum aliis infrà referendis.

Ratio est, quia licet familiares sint, qui Capitulo ser- 2
viunt, non tamen exinde sequitur, quod si Capitulum non habuerit aliunde jurisdictionem, eam adquirat ob solam rationem servitii: siquidem modus ille adquirendi jurisdictionem in jure, scriptus non reperiatur, & privatorum consensu jurisdictio non detur ei, qui nulli præest judicio. *l. privatorum*, *Cod. de jurisd. omn. jud. l.* 2. *C. communia utriusque judicii*, *cap. ut nostrum*, 56. *de appellationib. cap. si hoc tempore*, *de electione*, *lib.* 6. Siquidem jurisdictio publici juris est, *l.* 1. *ff. de jurisditione omnium judic. l.* 1. *l. judex*, *ff. de judiciis*: meritò si Capitulo, neque per privilegium, vel consuetudinem jurisdictio competat, nullo modo poterit se intromittere in puniendis Clericorum excessibus, cum id spectet ad proprium Episcopum, cujus jurisdictio à jure communi ratione dignitatis semper comprobata & concessa censetur, *dict. capit.* 1. *de officio Ordinarii*, cum *supra* traditis: poterit tamen Capitulum ratione privilegii, vel consuetudinis, de personis sibi servientibus, seu de eorum excessibus

cognoscere; quia per consuetudinem, seu privilegium jurisdictio adquiri potest, *d.c. 1.c. irrefragabili*, §. *excessus de officio Ordinarii*, *c. cum persona*, *de privilegiis*, *l.* 6. cum *suprà* traditis.

3 Primò obstabit text. *in authent. habita*, *Cod. ne filius pro patre*, *versic. Hujus rei optione data scholaribus*, *quos coram Domino*, *vel Magistro suo*, *&c.* ubi constat, quod eo ipso quod quis sit alteri subjectus ratione domicilii, vel aliam ob causam, dicitur esse jurisdictionis illius, cui servit. Augetur difficultas ex text. *in cap. fin. de officio Archidiaconi*, *versicul. Ac familiæ suæ*, ubi notant DD. omnes, præcipuè Archidiaconus, & Zabarella *in praxi. 2.p. verb. Episcopus*, §. 24. Zavallos *in tractatu de cognitione per viam violentiæ*, 3. *part. quæstione* 58. *in principio*, videlicet quod laicus serviens Episcopo, etiamsi non sit domiciliarius, sed de ejus familia tantum, coram eo, & non coram laico est conveniendus: ergo etiam cessante privilegio, vel consuetudine poterunt Clerici delinquentes conveniri coram iis quibus serviunt. Sed hac difficultate non obstante, attentius re perpensa, verissimè dicendum esse judico, quod licet ob rationem servitii inducatur jus subjectionis in eos, qui serviunt; tamen ex eo non adquiritur jurisdictio judicialis, ut formaliter adversus servientes cognosci possit; sed tantum simplex potestas corrigendi, & emendandi eorum excessus. Neque obstat textus *in dict. authent. habita*, *Codice ne filius pro patre*. Quia procedit ex alia causa, quàm subjectionis, videlicet ex vi jurisdictionis: siquidem in constitutione illa, Magistris jurisdictio erga discipulos est concessa, ut habeant æqualem cum Prælato, ob studiorum favorem, ut sic eorum causæ facilius expediri valeant; quod privilegium est concessum, ne ab studiis discipuli divertantur, argument. text. *in capit. super specula 5. de Magi-*
4 *stris*. Neque obstat text. *in dict. cap. fin. de officio Archidiacon.* quia procedit in alia specie, videlicet quando ipse Episcopus jurisdictionem habet, cui ex vi servitii potestas ipsa introduci potest: textus verò noster procedit in Capitulo cujus nulla jurisdictio vivente Episcopo in eos qui serviunt extat; hodie tamen in praxi aliter observatur, videlicet laicum judicem de laico ita serviente posse cognoscere; nisi primam Tonsuram, & habitum Clericalem exerceant, notat Franciscus Suarez *in tractatu de defensione fidei Catholicæ*, *lib. 4. c. 29. n.* 10. sed expressè constat, in Concilio Tridentino *Session. 23. capit.* 6. *de reformatione*, & latè refert Zavallos *in tract. de cognition. per viam violentiæ*, 2. *part. quæst.* 58. *num. 9.*

Secundò adversus ea, quæ textus noster generaliter refert, videlicet, quod quando Clericus delinquit, omnino apud proprium Episcopum puniri debet; ac ideò excludere videtur Episcopum loci, ubi delictum
5 commissum est. Obstabit text. *in cap. fin. hoc tit. l. 3. ff. de officio Præsidis*, *l. solent 7. ff. de custodia reorum*, *l.* 2. *Cod. ubi de crimine agi oportet*, *capite placuit*, 6. *quæst.* 3. In quibus juribus constat delictum ibi puniendum, ubi commissum est. Sed huic difficultati ex eo occurritur, quia etsi in conclusione suprà adducta habeatur, quod ad proprium Episcopum Clericorum cognitio spectet, non ex eo infertur, quod punitio ipsa ad Episcopum, in cujus Diœcesi delictum sit commissum, non possit competere; quia etiam ab eo, ubi delictum commissum est, puniri potest; cum etiam competens judex dicatur, *d.c. fin. hoc tit.* Neque implicat consideratio illa, quæ *ex text. nostro*, versic. *Maximè super his*, deduci solet, quia licet ex eo nonnulli deducant, quod etsi delictum alibi committatur, proprius Episcopus adiri debeat; tamen vera illius *versiculi* interpretatio est, ut intelligatur suppositis terminis habilibus, hoc est, cum ex parte alterius Episcopi non fuerit petitum, quod sibi fiat remissio, ut de delicto ipso cognoscat: nam si petitio ita fieret tunc delinquens remittendus est Episcopo, ubi delictum fuerit commissum. Si verò petitio ab eo fuerit omissa, tunc ab Episcopo domiciliario puniendus est, cum ei subditus sit, & ordinariam jurisdictionem retineat, *dict. capit. primo de offic. Ordinarii*, cum *suprà* traditis.

Tertiò adversus nostrum text. *in vers. Nisi forte*, dum 6
statuit, quod si consuetudine, vel indulgentia, Capitulo id fuerit permissum, poterit servientes punire: Obstabit tex. *in l. qui jurisdictioni*, 10. *ff. de jurisd. omn. jud. l. unic. Cod. ne quis in sua causa.* in quibus juribus constat neminem posse adversus eos, qui sunt de propria familia jurisdictionem exercere, *c. postremo* 36. *de appell.* Ergo cum ex iis constet illam *nostri text.* consuetudinem irrationabilem, & inhonestam esse, admitti non poterat; argum. text. *in c. dilecti*, 8. 10. *& fin. de consuetudine*, *l. quod non ratione*: 39. *ff. de leg.* Sed hujus debit facilis erit interpretatio ex iis, quæ refert Gloss. *in præsenti*, verb. *Vel consuetudine*: dum asserit consuetudinem illam, videlicet ut quis adquirat jurisdictionem in causis suæ familiæ, non fuisse irrationabilem: siquidem Episcopus, si adversæ parti fuerit suspectus, rectè poterit recusari: nam si consentiret, impedimentum non est quominus jurisdictio illa exerceri possit: siquidem suspicio, quæ oritur ex familiaritate, tollitur tacito litigantium consensu, arg. *text. si quis in conscribendo* 39. *C. de Episcopis*, *& Clericis.* Neque obstabit si dixeris, quod quando causa ad ipsum Judicem spectat, tunc absque ulla juris recusatione adeo impeditus reputatur, quod nulla ei jurisdictio competat, *d. l. unica*, *C. ne quis in sua causa*, *cap.* 10. *& c.* 2. 4. *quæst.* 4. Quia id procedit, quando causa specialiter spectat ad personam ipsius Judicis, at verò *text.* noster procedit, quando ad familiares tantum, non verò ad Iudicem spectat: & tunc interim dum non intervenerit recusatio non præsumitur interdicta jurisdictio.

Quartò obstabit dicere, quod jurisdictio omnium cau- 7
sarum ratione dignitatis ad Episcopum spectat, *dict. cap. omnes Basilicæ*, 16. *quæst. 7. cap. conquerente* 6. cum aliis *de officio Ordinarii*; sed quoties consuetudo introducitur ad tollendum id, quod proprium alicujus dignitatis est, non admittitur; *l. omnes*, 33. *C. de decurionib.* ergo similiter nec *in præsenti* admitti debet. Sed hæc difficultas parum obest si dixeris, quod tunc demum consuetudo non debet admitti ad tollendum id quod proprium dignitatis est, cum absque ratione, vel causa legitima fuerit admissa: secus verò & è contra, ut constat ex eadem *l. omnes* 33. versicul. *A consuetudine temeraria*, *usurpationis obtineant*, *l. de quibus*, 32. cum vulgatis, *ff. de legibus*; At verò in specie nostri *textus* non est introducta contra rationem: siquidem servitii causa admittitur, ut constat ex juribus, & rationibus *suprà* adductis, cum ex eo non lædatur ordinaria Episcopi jurisdictio, cum unicuique locus præventioni sit: siquidem quoties speciali titulo alicui jurisdictio competit semper intelligitur, quod sit accumulativè cum ordinaria jurisdictione, *l. fin. C. de jurisdiction. omn. judicum*, *l. fin. Cod. ubi causa fiscalis*, *l.* 1. *Codice de offic. Præfecti urbis*, notat Covarruvias *in practicis*; *cap.* 4. *num.* 12. Paz *in praxi*, 2. *tomo præliud.* 1. *num.* 9. Parlad. *lib.* 2. *rerum quotidianarum*, *cap.* 1. *num.* 13.

Ad textum in cap. Postulasti, 14. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus loci, ubi delictum commissum est, punit Clericum delinquentem, etiam beneficii privatione.*
2 *Ratio assignatur.*
3 *Clericus apud judicem domicilii sui conveniendus est.*
Domicilia plura quis habere potest, & utrobique conveniri.
4 *Clerico delinquenti pœnitentia injungenda est ab eo episcopo in cujus jurisdictione commoratur.*
5 *Rei delinquentes ubicumque inventi fuerint, ibi puniri possunt*

possunt. Sed qualiter id intelligendum? ibi explicatur, & l. 1. C. ubi de crimin. agi oporteat.

6 *Explicatur text.* in l. non est, 11. §. fin. ff. de custod. reorum.

7 *Sententia unius Judicis non producit effectum, contra existentes in alieno territorio; & ibi explicatur. Falcem in messem alienam nemo immittere potest, ibi.*

8 *Executio sententiæ remittenda est ad Episcopum loci, ubi Clericus beneficium habet cum litteris requisitoriis,* & num. 9.

10 *Clausula illa,* servatis servandis, *semper debet præsupponi.*

CONCLUSIO.

1 *EPiscipus loci ubi delictum commissum est, condemnat Clericum delinquentem, & potest eum privare beneficio alibi sito; sed executio realis fieri debet ab Episcopo ipsius beneficii.* Idem probat textus *in cap. final. hoc tit. cap. 1. §. 1. de privilegiis, lib. 6. cap. placuit, 6. quæst. 3. cap. 1. de raptoribus, c. si peccaverit, 19. 2. quæst. 1. cap. si illic, 29. 23. quæst. 4. Clementina, Pastoralis, §. verum, de sententia, & re judicata, l. solent, ff. de custodia reorum, l. si cui, §. penultimo, l. fin. ff. de accusationibus, l. final. ff. de noxalibus actionibus, l. 3. ff. de officio Præsidis, l. 1. & 2. juncta Authent. quia in Provincia, ubi C. de criminibus agi oporteat, Authentico, ut nulli judicum, §. si quis vero comprehensorum, collation. 9. Authentica, si verò, C. de ad l. Juliam de adulteriis, l. 1. titul. 29. part. 7.* exornat Julius Clarus *in praxi, quæst. 38. & 39.* Tiberius Decianus *l. 4, tractatu crimina. cap. 38.* Gomesius 3. *tom. de delictis, cap. 1.* Farinacius *de Inquisitione, quæst. 7. num. 19.* Franchis *decis. 37.* Boerius *decis. 29.* Thesaurus *in Pedemontan. decis. 90. num. 2.* Fachineus *lib. 9. controversiarum, cap. 20.* Osualdus ad Donellum *lib. 17. commentariorum, cap. 16. litera C,* Covarr. *in practicis, cap. 2. & 11. n. 6.*

Ratio quare Judex, ubi delictum perpetratum est, competens quoad ejus punitionem dicitur, etiamsi Reus 2 ibi domiciliarius non sit, ea est, quia ex delicto ipso Respublica simul, & Magistratus lædituir, cum Reipublicæ expediat delicta in eo loco puniri, vel fuêre perpetrata, ut bonis, & quietis hominibus qui quodammodo pessimo facto, & exemplo læsi sunt, satisfiat, & mali à criminibus abstineant delinquentium punitione territi, *l. capitalium, §. famosos, ff. de officio Præsid.* & ne offensus impensis deterritus cogatur in alieno foro litigare: nam aliàs accusationem omitteret; Tum etiam, quia expeditior sit probatio, cum facilius reperiantur testes in loco, ubi delictum commissum est, ut scandalum cesset, & offensa Reipublicæ, Judici, & parti irrogata debito modo purgetur; & ut eorum exemplo alii se abstineant: rectè *in præsenti* est decisum, quod delicti ratione, Episcopus loci, ubi commissum est, sit competens, etiamsi alibi Reus domicilium, vel beneficium habuerit: executio tamen competit ei, ubi beneficium est situm; neque Episcopo, ubi delictum est commissum, conceditur, quia Episcoporum fines, & territoria unicuique sunt observanda, *cap. 1. 9. quæst. 2. cap. 2. de constitution. lib. 6.* & sic meritò; ne detur confusio, & discordiæ oriantur, illa executio pœnæ Episcopo domicilii seu loci in quo beneficium situm est competit, licet alibi delictum fuerit commissum.

Primò obstat text. *in cap. Sanctorum, 2. 70. distinction.* 3 ubi cavetur, quod Clericus ubi domicilium habet, adeò ibi domiciliarius est, ut nullum alium superiorem cognoscat, quàm illum cui Ecclesia ipsa subest: nam cum Clericus ad residentiam teneatur, *cap. 1. & per totum, de Clericis non residentibus*, ne residentia illa impediatur, justum videtur, ne apud Judicem, ubi delictum commissum est, sed apud proprium Episcopum domiciliarium conveniatur; argumento *text. in cap. nullus 3. de Paroch.* Sed hujus dubii facilis erit explicatio, si dixeris, quod quamvis verum sit, quod ratione beneficii, quis sortiatur domicilium, tamen non ex eo deducitur domicilium ita præcisum esse, quod excludat aliud, quod per delictum contrahitur, cum pluribus in locis domicilium exsistere possit, notat Gloss. *verbo, Domicilia, in cap. 2. de sepulturis, lib. 6.* Cum non solum ratione originis, patrimonii, contractus, beneficii; sed etiam delicti ratione, domicilium quoad punitionem adquiratur, notat Doctor Balboa plures referens *in commentariis ad textum in cap. fin. hoc tit. §. 3. num. 13.* Neque implicat beneficii residentia: quia hæc ratio tantum operari potest in eo, quod ob ejus respectum domicilium adquiratur: non verò ut exinde aliud in altero loco competens tollatur; neque residentia impedit: siquidem pro eo tempore quo de delicto agitur, etiam in ipsamet propria Ecclesia residentia haberi non possit, donec delictum per pœnæ satisfactionem fuerit purgatum.

Secundò obstat textus *in cap. 1. 16. quæst. 1.* ubi pro 4 crimine commisso pœnitentia est imponenda ab eo Prælato, in cujus jurisdictione delinquens commoratur. Cujus textus difficultatem effugies, si dixeris *textum* illum tantum accipi debere in specie, de qua loquitur, hoc est in foro conscientiæ; cum quis confitetur Sacerdoti, ut ab eo absolutionem Sacramentalem recipiat: nam tunc non attenditur locus delicti, cum deficiant considerationes suprà in ratione decidendi adductæ: nam Sacerdos vice Dei fungitur, & ubique ei jurisdictio illa competit, notat Bonacina *in tract. de Sacramentis, disput. 5. quæst. 7. punct. 2. num. 10. circa finem, Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disput. 34. num. 2.*

Tertiò, obstat text. *leg. 1. Cod. ubi de criminibus agi* 5 *oporteat*, in cujus specie docemur, quod rei delinquentes, ubicunque reperti fuerint, ibi puniri possunt. In cujus textus difficultate, omissa Osualdi interpretatione, *lib. 17. commentariorum, capit. 16. littera E.* dum asserit illud esse admissum propter publicam utilitatem, ad quam spectat ne delicta maneant impunita, *cap. ut famæ, de sententia excommunicationis, l. ita vulneratus, 51. ff. ad legem Aquiliam*, quam sequitur Doctor Balboa *in cap. final. hoc tit. §. 3. num. 156.* Verius judico criminis Reos in loco delicti, vel domicilii puniendos. Neque obstant *illius textus* verba, ibi: *Vbicunque.* Quia non sunt generaliter accipienda, ita ut ubicunque reperiantur, puniantur etiam; sed particulariter, ubicunque reperiantur domicilium habere: nam aliàs frustra cautum esset, ut in criminali causa Actor forum rei sequeretur, *l. in criminali 5. C. de jurisdictione omnium judicum*, sicque constat Reum pro delicto accusari posse in loco, ubi delictum commissum est, & domicilii, vel originis, si ibi reperiatur: nam tunc etiam ibi domicilium haberi præsumitur, notat Panormitanus *in præsenti, n. 48.*

Quartò prædictis obstat text. *in l. non est 11. §. fin. ff. de* 6 *custodia reorum*, ubi constat, quod etiam si Reus sit captus, ubi delictum commisit, remitti debet ad domiciliarium Judicem, unde Reus est. Sed hujus dubii vera interpretatio pendet ex ejusdem textus verbis, ibi: *Quod ex justa causa faciendum, &c.* Siquidem text. ille procedit quando justa remissionis causa extat, & justa dicitur cum Reus privilegiatus in foro est; nam tunc propter militiæ privilegium, petente Judice competente, ei remitti oportet, *l. solent, 7. l. de militibus, 9. ff. ejusdem tituli*, notat Osualdus ad Donellum *lib. 17. capit. 16. litera M.* & de interpretatione ad text. *in l. 4. §. Reus capitalis, ff. de re militari*, infrà dicemus *in cap. proposuisti, 19. hoc tit.*

Quintò prædictis obstabit dicere, in jure non esse 7 permissum, sententiam unius Judicis effectum producere circa res existentes in alieno territorio, *l. cum unius, 12. §. is qui, de bonis authoritat. jud. possidendis*: siquidem mandatum Judicis extra territorium non admittitur, *l. pupillus 239. §. territorium, ff. de verborum obligationibus, l. unica, C. ubi petan. tutores, vel curatores*, cum nemo falcem in messem alienam mittere pos-

sit, *c. venerabilem* 34. *in princ. de electione*; ac ideò extra territorium jus dicenti impunè non paretur, *l. fin. ff. de jurisdictione omnium judicum, cap. 2. de constitutionibus lib. 6.* ergo sententia privationis beneficii ab Episcopo *in præsenti* lata, sustineri non potuit ex eo quod beneficium extra territorium sit situm. Sed in hac difficultate, omissa Glossæ interpretatione *in præsenti*, verbo *Delinquit & in fin.* Verius responderi posse arbitror, quod quamvis ita sit, quod nullus Judex possit se intromittere in alterius jurisdictione; hoc tamen non implicat, ne Episcopus possit Clericum beneficio in alterius Diœcesi sito privare: nam cum jus ipsius beneficii cohæreat personæ Clerici delinquentis, tanquam quid accessorium ad personam, & circa ipsam delicti rationem fundata sit jurisdictio: mirum non est, personam ipsam considerari, ut extensio ad ipsum beneficium fiat, cum accessorium naturam sui principalis sequatur, *cap. accessorium* 42. *de regulis juris lib.* 6. *l. etiam* 8. *Codic. de jure dotium*, notat Abbas *in præsenti*, *num.* 7.

8 Sextò adversus secundæ conclusionis partem, quatenus in ea docemur, executionem sententiæ ad Episcopum loci, ubi beneficium situm est, remittendam esse, juxta text. *in leg. à Divo Pio*, §. *sententiam Romæ, ff. de re judicata*: Obstabit text. in *capit.* 1. *de raptoribus*, *Authentico ut nulli judicum*, §. *si quis vero comprehensorum, collation.* 9. *l.* 2. *digestis*, *de jurisdictione omnium judicum*, *capit. præterea*, 5. *cap. significasti*, 17. *de officio Delegati*, in quibus juribus constat ad judicem Rei condemnatorem ipsius sententiæ executionem spectare, ne aliàs ejus jurisdictio frustratoria reddatur, juxta textum *in capit. cum venissent*, 3. *de eo qui mittitur in possessionem*, *l. final. Cod. de judiciis.* Sed hujus dubii solutio pendet ex eo, quia quamvis fateamur Judicem delegatum suam sententiam exequi, id debet intelligi in legato Pontificis, & ita sunt interpretanda jura suprà adducta, & quatenus supponimus judices posse suam sententiam exequi, id debet intelligi suppositis terminis habilibus, hoc est casu, in quo executio ipsa facienda est intra terminos jurisdictionis, non aliàs, ne detur repugnantia, & ne Judex se intromittat in alterius territorio ex juribus, & rationibus *supra* adductis.

9 Septimò adversus eandem secundam *nostri text.* partem, quatenus supponit executionem simpliciter per judicem beneficii fieri debere, nulla facta mentione de litterarum requisitione: Obstabit text. *in l.* 1. *ff. de officio Consulis l. properandum*, 11. §. *sin autem reus*, *Codic. de judiciis*, *cap.* 1. *contrahentes*, *hoc titul. lib. sexto.* In quibus juribus constat alterius Judicis litteras desiderari, ut sententia ejus ab extraneo Judicis exequi possit. Sed hæc difficultas parum obest ex eo, quod etsi in specie *nostri text.* simpliciter sit assertum, executionem privationis beneficii ad Episcopum ipsius
10 beneficii spectare, non tamen ex eo excluditur, quod non possit fieri præcedentibus litteris requisitoriis, cum in quacunque dispositione subintelligatur clausula illa: *Servatis servandis*, juxta text. *in l.* 1. *Codic. de Sacrosanctis Ecclesiis*: quam doctrinam veriorem esse judico, etsi aliter senserit Abbas *in præsenti numer. fin.* de qua re plura congerit Antonius Pichardus omnino videndus *in manuductionibus ad praxim*, 2. *part. præcepto* 4. *n.* 39. *cum seqq.*

Ad textum in capit. Ex parte, 15. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Miserabilis persona potest laicum Interdicto*, Unde vi, *coram Judice Ecclesiastico convenire, etiamsi res sit feudalis.*

2 *Ratio assignatur.*

Interdictum, Unde vi, *habet locum cum quis à possessione fundi, vel ædium per vim dejicitur, ibid.*

3 *Actor forum rei sequi debet. Limitatur ibid. hac regula.*

4 *Dos exigi, & peti debet in domicilio viri.*

Expenditur text. in leg. exigere dotem, digestis de judiciis.

5 *Feudales causæ etiam inter Clericos apud dominum feudi tractari debent.*

6 *Delegatus judex intra duas dietas tantum cognoscere potest secundum hunc textum.*

Explicantur tex. in c. statutum, 11. §. cum verò, de rescript. lib. 6. & c. fi. §. Conservatores, de offic. deleg. eodem lib.

CONCLUSIO.

1 *Miserabilis persona potest laicum Interdicto*, Unde vi, *coram Judice Ecclesiastico convenire, etiamsi res subtracta feudalis dicatur.* Idem probat textus *incapit. super quibusdam*, 26. *in fine, de verborum significatione*, *cap.* 1. *&* 2. cum aliis, 87. *distinct. cap. Regum*, *cap. administratores*, *cap. Principes*, 23. *quæstion.* 5. *cap. viduam*, 34. *distinct. cap. si quis*, 24. *quæst.* 3. Exodi 22. Isaiæ 1. Zachariæ 7. *l.* 1. *Cod. quando Imperator inter pupillum, & viduam, l.* 5. *tit.* 3. *par.* 3. illustrant Guido Papa *quæst.* 466. Covarruvias *in practicis. c.* 6. Afflictis *decis.* 257. Fulgosius *in dict. leg. unica. Cod. quando Imperator*, Palacius Rubius *in cap. inter vestras*, *de donationibus inter*: *numer.* 12. Menochius *de arbitrariis*, *casu* 66. Vvesembecius *in rubrica*, *Cod. quando Imperator inter pupillum*, Trentacinquius *in practicis*, *lib.* 2. *resolut.* 2. *de citatione*, *num.* 26. Gaillius *lib.* 1. *observation.* 1. *num.* 42. Franchis *decis.* 178. *num.* 8. *& decision.* 194. *&* 599. Schisordexerius ad Fabrum *tractatu* 4. *quæst.* 4. Marta *de jurisdictione* 2. *part. cap.* 21. Maranta *in praxi*, 4. *part. distinction.* 9. *principali*, *num.* 194. Doctor Balboa, plures referens *in præsenti*, Osualdus *lib.* 8. *cap.* 32. *littera K. & lib.* 17. *cap.* 20. *litt. B.*

Ratio est, quia ubi agitur de iniuria, aut violentia 2
miserabilibus illata, causa, & defensio ad Ecclesiam spectat, juxta textum *in cap. si quis*, *el secundo*: 24. *quæstion.* 3. & cum Interdictum, *Vnde vi*, locum habeat, cum quis à possessione fundi, vel ædium per vim, vel injuriam dejectus est, *l.* 1. *Cod. unde vi*, §. *recuperandæ*, *Institut. de Interdictis*: ideò *in præsenti* vidua, tanquam miserabilis persona, potuit Interdicto illo adversus Nobilem etiam laicum coram Iudice Ecclesiastico uti, juxta textum in *dict. cap. super quibusdam de verborum significatione*. Quod etiam procedit si causa feudalis sit: nam licet leges feudorum generaliter tribuant jurisdictionem Domino feudi, *dict. cap. caterum* 5. *de judiciis*; tamen cum miserabiles personæ favorabiles sint, *dict. cap. defensione*, 87. *distinction.* in feudalibus legibus specialiter non sit prohibitum, ut coram Ecclesiastico Judice conveniant suos debitores: ideò admittuntur ex eo, quod etiam si de illis prohibitionis mentio fuit habita, non admitteretur, tanquam contra Ecclesiæ immunitaem.

Primò obstat text. *in cap. cum sit generale* 8. *hoc tit.* ubi 3
generalis regula traditur, quod Actor forum Rei sequi debet, at *in præsenti*, tam Regina spoliata, quam nobilis Reus spoliator, Rei sunt: ergo nobilis tanquam Reus coram laico, tanquam coram proprio judice non verò Ecclesiastico conveniri poterat. Sed prædicta regula parum obest: nam quamvis verum sit, quod Actor forum Rei sequi debeat; tamen id cessat quoties adest aliqua specialis ratio, quæ contrarium suadet, qualis est, quæ *in præsenti* concurrit, favor miserabilis personæ cùm opprimitur, & spoliatur rebus suis; præcipuè, quia non infringitur regula illa: siquidem in specie proposita laici ipsi ita de foro Ecclesiæ efficiuntur, ut in illo tanquam in proprio foro conveniantur, quemadmodum conveniri possunt in sæculari, quod admissum est ob miserationem, & favorem debitum viduis, & miserabilibus personis.

Neque

Neque obſtabit ſi dixeris, favorem illum non eſſe admittendum in damnum Tertii, ut in eadem ſpecie inter viduam, & laicum Eccleſiaſtica juriſdictio denegatur in *cap. ex tenore* 11. *hoc tit.* Quia reſponderi debet, quod in *dict. cap. ex tenore*, agitur de diverſa civili perſonali, vel reali actione: *in præſenti* verò de criminali ſpoliationis cauſa diſceptatur, ubi diſpar eſt ratio: nam cùm adverſarius Nobilis ſpoliationis delictum commiſiſſet, nulla injuria ei irrogatur, cum ſua ſponte, & voluntate propter delictum ſe ſubdidit Eccleſiaſticæ juriſdictioni, arg. *text. l. Imperatores* 34. verſic. *Ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti*, *ff. de verbor. ſignificat.* & quemadmodum ſcienti, & conſentienti nulla fit injuria, ſic & *in præſenti*, nec ea attendi debet, cum ſpolium ſponte commiſiſſet, & Regina ſpoliata vidua, & miſerabilis perſona reputetur.

Neque obſtabit ſi inſtes, quod non eſt minor ratio, ut laicus conveniatur in foro Eccleſiæ ſuper Interdicto, *Unde vi*, quàm ſuper alia actione, cum ſi à vidua conveniatur, ſemper extat miſerationis cauſa, ut utroque in caſu apud Eccleſiaſticum conveniatur, *dict. c. ſuper quibuſdam* 26. *in fin. de verb. ſignificat. d. cap.* 1. *&* 2. 87. *diſtinct.* Quia negandum eſt, eandem miſerationem eſſe in actione reali, vel perſonali, quæ extat in Interdicto, *Unde vi*: nam in hoc notoria miſerationis cauſa eſt, cum ſtatim quod ſpolatio ipſa viduæ fit, maxima ei irrogatur injuria, ac ideo tanquam oppreſſæ, & miſerabili, judicio Eccleſiaſtico ei ſuccurritur, ex rationibus *ſuprà* adductis, quæ ratio in cæteris actionibus ceſſat, cùm à principio non conſtet de injuria, neque de injuſta oppreſſione Rei conventi, quæ omnia in ſpoliatione extant.

4 Secundò obſtat text. *in l. eligere dotem*, 85. *ff. de judiciis*, ubi conſtat, quod dos exigi, & peti debet in domicilio detentoris; ſed *in præſenti* Regina Angliæ agit de dotis exactione, ut ex litera conſtat: ergo nullo modo pro exactione illa adire potuit Eccleſiaſticum judicem. Qua in difficultate dicendum eſt, textum in *dict. l. exigere dotem*, procedere, quando dos ipſa à principio civiliter petitur, quo in caſu vidua, etiam forum rei ſequi debet: ſecus verò, quando agit de dote criminaliter in vim ſpoliationis: nam tunc laicus de Interdicto illo coram Eccleſiaſtico conveniri poterit, præſertim cum *in præſenti* agatur de dotalitio: non verò de dote, ut in *dict. l. exigere*, de qua re videndus eſt Anton. Faber, *in rationali ad text. in d. l. exigere* 65. *ff. de judiciis.*

5 Tertiò adverſus ſecundam noſtri textus partem quatenus aſſerit, quod etiamſi dotalitia res feudalis fuerit, poterit vidua Eccleſiaſticum judicem adire. Obſtabit text. *in cap. cæterum* 5. *de judiciis*, *cap. ex tranſmiſſa* 6. *cap. verum* 7. *hoc tit.* in quibus juribus conſtat, quod ſi cauſa feudalis fuerit, etiam inter Clericos nullus alius, quàm feudalis Dominus judex erit. Cui difficultati reſpondit Gloſ. *in præſenti*, verb. *Exceptionibus aliis*, ſcilicet dum affirmat, jura in argumento adducta procedere, quando quæſtio feudi eſt in petitorio judicio: nam tunc etiamſi vidua agat, debet petere coram Domino feudi: ſecus verò cum de poſſeſſorio ſpolii judicio agitur, ut *in præſenti*: nam tunc coram Eccleſiaſtico judice poterit agere: quæ interpretatio deducitur ex *textu noſtro*, ibi: *Non obſtantibus exceptionibus aliis, quæ in petitorio potius, quàm in poſſeſſorio (quod Regina contra eundem nobilem intentabat) locum habere videntur.* Ratio differentiæ eſt, nam quando tantum agitur de judicio poſſeſſorio ſpolii, extraordinariè reſtitutio conceditur, omiſſis feudalibus, in tantum ut Ius commune obſervetur, & ſpoliatus ante omnia reſtituatur, *cap. in literis*, cum aliis, *de reſtitutione ſpoliatorum*: præcipuè *in præſenti*, cum ſpoliata miſerabilis perſona eſſet, cui Eccleſia ſuccurrit, ex rationibus *ſupra* adductis, legibus feudalibus comprehendi non poterit, notat Abbas, Butrius, & D. Balboa *in præſenti, num.* 1.

Quartò adverſus *noſtrum text.* verſ. *Et ipſam diœceſim, ultra duas dietas, &c.* Ex quo conſtat delegatum in cauſa ſibi commiſſa poſſe intra duas dietas procedere, 6
juxta text. *in cap. nulli*, 28. cum vulgatis, *de reſcriptis.* Obſtabit text. *in cap. ſtatutum*, 11. §. *cum verò*, *verſic. Nullus*, *de reſcriptis lib.* 6. *cap. fin.* §. *Conſervatores*, *de officio Delegati*, *eodem lib.* 6. in quibus juribus conſtat, unicam tantum dietam delegato Iudici competere. Sed huic dubio dicendum eſt, textum noſtrum, & textum in *dict. cap. nulli*, procedere de jure antiquo, & ſic jura illa correcta cenſeri, per textum *in dict. cap. ſtatutum*, §. *cum vero*, *& dict. cap. final.* Et ita ſenſit Abbas *in præſenti à num.* 10. Cardinalis Zabarella *conſ.* 71. *in princip.*

Ad textum in *cap. Conqueſtus*, 16. *hoc tit.*

DE hujus textus materia ſuprà diximus in *cap. ſi diligenti*, 12. *hoc tit.*

Ad textum in cap. Dilecti filii, 17. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Privilegiatus ut non teneatur reſpondere, niſi in certo loco; ſi in alio reſpondere, vel ſolvere promittat, ibi poterit conveniri, vel ubi domicilium habet.*

2 *Ratio aſſignatur.*
Promittens certo loco ſolvere, ibi contraxiſſe cenſetur.
Domicilium, præcipua juriſdictionis cauſa dicitur.

3 *Clericus ſuo arbitrio non poteſt ſui judicis juriſdictionem declinare.*

4 *Tacitum non debet plus operari quàm expreſſum.*
Privilegium alicui communitati conceſſum, irrenuntiabile eſt.

5 *Expenditur text.* in l. ſi convenerit, ff. de juriſdict. omn. jud.

6 *Delegata juriſdictio ultra res, vel perſonas in Reſcripto contentas extendi non poteſt.*

7 *Explicatur textus* in l. exigere dotem, 56. ff. de judic.

8 *Contrahentes conveniri non poſſunt in loco contractus, niſi ibi inveniantur.*
Explicatur text. in cap. 1. §. contrahentes. de foro compet. lib. 6.

9 *Contractus & diſtractus ejuſdem juris ſunt.*
Explicatur text. in l. contract. §. in omni, C. de non num. pecun. l. 2. C. ubi & apud quem. *ibid.*

10 *Forum ſortitur quis non tantum ratione contractus, ſed etiam quaſi contractus.*
Hæres conveniri debet, ubi defunctus debuit, vel contraxit, & num. ſeqq.

11 *Hæres ubi à fideicommiſſariis, vel legatariis conveniri poteſt,* & num. ſeqq.

12 *Domicilium ex habitatione, & animo adquiritur.*
Explicatur text. in l. 2. C. de juriſdict. omn. judic. *ibid.*

13 *Explicatur text.* in l. hæres abſens, 19. in princ. ff. de judic.

14 *Explicatur text.* in d. l. hæres abſens, §. fin.

15 *Explicatur text.* in l. ſi is qui Romæ 34. ff. de judic.

16 *Judicium compromiſſarium cum defuncto cœptum ad hæredem non tranſit.*

CONCLUSIO.

1 PRivilegiatus, *ut non teneatur respondere, nisi in certo loco, si in alio respondere, vel solvere promisit, ibi poterit conveniri, & etiam ubi domicilium habet.* Prima conclusionis pars comprobatur, *ex* text. *in cap. fin. hoc tit. cap.* 1. §. *neque etiam, eodem tit. lib.* 6. *l.* 3. *ff. de bonis authoritate judicis possidendis, l. quæro* 100. *ff. de solut. l.* 1. *ff. de eo quod certo loco, l. contraxisse*, 20. *ff. de action. & obligat. l. Titium* 47. §. *tutor rerum, ff. de administr. tutor. l. argentarium* 45. *ff. de jud. l.* 1. *Cod. ubi conven. deb. qui certo loco dare promisit, l.* 8. *tit.* 9. *part.* 1. *l.* 32. *tit.* 2. *part.* 3. *l.* 1. *& tit.* 16. *lib.* 8. *Recop. l.* 20. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* exornant Covarr. *in practicis, cap.* 10. *num.* 5. Barbos. *in commentariis ad text. in l. hæres absens* 19. §. *fin. ff. de judiciis*, Guttierrez *de juram.* 3. *part. cap.* 16. *n.* 4. Idem *in quæstionibus Canonicis, cap.* 34. *num.* 9. Antonius Pichardus *in manuductionibus ad praxim,* 2. *part. præcepto* 4. *num.* 3. 39. *&* 40.

Secunda verò conclusionis pars, videlicet quòd reus habens privilegium, ut certo loco conveniatur, conveniri etiam possit in loco domicilij, comprobari potest ex text. *in d. c. fin. hoc tit. cap. penultimo, de temporibus ordinat. lib.* 6. *l.* 2. *ff. de bonis authoritate judicis possidendis, l. incola* 29. *ff. ad municipalem, l. hæres absens* 19. §. 1. *& fin. l. fideicommissum* 50. §. *ultimo, ff. judiciis, l.* 1. *C. de municipibus, & originariis, lib.* 10. *l.* 2. *C. de jurisdict. omn. judic. Clemen. Pastoralis*, versic. *Denique, de re judicata, Glos.* verbo. *Si alterius, in c. ut dominicis, de Parochis*, Glos. *in cap. is qui, de sepulturis, l. b.* 6. *l. sola domus, l. domicilium, l. libertus.* §. *sola, ff. ad municipalem*, exornant Barbos. *in d. l. hæres absens*, §. *proinde, & final. ff. de judiciis*, Duarenus *ad titulum, de judiciis, cap. de foro competenti*, Menochius *lib.* 6. *de præsumptionib. præsumption.* 42. *num.* 5. Tiraq. *de retract.* § 9. *glos.* 2. *num.* 21. *& seqq.* Gaillius *lib.* 2. *observationum, observat.* 36. *num* 11. Cuiacius *lib.* 14. *observationum, cap.* 14. *& lib.* 24. *cap.* 33. Osuald. *lib.* 17. *commentarior. cap.* 12. *littera A. & B. plures quos refert* D. Balboa *in c. fin. hoc tit.* §. 1. *num.* 58.

2 Ratio primæ partis conclusionis est, quia cum quis certo loco solvere promisit, ibidem etiam contraxisse videtur, *d. l.* 3. *de bonis authoritate judicis possid. l. contraxisse*, 20. *ff. de actionibus, & obligationibus* : nam tunc domicilii foro renunciasse videtur, notat Covarr. *in practicis, cap.* 10. *num.* 5. Guttierrez *de juramento,* 3. *part. cap.* 16. *num.* 4. & quamvis ratione domicilii, vel contractus quis possit conveniri, vel ubi domicilium habet, *dict. cap. fin.* cum suprà traditis; tamen quando solutio in alium locum destinata est, ibi tantum, non ubi contractus fuit celebratus, nec ubi domicilium habet, conveniendus est, *dict. l.* 3. *ff. de bonis authoritate judicis, l. quæro* 100. *ff. de solutionibus*, & ratione contractus quis convenitur, ubi contraxit. Tum quia ex contractu tacitè fit, ut ubi obligatio est celebrata, ibi etiam dissolvatur, *l. argentarium*, 45. §. 1. *ff. de judiciis*, cum natura ipsius obligationis sit, ut eodem modo quo fuit contracta, eodem etiam dissolvatur, *l. nihil tam naturale* 35. *ff. de regulis juris.* Tum etiam, quia iis in locis, in quibus negotia gesta sunt, facilius probationes possunt inveniri, & veriora documenta præstari, *l. ultima, in fin. C. ubi de ratiociniis, tam publicis, quàm privatis*, Barbos. *in dict. l. hæres absens*, §. 1. Cujacius *lib.* 11. *observationum, cap.* 14. Ratio enim quare quis ubi domicilium habet conveniri potest, etiam si privilegium habeat ut certo loco conveniatur, ea est, quia domicilium præcipuè jurisdictionis causa dicitur, cum naturalis, & potentior ille forus alio quocunque dicatur : siquidem unusquisque ejus territorij Judici suppositus est, in quo domicilium habet : *dict. l. hæres absens*, §. 1. *& final. dict. l. si fideicommissum*, 50. §. *ultimo, ff. de judiciis* : nam ut territorium ipsum, sic & omnes qui ex territorio sunt, ei subiiciuntur, *l. papil.* 239. §. *territorium, ff. de verbor. signification.* Barbos. *in dict.* §. *fin. num.* 32. Donel. *dict. cap.* 12. nam etsi regulariter in foro contractus, vel solutionis destinatæ, necesse sit, quod ibi respondeat; tamen id non observatur in domicilii foro : siquidem in eo conveniri potest, & si alibi existat; notat Paulus de Castro *in d. l. hæres absens, ff. de judic.*

Primò obstabit text. *in cap. significasti* 18. ubi con- 3
stat Clericum suo arbitrio non posse judicis jurisdictionem declinare: idem docet text. *in l.* 12. *tit.* 12. *part.* 3. ergo quamvis Clericus promittat debitam quantitatem certo in loco solvere, ex eo non poterit ibidem conveniri, cum illa judicis prorogatio Clericis prohibita sit. Cui dubio verissimè est dicendum, quod quamvis certum sit, Clericum alterius, quàm proprij Episcopi non posse jurisdictionem prorogare; tamen id locum habet, quando expresse pacto explicito est factum : secus verò cum implicitè justa subsistente causa, ob publicam utilitatem jurisdictio illa prorogatur, ut facilius commercia, & contractus inter omnes celebrentur, ut considerat Pontifex *in præsenti*: præcipuè cum jurisdictio illa ab ipsa lege sit inventa ex rationibus *suprà* adductis : & ideò ratione contractus, non pendet à litigantium voluntate; sed à lege ipsa, cùm adversus invitos ratione contractus exerceri possit : quod in prorogandà jurisdictione locum non habet : siquidem ex litigantium consensu extendatur, *l. si convenerit, ff. de jurisdict. omn. jud.*

Neque obstabit si dixeris, quod neque per pactum 4
tacitum id fieri potest, cum major virtus taciti, quàm expressi, non possit esse; *l. qui ad certum*, 5. *ff. locati.* Quia regula ila cessat, quando circa actum tacitum contingit aliquod juris fomentum, quod deficit in expresso. Nam tunc tacitus ut *in præsenti* majorem vim habere præsumitur, quàm expressus : notat Panormit. *in præsenti num.* 4. Neque similiter obstabit si dixeris, privilegium *in præsenti* generaliter concessum fuisse omnibus Anglicis, ut ex littera constat : ac ideò irrenuntiabile esse, arg. *text. in cap. si diligenti* 12. *hoc tit.* Quia etsi privilegium Communitati indultum irrenuntiabile sit, tamen *in præsenti* renuntiabile est, quia non fuit concessum Communitati, vel Collegio, sed singulis Angliæ personis, respiciens eorum singularem commoditatem independentem à jure publico; notat Butrius *in præsenti, num.* 27. Ancharranus 7. *&* 13.

Secundò obstat text. *in l. si convenerit* 18. *ff. de juris-* 5
dict. omnium judicum. Ex cujus decisione deducitur, quod etiam si quis promittat coram uno Judice respondere, adhuc compelli non potest, ut ibi subeat judicium, cum pœnitere possit : ergo & *in præsenti* Episcopus, qui promisit extra proprium locum respondere, rectè potuit jurisdictionem illam declinare. In cujus textus difficultate omissa Joannis Andreæ, Ancharrani, & Butrii interpretatione *in præsenti, num.* 23. Verius dicendum est, quod *in præsenti* non agitur de hoc casu, quod dubium extat an ex simplici promissione de respondendo coram uno judice pœnitentia admittatur; sed an per ipsam solemnem promissionem inducatur privilegii renuntiatio, ut quis non teneatur in certo loco respondere : ac ideò cum illa species diversa sit ab ea, quæ *in præsenti* traditur, nullum dubium extat : præcipuè cum plura de interpretatione textus *dict. l. si convenerit*, diximus *in cap.* 1. *de judiciis.*

Tertiò obstabit dicere, quod quamvis sit verum, quòd privilegiatus qui certo loco solvere promisit, ibi sit conveniendus; tamen *in præsenti* id admitti non potest : siquidem judex, coram quo fuit conventus Episcopus Durmensis, Delegatus, & non Ordinarius erat, ut ex ejus contextura constat, cujus respectu promissio 6
illa nihil potuit operari : siquidem delegata jurisdictio adeò stricta est, ut neque ultra res, vel personas in rescripto comprehensas extendi possit, *cap. P. & G.* 40. *de officio Delegati, cap. Sedes Apostolica* 5. *de rescriptis* : ergo male *in præsenti* ob solam simplicem promissionem compellitur Episcopus coram Delegato judice respondere. Sed hujus dubii solutio pendet ex his, quæ

supra

ſupra retulimus in *cap.* 1. *hoc titulo*, *dubio ultimo*, quæ omnia *in præſenti* repetenda ſunt.

7 Quartò obſtat textus *in l. exigere dotem* 56. *ff. de judiciis*. In cujus ſpecie mulier dotem exigere non poteſt, ubi dotalis contractus fuit celebratus, ſed ubi maritus domicilium habuit. In cujus textus difficultate omiſſa interpretatione Cujacii *ibidem*, Donel. *lib.* 17. *cap.* 14. dicendum eſt, dotis reſtitutionem & ſolutionem ex tacita contrahentium voluntate deſtinatam videri in locum domicilii mariti, in quem ipſa uxor, & ejus fortunæ ex vi matrimonii transferuntur, *l. penult. ff. de jurisdictione omnium judicum*, *l. filii* 22. §. 1. *l. ultima*, §. *item reſcripſerunt*, *ff. ad municipalem*, quare cum locus contractus ſit, in quem ſolutio confertur, *dict. l.* 3. *ff. de rebus authoritate judicis*, *&c. dict. l. contraxiſſe*, juſta de cauſa Iuriſconſultus aſſerit dotis exactionem fieri debere in domicilio mariti; notat Antonius Faber *in Rationali*, *ad textum dict. l. exigere dotem.*

8 Quintò obſtat textus *in cap.* 1. §. *contrahentes*, *hoc tit. lib.* 6. ubi conſtat, contrahentem non eſſe conveniendum coram Iudice contractus, niſi ibi inveniatur, aut bona habuerit; igitur ratione contractus quis non fortitur forum. In cujus textus difficultate, omiſſa Caſtrenſis interpretatione *in l.* 1. *num.* 3. *ff. de eo quod certo loco*, reſpondendum eſt, textum *in dict.* §. *contrahentes*, intelligi debere, quando celebrantes nulla habent bona, ubi contraxerunt; & quamvis Iudex ratione contractus non poſſit ibidem cognoſcere ob defectum bonorum; tamen poterit declarare miſſionem ex primo decreto, & ſuper ejus executione Iudicem, ubi ſunt bona, requirere, ut actorem in bonorum poſſeſſionem mittat: At verò textus noſter loquitur, quando contrahentes ibidem bona reperiuntur habere: quæ interpretatio deducitur, ex *dicto* §. *contrahentes*, 2. *part.* ubi conſtat in loco contractus Reum eſſe conveniendum ſi ibi bona habuerit, notat Covarruvias *in practicis cap.* 1. *num.* 4. Donellus *lib.* 17. *cap.* 14. verſic. *Sequitur*, Duaren. *de judiciis*, *cap. de foro competenti.*

9 Sextò adverſus ea quæ *in præſenti*, notant omnes, videlicet quod quemadmodum ratione contractus quis conveniri poteſt ubi contraxit, ſic etiam ubi diſtraxit, juxta textum *in dict. l. exigere dotem*, *l. hæres abſens*, §. *perinde*, verſic. *Diſtraxit*, *ff. de judiciis*: nam contractus, & diſtractus à pari procedunt, *l. Pomponius*, §. *præterea*, *ff. de adquirendæ poſſeſſ.* Socin. *regul.* 106. Tiraq. *lib.* 1. *de retractu*, §. 8. *gloſ.* 5. *num.* 2. Guttierrez *in quæſtionibus Canonicis*, *cap.* 34. *num.* 9. Obſtabit textus *in l. in contractibus*, §. *in omni*, *C. de non numerata pecunia*, ubi is qui confeſſus eſt mutuam pecuniam recepiſſe, poteſt in loco contractus exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere, etſi exceptio illa non numeratæ pecuniæ ad reſciſſionem contractus tendat. Augetur difficultas ex text. *in l.* 2. *C. ubi & apud quem cognitio in integrum reſtitutionis*, ubi conventio diſtractus fieri debet, ubi Reus domicilium habet. Sed licet horum jurium nodus indiſſolubilis videatur; tamen omiſſa interpretatione, quam refert Covarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 4. *num.* 1. Beroius *in cap.* 1. *de in integrum reſtitutione*, *num.* 162. veriſſimè dicendum arbitror, multum intereſſe an reſciſſio contractus petatur jure actionis, an verò exceptionis; nam in primo caſu, in domicilio Rei peti debet, juxta regulam text. *in l.* 2. *C. de juriſdict. omnium judicum*, & de jure actionis, interpretandus eſt textus *in d. l.* 2. *C. ubi & apud quem*: ſi verò exceptionis jure reſciſſio petatur, tunc proponi poterit coram Iudice excipientis: nam cum excipiens vicem Rei gerat, & Actor illum debeat convenire coram ſuo judice, nulla injuria Actori fit, ſi exceptio tendens ad reſciſſionem contractus coram Rei judice proponatur: & ita eſt interpretandus text. *in d. l. in contractibus*, §. *in omni*, *Cod. de non numerata pecunia.*

10 Septimò adverſus ea, quæ *in præſenti* notant DD. omnes; videlicet quod non ſolum ratione contractus quis forum ſortitur, verum etiam quaſi contractus, veluti ex aditione hæreditatis, cùm ex aditione illa hæres creditoribus hæreditariis, ex quaſi contractu, teneatur, §. *hæres*, *Inſtit. de obligat. quæ quaſi ex contractu naſcuntur*: ac ideò legatum ac fideicommiſſum peti oportere, ubi hæres contraxit, hoc eſt hæreditatem adivit, *dict.* §. *hæres. l. ſi quis abſentis*, §. *hæres ff. de actionib. & oblig. l. qui cum alio*, *ff. de regul. jur.* Obſtabit text. *in l. fideicommiſſum* 50. *ff. de judic.* ubi conſtat fideicommiſſum petendum eſſe eo in loco, ubi major pars hæreditatis eſt. Augetur difficultas ex text. *in d. l. hæres abſens*, *in princip.* ubi conſtat hæredem conveniendum eſſe, ubi defunctus debuit, vel contraxit, non tamen ubi major hæreditatis pars extat: Quæ omnia jura ex eo ad concordiam reducenda ſunt, ſi attendamus text. *in d. l. fideicommiſſum* 50. *ff. de judiciis*, nihil novi ſtatuiſſe, quod regulis *ſupra* adductis repugnet: ſiquidem in ſpecie illius textus, idem in legatis, & fideicommiſſis, quod in cæteris obligationibus, & contractibus ſtatuitur: ſiquidem duo ſunt loca, ubi Reus hæres conveniri poteſt, vel ubi domicilium habet, vel ubi contraxit, ſeu contraxiſſe præſumitur; notat Donel. *lib.* 17. *commentariorum*, *cap.* 15. nam fideicommiſſum rectè peti poteſt, ubi hæres domicilium habet, ſive ibi ſit hæreditas, ſive nulla pars hæreditatis extet, *d. l. ſi fideicommiſſum* 50. §. *ſed & reſcriptum*, *ff. de judiciis*, poterit etiam extra domicilium cum hærede agi, ubi hæres cum fideicommiſſariis contraxiſſe videtur, & tunc quoad fori privilegium non attenditur, ut hæres conveniatur, ubi contraxit, ſed ubi pecunia, ſeu res legata ſolvenda eſt, arg. text. *in d. l.* 3. *ff. de reb. auth. judicis poſſidendis*, *d. l. contraxiſſe*, *ff. de action. & obligat.* nam legatum, vel fideicommiſſum præſtari debet, ubi teſtator voluit, & ſicuti in contractibus voluntas contrahentium ſpectanda eſt; ſic & in legatis, vel fideicommiſſis, teſtatoris voluntas attenditur, *l. ex facto*, §. *rerum*, *ff. de hæredib. inſtit. l. verbis legis*, *ff. de condition. & demonſtrat.* ideoque ubi teſtator fideicommiſſum ſolvi voluit, ibi etiam præſumitur hæres contraxiſſe, ſive ibi ſit major hæreditatis pars, ſive minor, ſive nulla, ſi verò teſtator de loco præſtationis fideicommiſſi non cavit; tunc id ſequendum, quod veroſimile eſt, & veroſimile creditur, teſtatorem ſolvere velle, ubi facilius, & commodius hæres præſtare poſſit, *l. cum proponebatur*, *ff. de leg.* 2. *l. pater* 101. §. 1. *ff. de condition. & demonſtr.* cum teſtatorum voluntas potius ſit in ſublevandis, quàm in onerandis hæredibus, ideòque ſi res certa, vel quantitas relicta ſit, ibi dari debet, ubi res eſt, quamvis alibi petatur, *l. quod legatur*, *ff. de judiciis*, *l. cum res*, *in princip. ff. de leg.* 1. cum ex mente teſtatoris ibi præſumatur præſtationem fieri, ubi commoditas hæredis extat, & ibi contraxiſſe videatur: ac ideò ex rationibus *ſupra* adductis ſolùm etiam ibi tenetur, *d. l. contraxiſſe*, *ff. de action. & obligat.* meritò cum legatum rei certæ ſit ſolvendum, ubi res legata eſt, ibi etiam contractus, vel quaſi aditionis geſtus videtur, ut fideicommiſſum ibi petatur: *l.* 50. *&* 52. §. *fin. ff. de judiciis.*

Octavò obſtat text. *in l. cum res*, *in princip. ff. de* 11
leg. 1. *l. quod legatur*, *ff. de judiciis*, ubi legatum, vel fideicommiſſum rei certæ alibi peti poteſt, quàm ubi res eſt, quamvis ſi ibi petatur, ibi dari debeat. Cui dubio veriſſimè reſpondendum arbitror, quod etiam ubi hæres domicilium habet, res certa legata peti poterit, & ſimiliter etiam ubi major hæreditatis pars extat, licet alibi res ſit, *l. etſi ſuſcepit*, §. *final. ff. de judiciis*: Nam cum res certa legata ibi peti poſſit, ubi teſtator creditur voluiſſe: tunc præſumitur voluiſſe, ubi major hæreditatis pars eſt, vel domicilium hæredis extat, cum ſemper præſumatur teſtator voluiſſe hæredi conſulere; notat Oſuald. ad Donel. *lib.* 17. *commentar. cap.* 15. *littera C.* Si verò res incerta legata eſt, cum nullo certo loco fideicommiſſum extet; tunc ibi peti debet, ubi hæreditas relicta eſt, vel ubi major ejus pars extat, *l. unica*, *C. ubi fideicommiſſum*, *&c. l. ſi fideicommiſſum*, *in principio*, *ff. de judiciis*, cum ſimili-

ter de conjecturata teſtatoris voluntate appareat voluiſſe hæredem præſtare in locis illis, ubi facilius poſſet, cum ibi contraxiſſe videatur, *dict. l.* 3. cum *ſupra* traditis, & pro interpretatione textus *in l. ſed etſi*, §. *ſi libertis*, *ff. de judiciis*, videndus eſt Oſualdus ad Donellum *lib.* 17. *commentar. cap.* 15. *lit. D. apud finem.* Hæc ratione contractus ſufficiant: nunc de domicilii foro agendum eſt.

12 Nonò adverſus ſecundam noſtri textus partem, & ea, quæ *ſupra* retulimus, videlicet domicilii causâ forum ſortiri, ac domicilium ex habitatione, & animo conſtare: Et ſi quis ſedes tranſtulerit, vetus amittere, & novum, ubi extat, conſtituere, *l. ſi quis poſtea* 7. *ff. de judiciis*, *l. penultima ff. de juriſdictione omnium judicum*, *dict. l. hæres abſens*, §. 1. *ff. de judiciis.* Obſtabit textus *in l.* 2. *Cod. de juriſdictione omnium judicum*, ubi conſtat, Reum ibi conveniri oportere, ubi domicilium habet, vel tempore contractus habuit, licet illud poſtea tranſtulerit. Sed huic dubio reſpondendum eſt, domicilium, quod olim Reus habuit, non eſſe cauſam fori ſortiendi, ſed contractus tantum, ubi celebratus eſt, *l. hæres abſens* 19. §. 1. *ff. de judiciis*, *dict. l. contraxiſſe*, *ff. de obligation. & actionib. dict. l.* 3. *ff. de rebus authoritate judicis*: ac ideo nihil videtur obſtare text. *in d. l.* 2. *C. de juriſdictione omnium judicum*, utilatè diſputat Donellus *lib.* 17. *commentar. cap.* 12.

13 Decimò obſtat text. *in l. hæres abſens* 19. *in principio*, *ff. de judiciis*, ubi conſtat hæredem non eſſe conveniendum, ubi domicilium habet; ſed ubi defunctus habuit. Sed huic difficultati ex eo occurritur; quia multum intereſt, an quis ex propria perſona, an verò ex perſona alterius conveniatur: nam ſi non proprio nomine; ſed defuncti, ſeu alterius, tunc ibi ſe defendere cogendus eſt ubi conveniri potuit ille, ex cujus perſona convenitur: ac ideò potius eſt inſpiciendum domicilium defuncti, quàm hæredis; & ita obtinet text. *in d. l. hæres abſens*, *in princ.* ſecus verò dicendum, ſi proprio nomine conveniatur, ut in ſpecie *noſtri textus.*

14 Undecimò prædictis obſtabit ſequens conſideratio, videlicet ſi hoc eſſet verum, ſequeretur, quod hæres conveniretur in domicilio defuncti, etiam ſi ab eo eſſet abſens, quemadmodum defunctus conveniretur etiam ſi ibi non vixiſſet, & in domicilio non extaret juxta text. *in d. l. hæres abſens*, §. *fin.* Sed hoc repugnat verbis ejuſdem *text.* verſic. *Si ibi reperiatur*, quæ verba denotant aliter hæredem in domicilio defuncti poſſe conveniri, quàm ſi ibi reperiatur. Sed hac difficultate non obſtante, veriſſimè eſt dicendum, hæredem conveniri poſſe in domicilio defuncti, etiam ſi ibi non reperiatur, quemadmodum ipſe defunctus poſſet, *d. l. hæres*, §. *fin.* ſiquidem hæres, & defunctus una eademque perſona reputantur, *Auth. de jurejurando à moriente præſtito, collat.* 5.

Neque obſtant verba text. *d. l. hæres abſens*, verſic. *Si ibi reperiatur*, quæ prioribus repugnare videntur. Quia aliis omiſſis, dicendum exiſtimo, Ulpianum *in d. l. hæres*, *in principio*, ſignificare hæredem etiam abſentem à loco, ubi defunctus debuit, eſſe conveniendum, ſtatimque affirmare, ſimiliter in eodem defuncti loco eſſe conveniendum hæredem, ſi ibi reperiatur; quæ omnia ſcripſit ad denotandum hæredem abſentem, ſive præſentem conveniendum eſſe, eo in loco ubi defunctus debuit: quæ interpretatio deducitur ex verbo illo, *Defendendus*, quod verbum propriè refertur ad abſentem à loco, ubi judicium diſceptatur, arg. text. *in l. ſolutionem. ff. de ſolutionib.* & ex alio verb. *Conveniendus*, quod ad præſentem in loco judicii refertur, meritò, cùm utrumque contineat text. ille nulla ſupereſt repugnantia. Neque obſtabit illud verbum, *abſens*, ex quo diverſos caſus Ulpian. feciſſe nonnulli deducunt. Quia refert cum Donel. *lib.* 17. *commentar. cap.* 11. dum aſſerit ideò Ulpian. de abſente hærede in principio locutum fuiſſe, quia diſcrimen conſtituere voluit inter hæredem abſentem, & præſentem, non ad hoc ut conveniri non poſſit; ſed quod attinet ad conveniendi facultatem; voluit enim ſignificare, quod ſi hæres abſens ſit, poſſit etiam defendi ubi defunctus debuit, non tamen conveniri, quia nec natura abſens propriè conveniri dicatur; ſed ſi ibi reperiatur præſens, ibi etiam conveniendus ſimul, & defendendus eſt; atque ita verba illa: *Si ibi reperiatur*, non ad defendendum, ſed ad conveniendum hæredem referuntur: ſiquidem verbo, *convenitur*, de Reo præſente propriè agitur, cum propria ſermonis proprietate, *Præſens conveniri*, *abſens* verò *defendi* dicatur: notat Ulpian. *in l. item ait* 21. §. *hæc autem. ff. ex quib. cauſis majores*, cum traditis à Donel. *ubi ſupra*, ſiquidem hæres abſens adeò defendi debet, ubi defunctus erat, ut ſi latitet, aut non defendatur, mittatur adverſarius in poſſeſſionem bonorum, *l. ſatis*, *ff. de in jus vocand. l. item ait*, §. *hæc autem*, *ff. ex quib. cauſis majores*: nam quamvis revera domicilium defuncti ad hæredem non tranſeat, cum in facto conſiſtat; & ea quæ facti ſunt ad hæredes non tranſeant, arg. text. *in l. cum hæredes ff. de adquir. poſſeſſ.* tamen quoad effectum ſortiendi forum, tranſire videtur; nam cùm hæres non ex ſua, ſed ex defuncti perſona conveniatur, ibi conveniri debuit, ubi defunctus domicilium habuit, non tamen ubi ipſe habet, ut conſtat ex juribus, & rationibus, *ſupra* adductis.

Duodecimò prædictis obſtat text. *in l. ſi is qui Romæ* 34. *ff. de judic.* ubi conſtat, quod ut hæres in domicilio conveniatur, ſi alibi habitet, deſideratur, quod prius defunctus ibidem judicium ſuſcepiſſet, hoc eſt, cum eo cœptum fuiſſet. Qua in difficultate opinor dicendum, quod ut hæres ibidem, hoc eſt Romæ conveniatur, vel ſe defendere debeat, non eſt neceſſe judicium prius cum defuncto Romæ cæptum eſſe, ex his quæ *ſupra* retulimus, notat Rom. *conſ.* 30. *num.* 2. Ancharr. 244. *num.* 2. Neque contrarium refert text. *in d. l. ſi is qui Romæ*, quia ideò requiritur judicium ibi cum defuncto cœptum fuiſſe non ad hoc, ut id ſit neceſſe, ut ibi hæres conveniri poſſit; ſed ad hoc ut eadem inſtantia in hæredem tranſeat: ita ut non ſit neceſſe novam cum hærede litem inchoare, *l. tam ex contractibus*, *ff. de judic.* notat Barboſ. *in d. l. hæres abſens*, *num.* 22. Covarr. *in practic. cap.* 8. *num.* 3. Gail. *obſervat.* 57. *num.* 9. 15

Decimo tertiò prædictis obſtabit dicere, quod ſi 16
hoc eſſet verum, ſequeretur, quod id etiam in compromiſſo eſſet obſervandum, hoc eſt judicium compromiſſarium cum defuncto cæptum ad hæredem tranſire, ſiquidem arbitria ſunt redacta ad inſtar judiciorum, *l.* 1. *ff. de receptis arbitris*; ſed hoc judicium non tranſit juxta text. *in l. diem proferre*, *ff. de receptis arbitris*, *cap. fin. de arbitris*: Ergo nec illud tranſire debet. Quem ut diſſolvam nodum, obſervandum cenſeo diſcrimen eſſe inter judicia ordinaria, & arbitraria: nam arbitraria non tranſeunt ad hæredes, niſi id expreſsè fuerit actum in compromiſſo, *cap. fin. de arbitris*, ordinaria verò in hæredem tranſeunt etiam ſi nihil dictum fuerit, *cap. præſentia*, *de teſtibus*, *l. oratio*, *ff. de feriis*, *l. unica*, *C. ne ex delictis defunctorum.* Ratio diverſitatis eſt, quia Arbitri communiter amici eliguntur, ſiquidem litigatores ab ordinario Iudice recedunt, propter confidentiam, quam in Arbitrum habent; quæ ratio in hærede ceſſat: & ideò ad eum non tranſit, *l. non diſtinguemus*, §. *quæſitum*, *ff. de receptis arbitriis.* Notat Panormitan. *in dict. cap. fin. num.* 4. Duennas *reg.* 128. & quoad cætera *noſtri text.* verba, videlicet an reſcriptum contra anteceſſorem impetratum comprehendat etiam ſucceſſorem, & an ſucceſſor adimplere teneatur contractum prædeceſſoris? videre oportet ea quæ ſupra retulimus *in cap. quia V. undecimo*, *de judiciis.*

Ad textum in *cap. Significasti*, 18. *hoc titulo, de foro competenti.*

DE materia hujus textus plura diximus *in cap.* 1. *cap. si diligenti*, 12. *hoc tit.* quæ omnia *in præsenti* repetenda censeo.

Ad textum in cap. Proposuisti 19. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Citatus tenetur coram judice citante causam prosequi, non obstante, quod postea mutaverit forum.*
2 *Ratio assignatur.*
Dominium adquiritur in rebus corporalibus per traditionem, in corporalibus verò per usum, & exercitium.
3 *Judicium ubi cœptum est, ibi finem accipere debet.*
4 *Explicatur text.* in l. in l. cum quædam puella, ff. de jurisd. omn. jud.
5 *Ex facti narrativa non rectè sumitur argumentum ad juris dispositionem.*
6 *Pupillus non obstante citatione potest declinare forum, & jurisdictionem.*
Explicatur text. in l. contrà pupillum, ff. de re judicat.
7 *Explicatur text.* in l. qui autem, ff. si quis cautionibus.
8 *Reus capitalis criminis si postea miles factus fuerit, non remittitur ad judicem, apud quem fuerat accusatus, &* num. 9.
Per citationem prævenitur jurisdictio, nec novo privilegio tollitur. ibid.
Explicatur text. in l. si quis postea, ff. de judic. & l. 4. §. Reus capitalis, ff. de re milit.
9 *Apud Romanos ad militarem disciplinam solum honesti, ac divites aspirabant.*
Intelligitur text. in l. qui cum uno, §. Reus, ff. de re milit. & in l. hos accusare, §. hoc beneficio, ff. de accusat. ibid.

CONCLUSIO.

1 LEgitimè *citatus tenetur coram Judice citante causam prosequi, non obstante, quod post citationem mutaverit forum.* Idem probat text. *in cap. plures* 8. *de officio Deleg. lib.* 6. *cap.* 1. *cap. præterea* 5. *cap. prudentiam* 21. *cap. gratum, cap. relatum, de offic. Deleg. cap.* 1. *de litis conteſtatione*, ubi plura retulimus, *cap. ut debitus honor* 59. *de appellation. l. si quis postea quam* 7. *l. ubi cœptum, ff. de judiciis, l. unica. ff. de officio Consulis, l. cum quædam puella, ff. de jurisdiction. omnium judic. l. lite, ff. de usuris, l. tutor petitus*, 28. *ff. de excusationibus tutorum, l.* 1. *de judiciis l.* 12. *tit.* 7. *part.* 3. *l.* 10. *titul.* 13. *lib.* 8. *Recop.* illustrant præter ordinarios *in præsenti*, Gaillius *lib.* 1. *C. observation.* 11. Tiberius Decianus *lib.* 4. *tractatu crim. cap.* 20. 21. & 23. Barbosa *in dict. l. si quis postea quam*, Anton. Faber. *in Rationali ibidem, & in dict. l. ubi cœptum*, Marta *de jurisdictione*, 2. *part. cap.* 2. & 3. Antonius Gomez *tom.* 3. *de delictis, cap.* 10. *num.* 5. Gutierrez *in practicis, lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 1. Lancellotus *de Attentatis, cap. de lite pendente, limitation.* 2. *n.* 16. Donellus *lib.* 17. *comment. cap.* 12. Azeved. *in l.* 1. *tit.* 4. *l.* 1. *Compilationis.*

2 Ratio est, quia quemadmodum ut quis plenum jus adquirat, necesse est, ut dominium adquirat in rebus corporalibus per traditionem, in corporalibus per usum, & exercitium, *l. traditionibus, C. de pactis, l. si par-tem, ff. quemadmodum servitutes amittantur*: ita similiter cum jurisdictio sit incorporalis, & ad ejus adquisitionem usus jurisdictionis desideretur, qui traditionis locum habet, *l.* 1. *&* 2. *l. si convenerit, ff. de judiciis*, justa de causa expressè non censetur jurisdictio prorogata ante usum illius; sed tunc demum perfectè Judici adquisita dicitur, cùm Reus in jus vocatus est, ex eo, quod (ut *suprà* retulimus) usus jurisdictionis, traditionis locum habere videtur, ac ita quasi præventa. nihil prodest, si postea fori mutatio fiat; cùm ubi cœptum est judicium, ibi finem accipere debeat, ne lites nimium protrahantur, Judex, & adversarius illudantur, *l. ubi cœptum, ff. de judiciis*, & cum per personæ in jus vocationem, seu citationem, negotium desinat esse integrum, *d. c. gratum*, & jurisdictio prævenia dicatur, *cap. Capitulum sanctæ Crucis, de rescriptis*, cùm citatio judicii fundamentum sit, §. *omnium, Instituta de pœna temere litigantium*, justa de causa is qui coram Judice competente conventus est, necesse habet usque ad finem persistere, etiamsi novo privilegio mutaverit forum: siquidem eo uti non poterit, *d. l. si quis postea quam, ff. de judiciis*. Quod etiam in criminalibus causis locum habet, cum valeat argumentum de civili ad criminalem causam, *l. hoc accusare*, §. *hoc beneficio, ff. de accusationibus*, argument. text. in *l. absentem, ff. de pœnis.*

Primò obstat text. *in l. cum quædam puella, ff. de jurisdictione omnium judicum*, vers. *Post susceptum judicium*, 3
ubi constat, ad prævention em jurisdictionis solam citationem non sufficere, sed omnino desiderari integram causæ cognitionem, hoc est litis conteſtationem. In cujus text. difficultate responderi posse arbitror, quod ibi tantum refertur casus, ut ipse evenerat, videlicet latam fuisse sententiam antequam puella nuberet; & consequenter antequam forum mutaret; & respondit Jurisconsultus, quod non obstante fori mutatione, Judex debet ad finem causæ pervenire: quod si lata non esset sententia, sed susceptum judicium tantum, non obstante fori mutatione debet idem Judex de causa cognoscere: nam ex illius *text.* verbis, facti contingentiam referentibus, non fit argumentum ad juris dispositionem, ac ideò suprà traditis nihil obstare videtur; notat Decius *in dict. l. cum quædam puella, num.* 2. Curtius Jun. *n.* 14. videndus Osuald. ad Donel. *l.* 17. *c.* 18. *lit. F.* & Anton. Faber *in Rationali, ad text. in d. l. cum quædam puella.*

Secundò obstat text. *in l. contra pupillum ff. de re judicata*: ubi Jurisconsultus docet pupillum coram uno Judice citatum, posse coram alio ad litigandum venire; ita ut impunè possit litem semel inchoatam deserere. Augetur difficultas ex eo, quòd etiamsi post citationem à minore Judice factam, à majore fuerit causa recepta, poterit inferior adversus superiorem, etsi non per modum incompetentiæ, tamen per modum prævention is agere, notat Gaillius *li.* 1. *practicarum observation.* 29. *n.* 3. Cui dubio dupliciter responderi potest. Primò, quod vel *text.* ille intelligatur, quando idem à diversis Judicibus pro diversis causis citatus fuit, ac ita locum non habebit prævention, vel eo in casu pro eadem causa à duobus judicibus eodem tempore citatus est: nam tunc præfertur citatio illius Judicis, qui majori præest tribunali: nam prævention in re dubia pro majori Tribunali præsumitur, notat Bald. *in l. Senatus, n.* 3. *C. qui accusare non possunt*, Alexand. *in dict. l. contra pupillum*, Barbos. *in d. l. si quis postea quam, n.* 12. *ff. de judiciis*, secus dicendum, si constat Judicem minoris Tribunalis præoccupasse: nam ratione prævention is semper cognoscet; neque tenetur causam remittere ad judicem majoris Tribunalis, argum. text. *in dict. cap. cum satis, cap. final. de officio Archidiaconi.*

Tertiò prædictis obstat text. *in l. qui autem, ff. si quis cautionibus*, ubi is qui novo privilegio utitur, non videtur in eadem causa & fisti: certum est illius textus verba intelligenda esse de eo, qui in jus vocatus est, & simul cautionem judicio sisti præstiterat, & nihilominus Consultus asserit, quod si se ita fuerit, novo privilegio 5

utatur, non videtur in eadem cauſa ſiſti: ergo ſignificat illum novo privilegio uti poſſe, ita ut non videatur, in eadem cauſa ſiſti, ut apud primum judicem defendi compellatur. Cui dubio reſpondendum eſt, Paulum in *d. l. qui autem*, non adverſari ſuperius traditis, cùm non doceat, eum qui in jus vocatus eſt, omni privilegio novo adverſus priorem Judicem ſemper uti poſſe; ſed ſolum aliquando, veluti ſi Actor patiatur, ut Reus privilegio ſuo uſus aliò judicium revocet, cum Actori liceat juri ſuo renuntiare, juxta text. *in l. ſi quis. C. de pactis*: ac ideò ex diffinitione *Pauli* deducitur, ex privilegio aliò judicium revocante non videri ſtitiſſe in eadem cauſa: ac ideò adverſus illum committi ſtipulationem judicio ſiſti in id quod Actoris intereſt, notat Donellus *dict. lib.* 17. *cap.* 18.

8 Quartò obſtat text. *in l.* 4. §. *Reus capitalis, ff. de re militari*, ubi Reus capitalis criminis, ſi poſtea miles fuerit factus, non eſt ad eum judicem remittendus, apud quem accuſatus fuerat, ſed per militarem Judicem puniri debet. Augetur difficultas ex eo, quod ſtatim quo quis citatus eſt, adeò prævenia juriſdictio dicitur, ut neque ex novo privilegio ſuperveniente tollatur, *d. l. ſi quis poſtea, ff. de judiciis*. In cujus textus difficultate, omiſſa emendatione Cuiacii & Antonii Fabri interpretatione *in d. l. ſi quis poſtea*. Verius dicendum exiſtimo, militem *in d.* §. *Reus capitalis*, ex ea ratione ad civilem, & priorem judicem non remitti, quia novum crimen admiſit, eo ipſo, quod militiæ ſe dedit, cùm antea capitalis criminis Reus eſſet factus: ſiquidem in ſtricta illa populi Romani militari diſciplina, non cuilibet permittebatur ad militiam aſpirare, ſed honeſtis ſolum, & divitibus, ut ex Aulo Gellio *l.* 16. *cap.* 9. Juſto Lipſio *de militia Romana lib.* 1. *Dialog.* 2. & ita ad beſtias damnatus, vel deportatus, ſi militem ſe eligi paſſus fuerit, capite puniendus eſt, *d. l.* 4. §. 1. *ff. de re militari*: quam eandem pœnam patitur, qui Reus capitalis criminis voluntarius miles factus fuerit: quod etiam in Magiſtratus electione admittitur, *l. unica. C. de Reis poſtulatis lib.* 10. *l. ſi Reus delatus. ff. de muneribus, & honoribus, cap. omnipotens de accuſationibus*; neque requiritur jam de priori crimine; ſed poſterius hoc quaſi militare acriter vindicatur; & hac de cauſa non remittitur ad civilem Judicem, coram quo fuerat accuſatus; ſed à militari Præfecto judicandus, & condemnandus eſt; & ita obtinet text. *in d.* §. *Reus capitalis*, juxta text. quoque *ejuſdem legis*, notat Barboſ. *in d. l. ſi quis poſtea quam, num.* 164. *cum ſequentibus*, Oſualdus ad Donellum *lib.* 17. *cap.* 18. *littera B.* Ita ſimiliter eſt interpretandus textus *in leg. qui cum uno*, §. *ſi Reus, ff. de re militari*, notat Guido Papa *deciſ.* 202.

Neque prædictis obſtat text. *in l. hos accuſare.* §. *hoc beneficio, ff. de accuſationibus*, ubi ſupponitur alicujus nomen inter Reos relatum eſſe, & deinde magiſtratum creatum fuiſſe, ac electionem valuiſſe, quia reſpondendum eſt textum illum, non præſupponere valuiſſe ejectionem illius, cujus nomen inter Reos fuerat receptum, ſed ſolum illum admitti ad privilegium Magiſtratus, quando ſupervenit abſolutio criminis antea commiſſi, id eſt quando accuſatio, & crimen omnino perimitur, & nomen Rei accuſati de Reis eximitur, *l.* 3. §. 1. *ff. de accuſationib. l.* 1. §. *accuſatus. ff. ad Senatuſconſultum Turpilianum*, ſicque delinquens ibi contendit, jam pro illo crimine ad accuſationem repeti non poſſe, quo caſu ceſſante crimine ad magiſtratus dignitatem eligi poteſt. Plura etiam de materia hujus textus diximus *in tit. de litis conteſtatione*, quæ omnia *in præſenti* ſunt repetenda. Interim tamen pro interpretatione ad text. *in l. Reus* 12. *ff. judicatum ſolvi*, videndus eſt Barboſ. *in d. l. ſi quis poſtea quam, num.* 144. & ſimiliter pro interpretatione ad text. *in l. idem Ulpian.* §. *ſunt & aliis, de accuſationibus tutorum*, videndus eſt idem Barboſ. *ubi ſupra, num.* 124.

Ad textum in capit. Licet, final. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Quilibet poteſt conveniri Romæ, niſi aliàs habeat jus revocandi domum.*
2 *Ratio aſſignatur.*
3 *Sententia à non ſuo judice lata, nulla eſt.*
4 *Legatus Romæ, neque pro contractibus anteà ibi conveniri poteſt, &* num. ſeqq.
5 *Explicatur text.* in cap. in dilecti, hoctit. & cap. 1. de privileg. lib. 6.
6 *Conſtituti natura eſt, ut ſequatur originem primi contractus.*
Explicatur text. in l. ſi quis in legatione, 8. ff. de judic. & l. eum qui, §. Julianus, ff. de conſtit. pecun. *ibid. & num.* 7.
8 *Legatus fideicommiſſarius durante delegatione jus revocandi domum non habet.*
Explicatur l. ſi legatus, 30. ff. de Trebell.
9 *Uxor maritum durante legatione convenire poteſt pro dote.*
Explicatur l. ſi uxor. 42. ff. de judic.
10 *Legatus poſt ſuſceptam legationem ſi hæreditatem adierit Romæ, à creditoribus hæreditariis conveniri non poteſt.*
Expenditur text. in l. de eo, 26. ff. de judic.
11 *Privilegium revocandi domum, non tantum Legatis, ad omnibus juſtam, ac neceſſariam cauſam habentibus, Romæ competit.*

CONCLUSIO.

Quilibet poteſt conveniri Romæ, niſi aliàs habeat jus revocandi domum. Quamvis ex noſtri *text.* verbis plura deduci poſſint, videlicet quod ratione delicti contractus, aut domicilii, ſive rei ſitæ, regulariter forum fortitur; tamen ea omnia omitto, quia ratione debiti *ſup.* diximus *in cap. poſtulaſti* 14. ratione contractus, vel domicilii, in *cap. dilecti* 17. ratione rei ſitæ, *in cap. ſanè, hoc noſtro titulo*; ideòque de foro Curiæ Romanæ tantum nobis agendum eſt: ac ideo concluſio *ſuprà* adducta, quoad primam ejus partem comprobari poteſt, ex textu in *cap. per principalem*, 9. *qu.* 3. *cap. cuncta per mundum eadem cauſa, & quæſtione, cap. fundamentum, de electione lib.* 6. *cap. ego enim, de jurejurando, c.* 2. *cap. dudum, de præbendis, lib.* 6. *c.* 1. *de officio delegati, eodem l.* 6. *l.* 2. §. *omnes, & item ſi extraneus. ff. de judiciis, l. non aliàs* 24. *l. in orbe* 17. *ff. de ſtatu hominum, l. Romæ. ff. ad municipalem, l. cujus, Cod. de incolis lib.* 10. *l.* 4. *&* 5. *titul.* 3. *part.* 3. Illuſtrant Covarruvias *in practicis, c.* 5. Socinus, Paulus, Alexand. Jaſ. & Antonius Faber *dict. leg.* 2. §. *legatis, ff. de judiciis*, Briſſonius *l.* 3. *Selectarum, c.* 6. Cujacius *in leg.* 6. *ff. de excuſationibus tutorum. & in l. unica, Cod de evictionibus*, Fornerius *lib.* 1. *Selectarum, cap.* 13. Corraſius *in l.* 1. *ff. de origine juris*, Oſualdus ad Donel. plures referens *l.* 17. *commentariorum, cap.* 13. *littera A. cum ſequentibus.*

Secunda noſtræ concluſionis pars, in verſic. *Habet tamen*, comprobatur ex *textu in l.* 2. §. *in Legatis cum ſequentib. leg. non aliàs*, §. 1. *l. de eo. ff. de judiciis. l. ſi Legatus* 3. *in principio ff. ad Senatuſconſultum Trebellianum, Authentic. de Sanctiſſimis Epiſcopis.* §. *ſi quis Epiſcopus, aut Clericus. verſic. Si vero, collation.* 9 *l.* 4. *tit.* 3. *part.* 3. exornant Covarr. *in practicis. cap.* 5. *per totum*, Barboſ. & Anton. Faber *in d. l.* 2. §. *Legatis*, Cujacius *in l. unica, C. de evictionibus*, Idem *l.* 3. *obſervationum, c.* 17. Briſſon. *l.* 3. *Selectarum, c.* 6. Pocius *centuria* 3. *qu.* 21. Duaren. *ad tit. de conſtituta pecunia. cap. ultimo*, Rebuff. *de privilegiis ſcholaſticorum, privil.* 176.

Ratio

4 Ratio primæ partis versicul. *Curia Romana*, &c. ea est, quia Summus Pontifex generalis, & ordinarius Judex totius orbis dicitur, *cap. cuncta 9. q. 3.* cum Ecclesia Romana omnium sit mater, & Magistra, *cap. aliorum*, 9. *qu.* 3. & Romana civitas omnium communis patria dicatur, *l. Roma, ff. ad municipalem*: meritò, cùm cujuslibet Ecclesiæ Clericus, sit Pontifici suppositus, justa de causa poterit apud Sedem Apostolicam conveniri, *d. c. per principalem*, 9. *qu.* 3.

Secundæ conclusionis decidendi ratio est, videlicet justa de causa jus revocandi domum competere, quia æquitas justa, & necessaria causa semper attendi debet, *l. in omnibus* 91. *ff. de regulis juris*, cum æquitas, & necessitas faciat permissum, quod aliàs esset prohibitum, *cap. quod non est, de regulis juris*, *l.* 6. idem procedit in Legatis Romæ, & illis omnibus qui testimonii dicendi causa Romam veniunt, seu à Principe vocati sunt: quod admissum est, ne ab officio legationis contra Reipublicæ utilitatem divertantur, *l. non aliàs*, §. 1. *l. de eo, ff. de judic.*

Primò obstat text. *in cap. dilecti* 17. *hoc nostro tit.* ubi nullus nisi ratione contractus, domicilii, vel delicti, conveniri potest, cùm tunc Judex competens dicatur: aliàs sententia ab extraneo lata, nulla erit: *l. fin. C. si d non competenti judice*: ergo cum Clericus, neque in Curia contraxerit, neque ibi domicilium habuerit, non erit ibi conveniendus. Sed respon. facilè, quod quamvis vera sint, quæ supra retulimus, non implicant quin Reus in Curia repertus conveniatur, ex eo, quod in ea existens, quasi verus domiciliarius reputetur; & Judex Curiæ competens dicatur, nisi ex justa causa jus revocandi domum habuerit.

Secundò adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes, videlicet Legatum Romæ compertum, neque pro contractibus antea celebratis conveniri posse, *d. l.* 2. §. *legatio*, cum similib. Obstabit text. *in c. dilecti, hoc tit. c.* 1. *de privilegiis, lib.* 6. ubi constat quod etiam si quis privilegium habuerit, quod non conveniatur, nisi coram certo judice, vel loco, si tamen in alio contraxerit, poterit non obstante privilegio in loco contractus conveniri: ergo & similiter Legatus Romæ, non obstante privilegio, &c.

5 Qua in difficultate verissimè est dicendum, text. *in d. cap. dilecti*, procedere eo in casu, quo quis tempore contractus privilegium illud habebat: ac ideò ibi conveniri potest, quia contrahendo tacitè videtur privilegio illi renunciasse, quoad illum effectum: At verò *text. noster* loquitur in diversa specie, hoc est, quando contractus tempore, nondum erat Legatus: ac ideò non possunt dicere, privilegium revocandi domum remisisse. cum adhuc nullum haberet, arg. text. *in l. mater decedens. ff. de inoffic. test.* secus verò dicendum, si post legationem Romæ contraxerit, cum tunc privilegium renuntiasse videatur; *l. si quis in legatione, ff. de judic.* Neque obstabit si dixeris Legatum privilegio illi, tanquam ob publicam utilitatem concesso non posse renuntiare, ne ab officio divertatur: ac ideò omnia negotia extra legationem tractare prohibetur, *l. Paulus, l.* 2. §. *fin. l. Legatus antequã, ff. de Legat.* meritò, cum contractus durante legatione facti, nulli sint, non poterit Legatus virtute eorum conveniri; quia jura omnia in quibus constat Legatum Romæ contraxisse, intelligi debent interveniente prius indulgentia Principis, *l. is qui*, 15. *ff. de legation.* nam Princeps ex indulgentia videtur cum illo dispensare in prohibitione legis, arg. text. *in l. quidam. ff. de re judic.* ita est interpretandus text. *in l. cum furiosus*, § *fin. ff. de jud. l. non distinguemus* §. *item si quis Romæ ff. de arbitrariis*, notat Cujac. *l.* 3. *observationum*, *cap.* 17. Donel. *l.* 17. *cap.* 3.

6 Tertiò prædictis obstat text. *in l. si quis in legatione*, 8. *ff. de jud.* ubi constat. Legatum ex contractu *Constituti*, durante legatione celebrato, Romæ conveniri non posse. Sed ideò ibi non convenitur; quia de natura Constituti est, ut sequatur originem primi contractus, *l.* 1. §. *eum qui ff. de constituta pecunia, l. id quod. ff. de donation.* cum Legatus, durante legatione, non possit conveniri ex contractu ante legationem habito: ita similiter neque ex Constituto, *in dict. l.* 8. cum sequatur naturam prioris contractus; notat Donel. *l.* 17. *c.* 14. *in fin.* Cujac. *l.* 13. *observation. cap.* 17. Neque obstat tex. *in l. eum qui*, 5. §. *Julia. ff. de constit. pecunia*, ubi in eadem simili Constituti specie, originem sumentis ex contractu in provincia celebrato, Legatus ratione Constituti Romæ conveniri potest. Quia omissa Accursii interpretatione *in d. l.* 8. & Pacii *centur. 3. quæst.* 21. & *centur. 4. q.* 34. veriorem esse existimo, quam refert Cujac. *lib.* 13. *observationum*, *c.* 17. asserens multum referre, an Legatus constituat se expressè Romæ soluturum, quod in Provincia acceperat, adjecto illo certo, & destinato Romæ loco: an verò simpliciter constituit soluturum quod in Provincia acceperat, non adiecto loco: nam in primo casu, etiam durante legatione Romæ conveniri potest, quia ibi se constituit soluturum, & ibi contraxisse videtur, *dict. l.* 3. *ff. de legation.* & ita obtinet text. *in d. l.* 5. §. *Julianus*, quæ interpretatio deducitur ex ejusdem verbis, ibi: *Legatum Romæ constituentem, &c.* Secundo verò casu, quando generaliter se constituit soluturum, quod in Provincia acceperat, nullo destinato loco, tunc Legatus durante legatione jus revocandi domum habebit, quia non Romæ, sed in Provincia contraxit, & Constitutum originem contractus sequitur: & ita obtinet text. *in d. l.* 8. notat Cujac. *l.* 13. *observ. cap.* 17. Anton. Fab. *in Rationali ad text. in d. l.* 5. §. *Julianus*. Idem *de erroribus*, *decad.* 90. *errore* 7.

Quartò prædictis obstant verba *ejusdem* §. *Julianus*, versic. *Sed & si cum non Romæ esset, sed in Provincia adhuc constituit se Romæ soluturum, denegabitur in eum actio de constituta, &c.* ubi Julianus sequentes casus cum præcedente copulavit, ut constat ex dictione illa: *Sed & si*, quæ statim post primum legitur; & similiter tractat de Legato, qui adjecto certo loco, hoc est Romæ se constituit soluturum: & nihilominus adversus Legatum actionem de Constituta denegandam esse asserit. Sed licet hæc difficultas indissolubilis videatur; tamen dicendum judico, hanc Juliani sententiam diversam esse à prima, quia in hac secunda Julianus non loquitur de Legato, qui Constitutum contraxit Romæ, sed in Provincia antequam Romæ pervenisset: ac ideò etsi Romæ contraxisse videatur, quia solutionem ibi fieri destinavit, tamen cum verò, & realiter Legatus Romæ non contraxisset, neque Constitutum ibi celebrasset; sed in Provincia, justa de causa jus revocandi domum habebit, & actio de Constituto adversus eum denegatur. Neque obstant verba illa: *Sed & si*, quia non copulativè, sed disjunctivè interpretari debent, quasi Consultus adversativè doceat, non ita dicendum si se constituit in Provincia, soluturum Romæ, quod in eadem Provincia acceperat, notat Cujac. *d. c.* 17. Ant. Fab. *d. l.* 5. §. *Julian.* vers. *Sed & si. ff. de constit. pecunia.*

Quintò his omnibus obstat tex. *in l. si Legatus*, 30. 8
ff. ad Senatusconsultum Trebellianum, ubi Legatus fideicommissarius durante legatione jus revocandi domum non habet: siquidem compellitur judicium accipere, hæreditatem adire, & restituere. Cui dubio dicendum est, ideò ibi durante Legatione Legatum compelli adire, & restituere, quia ex aditione illa, non amittitur Legati privilegium, neque ulla molestia ei fit quo minus possit legationis officium exercere; nam si Legatus sit hæres institutus, & gravatus hæreditatem restituere, dixerit suspectam esse, nulla afficitur injuria, si cogatur actum momentaneum aditionis facere, quæ interpretatio deducitur, ex *ejusdem text.* verbis, ibi: *Quia non multum efficium occupatur.* &c. Ita etiam interpretandus est text. *in l. quod enim ff. de judiciis*, ubi Legatus durante legatione compellitur Legatariis cautionem præstare rationem reddit Consultus, quia ex eo nullum Legato fit impedimentum, cum cautionis actus momentaneus sit, notat Anton. Faber *in Rationali ad eundem textum*. Et similiter pro interpretatione ad textum difficilem, & extraordinarium *in l. non distinguemus*, 32. §. *Sacerdotio* 4. & 5. *ff. de receptis arbitris*, videndus est idem Anton. Faber *in dictis juribus*.

9 Sextò obstat text. *in l. si uxor* 42. *ff. de judiciis*, ubi uxor maritum durante ejus legatione poterit Romæ convenire pro dotis contractu ante legationem celebrato. In cujus textus difficultate, omissa interpretatione Glossæ, & Bartoli *ibidem*, verissimè est dicendum, ideò ibi maritum Romæ, & pro dote durante legatione conveniri posse, quia matrimonium de consensu mariti Romæ fuit dissolutum: meritò, cùm factum illud durante legatione fuisset celebratum: nihil mirum, quod ea durante pro dote conveniri posset, arg. *text. in l.* 2. §. *cæterum*, *ff. de judiciis*. Et patet ex eo, quia si uxor à marito, sine justa causa, & eo invito diverteret, dotem amitteret, *l. consensu*, *ff. de repudiis*, ac ideò necesse est ut intelligamus Papinianum *in d. l. si uxor*, procedere eo in casu, quo divortium factum est de communi utriusque consensu, vel saltem propter culpam mariti: nam aliàs frustra de restitutione dotis quæreretur, maritus durante legatione, de ea convenitur: siquidem eodem modo quo quis ratione contractus fortitur forum; ita etiam ratione distractus, *d. l. qui certo loco*, *ff. de eo quod certo loco*, *l.* 2. *C. ubi*, *& apud quem*, videndus est Don. *lib.* 17. *cap.* 13. *versic. Et ad hoc postremum.*

10 Septimò prædictis obstat text. *in l. de eo* 26. *ff. de judic.* ubi si Legatus post susceptam legationem Romæ hæreditatem adierit: tunc à creditoribus hæreditariis conveniri non potest; & tamen verum est aditione facta cum legatariis, & creditoribus, quasi contraxisse, *d.* §. *hæres*, *Institut. de obligationibus quæ ex quasi*: & Legatus privilegium amittit, tam ex contractu, quàm ex quasi contractu durante legatione facto, *l. interdum.* 36. *ff. de judiciis*. Pro quo dubio dissolvendo adnotandum est, verius esse Legatum ex aditione hæreditatis conveniri non posse, ne impediatur legationis officium, quod ob publicam utilitatem est receptum: ac ideò quamvis ex alio privato contractu conveniri possit durante legatione facto, cum propria juri renuntiare possit: nam quamvis possit adire, non tamen poterit à creditoribus hæreditariis conveniri, quia ex aditione multa onera, & lites oriuntur, propter quas facile impediretur legatio, *l. si hæreditatem*, *ff. mandati*, ac ideò habito respectu non ad Legatum, sed ad communem utilitatem, rectè *in d. l. de eo*, statutum est legatum hæreditatem adeuntem à creditoribus hæreditariis conveniri non posse, *l. sed etsi*, *ff. de judic. l. fin. C. ad Senatusconsultum Trebellianum*, Donell. *lib.* 12. *cap.* 13. Barbos. *in dict. l.* 2. §. *Legatis*, *num.* 178. & an Legatus durante legatione si convenerit, reconveniri possit? plura retulimus *in tit. de mutuis petitionibus*: & pro interpretatione ad text. *in l.* 2. §. *penultimo*, *ff. de judiciis*, cum *leg. sed etsi*, 28. §. *sed etsi dies*, *ff. eodem*, videndus est Anton. Faber *in Rationali*, *in dictis juribus.*

11 Octavò adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes, videlicet privilegium revocandi domum, non solum Legatis, sed etiam omnibus illis competere, qui propter justam, & necessariam causam Romæ extant, veluti, cùm quis Romæ per Superiorem, testimonii, vel judicandi causa vocatus est, appellationis prosequendæ vel tutelæ reddendæ causa, *l. si quando*, *C. de testibus*, *d. l.* 2. §. *Legatis in fin. ff. de judiciis*, *l. sed etsi*, §. *fin. ff. ex quibus causis majores*, ut constat ex nostri text. verbis, ibi: *Nisi pro aliqua necessaria justa causa venissent.* Ex quibus constat justam, & necessariam causam esse, ut jus revocandi domum competat. Obstabit text. *in l. nec non*, *ff. ex quibus causis majores*, ubi tantum justa, & probabilis causa sufficit, nec necessaria desideratur: notat etiam Gios. *in d. l.* 2. §. *Legatis*, Osualdus ad Donellum *d. cap.* 13. *littera F.* Sed huic dubio verissimè est dicendum, ideò in specie nostri *text.* duo copulativè desiderari, ut hoc privilegium competat, videlicet ut causa sit necessaria simul, & justa, quia textus noster procedit in Episcopo, & personis Ecclesiasticis, qui ex dispositione Juris Canonici à suis beneficiis absque justa, & necessaria causa abesse nequeunt: *cap. inter quatuor*, cum aliis, *de Clericis non residentibus*: ac ideò revocandi domum privilegio fruantur, necesse est, quod ex justa simul & necessaria causa Romæ extent: quod diversum est in secularibus, in quibus sola necessaria causa sufficit, juxta text. *in d. l. nec non*, *ff. ex quibus causis majores*, notat Barbos. *in d. l.* §. *Legatis*, *num.* 318. *ff. de judic.* Osuald. *d. lib.* 17. *cap.* 13. *lit. F.*

DE LIBELLI OBLATIONE, Tit. III.

Ad textum in cap. Ignarus, 1. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Actor absque libello contendens à judicio repellitur, cum illum in scriptis porrigere debeat.*
2 *Ratio assignatur.*
Sententia debet esse conformis libello.
3 *Jure antiquo causæ civiles Clericorum, sine scriptura terminabantur.*
Explicatur text. in cap. si quis cum Clerico 45. 11. quæst. 1.
4 *Causa commissa simpliciter sine strepitu & figura judicii, potest omitti libelli oblatio.*
Explicatur text. in Clem. dispendiosam, de judic. & cap. ad petitionem 22. de accusat.
5 *Solutio legitimè facta non revocatur ob juris ordinem non servatum.*
Explicatur text. l. fin. §. ult. ff. quod met. caus.
6 *Explicatur text.* in l. 1. §. edere, de edendo.
7 *Ordo juris in publicis judiciis non desideratur, & quomodo id procedat.*
Explicatur text. in l. ordo, 8. de public. judic.
8 *In causis summariis, & exiguis non requiritur libelli oblatio, & scriptura.*
Explicatur authent. nisi breves, C. de sent. ex peric. recit. & l. omnia, ff. de regul. jur.
9 *An in causis motis apud Arbitrum, vel arbitratorem requiratur libelli oblatio?*
Explicatur text. in l. si quis rem, 30. ff. de recept. arbitr.

CONCLUSIO.

Actor absque libello contendens à judicio repellitur, cum illum in scriptis porrigere debeat. 1
Consonat text. *in cap. fin. hoc tit. cap. judicia*, §. *offeratur*, 3. *quæst.* 3. *cap. legum Ecclesiasticarum*, 2. *quæst.* 1. *cap. significantibus*, 45. *de appellationibus*, *cap. quoniam contra*, *de probationibus*, *cap. licet Heli de Simonia*, *cap. cum ad Sedem*, *de restitutione spoliatorum*, *cap. inter dilectos*, *de donation. Clem. sæpe*, §. 1. *de verb. signific. l.* 1. §. *fin. de appellation. l. cum quæritur*, 12. *l. ad eadem.* 14. §. *actiones*, *ff. de exceptione rei judic. l. fin. C. de Edicto Divi Adriani tollendo. l. fin. C. de Codicill. l.* 1. *ff. de edendo*, *l. edita. C. eod. Auth. offeratur*, *de litis contestat. l.* 4. *tit.* 2. *l.* 10. *tit.* 17. *lib.* 4. *Recop.* exornant Azeved. *in d. l.* 4. cum similibus *d. lib.* 4. *Recop.* Parlad. *lib.* 4. *rerum quotid. cap. fin.* 5. *part.* §. 1. Maranta *de ordin. judiciorum* 4. *p. dist.* 9. Didacus Perez *in l.* 11. *tit.* 1. *lib.* 3. *ordin.* Cardoso *in praxi Judicum*, *& Advocat.* verb. *Libellus*, *num.* 6. Paz *in praxi* 1. *p. tom.* 1. *tempore* 4. *num.* 4. Surdus *de alimentis*, *tit.* 3 *quæst.* 9. Scaccia *de judiciis. lib.* 1. *cap.* 50. Odofredus *de libellis formandis*, 1. *p. cap.* 1. Maranta *de ordine judiciorum*, *p.* 6. *tit. de libelli oblatione*, Donel. *in l.* 3. *Cod. de edendo* Osual. *ad eundem lib.* 23. *comment. cap.* 4. *litter. B. C. D. & N.* Anton. Pichardus *in manuduction. ad praxim*, 1. *part.*

§. 2.

§ 2. *num.* 9. Doctor Balboa *in commen. ad hunc tit. num.* 8.

2 Ratio est, quia cum sententia debeat esse conformis libello, *l. ut fundus ff. communi dividundo, cap. licet Heli, de Simonia*, §. *curare, Instit. de actionibus*, & quemadmodum sententia in scriptis proferenda est, *cap. fin. de re judicata, libr.* 6. eodem modo libellus in scriptis est offerendus, ut sic reus viso libello melius deliberare possit an cedere, vel contendere debeat, & Judex cognoscat super quo debeat ferre sententiam. Præterea, quia omnia judicii acta, propter falsitatis periculum in scriptis sunt redigenda, & inter acta judicii libellus desideratur, *capit. quoniam contra, de probationibus*, rursus quia per scripturam libelli ejus forma mutari non potest, & si emendatio contigerit facilius per scripturam, quàm sine ea apparebit, Glossa *in capit. quo jure*, 8. *distinct. l.* 4. versicul. *Otro si, titulo decimo sexto, part.* 3.

Primò obstat text. *in cap. si quis cum Clerico*, 45. 11.
3 *quæst.* 1. ex quo constat Clericum conveniri posse apud proprium Episcopum, & causam, absque ulla scriptura terminari debere: ergo si absque scriptura terminari potest, libelli inscriptio non desideratur. Sed in hac difficultate omissa Glossæ interpretatione *ibidem*, verb. *Sine scriptura*: Panorm. *in præsenti num.* 8. Butrii *num.* 9. verissimè dicendum est decisionem text. *in dict. cap. si quis cum Clerico*, procedere de jure antiquo; quo in tempore causæ civiles, & pecuniariæ Clericorum, sine scriptura terminabantur; quod admissum erat ne Clerici à servitio Ecclesiæ diverterentur. ut refertur *in Authentico, ut Clerici apud proprios Episcopos, collation.* 6. vers. *Ex non scripto*. Gothofredus *in notis ad eundem text. littera F*, Itaque apparet, constitutionem illam nullius esse momenti. Tùm ex defectu potestatis *c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut.* Tùm etiam, quia sacris Canonibus repugnat: quare nec admissa fuit à Beato Gregorio *in capit. in primis*, 2. *quæstione* 1. refert Balboa *in præsenti, numer.* 42. Maranta *de ordine judicior. 4. parte distinct.* 9. *numer. primo*, Osualdus ad Donell. *dict. capit.* 4. *littera B.*

4 Secundò obstat text. *in Clem. dispendiosam, de judiciis*, ubi in causis beneficialibus, matrimonialibus, decimarum, & usurarum, non solum libelli inscriptio, sed nec ejus oblatio desideratur. Quam difficultatem ut tollamus adnotandum est, decisionem *nostri text.* limitari, quotiescunque causa alicui committitur, ut simpliciter & de plano, absque strepitu, & sine figura judicii procedatur, quæ quidem clausula remittit libelli oblationem, & omnem juris ordinem, præcipuè in illis quatuor causis, in quibus libellus, nec ordo juris desideratur ob evitanda temporalia pericula, quæ ex libelli oblatione, & ex dispendiosa litium prorogatione proveniret, quas notant omnes ordinarii *ad Clem.* 2. *de judiciis*, D. Balboa *in præsenti, num.* 56. Neque solutioni obstat text. *in c. ad petitionem*, 22. *de accusationibus*, ex cujus decisione secundum ejus veram interpretationem, quam refert Valas. *in praxi, c.* 39. *num.* 74. constat quod in electione beneficiorum procedi debet libello oblato, & juris ordine servato, quod adeò verum est, ut aliter electio facta nullius sit momenti, *c. dudum*, el segundo, *de elect.* quia verissimè est dicendum, text. *in dict. cap. ad petitionem.* & text. *in d. c. dudum*, procedere jure antiquo Decretalium ante novam *Clementis* decisionem, notat Glossa, *in d. Clem.* 2. *de jud.* Imol. *num.* 3. Card. *num.* 9. Nec obstabit si instes, etiam jure antiquo in causis beneficialibus, & matrimonialibus procedi absque litis contestatione, libelli oblatione, vel juris solemnitate, ut constat ex text. *in cap. quoniam frequenter*, §. *porro*, cum aliis, *ut lite contestata. c. unico, de dolo, & contumacia, lib.* 6. Quia jura illa procedunt, quando agitur adversus absentes, & contumaces, adversus quos ex nimia contumacia absque litis contestatione, usque ad exitum procedi potest: at verò *textus noster* loquitur quando inter præsentes disceptatur judicium: sicuti & *dicta Clement.* 2. *de jud.*

Tertiò prædictis obstat text. difficilis in *l. fin.* §. *ultim.* 5
ff. quod met. causa, ubi debiti exactio facta extra solitum judicii ordinem, hoc est, absque citatione, & libelli oblatione, juris ordine non servato, non revocatur. Augeturque difficultas, quòd idem Juris Consultus affirmat, executionem civiliter juris ordine servato fieri debere. Pro cujus dubii interpretatione distinctio adhibenda est, videlicet multum interesse, an propter omissum ordinem judiciarium agatur, ad irritanda quæ per Judicem gesta sunt: an verò ad revocandam solutionem legitimè debitam; nam in primo casu, acta judicialia revocantur: in secundo verò, cùm debiti solutio juris ordine non servato, ex sola Judicis jussione est facta, cum quis verè debeat, non repetit, cum suæ facilitati imputare debeat si juris ordinem non expectarit, cum nulla sit repetitio contra eum, qui suum recepit, *l. repetitio, ff. de cond. indebiti*, notat Anton. Fab. *in Ration. ad text. in dict. l. fin.* §. *ult. ff. quod metus causa*, Covarr. *in practicis, cap.* 11. *num.* 3.

Quartò his omnibus obstat text. *in l.* 1. §. *edere*, vers. 6
Vel id dicendo quo uti velit, &c. Ex quo constat permissum esse actionem in libello scribere, vel verbis dicere, seù dictare. In cujus *text.* difficultate omissa *Alciati* emendatione *lib.* 2. *c. ult. & lib.* 8. *Parergon. c.* 7. verissimè dicendum est, quod verba illa: *Vel id dicendo quo uti velit, &c.* non significant scripturam in libello non esse necessariam; sed tantum Jus antiquum demonstrant, quo jure observatur, ut acta rerum ad Album Prætoris producerentur, in quo actionum formulæ scriptæ erant, juxta text. *in l. si quis* 7. *si familia* 9. *digestis, de jurisd. omn. jud.* & eo producto, digito demonstret, qua ex parte Edicti actorus sit, vel Edictum indictum indicando, quo uti velit, notat Cujac. *lib.* 8. *observat. cap.* 15. Duaren. *lib.* 1. *disp. cap.* 13. Anton. Fab. *in Rationali, ad eundem text.* latè Doctor Balboa *in comment. ad hunc tit. num.* 20. *cum seqq.*

Quintò obstat text. *in l. ordo.* 8. *ff. de publicis judiciis*, in 7
illis verbis: *Ordo exercendorum publicorum capitalium in usu esse desit, &c.* Ex quibus constat, quod ordo juris in publicis judiciis non desideratur: ergo nec libelli in scriptis oblatio ad ordinem publicorum judiciorum necessaria erit. Augeturque difficultas ex eo, quod præcipuè in causis criminalibus ordo juris, & libelli inscriptio propter calumniam, & Talionis pœnam desideratur, *c. fraternitatis. de testib. c. licet* 14. *cap super his*, 16. *c. qualiter & quando*, 24. *de accusationib.* Qua in difficultate aliis omissis verissimè est dicendum, Consultum Paulum *in d. l.* 8. non abstulisse omnem judiciorum ordinem, hoc est libelli oblationem, & similia; sed tantum abstulisse rectissimum juris Romani ordinem, qui observabatur in inquirendis, & coërcendis publicis criminibus, ut sic ritu illo, maturo consilio, in illis criminibus ageretur; quam antiquam formulam refert Boissonius *libr.* 2. *de judiciis, c.* 1. *usque ad* 12. Rosinus *lib.* 9. *antiquit. cap. septimo, usque ad* 24. sicque *in dict. l.* 8. tantum illa antiqua formula sublata fuit; non tamen libelli oblatio, illiusque inscriptio, & rationabilis judiciorum ordo; uti constat ex textu *in leg. hodie, ff. de pœnis.*

Sextò obstat textus *in Authentica nisi breves, Cod. de* 8
sententiis ex breviculo recitandis, ubi scriptura, libelli oblatio, neque juris ordo in judiciis desideratur. Sed hujus nodi facilis erit solutio, si attendamus textum *in dict. Authentica, nisi breves* procedere in causis brevibus, & exiguis. In quibus sine scriptura procedendum est, cum in illis procedatur, juris ordine prætermisso, at verò *text. noster* procedit in causis, in quibus plena causæ cognitio, & libelli oblatio desideratur, Maran. *de ord. judiciorũ 4. p. c. 9. n.* 12. D. Balboa *in comment. ad hunc tit. num.* 33. Nec huic solutioni obstat tex. *in l. omnia.* 72. *ff. de reg. jur.* cujus hæc sunt verba: *Omnia quæ causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt.* Quia verba illa non denotant in causis, in quibus plenaria cognitio desideratur libellum non esse necessarium, sed tantum Ulpianus *ibi* refert antiquam rescripti formulam,

quam Principes obſervabant, videlicet cum reſcriptum per libellum ſcriptum impetrabatur, quod etiam Præſides obſervabant: *l. 25. ff. de injus vocando* & reſcriptum illud per illam libelli reſcriptionem impetratum, quo Princeps, vel Præſes jubere, vel reſtitui jubebat, ſi cognitio cauſæ non deſiderabatur, per libellum, abſque ſcriptura expediri poterat; & hæc eſt vera Ulpiani mens, quam refert Revardus *ad l. omnia, 72. digeſtis de reg. jur.*

9 Septimò adverſus ea, quæ *in præſenti* notant omnes, videlicet noſtri text. ſententiam limitari in judice Arbitro, vel arbitratore, apud quos aſſerunt libellum, nec litis conteſtationem deſiderari, uti refert D. Balboa *in comm. ad hunc tit. num. 59.* Menochius *de arbitrariis, libr. 1. quæſt. 18.* Valde obſtat text. *in l. ſi quis rem, 30. ff. de receptis arbitris*, ibi: *Lite apud judicem ſuo ordine peragenda, &c.* Ex quibus verbis conſtat etiam apud arbitros juris ordinem obſervari debere. Quo in dubio, omiſſa Ant. Fabri emendatione *in Rationali, ad eundem text.* aſſerentis verba illa non Pauli, ſed Triboniani eſſe; veriorem eſſe exiſtimo, quam refert Cujac. *lib. 13. Pauli ad edictum, in d. l. ſi quis rem 30 ff. de receptis arbitris* dum aſſerit verba illa non demonſtrare in judicio arbitrario juris ordinem obſervari debere, ſed tantum verba illa: *Lite apud judicem ſuo ordine peragenda*, idem ſignificare, ac ſi Conſultus dixiſſet, quod lis ſuo ordine peragatur, quaſi ſenſus ſit, ſervato ordine temporis, quo cauſa in judicium fuit deducta, vulgo, *Por ſu antiguedad*; ut ſic quæ prior venit, priùs expediatur: *l. penult. Cod. ſi pendente appellatione mors intervenerit.* Et an libelli oblatio, & juris ordo in notoriis deſideretur? diſputant Doctores *in capit. noſtram vigeſimo primo, de jurejurando.*

Ad text. in cap. Significantib. 2. & cap. Dilecti, 3. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Obſcuritas in libello evitanda eſt: & agens reali actione rem exprimere, & perſonali, cauſam petendi exponere debet.*
2 *Ratio aſſignatur.*
Obſcuritas, & incertitudo in jure, reprobatur, ibidem.
3 *Explicatur text.* in capite 2. de ordin. cognit.
4 *Conciliantur textus* in leg. 1. paragrapho ſi quis 40. ff. depoſiti; & leg. actione furti, 19. ff. de furtis, & num. 5.
5 *Res depoſita, reddita non videtur, ſi deterior reddatur.*
Species auri, vel argenti ſimul, & pondus in libello exprimi neceſſe eſt, ibi.
6 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
7 *Sententia incerta, & ſine certa quantitate prolata, non valet.*
8 *Libellus an in vindicatione incertæ partis admittatur.*
Explicatur textus in leg. quæ de tota, §. incertæ partis, ff. de rei vind. & l. ſi non omnes, §. 2. comm. divid.
9 *Præſcriptio interrumpitur per libellum generalem; interpretata* l. 1. C. de annali except.
10 *Pars hæreditatis incerta peti poteſt, ſuadente ad id juſta, ac neceſſaria cauſa.*
Explicatur textus in leg. 1. §. interdum, ff. ſi pars hæred. pet.
11 *Libellus alternativus an valeat, & quando.*
12 *Cauſam generalem in actione reali exprimere ſufficit; in actione verò perſonali ſpecialem exponere neceſſum eſt.*
Explicatur text. in cap. Abbate, 3. §. ſecus autem, de re jud. lib. 6.
13 *Actionis nomen in libello exprimere, an ſit neceſſarium.*
Explicatur textus in cap. dilecti, 6. de jud. & l. edita actio, Cod. de edend. l. 1. §. 1. & 2. ff. eod. & l. 2. §. ex iis ff. de orig. jur.
14 *Jus & cauſa petendi in libello exprimi debet.*
15 *Nullitatis cauſam, & jus videlicet ex qua parte ſubſiſtat allegari oportet.*
Explicatur text. in c. conſtitutis 47. de elect.

CONCLUSIO.

OBſcuritas in libello evitanda eſt; ita ut ſi reali actione agatur res petita exprimenda ſit: & ſi perſonali, cauſa petendi exponatur. Conſonat text. *in c. dilecti, 6. capit. examinata, de judiciis, cap. ſignificantibus, de appellationibus, cap. Abbate ſane, 3. de re judic. lib. 6. curare, Inſtit. de actionibus, l. in actione 19. ff. de furtis, l. 1. §. ſi quis 40. ff. depoſiti, l. 1. ff. de edendo, l. edita actio, C. eodem, l. 2. C. de formulis ſublatis, l. in tradendis, ff. communia prædiorũ, l. prætor edixit, §. quod autem. ff. de injuriis, l. ubi autem, §. qui illud, aut illud ff. de verborum obligation.* exornãt Rebuff. *in tractatu de reprobatione teſtium, n. 3.* Paz *in praxi, part. 1. tom. 1. tempore 4. n. 16.* Azevedo *in l. 4. n. 1. cum ſequentibus, tit. 2. l. 4. Recopilationis*, Cardoſo *in praxi Judicum, & Advocat.* verb. *Libellus, n. 3.* Duarenùs *lib. 2. diſputatiõ. cap. 23.* Gaillius *libro primo, obſervat. cap. 62. & 66.* D. Sahagun. *in comm. ad tit. de ſequeſtration. poſſeſſionis, & fructuum, cap. 2. n. 23. & ſequentibus*, Oſuald. ad Donel. *lib. 23. comment. cap. 4. lit. K*, Boërius *lib. 6. declarationum, cap. 88.* Pinellus *in l. 2. C. de reſcindenda venditione, 4. par. c. 3. n. 29.* D. Balboa *in com. ad hũc tit. c. 2. & fin.* Felic. de la Vega *in comm. ad text. in c. dilecti 6. de judic.* 1

Ratio eſt, quia in judiciis, omnis cura, & ſolicitudo haberi debet, ut conſtet quo jure quavè de cauſa Actor agat adverſus Reum conventum: ſiquidem quælibet petitio in judicio debet eſſe clara, certa, & concludẽs, ut ſic ſententia certa poſſit proferri: ſiquidem incertitudo, & obſcuritas in jure repellitur, *l. in tradendis, ff. communia prædiorum*, cum, ut perfectus ſit libellus, tria continere debeat, ut refert Donel. *dict. l. 23. cap. 4.* Primum, rem petitam; Secundum, cauſam petendi; Tertium, jure Civili, erat genus actionis. Rem petitam exprimere neceſſe eſt, quia ſine re quæ petatur, nulla poteſt eſſe rei perſecutio; nec Reus poſſet deliberare cum ignoret, quid ab eo petatur; *l. ſi rem 6. ff. de rei vindicat. l. in actione 13. ff. de furtis, l. forma 4. ff. de cenſibus*, Oſualdus ad Don. *l. 20. comment. c. 4. litera S*, Gilchenius *in l. 3. n. 64. Cod. de edendo.* Donel. *ibidem*, Doctor Balboa *in commentar. ad hunc titulum, n. 92.* Felicianus de la Vega *in dict. cap. dilecti, n. 7.* Cauſa etiam deſideratur, quia cum petitio ſupponat actionem, & actio obligationem, & in judiciis perſonalibus nulla poſſit eſſe actio, niſi ex certis cauſis, §. 1. *Inſtit. de actionibus*, ideò cauſam exprimere neceſſe eſt, cum fieri poſſit, ut Actor eam cauſam dicat, ex qua Reus debeat, & ideo cedere deliberet; & è controverſo eſſe poterit, ut Actor cauſam dicat ex qua Reus non debeat, ac ideò contendere deliberet. *Iure* etiam *Digeſtorum* nomen Actionis deſideratur, quia uti refert Donel. *ubi ſupra*, nomina, & actionum formulæ diverſæ erant, *l. edita actio, Cod. de edendo, l. 2.* verſic. *Ex his legibus, ff. de origine juris, l. 1. §. 1. & 2. ff. de edendo*, Doctor Balboa *in præſenti, n. 124.* & præcipuè *in d. c. dilecti, 6. num. 11.* 2

Primò obſtat text. *in c. 2. de ordine cognitionum*, verſ. *De quibus juſtitiam fieri poſtulabat, &c.* Ex quo conſtat libelli oblationem valere, etiamſi rei petita deſignata non ſit: quem ut diſſolvam nodum, obſervandum cenſeo, quod *ibi* Abbas Florentinus, omnia damna Monaſterio à Nobilibus illa apertè complexus fuit in libello, ſed brevitatis cauſa nonnulla fuerant ſummariè propoſita, uti conſtat ex *Decretali integra, in 3. collect. Decretalium lib. 2. tit. 4. cap. 1.* ubi eruditè animadvertit eruditiſſimus Prim. & communis Præcept. D. D. Ildefon. Guillem. de la Carrera, *in præfatione ad textum in dict. cap. 2.* 3

de.

de ordine cognitionum, verſ. *De Nobilibus viris*, Maran. *lib.6.3.memb. num.*15. Paz *in praxi*, 1. *part.*4. *tempore*, *num.* 35.

4 Secundò obſtat text. difficilis *in l.* 1.§. *ſi quis* 40 *ff. depoſiti*, ibi *in rei petitione, non ſufficit in libello ſpecialis rei petitio, ſed utrumque neceſſe eſt ut exprimatur*, hoc eſt ſpeciem ipſam & pondus argenti. Cui ex diametro obſtat text. *in actione furti*, 19. *ff. de furtis*, ubi cùm aliqua res petitur, ſufficit ita rem demonſtrari, ut poſſit intelligi quæ res furata ſit. Sed licet horum jurium nodus inextricabilis omnibus viſus ſit; tamen pro illorum interpretatione ſupponendum eſt, quod non videtur reddi depoſitum, quod deterius redditur, §. *ſi res*
5 *depoſita*, 16. *ejuſdem l.* 1. *ff. depoſiti*, & cùm *in d. l.* 1.§. *ſi quis argentum*, non poſſit ſciri, an ſpecies auri, vel argenti reddatur deterior, niſi in libello etiam pondus exprimatur; neceſſariò deſideratur, ut non ſolum ſpecies in libello, ſed etiam pondus exprimatur: & in hoc ſeparanda eſt actio depoſiti ab actione in rem, quia in hac ſufficit ſpeciem exprimi, etiam non adjecto pondere, *l. ſi in rem*, 9. *ff. de rei vindicat.* ſecus in illa: rationem differentiæ refert Ant. Faber *in Rationali ad d. l.* 1.§. *ſi quis* 40. quem vide. Neque obſtat text. *in d. l. in actione furti*, 19. *ff. de furtis*: quia loquitur in furti actione, in qua furti actio datur ad pœnam dupli, vel quadrupli, ubi res furtiva tanti æſtimatur quanti Actor in litem juraverit, *l. in actione*, 50. *ff. de furtis*, ideò pondus in libello exprimi neceſſe non eſt; ſed ſufficit rem ita demonſtrari, ut quæ ſit poſſit intelligi. Ant. Fab. *in Rationali ad text. in d. l.* 1.§. *ſi quis* 40. Idem *in l. quæ de tota*, 76. §. 1. *ff. de rei vind.*

6 Tertiò obſtabit dicere, quod ſententia *ut ſupra* retulimus, libello conformis eſſe debet, *l. ut fundus*, *ff. communi divid. cap. licet Heli*, *de Simonia*, ſed ſententia incerta, ac ſine certa quantitate prolata valet, *l.* 1. *&* 2. *C. de ſententia quæ ſine certa quantitate*: ergo ſimiliter libellus incertus & dubius valere debet: In qua difficultate veriſſimè eſt dicendum, quod quemadmodum libellus incertus ex *ſupra* traditis non admittitur, adeò quod ſi ſententia lata fuerit ſuper libello incerto, nulla ſit, *c. examinata*, *de jud. c. cum dilecti*, *de emption. & vend.* ſic ſimiliter, nec ſententia incerta valere debet, nec tranſit in rem judicatam, *l.* 3. *Cod. de ſententia quæ ſine certa quantitate*, Mynſing. *in d.* §. *curare*, *Inſt. de action. n.* 3. Neque obſtant text. *in d. l.* 1. 2. *C. de ſentent. quæ ſine certa quantitate*: Quia procedunt, quando ſententia in uſuris condemnatoria eſt: quæ uſurarum pœna, etſi indefinitè proferatur, tamen certa eſt; ſiquidem uſuræ illæ ex ip-
7 ſo jure publico legitimæ intelliguntur, hoc eſt centeſimæ, ut *in l.* 2. *& per totum tit. ff. de uſur.* & ſic certa ſententia dicitur, quoties ejus certitudo aliquo modo demonſtrari poteſt; notat Gothofredus *in notis ad tex. in d. l.* 1. *C. de ſententia quæ ſine certa quantitate*, *& in l.* 3. *lit. Q.* videndus eſt etiam Mynſin. *in d.* §. *curare*, *n.* 3. *uſque ad* 11. Ant. Pichard. *ibid. n.* 2. *&* 15.

8 Quartò obſtat text. *in l. quæ de tota*, 16. §. *incertæ partis*, 3. *ff. de rei vindic.* ubi libellus in vindicatione incertæ patris admittitur. In cujus tex. difficultate dicendum eſt, quod etſi veriſſimum ſit in ſingulari rei petitione incertæ partis vindicationem non admitti, aliquando tamen accidit, ut id nullo modo poſſit fieri, propter incertitudinem quæ ſubeſt ex parte rei, cum poſſit juſta cauſa interveniente, ob quam incerta illa rei vindicatio admittatur, ut in exemplo quod Cajus refert *in d. l.* 76. §. *incertæ partis*, *ff. de rei vind.* veluti cum actor ignorat probabiliter quota, & quanta ſit portio, quam habet in re petita; ut puta ſi hominem legatum petat legatarius, & certum ſit falcidiam intervenire; ſiquidem *d.* §. *incertæ*. neceſſitas ipſa facit licitum, quod aliàs eſſet illicitum; ita ſimiliter eſt interpretandus tex. *in l. ſi non omnes*, §. 2. *ff. communi divid.* & de hac re jura refert Ant. Fab. *in Rationali ad tex. in l. quæ de tot.* 76. §. *incertæ. ff. de rei vēd.* & eodem modo, id quod ex pluribus corporibus conſtat, communi nomine vindicari poteſt, etiam non deſignatis capitibus, ut eſt grex, §. 1. *ff. de rei vind.* Cujac. *lib.* 15. *obſervation. c.* 33. Idem *lib.* 22. *Pauli ad edictum. in l.* 2 *ff. de rei vind.* Doctor Balboa *in commentariis*, *ad hunc text. num.* 109.

Quintò obſtat text. *in l. ſi. in fin. C. de annali exceptione*, 9
ubi generalis libellus, & obſcurus admittitur, & effectum ſortitur. Sed prædicta difficultas excluditur ex eo, quod *text. ille* tantum procedit in libello citatorio ad interrumpendam præſcriptionem, ut indicant ejuſdem text. verba ibi: *Et ſi quis generaliter dixerat*, *&c.* nam cum Imperator quæſtionem propoſuiſſet, de ſola interruptione, reſpondit præſcriptionem interrumpi per libellum generalem in illis verb. *Et libellum conventionis ei tranſmiſerit*, *&c.* ſiquidem per quemlibet citationem generalem interrumpitur præſcriptio: notat & plures refert D. Balboa *in comm. ad hunc text. n.* 82.

Sextò obſtat tex. *in l.* 1. §. *interdum*, 1. *ff. ſi pars hæredi-* 10
tatis petatur, ubi incertus libellus, & incerta hæreditatis petitio admittitur. Sed hujus difficultatis ſolutio deducitur ex *ejuſdem text.* verbis: nam quamvis verum ſit, quod libellus incertus, ſeu petitio incerta non admittatur; tamen interdum Prætor incertæ partis hæreditatis petitionem indulget, idoneis cauſis intervenientibus; quibus de cauſis multa permittuntur, quæ aliàs non admitterentur; & nulla cauſa magis idonea reputatur, quàm quæ ex mera facti, & juris neceſſitate proficiſcitur; nam *ut ſup.* diximus neceſſitas facit licitum, quod aliàs eſſet illicitum, cum caſus eveniet, *l.* 3. *C. locati*: *c. quod non eſt*, *de reg. jur.* ubi quamvis pars hæreditatis actori cõpetat, dici tamen non poteſt quota, ſeu quanta pars ſit; ut puta ſi frater deceſſerit, præmortuis jam fratribus, ſed ſuperſtite unius fratris filio jam nato, & uxoribus prædefunctorum fratrum prægnantibus, nam quamvis certum ſit fratris filio jam nato partem hæreditatis competere; tamen quanta pars ſit incertum eſt, cum incertum ſit, an ederentur fratrum defunctorum filii, cum quibus in capita eſſet ſucceſſurus, meritò æquiſſimum, imò & neceſſarium eſt, ut incertæ partis libellus admittatur. notat Ant. Faber *in Rationali, ad text. in l.* 1.§. *interdum. ff. ſi pars hæreditatis petatur*, Accurſ. *in d.* §. *interdũ*, verb. *Indulget*: & an *dos incerta peti poſſit*? & pro interpretatione ad text. *in l. ſi. C. de ſententiis quæ ſine certa quantitate* videndus eſt D. Balboa *in præſenti*, *n.* 110.

Septimò obſtat text. *in l.* 1.§. *quia autem. ff. quorum legat.* 11
c. Abbate 3. *de re jud. in lib.* 6. ibi: *Libellus alternativus & incertus admittitur.* Augetur difficultas ex eo, quod libellus alternativus regulariter non valet *l. Prætor edixit*, §. *quod autem*, *ff. de injur. l. ubi autem*, §. *qui illud*, *aut illud*, *ff. de verb. oblig.* ſiquidem dictio alternativa obſcuritatem, & incertitudinem affert argum. *text. in c. fin. de reſciptis.* Sed hæc difficultas diſſolvitur ex eo, quod jura in argumento adducta, procedunt in libello alternativè concepto, cujus incertitudo ex alieno facto ad certitudinem reduci poteſt; veluti, cum illa actio in libello propoſita, etſi ſit diverſa tamen tendit ad eundem finem, ſcilicet ad rem ipſam vindicandam, *d. c. Abbate* 3. juncta ejus Gloſ. *de re jud. l.* 6. quod ſecus eſſet, ſi cõtrariæ eſſent actiones; nam tunc libellus inutilis eſſet; D. Balboa *in præſenti*, *à n.* 87. *cum ſeqq.* Illigerus ad Donell. *lib.* 23. *Commentarior. c.* 4. *lit. A*, *& G.*

Octavò adverſus ea, quæ *ſup.* retulimus, videlicet ſpe- 12
cialem cauſam in libello eſſe exprimendam; valde obſtat tex. *in c. Abbate*, 3.§. *ſecus autem*, *de ſententia*, *& re jud. l.* 6. ubi ſufficit generalem cauſam exprimere, veluti ſi quis dixerit: *peto rem illam*, *quia illius dominus ſum*, & etiam ſi ſpecialem dominii cauſam quis non allegaverit, videlicet ex donatione, vel emptione incerta illa petitio tenet. Cui difficultati, ut ſatisfaciamus, meminiſſe oportebit diſcrimen verſari inter actionem in perſonam, nam in hac non ſufficit cauſam proximam exprimere, ſed neceſſaria eſt expreſſio ex cauſa remota (verbi gratia) non ſufficit dicere. *Peto ut mihi ſolvas centum*, *quia mihi debes*, ſed etiam requiritur cauſa ſpecialis, & remota; videlicet ut dicat, *quia mihi debes mutuo*, *ex empto*, vel ex alio contractu, & ita obtinet textus *in dicto capite finali*, *hoc titulo*, in illa verò ſufficit proximam, & generalem

ralẽ allegare, videlicet *pero talem rem, quia illius dominus sum*, etſi ſpecialem dominii cauſam non allegaveris: & ita obtinet text. *in dict. capit. Abbate*, 3. § *ſecus autem*. Nec huic ſolutioni obſtant verba *ejus text. ibi: Obnoxium, &c.* quia verba illa potius ad actionem in perſonam, quàm in rem, referri debent; quia verbum illud *Obnoxium*, non ſolum ad actionem perſonalem, ſed plerumque etiam ad actionem in rem adaptari ſolet, notat Doctor Balboa *in præſenti, n.* 122.

13 Nonò adverſus id quod ex Donel. ſententia in decidendi ratione, ſuprà retulimus, videlicet actionis nomen in libello eſſe exprimendum. Cujus ſententia comprobatur ex deciſion. *textus in l.* 2. verſic. *Ex his legibus ff. de origine juris, l.* 1. §. 1. *& 2. ff. de edendo*, valdè obſtat text. *in cap. dilecti* 6. *de judiciis*, ubi expreſsè conſtat non eſſe neceſſe actionis nomen in libello exprimere. In qua difficultate, omiſſa Gloſſæ interpretatione in *dict. cap. dilecti*, verb. *Actio*, quam ſequitur Donel. *ubi ſup.* afferens diſcrimen verſari inter jus Pontificium, & Civile, idem Donel. *in l. edita actio, Cod. de edendo*: verius dicendum eſt, quod neque de Jure Civili neque Canonico, actionis nomine in libello exprimere neceſſe eſt; ſed tantum ſufficere clarè, & purè factum proponere: ita ut jus agendi facilè reperiri poſſit, ex *d. cap. delicti* 6. *de judiciis, l. furti actione, ff. de furtis*, Hilligerus ad Donel. *lib.* 23. *Commentarior. cap.* 4. *lit. K.* Antonius Pichardus *in* §. *ſic itaque diſcretis, num.* 33. *Inſtit. de action.* Vaconius *lib.* 6. *declarationum, cap.* 84. Neque pro Donelli opinione quidquam facit text. *in d. l. edita actio* 3. *C. de edendo, l.* 1. §. 1. *& 2. ff. eodem, l.* 2. §. *ex iis. ff. de origine juris*; quia in dictis juribus non ſignificatur deſiderari proprium Actionis nomen; ſed potius demonſtratur jus illud antiquum, quo deſiderabatur illa verborum formula, qua Actor jus ſuum Reo dicebat, cujus copiam apud Prætorem proferebat; de qua antiqua formula, plura refert Donel. *lib.* 24. *Commentar. cap.* 4. Antonius Faber *in Rationali, ad text. in dict. l.* 1. *ff. de edendo*, Duar. *lib.* 1. *diſputat. cap.* 13. Doctor Balboa *in d. c. delicti*, 6. *de judiciis, n.* 11. 15. *&* 25. qui latè explicat deciſionem text. *in d. l. edita actio, C. de edendo*, præcipuè *ex nu.* 13. *cum ſeqq.*

14 Decimò prædictis obſtat text. *in c. de mutuis petitionibus, c. gravis* 1. *infrà de depoſito, c. octava*, 62. 12. *q.* 2. *c. experientia*, 15. 11. *quæſt.* 1 *c. examinata*, 15. *de judic. l.* 2. *Cod. de Epiſcopis, & Clericis*. In quibus juribus conſtat actionem eſſe in judicio proponendam, aliter autem ſubſiſtere non poſſe: quorum jurium difficultas explicata manebit, ſi attendamus, quod jura illa non debent accipi pro nomine Actionis: ita ut requirant actionis expreſſionem; ſed tantum debent accipi de jure, & cauſa petendi, cùm cauſa ipſa eſt, quæ tantum debet exprimi, *c. an eadem* 14. §. *actiones. ff. de exception. rei jud.* cum ex expreſſione ipſius cauſæ ſatis de actione conſtare videatur, argument. *text. in l quoties* 9. § *ſi quis nomen. ff de hæredibus inſtituendis*, notat Doctor Felician. de la Vega *in commentariis ad text. in dict. cap. dilecti* 6. *de judiciis, à num.* 28.

15 Undecimò his omnibus obſtat text. *in cap. conſtitutis*, 47. *de electione*, cum ageretur de annullanda electione inſcribitur, Procuratores compellendos eſſe, demonſtrare quo jure, ſeù qua actione nullitas ipſa ſubſiſtat, ac per conſequens, etiam de jure Pontificio neceſſe erit actionis nomen in judicio exprimere. Sed hæc difficultas ſimiliter ex juribus *ſuprà* adductis diſſolvitur; quia *ibi* neutiquam probatur, neceſſe eſſe nomen actionis exprimere, ſed tantum jus, ſive cauſam petendi declarare. Neque obſtabit principium illud, quo docemur ſine actione neminem in judicio experiri poſſe, *l. ſi pupilli*, 6. §. *videamus, ff. de negotiis geſtis, l. quotiens*, §. *item ſi temporali, ff. de adminiſtratione tutorum*: quia in illis juribus conſtat actionis nomen eſſe exprimendum, ſed tantum jus, ſeù ipſam petendi cauſam, ut *ſuprà* reſolutum eſt.

DE MUTUIS PETITIONIBUS Tit. IV.

Ad textum in cap. Ex literis, 1. & cap. prudentiam, 2. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Actor reconventus à Reo apud eundem Judicem reſpondere tenetur, etſi delegatus ſit.*

2 *Ratio aſſignatur.*
Actor qui judicem in ſuo negotio approbat, eundem contra ſe judicem habere debet.
Reconventio defenſionem continet.

3 *Actor Rei forum ſequi tenetur.*
Reus per reconventionem vicem actoris ſuſtinet.

4 *Mutua petitio an ante litem conteſtatam proponenda ſit.*
Explicantur text. in c. 1. *verſ.* In continenti, *hoc tit.* & cap. diſpendia, §. Reus quoque, de reſcr. l. 6. & c. 2. de ordin. cognit.

5 *Delegata poteſtas ſtricta eſt, ideò non extenditur de perſona ad perſonam in reſcripto non contentam.*

6 *Explicatur tex.* in c. cum dilectus, de arbitris: & l. non diſtinguemus, 42. §. item ſi quis Romæ, *verſ.* Sed compromiſſum, ff. de arb.

7 *Clericus an coram Judice laico reconveniri poſſit remiſſivè.*

8 *Reconventio an in cauſis ſummariis admittatur? remiſſivè.*

9 *Et an in cauſis executivis remiſſivè.*

10 *Et an in cauſis criminalibus? remiſſivè.*

11 *Favore alicujus inductum, in ejus odium retorqueri non debet.*
Clauſulâ, appellatione remota, *eſt ſtricti juris, & non extenditur ad alias cauſas in reſcripto non contentas, Intellige, ut ibi.*

CONCLUSIO.

ACTOR à Reo conventus, apud eundem judicem reſpondere tenetur, etiam ſi delegatus ſit, qui utramque cauſam ſimul terminabit, juxta modum procedendi ſibi præſcriptum. Conſonat text. *in cap.* 2. verſic. *Nos autem, de ordine cognitionum, cap.* 3. verſic. *Reus quoque, de reſcriptis lib.* 6. *cap. actuſotores* §. *cujus in agendo*, 3. *quæſt.* 8 *l. ſiquidem*, 11. §. *ſed & ſi mutuæ, ff. de juriſdictione omnium judicum, l. ſed & hæc perſonæ, ff. de procuratoribus, l. qui non cogitur*, 22. *l. Lucius*, 38. *ff. mandati, l. ſi inter me* 15. *ff. de exceptione rei judicatæ, l.* 1. §. *fin. quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur, l.* 1. §. *fin ff de extraordinariis cognitionibus, l.* 2. *Cod. rerũamotarum l. neque* 6. *C. de compenſationibus, cum Papinianus*, 14. *Authentic. & conſequenter Codic. de ſententiis & interlocutionibus omnium judicum*, exornant Barboſa *in l.* 2. *patagrapho legatis n.* 215. Idem *in l. qui Prior* 29. *ff. de judiciis*, Maranta *de ordine judiciorum*, 4. *part. diſtinction.* 6. Petrus Gregorius *lib.* 48. *ſyntagmatum, capite ſexto.* Cardoſo *in praxi Judicum, verb. Reconventio. num.* 5. Cõvarruvias *in practicis, cap.* 31. Duenmas *regul.* 202. Morla *in emporio tit.* 2. *quæſtion.* 13. Menochius *de arbitrariis, lib.* 2. *quæſt.* 44. *n.* 2. *&* 3. Tiraquell. *de Retractu, tit.* 2. §. 1 *gloſſ.* 5. *nu.* 11. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidianarum, cap. fin. part.* 5. §. *decimo, nu.* 19. Cujac. *l.* 22. *obſerv.* Idem *in Novella* 96. Goveanus *lib.* 2. *de juriſdictione induc. ad l. ſi idẽ* 11. *ff. de juriſdictione, n.* 2. Anton. Faber *in Rationali, ad textum in l. qui non cogitur*, 22. *ff. de judiciis.*

Idem

Idem *in l. cum Papinianus, de ſententiis, & interlocutionibus omnium judicum, in ſuo Codice, & libro conjecturarum, capite quinto* 6. 7. & S. Donel. *lib.* 17. *Commentariorum, cap. decimo octavo*, Illigerus *ad eundem, in dicto cap.* 18. *lit. L.*

2 Ratio aſſignatur *in l. cum Papinianus* 14. *Cod. de ſententiis, & interlocutionibus*, in illis verbis : *Cujus enim in agendo obſervat arbitrium, eum habere & contra ſe judicem in eodem negotio non dedignetur, &c.* Nam cum actor Iudicem in ſuo negotio adierit, & probaverit contra Reum, eundem pro Reo contra ſe habere debet, *l.* 1. *per totam. ff. quod cuiuſque juris, cap. cum omnes, de conſtitutionibus, dict. cap. accuſatores. paragrapho cuius in agendo: 3. quæſt.* 8. quod etiam Reo actori utiliſſimum eſt, ut lites breviori tempore finiantur, *l.* 1. & 2. *digeſtis quibus ex cauſis ad eundem judicem eatur, l. omnes* 5. *Cod. arbitrium tutelæ.* Accedit etiam, quia mutua petitio, etſi in modum actionis proponatur, tamen quodammodo defenſionem continet, *l. neque* 6. *Cod. de compenſationibus, l.* 1. *Codic. de rerum amotarum*, & pars ejuſdem judicii efficiatur, ut conſtat *in dicta leg. cum Papinianus*, verſicul. *In eodem negotio, &c.* quare cum conventio apud eundem judicem debeat examinari, *l. ubi acceptum, digeſtis, de judiciis*, Donellus *ubi ſupra*, verſic. *Tertia, ab iis*: juſta de cauſa Actor à Reo reconventus apud eundem judicem, etiam delegatum, reſpondere tenetur.

3 Primò obſtabit dicere, quòd Actor neceſſariò tenetur forum Rei ſequi, *l. juris ordinem* 2. *Codic. de juriſdictione omnium judicum, capit. cum ſit generale, de foro competenti*, & cum in reconventione Reus vice Actoris, & Actor vice Rei fungatur, non debet in reconventione eumdem Iudicem contra ſe incompetentem fortiri; præſertim cum nullus actionem exercendo deteriorem ſuam conditionem, ſed meliorem faciat; *leg. aliam* 29. *digeſtis de novationibus, leg. non ſolet*, 86. *cum ſequenti, digeſtis, de regulis juris*; ergo iniquum eſt, quod in cauſa reconventionis alienum judicem ſuſcipiat. Cujus dubii ſolutio pendet ex decidendi ratione ſuprà adducta: nam licet fateamur libenter Actorem ſequi teneri forum Rei ex *juribus ſupra adductis*; tamen in reconventione Iudex, qui Actori incompetens erat, propter reconventionem efficitur competens, neque ex eo conditionem ſuam deteriorem facit: ſiquidem eundem Iudicem, quem in agendo obſervavit, eundem etiam ex naturali ratione ſupra adducta, adverſus ſe debet ſuſtinere; præcipuè quia ex prorogatione, quæ ex reconventione ſit, Actor nullum damnum patitur, imò potius commodum, cùm minori cum detrimento, ſumptibus, & expenſis, facilius coram uno eodemque judice cauſam experiri poſſit, merito igitur juſta de cauſa deciſum eſt, ut Actor coram Judice, quem elegit, reſpondere cogatur.

4 Secundò adverſus ea, quæ Alexander III. *in cap.* 1. *hoc titul.* verſic. *In continenti*, docet, videlicet mutuam petitionem in continenti proponendam eſſe, hoc eſt ante litem conteſtatam: quod etiam refertur in *cap. ex conqueſtione* 20. *de reſtitutione ſpoliatorum*, verſicul. *Ante ipſius cauſæ ingreſſum*, & in *Clementina, ſæpe, paragrapho verum, de verborum ſignificatione*, verſic. *In exordio litis*, valde obſtat text. *in cap. diſpendia, paragrapho Reus quoque, de reſcriptis, lib.* 6. in illis verb. *Durante judicio, &c.* Ex quibus conſtat reconventionem, ſeù mutuam petitionem poſt litem conteſtatam proponi poſſe; hoc eſt interim, dum judicium diſceptatur. Sed licet horum jurium nodus inextricabilis omnibus videatur; tamen pro illorum interpretatione ſupponendum eſt, reconventionem duos effectus producere; unum ſimultanei proceſſus, alterum prorogationis juriſdictionis. Primus eſt, ut ſtatim atque reconventio proponitur, conventionis, & reconventionis cauſa eodem proceſſu tractetur, & una eadémque ſententia terminetur; ſecundus eſt, ut propoſita reconventione prorogatio juriſdictionis fiat: ita ut Actor juriſdictionem declinare non poſſit. Sed hæc duo privilegia reſultant ex tempore quo reconventio proponitur: nam licet regulariter reconventio, ex *noſtro textu, & dictis juribus*, ante litem conteſtatam proponi debeat; tamen privilegia inter ſe differunt, nam ſi ante litem conteſtatam mutua petitio proponitur, privilegium erit, ut conventionis, & reconventionis cauſa ſimul in eodem proceſſu tractentur, eademque ſententia terminentur: & ita obtinet *textus noſter*, & ſimilia jura *ſuprà* adducto: ſi verò mutua petitio poſt litem conteſtatam fuerit propoſita, tunc privilegium ſimultanei proceſſus ceſſat; & tantum admittitur prorogatio juriſdictionis, ut coram eodem Judice reconventio tractari debeat, & ita obtinet textus *in dicto capit. diſpendia, paragrapho Reus quoque, de reſcriptis, libro ſexto*, eodémque modo interpretandus eſt textus *in capitul. ſecundo de ordine cognitionum*, cum ſibi ipſi pugnare videatur: ſiquidem in verſicul. *Cum ea*, demonſtrat, quod ſi Reus Actori objiciat ſpoliationem, in vim actionis, cenſentur mutuæ petitiones; & prius tractari debet, quæ prius in judicium fuerit adducta. Et verſicul. *Quamquam*, affirmat, quod ſi idem judicium petitionis ab utraque parte deducatur, judicia illa debent viciſſim tractari, & una eadémque ſententia terminari; cujus interpretatio pendet ex ſupra dictis ſiquidem verſiculus, *Cum ea*, intelligi debet, quando reconventio proponitur poſt litem ſimul conteſtatam: nam tunc intelliguntur duæ cauſæ diverſæ minimè ſeſe contingentes; ideòque ſeparatim ab eodem Judice tractari debent: at verò verſiculus, *Quamquam*, loquitur quando reconventio proponitur in exordio litis, hoc eſt ante conteſtationem, quia tunc dicuntur actiones ſeſe contingentes; & ideò ex *noſtri textus* deciſione unica ſententia terminari debent.

Tertiò adverſus *noſtrum textum* verſiculus, *Coram* 5
vobis ſuper eiſdem quæſtionibus, &c. Ex quibus verbis conſtat, quod mutua petitio etiam in Judice delegato admittitur: Obſtabit dicere, quod delegata poteſtas, adeò ſtricta eſt, ut non poſſit prorogari de perſona ad perſonam; nec de re ad rem, ſi in ſcripto non eſt comprehenſa, juxta textum *in cap. ſignificaſti, trigeſima ſexta, de reſcriptis, capit. petitione, de officio Deligati*: ergo nec *in præſenti* delegata juriſdictio ex mutua petitione prorogari poterit. Cui difficultati reſpondendum eſt, ideò *in præſenti* ex mutua petitione delegatam juriſdictionem prorogari poſſe, quia cum mutua petitio inter eaſdem perſonas inſtituatur, in qua prima conventione litigabant; nec reconventio ſit quid diverſum à negotio principali; ſed ejus pars cenſeatur; ideò coram eodem judice, etiam delegato mutua petitio admittitur: nam quamvis delegata juridictio ſit odioſa; tamen illud odium non admittitur in cauſa reconventionis, cum ex ipſa juris neceſſitate naturali ratione permiſſa cenſeatur, notat Menochius *de arbitrariis, caſu quadrageſimo quarto, numero ſexto*, Morla *in emporio titulo* 2. *quæſtio.* 21.

Nec obſtat textus *in capit. cum dilectus ſexto, de ar-* 6
bitris, ubi reconventio coram Judice arbitro non admittitur; quia diſcrimen ſtat inter judicem arbitrum, & delegatum: nam delegatus juriſdictionem habet, ideóque ex rationibus ſupra adductis, in reconventione prorogabilis eſt; Arbiter autem nullam habet juriſdictionem, cum privatorum conſenſu de his tantum, quæ in compromiſſo comprehenſa ſunt, judicare poſſit: Menochius *de arbitrariis, quæſtione quadrageſima quarta, numero ſecundo*. Ita ſimiliter eſt interpretandus textus difficilis *in leg. non diſtinguemus quadrageſimo ſecundo, paragrapho item ſi quis Romæ, verſic. Sed compromiſſum, digeſtis de receptis arbitris*: de qua videndus eſt Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum, in verſicul. Sed compromiſſum*, Cujacius *libro vigeſimo ſecundo obſervationum, cap.* 22. & an Procurator teneatur reum in reconventione defendere; diſputat Gloſ. verbo, *Reſpondendum, in capitul. Accedens* 10. *de procuratoribus, leg. ſervum, trigeſimo tertio*, cum *ſuis* §§. *leg. ſi quis in*

rem, trigesimo quarto leg. mutus quadragesimo quinto, paragrapho pœna, & textus difficilis *in leg. pater, septuagesimo, digestis de Procuratoribus*, videndus est Antonius Faber *in Rationali, in dictis iuribus. Idem libro vigesimo secundo coniecturarum, capit. decimo* Donellus *libro decimo octavo, Commentariorum, capit.* 13. & similiter an Legatus Romæ durante legatione reconveniri possit? videndus est Antonius Faber *in Rationali, ad textum in l.* 2. §. *sed si agant, ff. de judiciis, littera A.* Cujacius *libr.* 20. *observationum, capitul.* 22. & an Clericus coram Iudice laico reconveniri possit; latè disputat Morla *in emporio titulo secundo quæstion.* 13. Covarruvias *in practicis quæstionibus, capitul.* 31. Felician. de la Vega *in capit. decernimus, de judiciis, ex numer.* 104. *Idem in capitul. at si Clerici à num.* 38. *& in capit. final. de judiciis, numer.* 42. Marta *de jurisdictione, part.* 4. *Centuria secunda, cap.* 167. Antonius Faber *lib.* 20. *coniecturarum, capit.* 7. Hilligerus ad Donellum *lib.* 17. *capit.* 18. *littera C.* Et similiter an reconventio in causis summariis admittatur? disputat Gaillius *lib.* 1. *observationum, capitul.* 46. *numer.* 5. Menochius *de arbitrariis, libro primo, quæstion.* 44. *numer.* 14. *& libro secundo casu* 184. *numero secundo*, & an in causis executivis reconventio locum habeat? videndus est Parladorius *lib.* 1. *rerum quotidianarum,* 5. *part. capit. final.* §. 11. *numer.* 31. Guttierrez *lib.* 2. *practicarum quæstionum, quæstion.* 22. Maranta *dict.* 6. *part. num.* 30. *cum sequentibus*, & similiter an in criminalibus causis reconventio locum habeat? videndus est Barbosa *in l. viro, num.* 3. *ff. soluto matrimonio,* Thomas Sanchez *de matrimonio, lib.* 10. *disputatione* 12. Pacius *Centuria* 7. *quæstione* 62. de qua re plura dicemus in *cap. cum dilectus, de ordine cognitionum,* 16. *dub.*

Quartò adversus decisionem traditam in *cap. final. hoc titulo*, obstabit dicere, quod rescriptum illud, cum clausula, *appellatione remota*, fuit concessum in favorem Actoris, qui causam in judicium deduxit: ergo clausula illa non debuit in ejus odium retorqueri, & ad mutuam rei petitionem extendi; juxta regulam textus in *leg. quod favore,* 6. *Codice de legibus, lib.* 25. *digesto eodem, capitul. quod ob gratiam*, 61. *de regulis juris in sexto.* Præcipuè, quia nec in duabus causis, simul in eodem rescripto commissis, clausula illa de una ad aliam prorogatur, *capitul. Inquisitioni* 71. *de appellationibus.* Quæ difficultas dissolvitur ex eo, quia et si in *dicto capite finali hoc titulo*, rescriptum sit impetratum in favorem Actoris, cum clausula, *appellatione remota*; tamen Reo reconveniente Actorem, idem jus erit servandum. Tum quia id suadet æquitas, ut insinuat Pontifex *ibidem*, tum quia clausula, *appellatione remota*, ad unum negotium impetrata fuit, cujus negotii pars reconventio est; & cum idem judicium sit rectè respondit Pontifex extendi ad eam; nec juvatur ex impetratione rescripti cum clausula, *appellatione remota*; nam cùm sint plura negotia, ad omnia non extenditur si in medio rescripti clausula ponatur, ex *dicto capit. Inquisitione septuagesima prima, de appellationibus.* Cui ex diametro opponitur textus *in capit. Secundo requiris quadragesimo primo in principio, eodem titulo, de appellation.* Quia distinguendum est inter plura negotia minimè inter se contingentia, & inter unicam causam plures articulos connexos habentem; quia in primo casu fieri debet distinctio, de qua mentio habetur in dicto *capit. Inquisitioni*: in secundo verò extenditur rescriptum, cui apponitur clausula *appellatione remota*, quia etsi sint plures articuli connexi, non sunt plures causæ, sed unica tantum, ut *capite secundo, hoc titul.* siquidem ut *supra* retulimus, reconventio, & causa principalis, una & eadem causa censetur.

DE LITISCONTESTATIONE Tit. V.

Ad textum in capit. Olim, hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Litis contestatio fit per petitionem, & responsionem sequutam, non vero per positiones, & responsiones.*
2 *Ratio assignatur.*
3 *Contestatio est fundamentum, & lapis angularis judicii.*
4 *Per solam citationem judicium dicitur captum, & jurisdictio delata perpetuatur. Et an id verum sit? ibi* & num. 5. & 6.
5 *Explicantur, & conciliantur text.* in c. relatum, 19. & c. gratum, 20. de offic. deleg.
6 *Explicatur textus* in §. ultimo, Instit. de pœna temerè litig. l. si defensor, l. voluit, ff. de interrogator. actionib.
7 *Præscriptio* 30. *annorum interrumpitur per solam citationem.*
8 *Citatio operatur litis pendentiam.*
9 *Præsentatio rescripti non operatur litis contestationem. Explicatur textus in* capite præterea, in fin. de dilation.
10 *Explicatur textus* in leg. unica, Codic. de litis contestat.
11 *Explicatur litera text.* in Authentica, qui semel, C. quomodo, & quando judex.

CONCLUSIO.

NON *per positiones, & responsiones, sed per petitionem in jure propositam, & responsionem sequutam fit litis contestatio; qua omissa nullus est processus.* Consonat text. *in cap.* 1. *&* 2. *hoc tit. libr.* 6. *capit. prout de dolo & contumacia, capit. quoniam contra falsam*, versicul. *Petitiones, de probationibus, capit. quinquagesimo quarto*, versicul. *Licet autem, de electione, capit. cum causam,* 62. *de appellationibus, capit. super quæstionum,* §. 1. *&* 2. *cap. gratum* 20. *de officio Delegati, capit. ex parte,* 30. *capit. forus, de verborum significatione, capit. offeratur: 3. quæstion. 3. l.* 2. *authentica, libellum, Authentica offeratur, Codice hoc titul. l.* 12. §. *patroni, Codice de judiciis, l. his qui* 25. *ff. de rei vindicatione, l. cum fundus,* 31. *in fin. digestis si certum petatur, l. amplius non peti,* 15. *in princip. ff. rem ratam haberi, l. si Reus* 73. *ff. de Procuratoribus, l.* 1. §. 1. *ff. de interrogatoriis actionibus l.* 3. *titul.* 20. *partita* 3. *lib.* 1. *&* 2. *titul.* 4. *libr.* 4. *Recopilationis.* Illustrant hanc conclusionem Maranta *de ordine Judiciorum, part.* 6. *membro* 10. *de litis contestatione,* Menochius *de præsumptionibus, lib.* 2. *præsumptione* 30. Mascardus *de probationibus, conclusione* 434. *numer.* 1. Cevallos *communium contra communes, quæstion.* 442. Ludovicus Miranda *de ordine judiciorum, quæstion.* 20. *articulo quinto, conclusione quarta,* Cardoso *in praxi Judicum*, verb. *Lis, numero vigesimo,* Mynsingerus *Centuria prima, observatione* 1. Guttierez *lib.* 1. *practicarum quæstionum, quæstion.* 46. Parladorius *lib.* 1. *rerum quotidianarum, cap.* 19. Gilquenius *in dict. leg. unica, Cod. hoc titul.* Covarruvias *lib.* 2. *variarum, cap.* 2. *numer.* 1. Gayllius *lib.* 2. *observationum, observation.* 74. Fachineus *libr.* 11. *controversiarum cap.* 82. Revardus *pro tribunali: capit. undecimo,* Duar. *ad titulum, ff. de judiciis, cap.* 2. Antonius Pichardus *in* §. *omnium autem, Institut. de pœna temere litigantium num. quarto, & sequentibus*

bus. Idem *in manuductionibus ad praxim, part. 1. præcepto 3. num. 6.* Anaſtaſius Germonius *lib. 2. animadverſionum, cap. 5.* Donellus *lib. 25. Commentariorum, cap. 1. & lib. 19. c. 8.* Hilligerus *ad eundem, lib. 23. cap. 8. lit. Z.* Cuiacius *lib. 9. obſervationum, cap. 21.* Paz *in praxi, tom. 2. 7. part. cap. unico, num. 59.* Felicianus de la Vega *in rub. ad tit. de judiciis numero tertio, cum ſequentibus,* Doctor Balboa *in cap. propoſuiſti 18. de foro competenti numero ſecundo, & ſequentibus* à me traditis *in cap. propoſuiſti, 19. de foro competenti.*

2 Ratio eſt, quia cum controverſia, quæ inter Actorem, & Reum vertitur, per Iudicis ſententiam definienda ſit, meritò ut ejus animus in ea inſtruatur, omnino deſideratur, ut lis conteſtetur petitione Actoris, & Rei reſponſione, ut ſic Judex in cauſa melius inſtrui poſſit, *l. fin. Cod. ſi per vim, vel alio modo, l. 2. Cod. de officio civil. Iudic.* nam aliàs litigantes in incerto vagarentur neſcientes quid probare deberent, & quò ſua tela dirigerent, & Iudices cognitionem ad finem litibus imponendam adhibere non poſſent: quare Patres prius per litis conteſtationem accedere oportet, argument. *textus in cap. 2. de cauſa poſſeſſion. & proprietatis, l. de unoquoque, 47. ff. de re judicata,* quæ omnia Judex providere non poteſt, niſi lite legitimè conteſtata, Donellus *libr. 24. capite primo,* verſic. *Non enim,* Gilquinius *in dict. l. unica, Cod. hoc titul. numero ſeptimo.* Nec per poſitiones, & reſponſiones lis conteſtatur, quia qui ponit dictum, vel factum nihil adverſario petit, nec qui reſpondet negans, contradicendi animum habet, præſertim, cum verbis enuntiativis poſitiones fiant, & ideò non debent operari effectum petitionis, vel contradictionis, argumento *textus in cap. ſignificaſti, de appellationibus:* quibus de cauſis Judex, abſque litis conteſtatione procedere non poteſt, aliàs (ex noſtri *textus* deciſione) quidquid fecerit nullius erit momenti, *dicto cap. dudum 54. verſicul. Licet autem, de electione:* ſiquidem conteſtatio eſt fundamentum, & lapis angularis judicii, *l. qui ſe obtulit, ff. de rei vindication. cap. relatum 10. de officio Delegati,* & ubi fundamentum deficit, nihil ſuperædificari poteſt, *cap. Paulus, 1. quæſtione ſecunda,* & de hac re plura retulimus *in cap. propoſuiſti, 19. de foro competenti.*

4 Primò obſtat textus *in cap. gratum, 10. de officio Delegati,* ubi per ſolam citationem judicium dicitur cæptum: ſiquidem per eam ſolam perpetuatur delegata juriſdictio. Augetur difficultas ex textu *in cap. relatum, 19. ejuſdem tituli,* ubi in eadem ſpecie, ex ſola citatione judicium non dicitur cæptum, nec juriſdictio perpetuatur, niſi ſolemnis præcedat litis conteſtatio.

5 Sed licet horum jurium nodus omnibus indiſſolubilis videatur; tamen pro illorum interpretatione ſupponendum eſt, quod ſi re integra deceſſerit is, qui mandavit juriſdictionem, omnino extinguitur judicis delegati poteſtas, *cap. licet undique,* cum aliis, *de officio Delegati,* & res integra dicitur, quando lis non conteſtata fuit: ſiquidem ex ſola litis conteſtatione perpetuatur juriſdictio: non verò ex ſola ſimplici citatione, *dict. cap. relatum, de officio Delegati.* Neque obſtat textus *in dict. cap. gratum, 20. ejuſdem tituli,* nam *ibi* ex ſola citatione perpetuatur juriſdictio, quia Urbanus Pontifex non loquitur de ſimplici, ſed de peremptoria citatione: de qua etiam mentio habetur in *cap. ex tuis de Clericis non reſidentibus,* quæ ſolemnis citatio quoad effectum perpetuandæ juriſdictionis æquiparatur litis conteſtationi, *l. poſt edictum. 73. ff. de judiciis, l. conſentaneum, cum Authentica, qui ſemel, Cod. quomodo, & quando judex:* ſiquidem ubi cæptum eſt judicium, ibi finem debet accipere, *l. ubi cæptum, ff. de judiciis,* quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi: *Citationis edicto,* & ibi: *Quod in caſu priori citatione facta negotium ſit quaſi cæptum.* De qua litis conteſtatione, etiam intelligendus eſt textus in *cap. quoniam frequenter, §. Porro, ut lite non conteſtata,* quæ jura ita ad concordiam reduxit Anaſtaſius Germonius *libro primo, animadverſionum, capite quinto.*

Secundò prædictis obſtat textus *in §. ultimo, Inſtit. de pœna temerè litigantium,* ubi tantum acceptatione ipſa judicium dicitur cœptum, cùm actiones omnes acceptatione ipſa initium aſſumere videantur. Cui difficultati ut occurramus adnotandum eſt, citationem eſſe principium inſtituendarum actionum, & ita procedit textus *in dict. §. ultimo, Inſtit. de pœna temere litigantium,* non autem judicium ipſum; quia judicium incipit à litis conteſtatione, & ita procedit textus *in capite primo, hoc titulo.* Nec obſtabit ſi inſtes, quod actio eſt jus perſequendi in judicio, juxta textum *in §. 1. Inſtit. de actionibus,* quia ibi *judicium* accipitur pro loco, in quo actiones proponuntur, notat Fachineus *libro undecimo, controverſiarum juris, capite 81.* ita ſimiliter eſt interpretandus textus *in l. ſi defenſor, l. voluit, ff. de interrogatoriis actionibus,* ibi: *Interrogationes dicuntur fieri in judicio,* & tamen fiunt ante litem conteſtatam, ut ex litera noſtri *textus* conſtat, quia verba illa: *In judicio fieri,* idem ſignificant, ac ſi textus diceret in loco fieri, ubi jus redditur: cum verbum illud, *judicium,* plerumque pro loco judicii accipiatur, *c. quanto, de judiciis,* Fachineus *dicto lib. 1. controverſiarum, cap. 5.*

Tertiò obſtat textus *in l. cum notiſſimi, Cod. de præſcriptionibus,* ubi præſcriptio triginta annorum interrumpitur per ſolam citationem: ergo citatio judicialem effectum producit, ac per conſequens ex ea ſola lis conteſtari videtur. Sed hujus dubii facilis erit explicatio, ſi attendamus ex prædictis non inferri litem conteſtari ex ſola citatione, ſiquidem ad interrumpendam præſcriptionem, non deſideratur judicium ſolemne, & formale, per litis conteſtationem, cùm præſcriptio illa, etiam ſi non ſequatur alia petitio, interrupta manebit. Nec ſimiliter obſtat textus *in Clementina 2. ut lite pendente,* ubi ſola citatio operatur litis pendentiam ad effectum, ut nihil debeat innovari. Quia non ex eo infertur, quod ex citatione judicium initium accipiat; ſed ex eo quia poſt citationem, jam pendere dicatur, quo pendente nihil eſt innovandum, *capite primo, ut lite pendente:* meritò *textus* ille tantum debet intelligi, quoad Iudicis juriſdictionem: non verò quoad initium & litis conteſtationem. Fachineus *lib. 11. controverſiarum juris, cap. 81. apud finem.*

Quartò obſtat textus *in cap. præterea, in fin. de dilationibus,* ubi ſola Reſcripti ex parte Actoris præſentatio ſufficit ut lis conteſtata dicatur: cùm textus ille affirmet poſt R ſcripti præſentationem, ad examinationem cauſæ procedi poſſe, quod non admitteretur, niſi ipſa ſola Reſcripti præſentatio ſufficeret. Quæ difficultas aliter ſervari non poteſt, niſi dicamus in *dict. capite ſecundo,* poſt Reſcripti præſentationem ſtatim antequam in cauſa procederetur, eam præceſſiſſe ſolemnem litis conteſtationem, libelli oblationem, juramentum calumniæ, uti noviſſimè refert Auguſtinus Barboſa *in collectaneis ad eumdem textum,* verſicu *l. Sed procedendum potius eſt, à num. 5.*

Quintò adverſus ea, quæ refert textus noſter in verſic. *Reſponſionem ſequutam, &c.* & ibi notant omnes videlicet ad litis conteſtationem non eſſe neceſſarium, ut uno eodemque tempore Partes adſint, & in continenti controverſiam ſtatim proponant: quod etiam docet textus *in dict. cap. dudum,* el ſegundo, *de electione,* verſic. *Licet autem,* ubi tantum pro forma conteſtationis deſideratur ut præcedat petitio Actoris, ad quamvis ſubſequatur Rei reſponſio, quod intervallum etiam expreſſè conſtitutum eſt in *Auth. offeratur, Cod. hoc titul. & in l. 2. titul. 3. lib. 4. Recopilationis.* Valde obſtat textus *in l. unica, Cod. hoc titul.* ubi ad conteſtationem deſiderari videtur, quod facti narratio ſimul ab utraque parte viva voce coram Iudice fiat: ſiquidem Iudex ſimul ab omnibus partibus jam audire debet. Cui difficultati occurritur ſi dixeris tantum

in dict. l. 2. procedere juxta antiquiorem judiciorum ordinem, cum apud Prætorem disceptabatur, & simultanea illa propositio ad impetrandam judicii formulam desiderabatur, quam Prætor judici dato præscribebat, uti refert Revardus *pro tribunali, cap.* 11. Duarenus *ad titulum de judiciis, cap.* 1. Petrus Faber *lib.* 1. *semestrium, cap.* 24. Petrus Gregorius *lib.* 48. *syngtamatum, cap.* 6. *num.* 2. Helligerus ad Donellum *lib.* 24. *Commentariorum, cap.* 1, *litt. A. & D.* & sic de hac antiqua contestationis formula intelligendum esse textum *in dict. l.* 2. *C. hoc titul.* demonstrat Cuiacius *lib.* 9. *observationum, cap.* 12. Parladorius *libro primo, rerum quotidianarum, cap.* 14.

11 Sextò prædictis omnibus valdè obstabit textus *in Authent. qui semel*, versic. *Etsi lis cœpta non sit, C. quomodo, & quando judex*, ex quo (si principium illius *textus* attendamus) constat litis contestationem non effici, etiam postquam Actor recessit, & Reus in judicio respondeat. Quam difficultatem dissolves si dixeris verba illa: *Etsi lis non sit contestata, &c.* referenda esse ad tempus, quo Reus nondum responderat, sed tantum postulaverat, ut adversarius Edictis vocaretur, post quæ suas allegationes proponens litem contestatur, & sententia per Iudicem profertur, quæ sine litis contestatione locum non habet, *l. properandum, §. sin autem Reus, C. de judiciis, cap. quoniam frequenter, ut lite contestata*: Reliqua vide apud Glossam *in præsenti*, verb. *Responsionis*. Et de litis contestatione quoad exceptionem, videndus est text. *in l. siquidem. Cod. de exceptionibus*, & textus *in l. peremptorias, C. sententiam rescindi non posse*: de quorum jurium interpretatione, disputat Doctor Balboa *in cap.* 1. *de ordine cognitionum, num.* 12. Helligerus ad Donellum *lib.* 22. *cap.* 8. *littera F.* de materia hujus *text.* plura retulimus in *cap. significasti*, 18. *de foro competenti*, quæ omnia *in præsenti* referenda sunt.

UT LITE NON contestata, Tit. VI.

Ad textum in cap. Ad hæc, 2. cap. Accidens, 4. cap. Quoniam frequenter, 5. cum aliis, hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Testes lite non contestata recipi non possunt, nec causa per sententiam diffiniri.*
2 *Ratio assignatur.*
3 *Lis non dicitur, nisi post contestationem.*
4 *Probationum facultas restringenda non est, sed potius extendenda.*
5 *Reo per contumaciam absente, admittitur Actor ad probationem, & mittitur in possessionem, & num.* 10.
6 *Missus in possessionem non possidet, sed rem custodiæ causa detinet.*
7 *Nemo ex malitia sua commodum reportare debet.*
8 *Testes ante litem contestatam recipi possunt cum ex mora periculum imminet: & ibi referuntur exempla, & num.* 9.
9 *Explicatur textus* in cap. cum olim, 34. de testibus.
10 *Adversus absentem, & contumacem recipiuntur testes, & ad sententiam devenitur.*
Explicatur text. in cap. veritatis 8. de dolo, & contum. & cap. prout 4. eodem tit. & cap. 2. de litis contest. lib. 6. & num. seq.
11 *Excipiens non respondet.*
12 *Explicatur text.* in cap. cum dilectus, de consuetud. & cap. cum Ecclesia Satrina, de causa possession. & cap. cum venissent, de constit.
13 *Causa ad superiorem per appellationem delata, non est opus nova litis contestatione.*
Explicatur text. in cap. interposita, §. fin. de appellat.
14 *Actore contumace existente, proceditur usque ad sententiam diffinitivam.*
Explicantur text. in cap. causam, 3. de dolo, & cont. & Auth. qui semel, C. de litis contest.
15 *In causa naufragii proceditur ad testium receptionem citra litis contestationem.*
Explicatur l. 2. C. de nauf. lib. 11.

CONCLUSIO

Totius Tituli, hæc est.

1 *LITE non contestata, non est procedendum ad testium receptionem, vel ad sententiam diffinitivam.* Consonat text. *in cap. dudum*, 54. versic. *Partibus, de electione, cap. unico, de litis contestatione, cap. prout, de dolo, & contumacia, cap. cum causam*, 62. versic. *Indices, de appellationibus, cap. in nostra*, 4. versic. *Sed idem de Procuratoribus, cap. exhibita* 19. *de judiciis, cap. cum Ioannes* 22. *de sententia & re judicata, l. properandum*, 13. versic. *Post litem contestatam, C. de judiciis, l. consentaneum*, 8. §. *fin. C. quomodo, & quando judex, Authent. sed & si quis, C. de testibus, Authent. de exhibendis Reis*, §. *si vero, l.* 2. *titul.* 16. *part.* 3. *l. fin. titul.* 10. *ejusdem part.* exornant nostram conclusionum, Crotus *de testibus, num.* 258. Menochius *de arbitrariis casu* 61. Idem *de præsumptionibus lib.* 2. *præsumptione* 54. Mascardus *de probationibus, conclus.* 683. & 1367. Socin. *regul.* 242. 243. & 406. & 404. & 499. Farinac. *in praxi criminali, q.* 76. *num.* 2. Maranta *de ordine judiciorum, part.* 4. *distinct.* 9. *num.* 70. Antonius Gomez *tom.* 3. *variarum, cap.* 1. *n.* 19. Petrus Gregorius *lib.* 48. *syntagm. cap.* 6. *in fin.* Gilquenius *in l. unica, C. de litis contestatione, num.* 50. & 141. Cuiacius *in præsenti, & paratitlis ad tit. C. quomodo, & quando judex*, Matienço *in dialogo relatorum* 3. *part. cap.* 44. Duarenus *in Authent. sed si quis, C. de testibus*, Farinac. *de testib. quæst.* 79. Anton. Faber *in Rationali, ad text. in l. in lege Aquilia* 40. *ff. ad legem Aquiliam*, Gothofredus *in notis ad pandect. ibidem litt. H.* Helligerus ad Donellum *libro secundo Commentariorum, capite* 1. *lit. E.*

2 Ratio hujus tituli ut facilius, & clarius illucescat, in memoriam revocanda sunt, quæ ad *titulum de litis contestatione* observavimus; nam cum controversia, seu causa status per litis contestationem constituatur, ut inde judicium incipiat, *l. is qui se obtulit, ff. de rei vindicatione* cum suprà traditis: justa de causa, antequam lis fuerit contestata, in causa principali testes non sunt recipiendi: nam testes in pecuniariis litibus, & criminalibus causis adhibentur, *l.* 1. §. *adhiberi, ff. de testibus*, & lis non dicitur, nisi cum post contestationem discutitur, *cap. forus, de verborum significatione*, & 3 tunc temporis Actor ad intentionem suam probandam, & Reus ad exceptionem admittuntur, *l. siquidem*, 9. *ff. de exceptionibus*, scilicet post juramentum calumniæ præstitum, ante quod in judicio progedi non licet, *cap. cum causam, de juramento calumniæ, l.* 2. *C. de jure jurando propter calumniam*, textus elegans *in cap. quoniam contra falsam, de probationibus*, ubi cum actus judiciales suo ordine referantur, depositiones testium non solum post petitiones, & responsiones, sed etiam post interrogationes, & responsiones partium ponuntur, quæ rationes multo fortius locum habent.

Quoad secundam conclusionis partem, qua probatur, non posse ad sententiam diffinitivam procedi, nisi lis contestata fuerit: nam si testes non recipiuntur, multo minus judex poterit sententiam proferre, cum de

de cauſa nondum cognoverit, argumento text. *in l. de qua re*, 74. *ff. de judiciis l.* 1. *Cod. de executione rei judicatæ.*

4 Primò obſtabit dicere, quod probationum facultas reſtringenda non eſt, ſed potius extendenda, *l. quoniam*, 22. *C. de Hæreticis, & Manichæis, l. curent*, 22. *ff. de teſtibus*: ergo quocunque tempore, etiam ante litis conteſtationem permittendum eſt tam Actori, quàm Reo, teſtes adducere, quibus juri ſuo proſpiciant, ut videre licet *in cap. Conſultationibus*, 10. *de officio Delegati, cap. cum olim*, 33. *cap. ſignificavit*, 41. *cap. Albericus*, 43. *de teſtibus, cap. cum dilecti, verſic. Nos igitur, de confirmatione utili, vel inutili.* Cui dubio occurritur ſi dixeris, quod facultas probationum poſt litem conteſtatam non amittitur: ſiquidem poſt eam unicuique liberum eſt jus ſuum teſtibus adhibitis tueri, ut ex juribus, & rationibus à me perpenſis colligere licet.

5 Secundò obſtat textus ſummè difficilis *in cap. Conſultationibus*, 10. *de officio Delegati*, ubi ſi Reus per contumaciam abſens ſit, Actori permittitur teſtibus idoneis poſſeſſionem, & dejectionem ſuam probare, quod noſtræ concluſioni repugnat: & præcipuè textui *in cap.* 2. *hoc titulo*, ubi in reſtitutionis cauſa contrarium reſpondetur. Qua difficultate oppreſſi Interpretes varios congerunt intellectus. Ex quibus poſt Gloſſam *ibi*, Abb. *num.* 7. Bellameram *num.* 2. Cardinalem *num.* 2. Decium *num.* 17. frequentiori calculo recepta videtur interpretatio, videlicet verba illa: *Niſi is qui poſſidet ſe per contumaciam abſentaſſet*: non continere exceptionem in eadem ſpecie, ſcilicet ut poſſit Actor conſequi poſſeſſionem per Interdictum *Unde vi*, quo utendum erat; ſed in genere, ut alio remedio poſſeſſionem nanciſcatur, ſcilicet per miſſionem in poſſeſſionem ob adverſarii contumaciam, juxta regulam textus *in cap. quoniam frequenter*, §. *in aliis*, *hoc titulo*, *cap. fin. de eo qui mittitur in poſſeſſionem, cap.* 1. *de dolo, & contumacia.* Sed hæc ſolutio manifeſtam vim verbis textus infert, in quibus conſtat Actorem non poſſe reſtitutionem habere per Interdictum *Unde vi*, niſi is qui poſſidet ſe per contumaciam abſentaſſet, quæ verba ad eandem ſpeciem ſunt referenda, præcipuè cum per miſſionem in poſſeſſionem Actor non conſequeretur poſſeſſionem, ſiquidem miſſus non poſſidet; ſed tantummodo causâ cuſtodiæ rem detinet, *cap. primo, de eo, qui mitt. in poſſeſſionem*, ubi latè agemus, *l.* 3. §. 6 *fin. ff. de adquirenda poſſeſſione.* Quare hac, & aliis omiſſis, novam interpretationem adducendam eſſe exiſtimo, quæ omnino pendet ex *integra illius textus in prima collectione, lib.* 1. *tit.* 21. *cap.* 15. Videlicet cùm ibi ſpoliatus litteras ad judicem impetraſſet, ut intra certum tempus poſſeſſionem ſibi reſtitueret ſi ſpolium legitimè conſtitiſſet, & is qui rem violenter occupavit, ita abſit, ut intra præfixum terminum Iudici non poſſet ſuam præſentiam exhibere; quærebatur, an elapſo termino Judex poſſet cognoſcere, & poſſeſſionem reſtituere? quod negat Pontifex, quia tunc Judex jam nullam habebat juriſdictionem, *cap. de cauſis*, 4. *de officio Delegati*, cum nec eam poſſet prorogare abſque partium conſenſu, *dicto cap.* 4. *l.* 1. & 2. & §. *ſi & judex*, *ff. de judiciis*: ſed ſi non ex probabili cauſa Reus ſe abſentet, ſed doloſè, & per contumaciam, ut tempus elabatur, & Delegati juriſdictio expiret: tunc poterit Judex procedere, etiam poſt terminum in Reſcripto præſcriptum, ne alioquin ex malitia ſua commodum reportet, *cap. intelleximus, de judiciis, cap. contingit, de dolo, & contumacia, l. non fraudantur*, §. 1. *ff. de re-* 7 *gulis juris*: itaque quoad Delegati juriſdictionem tantum ſunt intelligenda verba illa, niſi is qui poſſidet, ſe per contumaciam abſentaſſet; ſed non inde tollitur judiciorum ordo, nam ſolitus debet obſervari: ita ut nec teſtes poſſit recipere, neque ſententiam proferre, niſi poſt litis conteſtationem juxta *regulam ſupra adductam.*

8 Tertiò obſtabit textus *in cap. quoniam frequenter, hoc titulo, cap. cum dilecti, verſic. Nos igitur, de confirmatione, utili, vel inutili, Authentico, de teſtibus*, §. *penultimo, cap. ſignificavit, cap. Albericus miles, de teſtibus, l.* 2. *titul.* 16. *part.* 3. In quibus juribus conſtat teſtes poſſe recipi, etiam lite conteſtata. Quæ difficultas ex eo excluditur, quod in illis juribus plures limitationes referuntur, quæ in contrarium magis regulam noſtri textus firmam reddunt: & in primis procedunt, quando ex mora periculum imminet, ne percat copia probationum, veluti cum timetur de teſtium morte, cùm ſenes, vel valetudinarii ſunt, aut diuturna, vel longinqua abſentia timetur: tunc enim ante litis conteſtationem recipi poſſunt, *cap. quoniam ſubſequenter, hoc titul. argumento textus in cap. fin. de teſtibus cogendis*, cùm Magiſtratus curare debeant, ut unicuique ſit ſalva rerum probatio, *l. curent*, 22. *ff. de teſtibus*, ex qua traditione interpretandus eſt textus *in l. in lege Aquilia* 40. *ff. ad legem Aquiliam, l. quidam*, 37. *ff. de furtis*, ubi eum ſub conditione pecuniæ debitæ forent, & Chirographum deletum eſſet, interim, hoc eſt lite nondum conteſtata, & conditione pendente, recipiuntur teſtes qui in eo tempore, quo conditio exiſtet, fortaſſe non erunt, aut temporis intervallo mutabunt conſilium, vel tandem fidem non habebunt, ut inquit Iuriſconſultus *in l.* 3. *ff. de Carboniano Edicto*, notat Antonius Faber *in Rationali ad text. in l. leg. Aquilia* 40. *in fin. ff. ad legem Aquiliam*, Gothofredus *ad eumdem textum, lit. H.*

9 Quartò prædictis obſtat text. *in cap. cum olim*, 34. *de teſtibus.* In cujus textus ſpecie non ſolum ſenes, & valetudinarii, verum & aliqui teſtes recipiuntur ante litis conteſtationem; ut conſtat ex illis verbis: *Vos teſtes, & maximè ſenes, valetudinarios, quos Archidiaconus duxerit producendos, ſublato appellationis articulo admittatis*, &c. In cujus textus difficultate dici poteſt, verbum illud, *Maximè*, abundare: cùm non habeatur *in integra illius, in* 3. *Compilation. lib.* 2. *titul.* 12. *capit. ſeptimo*, quo dempto, omnis ceſſat difficultas, cum tantummodo cavetur cum his quæ diximus: vel potius reſpondendum exiſtimo ob favorem cauſæ admiſſum fuiſſe, ut lite non conteſtata, propter adverſæ partis contumaciam ibi teſtes recipiantur, & ad ſententiam definitivam procedatur: nam ibi quæſtio vertebatur ſuper ſtatu, & libertate Menenſis Eccleſiæ, ut ex *litera* conſtat, in quâ ſpecie, & libertatis, & animarum ratio habenda eſt, ut *in dict. cap. quoniam frequenter*, §. *porro, Clementin. diſpendioſam, de judiciis, l. libertas*, 122. *ff. de regulis juris*, Abbas *in præſenti, num.* 8. Farinac. *de teſtibus, dict. quæſt.* 76. *à num.* 49.

10 Quintò obſtat text. *in cap. veritatis*, 8. *de dolo, & contumacia*, ubi adverſus abſentem lite nondum conteſtata non ſolum teſtes recipiuntnr, verum etiam uſque ad diffinitivam ſententiam proceditur. In cujus *textus* difficultate dicendum eſt, quod ibi adverſus abſentem teſtes recipiuntur, & uſque ad ſententiam proceditur, non ſolum ex eo, quia id fuit factum ſpeciali Pontificis mandato, propter nimiam rei contumaciam; verum etiam præcipuè quia Prælatus ille dilapidabat bona Eccleſiæ, in cujus dilapidatione publicà commoda periclitantur, propter quam publicam utilitatem contra juris ordinem ibi fuit proceſſum; notat Barboſ. *in collectaneis ad textum in d. cap. veritatis, n.* 2. *in fin.* Unde ex eodem filo infertur interpretatio ad textum *in cap. prout*, 4. *de dolo, & contumacia*, in cujus facti ſpecie proponitur, quemdam contumacem petitioni Actoris reſpondere ſolita malitia recuſaſſe, ac tandem actore inſtante reſpondiſſe, quod quadraginta annis decimas, de quibus contentio erat perceperat & poſtea iterum contumaciter receſſit: Summus Pontifex mandat, quod ſi venire comtempſerit, cauſa diffinitiva ſententia terminetur: cujus deciſio ex eo difficilis apparet, quia ibi lis conteſtata dici non potuit, quia quoties ab Actore ex parte Rei peremptoria exceptio opponitur, nequaquam per illam reſponionem lis conteſtata intelligitur, juxta textum *in cap.* 2.

de litis conteſtatione, lib. 6. Præcipuè, quia per litis
11 conteſtationem ordinatur judicium, ut *ſupra* diximus, ſed per peremptoriam exceptionem deſtruitur. Tum etiam, quia excipiens non reſpondet, *l. eleganter. §. ſi quis, ff. de condictione indebiti.* Ergo *in dict. cap. prout,* 4. lis conteſtata non fuit, cum conteſtatio litis ex interrogatione, & legitima reſponſione in jure facta fiat, ac per conſequens non potuit ibi, uſque ad ſententiam definitivam procedi. In qua difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Oſtienſis *in ſumma ad tit. de exceptionibus, verſic. Quis ſit effectus,* quæ improbatur ex ſententia Gloſſæ *in dict. cap. prout,* verb. *Utpotè,* verius dicendum eſt per illam Rei reſponſionem litem conteſtatam fuiſſe, ut conſtat ex verbis illius textus ibi: *Utpotè lite, quæ ingeritur, conteſtata.* Nec obſtant, quæ *ſupra* diximus, ex quibus Reum non reſpondiſſe probavimus, quia plurimum differt, an Reus reſpondeat directè libello dicens ſe non teneri, ut puta, quia perpetua exceptione ſe tueri poteſt, veluti præſcriptione, an verò excipit ſimpliciter de præſcriptione, vel alia peremptoria exceptione: nam in hoc ſecundo caſu non intelligitur facta litis conteſtatio, & ita obtinet textus *in dict. cap. 2. de litis conteſtatione, lib. 6.* Secus in illo, quia ſic loquendo Reus non ſtat in finibus exceptionis, ſed ultra procedit, & ita eſt intelligendus textus *in dict. cap. prout,* 4. *de dolo & contumacia;* nam ibi per reſponſionem illam, Pontifex jubet ad ſententiam diffinitivam pervenire, ut potè jam per petitionem Actoris, & Rei reſponſionem, verè lite conteſtata: cùm dictio illo, *Utpotè,* & dictio, *Quaſi,* aliquando veritatem expreſſiſſimam, denotet, Menochius *de arbitrariis, caſu* 362. *numero* 28. Auguſtinus Barboſa *in remiſſionibus ad textum in dict. cap. prout, numero tertio.* Idem *de dictionibus, & clauſulis, dictione* 261.
12 *numero tertio.*

Sextò obſtat textus *in cap. cum dilectus,* 8. *de conſuetudine, cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſionis, cap. cum veniſſent, de conſtitutionibus.* In quibus juribus abſque ulla litis conteſtatione, uſque ad ſententiam diffinitivam proceditur. Cui dubio ſatisfieri ſolet dicendo, quod ibi actum fuit coram Romano Pontifice, & ita quamvis conteſtationis ſolemnitas ſervata non fuiſſet, per Pontificis præſentiam ſupplebatur, argumento textus *in l. omnium, C. de teſtamentis, l. 1. ff. de tranſactionibus,* ita ſentit Abbas *in præſenti, num.* 20. Felinus, & Cardinalis *in cap. unico, de litis conteſtatione.* Sed hæc interpretatio mihi placere non poteſt, quia nullibi magis obſervandus eſt judiciarius ordo, quàm apud Romanum Pontificem, qui ut conditor legum, ita & cuſtos eſſe debet, ut aliis Iudicibus exemplum præbeat, *cap. in cauſis,* 19. *de re judicata.* Quare verius reſpondendum eſſe exiſtimo in ſpecie horum jurium, litis conteſtationem interceſſiſſe, quæ etſi non poſſet ex illis juribus deprehendi; tamen cum de contraria non conſtet, termini habiles ſupponendi ſunt; & ita cùm conſtet prius litigatum eſſe, & poſtea ſententiam ſublecutam fuiſſe, neceſſariò fatendum eſt ante omnia fuiſſe litem conteſtatam.

13 Septimò obſtat textus *in cap. interpoſita,* 70. §. *fin. de appellationibus, cap. ei qui,* 41. §. 1. 2. *quæſt.* 6. ibi: *Abſque litis conteſtatione, etiam uſque ad ſententiam diffinitivam proceditur.* Sed huic dubio facillimè reſpondetur, ſi animadvertemus jura illa procedere, quando cauſa per appellationem ad Superiorem defertur: tunc enim cùm jam lis fuerit conteſtata in prima inſtantia, ſi alter ex litigatoribus contumaciter abſit, judex ſententiam proferre poterit; nam quamvis appellatio prius judicium reſcindat, *l. furti, ff. de his qui notantur infamia,* adhuc tamen durat conteſtatio litis, & ejus effe-
14 ctus, *l. ita demum, C. de procuratoribus.* Nec prædictis obſtat text. *in d. cap. interpoſita,* §. *fin.* ubi quamvis in negotio principali litis conteſtatio facta non fuerit, in caſu proceditur. Quia intelligendus eſt, de articulo appellationis interpoſitæ ab interlocutoria, juxta formam text. *in cap. ut debitus honor, de appellationibus,* ibi: *Non agitur de meritis cauſæ principalis,* ſed de gravamine per iniquitatem Iudicis illato, ut *ibi* conſiderat Romanus Pontifex, & poſt *Gloſſam* Interpretes communiter ſequuntur.

Octavò obſtat text. in *cap. cauſam quæ,* 3. *de dolo, &* 15
contumacia, Authent. qui ſemel, C. quomodo, & quando judex, ubi etiam lite non conteſtata, uſque ad diffinitivam ſententiam proceditur. In qua jurium difficultate, cum communi omnium ſententia reſponderi poterit, jura illa tantummodo procedere, quando Actor contumaciter judicio adeſſe recuſat; cujus contumacia major cenſetur, cum propria voluntate, & non coactus ipſe controverſiam moverit, *l. unica, C. ut nemo invitus agere, vel accuſare compellatur,* meritò Concluſio noſtra in hoc caſu limitatur, præſertim cùm jus certum ſit, quod Actore non probante Reus abſolvitur, *l. fin. C. de rei vindicatione, l. nimis grave, C. de teſtibus*: vel, hac interpretatione omiſſa, verius dicendum judico, litis conteſtationem in illis juribus fuiſſe, cùm actoris petitio præceſſerit, & poſtea ſubſecuta fuiſſet rei conteſtatio, abſente jam Actore, cùm neceſſarium non ſit, ut ſuprà retulimus, in *titul. de litis conteſtatione,* ut uno eodemque tempore concurrant Actor & Reus ad litem conteſtandam.

Nonò obſtat text. *in l. 2. C. de naufragiis, lib.* 11. ubi 16
una tantum parte præſente, abſque ulla litis conteſtatione teſtes recipiuntur, & in cauſa proceditur. Pro qua difficultate ſciendum eſt, quod textus ille nititur ſingulari ratione, quia procedit in cauſis nauticorum, ubi aiunt Imperatores navicularios, dum publicas ſpecies vehunt, naufragii caſum non præſtare, ſi modum illum conteſtentur apud Præſidem Provinciæ intra annum, ex *conſtitutione illa,* vel intra biennium ex noviori ſanctione, de qua *in l. ultima ejuſdem titul.* Deſideratur enim duorum, vel trium nautarum teſtimonium, qui recipiuntur una parte præſente. Ratio eſt, quia in his controverſiis juris ordo ſervari non debet, ſiquidem levato velo, ſine ſtrepitu, & figura judicii terminari debent, *l. penultima, & ultima, C. eodem,* notat Hieronymus Magius *lib. 2. Miſcellanearum, cap.* 13. Cujacius *in dictis juribus.* Omitto plures limitationes, quas refert Gloſſa *in dict. cap. quoniam frequenter,* verbo, *Regulariter,* Socinus *in regulis ſuprà citatis,* Barboſ. *in collectaneis ad textum in cap. 1. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis,* & nos inferius *in cap. 2. de teſtibus,* & de cæteris noſtri tituli partibus, hoc eſt, de contumacia, & de miſſione in poſſeſſionem ex primo, vel ſecundo decreto, & plura agemus *in titulo, de dolo, & contumacia,* & in *titulo, de eo qui mittitur in poſſeſſionem.*

AD TIT. De IURAMENTO calumniæ. VII.

SUMMARIUM.

1 *Iuramentum calumniæ prius ab actore, & poſterius à Reo, quamvis Clerici ſint, præſtari debet.*
2 *Ratio aſſignatur.*
Reipubl. maximè intereſt lites amputare ob gravia damna quæ ab illis proveniunt.
3 *Iuramentum calumniæ, an in exordio litis exigendum ſit, ſufficiatque poſtmodum præſtari.*
Explicatur text. in cap. 1. hoc tit. lib. 6. l. 2. §. ſed quia, C. eodem tit.
4 *Iuramentum calumniæ, an à partibus remitti poſſit.*
5 *Iuramentum calumniæ an ſit veritatis, vel credulitatis.*
Explicatur text. in L. 2. §. 2. C. de jurejurand. propt. calum.

6 *Iura*

6 *Juramentum non facilè adhibendum ob periculum perjurii.*
Explicatur text. in l. quæ ſub conditione 8.ff. de condit. inſtit.

7 *Clerici antiquitus jurare prohibiti erant.*
Expenditur l. cum Clericis. 25. §. in fin. Cod. de Epiſcop. & Cler. nullus 22. quæſt. 5.

8 *Clericus non tenetur jurare tactis Evangeliis, & quando* ibi.
Explicatur text. in cap. teſtimonium, §. Epiſcopus, 11. quæſtione 1. *cum aliis.*

9 *Juramentum calumniæ remittitur perſonis quibus honor, & reverentia debetur.*
Explicatur text. in l. jus jurandum 34. §. qui jus jurandum, & l. quoties. 14. ff. de jurejurand.

10 *Explicatur text.* in l. qui juraſſe 26. §. ſi pater. ff. de jurejuran.

11 *Procurator non compellitur de calumnia jurare. Intellige niſi ad id habeat ſpeciale mandatum.*
Intelligitur text. in cap. fin. de juram. calum. lib. 6.

CONCLUSIO

Totius Tituli eſt.

1 IVramentum *calumniæ prius ab Actore, & poſterius à Reo, quamvis Clerici ſint, præſtari debet.* Comprobat textus *in cap. 1. cum ſequentibus, hoc titul. capit. 2. hoc titul. libr. 6. capit. 1. de confeſſis, lib. 6. cap. ex litteris, de jurejurando, cap. dudum,* el ſecundo, *cap. cum dilectus, cap. cum à nobis. 32. verſicul. Nos verò, de electione, l. 1. juncta Authentica, hoc Sacramentum,* cum aliis, *C. de jure jurando propter calũniam, l. inter cohæredes,* 44. §. *qui familiæ. ff. familiæ erciſcundæ, l. juſiurandum* 34. §. *qui jusjurandum, l. ſi non fuerit.* 37. *ff. de jurejurãdo, l. damni infecti* 7. *in principio, l. qui bona.* 13. §. *damni, ff. de damno infecto, l. rem non novam, Cod. de judiciis, l.* 8. §. *jubetur ff. qui ſatisdare cogantur, principio Inſtit. de pœna temere litigantium. l.* 8. *titul.* 10. *l.* 23. *titul.* 11. *partita* 3. *l.* 1. *tit.* 6. *libr.* 4. *Recopilationis,* illuſtrant Azevedo *in dict. l.* 1. *titul.* 6. Didacus Perez *in l.* 1. *titul.* 4. *lib.* 2. *Ordinamenti,* verb. *Juramento de calumnia.* Gregorius Lopez, & ordinarii omnes *in dictis juribus*, Paz *in praxi,* 1. *tomo,* 4. *tempore, numer.* 39. Maranta *de ordine judiciorum* 6. *part. membro* 10. Petrus Gregorius *lib.* 48. *ſyntagmatum, cap.* 7. *numer.* 41. Gaillius *lib.* 1. *obſervatione* 84. Menchaca *lib.* 2. *controverſiarum uſufrequentium. cap.* 25. Marta *de juriſdictione,* 4. *part. centuria* 2. *caſu* 65. Scaccia *lib.* 2. *de judiciis, cap.* 1. Gifanius *in l.* 2. *de jure jurando propter calumniam,* Menochius *de præſumptionibus, lib.* 1. *quæſtione* 89. Covaruvias *lib.* 1. *variarum, cap.* 6. *num.* 6. Idem *in cap. quamvis pactum,* 1. *part.* §. *num.* 20. *in practicis. cap.* 27. *nu.* 1. Antonius Pichardus *in principio Inſtitut. de pœna temerè litigantium, num.* 1. *cum ſequentibus.* Idem *in manuductionibus ad praxim in* 1. *part. præcepto* 7. *per totum,* Cuiacius *in Novella* 49. idem *lib.* 7. *obſervationum, c.* 5. *& lib.* 1. *obſervationum, cap.* 21. Hilligerus ad Donellum *lib.* 24. *commentariorum, cap.* 3. *lit. E.*

2 Ratio eſt, quia cum Reipublicæ interſit lites coerceri, & earum occaſionem amputare; *l. final. ff. pro ſuo,* & cum concordia ſocietatis humanæ in litium fine, & brevi exitu conſiſtat, *cap. finem litibus, de dolo, & contumacia l. properandum, C. de judiciis.* juſta de cauſa, non ſolum jurisjurandi religio ad lites ſemel cœptas finiendas, fuit introducta, quod juramentum *litis deciſorium* appellatur, *l.* 1. *ff. de jurejurando,* verum etiam ne temerariè incipiantur *calumniæ* juramentum in *noſtro titulo, & in leg.* 1. *Cod. eodem,* fuit inſtitutum: cum non minor utilitas ſit, imò magis Reipublicæ interſit litium cauſas reſcindere, & obviare, quàm jam cœptas diffinire, *leg.* 1. *ff. pro ſuo.* Præcipuè ad compeſcendas, & repr[illegible]das nonnullorum litigantium malitias, qui litig[illegible]itudent, alienis malis gaudent, Rempublicam evertunt, concordiam extinguunt, & probos, ac ſimplices hòmines, etiam bonam cauſam habentes fallunt, qui debiles, & impediti, litium incommoda, & adverſarii malitiam timentes, à ſui juris proſecutione facilè deſiſtunt; improbi verò dolo, & malitia lucrum, & alienas divitias conſequuntur, quod omnino contra naturam eſt, *leg.* 1. *ff. de dolo, leg. nam hoc natura, ff. de condictione indebiti,* meritò ad evitanda omnia hæc damna, & ut litibus obvietur, ac ſimpliciter bona fide omnes ſe gerant, providè cautum eſt, ut in ipſo litis exordio calumniæ juramentum præbeatur, *cap.* 1. *per totum, hoc titulo, leg.* 2. *in principio, Codic. eod. leg. rem non novam.* 14 §. *patroni, Cod. de judiciis,* quod adeo ſecundum Donelli ſententiam *lib.* 24. *commentariorum, cap.* 3. *verſicul. Videtur autem mihi*) verum eſt, ut ſi à principio hoc juramentum fuerit omiſſum, quidquid in judicio actum fuerit nullius ſit momenti; cuius Donelli ſententia comprobatur ex text. *in leg.* 2. *in principio verſiculo, Niſi prius Cod. hoc titulo. Novella* 50. §. *penultimo, leg. rem,* 14. *verſiculo, Et generaliter, Cod. de judiciis,* ibi: *Et generaliter omnes omnino judices Romani juris receptatores, non aliter litium primordium accipere, niſi prius ante Sedem judicialem Sacro ſanctæ deponantur ſcripturæ, &c.*

Primò adverſus prædictam decidendi rationem, & 3
Donelli ſententiam obſtat textus *in cap.* 1. *hoc titulo l.* 6. in illis verbis: *Si de calumnia, ſeu de veritate dicenda in primo litis exordio non juretur, ut debet, poterit poſtmodum in qualibet parte litis jurari, cum hujuſmodi juramenta præſtari ab initio de ſubſtantia ordinis judiciarii non exiſtat, &c.* Ex quibus verbis apertè conſtat non eſſe de ſubſtantia, ut juramentum calumniæ in exordio litis exigatur; quia ſi eſſet, poſtmodum in nulla litis parte ſuppleri poſſet, argumento *text. leg. hæres, digeſto, de teſtament.* In cuius textus difficultate præcipuè Donellus *ubiſupra*, exiſtimat differentiam verſari inter Ius Cæſareum, & Pontificium: & ſic de jure Cæſareo obtinere textum *in dicto cap.* 1. *hoc titulo,* cuius interpretatio ex infra dicendis convincetur: quare Dominicus *in dicto capite primo, hoc titulo*, aſſerit diſcrimen verſari inter juramentum calumniæ, & juramentum de veritate dicenda, illud ab initio litis, ex *dicta leg. ſecunda*, proponi debere: hoc poſt litem conteſtatam, ſed ſimiliter convincitur ex *dicto cap.* 1. *verſiculo, Si de calumnia ſeu de veritate dicenda*: cum ibi utrumque Bonifacius copulaſſet, alii autem affirmant textum in *dicto cap.* 1. non procedere in juramento calumniæ generali, quod in exordio litis apponi ſolet, ſed in ſpeciali, quod non à parte, ſed à Iudice in qualibet litis parte quoties viderit expedire defertur, videlicet nova ſuſpicione calumniæ ſuborta, quod *malitiæ* potius quam *calumniæ* appellatur, juxta Cuiacii ſententiam *in poſthumis ad textum in cap. penultimo, hoc titulo,* Gaillii *lib.* 1. *obſervatione* 84. *n.* 6. quorum interpretatio ſuadetur ex textu *in cap.* 2. §. *fin. hoc titulo, lib.* 6. in illis verbis: *In omnibus autem cauſis nedum ante, ſed etiam poſtquam lis fuerit conteſtata, ſive de veritate, ſive de calumnia ſit jurandum, in ipſis, poteſt judex à partibus exigere juramentum malitiæ, quoties viderit expedire, &c.* Pluresque alias interpretationes refert Hilligerus ad Donellum *lib.* 24. *commentariorum, cap.* 3. *litera H.* Sed his & aliis omiſſis veriſſimè dicendum eſſe exiſtimo, tam de jure Cæſareo, quàm Pontificio calumniæ juramentum etiam poſt litis conteſtationem apponi poſſe, neque ex eo judicium annullari, ut conſtat ex *dicto cap.* 1. *hoc titulo. lib.* 6. conſtat etiam *in cap. ex litteris* 32. *de jurejurando. capit. præſentium* 31. *de teſtibus, capit. cum Ioannes, verſiculo, Verum, de fide inſtrumentorum,* præcipuè ex ratione decidendi ſuprà adducta: nam ſi ad faciliorem litium expeditionem calumniæ juramentum fuit inventum, abſurdum eſſet, ut eius prætextu, finitæ iam lites retractarentur, cum tunc ex litibus maiores lites orirentur, quod durum eſſet, ut culpa judicis noceret litigantibus: notat Hilligerus ad Donellum *dicto lib.* 24. *cap.* 3. *littera, B.* Vueſembecius *in paratitlis ad titul. Codic. de jurejurando propter calumniam, num.* 6.

Nec obſtant jura pro Donelli ſententia *ſupra* adducta, 4
qui ex illis non conſtat, quod de ſubſtantia judicii ſit, ut calumniæ juramentum à principio proponatur, & ſi omiſſum

omissũ sit judiciũ añ illetur, sed tãtum ibi consiliũ judicibus datur ad facilior ẽ litiũ exitum, videlicet ut prius à litigatoribus calumniæ juramentum exigant; sed si exactũ non fuerit, exinde judicium pervertatur, sed tamẽ asserunt periculosum esse non exigere, ut docet textus *in dict. l.* 14. *versiculo fin. Codic. de judicis*, Hilligerus ad Donellum *dict. lib.* 24. *capite tertio, & littera B. & H. in principio*. Nec obstat textus in *leg.* 2. §. *sed quia veremur, Cod. hoc titulo*, ubi expressè constitutum est, quod nec à partibus hoc juramẽtum remitti possit: quia procedit in expressa partium conventione, quæ cum directo contraria sit publicæ utilitati nullam vim habere poterit, argumento *textus in l. jus publicum ff. de pactis*, *leg. nec ex Prætorio ff. de regulis iuris*: sed si tacitè à partibus per incuriam Judicis fuerit omissam, non annullatur judicium & eo omisso valet, cum tunc non tam de publica, quàm de privata utilitate agatur, & ideo nil mirum, quod judicium sustineatur: siquidem expressa noceant, non expressa non noceant, *l. expressa ff. de regulis juris*, *filius familias*, §. *veterani. ff. de procuratoribus*, notat Menchaca *dicto cap.* 25. *n.* 22. Hilligerus ad Donellum *dict. lib.* 24. *c.* 2. *littera* P. Menochius *de arbitrariis, libro secundo, quæstion.* 20. *numero* 5.

5 Secundò adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes, & docet textus *in l.* 1. *C. hoc tit.* videlicet hoc juramentum calumniæ, non esse veritatis, seu scientiæ, sed credulitatis & facti tantum: si quidem Actor jurat se non calumniandi animo, se litem movisse, existimans justam, & bonam causam habere: & Reus se bona fide defẽdere: valde obstat textus *in l.* 2. § 2. *C. ejusdem titul. de jurejurando propter calumniam*, in illis verbis: *Jurare debent ex animi sui sententia.* Ex quibus constat hoc calumniæ juramentum non esse opinionis, seu credulitatis, sed potius veritatis & scientiæ. Sed in hac jurium contrarietate omissa Cujacii emendatio *lib.* 2. *observation. cap.* 21. quam improbat Hilligerus *dict. lib.* 14. *capite tertio, littera* F. veriorem esse existimo, quam refert Antonius Pichardus *dict. principio inst. tut. de pœna temerè litigantium, à numero trigesimo tertio*, dum ait legi in *dicta leg.* 2. legendum esse non uti Cujacius legit, *in animi sui conscientia.* sed uti *in vulgatis*, legitur, hoc est *in animi sui scientia.* quasi diceret non quod verbum illud, *Scientia*, debeat referri ad certam scientiam finis causæ, seu ipsius rei factum; sed tantum ad excludendum dolum, seu conscientiæ periculum, quasi sensus esset, quod Actor juret sua scientia, absque dolo litigare, & justam causam habere putare, sciens se, sine dolo agere, qua interpretatione admissa, nulla supereset difficultas.

6 Tertiò obstabit dicere, quod juramentum non facilè adhiberi debet propter periculum perjurii cum nonnulli homines contempta religione faciles sint ad jurandum, alii verò adeo timidi, ut metu divini numinis res suas admittant, potius quam juramentum subeant, *l. quæ sub conditione* 8. *ff. de conditionibus instit.* quod apud Christianos fortius observatur, cum in novo Testamento dictum sit, ne omnino juremus. Matthæi *c.* 5. ibi: *Ego autem dico vobis nolite jurare omnino. sit autem sermo vester, est, est, non, non, c. in novo Testamento.* 21. *quæst.* 5. *c. & si Christus, de jure jurando.* Ergo litigatores non tam præcisè sunt compellendi ad præstandum calumniæ juramentum. Quæ difficultas primò excluditur ex eo, quia textus in *dict. l. quæ sub conditione*, loquitur quando legatum relictum est sub conditione, si legatarius juraverit quæ conditio pro impleta habetur, & in ultimis voluntatibus à Prætore rejicitur, propter periculum perjurii ex rationibus *suprà* adductis, notat Hilligerus ad Donellum *libro octavo, Commentariorum, cap.* 32. *littera M. N. O.* Nec obstat secundum ex illo *Matthæi* auctoritate, *c.* cum *similibus.* Quia Christus Dominus noster non prohibet jurare, cum necessarium est uti in judiciis, propter calumniam, sed tantum demonstrat, non esse jurandum, cum opus non fuerit hoc est, absque necessitate, vel frequenter, propter periculum perjurii: sed tunc sermo noster erit, *est, est, non, non*; latè refert Doctor Balboa *in dict. capit. & si Christus, de jurejurando à numero* 18. *&* 19. ubi nos plura dicemus.

Quartò obstabit dicere, quod Clerici ex Can. antiquitus instituto jurare prohibentur, juxta textum *in l. cum Clericis.* 25. §. 1. *in fine, C. de Episcopis, & Cl. nullus* 22. *q.* 5. cum turpe sit, eos in falsitatis calumniæ suspicionem vocari, qui ob Religionis professionem ab utraque abesse putantur: qua de causa à juramento calumniæ, ab Honorio Secundo in *cap.* 1. *hoc titulo*, omnino eximuntur: Ergo conclusio supra tradita sustineri non potest. Sed in hac difficultate dicẽdum arbitror, quod *in d. l.* 25. §. 1. *in fine*, refertur à Martiano, Henrici Secundi privilegium Clericis concessum, videlicet, ut jurare non cõpellantur, quod etsi tantum Orientalibus competeret tamen Honorius II. Pont. Max. *in d. c.* 1. tam ad Clericos quàm ad Monachos Occidentales extendit, ita ut nullus per se quidquam jurare compellatur, sed per alium jurare possit, hoc est, per Procuratorem, vel œconomum, sed hoc tantum cum causas suæ Eccl siæ agunt, vel defendunt. nam tunc etsi compelli non possint, tamen si juraverint sponte admittuntur, *c. ultimo, hoc titulo*, & ita est intelligendus textus *in dict. cap.* 1. *hoc titulo*, videlicet cum clericus causam suæ Eccl siæ prosequitur, & patet *ex littera textus*, ibi: *Si Ecclesiæ suæ noverit expedire &c.* Sed si non Ecclesiæ, sed propriam causam Clerici prosequantur, semper compelluntur personaliter juramentum calumniæ subire juxta textum *in c. cæterum 3. hoc tit. Authentica, principales, Cod hoc tit.* rationem refert Donellus *dict. lib.* 24. *cap.* 3. *in fine.* Quia nihil fiat adversus honorem Clericalem, siquidem qui Ecclesiæ præsunt, jubeatur pari studio, litibus obviare Religione juramenti: nam verbo *Dei* jurare, justa de causa interveniente, priusquam non prohibetur, quam interpretationem sequitur Glossa *in cap* 1. *hoc titulo verbo Criminali, in fine Abbas ibidem, num.* 16. *&* 19. Cuacius *in posthumis ad eundem textum*, idem *in Novella* 49. *in fin.* Hilligerus ad Donellum *in dicto cap.* 3. *littera M.* nec similiter obstat textus *in dict. cap. nullus*, 22. *quæst* 5. quia textus ille procedit quando Clericus propriam causam temporalem apud judicem laicum prosequitur; quia nec tunc poterit absque Episcopi consensu in propria causa calumniæ juramentum subire, cum alias potestati seculari submitti videretur; notat Barbosa *in remissionibus ad textum, in c.* 1. *hoc tit. num. fin.* Turrecremata *in dict. c. nullus* Est tamen animadvertendum, quod quamvis Clericus à juramento calumniæ non excusetur; tamen non tenetur jurare tactis Evangeliis, sed satis esse proprio pectore tacto jurare, *cap. fin. hoc titulo*: Glossa *in capit. ut circa, de electione, lib.* 6. *cap. si quis Presbyter*, 2. *quæstione quinta.* Nec obstat textus *in cap. testimonium*, §. *Episcopus*: 11. *quæst.* 1. *Authentic. de sanctissimis Episcopis*, §. *nulli enim de jurejurando, cap. quoties. 1. quæstione septima, capit. quoties* §. *porro, de purgatione canonica*, quia jura illa procedunt in causis gravibus in quibus sacra Evangelia tangere necesse est, notat Abbas *in dict. cap. fin. hoc titulo*, Doctor Balboa *in commentariis ad textum in cap. nullus* 5. *de jurejurando. num.* 10. *&* 11. Cuacius *in posthumis ad textum. in cap.* 1. *hoc tit.* Similiter adnotandum est, quod olim à neutra parte laico, vel Clerico (quoties de rebus spiritualibus agebatur) exigi poterat calumniæ juramentum, cum illius calumniæ præsumptio cessaret, ut non ex legum districtione, sed ex Canonum æquitate disceptaretur; *cap.* 2. *hoc tit. Clem. dispendiosam*, 2. *de judiciis*, hodie tamen crescente hominum malitia etiam in causis spiritualibus calumniæ juramentum desideratur, cum in illis maior, quàm in aliis cautio adhibenda sit; ut expressè docet Bonifacius *in cap.* 1. §. *fin. hoc titulo. l.* 6. Cuacius *in posthumis ad textum in dict. cap.* 2. Anastasius Germonius *in patatitlis ad hunc titulum.*

Quintò adversus ea, quæ communiter *in præsenti* notant omnes, videlicet quod juramentum remittitur plurimis personis, præcipuè Patrono, & parentibus, quia filius patri, & libertus Patrono omnem honorem & reverentiam in judicio, & extra judicium præstare tenentur, *l. licet* 7. §. *neque deferentes ff. de obsequiis, parentibus & Patronis præstandis, l. si Patronus, ff. jurejurando, l. de*

7 8 9 10

l. de die, §. ultimo, ff. qui satisdare cogantur, Donellus *li.* 24. *c.* 13. Hilligerus *ad eundem, lib.* 24. *cap.* 21. *litera D*, valde obstat textus *in l. jusjurandum* 34. §. *qui jusjurandum, ff. de jurejurando*, cujus hæc sunt verba : *Hoc jusjurandum de calumnia, nec Patrono, nec parentibus remittitur.* Ex quibus constat hoc juramentum, nec Patrono, nec parentibus remitti, in qua jurium pugnantia omissa Accursii interpretatione *in d. l. qui jusjurandum, & in l. quoties* 14. *ff. de jurejurando*: Forneiii *lib.* 2. *selectarum, cap.* 4. verissimè est dicendum, illud Vlpiani responsum *in d.* §. 4. *in Pandectis Florentinis* mendosum esse : siquidem legendum non est cum negatione illa : *Nec Patrono, nec parentibus remittitur*; sed affirmativè, *æque Patrono, atque parentibus remittitur.* Quæ verissima lectio *in Basilica inscriptione* scripta reperitur, *lib.* 22. *titul.* 5. *cap.* 32. & sic multoties in aliis Codicibus legitur. *Aeque Patrono*, in aliis verò, *Patrono parentibusque*, & in nonnullis absque illa dictione, *æque*, aut *que*, sed simpliciter : *Patrono parentibus remittitur*, & sic ex quacumque affirmativa lectione, constat hoc calumniæ juramentum Patronis, & parentibus remitti, notat Cujacius *lib.* 9. *observationum, cap.* 27. *apud medium.* Idem *lib* 3. *quæstionum Pauli, in dict. leg. quoties* 14. *ff. de jurejurando*, Duarenus *in postum. ad titulum, ff. de jurejurando, cap.* 3. Julius Pacius *centuria* 3. *quæst.* 83. Antonius Faber *in Rationali, ad textum in dicta l. jusjurandum.* §. 4. Idem *in Jurisprudentia, tit.* 5. *principio* 2. *illatione* 9. Hilligerus ad Donellum *d. lib.* 24. *cap.* 21. *litera B.* Nec solutioni obstat textus *in l. quoties* 14. *ff. de jurejurando*, ubi hoc jusjurandum patri non remittitur : quia *ibi* pater non jurat propter calumniam, sed propter rem in judicium deductam : nam tunc non remittitur, cum non juretur propter personam, seu propter calumniam patris, sed propter rem ipsam, quo in casu non læditur reverentia patris; nec conqueri potest, siquidem propter jusjurandum à filio efficitur judex, & testis, notat Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum.* Cujacius *lib.* 3. *Pauli ad edictum, in dict. l.* 14. *ff. de jurejurando*, Donellus *lib.* 14. *Commentariorum, cap.* 13. *num.* 2. ubi latè disputat, an etiam hoc juramentum liberto, & filio remittatur.

10 Sextò prædictis obstat text. *in l. qui juravit* 26. §. *si* 8 *pater* 2. *ff. de jurejurando*, ubi pater jurat de peculio, hoc est, in causa peculiari ipsius filii, & illud patris juramentum prodest filio. Augetur difficultas ex eo, quod juramentum illud remittitur patri, hæredi, procuratori, & tutori, cum iniquum sit quemquam de alieno facto jurare. *leg.* 11. §. *jurare. ff. rerum amotarum, l. videamus, ff. de in litem jurando, l. procurator, ff. de jurejurando.* Sed huic dubio occurritur si dixeris textum *in dict. l. qui juravit*, 26. §. *si pater* 1. *ff. de jurejurando*, non procedere in juramento calumniæ, sed in judiciali, quod à parte parti à judice defertur, & quamvis nec in eo, in causa peculii, pater compelli possit jurare, tanquam de alieno facto, tamen si juraverit, prodest filio, cum sibi imputare debet is, qui defert juramentum, præstari ab eo, à quo exigi non poterat; & sic cùm eo solo contentus sit, juxta textum ita intelligendum *in l. qui juravit* 26. *ff. de jurejurando*, Antonius Faber *in Rationali ad textum, in l. jusjurandum* 17. *ff. pupillus, ff. de jurejurando.* Nec solutioni obstat textus *in* §. *si pater* 2. *ejusdem legis*, ubi illud patris juramentum non prodest filio, quo minus in solidum conveniri possit : quia multum interest, an pater juret super obligatione filii principaliter se dare non oportere; an verò tantum super actione de peculio : nam in primo casu, obtinet text. *in dict.* §. *si pater* 1. In secundò verò, textus *in dict.* §. 2. *ejusdem legis*, cũ tunc pater, nihil exprimat de obligatione principali ipsius filii, 9 quare cum res salva maneat, poterit filius conveniri, ac si pater non juravisset; & quamvis quoad peculium antea obtentum profit juramentum illud; non tamen prodest quoad noviter adquisitũ, cum in eo pater possit conveniri, Antonius Faber *in Rationali ad textum in d. l. qui juravit*, §. *qui pater* 1. *& 2. ff. de jurejurando.* Nec prædictis obstat text. *in l.* 5. *C. de jurejurando*, ubi tutor de alieno facto jurare cogitur, quia textus ille loquitur, quando tutor de proprio facto uti testis jurat, scilicet, se legisse testamentum, nec cognovisse, id quod petitur relictum esse, Donellus *lib.* 24. *Commentariorum, cap.* 1. Hilligerus *ibi litera H. & Y.* Antonius Faber *in Rationali ad textum in d. l. videamus, ff. de in litem jurando.*

Septimò adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes, 11 videlicet, quod procurator non compellitur de calumnia jurare; nec etiam si velit admittatur, cùm id sit jurare de alieno facto, juxta textum *in l. juri jurandi*, §. *procurator, ff de jurejurando, Authentic. principales*, §. *sed si parte, C. de jurejurando propter calumniam*, obstat textus *in cap. final. de juramento calumniæ, lib.* 6. ubi procurator nomine Domini, de calumnia jurare potest. In cujus text. difficultate dicendum est, quod Bonifacius *ibi* loquitur, quãdo procuratori speciale mandatum est concessum ad jurandum de calumnia, ex certa, nominata, & destinata causa, quia tunc admittitur, ac si ipse dominus jurasset, cujus animam obligat : ita similiter est interpretandus textus *in l. qui bona*, 13. §. *si alieno nomine, ff. de damno infecto*, quia ibi etiam mandatum speciale præcessit, notat Gaillius *lib.* 2. *observationum, c.* 83. videri oportet ea, quæ inferius dicemus, *in cap. cum intersit, de exceptionibus, in sexto dubio.*

AD TITULUM de dilationibus. VIII.

SUMMARIUM.

1 *Dilationes judiciales Judici arbitrariæ sunt, qui secundum causæ qualitatem eas concedet, vel restringet.*

2 *Ratio assignatur.*
Dilatio ad deliberandum ante litis contestationem Reo conceditur, utrum cedere, vel contendere debeat?

3 *Judex existente causa plures dilationes concedere poterit, ut in exemplis ibi positis.*

4 *Reipub. imò, & partium interest, litibus finem celerius imponi. Intellige, ut ibi.*

5 *Oratione Divi Marci ad coercendas Judicum, & litigantium moras, unica tantum dilatio permissa erat. Intellige, ut ibi.*
Interpretatur text. in l. final. ff. de feriis, *& in* l. oratione 7. ff. eodem.

6 *Explicatur text.* in cap. literas 3. hoc tit.

7 *In causis capitalibus gravioribus, plures dilationes concedi Judicibus permissum est ex ratione de qua ibi.*

8 *An in crimine adulterii superior doctrina procedat.*
Explicatur text. in l. crimine, 41. ff. ad leg. Juliam de adulter.

9 *Judex justa subsistente causa, juris terminos ampliare, vel restringere poterit, & num.* 10.
Explicatur text. in l. 2. versic. Sed perrarò, ff. de re judic.

10 *Si judex minorem terminum, quàm legitimum statuerit, suppletur à lege.*
Explicatur text. in l. 4. §. si quis, versic. Sed siquidem; & §. si quis condemnatus, ff. de re judic.

CONCLUSIO

Totius Tituli.

1 DILATIONES *Judiciales ad deliberandum, excipiendum, seu ad reliqua judiciorum acta, à Judice, prout causa postulaverit, concedi, vel minui debent.* Constat textus *in cap.* 1. *per totum, hoc tit. cap.* 1. *cap. induciæ*, §. *offeratur*, 3. *quæst.* 3. *cap.* 1. *& ult.* 5. *quæst.* 3. *cap. ultra tertiam* 53. *de testibus, cap. cum sit Romana, versiculo, Nisi judex, cap. personas, cap. reprehensibilis, cap. significante*, 69. *de appellationibus, c. Pastoralis, de exceptionibus, l. oratio*, 7.

in fine, ff. de feriis, l. interdum, 36. *l. argentarium,* 45. *ff. de judiciis, l.* 2. *per totum, C. de dilationibus, l. de bonis* 6. *ff. de Carboniano Edicto, l. ultima,* §. 1. *de appellationibus, recip. l. notissimum,* 99. §. *fin. ff. de verborum significatione, leg.* 33. *&* 34. *tit.* 16 *part.* 3. *leg.* 15. *titul.* 8. *lib.* 2. *fori, l.* 1. *&* 3. *tit.* 6. *li.* 4. *Recopilationis,* disputant Paz *in praxi,* 1. *tomo* 1. *part.* 8. *tempore, num.* 22. Gilchenius, & Duarenus *ad tit. C. de dilationibus*, Vvesembecius, & Cujacius *in paratitlis ad eundem titulum* Rebuffus 3. *tom. in constitut. Regias, tract. de dilationibus.* Scaccia *de judiciis lib.* 2. *cap.* 3. *&* 4. Menchaca *controversiarum usufrequentium. lib.* 2. *cap.* 27. Parladorius *lib.* 2. *rerum quotidianarum c. fin. part.* 5. §. 10. Petrus Gregorius *lib.* 48. *syntagmatum, cap.* 18. Covarruvias *lib.* 2. *variarum, cap.* 2. *num.* 5. Tiraquellus *in l. si unquam verbo, omnia, num.* 33. *C. de revocandis donationibus,* Menochius *de arbitrariis, casu* 52. *num.* 5. Morla *in emporio titulo* 11. *n.* 15. Maranta *de ordine judiciorum, part.* 6. *titulo de dilationibus,* Mascardus *de probationibus, conclusione* 516. *num.* 6. Carposo *in praxi Judicum, & Advocatorum, verbo, Dilatio, num.* 8. Guttierrez *in practicis lib.* 2. *quæst.* 32. *num.* 2. Antonius Faber *in Rationali, ad textum in l. interdum* 36. *ff. de judiciis, & in dicta l. oratione,* 7. *& fine, ff. de feriis, & dilationibus.* Antonius Pichardus *in manuductionibus ad praxim, parte* 1. *præcepto* 5. §. 5. *n.* 3. pluresque alios refert Hilligerus ad Donellum, *lib.* 19. *Commentariorum, cap.* 6. *litera A.*

2 Ratio est, quia cum in judicio inter Actorem, & Reum controversia extet, quæ per Judicem præmissa causæ cognitione diffinienda est, *l. negantes* 9. *C. de obligationibus, & actionibus, l. judices* 9. *Cod. de judiciis*, ipsa æquitas suadet, & necessitas exigit, ut ante litis contestationem Reo dilatio detur ad deliberandum, utrùm cedere, an contendere debeat, *l.* 1. *ff. de edendo, Auth. offeratur, C. de litis contestatione, cap. inducia,* §. *offeratur*, 3. *quæst.* 3. cum enim Reus non paratus, & invitus in judicium trahatur, *l. inter stipulantem* 83. §. 1. *de verborum obligationibus cap. intelleximus, de judiciis*, post litem verò contestatam ad proferenda instrumenta, & testes producendos, quibus Actor id, quod in actionem deduxit, probare possit ut similiter Reus exceptiones suas probet, eadem æquitate, & necessitate suadente, dilationes admitti debent. *l. argentarium,* 45. *ff. de judiciis, l. notionem* 29. §. *fin. ff. de verborum significatione*: quia alias probationum facultas deficeret, contra regulam textus *in l. quoniam multi* 21. *in fine*, *C. de hæreticis*, qua de causa

3 etiam suggerente necessitate, interdum Judex poterit plures dilationes tribuere, veluti si pater litigator filium, vel uxor virum, vel filius parentem amisit, juxta textum *in l. interdum,* 36. *ff. de judiciis, l.* 1. *C. dilationibus*, nam alioquin si nulla necessitas cogat, dilationes, ut pote quæ producunt lites, amputandæ sunt, *leg.* 2. *C. de temporibus appellationum*, maximè in causis summariis, quæ citò debent expediri, *Clementina* 2. *de verborum significatione*, ad quæ sunt reducenda, quæ refert Donellus *lib.* 24 *Commentariorum, c.* 6. Antonius Faber *in Rationali ad textum in dict. l. interdum. ff. de judiciis.*

4 Primò obstabit dicere, quod Reipublicæ, & litigatorum, & jam condemnati interest, ut quam citò fieri possit, finis litibus imponatur, ut sic civilis concordiæ retineatur vinculum, quod per lites magna ex parte dissolvitur, *cap. finem litibus, de dolo, & contumacia, leg. pro suo, l. fratres* 10. *l. causas* 16. *C. de transactionibus. l. properandum, C. de judiciis*: Ergo cum dilationes finem litis impediant, & per eas lites immortales efficiantur, justa de causa, tanquam odiosæ rejici debent. Sed huic dubio, cum ratione decidendi facilè satisfacies, præcipuè si animadvertas, dilationes, de quibus agimus, non impedire causarum exitum, sed potius eas dirigere, ut quanto citius fieri potest finem accipiant: nam si ad deliberandum fuerint indultæ, Reus adversario cedit, si petitionem ejus justam esse cognoscat: & ita nulla controversia remanebit: vel si justè contendendum putet, re perpensa commodè respondebit, & Judex statum controversiæ faciliùs poterit cognoscere. Quod etiam locum habet in probatoriis dilationibus, cùm nisi testes, & instrumenta adhiberentur, nulla ratione Judex merita causæ posset cognoscere, nec sententiam proferre: quod utique partibus expedit, juxta textum *in leg. judices*, 9. *C. de judiciis.* Nec obstant jura in argumento adducta, nam quod dicitur finem litibus imponendum esse, non absolutè accipiendum est, sed quo modo fieri potest, habita litigantium ratione, ne alioquin in eorum injuriam fiat, & proprium jus detrahatur, *l.* 1. *ff. de his qui sunt sui, vel alieni juris: principio, Instit. eodem*, qua de causa dilationem ad maturam rei cognitionem adhibere necessarium est, *cap.* 1. *per totum, hoc titulo, l.* 1. *C. de exceptione rei judicatæ, ex stipulatione.* 7. *C. de sententiis, & interlocutionibus omnium judicum, Donellus lib.* 24. *Comentar. cap.* 5.

Secundò obstat textus *in l. final. ff. de feriis, & dilatio-* 5 *nibus*, ubi constat, quod in causis pecuniariis dilatio, plusquam semel tribui non potest: Ergo etiam si necessitas urgeat, Judex iterum eam tribuere non poterit. Pro cujus dubii solutione, adnotandum est, Oratione D. Marci dilationibus fuisse impositum modum, videlicet ut singulis causis pecuniariis, semel tantum instrumentorum, & testium proferendorum gratiâ dilatio daretur; quod admissum fuit ad coërcendas judicum, & litigantium moras, juxta textum *in l. oratione*, 7. *ff. de feriis, & dilationibus*: & ita est interpretandus textus *in dict. l. final. ff. eodem.*

Nec huic sententiæ obstat textus *in d. l. oratione*, 7. ubi idem Ulpianus, iterum dilationem concedendam esse utilitatis gratiâ demonstrat: nam omissa Antonii Fabri emendatione *in Rationalibus, ad textum in d. l. oratione*, 7. dum existimat, verba illa: *Sed utilitatis litigantium gratia, &c.* à Triboniano fuisse addita, asserens, id ex nova Imperatorum Constitutione fuisse inductum *in l.* 2. *C. hoc titulo.* Verius dicendum est, *in d. l.* 7. *in principio*, propositam fuisse Orationem Antonini, quæ regulariter locum habet: statim verò ipse *Antoninus* exceptionem *ibi* proposuit, hoc est, quod si justa, & necessaria causa urgeat, maximè propter inopinatum aliquem casum, possit Judex iterum dilationem impartiri, veluti si per petentem non steterit quominus id perageret, tempore prioris dilationis, argumento textus *in leg.* 2. §. *si quis judicio. ff. si quis cautionibus, l. si quid*, §. *ultimo*, cum *l. sequenti, ff. de edendo, l. interdum*, 36. *ff. de judiciis*, vel si prima dilatio fuit data à defuncto; nam tunc alia etiam debet dari successori, tanquam litis ignaro, *d leg. oratione*, 7. *in fine*, siquidem hæredibus ignorantia imputari non debet, *leg.* 19. *leg. qui in alterius*, 47. *ff. de regulis, cap. cum quis, eodem tit. lib.* 6.

Tertiò prædictis obstat textus *in l. si terra*, 3. *hoc titulo*, 6 ubi quamvis ex nova declaratione necessarium videretur, ut Reo dilatio prorogaretur ad deliberandum, ei nova dilatio denegatur. In cujus textus difficultate omissis plurimis interpretationibus, quas refert Abbas *ibidem, num.* 20. verissimè est dicendum, quod in specie illius textus quæstio vertebatur super quibusdam possessionibus, quæ in emphyteusi fuerant concessæ, easque Presbyter Ecclesiæ nomine petebat ex eo, quod in commissum incidissent ob non solutam pensionem per triennium, & ultra, ut *ex integra* constat: cùm itaque postea ad petitionem Nobilium, contra quos actio dirigebatur, Presbyter declarasset verbis illis: *Et ultra*, alios quatuor annos intelligendos esse significant, ut sic per integrum septennium in solutionem pensionis fuisset cessatum, quare nil mirum si novæ indiciæ ad deliberandum denegentur: nam quamvis per illam adjectionem minutula summa significetur, *l. hæc adjectio*, 192. *de verborum significatione*; tamen cùm in rebus Ecclesiasticis emphyteuta jus proprium amittat, si per biennium pensionem non solverit, *cap.* 2. §. *qui rem*, 10. *quæst.* 2. *cap. penultimo, & ultimo de locato, Authentic. qui rem, C. de sacrosanctis Ecclesiis*, in aliis verò rebus si per triennium cessaverit, *leg. secunda, Cod. de jure emphyteutico.* Donellus *libro nono Commentariorum, capite decimo quinto*, & cum suprà dictæ Presbyteri declarationi Nobiles nil respondissent, justa de causa nova dilatio Nobilibus denegatur, cùm Nobiles perpendisse debuissent,

debuissent an jus emphyteuticum ob cessationem amisisse: notat Glossa *ibidem*, Innocent. Ostiens. & Panorm. *num.* 7.

Quartò obstat textus *in dict. leg. fine, ff. de feriis, & dilationibus*: ubi dilatio non semel, sed iterum, ac iterum tribui debet. Cui difficultati, ut occurras adnotare debes, text. illum non procedere in causis pecuniariis, sed in capitalibus criminibus, in quibus alia forma erat præscripta, cùm Reo tres dilationes, accusatori duas dare licebat in quibus causis latior potestas Judici erat tributa: nam licèt criminales quæstiones non minus, quàm civiles citò terminari publicè interest, *l. ultima, C. ut intra certum tempus criminalis quæstio terminetur*, tamen cum gravioris momenti sint, ut pote in quibus de capite, de fama, seu de æstimatione agitur, *l. capitalium*, 18. *ff. de pœnis*, *l. penult. ff. de variis, & extraordinariis cognitionibus*, *l. licèt* 103. *ff. de verborum significatione*; tamen major in his ratio dandæ dilationis versatur, ne alioquin ob non datam dilationem possit Reus conquæri læsam esse suam innocentiam, *capit. ut famæ, de sententia excommunicationis*, *l. eum qui nocentem, ff. de injuriis*, vel Actor deficere in probatione criminis, quod probari probatumque puniri, maximè interest Reipublicæ, *l. ita vulneratus*, 51. § *ult. ff. ad legem Aquiliam*, *l. per omnes*, 6. *C. de defensoribus civitatum*, pluresque dilationes in causis illis Reo indulgentur: quia in criminalibus causis satius est nocentem absolvere, quàm innocentem condemnare, *l. absentem*, 5. *ff. de pœnis*, cum hi potius, quàm Actores favorabiliores sint, *l. non debet*, 41. *l. favorabiliores*, 125. *ff. de regulis juris*, videndus est Ant. Faber *in Rationali ad textum in d. l. fin.* Donel. & Hiligerus *locis supra citatis*.

7

8 Quintò prædictis obstat text. *in l. in crimine*, 41. *ff. ad legem Juliam de adulteriis*, ubi in adulterii crimine quod capitale est. *l. castitati* 9. *l. quamvis* 30. *ad finem*, *C. ad l. Juliam de adulteriis*, § *item lex Julia. Instit. de publicis judiciis*, Paulus demonstrat nullam dilationem dari debere. Cui difficultati, ut satisfaciant Donellus, & alii, ubi suprà existimant, crimen adulterii excipiendum esse à prædicta regula, cum in eo celerrimè procedendum sit propter communem utilitatem, ob quam singularia locum habent, *l. transigere*, *Cod. de transactionibus*; sed cum nulla ratio specialis occurrat, idem jus in hoc crimine, quod in aliis statuendum videtur; ex regula text. *in l. illud. ff. ad legem Aquiliam.* Quare hac, & aliis omissis, verius respondendum censeo *in dict. l. in crimine*, prorsus non negari dilationem, sed ita demum, nisi aut personæ exhibeantur, aut judex ex qualitate negotii motus, hoc causâ cognitâ permiserit; quod optimè convenit cum regula textus *dicta l. fin. ff. de feris*, ubi non minus necessaria est causæ cognitio ad tribuendas dilationes in capitalibus negotiis, quàm in pecuniariis (ut suprà diximus) in decidendi ratione, de qua re videndus Pacius *centuria* 1. *quæst.* 83. Duenas *reg.* 100. Gilchenius *in rubricat. Cod. de dilationibus*, *numer.* 4. *& seqq.*

6

9 Sextò adversus id, quod *in præsenti* notant omnes videlicet Judicem posse dilationem, seu terminum juris justa subsistente causa restringere, vel ampliare, quod etiam insinuat textus *in Clementina* 2. *ad finem, de appellationibus*, *cap. cum sit Romana*, 5. *versiculo*, *Nisi judex*, *cap. personas*, *cap. reprehensibilis, de appellationibus*, valde obstat *text. in l.* 2. *versiculo*, *Sed perrarò*, *ff de re judicata*, ubi constat judicem rarò, aut nunquam posse terminum à jure concessum minuere; duas tantum *Ulpianus* causas excipit, videlicet alimentorum, vel si minori subveniatur. Cujus textus difficultas augeretur ex prima illius Ulpiani sententia, dum in ea affirmat posse Judicem pro qualitate, & quantitate causæ, vel personarum obsequio terminum coarctare, vel prorogare. In cujus textus difficultate, omissa Bartoli interpretatione, Antonii Fabri *lib.* 12. *conjecturarum*, *capit.* 17. Duareni *in dict. l.* 2. verissimè est dicendum, Judicem posse, etiam juris terminum, justa subsistente causa minuere, ut constat ex juribus *suprà* adductis. Nec obstant textus verba *in dict. l.* 2. *versicul. Sed perrarò*. Quia versiculus ille nihil contrarium præstat primæ, vel secundæ illius textus parti: nam in *principio illius legis*, & in *secunda ejus parte*, est statutum, Judicem posse juris terminum, justa subsistente causa minuere; & statim prosequitur, quod etsi perrarò, id est non possit id sine causa fieri, tamen ab hac regula excipiuntur duæ causæ, quæ favorabiles sunt, videlicet alimentorum, & restitutionis, in quibus absque causæ comprobatione poterit Judex terminum minuere, vel augere, quia in illis sufficit pro causa earum favor.

Septimò prædictis obstat text. *in leg.* 4. §. *si quis* 7. *versicul. Sed siquidem minorem, ff. de re judicata*, ubi constat, quod si judex minorem dilationem, seu terminum, quàm legitimum statuerit, repletur à lege, quod à Judice deficit. Augetur difficultas, quia Judex causa cognita, minorem terminum ibi præfigit, siquidem res judicata dicitur, quando cognitio causæ interc[e]ssit, *leg. judices ff. de judiciis*: ergo neutiquam poterit judex dilationem legalem auferre. In qua jurium contrarietate, omissa Glossæ interpretatione, verbo, *Sed siquidem minorem*, *in dict.* §. *si quis*, & Glossa verbo, *arcta*, *in dict. l.* 2. Bartoli, & Duareni, *ibidem*, verissimè est dicendum, Judicem, interveniente justa causa, non solùm posse ampliare, sed etiam minuere juris dilationem. Nec contrarium docet textus *in dict. leg.* 4. §. *si quis condemnatus, ff. de re judicata*. Quia tempus illud in sententia expressum, non est dilatio, seu tempus, quod miserationis gratia in executione condemnatis à jure conceditur, sed est quædam pars ipsius sententiæ, quæ non à jure, sed ab homine confertur, *leg. cum multi.* 8. *versic. Aliud, ff. de compensationibus*. Nec etiam ibi fuit dubitatum an ampliatio, vel limitatio temporis valeret, necne; sed tantum fuit quæstio, à quo die computanda esset dilatio illa à Judice in sententia constituta? & Consultus respondit, quod si amplior terminus in sententia fuerit concessus computatur in eo terminus legalis, & sic utrumque habebit, hoc est tàm legitimum, quàm in sententia expressum; sed si minorem Judex terminum præfixerit, supplebitur à lege: ratio est, quia Judex dilationem in sententia dando, etiam si minorem constituat, non ideo legitimum condemnato adimit: meritò, licet ex sententia Judicis ampliorem non habeat, habebit tamen ex lege, cujus beneficium integrum manet: siquidem Judex nominatim reum constituto à lege termino uti non vetuit; & ita, etsi tempus repleatur, nihil fit contra Judicis sententiam, siquidem Judex aliquod tempus dando, legitimum non adimit: notat Donellus *dict. lib.* 27. *commentariorum*, *c.* 4. pro interpretatione ad textum *in dict. l.* 2. *l.* 4. §. 5. *ff. de re judicata*, Hilligerus ad eundem, *in dict. c.* 4. *litera F.* & an impedito plures dilationes dentur? videri oportet ea, quæ inferius dicemus, *in c. cum sit Romana*, 5. *de appellationibus*, *& in titul. de dolo, & contumacia, in prima tituli parte, & in c. cum venisset*, 25. *de testibus* 18. *& 19. dubio, & in cap. Pastoralis* 2. *de exceptionibus*. Videre etiam oportet ea quæ inferius dicemus *in c.* 2. *de exceptionibus*, *apud finem.*

10

AD TITVLVM DE Feriis, IX.

SVMMARIVM

Totius Tituli.

1 *Diebus Dominicis, & aliis, Dei, & Sanctorum reverentia dicatis, ab omni opere illicito, ita abstinendum, ut nec etiam de partium consensu judicium exercerì possit.*

2 *Ratio assignatur.*

Deo, honor, & veneratio jure divino, & naturali,

debetur, ideoque certi dies ab Ecclesia assignati sunt, ut illis specialiter cultus exterior exhibeatur.

3 *Veteri lege Sabbata ex præcepto cæremoniali observabantur, in quorum locum dies Dominici successerunt, ex ratione, de qua ibi, & n.9.*

4 *Mercata, nundinæ, contractus & negotiationes, an diebus Dominicis, & alijs Dei & Sanctorum cultui dicatis, fieri possint.*

5 *Strepitus judiciales in prædictis diebus omnino cessare debent, ex ratione de qua ibi, & n.14.*

6 *Jus publicum privatorum pacto tolli non potest.*

7 *Feriæ rusticæ, veluti messium, & vindemiarum ex consensu partium renunciari potest.*

8 *Oratio genu flexo quo tempore fieri debeat, refertur antiqua consuetudo.*

Explicatur text. in cap.2.hoc titulo.

9 *Præceptum de observandis ferijs, partim est morale, partim verò cæremoniale.*

Explicatur text. in cap. licet tam veteris, 3. hoc tit.

10 *Explicatur* cap.8.Iextæ synodi, & cap. sextam synodum, 16.distinct.

11 *Explicatur* Canon 65. Apostolorum, & c.placuit 9. de consecratione, distinct.3.

12 *Die Dominico jeiunare non licet, & n.13.*

Explicatur, & emendatur Canon 64. *Martini Bracharensis.*

13 *Jeiunium in die Dominico non est simpliciter prohibitum nisi superstitiose, aut ex scandalo fiat.*

Explicatur text. in c.utinam, 66.distinct. & cap.si quis Presbyter, & cap. si quis tanquam. 30.dist.

14 *Actus judiciales, liciti in diebus festivis tractari non debent.*

15 *Citatio in diebus feriatis, vel ad diem feriatum facta, non valet.*

Explicatur text. in cap. veniens, de accusation.

16 *Libellus ad interrumpendam præscriptionem continui temporis, etiam diebus feriatis porrigi potest.*

Explicatur text. in l.miles 11.§.sexaginta, ff.ad l.Juliam de adult.& l.1.C.hoc titul.& in l.2.§.die septimo, ff. quando appel.sit.

17 *Custodiæ cognitio de plano, & sine strepitu judicii fiebat.*

Explicatur text. in l.custodias, 12.ff.de public.jud.& in l.Provinciarum 10.C.de feriis.

18 *Feriæ publicæ, & rusticæ, an à Iudice constitui possint, & num.20.*

Conciliantur text. in l.à nullo, C.de feriis, & in l. Præsides 4.ff.eodem.

19 *Feriarum tempus an Præsides coangustare, vel prorogare possint ibi. & num. seqq.*

Explicatur text. in l.2. C.hoc tit.

20 *Explicatur text.* in l. sed etsi 26.§.si feriæ vers. *Quia per Prætorem*, ff.ex quibus causis major.

21 *Existente causa pietatis, vel necessitatis, de feriis non habenda est ratio.*

Expenditur text. in cap. fin. de judiciis.

22 *Arbitri an in diebus feriatis sententiam dicere possint.*

Explicatur text. in l. si feriatis 36. ff. de recept. arbit.

23 *Kalendarum tempus olim erat feriatum.*

Explicantur text. in l. Kalendis Ianuarii, ff. de recept. arbit.& l.omnes, C.de feriis.

24 *Judex diebus feriatis, de causis beneficialibus, electionis, postulationis, & similibus, an cognoscere possit.*

Explicatur Clement. 2.de verb.significat.

CONCLUSIO

Totius Tituli.

1 *DIEBUS Dominicis, & in alijs Dei, & Sanctorum reverentiæ dicatis, ab omni opere illicito ita abstinendum est, ut nec ex consensu partium judicium exerceri possit, alijs verò ferijs in favorem hominum inductis, litigantes renunciare poterunt.* Quæ conclusio quoad primam ejus partem comprobatur *ex cap.1.2. & fin. hoc titulo, cap. 1. eum sequentibus, 15.quæstion.5.capit.desrevit* 17.22.*quæst. 5.cap. Missas* 64.*cap. qui die solemni* 66.*de consecratione, distinct.1.cap.1. & 2.cum alijs de consecratione, distinct. 3. cap.2.de immunitat. Ecclesiarum, cap. fin. de judiciis.* Concilium Nicæn.*cap.*20.Concil.Agatense, *cap.*47. Concil. Tridentin.*Sess.25.decreto ultimo, l.vel omnes judices.3.l.fin. C.hoc titulo, l.Dominica, C.de spectaculis, l.*34.*cum sequentibus, tit.2.part.3.*

Secunda verò nostri textus pars probatur ex textu *in l.1.2.& 3.l. si feriatis diebus 6.ff.de feriis, l.2. l. omnes dies 7.Cod.eodem, l.* 37. *cum sequentib. tit.22. parte tertia,* exornant Gregorius Lopez *in dictis legibus Partitarum* Franciscus Suarez 1.*tom.de legibus, libro secundo, capit.* 30.Bellarm. 2.*tom.controversiar.lib.3.de Sanctis, cap.* 10. *& sequentibus,* Reginaldus *in praxi fori pœnitentiarij 2. tom.lib.*19.*cap.*3.Azorius 2.*tomo instit.moral.lib.2. capit.* 27.Petrus Gregorius *li. 2. syntagmat.cap.* 16.*libro primo repetitionum juris Canonici, titul.* 19. Cæsar Baron. 1.*tomo Annalium, anno Christi* 58. *num.* 81. Anastasius Germonius *de Sacrorum immunitatibus, lib.1.cap.*19.*& lib.3. capit.*20.Thomas Sanchez *lib.2.ad præcept.Decalogi, cap.* 37.*num.*12.Covarruvias *lib.4.variarum, cap.*14.Guttierrez *lib.* 1.*Canonicarum quæstionum, cap.* 31. Menochius *lib.3.de arbitrariis, quæstion.*30.Spino *in speculo testamentorum, glos.*16.*principalis, numer.*10.Navarr.*in Manuali, cap.*13.*& in cap.cum contingat, de rescriptis.*12.*causa nullitatis,* Scaccia *de judiciis, lib.2.cap.*5.Brissonius *in l. Dominica, C.d. spectaculis,* eruditissimus communis Præceptor Franciscus Sanchez Randoli *in repetitione ad textum in c.conquestus fin.hoc titulo,* Duarenus *ad titul.de arbitris, fol.ultimo, in fine,* Donel.*lib.*24.*commentariorum, capite septimo.* Osuald.*ad eundem in dict.cap.*7.*littera A. cum seqq.*

Ratio primæ conclusionis partis est, quia feriæ sacræ 2
solemnes, seu festi dies fuerunt introducti ab ipso jure naturali, & divino, ex eo, quod omnes homines debeant etiam per actus externos Deum venerari, ut constat ex juribus *suprà* adductis, *l.veluti 2. ff.de justitia, & jure,* Suarez *de Religione, 1.tomo tract.2.lib.1.cap.*1.*&* 2.cum homines tempus aliquod debeant secernere ab actibus profanis, in quo debitum honorem, & cultum illi exhibeant juxta illud *Psalmi* 45.ibi: *Vacate, & videte quoniam ego sum Deus.* Ut sic homines, qui corpore, & anima cõstant, aliquo etiam destinato tempore corpore, & animo, laudibus & contemplationi omnipotentis Dei omnino vacent, à quo tot tãtaque beneficia acceperunt. Quod etiam ad convenientem hominum gubernationem summè necessarium est; cum fragiles sint naturâ, & laboribus corporis facilè distrahantur, meritò consentaneum naturæ videtur, ut interdum à laboribus quiescant; tradit Plato *l.2.de legibus.* Seneca *l. 2. de tranquillitate vitæ*: sed cum 3
dies non essẽt certi, in quibus cultus exterior Deo exhiberetur, exemplo veteris Synagogæ, in qua Sabbata ex præcepto ceremoniali observabantur *Deuteronomii c. 5. Exod.*12.*Ezech.*20.in eorum locum Ecclesiastica constitutione primus Hebdomadæ dies successit, hoc est, dies Dominicus, *c.1.& 2. hoc tit.* qui quidem Sabbati dies feriati, tanquam eo præcepto ceremoniali instituti, jam cessarunt, *c.translato, de cõstit.c.unic.de purific. post partum* & in eorum locum successit dies ille Dominicus, cum eo die Dominus noster resurrexisset, Apostolisque apparuit, & in eodem die Spiritus Sanctus Apostolis fuit datus Joannes Apocalypsis *cap.*5.Paulus *ad Corinthios, c.*16.& ideo in illis diebus servilia opera prohibita sunt non ex eo, quod per se sint illicita, alioquin enim, nec alio tempore fieri possent, sed ob reverentiam Deo debitam, ne ab ejus cultu, & contemplatione animus avocetur. Similiter, & eadem ratione mercatum, nundinas, 4
negociationes, mercimonia, & similes contractus fieri prohibetur *capite primo, hoc titulo, capite Religione glossa 2. de consecratione, distinctione* 3. Deinde, quia inter ementes, & vendentes, peccatum frequenter

quenter committitur, *capit. qualitas*, 2. *de pœnitentia*, *distinction. quinta*, cum naturaliter sint homines perpensi ad se mutuo decipiendos, *leg. in causa*, 16. *paragrapho idem Pomponius*, *ff. de minoribus*, *leg.* 22. § *final. ff. locati.*

5 Similiter strepitus judiciales prohibentur, quia nihil magis observationi festorum repugnare potest, quàm lites, & controversiæ, quæ in judiciis exercentur, cum ex illis livores, inimicitiæ, & calumniæ nascantur, ex quibus animus hominum inquietus redditur, *cap. 1. de Syndico*, *in fin. cap.* 1. *de restitutione spoliatorum*, *lib.* 6. Nec interest, an judicium sit civile, vel criminale *c.* 2. *& fin. hoc titul. cap.* 1. *cap. placita*, 15. *quæst.* 4. *l.* 1. §. 1. *l. si feriatis* 6. *ff. de feriis*, *l.* 2. *in fine*, *l. ultima*, *Cod. eodem*, quæ quidem

6 solemnes feriæ, nec consensu partium remitti poterant, *cap. fin. hoc titulo.* Quia earum prohibitio non respicit privatum litigantium favorem, sed potius Reipub. hoc est, Dei Optimi Maximi cultum, & jus publicum, quod pacto privatorum non remittitur, *cap. si diligenti, de foro competenti*, *l. jus publicum*, 38. *ff. de pactis.* Quod etiam dicendum est, in aliis feriis repentinis, quæ à Principe ex publica causa indicuntur, veluti si ob honorem Principis, vel urbis statuantur; notat Osualdus ad Donellum

7 *lib.* 29. *commentariorum*, *cap.* 7. *lit. T.* Feriæ autem rusticæ, quæ propter messes, & vindemias indicuntur, consensu partium renuntiari possunt; & sententia in illis data valebit, cum principaliter favore litigantium sint introductæ, licèt secundariò, & per consequentiam ad favorem publicum respiciant, *c. final. in fine*, *hoc tit. l.* 1. §. 1. *l. si feriatis* 6. *ff. eodem.*

Primò adversus hanc decidendi rationem, & illam solemnem Dominici diei festivitatem, obstat textus *in cap.* 2. *hoc titul.* Vbi constat in diebus Dominicis, & aliis festivitatibus Paschatis, & Pentecostes, neminem posse

8 genua flectere, nisi secreto cum devotione, id facere velit; & tamen verum est genua flectere, esse signum devotionis, venerationis, & humilitatis; quæ genuflexio interponitur, ut facilius oratio nostra acceptabilis Deo sit: quemadmodum Dominus noster in terra positis genibus Patrem orabat, *Luc.* 23. Ergo dies Dominicus, non est dies feriatus: nam si esset, in illis genuflexio non admitteretur. Sed pro illius textus interpretatione adnotandum est, olim duplicem modum orationis fuisse, unus erat luctus, & tristitiæ, ubi miseriam nostram in memoriam reducimus, Christumque Dominum, passionem, & mortem pro humana salute perpendisse recolimus, in quo tempore genua flectere debemus: erat etiam aliud tempus, & alius orationis modus, propter lætitiam, videlicet Resurrectionis, quam recolimus in die Dominica, propter æternæ felicitatis statum, & gloriæ, quam expectamus; quo tempore genuflexio fieri non solebat, sed recto vultu, stando oratio celebrabatur; de quo antiquo lætitiæ tempore est interpretandus textus in *dicto cap.* 2. *hoc titulo*, quæ interpretatio deducitur ex Divo Ambrosio *sermone sexto*, in illis verbis: *Diebus quibus libertas Spiritus Sancti nobis data recolitur*, *etiam genua non flectemus*, *sed stantes oramus*, *libertatis gratias nobis collatas*, *& conferendam gloriam confitentes.* Divus Hieronymus *ad Ephesios in proœmio Epistolarum*, ibi: *Permisit Paulus*, *usque ad Pentecostes tempus*, *quo non flectimus genua*; *sed Domino resurgente ad alta sustollimur.* Constat etiam in Concilio Nicæno *Canone vigesimo*, relato *in capit. quoniam quinquagesimo quinto*, *de consecratione*, *dist.* 3. *c. ultim.* 30. *distinct.* notat Bellarm. *lib.* 3. *de cultu Sanctorum*, *c.* 11. Brisson. *in l. Dominico*, *Cod. de spectaculis*, quæ antiqua consuetudo fuit introducta contra aliam Judæorum consuetudinem ex eo, quod Manichæi, & Judæi, inter alia quæ pertinaciter negabant, erat unum videlicet Christum à mortuis die Dominico non resurrexisse, & in die illo absque necessitate jejunabant, & genua flectere solebant, juxta textum *in cap. si quis presbyter*, *final.* 30. *distinct.* notat Baron. *anno Christi* 72. *circa finem*, qua de causa in Concilio Nicæno, *cap.* 20. fuit statutum, ut in illis diebus, neque jejunium, nec afflictio fieret; cum novum non sit, ut aliqua Religionis ceremonia evellatur, dum periculum fidei extat; sed cum jam hodie Resurrectionis fides fortiter, & fideliter sit firmata, illa prior orandi forma indè quietudinem abiit, notat Covarruvias *lib.* 4. *variarum*, *cap.* 19. *nu.* 7. eruditè Doctor Franciscus Sanchez Randoli, *in repetitione ad textum in capit. conquestus in fine*, *hoc titulo*, *nu.* 16. *cum sequentibus.*

Secundò adversus ea, quæ similiter in decidendi ratione retulimus, videlicet Sabbati diem in veteri Testamento, ut feriatum observari; & hodie ex nova lege in diem Dominicum translatum fuisse. Obstat text. *in c. licèt tam veteri*, 3. *hoc titul.* ubi constat, quod Sabbati dies, tàm veteris, quàm novi Testamenti, pagina, ut solemnis dies feriatus observari debet. Quod dubium ut 9
dissolvamus adnotandum est, præceptum de observandis feriis, partim esse ceremoniale, partim morale; ceremoniale dicitur, quatenus specialiter Sabbati dies in veteri lege observabatur: morale quatenus natura ipsa suadet Deum colere: quo supposito dicendum est, quod etsi dies Sabbati ex præcepto ceremoniali per novam legem cessaverit; non tamen cessat, quoad morale præceptum, ut Deum colere debeamus, non ad hoc, ut dies Sabbati, omninò specialiter debeat observari; sed ut sub nomine diei *Sabbati* sit aliquod tempus feriatum, in quo Deum colere debeamus, hoc est, dies Dominicus: & ita est interpretandus text. *in dict. cap.* 3. *hoc titul.* Nam dum docet tàm veteris, quàm Novi Testamenti pagina, Sabbati diem observari debere, intelligi debet, cum distinctione suprà adducta, hoc est, ex vi morali, & naturali ratione dictante, quòd sit aliquod tempus feriatum, in quo Deum colere debeamus: notat Covar. *li.* 4. *variar. c.* 19. *n.* 4.

Tertiò etiam prædictis obstat *cap.* 8. *sextæ Synodi*, ver- 10
sic. *Conveniendum est.* Ex quo constat hodie, etiam in lege nova gratiæ, Sabbati diem esse solemnem, & feriatum, cum in eo die omnes Christiani, cum luminariis, & oblationibus ad Missam solemniter accedere debeant. Quem ut dissolvamus nodum, observandum censeo sextam Synodum bis fuisse congregatam, primò sub Constantino Imperatore: secundò, sub Constantiniano ejus filio, in qua sexta Synodo nulli Canones fuerunt edicti, sed tantum ei accumulantur centum & duo Canones, inter quos fuit ille octavus Canon; & cum sexta illa Synodus in Trullo Regio Palatio, absque ullo Pontificis Legato, & sine ejus authoritate fuisse congregata, minimè universalis dici potest, juxta textum *in cap. quoniam*, 16. *distinctione*, quare Canones qui Romanæ Ecclesiæ contrarii fuerant, non sunt admissi, inter quos fuit tex. *in d. Canone* 8. *Canone* 52. *illius sextæ Synodi.*

Nec obstat tex. *in c. sextam Synodum*, 16. *distin.* ubi Adriani authoritate, sexta Synodus cum omnibus suis capitibus accipitur. Quia pro illo verbo, *Sextam Synodum*, legendum est, *septimam Synodum*; & ita similiter est interpretandus tex. *in c. sextâ Synodû*, *c. omnes*, *de consecr. dist.* 3.

Quartò solutioni obstat text. *in Canone* 65. *Apostolo-* 11
rum: Cujus hæc sunt verba: *Si quis Dominicam diem*, *aut Sabbatum*, *uno solo dempto jejunare deprehendatur*, *deponitor; si laicus*, *a communione ejicitor.* Ex quibus Apostolorum verbis constat diem Dominicum diei Sabbati æquiparari, & in parte illa, in qua vetat in die Dominica jejunare, Textus ille facilè procedit: siquidem dies ille est dies feriatus, & solemnis lætitiæ, & Resurrectionis, non verò pœnitentiæ: siquidem in ea jejunii pœnitentia prohibetur, quando concurrit aliqua vigilia in Sanctorum honorem ab ecclesia statuta, *capite primo*, *de observatione jejuniorum*, nec Quadragesima admittitur, *c. Quadragesima*, *de consecratione*, *distinct.* 5. *cap. placet*, *c. jejunium*, *cap. ne quis de consecratione*, *distinct.* 3. Sed Canon ille Apostolorum difficillimus redditur in parte illa, in qua etiam jejunium in die Sabbati, quasi in die lætitiæ, & feriato prohibetur. Augetur difficultas ex eo, quod Sancta Romana Ecclesia jejunium propter tristitiam, & Passionem Domini in die Sabbati suscepit, *capit. Sabbato de consecratione*, *distin.* 3. quod etiam refertur in Concilio Illiberitano, *Canone* 26.

Agathenſe, *Canone* 12. Arelatenſe Quarto, *cap.*2.nam Sanctam Romanam Eccleſiam contra Apoſtolorum prohibitionem id feciſſe, neutiquam cogitari poteſt; quæ authoritas, licèt ſuſpectam faciat illam Apoſtolorum authoritatem; tamen pro Apoſtolorum Canone facit authoritas ſancti Ignatii, *epiſtol.* 8. *ad Philippenſes*, dum ſcribit, Canone Apoſtolorum cautum eſſe, quod ſi quis Dominicam diem, aut Sabbatum jejunaverit, is Chriſti interfector ſit: ad quod etiam confert Clemens Papa *lib.* 7.*Conſtitutionum Apoſtolorum*, *cap.*24. & Patres Trullani *in ſexta Synodo*, *Canon* 55. & Concilium Agathenſe, *cap.*12.*relatum in cap.placuit*, *de conſecratione*, *diſtinct.* Cujus hæc ſunt verba: *Placuit ut omnes Eccleſiæ filii, exceptis diebus Dominicis, in Quadrageſima, etiam die Sabbati, Sacerdotali oratione, & diſcretionis communione jejunent.* Ex quibus verbis conſtat Sabbati diem, quoad orationem, & celebrationem, diei Dominico æquiparari. Quo in dubio enucleando diu ſuperſedi, circa quod mallem alium docentem audire, quàm docere; ſed conſiderata Conciliorum ſerie, ea inter ſe pugnantia, hoc modo ad concordiam reducenda eſſe exiſtimo, præcipuè ex authoritate Baronii, *anno Chriſti* 102. *num.* 15. Severini *in notis ad Canones Apoſtolorum*, *Canon.*65. Bellarm.*tom.*3.*controverſ. lib.* 2. *de bonis operibus*, *cap.*8. qui omnes aſſerunt Canonem illum, quoad Sabbati jejunium, non fuiſſe Apoſtolorum, & affirmant, verba illa, *in dict. Canon.* 65. ibi: *Vel Sabbato*, ſuppoſita, inſerta fuiſſe à Græcis poſterioribus; tum quia Canon ille in illa parte ab Epiphanio citatur. Tùm etiam, quia ſancta Romana Eccleſia ex authoritate Petri, & Pauli jejunium Sabbati ſuſcepit, ut conſtat ex Auguſt.*in Epiſtola* 119.*ad Januarium*, *cap.* 13.& *in Epiſtola* 85. *ad Caſſullanum*, & Divus Iſidorus *lib.* 1. *de officiis*, *cap.*24. Thomas Vvaldenſis *de Sacramentalibus*, *tit.* 19.*cap.*140. qui conatur probare feſtivitatem diei Dominicæ, ab Apoſtolis fuiſſe inſtitutam: ita Tertullianus *adverſus gentes*, *cap.* 16. & alii plurimi, quos citat Covar. *lib.*4.*c.*19.*n.*6. Innocent. Primus *epiſtola* 11.*cap.*9.*epiſt.*1. *cap.* 4. ut conſtat in *dicto cap.Sabbato de conſecratione*, *diſtinct.* 3.

Alia verò loca invicem contraria concilianda eſſe exiſtimo, juxta diverſas conſuetudines Orientalis, & Occidentalis Eccleſiæ: nam Orientalis Eccleſia ob piam conſuetudinem, Sabbato non jejunabat, unò excepto Paſchali; quæ conſuetudo fuit recepta in odium, & deteſtationem hæreticorum Simonis Magi, Menandri, & Saturnini, & aliorum aſſerentium Deum, Authorem mundi, cum omnibus à ſe creatis malum eſſe; atque ideò à carnis eſu, & propagatione matrimonii in Sabbati die ſe abſtinebant, ac die illo jejunabant, ne exinde Creator mundi, qui in die ſeptima requievit, honorari videretur, notat Giphanius *oratione* 21. *cùm ſequentibus*, meritò Orientalis Eccleſia, ut injuriam Deo illatam vendicaret, communi conſenſu juſſit, ne quis die Sabbati jejunaret; ſed potius diem illum magna cum hilaritate tranſiret, atque inſtar diei Dominici, juſſit celebrari; & in hoc ſenſu Ignatius dixit: *ſi quis Sabbato jejunaverit, Chriſti interfector eſt*; & in dicto Concilio Agathenſi, *cap.* 12. relato *in dicto cap. placuit*, *de conſecratione*, *diſtinctione* 3. in illis verbis: *Etiam dies Sabbati Sacerdotali oratione*: Sed Occidentalis Eccleſia hæreſi jam extincta non tantum licitè, ſed etiam piè Sabbato jejunat, in memoriam Domini, qui ea die mortuus, & in ſepulchro incluſus fuit: quod omninò contrarium obſervant Judæi; ſiquidem die illa valde epulantur, notat Garcia de Loayſa *in notis ad Concilium Illiberitanum*, *Canon.* 26. eruditiſſimus D. Fernando de Mendoça *lib.ſecundo de Concilio Illiberitano*, *cap.*52. Sed licèt authoritate ſuprà adducta circa Sabbati jejunium diſſentiant, tamen circa diem Dominicum omnes conſentiunt præcipientes, ne quis ea die jejunaret, ex eo, quòd Gnoſtici, & Manichæi Chriſti Reſurrectionem negantes, die illa, in luctu, & triſtitia jejunabant; notat Baron. *anno Chriſti* 58. *num.* 63. Covarruvias *dictio lib.* 4. *variarum*, *capit.decimo nono*, Thomas Sanchez *in præcepta Decalogi*, *lib.*2. *cap.*37.*num.* 12. quæ quidem prohibitio jejunii Dominicæ diei, refertur in Concilio Cæſarauguſtano, *cap.*2.*relato in capit.ne quis*, *de conſecratione*, *diſtinctione* 3. *capit jejunium* 14. *eadem* 3.*diſtinctione* in Concilio Gangrenſi, *capit.*18. relato *in capit.ſi quis tanquam*, 30. *diſtinctione*, & in Concilio Carthaginenſi 4.*cap.* 34. relato *in capit. Sacerdos*, 26.*quæſt.*7. & Concilio Martini Papæ, relato *in cap. ult. diſtinct.* 30.

Quintò, huc uſque tradita circa prohibitionem jeju- 12
nii die Dominica turbari videntur Canone 64. Martini Braccharenſis *in collectione Orientalium*, cujus hæc ſunt verba: *Nonlicet quemque Clericum die Dominica ab eccleſia abſentem eſſe, ſed Miſſarum ſolemnibus intereſſe, & jejunio.* In quibus ultimis, & poſterioribus verbis Martinus apertiſſimè ſignificat Clericum die Dominica jejunare debere. In qua difficultate ſi mihi permiſſum eſt, ut quod ſentio liberè loquar, interim, dum viri doctiſſimi huic loco ſuccurrant, dicendum arbitror, hunc Canonem in illo verbo, *Jejunio*, ſuſpectum eſſe, additúmque fuiſſe ab aliquo imperito, aut hæretico homine; quam conjecturam à viris doctis probandam ſperamus, præſertim ſi conſulant aliam editionem Garciæ de Loayſa *in notis*, *ad dictum Concilium Illiberitanum*, *Canone vigeſimo ſexto*, ubi verbum illud, *Jejunio*, jure optimo deeſſe affirmat; niſi pro illo verbo, *Jejunio*, legere velis, *Jejunus*, quaſi ſenſus verborum ſit, quod Clericus in die Dominica, non debet ab Eccleſia abeſſe, ſed in ea Miſſam celebrare jejunus, hoc eſt, antequam prandeat; ſed mihi probabilior eſt prior ſolutio: nam ſecunda nec ex ſenſu verborum, nec ex rigore juris deduci poteſt.

Sextò prædictis obſtat text. *in cap. ſi quis tanquam*, 13
30.*diſtinctione*, *& in capit. utinam*, 76. *diſtinctione*, ubi Sanctus Hieronymus jejunium, tanquam laudabile in die Dominica, comprobat, exemplo Divi Pauli eo die jejunantis. Circa quod dubium dicendum eſt, jejunium in die Dominica, non eſſe ſimpliciter prohibitum, ſed tantum ſi ex ſuperſtitione in contemptum Eccleſiæ, aut cum ſcandalo fiat: meritò, ſi ſedandi motus carnalis, aut alterius periculi imminentis vitandi, jejunium die illo fiat, utile erit; quo in caſu Divi Pauli teſtimonium intelligi debet, ut conſtat ex textu *in cap. ſi quis Preſbyter*, ibi: *Abſque aliqua neceſſitate*, & *in cap.ſi quis tanquam*, 30. *diſtinctione*, *& cap.quoniam omne*, *de præſcriptionibus*, conſtat ex textu *in capit. jejunium*, 14. *de conſecratione*, *diſtinctione* 3. notat Divus Thomas 2. 2.*quæſt.*147. *artic.*5.*ad.* 3. Sic ſimiliter jejunium, non eſt de neceſſitate poſt Paſcha Reſurrectionis, uſque ad Pentecoſtem, ſed ſi de facto, ex devotione, & voluntate, pœnitentiæ cauſa in vigilia Pentecoſtes fiat, admittitur, quamvis ex neceſſitate fieri non debeat, juxta text. *in c. jejunium*, §.*non autem.*76.*diſtinct.c.prorogationis*, *de conſecratione.diſtin.*3.

Nec obſtat textus in *capit.noſſe credo*, 76. *diſtinctione*, *verſicul.Neceſſe eſt*, quia verba illa non ſunt intelligenda ex neceſſitate, ſed ex conſilio, cum id fuerit conveniens, hoc eſt, interveniente cauſa, notat Gloſſa *verbo*, *Neceſſe*, & Gloſſa, *verbo*, *Obſervantia*, *in* §. *antecedenti ejuſdem textus*, & Gloſſa *verbo*, *Jejunio*, *in dict. cap.jejunium*, 76. *diſtinctione*: Archiepiſcopus Braccharenſis *in notis ad primam Decreti partem in dict.cap. noſſe credo*, *& dict.cap. jejunium*, 76. *diſtinctione*. Cujac. omninò videndus *in poſtremis ad Decretales in cap.*1.*hoc tit. & text.in c.non oportet*, *de conſecratione*, *diſtinctione* 3.*& text. in cap.illa autem*, 12.*diſtinctione*, *cap.quæſivit*, *de verbor.ſignificatione*, *cap.conſtituimus*, *capit. ſtatuimus*, 76. *diſtinctione*.

Septimò adverſus ea, quæ extant *in cap.*1. *hoc titul.* vi- 14
delicet, quod in Dominicis diebus ab omni opere illicito abſtinere neceſſe eſt, obſtabit ſequens conſideratio: ergo in illis diebus ab actibus judicialibus abſtinere non debemus; cum actus judiciales exercere, & pertractare ſit licitum, *capit. unico*, *de Syndico*, *cap.final.* 53. *diſt.* Sed huic ſcrupulo dicendum eſt, quod quamvis

actus

actus judiciales sint liciti, tamen in diebus festivis illicitè tractantur, cum nihil magis observationi festorum repugnet, quàm lites, & controversiæ: cum quibus animus Christianorum inquietatur, & à contemplatione spiritualium abstrahitur, notat Ioannes Guttierrez *lib.* 1. *Canonicarum quæstionum, cap.* 32. *num.* 9. Covarruvias *dict. cap.* 28.

Nec obstabit dicere, quod si in diebus festivis lites non disceptarentur, fierent immortales, cum magno Reipublicæ, & litigantium, bonorumque suorum incommodo, argumento textus *in cap. finem litibus*, cum vulgatis, *de dolo, & contumacia*, & sic adempta litigandi libertate, patrimonium diminueretur, *l. unica*, *Cod. ut nemo invitus.* Quia respondendum est, quod ex illa festorum observatione lites non redduntur immortales, cum plures alii dies remaneant, in quibus disceptari, & finem accipere possint, & quamvis aliquo modo prorogentur, Religioni prius est prospiciendum, tanquam medio, quo vitam cœlestem consequimur, *leg. sunt personæ*, *ff. de Religiosis, & sumptibus funerum*: nec patrimonium minuitur; siquidem si causa, & necessitas urgeat, rigor illius præcepti relaxatur, *in cap.* 2. *& fin. hoc titulo*, notat Osualdus ad Donellum, *lib.* 24. *Commentarior. cap.* 7. *litera C.*

15 Octavò adversus id, quod *in præsenti* notant omnes, videlicet citationem, nec in die feriato, nec ad diem feriatum factam valere, juxta textum *in l.* 1. *& final. ff. de feriis*, *l. si ut proponis*, cum *l.* 1. *&* 2. *Cod. quomodo judex*, *cap. placita*, 15. *quæstione quarta*, obstat textus *in cap. veniens*, *de accusationibus*, ubi si quis fuerit citatus ad diem feriatum, adeò citatio valet, ut quasi contumax condemnari possit. In qua difficultate verissimè est dicendum, quod in specie illius *textus*, citatio non fuit facta, ut in die feriato Reus respondeat: nam tunc non valeret; sed tantum ut compareat, siquidem terminus ille non fuit datus, ut in eo procedatur; sed ut cognoscatur quo tempore debeat procedi; quasi diceret, immediatè post festum, sic citatio facta, ut compareat ad diem feriatum, tenet, non verò respondeat; quemadmodum etiam valet sub hac forma, *si usque ad diem festum compareat*, juxta sententiam textus ita interpretandi *in capit. cum dilecti, de dolo, & contumacia*, *cap. final. de dilationibus*, *cap. quoniam*, *de in integrum restitutione*, notat Glossa, verbo, *Propter contumaciam*, *in dicto cap. veniens*, *de accusationibus*, Abbas *ibidem*, *numero quinto*, Innocentius *in cap. final. de feriis*, & Hostiensis; Speculator *in titulo de citatione*, §. 1. *numero decimo tertio.* Turrecremata *in dicto cap. placita*, 15. *quæstione nona.* Anastasius Germonius *de sacrorum immunitatibus*, *libro secundo*, *capite decimo octavo*, *& libro tertio*, *capite vigesimo*, cum aliis ab eis relatis. Vantius de *nullitatib. ex defectu citat. numero quadragesimo sexto*, *versicul. Idem dicitur de executione*, D. Francisc. Salgad. *de Regia protectione*, *part.* 2. *cap.* 13. *num.* 99. *& antea eod. cap.*

16 Nonò prædictis obstat Papiniani responsum *in l. miles* 11. §. *sexaginta*, *ff. ad legem Iuliam de adulteriis*, ubi constat, maritum in diebus feriatis, etiam solemnibus, adulterii libellum posse in judicium deducere, aliàs sexaginta dies utiles, quæ ei ad accusandum competunt, in diebus feriatis computantur. In cujus *textus* difficultate verissimè dicendum est, libelli oblationem diebus feriatis offerri non posse, cum libelli oblatio actus judicialis sit, & acta judicialia diebus feriatis fieri prohibeantur, *cap. ult. hoc titulo*, *de feriis*, *l.* 7. *Cod. eodem.* Nec obstat textus *in dict.* §. *sexaginta*, quia illud sexaginta dierum tempus, adeò continuum est, quod in eo feriatum tempus comprehendatur: ita ut eo in tempore maritus libellum porrigere possit. Ratio est, quia illius libelli porrectio est, non ut accusatio prosequi possit, sed tantummodo operatur, ut interrumpat præscriptionem sexaginta dierum, quia aliàs maritus uti extraneus admitteretur, *l. jure mariti*, 6. *Cod. ad legem Juliam de adulteriis*; meritò cum vicem actus judicialis non retineat, mirum non est, ut *in dict.* §. *sexaginta*, adulterii libellus in die feriato admittatur, notat Anastasius Germonius *lib.* 3. *de sacrorum immunitatibus*, *cap.* 20. *numero vigesimo quarto*, *cum sequentibus.* Ita similiter est interpretandus textus *in leg.* 1. *Cod. hoc titulo*, *de feriis*, ubi appellationis libellus in diebus feriatis, coram Judice proponi potest, & admittitur; & tamen nemo est, qui ignoret appellationem actum judicialem esse, cum appellatio sit de minore ad majorem judicem provocatio, *cap. non solum*, cum aliis, *de appellationibus lib.* 6. Ratio est, quia in appellationibus libellus non proponitur, ut in illis feriatis diebus appellatio prosequatur, sed ut dies continui à die sententiæ utiliter computandi interrumpantur, ne ab adversario præscribi possent.

Nec obstat textus *in leg.* 1. §. *die septimo*, *ff. quando appellandum sit*, ubi dies prædicti non continui, sed utiles sunt: Quia dicendum est, quod utiles tunc dicuntur, cum facultas adeundi Judicem est, & ita obtinet textus in *dicta leg.* 1. §. *die septimo*, continui autem appellantur, si non per judicem, sed per partem stetit, quo minus appellare non potuisset, quamvis postea restituatur; & sic textus *in dicto* §. *die septimo*, *versiculo*, *Aliquod esse utile*, debet intelligi cum judex sui copiam non fecit, ob cujus culpam pars appellare non potuit.

Decimò, obstat textus *in l. custodias*, 12. *ff. de pu-* 17
blicis judic. ubi custodia latronum in diebus feriatis etiam solemnibus audiri, & exerceri potest. Cui dubio dicendum est, id admissum esse, quia illa custodiæ cognitio, non solùm pro Tribunali, sed etiam simpliciter, & de plano audiri poterat, *l. unus* 18. §. *final. ff. de quæstionibus*, *l. Divus* 9. §. *final. ff. de feriis.* Nec obstat textus *in leg. Provinciarum* 10. *Cod. de feriis*, ubi quæstio latronum, etiam in Paschali tempore fieri potest. Quia textus ille procedit in Piratis, & insignibus latronibus, hoc est, in Saurariis, qui ita appellantur, quia in Sauria Civitate Pirati, & famosi latrones reperiebantur; notat Glossa marginalis, *ibidem*, Duarenus *lib.* 2. *disputationum*, *cap.* 2.

Nec obstat textus in *leg.* 3. *Cod. de Episcopali Audientia*, ubi ea consuetudine indulgetur, quod in die Paschali nullus in carcere detineatur: quia etiam in *dicta l.* 3. Pirati. & famosi latrones excipiuntur, & constat in versicul. *illo sed ab his secernimus*, & notat Glossa, verbo, *Paschа*, *in dicta l. Provinciarum* 10. *Cod. de feriis*, notat Osualdus ad Donellum, *lib.* 24. *Commentariorum*, *cap.* 7. *litera Y.* Anastasius Germonius *lib.* 3. *de sacrorum immunitatibus*, *cap.* 20. *num.* 42. hæc hucusque de feriis solemnibus, nunc de rusticis, & repentinis agamus.

Undecimò adversus ea, quæ *in præsenti* notant om- 18
nes, videlicet quòd indictitiæ, publicæ, & rusticæ feriæ à nullo judice, nec nisi à Principe instituì possunt: & si à judice fuerint indictæ, fructu careant, ut docet Constantinus *in leg. à nullo*, *Cod. de feriis*, valde obstat textus *in leg. Præsides*, 4. *ff. hoc titulo de feriis*: cujus hæc sunt verba: *Præsides Provinciarum ex consuetudine cujusque loci solent messis vindemiarumque causa tempus statuere.* Ex quibus Pauli verbis constat, Præsidem Provinciæ ferias rusticas vindemiarum constituere posse. In quorum jurium contrarietate, omissa interpretatione, quam refert Vvesembecius *in paratitlis ad tit. ff. de feriis*, *à numero quarto*, Julii Pacii *Legum Conciliat. Centuria* 1. *quæst.* 82. verissimè est dicendum, nec à Præside, nec à Prætore, nec à Pedaneo judice ferias ordinarias, rusticas, vel incidentes, seu repentinas constituì posse; cum solummodo eas constituere Imperiali potestati sit reservatum, *in dict. l.* 4. *Cod. de feriis.* Nec obstat Pauli responsum *in dicta l.* 4. *ff. eodem.* Quia respondendum est, aliud esse condere ferias, & de novo ordinarias, vel repentinas indicere. Aliud verò jam à Principe constitutas moderari, vel prorogare: nam de potestate condendi ferias loquitur tantùm textus *in dicta l.* 4. *C. hoc titulo*: at Paulus *in dicta l.* 4. *ff. eodem*, procedit in feriis rusticis à Principe jam constitutis, quorum

tempus

tempus meſſium, vel' vindemiarum, ſecundùm conſuetudinem Regionis, à judice aſſignari poteſt; cùm in aliquibus locis maturiùs, in aliquibus verò ſeriùs fructus vini, & ſegetis proveniant, ſeu percipiantur, notat Antonius Faber *in Rationali ad textum in dicta leg.4.ff.hoc titul.* Oſualdus ad Donellum *lib.24.Commentariorum, cap.7.littera E.*

19 Duodecimò ſolutioni obſtat textus *in leg. 2.Cod.hoc titulo*, ubi conſtat, quod illud feriarum ruſticarum tempus à Theodoſio Imperatore, præfixum, & aſſignatum eſt ex die octavo Kalendarum Julii, uſque ad Kalendas Auguſti, & à Kalendis Auguſti, uſque ad decimum Kalendarum Sep.embris, &c. Ergo non rectè in *dicta leg.4.ff.hoc titul.* Præſidibus ex conſuetudine cujuſque loci coanguſtare, vel ampliare ferias ruſticas permittitur. In qua jurium difficultate enodanda, Cuiacius *tractatu de diverſis, & temporalibus præſcriptionibus*, exiſtimat deciſionem textus *in dicta leg. 2. Cod.hoc titulo*, *de feriis*, adulterinam eſſe; ſiquidem in *antiquis Codicibus* ſcripta non reperitur, reddens rationem, quia Theodoſius Imperator multo poſt Conſtantinum regnavit, & in inſcriptione legum, Conſtantino Imperatori, *in dicta leg. 3. & 4. ejuſdem tituli*, anteponi non poterat; & ideò Accurſius communis Gloſſographus eam prætermiſit, cùm *in Theodoſiano Cod.* ſcripta non reperiatur. Quam ſententiam ſimiliter tenent Alciatus *libro ſexto Parergon, cap. 9.* Vveſembecius *in præratitis ad titulum, ff. de feriis, num. 6.* dum aſſerit, textum illum non à Romanis Imperatoribus, ſed à Gothicis Theodoſiani, & Hiſpaniæ Regibus fuiſſe additum. Sed illa Cujacii, & hæc Vveſembecii interpretatio, tanquam mendoſa, & correctoria, admitti non debet: quare his, & aliis omiſſis, veriſſimè eſt dicendum, Theodoſium Imperatorem, legem illam ſcripſiſſe ad Præſides Agricultorum Syriæ, & Phœniciæ, cujus Regionis cœlo, ſoloque tempus illud feriarum uti aptiſſimum aſſignatum erat, cum in eo Regionis temperamento frequenter fructus vini, & meſſium naſcerentur; ſed cum in aliis Romæ Regionibus pari ubertate fructus non provenirent, cum aliquando tardius, aliquando citiùs naſcerentur, meritò Theodoſij Imperatoris deſignatio, non fuit certa, & generalis omnibus Romæ Regionibus; cùm in illis, ex *dicta l.4. ff. hoc tit.* pro Regionis conſuetudine, & terræ temperamento, prout poſtulaverit tempus, arbitrio Judicis relinquitur, notat Oſualdus ad Donellum *lib.24 Commentariorum, cap.7.littera.P.*

20 Decimo tertiò prædictis obſtat textus *in l.ſed etſi 26. §. ſi feria 7. verſicul. Quia per Prætorem videtur factum, ff. ex quibus cauſis majores.* Ex quibus verbis conſtat, ferias per Prætorem fuiſſe factas; ſiquidem actiones illæ ſemel à Majoribus propter ferias amiſſæ à Prætore reſtituuntur, cum ob cauſam ipſius Prætoris amiſſæ fuerint. In qua difficultate dicendum eſt, quod licèt verum ſit ferias illas non à Prætore, ſed à Principe inſtitutas fuiſſe; tamen quadam juris fictione, quaſi ab ipſo Prætore factæ præſumuntur, non quoad inſtitutionem, ſed quoad executionem tantum cùm Prætoris officium ſit ſequi, & exequi Principis voluntatem; ac ideò propter ferias actiones amiſſas Prætor reſtituit: nam cum Prætor illo tempore ſui copiam non faciat, non debuit Actori imputari quod actiones amiſerit non agendo, *l.1.in fin.ff.de diverſis, & temporalibus præſcriptionibus*, quod ſecus in ſolemnibus feriis obſervatur, cùm ante illas, potuiſſet major actiones proponere, Antonius Faber *in Rationali, ad textum in dicta l.ſed etſi 26. §. ſi feria, 6. ff. ex quibus cauſis major.* Nec prædictis obſtat textus *in l. ſi aliam 7. in principio, verſicul. Dare, ff. de officio Proconſulis*, ubi feriæ à Proconſule dari videntur, quia verbum illud, *Dare*, idem ſignificat, ac ſi Conſultus diceret, *datas à Principe obſervare, & confirmare*, notat Accurſius *ibidem*, verbo, *Dare*, argumento textus *l. lege, in fine ff.de verborum ſignificatione.*

21 Decimo quartò obſtat textus *in cap. final.de judiciis*, ubi exceptio feriarum vindemiarum, non fuit admiſſa; ſiquidem communitas Caſtri de *Signa*, fuit repulſa, & executio non omiſſa. Cui dubio ex eo ſuccurritur, quia ibi duplex erat cauſa, propter quam exceptio feriarum non admitteretur, videlicet pietatis, & neceſſitatis, pietatis ut electus non pateretur damnum, quod ſibi inferebatur ex dilatione; ſiquidem tempus electionis decurreret, ut conſtat ex *eodem textu, verſicul. Ut videlicet cauſa, &c.* Neceſſitatis, quia ſatis aderat neceſſitas ex eo, quod Rector eligeretur, qui communitatem gubernare deberet, juxta textum *in cap. ne pro defectu de electione*, notat noviſſimè Felicianus de la Vega *in commentariis ad textum in cap. final. de judiciis, à num. 47.* & quando pietas, vel neceſſitas urget, feriæ non admittuntur, juxta textum *in cap. fin. hoc titulo.* Et ideò tutores, & curatores in diebus feriatis dari poſſunt, cum Reipublicæ interſit ne pupilli, vel minores, ſine curatore, vel tutore remaneant, *l. 2. ff.hoc titulo*, idemque dicendum eſt in alimentis, ſeu in poſſeſſionem ventris nomine miſſione, pluresque alias pias cauſas, refert Anaſtaſius Germonius *lib. 1. de ſacrorum immunitatibus, cap. 20. num. 42.* Oſualdus ad Donellum, *lib. 29. Commentariorum, capite ſeptimo, littera E.*

Decimo quintò obſtat textus *in l.ſi feriatis 36. ff. de*22 *receptis arbitris*, ubi conſtat, quod arbiter in die feriato à Prætore compelli poteſt ſententiam dicere; ſiquidem etiam ſi exceptio proponatur, videlicet ſententiam in die feriato eſſe prolatam, & ideò pœnam non deberi, exceptio illa non admittitur. Augetur difficultas ex eo, quod nec arbiter in die feriato poſſit ſententiam proferre, *l. omnes dies, Cod. hoc titulo*, & pœnam non deberi, expreſsè docet text. *in l. ſi feriatis, 6. ff. de feriis.* Cui dubio ſatisfieri debet ex eo, quod text. in *dict. l. ſi feriatis, 36. ff. de receptis arbitr.* procedit quando dies compromiſſi exitura eſt: nam tunc arbiter rectè à Prætore compelli poteſt ſententiam dicere, juxta textum *in l. ſi Papinianus 13. §. arbiter, ff. de recept. arbitr.* Nec obſtabit ſi dixeris, nihil intereſſe, exitura eſſet dies necne, cum ſatis eſſet litem conteſtari, *l. 1. §. fin. ff. de feriis*, cum arbitria ſint redacta ad inſtar judiciorum, *l 1. ff. de recept. arbitr.* quia hujus dubii ſolutio ex eo pendet, quod judicis ordinarii juriſdictio poſt litem conteſtatam perpetuatur, & ſimiliter in illis incertus eſt judicandi dies; & ita obtinet textus in *leg. 1. §. fin. ff. de feriis*, ſecus verò dicendum eſt in arbitrario judicio, cùm arbiter à partibus aſſignatum diem, & terminum retineat, & poſt diem termini nullam judicandi poteſtatem habeat: meritò, ne evaneſcat actio, juſta de cauſa compellitur in die feriato judicare, notat Antonius Faber *in Rationali ad textum in dict. l. Pomponius, §. arbiter, ff. de recept. arbitr.* Menochius *de arbitrar. lib. 1. quæſt. 30.* in feriis tamen ſolemnibus arbiter à Prætore compelli non poteſt ſententiam dicere, juxta textum *in l ſi feriatis, 36. verſic. Niſi alia lege, ff. de receptis arbitr.* ubi plura notatu digniora, refert Anton. Fab. *in Rationali ad eundem textum.*

Decimo ſextò prædictis obſtat textus *in l.arbiter, Ka-*23 *lendis Ianuarii, ff. de recept. arbitr.* ubi conſtat, quod arbiter in Kalendis Ianuariis, poteſt judicium experiri, & tamen Kalend. Ianuarii ſunt dies feriati, juxta textum *in l. omnes, Cod. de feriis.* Sed huic dubio ſatisfieri debet ex eo, quod veteres Iuriſconſulti in *dict. leg. arbiter*, 40. non potuerunt novam illam Imperatorum conſtitutionem proſpicere, de qua mentio habetur in *dict. l. omnes, Cod. hoc titul.* nam etſi olim Iuriſconſultorum tempore Kalendar. dies feriatus eſſet, id tantum obſervabatur, quoad Magiſtratus, & cæteros Judices, ex eo, quod Magiſtratus illo tempore initium ſui officii ſumerent; non tamen quoad arbitros fuit extenſum, licèt poſtea nova lege *in dict. l. omnes, C. hoc tit.* Arbitri etiam eſſent conprehenſi; notat Antonius Faber *in Rationali ad textum in dict. l. arbiter 40. ff. de recept. arbitr.*

Decimo

24 Decimo ſeptimò, obſtat textus *in Clementina 2. de verb. ſ. ſignificat.* verſicul. *Tempore etiam feriarum ob neceſſitatem hominum indultarum à jure procedere valeat.* Ex quibus verbis conſtat Judicem de cauſa beneficiali, electionis, & poſtulationis, & in cæteris cauſis, in quibus ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu judicii proceditur, poſſe in diebus illis feriatis ruſticis cognoſcere. Cui dubio dicendum eſt, textum illum procedere in cauſis illis, in quibus ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſimpliciter, & de plano proceditur; in quibus libelli oblatio in ſcriptis non deſideratur, ſiquidem verbaliter in die feriato meſſium, vel vindemiarum, exerceri poſſint; non tamen in feriis ad honorem Dei introductis: nam cum Clemens V. *in dict. Clement. 2. de verbor. ſignificat.* ſtatuat in feriis ob hominum neceſſitatem introductis, cauſas ſimpliciter, & de plano commiſſas diſceptari poſſe; à contrario ſenſu excludit ferias ob honorem Dei introductas, ad quas neutiquam conſtitutio illa extendi debet; nec ad repentinas, cum in illis à Clemente V. nulla mentio fuiſſet facta: diſcriminis decidendi ratio in eo conſiſtit, quia feriæ ruſticæ partium conventione renunciari poſſunt, juxta textum *in cap. fin. hoc titul.* Nec obſtabit ſi dixeris, quod feriæ meſſium, & vindemiarum, etiam propter publicam utilitatem ſunt introductæ, ut ſic commodius homines fructus ad humanæ vitæ ſuſtentationem colligere poſſint, *l. 1. digeſtis hoc titul. l. 7. Codice eod.* Ergo cum in illis etiam extet jus publicum, partium conventione renuntiari non poterunt, juxta textum *in l. jus publicum, ff. de pactis, l. 6. Cod. eod.* Quia dicendum eſt, quod feriæ ruſticæ præcipuè & principaliter in favorem litigantium ſunt introductæ, ſecundariò tamen, & per conſequentiam in publici juris utilitatem: ac ideò à partibus renuntiari poterunt, juxta textum *in leg. ſi quis in conſcribendo, Codic. de pactis*, notat Antonius Faber *in Rationali ad textum in l. 2. ff. hoc titul.* Oſuald. ad Donel. *lib. 24. comment. cap. 7. litera A*, & de feriis nundinarum videndus textus *in leg. ſolet tertia, paragrapho, fin. digeſtis hoc titulo*, & ſimiliter videndus eſt textus *in l. 2. digeſtis, ad leg. Juliam de annonis*, de quibus feriis nundinarum, diſputat Cujacius *in rubric. Codice de nundinis*, omitto etiam plura dubia relata ab Abbate *in capite primo*, & *finali hoc titul.* quia parum obſtant; ſed qui velint, conſulant eundem.

AD TITULUM X.

De ordine cognitionum.

Ad textum in cap. Intelleximus, 1.

SUMMARIUM.

1 *Oppoſita exceptione conſanguinitatis, mulieri petenti aliquem in virum, prius de illa cognoſcendum eſt, quàm matrimonii quæſtio terminetur; non tamen ſuper exceptione, ſed ſuper matrimonio judex pronunciabit.*

2 *Ratio aſſignatur.*

3 *Melius eſt ante tempus occurrere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere.*

4 *Explicatur text.* in cap. ex conqueſtio. 10. de reſtit. ſpoliat. & c. 2. hoc tit. & *n.* 5.

5 *Exceptio conſanguinitatis ſuſpendit reſtitutionem, quando in continenti probatur.*
Explicatur textus in capite literas de reſtitution. ſpoliat.

6 *Maritus propria authoritate uxorem expellens, non admittitur excipiendo de conſanguinitate uxoris ſuæ.*
Explicantur text. in c. porro, & in c. ſignificaſti, de divort.

7 *Libera perſona, nec poſſideri, nec vindicari poteſt; & num. 9.*
Mulier non eſt domina corporis ſui, ſed vir; & è contra.

8 *Plura remedia quando competunt, poteſt unum eligi, & aliud renuntiari prout utilius fuerit.*

9 *Explicatur text.* in leg. 1. paragrapho, per hanc, ff. de rei vind.
Pater jure Quiritium poteſt vindicare filium; & an mater?

10 *Explicatur text.* in l. ſed etſi, 55. ff. de fideicommiſſariis libert.

11 *De qua re cognoſcit Prætor, tenetur pronunciare.*
Explicatur textus, in leg. de qua re, ff. de judic. & cap. 3. hoc titul. & l. 3. paragrapho 1. ff. de procurat. *cum aliis.*
Judex pronuncians expreſſe ſuper principali, tacitè ſuper incidenti exceptione cenſetur pronunciare.

12 *Ad ordinem judicii oportet, ut prius cognoſcatur, & pronuncietur ſuper legitimatione; & habilitate perſonarum. Intelligitur text.* in l. 1. C. hoc tit. & l. ſi quis, 7. in princ. ff. de petition. hæred. & in l. liberi, 7. §. fin. ff. de liber. cauſa.

13 *Explicatur text.* in c. ad diſſolvendum, 13. de deſponſ. impub.

CONCLUSIO.

SI mulieri petenti aliquem in virum opponatur exceptio conſanguinitatis, prius de illa cognoſcendum eſt, quàm matrimonii quæſtio terminetur; non tamen ſuper illa exceptione, ſed ſuper matrimonio tenebitur Judex pronunciare. 1

Conſonat textus *in cap. quoniam*, 11. 31. *diſtinctione, cap. ſi quis docuerit*, 28. *diſtinctione cap. ſi qua mulier*, 35. *quæſt.* 10. *cap. connubia* 4. 32. *quæſt.* 2. *cap. tuam*, 3. *hoc tit. cap. exhibita*, 15. *de judiciis, cap. illud*, 11. *de præſumption. cap. lator, qui filii ſint legitimi, cap. non debet, de conſanguinitate, & affinitate, cap. non eſt, de ſponſalibus, cap. inter Monaſterium de re judicata, cap. ex parte*, 67. *de appellationibus, cap. ſignificaſti de divortiis, cap. exceptionem, de exceptionibus, cap.* 1. *& per totam* 2. *quæſt.* 2. *l.* 1. & 2. *Cod. de ordine cognitionum, l.* 1. *Cod de ordine judiciorum, l.* 8. 9. 11. & *fin. titul.* 3. *part.* 3. *l.* 1. *titul.* 5. *lib.* 4. *Recopilationis*, illuſtrant Menochius *de arbitrariis, lib.* 1. *quæſt.* 45. Hotoman. *lib.* 6. *obſervat. obſervation.* 6. Garcia *de nobilitate gloſſ.* 1. *num.* 18. Faquineus *libr.* 1. *controverſiarum cap.* 43. Robertus *lib.* 1. *ſentent. cap.* 11. Anton. Faber. *lib.* 15. *conjecturarum, cap.* 1. & *lib.* 16. *cap.* 3. Idem *de erroribus*, 1. *part. decade* 18. *errore* 3. Duaren. *ad titul. de exceptionib.* Cujacius *libro* 9. *obſervat. capit.* 33. Donellus *libro* 18. *cap.* 12. & *cap.* 22.

Ratio deducitur ex ipſiusmet textus verbis: quia cùm exceptione peremptoria probata quæſtio principalis perimatur, & illa exceptio recipiat merita cauſæ principalis, meritò prius de ea cognoſcendum eſt, nam ſi ſententia in favorem mulieris eſſet pronunciata, & poſtea probata eſſet exceptio, neceſſe eſſet ſententiam retractare, quod abſurdum foret, *l. ſub ſpecie, C. de re judicata, l. ubi repugnantia* 133. *ff. de reg. juris*, ſiquidem melius eſt ante tempus occurrere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere, *l. fin. Cod. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria.* Nec eſt neceſſe ſuper exceptione pronunciare, ſiquidem pronunciatio ſuper principali, in ſe tacitam pronunciationem includit ſuper acceſſorio, hoc eſt, ſuper exceptione; cùm circuitus in jure ſemper ſit vitandus, argumento text. *in l.* 3. §. *fin. ff. de donationibus inter, l. ſingularia, ff. de rebus creditis, Clemen. auditor, de reſcriptis*, Menoch. *conſ.* 68. *n.* 19. 2 3

Primò obſtat textus *in cap. ex conquæſtione* 10. *de reſtitutione ſpoliatorum*, ubi exceptio conſanguinitatis peremptoria fuit oppoſita; & tamen non ſuſpendit negotium 4

tium principale: Sed respondetur, textum in *dicto capite ex conquestione* loqui in judicio possessorio recuperandæ, ubi non de viribus matrimonii, sed de ejus possessione tantum agitur, ex eo, quod mulier fuerat spoliata; cumque spoliatus privilegio fungatur, ut ante omnia restituendus sit, *capit. fin. hoc titul. capit. in literis, de restitut. spoliatorum*: meritò, ea exceptione non obstante, uxori ante omnia maritus est restituendus. At verò textus noster loquitur in judicio petitorio, ut expressè judicant verba nostri textus ibi: *Peteret quemdam in virum, &c.* siquidem sub illo verbo: *Petitionis*, rei vindicatio continetur, *leg. actio in personam*, 27. *digestis de actionib. & obligation.* Cujacius *lib.* 2. *observat. capit.* 21. ibi enim de viribus matrimonii disceptatur, & cum exceptio consanguinitatis peremptoria sit, ac per consequens dirimat matrimonium, ideò prius de illa cognoscendum est; Menochius *de recuperanda, rem.* 1. *n.* 114. *& num.* 212. Nec solutioni obstat text. *in cap.* 2. *hoc tit.* ubi agitur de judicio restitutionis in causa spolii, & tamen prius disceptatur de petitorio: nam in specie illius *textus* spolium non fuit interpositum in vim actionis ad consequendam restitutionem, sed in vim exceptionis ad expellendam actoris intentionem, ut constat ex *eodem textu, versicul. Verum.*

5 Secundò obstat textus *in cap. literas, de restitutione spoliatorum*, quò loci eadem exceptio consanguinitatis fuit proposita, quæ peremptoria est, & similiter agetur de judicio possessorio recuperandæ, ut *in d. c. ex conquestione*, & restitutio denegatur, aut exceptio admittitur. Cui dubio satisfieri debet ex eo, quod ibi restitutio suspenditur, & exceptio admittitur, quia mulier fuit parata exceptionem consanguinitatis in continenti probare, & periculum incestus etiam imminebat: Glossa *ibi*, verbo: *In continenti*, Abbas *numer. quarto*, Sed adhuc obstabit dicere, quod si in *dict. capit. literas*, ob incesti periculum restitutio denegetur similiter etiam denegari debuit in *dict. cap. ex conquestione*, in quo similiter incesti periculum imminebat; & tamen ibi restitutio non suspenditur: qua difficultate non obstante, dicendum est, quod in *d. c. ex conquestione*, non moratur restitutio, nec exceptio admittitur, quia aderat sola partis assertio, cui non erat credendum, Bart. *cons.* 90. *nu.* 12. At verò in *dict. c. litteras*, uxor non solum asserebat exceptionem esse veram, verum etiam juris jurandi religione affirmabat illam malitiosè non opponere, & se obtulit in continenti probare: Men. *de recuperanda, remed.* 1. *quæst.* 209.

6 Tertiò obstat his omnibus text. *in c. porro, de divortiis*, ubi maritus, qui uxorem propria authoritate dimiserat, illam recipere postea compellitur, non obstante, quod ipse opponebat exceptionem prædictam, nempe cognatam esse uxoris suæ antea defunctæ, cujus cognatio publica, ac notoria fuerat: igitur quamvis in hac specie similiter periculum incestus immineat, maritusque in continenti probationem offerat, restitutio non suspenditur, ut in *dict. capit. literas*. Cui difficultati occurritur ex ipsiusmet *textus* sententia: nam ideò ibi exceptio affinitatis, etsi publica sit, non admittitur; quia maritus juris ordine non servato, sua propria authoritate absque judicio Ecclesiæ uxorem à se dimiserat, quod sibi prohibitum est, *cap. multorum*, 35. *quæstio.* 6. Ita similiter est interpretandus textus *in cap. accedens*, 4. *ut lite non contestata*, Corrasius *lib.* 2. *Miscellanearum juris*, *cap.* 2. *nu.* 7. Sanchez *lib.* 10. *de matrimon. disput.* 12. *num.* 38. Nec solutioni obstat *tex. in c. significasti*, *ejusdem tit. de divortiis*, ubi marito permittitur uxorem, propter adulterium, & incesti periculum propria authoritate à se dimittere, nec uxori restitutio competit: quia ibi non probatur maritum posse, absque judicio Ecclesiæ uxorem à se dimittere; sed tantum quod etsi maritus temere illam dimisisset, tamen restitutio uxori denegatur: quia antequam restitutionem postulasset, publicè in judicio fuit confessa adulterii crimen commississe, uti ex verbis illius textus constat, ibi: *Maritum materiam adulterandi præbuisse*, notat Sanchez, & Corrasius *ubi suprà*.

Quartò adversus nostrum textum *in versicul. Peteret*, 7 ex quo probari videtur, mulierem posse maritum vindicare, siquidem sub illo verbo, *Peteret*, rei vindicatio continetur, *l. actio in personam, ff. de obligat. & actionibus*: Obstabit dicere, quod libera persona, nec possideri, nec vindicari potest, *l. liberi*, 39. *l. si in emptione*, 34. *de contrahenda emptione*: cum ad vindicationem dominium ex parte agentis, & possessio ex parte Rei conventi desideretur, *l. officium, l. in rem actio, ff. de rei vind.* Qua in difficultate dicendum est, jura in argumento adducta locum habere in vindicatione dicta, quæ non cadit in liberam personam: at verò *textum* nostrum obtinere in vindicatione utili, quæ vicissim uxori in maritum, & marito in uxorem ratione potestatis competit, quam alter in alterius corpus habet, juxta Pauli authoritatem *ad Corinthios, cap.* 7. quæ refertur *in cap.* 3. *de conversione conjugatorum.* Sed tunc obstabit dicere, quod injustè tribuitur uxori potestas vindicandi virum, exemplo viri vindicantis uxorem, siquidem inter utrumque multum interest: nam vir uxoris caput est, *cap. hæc imago*, 13. 35. *q.* 5. meritò quoad adulterii pœnam inter se differunt, *cap. nihilominus*, 3. *quæst.* 9. *leg. ultima, Cod. de accusationibus.* Cui dubio respondendum est, quod licet quoad illos effectus disparsit conditio utriusque, tamen quoad potestatem vindicandi, causa mutuæ cohabitationis, æquales sunt: siquidem qualibet ex natura contractus potestatem sui corporis in alium transfert, Sanchez *lib.* 9. *de matrimon. disputation.* 42. *nu.* 12. Nec obstabit, si objicias non esse verisimile credendum mulierem *in præsenti*, judicio petitorio egisse, cum sibi commodius esset possessorium intentare, juxta regulam textus *in l. qui destinavit, ff. de rei vindicatione*: quia omissa interpretatione, 8 quam refert Cujacius *in posthumis*, *ad nostrum textum* verissimè dicendum est, non esse novum in jure, quod ei, cui competunt duo remedia, possit si velit possessorium renuntiare, & agere petitorio, *c.* 1. *de restitutione spoliatorum*, Men. *de recuperanda*, *remedio* 1. *n.* 161. Garcia *de nobilit. glos.* 11. *n.* 17.

Quintò adversus id, quod diximus vindicationem 9 directam in liberam personam locum non habere, obstat textus *in leg.* 1. §. *per hanc actionem*, *digestis de rei vindicatione*, ubi libera persona, hoc est filius à patre, propter patriam potestatem directè vindicatur. Cujus textus difficultas explicata manebit, si attendamus, quod *in dicto paragrapho per hanc*, clausula illa: *Ex lege Quiritum*, proponitur ad temperandam directam rei vindicationem penes liberos homines, quæ parentibus competet: quasi sensus sit, quod non omnino illa directa rei vindicatio parentibus competit, sed solum adjecta illa clausula, *Ex lege Quiritum*, si appareat eos esse ex justis nuptiis procreatos, & in patris potestate existere, Donellus *libr.* 22. *commentariorum*, *capit.* 4. Anton. Faber *in Jurisprudentia, titul.* 8. *principio* 6. *illatione* 20. Cui solutioni obstat text. *in l. sed etsi* 55. §. *sed si directo, ff. de fideicommissariis libertatibus*, ubi mater, quæ filios in potestate non retinet, §. *famina, Institut. de adoptionibus*, poterit filios directa rei vindicatione ad libertatem proclamare. Cui difficultati respondendum est, quod textus ille non loquitur in directa rei 10 vindicatione, quæ dominium supponit, cum aliquando res vindicetur, propter ipsam rem, absque dominio, *l. si post*, 18. *digestis de rei vindicatione*; sed ad hoc tantum ut dominus rei declaretur, *leg. ex diverso*, 35. *ff. eodem*, sic similiter in *dicto* §. *sed si directo*, mater, cui directo libertas est relicta, poterit filios vindicare, ut Prætor eos ingenuos esse natos declaret, si ante aditam hæreditatem nati fuerint, Antonius Pichardus *in* §. *interdum* 9. *num.* 14. *Institutio. de obligationibus, quæ ex delicto nascuntur.*

Sextò adversus id, quod textus noster docet, vi- 11 delicet de exceptione peremptoria non teneri judicem pronunciare, sed tantum cognoscere, obstat

textus

textus *in l. de qua re, ff. de judiciis,* ubi docemur judicem teneri de re, quam cognoscit pronunciare. Qua in difficultate dicendum est, textum illum loqui, quando judex de illa re principaliter cognoscit: secus tamen quando incidenter in modum exceptionis: nam tunc etsi expressè non pronunciat, taciè tamen de ea pronunciasse videtur, si super principali expressè pronunciet, Anton. Faber *in Rationali, ad textum in dict. l. de qua re, ff. de judiciis,* & ita similiter est interpretandus textus *in cap. 3. hoc titul. l. 3. §. 1. de Procuratoribus, l. liberi. 7. §. ultimo, ff. de liberali causa.* Nec solutioni obstat textus *in l. intra utile 39. ff. de minoribus*, ubi judex pronunciavit super exceptione peremptoria, videlicet super exceptione majoris ætatis minori oppositа: quia dicendum est Judicem omnino non teneri super exceptione peremptoria expressè pronunciare, licet si pronunciaverit, pronunciatio teneat, cum multa fieri prohibeantur, quæ tamen facta tenent: Cujacius *in remissionibus ad eundem textum*, & Antonius Faber, *in Rationali*, Pacius *centuria 3. conciliatione 7.* Ita similiter interpretanda sunt jura *in cap. dilectus, trigesimo secundo, de electione, cap. cum Joannes, de fide instrumentorum.*

12 Septimò his omnibus obstabit dicere non esse in Judicis arbitrio illam exceptionis pronunciationem, sed omnino cogi debere super illis sententiam proferre, *l. 1. Cod. hoc tit.* pro qua difficultate sciendum est, textum illum procedere in liberalibus causis, quæ causæ illo privilegio gaudent, *dict. l. 1. l. 3. & 4. Cod. hoc titul.* Et ratio est, quia ad ordinandum judicium necesse est, ut prius cognoscatur, an Reus, vel Actor sit servus, vel liber: nam regulariter servus in judicio esse non potest, *l. vix, ff. de judiciis*: tum etiam, quia si causa criminalis est, aliter servus, & aliter liber punitur; videndus est Anton. Faber *in l. si quis, 7. in principio, ff. de petitione hæreditatis*, Cujac. *in l. quoniam, 46. ff. ad legem Juliam de adulteriis*, Hotomanus *lib. 6. observationum, cap. 6.* Anton. Faber *lib. 17. conject. cap. 8.* Goveanus *lib. 3. variarum cap. 20.* Revardus *libr. 3. variarum, cap. 20.* Gothofredus *in notis ad textum in dict. l. 1. littera F.* Nec solutioni obstat textus *in leg. si quis 7. in principio, ff. de petitione hæreditatis*, ubi prius de hæreditate, quàm de libertate cognoscitur: nam id contingit, ne præjudicium fiat Centumvirali judicio, Anton. Faber *in Rationali ad eundem textum.* Sed nec huic interpretationi obstat textus *in leg. liberi, 7. paragrapho final. de liberali causa*, ubi necesse est, ut super exceptione incidenti expressè sententia feratur. Quia textus ille procedit quoties exceptio opposita ejus naturæ est, ut nisi super ea pronuncietur, cognosci non possit, quis Actor, quis verò Reus fuerit; meritò ut judicium rectè ordinetur, requiritur, ut sententia de ea feratur: juxta textum *in leg. inter 62. digestis, de judiciis*, Antonius Faber, *in Rationali ad dictam legem, Inter.*

13 Octavò obstat textus *in capit. ad dissolvendum, 13. de desponsatione impuberum*, ex quo constat exceptiones præjudiciales adversus accusationem fuisse propositas, & illis non obstantibus in accusatione Judices processisse, reservata earum cognitione ad aliud judicium. Sed dicendum est, textum illum non loquutum fuisse de exceptionibus præjudicialibus; & præterea, quia etiamsi constaret de illis actum fuisse, tamen cum multipliciter fuissent discussæ, & non potuissent probari, ut constat ex ejusdem textus specie, non debebant obesse ad impediendum negotium principale, præcipuè quia in specie illius textus manifestè apparet justitia negotii principalis, hoc est, quod matrimonium notoriè esset nullum, ex eo, quod contractum fuisset à minore legitimam ætatem non habente.

Ad textum in capit. Cum dilectus, 2. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Conclusio hujus textus.*
2 *Ratio assignatur.*
Excipiens nihil de principali consequi intendit, sed tantum agentis intentionem excludere, nisi in vim actionis excipiat, & num. 13.
3 *Conciliantur text.* in cap. 1. 2. q. 2. & Clem. 1. de causa possession. & cap. ex conquestione, de restitutione spoliat.
Exceptio spolii opposita ante, & post litis contestationem, an, & quando impediat judicium petitorium.
4 *Quod Actori permissum est, Reo denegari non debet.*
5 *Explicatur text.* in leg. præscriptionem, §. 9. Cod. de except.
6 *Explicatur textus* in leg. bonæ fidei possessor, 49. ff. de petition. hæred. & leg. si post litem 7. ff. de exception.
7 *Delictum Prælati non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare.*
Ecclesia, & pupillus, tenetur ex dolo Prælati, & tutoris, quatenus ad eos pervenit.
8 *Interdictum* de vi, & vi armata, *de jure civili habet locum contra spoliatorem, & de Jure Canonico contra quemcunque possessorem.*
9 *Si res mea ab alio sit possessa, etiam per longiora tempora, si ad me revertatur, jure retentionis uti possum.*
Explicantur text. in cap. placuit, *el segundo*, versicul. *Quid si*, 16. quæstion. 3. & in leg. si quis emptionis, & in l. quod si quis, Cod. de præscript. 30. vel 40. annor.
10 *Confessio spoliati rem esse spoliantis, excludit restitutionem.*
11 *Explicatur hic textus in versic.* Cum ea in modum actionis.
12 *Agenti super rebus Ecclesiasticis non obstat exceptio spoliationis.*
Intelligitur text. in cap. 1. §. final. de restitution. spol. lib. 6.
13 *Spoliatus ante omnia restituendus, & quomodo hæc regula procedat? Reus in exceptionibus Actor esse dicitur.*
14 *Maritus agens de adulterii crimine repellitur ab agendo per exceptionem lenocinii.*
Conciliantur text. in l. 1. §. si publico 5. ff. ad l. Juliam de adulter. & l. quoniam 26. C. eodem.
15 *Iterum explicatur text.* in dict. §. si publico, & num. r. seq.
16 *Reus semel delatus non nisi purgato crimine accusare potest.*
Judex in causis criminalibus dupliciter procedit, vel per accusationem, vel per inquisitionem, id est, ex officio.
17 *Paria delicta mutua compensatione tolluntur.*
Explicatur text. in l. viro, 39. ff. soluto matr.
18 *Interdictum* unde vi, *nullam exceptionem admittit, nisi de alia objiciatur.*
19 *Raptores excommunicati sunt.*

CONCLUSIO.

SI contra actorem in vim exceptionis reus spoliationem opposuerit, prius de ea cognoscitur; & probata, non tenetur actori respondere: non tamen restituitur: si autem in vim actionis spoliationem opponat, utraque causa simul, unica sententia terminatur, & probata, restituitur, 1

tur. Consonat text. *in cap. fin. hoc tit. capite primo, & sequentibus*, 2. *quæst.* 2. *cap.* 1. *& sequentibus*, 3. *quæst.* 1. *cap.* 1. *versic. Cujus in agendo*, 3. *quæst.* 8. *cap.* 1. *& 2. de mutuis petitionibus, l. si idem*, §. *sed etsi, ff. de jurisdictione omnium judicum, l.* 1. *& 2. ff. de quibus rebus ad eundem judicem, l.* 2. §. *sed si agat, l. qui cogitur*, 22. *l. qui prior, ff. de judiciis l. cum Papinianus* 14. *juncta authentica, & consequenter, Cod. de sententiis, & interlocutionibus omnium judicum, l.* 20. *tit.* 4. *par.* 3. commentantur Menochius *de recuperanda, remedio* 1. *n.* 387. Surdus *lib.* 1. *consilio* 27. *n.* 27. Covarruvias *libr.* 1. *variarum, cap.* 16. *n.* 14. Marta *de jurisdictione* 4. *part. disputato n.* 6. *casu* 107. Cujac. *libr.* 9. *observat. cap.* 21. Donell. *lib.* 17. *cap.* 18. *& lib.* 23. *c.* 4. D. Martinus de Larreatigui *select. jur. lib.* 6. *c.* 7. *cum seqq.*

2 Ratio est, quia qui excipit nihil petit, nec aliquid de principali intendit consequi; sed solum agentem excludere: meritò restitutio ei non competit, nisi in vim actionis sit proposita, *c.* 1. *de restitutione spoliatorum.* Præterea quia judex officium suum, absque partis petitione impartiri non potest, *l.* 4. §. *hoc autem judicium, de damno infecto*: secùs verò cum spolium in vim actionis est propositum, quia tunc principaliter id petit, & privilegio fungitur, quod ante omnia restituatur; *c. oportet*, 2. *q.* 3. nam quemadmodum de natura exceptionis est agentem tantum excludere, & nihil consequi: ita etiam de natura actionis est aliquid consequi, *l. actio in personam de obligat. & actionibus: principio Inst. de actionib.* meritò agenti *in præsenti* restitutio conceditur, excipienti tantum denegatur.

3 Primò adversus nostrum *textum* in versic. *Citra litis contestationem, &c.* Ex quo constat spolium à Nobilibus in vim exceptionis dilatoriæ ante litis contestationem esse oppositum, juxta textum *in c.* 1. 2. *quæst.* 2. contrarium verò in peremptoriis, quæ si post contestationem opponantur, non admittuntur ad impediendum judicium petitorium, juxta textum *in cap.* 1. *hoc tit.* Obstat textus *in Clement. unica, de causa possessionis, & proprietatis*, ubi in secunda instantia tam actori, quàm reo, permittitur petitorium suspendere, & de spolio agere: ergo similiter & *in præsenti* post contestationem spolium opponi poterat ad impediendum petitorium; uti similiter constat ex *cap. ex conquestione de restitutione spoliatorum.* Pro quorum jurium conciliatione distinctio est adhibenda, videlicet aut exceptio illa spolii, & alia quævis dilatoria noviter orta est post contestationem, vel non: in primo casu, post contestationem opponi potest: in secundo verò, opponi debet ante contestationem, aliàs enim renunciata præsumitur: quo modo conciliari debent plura, jura juxta textum *in cap. pastoralis, de exceptionibus.* Nec obstat textus *in dicta Clemen. unica*, ubi etiam spolium ante contestationem comparat, etiam post contestationem opponi potest: quia textus ille loquitur in casu speciali, hoc est in causa beneficiali ad Pontificem per appellationem devoluta. Nec etiam obstat textus *in dict. cap. ex conquestione*: nam ideò ibi mulier post contestationem admittitur, quia ante contestationem sæpius Interdictum illud postulaverat. Nec solutioni obstabit dicere, quod id quod Actori permissum est, non debet Reo denegari, *leg. non debet, de reg. juris.* At Actori post contestationem in petitorio est permissum de possessorio agere, & petitorium suspendere, *capit. pastoralis, de causa possessionis, & proprietatis*: ergo & *in præsenti*, ideo permitti debuerat. Nam dicendum est, quod quoad suspensionem petitorii differunt Reus, & Actor; nam non ita facile suspenditur petitorium ab alio, quàm ab ipso Actore, qui illud intentavit, cum principaliter ad ipsius, non ad alterius utilitatem id propiciat; quæ ratio Reo caret. Nec obstat dicere, quod etiam proposito semel ab Actore petitorio, jam Reo jus est quæsitum ut non possit Actor de possessorio agere. Quia satis est si dixeris, quod facilius tollitur jus ex facto nostro alteri competens, quàm illud, quod quis ex facto suo adquisivit.

Secundò obstat textus *in l. præscriptionem* 9. *Cod. de exceptionibus*, ubi exceptionem peremptoriam, uti & dilatoriam, ante litis contestationem proponendam, & contestandam esse docemur. Cujus difficultas facile dissolvitur, si animadvertamus, quod text. ille *in* 1. *part.* loquitur de jure antiquo, cum Prætores de causis ordinariis non cognoscebant, sed Pedaneis Judicibus eas committebant, & tum demum peremptoria exceptio coram Pedaneis Judicibus proponi poterat, si prius coram Prætore esset contestata, Donel. *libr.* 22. *cap.* 8. ubi Osuald. *litt. F*, Nec solutioni obstat secunda illius *text.* pars, versic. *Omissam*, ex quo constat, quod in illo tempore, etiam si omissa fuisset contestatio à Prætore, poterat apud Pedaneum admitti. Quia textus ille in prima parte loquitur de judiciis stricti juris: At verò in secunda parte de bonæ fidei judiciis, in quibus Pedaneo Judici permissum erat exceptiones illas admittere absque ulla contestatione, Anton. Faber *lib.* 10. *conjecturarum, cap.* 1. 5

Tertiò obstat textus difficilis *in l. bonæ fidei possessor*, 49. *de petitione hæreditatis*, in cujus specie exceptio illa peremptoria, videlicet non esse hæredem ex legitimo testamento, post contestationem non admittitur, & ea non obstante poterit hæres inter litis moras cum debitoribus hæreditariis experiri. Cujus maxima difficultas ex eo dissolvi poterit, quia Papinianus *ibi* non affirmat exceptionem non posse admitti post contestationem, sed tantum asserit in specie illius *text.* pro illa vice non esse admittendam; quia ita causa postulabat, videlicet ne inter litis moras debitores actiones hæreditarias præscriberent, vel pauperiores fierent. Cujac. *lib.* 3. *quæst. Papinian. ibid. & lib.* 20. *obs. cap.* 36. D. Martinus de Larreatigui *selectarum juris libr.* 6. *cap.* 7. *cum tribus sequentibus, usque ad cap.* 10. Nec obstabit, si objicias textum *in leg. post litem*, 7. *ff. de exceptionibus*, ubi post litem contestatam nulla exceptio admittitur. Quia omissa interpretatione, quam refert Donel. *lib.* 9. *commentar. cap.* 15. ubi Osuald. *littera C.* veriorem esse existimo, quam refert D. Martinus de Larreatigui *dict. lib.* 6. *cap.* 19. dum asserit *in d. l. si postlitem*, 6. in illis verbis, *Post litem contestatam*, addendum seù supplendum esse, *& finitam* quasi sensus sit, post finitam causam, nullam exceptionem esse admittendam à qua non multum distat Donel. *ubi supra* qui pro illo verbo: *Contestatam* legit, *Concertatam.* 6

Quartò adversus nostrum *textum* in versic. *Quod per ipsius dolum, & violentiam, &c.* Obstabit text. *in regula, delictum*, 70. *de regul. juris, lib.* 6. ubi docemur delictum Prælati non debere in detrimentum Ecclesiæ redundare, *cap. si Episcopus*, 16. *quæst.* 6. Ergo cum *in præsenti* violentia, & dolus ab Abbate fuisset illatus, non debuit ecclesiæ nocere. Cui dubio occurritur, si dixeris, quod quamvis verum sit, quod pro delicto Prælati Ecclesia puniri non possit; tamen *in præsenti*, Ecclesia tenetur violentam possessionem à Prælato ablatam restituere, quia ad eam pervenit, & ab ea retinetur, *c. cum ad sedem, de restitutione spoliatorum*, ad exemplum pupilli, qui ex delicto tutoris tenetur, quatenus ad eum pervenit, *l. si is cui*, §. *si tutoris jussu, ff. quod vi, aut clam.* Nec solutioni obstabit, si dixeris interdictum de vi, & vi armata, *ex l. cum autem* 7. *ff. de vi, & vi armata*, tantum contra spoliatorem intentari posse. Quia etsi jure *Pandectarum*, Interdictum *unde vi*, solummodo competat adversus eum, qui dejecit, vel ratum habuit, *l.* 1. §. *dejecisse, dict. l. cum à te, ff. de vi, & vi armata*; tamen jura illa in jure nostro Pontificio non admittuntur, siquidem de jure nostro, hoc Interdictum etiam intentari potest adversus quemcunque tertium possessorem, scientem fundum esse violenter ablatum, *c. qui, de judiciis*, *c. sæpe, de restitutione spoliatorum.* Nec obstat textus noster ibi: *Et judicium restitutorium contra spoliatorem tantum*, quia illa verba non sunt attendenda, quoad jus Pontificium, sed referenda quoad jus Civile: tum etiam, quia id provenit ex partis assertione, ex qua jus non oritur, nec ei creditur, *c.* 2. *vers. Non teneris, de dolo, & contumacia, l.* 6. Men. *de recuperanda, remed.* 9. *n.* 104. Abbas *in præsenti, n.* 12. 7

Quintò 8

9 Quintò his omnibus obſtat textus *in cap. placuit*, el ſegundo, *verſic. Quod ſi mala fide.* 16. *quæſt.* 3. *l. ſi quis emptionis*, *l. quod ſi quis*, *Cod. de præſcriptione* 30. *vel* 40. *annorum* in quibus juribus cavetur, quòd ſi res mea, ab alio etiam per longiora tempora ſit poſſeſſa, & ad me revertatur jure retentionis uti poſſum: ergo ſimiliter *in præſenti*, etiam ſi Nobiles in vim actionis ſpolium oppoſuiſſent, cum tamen caſtrum jam ad Monaſterium rediſſet, jure retentionis uti poterat, ad impediendam Nobi-10 lium reſtitutionem. Sed hujus dubii facilis erit explicatio, ſi dixeris, jura in argumento adducta procedere quando res ſine vitio ad dominum pervenit: ſecus *in præſenti*, ubi per dolum, & violentiam caſtrum ad Monaſterium pervenit, & ab eo retinetur. Nec obſtabit dicere ſi iterum inſurgas, quod *in præſenti* dolus, culpa nec violentia ulla ex parte Monaſterii intervenit: quia reſpondendum eſt, quod illa Abbatis violentia, & dolus facit, ut Monaſterium teneatur in id omne, quod ad eum pervenit. *l.* 1. §. *quid ergo*, *ff. de vi*, *& vi armata.* Nec obſtabit ſi urgeas, Nobiles non negare caſtrum ad Monaſterii proprietatem pertinere, ideoque reſtitutionem ceſſare, ſiquidem in caſu, in quo ſpoliatus fatetur, rem ſpoliatam eſſe ipſius ſpoliantis, reſtitutio ceſſat, *c. ad decimas de reſtitutione ſpoliatorum*: Quia ſatisfaciendum eſt dicendo *in præſenti*, *verſiculo. Præſertim*, id ſolummodo contineri in partis allegatione, quæ ex ſuprà traditis fidem non facit, nec Nobiles id ſunt confeſſi; ſed tantum illud non negaſſe, quod eſt diverſum: & ut reſtitutio ceſſet, expreſſa confeſſio deſideratur, nec tacita ſufficit, *dict. capit. ad decimas*, Gratianus *diſceptat. forenſium capit.* 142.

11 Sextò adverſus noſtrum *textum* in verſicul. *Cum ea in modum actionis*, *&c.* dum docet, quod ſi ex parte Nobilium in vim actionis ſpolium ſit propoſitum, ſunt duæ mutuæ petitiones ſeſe tanquam diverſæ minimè contingentes, & ideo prius eſſe tractandam, quæ prius in judicium fuiſſet deducta, *l. qui prior*, 20. *ff. de judic.* Obſtat idem noſter *textus* in verſicul. *Quamquam*, dum affirmat quod ſi in idem judicium ſint deductæ illæ mutuæ petitiones, unica ſententia debent terminari. Sed facile hunc removebis ſcrupulum, ſi conſideres textum noſtrum in verſicul. *Cum ea*, loqui, quando illæ mutuæ petitiones ſunt propoſitæ poſt litem conteſtatam, tunc enim ſeparatim tractari debent, nec unica ſententia terminantur. Cæterum, ſi ante litem conteſtatam, vel in continenti proponuntur, tunc unica ſententia terminari debent: & ita obtinet tex. noſter in verſic. *Quamquam* de qua re plura diximus ſuprà *in tit. de mutuis petitionibus.*

12 Septimò obſtat textus *in cap.* 1. §. *fin. de reſtitutione ſpoliatorum*, *lib.* 6. ubi agenti ſuper rebus Eccleſiaſticis non obſtat exceptio ſpoliationis: ſed *in præſenti* Abbatis quæſtio eſt de Eccleſiæ rebus; ergo exceptio ſpolii à Nobilibus interpoſita admitti non poterat. Sed hic nodus facile diſſolvitur, ſi atendamus textum *in dict. cap.* 1. §. *fin.* loqui, quando ſpolium ab alio tanquam à privata perſona fuit factum, ex quo ad Eccleſiam nihil pervenit: At verò textum noſtrum loqui quando ipſa Eccleſia & Abbas, Nobiles ſpoliavit, & res ſpoliata ad Monaſterium pervenerat, uti *ſupra* reſolutum eſt.

13 Octavò contra noſtrum textum in verſic. *Nos autem*, obſtat regula illa, qua docemur, ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendum, *l. ſi quis ad ſe fundum*, *Codic. ad legem Juliam de vi*, *cap.* 1. *cap. in literis*, *de reſtitutione ſpoliatorum*: ergo ſive agendo ſive excipiendo, ſpolium proponatur, reſtitutio *in præſenti* fieri debebat: præcipuè quia Reus in exceptionibus Actor dicitur, *l.* 1. *de exceptionibus.* Sed ut hanc difficultatem tollamus, ſciendum eſt ſupra dictam regulam plures pati limitationes, inter quas illa eſt, ut ceſſet, quando ſpoliatus non agit, ſed tantum excipit, ut in *noſtro textu*: nam qui excipit nihil petit, ſed petitionem alterius excludere deſiderat: excipiens enim reſtitutionem non poſtulat, ſed id tantum, videlicet ne Actor audiatur: igitur non poterit reſtitui, argumento textus *in l. fin. Cod. de fidei-commiſſariis libertatibus.* Nec obſtant verba noſtri textus, ibi: *Sibi petens prius reſtitui*, *&c.* Ex quibus conſtat Reos *in præſenti* non in forma exceptionis, ſed in forma actionis petiiſſe reſtitutionem. Quia verba illa ſunt intelligenda aliter quàm ſonant; nam aliud eſt ſi petant ſtatim ante omnia reſtitui, aliud verò, ſi excipiant, videlicet prius ſe reſtitui velle, quàm adverſarius audiatur: nam hoc ſecundo caſu abſolutè reſtitutio non poſtulatur, ſed tunc demum, ſi Actor voluerit actionem ſuam perſequi: & ita obtinet *textus noſter*, ſecus in illo, ut procedunt jura in argumento adducta. Nec obſtat altera difficultas ex *dicta lege prima*, quia dicendum eſt, Reum Actoris vicem retinere videri in exceptionibus, quoad onus probandi, non quoad alia, *l.* 1. *paragrapho dejeciſſe*, *digeſto*, *de vi*, *& vi armata*, Imola *in præſenti*, *numero quarto.*

Nonò obſtat textus *in l.* 2. *paragrapho*, *ſi publico*, 14
quinto, *digeſto*, *ad legem Juliam de adulteriis*, ex qua conſtat, quod ſi maritus accuſet uxorem de adulterii crimine, & ea de lenocinio excipiat, exceptio illa non impedit mariti accuſationem. Augeturque difficultas ex textu *in l. quoniam vigeſima ſexta*, *Codice de adulteriis*, ubi maritus repellitur ab accuſatione, propter lenocinii exceptionem: ergo nec *in præſenti* Rei reſtitutionis exceptio Actoris actionem excludere debebat. Sed licet horum jurium nodus inextricabilis viſus ſit: tamen pro illorum interpretatione præſupponendum eſt, quod exceptio dilatoria, ſive in cauſa civili, ſive in criminali, ſemper ante litis conteſtationem eſt opponenda: in criminali, hoc eſt, ante quàm accuſatus inter reos ſit delatus; aliàs non admittitur, *l. ſi maritus* 15. *paragrapho*, *præſcriptiones digeſtis ad legem Juliam de adulteriis*, & quod exceptio lenocinii ſit dilatoria, conſtat ex eo, quod tantum differt accuſationem & maritum excludit; licèt eo excluſo, quilibet de populo accuſare poſſit, *paragrapho item lex Julia de publicis judiciis*: quo ſuppoſito dicendum eſt, quod ideo *in dict. paragrapho*, *publico.* exceptio lenocinii non impedit mariti accuſationem; quia exceptio illa fuit oppoſita poſt litem conteſtatam, hoc eſt, poſtquam uxor inter Reos fuit recepta: quæ interpretatio deducitur ex verbis ultimis *paragraphi præcedentis*, ibi: *Semel delatus*, *&c.* quo themate retento, proſequitur *in paragrapho ſequenti*, notat Cujac. *libro decimo primo*, *quæſtion. Papin. in l. viro trigeſima nona*, *digeſtis ſoluto matrimonio.*

Decimò adverſus nuper dicta obſtat textus *in dicto* 15
paragrapho, *ſi publico verſiculo*, *Unde quæri*, quo loci docemur lenocinii exceptionem ita oppoſitam, etſi non repellat maritum ab accuſatione, tamen admitti, ut maritus tanquam leno condemnetur: ergo non rectè diximus exceptionem illam ſolummodo impedire accuſationem, non verò ſequi debere condemnationem. Quæ difficultas communiter diſſolvitur ex eo, quod in dicto verſiculo, *Unde* (ut nonnulli afferunt) illa lenocinii exceptio vim accuſationis obtinuit ſpeciali ratione: quia poſt jam ſemel cœptam accuſationem & reum delatum, non potuit opponi; & cum valere non poſſet in vim exceptionis, valuit tamen in vim actionis, ſeu accuſationis. Sed hæc interpretatio con- 16
vincitur manifeſtè ex eo, quod reus ſemel delatus, niſi purgato crimine, accuſare non poteſt, *l.* 1. *l. cum rationis* 16. *Codice*, *qui accuſare non poſſunt*, præterea quia *textus* ſupponit, maritum ſine accuſatore fuiſſe damnatum: Quare verius dicendum eſſe judico, *in dicto verſiculo Unde*, condemnationem fuiſſe ſequutam, quia in criminalibus cauſis judex duobus modis poteſt procedere, vel per accuſationem, vel per inquiſitionem, hoc eſt de officio: meritò ibi ſuper exceptione non fuit judicatum, ſiquidem non fuit admiſſa, ſed præcipuè quia Judex ex proprio officio per inquiſitionem cognovit; quare rectè ſententia de lenocinio potuit proferri, notat Gothofredus *in notis ad eundem textum*, Julius Clarus *libro quinto*, *paragrapho fin. quæſtione*

tertia. Nec ſolutioni obſtat textus *in l. 2. paragrapho, extraneus, ejuſdem tituli*, ibi: *Nec maritum pœnæ ſubjicit, &c.* quia verba illa debent intelligi ex Rei accuſatione: de officio Judicis rectè puniri, & condemnari poterit.

17 Undecimò adverſus prædicta, obſtat textus *in l. viro*, 39. *ff. ſoluto matrimonio*, quo loci Papinianus ſcribit, quod ſi vir, & uxor ſe invicem accuſarint, alter de adulterio, alter verò de lenocinio excipiendo, hæc duo delicta mutua compenſatione tolli: ergo ineptè diximus ſeparatim proſequendas eſſe prædictas accuſationes, nec poſt delatum reum exceptionem illam uti dilatoriam eſſe admittendam; ſiquidem Papinianus affirmat eſſe peremptoriam, cùm perimat adulterii accuſationem, & cum eo compenſetur. Quem ut diſſolvam nodum obſervandum cenſeo, olim jure veteri divortio facto duplex judicium inter conjuges agitari poſſe, videlicet unum publicum ex *lege Julia* ob adulterium: alterum privatum, quod Judicium *de moribus* appellabatur: Ulpian. *in fragmento titulo ſexto, paragrapho, morum, paragrapho, propter, & paragrapho, mariti, l. 1. & toto titulo Codice de repudiis, & judicio de moribus ſublato*: Revardus *lib. 11. variarum, capit.* 13. Quo ſuppoſito dicendum eſt Papinianum in *d. lege, viro*, minimè loqui in accuſatione ex lege Julia de adulteriis, ſed tantum in privato judicio de moribus, meritòque affirmat quod viro, & uxore invicem ſe accuſantibus, ſi Judex pronunciet utrumque cauſam repudii dediſſe, nullus alteri condemnabitur in dote, vel propter nuptias donatione: quia cum uterque legem offenderit, neuter ex lege lucrum capere debet, & ideo illa paria delicta mutua compenſatione tolluntur: non tamen quoad publicam vindictam, ſed tantum quoad accuſationem civilem *de moribus*: ita ſimiliter eſt interpretandus textus *in lege mulier* 47. *digeſtis ſoluto matrimonio.* Nec obſtabit dicere, exceptionem hanc eſſe dilatoriam, & impedire tantum: quia dicendum eſt, quod exceptio illa, quoad publicum judicium legis Juliæ, tantum eſt dilatoria, at verò in judicio *de moribus* eſt peremptoria, Barboſ. *in dict. l. viro, nu.* 3. Cujac. *ibidem, l.* 11. *quæſt. Pap.*

18 Duodecimò adhuc obſtat text. *in capit. item* 6. *de reſtitutione ſpoliatorum*, ubi ſi quis agat contra me interdicto *unde vi.* non poſſum eum expellere etiam ſi objiciam ipſum crimen commiſiſſe: ideoque accuſare me non poſſe: igitur nec *in præſenti* potuerunt Rei conventi excludere Abbatem, objecto crimine, & violentia ipſius Abbatis. Quæ difficultas parum obeſt, ſi dixeris Interdictum *unde vi.* nullam exceptionem admittere, niſi de alia vi objiciatur, juxta textum *in cap. fin. hoc noſtro titulo*, ſicque textus noſter loquitur de exceptione ſpolii, & vi illata per Actorem; at verò text. *in dict. cap. item* 6. non loquitur de ſpolio, ſed de cæteris criminibus præter vim, uti conſtat ex illius textus verbis, & mente.

19 Decimo tertiò adverſus noſtrum *textum* obſtabit dicere, quod raptores ſunt excommunicati: *cap.* 1. *de raptoribus*, nec in judicio eſſe poſſunt, niſi excipiendo, *cap. in literis de judiciis, cap. cum inter* 5. *de exceptionibus*: at ſic eſt, quod *in præſenti*, Nobiles raptores bonorum Monaſterii fuerant, ut ex littera patet, ergo ut excommunicati non poterant ſpolium invim actionis opponere. In qua difficultate communiter dici ſolet *in præſenti*, jam fuiſſe abſolutos, ſiquidem in judicio tanquam Actores admiſſi fuerant, argumento text. *in cap. cum inter, paragrapho porro, de exceptionibus*; & licet hæc interpretatio ideo ſuſpecta videatur, quia ex text. verbis neutiquam conſtat abſoluturos fuiſſe, tamen dicendum eſſe arbitror, Nobiles *in præſenti* abſolutos fuiſſe ob prædictam rationem, quia omnia quæ in jure fiunt legitimè facta intelliguntur, *l. qui titul. 20. de teſtamentaria tutela.*

Ad text. in cap. Tuam 3. hoc tit. de ordine cognitionum.

SUMMARIUM.

1 *Petenti hæreditatem obſtat exceptio nativitatis quæ prius coram judice Eccleſiaſtico terminari debet.*
2 *Ratio aſſignatur.*
3 *Judex incompetens ratione incidentiæ fit competens, ſecus, ſi judex fuerit incapax.*
4 *Explicatur text.* in l. 1. C. de ordin. judicior. l. cum ſtatus 5. C. eodem tit.
5 *Judex Eccleſiaſticus, qui cognovit de cauſa matrimonii poteſt cognoſcere ſimul, de dote.*
Explicatur text. in cap. de prudentia, de don. inter.
6 *Sententia, quæ totam cauſam non determinat, nulla eſt.*
Explicatur text. in hoc judicio, ff. famil. herciſc. l. 4. C. de poſit. l. fin. ff. de eo quod certo loco.
7 *Judex Eccleſiaſt. de reſtitutione dotis cognoſcere poteſt, quoties mulier vidua eſt, vel maritum inutilem habet.*
Explicatur tex. in c. ex litteris, de pign.
8 *Explicatur text.* in c. cauſam quæ 7. qui filii ſint legitimi. *Cauſa natalium ſpiritualis eſt, & eſt præjudicialis ad cauſam ſucceſſionis.*
9 *Poſſeſſorio, & petitorio judicio intentato, prius agitur & terminatur poſſeſſorium.*
10 *Liberale judicium præponendum eſt cæteris omnibus.*
Explicatur text. in l. fin. Cod. de ordin. cognition. num. 9. & 10.
11 *Viam fundi petens, non impeditur poſtea eundem fundum petere.*
Explicatur text. in l. ſed ſi ante 17. ff. de exception. *Præpoſterè agens non impeditur ibid.*

CONCLUSIO.

PETENTI *hæreditatem obſtat exceptio nativitatis quæ prius coram Eccleſiaſtico judice terminari debet.* 1
Conſonat tex. *in cap. 1. 33. quæſt. 2. cap. multorum*, 35. *quæſt. 6. cap. 1. cap. lator, cap. cauſam quæ, qui filii ſint legitimi, cap. 1. in fine, de conſanguinitate, & affinitate, cap. de prudentia de donation. inter, cap. auditis* 15. *de præſcriptionibus, capit. accedentibus, de exceſſibu prælatorum* Tridentin. *ſeſſ.* 4. *canone ultimo & de reformatione; capite vigeſimo l. 7. titulo decimo, parte quarta*, Covarruvias *libro primo, variarum cap.* 18. Idem *in Quartum Decretal. 2. part. cap.* 8. §. 11. diſputant Marta *de juriſdictione, 2. part. cap.* 8. Molina *de primogeniis, lib. 1. cap.* 14. *num.* 23. Bellarm. 1. *tom. lib. 1. de matr. cap.* 32. Thomas Sanchez *de matrim. lib. 1. diſp.* 3. *nu.* 1. Joannes Garcia *de nobilitate gloſſa* 4. *à num.* 4. Andreas Gail. *lib. 1. obſerv. cap.* 9. Scaccia *de judiciis, cap.* 34. *à num.* 32. Oſualdus ad Don. *libro vigeſimo, capite quarto, littera A.*

Ratio deducitur ex eo, quia cauſa Natalis eſt Eccle- 2
ſiaſtica, & ſpiritualis, utpotè pendens ex viribus matrimonii, quatenus eſt unum ex ſeptem Eccleſiæ Sacramentis, *capit. debitum, de bigamis*, ideoque non ad laicum, ſed ad Eccleſiaſticum judicem pertinere debet, cum ſecularia ad ſeculares, Eccleſiaſtica verò ad Eccleſiaſticos pertineant, *capit. ita Dominus*, 19. *diſtinctione, capite ſecundo cap. novit de judiciis*, & ſuſpenditur ſucceſſionis cauſa, donec illegitimitatis ab Eccleſiaſtico diffiniatur: quia aliàs negotium & juris ordo perturbaretur, cum contingere poſſet, ut Eccleſiaſticus ſuper illegitimitate, & ſecularis ſuper ſucceſſione diverſas ſententias proferrent meritoque ut hæc omnia damna vitarentur, fuit conveniens, ut cauſa ſucceſſionis ſuſpenderetur, donec illegitimitatis ab Eccleſiaſtico judicaretur: quæ decidendi ratio colligitur ex noſtro *textu* ibi: *Nihil aliud*

aliud esset, &c. & in capite primo, hoc titulo.

Primò adversus nostrum textum obstat *l. quoties*, 9. 3
Cod. de judiciis: in cujus specie docemur, quod, si Judex incompetens sit ad cognoscendum, ratione tamen incidentiæ sit competens: ergo similiter in nostro *textu* dicendum videbatur. Judicem secularem ratione incidentiæ cognoscere potuisse de causa natalium. Cujus textus difficultas facile dissolvitur, si attendamus maximam esse differentiam inter Judices incompetentes, & incapaces Judices: nam incompetentes ratione incidentiæ competentes fiunt ut *in dict. l. quoties*; non verò judices incapaces, quales sunt seculares ratione rerum Ecclesiasticarum, ut in nostro textu.

Ex qua doctrina fluit interpretatio ad textum aliàs dif- 4
ficilem *in l.* 1. *C. de ordine judiciorum*, quo loci docemur, Præfidem Provinciæ qui incompetens erat ad cognoscendum de causa status principaliter, ratione tamen incidentiæ de ea potuit cognoscere. Nec tunc obstat textus *in l. cum status* 5. *C. de ordine judiciorum*, cum *aliis*, in quibus expressè cavetur Præsidem Provinciæ judicem esse competentem ad cognoscendum de causa status. Cujus textus difficultas adeò torsit Interpretum ingenia, ut illos in varias opiniones abire coegerit, quare rejecta opinione Pauli de Castro post Accursium *in dict. l.* 1. similiterque rejecta Cujacii *in rubrica ad titulum, C. ubi causa status, & lib.* 22. *quæstion. Pap. in l. oratio, digesto, si ingenuus esse dicatur*: similiterque rejecta Goveani *lib.* 1. *variarum, capit.* 33. quam refutat Anton. Faber *lib.* 17. *conjecturarum, c.* 8. veriorem judico quam refert Doctor Balboa *in præsenti à n.* 13. cum affirmat Præsidem, in specie *dict. legis.* 1. ideo incompetentem fuisse, quia minor, de cujus statu agebatur, domicilium non habebat in ejus Provincia, cujus erat Præses, quamvis bona hæreditaria in ea Provincia reperirentur, quare etsi competens fuisset judex ad cognoscendum de hæreditate, non tamen erat competens ad cognoscendum de causa status; argumento text. *in l. unica C. ubi de hæreditate*, videndus Julius Pacius *centuria* 3. *quæst.* 7. Osuald. ad Don. *lib.* 17. *c.* 9. *litt. V.*

Secundò adversus prædicta obstat text. difficilis *in c.* 5
de prudentia, de donationibus inter, in cujus specie probatur Ecclesiasticum judicem non tantum potuisse cognoscere de causa dotis incidente; verum etiam cognovit de illa principaliter intentata: nam cum in ejus specie matrimonii causa per sententiam fuisset finita, postea dotis causa principaliter venit petenda. Cujus textus difficultas dissolvitur ex eo, quia in illius textus specie matrimonii causa fuit principaliter mota, cui quæstio dotis incidit: cumque judex, qui de causa matrimonii cognovit, dotis causam incidenter motam diffinire debuisset, argumento textus *in dicta leg. quoties*. Romanus *consil.* 330. *numero decimo*, cum dotis causam non determinasset officio suo functus non videtur; si verò matrimonii causa agitata fuisset nulla facta mentione dotis tunc si causa matrimonii finita, de restitutione dotis, principaliter ageretur, judex Ecclesiasticus cognoscere non posset, tanquam incompetens: notat Ancharranus 6
cons. 21. *n.* 20. Nec obstabit si objicias *in dict. cap. de prudentia*, sententiam super causa matrimonii latam nullam fuisse, cum certum sit nullam esse sententiam, quæ totam causam non determinat; ac per consequens, cùm *in dict. capite, de prudentia*, judex non determinavit causam dotis, inutilem sententiam reddidisse, argumento textus *in l. in hoc judicio ff. familiæ herciscundæ*. Nam dicendum est regulam tex. *in dict. l. in hoc judicio.* procedere, quando vel una tantum est causa, vel duæ sunt ita connexæ, ut separari nequeant; nam quando sunt diversæ causæ, valet sententia, quæ unam tantum determinat, Felinus *in cap. cum inter, num.* 15. *de re judicata*, Cujac *lib.* 23. *observ. cap.* 1. Sed adhuc solutioni obstant jura *in lege quarta, Cod. depositi, & in l. fin. digestis, de eo quod certo loco*, ubi si principalis causa per sententiam est finita, non poterit judex iterum de accessoriis cognoscere: facilè tamen hic scrupulus removetur si dixeris prædicta jura limitari, quando accessoria officio judicis competunt, nam tunc etiam finita causa principali, poterit de accessoriis cognoscere, argumento text. *in l. ædiles*, §. *item sciendum, ff. de ædilitio edicto.*

Tertiò adversus nuper dicta obstat textus *in cap. ex* 7
litteris, de pignoribus, ubi judex Ecclesiasticus de causa dotis non tantum incidenter, verum etiam principaliter cognoscere potest. Sed huic objectioni respondetur: quod in specie illius *textus*, mulier, quæ dotis restitutionem petebat, oppressa proponebatur, quia propria dote fuerat spoliata ob delictum à marito commissum; quare potuit judex Ecclesiasticus se intromittere ad cognoscendum de illius dotis restitutione, ex eo, quia viduis, & oppressis potest Ecclesia succurrere, *capit. ex parte de foro competenti*, ubi notant DD. Nec admissa hac interpretatione obstabit, si objicias, quod in *prædicti text.* specie *in dict. cap. ex litteris* mulier, quæ dotis restitutionem petebat, vidua non erat cum adhuc ejus maritus viveret; & ideò non potuisse habere locum decisionem textus *in dicto cap. ex parte*, notat Romanus *in l.* 1. *numero vigesimo primo, digestis soluto matrimonio.* Nam respondetur, quod cum in *dict. cap. ex litteris*, maritus propter delictum fugisset, mulier quasi vidua reputabatur. Idem namque est non habere maritum, *aut*, illum habere inutilem, argumento textus *in cap. inter corporalia*, & ibi Gloss. *verbo, Inutilem, de translatione Episcopi*, Crotus *in dicta l.* 1. *numero sexagesimo quinto, ff. soluto matrimonio.*

Quartò adversus prædicta obstat textus difficilis *in* 8
cap. causam quæ 7. *qui filii sint legitimi*, ex cujus specie constat judicem Ecclesiasticum, qui de quæstione natalium cognovit, causam restitutionis bonorum accessoriam, & incidentem judicio Regis Anglorum reservare teneri. Cui difficultati responderi solet, in eo *textu* tractari de causa possessoria, de qua tanquam de re profana cognoscere potest judex secularis, pro qua sententia plures allegat Garcia *de nobilitate gloss. prima, numero vigesimo septimo.* Quæ tamen interpretatio defendi non potest, tum quia valde dubium est an Judex secularis possit cognoscere de causa possessoria spirituali: tum etiam quia si profana sit, cum tamen incidens esset, tractari debebat coram judice Ecclesiastico. Quarè omissa interpretatione, verissimè dicendum est, ideo in *dicto capit. causam quæ*, judicem Ecclesiasticum non potuisse de causa illa restitutionis cognoscere, quia non incidenter, sed principaliter fuit intentata: nam in ea specie causa spolii, & causa natalium fuit principaliter intentata, & à Romano Pontifice Judicibus delegatis commissa, ut judicant verba illa ibi: *Ante principalis causæ ingressum*: Nam si causa spolii ante litis ingressum agitanda erat; juxta textum *in cap. in litteris c. conquerente, de restitutione spoliatorum*, minimè poterat incidere in causam principalem.

Nec obstabit, si objicias, quod in prædicta specie causa natalium principalis appellatur: nam respondetur, principalem non appellari respectu causæ possessoriæ, sed potius respectu successionis ab illa dependentis, ut animadvertit Præpositus *ibidem, notabili quinto.* Nec similiter adversus nostrum *textum*, dum docet successionis causam suspendendam esse, donec nativitatis causa in judicio Ecclesiastico disceptetur, obstat *dict. capit. de prudentia*, ubi docemur Regem Anglorum posse cognoscere de restitutionis causa etiam dum causa natalium apud Ecclesiasticum examinabatur: nam respondendum est, causam natalium præjudicialem esse ad causam successionis, & ideo prius de illa erat cognoscendum: secus verò esse in causa restitutionis, in qua spoliatus ante omnia restitui debet, cum damnum illud in causa proprietatis possit postea reparari, *dict. capit. in litteris, de restitutione spoliatorum.*

Quintò adversus nostri textus sententiam, obstat tex- 9
tus *in l. ultima, C. de ordine cognitionum*, in cujus specie docemur, quod etsi verum sit liberale judicium impedire accusationem criminalem, *ut l.* 1. 3. & 4. *Codic. eodem*

tamen

tamen *in dict. leg. fin.* ſi poſſeſſorium ab uno & petitorium ſuper ſervitute ab alio intentetur, poſſeſſorium prius terminatur non obſtante petitorio, quod tanquam de cauſa liberali, ac per conſequens præjudiciali ad cauſa criminalem, prius debebat agitari, ſecundum ſententiam *noſtri textus*, qua docemur exceptionem præjudicialem prius eſſe terminandam ne aliàs ordo juris perturbetur. Sed ut difficultatem hanc breviter diſſolvamus animadvertendum eſt, verum eſſe, liberale judicium præponendum eſſe cæteris omnibus judiciis, expedirique debere antequam veniatur ad cætera judicia, quæ concurrunt, quare *in dict. leg.* 1. 3. & 4. oſtenditur judicium liberale impedire accuſationem criminalem; qui caſus particularis, & notabilis eſt, in quo, cauſa civilis præjudicat criminali: cauſa enim liberalis civilis eſt, cùmque aliter puniantur liberi homines, aliter verò ſervi, ut ſciatur, quæ pœna criminis ſit infligenda, prius conſtare oportet de ſtatu ejus, nec contrarium probatur in *dict. leg. ultima, Codice de ordine cognitionum.* Cujus hæc potius eſt ſententia, ut ſcilicet liberalis cauſa impediat actionem bonorum raptorum, etiam ſi is qui ſe dominum dicit aliquid rapuiſſe dicatur ei, quem ſervum eſſe dicit cum hac tamen differentia, quod ſi ille ex ſervitute proclamet ad libertatem, prius diſceptandum ſit de ſervitute, quàm agatur de bonis raptis; ſi verò de libertate vindicetur in ſervitutem, tunc prius eſt cognoſcendum de rebus ablatis, hoc eſt ante omnia ei reſtitui debent, quæ ei erepta ſunt, præſtita tamen cautione, *Res ſalvas fore*; quam ſi præſtare non poterit, ſequeſtrari prædictæ res debent, ut ſi liber pronunciatus ſit, ei omnia reſtituantur, docet Cujacius *in dict. leg. fin.*

11 Sextò adverſus prædicta obſtat textus difficilis *in leg. ſed ſi ante* 17. *digeſtis, de exceptionibus*, ubi ſi ante fundi Titiani viam petam, & poſt deinde petam ipſum fundum Titianum nulla obſtare videtur exceptio: nempè quod præpoſterè & non ſervato juris ordine procedatur. Quam difficultatem diſſolves, ſi dixeris, quod in ea ſpecie non videtur præpoſterè agi is, qui poſt viam petitam fundum petit: nam eo in caſu videtur potius redire ad eum ordinem, quem à principio obſervare debuerat; nam quæſtio proprietati, ex qua altera dependet, cum major ſit, prius eſt examinanda, *leg. per minorem, digeſtis de judiciis*: nam etiam ſi judex declaraverit fundum Titianum meum eſſe, non tamen exinde fieret præjudicium quæſtioni ſervitutis, cum poſſit evenire, ut fundus meus ſit, & nihilominus, quod via mihi non debeatur: quod voluit declarare Juriſconſultus dum dixit, exceptionem ideò non obſtare quia & ſunt diverſa corpora, & cauſa reſtitutionis omnino diverſa: quæ interpretatio communiter approbatur ab ſcribentibus *in præſenti*, apud quos videnda interpretatio ad textum *in leg. fundum, leg. ſed ſi ante, digeſtis de exceptionibus*, quas conſulto omitto, ſimulque omitto in hac parte diſputationem illius difficillimæ quæſtionis, an Judex laicus poſſit cognoſcere de facti quæſtione in cauſis Eccleſiaſticis? de qua latè à nobis eſt agitatum *in capite 2. de judiciis.*

Ad textum in cap. Super ſpoliatione, fin. hoc tit.

HUjus textus concluſionem, & interpretationem in hac parte omittimus, quia nobis de illius ſententia latè agendum eſt *in cap. 1. & ſequentibus, de reſtitutione ſpoliatorum.*

AD TIT. DE PLUS Petitionibus, XI.

Cap. Conſilium unicum, hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Plus petens re, tempore, loco, & cauſa, olim cadebat à cauſa, hodie ad litis damnum, vel duplicationem induciarum tenetur, & nu.* 7.
2 *Ratio aſſignatur.*
3 *Conciliantur text.* in §. ſi quis agens 37. inſt. de action. & §. temporalis, inſt. de except.
4 *Explicantur text.* in l. unic. Cod. de jure fiſci, lib. 10. & leg. unic. Cod. de plus petit. & leg. 1. ff. de interrog. action.
5 *Lis inchoari dicitur per litis conteſtationem.*
Perſiſtere in plus petitione, quando quis dicatur, ut pœnas hujus text. *& ſimilium incurrat.*
Explicantur text. in l. Papinianus 8. §. meminiſſe, ff. de inofficioſ. teſtamen. & in l. alia 8. Cod. de his quibus ut indig. & in leg. conductores 23. Codic. de locat.
6 *Explicatur text.* in l. 2. §. ſi quis Epheſi, *verſic. Scævola*, ff. de eo quod certo loco.
7 *Fiſcus ante diem petens an incurrat juris pœnas, aliàs plus petentibus ſtatutas.*
Explicatur textus in leg. 1. Codice, de condiction. ex leg.
8 *Explicatur text.* in l. grege 13. §. qui ſub conditione, ff. de pignorib. l. bovem 43. §. ſi ſub conditione, ff. de ædilit. edict.

CONCLUSIO.

PLus petens re, tempore, loco, aut cauſa, olim cadebat à jure, hodie verò plus petens tempore, ad litis damnum & duplicationem induciarum tenetur re, aut cauſa, in expenſis: loco autem, ad intereſſe condemnabitur. Similis eſt textus *in §. ſi quis agens 33. §. plus autem, §. huic autem, §. hæ quidem, §. tripli, §. ſi minus, §. ſi quis aliud, Inſtit. de actionibus, §. appellantur, verſic.* Temporales, §. *hodie*, cum aliis, *de exceptionibus, l. 1. 2. & 3. C. de pluspetitionibus l. 11. §. ſed ſi mutuæ, ff. de juriſdictione omnium judicum, l. quamvis ff. de in jus vocando, l. c. ff. de eo, quod certo loco: l. grege, §. ſi ſub conditione, ff. de pignoribus, l. bovem 43. §. ſi ſub conditione, ff. de ædilitio edicto, l. juſtas, C. de jure fiſci, l. 1. C. de condictione ex lege, l. 1. ff. de interrogatoriis actionibus, l. Papinianus, 8. §. meminiſſe, ff. de inofficioſo teſtamento, l. qui falſam, 6. Cod. ad legem Corneliam de falſis 42. cum ſequentibus, tit. 2. part. 3. l. pater meus, 36. ff. de ſolutionibus, l. non ſolum. 8. §. fin. l. non ſolum 9. §. tale, ff. de liberatione legata, l. Stichum 93. §. ſi creditor,* el ſegundo. *ff. de ſolutionibus, Novella 15. l. 2. de calumniatoribus, in Cod. Hermogeniano.* Exornant Petrus Gregorius *lib. 21. ſyntagmatum, cap. 8. n. 8. & lib. 48. cap. 5. n. 11.* Petrus Faber *in l. qui alterius* 41. *de regulis juris*, Briſſonius *lib. 4. ſelectarum antiquitatum, c. 10.* Hotomanus *lib. 8. obſervationum. c. 3.* Revardus *lib. 3. variar. c. 14.* Ant. Gomez 2. *tom. variarum, c. 1. nu. 25.* Morla *in emporio juris titul. 8. in principio, n. 79.* Fornerius *lib. 2. ſelectarum, cap. 8.* Cujac. *lib. 7. obſervationum, cap. 27.* Idem *lib. 12. c. 21.* Donel. *lib. 22. com. c. 9.* Oſual. *ibi lit. Y.* Idem *lib. 19. c. 13. lit. H. & lib. 23. c. 4. lit. D.* 1

Ratio eſt, nam rectè adverſus plus petentes pœna inducitur, ad reprimendam nimirum, & coercendam eorum importunitatem, cumque ut Romanus Pontifex in noſtro *textu* ait res, tempus, cauſa, & locus, pars ſint obligationis; *l. 1. §. editionis, ff. de edendo*, ibi: *Nam dies ſolutionis* 2

ſumma

ſumma pars ſtipulationis, *l. ſi ſterilis*, §. *fin. ff. de actionibus empti. & venditi*, & fiat illi, qui poſt tempus in alio loco ſolvit, minus ſolvere videtur, *l. ſi cui*, 12. §. *minus*, *l. minus* 32. *ff. de verborum ſignificatione*, *l. ſolidum*, 85. *ff. de ſolutionibus*, ſic etiamſi majorem ſummam, aut ante tempus, vel in alio loco, quam ubi ſolutio deſtinata eſt, vel quod alternativè, vel in genere debetur, in ſpecie, vel unam rem præcisè petat, pluſquam ſibi debetur petere intelligitur, *dict.* §. *plus autem*, *& dict.* §. *huic autem*, ſic rectè pœna plus petens afficitur, debet enim judex lite conteſtata dignoſcere, an plus in judicio, quàm res eſt, petatur, & importunitatem plus petentium punire, Anaſtaſius Germonius *in paratitlis ad noſtrum textum.*

3 Primò adverſus id, quod in noſtra concluſione diximus, nempe plus petentem olim cadere à cauſa, quod & probat *dict.* §. *ſi quis agens* 33. *Inſtit. de actionibus.* Obſtat textus *in* §. *temporales*, *Inſtit. de exceptionibus*, ex quo colligitur, eum, qui ante diem rem petit, exceptione dilatoria ſubmoveri poſſe; actionem tamen illius non perimi, ſed differri tantum; & ideò poſt tempus agere poſſe. In qua jurium contrarietate dicendum eſt, eum, cui aliquid ad diem debebatur, ſi ante diem peteret, non ſtatim ipſo jure rem amittere, ſed tunc tantum exceptione dilatoria ſubmoveri, ut in *dict.* §. *temporales*, quod ſi adveniente die, rurſus agere volebat, tunc peremptoria exceptione, ex *lege* 12. Tabularum ſubmoveatur, quia ſemel plus ante diem petiiſſet, quo, modo intelligendum eſſe *dict.* §. *ſi quis*, docent Balduinus, Mynſingerus, & Cujacius *in dict.* §. *temporales*, Antonius Pichardus *in dict.* §. *ſi quis*, *numero duodecimo*, *cum ſequentibus.*

4 Secundò adverſus illam noſtræ concluſionis partem, qua docemur hodie plus petentem tempore induciarum, tantum duplicatione teneri. Obſtat textus *in l. juſtas*, *Cod. de jure fiſci*, *libro decimo*, ubi etiam jure noviori, ſicuti & antea, plus petens amiſſione totius debiti condemnatur. Sed in hac difficultate omiſſa interpretatione Cujacii *de præſcriptionibus*, *capite trigeſimo ſecundo*, veriorem judico communem Doctorum ſententiam, quam refert Antonius Pichardus *in* §. *ſi quis agens* 33. *numero quinquageſimo tertio*, *Inſtit. de actionibus*, aſſerentium, deciſionem illam referendam eſſe ad jus antiquum ante novam Zenonis conſtitutionem, de qua mentio habetur *in* §. *& quidem*, *&* §. *hodie*, *Inſtit. de actionibus*, nam dicta lex, *juſtas*, deſumpta fuit *ex l.* 3. *titulo ſecundo*, *libro decimo C. Theodoſiani.* Cujus deciſio multo ante Zenonis conſtitutionem edita fuit, ut refert Anton. Pichardus *ubi ſupra.* Nec etiam obſtat textus *in l. unica*, *Cod. de plus petitionibus*, ubi ſimiliter probari videtur, etiam jure novo Juſtiniano imponi pœnam privationis totius debiti contra plus petentem. Quia textus ille procedit, cùm duplex delictum intervenit, unum in petitione majoris debiti, alterum in exigendo per dolum majoris debiti cautionem, & in ea perſiſtendo: quare in ſecundo, amiſſionis pœna imponitur, docet Abbas *in præſenti*, *numero ſexto.* Nec etiam obſtat textus *in l. 1. ff de interrogatoriis actionibus.* In cujus ſpecie probatur: nec etiam olim plus petentem rem omnino amittere; ſed tantum puniri in amiſſione alicujus damni ſportularum. Quia textus ille intelligendus eſt de eo, qui per ignorantiam, ſine dolo plus petebat, qui non condemnabatur in totius debiti amiſſione, ſed aliquid tantum damni ſentiebat, docet Antonius Pichardus *ubi ſupra num.* 52.

5 Tertiò adverſus textum noſtrum in verſic. *In judicio perſiſtendum*, ex quo colligunt Interpretes illum perſiſtere dicendum eſſe in plus petitione ut in pœnas noſtræ deciſionis incidere videatur, qui uſque ad litem conteſtatam in petitione perſiſtit, quod expreſsè colligitur ex *leg. unica*, *Cod. hoc titulo*, ibi: *Si ante litem inchoatam*, nam lis inchoari dicitur per litis conteſtationem, *l. pluribus* 32. *ff. de procuratoribus.* Obſtant textus *in l. Papinianus* 8. §. *meminiſſe*, *ff de inofficioſo teſtamento*, *l. alia*, 8. *Cod. de his quibus ut indignis*, *l. conductores* 23. *Cod. de locato*, in quibus juribus probari videtur, quod ſi plus petens in judicio ante ſententiam pœnitet, nulla pœna afficiendus ſit: Igitur non rectè *prædictum verſiculum noſtri textus* interpretamur de perſiſtentia tantum ante litis conteſtationem. Quibus non obſtantibus dicendum eſt, *noſtri textus verſiculum*, de perſiſtentia ante litis conteſtationem admittendum eſſe: nec obſtant jura in contrarium adducta, quia reſpondendum eſt in *illis juribus*, ad amittendum relictum in teſtamento, dolum & malum animum requiri, de quo ante ſententiam conſtare non poteſt, ut docet Paul. Caſtr. *in dict.* §. *meminiſſe*: At verò de dolo, & malo animo plus petentis poteſt ſtatim conſtare, & ſic verbum illud in *noſtro textu* intelligendum eſt de proſequente cauſam, uſque ad litem conteſtatam. Nec obſtabit ſi obiicias, verbum illud, *judicium*, intelligendum eſſe de perſiſtendo in judicio uſque ad ſententiam: Quia reſpondetur, quod etſi judicium uſque ad ſententiam durare poſſit, nihilominus ante ſententiam poſt litis conteſtationem judicium dicitur, *cap. forus*, ibi: *Dum diſcutitur judicium de verborum ſignificatione.*

Quartò adverſus noſtrum textum in verſic. *Qui autem*, ex quo docemur non poſſe quem plus loco petere, ne aliàs utilitas debitoribus adimatur, valde obſtat textus difficilis *in l.* 2. §. *ſi quis Epheſi*, *verſic. l. Scævola*, *ff. de eo quod certo loco*, ubi Ulpianus refert Scævolæ ſententiam affirmantis, quod ſi quis Epheſi decem, aut Capuæ hominem dari promiſerit, electio ſtipulatoris eſt, ubi petat; non autem Rei, ubi ſolvat: quibus conſequens eſt, poſſe ſtipulatorem plus loco petere, cum poſſit petere quo in loco ſibi ſolvere malit, detracta Reo utilitate ſolvendi, in quo ipſe velit. Augeturque difficultas ex eo, quia Ulpianus *in dict.* §. *ſi quis*, *in principio*, affirmet quod ſi quis Epheſi decem, aut Capuæ, ſtichum dari ſtipulatus ſit, non debeat detracto altero loco experiri; ne auferat Reo loci utilitatem, nam aliàs plus petere videretur. Sed in hac difficultate, in qua ipſi Juriſconſulti contrariari videntur, dicendum eſt Juriſconſultorum ſententias in hac parte neutiquam invicem pugnare, ſi attentè eorum verba perſpiciamus: nam Ulpiani ſententia eſt, quod ſi quis Epheſi decem, aut Capuæ, ſtichum dari ſtipulatus ſit, conſervandam eſſe Reo loci utilitatem, ut quo in loco maluerit ſolvere poſſit. Nec huic contraria eſt Scævolæ ſententia, quia non negat utilitatem electionis in ſolutione Reo auferendam, ſed potius affirmat in ejus arbitrio eſſe quid debeat, non verò an debeat: unde infert, quod in propoſita ſpecie, ſi in arbitrio ejus, qui promiſit Epheſi, aut Capuæ, fuerit ubi ab eo petatur, conveniri nuſquam poſſet, cum poſſet ſemper alium locum eligere, ac per conſequens in ejus arbitrio eſſe an debeat: quare Scævola putat utrunque electionem habere, nempe actorem electionem petitionis, reum verò ſolutionis: ne aliàs dum volumus Reo optionem reſervare, actionem Actori tollamus: quare generaliter Scævola definit petitorem electionem habere, ubi petat; Reum verò ubi ſolvat. Sed hoc ante petitionem, id eſt litis conteſtationem, ne aliàs poſtea alterum locum eligat animo ut non ſolvat, quod omnino vitare intendit Conſultus, ne ſcilicet in poteſtate ejus ſit, an debeat, Anton. Faber *in Rationali*, *ad dict. l.* 2. *in d. verſic. Scævola*, *& in l. is qui certo*, 9. *ejuſdem titul.* Cujac. *tract.* 3. *ad Afric. in l.* 8. *ff. eodem.*

Quintò adverſus noſtrum textum *in verſic. Ei vero*, in quo probatur non poſſe quemquam ante diem petere: Obſtat textus *in l.* 1. *Cod. de condictione ex lege*, ubi fiſcus contra debitorem ſui debitoris agens ante diem non incidit in aliquam pœnam: Igitur, quia impunè plus tempore petiit potuit. Cui difficultati reſpondendum eſt, quod fiſcus ibi non exigit debitum ante diem, quia ejus debitor purus & præſens erat. Nec obſtabit

dicere fiscum ibi egisse contra debitorem sui debitoris ante diem, quia cum ejus debitor effectus esset non solvendo, rectè potuit recurrere contra debitorem sui debitoris, nec debuit expectare diem solutionis, *l. 2. cum sequentibus*, *Cod. quando fiscus, vel privatus*, &c. Cujac. *in dicta l. 1. Cod. de conditione ex lege*, ac per consequens affirmandum est, nullo tempore impunè permissum fuisse ante diem petere: nam antiquitus qui plus petebat, causâ cadebat, juxta textum *in §. si quis agens*, *Instit. de actionibus*, postea verò per Zenonis constitutionem, induciæ tantum temporis duplicantur in pœnam: quam pœnam similiter Gregorius IX. *in dict. vers. Ei vero*, contra plus pe-
8 tentes statuit. Nec tunc obstabit dicere, etiam olim inducias temporis duplicari, non tamen amitti per plus petitionem, ex *l. grege*, 13. §. *si sub conditione*, *ff. de pignoribus*, *l. bovem* 43. §. *si sub conditione*, *de ædilitio Edicto*: nam omissis pluribus interpretationibus, verissimè dicendum est, eum, cui aliquid sub conditione debebatur, nec etiam olim jus suum amittere, si ante implementum conditionis petiisset: ideòque rectè potuisse adveniente postea conditione rursus agere, ut in specie *dict. l. bovem*, *sub conditione*, & *d. l. grege*, § *si sub conditione*. Cujus rei ratio est, quia priori judicio nihil potuit petere, cum nondum quid deberetur, *l. cedere diem* 213. *ff. de verborum significatione*: secus est, quando quis quod in diem sibi debetur, ante diem petit: quia tunc amittit actionem, quæ quidem jam nata erat; nam in debito in diem, actio ab initio nascitur; sed petitio tantum ad tempus differtur: nec tunc obstat, §. *plus autem*, *instit. de actionibus*, ubi Justinianus plus petere dicit, qui ante diem, vel conditionem petit, & in utroque casu petentem causa cadere affirmat jure *Digestorum*: nam respondendum est, ideò Justinianum ibi conditionalem obligationem conjunxisse obligationi in diem, quia æquè in utraque obligatione locum habet nova pœna constitutionis Zenonianæ: nam licet olim non infligebatur pœna amissionis illi, qui ante conditionem petebat, quia id quod nondum erat amitti non poterat; pœna tamen legis Zenonianæ, convenit etiam ei, qui ante conditionem petit, cùm tantum in ea agatur de suspendenda petitione, & longiori tempore differenda.

8 *Explicatur text.* in cap. fin. de judic. & *rum. seq.*
9 *Actor etsi sit Clericus, forum rei sequi tenetur.*
10 *Judex à quo pendente appellatione potest turbatam possessionem reformare.*
11 *Sententia contra inauditam partem proferenda non est.*
12 *Princeps an possit contra inauditam partem procedere; & citationis, & appellationis remedium tollere?*
13 *Explicatur text.* in l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco pub.
14 *Sententia excommunicationis adversus absentem, & non citatum ferri non potest.*
Explicatur text. in cap. cum sit Romana, §. fin. de appell.
15 *Explicatur text.* in cap. dudum, 22. de elect.

Conclusio totius textus.

C *Causa possessionis, & proprietatis sub eodem Judice* 1
terminari debet, nec contra absentem est pronunciandum. Comprobat text. *in cap. 1. versic. Celestinus*, *de sequestratione possessionis*, *l. nulli*, 10. *Cod. de judiciis*, *l. ordinarii*, *Cod. de rei vindicatione*, *cap. significaverunt*, 36. *de testibus*, *l. 2. ff. de quibus apud eundem judicem*, *l. liberi* 7. §. *final. ff. de liberali causa*, *l. exitus*, 35. *de adquirenda possessione*, *l. is qui destinavit*, *ff. de rei vindicatione*, *l. ubi cœptum*, *ff. de judiciis*, *l. 12. tit. 5. part. 2. cap. nos in quemquam*, *2. quæstione prima*, *cap. inter quatuor*, *de majoritate*, & *obedientia*, *Clementin. pastoralis*, §. *cæterum*, *de re judicata*, *cap. cum inter de exceptionibus*, *capite primo*, *de testibus*, tractant Boërius *libro secundo*, *declarationum*, *capite quadragesimo quarto*, Sahagun *in capite primo*, *num.* 82. *de sequestratione possess. & fructuum*, Sarmiento *libro tertio*, *selectarum*, *cap.* 14. *numero septimo*, Garcia *de nobilitate*, *glossa* 1. §. 2. *num.* 12. Menochius *de recuperanda*, *remedio* 15. *n.* 368. Bartol. *in l. naturaliter*, §. *nihil commune*, *de adquirenda possessione*, *numero* 27. Cujac. *libro secundo*, *observ. cap.* 35. & *libro quinto*, *observ. capite vigesimo*, & *libro quinto*, *capite* 15. & 19.

Ratio est, quia cum causa possessionis sit præparato- 2
ria ad causam proprietatis, & prius sit agendum de possessione, quàm de proprietate, cumque possessio, & proprietas circa unam, eandemque causam tendant, & in connexis idem judicium observetur; cùm hæc duo judicia adeò connexa, & unita sint, quod non facile dividi possint; quæ continentia in eo consistit, ut de proprietate agi non possit, nisi prius constet quis possessor sit, *l. officium ff. de rei vindicatione*, *l. qui petitorio*, cum aliis, *ff. eodem*, meritò Judex, qui de possessione cognovit, tanquam magis instructus de proprietate cognoscere debet, ut sic facilius litibus finis imponatur, *l. properandum*, cum vulgatis, *Cod. de judiciis*. Desideratur etiam citatio, quia quatenus defensio est, & à naturali jure proveniat, nec à Principe auferri potest, *l. ut vim*, *de justitia*, & *jure cap. inter*, *de exceptionibus*, §. *sed naturalia*, *Instit. de jure naturali*, *cap. sunt quidam*, 25. *quæst.* 1.

Primò adversus nostrum textum *in versic. Legali pro-* 3
visione, ex quo colligitur, jus Pontificium dispositionem Juris Civilis sequi: Obstat textus *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, *de constitutionibus*, *cap. fin. de rebus Ecclesiæ*, in quibus juribus cavetur, Principibus secularibus super Ecclesias, res, & personas Ecclesiasticas nullam esse tributam potestatem: adeò ut nec Ecclesia Romana secularibus legibus adstringatur, *cap. inter hæc*, 33. *quæst.* 2. Nec Ecclesiastici judices secundum leges seculi judicare debent, *cap. filius noster. de testamentis*. Cui difficultati ut occurramus, adnotandum est, jura suprà allegata procedere, quando Princeps secularis, aut leges aliquid circa personas, aut res Ecclesiasticas speciaIiter disponunt: tunc enim ex defectu jurisdictionis nullius sunt momenti, *dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ*: Si verò

AD TITUL. DE CAUSA possessionis & proprietatis XII.

Ad textum in cap. Suscepti, 1. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Causa possessionis, & proprietatis sub eodem Judice terminari debet, nec contra absentem est pronunciandum.*
2 *Assignatur ratio.*
Possessionis causa est præparatoria, idcirco de ea prius agendum est, quàm de proprietate.
3 *Leges secularium Principum in defectum Ecclesiasticarum Constitutionum servandæ sunt in foro Ecclesiastico.*
4 *Leges Principum laicorum disponentes super personas, & bona Ecclesiarum, vel Clericorum, ex defectu potestatis nullius sunt momenti.*
5 *Proprietas cum possessione nihil habet commune; & id, quomodo procedat, explicatur.*
6 *Explicatur text.* in l. si de proprietate, C. si à non compet. jud.
7 *Explicatur textus* in cap. ex conquestione, & restit. spoliat.

vero generaliter loquantur nulla facta mentione Eccleſiarum, vel perſonarum Eccleſiaſticarum, tunc à judicibus Eccleſiaſticis ſervandæ ſunt, niſi ſacris Canonibus repugnent, juxta regulam textus *in cap. 1. & 2. de novi operis nuntiatione, capite primo, de juramento calumniæ, cap. veniens, de jurejurando, cap. ut inquiſitionis, de hæreticis, libro ſexto*, notat Decius *in dict. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.* 27. Rebuffus *ad leges Galliæ, tom.* 1. *in proœmio gloſ.* 1. *num.* 62. Morla *in emporio tit.* 1. *in principio, num.* 14.

5 Secundò adverſus primam concluſionis partem, qua docemur, tam poſſeſſionis, quàm proprietatis cauſam ſub eodem Judice terminari debere: Obſtat textus *in l. naturaliter*, 12. §. *nihil commune, ff. de adquirenda poſſeſſione*, ubi docemur, nihil commune habere proprietatem cum poſſeſſione: Igitur rectè poterit utraque cauſa poſſeſſionis, & proprietatis coram diverſis Judicibus tractari. Quia in difficultate dicendum eſt, regulam textus in *dict.* §. *nihil commune*, intelligendam eſſe, quoad eſſentiam, & ſubſtantiam, & adquiſitionem, in quo quidem ſenſu verum eſt dicere, nihil commune habere proprietatem cum poſſeſſione: nam re, & nomine diſtinguuntur: ſecus verò quoad cognitionem, quia tunc cum unius cognitio nimis conducat ad alterius cognitionem, meritò utriuſque cognitio ab uno, eodemque Judice examinanda eſt.

6 Nec obſtabit textus *in l. ſi de proprietate, Cod. ſi à non competenti judice*, ex quo probatur, judicem, qui delegatus fuit ad cauſam proprietatis, ſuper poſſeſſione pronunciare non poſſe. Quia reſpondetur, ideò in illa ſpecie Judicem non potuiſſe de cauſa poſſeſſionis cognoſcere, quia ſpecialiter delegatus fuit ad cognoſcendum tantum de proprietate, & ideò ſententia ab eo lata ſuper poſſeſſione nulla eſt, tanquam à non competenti judice: quæ interpretatio probatur ex ipſiuſmet textus verbis, & tituli rubrica. Caſtellorus *deciſione nona, numero duodecimo, ſub titulo de prælationibus*, Joannes Garcia *de nobilitate, gloſ.* 1. § 2. *numero duodecimo.*

7 Nec huic doctrinæ obſtabit textus *in cap. ex conqueſtione, de reſtitutione ſpoliatorum*, ubi Judices dati ad cauſam proprietatis prius de poſſeſſione cognoſcere potuerunt, & mulierem ſpoliatam reſtituere. Quia reſpondendum eſt, quòd licet in ſpecie illius textus Judices ad petitionem mariti delegati fuerint ad cauſam proprietatis nominatim, cogantur tamen de poſſeſſione cognoſcere; ea nempe ratione, quia beneficio, & natura reconventionis tenebatur cognoſcere, quo mediante, effecti fuerant competentes; cum alàs incompetentes fuiſſent, ex ratione textus in *l. ſi idem cum eodem*, §. *quo mutuæ, ff. de jurisdictione omnium judicum, capite primo*; *verſic. Cujus in agendo. 3. quæſtione octava*, Panorm. & Decius *in cap. at ſi Clerici, de judiciis, numero quadrageſimo octavo*, Julius Clarus *libro quinto, ſententiarum*, §. *fin. quæſtione trigeſima ſexta, numero ſexto.*

8 Tertiò obſtat textus *in cap. finali, de judiciis*, ubi cauſa poſſeſſionis, & proprietatis coram diverſis Judicibus diſceptabatur, videlicet de poſſeſſione coram poteſtate Florentina, & de proprietate coram Epiſcopo Bononienſi. In qua difficultate veriſſimè dicendum eſt, cauſas illas ideò fuiſſe diviſas, quia poteſtas Florentina judex ſecularis erat, ac per conſequens incapax ad cognoſcendum de proprietate contra Religioſos intentata; quare neceſſe fuit, quod ad Eccleſiaſticum judicem remitteretur: at verò textus noſter loquitur, quando Judex competens eſt tam ad poſſeſſorium quàm ad petitorium, Garcia *ubi ſuprà*, *dict.* §. 2. *num.* 11.

9 Nec obſtabit, ſi obiicias poteſtatem Florentinam de poſſeſſione cognoviſſe, ac per conſequens etiam de proprietate potuiſſe cognoſcere. Quia reſpondendum eſt, quod etſi res, de qua diſceptabatur in *dict. cap. fin.* eſſet temporalis, tamen cum regula generalis ſit, quod Actor, etſi ſit Clericus, debeat ſequi forum Rei, *cap. cum ſit generale, de foro competenti*, & Monaſterium convenerit laicos illius Communitatis ſuper re temporali, ideò coram laico Judice poſſeſſorio illa diſceptari debebat. Cum verò Communitas ſuper proprietate Monaſterium conveniret coram eodem Judice ſeculari, & ex conventione illa Monaſterium reus effectus fuiſſet, meritò Communitas laicorum Monaſterii forum ſequi debebat, ex reg. *dict. cap. cum ſit generale.*

Nec obſtabit dicere poteſtatem Florentinam, quæ 10
de poſſeſſione cognovit potuiſſe etiam ratione incidentiæ cognoſcere de proprietate, ex regul. textus *in leg. quoties*, 9. *Cod. de judiciis.* Quia regula illa locum tantum habet in Judice incompetenti, non verò in Judice incapaci. Secundò obſtabit, ſi obiicias, potuiſſe poteſtatem Florentinam de proprietate cognoſcere poſtquam cognovit de poſſeſſione per beneficium reconventionis; nam ſi Clericus laicum coram ſeculari conveniat, poterit ſecularis coram eodem Clericum reconvenire: Nam, aliis omiſſis, reſpondendum eſt, in ſpecie textus in *dict. cap. fin de judiciis*, nullam fuiſſe factam reconventionem; ſed potius facta fuit nova, & ſeparata conventio: quoniam jam dicta erat de poſſeſſione ſententia eo tempore, quo Communitas conveniebat Monaſterium ſuper proprietate, quare tanquam Actor forum Rei ſequi obſtricta fuit, & ſic cognitio ad Eccleſiaſticos fuit devoluta.

Quartò obſtat textus *in cap. cum teneamur*, 17. *de* 11
appellationibus, ubi cum cauſa coram Ordinario penderet, & ab eo ad Superiorem appellatum eſſet, & appellans turbatus fuiſſet in poſſeſſione pendente appellationis judicio, Pontifex reſpondit turbatam poſſeſſionem reformari poſſe à Judice, à quo appellatum eſt: ex cujus ſpecie conſtat proprietatis cauſam ab uno, poſſeſſionis verò ab alio Judice experiri poſſe. Sed in hac difficultate omiſſa communi Interpretum ſententia, ſi mihi permiſſum eſt, ut quod ſentio libere loquar, verius dicendum eſſe exiſtimo, ideò Judicem ordinarium in *dict. cap. cum teneamur*, potuiſſe, tanquam competentem de cauſa poſſeſſionis cognoſcere: quia ante appellationem ipſe meliſque judicii erat competens, & appellatio non tollit, ſed tantum ſuſpendit eam partem, in qua appellatum fuit; argumento textus *in l.* 1. §. *hoc judicio, ff familiæ erciſcundæ*, unde fit, quod cum in proprietate tantum fit appellatum, Judicem ordinarium competentem remanere quoad poſſeſſionem; quare nil mirum, quod non obſtante appellatione deca poſſit cognoſcere. Covarr. *practicarum, quæſt. cap.* 23. *numero tertio.* Menochius *de recuperanda poſſ. remedio* 17. *num.* 37. Aſſl ctus *deciſ.* 93. & 352.

Quintò adverſus ſecundam noſtri textus, & con- 12
cluſionis partem, qua docemur contra partem inauditam, ſententiam non eſſe proferendam, obſtat textus *in l.* 1. §. *interdum, ff. à quibus appellare non licet*, ubi probatur, poſſe Principem appellationem tollere, & tamen appellatio defenſio eſt; ſicut & citatio, *cap. omnis oppreſſus*, 2. *quæſtione ſexta*, ergo dicendum videtur, poſſe Principem, abſque citatione, ac per conſequens contra inauditam partem ſententiam proferre; juxta textum *in cap. ex parte decima tertia, cap. ſuper eo*, 15. cum aliis, *de officio Delegati.* Sed omiſſa in hac parte communi Doctorum ſententia, diſtinguentium inter defenſionem naturalem, & civilem, veriſſimè dicendum eſt, citationem, & appellationem à Principe tolli non poſſe, quotieſcunque ad alicujus defenſionem, neceſſaria eſſe videatur; ſed cum citatio, ſeu appellatio non eſt neceſſaria, tunc à Principe tolli poteſt: quo modo obtinet textus *in dict. l.* 1. Unde cùm ad Principem ſpectet jus ipſum naturale interpretari, argum. *text. in cap. venerabilibus*, 13. *verſic. al. Rationibus, qui filii ſint legitimi*, ipſe ſimiliter poterit declarare, quando competat alicui tala defenſio: & ita rectè poterit modum defenſionis ali-

quando auferre; non poterit tamen Princeps, nisi justa interveniente causa defensionem auferre; sicuti nec potest auferre dominium quæsitum, tam Jure Civili, quàm Jure Gentium.

13 Nec obstat vulgaris, sed difficilis textus *in l. 2. §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publico*, ubi postquam Jurisconsultus prius dixisset, facultatem ædificandi à Principe concessam, debere intelligi sine alterius præjudicio; subdit postea, nisi fortè hoc impetraverit: Ex quo colligitur etiam cum Tertii præjudicio posse. Nam aliis omissis dicendum est, Jurisconsultum in illa specie solius impetrationis fecisse mentionem, an verò justa, vel injusta sit, in ambiguo reliquisse; ut denotaret, quod si non ex justa causa concessisset, injusta dicatur concessio, argum. *text. in l. penultima, ff. de natalibus restituendis.* Nec tunc obstat negativa illa: *Nec nos*, de qua in *nostro textu* mentio habetur, quæ juncta verbo, *potest*, omnino videtur denegare potestatem Principi ad prædictam defensionis interpretationem. Quia dicendum est hoc non procedere, quando occurrit aliqua justa causa, quæ facit cessare legis naturalis obligationes; & sic verba illa: *Non possumus*, intelligenda non sunt absolutè, sed si dixerit; sine justa causa non posse: docet Barbosa *in Collectaneis, ad hunc textum num.* 10.

14 Sextò adversus prædicta obstat textus *in cap. cum sit Romana, §. final. de appellationibus*, ubi adversus absentem, & non citatum, sententia excommunicationis fuit prolata. Cui dubio respondetur: Apostolum ibi sæpe Corinthium illum admonuisse, ut à peccato recederet, antequam excommunicationis sententia fuisset lata: meritò etsi tempore excommunicationis fuisset absens, rectè tamen potuit excommunicari, Suarez *de censuris, disput. 3. sessione 11. num. 9.* Enriquez *tomo 2. lib. 13. de excommunicat. cap. 18. num. 13. littera G.* Nec etiam obstat textus *in cap. dudum, 22. de electione*, ubi contra Præpositum sancti Gregorii absentem sententia fuit prolata. Nam respondetur; quod in illius *textus* specie, dictus Præpositus fuit citatus, & contumax; & ideò justè potuit etiam absens condemnari; *cap. quoniam frequenter, §. porro, ut lite non contestata.* Nec similiter obstat textus *in cap. cum olim, 12. de re judicata*, ibi: *Et ei licet absenti*, ex quibus verbis constat adversus absentem procedi posse. Quia respondetur, ibi, à principio citationem intercessisse; quæ semper præsumitur, quoties quis absens condemnatur: nam ea quæ in jure facta sunt, legitimè facta præsumuntur, argumento textus *in l. qui testamento, ff. de testamentaria tutela*, quomodo similiter est interpretandus textus *in l. 2. §. quod de frumentaria, ff. de administratione rerum ad civitatem pertinentium*, de hac re plura dicemus inferius *in cap. 2. de testibus*, ad quod vos remitto.

Ad textum in cap. Ad ultimum, 2. nostro hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Possessionis, & proprietatis causa simul intentata, potest Judex possessionis causam prius definire, & proprietatem suspendere.*

2 *Ratio assignatur.*

3 *Rescripti forma omnino servanda est, & ad jus commune reduci.*

4 *Cumulatio possessorii, & petitorii, jure Civili, & Canonico prohibita non est.*
Explicatur l. si de vi, 37. ff. de judiciis.

5 *Si de possessorio, & petitorio simul fuerit, potest utrumque unica sententia terminari.*
Explicatur text. in cap. cum Ecclesia Sutrina, hoc titulo.

6 *Judex non impartitur officium suum, nisi petenti. Limitatur hæc regula ut non procedat, quando justa subest causa.*

CONCLUSIO.

SI *de possessione, & proprietate simul actum sit, poterit* 1 *Judex prius causam possessionis definire, & proprietatis causam suspendere.* Idem probat text. *in cap. significaverunt, 36. de testibus, cap. suborta, 21. de re judicata, cap. cum venissent, de constitutionibus, l. ordinarii, 13. Cod. de rei vindication. l. incerti, Cod. de interdictis, l. 22. tit. 2. part. 3.* illustrant Menochius *de arbitrariis lib. 2. casu 371. & de recuperanda remed. 15. n. 368.* Bursatus *cons. 234. vol. 3.* Osascus *in Pedemontanis, decis. 47.* Capicius *decis. 85.* Boerius *decis. 23.* Sahagun, *in cap. 1. de sequestratione possessionis, n. 86.* Fachineus *lib. 8. controversiarum, cap. 7.* Staphilæus *de literis gratiæ, titul. de signatura literarum justitiæ, §. secundum, num. 5.*

Ratio quare cumulatio possessionis, & proprietatis 2 permittitur ea est, quæ ex verbis nostri textus desumitur, ibi: *Gravibus partium sumptibus parcere cupientes.* Ne enim litigantes sumptibus vexentur, docet Pontifex Judicem nominatim delegatum ad utramque causam, simul de utraque cognoscere potuisse, eisdem illis rationibus, quibus jus Civile voluit possessionis, & proprietatis causam coram eodem Judice esse tractandam; ut ita brevior litibus imponeretur finis, & litigantium laboribus, & expensis consuleretur. Rationem verò, quare Judex possit possessionem diffinire, & proprietatem suspendere, assignat Pontifex: quia juris Civilis præceptum est, quod possessionis cognitio præcedat, & ita si juxta regulas juris Canonici possessorio, & petitorio simul agatur, poterit Judex prius possessionem diffinire, & proprietatem suspendere; quia ita jure Civili statutum est, ut docent Scribentes cum Glossa *in præsenti, & in dict. l. naturaliter, 12. §. nil commune ff. de adquirenda possessione.*

Primò adversus nostrum textum obstat *cap. cum* 3 *dilecta, de rescriptis*, ex quo docemur, formam rescripti forma, de quo in *nostro textu*, continebat, ut de possessione & proprietate Judices cognoscerent: ergo non poterat suspensa proprietatis causa de possessione cognoscere. Sed hujus dubii solutio facilis erit, si attendamus *in præsenti*, formam rescripti non fuisse præmissam, imò potius omnino observatam; siquidem regula juris est, quod forma rescripti ad jus commune debeat reduci, *cap. causam, quæ de rescriptis*, & de jure communi cavetur, quod prius de possessione, quàm de proprietate disceptetur, *l. si de vi, ff. de judiciis*, Jason. *in l. causas, numero sexto, Cod. de transactionib.* Ripa *in l. ex facto, ff. de vulgari, numero nono, Jason num. 4.*

Secundò adversus primam nostræ conclusionis par- 4 tem. In qua Summus Pontifex docet judicium possessionis, & proprietatis cumulari posse; eo quod jure Civili cautum sit: Obstat textus *in l. si de vi, 37. ff. de judiciis*, ex quo constat cumulationem judicii possessorii, & petitorii, jure Civili esse prohibitam; quo potius cautum est, Judicem prius de possessione, quàm de proprietate cognoscere debere. Sed in hac difficultate, omissis plurimorum interpretationibus differentiam constituentium inter Jus Civile, Canonicum, verissimè dicendum est, tam Jure Canonico, quàm Jure Civili non esse prohibitam cumulationem judicii petitionis, & possessorii, data possibilitate cumulationis, ut docuit *in textu nostro num. 4.* Nec obstat *dict. l. si de vi*, ex qua non probatur cumulationem prohibitam esse; sed tantum præscribitur, ordinem in processu servandum esse, ita ut prius exploretur, quis sit possessor, quando utraque pars possessorem esse prætendit, ut cognoscatur, quis Reus, quis Actor sit? quare regulariter ibi statuitur prius de possessione agendum esse: quomodo interpretanda sunt jura *in l. exitus contro-*

controverſiæ 35. *ff. de adquirenda poſſeſſione*, *l. ordinarii* 13. *Cod. de rei vindicatione*, *l. incerti juris*, *Cod. de Interdictis*, Cujac. *libro quinto, obſervation. capite vigeſimo ſecundo.*

5 Tertiò adverſus ſecundam noſtræ concluſionis partem, qua docemur, poſſe Judicem ſuper poſſeſſione diffinire, & cauſam proprietatis ſuſpendere, obſtat textus *in cap. cum Eccleſia Sutrina, hoc eodem titulo*, ex quo probatur, quod quoties poſſeſſorio, & petitorio ſimul actum eſt, utrumque poteſt unica ſententia terminari: ergo non poterit Judex petitorium ſuſpendere, & poſſeſſorium diffinire, in cujus textus difficultate omiſſa Bartoli interpretatione *in l. naturaliter*, §. *nihil commune*, *num.* 37. *ff. de adquirenda poſſeſſione*, dicendum eſt, deciſionem *dict. cap. cum Eccleſia Sutrina*, procedere, quando de utroque judicio petitorio, ſcilicet & poſſeſſorio liquet, ex regul. *text. in l. qua de re* 74. *ff. de judiciis*: quando verò ſolum liquet de poſſeſſorio, poteſt ſuper eo ſolo Judex pronunciare, ut in *noſtro textu*, ubi Judex omiſſo petitorio publicavit atteſtationes ſuper poſſeſſorio, quæ ſententia probatur *in cap. ſuborta, de re judicata*: ubi *Gloſſa* 3. *& in cap. ſignificaverunt*, *de teſtibus*, & hoc modo ſimiliter debent interpretari jura *in cap. cum ſuper*, *cap. cum dilectus*, *infra hoc titulo.*

6 Nec obſtabit dicere, quod Judex officium ſuum non debet impartiri, niſi à parte petitum ſit, *l.* 4. §. *hoc autem judicium*, *ff. de damno infecto*, *l. unica*, *Cod. ut quæ deſunt Advocatis*: quia jura limitanda ſunt, quando juſta ſubeſt cauſa: nam tunc Judex poterit, abſque partis petitione officium ſuum impartiri, veluti ſi viderit partes ſe ad rixam, & ſeditiones præparare; quod maturo Judicis judicio relinquitur, *l. æquiſſimum*, 17. *ff. de uſufructu*, Velaſcus *conſultation.* 40. *num.* 18.

Ad textum in cap. Cum Eccleſia Sutrina, 3. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Spoliatus agens ſimul poſſeſſorio, & petitorio judicio, probans in poſſeſſorio obtinet in eo, & ſuccumbet in petitorio ſi in ejus probatione deficiat.*
2 *Ratio aſſignatur.*
3 *Actor allegationem ſuam probare debet.*
Explicatur text. in l. codicillos 5. C. de codicill. & l. ab ea parte ff. de probat.
Reus excipiendo Actor efficitur.
4 *Accuſatori incumbit onus probandi.*
Explicatur text. in l. ubi falſi, Cod. ad l. Cornel. de falſis.
5 *Spoliatus intendens interdictum poſſeſſorium, poteſt ſuſpendere petitorium.*
Explicatur textus in cap. ex conqueſtione, de reſtit. ſpoliat.
6 *Ad acquirendam poſſeſſionem rerum incorporalium, ſcientia, & patientia veri Domini requiritur.*
7 *Poſſeſſio ſolo animo retinetur.*
8 *Judicium proprietatis in ſe continet, & abſorbet judicium poſſeſſionis.*
9 *Epiſcoporum electio ad quos de jure pertineat? diſtinguuntur* 4. *tempora.*
Explicantur text. in cap. 1. 22. diſtinct. *& in* cap. plebs, *cum* ſeq. 63. diſt. *& in* cap. in nomine Domini, 23. diſt.
10 *Præſcriptio deficiente titulo non currit regulariter: fallit niſi ſpatio* 40. *annorum.*
11 *Ad juris eligendi quaſi poſſeſſionem quot actus requirantur?*
In actibus meræ facultatis 30. *actus requiruntur.*
Explicatur text. in l. 1. §. hoc interdicto, de itinere actúque privat.

CONCLUSIO.

1 *Spoliatus agens ſimul poſſeſſorio, & petitorio judicio, ſi probet ſpolium, non verò proprietatem, obtinet in poſſeſſorio, ſuccumbet tamen in petitorio.* Conſonat textus *in cap. cum ſuper* 4. *cap. cum dilectus*, 6. *hoc titul. cap.* 1. *de reſtitutione ſpoliatorum*, *cap.* 2. *de capellis Monachorum*, *cap. conſtitutus*, *de filiis presbyterorum*, diſputant Covarr. *libro primo*, *variarum*, *cap.* 17. *à numero decimo*, Idem *in regula*, *poſſeſſor*, 2. *part.* §. 10. Fachineus *lib.* 18. *cap.* 9. Nicolaus Garcia *tom.* 1. *de beneficiis*, 5. *part. cap.* 5. *num.* 59. Valaſcus *conſultation.* 58. Padilla *in l.* 2. *num.* 19. *Cod. de ſervitutibus*, Maſcard. *de probationib. tom.* 3. *concluſ.* 1326. Azevedus *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *Compilationis*, Menoch. *de recuperanda, remed.* 15. *à num.* 396.

2 Ratio eſt, quia poſſeſſio, & proprietas *in præſenti* ab omnibus in judicium fuit deducta; meritò & jure optimo de utraque ſimul actum, & pronunciatum eſt; obtinuiſſe tamen Clericos in poſſeſſorio, quia in interdicto recuperandæ ſufficit poſſeſſionem, & ſpoliationem probare, *l. ſi quis ad ſe fundum*, *Cod. ad legem Juliam de vi*: & cum Clerici probaſſent in electionibus trium Epiſcoporum immediatè interfuiſſe & eis invitis, & excluſis ultimam electionem factam fuiſſe, rectè pronunciavit Pontifex eos eſſe reſtituendos, & electionem eis excluſis factam minimè voluiſſe, privantur tamen Clerici proprietate, quia tanquam actores plenè probare debebant, & in ea nihil probarunt, nam Actore non probante Reus, etſi nihil præſtiterit, abſolvendus eſt, *l.* 2. *l. ab ea parte*, *ff. de probationibus*, cum *vulgatis.*

3 Primò obſtat textus *in l. nec codicillos* 5. *C. de codicillis*, ubi ſi filius petenti aliquid ex codicillis patris, negaverit patrem fuiſſe ſanæ mentis: Conſultus ait filium negantem teneri ad probandam ſuam allegationem. Igitur non rectè in ſpecie noſtri *textus* docemur, ad Actorem omnino onus probandi pertinere debere. Sed huic difficultati ſatisfaciendum eſt ex communi Doctorum traditione; quod in ſpecie *dict. leg. nec codicillos*, nihil contra prædictam regulam probatur: nam ibi ratio negativè concepta, verè affirmativa eſt, quia filius objiciens patrem non fuiſſe ſanæ mentis, affirmat in re fuiſſe dementem, & ea exceptione contra codicillos utitur, atque ideo eam probare debet, quoniam in exceptionibus Reus Actor eſt, *l.* 2. *ff. de exceptionibus*, *l. actor*, *Cod. de probationibus*. Nec etiam 4 obſtat textus *in l. ab ea parte* 5. *ff. de probationibus*, ubi ſi quis negat emancipationem rectè factam, probationem ipſam præſtare debet, quia negatio illa potius affirmatio eſt; eſt enim affirmare eo caſu legis prohibitionem adeſſe, ideòque ab ipſo Reo, qui eam allegavit probanda eſt, *l. in exceptionibus*, *ff. de probationibus*. Nec ſimiliter obſtant jura *in l. cum pater*, 77. §. *rogo*, *ff. de legatis* 2. *l. ſervos* 20. *ff. de manumiſſis teſtamento*, in quibus ſimiliter dicendum eſt, negationem de qua *ibi*, affirmationem fuiſſe, ut docent communiter Doctores.

Secundò obſtat textus *in l. ubi falſi*, *Cod. ad legem* 5 *Corneliam de falſis*, ubi onus probandi non in totum incumbat accuſatori, ut conſtat ex *verbis text.* ibi: *Nec probationis ei tota neceſſitas indicatur.* Sed in hac difficultate, omiſſa interpretatione exiſtimantium, crimen falſi à prædicta regula excipi debere: veriſſimè eſt dicendum, Imperatorem *ibi* non ſignificare accuſatori non eſſe indicendum onus probandi, ſed Reos ſed tantum denotat, quanta in crimine falſi debeat eſſe Judicis attentio, ut ſcilicet medius ſit inter accuſatorem, & Reum: utrumque ita interrogans, ut melius inveſtigare poſſit veritatem; non tamen negat quod ſi nihil probatum eſt, Reus non ſit abſolvendus, Donell. *lib.* 25. *Commentarior. cap.* 2. Nec obſtat text. *in l.*

fis. C. de absolutionibus, ubi in criminibus læsæ Majestatis, peculatus, & similibus, Reus urgeri debet ad probanda quæ negat. Quia *ibi* non compellitur ad probanda quæ negavit, sed ad purganda, purgare enim nihil aliud est, quàm rationem reddere, cur, aut quo animo factum sit, *l. si quis Reus, ff. de publicis judiciis.*

6 Tertiò obstat text. *in cap. ex conquestione, de restitutione spoliatorum*, ubi contra agentem Interdicto, *unde vi*, non admittitur quæstio dominii: ergo nec *in præsenti* Canonici adversus Clericos ad quæstionem proprietatis, seu jus eligendi admitti poterant. Qua in difficultate, aliis omissis, dicendum est, in specie nostri *textus* Clericos in judicium deduxisse possessionem, & proprietatem simul, & cum spoliatus agit, rei vindicatione renunciare videtur Interdictum possessorium, *cap. 1. de restitutione spoliatorum*, *l. si quis in conscribendo, Cod. de pactis*: at verò textus in *dicto cap. ex conquestione*, procedit, quando spoliatus solum intentat Interdictum possessorium suspendens petitorium, *cap. in literis, de restitutione spoliatorum*, Menoch. *de recuperandæ remed.* 1. *num.* 10. Abbas *in præsenti, num.* 15. Ripa *num.* 17.

7 Quartò obstabit dicere, sententiam super spoliatione *in præsenti*, nullo modo proferri potuisse: nam quemadmodum ad adquirendam quasi possessionem rerum incorporalium, scientia, & patientia veri domini desideratur, *l. quoties*, 20. *ff. de servitutibus, l.* 2. *consentiente, Cod. de servitutibus, & aqua*; sic similiter ad admittendam hanc quasi possessionem jurium incorporalium scientia, & patientia omnino desideratur, cum possessio solo animo retineatur, *l. possideri* 2. §. *in amittenda ff. de adquirenda possessione*, sed *in præsenti*, Clerici invitì exclusi fuerunt, ut ex litera constat: ergo nullo modo quasi possessionem juris eligendi amiserunt, ac per consequens malè *in præsenti* de spoliatione disputatur, cùm possessio illa non fuisset amissa. Cui difficultati respondendum est, quod quamvis verum sit, quod solo animo possessio retineatur; tamen certum est, quod si vi alius incipiat possidere, possessio amittitur: nam alias adversus possidentem non daretur Interdictum recuperandæ, *in l.* 1. *& per totum tit. de vi, & vi armata.* Nec obstabit dicere vi dejectum animum retinendi possessionem habere, cum animum amittendi non habuisset: quia dicendum est, tunc nos animum retinendi possessionis habere, cum in potestate nostra est, cum liberè possimus possessionem apprehendere, *l.* 3. §. *Nerva filius. ff. de adquirenda possessione*, Ofual l. ad [illegible] *lib.* 5. *Comment. cap.* 13. *litera A* meritò Cleri[illegible] *præsenti* non potuerunt animo possessionem [illegible] dem ab illa vi Canonici dejecti fuerunt.

8 Quintò obstabit dicere, quod judicium proprietatis absolvit, & in se continet possessionis eruditam *cap. [illegible] dilectus, hoc tit. cap.* 1. *de restitutione spoliatorum* [illegible] restitutio Clericorum *in præsenti* momentanea, & [illegible] effectu fuit, cum jam constaret de proprietate; [illegible] non facienda, argum. *text. in l. qui sic solvit*, 54. *de solutionibus*, maximè cum circuitus semper sit vitandus, *l. dominus testamento, ff. de condition. indebiti.* Sed huic considerationi verissimè est dicendum *in præsenti* non fuisse supervacuam restitutionis sententiam in quasi possessione eligendi prolatam; quia electionis validitas, seu nullitas pendebat ex eo, an Clerici ejecti ab electione obtineant, vel succumbant in probatione possessionis: nam si in illa obtinent, electio, eis exclusis, facta, inutilis erit, juxta textum *in cap. querelam, de electione*, siquidem Canonici non poterant Clericos, absque jussu Judicis ab illa possessione ejicere, *l. si quis in tantam, C. unde vi*: meritò sententia quasi possessionis *in præsenti* non fuit supervacua, imò potius, & omnino necessaria, Abbas *in præsenti, num.* 16.

9 Sextò adversus nostrum textum, quatenus supponit Canonicos in proprietate electionis obtinuisse, obstabit dicere, quod Episcoporum electio non ad Canonicos, sed ad Pontificem spectat, *cap.* 1. 22. *distinct.* ergo nullo modo poterant Canonici in proprietate juris eligendi obtinere, etiamsi Clerici nihil probassent. Augeturque difficultas, ex textu *in cap. plebs*, cum sequentibus, 63. *distinction. cap. in nomine domini*, 23. *distinction.* in quibus juribus proponitur populo, & clero electiones Episcoporum competere. Sed huic dubio dicendum erit jura supra adducta, referenda esse ad temporis qualitatem, & mutationem circa Episcoporum electiones: nam Primo Apostoli à Domino electi sunt, *Lucæ cap.* 6. Matthæi *cap.* 3. Secundo tempore, à toto populo, & Clero eligebantur, & ita obtinet text. *in dict. c. plebs, dict. cap. in nomine domini.* Tertium tempus successit, in quo Principibus Christianis ex privilegio electio Episcoporum competebat, *cap. vota*, 27. §. *Principibus*, 63. *distinctione.* Successit postea Quartum tempus, in quo hæc potestas fuit concessa Canonicis simul, & Religiosis, de quo mentio habetur *in cap. obeuntibus*, 63. *distinctione.* Quintum verò tempus fuit, in quo eligendi potestas Canonicis, seu Ecclesiarum Capitulis fuit concessa, ut habetur *in cap.* 1. *cap. cum terra*, 14. cum aliis, *de electione*, & de hac juris communis eligendi potestate Canonicis tributa, est intelligendus textus noster, latè Duaren. *de sacris Ecclesiæ ministeriis lib.* 5. *cap.* 1. hæc quidem eligendi potestas à Canonicis fuit adempta in *Regula secunda Cancellariæ*, Garcia *de beneficiis*, 5. *part. capite primo, num.* 218. Gregor. Lopez *in leg.* 18. *tit.* 5. *parte prima.*

Septimò his omnibus obstabit dicere, quod si hæc 10
electio à jure communi *in præsenti* Canonicis competeret, nulla præscriptio Clericis contra jus commune adversus Canonicos daretur, præcipuè deficiente titulo, *cap. dudum, de electione, cap.* 1. *de præscriptionibus, lib.* 6. *cap. si diligenti, de præscriptionibus.* At hæc electio solo tempore, absque titulo à Clericis præscribi potest, ut constat ex verbis *nostri textus* ibi: *Jus eligendi propter brevitatem temporis, &c.* Ergo si jus commune in electione à Canonicis patrocinaretur, & Clericis resisteret, non sufficeret tempus, sed simul cum tempore titulus deficeret. Cui dubio, omissa Glossæ interpretatione *in præsenti*, verbo *Brevitatem*, verissimè dicendum est *in præsenti* Clericos potuisse hoc jus eligendi, *sine* [illegible] habere spatio 40. annorum, quia Clerici cum [illegible] cum Canonicis præscriptionem juris [illegible] ætendebant: meritò quamvis aliqua juris [illegible] ssentia tamen eo in casu non fuit necessarius [illegible] d sufficere potuit bona fides cum temporis [illegible] one, ut ex finalibus verbis *nostri textus* colligitur: [illegible] verò observaretur, si totum jus eligendi [illegible] tam, absque Canonicis, pertinere curassent: nam [illegible] præscriptione illa titulus etiam desideraretur, juxta textum *in dict. cap. si diligenti, de præscriptionibus*, cum aliis *supra* in argumento adductis.

Octavò adversus nostrum textum *in versic. Trium Epis-* 11
coporum, &c. Obstabit textus *in l.* 1. §. *hoc interdicto, ff. de itinere, actuque privato*, ubi constat, quod ad hoc ut quis in quasi possessione juris incorporalis tueatur, triginta actus præcisè desiderantur: ergo malè *in præsenti* Clericis ad quasi possessionem juris eligendi sufficiunt tres actus eligendi. Huic tamen difficultati communiter respondetur decisionem textus *in dict.* §. *hoc interdicto*, procedere in actibus, qui aliquando exercentur jure familiaritatis, veluti transitus per agrum alienum: At verò in cæteris actibus, in quibus non jure familiaritatis, sed jure proprio proceditur, unus actus sufficit, etiam quoad præsentationem, *cap. sive vero, de jure patronatus, l.* 2. §. *quod autem, & §. Aristo, ff. de aqua quotidiana.* Nec obstat textus noster ubi tres actus desiderantur, quia in eo tantum facti species proponitur, & partium allegationes referuntur: præcipuè quia *in præsenti* Clerici non tantum intendebant, quasi possessionem eligendi probare; verum etiam & ejus proprietatem, Covarruvias *in reg. possessor, 2. part. in princip. num.* 6. Molina *lib.* 1. *de primogeniis, cap.* 22. Menochius *de recuperanda: remed.* 1. *num.* 12. latè Augustinus Barbosa *in collectaneis ad hunc textum, versic. Quod in trium Episcoporum electionibus, num.* 10.

Ad textum in cap. Paſtoralis, 5. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Agens prius petitorio, ante concluſionem in cauſa, poſſeſſorio agere poterit; poſtea verò non niſi ex juſta cauſa.*
2 *Ratio aſſignatur.*
Res quælibet de facili revertitur ad ſuam naturam.
3 *Quoties plures competunt actiones, una electa, cæteræ cenſentur ſublatæ.*
4 *Explicatur text.* in Authentica, qui ſemel, C. quomodo, & quando judex.
5 *Explicatur text.* in l. fundum 18. §. fin. verſic. Pendente judicio, ff. de vi, & vi arm.
6 *An in ſecunda inſtantia ſuſpendi poſſit petitorium, & agi de judicio poſſeſſorio.*
Explicatur Clementin. unica, hoc titul. & num. 7. & 8.
7 *Verbum*, decernimus, *jus novum inducit.*
9 *Spoliatus ſi expreſsè conſentiat de proprietate agi, privilegio ſpolii renunciaſſe cenſetur; & quomodo hoc procedat, ibi traditur, & num.* 17.
10 *Quando libellus obſcurus eſt, poteſt interrogari Actor quo jure uti velit.*
11 *Sententia certa ſuper incerto libello proferri non poteſt.*
12 *Interdictum* quorum legatorum, *admittitur cum judicio petitorio de petitione hæreditatis.*
13 *Libellus alternetivus in judicio admitti poteſt.*
14 *Interdictum* adipiſcendæ, vel recuperandæ, ſimul, & retinendæ, uti poſſidetis, *cumulari poſſunt, quando nulla datur repugnantia, & numero decimo ſexto.*
Explicatur l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de adquirend. poſſeſſion. *& num.* 17.
15 *Petitorium intentans, adverſarium poſſidere ſupponit; qui verò poſſeſſorium, ſeipſum poſſidere fatetur.*
16 *Contraria allegans non auditur.*
18 *Explicantur textus* in cap. cum Eccleſia Sutrina, cap. cum ſuper, cap. cum dilectus hoc titulo.

CONCLUSIO.

1 *QUi prius egit de petitorio, poterit ante concluſionem in cauſa agere poſſeſſorio adipiſcendæ, vel recuperandæ: poſt concluſionem verò, non poterit, niſi juſta ſubſit cauſa*: Conſonat textus in *capite primo, & ſecundo, hoc titulo, cap. ſignificaverunt*, 36. *de teſtibus, Clementina unica, hoc titul. l. cùm fundum*, 18. §. *final. ff. de vi, & vi armata, l.* 27. *tit.* 2. *parte tertia, l.* 8. *titul.* 11. *libro ſecundo, Compilationis*, tractant Menochius *de retinenda, remedio* 3. *à num.* 307. Fachineus *libro octavo, controverſiarum, capite ſexto*, Garcia *de nobilitate, gloſ.* 11. Scaccia *de appellationibus, quæſtione decima ſeptima, limitatione* 6. *membro* 9. *numero* 107. Paulus Æmilius, 2. *part. deciſion.* 371. *cum ſequentibus, & 3. parte, deciſione* 143. Goveanus *lib.* 1. *variarum, cap.* 3. Cujac. *lib.* 7. *obſervationum, cap.* 37.

2 Ratio eſt, quia ordo juris poſtulat, ut prius de poſſeſſione, quàm de proprietate agatur, diximus ſuprà *in cap.* 1. *hoc tit.* unde cum res facile ad ſuam naturam revertatur, *l. ſi unus, §. pactus, ff. de pactis*, meritò is, qui prius egit petitorio, eo ſuſpenſo, poterit ante concluſionem de poſſeſſorio agere; poſt concluſionem verò non poterit: nam uti noſter *textus* affirmat, aliàs lites fierent immortales, & ex litibus lites orirentur, juxta textum *in terminato, C. de judiciis, & litium expenſis*. ſi quidem per concluſionem in cauſa, litigantes renunciaſſe videntur omnibus probationibus, & allegationibus, *Clementin.* 2. *de teſtibus*, cum idem ſit cauſam eſſe deciſam, vel poſt concluſionem deciſioni proximam; *l. ſi rem*, 29. §. *fin. de ſolutionibus*: poterit tamen etiam poſt concluſionem agere, ſi cauſa ita poſtulaverit, veluti ſi poſt concluſionem in petitorio ſpoliatus fuiſſet: nam id in odium ſpoliantis eſt permiſſum, *argumen. textus in l. meminerim*, cum aliis, *C. unde vi.*

3 Primò obſtat principium illud, quo docemur, quod quoties competunt plures actiones, una electa, cæteræ omnes cenſentur ſublatæ, *l. ſi mulier*, 21. §. *fin. ff. quod metus cauſa, l. quod in hæredem*, §. 1. *ff. de tributoria actione, l.* 4. §. *fin. ff. quod cum eo: l. habebat*, 3. *ff. de inſtitoria actione, l nemo* 43. §. *quoties. ff. de regul. juris*: ergo cum in ſpecie noſtri textus pars elegerit petitorium judicium, poſtea ad poſſeſſorium nullum habebit regreſſum. Verum hæc difficultas ex eo diſſolvitur, quia jura in argumento adducta procedunt, quando actiones, & remedia ſunt omnino inter ſe contraria, & repugnantia origine, & effectu, *l.* 1. *ff. de furtis*: At verò textus noſter procedit, quando remedia non ſunt contraria, ſed tantum diverſa: qualia ſunt judicium poſſeſſorium & petitorium: nam cum ad eandem rem pertineant, rectè cumulari poſſunt, *cap.* 2. *hoc tit.* Decius *in præſenti num.* 2. Nec ſolutioni obſtat 4
textus *in authentica, qui ſemel, C. quomodo, & quando judex* ubi is qui ſemel in judicio proponit, tenetur illam uſque ad finem litis perſequi, quia textus ille procedit, quando Actor jam cauſa coepta, ſine juſta cauſa ab actione deſiſtit: At verò textus noſter procedit, quando juſta ſubeſt cauſa, ut à petitorio deſiſtat, & ad poſſeſſorium revertatur, quod jure ſingulari propter ejus favorem fuit introducta, Jaſ. *in dict. authentica, qui ſemel.*

Secundò obſtat textus *in l. fundum* 18. §. *final. verſic.* 5
Pendente judicio, ff. de vi, & vi armata, ubi non ſolùm ante concluſionem, verum etiam poſt eam pendente judicio ante ſententiam licet poſſeſſorium intentare. Sed omiſſa communi Doctorum ſententia aſſerentium id procedere de Jure Cæſareo, textum verò noſtrum de jure Pontificio; quæ convincitur ex noſtri textus verbis, verſicul. *Cum legali, &c.* veriſſimè tamen dicendum eſt, quod verba textus *in dicto* §. *final.* verſicul. *Pendente judicio* ſunt referenda, quoad partes ipſas; quia quoad illas pendeat, uſque ad cauſam concluſam: quoniam ulteriùs non audiuntur, *cap. cum dilectus, de fide inſtrumentorum, Gloſſa* 1. *in cap.* 1. *de mutuis petitionibus*. Nec 6
obſtat textus *in Clementin. unica, hoc tit.* ubi in ſecunda inſtantia eſt licitum petitorium ſuſpendere, & de poſſeſſorio diſceptare: quia textus *in dict. Clementina unica*, procedit de jure novo in cauſis beneficialibus ad Sedem Apoſtolicam per appellationem legitimè devolutis, in quibus permiſſum eſt, quod etiamſi in prima inſtantia de ſolo petitorio fuerit actum, eo ſuſpenſo poſſit agi de poſſeſſorio: quæ interpretatio deducitur 7
ex illo verbo: *Decernimus*, quod jus novum inducit, *cap. diſpendia*, §. *reus quoque, de reſcriptis, lib.* 6. *cap. decernimus, de judiciis, l. decernimus*, 36. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, l.* 3. *C. de Epiſcopali Audientia, cap. decernimus, de ſententia excommunicationis, lib.* 6. Accedit etiam, quod Romanus Pontifex ſupremus eſt, & omnium Ordinariorum Judex ordinarius, *cap. cuncta per mundum*, 9. *quæſt.* 3. *cap. omnes, cap. Sacroſancta*, 22. *diſtinctione, Extravag. unam Sanctam, de majoritate, & obedientia*: ideò rectè potuit ſpecialitatem illam in cauſis beneficialibus per appellationem ad Sedem Apoſtolicam devolutis conſtituere; præcipuè cum in illis ordo juris non obſervetur, *Clementina, diſpendioſam, de judiciis, Clementina ſæpè, de verborum ſignificatione*, quæ ſpecialitas, & novum illud jus conſtituitur, quia ſi appellatione interpoſita ad Pontificem, iterum ſuper poſſeſſione ad judicem primæ inſtantiæ reverteretur, daretur maxima dilatio, quæ in beneficiis damnoſa eſt, *cap.* 2. *cap. quia diverſitatem, de conceſſione prabendæ.*

Tertio

8 Tertiò obſtabit dicere, quod *in dicta Clementina* 1. *in 2. parte*, nil novi eſt additum: ſiquidem noſtri textus deciſione is qui prius de petitorio egit ante cauſæ concluſionem, poterit de poſſeſſorio judicio agere. Cui dubio eſt reſpondendum, quod ſpecialitas in eo eſt, & ad id fuit neceſſaria nova illa Clementis V. deciſio, ut cumulatio poſt appellationem admittatur: nam cùm appellatio, ſive fiat ante ſententiam, poſt litem conteſtatam, ſive poſt ſententiam, cum ad Judicem appellantis juriſdictio tantum devolvatur in eo articulo, ſuper quo appellatio interpoſita fuit, *cap. final. verſ.* Appellatore, 2. *quæſt.* 6. *cap. cum teneamur*, 17. *de appellationibus*, & cum judex de proprietate datus, de poſſeſſione cognoſcere non poſſit, *l. ſi de poſſeſſione*, *C. ſi à non competenti judice*, meritò neceſſariò ſequitur, quod Judex ad quem ſolum ſuper proprietate fuerat appellatum, non poſſet de poſſeſſione cognoſcere, cum de ea nihil fuiſſe actum, & ideo jus ſingulare deducitur *in dict. Clementin. unica, hoc titul.* quod etſi in cauſis beneficialibus non ſit ad Sedem Apoſtolicam ſuper utrumque appellatum, poterit tam Actor, quàm Reus, ſuſpenſo petitorio, contra Actorem de poſſeſſorio agere, & Judex appellantis de utroque judicio cognoſcere, quamvis de utroque non fuerit coram judice inferiori actum, Baldus *in præſenti*, *numer.* 4. Imola *num.* 7. Covarruvias *lib.* 1. *variarum*, *capit.* 16. *numer.* 13. Garcia *de nobilitat. gloſſa* 1. §. 2. *numer.* 23.

9 Quartò obſtabit dicere, quod ſi ſpoliatus, tacitè, vel expreſsè agi conſenſerit de proprietate, videtur renunciaſſe privilegio ſpolii, *cap. cum ſuper, hoc tit. c.* 6. *de reſtitutione ſpoliatorum*: ergo cum *in præſenti* ſpoliatus elegerit de proprietate agere, videtur ſpolio renunciaſſe, ac per conſequens ad illud nullum habebit regreſſum. Cui dubio ut occurras, animadvertere debes, quod ſpoliatus, qui à principio proprietatem intentavit, non videtur ſpolii privilegio renuntiaſſe, & cum nihil contrarium poſſeſſorio Interdicto egiſſet, rectè poterat petitorium ſuſpendere, & de poſſeſſorio agere: & ita obtinet *textus noſter*: ſecus verò dicendum, quando à principio cæpit poſſeſſorio Interdicto agere, & antequam ſibi facta fuiſſet reſtitutio, conſenſit, ut prius de proprietate ageretur: nam hoc in caſu privilegio poſſeſſorio renuntiaſſe videtur, nec ad illud regreſſum habebit, juxta textum *in l. quæritur*, 14. *verſ.* Remittentibus, *ff. de ædilitio edicto*, & ita obtinent jura in argumento adducta, Decius *in præſenti*, *num.* 5. Imola *num.* 2.

10 Quintò his omnibus obſtant valdè noſtri text. verba: ibi: *Inter ipſa juris auſpicia requiſitus, quo malit experiri judicio*, *&c.* Ex quibus verbis conſtat, quod in ſpecie noſtri textus Actor fuit interrogatus, quo vellet experiri judicio, an poſſeſſorio, an petitorio, denotans non potuiſſe ſimul agere. Sed huic dubio reſpondendum eſt, prædictam interrogationem *in præſenti* ob id factam fuiſſe, quia ex libello non expreſsè conſtabat actorem voluiſſe utrumque judicium cumulare, erat namque libellus adeò incertus, obſcurus, & generalis, ut referri poſſet ad ſolam poſſeſſionem, vel ad ſolam proprietatem, & cum ſuper incerto libello certa non poſſit proferri ſententia, *paragrapho curare*, *Inſtitut. de actionibus*, meritò juſta de cauſa Actor fuit interrogatus, qua
11 actione experiri vellet, Garcia *de nobilitate, gloſſa prima*, §. 2. *numer.* 25. Menochius *de retinenda, remedio* 3. *numer.* 231.

12 Neque obſtabit textus *in l.* 1. §. *quod autem. ff. quorum legatorum*, ubi cumulatio Interdicti *quorum legatorum*, quod eſt remedium adipiſcendæ, cum judicio petitorio de petitione hæreditatis admittitur, præcipuè propter incertitudinem, ex parte Rei conventi; ex cujus deciſione conſtat extra illam incertitudinis cauſam, cumulationem petitorii, & poſſeſſorii non eſſe admittendam: Quia dicendum eſt, quod *ibi* non attenditur ratio illa incertitudinis Rei conventi, ſed ſolum attenditur cumulatio illa ad hoc, ut libellus ille alternativus, & incertus recipiatur; quoniam actor tantummodo altero judicio agere volebat, utrumque propter incertitudinem alternativè propoſuit: nam licet libellus obſcurus non admittatur, tamen alternativus admittitur, Pi-13
nellus *in l. 2. 3. part. cap. 3. num.* 8. *Cod. de reſcindenda vend.* Baldus *ibi. num.* 19.

Sextò obſtat text. *in dict. l. naturaliter* §. *nihil commu-* 14
ne, de adquirenda poſſeſſione, ubi non ſolum ante concluſionem permittitur agere adipiſcendæ, vel recuperandæ poſſeſſionis remedio, verum etiam retinendæ *uti poſſidetis*: ergo non rectè in ſpecie *noſtri textus*, in verſicul. *Aliis poſſeſſoriis*, id omnino negatur. Cui dubio eſt veriſſimè dicendum, deciſionem text. *in dict.* §. *nihil commune*, intelligendum eſſe in terminis illis, in quibus nulla datur repugnantia inter poſſeſſorium retinendæ, & petitorium judicium: ſicut enim deciſio textus noſtri, quæ ſolum loquitur in poſſeſſorio adipiſcendæ, & recuperandæ, limitatur in illis caſibus, in quibus repugnat cumulatio horum judiciorum cum petitorio: ſimiliter etiam deciſio textus *in dict.* §. *nihil commune*, intelligi debet in caſibus, in quibus inter poſſeſſorium, & petitorium retinendæ non datur repugnantia, vel quia Actor rei vindicationem intentans non erat certus de ſua poſſeſſione, Cujacius *lib.* 7. *obſerv. cap.* 37. Fachineus *libr.* 8. *controverſiarum cap.* 6. Goveanus *libr. primo*, *variarum cap.* 3.

Septimò ſolutioni obſtabit dicere, quod is qui prius 15
egit de petitorio, neque etiam ante concluſionem poterit de poſſeſſorio agere; nam qui intentat petitorium, adverſarium poſſidere proclamat, *cap. examinata*, 15. & *ibi* Gloſſa, *verbo*, Poſſidebat, *in princip. de judiciis*, ſi enim intentat poſſeſſorium retinendæ, fatetur poſſidere, *cap. licet cauſam*, 9. *de probationibus*: ergo tanquam allegans in judicio contraria, audiri non debet; *cap. ſolicitudinem* 54. *in fine, de appellationibus*, *l.* 2. §. *ſed etſi, ff. quando appellandum ſit*, *l.* 1. *C. de furtis*. Cui dubio communiter dici ſolet, quod licet verum ſit, quod contrarium allegans non audiatur; tamen negari ſolet *in præſenti* contrarietatem eſſe; cùm textus noſter ſolummodo loquatur de interdicto poſſeſſorio adipiſcendæ, vel recuperandæ, in quibus cum petitorio judicio nulla extat repugnantia, *dict. l. naturaliter*, §. *nihil commune*, *Clementin. unica*, *hoc titul.* argumentum verò ſupra propoſitum locum habere in judicio poſſeſſorio retinendæ, in quo repugnantia cum proprietate extat: Gloſſa *in præſenti*, *verbo*: Quod de recuperanda, *apud medium.*

Nec Ulpianus *in d.* §. *nihil commune*, cogitavit de cu- 16
mulatione poſſeſſorii & petitorii Interdicti, ſed tantum quæſtioni ſibi propoſitæ reſpondit rogatus, nempe an is qui prius egerat rei vindicatione, admittendus eſſet, ſi poſtea intentaſſet poſſeſſorium retinendæ? & eleganter reſpondit ſicut Papinianus interdicto recuperandæ, reſponderat *in leg. cum fundum*, 28. §. *fin. de vi, & vi armata*, non eſſe renunciatum poſſeſſorio retinendæ, ex eo ſolum, quod quis rei vindicationem prius experiri cœpiſſet, rationem ex Papiniano reddens nihil habere commune proprietatem cum poſſeſſione: qua etiam uſus fuit Venuleius *in leg. permiſceri*, 52. *digeſtis*, *de adquirenda poſſeſſione*, & Julius Paulus *in leg. & an* 14. *paragrapho fin. de exceptione rei judicatæ.*

Neque obſtabit, ſi dixeris, quod etſi *in dict.* §. *nihil* 17
commune, non agatur de cumulatione, ſed de ſuſpenſione petitorii; tamen contrarietas ſuprà adducta vitari non poterit. Quia hæc difficultas diſſolvitur, ſi dixeris deciſionem textus *in dict.* §. *nihil commune*, agere de diverſis poſſeſſionum ſpeciebus, veluti cum quis naturaliter poſſidet clam, vel precariò, & egerit vindicatione; & quia is me inquietaret in poſſeſſione civili, poſſum agere retinendæ, ſeu *uti poſſidetis* Interdicto, quæ cumulatio rectè admittitur; cum nulla adſit contrarietas proter diverſas poſſeſſionum ſpecies, notat Gloſ. fin. *in d.* §. *nihil commune*, Bald. & Paul. *in l. ordinarii* 17. *de rei vind.* Abb. *in præſenti*, *n.* 22. Mant. *n.* 33. Men. *de retinenda, remed.* 3. *num.* 533.

Octavò

Octavò contra ultima noſtri text. verba, ibi : *Agi poſſeſſorio non negamus, &c.* Obſtabit textus *in cap. cum Eccleſia Sutrina, cap. cum ſuper, cap. cum dilectus, hoc tit.* ubi conſtat, quod ſi utrumque petitorium, & poſſeſſorium fuerit in judicio deductum, ſuper utrumque etiam ſententia ferri debet, & ſuper proprietate lata in executione præfertur: ergo *in præſenti* facultas agendi ſuper poſſeſſione inutilis videtur, cum prius fuerit actum de petitorio. Cui difficultati reſponderi debet, quod jura in *arg.* adducta procedunt, quando ſententia ferenda eſt ſimul ſuper utrumque: At verò in noſtro *textu*, cumulatio non datur ad effectum, ut de utroque agatur, ſed tantum ad effectum ſuſpendendi, quo in caſu non debet ſuper utroque ſententia pronunciari, *cap. ſignificaverunt, de teſtibus, cap. ex conqueſtione, de reſtitutione ſpoliatorum, Clemen. unica, hoc tit.* ideòque non eſt ſuperflua ſuſpenſio, de qua *in præſenti*, cum per eam ſolum terminetur cauſa poſſeſſionis, & ea finita, poterunt partes litigantes ad proprietatem redire. 18

Ad textum in cap. Cum dilectus, 6. hoc titulo.

DE materia hujus textus, latè ſupra diximus *in cap. 2. & 5. hoc titulo.*

Ad textum in cap. Cum olim, 7. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Probata quaſi poſſeſſione collatoris, obtinet inſtitutus, reſervata contra collatorem prorietate juris conferendi diſcutienda.*
2 *Ratio aſſignatur.*
Fructus ad bonæ fidei poſſeſſorem ſpectat.
Collatio beneficiorum inter fructus computatur.
3 *Beneficiorum longa vacatio eſt contra publicam utilitatem.*
4 *Beneficiorum ac dignitatum collatio ad quem ſpectet de jure communi?*
5 *Reſervatio proprietatis, vel poſſeſſionis, quando fieri debeat.*
6 *Sententia lata in poſſeſſorio non parit exceptionem rei judicatæ in petitorio.*
7 *Inſtitutus ab eo qui eſt in quaſi poſſeſſione conferendi, ſecurus manet, licet jus conferendi à collatore vincatur.*

CONCLUSIO.

1 *PRobata quaſi poſſeſſione collatoris obtinet inſtitutus, reſervata contra collatorem proprietate.* Idem probat text. *in cap. querelam, 24. de electione, cap. conſultationibus, 19. de Jure Patronatus, cap. cum ſuper, cap. quamvis, de re judicata, l. 9. tit. 15. part. 1. l. 20. tit. 22. part. 3.* docent Guttierrez *conſilio 4. num. 34.* Gonçalez *ad regulam 8. Cancellariæ, gloſſa 18. num. 22. & gloſſa 45. §. 2. num. 4.* Garc. *de beneficiis 1. tom. 5. part. cap. 5.* Duarenus *l. 3. de Sacris Eccleſiæ miniſteriis, c. 9.* Tiraquellus *de jure mariti gloſſa 8. n. 147.* Selva *de beneficiis, 2. part. qu. 7.* Rochus *de jure Patronatus, verbo. Competens. qu. 14.* Lambertinus *eodem tit. 1. part. l. 2. qu. 2. art. 1.* Covarruvias *in practicis, cap. 14. n. 2. & c. 36. n. 6. & c. 13. n. 8.* Robertus *l. 1. ſententiarum. c. 20.* Corraſius *de beneficiis 2. part. c. 5.* Maranta *de ordine judiciorum, part. 6. actu 4. num. 76.* Maſcardus *de probationibus, concluſ. 952. n. 42.* Valaſc. *de partitionibus, cap. 9. num. 23. & 24.* Eſcobar. *de Ratione iniis cap. 9. num. 14.*

Ratio pendet ex regula illa, qua docemur, quod fructus ſpectant ad bonæ fidei poſſeſſorem, *l. bonæ fidei 48. de adquirendo rerum dominio*, ut inferius dicemus *in cap. gravis, de reſtitutione ſpoliatorum*, & cum collationes beneficiorum computentur inter fructus, Gloſſa fin. *in fine, in cap. cum Bertholdus, de re judicata*, Gloſſa 1. *in cap. ex literis, de jure Patronatus.* Molina *de primogeniis, lib. 1. cap. 24. num. 2.* Barboſa *in l. divortio, 8. §. ſi vir, num. 52. ſoluto matrim.* juſta de cauſa, Epiſcopi Vicentini electio obtinuit, cum bona fide in quaſi poſſeſſione eligendi eſſet, ſiquidem ſine Canonicorum reclamatione duo Archidiaconi ab anteceſſoribus illius quietè fuerint electi, ut conſtat ex litera *noſtri textus*: nam ſi de vera proprietate conferendi agendum eſſet, lites nimium protraherentur, & beneficia diu vacarent, quod eſſet contra publicam utilitatem, *cap. 2. de conceſſione prabendæ, cap. unico, §. final. ne ſede vacante, libro ſexto.* 2

Primò obſtat textus *in cap. quanto, de his, quæ fiunt à Prælato, cap. fin. de ſupplenda negligentia Prælatorum, c. ult. de conceſſion. prabendæ, cap. unico, ne ſede vacante. l. 6.* Ex quibus conſtat, quod de jure communi ad Capitulum ſimul cum Epiſcopo Dignitatum collatio ſpectat: ergo cum Epiſcopo Vicentino obſtaret jus commune, bonam fidem habere non poterat, juxta *text. in l. quemadmodum, C. de agricolis, & cenſitis, l. 11. Reg. qui contra, de Reg. juris, l. 6.* ac per conſequens, fructus collationis percipere non poterat, *dict. l. 48. §. ſi quis à non domino, de rerum diviſione.* Qua in difficultate dicendum eſt diverſa fuiſſe tempora circa præbendarum electiones: nam aliquando ad Capitulum ſimul cum Epiſcopo ſpectabant, aliquando verò ad Epiſcopum tantum, ſed conſuetudo attenditur: de qua re videre oportet ea, quæ *ſupra* diximus, *in cap. cum Eccleſia Sutrina, 3. hoc tit. in 6. argumento.* 3

Secundò obſtabit dicere, quod *in præſenti* contra Epiſcopum Vicentinum, neque de poſſeſſione, nec de proprietate fuerat actum, ſed tantum cum Archidiacono electo: ergo ex Regula illa, *Res inter alios acta*, utraque cauſa, vel neutra reſervanda erat; non tamen ſimpliciter proprietatis cauſa Epiſcopo reſervanda erat; ſiquidem ex regula textus in *l. ſæpe de re judicata*, reſervari debet tam proprietas, quàm poſſeſſio: ergo ſententia lata pro Archidiacono non debet nocere, nec prodeſſe Epiſcopo. Quæ difficultas tollitur ſi dixeris, quod *in præſenti*, Pontifex proprietatem tantum reſervavit Canonicis, quia cum ex lite acta cum Archidiacono conſtaret de quaſi poſſeſſione conferendi, juſta de cauſa non credidit Capitulum, ut amplius de ea litigaret, Covarruvias *in practicis, cap. 14. num. 1.* Maſcardus *3. tom. de probationibus, concluſione 1268.* 4

Tertiò obſtabit dicere, quod fruſtra regula illa, *Res inter alios acta*, in præſenti adaptatur, ſiquidem condemnatus de poſſeſſione poteſt cum eadem perſona, etiam proprietate contendere; ſiquidem ſententia in poſſeſſorio, non parit exceptionem rei judicatæ in petitorio, etiam inter eaſdem perſonas, *l. nam eadem. §. ultim ff. de exceptione rei judicatæ*: ergo multo minus inter diverſas, ac per conſequens, ulterius Capitulum poterat cum Archidiacono de proprietate litigare. Sed reſpondetur regulam *in præſenti*, rectè fuiſſe adaptatam: quia cum fuerit pronunciata ſententia in favorem Archidiaconi, in quaſi poſſeſſione eligendi, non poterat ulterius Capitulum cum eo litigare ſuper proprietate: nam licet evinceretur jus eligendi ab Epiſcopo, quoad proprietatem, tamen exinde non erat auferendus Archidiaconus à prædicta dignitate, quæ jam ſemel ab Epiſcopo, qui jus conferendi habebat, erat collata, ex regul. textus *in c. conſultationibus. de jure Patronatus* ideoque juſta de cauſa proprietas ſolummodo cum Epiſcopo, non verò cum Archidiacono diſceptari poterat. Reliqua ſunt petenda ex his quæ ſuprà retulimus *in cap. cum Eccleſia Sutrina, hoc titul.* & quæ inferius dicemus *in cap. cum Bertholdus, cap. cum ſuper, de re judicata.* 5 6 7

AD TITULUM DE Reſtitutione Spoliatorum. XIII.

Ad textum in cap. Licet multum, 1. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Proprietatis exceptio non admittitur adverſus petentem reſtitutionem ex Interdicto* unde vi, *niſi ipſe conſentiat.*
2 *Ratio aſſignatur.*
3 *Jus publicum privatorum conſenſu renunciari nequit.*
4 *Explicantur text.* in cap. cum Eccleſia Sutrina, & cap. cum dilectus, de cauſa poſſeſſion.
5 *Explicatur textus* in capite ſecundo, eodem tit. de cauſa poſſeſ. & l. cum fundum, §. fin. de vi, & vi armata.
6 *Proprietatis exceptio in continenti probata impedit reſtitutionem.*

CONCLUSIO.

1 *ADverſus petentem ſpolii reſtitutionem ex Interdicto* unde vi, *non admittitur proprietatis exceptio, niſi ipſe conſenſerit.* Conſonat textus *in capite ſecundo, cap. in literis, cap. item cum quis, cap. ex conqueſtione,* cum aliis, *hoc titulo, cap. final. de ordine cognitionum, cap. conſultationibus, de officio delegati, capite primo, & per totam 2. quæſtione ſecunda,* illuſtrant Menochius *de recuperanda, remed. 1. numero 161. & de retinenda, remed. 3. numero 662.* Idem *conſilio 2. numero 191.* Maſcardus *de probationibus, concluſion. 1325. numero primo,* Garcia *de nobilitate gloſſ. 11. numero decimo ſeptimo,* Antonius Gomez *in l. 45. Tauri, numero 182. & ſequentibus,* Valaſcus *conſultatione 119.* Barboſ. *in l. divortio, §. ob donationes, numero decimo quinto, & ſequentibus, ff. ſoluto matrimonio.* Idem *in l. ſi de vi, numero 61. cum ſequentibus. ff. de judiciis,* Mantica *deciſione 118. numero decimo tertio,* Gratianus *diſceptation. Forenſium, cap. 365. num. 18.*

2 Ratio quare ceſſat ſpolium, & de proprietate cognoſcitur, eſt quia unuſquiſque privilegium pro ſe introductum ad libitum renuntiare poteſt, *l. penultim.* cum vulgatis *Cod. de pactis,* cùm neque invito detur, *l. judex 42. ff. de minoribus, l. invito 166. ff. de regul. juris.* Deinde quia ſcienti, & volenti non fit injuria, nec dolus, *cap. ſcienti 27. de regul. juris in 6.* meritò cum *in præſenti* conſenſiſſet, ut de proprietate cognoſceretur, ideò ceſſat ſpolii privilegium, & mutatur judicii natura, ut in ſecunda noſtri textus parte, de qua nunc tractamus, nam de prima ſuis propriis locis agemus.

3 Primò obſtat textus *in l. 1. ff. de vi, & vi armata, l. meminerim,* cum aliis, *Cod. unde vi,* ex quibus juribus conſtat ad jus publicum pertinere, quod ſpoliatus ante omnia reſtituatur, ſed jus publicum privatorum conſenſu renunciari non poteſt, *l. juriſgentium 7. §. ſi paciſcar,* cum aliis, *ff. de pactis* : ergo nec *in præſenti* reſtitutio renunciari poterat. Cui dubio dicendum arbitror, præcipuè, & principaliter ſpolii privilegium eſſe introductum in favorem ſpoliati; & ſecundario in odium ſpoliantis, & in favorem Reipublicæ, ac ideò ab ſpoliato rectè renunciari poteſt; ex juribus, & rationibus *ſuprà* adductis. Nec obſtabit dicere exinde delinquendi occaſio præſtari, in quo Reſpublica læditur. Quia id obtinet in futuro, non verò in præterito delicto: quare rectè *in præſenti* ſpolium præteritum remitti potuit, argumento *text. in cap. quemadmodum, §. illud, de jure jurando.*

4 Secundò obſtat textus *in cap. cum Eccleſia Sutrina, cap. cum dilectus, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis,* ubi cum poſſeſſio, & proprietas eodem tractentur judicio, etiam conſentiente ſpoliato, ut de proprietate prius diſceptetur, præfertur poſſeſſio in ordine quoad ſententiam; & proprietas, quoad executionem: ergo malè *in præſenti* proprietas etiam in ordine, quoad ſententiam præfertur. Cui dubio commune reſponſum receptum eſt, videlicet quod in juribus in argumento adductis tantum ordo juris refertur: At verò *in præſenti* à Gregorio IX. non ordo juris, ſed ſententiæ effectus inſcribitur, ſcilicet quod probata proprietatis exceptione ſecundum ordinem ſuprà adductum, ſilentium ſpoliato imponatur: ſi verò non fuerit probata, reſtitutio fiat, juxta textum *in cap. cum dilectus de ordine cognitionum,* notant Menochius, & Maſcardus *locis ſupra citatis.*

5 Tertiò obſtat textus *in capite ſecundo, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, l. cum fundum, §. fin. ff. de vi, & vi armata,* ubi etiam durante judicio ſuper proprietate ſpoliatus ſpolii interdictum intentare poterit: ergo & *in præſenti* poterit petitorium ſuſpendere, quamvis in ejus probatione conſenſiſſet, & dumtaxat de ſpolio diſceptare. Qua in difficultate omiſſis aliis, verius dicendum eſt, jura in argumento adducta procedere, quando ſpoliatus, nec expreſsè, nec tacitè in proprietate conſenſit. At verò textus noſter procedit, quando expreſsè ſpolium renuntiavit, de quo dubio videri oportet quæ ſuprà diximus in *cap. 2. & 3. de cauſa poſſeſ. & proprietatis.*

6 Quartò obſtat textus *in cap. literas, §. præterea, hoc titulo,* ubi proprietatis probatio in continenti oblata impedit ſpolii reſtitutionem: ergo fruſtra ſpoliati conſenſus deſideratur. Quæ difficultas facilè diſſolvitur ſi dixeris, quod deciſio textus *in dict. §. præterea,* procedit de jure ſingulari, in quo etiam invito ſpoliato ſuſpenditur reſtitutio ex probatione illa in continenti oblata; quod eſt admiſſum propter irreparabile inceſti periculum, ut ſuis propriis locis inferius agemus.

Ad textum in cap. Solicitè, 2. cap. Accepta, 3. cap. Audita, 4. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Petenti beneficii reſtitutionem ex Interdicto,* unde vi, *non obſtat exceptio renuntiationis poſt ſpolium factæ,* & num. 3.
2 *Ratio aſſignatur.*
3 *Explicatur text.* in cap. accepta, 3. hoc tit.
4 *Renuncians, poſſeſſionem, & proprietatem ſimul amittit.*
5 *Vitium procedens ex metu purgatur conſenſu ex poſt facto præſtito.*
6 *Agens poſſeſſorio recuperandæ non tenetur ſpoliatori reſpondere, niſi ſuper alia ſpoliatione.*
7 *Agenti poſſeſſorio recuperandæ ſæpe obſtat dominii exceptio.*

CONCLUSIO.

1 *PEtenti beneficii reſtitutionem Interdicto,* unde vi, *non obſtat exceptio renunciationis factæ poſt ſpolium.* Conſonat textus *in cap. ſuper hoc, de renuntiatione, cap. quia veriſſimè, de præſumptionibus, l. cum de indebito, digeſtis de probationibus* : illuſtrant Guttierrez *de juramento confirmatorio, tertia parte, capite decimo nono, numero vigeſimo primo, cum ſequentibus, de probationibus, concluſione 1272.*

Rebuffus

Rebuffus *in praxi beneficiali, titulo de vi in reſignatione, num. 6.* Flaminius *de reſignat. li. 3. qu. 5. num. 1.* Idem *l. 9. qu. 5. ad finem*, Menochius *de recuperanda, remed. 1. n. 163. & 272.* Azor. *inſtit. moralium part. 2. lib. 7. cap. 26. qu. 7.* Frechilla *ad titulum, de renunciatione, in cap. admonet num. 39.*

Ratio deducitur ex ipſiuſmet noſtri textus verbis ibi: *Quia non eſt veriſimile quod ſponte juri ſuo renunciaverit, qui renunciat ſpoliatus.* Cum renunciatio beneficii libera, & ſpontanea eſſe debeat, *cap. ſuper hoc, c. admonet*, cum aliis *de renunciatione*, Caſſadorus *deciſ. 2. de renunciatione.*

2 Primò obſtat textus *in cap. accepta, 3. hoc noſtro titulo*, ubi petenti ex Interdicto *unde vi*, obſtat exceptio renunciationis, & reſtitutio ſpoliato denegatur. Quæ difficultas parum oberit, ſi dixeris, quod textus in *dict. cap. accepta*, procedit, quando beneficii renunciatio
3 facta, & jurata eſt ſponte, & ante ſpolium, ac ideò nil mirum, quod renunciatio admittatur, & reſtitutio denegetur; cum ob renunciationem ita ſponte factam, nec titulus, nec poſſeſſio demonſtrari poſſit. At verò in ſpecie noſtri textus reſtitutio competit, & renunciatio non admittitur, quia renunciatio illa fuit facta poſt ſpolium, quæ ſpontanea dici non poteſt; notat Anton. Auguſtinus *in notis, ex prima Decretalium collectione in præſenti* Menochius, *de recuperanda, remed. 1. num. 15. & 142.*

4 Secundò obſtat text. *in cap. 2. cum ſeqq. de renunciatione, c. quam periculoſum, 7. quæſt. 1.* ubi is, qui renunciat, poſſeſſionem ſimul & proprietatem amittit; ſed ad obtinendum de ſpolio tantum de poſſeſſione docere neceſſe eſt. *cap. conſultationibus. 10. de officio Delegati*: ergo cum *in præſenti* ex vi renunciationis, nec de poſſeſſione demonſtrari poterat, reſtitutio omnino deneganda erat. Sed huic objectioni reſpondebis, jura in argumento adducta procedere, quoties renunciatio legitimè facta fuerit: nam tunc poſſeſſio, & titulus amittitur: ſecus verò cum vi, vel metu poſt ſpolium renunciatio facta fuerit: nam cum tempore ſpolii *in præſenti* Clericus poſſeſſionem titulo juſtificatam habuerit, mirum non eſt, quòd ante ejus reſtitutionem, non admittatur renunciationis exceptio, *cap. in literis, hoc titulo*, ubi latiùs agemus.

5 Tertiò obſtat text. *in cap. 1. de his quæ vi: l. 2. C. de eo, quod metus cauſa*, ubi vitium procedens ex metu, purgatur ex poſt facto, conſenſu interveniente: ſed *in præſenti* renunciatio fuit facta poſt ſpolium, ergo ex illo ſequentis conſenſu valere debebat. Quam difficultatem ut diſſolvamus, dicendum eſt, jura in argumento adducta locum habere quando jam conſtat de libero, & ſpontaneo conſenſu. At verò textus noſter procedit, quando renunciatio fuit facta durante adhuc metus cauſa, quæ ſemper durare præſumitur, donec non fuerit facta renunciatio.

6 Quartò obſtat textus *in cap. finali, de ordine cognitionum*, ubi dicitur quod agens poſſeſſorio recuperandæ, non tenetur ſpoliatori reſpondere, niſi ſuper alia ſpoliatione: ergo *in præſenti* ſuper exceptione renuntiationis reſpondere ante reſtitutionem non tenetur. Sed in hac difficultate dicendum eſt, ideò *in præſenti* aliam exceptionem, quàm ſpoliationis, admittendam eſſe, videlicet renunciationis: quia renunciatio ſpontanea facit, ut is qui renunciat, non ſolum poſſeſſionem, verum etiam proprietatem amittere videatur; meritò agenti remedio recuperandæ, obſtare poterit exceptio renunciationis, *Gloſſa 1. in cap. inter cætera, de præbendis*, ſed cum *in præſenti* renunciatio poſt ſpolium ſit facta, exceptio renunciationis obſtare non poterit. Nec obſtat textus *in l. 3. §. ibidem, ff. ad exhibendum, l. ille à quo*, §. 1. *ad Trebellianum, l. 3. §. 1. ff. ut in poſſeſſionem legatorum, l. 3. §. cauſa, ff. de Carboniano Edicto*, in quibus juribus conſtat, quod agenti poſſeſſorio recuperandæ ſæpe obſtat domini exceptio, quia hæc omnia, & ſimilia jura procedunt non in interdicto *recuperandæ*, ſed in interdicto *adiſpiſcendæ poſſeſſionis*; nam agenti eo remedio obſtat exceptio dominii in continenti probata: textus verò noſter loquitur in Interdicto *recuperandæ*, in quo exceptio dominii etiam in continenti probata non admittitur, ut conſtat ex juribus, & rationibus *ſuprà* adductis.

Ad textum in cap. In literis, 5. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Petenti reſtitutionem beneficii, referri poteſt quæſtio non Canonica inſtitutionis.*
2 *Ratio aſſignatur.*
3 *In cauſis poſſeſſorii quibus annexa eſt cauſa proprietatis, de poſſeſſione tractari non poteſt, niſi prius de titulo proprietatis appareat.*
4 *Explicatur text. noſter in verſic.* Prius de evidentia, &c.
5 *Confeſſio partis in judicio facta, impedit reſtitutionem rei petitæ.*
6 *Spoliatus agens pro reſtitutione cadaveris violenter ablati, ſpoliatori ante reſtitutionem reſpondere tenetur.*
Explicatur textus in cap. cum liberum, de ſepultur.
7 *Explicatur textus* in l. 3. §. proinde, ff. de vi, & vi armata.
Interdictum de vi, & via armata, *non competit ubi poſſeſſio corporaliter apprehenſa non eſt.*
8 *Explicatur* l. non ſolum, 12. §. ſi dominus, ff. de uſucap.
9 *Interdictum* unde vi, *non competit, niſi ei qui antea poſſidebat.*
Explicatur text. l. in 3. §. unde vi, ff. de vi, & vi armata.
10 *Prædo, & fur, æquiparantur; & an reſtituendi? &* num. ſeq.
Explicatur text. in l. bona fides, 31. §. incurrit. ff. depoſiti.
11 *Explicatur eadem* lex, bona fides, in principio.
Deportatus eo ipſo actionem depoſiti amittit; ſicut & alia beneficia quæ juris civilis ſunt. ibid.
12 *Interdictum* unde vi, *nullâ exceptione, vel reconventione impediri poteſt.*
Explicatur textus in capite primo, de mut. petition. & cap. accuſatores, §. cujus in agendo, 3. quæſtione octava, l. 3. §. ibidem, ff. ad exhibend. l. ille à quo 13. §. 1. ff. ad Trebell.
13 *Prædo rei depoſitæ reſtitutionem petens, ſi verus dominus eandem rem petat, denegatur reſtitutio.*
Explicatur l. bona fides, 31. §. 1. ff. depoſiti.
14 *Interdictum*, quod vi aut clam, *compenſatur cum dolo alterius, qui idem opus vi, aut clam demolitus eſt.*
Explicatur text. in l. ſi aliàs, 7. §. belliſſimè, & l. ſi ad januam, ff. quod vi, aut clam.
15 *Procurator an in mutua actione dominum defendere teneatur.*
Explicatur l. ſed hæc, 35. §. non ſolum, ff. de procurat.

CONCLUSIO

PEtenti *reſtitutionem beneficii, quæſtio inſtitutionis non canonicæ referri non poteſt.* Conſonat textus *in capite primo, cap. conquerente, cap. final.* cum aliis, *hoc tit. cap. fin. de ordine cognitionum. cap. 1. & per totam 2. qu. 2. & per totam 3. quæſtione prima, & tertia, quæſt. 2. cap. cum Eccleſia Sutrina, cap. cum ſuper, cap. paſtoralis, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, cap. 1. & fin. eodem tit. lib. 6. l. 1. & per totum, tit. ff. de vi, & vi armata, l. 1. C. unde* 1

vi, & Cod. ſi per vim, vel alio modo, l. fin. tit. 10. *parte tertia, l.* 1. *cum ſequentibus, tit.* 13. *libro quarto, Recopilationis*, illuſtrant Guttierrez *de juramento confirmatorio, tertia parte, capite decimo nono, & in quæſtionibus Canonicis, capite trigeſimo quarto*, Covarruvias *in practicis, cap.* 13. Menochius *de recuperanda, remed.* 1. Fachineus *l.* 8. *controverſiarum, cap.* 8. & 9. Morla *in emporio juris, titul.* 1. *qu.* 9. *n.* 50. Azevedo *in l.* 10. *n.* 25. *tit.* 13. *l.* 4. *Recopilationis*, Maſcardus *de probationibus, concluſ.* 1326. Donel *l.* 15. *Commentariorum. c.* 31. Duaren. *l.* 1. *diſputat. c.* 1. Idem *in paraphraſi ad titulum, ff. quod vi, aut clam*, Cujac. *l.* 1. *obſervat. cap.* 20. Idem *l.* 16. *obſerv. cap.* 12. Fornerius *l.* 2. *ſelectarum, cap.* 14. Anton. Faber *de erroribus, decade* 77. *errore* 4.

2 Ratio quare prius de violenta ejectione, quàm de canonica inſtitutione agendum ſit, ea eſt, videlicet, quia uti *textus* refert, etiam prædo ſecundum juris rigorem, reſtituendus eſt, *l. ſi pignore*, 22. §. *ſi prædo, ff. de pignoratitia actione*, cum ſpolii natura ſit, quod etiamſi ſpoliatus injuſtam poſſidendi cauſam habeat, ante omnia tamen reſtitui debeat, juxta textum *in l.* 1. *& per totum, tit. ff. de vi, & vi armata*, quod Interdictum naturali ratione fuit introductum, ſiquidem natura non patitur, ut aliorum ſpoliis noſtras facultates augeamus, notat Cujac. *libro tertio, obſerv.* cùm nemo cum alterius jactura locupletari debeat, *l. nam hoc natura*, 14 *ff. de condictione indebiti, cap. locupletari* 48. *de reg. juris libro ſexto.*

3 Primò obſtat text. *in l.* 2. §. *quadam. ff. de interdictis, l.* 3. §. *hoc autem. ff. de itinere actuque privato*, ex quibus juribus deducitur, quod in cauſis poſſeſſoriis, in quibus proprietatis cauſa annexa eſt, nullatenus de poſſeſſione tractari poteſt, niſi prius de titulo proprietatis appareat, ſed cauſa poſſeſſionis beneficialis habet cauſam proprietatis annexam, cum ſine titulo beneficium Eccleſiaſticum ſuſtineri nequeat, *cap.* 1. *de regul. juris, lib.* 6. Ergo & *in præſenti* ante poſſeſſionis, ſeu reſtitutionis cauſam de titulo docere neceſſe eſt. Verùm huic difficultati reſpondendum eſt, veriſſimum eſſe quod in illis cauſis ante reſtitutionem prius de titulo reſtitutionis docere neceſſe eſt: neque intereſt, an ſit fructus præſumptus, vel putativus, cum id pertineat ad plenam proprietatis cognitionem. Nec obſtant verba noſtri textus ibi: *Prius de violenta ejectione, quàm de canonica inſtitutione agendum eſt, &c.* Quia veriſſimè eſt dicendum, quod *in præſenti* ante reſtitutionem, jam conſtabat de illius beneficii poſſeſſione, etſi non ex juſto titulo, ſed quia juſtum eſſe exiſtimabat; quare cum ex illa, etſi injuſta, juſtificatione ab ſpoliatore fuerit objectum, ſpoliatum non habuiſſe juſtum titulum, exceptio illa ante reſtitutionem non admittitur, quia ut ſuprà diximus, id pertinet ad plenam proprietatis cognitionem.

Secundò obſtant verba noſtri textus ibi: *Prius de*
4 *violenta ejectione, quàm de canonica inſtitutione, &c.* Ex quibus conſtat ante ullam tituli cognitionem, ſeu juſtificationem agi debere de poſſeſſionis ſpoliatione. Sed hujus dubii vera decidendi ratio eſt, quod illius verſiculi ſenſus ſit, priùs plenariè agendum eſſe de poſſeſſione. Nec exinde negatur ſummariè *in præſenti* fuiſſe actum de canonica inſtitutione, nec etiam obſtant ultima noſtri textus verba ibi: *Quia prædo etiam ſecundum juris rigorem reſtituendus eſt, &c.* Ex quibus deducitur talis conſideratio, quod prædo, nec etiam injuſtum titulum demonſtrare poterat: nam *in præſenti* Summus Pontifex arguit de prædone ad Clericum, qui prædo non erat quaſi diceret, quod ſi prædo ex rigore juris civilis reſtituendus eſt, multò fortius in ſpecie noſtri textus Clericus ille, qui prædo non erat, Abbas *in præſenti numero* 23. Corraſius *in l. naturaliter*, §. *nihil commune, de adquirenda poſſeſſione, num.* 7. cum hoc eſt conjungendum ſextum dubium.

5 Tertiò obſtat textus *in cap. decimas, hoc tit.* ubi ſi Canonici Sancti Nicolai adverſus Parochum indictum, *unde vi*, propoſuerint, eis reſtitutio denegatur. Sed argumentum hoc diſſolvitur ex ejuſdem textus ratione: nam ideò ibi reſtitutio ceſſat, quia in judicio expreſsè ab illis fuit confeſſum, decimas illas Parocho eſſe debitas; meritò propter illam fatuam confeſſionem, eis reſtitutio denegatur, ut conſtat ex *illius textus verbis in verſic. At decimas, &c.* Gloſſa ibi, *verbo: Præſumitur.* Nec etiam ob- 6
ſtat textus *in cap. cum liberum, de ſepulturis*, ubi ſpoliatus agens pro reſtitutione cadaveris violenter ablati, non reſtituitur ante omnia, imò ſpoliatori ante reſtitutionem reſpondere tenetur, quod eſt contra deciſionem textus *in cap. final. de ordine cognitionum.* Quia illius textus difficultas facilè diſſolvitur, ſi animadvertamus, quod licèt verum ſit, ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendum, & quod ſpoliatus jure ſepeliendi agere poſſit judicio poſſeſſorio, tamen ſpeciale eſt in *dict. cap. cum liberum*, quod ſpoliatus ante omnia non reſtituatur, quouſque de jure plenè conſtet, ne corpori humano facilè admittatur vexatio, notat Hippolytus *ſingulari* 199. Menochius *de recuperanda: remedio* 1. *num.* 444.

Quartò obſtat text. *in l.* 3. §. *proinde, ff. de vi, & vi* 7
armata, ubi hoc interdictum non competit illi, qui propter metum, fundum derelinquit. Cui dubio eſt dicendum ideò ibi non competere, quia dominus fundum derelinquit ex eo, quod homines exiſtimavit ad fundum venire: meritò cùm nemo *ibi* fundi poſſeſſionem nactus fuerit, & ſine corporali poſſeſſionis apprehenſione, hoc interdictum non competat, mirum non eſt, quod *ibi* ceſſet, cùm non videatur vi dejectus, qui dejicientem non expectavit, ſed ante aufugit. Nec ſolutioni obſtat textus 8
in l. non ſolum, 32. §. *ſi dominus, de uſucapionibus*, ubi in eadem ſpecie, qui vidit homines armatos ad ſuum fundum venire, & fundum derelinquit, etiamſi nemo eorum fundi poſſeſſionem nactus ſit, vi dejectus videtur, ut interdictum competat: quia dicendum eſt, quod *in dict.* §. *ſi dominus*, non competit interdictum, ſed tantum vi dejectus videtur ad hoc ſolummodo, ut poſſeſſionem amittat, & res poſſit ab alio uſucapi, quæ civiliter, & naturaliter deſiit poſſideri, non tamen ad hoc ut interdictum reſtitutorium competat, cum à nemine poſſeſſio eſſet occupata, Oſuald. ad Don. *l.* 15. *cap.* 31. *litera D.*

Quintò adverſus id, quod textus noſter docet, videli- 9
cet hoc Interdictum non competere, niſi ei qui antea poſſidebat: quod etiam docet textus *in l.* 1. §. *interdictum autem, & §. eum qui ff. de vi & vi armata*; & ideò colonus, ſi ab aliquo dejiciatur, hoc interdicto experiri non poteſt, *l.* 1. §. *dejicitur, ff. de vi, & vi armata*: obſtat textus *in l. colonus*, 12. *l. cum fundum* 18. *ff. eodem*: ex quibus conſtat, colono hoc interdictum competere. Verùm huic difficultati reſpondendum eſt, quod colonus *in d. l. cum fundum*, 18. *& in d. l.* 12. alio modo poſſeſſionem locatam retinet, ac ideò mirum non eſt, quod ei hoc interdictum competat, cùm jam non tanquam colonus, ſed tanquam verus poſſeſſor fundum poſſideat. Neque obſtat text. *in l.* 3. §. *unde vi, ff. de vi, & vi armata*, ubi uſufructuarius, qui verus poſſeſſor non eſt, juxta textum *in l.* 1. §. *per eum, de adquirenda poſſeſſione*, §. *inde placet, Inſtit. per quas perſonas nob. acquir.* hoc interdicto uti poteſt, quia ideò uſufructuario non poſſidenti hoc interdictum competit, cùm nominatim, & ſpecialiter à Prætore ita ſit permiſſum in *dict. l.* 3. §. *unde vi*, & ſpecialiter fuit neceſſe ut exprimeretur, cùm in generali regula *ſuprà* adducta, uſufructuarius non comprehenderetur, quæ interpretatio deducitur ex *l. plures* 9. §. 1. *ff. de vi, & vi armata*, Donellus *libro decimo quinto. Comment. capite* 31. *verſic. Summa.*

Sextò obſtabit dicere, quod prædo, & fur æquiparan- 10
tur, *l. bona fides* 31. §. *incurrit, ff. depoſiti*, ſed fur reſtituendus non eſt, ne ex delicto ſuo commodum reportet, *leg. itaque fullo* 12. *ff. de furtis.* Tum etiam, quia dolo facit petens quod ſtatim reſtitutus eſt; *l. dolo, ff. de doli exceptione, cap. dolo*, 59. *de regul. jur. l.* 6. Ergo neque prædo *in præſenti* reſtituendus eſt. Sed reſpondetur, quod prædo, & fur ſemper ſunt reſtituendi, quia exceptio criminis non impedit reſtitutionem. Nec obſtant jura in argumento adducta: quia locum habent, quando quis expreſsè, vel tacitè

tacitè conſenſit, ut prius de crimine tractaretur, aliàs autem ante omnia eſſet reſtituendus; cùm ſibi imputare poſſit, qui delicti cognitioni ante reſtitutionem conſenſit, juxta textum *in c. ſignificaſti, de divortiis*, tum etiam quia procedunt in petitorio, non verò in poſſeſſorio judicio.

11 Septimò obſtat textus difficilis *in l. bona fides*, 31. *in principio, ff. depoſiti*, ubi Triphoninus affirmat, quod ſi Reus capitalis criminis apud me centum depoſuit, & poſtea ſit deportatus, & bona ejus ſint fiſco applicata, depoſitum non debet deportato reſtitui ob defectum dominii, quia ei obſtat dominii exceptio, quæ opponi poterat. Nec difficultatem diſſolves, ſi dixeris diverſum eſſe in depoſito, ac in reſtitutione ſpoliati: quia convincitur, ſiquidem nec prædoni (ut ſuprà diximus) exceptio dominii objici poteſt. Tum etiam, quia prædoni deponenti reſtitutio competit, nec exceptio dominii admittitur, *l.* 1. §. *ſi prædo*, 39. *ff. depoſiti*, nam depoſitum & ſpolii reſtitutionem comparavit Juſtinianus *in l. fin. ad finem, Cod. de compenſationibus*. Quare hac, & aliis omiſſis interpretationibus, veriſſimè eſt dicendum, quod in *d. l. bona fides*, depoſitario reſtitutio denegatur non ob dominii defectum (ut nonnulli exiſtimant) ſed quia actionem depoſiti, quam habebat amiſerat: nam deportatus, licet habeat ea quæ juris naturalis ſunt; non tamen habet ea, quæ ſunt juris civilis, *l. relegatus*, 14. §. 1. *l. deportatus* 15. *ff. de interdictis, & relegatis*, & quamvis depoſitum ſit ex jure gentium, *l.* 4. *de juſtitia & jure*, tamen actio efficax, & civilis ex eo oriri non poteſt; niſi inter Cives Romanos, meritò actio ſemel ex depoſito adquiſita, amiſſa civitate, etiam amittitur, *l. ſunt quidam* 17. *ff. de pœnis*: præterea quia propter crimen ſe quodammodo pœnæ, & amiſſioni bonorum, & actionum ſubjecit, & per omnia manent, ac ſi in fiſcum renunciaſſet, *l. Imperatores* 34. *ff. de jure fiſci*, meritò actio depoſiti in fiſcum tranſlata, ab ipſo, non vero à deportato exerceri debet, cum jus civile ſemper prævaleat juri gentium, Ant. Faber *in Rationali ad eundem textum.*

12 Octavò adverſus id, quod communiter *in præſenti*, notant omnes, videlicet hoc interdictum nulla exceptione, vel reconventione impediri poſſe, juxta textum in *c. finali, de ordine cognitionum*, obſtat textus *in cap.* 1. *de mutuis petitionibus, cap. accuſatores*, §. *cujus in agendo*, 3. *quæſt.* 8. *l.* 3. §. *ibidem, ff. ad exhibendum, l. ille à quo* 13. §. 1. *ad Trebellianum*. In quibus juribus conſtat, quod omnis, & quælibet reconventio, ſive exceptio admitti debet, dummodo juſta, & à jure comprobata ſit: igitur contra æquitatem, & jus naturale eſſet, ut proprietatis exceptio *in præſenti* auferatur, cum exceptio, defenſio ſit; *cap.* 2. *cap. exceptionem* 5. cum aliis, *de exceptionibus*. Sed hujus dubii ratio duplex eſt, una, favor ſpoliati; altera, odium ſpoliantis: ſpoliati favor, quia naturalis ratio dictat, ut res quæ de facto ab ipſo ablata eſt, de facto etiam abſque ulla mora ei reſtituatur, *cap.* 1. *ut lite pendente, cap. oportet*, 3. *q.* 1. *cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. odium ſpoliantis; quia ſi ex longæva cauſæ cognitione reſtitutio fieret, daretur occaſio ſpoliandi cum ſpoliator ex crimine lucrum caperet, meritò igitur ut in eo puniatur, in quo deliquit, *cap. an ſicut, de appellationibus*, nulla exceptio nec reconventio admittitur, neque exinde defenſio naturalis aufertur ſpoliatori, ſed tantum ſuſpenditur; uſque dum reſtituat in pœnam ſpoliationis; cùm, reſtitutione facta, poſſit perſequi jus ſuum in cauſa principali. Neque obſtat textus in *dicto capite primo, de mutuis petitionibus*, cum ſimilibus, *ſupra adductis*. Quia licet regulariter procedant, non tamen poterunt adaptari ad interdictum reſtitutionis, de quo noſter textus loquitur Cujacius *lib. quinto obſervat. cap.* 19.

13 Nonò obſtat textus *in dicta leg. bona fides*, 31. §. 1. *ff. depoſiti*, ubi probatur, quod ſi prædo rei depoſitæ reſtitutionem petat, & alius qui verus dominus eſt, eandem petat, denegatur reſtitutio prædoni deponenti, & dominus præfertur: ergo exceptio dominii impedit reſtitutionem. Cujus difficultatis ratio in eo conſiſtit; nam id quod diximus, exceptionem dominii non impedire reſtitutionem, intelligendum eſt, ſi ab ipſomet ſpoliatore exceptio opponatur: ſecus verò dicendum, quando Tertius comparet, qui verus dominus eſt, & in continenti offert probationes: nam tunc cùm odium ſpoliantis ceſſet, præferendus eſt dominus, quo modo eſt interpretandus textus *in dict.* §. 1. & limitandus noſter textus, Barboſa plures referens *in l. ſi aliena*, 12. *n.* 8. *verſic.* Principaliter, *ff. ſoluto matrimonio*: Anton. Faber *in Rationali ad textum in dict. leg. bona fides* 31. §. 1. *& in verſic. Si tamen*, & in *l. qui rem.* 15. *ff. Depoſiti*. Neque obſtat textus *in c. ſi conſtiterit* 12. *de accuſationibus*, ubi adverſus reſtitutionem admittitur exceptio alterius criminis. Quia textus ille loquitur in judicio petitorio; at verò nos loquimur in poſſeſſorio, D. Balboa *in cap. fin. de ordine cognit. à n.* 36.

Decimò obſtat text. difficilis *in l. ſi aliàs*, 7. §. *belliſſimè, &* §. *ſi ad januam, ff. quod vi, aut clam*, ubi interdictum, *quod vi, aut clam*, compenſatur cum dolo alterius, qui idem opus vi, aut clam demolitus eſt; quare poſtquam illo interdicto egerit, repellitur etiam eodem interdicto, ex eo, quod opus eodem dolo deſtruxit. In cujus textus difficultate omiſſa interpretatione, quam refert Cynus, & Alberic. *in l. ſi quis, C. ad legem Juliam de vi*, veriſſimè dicendum eſt, quod *in dict.* §. *belliſſimè*, quæſtio tractatur, an ſi ego tecum agam interdicto, quod vi, aut clam, obſtet mihi exceptio à te oppoſita, quod non vi, aut clam feceris: in qua ſpecie, ex Juliani ſententia, Ulpianus aſſerit exceptionem competere; & quidem, quia hæc exceptio etiam locum habet in interdicto unde vi, *l.* 1. § *non autem, ff. de vi, & vi armata*, Cujac. *lib.* 16. *obſervat. cap.* 12. Briſſonius *lib.* 3. *ſelectarum, cap.* 8. Duarenus *in paraphraſi ad titulum, ff. quod vi, aut clam*, Anton. Faber. *de erroribus, decade* 77. *errore* 4. Nec ſolutioni obſtat text. *in l. ultima*, §. *fin. Cod. de compenſationibus*, ubi cavetur poſſeſſionem alienam perperam occupantes compenſationem opponere non poſſe. Quia dicendum eſt, illius textus deciſionem procedere, cùm opponitur mutua petitio, & compenſatio procedens ex alia cauſa ordinaria non privilegiata: ſiquidem cauſa reſtitutionis non debet differri propter aliam cauſam longiorem, cùm id ſit ſpolii privilegium, ut ante reſtitutionem nulla compenſatio admitti valeat; *dicto capit. final. de ordine cognition.* cum *ſimilibus ſupra adductis.*

Undecimò his omnibus obſtat textus difficilis *in l. ſed hæc*, 35. §. *non ſolum, de procuratoribus*, ubi conſtat, Procuratorem Actoris, cujus nomine interdictum egit, cogendum eſſe in mutua actione per Reum oppoſita Actorem defendere, nec diſtinguit an mutua petitio ex alio interdicto deſcendat, nec ne: ergo ſi procurator mutuam actionem contra interdictum nomine domini excipere cogitur, multò fortius idem dominus interdicto illo petitionis mutuæ reſpondere debet; non ſolum in ſimili interdicto, verum etiam, quod magis eſt, in interdicto ex alia cauſa proveniente, ne exinde melior ſit conditio procuratoris, quàm domini. Qua in difficultate dicendum eſt, *dict.* §. *non ſolum*, non probare, quod interdicto *unde vi* recuperandæ, debeat procurator in mutua actione dominum defendere; ſed tantum aſſerit, quod cùm defendere debeat, juxta legitimos juris terminos, hoc eſt juxta edictum Prætoris, de quo mentio habetur *in l. ſervum* 33. §. *ait Prætor, ff. de procuratoribus*, nam verbum *actionis* relatum *in dict.* §. *ait Prætor*, latè pro quocunque judicii genere, atque etiam pro interdicto ſumitur, *leg. actiones* 37. *digeſtis de obligat. & actionib.* meritò illa procuratoris defenſio ſecundum juris regulas admittitur, videlicet in cauſis, in quibus mutua petitio ejuſdem judicii, & interdicti eſt, & coram eodem judice, quæ contra dominum fieri poterat, in qua procuratoris defenſio admittitur: At verò quoties interdicti privilegium eſt, ut cauſa celeriter tractetur, & ut prius reſtitutio fiat, ut in *noſtro textu*, tunc Procurator dominum defendit, ſed opportuno tamen loco, & tempore, videlicet poſtquam ſemel fuerit facta reſtitutio; nam tunc poterit mutuas actiones exercere, juxta

textum *in l. si quis*, §. *ad fundum. C. ad legem Juliam de vi publica*, notat Ant. Faber *in Rationali ad textum in dict. l. sed hæc* 35. §. *non solum, de procuratoribus*. Reliqua videri oportet apud Anton. Pichardum *in* §. *in summa, de interdictis, à n.* 9. *& seq.*

Ad textum in capit. Conquerente, 7. hoc titulo.

DE materia hujus textus dicendum est, *in c. gravis, hoc tit.* ad quem vos remitto.

Ad textum in cap. Gravis, 11. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Violentus possessor rem cum fructibus, etiam qui percipi potuerunt, restituere, damna resarcire, & de injuriis illatis satisfacere compellitur.*

2 *Ratio assignatur.*

3 *Accipiens rem alienatam in fraudem creditorum, an rem cum fructibus restituere teneatur.*
Explicantur & conciliantur text. in l. final. §. non solum, & in l. ait Prætor 10. §. per hanc, & in §. Prætoria, ff. quæ in fraudem cred.

4 *Fructus an restituere compellatur emptor bonæ fidei.*
Explicantur text. in l. qui scit, §. bonæ fidei emptor, ff. de usuris, & l. bonæ fidei emptor, §. in contrarium, ff. de adquir. rerum dom.

5 *Missus in possessionem ex primo decreto an fructus perceptos faciat suos.*
Explicatur textus in l. Fulcinius, §. divus quoque, ff. ex quib. caus. in poss. ff.

6 *Hæres depositi, malæ fidei, ad usuras pecuniarum, quas non fœneravit, non tenetur.*
Explicatur textus in leg. si navis 62. digestis de rei vindic.

7 *Emptor malæ fidei fructus restituere tenetur.*
Explicatur textus in leg. si fundum, 17. Codic. de rei vind.

8 *Emptor stipulatus rei emptæ vacuam possessionem, an quando ei fructus venditor restituere teneatur.*
Explicantur textus in leg. 3. paragrapho si emptor, ff. de action. empt. & in leg. si stipulatus sit, digestis, de usuris.

9 *Bonæ fidei possessor non tenetur usuras fructuum præstare.*
Explicatur textus in leg. hæres, paragrapho 1. de pet. hæred.

10 *Fructus quando veniant in judiciis particularibus, vel universalibus.*

11 *Fructus hominis mortui petiti, quando debeantur? Litis contestatio malam fidem inducit.*
Explicantur textus in l. pen. ff. de rei vind. & in l. Julianus, §. 1. ff. eodem.
Fructus rei petitæ, quæ periit absque possessoris culpa, non debentur.

12 *Prædo an fructus rei locatæ suos faciat.*
Explicatur text. in l. si urbana prædia, 55. ff. de cond. indeb.

13 *Fructuum æstimatio facienda est habito respectu ad personam spoliati, non verò spoliantis, & quid in aliis possessoribus?*
Explicantur text. in leg. patri pro filio, 27. §. si pecuniam, versic. *Et quis*, leg. 2. Cod. de fruct. & lit. expen. leg. ait Prætor 10. paragrapho per hanc, ff. quæ in fraud. cred. & leg. cum hæreditas, 56. ff. de pet. hæred.

14 *Uxor an adquirat fructus ex re sibi à marito donata?*

15 *Donatio inter virum, & uxorem, prohibita est, quando aliter ex conjugibus efficitur pauperior.*

16 *Bonæ fidei possessor non tantum fructus naturales, sed etiam industriales suos facit.*

17 *Explicatur text.* in §. si quis à non domino, Instit. de rerum divisione.

18 *Bonæ fidei possessor omnes fructus consumptos, sibi adquirit præterquam naturales extantes.*
Explicatur text. in l. bonæ fidei emptor, 48. ff. de adquir. rerum domin. & in l. certum, 22. Cod. de rei vind.

19 *Partus ancillæ furtivæ apud bonæ fidei possessorem editum, & conceptum, ab eo usucapi potest; & idem in pecudibus.*
Explicatur text. in l. qui vas, §. ancilla autem, ff. de furtis.

20 *Id quod ex re nostra nascitur ad nos pertinere debet.*

21 *Bonæ fidei possessor fructus consumptos restituere tenetur, quando ex illis factus est locupletior. Quod qualiter procedat ibi declaratur.*
Explicatur l. item veniunt, 20. §. præter, vers. *Eos*, ff. de petit. hæred. & l. 1. C. eod.

22 *Fructus hæreditatem augent.*

23 *Fructuum donatio an inter virum, & uxorem permissa sit.*
Explicatur text. in l. fructus, 45. ff. de usuris.

CONCLUSIO.

1 VIolentus possessor rem cum fructibus, etiam qui percipi potuerunt, restituere, damna resarcire, & de injuriis illatis satisfacere compellitur. Consonant textus *in cap. conquerente*, cum aliis, *hoc tit. cap. cum causa*, 22. *de officio Deleg. cap. bonæ*, 51. *de appellation. cap. non liceat Papæ*, 12. q. 2. *l. bonæ fidei emptor*, §. *in contrarium ff. de adquirendo rerum dominio, l. fructus*, 34. *l. si navis*, 62. §. *fin. de rei vindicatione, l. si ea res, de actionibus empti, l. videamus*, 38. *vers. Et ideo.* cum aliis, *ff. de usuris, l.* 1. §. *qui vi. ff. de vi & vi armata, l. sed etsi*, 28. §. *sed & fructus, l. si possessor*, 55. *l. evicta*, 56. *l. cum hæreditas*, 59. *ff. de petitione hæreditatis, l. ait Prætor*, §. *per hanc ff. quæ in fraudem creditorum, leg. sed & partus*, 12. *in princip. ff. de eo quod metus causa, leg. apud Julianum* 40. §. 1. *de leg.* 1. *l. sed & partus* 12. *in princip. ff. quod metus causa, l. si fundum, C. de rei vindicatione l.* 3. *C. de condict. ex lege, l.* 2. *Cod. de fructibus & litium expensis*, §. *si quis à non domino, de rerum divisione*, §. *etsi in rem, Inst. de officio judicis, l.* 12. *tit.* 17. *part.* 1. *l.* 44. *tit.* 28. *p.* 3. *l.* 9. *& 10. tit.* 10 *p.* 7. tractant Covar. *in reg. peccatum*, 2. §. 6. *n.* 4. Thomas Sanchez *l.* 2. *moralium, c.* 23. *nu.* 97. Joannes Garcia *de expensis, cap.* 23. *n.* 42. Fachin. *l.* 1. *contr. c.* 59. Corrasius *lib.* 5. *Miscellanearum, cap.* 8. *&* 9. Connanus *lib.* 4. *comment. c.* 1. Castillo *lib.* 1. *de usufructu, c.* 36. Cujac *tract.* 4. *ad Africanum, in l. cum hæreditas, ff. de petitione hæreditatis, & in* §. *si quis à non domino, de rerum divisione*, & in *commentariis ad titulum, Cod. de condition. ex lege, in fin. & lib.* 15. *resp. Papin. in l.* 18. *ff. de his quibus, ut indignis, & l.* 15. *observat. c.* 20. Don. *l.* 4. *commen. c.* 24. *& li.* 2. *c.* 5. Osu. *ibi, lit. H.* Anton. Faber. 1. *tom. de erroribus, decade* 7. *errore* 6. Idem *lib.* 4. *conject. c.* 17. Amaya *l.* 2. *observ. c.* 16. Ant. Pichard. *in d.* §. *si quis à non domino, & in d.* §. *etsi in rem, Instit. de officio judicis.*

Ratio quare spoliato omnes res simul cum fructibus 2 restituendæ sunt, ea est, quia cùm violentus possessor per interdictum, *unde vi*, restituere compellatur, *l.* 1. *& per totum, tit. ff. & C. unde vi*, & restitutio sit in pristinum statum plena repositio; & in ea, omnia abiata, fructus & possessiones comprehendantur, *l. quod si minor, ff. de minoribus, leg. patri pro filio*, 27. §. 1. *in fine, ff. eodem, l. cum Prætor* 81. *de verbor. significatione*, justa de causa violentus possessor non solum ad restitutionem fructuum perceptorum, sed & percipiendorum tenetur; præcipuè, quia violentus possessor, malæ fidei possessor est, qui nullos fructus

fructus percipere poteſt, *d.* §. *ſi quis à non domino*: quod & in malæ fidei poſſeſſore procedit, etiam ſi violẽtus non ſit, cùm ex malitia ſua nullum debeat commodum reportare. *l. itaque fullo*, §. 1. *ff. de furtis*, *c. intelleximus*, *de judiciis*, cùm nemo cum alterius jactura locupletari debeat, *l. nam hoc natura*, 14. *ff. de condict. indebiti*, *c. locupletari*, *de reg. jur. lib.* 6.

3 Primò obſtat textus *in l. fin.* §. *non ſolum*, *ff. quæ in fraudem creditorum*, ubi is qui in fraudem creditorum rem accepit, fructus medio tempore perceptos, hoc eſt, ante litis conteſtationem reſtituere non tenetur quod omnino contrarium docet textus *in l. ait Prætor* 20. §. *per hanc actionem*, *& in* §. *præterea. ff. quæ in fraudem creditorũ*. In qua jurium contrarietate adnotandum eſt, quod alienata in fraudem creditorum reſcinduntur actione Pauliana, acſi in bonis creditorum ſemper remanſiſſent, §. *ſi quis in fraudem*, *Inſtit. de actionibus*, *l.* 1. *ff. quæ in fraudem creditorum*, *l. videamus* 14. §. *in Fabiana. ff. de uſuris*, ſed hæc actio tantum competit adverſus eum, qui conſcius fraudis fuit. *l. ſi debitor*, 7. *ff. quæ in fraudem creditorum*, non tamen adverſus ignorantem, niſi titulo lucrativo rem poſſideat, *l. ait Prætor*, §. *ſimili modo*, el primero, *ff. quæ in fraudem creditorum*, *l. ignari* 5. *C. de revocandis donationibus*, meritò *in dict. leg. finali*, *paragrapho non ſolum* fructus interim percepti, hoc eſt ante conteſtationem non reſtituuntur, quia percipiens ignarus fraudis fuit, & conſequenter bonæ fidei poſſeſſor; & cum fructus illi, alienationis tempore fundo cohærentes non eſſent, cùm ex illis non fraudentur creditores, meritò ſibi adquirit; Anton. Faber *lib.* 20. *conjecturarum*, *c.* 14. Schifordegerus *l.* 1. *tract.* 8 *per totum*, Don. *lib.* 23. *comment. cap.* 18. Oſuald. *ad eundem*, *lib.* 20. *cap.* 5. *littera A.* D. Amaya *lib.* 3. *obſervat. juris c.* 1. §. 2. Cujac. *lib.* 11. *reſp. Papin. in l. pupilli debitor* 96. *ff. de ſolutionibus*, Ant. Pich. *in dict.* §. *etſi in rem*, *num.* 82. *Inſtit. de officio jud.*

4 Secundò obſtat textus *in l. qui ſcit*, §. *bonæ fidei emptor*, *ff. de uſuris*, ubi ſi quis à non domino bona fide fundum emerit, & ante fructuum perceptionem cognoverit fundum eſſe alienum, nihilominus fructus percipere poteſt: quod omnino contrarium refert textus *in l. bonæ fidei* 48. §. *in contrarium*, *ff. de adquirendo rerum dominio*. Sed horum jurium controverſia ex eo diſſolvitur, quod etſi verum ſit quod malæ fidei poſſeſſor nullos fructus percipere poſſit, tamen *in dict.* § *bonæ fidei emptor*, eos percipere poteſt, quia ante evictionis ſententiam in foro externo ſemper bona fides præſumitur: nam etſi poſt conteſtationem fructus revocabiliter poſſit percipere, tamen pronunciata evictionis ſententia omnes reſtituere tenetur, Fachin. *l.* 1. *controv. c.* 59. Donel. *l.* 4. *commentar. c.* 24. Julius Pacius *legum Conciliatarum*, *centuria* 5. *q.* 4. Ant. Pichar. *in d.* §. *ſi quis à non domino*, *num.* 10.

5 Tertiò obſtat text. *in l. Fulcinius*, §. *divus quoque quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur*, ubi miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, cognoſcens hæreditatem ad ſe non pertinere poteſt ex illa fructus percipere. Augeturque difficultas ex eo, quod miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, uti inferius dicemus, non efficitur poſſeſſor, & fructus abſque poſſeſſione percipi non poſſunt. Cujus text. difficultas diſſolvitur ex eo, quod ideò *in d.* §. *divus quoque Pius*, etiam abſque poſſeſſione cum mala fide fructus percipiuntur, quia id ſpecialiter fuit admiſſum ex Reſcripto divi Pii propter nimiam rei contumaciam: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius tex. ibi: *Divus quoque Pius reſcripſit*, Pich. *in l. ſi finita*, §. *Julianus de damno infecto*, *c.* 2. *n.* 12.

6 Quartò obſtat text. *in l ſi navis* 62. *ff. de rei vindicat.* ubi ſi hæres depoſiti malæ fidei poſſeſſor ſit, ſi pecuniam depoſitam non attingat, hoc eſt, ſi eam non fœneraverit, non tenetur domino reſtituere uſuras, quas ex illis pecuniis percipere potuit: & tamen uſuræ fructuum vicem retinent. Augeturque difficultas ex prima *illius textus* parte, ubi ſimiliter hæres ille malæ fidei poſſeſſor, ſi navem non locaverit tenetur domino reſtituere mercedes, quas ex locatione verus dominus percipere potuerat; & tamen uſuræ, & vecturæ navium æquiparantur, Anton. Pichard. *in dict.* §. *ſi quis à non domino*, *num.* 7. Cui difficultati ut ſatisfaciamus meminiſſe oportebit diſcrimen conſtituendum eſſe inter collationem pecuniæ, & navium locationem: nam pecuniæ collocantur periculo dantis, non veri domini: at verò naves non locantur periculo dantis, ſed veri domini, quare mirum non eſt, quod fructus pecuniæ non percepti malæ fidei poſſeſſori non imputentur, ſiquidem ſibi permiſſum erat à periculo fœnerationis recedere, forte quia ſuſpectum debitorem inveniſſet; at verò de fructibus ex navi non perceptis tenetur, quia periculum navis ſibi imputari non poterat, ſed vero domino: Cujacius *lib.* 6 *quæſtion. Papinian. in dict. l. ſi navis. ff. de rei vindicatione*, Anton. Faber *in Rationali ad eundem textum.*

7 Quintò obſtat textus *in l. ſi fundum*, 17. *C. de rei vindicatione*, ubi ſi quis mala fide fundum à non domino emerit, fundum cum fructibus perceptis reſtituere tenetur, non verò de percipiendis, ſeù quos verus poſſeſſor percipere potuit. Verùm huic difficultati reſpondendum eſt, ibi ſolum de perceptis, non verò de percipiendis reſtitutionis mentionem haberi, quia de illis ſolummodo Imperatoribus quæſtio fuit propoſita: nam aliud eſſet dicendum, ſi de cæteris quæſtio haberetur, Donellus *l.* 20. *commentariorum*, *cap.* 5. Oſualdus *ibi*, *litera K.*

8 Sextò obſtat text. *in l.* 3. §. *ſi emptor*, *ff. de actionibus empti*, *& venditi*, ubi ſi emptor ſtipulatus eſt rei venditæ vacuam poſſeſſionem tradi & ex ſtipulatione agat ad rem ſimul cum fructibus ſibi reſtituendam, & ſi res reſtitui debeat, non tamen cum fructibus interim perceptis: quod omnino contrarium refert textus *in leg. ſi ſtipulatus ſit. ff. de uſuris*. Sed in hac jurium pugnantia animadvertere oportet, multum referre, an venditor promiſerit rem dare ſimul, & vacuam poſſeſſionem tradere, an verò rem dare, vel tantum vacuam poſſeſſionem tradere: nam in primo caſu rem ſimul cum fructibus præſtare tenetur, quo modo obtinet textus *in dict. l. ſi ſtipulatus* 4. *ff. de uſuris*. In ſecundo verò caſu etſi teneatur reſtituere, non tamen tenetur fructus interim perceptos: ita & obtinet textus *in d. l.* 3. §. *ſi emptor. ff. de actionibus empti*, *& venditi*, Anton. Faber *in Rationali ad eundem textum*, Julius Pacius, *in leg. conciliat. centuria* 5. *quæſt.* 4.

9 Septimò obſtat textus *in l. nec eorum* 15. *ff. de uſuris*, ubi malæ fidei poſſeſſor non tenetur uſuras fructuum præſtare: ſed ideo non tenetur eas præſtare, ne infinitæ præſtationes in jure admitterentur. *l.* 2. §. *indemnitas ff. de adminiſt rerum ad civitatem pertinentium*, *l.* 3. §. *ult ff. de uſuris*, Anton. Faber *in Rationali ad textum in l. hæres* 51. §. *fructuum. ff. de petitione hæreditatis*, Cujac. *l* 6. *reſp. Pauli*, *in dict. leg. nec eorum*. Neque obſtat textus *in leg.* 10 *hæres*, §. 1. *ff. de petitione hæreditatis*: ex quo conſtat fructuum perceptorum uſuras ante petitam hæreditatem petendas eſſe, quia diſcrimen verſatur inter judicium particulare, & univerſale: nam in particulari rei petitæ fructus ante conteſtationem non veniunt, ſed tantum officio judicis, tanquam illius judicii acceſſorii præſtantur; & cùm acceſſio acceſſionis in jure non admittatur, *l. fin. Cod. de uſuris*, juſta de cauſa in particularibus judiciis uſuræ non debentur: at verò in univerſali, cùm fructus hæreditatis hæreditatem ipſam augeant, *l. item veniunt*, §. *fructus*, *ff. de petitione hæreditatis*, & petita hæreditate, fructus ante litis conteſtationem percepti, cùm re ipſa veniant, non ut acceſſiones officio judicis, ſed principali actione, ideò ex fructibus ex hæreditate perceptis uſuræ etiam debentur; poſt cõteſtationẽ verò non debentur, cum jam non augeant hæreditatẽ, ſed potius ejus acceſſiones dicãtur, nã etſi fructus debeantur ex pecunia, tamen uſuræ non præſtantur, *dict. l item veniunt*, §. *fructus ff. de petitione hæreditatis*, Anton. Faber *in Rationali ad eundem textum*. Cujac. *lib.* 2. *reſponſorum Papinian. in dict. l. hæres* 51. *de petit. hæreditat.*

ditat. Donel. *lib.* 19. *cap.* 14. Amaya *lib.* 3. *observat. cap.* 2. *num.* 86.

11 Octavò obstat textus *in l. penultima, ff. de rei vindicatione*, ubi Paulus ex sententia Labeonis asserit, mortuo homine petito post inchoatum vindicationis judicium, fructus usque ad tempus quo vixit æstimandos esse, & tamen post contestationem quis in mala fide constituitur, *l. sumptus* 48. *ff. de rei vindicatione. l. etsi*, §. *si ante, ff. de petition. hæreditatis.* Augetúrque difficultas, ex text. *in leg. Julianus*, §. 1. *ff. de rei vindicatione*, ubi ex Ulpiani sententia fructus non tantum quoad hominis mortem, sed etiam quoad rei judicatæ tempus debentur: ergo ex Labeonis sententia constat malæ fidei possessorem fructus posse percipere. Sed præsens Consultorum conflictus facilè dissolvitur, si animadvertamus, Paulum ex Labeonis sententia nihil contra Ulpianum dixisse *in dicto* §. 1. nam adnotandum est, mortuo homine petito, vel re petita perempta, post inchoatum vindicationis judicium, quoad fructuum restitutionem discrimen versari, an dolo, seù culpa; an verò sine dolo decesserit: nam in primo casu fructus debentur, usque ad rei judicatæ tempus, & ita obtinet Juliani sententia *in d. l. Julianus*, §. 1. At verò in secundo casu, si sine possessoris culpa perierit, Labeonis sententia tenenda est, quam refert Paulus *id dict. l penultima*, ut dumtaxat, quoad servus vixerit, fructus æstimentur, Anton. Faber *lib.* 2. *conjecturarum, cap.* 6. *in l. penultima, ff. de rei vindicatione*, Cujacius *in leg. fructus* 33. *ff. de rei vindicatione*, Antonius Pichardus *in* §. *etsi in rem, Instit. de officio judicis, num. ultim.*

12 Nonò, obstat textus difficilis *in l. si urbana prædia*, 55. *ff. de conditione indebiti*; ubi ex *Papiniani* sententia constat, quod si prædo conductori urbana prædia locaverit, quidquid conductor mercedis loco præstitit, accipientis prædonis facit, adeò ut nec ab eo repetere possit; & tamen principium juris est, mercedes loco fructuum esse (ut supra diximus:) ergo quia prædo mercedes sibi adquirere non poterat. Cui difficultati occurritur, si dixeris prædonem ibi non adquirere fructus per se ipsum; sed per alium, hoc est per conductorem: nam si conductor rem alienam pignori dederit, creditor ex re aliena nomine debitoris fructus in sortem computare tenetur, *l. si pignore*, §. *si prædo. ff. de pignoratitia actione.* Idem etiam est dicendum in vecturis navium, si prædo navem alienam locaverit, & in mercedibus servorum, si prædo servi alieni operas locaverit, ita ut sensus sit, quod quimercedem, fructus, vel usuras solvit à fure ipso condicere non possit: postea tamen dominus rectè cum prædone agit, ut omnes fructus perceptos, sibi simul cum re restituere teneatur. Neque solutioni obstat secunda illius textus pars, ubi si servus se ipsum locaverit, & operas prædoni retulerit, operæ illæ interim non fiunt prædonis, seu falsi domini, sed ab eo condici possunt: nam textus ille *in* 2. *par.* loquitur quando non prædo locavit, sed ipsemet servus se locavit; notat Cujac. *l.* 6. *q. Papin. in dicta l. si urbana*, 55. *ff. de condict. indebiti.*

13 Decimò adversus id quod communiter *in præsenti* notant omnes, nempè fructuum æstimationem fieri debere non habito respectu ad personam spoliantis, sed ad personam spoliati juxta textum *in dict. l. si navis* 63. §. *generaliter, ff. de rei vindicatione, l. apud Julianum* 40. §. *fructus, ff. de legat.* 1. *sed & partus quod metus causa*; valde obstat text. *in leg. patri pro filio* 27. §. *si pecuniam, versicul.* Ex quo scilicet. *ff. de minoribus, l.* 2. *Cod. de fructibus, & litium expensis, l. ait prætor* 10. §. *per hanc, ff. de his quæ in fraudem creditorum.* §. *etsi in rem, Institut. de officio judicis*, in quibus juribus cavetur fructuum percipiendorum æstimationem fieri debere habito respectu ad personam possessoris, non verò petitoris. Sed huic dubio commune responsum est, videlicet quod tum demum fructuum æstimatio debetur habito respectu ad personam spoliatam, casu in quo similiter eosdem fructus cum eadem æstimatione spoliatus percipere potuisset: At verò si eos non esset percepturus, sed propter singularem industriam possessoris percipi potuerunt, restituendi non sunt, cùm tunc fructus rei non sint, sed potius negotiationis, & industriæ, *l.* 3. *ff. ad legem Falcidiam*, Menochius *de recuperanda: remedio* 1. *num.* 44. Antonius Pichardus *in dict.* §. *si quis à non domino, numer.* 20. *& in dict.* §. *etsi in rem, num.* 67. Nec obstat textus *in dict. l. cum hæreditas*, 56. *de petitione hæreditatis* ubi fructus percepti à possessore restituendi sunt, quamvis petitor eos percepturus non esset. Quia textus ille loquitur, quando fructus jam sunt percepti, non percipiendi: nam tunc restitui debent, licet actor non fuisset eos percepturus. Ratio est, quia cùm res ipsa vero domino debeat esse fructifera, non verò malæ fidei possessori, ideò justa de causa, jam perceptos restituit, etsi dominus non esset percepturus, Lessius *de justitia, & jure, lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 118. Sanch. 2 *in summa, lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 105. *&* 123. Bonacina 2. *tom. de restitution. in genere, disput.* 1. *qu.* 31. *puncto ultim.* §. 2. *propositione* 2. *num.* 1.

14 Undecimò obstat textus *in l. fructus*, 45. *ff. de usuris*, ubi uxor potest fructus adquirere ex re sibi donata à marito, & tamen ipsa est in mala fide, siquidem erans in jure malæ fidei possessor est; *cap. qui contra, de regul. juris, l.* 6. *l. quemadmodum, Cod. de agricolis & censitis*, & dubium non est, quin uxor, quæ existimat inter virum, & uxorem donationem valere, in jure erret cùm à jure ipso sit prohibita, *l.* 1. *& per totum tit. ff. de donat. inter*: Sed huic difficultati satisfieri potest, si dicamus, 15 ideò ibi uxorem fructus industriales adquirere posse, siquidem tantum donationes illæ inter virum, & uxorem à jure prohibeantur, ex quibus donans efficitur pauperior, *l. si sponsus* 5. *si maritus* 2. *ff. de donation. inter*: ideò ex re donata industria les fructus uxor sibi adquirit, quia in illis bonæ fidei possessor dicitur, cum non tam ex ipsa re, quàm ex industria possidentis proveniant, & ex illis donans non efficiatur pauperior; *l. de fructibus*, 18. *de donation. inter*: Ant. Faber *l.* 4. *conjecturarum cap.* 18. Thomas Sanchez *de matrimon. l.* 6. *disput.* 16. *n.* 7. Osuald. ad Donel. *tib.* 4. *cap.* 25. *lit. A.*

16 Duodecimò adversus id, quod *in præsenti* notant Doctores, omnem videlicet bonæ fidei possessorem non tantum fructus industriales, sed etiam naturales suos facere; juxta textum *in dicto* §. *si quis à non domino. l. sed & loci* 4. §. *post litem ff. finium regundorum, l. certum, Cod. de rei vindicatione, l. in pecudum*, 18. *de usuris, l.* 4. §. *lana. de usucapionibus. l. quæsitum* 40. *de adquirendo rerum dominio*, Antonius Faber *l.* 3. *conjecturarum, c.* 17. Donel. *l.* 4. *commentariorum, c.* 25. Osualdus *ibi littera P.* Fachineus *l.* 1. *controversiarum, capit.* 57. Cujacius *tract.* 7. *ad Africanum, in dict. leg. quæsitum* 40. *ff. adquirendo rerum domin.* valde obstat textus *in l. cum autem*, § *finali. ff. de ædilitio edicto*, ubi si quis bona fide à non domino animal emerit, & diu possederit, si ob morbositatem res redhibita sit fructus interim perceptos sibi non adquirit, sed restituere tenetur. Sed huic difficultati ut occurratur, respondendum est, textum illum loqui, in ædilitio edicto, & redhibitoria actione, ubi res redditur, & contractus ipso jure rescinditur, & omnia restituuntur, ac si emptio, & venditio nullatenus fuisset facta, *l.* 6. *ejusdem tituli*; ideòque quemadmodum, si res vendita non fuisset, omnes fructus rei apud venditorem mansissent; ita similiter justum est, ut restituta re, omnes fructus cum ea restituantur; *l.* 1. §. *aiunt, ff. de ædilitio edicto*, Benedict. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescindenda vend.* 2. *part. cap.* 4. *num.* 3.

17 Decimò tertiò obstat textus *in* §. *si quis à non domino, de rerum division.* ubi Justin. docet, quod is qui à non domino bona fide fundum emit, fructus, quos perceperit, suos facit pro cultura, & cura: ergo si in illis non est cultura, nec cura, eos adquirere non poterit, ac per consequens naturales non lucratur, cum in illis non detur cultura, & cura. Sed huic objectioni respondebis, quod etsi verba illa: *Pro cultura, & cura*, propriè loquendo ad industria les fructus tantum referantur, tamen magis propriè verbum illud, *jura*, ad naturales, & verbum illud,

illud, *cultura*, ad induſtriales referri debet; ut ſenſus ſit, quod bonæ fidei poſſeſſor omnes fructus tam naturales quàm induſtriales ſibi adquirat: induſtriales, *procultura*, & naturales, *procura*; notat Aut. Faber *lib.* 4. *conject. cap.* 17.

18 Decimoquartò adverſus id, quod *in præſenti* notant omnes, videlicet, quod etſi verum ſit bonæ fidei poſſeſſorem omnes fructus conſumptos ſibi adquirere, tamen naturales extantes reſtituere debere, juxta textum *in l. qui ſcit*, §. 1. & 2. *ff. de uſuris*, Donel. *lib.* 4. *comment. cap.* 25. & 26. Valde obſtat textus *in l. bonæ fidei emptor* 48. *ff. de adquirendo rerum dominio*, ubi Paulus aſſerit bonæ fidei emptorem percipiendo fructus ex aliena re, ſuos facere, non tantum qui ex diligentia ſua provenerunt, ſed & omnes; ea nimirum ratione, quia quoad fructus attinet, *loco domini pene eſt*. In cujus textus difficultate omiſſa interpretatione, quam refert Pich. *in dict.* §. *ſi quis à non domino*, *num.* 13. Fachineus *li.* 1. *controverſiarum*, *cap.* 37. Amaya *li.* 2. *obſervat. cap.* 16. *n.* 13. veriſſimè eſt dicendum, Paulum *in dict. leg. bonæ fidei emptor*, tantum loqui de fructibus induſtrialibus, quos omnes tam extantes, quàm conſumptos ſibi adquirit. Neque obſtant verba illa: *Sed & omnes*, quia non debent referri univerſaliter ad omnes fructus, ſed particulariter tantum ad omnes, qui ex diligentia, & cura non ſolum propria ipſius bonæ fidei poſſeſſoris pervenerunt, ſed etiam alterius opera adquiſiti ſunt, vel adhuc extant, Donel. *lib.* 4. *comment. cap.* 25. & *ibi* Oſuald. *litera A.* idem Don. *in tract. de fructibus cap.* 4. Neque obſtat textus *in dict. l. certum* 22. *C. de rei vindicat.* ubi poſſeſſor bonæ fidei præſtat omnes fructus extantes, quia ibi fructus extantes accipiuntur pro pendentibus nondum ab ipſo ſolo ſeparatis, quos bonæ fidei poſſeſſor ſuos non facit, cum adhuc pars fundi cenſeatur, *l. fructus* 44. *l. ſi fundi* 53. *de rei vind. l. ſi pendentes* 22. *ff. de uſufructu*, Don. *li.* 4. *cap.* 26. Oſuald. *ibi lit. C.*

19 Decimoquintò, obſtat tex. *in l. qui vas.* §. *ancilla autem*, *ff. de furtis*, ubi cum Ulp. dixiſſet partum ancillæ furtivæ, apud bonæ fidei poſſeſſorem edictum, & conceptum, ab eo uſucapi poſſe; ſtatim proſequitur affirmans idem eſſe obſervandum in pecudibus: ergo bonæ fidei poſſeſſor ſtatim fructus non adquirit, ſiquidem uſucapio deſideratur. In cujus textus difficultate, omiſſa interpretatione Connani *lib.* 3. *comment. cap.* 15. *n.* 13. Cujacii *in leg.* 4. §. *Iana*, *de uſucapionibus*, Fabri *in Rationali ad textum in leg. ſiego* 11. §. 4. *de Publiciana in rem actione*, Oſuald. aut Donel. *lib* 4. *c.* 26. *litera C.* veriorem exiſtimo, quam refert eruditiſſimus Amaya *lib.* 3. *obſervationum, cap.* 1. §. 1. *n.* 35. dum aſſerit æquiparationem factam ab Ulpian. *in dict.* §. *ancilla*, *verſicul. Idem &*

20 *in pecudibus*, non eſſe extendendam ad ſecundam ſpeciem, ſed ad primam, hoc eſt ad partus ancillarum, qui fructus nomine non comprehenduntur, qui ſive editi, ſive concepti ſint apud bonæ fidei poſſeſſorem, uſucapi debent; non verò *ad verſiculum*, *ex furtivis equis*, quia cum hi fructus nomine comprehendantur, ſtatim abſque uſucapione ab bonæ fidei poſſeſſorem pertinent, notat Pinellus *libr.* 2. *ſelectarum*, *capit.* 1. *n.* 85. Neque obſtabit dicere, nunquam fructus à bonæ fidei poſſeſſore adquiri poſſe ex regula illa, qua docemur, quod id quod ex re noſtra naſcitur ad nos pertinere debet, *leg. item* 6. *l. ergo* 30. §. 1. *de adquirendo rerum dominio*, §. *item rei Inſtitut. de rerum diviſione.* Quia dicendum eſt, quod licet inſpecto juris rigore, fructus, ex dictis juribus, ad dominum, non ad bonæ fidei poſſeſſorem pertinere deberent, tamen æquitas ſuadet, ut in præmium curæ, & culturæ bonæ fidei poſſeſſor induſtriales extantes, & naturales conſumptos adquirat, non tantum domini, ſed & Reipublicæ interſit fundum colere, Donellus, *libro quarto cap.* 26.

21 Decimoſextò obſtat textus *in leg. item veniunt* 20. §. *præter*, *verſicul. Eos*, *ff. de petitione hæreditatis. leg.* 1. *Cod. eodem*, ubi bonæ fidei poſſeſſor tenetur fructus, etiam conſumptos reſtituere, dummodo ex illis ſit factus locupletior. Sed ut illorum jurium difficultas diſſolvatur, diſtinctio eſt adhibenda inter judicium univerſale quale eſt petitio hæreditatis, & particulare uti eſt rei vindicatio: nam in primo, bonæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere fructus conſumptos, & ita obtinent jura in argumento adducta: ſecus in ſecundo. Ratio differentiæ in eo conſiſtit, quia ex Senatus Conſulto Divi Adriani relato *in dict. l. item veniunt*, §. *præter*, *& in dict. l.* 1. cavetur ne bonæ fidei poſſeſſor lucrum ex hæreditate 22
percipiat: nam fructus hæreditatem augent, *leg. illud* 41. §. *prædo*, *ff. de petitione hæreditatis*, & quemadmodum damnum ſentire non debet, ita & eam reſtituere ac ſi nunquam poſſediſſet, nec lucrum ex ea capere poterit: quæ ratio ceſſat in rei vindicatione, & in cæteris particularibus judiciis, *l. venditor*, 21. *ff. de actionibus empti & venditi*, ideò juſta de cauſa bonæ fidei poſſeſſor fructus conſumptos reſtituere non debet, etiamſi ex illis ſit factus locupletior; notat Fachineus *lib.* 1. *controverſiarum*, *cap.* 58. Pinellus *in leg.* 2. *Cod. de reſcindenda venditione* 2. *part. c.* 4. *n.* 60. & 74. Anton. Fab. *l.* 4. *conjecturarum*, *cap.* 17. Donel. *lib.* 19. *comment. cap.* 13. Oſuald. *ibi*, *litera B.*

Decimoſeptimò, obſtat textus *in dict. l. fructus* 45. *ff. de uſuris*, ubi bonæ fidei poſſeſſor, hoc eſt uxor ſolummodo fructus induſtriales ſibi adquirit, naturales autem etiam conſumptos reſtituere tenetur, & fructuum donatio inter virum, & uxorem permiſſa eſt; *leg. de fructibus*, 17. *ff. de donation. inter.* Qua in difficultate dicendum eſt, quod etſi verum ſit, quod fructuum donatio inter virum, & uxorem, ſit permiſſa; id tamen, ut ſupra diximus, verum eſt in fructibus induſtrialibus. Ratio eſt, quia ex illis donans non efficitur pauperior, meritò ex donatione illa bonæ fidei poſſeſſor efficitur: ſed cùm hæc ratio ceſſet in naturalibus, qui natura ipſa producuntur, cum ex illis donans efficiatur pauperior, etiam conſumptos reſtituere tenetur, cum in illis donatio ſit prohibita, *leg.* 1. 3. *& per totum tit. ff. de donation. inter*: Oſuald. *dict. lib.* 4. *capite vigeſimoquinto*, *litera A.* Neque obſtant verba *dictæ leg. fructus*, ibi: *Sicuti nec cujuſlibet bonæ fidei poſſeſſoris.* Quia non ſunt generaliter accipienda, ita ut bonæ fidei poſſeſſor, nec naturales conſumptos ſibi adquirant, ſed particulariter tantum in ſpecie *illius text.* quaſi ſenſus ſit uxorem non lucrari fructus naturales, ſicuti lucrari poterat alius quilibet bonæ fidei poſſeſſor. Cujac. *in dict. l. fructus.* Anton. Faber *dict. l.* 4. *conject. cap.* 17. Sanchez *de matrimonio libr.* 6. *diſput.* 16. *num.* 7.

DE IMPENSIS.

CUM fructus intelligantur, deductis impenſis, *leg. quod in fructus*, 46. *digeſtis de uſuris*, *leg. fructus* 7. *digeſt. ſolut. matrimon.* ideò antiquorum veſtigiis inhærendo operæ pretium duxi, jura circa impenſas agentia interpretari, quare primò de illis, & ſecundò de remediis, quibus conſequi poſſunt, agendum erit.

SUMMARIUM.

1 *Bonæ, & malæ fidei poſſeſſor neceſſarias impenſas deducit; utiles verò neuter, licet bonæ fidei poſſeſſori ex variis cauſis ſuccurratur; & uterque, ſi egenus fuerit, abſque detrimento rei eas tollere poſſit. Idque in voluptuariis quoque procedit.*

2 *Ratio aſſignatur.*
Locupletari cum alterius jactura nemo debet.

3 *Fur expendens in alendo infante quem ſurripuit, eum abſque deductione impenſarum reſtituere debet.*
Explicatur l. 1. C. de Infantib. expoſit.

4 *Mala fidei poſſeſſor non deducit impenſas in colligendis fructibus factas, quod intellige, ut ibi.*

Explicatur text. in l. si fervus 27. §. si alium, ff. ad l. Aquil. & l. si fervus 25. ff. de pignorat. act.

5 *Expensas factas in erudiendo servo alieno, vel in ædificio, bonæ fidei possessor repetit; ut ibi declaratur.*

Explicatur text. in l. idque 45. paragrapho, illud, & in l. si autem 27. §. sed si puerum, ff. de action. empti.

6 *Explicatur text.* in l. si id quod, §. 1. ff. de donat. inter.

7 *Malæ fidei possessor an utiles impensas deducere possit, &* num. 8.

Explicatur text. in l. plane 41. digestis, de petit. hæred.

8 *Malæ fidei possessor impensas utiles deducere potest, quoties absque detrimento rei illas abradere potest.*

Conciliantur text. in l. adeo 7. §. ex diverso, ff. de adquir. rer. domin. & §. ex diverso. Instit. de rerum divis. & in l. 2. C. de rei vind.

9 *Martinus utiles impensas in rebus dotalibus factas deducit.*

Explicatur text. in l. divortio 7. §. si vir, ff. soluto matrim. & l. fin. ff. de fund. dotal.

10 *Marmor quod non renascitur non est in fructu. Secus de illo quod renascitur.*

11 *Lapidicinæ inventæ in fundo mulieris, dotales efficiuntur.*

12 *Impensæ necessariæ ipso jure dotem minuunt, & à marito dos retineri potest donec fuerit ei satisfactum, & n. seq.*

13 *Explicatur text. in l. stichum* 56. §. *quod dicitur, ff. de jure dot.*

14 *Si maritus uxori dotem legaverit, ejus hæres necessarias impensas deducet, non autem utiles.*

Explicatur text. in l. Mævio 41. §. à me ff. de leg. 2. & l. dote 5. ff. de dote præleg.

15 *Creditor cui domus hypotecata est, an teneatur resarcire impensas ei, qui in causa damni infecti missus fuit in possessionem.*

Explicatur text. in l. cum postulassem 44. §. damni infecti, ff. de damno infecto, & l. Paulus, §. domus, ff. de pignorib.

16 *Impensæ voluptuariæ aliquando, necessariæ redduntur & utiles.*

Explicatur text. in l. utiles paragrapho, fin. ff. de petit. hæred.

17 *Omissa retentione per doli mali exceptionem à bonæ, vel malæ fidei possessore oppositam circa impensas, nullum remedium erit ad earum recuperationem.*

18 *Explicatur text.* in l. si pupilli 6. §. sed si quia. ff. de negot. gest. & *n. seq.*

19 *Gerens aliena negotia tanquam aliena actione negotiorum impensas recuperare potest; secus si tanquam propria gerat.*

20 *Malæ fidei possessor in rem alienam impendens, nullam repetitionem habet retentionis tamen jus ei conceditur.*

Explicatur tex. in l. domum 5. C. de rei vind.

21 *Possessor hæreditatis creditoribus aliquid solvens, id consequitur remediis de quibus hic.*

22 *Possessor hæreditatis expendens in monumento, expensas actione negotiorum gestorum ab hærede consequitur.*

Explicantur tex. in l. fin. §. 1. C. de pet. hæred. & l. hæreditas, §. ultim. ff. eodem.

23 *Possessor domus si illam tradiderit absque deductione impensarum, habet incerti condictionem.*

Explicantur text. in l. qui exceptionem 40. §. 1. ff. de condict. indeb. & in l. si area 33. eodem, & §. ex diverso. Instit. de rer. divis. & in l. sed etsi 22. §. 1. ff. de condic. indeb.

24 *Hæres putativus solvens legata, adversus verum hæredem habet actionem negotiorum gestorum.*

Explicatur text. in l. at si quis 14. §. si quis dum, ff. de religios. & sumptibus fun.

Actio funeraria competit pro sumptibus funerum, & n. 25. *& seq.*

25 *Explicatur tex.* in dict. l. at si quis, §. interdum, & n. seq.

Expendens in funus cum defuncto quasi contrahere censetur. ibi.

26 *Expendens pietatis, & miserationis causa in funus, non repetit sumptus, & n. seq.*

27 *Expendens pietatis causa in alenda filia alterius exposita, sumptus repetit.*

Explicatur text. in l. patrem 16. C. de nupt.

28 *Explicatur tex.* in l. si quis ab alio 7. in pr. vers. *Sin autem*, ff. de calumniat.

Dans pecuniam calumniatori ne crimen intenderet, repetitionem habet ibid.

29 *Malæ fidei possessori an detur vindicatio, ut diruto ædificio possit tollere ea quæ impendit.*

Explicatur l. 2. C. de rei vind.

30 *Hæres qui absque deductione Quartæ hæreditatem restituit, non habet condictionem, aliarum vero rerum, per retentionem sibi consulere potest.*

Explicatur tex. in l. hæres 21. ff. ad Trebell.

31 *Hæres putativus creditoribus hæreditariis solvens repetitionem habet.*

Explicatur text. in l. si pœnæ 19. §. 1. & l. repetitio 43. ff. de condict. *ind.*

32 *Bonæ fidei possessor pro impensis jus habet retentionis & an si solvat non deductis impensis, habeat condictionem.*

33 *Per doli exceptionem datur, repetitio, cum ea opposita eliditur actio, & n. seq.*

Explicatur text. in l. pater dotem, ff. de dote præleg.

34 *Cautio præstanda antequam legatum solvatur, si omissa fuerit, condictio competit ut interponatur.*

Expenditur l. 3. §. fin. ff. si cui plus quam per leg. falcid.

35 *Malæ fidei possessori quoad impensas consulitur per officium judicis, non vero per retentionem.*

Explicatur l. plane 34. ff. de petit. hæred.

CONCLUSIO

TAM *bonæ fidei, quam malæ fidei possessor necessarias impensas deducit; utiles vero neuter, licet bonæ fidei possessori ex variis causis officio judicis succurratur, & uterque si egenus fuerit, tollere eas poterit, ita ne res deterior fiat, quod & in voluptuariis locum habet.* Idem probat text. *in leg. Julianus* 37. *l. in fundo* 38. *ff. de rei vindicatione. l. Lucius* 30. *digestis depositi, l. fructus* 7. *digestis, soluto matrimonio, l. si à domino* 36. §. *fructus, l. plane. l. utiles* 39. §. *videamus, digestis, de petitione hæreditatis, l. quod in fructus* 46. *ff. de usuris, l. fundus* 51. *digestis, familiæ herciscundæ, l.* 1. *&* 3. *l. veluti* 6. *l. impensa* 14. *l. utilium*, 8. *ff. de impensis in rebus dotalibus factis, l. impensæ. ff. de verborum significatione, l. in area* 33. *ff. de condictione indebiti, l. ait prætor* §. *per hanc, digestis quain fraudem creditorum, l. domum, Cod. de rei vindication. l.* 1. *C. de fructibus, & litium expensis, l.* 4. *tit.* 28. *part* 3. *l.* 4. *tit.* 14. *par.* 6. *l.* 44. *tit.* 28. *p.* 3. illustrant Fachineus *l.* 1. *variarum, c.* 54. Covarr. *in reg. peccatum, 2. part.* §. 6. *numero tertio*, Idem *lib. primo, variarum, capite tertio, numero tertio*, Garcia *de impensis, capite secundo & septimo*, Gilqueneus *de impensis, 2. part. cap.* 4. Barbos. *in l. divortio* 8. §. *fin. ff. soluto matrim.* Gutierrez *li.* 3. *practicarum, qu.* 86. *n.* 12. Idem de tutelis 3 *par. c.* 37. Menoch. *de recuperanda, remedio* 15. *n.* 515. Mascard. 2. *tom. conclus.* 14. & 140. Cujac. *libro nono, observat. capite trigesimo octavo, & lib.* 10. *cap.* 1. *& lib.* 23. *cap.* 3. *& in commentariis ad text. in l.* 5. *digestis, de dote prælegata*, Ant. Faber. *lib.* 1. *conject. cap.* 2. *&* 3. Idem *lib.* 2. *conjecturarum, cap.* 1. Donell. *lib.* 20. *commentarior. c.* 7. Anton. Pichardus *in* §. *& si in rem* 1. *num.* 18. *& sequentibus, Instit. de officio Judicis, idem in paragrapho fuerat antea* 29. *Instit. de actionibus à num.* 85. 1

num. 85. *& sequentibus*, Carrança *de partu*, *c.* 4. *sect.* 3. *n.* 140. *& seqq.*

Ratio est, quia cum naturalis ratio prohibeat, ne quis 2
cum alterius jactura locupletetur, *leg. nam hoc natura* 14. *ff. de condictione indebiti*, ideò necessarias impensas tam bonæ, quàm malæ fidei possessor deducere potest, cum hæc deductio non personam possessoris respiciat, sed causam petitoris tantum, videlicet ne contra naturam cum alterius detrimento lucrum faciat: quæ ratio cum tam in malæ fidei possessore, quàm in bonæ fidei militet, idem jus in utroque constitui debuit; argument. textus *in l. illud* 31. *ff. ad legem Aquiliam*, *l.* 3. §. *unde etiam*, *ff. de injusto, rupto*: utiles verò ideò neuter deducit, quia de se quæri debet, qui in rem alienam impenderit; sed cùm hoc bonæ fidei possessori omnino imputari nequeat, officio Judicis variè ex personis, causisque succurritur, *l. in fundo* 38. *ff. de rei vindicatione*. Possessor autem malæ fidei, cum sciens impenderit, hoc remedio non juvatur, quia donasse præsumitur, *leg. Julianus* 37. *ff. de rei vindicatione*, sed tamen ei, quàm bonæ fidei possessori permittitur eas abradere, & tollere, si sine rei detrimento id fieri possit, *dict. l. Julianus* 37. *leg. domum* 3. *in fine*, *Cod. de rei vindicatione*. Voluptuarium verò ideò nulla deductio est, quia cum in his nullum lucrum petitor sentiat, nulla est ratio, cur contra naturam cum alterius jactura locupletari dicamus, *leg. plane* 34. *ff. de petitione hæreditatis*. Poterit tamen uterque possessor eas tollere si sine rei detrimento id fieri possit, ut in voluntariis seu voluptuariis fit, *l. utiles*, 39. §. *fin. ff. de petitione hæreditatis*.

Primò obstat textus *in l.* 1. *Cod. de infantibus expositis*, 3
ubi constat, quod fur qui Infantem expositum subripuit, & ei alimenta præstitit, absque deductione impensarum tenetur Infantem restituere, & tamen alimenta inter necessarias impensas connumerantur. Qua in difficultate omissa Glossæ interpretatione *ibi*; Salicet. *in l. domum*, *C. de rei vindicatione*, Menochius *de recuperanda: remedio* 15. *n.* 515. Barbosæ *ubi sup.* Anton. Fab. *lib.* 2. *conject. cap.* 1. Cujacius *lib.* 10. *observat. cap.* 1. Carrançæ *de partu*, *cap.* 4. *n.* 141. *apud medium*, versicul. *Secundo constituo*, verius dicendum est *in dict. leg.* 1. furem ideò non potuisse alimenta puero subrepto præstita deducere; quia cùm is qui ex una causa alteri est obligatus, non possit ex ea actionem consequi, juxta textum *in leg. sive hæreditaria ff. de negotiis gestis*, & fur, qui sumptus in alieno infante fecit, ex quibus infans crevit, & factus est adultus, eam ob causam obligetur, quia furtum adolescentis facere videatur, & teneatur ad ejus æstimationem solvendam, non potest impensas alimentorum repetere, propter quas adolescens factus est: nam si repeteret hos sumptus non videretur ipse condemnatus, quanti plurimi servus apud eum fuisset, Fachineus *libro primo*, *controversiarum*, *cap.* 54. quem sequitur Antonius Pichardus *in dict.* §. *etsi in rem*, *n.* 29. Anton. Faber videndus *in Rationali*, *ad textum in leg. si autem* 27. §. *sed si puerum*, *ff. de rei vindication.*

Secundò obstat textus *in leg. si servus* 27. §. *si olivam*, 4
ff. ad legem Aquiliam, ubi malæ fidei possessor non deducit impensas, quas in colligendis rei fructibus fecit, quia eas domino rei donasse præsumitur. Cui dubio responderi debet, *textum* illum procedere in fure, qui furando, & rapiendo, fructus colligit ex re, quam alius possidebat; quo in casu impensas non deducit, quia ex interpretatione juris eas donasse intelligitur, *l. donari ff. de reg. juris*: secus verò esset, si eas, rem possidendo, feciisset; quia tunc cùm ratione possessionis ei incumberet fundum colere, & fructus percipere, & de percipiendis teneretur, cum potius ex ipsa juris necessitate, quàm donandi animo eas facere videatur, justa de causa eas deducit, *l. si à domino*, §. *fi. de petitione hæreditatis*, *leg. fundum* 51. *ff. familiæ herciscæ*. siquidem nulla culpa est in eo, qui necessitate in re petita coactus, quid utiliter gessit, *leg. item si* 15. *ff. de rei vindicatione*, *leg. qui petitorio*, §. 1. *ff. de rei vindicatione*, Cujacius *lib.* 15. *observ. cap.* 1. Garcia *de impensis*, *cap.* 1. *num.* 13. *& cap.* 2. *numer.* 17. Barbosa *in l. fructus* 7. *ff. soluto matrimonio*, Antonius Pichardus *in dict.* §. *& si in rem*, *numer.* 63. Neque obstat textus *in leg. si servos* 25. *ff. de pignoratitia act. one*, ubi creditor impensas necessarias in servo pignorato non deducit: quia *textus ille*, versic. *Siquidem artificiis necessariis*, *&c.* loquitur non de necessariis, sed de utilibus, siquidem servum artificia, seu disciplinas doceri non est necesse; & quamvis necessariæ, seu utiles sint, cum tamen ad animi culturam pertineant, nec tolli possint, eas non deducit *l. in fundo* 48. *ff. de rei vindicatione*, cum traditis ab Anton. Fabro *in Rationali ad textum in dict. leg. servos* 25. *ff. de pignoratitia actione.*

Tertiò his omnibus obstat textus *in l. idque* 45. §. *il-* 5
lud, *ff. de actionibus empti*, *& venditi*, ubi si quis servum alienum bona fide emerit, & in eum impensas utiles fecerit, ita ut in arte doctiorem, & pretiosiorem fecerit, si postea verus dominus in servitutem eum evincat, sumptus eruditionis, & mercedes magistrorum, opposita doli mali exceptione, jure retentionis poterit recuperare: quod etiam docet Paulus *ibi*; cum quis in aliena area ædificavit. Cujus textus difficultas augetur ex textu *in l. si autem* 27. §. *sed si puerum*, ubi in eadem specie impensæ in servo erudiendo factæ non deducuntur, cum non similes sint impensis in area factis, in quibus diversa ratio militat. Sed in hac jurium contrarietate, verissimè est dicendum, nullam differentiam versari inter impensas in servo erudiendo factas, & inter impensas ædificii in area: nam si petitor est dives, & eas solvere potest, bonæ fidei possessor, jure retentionis eas deducit, cum jus retentionis adversus dominum ei competat; & si servus sit evictus, ei competit adversus venditorem evictionis actio: & ita est interpretandus textus *in d. l. idque* 45. §. *illud*, *ff. de actionibus empti*, *& venditi*: si verò petitor pauper est, aliud observatur, siquidem impensas in servo erudiendo factas bonæ fidei possessor non deducit, cùm à verò domino, nec à venditore paupere deducere possit. Secus verò est dicendum in impensis ædificii in area factis. nam tunc etiam si petitor pauper sit, cum ex area aliquando possit ædificium tolli, dispar est ratio, cùm ex area habeat quod possit tollere, nihil verò quod ex servo erudito; Anton. Faber *in Rationali ad textum in dict. l. si autem*, 27. §. *sed si puerum* 6. *ff. de rei vindicatione*. Idem in Rationali *ad textum in l. idque*, §. *illud ff. de actionibus empti*, *& venditi*. Cujac. *l.* 3. *q. Pauli. in dict. l. idque*, §. *illud*, Gothofredus *in notis ad text. in d. l.* 27. §. *in rem*, *lit.* D. Neque obstat text. *in l. si id quod*, §. 1. *de donation. inter*; ubi si maritus impensas fecerit in docendo servos dotales, eas non deducit, & tamen impensæ illæ inter utiles annumerantur, ut recuperari possint, *leg.* 6. *& 7. ff. de impensis in rebus dotalibus factis*, nam *in dict.* §. 1. ideò maritus impensas non recuperat, quia usus fuit ministerio servorum, cum quo lucro impensæ compensari debent, Pacius *centur. quinta quæst.* 67. 6

Quartò adversus id, quod suprà retulimus, videlicet 7
bonæ fidei possessorem posse officio judicis, utiles impensas deducere, non tamen malæ fidei, cum tantum ei permittatur exigere eas, quæ sine rei detrimento abradi possunt, *leg. in fundo* 38. *de rei vindicat. leg. domum*, *in fin. Cod. eodem*, cum tradit ab Anton. Pichard. *in dict.* §. *& si in rem*, *num.* 32. 1. *de offic. jud.* Obstat text. *in l. plane* 41. *ff. de petitione hæreditatis*, ubi etiam malæ fidei possessori subvenitur, ut possit impensas utiles officio Judicis deducere, siquidem ad eas deducendas Consultus supponit eandem rationem militare in malæ fidei, quam in bonæ fidei possessore. Qua in difficultate omissa interpretatione Accursii *in paragrapho certæ*, *verbo*, *Ædificaverit*. *Institut. de rerum divisione*, Sarmienti *libro primo*, *selectarum*, *capite decimo*, *numero nono*, verius dicendum est certum non esse malæ fidei possessorem impensas utiles nunquam posse deducere: nam aliquando ex benignitate ei succurritur, veluti si malæ fidei possessor in rem alienam utiles impe-

sas fecerit, ob quas res melior, & pretiosior facta sit. nam tunc si petitor eas aliunde solvere non possit, officio Judicis ei subvenitur, ut possit tollere quæ sine detrimento rei tolli possunt; cum æquum sit, ne petitor ex jactura alterius lucrum faciat. Neque obstabit dicere ex impensis utilibus petitorem semper lucrum facere: & ita non aliquando, sed semper prædoni officio judicis succurrendum. Quia dicendum est, non semper ex utilibus impensis petitorem locupletari, ut considerat Donellus *l.* 20. *comment. capite septimo*, Cujac. *libro vigesimo Pauli ad edictum in dict. l. plane* idem *l.* 10. *observ. cap.* 1. *& l.* 13. *capit.* 23. *in fine, & in posthumis ad textum in dict.* §. *certa de rerum divisione* Ant. Fab. in Rationali ad tex. *in d.* §. *plane*, Idem *de erroribus, decade* 26. *errore* 8. *& libro secundo, conjectur. capite primo*, Ant. Pich. *in* §. *& si in rem, n.* 35. Instit. de officio judicis.

8 Quintò obstat text. *in l. adeo* 7. §. *ex diverso, ff. de acquirendo rerum dominio, & d.* §. *ex diverso Instit. de rerum divisione*, ubi malæ fidei possessor, qui impensas utiles in alieno solo fecit, etiam diruto ædificio materiam vindicare non potest: ergo multo minus poterit impensas utiles abradere: quod omnino contrarium docet textus *in l.* 2. *C. de rei vindicatione.* Sed in hac jurium pugnantia, omissa Accursii interpretatione *in dict.* §. *ex diverso*, *glossa* 2. Garciæ *de expensis*, *cap.* 5. *n.* 19. Sarmienti. *libro primo selectar. cap.* 10. *numer.* 10. Cujacii *l.* 1. *observat. cap.* 1. Donelli *libro* 20. *commentarior. capit.* 7. Pacii *centuria* 7. *quæstion.* 90. Nicolai Genuæ *pag mihi* 436. Fabri *lib.* 2. *conjecturarum, c.* 1. *& de erroribus decade* 26. *errore* 9. veriorem esse existimo, quam refert Fachineus, *lib.* 1. *controversiarum capit.* 55. dum asserit certissimum esse, malæ fidei possessorem utiles impensas posse deducere, si absque rei detrimento abradi possunt: nec obstare decisionem textus *in dict. l. adeo* 7. §. *ex diverso*, quia loquitur de ædificante scienter in alieno solo, qui materiam vindicare non potest ex eo quod ex præsumpta voluntate ejus, donata censeatur ei, qui soli dominus est: nec contrarium suadet textus *in dict. l.* 2. quia ideo ibi vindicatur, quod textus ille loquitur cum quis in alieno solo ædificat, sciente, & patiente domino, quæ scientia, & domini patientia operatur, ut materia ipsa vindicari possit, argument. textus *in l. pure*, §. *si donavit. ff. de doli exceptione*, quæ scientia, & patientia præsumitur, ex prima Imperatoris specie, cum in priori casu loquatur de eo, qui in superiore parte domus habitabat, & simul dominus partis inferioris erat, quam sententiam sequitur Pichar. *ubi supra n.* 42. *de offic. judic.*

9 Sextò obstat textus *in l. divortio* 7. §. *si vir. ff. soluto matrim.* ubi marito, qui utiles impensas fecit, etiam si rem fructuosiorem reddat, eas deducere non permittitur. Augeturque difficultas, siquidem in eadem specie contrarium refert Javolenus *in l. fin. ff. de fundo dotali.* Sed in hac jurium discordia, omissa emendatione Cujacii *lib.* 15. *observation. cap.* 22. Fabri *li.* 1. *conjecturarum. cap.* 8. Duareni *in dict.* §. *si vir.* Molinæ. *de Hispanorum primogeniis, li.* 1. *cap.* 23. *num.* 9. Garciæ *ubi supra, cap.* 22. *n.* 48. Roberti *l.* 1. *animadversionum, cap.* 10. Pacii *centuria* 1. *quæst.* 61. Genuæ *fol. mihi* 828. veriorem esse existimo, quam refert Barbosa *in dicto* §. *si vir num.* 6. dum asserit ideò ibi maritum non posse impensas deducere; nam 10 cum marmor non sit in fructu, cum non renascatur, & marito non adquiratur, sed tantum in compensationem impensarum ei sit datum, justa de causa utiles impensas non deducit: at verò Javolenus *in dict. l. final. ff. de fundo dotali* loquitur, quando marmor renasci solebat, & fructus marito adquiruntur, argument. textus *in l. dotis fructus* 10. *ff. de jure dotium*, & cum marmor illud in fructu esset, nec in compensationem impensarum datum videatur, mirum non est, quod impensas utiles in marmore renascente factas deducere valeat, notat P. Gregor. *libro primo syntagmatum, cap.* 9. *in prima parte*, Anton. Pichard. *ubi supra num.* 46. Neque obstat textus *in l. si ex lapidicinis* 32. *ff. de jure dotium*, ubi si vir 11 in fundo dotali lapidicinas marmoreas aperuerit, quas voluntate mulieris distraxerit, nummi redacti ex venditione dotales efficiuntur, nec marito adquiruntur, nec impensas deducit, & tamen casu in quo marmor non renascitur, mariti est, ex *dict.* §. *si vir*, ibi: *Mariti est, &c.* Nam omissa *Cujacii*, *Fabri & Roberti* interpretatione, *ubi supra*, verissimè est dicendum, quod ibi non negatur maritum posse impensas deducere, cum in ejus arbitrio esset, vel impensas utiles deducere, aut in earum compensationem lapides retinere, argument. textus *in l. quod in hæredem*, §. *eligere, ff. de tributoria actione*, §. *cæterum, Instit. quod cum eo*, sed tantum asseritur, maritum lapides non adquirere: nam cum de consensu uxoris lapides vendidisset, tacitè videtur fateri dotales esse: siquidem consensus uxoris nunquam requiritur, nisi in alienationibus rerum dotalium, *princip. Instit. quibus alienare licet, vel non*: & cum lapides illi dotales sint, pecunia etiam ex illorum venditione dotalis efficitur, *l. res quæ digestis de jure dotium* Barbosa *in dict. divortio, n.* 6. *&* 12. 12

Septimò adversus id quod *in præsenti*, notant omnes, videlicet impensas necessarias ipso jure dotem minuere, juxta textum *in l.* 1. §. 1. *l. penultima, ff. de impensis in rebus dotalibus factis*, sed non ita asserunt esse intelligendum ut res ipsa dotalis diminuatur, seu desinat esse dotalis, sed tantum, ut à marito res ipsa dotalis detineri possit donec ei fuerit satisfactum, juxta textum *in l. quod dicitur. ff. de impensis in rebus dotalibus factis*, valde obstat *text. in l. stichum* 56. § *quod dicitur, ff. de jure dotium*, versic. *Sed etsi*, ex quo constat, quod propter necessarias im- 13 pensas rei, ipsa desinit esse dotalis. Sed omissa Accursii interpretatione *in dict. l. quod dicitur* 5. verissimè est dicendum, quod quamvis impensæ necessariæ dotem minuant, id tamen non debet referri ad hoc, ut dotalia prædia desinant esse dotalia, sed tantum ad universam dotis quantitatem: nam licèt species non diminuantur neque desinant esse dotales, tamen diminuentur per ipsam impensarum retentionem; & non ipso jure dos minuitur, sed mediante retentione, cum maritus possit dotalem fundum retinere donec ei à muliere satis sit factum Ant. Pichardus *in l.* §. *fuerat antea* 29. *n.* 91. *Instit. de actionibus*, Ant. Faber, *l.* 1 *conject. c.* 2.

Octavò his omnibus obstat textus *in l. Mævio* 41. §. *à* 14 *me hæredis, ff. de legatis* 2. ubi si maritus uxori dotem legaverit, ejus hæres nec necessarias, nec utiles impensas deducit: Augeturque difficultas ex textu *in l. dote* 5. *ff. de dote prælegata*, ubi Marianus in eadem specie asserit, quod si maritus uxoris dotem relegaverit, ejus hæres, quamvis non possit impensas utiles deducere, poterit tamen necessarias, quæ ipso jure dotem minuunt. In qua jurium discordia dicendum est, ideo *in dict. l. Mævio* 41. §. *à me* hæredem non posse impensas, nec utiles, nec necessarias deducere, quia maritus uxori dotem legavit ita: *A te hæres peto, quidquid à te dotis uxoris nomine ad me pervenisset, ut tantum uxori des*: nam cum verba illa, *quidquid*, taxationis loco habeantur, & perinde significent, ac si legasset eandem quantitatem, quam initio maritus accepisset, ideo remisisse videtur impensas omnes; sicque si mille dotis nomine à principio maritus accepisset, eandem quantitatem, hoc est mille hæres præstare tenetur absque ulla impensarum deductione: at verò *in dict. l. dote* hæres deducit necessarias, non utiles, quia maritus non taxativè cum illa formula legavit, *quidquid à te, &c.* sed tantum dotem simpliciter legavit, quæ dos cum minor efficiatur per impensas necessarias tantum legasse videtur dotem, quæ nunc est, hoc est, minutam per impensas necessarias, non verò quæ tunc erat antequam maritus eas feciisset hoc est receptionis tempore, Cujac. *in dict. l. dote* 5. *ff. de dote prælegata*, idem *l.* 23. *observationum. c.* 23. Ant. Fab. *l.* 2. *conject. cap.* 3.

Nonò obstat textus *in l. cum postulasset* 44. §. *damni* 15 *infecti, ff. de damno infecto*, dum in fine *Africanus* asserit, quod si quis in ædibus causa damni infecti in possessionem sit missus, & eas usuceperit, si postea creditor, cui domus sit obligata, egerit hypothecaria actione, adversus quam ex jure antiquo usucapio non admittitur

mittitur, nisi sit paratus resarcire impensas, quæ in refectione domus fuerint factæ: secus verò dicendum, si emptor emit rem alteri obligatam; nam si creditor egerit hypothecaria actione auditur, neque pretium, neque impensas præstare tenetur, ex qua secunda Africani sententia patet, bonæ fidei possessorem non posse impensas deducere. Sed ut hæc cesset difficultas, in specie proposita est differentia constituenda inter emptorem, & eum qui vice cautionis damni infecti possidere jussus usucepit: nam emptor eas non deducit: quia sponte sua accedit ad emptionem, & diligenter sibi cavere debet à venditore evictionis nomine, in qua cautione hypothecaria actio continetur, *l. si mancipium*, §. *pen. ff. de evict.* satis enim est ut ei competat actio evictionis adversus venditorem, ut pretium & impensas recuperet, is verò cui damni infecti non cavetur veluti coactus possidet, nec potest sibi cavere à domino ædium actionis nomine; meritò creditor rectè potest agere hypothecaria actione adversus eum, qui missus est in possessionem: si modò paratus sit impensas præstare, cùm jure veteri usucapio non perimat pignus. Nec obstat *l. Paulus*, §. *domus ff. de pignoribus*, ubi nec adversus emptorem admittitur creditor hypothecarius, nisi prius præstiterit impensas in ædisio factas. nam: omissa Accursii interpretatione *in dict.* §. *damni*, verbo, *tribuendum est*, verissimè est dicendum Africanũ *in dict.* §. *damni*, loqui de sumptibus refectionis domus, quos ex rationibus suprà traditis non præstat creditor, qui ab emptore pignus suum persequitur, cum satis sit, quod ei præstetur regressus evictionis nomine adversus venditorem; in quo judicio etiam veniunt impensæ refectionis: at verò textus *in dicto* §. *domus*, non loquitur de impensis ad refectionem domus, sed de sumptibus ædificationis in novo ædificio factis, quos agnoscit creditor, siquidem sine illis nullum pignus absque ædificio esset cum tantum area pignorata existeret, Cujac. *l. 3. Africani, in d. l. cum postulassem* 44. §. *damni, ff. de damno infecto.*

16 Decimò adversus id, quod *suprà* retulimus bonæ, & malæ fidei possessorem voluntarias impensas tantum abradere, non verò deducere posse, Obstat text. *in l. utilis* §. *fin. ff. de petitione hæreditatis*, ubi constat ad picturam etiam proficere doli mali exceptionem, sicuti & competit ad cæteras utiles impensas: ergo non solum abrasio, verum etiam deductio & retentio permittitur. Sed dicendũ est textũ illũ loqui in impensis voluntariis, quæ etsi voluntariæ sint aliquando tamen in necessarias convertuntur veluti cum ex illis pictor lucrum captat, ob quam causam utiles redduntur, hoc est si picturæ illius naturæ sint, ut pictor dives easdem facturus probetur, vel adeo res ipsa ex illis pretiosior sit, ut ea vendita majus pretium petitor reperiret: nam cum textus supponat doli exceptionem possessori competere, supponit etiam pictorem dolosè eas petere. Donellus *li. 20. comment. cap. 7.* Cujac. *in d. l. utiles* 42. *in fin.* Ant. Fab. *in Rationali, ad text. in d. l. utiles* 42. *ff. de petitione hæreditatis.* Garcia *de expensis, c. 5. n.* 10.

17 Undecimò adversus id, quod *in præsenti* notant omnes, videlicet impensas à bonæ, vel malæ fidei possessore nullo alio remedio, quàm per retentionem opposita doli exceptione recuperari posse, quæ si omissa sit & res tradatur, nullum remedium erit; juxta textum *in l. sumptus* 48. *digestis de rei vindicat. l. si in area* 33. *de condict. indebiti, l. Paulus* 14. *de doli exceptione, l. adeo* §. *ex diverso, ff. de adquir. rerum dominio. l. qui injuriæ* 55. §. *fin. de furtis, l. in hoc* 14. *ff. cõmuni dividundo, l.* 44. *titul.* 28. *part.* 3. Cujac. & omnes *in* §. *certæ, Instit. de rerum divis.* Idem *l.* 18. *observ. cap.* 10. Don. *libro vigesimo, comment. cap. 7. in fin.* Ant. Fab. *de erroribus decade* 26. *errore* 9. & 10. Schifordegerius ad Fabrum *l. 2. tractat.* 12. Barbosa *in l. divortio*, §. *fin.* 3. *part. ff. soluto matrim.* Garcia *de expensis, cap.* 7. Gilchenius *de expensis* 2. *part. cap.* 4.

18 Idem *in l. si area* 33. *ff. de condition. indebiti.* Obstat textus *in l. si pupilli* 6. §. *sed & si quis. ff. de negotiis gestis*, ubi ei qui ad negotia, & res alienas gerendas deprecandi causa accessit, si quid circa res utiliter impenderit, tribuitur ei adversus dominium actio negotiorum gestorum ut impensas recuperare posset. Cui difficultati respondendum est multum interesse, an quis ad negotia aliena tanquam aliena accesserit, an tamquam propria. nam in primo casu, eo ipso, quod gessit, alienum esse fatetur ideoque si impensas fecerit non sui contemplatione, sed veri domini facere intelligitur, & ad eas recuperandas actio negotiorum gestorum competit; & ita loquitur text. *in l. 6. sed & si quis* versicul. *Ipse* in secundo verò casu, quando quis in re aliena proprio nomine impensas facit, cum animo obligandi verum dominum eas feciſſe non appareat, cessat actio negotiorum gestorum argumen. *text. in l. in hoc.* 14. §. *diversum ff. communi dividundo.* sed retentio tantum ex æquitate exceptione doli mali opposita competit, Gloss. Bart. & Paul. 19
in d. §. *sed & si quis*, quos sequitur Garcia *ubi supra, c.* 7. *n.* 4. *& c.* 5 *n.* 27. Don. *d. c.* 7. vers. *Hactenus.* Neque huic solutioni obstabit dicere, quod *in d.* §. *sed & si quis*, constat illum gessisse negotium causa proprii lucri, & sic non animo obligandi verum dominum: nam respondetur, quod ex littera potius constat negotium alienum gessisse, & sic nomine alieno: quamvis eo animo gessisset, ut ex illo negotio aliquid præstaretur, quo non obstante actio negotiorum gestorum competit, sed propter malum animum, diminuitur, ut tantum consequatur id, ex quo dominus locupletior factus fuit, Bartol. Castrensis, & Faber *in Rationali ad eundem textum.*

Duodecimò obstat text. *in l. domum* 5. *Cod. de rei vin-* 20
dicatione, ubi malæ fidei possessori, si in alienam rem impenderit, nulla repetitio competit, nisi necessarios sumptus fecerit: ergo si necessarios fecerit, repetitio competeret, ac per consequens, non solum retentio, sed etiam actio. Sed respondendum est, verum esse repetitionem habere, sed id intelligendum est suo modo hoc est jure civili cognito, scilicet per retentionem, ne aliàs juris principiis contrarietur, argument. *in leg. in ambiguis, digestis, de legibus*, Don. *ubi suprà* vers. *Objicitur.*

Decimotertiò obstat text. *in l. fin.* §. *Cod. de petit. hæ-* 21
reditatis, ubi si possessor hæreditatis aliquid creditoribus solverit. placet non tantum in eodem judicio per exceptionem id consequi posse, sed etiam per actionem negotiorum gestorum, & condictionem ex lege. Angeturque difficultas ex textu *in l. hæreditas*, §. *ultim. ff. de petitione hæreditatis*, ubi possessor hæreditatis, hoc est putativus si monumentum fecerit, poterit impensas ab hærede actione negotiorum gestorum deducere. Quæ difficultas dissolvitur ex eo, quod *in dicto* §. *fine* putativo hæredi actio negotiorum gestorum competit, quia verus hæres fuit institutus sub condition. *si monumentum fecerit*, & cum hæres putativus conditionis implendæ causa, illud construxisset, videtur negotium hæreditatis jacentis fecisse, cum adhuc verus hæres conditione pendente non esset hæres, quare justa de causa putativo hæredi actio negotiorum gestorum competit, cum hæreditario nomine id gessisse videatur ut constat ex ejusdem textus verbis ibi: *Veluti hæreditario negotio gesto, &c. l.* 2. §. *hæc verba, l. nam & servus* 21. §. 1. *ff. de negotiis gestis*, Anton. Faber *in Rationali ad eundem textum*; sic similiter cum *in dict. l. fin. Cod. de petitione hæreditatis*, is qui creditoribus hæreditariis solvit, vel quid fecit, id non gesserit proprio, sed hæreditatis nomine, mirum non est, quod ei competat actio negotiorum gestorum, *l. fin. Cod. de Petitione hæreditatis.* Sed adhuc obstabit dicere, quod *in dict. l. hæreditas*, §. 1. non potuit competere illa actio negotiorum gestorum. siquidem cessat, quoties quis in dubio solvit, vel facit cum non alieno, sed proprio nomine facere, vel solvere videtur, juxta textum *in l. si pœna* 19. §. 1. *de conditione indebiti* ac per consequens cum *in dict.* §. 1. dubiũ illud esset: dicendum videtur facienti monumentum non competere actionem illam. Sed respondendum est, prædictam considerationem locum habere, quando hæ-

res putativus jam adivit hæreditatem: nam poſt aditam, ſi quid fecerit præſumitur proprio nomine feciſſe, at verò textus *in d.* §. 1. procedit quando tempore, quo monumentum fecit, adhuc erat hæres: quod etiam dicendum eſt, cum ſibi jam erat mota controverſia de hæreditate: nam in dubio ſolviſſe videretur hæreditario nomine, ſiquidem pendente lite poterit, vel nomine hæredis veri, vel hæreditario, vel ſuo, ſi hæres futurus eſſet juxta textum *in d. l. fin.* § *ſin autem, C. de petitione hæreditatis.*

23 Decimo quartò obſtat text. *in l. qui exceptionem* 40. §. 1. *ff. de condiction. indebiti*, ubi ſi poſſeſſor domum tradiderit, ſine deductione impenſarum, habet incerti condictionem quod omnino contrarium refert text. *in l. ſi area* 33. *ff. eodem*, §. *ex diverſo*, *Inſtit. de rerũ diviſione*, ubi tantum jus retentionis competit, & ſi res tradita fuerit nihil habebit. Cui objectioni reſpondendum eſt, deciſionem textus *in d. l. qui exceptionem*, juncta *l. quod ſi nulla* 60. *ff. de legat.* 1. procedere, non in poſſeſſore rei alienæ, ſed in hærede rogato reſtituere hæreditariam inſulam, vel domum, in diem incertum, qui dies pro conditione habetur, *l. talis ſcriptura* 30. §. *ſed etſi* 4. *ff. de leg.* 1. *l. dies incertus, ff. de conditionibus, & demonſtration.* & cum pendente conditione ſeu die incerto, hæres ille fidei commiſſi dominus ſit, quamvis incertus, cum incertum ſit, an debiturus ſit hæres fideicommiſſum, nec ne, veluti ſi fideicommiſſarius ante diem fideicommiſſi cedentem deceſſerit, *l. Statius Florus*, §. *Cornelio, ff. de jure fiſci*, ideoque ſi interim pendente conditione, combuſta ſit inſula, ſeu domus, quæ per fideicommiſſum reſtituenda erat, & eam hæres ſua impenſa refecerit, quamvis poſtea fideicommiſſi dies extiterit, quamvis in re propria non aliena impendiſſe videatur, tamen cum obligandi animo fideicommiſſarium feciſſet, & inter eos aliquod negotium factum præſumatur, juſta de cauſa ſi domum, ſeu inſulam abſque deductione impenſarum tradiderit, ei condictio incerti competit, cum negari non poſſit, quin plus debito ſolviſſet, arg. text. *in l. ſi quis* 30. *ff. de condiction. indebiti*, notat Ant. Fab. *in Rationali ad text. in d. l. qui exceptionem* 40. §. *ſi pars. ff. de condiction. indebiti.* Quod diverſum eſt in *d. l. ſi in area* 33. *d.* §. *ex diverſo*, ſiquidem jura illa procedunt in bonæ fidei poſſeſſore, qui nunquam dominus fundi, ſeu ædificii fuit nec habuit animum obligandi alium *d. l. in hoc* 14. & cum tantum habeat jus retinendi, ſi tamen tradiderit, nihil indebitum tradit, & repetitio ceſſat, Ant. Fab. *de erroribus decade* 26. *errore* 10. Schifordeger. *l.* 2. *tr.* 12. *q.* 4. Garcia *ubi ſupra, d. c.* 7. *n.* 3. Barboſ. *ubi ſupra, n.* 13. Nec his omnibus obſtat text. *in l. ſed etſi* 22. §. 1. *ff. de condiction. indebiti*, ubi is qui exceptionem habet ad fundum retinendum, ſi eum tradiderit, habebit condictionem. Quia *tex. ille* loquitur caſu in quo conventio erat, ut iter exciperetur; & ſi, eo non excepto venditor per errorem tradiderit, repetit iter per incerti condictionẽ, cum ex vi pacti plus ſolviſſe videatur Ant. Fab. *in Rationali ad eundem textum.* ubi plura refert.

24 Decimo quintò obſtat text. *in l. ſi. in fin. ff. de negotiis geſtis*, ubi ſi hæres putativus ſolvit legata, ei competit adverſus verum hæredem actio negotiorum geſtorum. Cui difficultati eſt dicendum, ideo competere, quia hæres putativus ſolvit legata nomine hæreditario, hoc eſt veri hæredis. Quo, in caſu negotium ipſius geſſiſſe videtur, & conſtat ex eo quod verus hæres per ſolutionem illam fuit liberatus, quod aliàs non admitteretur; ſi putativus ſuo nomine ſolviſſet, *l. ſi quid poſſeſſor* 31. *ff. de petition. hæreditatis*, notat Ant. Fab. *in Rationali ad eundem text.* Cujac. *lib.* 8. *quæſt. African. in d. l. ſi.* Nec huic doctrinæ obſtat text. *in l. at ſi quis* 14. §. *ſi quis dum ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum*, ubi non cõpetit actio negotiorum geſtorum, ſed funeraria tantum ex æquo, & bono, quia cum poſſeſſor hæreditatis impenſas funerarias feciſſet &
25 de eis nihil defunctus caviſſet, ideo ex bono, & æquo ei competit actio funeraria, ne defunctus de alieno funeretur; contra textum *in l.* 2. §. *prætor. ff. eodem*: ſecus verò ſi teſtator juſſerit monumentum fieri: nam tunc ei adverſus hæredem competeret actio negotiorum geſtorum, cùm hæredis negotium geſſiſſet, & ex voluntate defuncti ad monumenti conſtructionem teneretur, juxta textum *in l. hæreditatis*, § 1 *ff. de petitione hæreditatis*, quam interpretationem verjorem exiſtimo, etſi aliter interpretetur Anton. Fab. *in Rationali ad dict. l.* 14. § *ſi quis dum, ff. de religioſis & ſumptibus funer.*

Decimoſextò obſtat text. *in l. Et ſi quis* 14. §. *ſed inter-* 25
dum 7. *ff. de religioſ. & ſumptibus funer.* ubi ei qui in alienum funus aliquid humanitatis cauſa impendit, ex officio Prætoris competit actio funeraria, ut impenſas funeris poſſit deducere, juxta text. *in l. ſi quis* 12. §. *prætor ait d. l.* 14. §. *hæc actio* 6. *ejuſdem tit.* ſiquidem cum defuncto quaſi contrahere videatur, *l.* 1 *ff. eodem* & quaſi negotium hæredis geſſiſſe, *dict. l.* 14. §. *ſi quis, &* §. *idem Labeo*; quod admiſſum eſt, ut homines ad ſepelienda corpora inviten-
tur, l. 12. §. *hoc edictum, l.* 43. *ejuſdem tituli*, Petrus Gregor. *libr.* 2. *ſyntagm. cap.* 14. *n.* 8. Garcia *de impenſis, capit.* 8. Donell. 14. *commentar. cap.* 7. *& lib.* 23. *cap.* 5. Fachi- 26
neus *lib.* 12. *cap.* 49. Secus verò dicendum eſt, ſi quis in alterius funus ſumptus pietatis, ſeu miſerationis cauſa impendit: nam tunc ex *dict.* §. *ſed interdum*, eos repetit, Petrus Faber *lib.* 2. *ſemeſt. cap.* 1. Petrus Gregor. *dict. cap.* 14. *num.* 8. *&* 9. Ratio eſt, quia non animo repetendi, ſed potius donandi ſumptus fecit, Anton. Faber *in Rationali, ad textum in dict. l.* 14. §. *ſed interdum*; Vveſembeecius *in paratit. ad eundem tit. n.* 6. Petrus Faber. *d. c.* 1. Petrus Gregor. *d. c.* 14. *nu.* 3. *in fin.* Sed tex. ille difficilis redditur ex eo quod *Ulpian.* ibi aſſerit, actionem funerariam competere, ſi in funus impenderit humanitatis gratia, ſiquidem vox illa: *Humanitatis*, idem eſt quod *miſerationis*, ſeu pietatis cauſa: nam pietas humanitas & benignitas, idem ſignificãt, *l. humanum* 8. *C. de leg. l. ſi debitori* 47. §. *fin. de fideju. l.* 5. *in fine, ff. de bonis dãnatorum, l. in bello* 12. §. *codicilli, ff. de captivis.* Sed reſpondendũ eſt: Ulpianum *ibi*, in verbo illo, *Humanitatis*, lenſum ſejunxiſſe ab illo verbo. *Pietatis.* nam licet verbum illud, *Humanitatis*, lato modo pietatem in ſe comprehendat; tamen ſi lato modo non ex intimis præcordiis, ſeu propenſo affectu naturæ funus fecerit, ſumptus deducit, & ita interpretanda ſunt verba illius textus ibi: *Si in hoc fecerit miſericors, vel pius*, ubi humanitatem cum miſeratione, & pietate lato modo conjunxit, ſin verò ſpecialiter humanitatis cauſa ex commotione viſcerum proficiſcens impenſas fecerit, repetitio denegatur, cum donaſſe præſumatur: & ita obtinet altera *Vlpiani* ſententia; nam qui pietati tribuit, utique donat, cum non repetenti animo id feciſſet: qui verò negotium humanitatis gratia gerit, ut beneficium non gratuitum præſtat, *l.* 3. *in fin ff. de obſequiis præſtandis*, Petrus Faber. & Anton. Faber. *ubi ſupra*, & pro interpretatione ad textum *in l. quod in uxorem* 13. *Codic. de negotiis geſtis*, videndus eſt Caſtrenſis, & Salicetus, *ibidem* Maſcardus *de probationibus volum.* 1. *concluſ.* 77. Petrus Gregor. *lib. ſyntagm. cap.* 20. *num.* 4. Surdus *de alimentis. tit.* 10. *quæſt.* 33. *nu.* 26. verſicul. *Quartus caſus*: & pro interpretatione tex. *in l. ſi cum dotem* 23. §. *ſin autem in ſæviſſimo. ff. ſoluto matrim.* videndus eſt, Anton. Faber. *l.* 5. *conject. cap.* 19. Cujacius *in l. cum de indebito* 25. *de probat.* Duarenus *in d. l.* 23. §. *ſin autem.*

Decimoſeptimò obſtat tex. *in l. patrem* 16. *C. de nuptiis* 27
ubi educator qui alterius patris filiam expoſitam pietatis cauſa aluit repetere poteſt ſumptus, quos in alenda erogavit. Ex cujus deciſione conſtat alimenta intuitu pietatis præſtita repeti poſſe, & nemo ambigit pietatis, & miſericordiæ ratione infantibus alimenta præberi, *l. necare* 4. *ff. de liberis agnoſcendis. l.* 2. *&* 3. *Cod. de infantibus expoſitis, cap. unico, eodem titulo.* Sed reſpondendum eſt *ibi* repetitionem permitti ad compeſcendam ingratitudinem renuentis patris conſentire matrimonio filii educatoris, cum non agnoviſſet beneficium, quod accepit ab educatore filiæ: plectenda igitur eſt hujuſmodi ingratitudo per alimentorum repetitionem. Cujac. *in d. l. patrem, C. de nuptiis, & in tit. C. de inf. nibus, expoſitis*, Idem *lib.* 16. *obſerv. cap.* 36. Surdus *de alimentis, tit.* 6. *quæſt.* 19. *n.* 2. Petrus Gregor. *l.* 1. *ſyntagm. c.* 10. *n.* 1. *&* 3.

Oſu-

Oſu. ad Don. *lib. 2. cap. 26. lit. A. & F.* Ant. Faber. *in Juriſprudentia, tit. 9. princip. 4. illat. ult.* Gratianus *tom. 2. diſcept. cap. 277.*

28 Decimò octavò obſtat text. *in l. ſi quis ab alio ſeptima, in princip. verſicul.* Sin autem, *digeſtis de calumniatoribus*, ubi ſi mandatu meo non interveniente, alicui quis miſerationis cauſa pecuniam dederit, ut mihi crimen, quod calumniæ cauſa minabatur, non intenderet, neque negotium faceret, Conſultus reſpondit pecuniæ repetitionem dari ei, qui illam impendit, licet motus miſericordia erogaverit. Cui difficultati eſt dicendum, *ibi* non competere repetitionem adverſus eum pro quo fuit erogatum cum ob ejus miſerationem fuerit expenſum, ſed adverſus eum, qui calumniæ cauſa accepit, cum turpiter accipiendo fecerit, nam quod uni datur animo pietatis erga alium exercendæ, poteſt repeti, ſi is qui accepit, turpiter acceperit: nec oberit miſericordia, quæ per turpitudinem intermiſſa eſt, *l. palam 43. §. non ſolum, ff. de ritu nuptiarum*, Ant. Faber. *in Rationali, ad text. in dict. l quis 7. ff. de calumniatorib.* Cujac. *ad Paulum ibi.*

29 Decimò nonò obſtat text. *in l. 2. Cod. de rei vindic.* ubi malæ fidei poſſeſſori rei vindicatio competit, ut diruto ædificio poſſit tollere ea, quæ impendit, ſi ſine detrimento fundi poſſunt. Sed dicendum eſt, quod *tex.* ille procedit cum malæ fidei poſſeſſor non animo donandi id fecit; nam cum dominus eſſet totius domus, in & ſuperiori ejus parte habitaſſet, & is qui impenſas fecit in inferiori domus parte, cum non præſumatur dominus id ignoraſſe, juſta de cauſa rei vindicatio conceditur in his quæ ſine rei detrimento tolli poſſunt, cum potius repetendi, quam donandi animo id feciſſet quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus ibi: *Si non donandi animo, &c.* notat Ant. Faber. *de erroribus, decade 26. errore 9. apud med.*

30 Vigeſimò obſtat text. *in l. hæres 2. ff. ad Trebellian* ubi poſtquam Conſultus exæquavit hæredem, qui totam hæreditatem reſtituit eis, qui retentiones, quas habent omittunt, concedit hæredi, qui debuerat Quartam retineri, ſi totam hæreditatem reſtituit, ut poſſit rerum hæreditariarum poſſeſſionem, vel repetere, vel nanciſci, & uti adverſus agentem exceptione doli mali. Qua in difficultate dicendum eſt, id non ita accipi debere, ut poſſit hæres poſſeſſionem repetere, vel nanciſci per viam condictionis, ſeu alterius actionis, ſed ſenſus illius *textus* eſt, quod hæres, qui Quartam non deduxit, etſi ei repetitio non competat, cum ſolum retentionem haberet aliquando tamen per retentionem aliarum rerum hæreditariarum recuperare poterit Quartam aliovè jure, quàm prætextu Quartæ · nam in rebus ſupradictis poterit adverſus agentem uti exceptione doli mali, & debitoribus denuntiare ne ſolvant, donec ei Quarta præſtetur: nam quamvis hæres poſt reſtitutam hæreditatem adverſus fideicommiſſarium repetitionem non habeat, cum ſciens reſtituat, tamen cum aliquæ reſtirutæ nondum fuerint, res illæ ſine vitio ab hærede ſummo jure hæres manet retinens penes ſe directas actiones, etſi utiles tranſmiſiſſet, *l. ſi hæres 70. ad Senatus Conſ. Trebellian.* & cum dominus adhuc earum rerum maneat, §. *reſtituta, Inſtit. de fideicommiſſariis hæreditat.* ideo poteſt falcidiam repetere, & debitoribus denuntiare, ne ſolvant fideicomiſſario, *leg. 3. Codic. de novationibus*, Cujacius *lib. 8. obſerv. capite ſecundo*, Ant. Faber. *de erroribus, decade 26. error. 10.* Donell. *libro ſeptimo, commen. cap. 29.* verſiculo *Quidam ſunt* Schiſordeg. ad Fabr. *libro ſecundo, tractat. 22. quæſtion. 4.*

31 Vigeſimò primò obſtat text. *in l. ſi pœnæ 19. §. 1. ff. de condiction. indebiti*, ubi ſi is qui exiſtimans ſe hæredem, vel bonorum poſſeſſorem eſſe, creditoribus hæreditariis ſolverit, repetitio datur. Cui difficultati eſt reſpondendum, Papinianum *ibi* loqui; quando hæres falſò exiſtimans proprio nomine, & quaſi verus hæres ſolvit, quo in caſu cum revera ipſe non deberet, quia hæres non erat, à creditoribus condicit; ſiquidem non dicitur ſuum recipere, qui id accepit ab eo, qui non debebat, *l. in ſumma, §. fin. de conditione indebiti*: nam quamvis debitum ſibi quis recipiat, ſi tamen is qui dat non debitum dat, repetitio competit, & ita obtinet textus *in d. l. ſi pœnæ 19. §. 1. de condictione indebiti.* Cui non obſtat *l. repetitio 44. ff. eodem.* Quia loquitur caſu in quo creditor ſuum recepit, quo, etiamſi ab alio, quam à vero debitore recipiat, repetitio non datur, juxta textum in *l. ſi procurator, in fine, ff. eodem.* Ant. Pich. *in §. is quoque, nu. 22. Inſt. quibus modis re contrahitur obligatio*, Cujac. *lib. 8. obſerv. cap. 9.* & de interpretatione ad textum in *l. ſi & me & Titium 32. ff de rebus creditis*, videndus eſt Ant. Faber *in Rationali. ibi, & de erroribus, decade 26. errore 9.* verſ. *Objicitur 3.*

Vigeſimò ſecundò, obſtabit ſequens conſideratio: nam 32
cum bonæ fidei poſſeſſor in impenſis habeat jus retentionis, & domino petenti poſſit objicere doli exceptionem, *l. Paulus. ff. de doli exceptione, §. certæ, Inſtit. de rerũ diviſione*, juſta de cauſa cum ſolvat id, quod oppoſita doli mali exceptione non ſolveret, ei tanquam indebitum ſolvens debebat competere indebiti condictio, ſeu repetitio, juxta reg. *l. in ſortem 26. §. debitum & §. adeo. ff. de condiction. indebiti, l. ſi quis fundum 10. §. Imperator, in fin. ff. locati.* Cui objectioni reſponderi debet, quod tum 33
demum per exceptionem doli repeti poteſt, cum exceptio ſi oppoſita eſt, omnino elidit obligationem, & actionem, *l. ſi unus 28. §. pactus ne peteret. ff. de pactis*, nam tunc cũ atẽto effectu non videatur debitũ, *l. ſi dari 25. de verb. obl.* juſta de cauſa condictio indebiti competit: at vero in exceptione doli mali, quoad impenſas, de qua nos loquimur, cum illa exceptio ejus naturæ ſit, quæ non annullat actionem, & obligationem, ſed tantum ſolutioni impenſarum moram præſtat, nec indebitum facit ideo ſi id per errorem ſolvatur, regulariter tanquam indebitum non condicitur. Nec obſtat *l. pater dotem, §. pen. ff. de dote prælegata*, ubi ſi hæres ſolvat non exacta cautione, ei conceditur repetitio: nam ideò competit; quia non tantum cautio illa hæredis favorem reſpiciebat; ſed etiam commodum muliaris, cui per prædictam cautionem conſulebatur, ut ſecura eſſet de dote, quæ propter legatum tradenda erat marito per patrem exhæredato, & ideò propter perſonam mulieris conceditur hæredi condictio, quæ ex ſua non concederetur.

Vigeſimotertiò, obſtat textus *in l. 3. §. fin. ff. ſi cui* 34
pluſquam, quod per l. Falcid. ubi probatur, quod ſi præſtanda eſſet cautio antequam legatum traderetur, & ea omiſſa traditum fuerit, conditio ponitur, ut interponatur cautio, qua non elidebat obligationem principalem, ſed morabatur ejus exactionem: ergo idem videbatur dicendum in exceptione doli mali, quoad impenſarum retentionem. Sed reſpondendum eſt, ideo ibi illud fieri, quia erat incertum utrum legatum eſſet ſolutum, vel omnino non deberetur, vel tantum pro parte propter legem Falcidiam, *l. 1. §. hæc verba. ff. eodem*, unde cum ſolutum ſit, id de quo dubitabatur, juſta de cauſa condictio competit, *dict. l. 1. §. ſtipulatio l. 9. C. ad legem Falcidiam*, Bart. *in l. 3. ff. de uſuris.*

Vigeſimò quartò, obſtat textus *in l. plane 34. ff. de* 35
petitione hæreditatis, ubi non per retentionem, ſed per officium Judicis malæ fidei poſſeſſori conſulitur. Cui objectioni reſpondetur textum illum non dicere doli exceptionem ei non competere: nam ſatis dicitur in dolo eſſe, qui impenſas ſolvere non vult, ſed tantum aſſerit non eſſe neceſſarium opponi eam exceptionem: quia etſi non opponatur, judex jubebit neceſſarias impenſas ſolvere, *l. fin. in fine, ff. de petitione hæreditatis*: nam licet ſummo jure poſſit ei imputari, cur ſciens in rem alienam impenderit, tamen ex æquitate ei permittitur impenſas deducere non per exceptionem doli, cum ipſe malæ fidei Poſſeſſor in dolo ſit, ſed per officium Judicis ne cum jactura alterius dominus locupletetur, Barboſa *in l. divortio, §. fin. 2. part. ff. ſoluto matrimonio*,

Anton.

Anton. Fab. *de erroribus decade* 26. *errore* 10. Hæc *in præsenti* de fructibus, & expensis dicenda duximus cum non sit alius in jure Canonico opportunior locus, ubi de his agi possit.

AD TIT. DE DOLO, & contumacia, XIV.

Ad textum in capit. 1. cum aliis, hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Contumacia, ut contrahatur trina monitio, vel una pro omnibus desideratur & tunc variis pœnis coërcetur.*

2 *Ratio assignatur.*
Citatio quatenus defensionem continet juris naturalis est, ideò à Principe auferri nequit.

3 *Judicium redditur in invitum. Intellige quoad reum.*

4 *Antiquitus reus absens per edictum peremptorium citatus, postea per edictum præconis voce vocabatur.*
Explicatur text. in l. & post editum 37. ff. de judiciis & in leg. consentaneum 8. Cod. quomodo, & quando judex.

5 *Explicatur textus* in legat. 2. Codice quomodo, & quando judex: & in leg. ad peremptorium 68. ff. de judic.

6 *Citatio ad domum facta sufficiens est ad missionem in possessionem.*
Explicantur textus in leg. ignorare, Codic. de restitut. milit. & in leg. prætor, §. quod si non latitet: & leg. in possessione 6. §. 1. 2. ff. ex quibus causis major.

7 *Ad constituendum aliquem in contumacia non sufficit generalis citatio.*

8 *Explicatur textus* in l. scire, §. qui autem; ff. de excusat. tut.

9 *Contumax amissione causæ mulatur.*
Explicatur textus in l. divi fratres, §. ultimo, ff. de liberal. causa leg. 1. §. final. in princip. ff. de assert. tollend.

10 *Filius interrogatus an sit hæres patris, si contumax sit in respondendo, an in solidum condemnari possit.*
Explicantur textus in leg. si filius 12. digestis, de interrog. action. *&* *in* leg. de ætate, §. qui tacuit, ff. eodem.

11 *Minor contumax an in solidum condemnari possit.*
Conciliantur text. in l. minor 8. *&* *in* l. si ex causa, §. nunc videndum, ff. de minorib.

12 *Testes contra absentes contumaces ante litem contestatam an recipiantur.*
Explicantur text. in cap. decernimus, 3. quæst. 9. cap. rursus, cap. quicunque, 11. quæst. 3. & cap. veritatis, hoc tit.

13 *Contumax condemnatus non auditur appellans.*
Explicatur text. in l. liberto 11. §. litem, vers. *Cæterum*, ff. de negot. gest.

14 *Explicatur textus* in leg. 2. §. Senator, ff. de jure fisci.
Fidejussores delatoris tenentur ad pœnam conventam, quando ipse contumaciter abfuerit.

15 *Reus postulatus de crimine læsæ Majestatis ad edictum non respondens ejus domus diruitur, & arbores succiduntur.*
Explicatur textus in l. si is cum quo, ff. communi divid.

CONCLUSIO.

CONTUMACIA, *quæ grave crimen est, ut contrahatur, trina admonitio, vel una pro tribus desideratur, contractàque variis pœnis coercetur.* Idem probat text. *in c.* 1. *c. ex litteris* 2. *c. prout* 4. *cap. cum dilecti* 6. cum aliis, *hoc tit. cap.* 1. cum aliis, *ut lite non contestata, c.* 1. *de causa possessionis, & proprietatis, cap. pastoralis, §. præterea, de officio Ordinarii, c. sacro, de sententia excommunicationis, c.* 1. *de judiciis, Clem. unica, hoc tit. c. nemo, c. nullus,* 11. *quæst.* 3. *l. edictum. l. & post edictum, l. ad peremptorium* 68. *ff. de judiciis, l. tres denunciationes* 9. *C. quomodo, & quando judex,* Conc. Trid. *Sess.* 25. *capit.* 3. *l.* 6. *tit.* 8. *part.* 3. exornant Maranta *de ordine judiciorum,* 6. *par. de citatione, membro* 1. Guttier. *in practicis, lib.* 1. *quæst.* 133. *num.* 2. Covarr. *in practicis, cap.* 23. *n.* 5. Idem *in cap. alma mater,* 1. *part.* §. 9. *n.* 4. Menoch. *de præsumptionibus, l.* 2. *præsumpt.* 26. *&* 27. Mascard. *de probationibus concl.* 443. Stephanus Gratianus *discept. Forensium, c.* 50. *n.* 5. *&* 6. Tiraquel. *de retractu,* §. 9. *glos.* 2. *n.* 4. *& glos.* 3. *n.* 7. Corrasius *in l. si finita,* §. *Julianus, de damno infect.* Paz *in praxi* 1. *part. tom.* 2. *cap.* 3. *&* 2. *part. tom.* 2. *cap. unico,* Robertus *lib.* 1. *rerum judicatarum cap.* 3. Farinac. *in praxi criminali quæst.* 18. *nu.* 18. Cardinalis Tuschus, *in pract. concl.* 1017. Cujac. *lib.* 7. *observ. cap.* 10. *&* 15. Idem *lib.* 18. *cap.* 30. *& lib.* 10. *cap.* 10. Duaren. *lib.* 1. *disput. cap.* 17. Anton. Faber *de erroribus decade* 10. *errore* 6. Anton. Pichard. *in §. in summa, Instit. de interdictis, cap.* 2. *per totum,* Idem *in §. omnium, de pœna temere litigantium, num.* 30.

1

Ratio est, quia totius judicii origo, firmitas, & fundamentum est, partium citatio; aliàs quidquid Judex decrevit ante citationem, inutile, & nullius momenti est; §. *fin. Instit. de pœna temerè litigantium,* Glossa *in rubrica. ff. & C. de in jus vocando*: nam citatio, quatenus Rei defensionem respicit, à jure naturali descendit, *l.* 1. §. *cum arietes. ff. si quadrupes pauperiem, & c. l. ut vim ff. de justit. & jure,* Genesis *c.* 13. *cap. Deus omnipotens,* 2. *q.* 2. unde nec per principem secularem, aut Ecclesiasticum auferri potest, *c. nos in quenquam,* 2. *q.* 1. *c.* 1. *de causa poss. & propriet.* quare si contumax quis fuerit in non cõparendo, citatione interveniente variis pœnis ab omni jure expressis coërcetur: quia aliàs quilibet reus conventus subterfugeret, & actores jus suum consequi non possent, variisque artibus, & dilationibus Rei conveniti uterentur, ne coram Judice comparerent, quarè ne lites fiant immortales, & ne melioris conditionis contumax, quàm obediens sit, variis remediis contra contumaces proceditur.

2

Primò obstat text. *in l. unica, C. ut nemo invitus agere, vel accusare, &c.* ubi regula generalis traditur, quod nemo invitus agere, vel in judicium ire compellitur. Verùm scrupulum hunc salvare poteris, si dixeris regulam illam locum tantum habere in Actore, qui agere non compellitur; at verò in Reo, secus est; qui sive velit, sive nolit, tenetur Actoris petitioni respondere: nam quoad eum etiam invitum, judicium redditur *l. inter stipulantem* 83. §. 1. *ff. de verb. oblig.* & adversus eum proceditur, tanquam inobedientem, & contumacem, ex juribus *supra* adductis.

3

Secundò obstat tex. *in l. & post edictum* 37. *ff. de judiciis* ubi post edictum peremptorũ impetrat, iterum absens citari debet, quasi peremptorium edictum non sufficiat, ut quis contumax judicetur. In cujus *text.* difficultate, omissa Accursii emendatione *ibi*, verbo, *Debet*; verissimè dicendum est, *tex.* illum esse intelligendum de antiqua illa Romana consuetudine, qua observabatur, ut Reus absens post edictum peremptorium per triduum præconis voce, aut buccina vocaretur; qua solemnitate adhibita post edictum peremptorium si Reus non veniret, agitabatur causa, & verus contumax judicabatur; Duaren. *l.* 1. *disp. c.* 7. Cujac. *lib.* 20. *obser. c.* 11. Govean. *lib.* 1. *variar. c.* 47. Morla *in emporio, tit.* 2. *in præludio, ex num.* 21.

4

Nec solutioni obstat text. *in leg. consentaneum* 8. *C. quomodo*

quomodo & quando judex; ubi si Præses Provinciæ post tres denunciationes, aut post edictum peremptorium ante causæ cognitionem decesserit, ejus successor ut reus verus contumax dicatur, tenetur aliam citationem indulgere: Quia dicendum verissimè est, quod etsi tres denunciationes, vel edictum peremptorium sufficiat; tamen si primus judex decesserit, æquissimum est, ut absens à successore iterum moneatur: quod admissum est, ut facilius causæ cognitio fiat, & sic novum Judicem præesse cognoscat, juxta tex. *in l. edictum, ff. de judiciis*, Cujacius *lib.* 18. *observ. cap.* 30. *& in posthumis ad tit. C. quomodo, & quando judex*, Osu. ad Donel. *lib.* 17. *c. ult. littera O.*

5 Tertiò obstat his omnibus tex. *in l.* 2. *C. quomodo, & quando judex*, ubi cessante causa peremptorii edicti, absque peremptoria citatione, adversus absentem, tanquam contumacem, proceditur: ergo neque tres denunciationes, neque peremptoria admonitio desideratur. In cujus textus difficultate omissa Accursii interpretatione *ibi*, verbo, *Edicti*, quam sequitur Paz *ubi supra*, *n.* 27. Corrasius *de* 1. *&* 2. *decreto, n.* 3. verius dicendum est, *ibi* Reum ter fuisse admonitum, quæ trina admonitio vicem peremptorii edicti retinet, juxta tex. *in l. tres denunciationes* 9. *C. eodem*, quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi: *Adversus eos, qui admoniti judicio, &c.* Nam cum *textus* doceat sententiam adversus contumacem proferri posse, satis demonstrat admonitionem legitimam fuisse, notat Cujac. *lib.* 9. *obser. c.* 22. Duar. *in l. contumacia* 53. §. 1. *de re judicata.* Nec obstat textus *in leg. ad peremptorium* 68. *ff. de judiciis*, ubi post edictum peremptorium, alterum impetrare necesse est: ergo edictum primum, seu tres denunciationes non sufficiunt, ut quis contumax dicatur: nam omissa Fulgosii interpretatione *in l. tres denunciationes, C. quomodo, & quando judex*, verissimè est dicendum in arbitrio judicantis esse augere vel minuere edicta: nam nonnunquam post tria edicta quartum indulgetur, veluti pro necessitate causæ, temporis, vel personæ: causæ, si pia est: personæ, si miserabilis; temporis, veluti si messium, vel vindemiarum, *l. nonnunquam* 72. *ff. de judiciis*, Cujac. *in posthumis, ad textum in dict. l. ad peremptorium*: Anton. Fab. *in Rationali, ad text.* Men. *de arbitrar. q.* 59. *& casu* 257. Don. *lib.* 28. *cap.* 3.

6 Quartò obstat textus *in l. ignorare, C. de restitut. militum, l. prætor*, §. *si quis si non latitet, l. in posse ff.* 6. §. 1. *&* 2. *ff. ex quibus causis majores*, ubi adversus absentes causa Reipublicæ, & ab hostibus captos proceditur absque ulla citatione, per missionem. Quibus juribus respondendum est, *ibi* citationem præcessisse saltem ad domum, quæ sufficiens est ut missio fiat, *c. fin. de dolo, & contumacia, cap. finali, de eo qui mittitur in possessionem*: nam adversus eum, qui captus est ab hostibus, vel Reipublicæ causa abest, etsi non latitet, nec dolo malo absit, tamen si non defendatur per procuratorem, bona ejus possideri possunt, non tamen distrahuntur antequam venerit: secus verò si dolo malo abfuerit: nam cum tunc fraudulenter latitet, & faciat, ne ad ipsum citatio perveniat, non est necessaria personalis, sed tantum per edictum, vel saltem ad domum citatio sufficit, *dict. cap. fin. hoc titul. Clemen.* 1. *de judiciis, cap. ex tua* 11. *de Clericis non residentibus, cap. cum verò* 26. *versicul.* Evocari, *in fin. ff. de fideicommissariis libertatibus*, & ita est interpretandus textus *in dict. leg.* 6. §. 1. *&* 2. *ff. quibus ex causis majores*, cum similibus supra adductis, Cujac. *lib.* 57. *Pauli ad edictum, in dict. l.* 6. Idem *lib.* 10. *observation. cap.* 31.

7 Quintò suprà dictis obstat textus *in c. fin. de electione, lib.* 7. *cap. statuimus* & ibi Glossa, *verbo*, Nominatim, *de sententia excommunicationis, lib.* 6. ubi constat, quod ad constituendum aliquem in contumacia non sufficit generalis citatio, sed omnino specialis, seu personalis desideratur. In cujus *textus* difficultate omissis solutionibus traditis per Cardinalem *in Clementin.* 1. *de judiciis*, *à num.* 10. verissimè respondendum est, regulam prædictorum jurium disponentium, quod quotiescunque persona, quæ citari debet, certa est, citatio etiam, certa & personalis debet esse: sed limitatur plurimis in casibus, quorum principalis est, quando quis dolo abest latitat & impedit, ne ad ipsum personalis citatio pervenire possit; ut latè tradunt Doctores omnes *in capit. final. hoc titul. & in dicta Clementin.* 1. *de judiciis.* Nec 8
obstat textus *in l. scire* §. *qui autem, ff. de excusation. tut.* ubi sufficit, quod citatio fiat in faciem vel ad domum Rei: Ergo satis est, quod ad domum Rei fiat, quamvis facile reperiri possit; cùm in alternativis alterum adimpleri satis sit, *cap. inter cæteras* 4. *de rescriptis*: Nam textus *in dicto* §. *qui autem*, non absolutè electionem permittit, sed juris ordinem demonstrat: ita ut sensus sit, quod citatio prius fieri debeat in persona Rei, si reperiri possit; alioquin autem, si non possit, sufficit quod ad ejus domum fiat, juxta ordinem traditum *in cap. final. hoc titul. & in cap. finali, de eo, quî mittitur in possessionem.*

Sextò adversus id, quod *in præsenti* notari solet, sci- 9
licet contumacem litis damno coërceri, id est, litem, & causam amittere, *l. contumacia* 55. *ff. de re judicata: l.* 1. §. *final. C. de assertione tollenda*, ubi *in dict. l.* 1. Cæsares constituunt, quod si status controversia adversus aliquem mota fuerit, & is posteaquàm cavit judicio sisti, à judicio absit, edictis vocatus, sui præsentiam facere contempserit, & in contumacia illa per annum perseveraverit, causam amittit, hoc est, servum esse pronunciatur. Ex diametro obstat textus *in l. divi fratres*, §. *ultimo; ff. de liberali causa*, ubi in eadem specie *Ulpian.* asserit, quod si is qui de libertate litigat, contumax sit, etiam si actor præsens fuerit, magis æquum est ut non obstante contumacia, sententia in favorem libertatis proferatur. In quorum jurium discordia omissa Accursii interpretatione *in dictis juribus*, & Cujacii emendatione *lib.* 6. *observ. cap.* 27. verissimè dicendum est, quod non semper condemnari debet, etiamsi longo absit tempore; sed judex poterit Reum absolvere, si viderit eum bonam, & justam causam habere; quod generaliter observatur, etiamsi non sit causa libertatis, *l. post edictum, ff. de judiciis*, & maximè in libertate, cum nimis durum esse videatur, quod liber homo ob solam contumaciam ad perpetuum jugum servitutis reducatur: & de hac justa litigandi causa loquitur textus *in dict. l. divi fratres*, § *fin. ff. de liberali causa.* Neque obstat textus *in dict. leg.* 1. §. *fin. in principio, ff. de assertione tollenda.* Nam contumax ille servitutis pœnam patitur, non, ex eo solum contumax fuit, sed ex eo etiam, quia periurus fuit, cùm primò juraffet se judicio sisti; & post illam cautionem juratoriam contumax post annum fuit: nam is qui venit contra transactionem divino nomine interposito cedit à jure, & condemnatur in causa, *l. si quis major, C. de transact.* Cujac. *in d. l.* 1. §. *fin. C. de assertione tollenda.*

Septimò obstat text. *in l. si filius* 12. *ff. de interroga-* 10
toriis actionibus, ubi constat, quod si filius apud Prætorem fuerit interrogatus, an hæres pari sit, & non respondit, tanquam contumax, non potest in solidum condemnari; & si condemnatus sit, ei succurritur, ne in solidum teneatur. Quod in eadem specie contrarium docet text. *in l. de ætate*, §. *qui tacuit, ff. de interrogatoriis actionibus.* In qua jurium controversia, omissa Accurs. & Bartoli interpretatione, *in dict.* §. *qui tacuit*, verissimè est dicendum, plurimam differentiam versari inter illorum jurium species: nam in specie tex. *in d.* §. *qui tacuit*, Ulp. loquitur de eo, qui à Prætore interrogatus an solus hæres esset, qui tantum ex parte hæres erat, contumax fuit; quare cum ex parte hæres fuisset, propter ejus contumaciam in solidum à Prætore condemnari poterat: at verò Paulus *in d. l. filius*, loquitur de filio, qui jam ante interrogationem se abstinuerat hæreditate paterna, cumque in nulla parte hæreditatis fuisset hæres, non mentitur Prætori, si ad interrogata tacuerit; & ideò si tanquam hæres in solidum fuerit condemnatus, ei succurritur, notat Cujac. *lib.* 17. *quæst. Pauli in dict. leg. si filius. ff. de interrogatoriis actionibus.*

Octavò obstat textus *in l. minor* 7. *ff. de minoribus*, ubi 11

minor contumax in ſolidum condemnari non poteſt; ſi condemnatus fuerit, reſtituitur. Cujus contrarium refert textus *in l. ſi ex cauſa* 9. §. *nunc videndum*, *ff. de minoribus*, ubi minor propter contumaciam non reſtituitur: nam dolo carere non videtur, qui Judici non obtemperat, *l. non poteſt* 199. *ff. de reg. jur.* Sed in hac jurium contrarietate, omiſſa Julii Pacii conciliatione, *centur.* 3. *quæſt.* 93. veriſſimè eſt dicendum, quod textus *in d.l. minor* 8. *ff. de minoribus*, non loquitur de minore, qui tanquam verus contumax fuit condemnatus; ſed Hermogenianus loquitur de minore, qui quaſi contumax fuerat condemnatus: quare nil mirum, quod ei ſuccurratur, quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus ibi: *Si quaſi contumax condemnatus*, quod verbum, *quaſi*, improprietatem denotat, uti latè refert Ant. Faber *in Rationali ad eundem textum.*

12 Nonò adverſus id quod deciſum eſt, *in c. decernimus*, 3. *q.* 9. *c. rurſus*, *c. quicunque* 37. 11. *q.* 3. ubi in cauſis criminalibus contra abſentes, & contumaces, ante litis conteſtationem teſtes non recipiuntur; obſtat text. *in c. veritatis*, *de dolo*, *& contumacia*, ubi in cauſa criminali adverſus abſentem contumacem teſtes recipiuntur. Quam difficultatem communiter cum Gloſſa *ibi*, verbo, *Probatum*, reſponderi ſolet, teſtes *ibi* ante litis conteſtationem fuiſſe receptos adverſus contumacem, quia id ex ſpeciali Pontificis mandato fuit deciſum, ut ob nimiam Epiſcopi contumaciam Judices delegati in cauſa illa teſtes reciperent, quod aliàs de jure communi neutiquam poſſent: vel aliter cum *eadem Gloſſa* reſponderi poteſt, diſcrimen conſtituendum eſſe, an de crimine agatur per accuſationem, an verò per inquiſitionem: nam in primo caſu, etiam adverſus contumaces lite nondum conteſtata teſtes non recipiuntur; quomodo procedunt *d. c. decernimus*, 3. *q.* 9. *c. rurſus*, *d. c. quicunque* 11. *q.* 3. ſi verò per inquiſitionem agatur, rectè poſſunt recipi, quo modo procedit tex. *in d. c. veritatis*, *de dolo*, *& contum.* Abb. & antiquiores omnes *in d. c. veritatis.*

13 Decimò adverſus id, quod *in præſenti* notant omnes, videlicet quod contumax condemnatus non poſſit appellare, juxta textum *in l. poſt edictum* 63. § *ultim. ff. de judiciis*, valde obſtat textus *in l. liberto* 31. §. *litem in judicium deductam*, *verſ.* Cæterum, *ff. de negotiis geſtis*, ubi conſtat quod ſi amicus Rei abſentis contumacis cauſam ſuſceperit, ſi Reus abſens fuerit condemnatus, & amicus non provocaverit, culpa amico imputari poteſt ex eo, quod non provocavit, & Reo competit contra eum actio negotiorum geſtorum. Quod omnino contrarium refert Papinianus *in princip. ejuſdem* §. Cui difficultati dicendum eſt textum *in d.* §. *litem in judicium*, *in* 1. *p.* loqui, quando amicus litem non fuit conteſtatus, ſed Reus ipſe condemnatus fuit; & ideò amico non imputatur, cum lis ab eo non eſſet conteſtata, ſiquidem tantum amicus pro Reo abſente abſentiæ cauſa propoſuiſſet, ut judicium, donec amicus veniſſet, ſuſpenderetur: at verò *in* 2. *p. in dict. verſ. Cæterum*, ei imputatur, cur non provocaſſet; ſiquidem amicus ille pro Reo abſente litem conteſtatus eſt, & integram cauſam in ſe ſuſcepit, ideò cum non contumax, ſed ipſemet amicus eſſet condemnatus, mirum non eſt, quod actio negotiorum geſtorum Reo abſenti competat adverſus amicum ex eo, quòd non provocaſſet; notat Cujac. *l.* 1. *reſponſorum Pap. in dict l. liberto* 31. §. *litem*, *ff. de negotiis geſtis*. Ant. Fab. *in Rationali ad eundem textum.*

14 Undecimò ſupra dictis omnibus obſtat text. *in l.* 2. §. *ſenatus ff. de jure fiſci.* In cujus ſpecie conſtat, quod etiamſi Reus poſſeſſor fuerit contumax tribus edictis vocatus, nulla tamen pœna ob contumaciam afficitur; ſed omnino ab accuſatione liberatur. In cujus text. difficultate dicendum eſt, multum differre, an Reus poſſeſſor ſolus ſit abſens; & delator præſens; an verò ſimul abfuerint: nam ſi ſimul abfuerint, fidejuſſores delatoris tenentur de pœna conventa, ſi lis non exerceatur, *l.* 1. *C. ad Turpillianum*: hæc quoad delatorem reſpondit Conſultus: de poſſeſſore autem, quia judicio etiam ſimul cum delatore abfuit, quid fieret quæritur? & Conſultus aſſerit, quod tantum punietur in eo, ut non abſolvatur, & nihil de eo pronuncietur: non tamen eſt abſolvendus Accurſius *ibi* exiſtimat, ſed tantum idem eo juris eſt, ac ſi delatus non eſſet; hoc eſt, in eadem cauſa erit, in qua fuerat antea, uti textus aſſerit: itaque mitius punitur reus poſſeſſor contumax, ſi ſimul cum eo delator etiam contumax fuerit, quàm ſi ipſe ſolus poſſeſſor abſque delatore contumax fuerit: nam ſi poſſeſſor ipſe præſens fuiſſet, & delator abſens; tunc reus abſolvendus eſt, juxta text. *in l. Senatus* 15. §. *quod ſi tribus* 4. *ff. de jure fiſci*, notat Cujac. *in dict. l.* 2. §. *Senatus*, & in *recitationibus ad textum in dict.* §. *quod ſi tribus* 4.

Poſtremò obſtat textus *in l. ſi is cum quo*, *ff. communi dividundo*, ubi ſi quis ad edictum non reſponderit ipſius domus diruitur, arboreſque ſuccidiuntur: ergo ultra ordinarias à jure expenſas pœnas adverſus contumaces, de quibus *ſuprà* diximus, aliæ graviores intentari poſſunt, qualis eſt ſupra dicta: quæ omnibus adeò graviſſima cenſetur, ut nemini viſum ſit, tam grave ſupplicium adverſus contumaces infligi potuiſſe. Cui difficultati, ut ſatisfaciamus dicendum eſt omiſſa Cujacii interpretatione *lib.* 3. *obſerv. cap.* 29. Revardi emendatione *l.* 1. *variar. c.* 7. Papinianum ibi agere de graviſſimo crimine vindicando, videlicet de crimine læſæ majeſtatis, cujus pœna propria eſt domus delinquentis deſtrui, & arbores ſuccidi: juxta text. & DD. *in l. eorum* 24. *ff. de pœnis*, ſicquè *ibi* non tantum propter contumaciam taliter contumax punitur, ſed quia delictum, quod commiſit, tali erat pœna dignum, de quo ipſe propter contumaciam convictus apparet: quare legendum eſt in d. l. ſi is, *Ad delictum non reſponderit*, non verò *ad delectum*, vel ad *edictum*, ut exiſtimat Cujac. *d. l.* 6. *c.* 7. Gothofred. *ibi lit. D.* notat Ant. Pich. *in* §. *in ſumma*, *de Interdictis*, *c.* 3. *n.* 84. reliqua quæ huc congeri poterant, vide bis *in tit. ſequenti*, *& in tit. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fructuum*, *& in tit. ut lite non conteſtata.*

DE EO QUI MITTITUR in poſſeſſionem cauſa rei ſervandæ, Tit. XV.

Ad textum in cap. 1. Cum aliis, hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Contra abſentem citatum, & contumacem ſit miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto, cauſa rei ſervandæ tantùm; & poſt annum efficitur verus poſſeſſor.*

2 *Ratio aſſignatur.*
Actor invitus regulariter litigare non compellitur: fallit hìc.

3 *Adverſus contumaces varia ſunt à jure prodita remedia.*
Judicis arbitrio.

4 *Miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto in cauſis beneficialibus locum non habet.*

5 *Explicatur text.* in c. 1. hoc tit.

6 *Explicatur textus* in capit. 2. de dolo, & contumacia.

7 *Sequeſtratio in cauſis beneficialibus permiſſa eſt.*

8 *Poſſeſſio rei in ſequeſtrum transfertur.*
Explicatur text. in leg. licet 17. §. rei depoſitæ, ff. de depoſiti.

9 *Creditor conditionalis an pendente conditione mitti poſſit in poſſeſſionem.*
Explicantur textus, in leg. in poſſeſſionem, & in leg. ſi quis, §. creditores, ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ.

10 *Actio*, quâti eares eſt, *datur legatario conditionali, adverſus*

verſus eum, qui ipſum prohibuit ingredi poſſeſſionem, & num. 11.

Explicatur text. in l. ſi quis, §. 1. verſic. Si legati conditio, ff. quando dies leg. ced.

11 *Aſſignatur differentiæ ratio inter legatarium conditionalem, & creditorem.*

12 *Legatarius miſſus in poſſeſſionem legatorum, ſuo tantum nomine poſſidere cenſetur: & ſic cæteris legatariis præferendus.*

Explicantur text. in l. is qui, §. ſi plures, ff. ut in poſſeſ. legat. *& in* l. cum unus 12. ff. de bonis author. judic. poſſid.

13 *Miſſus in poſſeſſionem rerum hæreditariarum ex primo decreto fructus ſibi adquirit.*

Explicatur text. in l. Fulcinius, §. fin. ff. quibus ex cauſis in poſſeſ. eatur.

14 *Miſſus in poſſeſſionem ex reſcripto Principis, verus poſſeſſor efficitur: ſecus verò ex edicto Prætoris, quia rei ſervandæ cauſa tantum mittitur.*

Explicatur text. in l. poſtquam, §. Imperator, ff. ut legat. nom. caveatur.

15 *Præcedente contumacia poſt conteſtationem, miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto verus poſſeſſor efficitur.*

Explicantur textus in l. 2. Cod. ubi in rem actio, *& in* l. properandum, §. ſin autem, verſic. Nec ſi, C. de judic.

16 *Miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto verus poſſeſſor efficitur.*

Explicatur l. prætoris 5. in princip. verſic. Dominus, l. ſi finita, §. Julianus, & §. dominus, ff. de damno infect. l. ſed etſi rem, verſic. Dominium, ff. comm. divid. *cum aliis.*

17 *Miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, in rem actionem habet.*

Explicatur text. in l. communis, §. ſed ſi, verſic. Planè, ff. commun. divid.

CONCLUSIO.

1 *CONtra abſentem citatum, & contumacem, in actione reali fit miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto, cauſa rei ſervandæ tantum: poſt anni vero lapſum, verus efficitur poſſeſſor.* Conſonat text. *in cap. quoniam frequenter, §. in aliis, ut lite non conteſtata, cap. veritatis, cap. prout 4. cap. ex tuæ, ne dolo, & contumacia, cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. *l. ſi finita, §. Julianus, ff. de damno infecto, l. cum legati* 12. *ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur, l. officium* 9. *ff. de rei vindicatione, l.* 3. *§. fin. l. ſi quis ante* 10. *ff. de adquirenda poſſeſſione, l. is cui, ff. ut in poſſeſſionem legatorum, l.* 2. *in principio. ff. pro hærede, l.* 2. *§ quæſitum, ff. quorum legatorum, l. ſi duo, §. creditores, ff. uti poſſidetis, l.* 6. *tit.* 8. *part.* 3. *l.* 1. *tit.* 5. *libro tertio, ordinamenti, l.* 1. *tit.* 11. *libro quarto, Recopilat.* diſputant Rebuffus *in praxi, titul. de miſſione in poſſeſſionem*, Guttierrez *lib.* 2. *practicarum, quæſt.* 23. *n.* 12. Menochius *de retinenda, remedio* 3. *quæſt.* 26. *n.* 172. Idem *de arbitrariis, libro ſecundo, caſu* 6. Petrus Greg. 1. *part. ſyntagmatum lib.* 4. *cap.* 26. *n.* 13. Corraſius *lib.* 2. *Miſcellanearum, cap.* 2. Idem *in dict. l. ſi finita, §. Julianus*, Cujac. *tractat.* 9. *ad Africanum in l. cum poſtulaverit* 44. *ff. de damno infecto*, Idem *lib.* 10. *obſerv. cap.* 21. Duaren. *ad tit. ff. de damno infecto, cap.* 6. Donell. *lib.* 15. *Comment. cap.* 46. Oſual. *ibi, litera I.* Anton. Fab. *de erroribus* 1. *part. decade* 10. *errore* 6. Idem *lib.* 7. *& lib.* 1. *cap.* 17. *conject. cap.* 4. Schifordegerus *ad eundem lib.* 1. *tract.* 7. Anton. Pichard. *in §. in ſumma autem,* 1. *Inſtit. de Interdictis, n.* 3. *& 4. & in principio ejuſdem §. à n.* 8. *& ſequentibus.*

2 Ratio eſt, quia licet Actor regulariter litigare non compellatur, *l.* 1. *& per totum tit. C. ut nemo invitus*, tamen reus compellitur in judicium venire: nam quoad eum etiam invitum redditur *l. inter ſtipulantem*, §. 1. *ff. de verborum oblig.* aliàs variis pœnis à jure expreſſis coërcetur, de quibus *ſuprà* diximus *in tit. de dolo*, *& contumacia*, ſed præcipuè & frequenter per remedium ex primo, & ſecundo decreto, de quo *in præſenti* diſputatur: miſſus enim in poſſeſſionem ex primo decreto cuſtos tantum rei, non poſſeſſor eſt: quia per primam miſſionem non impeditur contumax à ſua poſſeſſione, ſed ſimul cum eo cauſa cuſtodiæ rem occupat, *l. ſi finita, §. ſi quis autem. ff. de damno infecto, l. is cui 5. in principio ff. ut in poſſeſſionem legatorum, l. ſi duo* 3. *§. creditores, ff. uti poſſidetis, dict. cap. quoniam frequenter, §. in aliis, ut lite non conteſtata, cap. contingit* 9. *de dolo, & contumacia*, & cum penes duos in ſolidum poſſeſſio eſſe nequeat, *l.* 3. *§. ex contrario, ff. de adquirenda poſſeſſion.* contumax que adhuc poſſideat; ideò rectè dicitur, miſſum in poſſeſſionem ex primo decreto tantum cuſtodiæ causâ non rei poſſeſſorem eſſe: ex ſecundo verò miſſum poſſidere, ſiquidem uſucapere poteſt, *l. ſi finita, §. ſi vectigalibus, ff. de damno infecto*, quæ uſucapio, ſine poſſeſſione non procedit, *l. ſine poſſeſſione, ff. de uſucapionibus, cap. ſine poſſeſ. de regul. juris lib.* 6.

Primò obſtabit dicere, quod ob Rei contumaciam Actor non debet mitti in poſſeſſionem, ſiquidem aliis juris remediis cogi poteſt judicium ſuſcipere, velut captis pignoribus, vel carceris metu, vel mulcta, impoſita, ut *in l.* 1. *ff. ſi quis jus dicenti, l.* 2. cum aliis, *ff. ſi quis in jus vocatus, l* 1. *§. ex hoc ſcripto, verſicul. Quod ego, ff. de ventre inſpiciendo, l. de ætate, §. qui tacuit, de interrogatoriis actionibus*, cum ſupra traditis *ad titulum de dolo, & contumacia, cap.* 2. Sed huic objectioni ſatisfacies dicendo, quod licet varia ſint adverſus contumaces prodita remedia, ex *dictis juribus*, tamen exinde non excluditur remedium hoc miſſionis in poſſeſſionem ex primo, & ſecundo decreto, cum cæteris omnibus utilius ſit; ſiquidem remedia omnia adverſus contumaces prodita, arbitrio Judicis relinquuntur, quæ ſunt imponenda, juxta contumacis qualitatem, & actoris petitionem, ut conſtat ex *d. c. quoniam frequenter, §. in aliis dict. l. conſentaneum 9. C. quomodo, & quando judex*: nam primò fit pignoris captio, ſecundò miſſio in carcerē, tertiò imponitur mulcta, quartô excommunicatio, quintò ſequeſtratio, vel miſſio in poſſeſſionem; & lite nondum conteſtata teſtes recipiuntur, & jam conteſtata utique ad ſententiam diffinitivam perveniri poteſt, *d. c. prout, de dolo, & contumacia, d. §. in aliis*, Corraſius *lib.* 3. *Miſcell. cap.* 2. *num.* 2. Ant. Pich. *ubi ſupra, cap.* 2. *num.* 74. *cum ſequentib.*

3

4 Secundò obſtat textus *in cap. unico, hoc tit. lib.* 6. ubi in cauſis beneficialibus non fit miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto. Quod omnino contrarium refert textus *in cap.* 1. *hoc noſtro tit.* Qua in difficultate dicendum eſt, quod miſſio in poſſeſſionem in cauſis beneficialibus locum non habet; quia in cauſis in quibus proprietas annexa, & conjuncta eſt cum poſſeſſione hoc interdicto non proceditur, niſi prius de titulo ſaltem ſummariè appareat, arg. text. *in l.* 2. *§.* 3. *ff. de itinere actuque privato.* Quod ſimiliter eſt dicendum in beneficio Eccleſiaſtico, juxta textum in *dict. cap. unico, hoc tit. lib.* 6. ne exinde in cauſis beneficialibus detur vitioſus ingreſſus, cùm beneficium Eccleſiaſticum, ſine inſtitutione Canonica obtineri non poſſit, *regula, beneficium, de reg. juris lib.* 6. & miſſio in poſſeſſionem non ſit titulus canonicus.

5 Nec obſtat text. *in c.* 1. *hoc tit.* quia *ibi* non agitur de beneficii poſſeſſione, ſed de ejus titulo, & proprietate, quo in caſu non datur vitioſus ingreſſus, cum titulus ſemper præſumatur, Gloſ. *verb. Vitioſus, in d. c. unico, hoc tit lib.* 6. Anton. Auguſt. *in collectaneis*, 1. *part. Decretalium, lib.* 2. *tit.* 11. *cap.* 1. Paz *in praxi*, 2. *part.* 2. *tom. nu.* 69.

6 Tertiò obſtat textus *in cap.* 2. *de dolo, & contumacia*, ubi non agitur de poſſeſſione, ſed de proprietate Eccleſiæ inter Monachos, & Canonicos, & petita poſſeſſione ex primo decreto ex parte Monachorum adverſus Canonicos contumaces non conceditur, ſed tantum ſequeſtratio permittitur. In cujus text. difficultate omiſſa Abbatis interpretatione *in dict. cap.* 2. *num.* 10. quam refert Sylhagun *in commentariis ad textum in cap.* 1. *de ſequeſtratione poſſeſſionis, num.* 52. veriſſimè dicendum eſt verba illius textus ibi: *Intuitu tamen Religionis eum eis mitius agere volentes*, &c. dividenda eſſe ita, ut verba illud: *Intuitu tamen Religionis*, referatur ad Religioſos;

& verba illa, *Mitius cum eis agere volentes*, referenda esse ad Canonicos contumaces, & simul conjuncta significent, quod intuitu Religionis Monachorum cum personis, & rebus Ecclesiasticis non semper juris rigor est observandus: sed aliquando temperandus, *cap.* 1. *de dolo, & contumacia*, ideoque etsi ex stricto juris rigore, missio in possessionem Monachis deberetur, tamen favore Religionis ne nimia cupiditas in Monachis demonstretur in rebus spiritualibus obtinendis, mitius adversus eos per sequestrationem tantum proceditur: & ita interpretanda sunt verba illius textus, *Mitius agere volentes, &c.* Quæ interpretatio deducitur ex ejus integra relata ab Antonio Augustino *in prima Decretalium collectione, ibi.*

7 Quartò prædictis obstabit sequens consideratio, videlicet; nam si in causis beneficialibus est prohibita missio in possessionem, ne detur vitiosus ingressus, similiter eadem ratione dicendum videtur sequestrationem esse prohibitam, cum idem esset vitiosus ingressus; sed sequestratio est permissa, juxta textum *in capite primo, de sequestratione possession. & fructuum*: Ergo & missio in possessionem permitti debet. Cui difficultati satisfaciendum est ex eo, quia missio in possessionem est prohibita, non verò sequestratio: nam etsi per missionem ex primo decreto non transferatur possessio, sed custodia rei tantum, tamen cùm transcursu anni, crescente contumacia, ex secundo decreto vera possessio adquiratur, ideò in causis beneficialibus missio in possessionem prohibetur, etsi sequestratio admittatur, quia sequester non possidet, nec usucapere potest, siquidem rei depositæ possessio apud deponentem remanet, *l. interesse puto* 39. *de adq. possession.*

8 Quintò solutioni obstat textus *in l. licet* 17. §. *rei depositæ, ff. depositi*, ubi rei depositæ, seu sequestratæ possessio transmittitur ad eum, qui sequestrum accepit. Cui objectioni dicendum est, textum *in dict.* §. *rei depositæ*, procedere, quando non res, sed possessio ipsa sequestrata, seu deposita est, quæ interpretatio deducitur ex illius textus verbis, ibi: *Sed & possessio, nisi apud sequestrum deposita est*: ponderando verbum illud: *Nisi*, quod exceptionem demonstrat, quasi sensus sit generaliter apud sequestrantem possessio, & proprietas manet, nisi specialiter possessio sit sequestrata, Donel. *libro quinto. Comment. cap.* 13. Osual. *ibi litera F. & G.*

9 Sextò obstat textus *in l. in possessionem, ff. quibus ex causis in possessionem eatur*, ubi creditor conditionalis pendente conditione mittitur in possessionem, & tamen creditor conditionalis mitti non potest, cum debiti probatio desideretur, juxta textum *in l. cedere diem, ff. de verb. signific. l. si quis* 14. §. *creditores, ff. quibus ex causis in possess. eatur.* Cui difficultati ut satisfaciamus, distinctio est adhibenda, videlicet an creditor solus, & jure suo missionem in possessionem postulet; an verò postquam alii creditores jam missi sunt: nam in primo casu missio in possessionem non admittitur, & ita obtinet textus *in dict.* §. *creditores*; at verò cum alii creditores missi sunt, etiam creditor conditionalis admittitur, & ita obtinet textus *in dict. l. in possessionem*, Don. *lib.* 23. *cap.* 11.

10 Septimò obstat textus *in l. si quis* 14. §. 1. *vers. Si legati conditio pendet, ff. quando dies legati cedat*, ubi J. C. Paulus docet actionem, *Quanti ea res est*, dari legatario conditionali adversus eum, qui eum prohibuit ingredi in possessionem bonorum hæredis: ex quibus verbis constat, legatarium conditionalem pendente conditione mitti posse in possessionem bonorum. Augeturque difficultas ex eo, quod is, cui legatum relictum est, ea pendente non est creditor, sed tunc tantum cùm conditio extiterit: ergo cùm eadem ratio militet in legatario conditionali, quæ militat in condi-
11 tionali creditore, idem jus est constituendum; ac per consequens creditor conditionalis mitti etiam debet in possessionem pendente conditione. Quibus difficultatibus ut occurratur, discrimen est constituendum inter legatarium conditionalem, & creditorem, quod hanc missionem in possessionem; quia legatarius conditionalis diversa causa mittitur in possessionem, quàm conditionalis creditor; quia creditor mittitur, ut rem vice pignoris retineat, donec reus compareat: quare cum pendente conditione non sit verus creditor, cum adhuc ei res non debeatur, nec cautio ulla; ideò missio in possessionem ei denegatur: at verò legatarius conditionalis mittitur, non ex eo, quod rem vice pignoris retineat, sed cautionis vice, cùm cautio illa debeatur legatario, juxta textum *in l. 3. §. fin. ff. ut legatorum, seu fideicommiss.* meritoque si hæres fuerit remissus in cautione illa præstanda, legatarius conditionalis mittitur in possessionem rerum hæreditariarum, Cujac. *libro secundo, quæstione Pauli in dict. l.* 14.

Octavò his omnibus obstat textus *in l. is qui*, §. *si* 12 *plures, ff. ut in possessionem legatorum*, ubi si unus ex legatariis sit missus in possessionem legatorum servandorum causa, is non possidet nomine cæterorum, sed suo tantum, & omnibus præferendus est. Quod omnino contrarium refert text. *in l. cum unus* 12. *ff. de bonis authoritat. judicis possid.* In qua jurium controversia dicere oportet, multum interesse, an bonorum possessio causa rei servandæ sit data legatorum nomine, an verò data sit creditori jure crediti: nam si missus est in possessionem quis legatorum nomine, illa possessio solummodo prodest ei, non verò cæteris legatariis, quia solummodo cautionis nomine retinet; & ita obtinet textus *in dict.* §. *si plures*: at verò cum creditor mittitur, non mittitur cautionis nomine, sed pignoris: quare nomine etiam cæterorum creditorum possidet, Cujac. *lib.* 49. *Pauli ad edictum, in d. l. cum unus, ff. de bonis authorit. judic. possid.*

Nonò obstat textus *in l. Fulcinius*, §. *fin. ff. quibus ex* 13 *causis in possessionem eatur*, ubi missus in possessionem rerum hæreditariarum ex primo decreto, fructus sibi adquirit; quod nullatenus fieret, nisi verus possessor esset, juxta text. *in l. bonæ fidei emptor, ff. de adquir. rerum dominio*, §. *si quis à non domino, Instit. de rerum divisione*, Donell. *libro vigesimo tertio, Comment. capite duodecimo.* Qua in difficultate breviter est dicendum, ideò *in dict. l. Fulcinius*, §. *fin.* missum in possessionem lucrifacere fructus contra juris communis regulas, quia ibi id ei specialiter fuit concessum ex rescripto Divi Pii, propter nimiam Rei contumaciam: quare cùm hoc jure communi fieri non posset, necessarium fuit Imperatoris rescriptum: quod interveniisse demonstrant verba illa textus ibi: *Divus quoque Pius in persona ejus.* D. Anton. Pichard. *ubi supra, numero* 129. *de interdict.*

Decimò obstat textus *in l. postquam*, §. *Imperator, ff.* 14 *ut legatorum, seu fideicommissorum*, ubi si hæres sit rogatus hæreditatem restituere, & fideicommissario petatur, ut caveat, si contumax in cautione præstanda fuerit, possessio vera ex primo decreto transmittitur in fideicommissarium. Cui dubio est dicendum, discrimen versari inter missionem in possessionem ex rescripto Principis, vel Prætoris decreto: nam in rescripto Principis etiam cautio desideratur ante litis contestationem, quia missio fit non custodiæ causa; sed vera possessio in re petita transfertur, & ita obtinet textus *in dict.* §. *Imperator*; secus in edicto Prætoris, ubi nulla cautio desideratur, quia tantum mittitur in possessionem custodiæ causa, quæ missio vicem cautionis retinet, & ita obtinet conclusio *suprà* adducta, Cujac. *dict. libro vigesimo octavo, quæst. Pap. in dict.* §. *Imperator.* Nec obstat textus *in cap. pastoralis*, §. *præterea, de officio Ordinarii, cap. quoniam frequenter*, §. *in aliis, ut lite non contestata*, ubi actor mittitur in possessionem rei petitæ: nam verbum, *possessio*, in dictis juribus non accipitur pro vera ipsius rei possessione, sed pro nuda rei occupatione nomine domini possidentis, Menochius *ubi supra num.* 112.

Undecimò obstat text. *in l. 2. C. ubi in rem actio, &c.* 15
vers.

verſ. *In omni allegatione cujusvis de principali negotio reſervata*, & *in l. properandum*, §. *ſin autem reus*, *Cod. de judiciis*, verſ. *Nec ſi reverſus ipſe fuerit*, & *voluerit fidejuſſorem dare*, & *poſſeſſionem recuperare audiatur*. Ex quibus verbis conſtat miſſum ex primo decreto poſſeſſionem retinere, ſiquidem interdum ei proprietas dumtaxat reſervatur, interdum verò nec in proprietate auditur. Cui difficultati omiſſis pluribus interpretationibus verius dicendum eſt, jura illa procedere, cum quis poſt conteſtationem eſt contumax: nam tunc cum miſſio decernitur, poſſeſſio transfertur, cum major ſit contumacia in eo, qui poſtquam comparuit, à judicio abſit, juxta text. *in capite primo*, *de judiciis*, *cap. certum eſt*, 11. *quæſtione prima*, præcipuè cum *in dict.* §. *ſin autem reus*, non litis conteſtatio præceſſit, ſed & cauſæ ſententiam diffinitivam finem accepit, quo in caſu reus condemnatus poſſeſſionem, & proprietatem amittit, tradit Gloſ. *in dict. cap. prout*, *de dolo*, & *contumacia*, & *in dict.* §. *ſin autem reus*: & ita ſimiliter eſt interpretandus text. *in l. conſentaneum*, 8. *l. cum proponas* 9. *Cod. quomodo*, & *quando judex*, Menoch. *ubi ſup. remed.* 1. *num.* 217.

16 Duodecimò adverſus ſecundam *noſtri text.* partem, dum aſſeruimus miſſum in poſſeſſionem ex ſecundo decreto non tantum eſſe cuſtodem rei, ſed & rerum poſſeſſorem. Obſtat textus *in l. prætoris* 5. *in princip. verſ. Dominus*, *l. ſi finita*, §. *Julianus*, & §. *dominus conſtituitur*, *ff. de damno infecto*, *l. ſed etſi rem*, *verſ. Dominium earum*, *ff. communi dividundo*, *l.* 2. §. *fin. verſ. In bonis ejus*, *ff. ſi ex noxali cauſa agatur*, *l.* 1. *verſ. Dominus*, *ff. de fundo dotali*, *l.* 3. §. 1. *verſ. Alienationes*, *ff. de rebus eorum*, in quibus juribus cavetur, miſſum in poſſeſſionem ex ſecundo Judicis decreto, non tantum poſſeſſorem, ſed & rerum dominum effici. Qua in jurium difficultate, omiſſa interpretatione affirmantium, differentiam eſſe conſtituendam, inter dominium bonitarium, & quiritarium, & prædicta jura in dominio bonitario interpretantur, quod per ſolam traditionem adquiritur, non verò in quiritario, quod per uſucapionem provenit, de quo loquitur Ulp. *in fragmentis*, *tit.* 19. *de dominii adquiſitione*, quæ omnia ſublata ſunt *in l.* 1. *Cod. de nudo jure quiritum tollendo*, & *in l. unica*, *Cod. de uſucapione transformanda*, notat Cujac. *ibi* & Ant. Fab. *libro vigeſimo*, *conject. capite undecimo*, adverſus id, quod ex hac interpretatione colligitur, nempe miſſum in poſſeſſionem ex ſecundo decreto verum dominum effici mediante uſucapione, obſtat textus *in l. cum poſtulaſſent* 44. §. *damni*, *ff. de damno infecto*, de quo Cujac. *tract.* 9. *ad Africanum*, & nos inferius dicemus *in cap. gravis*, *de reſtitutio. ſpoliat.* omiſſa etiam nonnullorum interpretatione aſſerentium ex ſecundo decreto dominium adquiri mediante uſucapione, cum in ſecundo decreto poſſeſſio, titulus, & bona fides interveniant: verius dicendum eſt jura ſuprà adducta non debere intelligi de dominio proprietatis, ſed de dominio poſſeſſionis, ut ſenſus ſit, miſſum in poſſeſſionem ex ſecundo decreto non ſolum eſſe in poſſeſſione, ſed etiam verum poſſeſſorem eſſe, & ſic verbum illud, *Dominium*, poſſeſſionis nomen multoties uſurpat, juxta text. *in l. interdum* 78. *ff. de verbor. ſignificat. l. quoties*, *Cod. de rei vindicat. l.* 1. *Cod. de præſcriptione longi temporis*, quæ interpretatio confirmatur ex *dict. l. prætoris*, §. *Julianus*, ubi miſſus in poſſeſſionem dominus appellatur: & tamen uſucapere poteſt, cum tamen ſi verè dominus eſſet non uſucaperet, *l. ſequitur*, §. *lana*, *ff. de uſucapionibus*, notat Cujac. *libro vigeſimo ſexto*, *obſerv. capite trigeſimo ſexto*, & *tract.* 7. *ad African. in l. cum poſtulaſti* 44. *ff. de damno infecto*.

17 Decimo tertiò obſtat textus *in l. communis*, §. *ſed ſi*, *verſ. Plane*, *ff. communi dividundo*, ex quo conſtat miſſum in poſſeſſionem ex ſecundo judicis decreto in rem actionem habere, quæ in rem actio non niſi domino datur, *l. in rem*, cum aliis, *ff. de rei vindicatione*, Ergo miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo judicis decreto non tantum poſſeſſor, ſed & dominus conſtituitur. Qua in difficultate, omiſſa Gloſſæ interpretatione ibi veriſſimè dicendum eſt, textum illum eſſe intelligendum de rei vindicatione utili, non verò de directa: nam utilis etiam competit ei, qui dominus non eſt, *l. ſi ager vectigalis*, *l. ſi ut proponis*, *Cod. de rei vindication. l.* 2. *Cod. quando ex facto tutoris*, *l. qua actione*, §. 1. *verſ. Utique*, *ff. de adquirendo rerum dominio*, Anton. Faber *in Rationali ad dict. l. communis*, *ff. communi dividundo*.

Decimo quartò his omnibus obſtat textus *in l. ſi finita*, §. *vectigalibus*, *ff. de damno infecto*, ubi conſtat quod ſi prædii vectigalis nomine cautio petatur, & hi, qui conductum prædium habent non caverint, actor in poſſeſſionem mittitur, ſed conditio uſucapiendi ei non tribuitur, ſed tantum eodem jure, quo erant non caventes, uti poterit: quod omnino contrarium refert idem textus *in ſecunda parte*, dum aſſerit, quod ſi municipes non præſtiterint cautionem, miſſus in poſſeſſionem poterit per longum tempus dominium adquirere. Augeturque difficultas ex textu *in l. cum ſponſus* 14. §. *in vectigalibus*, *ff. de publicanis*, & *vectigalibus*, ubi Paulus aſſerit prædia vectigalia non poſſe uſucapi. Quo in dubio dicendum eſt, deciſionem textus *in d.* §. *vectigalibus*, in prima parte obtinere, cum ipſius prædii vectigalis conductores recuſant cavere; ideòque jus tantum, quod ipſi habent in actorem transfertur, juxta regulam textus *in l. traditio*, *ff. de adquirendo rerum dominio*, non tamen jus municipum cum non eſſet æquum, ut jus municipibus auferatur ob conductoris culpam, ſed tantum, ut ipſe conductor puniatur, & amittat omne jus, quod habet: ſi verò ipſi municipes prædiorum domini non caverint, tunc poſſeſſio tranſmittitur ex ſecundo decreto, & res uſucapi poteſt, cum jam ipſi domini in culpa ſint, Duar. *ad tit. ff. de damno infecto*, *capite ſexto*, Donell. *libro decimo quinto*, *capite quinquageſimo ſexto*. Anton. Faber *libro vigeſimo*, *conject. capite undecimo*. Neque obſtat textus *in dict. l. cum ſponſus* 14. §. *in vectigalibus*, quia textus ille debet intelligi ita, ut non tantum ab eo, qui illud in perpetuum conduxit, non poſſit uſucapi, ſed nec ab alio, qui à conductore emit, cum factum conductoris non debeat præjudicium municipibus generare: ſecus verò quando ipſi municipes ob eorum factum, ſeu culpam poſſeſſionem amiſerunt ob cautionem non præſtitam, nam tunc is qui in poſſeſſionem ex ſecundo decreto miſsus eſt, rectè uſucapit, quo modo obtinet textus *in d. l. ſi finita*, §. *ſi vectigalibus*, Duaren. & Ant. Fab. *locis ſupra citatis*.

Decimo quintò adverſus id, quod *in præſenti* notant omnes, videlicet hanc miſſionem in poſſeſſionem dare, ſolummodo competere eis, qui mixtum imperium habent, juxta text. *in l. ult. ff. de officio ejus*, *cui mandata eſt juriſdictio*, *l. jubere cavere*, *ff. de juriſdictione omn. judic.* magiſtratibus autem non competere, ſiquidem illis denegantur ea, quæ magis imperii, quàm juriſdictionis ſunt, juxta text. *in l. ea quæ* 26. *ff. ad municipalem*, Cujac. *ad Pap. lib.* 1. *quæſt. in l.* 1. *ff de officio ejus*, &c. Don. *lib.* 17. *cap.* 8. valde obſtat text *in l.* 1. *l.* 4. §. *duas*, *l. ſi tamen*, *ff. de damno infecto*. In quibus conſtat magiſtratus municipales poſſe jubere cavere, & in poſſeſſionem mittere: cui difficultati reſponderi debet, quod ibi non ſimpliciter, & in univerſum illis conceditur ex propria illorum juriſdictione, ſed potius ex ſpeciali Prætoris delegatione, ſi res ita celeritatem deſideret, veluti ſi ædes ruinam minentur, & periculum ex eis timeatur, ut colligitur *ex dictis juribus*; ſecundum autem decretum Prætori omnino reſervatur, cum jam periculum ex mora ceſſet, & commodè poſſit Prætor adiri, ex *d.* §. *ſi duas*, §. *ſi forte*, notant Cujac. & Donel. *ubi ſupra* Squiſordegerus ad Fabrum *lib.* 2. *tract.* 7. *quæſt.* 2. reliqua videre oportet apud Richardum *in dict.* §. *ſumma*, *de Interdictis*, *in princip. à num.* 9. & *ſeqq.*

19

AD TITULUM, UT Lite Pendente. XVI.

SUMMARIUM.

1 *Lite pendente non poteſt quis privari commodo poſſeſſionis.*

2 *Innovatio nihil aliud eſt, quàm prioris ſtatus mutatio.*

3 *Poſſeſſionis commodo nemo privatur abſque cauſæ cognitione.*

Expenditur textus in capite primo, hoc tit. ut lite pendente.

4 *Inſignia alia ſunt quæ denotant dignitatem, alia vero quæ juriſdictionem ſignificant.*

Explicatur textus in l. 1. ff. de officio Proconſul. l. 2. C. de Præpoſitis ſacri Cubiculi, lib. 12. Clement. Archiepiſcopus de privilegiis.

5 *Interpretatur textus* in cap. cum ſis 6. de authoritate, & uſu Pallii.

6 *Privilegium allegans contra jus commune lite pendente, illo non tuetur.*

Interpretatur textus in cap. cum perſonæ, §. fin. de privilegiis lib. 6.

7 *Præſentationes juris patronatus fructus dicuntur.*

Concordantur textus in cap. ex literis 7. verſic. Antequam, cum cap. conſultationibus, de jure patron.

8 *Macedoniani remedium ceſſat, ſi pendente lite ſuper filii ſtatu, ei pecunia ſit credita.*

Ibi interpretatur textus in l. 1. §. ſi pendente, ff. ad Sen. Conſ. Macedon. l. ordinata 24. ff. de liberali cauſa, l. lite ordinata, C. eod.

9 *Pendente lite an poſſeſſio interrumpatur ut præſcriptioni noceat. Intellige, ut ibi.*

Ibi interpretatur textus in l. 2. §. fin. ff. pro donato, *cum multis aliis.*

10 *Litigioſa res pendente lite alienari non poteſt; & ibi ratio aſſignatur.*

11 *Pendente lite accuſatus de Simonia removetur à celebratione Miſſarum.*

Interpretatur textus in l. eum quem 7. C. de ſuſpectis tutorib. §. ſi quis autem, inſtit. eod.

12 *Pendente lite in cauſa matrimonii conjuges non ſeparantur à commodo poſſeſſionis.*

Ubi interpretatur textus in cap. tenor 10. de re judicata, *& textus* in capite ſecundo, ut lite pendente, cap. literas, de reſtitution. ſpoliat.

13 *Pendente lite fructus ſequeſtrantur ſi poſſeſſor eos diſſipet.*

Interpretatur text. in Clem. unic. de ſequeſtratione poſſeſſionis, & fructuum.

Concluſio totius tituli.

1 PENDENTE *lite non poteſt quis privari commodo poſſeſſionis, quam ante habuit.* Conſonat textus *in capite primo, cap. laudabilem 2. & per totum hunc tit. cap. cauſam matrimonii, de officio Delegati, cap. ex conqueſtione, de reſtit. ſpoliat. cap. porro, de divortiis, cap. licet Epiſcopus, de prabendis, libro ſexto, cap. cum perſonæ, de privilegiis, libro ſexto, cap. dudum, eodem tit. in antiquis, cap. cum teneamur, de appellationibus, cap. cum veniſſent, de inſtitution. capite ſecundo, de ſequeſtrat. poſſeſſionis, & fructuum, cap. nonne, 8. quæſtione, quarto cap. vol. 16. quæſtione quarta, l. 2. Cod. de probationib. l. ult. C. de rei vindicat. Authent. in medio litis, §. illud quoque, collat. 8. l. Divus Pius, ff. de petitione hæreditatis, l. 18. tit. 22. parte prima,* illuſtrant Lancelotus *de Attentatis, 2. part. capite quarto, in præfatione,* Menoch. *de Recuperandæ remed. 1. quæſtione vigeſima.* Idem *de arbitrariis, caſu 202. numero duodecimo, & 206. numero ſexto.* Stephan. Gratian. *diſceptat. Forenſ. capite centeſimo, numero trigeſimo ſeptimo,* Puteus *deciſ. 372. libro ſecundo, & deciſ. 64. libro tertio,* Covarr. *in practicis, capite decimo ſeptimo, numero octavo.* Sahagun *in capite primo, de ſequeſtrat. poſſeſſionis, & fructuum, numero ſeptimo,* Pacius *centuria 5. quæſtione quarta.* Cujac. *libro quarto, Pauli ad edictum in l. 2. §. fin. ff. pro emptore,* Idem *ad tit. Cod. de præſcript. longi temporis,* Donell. *libro quarto, Comment. cap. 14.* Oſuald. *ibi litera O.* Idem *libro vigeſimo quarto, cap. 4. litera A. & C.*

Ratio deducitur ex *rubro hujus tituli,* quo prohibe- 2
tur lite pendente nihil innovari; nam cum innovatio nihil aliud ſit, quam prioris ſtatus mutatio, *l. qui chirographis, ff. de adminiſt. tut.* ideò lite pendente poſſeſſor in poſſeſſione retenta defenditur, ſiquidem nihil novi facit, nec mutat, qui tantum continuat poſſeſſionem ante litem motam obtentam, juxta textum *in l. continuus 13. de verb. oblig.* meritò juſta de cauſa donec lis finiatur poſſeſſori omnia ſunt in priſtinum ſtatum reſervanda, notat Gloſſa verbo, *Innovari, in Clem. 2. hoc tit.* Cujac. *in poſthumis ad text. in cap. 1. hoc. tit.*

Primo adverſus id, quod *in capite primo, hoc tit.* do- 3
cemur, nempe Archiepiſcopum Eboracenſem poſſe lite pendente inſigni Archiepiſcopali uti, privilegioque triplicem Crucem per integrum Archiepiſcopatum præ ſe ferendi; cujus rationem reddit Pontifex, quia in illa quaſipoſſeſſione erat inventus, & lite pendente nihil eſt innovandum: obſtabit dicere, quod Archiepiſcopus Eboracenſis nullam poſſeſſionem continuare poterat, ſiquidem ad petitionem Archiepiſcopi Cantuarienſis ante litem inchoatam, jam præceſſerat prohibitio Alexandri III. contra Eboracenſem Archiepiſcopum, ut non poſſet illo jure uti. Quà in difficultate, omiſſa Abbatis interpretatione *in dict. capite primo*, veriſſime eſt dicendum non obſtante illa prohibitione Archiepiſcopum poſſe per totam Angliam inſignibus illis uti, quia cum prohibitio illa fuiſſet impetrata abſque citatione, & cauſæ cognitione, ideò non tenet; cum nemo, nec à Principe, ſine cauſæ cognitione à commodo ſuæ poſſeſſionis privari poſſit, *capite primo*, cum vulgatis, *de cauſa poſſeſſionis*, & ideò id quod ſine cauſæ cognitione Alexander III. prohibuit, idem cauſa jam cognita in melius reformavit, ut lite pendente Archiepiſcopus non privetur commodo poſſeſſionis ut ſic poſſit inſignibus illis per totam Angliam interim uti.

Secundò prædictis valde obſtat textus in *l. 1. ff. de* 4
officio Proconſulis, l. 2. Cod. de Præpoſitis ſacri cubiculi, libro duodecimo, ubi Proconſulibus licet ubique etiam extra Provinciam inſignibus ſuæ dignitatis uti: Augeturque difficultas ex *Clem. Archiepiſcopis, de privilegiis*, ubi generaliter Archiepiſcopis licet inſignibus Archiepiſcopatus in locis etiam exemptis uti, cum ea omnia non ad contentioſam, ſed ad voluntariam juriſdictionem ſpectent, quæ ubique exerceri poteſt. In quorum jurium difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Abbas *in cap. extuarum, de authoritate, & uſu pallii*, veriſſimè eſt dicendum, inſignia dignitatis alia eſſe, quæ denotant ſuperioritatem, & juriſdictionem, ut eſt facultas præ ſe ferendi Crucem, & Pallio uti; alia verò ſunt, quæ tantummodo denotant dignitatem, ut ſunt Rocheti, & ſimilia quibus Archiepiſcopi, ac Legati utuntur, nam inſignibus illis, quibus dignitas demonſtratur, etiam extra Provinciam Archiepiſcopi, & Proconſules uti poterunt, & ita eſt interpretandus textus *in d. l. 1. ff. de officio Proconſulis, d. l. 2. Cod. de Præpoſitis*, Anton. Fab. *in Rationali ad text. in dict. l. 1.* Cujac. *in notis ad text. in l. 1. Cod. de Præpoſitis ſacri cubiculi, verb. Cum habitu, lib. 12.* Auguſt. Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi, tit. 3. cap. 1. n. 22. & ſeqq.*

At

At verò insignibus illis, quibus plenitudo potestatis demonstratur, Archiepiscopus non potest uti extra territorium, nisi adsit privilegium: & de eo privilegio loquitur text. *in dict. cap.* 1. *hoc tit.* postea autem omnibus Archiepiscopis insignia illa à jure communi sunt concessa, & ita est interpretandus tex. *in Clem. Archiepiscopis, de privilegiis.* Nec obstat text. *in cap. cum sis* 6. *de authoritate, & usu pallii*, ubi etiam jure antiquo Archiepiscopus, ubicunque fuisset, poterat in celebrationibus Missarum liberius Pallio uti: consideratio est, ubicunque poterat pallio uti: ergo & extra Provinciam. Nam verius dicendum est verbum illud, *ubicunque*, non esse generaliter intelligendum, sed restringendum tantum ad quamlibet Ecclesiam suæ Provinciæ; quasi sensus sit, quod ubicunque fuerit Archiepiscopus intra Provinciam, poterit pallio uti: notat Glos. *ibi, verb. ubicunque.* 5

Tertiò obstat text. *in c. cum personæ*, §. *fin. de privilegiis, lib.* 6. ubi is qui allegat privilegium contra jus commune, etiam præscriptione munitum, lite pendente in illius privilegii possessione defendi non potest: contra id quod deciditur in *c.* 1. *hoc tit.* ubi Eboracensis Archiepiscopus, ex sola allegatione privilegii lite pendente, in eo defenditur. In qua jurium controversia, omissa Abbatis interpretatione *in cap.* 1. *hoc tit.* Covarr. *in practicis, cap.* 17. *n.* 8. verissimè est dicendum, ideò *in d. cap. cum personæ*, §. *fin. de privilegiis, lib.* 6. lite pendente in illa privilegii possessione quis non tuetur ex eo, quod adversus præscribentem obstabat vehemens malitiæ præsumptio, quæ favere, & patrocinari videbatur juri communi, & publicæ utilitati, quo in casu non sufficit præscriptionem allegare, cum odiosa sit, sub eam plene probare necesse est: meritò Episcopus ibi rectè potest uti sua jurisdictione adversus allegantem privilegium exemptionis præscriptione munitum: secus verò cum cessat illa vehemens contraria juri communi præsumptio, nam tunc pendente lite in illa privilegii possessione, quis tueri potest, & ita obtinet textus *in dict. cap.* 1. *hoc tit.* notat Dom. Franc. & Ancharr. *in dict. cap. cum personæ*, §. *fin. de privilegiis lib.* 6. 6

Quartò obstat textus *in cap. ex litteris* 7. *vers.* Antequam, *de jure patronatus*, *&c.* Ex quibus constat, quod si antequam lis fuisset orta inter militem & Abbatissam super jure patronatus, miles præsentaverit, ejus præsentatio admittitur: ergo à contrario sensu, si post litem ortam præsentatio fuisset facta, etiamsi esset in quasi possessione præsentandi, præsentatio illa non deberet admitti: quod omnino contrarium refert textus *in cap. consultationibus, de jure patronatus.* In qua jurium controversia verissimè est dicendum, jura illa inter se contraria non esse, siquidem textus *in d. c. ex literis* 7. *versicul.* Antequam, non asserit, quod si præsentatio post litem motam fuerit facta, non debeat valere, sed tantum quod si ante litem motam est præsentatus, etiam post litem motam ab Episcopo institui potest; si verò post litem motam fuerit electus, electio valebit, sed pendente lite ab Episcopo confirmari non potest; cùm institutio suspendi debeat usque ad finem litis: nam cùm præsentationes sint fructus juris patronatus, & post litem motam patronus malæ fidei possessor sit, qui omnes fructus restituere tenetur, *l. certum* 22. *C. de rei vindicatione*, si victus fuerit, cum semel facta institutione beneficium auferri non possit, & postea fructus præsentationis restitui non possint, justa de causa lite pendente, præsentatio facta valet; sed collatio suspenditur, usque ad sententiam diffinitivam, cum per solam præsentationem jus patronatus non adquiratur, sed ex collatione simul cum præsentatione; itaque similiter est interpretandus textus *in cap.* 2. *de in integrum restitutione minorum*, Abbas *in dict. cap. consultationibus*, *dict. c. ex literis*, *& dict. cap.* 2. *num.* 8. 7

Quintò obstat text. difficilis *in l.* 1. §. *si pendeat, ff. ad Senatus Consultum Macedonianum*, ubi lite pendente super filii statu an sit in potestate patris, nec ne; si pendente patris captivitate filio sit credita pecunia, auxilium Macedoniani, nec ejus exceptio ei conceditur. Augetur difficultas ex textu *in leg. ordinata* 24. *ff. de liberali causa, l. lite ordinata* 14. *C. eodem*, ubi lite pendente in libertatis causa, is qui in possessione libertatis est, interim pro libero habetur, ita ut lite pendente possit agere contra dominum, & procuratorem constituere, ac actiones contra debitores exercere. Sed in hac jurium discordia dicendum est, discrimen versari inter decisionem text. *in d. l. ordinata*, & inter *d. l.* 1. §. *si pendeat*: nam in *d. l. ordinata*, lite pendente in causa libertatis, is de cujus statu contenditur, pro libero interim habetur, non solum libertatis favore, sed etiam quia in possessione libertatis litis tempore fuerat; propterea, quia ejus status etsi pendeat, interim tamen per rerum naturam certus est: at verò *in dict.* §. *si pendeat*, filius non erat in possessione liberationis, nec ejus status certus erat, sed incertus: cum pendente patris captivitate pendeat etiam patria potestas; siquidem si reversus fuerit, jure postliminii omnia recuperat, §. *ab hostibus, Instit. quibus modis jus patriæ potest. solvitur*, meritò denegatur Macedoniani exceptio, cùm si pater revertatur perinde habeatur, ac si sui juris effecto pecunia sit credita, Arton. Fab. *in Rationali ad text. in dict. l.* 1. §. *si pendeat*, *ad Macedonianum* & de statu libertatis, an pendente lite quis habeatur pro libero, vel servo? videndus est text. *in leg. qui de libertate* 29. *ff. de liberali causa*, & text. *in leg.* 21. *Cod. de jure deliberandi*, & textus *in leg. si cui* 21. *de liberali causa.* 8

Sextò obstat textus *in l. nemo ambigit, Cod. de adquirenda possessione, l.* 2. *C. de præscriptione longi temporis, l. motæ litis* 26. *Cod. de rei vindicatione.* In quibus juribus cavetur, quod per litem motam adeò interrumpitur possessio, ut qui antea possidebat, non intelligatur possidere, ita ut neque possit perficere præscriptionem quod omnino contrarium refert textus *in l.* 2. §. *fin. ff. pro donato, l. si post coeptum* 18. *ff. de rei vindicatione, leg. Julianus*, §. *proinde*, *ff. ad exhibendum.* In qua jurium contrarietate, omissa *Illigeri* interpretatione *lib.* 6. *comment. cap.* 21. *littera F.* veriorem existimo, quam refert Cujacius *in posthumis ad tit. C. de præscriptione longi temporis*, versic. *Est & aliud*, dum asserit discrimen esse constituendum inter usucapionem, & præscriptionem: nam usucapio solummodo interrumpitur naturali interruptione, hoc est re ipsa, vel aliquo naturali facto, juxta tex. *in l. naturaliter* 5. *ff. de usucap.* & ita sunt interpretanda jura, *in l.* 2. §. *ult. ff. pro emptore, l.* 2. *ff. pro donato, l. si post coeptum* 18. *de rei vind.* at verò præscriptio longi temporis, non solum interrumpitur naturali interruptione, sed etiam civili, veluti per litis contestationem, adeò quod possessio illa non proficiat ad longi temporis præscriptionem, quamvis lis amittatur, seu possessor absolvatur: & ita est interpretandus textus *in d. l. nemo ambigit, C. de adquirenda posses. l.* 2. cum aliis, *C. de præscriptione longi temporis*: cujus diversitatis ratio omissa Cujac. *ibid.* ea est, videlicet, ideò usucapionem non impediri per litis pendentiam, quia pendente lite, ut supra diximus, possessio non aufertur marito nec usucapio, quæ est possessionis continuatio, juxta textum *in l.* 3. *ff. de adquirenda posses.* at verò præscriptio per litem motam aufertur, seu eliditur: quia ante Justiniani ætatem, præscriptio non erat jus legale, quod ad instar usucapionis dominium præstaret; sed erat quædam exceptio, quæ ex æquitate post usucapionem impletam possessori bonæ fidei dabatur juxta Pauli sententiam *lib.* 5. *sentent. tit.* 2. *in princ.* Unde cum ante implementum præscriptionis bonæ fidei possessores per litis contestationem in malam fidem incidant, illa exceptio, quæ ex præscriptione adimpleta competebat, evanescit, juxta textum *in leg. nemo, Codic. de adquirenda possessione.* 9

Septimò obstat tex. *in l. fin. Cod. de litigios.* ubi lite pendente quis privatur commodo rei suæ. Augeturque difficultas ex tex. *in c. fin.* 11. *quæst.* 1. ubi pendente lite, ex re quis fructus percipere non potest. Cui dubio dicendum est, jura illa procedere in rebus litigiosis alienatis, nam res litigiosa alienari non potest, cum opposita exceptione cõtractus rescinderetur, *l. fin. ff. de litigiosis, l.* 1. §. *fin. ff.* 10

quæ

quæ res pignori obligari possunt. Jure tamen Codicis *ex d. l. fin. C. de litigiosis*, alienatio ipso jure nulla erat: & res litigiosa dicitur, cum de dominio agitur, non verò si de possessione; *l. 2. C. de litigiosis*, Covarr. *in practicis, cap. 15. n. 6.* Abbas *in cap. 1. de confirm. utili, vel inutili, n. 5.* & res litigiosa pendente lite alienari non potest, quia dominium rei in suspenso est, donec sententia pro Reo, vel Actore fuerit prolata; argum. *text. in l. 3. in fin. ff. de publiciana in rem actione*, Revardus *in l. non solet 85. ff. de reg. juris*, ideòque in re litigiosa, nostri textus decisio cessat: quod admissum est, ne judicia illusoria reddantur, in vanumque litigatores laborent, qui in judicio victoriam reportarent, *cap. Ecclesia 3. hoc tit. cap. 1. & per totum tit. de alienatione judicii mutandi causa facta*, Parladorius *lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 4. part. §. 5. num. 9.*

11 Octavò obstat textus *in cap. accusatus 4. cap. quoties 5. de Simonia, cap. accusatus 4. 2. quæst. 5.* ubi accusatus de Simonia lite pendente removetur à missarum celebratione. Sed respondetur jura illa procedere, quando non solum accusatio de Simonia intervenit, sed etiam publica diffamatio præcessit: siquidem accusato de crimine simoniæ non interdicitur Sacramentorum administratio, nisi publicè sit diffamatus: nam tunc propter criminis atrocitatem poterit ante sententiam suspendi, notat Glos. *in præsenti*, Abb. & Anchar. *in d. c. accusatus*, & arg. tex. *in c. inter sollicitudinem, de purgatione Canonica.* Eodemque fere modo est interpretandus tex. *in l. eum quem 9. C. de suspectis tutoribus*, §. *si quis autem, Inst. eodem*, ubi accusatus de delicto in officio comisso, si publica præcessit diffamatio lite pendente ab officii administratione interdici poterit, plura refert Azeved. *in l. 14. tit. 17. l. 3. Recop.*

12 Nonò obstat tex. *in c. tenor 10. de re judicata*, ubi pendente lite separantur conjuges, & privantur commodo possessionis, siquidem eis interdicitur carnale commercium. Augetur difficultas ex tex. *in c. 2. hoc tit.* ubi etiam in causa matrimoniali conjuges lite pendente non possunt privari commodo possessionis. Cui difficultati responderi debet, quod tex. *in d. c. tenor*, procedit, quando secundum matrimonium contractum est post litem motam super primo: nam tunc non defenduntur contrahentes in secundo matrimonio, cum celebratum sit contra interdictum Ecclesiæ, & cum vitiosa illa possessio dicatur, & res litigiosa sit; justa de causa in ea tanquam vitiosa non tuentur, arg. tex. *in c. 1. & fin. de matrimon. contracto contra interdictum Ecclesiæ*, Gloss. ult. *in d. c. tenor 10.* itaque similiter est interpretandus tex. *in cap. veniens, de regularibus*: At verò tex. *in d. c. 1. hoc tit.* procedit, quando matrimonium à principio contractum fuit approbante Ecclesia quod si postea dicatur nullum, conjuges pendente lite in possessione tueri debent. Nec obstat tex. *in c. literas de restitut. spoliat.* ubi etiam si matrimonii legitima sit possessio, non tuentur conjuges in commodo possessionis, & separatio permittitur ex propria alterius conjugum authoritate: quia *ibi* non agitur de continuatione possessionis pendente lite, sed de restitutione possessionis pendente lite, qua erat spoliata conjux, quæ restitutio ei denegatur propter notorium periculum incestus, quod imminebat ex probationibus impedimenti in gradu à jure prohibito in continenti oblatis, Thom. Sanch. *lib. 10. disp. 12. n. 22.* Idem *lib. 3. disput. 4. num. 50.*

13 Decimò obstat text. *in c. 2. & 3. de sequestratione possessionis, & fructuum, c. quoties 26. 2. q. 6. litibus, C. de agricolis, lib. 11. l. fidejussor*, §. *fin. ff. qui satisdare cogantur*, ubi lite pendente quis privatur commodo possessionis; siquidem apud Tertium res, & fructus sequestrantur. Sed omissa interpretatione, quam refert Sahagun *in c. fin. n. 52. de sequestratione possessionis, & fructuum*, huic dubio dicendum est, jura procedere ex quadam æquitatis ratione, videlicet cum condemnatus in prima instantia fructus dissipat; cùm non modica præsumptio sit adversus eum, quòd ex dissipatione illa, à jure suo deficere, & desperare videatur, & in adversarii injuriam fructus dissipare, juxta textum *in l. Imperatores, paragraph. fin. de appellationibus, leg. ab executione, Codic. quorum appellationes non recipiantur*, ita similiter est interpretandus tex. *in cap. venerabili 37. de officio Delegati, cap. fin. de accusationibus*, ubi lite pendente Prælatus accusatus de dilapidatione, privatur commodo possessionis, cum dilapidationi aliter succurri non possit, arg. text. *in cap. penultim. de sequestra. possessionis, l. si fidejussor*, §. *satisdatum, ff. qui satisdare cogantur*, Lancellotus *de Attentatis, 1. p. cap. 12. limit. 12.* Nec solutioni obstat textus *Clem. unica, de sequestrat. possessionis, & fructuum* ubi lite pendente etiam si possessor fructus non dissipet, sequestrantur; & si litigans eos occupaverit, cadit à jure: Quia textus ille loquitur, quando sententia in causa beneficiali apud Curiam Romanam lata est adversus eum, qui nondum triennalem possessionem adimpleverat, quod speciali de causa ex vi sententiæ admittitur ad compescendas litigantium malitias ex jure novissimo, ut constat ex *eadem Clemen.* verbo, *Decernimus*, & verbo, *Ad compescendas litigantium malitias.* De qua latè disputat Hilliger. ad Donel. *lib. 24. comment. c. 4. lit. A, & C*, ibi ab eo interpretatur tex. difficilis *in l. 1. §. 1. C. de assertione tollenda*, & nos inferius agemus *in c. 1. de sequestr. possessionis, & fructuum.*

AD TITULUM XVII.
De sequestratione possessionis, & fructuum.

Ad textum in cap. 1.

SUMMARIUM.

1 *Sequestratio fructuum etiam loco missionis in possessionem, & ad evitandum scandalum oblata cautione cum expensis revocatur.*
2 *Assignatur ratio.*
3 *Interpretatur tex.* in leg. 1. §. super, Cod. de assertione tollenda.
4 *Suspecta dicitur persona, quæ in territorio, in quo agitur immobilia non possidet.*
Ibi interpretatur text. in leg. si fidejussor 7. §. ultim. digestis, qui satisdare cogantur, textus in leg. si cui dotem, §. fin autem, versicul. *Sin verò*, ff. soluto matrimon. leg. 1. §. jubet, & seq. ff. de collatione bonorum.
5 *Sequestratio ad arcendum scandalum plerumque permittitur, & quomodo id intelligatur in præsenti, & num. 4. declaratur.*
6 *Sequestrationis remedium magis odiosum est, quàm missionis in possessionem.*
Expenditur text. in c. 2. de dolo, & contumacia.
7 *Sequester an possideat latè discutitur.*
Interpretatur text. in l. interesse puto, ff. de adquir. hæred.
8 *Expenditur text.* in leg. licet, §. rei depositæ, ff. depositi.
9 *Interpretatur text.* in c. examinata, de judic.
10 *Interdictum unde vi, ut competat, requirit ut is qui de possessione agit possessionem probet.*
Discutitur an missus in possessionem hoc interdicto uti possit.
11 *Interpretatur text.* in c. 1. de sequestrat. possessione & fructuum.
12 *Sententia incerta non tenet, & an certa dicatur in expensarum condemnatione.*
13 *Causa quæ semel diffinita est, iterum in judicium reduci non debet.*

CON-

CONCLUSIO.

1 *SEQUESTRUM factum etiam loco miſſionis in poſſeſſionem, & ad evitandum ſcandalum, oblata cautione, cum expenſis revocatur.* Conſonat *cap. volumus*, 16. *quæſt.* 4. *cap. nonne*, 8. *quæſt.* 4. *c.* 2. *& fin. hoc tit. l. Imperator*, §. *fin ff. de appellationibus*, *l. ſequeſter* 109. *de verb. ſignific. l. æquiſſimum*, 17. *de uſufructu*, *c.* 1. *& 2. de dolo, & contumacia*, *l.* 2. *C. de probationibus*, *l. unica*, *C. de prohibita ſequeſtrat. l. fin.* §. *fin. ff. quibus ad libertatem proclamare non licet*, *l.* 2. *tit.* 12. *lib.* 4. *Compilat.* Curtius *de ſequeſtro*, *num.* 6. diſputant Rebuf. 1. *tom. Regiarum conſtitutionum*, *tit. de ſequeſtris*, Doctores *in dict. l. ſequeſter* 109. *de verb. ſignific.* Pacius *centuria* 4. *quæſt.* 80. Fornerius *in tractatu de ſequeſtro*, Sahagun *in commentariis ad hunc textum*, Joannes de Caſtillo *lib.* 3. *rerum quotidianarum*, *cap.* 16. Anton. Pichard. *in* §. *in ſumma*, *de Interdictis*, *c.* 2. *num.* 9. Corraſius *lib.* 3. *Miſcellanearum*, *cap.* 2. Robertus 1. *ſententiarum*, *cap.* 5. Menoch. *de arbitrariis*, *caſu* 457. *& de retinenda*, *remed.* 3. *num.* 88. Gaillius *lib.* 1. *obſerv. obſerv.* 147. Mynſing. *lib.* 5. *obſerv. obſervat.* 45. Duarenus *lib.* 3. *de ſacrorum immunitatibus*, *cap.* 10. Cujac. *lib.* 9. *obſervat. cap.* 33. Donell. *lib.* 5. *comment. cap.* 13. Illigerus *ibi*, *litera C.* Idem *lib.* 23. *cap.* 11. *litera X.* Idem Donell. *lib.* 15. *cap.* 32. *& lib.* 24. *cap.* 4. *& in l. unica*, *C. de prohibita ſequeſtrat.*

2 Ratio, quare ſequeſtratio à Celeſtino facta, ab Innocentio III. oblata cautione revocatur, ea eſt, quia ſequeſtratio illa fuit facta à principio litis extra juris ordinem ſolo Celeſtini arbitrio, ut conſtat ex *noſtri textus* verbis ibi: *Pro ſuo arbitrio ſequeſtrare præcepit*, *&c.* & cum nemo pendente lite, commodo poſſeſſionis privari poſſit, *cap.* 1. cum aliis, *ut lite pendente*, & ab executione, uti eſt ſequeſtratio, tanquam odioſa non ſit incipiendum, *l. unica*, *C. de prohibita ſequeſtrat.* quod non tantum juris ratio, ſed ipſa æquitas perſuadet. Ratio juris, quia ordo juris eſt, nemini eſſe auferendam poſſeſſionem priuſquam ſit convictus, & condemnatus, arg. *text. in l. negantes*, *in fin. Cod. de obligat. & action. l.* 1. *C. de exceptione rei judicatæ*: æquitas ipſa, quia affirmatio actoris falſa eſſe poteſt, & iniquum eſſet ut ob ſolam ejus affirmationem jus debitoris mutetur, *l.* 6. *ff. ad municipalem.* Tum etiam, quia in pari cauſa, cum actor intendit, & reus negat, potior eſt conditio Rei poſſidentis: quibus de cauſis ſequeſtratio à principio prohibetur, Don. *lib.* 24. *cap.* 4. Idem *in l.* 1. *C. de aſſertione tollenda*: cautio autem *in præſenti* deſideratur, quia cum ſequeſtratio ob Archiepiſcopi contumaciam facta fuerit, cautione, & expenſis oblatis tolli neceſſe eſt. Cæterum, quia facta fuerat extra juris ordinem, prius ab Innocentio III. revocatur; & poſtea propter Archiepiſcopi inobedientiam, idem Innocentius III. præcepit, Archiepiſcopum ſufficienter cavere, & moderatis expenſis abſolvi.

3 Primò obſtat text. *in l.* 1. §. *ſuper*, *C. de aſſertione tollenda*, ubi ſi ſervus qui antea pro ſervo poſſidebatur, & ex poſſeſſione ſervitutis ad libertatem proclamat, & dominus eum in ſervitutem revocat, petens ſibi reſtitui peculium, quod apud ſervum erat, peculium illud primum deponitur, ſeu ſequeſtro committitur, donec de cauſa liberali cognoſcatur. Sed huic difficultati reſpondetur, ideò cum ſequeſtro ibi incipere, quia cum ſervus ex poſſeſſione ſervitutis in libertatem proclamet, & dominus eum in ſervitutem petat, cum tunc uterque petitor ſit, neuter debet frui commodo poſſeſſionis, & ideò peculium ſequeſtratur; quia iniquum eſt reſtitui domino priuſquam vicerit: neque ſervus peculio frui poteſt, cum ſi ſervus ſit, ad ipſum non pertineat, qua de cauſa deponi oportet, cum neuter commodo poſſeſſionis poſſit uti, Donell. *dict. lib.* 24. *cap.* 4. Idem *in l. unica*, *C. de aſſertione tollenda.*

4 Secundò obſtat textus *in l. ſi fidejuſſor* 7. §. *ultim. ff. qui ſatiſdare cogantur*, *l. Senatus Conſulto*, *in fine*, *ff. de officio Præſidis*, ubi ſi cum verò poſſeſſore rei petitæ agatur, rei petitioni prius ſatiſdatio deſideratur; & ſi non ſatiſdet, ut actori conſulatur, res ipſa ſequeſtrari debet. Qua in difficultate reſpondendum eſt jura illa procedere, cum is à quo ſatiſdatio petitur, eſt ſuſpectus, ſive moribus, ſive facultatibus, & res de qua agitur mobilis eſt, quæ facile celari poteſt: nam cum judicia omnia ſint comparata, ut actori ſatisfiat, juſta de cauſa ibi ſequeſtratio permittitur, cum ab initio providendum ſit, ut res, de qua agitur ſit in tuto, ne poſtea fruſtratorium judicium reddatur: & ſuſpecta dicitur perſona, quæ in eo territorio, in quo agitur, immobilia non poſſidet, argument. textus *in l. ſciendum*, *ff. qui ſatiſdare cogantur*, Donell. *dict. lib.* 24. *cap.* 4. Idem *in dict. l. unica*, *C. de prohibita ſequeſtratione*, quam ſolutionem veriorem eſſe exiſtimo, etſi Anton. Faber *in Rationali ad textum in d. l. ſi fidejuſſor* 7. §. *ultimo*, affirmet illius verba potius Triboniani, quàm Vlpiani fuiſſe: Ex quibus conſtat, quod quamvis regulariter cum ſequeſtro non ſit incipiendum, tamen ex *dictis juribus* aliquando juſta ſubſiſtente cauſa ſequeſtratio permittitur, argument. textus *in l. ab executione*, *Cod. quorum appellationes non recipiantur*, *cap.* 2. *& 3. hoc titul.* quod jus etiam debet conſtitui, cùm colonus, qui ante agrum poſſidebat, poſtea ut dominus cœpit poſſidere: nam ſi dominus agrum ſuum vindicet, placet ut dum cauſa diſceptatur, fructus ſequeſtrentur, juxta textum ita intelligendum *in l. litibus*, *Cod. de agricolis*, *& cenſitis*, *lib.* 11. Nec ad rem pertinet textus *in l. ſi cum dotem*, §. *ſin autem*, *verſic. Si in vero*, *ff. ſoluto matrimon.* ubi ſi maritus uxorem furioſam alere jubeatur, & niſi alat, bona mariti ſequeſtrantur, ut ex fructibus illorum. Quia ibi *ſequeſtri* verbum impropriè ponitur, cum in ea ſpecie de bonis mariti nulla controverſia erat, ſiquidem apud ſequeſtrum nulla res deponitur, niſi ea, de qua controverſia eſt, *l. ſequeſter* 109. *de verb. ſignific.* ita ſimiliter eſt interpretandus textus *in l.* 1. §. *jubet*, *& ſequenti*, *ff. de collatione bonorum*, Donell. *dict. lib.* 24. *Comment. cap.* 4. & plura exempla in quibus ſequeſtratio à principio permittitur, refert Sahagun *in cap.* 2. *hoc tit. à num.* 28. *& ſeqq.*

Tertiò obſtabit dicere, quod ſequeſtratio ad arcendum ſcandalum à principio plerumque permittitur, arg. textus *in l. æquiſſimum* 17. *in principio*, *ff. de uſufructu*, *l. fin.* §. *fin. Cod. quibus ad libertatem proclamare non licet*, *ſed in præſenti* ſcandalum imminet, cum Archiepiſcopus Monachos in poſſeſſionem miſſos per potentiam ſpoliaſſet: ergo ſequeſtratio non arbitrio Celeſtini, ſed recto jure ab eo fuit facta, ac per conſequens injuſtè ab Innocentio III. revocata. Sed ut hanc difficultatem diſſolvamus adnotandum eſt, quod quamvis verum ſit, ſequeſtrationem ſolo officio Judicis abſque partis petitione eſſe permiſſam, cum ſcandalum, & rixa inter partes timetur, arg. *text. in dict. l.* 17. quod locum habet, quando neutra pars poſſidet; ſecus tamen ſi una pars poſſidet, ut in ſpecie *noſtri textus*: nam cum Monachi ex primo decreto propter Archiepiſcopi contumaciam in poſſeſſionem miſſi eſſent, juſta de cauſa etiamſi ex parte Archiepiſcopi ſcandalum immineret, injuſta diceretur ſequeſtratio, *dict. cap.* 1. *& 2. ut lite pendente*, Sahagun *in præſenti*, *num.* 7. 5

Quartò his omnibus obſtat text. *in cap.* 2. *de dolo*, *& contumacia*, ubi adverſus contumacem ob Religionis favorem, magis eſt procedendum per ſequeſtrationem, uti per benignius remedium, quàm per miſſionem ex primo decreto: ergo ineptè *in præſenti* contra Religionis favorem miſſio in poſſeſſionem conceditur, cum tantum ſequeſtratio fieri debeat. Qua in difficultate dicendum eſt, quod cum plurima ſint in jure contra contumaces prodita remedia, *cap.* 1. *& ſeqq de dolo*, *& contumacia*, ubi latè diximus, meritò *in præſenti* datur miſſio in poſſeſſionem, uti magis ordinarium remedium, nec per ſequeſtrationem proceditur, tanquam magis odioſum. Nec obſtat textus *in dict. cap.* 2. Nam ibi ideò denegatur miſſio in poſſeſſionem, & per ſequeſtrationem proceditur, propter favorem Religionis, adverſus quam miſſio petebatur, argum. *text. in cap. ſunt perſonæ* 43. *de religioſis*, *& ſumptibus funerum*, & ſic *dict. cap.* 2. verba 6

illa: *Propter Religionis favorem*, non sunt referenda ad Monachos actores, sed ad reos: at verò *in præsenti* Monachi erant actores, & reus erat Archiepiscopus, & ideò cessat Religionis favor, & proceditur per missionem in possessionem ex primo decreto: quam interpretationem veriorem esse existimo, etsi aliter teneat Sahagun *in præsenti à num.* 51.

7 Quintò adversus nostrum textum in versic. *Et possessionem ei parti postmodum resignaret, &c.* Ex quibus verbis sacrorum Canonum Doctores deducunt, quod sequester possidet, siquidem in eum possessio transfertur: quod etiam docet Celestinus *in præsenti*, versic. *Bonæ memoriæ*: Clemens V. *in Clem. 1. hoc tit.* & Florentinus *in l. licet*, §. *rei depositæ ff. depositi*, pluresque quos refert Felicianus de la Vega *in cap. examinata* 15. *de judiciis, à n.* 6. & 39. Antonius Pichardus *in* §. *præterea, Institut. quibus modis re contrahitur obligatio, à num.* 22. valdè obstat text. in *l. interesse puto*, 39. *ff. de adquirenda possessione*, in cujus textus specie manifestè constat, quod in sequestrum possessio non transit, sed penes ipsam partem remanet. In quo jurium conflictu omissa Glossæ interpretatione *in præsenti*, verbo *sequestrari*: & Glossæ verbo, *Agitur* in *dict. l licet*, & Glossæ verbo, *Approbatum*, in *dict. l. interesse puto*, & Glossæ verbo: *Possidebas*, in *dict. cap. examinata, de judiciis*, Bartoli *in d. l. interesse puto*, Corrasii *li. 3. Miscellanearum, cap. 2. num.* 14. Covarruvias *in practicis, c.* 17. Duareni *lib. 3. de Sacris Ecclesiæ ministeriis c.* 10. Cujacii *lib. 9. observationum, cap.* 33. Antonii Fabri *in Rationali ad textum in dicta l. licet*, §. *rei depositæ, ff. depositi*, Pacii *centuria* 4. *quæst.* 1. Illigeri ad Donel. *l. b.* 5. *Commentar. cap.* 3. *litera F*, nostri textus sententiam sequens veriorem esse existimo, quam refert Sahagun *in commentar. ad hunc textum, num.* 12. Pichard. *ubi supra*, dum asserunt, quod sive sequestratio sit necessaria, sive voluntaria, natura sequestrationis postulat, ut res de qua agitur, in possessionem sequestri transeat: quod etiam docet Celestinus *in præsenti*, versic. *Bonæ memoriæ*, & in versic. *Possessionem ei parti, &c.* Clemens V. *in clem. unica, hoc tit.* Florentinus *in dict.* §. *rei depositæ*, & Julianus *in d.* § *interesse puto*: possunt tamen Judices, vel Partes, tam in voluntaria, quàm in necessaria sequestratione agere, ut non possessio, sed tantum custodia sequestretur, juxta textum *in dict. l. interesse puto*. Nec contrarium docet

8 textus *in dict. l. rei depositæ*, cujus hæc sunt verba: *Rei depositæ proprietas apud deponentem manet, sed & possessio, nisi apud sequestrum deposita est: nam tum demum sequester possidet, id enim agitur ea depositione, ut neutrius possessio in id tempus procedat, &c.* nam verbum illud: *Deposita est*, non debet referri ad possessionem, uti existimat Illigerus, *ubi suprà*, sed ad rem ipsam, siquidem Florentinus, discrimen constituit inter depositum, & sequestrum, asserens in depositio proprietatem & possessionem apud deponentem manere, sed in sequestro possessionem transire; & illa ratione confirmat, quia in sequestratione id agitur ut neutrius possessioni illud tempus accedat, quia in sequestrum deponitur donec finiatur controversia: nam tunc sequester possessionem, triumphum habenti relinquet, ut Celestinus interpretatur *in præsenti*, cùm ejus sequestri natura illa sit, ut Florentinus docet *in dict.* §. *rei depositæ*, quod idem refert Julianus *in dict. l. interesse puto*, dum affirmat multum referre, qua mente apud sequestrum res deponatur: nam si omittendæ possessionis causa, tunc ad usucapionem partibus non prodest: secus verò si custodiæ causa deponatur, Sahagun *in præsenti, num.* 17.

9 Sextò prædictis obstat textus *in cap. examinata, de judiciis*, ex quo nonnuli colligunt, possessionem in sequestrum non transire, siquidem ibi penes Matthæum de Riparia, adhuc (licet esset sequestrata) remaneret possessio juris patronatus. Huic tamen dubio dicendum est, quod in specie *illius text.* solummodo controversia erat super jure patronatus: nam licet Ecclesia foret in sequestrum data, tam jus patronatus de quo agebatur penes Matthæum erat, quia non fuerat sequestro datum, juxta illius textus verba; ibi: *Tamen jus patronatus possidebas*, &c. & propter incertitudinem propositionis, repellitur ab instantia, non quia Matthæus possidebat jus patronatus, sed quia ineptè actionis factum proposuit, cum Matthæus ageret rei vindicatione contra milites campanos, & dixisset se possidere: & cum rei vindicationis naturam contra se ipsum videbatur intentare, merito ab illa resistentia condemnatur, reservato ei jure, ut iterum possit rei vindicationem intentare, sicque non condemnatur, quia possideret, vel non possideret; sed quia ineptè dixit se possidere, Sahagun *in præsenti, numero vigesimo tertio*, & *sequentibus*, Felicianus de la Vega *in dict. cap. examinata, num.* 15.

Septimò obstat textus *in capite primo, cap. in literis*, 10
cum aliis, *de restitutione spoliatorum, l. 1. de vi, & vi armata*, ubi spoliatus ante omnem contentionem est restituendus, sed *in præsenti*, Monachi ab Archiepiscopo ab illa missione in possessionem spoliati erant, ut *in principio textus* constat: ergo ante sequestrationem sunt restituendi. Cui objectioni respondendum est, ideò *in præsenti* Interdictum, *unde vi*, Monachis non competere; quia necessariò requiritur, ut is qui de possessione agit, ante omnia possessionem probet, *cap. consultationibus, de officio Delegati, cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possessionis, & proprietatis, capite secundo, & tertio, de restitution. spoliatorum*, & cum missus in possessionem ex primo Judicis decreto (uti supra diximus *in titul. de eo qui mittitur in possessionem*,) non possideat, sed tantum custos rei sit, ideò non poterit agere Interdicto, *unde vi*, qua etiam ratione colono denegatur, *l. 1.* §. *dejicitur, &* §. *quod servus, vel procurator, ff. de vi, & vi armata*, Glossa fin. *in fin. dict. capit. contingit*, ubi Abbas *numero undecimo, de dolo, & contumacia*, & *in præsenti*, idem Abbas *numero decimo tertio*. Neque obstat textus *in l. Fulcinius* 7. §. *final. ff. ex quibus causis in possessionem eatur, cap. prout, de dolo, & contumacia*: nam ibi propter nimiam contumaciam missus ex primo decreto verus efficitur possessor, & fructus lucratur. Neque etiam obstabit dicere, etiam *in præsenti* Archiepiscopum nimium contumacem fuisse, siquidem à principio noluit respondere; & ideò missio fuit decreta; tum etiam nimius contumax dicitur, siquidem postea spoliavit: ergo Monachi possidere debebant. Quia dicendum est, verissimum esse ex *dictis juribus*, propter nimiam contumaciam fructus lucrari, itaque si post nimiam Archiepiscopi contumaciam Monachi in possessionem mitterentur, veri possessores efficerentur, & interdicto agere possent, sed cum prius fuerit facta missio, & postea spoliatio, ideò ex defectu possessionis non poterunt Interdicto *unde vi*, agere, habebunt tamen remedium *legis finalis, Cod. de prætorio pignore*, Glossa ultima, *ad finem, in cap. contingit, de dolo, & contumacia*, Abbas *ibi, num.* 19. Menochius *de recuperanda: remedio* 17. *num.* 22.

Octavò obstat textus *in cap.* 1. *&* 2. *de dolo, &* 11
contumacia, cap. 1. 2. *&* 3. *de eo, qui mittitur in possessionem*, ubi etiam si missio in possessionem data sit, cautione præstita cum expensis cessat; ergo voluntaria Celestini sequestratio *in præsenti*, nihil novi induxit. Cui difficultati satisfaciendum est si dixeris, quod etsi verissimum sit missionem ex primo decreto, cautione intra annum data, cessare, tamen cùm *in præsenti*, missionis status, jam mutatus esset, tum propter spolium ab Archiepiscopo factum, tum per sequestrationem à Celestino mandatam propter scandali timorem, cujus periculum per cautionem non cessat, & cum dubitaretur apud Judices, an foret cautio accipienda ab Archiepiscopo oblata; sed cum constaret de scandalo, & de ejus violentia, non acquieverunt, putantes sequestrationem duraturam usque ad causæ finem; sed sequestratio illa extra casus permissos esset facta, ab Innocentio revocatur, ut constat *in præsenti*, in versicul. *In eum statum, &c.* & quia Archiepiscopi contumacia vehemens esset, ut constat *in versicul. Primo*, justa de causa cautionem ab eo sufficientem dari Innocentius Tertius *in fine hujus textus*

pronuncia

pronunciavit, quæ juſta cauſa fuit, ut Innocentius III. ob Archiepiſcopi nimiam contumaciam id noviter induxiſſet.

12 Nonò obſtat textus *in l. 1. & 2. C. de ſententiis, quæ ſine certa quantitate: & §. curare, Inſtitut. de actionibus*, ubi ſententia incerta inutilis eſt: ſicuti etiam cæteri actus per incertitudinem vitiantur, *l. duo ſunt Titii, ff. de teſtamentaria tutela, l. Paulus*, la primera, *ff. de rebus dubiis*, ſed Innocentii ſententia quoad expenſas *in verſicul. finali*, incerta fuit: ergo & inutilis. Sed facile hunc removebis ſcrupulum, ſi dixeris Innocentii ſententiam *in præſenti*, non fuiſſe incertam; cùm incerta dici non poſſit, quæ ad certitudinem reduci poteſt, & ad certitudinem reduci apparet, cùm condemnatio fiat in moderatis expenſis, de qua moderatione in ipſa executione dicendum eſt per Monachos, & à Judice arbitrandum: quod & in praxi frequenter recipitur, Maranta *de ordine judiciorum, 6. part. cap. Sententia, num. 38. & cap. Juramentum, num. 21. & cap. Executio, num. 12.* Covarruvias *in practicis quæſtion. cap. 27.*

Decimò obſtat textus *in cap. cum inter 13. de judicata*, ubi cauſa quæ ſemel diffinita eſt, iterum in judicio
13 reduci non debet, ſed *in præſenti* cauſa poſſeſſionis fuerat ab Epiſcopo Veronenſi delegato judice jam deciſa: ergo nec à Celeſtino, nec ab Innocentio III. iterum diſceptari poterat. Reſpondetur ideò *in præſenti* iterum de poſſeſſione fuiſſe diſceptatum, quia ſententia ab Epiſcopo prolata partim fuit damnoſa, & præjudicialis omnibus, à qua ab omnibus fuit appellatum; & ideò ne dubitaretur, ut in prima delegatione, de virtute commiſſionis, utraque poſſeſſionis & proprietatis cauſa fuit à Celeſtino expreſſa, & ab Innocentio confirmata: Sahagun *in præſenti, num. 57.* Reliqua ſunt petenda ex his, quæ *ſupra* retulimus *in tit. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis*, & in *titul. de dolo, & contumacia*, & in *tit. de eo qui mittitur in poſſeſſionem.*

Ad textum in cap. Dilectus, 2. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Si miſſus in poſſeſſionem causâ cuſtodiæ fructus diſſipat, diſſipati revocantur, & cum aliis ſequeſtrantur.*
2 *Ratio aſſignatur.*
3 *Contumax quamvis non poſſit audiri ſuper miſſione in poſſeſſionem ante cautionem præſtitam, tamen extra miſſionis cauſam circa alias res non excluditur: maximè ut rei ſuæ, & periculo conſulat.*
4 *Sequeſtratio fructuum jure noſtro poſt appellationem aliquando admittitur.*
Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto fructus ſibi adquirit; ſed hoc verum eſt, cum nimia rei contumacia extat, ſecus aliter.
5 *Miſſio in poſſeſſionem in cauſis beneficialibus eſt prohibita, ſed hoc verum eſt cum de poſſeſſione agitur, ſecus ſi de titulo.*
6 *Ibi interpretatur textus* in cap. 1. de eo qui mittitur in poſſeſſionem, lib. 6.
7 *Sequeſtratio non ceſſat donec offeratur cautio.*
8 *Sequeſtratio ſui natura odioſa eſt.*

CONCLUSIO.

1 *SI miſſus in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ fructus diſſipat, diſſipati revocantur, & cum aliis ſequeſtrantur.* Idem probat textus *in cap. fin. hoc titulo, Clementin. unica, eod. cap. per veſtram de donationibus inter l. apud quem 5. §. 1. l. proinde 6. l. licet 17. ff. depoſiti, l. intereſſe puto, ff. de adquirenda poſſeſſione, l. ſi fidejuſſor 7. §. ſatisdatum, ff. qui ſatisdare cogantur, l. Senatuſconſulto, ff. de officio Præſidis, l. cum dotem 23. §. fin autem, verſic. Si vero, l. conſtante 15. ff. ſoluto matrimonio, l. Imperatores. §. fin. de appellationibus, l. 1. §. ſuper, Cod. de aſſertione tollenda, l. fin. §. fin. Cod. quibus ad libertatem proclamare &c. l. ultima, Cod. de ordine cognitionum, l. litibus, Cod. de agricolis, & cenſitis libro undecimo*, diſputant Paulus *lib. 5. ſententiar. cap. ultim.* Curtius *de ſequeſtro, numero ſexto, & trigeſimo*, Gonçalez *ad regulam 8. Cancellariæ, §. 7. in proœmio, numero decimo nono*, Caldas Pereyra *in Forenſib. quæſtionibus, lib. 1. q. 21. num. 31.* Socinus *reg. 458.* Tiraquell. *poſt leges connubiales, gloſſa 2. num. 11.* Corraſius *lib. 3. Miſcellanearum, cap. 2. num. 9. verſic. Quarto*, Menochius *de arbitrariis, caſu 89. num. 9.* Anton. Gomez *in l. 45. Taurinam, num. 19.* Valaſcus *conſ. 79. n. 17. & conſ. 191. à n. 33.* Donell. *lib. 23. cap. 12.* Oſual. *ibid. littera D.*

Ratio, quare *in præſenti* fructus ſequeſtrantur ea eſt, 2
quia Abbas Ciſtercienſis in poſſeſſionem miſſus, dolo, & malitia pro ſuo arbitrio fructus diſſipabat, & cum miſſus in poſſeſſionem intra annum debeat fructus ſervare, cum intra annum adveniente contumace præſtita cautione poſſeſſionem recuperet, *cap. quoniam frequenter, §. in aliis, ut lite non conteſtata, cap. 1. & per totum, de dolo & contum. capit. cum veniſſem 3. de eo qui mittitur in poſſeſſionem*, juſta de cauſa ſi ab Abbate fructus, ejus malitia, intra annum diſſipentur, ſuccurritur per ſequeſtrationis remedium.

Hæc decidendi ratio multis de cauſis ex principiis 3
juris ſuſpecta videtur, *Primò* cùm *in præſenti* contentio ſolùm de Eccleſia eſſet, & in ea fuiſſet facta miſſio, cur fructus, & non Eccleſia ſequeſtrantur? *Secundò*, quare cum de Rectoris contumacia conſtaret ante ejus cautionem, ſeu contumaciæ purgationem ſuper diſſipatione actoris auditur? *Tertiò* quare ob diſſipationem actoris non revocatur miſſio. Quibus dubiis ſatisfacies ſi dixeris, quod quamvis ſuper Eccleſia de Veturia contentio fuiſſet, & in ea propter Rei contumaciam miſſio fuiſſet facta; tamen cum Monachi fructus, quos ſervare debebant, diſſipaſſent contra cuſtodiæ naturam, juſta de cauſa in illis dumtaxat ſequeſtratio fit, non in Eccleſia; nec ex eo, quod Eccleſia ipſa non poſſit ſequeſtrari, ſed quia in ea ceſſaret periculum, quod in fructibus imminebat; & reus contumax *in præſenti* ante contumaciæ purgationem auditur, quia quamvis non poſſit audiri ſuper miſſionem in poſſeſſionem ante cautionem præſtitam, exinde non excluditur, quin poſſit extra miſſionis cauſam circa alias res audiri, maximè ut rei ſuæ, & periculo conſulat: nec ob diſſipationem miſſio revocatur: quia lex Pontificia uni favet, ne alteri injuriam faciat, quod & in Eccleſiis, & in privilegiis obſervatur, *cap. ex tenore, de foro competenti, cap. ad noſtram, de rebus Eccleſiæ, cap. olim 25. in fine, de reſcriptis*: & cùm miſſio *in præſenti* ob Rectoris contumaciam facta fuerit, & diſſipatio ſolùm quoad fructus à Monachis fiat, juſta de cauſa Rectoris contumacia per miſſionem plectitur, & ei per ſequeſtrum conſulitur: ſiquidem diſſipatio nihil commune habeat cum revocatione miſſionis.

Secundò obſtat textus *in cap. fin. hoc titul. l. Imperatores 21. §. fin. de apppellationibus*, ubi in cauſa appellationis, ſpecialiter interim ob diſſipationis timorem fructus ſequeſtrantur: Ergo etiamſi in prima inſtantia fructus diſſipentur, ſequeſtratio non debet permitti. In qua difficultate dicendum eſt, quod quamvis appellatione interpoſita, ſi fructus diſſipentur, vel diſſipationis timor ſtimulet, ſequeſtratio ſpecialiter permittatur, cùm tunc major, magiſque vehemens præſumptio ſit contra diſſipatem; tamen non ex eo excluditur, quod (etiam in prima inſtantia) ceſſet illa vehemens præſumptio; ſi fructus diſſipentur, ſequeſtratio fieri debet; quia cum actor miſſus ſit in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ, ſi fructus diſſipat, contra cuſtodiæ naturam procedit, Abbas *in præſenti, nu. 7.* Sahagun *nu. 27. & 34. & 60.* 4

Tertiò ſolutioni obſtat textus *in l. Fulcinius §. fin. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur, cap. prout, de dolo, & contumacia*, ubi miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto fructus ſibi adquirit: Ergo cum *in præſenti* 5

Abbas sit missus in possessionem, non rectè ob rei suæ dissipationem sequestratio fit, cum pro suo arbitrio de ea disponere possit, argument. textus *in l. vim facit* 11. *de vi, & vi armata, l. in re mandata* 21. *Cod. mandati, cap. fin. de restitutione spoliatorum.* Cui difficultati ut satisfaciamus dicendum est, verissimum in possessionem fructus non lucrari, siquidem, ut supra diximus, præstita intra annum à reo cautione, fructus sibi debentur, *l. si finita*, §. *Julianus, ff. de damno infecto, l. consentaneum, C. quomodo, & quando judex: dict. cap. quoniam frequenter*, §. *in aliis, ut lite non contestata*; tamen hæc regula limitatur ob nimiam Rei contumaciam: quomodo obtinent jura in argumento adducta, de qua nimia contumacia *textus* noster non loquitur, & ideò cessat dubitandi ratio, Sahagun *in præsenti, numero* 63. Menochius *de arbitrariis, quæstione* 36. *& casu* 280.

6 Quartò obstat textus *in capite primo, de eo, qui mittitur in possessionem, libro sexto*, ubi in causis beneficialibus missio in possessionem est prohibita: Ergo iniquè *in præsenti*, missio de Veturia Ecclesia permittitur. Quæ difficultas, ut dissolvatur distinctio est adhibenda, inter Ecclesiæ petitionem quoad proprietatem, & inter petitionem quoad possessionem, seu titulum; nam in primo casu missio in possessionem permittitur, & ita obtinet textus *in capite primo, hoc titulo*, in secundo verò, missio in possessionem prohibita est: & ita est interpretandus textus *in dict. capite primo, de eo qui mitt. libro sexto*, discriminis ratio deducitur ex eo, ne vel cum agitur de possessione detur vitiosus ingressus, cùm Pontificia lege beneficium institutione canonica adquiratur, *capite primo, de reg. juris libro sexto, cap. ex frequentibus, de institutionibus*, & cum missio in possessionem non sit canonica institutio, ideò in causis beneficialibus, cum de titulo agitur, missio in possessionem non admittitur, *cap. super eo*, & *ibi* Gloss. 1. *de transactionibus*, Sahagun *in præsenti, numero* 67. Baldus *de præscriptionib. prima parte*, 5. *partis princip. quæstione septima.* Cardinalis *in Clem.* 1. *de rebus Ecclesiæ, numero decimo septimo.* Cujacius *in posthumis, ad text. in cap. primo, de eo qui mittitur in possessionem.*

7 Quintò obstat textus *in l. Senatus Consulto* 16. *ff. de officio Præsidis, l.* 7. §. *fin. ff. qui satisdare cogantur, cap. cum venissem* 3. *de eo qui mittitur in possessionem, capite primo, versic. fin. hoc titul.* ubi constat, quod data satisdatione sequestratio cessat: ergo & *in præsenti* data ab Abbate satisdatione sequestratio cessare debet. Sed respondetur *in præsenti* non constare Abbatem, vel Monachos satisdationem obtulisse, & ideò sequestratio cessare non potuit, donec offeratur cautio, Sahagun *in præsenti num.* 61. *& seqq.*

Sextò obstat textus *in l. unica, Cod. de prohibita sequestratione*, ubi sequestratio sui natura odiosa est:
8 ergo nec in fructibus fieri debebat, sed respondetur, quod hæc regula multis de causis restringitur, inter quas præcipuè est fructuum dissipatio, Corrasius *libro tertio Miscellanearum, capite secundo*, Osuald. *ubi supra.* Nec obstabit dicere *in præsenti* Monachis potius sequestrationem, quàm missionem convenire, juxta textum *in dict. capite secundo, de dolo, & contumacia*, quia plerumque per missionem, aliquando verò per sequestrationem, prout postulaverit causa proceditur, ut suprà diximus *in cap.* 1. *hoc titul.*

Ad textum in cap. Ab eo finali, hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Reus possessor si à sententia contra eum lata appellat, & fructus dissipat, licitè sequestrantur.*

2 *Reus condemnatus si fructus dissipat de jure suo deficere, & desperare videtur, ac in adversarii iniuriam per fraudem abuti præsumitur.*

3 *Fructus sequestrantur, etsi non dissipentur, cum sententia in Curia prolata est.*

Interpretatur textus in Clem. unica, de sequestr. possess.

4 *Expenditur textus* in cap. quoties, el segundo, 25. quæst. 6.

5 *Sequestrum non cessat etiam cautione oblata, cum sententia in Curia fuerit prolata.*

6 *Appellatione pendente sequestratio fieri permittitur, cum dissipatio extat, nec appellans poterit contra sequestri decretum attentatorum remedio uti.*

7 *Dissipatio fructuum non ita in prima, ut in secunda instantia præsumitur: cum in secunda contra appellantem sit duplex præsumptionis causa, prima, quæ ex dissipatione ipsa; secunda, quæ ex vi sententiæ derivatur.*

8 *Sequestratio in executione permittitur etiamsi fructus non dissipentur.*

9 *Sententia, à qua est appellatum, appellatione pendente nullum sortitur effectum.*

CONCLUSIO.

1 *SI reus possessor à sententia contra eum lata appellat, & fructus dissipat, licitè sequestrantur.* Consonat text. *in cap. nonne*, 8. *quæst.* 4. *cap. quia res*, 11. *quæst.* 2. *cap. volumus*, 16. *quæst.* 4. *cap. ei qui*, §. *ab executione*, 2. *quæst.* 6. *cap. quoad consultationem, de re judicata, Clemen. unica, hoc tit. l. ab executione, C. quorum appellationes non recipiantur, l. Imperator*, §. *fin. de appellationibus, l.* 1. *tit.* 9. *part.* 3. exornant Mascardus *de probationibus, conclus.* 143. *num.* 2. *&* 1298. *num.* 4. Lancellotus *de Attentatis, part.* 2. *cap.* 12. *ampliatione* 12. *num.* 15. Gratianus *disceptat. Forensium, cap.* 14. Valascus *cons.* 156. *num.* 9. Caldas Pereira, *quæst. Forensium lib.* 1. *quæst.* 20. *nu.* 32. Speculator *tit. de sequestro, num.* 6. Ferrara *in praxi, de forma sequestri, num.* 1.

Ratio est, quia possessor condemnatus, appellatio- 2
ne interposita, si fructus dissipat, de jure suo deficere, & desperare videtur, ac in adversarii iniuriam per fraudem fructus abuti præsumitur, *dict. l. Imperator*, 21. §. *fin. de appellationibus*, ac proinde duplici ex præsumptione, videlicet appellationis diffinitivæ, & dissipationis, ipsa æquitas, & juris ratio postulat, ut fructus sequestrentur, *dict. l. ab executione, Cod. quorum appell. non recipiantur.*

Primò obstat textus *in Clemen. unica, hoc tit.* ubi 3
dicta contra possessorem sententia, etiamsi fructus non dissipet, sequestratio permittitur: Ergo frustra *in præsenti* dissipatio desideratur. Sed huic dubio dicendum erit, textum *in dict. Clemen. unica*, specialiter procedere, cum sententia in Curia prolata est contra possessorem, qui nondum triennalem possessionem adimplevit: nam tunc ut sequestratio fiat, fructuum dissipatio non desideratur, quod admissum est propter magnam Curiæ authoritatem, ad compescendas litigatorum malitias: cum præsumptio sit pro sententia in Curia Romana prolata, siquidem ad compescendam litigatorum malitiam plura contra juris regulas inducuntur, Cardinalis, Ancharranus, Imola, & Bonifacius *in dict. Clem. unica, hoc tit.* Sahagun *in præsenti, num.* 9. *& seqq.*

Secundò solutioni obstat textus *in cap. quoties, el* 4
segundo, 25. *quæst.* 6. ubi si possessor appellat dum eventus causæ dubius est, fructus sequestrantur: Ergo post appellationem etiam in sententiis extra Curiam non est necessaria actualis dissipatio. In qua difficultate, omissa Archidiaconi, & Turrecremataæ, interpretatione *in dict. cap. quoties*, Cujacii *in notis ad Julium Paulum receptarum sentent. lib.* 5. *tit.* 36. cum traditis à Sahagun *in præsenti, num.* 97. *& sequentibus*, veriorem esse existimo, quam refert Covarr. *lib.* 3. *variarum, cap.* 14.

cap. 14. *num.* 4. dum aſſerit illius textus deciſionem nullam juris authoritatem retinere; quia eſt Pauli *lib.* 5. *ſentent. tit.* 36. ut conſtat ex eius inſcriptione, & Gratianus relictis originalibus Julii Pauli verbis, ejus lectionem tranſmutavit, ſiquidem pro originali *ſequendæ*, ſupponit *ſecundæ*; & pro verbo, *poſſeſſiones*, ſupponit *penſiones*, & illius textus deciſionem, nullam, nec Pontificii, nec Cæſarei juris authoritatem retinere defendit Sahagun *in præſenti*, *n.* 98.

5 Tertiò obſtabit dicere, quod oblata ſatisdatione, ſequeſtratio ceſſat, *l. ſi fideiuſſor*, §. *fin. ff. qui ſatisdare cogantur*, *l. Senatuſconſulto*, *ff. de officio Præſidis*, *leg. litibus*, *C. de agricolis, & cenſitis*, *libr.* 11. *cap.* 2. *de dolo, & contumacia*: Ergo & *in d. Clem. unica*, præſtita ſatisdatione, ſequeſtratio ceſſare debet. Sed reſpondetur ſequeſtrum tolli, cautione interpoſita, non eſſe perpetuum: nam tunc ceſſat, ſi ob contumaciam fiat, *dicto capite* 2. *de dolo, & contumacia*, cum *ſupra* traditis; ſed cum *in d. Clem. unica*, non propter contumaciam, ſed propter ſententiam in Curia latam ſequeſtrum fiat, propter authoritatem ſententiæ, cautione oblata non ceſſat: ſiquidem authoritas ſententiæ per cautionem non aufertur; ideòque etiam ea oblata, ſequeſtratio non aufertur: ſecus verò eſſet dicendum, ſi per contumaciam etiam ab ipſis Judicibus ſequeſtratio fiat: nam tunc cautione oblata, ſequeſtratio ceſſabit, niſi aliud contigerit; puta cauſa ſcandali. Sahagun *in præſenti*, *num.* 25. & 111. Idem *in c.* 2. *hoc tit. num.* 6.

6 Quartò obſtat text. *in cap. cum teneamur*, *de appellationib. cap. non ſolum*; *eodem tit. lib.* 6. ubi conſtat, quod appellatione pendente nihil eſt innovandum: ergo etiam appellatione pendente ſequeſtratio fieri non poterit: Verùm reſpondendum eſt, quod etſi regula ſit, appellatione pendente nihil eſſe innovandum; tamen plures limitationes retinet, inter quas illa eſt, quæ *in præſenti* refertur: nam tunc ipſe appellans regulam violat, & innovat poſt appellationem, qua de cauſa actor ſequeſtrationem rectè poterit poſtulare; nec dùm ipſe appellans diſſipat, poterit contra ſequeſtri decretum attentatorum remedio agere, cùm ipſe ex diſſipatione illa, quæ ſequeſtri cauſam dedit, prius innovaſſet, Sahagun. *in præſenti*, *num.* 101.

7 Quintò obſtat textus *in cap.* 2. *hoc tit.* ubi ob fructuum diſſipationem ſequeſtratio in prima inſtantia fieri permittitur: Ergo ineptè *in præſenti* ſimul appellatio, & fructuum diſſipatio deſideratur; ac per conſequens nulla eſſet differentia inter primam, & ſecundam inſtantiam. Sed reſpondetur plurimam eſſe differentiam: quia in ſecunda inſtantia non tanta fructuum dilapidatio deſideratur, uti in prima; quia in prima non adeò vehemens eſt præſumptio diſſipationis, ideò magna, & expreſſa uſurpatio deſideratur, ut ſequeſtratio fiat: ſecus poſt appellationem, ubi duplex eſt contra appellantem præſumptio, videlicet ſententiæ, & dilapidationis: præcipuè cum *in dict. cap.* 2. *hoc titul.* non eſſet reus, qui diſſipabat, ſed actor qui fructus reſtituturus erat, qui non poſſeſſor, ſed cuſtos dicitur, ut *ſupra* diximus.

8 Sextò obſtat text. *in l. ab executione*, *C. quorum appellationes non recipiantur*, *cap. quoties*, el ſegundo, 2. *quæſt.* 6. ubi interpoſita appellatione ab executione, etiamſi poſſidens fructus non diſſipet, ſequeſtratio permittitur. In qua difficultate dicendum eſt, quod differt appellatio diffinitiva ab appellatione in executione; quia in diffinitiva eſt neceſſaria diſſipatio: ſecus verò in appellatione ab executione. Ratio eſt, quia cùm appellatio ab executione ſit prohibita, *l. res judicata* 207. *ff. de reg. juris*, *cap. cum inter*, *de re judicata*, cum præſumptio ſit reum malitioſè ad differendam litem appellare, *cap. ſuſcitata*, *in fine*, *de in integrum reſtitutione*; ideò abſque diſſipatione in executione ſequeſtratio permittitur, Abbas *in cap.* 2. *hoc tit. num.* 2. Corraſius *lib.* 3. *Miſcellanearum*, *cap.* 2.

9 Septimò obſtabit dicere, quod ſententia, à qua eſt appellatum, nullum ſortitur effectum, *cap. venientes*, *de jureiurando*, *l.* 1. §. *fin. in fine*, *ff. ad Senatus Conſultum Turpillianum*, ſed *in præſenti* fuit appellatum, ut ex littera conſtat: ergo ex ſententia illa nullum præjudicium, neque præſumptio illa adverſus appellantem oriri poterat. Sed dubium diſſolvitur ſi dixeris, quod quamvis appellatione pendente ſecundum communem opinionem, ſententia ipſa, & ejus effectus ſuſpendatur, donec fuerit confirmata, non tamen exinde ſequitur, nullam eſſe præſumptionem ex vi ſententiæ adverſus appellantem ob fructuum diſſipationem; ſiquidem interim dum non fuerit renovata, ſemper jus præſumitur pro eo in cujus favorem ſententia prolata eſt, argum. *text. in l.* 1. *&* 2. *C. de officio civilium Judicum*, *cap. in præſentia*, *de renunciatione*, *cap. ſicut*, *de re judicata*, ac proinde adverſus condemnatum intra appellationis tempus fructus diſſipantem ſequeſtratione fit, *dict. leg. Imperatores*, *paragrapho fin. de appellationibus*, *dict. leg. ab executione*, *Cod. quorum appellationes non recipiantur*, Abbas *in præſenti*, *num.* 9.

AD TITULVM DE Confeſſis, XVIII.

Ad textum in capit. Cum Monaſterium, 1.

SUMMARIUM.

1 *Ad ſolum dictum confitentis crimen, non eſt alteri infligenda pœna, infamato tamen eſt indicenda purgatio.*

2 *Aſſignatur ratio.*

3 *Confeſſio ſocii criminis nocet ſocio. Intellige ut ibi.*

4 *Socius ſimoniæ in eodem crimine ad teſtimonium admittitur. Intellige ut ibi.*

Explicatur textus in capit. veniens decimo de teſtibus.

5 *Confeſſio concubinæ nocet Clerico, etiam ſi ſocia criminis ſit.*

Expenditur tex. in c. ſi quis Papa, 79. diſt.

6 *Maritus non repellitur ab accuſatione uxoris in adulterii cauſa, etiam ſi lenocinii crimen ei obiiciatur.*

Explicatur textus in leg. 1. §. ſi publicè ff. ad legem Juliam de adulter. *cum* leg. mulier 47. ff. ſoluto matrim.

7 *Explicatur textus* in leg. cap. 25. ff. ad legem Jul. de adult.

CONCLUSIO.

AD ſolum dictum confitentis crimen proprium, non eſt alteri infligenda pœna: infamato tamen eſt indicenda purgatio. Conſonat textus *in cap. veniens* 10. *de teſtibus*, *cap.* 1. *eodem tit. lib.* 6. *cap. ſi quis Papa*, 79. *diſtin. c. ultimo*, 15. *quæſt.* 3. *l. Seia* 28. *ff. ad Senatus Conſult. Velleianum*, *cap. licet Heli*, *de Simonia*, *l. maritus*, *ff. de quæſtionibus*, *l.* 1. §. *idem Cornelius*, *ff. eodem*, *l. fin. C. de accuſationibus*, *l. famoſi*, *ff. ad legem Juliam Majeſtatis*, *leg. nullus*, *C. eodem*, *l.* 1. *C. de falſa moneta*, cum traditis à Gloſ. *in dict. l. fin. C. de accuſationibus*, & à Gothofr. *in l. fin. ff. ad exhibendum*, diſputant Cajetanus *tom.* 1. *opuſculorum*, *tract.* 31. *repetitione* 5. *dubitatione* 1. & 2. Idem 2. 2. *quæſt.* 79. *art.* 2. Sotus *de juſt. & jure*, *lib.* 5. *q.* 6. *art.* 2. *concl.* 5. Idem *de detegendo ſecreto*, *mēbr.* 2. *q.* 6. *concl.* 1. Navarrus *in manuali*, *c.* 18. *n.* 58. & 59. Farin. *in praxi criminali*, *q.* 45. *n.* 1. Maſch. *de probat. concl.* 1359. *num.* 15. & 1311. *n.* 9. Morla *in emporio tit.* 11. *in præludio*, *n.* 74. Flamin. *de reſignatione beneficior. tom.* 2. *lib.* 14. *qu.* 10. Cardoſ. *in praxi Judicū*, *verbo*,

Teſtis,*num.*28. Balboa *in c. at ſi Clerici, de judiciis, à n.* 8. *& ſequentibus.*

2 Ratio quare propter Presbyteri dictum confitentis homicidium, ad aliorum ſuggeſtionem, non eſt ad pœnam procedendum, eſt quia uti textus affirmat regulariter de ſe crimen confeſſo contra alios ſuper illo crimine non eſt credendum, cùm legitimus non ſit teſtis, præcipuè ſi ſocius eſt criminis; tum etiam, quia unius dictum, nullius dicitur, juxta textum *in cap. veniens* 10. *in fine, de teſtibus*, & ne alienam ſalutem in dubio deducat, qui de ſua deſperavit, *l. ultima*, §. *ſic autem, ff. de bonis eorum, qui ante ſententiam*: Paulus *lib.* 1. *ſenten. tit.* 11. nam qui ſibi non pepercit, multo minus alii parceret: Quintil. *declamation.* 292. Cuiacius *in poſthumis ad hunc textum.*

3 Primò obſtat textus *in c.* 1. *de teſtibus, lib.* 6. ubi confeſſio ſocii criminis nocet ſocio ejuſdem criminis. Cui dubio reſpondendum eſt, quod *ibi* ſocii teſtimonium admittitur in crimine ſimoniæ, ſi de eo civiliter agitur, & gratis: uti mediator tantum & proxeneta opem tulit, & tantum criminis ſocius, non muneris eſt; quod eſt admiſſum in deteſtationem tanti criminis.

4 Neque obſtat textus *in dict. cap. veniens* 10. *de teſtibus*, ubi in eodem ſimoniæ crimine confeſſio ſocii non nocet ſocio, neque ejus teſtimonium admittitur, quia textus *in dict. cap. veniens*, loquitur ſimul de ſocio criminis, & muneris, quæ duo vincula ſufficiunt, licet unum non proſit, *cap.* 1. *de tregulo & pace*: quod locum habet, ſi tantum civiliter de ſimoniæ crimine eſt actum; ſecus ſi criminaliter, juxta textum *in dict. capite primo*, *de teſtibus*, *lib.* 6. Neque ſolutioni obſtabit dicere, quod *in dict. cap. veniens*, non fuit particeps muneris, cum ſolummodo remittere promiſit quinque barrillos vini: quia etſi à principio tantum promiſit remittere, tamen ante examinationem, jam teſtes remiſſionem conſequuti fuerant; & ſic quamvis *in* 1. *textus parte*, tantum de promiſſione agatur, in ſecunda jam de lucri conſecutione conſtat: Dominicus *in dict. cap.* 1. *lib.* 6. Maſ. *concl.* 1311. *num.* 26. Flaminius *de reſignatione beneficiorum, tomo* 2. *lib.* 14. *quæſt.* 10. *num.* 28. Mar. Antonin. *variarum lib.* 3. *abſolut.* 34. *num.* 14. 16. *&* 17. Menoch. *de arbitr. caſu* 434. *n.* 13. Morla *in emporio, tit.* 11. *in præludio, num.* 74.

5 Secundò obſtat textus *in cap. ſi quis Papa* 79. *diſtin.* ubi ſocius ſimoniæ ad teſtimonium admittitur, etiamſi de eo criminaliter ſit actum. Cui difficultati reſpondetur, quod textus ille loquitur non ſolum in crimine ſimoniæ, verum etiam in conjuratione & crimine læſæ Majeſtatis; tum etiam quia antea in ejus vita ſemper de illo crimine ſuſpectus, Turrecremata *ibi*. Neque obſtat textus *in cap. quoniam* 3. *de teſtibus*, ubi confeſſio mulieris concubinæ nocet Clerico, etiam ſi ſocia criminis ſit: nam *ibi* admittitur in defectu probationis cum civiliter agitur; & non ad plenam probationem, ſed ad qualemqualem præſumptionem: ita ſimiliter eſt interpretandus textus *in cap. licet, Heli, de Simonia, l. famoſi, ff. ad legem Juliam Majeſtatis, l. nullus, C. eodem, l. provinciarum* 9. *Cod. de feriis, l. divus* 6. *ff. de cuſtodia reorum, l. fin. ff. ad exhibendum.*

6 Tertiò obſtat text *l.* 1. §. *ſi publico ff. ad legem Juliam de adulteriis*, ubi maritus non repellitur ab accuſatione uxoris in adulterii cauſa, etiamſi lenocinij crimen ei objiciatur; quod eſt contra deciſionem text. *in l. cum mulier* 47. *ff. ſoluto matrimonio.* In qua jurium controverſia dicendum eſt, quod *in dict. l. cum mulier.* 47. mariti confeſſio, ſeu accuſatio repellitur quoad dotis amiſſionem, cum civiliter agitur: ſiquidem paria delicta mutua compenſatione tolluntur: at verò *in dict.* §. *ſi publico*, non repellitur, neque compenſatio admittitur: quia criminaliter agitur, Cuiacius latè *lib.* 11. *quæſt. Papiniani, in l. viro* 39. *ff. ſoluto matrim.* Neque obſtat text. *in l. cap.* 25. *ff. ad legem Iuliam de adulteriis*, ubi marito licet retinere ſocium criminis, hoc eſt adulterum 20. horas cauſa rei teſtandæ, ut eius confeſſio coram teſtibus facta uxori noceat: nam illa adulteri confeſſio ibi non prodeſt ad plenam probationem, ſed tantum ad aliquod indicium, Gloſſa *ibi*, verbo: *Accuſatio*, Cuiacius *de præſcriptionibus*, *cap.* 2. *in fine*, de hac re plura dicemus *in cap.* 10. *de teſtibus.*

Ad textum in capit. cum ſuper 2. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Si quis confitetur crimen in judicio incidenter, poterit ordinarius Judex inchoare proceſſum, & illum ordinaria pœna punire.*
2 *Confeſſio in judicio facta vim rei vindicatæ retinet.*
3 *Confeſſio etſi noceat confitenti, non tamen ex eo ſtatim condemnandus, cum ſuſpendi debeat donec conſtiterit ab eo delictum fuiſſe commiſſum.*
4 *Reus non tenetur extra confeſſionem Sacramentalem delictum confiteri. Intellige ut ibi.*
5 *Accuſator, ſi non fuerit legitimus in jure, non admittitur.*
6 *Confeſſio ut valeat, requiritur, quod in tribunali, & coram Judice competente fiat.*
7 *Expenditur textus* in leg. videmus, in fin. Codice de liberali cauſa, *textus* in capite primo, de accuſation.
8 *Explicatur text.* in c. multi corripiantur, verſic. *Niſi ut ſponte confeſſo*, 2. q. 1.
9 *Confeſſio hæreſis à Clerico coram Judice laico facta, olim Juſtinianeo jure admittebatur.*
10 *Explicatur textus* in capit. primo 23. quæſt. 5. & in num. 9.
11 *Confeſſio in judicio facta etiam ſi juris ordo non ſervetur, nocet confitenti.*
12 *Expenditur text.* in c. 1. de exception. lib. 6. verſ. *Similiter Eccleſiaſtici judicis*, Auth. de ſanctiſſ. Epiſcopis, §. ſi quis contra, *& in n.* 13.
14 *Interpretatur textus* in leg. jubemus 41. C. de liberal. cauſ. *Voce propria.*

CONCLUSIO.

SI quis confitetur crimen in judicio incidenter, poterit ordinarius judex inchoare proceſſum, & illum ordinaria pœna punire. Conſonat text. *in cap. fin. infra eodem, cap. per inquiſitionem, de electione, cap. penult. de celebratione Miſſarum, cap. fin. cap. veſtra, de cohabitatione Clericorum, & mulierum, cap. cum olim, in fine, de verborum ſignification. cap. fin. de reſtitutione ſpoliat. cap.* 1. *de exceptionibus, leg.* 2. §. *ſi publice, ff. ad legem Juliam de adulteriis, leg.* 1. *Cod. de confeſſis, leg. certum ff. eodem, leg. ſi confeſſus ff. de cuſtodia reorum, cap. nos in quenquam, 2. quæſt.* 1. *cap.* 1. *de accuſationibus, lib.* 9. *leg.* 2. *&* 4. *tit.* 2. *part.* 3. *l.* 15. *tit.* 1. *part.* 7. diſputant Maſcardus *de probationibus, concluſione* 344. Farinacius *in praxi criminali, concluſione* 2. Rolandus *conſ.* 70. *volum.* 1. Idem *conſilio* 121. Covarruvias *in practicis cap.* 23. *num.* 5. Anton. Auguſtinus *collectanea* 3. *Decretalium lib.* 2 *titul.* 10. *cap. unico*, Donel. *lib.* 12. *commentar. cap.* 9. Anton. Faber *de erroribus, decade* 67. *errore* 8. Maranta *de ordine judicior. actu* 5. 2. *part. num.* 21. Romanus *conſilio* 391. Donellus *in l. ſi adverſarius* 3. *Cod. de fide inſtrum.* 1

Ratio eſt, quia confeſſio in judicio facta vim rei judicatæ retinet, & quaſi victus dicitur *dict. l.* 1. *C. de confeſſis, dict. leg. ſi confeſſus de cuſtodia reorum*, meritò adverſus confitentem pœna imponitur, cum reipub. intereſt ne delicta maneant impunita, *cap. ut famæ, de ſententia excommunicationis, leg. ita vulneratus, ff. ad legem Aquiliam*, & ideò qui in jure confeſſus eſt ſimoniam commiſiſſe, ab omni officio, & beneficio Eccleſiaſtico eſt deponendus; cum in ſpiritualibus nulla pactio debeat intervenire 2

tervenire, *c.p. fin. de pactis, cap.* 1. *& per totam* 1. *quæstione prima.*

3 Primò obstat textus *in l.* 2. *C. de custodia reorum*, ubi postquam de delicto per confessionem constiterit, iterum debet reus reduci apud acta judicii. Qua in difficultate omissa Glossæ interpretatione, verbo, *Constiterit*, verissimè est dicendum, quod quamvis de crimine constet per confessionem, non tamen ex eo statim reus condemnandus est; cùm suspendi debeat, donec constiterit ita ab eo fuisse commissum, cùm ei debeat assignari terminus ad allegandas exceptiones, & defensiones, licet interim in carcere detineatur, argum. textus *in l.* 1. §. *item illud*, *ff. ad Sylanianum*, Maranta *de ordine judiciorum*, 6. *part. verbo. Confessio, num.* 2. Mascardus *ubi supra, num.* 6.

4 Secundò obstat textus *in cap. quis aliquando*, *versic. Item illud*, ibi: *Non tibi dico, ut te prodas*, *de pœnitentia*, *distinct.* 2. ubi reus ad interrogata non tenetur respondere, neque crimen extra confessionem Sacramentalem fateri. Cui difficultati respondetur, textum illum, & illam D. Ambrosij authoritatem quando extra judicium, vel in judicio reus injustè interrogatur, intelligendam esse: nam si in judicio justè à Judice interrogatur, tenetur sub pœna peccati lethalis veritatem in lucem prodere, D. Thom. 2. 2. *quæst.* 9. *art.* 1. *&* 2. Paz *in praxi* 5. *part.* 1. *tempore, cap.* 3. §. 4. *num.* 11. Miranda *in ordine judiciario*, *quæstione decima octava*, *art.* 1. Antonius Gomez 3. *tomo variarum*, *cap.* 125. justa autem dicitur causa, quando reus semiplenè de eodem crimine diffamatus est, Paz & Gomezius, *ubi supra.*

5 Tertiò obstat textus *in cap.* 1. *cap. evidentia*, cum aliis, *de accusationibus*, ubi nemo condemnari debet, nisi legitimus fuerit accusator; ergo ex sola confessione, absque accusatore injustè condemnatio fit. Quod argumentum ex eo dissolvitur, quia *in præsenti* absque accusatore confessus fuit crimen tangens principale negotium, de quo fuerat interrogatus, argumen. textus *in regula, accessorium, de regul. juris, libro* 6. *cap. per inquisitionem*, *de electione*; præcipuè quia non ex sola confessione, condemnatio processit, sed ex novo processu, & nova accusatione interveniente, Abbas *in præsenti*, *numero* 16. *&* 12.

6 Quartò obstat textus *in cap. at si Clerici*, *de judiciis*, ubi delicti confessio à Clerico in judicio facta, non nocet. Cui dubio dicendum est, ideò ibi non nocere, quia fuerat facta coram Judice incapaci, hoc est *laico*, qui incapax est cognitionis personarum Ecclesiasticarum, tam quoad civilia, quàm quoad criminalia, *cap.* 2. *de judiciis*, & sicuti sententia à non suo Judice lata non tenet; ita nec confessio coram non Judice facta: nam ut confessio valeat, in jure fieri debet, hoc est pro tribunali coram competenti Judice: alioquin inanis, & illusoria erit, *l. post rem, ff. de re judicata, l.* 1. §. *quid si in lite, ff. quæ in fraudem patroni, l. quidam, ff. de donationibus*, *l.* 4. §. *penult. ff. ad legem Juliam majestatis*, *l.* 4. *Cod. de repudianda hæreditate*, Cujac. *in dict. cap. at si Clerici*, *& in l. unica, Cod. de confess.*, Donell. *lib.* 28. *Comment. cap.* 1.

7 Quintò solutioni obstat textus in *l. jubemus, in fine*, *C. de liberali causa*, ubi confessio coram quolibet Judice facta tenet, & jurisdictionis defectus ex confessione purgatur, cum jurisdictio Judicis non sui expressè, vel tacitè prorogari possit. In qua difficultate verissimè dicendum est, prædicta jura procedere, quando confessio sponte est facta coram Judice, cujus jurisdictio per confessionem prorogabilis erat, argumento textus *in l. si convenerit*, *ff. de jurisdictione omnium judicum*: secus verò dicendum est, si non est prorogabilis, veluti si de incapaci agitur, cujus jurisdictio per confessionem prorogari non potest; juxta textum *in cap. diligenti*, *de foro competenti*, Decius *ibi num.* 3. Nec solutioni obstat textus *in capite primo*, *de accusationibus*, ubi per confessionem aufertur omnis defectus nullitatis, & omnis dilatoria exceptio, quia textus ille procedit, quando nullitas est in ipso ordine judiciario non observato; non tamen ex defectu jurisdictionis propter laici incapacitatem, ut in *dict. cap. at si Clerici.* 8

Sextò obstat textus in *cap. multi corriguntur* 18. 2. *quæst.* 1. ibi: *Nisi aut sponte confesso, aut in aliquo sive seculari, sive Ecclesiastico judicio nominatum, atque convictum.* Ex quibus verbis constat puniri per Ecclesiasticum, qui de crimine coram seculari judice confessus, vel convictus est. Cui difficultati occurri potest cum Glossa *ibi* verbo, *seculari*, dum asserit, quod etsi in illius *text.* specie, ad prohibendum quempiam à communione fidelium in judicio Ecclesiastico sufficiat, quod coram quocumque Judice, sive Ecclesiastico, sive seculari convictus, vel confessus sit de crimine, quo pœnam illam mereatur; id tamen referendo singula singulis intelligi debet, scilicet quod cum aliquis est convictus, vel confessus coram Judice suo, similiter coram alio pro tali habendus sit, argument. textus *in cap.* 2. *de exceptionibus*, *libro sexto*, secus verò si confessio ipsa facta sit coram eo, qui nullam habet jurisdictionem, ut in *dict. cap. at si Clerici, de judiciis*, Abbas *ibi numero decimo tertio*, Felin. *numero tertio*, Mantua *num.* 24. Aretinus *num.* 21.

Septimò obstat textus *in cap.* 123. *quæst.* 5. ubi constat 9
Clericos ob confessionem delicti coram laico factam, pœnis debitis licet cum misericordia puniendos. Cui difficultati solutionem præbet Glossa *ibi*, verbo: *Confessus*, dum asserit judicem illum laicum, ideò ibi fuisse competentem, quia Clerici illi hæresis crimen commiserant, qua de causa illius fori fuerant facti; cùm olim ob illud delictum laici judices erga Clericos jurisdictionem haberent, *l.* 1. §. *fin. C. de Summa Trinitat. & Fide Catholica*, & in *toto tit. C. de hæreticis*, Alciatus *in c.* 2. *de officio Ordinarii*, *num.* 64. Farinacius *in tractat. de hæresi*, *quæst.* 186. §. 9. *num.* 152. Neque obstabit si dixeris, 10
quod ibi de homicidio, & de aliis criminibus tantum agebatur: nam respondetur, quod quando de illorum punitione tractabatur, jam Clerici crimen hæresis commiserant, quare veluti laici seculari potestati subjecti remanebant. Sed adhuc obstabit dicere, quod tempore Divi Augustini, qui hujus decisionis auctor est, jam etiam in crimine hæresis, uti in cæteris criminibus privilegium generale exemptionis adversus seculares judices Clericis erat indultum, ut constat ex *capite primo*, *& seqq.* 11. *quæstione prima.* Cujus dubii solutio erit, quod quamvis verum sit, illam Clericorum exemptionem etiam illo tempore competisse; tamen quoad omnia, nec moribus, nec usu erat recepta, & velut de facto laici in Clericos jurisdictionem exercebant, Covarruv. *in practicis*, *capite trigesimo primo*, *numero secundo*, siquidem prædicta Clericorum exemptio, usque ad Concilij Remensis tempus, *cap.* 4. relati *in cap.* 2. *de judiciis*, nunquam quietè fuit obtenta; ut notat D. Carolus de Grassis *in tract. de effectibus cleridatus*, *effectu* 1. *num.* 4.

Octavò obstat textus *in cap. fin. de restitutione spoliatorum*, *cap.* 1. *&* 2. *de accusationibus*, *lib.* 6. ubi constat, 11
quod etiamsi judicium sit nullum ob non servatum Superioris mandatum, confessio tamen in eo facta nocet, & tenet: ergo etiamsi processus factus coram judice laico sit nullus, tamen confessio coram eo facta valere debet. Cujus dubii solutio est, videlicet, quod jura in argumento adducta procedunt, quoties nullitas extat propter judiciarium ordinem non servatum; at verò textus *in dict. cap. at si Clerici*, loquitur quoties nullitas consistit ex defectu jurisdictionis propter incapacitatem; nam tunc sicut acta ipsa non tenent, similiter nec confessi, arg. text. *in l. si confessus* 5. *ff. de custodia reorum, l. proinde* 25. §. *fin. ff. ad legem Aquiliam*, Anton. Gomez *lib.* 3. *variarum*, *cap.* 12. *num.* 8. Mascard. *de probation.* 1. *tom. conclus.* 357. Farinacius *in praxi*, 3. *tom. tit. de reo confesso*, *quæst.* 81. *cap.* 2.

Nonò obstat textus *in cap.* 2. *de exceptionibus*, *lib.* 6. 12
versic. Similiter Ecclesiastici judices, & textus *in authen. de sanctissimis Episcopis*, §. *si quis contra*, *vers. Si vero prius*, ubi judex Ecclesiasticus judicare tenetur secundum acta,

acta, & facta per judicem secularem : ergo confessioni coram judice laico factæ Ecclesiasticus stare debet. Sed huic dubio dicendum est, textum *in dicto capite secundo*, procedere casu in quo secularis judex jurisdictionem habet, ut constat ex eodem textu, ibi : *In casu, quo ad eum pertinet cognitio, &c.* Decius *in dicto cap. at si Clerici, num.* 14. Mascardus *de probationibus* 1. *tom.* 13 *concluſ.* 73. Neque obstat textus in *dict. authen. de sanctissimis Episcopis*, §. *si quis contra*, quia procedit de facto, quo in tempore optio erat, ut accusator posset, si vellet, Clericum pro crimine apud civilem judicem accusare, Glossa *ibi*, verbo : *Judicem adeat.* Neque ob- 14 stat textus *in l. jubemus* 41. *Cod. de liberali causa*, versic. *Voce propria ejusdem Ælii apud aliud judicium patuerat*, ubi confessio coram uno judice facta, coram alio fidem facit: quia etiam procedit, quando alter judex competens fuerat, & non incapax; ita similiter est interpretandus textus in *cap. causam, quæ, cap. præsentata, cap. testimonium, de testibus*, Decius *in dict. cap. at si Clerici, num.* 23. Anton. Gomez 3. *tom. variarum, cap.* 12. *num.* 8. Reliqua quæ hic cumulari possent, petenda sunt ex *cap. at si Clerici, jup. de judiciis.*

Ad textum in cap. Ex parte, ult. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Confessio in jure per Ecclesiæ Oeconomum facta, nocet ipsi Ecclesiæ: tamen revocari potest, si ante finitum negotium doceatur per errorem facti emanasse.*

2 *Assignatur ratio.*

3 *Confessio minoris etiam in delictis ei nocet. Intellige ut ibi.*

4 *Confessio per errorem facta, nec minori, nec majori præjudicat.*
Explicatur text. difficilis in l. certum, §. in pupillo, ff. de confess. *& num.* 5.

5 *Remedium extraordinarium cessat, cum ordinarium extat.*

6 *Aquilia lex inficiatione crescit.*
Expenditur text. in l. ex ea, §. nunc videndum, vers. Si cum, ff. de minorib.

7 *Ultra id, quod in judicium deductum est potestas Judicis non extenditur.*
Expenditur textus in l. cum fideicommissum 7. ff. de confess.

8 *Confessus pro judicato habendus est.*
Explicatur textus in l. proinde 25. §. fin. ff. ad legem Aquil.

9 *Confessus de re, quæ in rerum natura non est, non exinde condemnatur.*
Expenditur textus in l. qui Stichum 5. ff. de confession.

10 *Interpretatur text. in* l. mulier 23. ff. ad S.C. Velleian. *cum* l. mulier 26. ff. eod.

11 *Confessio extrajudicialis non nocet. Intellige ut ibi.*
Interpretatur textus in l. si ex cautione, l. in contractibus, C. de non numer. pecun.

12 *Confessio contra jus in causa matrimoniali facta, nec viro, nec uxori præjudicat.*

13 *Interpretatur text. in* l. parentes, Cod. de liber. causa, l. interrogantem, C. eodem.

CONCLUSIO.

1 *Confessio facta in jure per Ecclesiæ Oeconomum nocet ipsi Ecclesiæ: potest tamen revocari, si ante finitum negotium doceatur per errorem facti emanasse.* Consonat text. *l. 1. l. Julianus, l. certum, ff. de confessis, l. si is cum quo*, cum aliis, *eodem tit. l. unica, Cod. eodem, cap. fin. de in integrum restitutione, libro sexto, l. maritus, C. de procuratoribus, l. sed & hæc, ff. eodem, l. qui aliter*, §. *sed & probus, ff. quod vi aut clam, l.* 4. *Cod. de repudianda hæreditate, l. error, ff. de juris, & facti ignorantia, l. error, Cod. eodem; l.* 2. *&* 3. *Cod. error. Advocatorum, l.* 3. *Cod. si minor se majorem dixerit, l. penult. ff. de cessione bonorum, l. post rem, ff. de re judicata, l. quidam, ff. de donationibus, l.* 1. §. *perinde, ff. si quid in fraudem patroni, l.* 4. *ff. ad legem Juliam Majestatis*, Surdus *dec.* 309. *numero decimo quarto*, defendunt Mascardus *de probat. conclusion.* 345. *numero decimo sexto, & concluſ.* 347. *num.* 48. Fachineus *libro primo controversiarum, cap.* 72. Guttierrez *de juramento confirmatorio, prima parte, capite quadragesimo septimo, numero decimo quinto*, Menochius *de arbitrariis casu* 268. *&* 279. Osual. ad Donell. *libro vigesimo octavo, Comment. capite primo, litera C. & libro vigesimo, capite decimo, lit. N.* Cuiacius *lib.* 5 6. *Pauli ad edictum, in l.* 1. *ff. de confessis*, Donell. *in l.* 3. *C. de fide instrumentorum.*

Ratio ea est, quia confessio in judicio facta, ut *supra* diximus *capite secundo, hoc tit.* vim donationis, 2 & rei judicatæ retinet : poterit tamen revocari, si per facti errorem fuerit facta ; quia inter cætera, quæ ad ejus validitatem desiderantur, unum est, ut certa ex scientia fiat : si agitur errore facti, à parte, vel ab Advocato fuerit facta, revocari potest ; dum tamen causa non fuerit finita, *cap.* 3. *de in integrum restitut. minor. lib.* 6. *l.* 1. *Cod. de errore calculi*, siquidem facti error nemini nocet, *dict. l. error, ff. de juris, & facti ignorantia.*

Primò obstat textus *in l. si ex causa*, §. *nunc videndum, versic. Sed cum ex domo, l. auxilium*, §. *in delictis, versic. Sed ut, ff. de minoribus, l.* 1. §. *divus, ff. de quæstionibus*, ubi confessio minoris sibi nocet : ergo & Ecclesiæ confessio sibi nocere debet, argum. text. *in capite primo, de in integrum restitut. minorum.* Cui dubio respondendum est jura illa procedere in delictis, quando confessio minoris fit in judicio tendens ad veritatis indaginem, cum jam curator interveniisset tempore, quo judex pronunciavit minorem interrogari, seu torqueri debere, meritò ei nocet, & restitutio denegatur; secus verò dicendum est, cùm minor in confessione à se facta erravit : nam tunc restitutio competit, *l.* 3. *Cod. si minor se majorem dixerit.* Hocque adeò verùm est, ut neque adversus confessionem delicti restituatur, nisi error in confessione exprimatur, Sarmiento *libro tertio, selectarum, capite tertio, numero septimo*, Fachineus *libro primo controversiarum, cap.* 72. Ratio est, quia minor adversus proprium delictum, & dolum, nunquam restituitur, *l.* 1. cum vulgatis, *Cod. si adversus delictum, l. auxilium, ff. de minoribus, l. ex causa*, §. *nunc videndum, ff. eodem, l. si putator* 31. cum aliis, *ff. ad leg. Aquiliam, l.* 5. §. *injuriam, ff. eodem*, nam tunc minor à se, non ab alio decipitur *l. is qui se, l. nam si actor, ff. de rei vindicatione, l. minor, ff. de minoribus*, Anton. Fab. *in Rationali ad eundem textum*, Donell. *lib.* 21. *cap.* 10.

Secundò prædictis obstat textus *in l. certum*, §. *in* 4 *pupillo, ff. de confessis*, ubi generaliter statuitur, quod minor ex confessione sua omnino restituendus est. In cujus textus difficultate, omissa interpretatione, quam refert Fachineus, *ubi supra, dict. cap.* 72. verissimè est dicendum, restitutionem contra propriam confessionem minori læso *in dict.* §. *in pupillo*, generaliter dari ; sed id non ita, sicut sonant, verba, intelligendum est, sed cum illa adiectione, scilicet si apparuerit minorem in confessione facta errasse : nam tunc æquum est, minori decepto adversus confessionem suam succurri: argument. textus *in l.* 3. *Cod. si minor se majorem dix.*

Qua sententia retenta, adhuc gravis oritur difficul- 5 tas, cum nihil speciale in minore reperiatur: siquidem etiam majori erranti jura succurrunt, *l. error, Cod. de juris, & facti ignorantia, l.* 2. *ff. de in integrum restitut.* In qua difficultate dissolvenda valde laborant Sarmiento,

miento, *ubi supra*, & Speculator *in tit. de in integrum restitut.* §. 1. *versic. Sed nunquid.* Sed ego non agnoſco, quid inconveniens ſit fateri, majorem contra propriam confeſſionem perinde, ac minorem, in integrum reſtitui, ſi de utriuſque errore conſtet; ſiquidem nihil beneficio minoris detrahitur ex eo, quod auxilium ipſi conceſſum ad majorem errantem extendatur; ſed tantummodo præſupponit magnam eſſe juſti erroris cauſam, ad humanitatem captandam; ſiquidem ſufficiens fuit, ut à minore in majorem reſtitutio illa extenderetur: in modo tamen probandi errorem plurimum differunt majores à minoribus, de qua re videndus eſt Sarmiento *ubi ſupra*, *num.* 12.

6 Tertiò adhuc textus in *dict.* §. *in pupillo*, peccat ex alio capite, videlicet quod ſi minor in delictis ob errorem in integrum deberet reſtitui, ei competeret remedium ordinarium, hoc eſt errorem, traditum in *dict. l. error, Cod. de juris, & facti ignorantia*, & ceſſaret extraordinarium, hoc eſt reſtitutionis in integrum, quod remedium ceſſat, quando minor jure ordinario juvari poteſt; juxta textum in *l.* 2. *ff. de minoribus*. Cui dubio reſponderi debet, quod licet errantibus jure ordinario ſubveniatur, ex *dict. l. error.* tamen aliquibus in caſibus remedio illo deſtituti ſunt, & meritò Prætores auxilium extraordinarium minoribus pollicentur in *dict. l.* 2. *ff. de in integrum reſtitut. minorum*, Donel. *libro vigeſimo quinto, capite quinto*, idcòque potuit contingere, quod in confeſſione ita erraſſet minor, ut neque illo jure ordinario tutus eſſet, & beneficio extraordinario reſtitutionis indigeret; nam remedium ordinarium tunc minor habebit, cùm legitimis probationibus oſtenderit ſe in confeſſione erraſſe; quo remedio, omni tempore legitimo uti poterit, de quo in noſtri *textus* ſpecie mentio habetur: extraordinarium verò reſtitutionis habebit, cum dixerit ſe erraſſe non in facto proprio, ſed in alieno, nec probationibus id oſtenderit: cùm in defectum ordinarii minoribus ſuccurratur per extraordinarium reſtitutionis in integrum: quod ſumma ratione eſt conſtitutum, quia eo ipſo, quod minor fatetur id, quod ſibi eſt damnoſum in facto alieno erraſſe, præſumitur; & licet hæc præſumptio non ſit ſufficiens ad reſcindendum errorem, cum in eo etiam probationes deſiderentur, *l.* 3. *Cod. de juris, & facti ignorantia*, ſufficit tamen, ut ex æquitate prætoria reſtitutio minori, vel Eccleſiæ concedatur: quo modo interpretandus eſt textus noſter, *in verſic. finali*, Sarmiento, *ubi ſupra*, *num.* 7.

7 Quartò his omnibus obſtat textus in *l. ex ea*, §. *nunc videndum, verſic. Si cum*, *ff. de minoribus*, ubi minor damnum injuria datum negavit; & contra negationem reſtitutio ei competit. Sed in hac difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Antonius Faber *in Rationali ad eundem text.* Fachineus *libro primo, controverſiar. cap.* 72. animadvertendum eſt, quod lex Aquilia inficiatione creſcit; ſed ante litem conteſtatam, retractatione nagationis poterit ab omnibus minoribus, & majoribus emendari: Cæterum poſt conteſtationem, & probationes ab adverſo adductas, à nullis emendatur: *l. electio*, §. *neque*, *ff. de noxalibus*, & ideò cum in ſpecie illius textus poſt conteſtationem, & probationem, minor negationem emendare non poſſit, cum ex negatione illa, ſeu inficiatione, dupli pœna puniretur, §. *vi autem*, *Inſtit. de actionibus*, & cum ex dupli pœna, quam præſtare cogebatur, læſus maneret juſta de cauſa fragilitati ejus ſuccurrit Prætor, non ut eum in damno dato ſalvet, ſed tantum ut à dupli pœna, quæ per negationem præſtare tenebatur, liberetur, Sarmiento *libro tertio*, *ſelect. cap.* 3. *num.* 9.

8 Quintò obſtat textus *in l. cum fideicommiſſum* 7 *ff. de confeſſis*, ubi hæres, qui confeſſus eſt in jure ſe fideicommiſſum debere, & ex confeſſione conventus judex ad reſtitutionem ſit datus, coram quo propoſuit ſe errore facti id confeſſum, exiſtimans fideicommiſſum à defuncto fuiſſe relictum, cùm verè non eſſet & arbiter ad reſtitutionem datus ita comperit nil deberi; quærit Africanus an judex poſſit eum abſolvere, cum in facto erraſſet: & reſpondet multùm referre, qua ex cauſa non debeatur: nam ſi ob id, quod nullum fideicommiſſum fuerit, non debere eum abſolvere, ſi verò quia nihil ſit in bonis, aut jam ſolutum, ſalvo officio eum abſolvet. Cujus Africani reſponſum, valdè obſtat *textui noſtro*, & Ulpiani regulæ traditæ in *l.* 2. *Cod. de confeſſis*, qua docemur, quod non fatetur, qui in facto errat, niſi in jure erret, nam ſi Africanus loquitur de eo, qui in jure erravit, dicere debuit nullo modo eſſe abſolvendum: ſin verò de eo, qui erravit in facto, abſolvendum eſſe.

Sed hoc obſtante vera eſt *Africani* ſententia, ſi quidem loquitur de eo, qui juſtè erravit in facto, & confeſſus eſt ſe debere, cum non debuiſſet: nam quod Africanus ait à Iudice dato abſolvi non poſſe, id non eſt contra Ulpiani ſententiam, ſiquidem ex eo non reſpondit quoad de jure confeſſum; ſed quoad judicis dati poteſtatem, ut confeſſus non ab ipſo judice dato abſolvatur, ſed ad Prætorem remittatur, qui eum abſolvat, quaſi in facto errantem; ſiquidem judex ad executionem datus, tantum cenſetur datus ad computationem patrimonii. Qua ratione ſalvo officio *Africanus* aſſerit judicem datum poſſe judicare; non tamen poſſe eum abſolvere, ſi relictum non eſt fideicommiſſum; cùm non eſſet datus ut cognoſceret an fideicommiſſum eſſet relictum, necne; nam ultra id, quod in judicium deductum eſt, judicis poteſtas non excedit, *l. ut fundus*, *ff. de communi dividundo*. Donel. *lib.* 28. *commentar. cap.* 1. Cuiacius *tract.* 5. *ad Africanum in dict. l. penultim. ff. de confeſſis.*

Neque obſtat textus *in l. error* 7. *Cod. de juris, & facti ignorantia*, ex quo conſtat, quod facti error, quamvis non ſolet nocere, tamen nocet ſi cauſa deciſa eſt. Quia textus ille loquitur, quando cauſa jam ſemel extincta, & deciſa eſt, ſed in ſpecie ſupra tradita, non dicitur deciſa, ſiquidem errans pro confeſſo non habetur, quod ſumma ratione conſtituitur, quia confeſſus quodammodo ſua ſententia damnatur, *l.* 1. *ff. de confeſſis*, & ita voluntate ſua, quam error excludit: Donel. *l.* 28. *c.* 1. *in l.* 2. *ff. de confeſſis*, de qua re plura congerit Bart. *in dict. l* 2 *ff. de confeſſis.*

Sextò adverſus id, quod in præſenti notant omnes, videlicet confeſſos pro judicatis haberi, juxta textum *in l.* 1. *ff. de confeſſis*, quod idem eſt, ac ſi Conſultus diceret, non iterum eſſe judicandos: nam confeſſi, & judicati, eodem loco habentur; differunt tamen in eo, quod judicatus judicati actione convenitur, non item confeſſus: nam confeſſus poſt confeſſionem damnandus eſt, *l.* 3. *& 5. ff. de confeſſis*, valde obſtat textus in *l. proinde* 25. §. *final. ff. ad legem Aquiliam*, ubi poſt confeſſionem nulla eſt judicantis, hoc eſt Iudicis, ſeu Prætoris pars ergo amplius condemnare non debet, cum quodammodo ſua ſententia confeſſus damnetur, *dict. l.* 1. *ff. de confeſſis.* Qua in difficultate dicendum eſt, verum eſſe, confeſſum non eſſe judicandum; ſed non exinde ſequi, non eſſe damnandum: nam aliud eſt confeſſos damnari non debere, aliud verò eſſe judicandos: cùm aliud ſit judicare, aliud damnare: nam is judicat, qui prius cauſam cognoſcit, *l. judices. Cod. de judiciis*: his verò damnat, qui jubet ſolvere, *dict. l.* 3. *& 5. Cod. de confeſſis*, & cum cognitio illa in confitente non deſideretur, ſiquidem pro legitima probatione reputatur, Gloſſa magna *in præſenti*, verſicul. *Item*, juſta de cauſa dictum eſt, adverſus confeſſum non eſſe judicati actionem; ſed cùm is damnet, qui jubet ſolvere, quod ex ſola confeſſione, ſine alia cognitione fieri poteſt; ideò confeſſus damnatur, non verò judicatur: quomodo ad concordiam jura *ſuprà* adducta reducuntur. Neque obſtabit dicere, nullum judicium eſſe abſque conteſtatione: quia id fateor quoad cauſæ cognitionem, & ejus ſententiam; ſecus quoad condemnationem: nam ut Donel. *lib.* 28. *commentar. cap.* 1. *Quidenim* (inquit) *prohibet, quominus magiſtratus nullo judicio conſtituto, cũ reũ confitentem*

confitentem audit, ita dicat: ergo illud solve sintque tibi ad solvendum tot iusti judices, quem sequitur Faber *in Rationali ad textum, in dicta l. proinde* 25. *§. fin. ad legem Aquiliam.*

9 Septimò adversus id, quod *in præsenti* notant omnes, videlicet confessum non esse omnino condemnandum, cum de re, quæ in rerum natura non est fuerit confessus, si ignorabat in rerum natura non fuisse; juxta textum *in l. final. ff. de confessis*, valde obstat textus *in l. qui stichum* 5. *ff. eodem*, ubi qui stichum debere confessus est, sive mortuus jam Sitchus esset, sive post litis contestationem decesserit, condemnandus est. Cujus textus difficultas ex eo dissolvitur, quia textus *in dict. l. qui stichum* 5. loquitur, quando quis sciebat rem in rerum natura non fuisse, & morosus erat, juxta textum ita intelligendum *in l.* 3. *ff. de confessis*, Gloss. *in dict. l. qui Stichum* 5. *& in dict. l. fin. ff. de confessis.*

10 Octavò obstat textus *in l. si mulier* 26. *ff. ad Velleianum*, ubi si servus Titii noxam fecerit, & mulier, cujus servus non erat, cognoscens servum esse alienum, confessa fuit intercedendi animo servum suum esse, ex confessione illa in judicio facta non condemnatur; quia licet interceserit, beneficio tamen Senatus Consulti Velleiani juvatur: quod expressè contrarium docet textus in *l. si mulier* 23. *ejusdem tit.* ubi in eadem specie mulier beneficio Senatus Consulti non juvatur: quia decepit, ex reg. text. *in l. qui decipiendi* 30. *ejusdem tituli*, sed ex confessione propria tenetur. In qua gravissima jurium controversia, omissa interpretatione Antonii Fabri *in Rationali ad prædicta jura*, affirmantis *in dict. l. si mulier* 26. ideò adjuvari exceptione, quia intercedendi animum habuit: *in dict. l.* 23. non juvari quia non habuit; verissimè dicendum est, ideò mulierem in *dict. l.* 26. juvari exceptione Senatus Consulti, quia actor similiter sciebat mulierem falsum respondisse; ac proinde licet ipsa deciperet in responsione, cùm tamen is, qui scit deceptus non videatur, argument. *legis* 1. *§. fin. digestis, de actionibus empti, & venditi*: ideò mulier juvatur: at verò in *dict. l.* 23. non juvatur exceptione, quia decepit: notat eruditè Gothofredus *in dict. l. si mulier* 26.

11 Nonò obstat textus *in l. si ex cautione, l. in contractibus, Cod. de non numerata pecunia*, ubi confessio non numeratæ pecuniæ. Sed respondetur, jura illa procedere in confessione extrajudiciali: at verò textum nostrum in judiciali. Neque obstat textus in *cap. super eo* 5. *de eo, qui cognovit consanguineam uxoris*, ubi confessio in judicio facta non præjudicat confitenti: quia textus ille procedit in confessione facta contra jus in causa matrimoniali, cum in præjudicium Ecclesiæ, neque viro, neque uxori sit credendum, cùm per collusionem matrimonia aliàs faciliùs dissolverentur. Neque obstat textus in *l. parentes, Cod. de liberali causa*, ubi si quis confiteatur natum esse ex ancilla, confessio illa sibi non præjudicat. Nec etiam textus in *l. interrogantem* 24. *Cod. de liberali causa*, ubi si quis in Iudicis præsentia dixerit se esse servum meum, sibi non præjudicat, quia jura illa favore libertatis procedunt, ut notat Glossa *in præsenti, verbo, Confessus, in fin.* ubi omnes Doctores, Cuiacius *in dict. l. unica, Cod. de confessis*, videnda sunt etiam infra à nobis notanda *in cap. si cautio, de fide instrumentorum*: & quando confessio doris noceat marito, vel creditoribus? videndus Osuald. ad Donel. *libro decimo quarto, capite quarto, litera C*, Antonius Gomez *in l.* 45. *Tauri, num.* 86. *& in l.* 50. *numero tertio, & numero quinquagesimo secundo*, Covarr. *libro primo variarum, capite sexto, numero quarto, & sequentibus.* Fachineus *libro octavo controversiarum, capite* 86. & pro illa quæstione, utrum confessio partis, probatio sit? videndus est Morla *in emporio, titul.* 11. *quæst.* 12.

AD TITULUM DE Probationibus. XIX.

Ad textum in cap. Ex Epistola, 1. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Reus actori sua propria instrumenta edere non tenetur.*
2 *Assignatur ratio.*
3 *In judiciis non est acceptio personarum habenda.*
Interpretatur text. in cap. 1. de probation. *versic.* Nulli dicendum est.
4 *Reus in exceptionibus actor reputatur.*
5 *Reus occultando scripturam ab Actore petitam ad fundandam ejus intentionem non peccat.*
6 *Imperator est mundi Dominus.*
Princeps obligatur vi directiva, non tamen coactiva.
7 *Expenditur textus in* l. Papinianus 8. §. si Imperator ff. de inofficioso testamento.
8 *Rescripta sunt introducta ad juris dubii interpretationem.*
9 *Princeps legibus testamentariis privatorum jure utitur.*
Explicatur lex, & in legatis, C. ad legem Falcidiam, *cum* l. si legatus 30. §. & hæres, ff. ad Senatus Consult. Trebellian. §. sed quod Principi, Institut. de jure naturali gentium, & civili.
10 *Positionibus actoris reus respondere tenetur.*
11 *Edere instrumenta, vel rationes tenentur Argentarii & similes, qui publica officia exercent.*
Ibique plura jura interpretantur.
12 *Expenditur textus* in l. si quis 6. ff. de edendo.
13 *Explicatur textus* in l. Prætor 4. §. etiam, ff. de edendo.
14 *Edenda sunt instrumenta fisco, etiam si fiscus actor sit.*
15 *Instrumenti pars, quæ ad instructionem pertinet, tantùm edenda est. Intelige ut ibi.*
Interpretatur textus in cap. cum personæ, de privilegiis, lib. 6. cap. accepimus 4. de fide instrumentorum: *& infrà num.* 16.
16 *Editio instrumentorum semel tantum in jure fieri debet.*
17 *Exhibitio testamentorum ab omnibus, tam reo quàm actori, ut commune instrumentum fieri debet.*
18 *Interdictum de tabulis exhibendis cessat, si ex tabulis hæreditariis controversia pendet. Intellige ut ibi.*
19 *Interpretatur textus in* l. si quis legatum 6. *versic.* Sicuti nec interdictum de tabulis exhibendis locum habet, ff. ad legem Corneliam, de falsis, *cum* leg. 1. §. sive supremæ, ff. de Tabul. exhib.
20 *Pontifex judex competens dicitur inter duos Principes superiorem non recognoscentes.*
21 *Actio ad exhibendum eis solis datur, qui corpora sua esse dicunt.*
22 *Pactum cum antecessoribus celebratum non obligat successores. Intellige ut ibi.*

CONCLUSIO.

REUS *actori sua propria instrumenta edere* 1 *non tenetur.* Idem probat textus *in l. prætor*, cum aliis, *ff. de edendo, l. qui accusare, l. fin. Cod. eodem cap. fin. de dolo & contumacia, cap.* 1. *de appellation. lib.* 6. *cap. si testes*, §. *qui intendit.* 5. *q.* 3. *l. cogi, C. de petitione hæreditatis, l. de minore* 10. §. *tormenta,*

menta, ff. de quæstionibus, l. nimis grave 6. *Cod. de testibus, l.* 1. *tit.* 26. *part.* 3. defendunt Tiraquell. *de iure primog. quæst.* 35. *numero vigesimo tertio*, Antonius Gomez *in l.* 40. *Tauri, num.* 189. Anton. Gomez *in l.* 40. *Tauri, numero secundo, capite primo numero primo.* Anastasius Germonius *libro primo, animadversionum, capite primo.* Socinus *reg.* 212. Menoch. *de arbitrariis libro secundo, casu* 175. & 499. Cuiac. *libro tertio, observ. capite trigesimo tertio*, Idē *libro decimo observ. capite decimoquarto*, Anton. Fab. *in Rationali ad textum in l.* 1. §. *edenda, ff. de edendo*, Donel. *libro vigesimo tertio, capite quarto, quinto, sexto, & septimo.* D. Joannes Solorçano Pereira *de iure Indiarum lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 11. *usque ad* 26. Anton. Pichardus *in* §. *insumma autem, Instituit. de Interdictis, à num.* 16. Donellus *in cap. actor* 23. *Cod. de probationib. num.* 3. & 11. Idem *in l. ultima, num.* 2. *Cod. de fide instrum.*

2 Ratio est, quia cum in præsenti Rex Recaredus esset Actor, qui ad judicium instructus venire debuerat, & proprias probationes suæ intentionis adferre; Imperator autem reus, qui non paratus, sed invitus ad judicium accessit, justa de causa *Gregor.* respondit, Imperatori dicendum non esse, ut instrumenta quæ apud semetipsum erant, requirere deberet, & in medium proferre, hoc est, copiam describendi Regi actori in judicio facere: nam cùm æquissimum esset, actorem instrumenta propria reo edere, *l.* 1. *ff. de edendo*, è contrario ab omni æquitate alienum est, reum compelli ad instrumentorum editionem actori, *dict. l. qui accusare*: cùm reus invitus ad judicium trahatur, *l. inter stipulantem* 83. §. *stichum, de verborum obligation.* ac per consequens non teneatur parare arma contra se, *d. l. nimis grave, Cod. de testib.* sed actor debet venire instructus, Donel. *libro* 23. *cap.* 4. & 5. Cuiac. *lib.* 10. *observation. cap.* 14. Gilquenius *in l. fin. Cod. de edendo*, Menoch. *de arbitrariis, casu* 499.

3 Primò obstat dicere, quod in judiciis non est acceptio personarum habenda, *cap. in judciis* 12. *de regul juris lib.* 6. *cap. venerabilis, de præbendis, cap. non licet, de regul. juris lib.* 6. *l. non debet* 41. *ff. eodem. l. final. Cod. de fructibus*, sed actor tenetur reo edere instrumenta, *l.* 1. §. *editiones, ff. de edendo*: ergo & reus actori edere tenebitur. Qua in difficultate, omissa Menochii interpretatione *libro secundo, præsumptione* 92. verissimè est dicendum, quod quamvis regula sit, quod in judiciis æqualitas sit servanda; tamen in specie editionis regula illa cessat: ratio differentiæ est, quia ut diximus, reus invitus, & non paratus in judicium venit: actor verò sponte, *l.* 1. *C. ut nemo invitus*, cum tunc rei favorabiliores sint, quàm actores, *l. favorabiliores, ff. de regul. juris*, & quamvis in judiciis non sit acceptio personarum habenda, tamen in editione instrumentorum actor edere tenetur, non verò reus: nam quando Actor habet instrumenta, quibus Rei exceptio probari potest, si ea negaverit, calumniosa actoris petitio præsumitur, & meritò rei occurritur, ut actor ei instrumenta edat: argument. text. in *cap. dolo facit, de regul. juris, lib.* 6. Neque obstant verba nostri textus ibi: *Nulli*
4 *dicendum est, &c.* quia etsi generaliter referri videantur, tam ad reum, quàm ad actorem; tamen restringenda sunt ad reum: nam cùm *textus* noster loquatur de actore petente, editio illa de reo tantum intelligenda est, quasi diceret, *nulli reo dicendum est*, &c. notat Glos. 2. communiter *in præsenti* recepta. Neque etiam obstabit dicere, quod reus actor in exceptionibus dicitur, *l.* 1. *ff. de exceptionibus*: quia non dicitur actor, nisi quoad effectum, ut teneatur probare suam exceptionem, sicuti & actor suam intentionem, *l. in exceptionibus* 19. *ff. de probationibus.*

5 Secundò prædictis obstabit dicere, quod is qui occultat scripturas, veritatem occultat, ac per consequens mortaliter peccare: sicut is, qui mentitur, *cap. quisquis*, 11. *quæst.* 3. *cap.* 1. *de crimine falsi*, ergo cùm finis juris Pontificii sit vitare peccatum, *cap.* 2. *de constitutionibus, lib.* 6. dicendum est, quod cùm reus tenetur instrumenta actori edere, ut pateat veritas, & ne contra naturam locupletetur cum alterius jactura, *l. nam hoc natura, ff. de condition indebiti.* Quæ difficultas, ut dissolvatur, annotandum est, quod reus occultando scripturam ab actore petitam, ad probandam ejus intentionem non peccat; cùm ex rationibus suprà adductis à jure ei permittatur scripturas retinere: peccat tamen si conscientiam læsam habet ex retentione rei alienæ. Neque obstant jura in argumento adducta: quia locum habent in personis, quæ fateri tenentur veritatem, uti est judex, & testis: Covarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 2. *num.* 3. Idem *in cap. quamvis pactum* 1. *part.* §. 7. *num.* 5.

Tertiò contra nostrum *text.* dum docet, quod si Imperator reus non esset compelli poterat ad instrumentorum editionem: obstabit dicere, quod Imp. est mundi dominus, & ideò ad nihil compelli potest, *l. deprecatio, ff. ad legem Rhodiam, de jactu, l. Princeps ff. de legibus*, ergo etiamsi actor fuisset compelli non poterat ad instrumentorum editionem, nec ex contractu cum Rege inito potuit obligari. Cui difficultati ut satisfaciamus discrimen constituendum est inter vim coactivam, & directivam: nam vi coactiva Princeps compelli non potest ad aliquid faciendum, secus verò directiva, *l. dignavox, C. de legibus*, & ex contractu cum subdito celebrato Princeps efficaciter, & civiliter & naturaliter obligatur, hoc est vi directiva tantum, non coactiva, *l.* 1. & 5. *ff. de rescindenda venditione, l.* 1. §. *fin. ff. de officio proconsulis*, Morla *de legibus, quæst.* 1. *numero* 4. Duaren. *de legibus, cap.* 5. Fachineus *lib.* 1. *controversiarum, cap.* 2. Cuiac. *lib.* 15. *observ. cap.* 30. & *lib.* 26. *cap.* 35. Antonius Faber *in jurisp. Papinianea, tit.* 2. *princip.* 8. *illatione* 2. Corrasius *lib.* 1. *animadversionum, cap.* 25. Anastasius Germonius *lib.* 1. *animadversionum, cap* 1. Neque obstat *dict. lex, Princeps, ff. de legibus*, ubi absolutè dicitur, Principem legibus solutum esse: nam hæc lex non est accipienda de quibuscunque legibus, sed de caducariis; quod ex inscriptione constat, quæ est ad *legem Iuliam, & Papiam*, Cuiac. *in l. ex hoc jure* 5. *ff. de justit. & jure.*

Quartò obstat textus *in l. Papinianus* 8. §. *si Imperator ff. de inofficios. testament.* ubi ex rescripto Divi Severi, & Antonii cavetur, quod de inofficiosi querela adversus Principem ex rescripto agi potest, § *final. Instit. quibus modis testament. infirm.* Consideratio est, quòd rescriptum fuit necessarium, ut Cæsares juri communi adstringerentur: ergo ante rescripta illa, non erant adstricti vi directiva. Cui dubio responderi posse arbitror, videlicet, quod quamvis in *dictis juribus* caveatur, Principem jus commune cum cæteris servare debere: non tamen exinde sequitur, Principem ante illa rescripta non teneri: cum ante ea, obligatio illa directiva existeret, sed Principes *ibi* tantum respondent ad speciem, de qua consulti fuerant, Duarenus *lib.* 1. *disputation. cap.* 41. Donellus *lib.* 1. *Commentar. cap.* 9. Nec prædictis obstabit dicere rescripta esse introducta ad juris dubii interpretationem, notat Duarenus *lib.* 1. *disputation. cap.* 41. ergo ante rescripta illa, dubium erat an Princeps vi directiva teneretur, necne. Quæ difficultas dissolvitur ex eo, quod ex rescriptis illis dubium non erat an Princeps legibus, ob publicum commodum statutis, vi directiva teneretur; sed tantum dubium erat, an legibus ipsius testamentariis, & eorum solemnitatibus Princeps esset solutus, *l. ex imperfecto*, cum aliis, *C. de testamentis, l. ex imperfecto* 23. *ff. de legatis* 3. & ideò quoad falcidiam, & similia, quasi ad jura privatorum scripta, videbatur legibus solutus; sed ex rescriptis illis apparet adstrictum fuisse, quia illa materia testamentaria publica, & communis videbatur. Mendoça *lib.* 1. *de pactis cap.* 5. *num.* 31. Cuiac. *lib.* 3. *observation. cap.* 30.

Sextò prædictis obstat textus in *l.* & *in legatis* 4. *C. ad legem Falcidiam*, ubi Princeps falcidia lege solutus non est. Sed huic dubio satisfacies si dixeris, ideò Principem falcidia lege solutum non esse, quia Princeps in testamentariis legibus jure privatorum utitur. *l.* 6. *l. cum hærede* 7. *Cod. qui testament. facere possunt. l. ex imperfecto*,

Cod. de testament. l. 19. *l. & in legatis* 20. *Cod. de testament.* Sed solutioni adhuc obstabit dicere, quod quemadmodum Princeps in falcidia, privatorum jure utitur, ita ut ex legatis Principis relictis falcidia deducatur; sic similiter, & fortius, si ipse Princeps sit hæres institutus poterit illo privatorum jure uti, & integram Trebellianicam ex fideicommissis deducere, cùm valeat argumentum de legatis ad fideicommissa, §. *sed qui hæredes, Instit. de fideicommiss. hæred.* Mynsinger. *ibidem, numero secundo*: at hoc est falsum, ergo & illud: Minor probatur ex text. *in l. si legatus* 30. §. *& hæres, ff. ad Senatus Consult. Trebellian.* Cui dubio eum Accursio *ibidem* dici solet, Principem ibi integram Trebellianicam non posse deducere, quia cum minus, quàm Trebellianica, per legatum ei esset aliquid relictum si hæreditatem integram restitueret; id quod sibi ad Trebellianicam deficit donare videatur. Sed hæc interpretatio ex eo dissolvitur; quia ejus hypothesis non ita se habet, ut vulgò existimant, Principem hæredem institutum falcidiam donare debere; sed tantùm mens illius *text.* est, quod quandoque ex rescripto Principis fieri possit, ut effectum habeat voluntas privati hominis vetantis falcidiæ eductionem, etiam alio quàm Principe hærede instituto: quæ interpretatio ex *præcedenti* §. & ejus mente pendet, ubi cavetur quòd interest scire utrùm pars quarta jure hæreditario retineatur; an in re, vel in summa: nam si jure hæreditario onera creditorum dividuntur inter hæredem, & fideicommissarium; si in re, vel in summa, omne onus creditorum sustinet fideicommissarius: prosequitur etiam idem *text.* & aliam differentiam constituit, videlicet si pars quarta jure hæreditario retinetur, si quid quartæ deest omnino supplendum est, si verò in re, vel in summa fuerit relicta, licet ei, quod deest, à jure suppleri debeat, tamen plerumque Princeps extra ordinem cogit hæredem, ut sit contentus ea re, vel summa, quod ex rescripto Principis fieri solet: unde apparet malè Accursium *in dict. l. si legatus*, §. *ultimo, ff. ad Trebellianum*, existimasse Principem hæredem esse scriptum, cùm tantum privatus esset: quo themate retento, jam nihil obstat difficultas suprà adducta: ut notat Cuiacius *in Novell.* 1. *versicul. Posterior pars, apud medium*, Donel. *libro septimo, commentariorum, capite nono*, & pro interpretatione ad textum difficilem *in* §. *sed & quod Principi placuit, versicul. Quia populus ei, & in eum, Institution. de jure naturali*: omnino videndus est Cuiacius *libro quinto, observation. cap. & in l. ex hoc jure* 5. *ff. de just. & jure, versicul. Et de interpretatione.*

10 Septimò obstat textus *in capite secundo, de confessis, libro sexto, Clementin. sæpè, versicul. Et quia positiones, de verborum signification. l.* 1. *& per totum tit. ff. de interrogat. action.* ubi reus contra se ipsum respondere ad actoris petitionem, & testificari compellitur: ergo & instrumenta edere compelli debet, cum in exercendis litibus parem vim habeant testes, & instrumenta, *l. in exercendis, Cod. de fide instrumentor.* Quam difficultatem ut dissolvamus, scire oportet, usu, & consuetudine receptum esse, ut reus positionibus actoris respondere teneatur, ut sic faciliusveritas comperi possit, cum ex illa responsione non adeò credatur reus, uti in exhibitione instrumentorum, cum non teneatur directè respondere fatendo ad fundandam actoris intentionem, sed verbis ambiguis, & æquipollentibus uti poterit, nisi conscientiam læsam habuerit; notat Doctor Balboa *in præsenti, num.* 45. *&* 52.

11 Octavò obstabit dicere, sæpè in jure reum compelli instrumenta, seu rationes actori edere, *l. Prætor ait* 4. §. 1. *& 2. l. si quis* 6. *l. argentarius* 10. *ff. de edendo*: ergo non recte *in præsenti* Pontifex in universum asserit: *Nulli dicendum esse, &c.* Quam difficultatem effugies dicendo, textum nostrum limitari debere: ita ut non procedat in illis, qui ratione publici officii rationes aliquas, aut instrumenta conficiunt: nam hi eas tenentur edere cuilibet petenti, si sua interest; quales sunt Argentarii, quorum officium publicam causam habet, erant enim Argentarii, qui apud Romanos in foro extantes mensas politas retinebant, apud quos fœneratitia pecunia deponebatur, & cum hi non tam suam, quàm aliorum causam conficere videantur, justa de causa, eis tantum, quorum interest, & quorum causa instrumenta instructa sunt, edere tenentur, *l.* 4. §. 1. *l.* 6. §. *unde* 5. *ff. de edendo*, Anton. Fab. *in Rationali ad textum in dict. l.* 4. §. 1. *dict. l. argentarius* 10. *ff. de edendo*, ita similiter est interpretandus text. *in l. emptor* 48. §. 1. *ff. de pactis, l. si res pupillares* 51. *ff. de administration. tutor. l. procurator* 24. *ff. de liberatione legata, l. à divo Pio* 15. §. *sed si pecuniæ. ff. de re judicata, l. si ventri*, §. *in bonis, ff. de privilegiis creditorum*, videndus Alciatus *libro quarto disputationum, capite vigesimo secundo*, Brissonius, verb. *Argentarius*, Menoch. *de arbitrariis, casu* 91. Covarruv. *de veterum numismatum connexione, cap.... in fine*, Cuiac. *libro decimo observat. capite decimo quarto.* Idem *in l. si unus* 27. *ff. de pactis.*

Neque obstat textus *in l. si quis ex argentariis* 6. *ff.* 12 *de edendo*, ubi non solum Argentarii ipsi, qui actualiter mensas exercent, verum etiam eorum hæredes edere instrumenta compelluntur; quamvis in illo edicto Prætoris non comprehendantur, de quo *in l.* 4 *ff. de edendo*, quia etsi hæredes non sunt ejusdem professionis, tamen adversus eos actio illa personalis ad exhibendum competit; quia in locum, & jus defuncti succedunt, & ideò ejus partibus fungi debent, *l. quædam*, §. *nihil interest, ff. de edendo, l.* 175. *ff. de regul. juris, l. nec actio* 13. *ff. de edendo*, Anton. Faber *in l.* 6. §. 1. *& in dict. l.* 13. *ff. de edendo*, legatarii tamen, quamvis eis rationes legatæ sint, edere non compelluntur, quia juris successores non sunt, & rationes illæ legari non possunt, *l. quædam* 9. §. 1. *versic. Is autem. ff. de edendo*, Neque obstant ultima illius textus verba, ibi: *Legatarius cogendus est edere, &c.* Quia verba illa referenda sunt ad anteriora verba illa: *Causa cognita*: quasi diceret, quod si nihil interfit legatarii rationes edere, dicto Prætoris causa cognita edere compellitur; nam quod mihi prodest, & tibi non nocet, facile conceditur, *l.* 78. *in fine, ff. de evictionibus*, Anton. Faber *in Rationali ad textum in dict. l. quædam* 9. §. 1. Neque etiam 13 obstat textus *in l. Prætor* 4. §. *etiam, ff. de edendo*, ubi adversus eum, qui desiit argentarius esse, edictum etiam editionis competit; quia cùm actio quæ ex illo edicto datur, in factum sit, *l. quædam, in principio, ff. de edendo*, & ex facto ipso sit obligatus, justa de causa non liberatur, etiamsi postea exercere desierit, cùm actio semel nata, nisi certis, & legitimis modis tolli non possit, *l. evicta re* 16. §. *si servus, l. habere licere* 57. *in fine, ff. de evictionibus*, Anton. Faber, *in Rationali ad textum in dict. l.* 4 § *etiam, ff. de edendo.*

Nonò obstat textus *in l.* 2. *vers. Divus & vers. Item* 14 *Divi*; ff. *de jure fisci, l.* 3. ff. *de edendo*, ubi si fiscus actor est instrumenta reus ei edere tenetur: similiter & usurarius reus, *Clem.* 1. *caterum, de usuris.* Cui difficultati respondendum est, id specialiter procedere in fisco, cui privilegium concessum est, ut ad fundandam ejus intentionem, quilibet reus teneatur illi instrumenta edere; Abbas *in præsenti, numero decimo octavo*, Felinus *numero nono*, Decius *numero tertio*, Beroius *num.* 64. Mantua *num.* 32. Garcia *de nobilitate glos.* 1. §. 1. *numero vigesimo sexto*, Peregrinus *de privilegio fisci, libro septimo, tit.* 3. *numero undecimo*, Gaillius *libro primo practicarum observation. cap.* 106. *numero undecimo*, Anton. Faber *in dicta l.* 3. ff. *de edendo.* Similiter & in usurario, id noviter est statutum, in odium, & detestationem tanti criminis, & in favorem animæ, ut constat ex *d. Clemen.* 1. §. *caterum, verbo: Decernimus*, Felinus *in præsenti, num.* 11. Decius *num* 103.

Decimò adversus ea, quæ *in præsenti*, & in *dictis* 15 *juribus* notant omnes, videlicet Argentarium non totum Codicem rationum edere debere: sed tantum partem, quæ ad instruendum aliquem pertinet, juxta

textum

textum in *l. argentarius* 10. §. *edi* 2. *ff. de edendo*, quod etiam locum habere in quolibet inſtrumenti, vel privilegii editione, juxta textum in *cap. contingit*, 5. *in fine, de fide, inſtrumentorum*, notat Covarruvias *in practicis, cap.* 20. *num.* 7. Obſtat textus *in cap. cum perſonæ, verſic. Nos volentes, de privilegiis, lib.* 6. ubi conſtat, quod integraliter inſtrumentum privilegii edi debet. Verùm reſpondendum eſt, textum illum agere de editione, ſeu ut propriè loquamur de exhibitione Judici, vel Superiori facienda, cui totum inſtrumentum, ut inſpiciatur exhibere debet: ſiquidem in Judice ceſſat ratio, vel inconveniens, cui occurrere voluit textus in *dict. cap. contingit, verſicul. Unde accedit.* Neque ſolutioni obſtat textus *in cap. accepimus* 4. *de fide inſtrumentorum*, dum probat, actori ſimpliciter privilegium exhibendum eſſe, & ſic in totum, quoad omnes ſui partes. Quia *textus* ille procedit, caſu in quo inſtrumentum petitur, ad hoc ſcilicet, ut de falſo arguatur; nam tunc integrum cum die, & Conſule exhibetur, ut ſic rei veritas, & ipſius inſtrumenti falſitas apparere poſſit: Gloſſa *verbo, indictiones, in cap. inter dilectos, de fide inſtrumentorum*, Gloſſa *fin. in leg. optimam, Cod. de contrahenda, & committenda ſtipulatione*, Azevedo *in l.* 3. *tit.* 5. *lib.* 4. *Recopilationis, num.* 12. Cenedo *in collectaneis ad Decretales, cap.* 165. *n. ultim.* Anton. Faber *in l.* 1. §. *editiones, & in l.* 10. §. *edi* 2. *de edendo.*

16 Undecimò adverſus communem ſententiam *in præſenti* receptam, videlicet inſtrumenta, quibus reus uſurus eſt, ſemel tantum ab eo edenda eſſe, neque cogi poſſe, iterum edere; juxta textum *in leg. boves*, §. *hoc ſermone, ff. de verborum ſignific. l. ſi quis Argentarius*, 6. §. *neque iterum, ff. de edendo*, obſtat text. in *dict. cap. accepimus, de fide inſtrumentorum*, ubi Abbas, & conventus cogitur iterum exhibere originalia privilegia, quæ jam apud ſe retinebat, nec ſufficit ea ſemel exhibuiſſe. Cui objectioni reſponderi debet, deciſionem *illius textus* procedere, cum duo ſimul concurrunt ex eo, quòd reus illis uſus fuit in judicio: & inſuper actor petit exhiberi, ut falſitatis cauſâ arguat, quibus ſimul concurrentibus cogitur reus inſtrumenta illa iterum, & integra edere, *l. fin. Cod. de fide inſtrumentorum*, cùm juſta de cauſa plerumque ſemel & iterum editio fiat, *l.* 6. §. *neque iterum, & fin. ff. de edendo*, ubi Faber *in Rationali*, Azevedo *in dict. l.* 3. *tit.* 5. *lib.* 4. *Recopil.*

17 Duodecimo obſtat textus *in l.* 1. §. 1. *l.* 3. §. *ſi tabulæ*, §. *proinde*, cum aliis, *ff. de tabulis exhibendis*, ubi edictum de tabulis exhibendis locum habet, tam in actore, quàm in reo, ut teſtamentum exhibeatur, ſive valeat, ſive non; ſive verum, ſive falſum ſit, *dict. l.* 1. §. *ſive autem, ff. de tabulis exhibendis, l.* 2. *ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur.* Quod dubium diſſolvitur, ſi dixeris jura illa procedere, quando inſtrumenta ſunt communia, tam reo, quàm actori, *l.* 4. §. *fin. ff. familiæ herciſcundæ*, quia edictum illud de tabulis exhibendis commune eſt, & competit omnibus, quibus aliquid in teſtamento relinquitur, vel eorum intereſt, *l.* 2. *in princip. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, dict. l.* 3. §. 9. & 10. *ff. de tabulis exhibendis*, Iulius Paulus *libro quarto ſentent. tit.* 7. cujus verba extant *in l. penes te*, 66. *ff. de verbor. ſignific.* Anton. Pichard. *in* §. *in ſumma autem, Inſtit. de interdictis, in princip. à numero* 16. Cuiac. *ad tit. Cod. de tabulis exhibendis*, apud medium,

18 Decimo tertiò prædictis obſtat *l. fin. ff. de tabulis exhibendis*, ubi interdictum de tabulis exhibendis non competit, ſi ex tabulis hæreditariis controverſia pendeat, vel ſi ad publicam quæſtionem pertineant, hoc eſt, ſi falſa dicantur, cùm eo in caſu interim tantum in æde ſacra, aut apud virum idoneum deponuntur. In qua difficultate, omiſſa Accurſii emendatione in *dict. l. fin.* verbo: *Ad publicam quæſtionem*, veriſſimè eſt dicendum, Interdictum aliud de tabulis exhibendis, etiam locum habere, quoties ex eo principaliter agitur, ut tabulæ exhibeantur, etiamſi opponatur falſitatis exceptio: nam ea omiſſa, teſtamentum exhiberi debet, *dicta l.* 1. §. *ſive autem, ff. de tabulis exhibendis.* Neque obſtat textus *in dict. l. final. ff. eodem.* Quia procedit quoties principaliter in aliquem reum accuſatio intenditur, videlicet cum aliquid in teſtamento ſibi ſcripſiſſet, vel totum falſum fecerit: nam tunc cum præcipuè de falſitate teſtamenti per viam accuſationis agatur, teſtamentum exhiberi non debet; ſed in æde ſacra, aut apud idoneum virum deponitur, quia aliàs reus accuſatus ſupprimeret, & deleret falſitatis vitium, ut ejus delictum remaneret impunitum. Deinde cum interdictum de tabulis exhibendis tantum competat, quoties agentis interſit, *l.* 3. §. *ſolet*; cum aliis, *ff. de tabulis exhibendis*, & cum accuſatori ex viribus teſtamentis emolumentum non perveniat, cum nihil ei relictum ſit; mirum non eſt, ſi Iavolenus dicat Interdictum non competere, Bart. in *l. naturaliter* 12. §. *nihil commune, in fine, ff. de adquirenda poſſeſſione*, Iaſon *in* §. *præterea, Inſtit. de actionibus, num.* 20. Anton. Pichardus *in* §. *in ſumma, Inſtit. de interdictis, in principio num.* 18. Pacius *centuria* 3. *quæſt.* 14. Oſual. ad Donell. *lib.* 15. *cap.* 36. *litera D.*

19 Decimo quartò prædictis obſtat textus *in l. ſi quis legatum* 6. *ff. ad legem Corneliam de falſis*, verſic. *Sicuti, nec interdictum de tabulis exhibendis locum habet, &c.* Ex quibus verbis conſtare dictum de tabulis exhibendis locum non habere, quoties teſtamentum imperfectum eſt: nam quemadmodum Senatus Conſulti Liboniani pœna ceſſat, ſic ſimiliter & interdictum de tabulis exhibendis. Quod omnino contrarium docet Ulpian. *in d. l.* 1. §. *ſive ſupremæ, ff. de tab. exhibendis*, dum aſſerit interdictum de tab. exhibendis competere, ſive teſtamentum perfectum, ſive imperfectum ſit. In quo jurium conflictu dicendum eſt, interdictum de tabulis exhibendis ceſſare, quoties teſtamentum ſignatum non eſt; quia cùm teſtamentum non eſt ſignatum, teſtamenti nomen non meretur; & ideò Senatus Conſultum Libonianum, neque lex Cornelia, nec edictum de tab. exhibendis ad teſtamentum imperfectum pertinet, cùm priùs oporteat eſſe teſtamentum, deinde quæri an verum, vel falſum ſit, cum non antè juris ratio, quàm teſtamentum quæratur, *l. ſi quæramus* 4. *ff. de teſtamentis*: & ita obtinet *Africani* reſponſum id *dict. l. ſi quis legatum* 6. *ff. ad legem Corneliam de falſis*, Cuiac. *tract.* 3. *ad Africanum, in dict. l.* 6. Cui non obſtat *d. l.* 1. §. *ſive, ff. de tab. exhibendis.* Quia Ulpian. *ibi* enumerat vitia, quibus jure civili teſtamenta turbentur, veluti ſi non jure factum, aut ruptum, irritum, falſumvè exiſtat; & poſtea concludit ad omnem teſtamenti ſcripturam etiam imperfectam, interdictum de tab. exhibendis pertinere: ſed propriè & ſpecialiter non agit de teſtamento non ſignato, ſed generaliter de quovis teſtamento jure civili vitioſo, & ſub illo verbo, *imperfectæ ſcripturæ*, apud *Ulpianum*, tantum debemus intelligere teſtamentum, quo ſignatum eſt, ſed aliàs jure non valebat: nam cùm ſupponat Interdictum de tabulis exhibendis ad illud teſtamentum pertinere, ſupponit etiam ſignatum falſe, licèt alio jure non valuiſſet, Cuiac. *ubi ſuprà*, Donel. *ad tit. Cod. de tab. exhibendis.* Pichard. *ubi ſup. num.* 20. *& ſeqq.*

20 Decimo quintò, obſtabit dicere, fruſtra Interdictum de tabulis exhibendis eſſe inſtitutum, cum generalis actio ad exhibendum competit, quoties intereſt ut res exhibeatur, *l.* 3. §. *ſciendum, ff. ad exhibendum*, & de teſtamenti exhibitione Prætor, etiam actionem pollicetur in *l.* 1. *ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur.* Cui difficultati reſpondendum eſt, Interdictum de tab. exhibendis neceſſarium eſſe, quia neutra ſupra dictarum actionum ſufficiens erat, quia actio ad exhibendam eis ſolis datur, quia corpora ſua eſſe dicunt, *l.* 3. §. *eſt autem & §. interdum, ff. ad exhibendum*: at verò qui tabulas exhiberi deſiderat, non eſt dominum tabularum, neque eas vindicare deſiderat, cum intrnctum

illud legatariis, & hæredibus, qui nondum adierunt hæreditatem competat: nec exhibitio, quam Prætor præstat in *dict. l. 1. ff. quemadmodum testament. aperiantur*, ad rem pertinet, cùm Prætor ad alium dissimilem effectum id constituerit, siquidem *ibi* Prætor loquitur de eo qui non negat tabulas apud se esse; sed in Interdicto de tab. exhibendis agitur de eo qui confessus est tabulas retinere, sed eas se exhibere non oportere, vel dolo malo fecit, quominus penes se essent, Donel. *in tit. C. de tab. exhibendis, num.* 12. Cuiac. *ibidem*, Pichard. *ubi sup. num.* 27.

Decimo sextò, obstat textus *in l. proximè, ff. de his quæ in testamento delentur, l. & hoc Tiberius* 14. *ff. de hæred. instit.* ubi constat, quod Imperator, qui superiorem non recognoscit, potest cognoscere de causa, quæ inter ipsum, & subditum pendet: ergo in præsenti non coram Pontifice, sed coram ipso Imperatore hæc causa tractari debebat; præcipuè cùm pertineret ad temporalem jurisdictionem, juxta textum in *cap. novit, de judiciis, cap. causam quæ*, el segundo, *cap. per venerabilem, qui filii sint legitimi.* Qua in difficultate dicendum est, quod *in præsenti* non agitur de controversia Imperatoris cum subdito, sed de lite inter duos Principes non recognoscentes superiorem in temporalibus, quo in casu Pontifex est competens cum alium superiorem habere non possint; argum. textus *in cap. per venerabilem, qui filii sint legitimi. dict. cap. novit, cap. non est vobis, de sponsalibus, Clem. pastoralis, de re judicata*, Felin. *in dict. cap. novit, num.* 4. Anastasius Germonius *de sacrorum immunitat. lib.* 3. *c.* 13. *num.* 57.

21 Decimo septimò obstat textus *in cap. veritatis* 13. *de jurejurando. cap.* 1. *de solution. l. ille à quo* 13. §. *intempestivum, ff. ad Trebel.* ex quibus constat, quod pactum cum antecessoribus celebratum successores non obligat; ergo & *in præsenti*, pactum cum Iuramento celebratum non potuit nocere successori. Quæ difficultas ex eo dissolvitur, quia jura in argumento adducta procedunt, quando pacta sunt celebrata nomine proprio: secus verò si nomine dignitatis, uti in præsenti: nam pacta illa fuerant celebrata ab utroque Principe pro causa, & utilitate utriusque Regni & ideò successorem ultrò, citroque obligant, juxta textum *in cap. quoniam Abbas, de officio delegati, cap. dilecti* 17. *de foro competenti, cap. præsentata* 50. *de testibus*, Covarr. *lib.* 2. *variarum, cap* 5. Idem *in cap. requisisti, num.* 4. *de testamentis*, Valasc. *de jure emphyteutico, quæst.* 22. *num.* 15. Garcia *de nobilitate, gloss.* 3. §. 2. *num.* 16. & nos latè diximus *in cap. quia* 10. *de judiciis*: de qua re plura diximus *in c. quia* 5. *de judiciis.*

Ad textum in cap. Sicut, 2. de probationibus.

SUMMARIUM.

1 *Actor qui plenè probavit, non compellitur jurare.*

2 *Iuramentum tres comites retinere debet, veritatem judicium, & justitiam.*

3 *Iuramentum malitiæ in quacumque litis parte admittitur.*

4 *Interpretatur textus in* l. 5. tit. 8. part. 5. *in illis verbis*: Lo que provare y jurare.
Expenditur textus in cap. ad abolendam, de hæretic.

5 *Manifestæ turpitudinis, & confessionis est, nolite jurare.*

6 *Iuramentum in litem exigitur ab actore super articulis nondum ab eo plenè probatis.*
Interpretatur textus in l. vulgo 7. l. si quando, Cod. unde vi.

7 *Consuetudo improbatur per quam tollitur usus jurandi.*

8 *Consuetudine fit omne id, quod per legem fieri potest, vel contra. Testium numerus lege, vel consuetudine augeri potest.*

9 *In ore duorum, vel trium testium stat omne verbum: & ibi illa divina authoritas interpretatur.*

10 *Expenditur remissivè* c. cum esses, de testam. & c. cum parati 19. de appellat.

11 *Consuetudo derogat legem.*
Explicatur text. in l. de quibus, ff. de legibus, *cum* l. 2. C. quæ sit longa consuetudo.

12 *Consuetudo per rescriptum vincitur. Intellige ut ibi.*

13 *Expenditur textus D. Thom. asserentis consuetudinem nunquam posse legem politicam vincere. Intellige ut ibi.*

14 *Interpretatur textus in* cap. 1. vers. Nisi consuetudo, de cognatione spirituali, & cap. 3. ejusd. tit. *Idem, num.* 15.

15 *Expenditur text.* in l. quod non ratione 34. ff. de legibus.

CONCLUSIO.

ACTOR *qui plenè probavit, non compellitur jurare* Consonat text. *in l. in bonæ fidei, Cod. de jureiurando, l. admonendi*, cum aliis *ff. eodem, cap. ex insinuatione, de procuratoribus, cap. fin. de iurejurando, cap. fin. quod metus causa, l. fin. Cod. de fide instrumentorum, l. si quando, Cod. unde vi*, exornant Mascardus *de probationibus, conclusione* 954. Marta *de ordine iudiciorum, part.* 6. *actu* 9. *num.* 4. Menochius *de arbitrariis casu* 464. Seraphinus *de privilegiis iuramenti privileg.* 33. Socinus *reg.* 252. *versic. Fallit* 61. Covarr. *in cap. quamvis* 1. *parte*, §. 6. *num.* 4. Cuiac. *libro secundo, de feudis, titul.* 1. Duarenus *lib.* 1. *disputat. cap.* 32. Donell. *lib.* 1. *Comment. cap.* 10. Antonius Faber *tit.* 1. *princip.* 2. *& tit.* 11. *princip.* 7. *illat.* 19. & ferè omnes quos inferius apponam *in cap. finali, in fin. de iureiurando*, Donel. *in l. actor* 23. *Cod. de probationibus, num.* 3. 1

Ratio est, quia cum juramentum tres comites retinere debeat, scilicet veritatem, judicium, & justitiam, *cap. etsi Christus, de iureiurando, cap. animadvertendum, 2. quæst.* 2. & consuetudo debeat esse rationabilis, non contra jus divinum, vel naturale, *cap. fin. de consuetudine*, justa de causa, consuetudo, quæ ultra probationem desiderat juramentum, à jure improbatur; quia contra jus divinum, Civile, & Canonicum est, cùm in ore duorum, vel trium stet omne verbum, *Deuteronomii cap.* 17. *& 19. cap. in omni negotio* 4. *de testibus, l. ubi numerus* 12. *ff. eodem*, & absque causa, hoc est, absque judicio juramentum esset, si post probationem admitteretur; *dict. cap animadvertendum* 2. 2. *quæst.* 2. quibus accedit, iniquum esse litigantes superflua onerare, *cap.* 3. & Glossa fin. *in fine, de maioritate, & obedientia l. hæc stipulatio* 14. *ff. ut legatorum, seu fideicommissorum nomine caveatur.* 2

Primò obstat textus *in cap.* 1. *in principio, cap.* 2. §. *in omnibus, de iuramento calumniæ, lib.* 6. ubi Religio juramenti in quacumque litis parte omnino necessaria est: ergo non superflua. Cui dubio responderi oportet, quod *in præsenti* agitur de juramento veritatis, quod probatorium, & assertorium est: at verò jura in argumento adducta procedunt in juramento calumniæ, & malitiæ, quod in quacumque litis parte, à Judice, ad repellendam, seu purgandam calumniæ præsumptionem, exigi potest, Antonius Faber *in rationali ad textum in l. si quis* 6. §. *est igitur, ff. de edendo*, Guttierrez *de iuramento confirmatorio, prima parte, capite decimo sexto, num.* 65. 3

Secundò obstat textus in *l.* 5. *tit.* 8. *part.* 5. in illis verbis. *Lo que provare y iurare, &c.* Ex quibus constat simul post plenam probationem juramentum desiderari. Cujus textus difficultas ex eo dissolvitur, quod *ibi* 4

non

non agitur, quando iam plena probatio extat, ſed tantum ſemiplena, in qua juramentum deſideratur, Gregor. Lopez *ibi*, *Gloſſa* 2. Neque obſtat textus in *cap. ad abolendam*, *de hæreticis*, ubi etiam ſi plena, & legitima ſit probatio, juramentum defertur. Quia textus ille non loquitur de abjuratione, quæ fit principaliter ad coërcendum crimen, cùm legitima illa probatio ſufficeret; ſed potius *ibi* juramentum exigitur ad publicam, vel ſolemnem erroris contra fidem deteſtationem, arg. textus *in cap. Clericos*, *de cohabitat. Clericorum*, Simancas *de Catholicis*, *tit.* 1.

5 Tertiò obſtat textus in *l. manifeſtæ* 38. *ff. de jurejurando*, ubi manifeſtæ turpitudinis, & confeſſionis eſt nolle jurare: quæ Regula, tam ad actorem, quàm ad reum pertinet, *l. ait Prætor* 3. *in principio*, §. *quacumque*, *de jureiurando*, Donel. *libro vigeſimo quarto*, *capite decimo ſexto*, Idem ſub *tractatu de jurejurando*, *capite octavo*, *& decimo nono*. Cui difficultati occurritur, ſi dixeris, quod juramentum, de quo in noſtro *textu* agitur, eſt diverſum ab eo, de quo diſcutitur in *dict. l. manifeſtæ*: nam ibi agitur de juramento litis deciſorio, nondum probatione facta, à parte parti delato; quod recuſari non poteſt, vetante Prætoris edicto, de quo *in titulo de jurejurando*, quod edictum interpretationem recipit, videlicet quod recuſari poſſit, cum juſta ſubeſt recuſationis cauſa, veluti cum actor plenè probavit: Donel. *lib.* 24. *cap.* 13. Duarenus *ad tit. de jurejurando*, *cap.* 4.

6 Quartò obſtat textus *in l. vulgo* 7. *l.* 10. *ff. de in litem iurando*, ubi actori defertur iuramentum in litem, etiam ſi plenè probaverit. Idémque docet textus in *l. ſi quando*, *Cod. unde vi.* Cui iurium difficultati reſpondendum eſt, quod *in dictis juribus* juramentum in litem exigitur ab actore, ſuper articulis nondum ab eo plenè probatis: nam qui probat ſe rei dominum eſſe, & vi ab eo fuiſſe rem ablatam, non probat quanti ſua interſit rem reſtitui, ſeu damnum illatum: meriò ſingulari beneficio, actoris juramento ſtatur, ad coërcendum alterius rei dolum, Donel. *libro vigeſimo ſexto*, *capite duodecimo*, *& libro vigeſimo ſexto*, *capite ſexto*, Duarenus *ad titulum de jurejurando*, *capite quarto*, & caſus omnes, in quibus ob defectum probationis juramentum non defertur, refert Barb. *in collectaneis ad hunc textum*, *num.* 27. *& ſeqq.* & de hac latè infernus agemus *in cap. finali*, *de jurejurando.*

7 Quintò obſtat textus *in cap. cæterum* 5. *de juramento calumniæ*, *cap. conſtitutus*, *de fidejuſſoribus*, ubi conſuetudo improbatur, per quam tollitur uſus jurandi. Cui difficultati reſpondetur, quod *ibi* improbatur conſuetudo auferens juramentum; videlicet quando juramentum illud neceſſarium eſt, hoc eſt calumniæ: at verò *in præſenti* improbatur conſuetudo deſiderans juramentum, quando eſt petitum ſine cauſa, uti *ſupra* retulimus.

8 Sextò obſtat textus *in l. de quibus* 32. *ff. de legibus*, *cap. in his*, 11. *diſtinctione*, *cap. cum conſuetudinis* 9. *& fin. de conſuetudine*, *cap. cum contingat* 13. *de foro competenti*, in quibus conſtat, quod id quod lege fit, conſuetudine etiam poteſt fieri; ſed lege fieri poteſt, ut major teſtium numerus ultra legitimum requiratur, *l. hac conſultiſſima*, *& fin. Cod. de teſtamentis*, *cap. Præſul. cap. nullum*, 2. *quæſtion.* 5. ergo & conſuetudine fieri poteſt, ut ultra plenam probationem juramentum exigatur. Cujus dubii occaſione diſceptari ſolet, an lege, aut conſuetudine augeri poſſit legitimus teſtium numerus; & quod poſſit, conſtat ex *juribus ſupra adductis*, & *infrà referendis in cap. in omni negotio* 4. *de teſtibus*, tenent Abbas *in præſenti*, *numero tertio*, Felinus *numero quarto*, Corraſius *in l. admonendi*, *numero vigeſimo ſeptimo*, Menchaca *illuſt. quæſtion. capite decimo quarto*, *numero tertio*, cum traditis à Covedo *in collectaneis ad Decretales*, *cap.* 195. Neque obſtat illa 9 *Deuteronomii* authoritas, *cap.* 17. ibi: *In ore duorum*, *vel trium*, *&c.* ubi ex jur. divino cavetur, quod in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum: quod neque lege, nec conſuetudine mutari poteſt, §. *ſed naturalia*, cum vulgatis, *Inſtit. de jure naturali.* Quia illa authoritas non pertinet ad moralia præcepta, ſed ad judicialia legis antiquæ, quæ ceſſarunt per Chriſti adventum, *cap. translato*, *de conſtitutionibus*, *cap. unico*, *de Purificatione poſt partum*, Covarr. *in* 4. *ſecunda parte*, *capite ſexto*, §. 10. *numero primo.* Idem *libro primo variarum*, *capite decimo ſeptimo.* Neque obſtabit dicere, verba illa hodie, etiam in lege Evangelica ſcripta fuiſſe, *Matthæi*, *cap.* 18. *Lucæ* 17. Quia ibi non præcipit Dominus, ut omne verbum ſtet in ore duorum, vel trium, uti in *veteri Lege* erat præceptum; ſed explicatur naturale præceptum correctionis fraternæ, jubens Dominus in ea adhiberi unum, vel duos teſtes: ita ut cum correctore in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, & plena probatio fiat prout in veteri Lege fiebat; quaſi iniquum eſſet unius teſtimonio aliquem damnari, *cap. ab iſto die*, el ſegundo, 35. *quæſt.* 6. Divus Thom. 1. 2. *quæſt.* 104. & 108. Covarr. *ubi ſupra*, Sotus *libro ſecundo*, *de juſt. quæſtione quinta*, *art.* 4. Guttierrez *lib.* 2. *Canonicarum quæſtionum*, *capite vigeſimo*, *num.* 13,

Septimò prædictis obſtat textus in *cap. cum eſſes*, *de teſtamentis*, ubi Pontifex improbat conſuetudinem requirentem in teſtamento majorem numerum teſtium, quàm duorum, vel trium, tanquam à Lege divina alienam; de cujus interpretatione agendum eſt in *cap. in omni negotio* 4. *de teſtamentis.* Neque obſtabit dicere, conſuetudine fieri poſſe, ut unico teſti credatur: juxta textum *in cap. cum parati* 19. juncta Gloſſa, *verbo*: *Suus nuntius*, *de appellationibus.* Quia textus ille procedit in eo qui publicum exercet officium; nam ſi affirmat aliquem citaſſe, ei credendum eſt, *l.* 15. *tit* 8. *part.* 5. *l.* 1. *titul.* 17. *lib.* 4. *Recopilat.* Avendanno *de exequendis mandatis*, *prima parte*, *capite ſecundo*, *numero decimo quinto*; Azevedo *ubi ſupra*, *& in l.* 11. *tit.* 6. *libro tertio*, *Recopilat.* Neque etiam obſtat textus *in cap. omnes*, § *teſtium*, 11. *quæſtione prima*, quia de ejus interpretatione *infra* agendum eſt *in cap. licet univerſis* 23. *de teſtibus.*

Octavò obſtat textus *in l. de quibus*, *ff. de legibus*, 12 *cap. fin. de conſuetudine*, §. *penult. & ult. inſtit. de jure naturali*, ubi conſuetudo derogat legem: ergo quantumvis lege humana inductum ſit, actorem plenè probantem non compelli jurare, eidem legi contraria conſuetudine potuit derogari. Quod omnino contrarium docet textus in *l.* 2. *Cod. quæ ſit longa conſuetudo*, *cap. conſuetudinis.* 11. *diſtinct.* dum probant conſuetudinem non habere tantum vim, ut rationem vincat, aut legem. Sed ut diffidium hoc componas, & has Juriſconſultorum controverſias concilies, adnotandum eſt, quod text. in *dict. l.* 2. *Cod. quæ ſit longa conſuetudo*, non negat legibus per conſuetudinem derogari poſſe; ſed tantum probat, quod lex non habet plus roboris conſuetudine, nec conſuetudo lege, quia conſuetudo tacita lex eſt, quæ in omnibus legem imitatur; & non vincit legem, neque lex conſuetudinem; ſed quemadmodum lex anterior poſteriore lege abrogatur, ita & conſuetudine: non quia conſuetudo fortior ſit lege: ſed quia poſterior: quemadmodum etiam lex poſterior priorem conſuetudinem æquè tolleret; nam quod lege fieri poteſt, etiam poterit conſuetudine, & è contra, id, quod fieri non poteſt lege, ideſt, quod juri naturali, aut divino, aut rationi contrarium eſt, neque etiam conſuetudine fieri poterit, Oſuad. ad Donel. *libro primo*, *capite decimo*, *litera L*, Duar. *lib.* 2. *diſput. cap.* 42. Idem *ad tit. de legibus*, *cap.* 12. Revardus *lib.* 2. *rerum judicatarum*, *in principio*, Menochius *lib* 1. *de arbitrariis*, *quæſt.* 71. Anton. Fab. *in dict. l. de quibus ff. de legibus*, Idem *tit.* 1. *in principio* 1. *conſit.* 2. *& tit.* 2. *prin.* 11. *illat.* 1. Neque obſtat textus *in dict. l. de quibus*, *in principio*, *& dict. c. conſuetudinis*, *diſtinct.* 11. ubi patet, quod tum demum utendum eſt conſuetudine cum deficit lex: ergo ſtante lege ſcripta, conſuetudo locum non habebit. Quia jura illa procedunt, quando

lex

lex ſcripta, & conſueta eſt, ſed poſt actus contrarios legitimè præſcriptos, jam deficit lex, & ejus obligatio; qua deficiente, jam conſuetudo incipit robur habere.

12 Nonò prædictis obſtat textus *in l.* 3. §. *divus*, *ff. de ſepulchro violato*, ubi conſuetudo municipalis ſepeliendi mortuum in civitate, non poteſt reſcripta Principis vincere, quæ generalia erant. Cui dubio communiter reſponderi ſolet ideò *ibi* conſuetudinem per reſcriptum vinci, quia illud generale reſcriptum poſt conſuetudinem intervenerat, Covarr. *lib.* 3. *variarum*, *c.* 13. *n.* 5. cujus tamen ſententia convincitur, ex eo, quod ſpecialis conſuetudo hoc eſt municipalis non derogatur per generalem legem; niſi de ſpeciali mentio fiat, *cap.* 1. *de conſtitut. lib.* 6. & cum in *dict.* §. *divus*, non fuiſſet mentio facta de illa municipali conſuetudine, non potuit per illud generale, Divi Adriani reſcriptum mutari: quare his, & aliis omiſſis, veriſſimè eſt dicendum, olim lege xii. tabularum prohibitum fuiſſe mortuos in urbe ſepeliri, ibi: *Hominem mortuum in urbe ne ſepelito*, refert Cic. *lib.* 2. *de legibus*. Paulus 1. *ſent.* 22. §. 2. quod poſtea abrogatum fuit in *Novella Leonis* 53. de qua plura tradit Alex. ad Alex. *libro tertio genialium*, *capite ſecundo*, *& libro ſexto*, *capite decimo tertio*, Revardus *ad leges xii. tab. capite decimo quinto*, ſed cum poſtea multi illa lege abuterentur, Divus Adrianus, teſte Ulpiano *in dict.* §. *Divus*, pœnam impoſuit, non ſolum ſepelientibus in civitate, ſed etiam magiſtratibus id non prohibentibus: quare *Ulpianus* rectè reſpondit, illud generale reſcriptum conſuetudines municipales vincere, etiam de illis non facta mentione; quæ illo tempore conſuetudo illa erat contra publicam utilitatem inducta, cùm apud veteres mortuum in urbe ſepeliri funeſtum, atque ignominioſum reputaretur; & ideò quaſi irrationabilis, nulla, ſeu injuſta, illo tempore valere non poterat.

13 Decimò his omnibus, quæ de viribus conſuetudinis diximus obiici poteſt, cum D. Thoma 1. 2. *quæſt.* 27. *art.* 3. dum aſſerit, quod conſuetudo numquam poteſt legem poſitivam vincere: reddens rationem ex eo, quod lex humana à lege divina, & naturali derivatur; & ſi ab ea ſeparatur non erit lex, ſed potius corruptio legis, ut notat D. Auguſtinus *libro primo*, *de libero arbitrio*, D. Thomas 1. 2. *quæſt.* 95. *art.* 2. Sed ut hæc difficultas ceſſet, ſupponendum eſt, legem poſitivam dupliciter à lege naturali derivari poſſe, uno modo per infallibilem concluſionem deductam à lege naturali, quæ ex Dei voluntate pendet; vel alio modo à lege naturali derivatur per modum determinationis, veluti cum lex naturæ jubet delinquentem eſſe puniendum: ſed certa pœna deſignatur à lege poſitiva in primo caſu, cum lex poſitiva totam vim à lege divina retineat, & ex Dei voluntate pendeat, non poterit conſuetudine mutari, cum tunc immutabilis ſit: in ſecundo verò, mutari poterit, cum lex illa humana ab hominis voluntate pendeat, Gabriel Vazquez 1. 2. *quæſt.* 95. *art.* 2. *diſput.* 154. *capite tertio*. Nec obſtabit dicere, per actus omnino legi contrarios, hoc eſt per conſuetudinem nunquam legem humanam abrogari poſſe, ſiquidem actus illi fiunt cum mortali peccato, *cap. violatores*, 25. *quæſtione prima*, *cap. reſiſtit*, 11. *quæſtione prima*, *capite ſecundo*, *de majoritate*, *& obedientia*. Quia omiſſa interpretatione, quam refert Covarr. *in regul. poſſeſſor*, *ſecunda parte*. §. 9. *num.* 8. & Balboa *in præſenti*, *numero quadrageſimo quinto*, veriſſimè eſt dicendum, non eſſe novum, legum latores uti peccatis voluntatis ſubditorum propter aliquod bonum majus, quàm illud, quod ex punitione, vel reſiſtentia ſequi potuiſſet, vel ad vitanda majora mala, juxta textum in *cap. movet*, *verſic. Ac per hoc*, 22. *quæſt.* 1. *cap. omnes*, 3. *diſtinct. l. legis virtus*, *ff. de legibus*, *cap. hac ratione*, 31. *quæſtione prima*, D. Thom. 2. 2. *quæſtione decima*, *articulo ſecundo*, *& quæſt.* 78. *art.* 4. Caſtro *de juſta hæreticorum punitione*, *capite decimo quinto*, quemadmodum etiam deceptio ultra dimidiam juſti pretii permittitur, ne commercia impediantur, *l.* 2. *C. de reſcindenda venditione*, & meretrices permittuntur, ne adulteria, & alia graviora carnis crimina inſurgant, Covarr. *in* 4. *part. cap.* 4. *num.* 7. Navarrus *in manuali*, *cap.* 17. *num.* 195.

Undecimò obſtat textus difficilis in *cap.* 1. *verſic.* 14
Niſi conſuetudo Eccleſiæ, *quæ ſcandalum generet*, *aliter ſe habere noſcatur*, *&c. de cognat. ſpirituali*. Ex cujus Alexandri III. deciſione conſtat, matrimonium conſiſtere poſſe inter duorum comparum filios, niſi conſuetudo, quæ ſcandalum generet aliter noſcat: ergo conſuetudo irrationabilis, etiamſi corruptela ſit, poteſt vincere legem, hoc eſt jure, quæ permittunt filios duorum compatrum inter ſe matrimonium celebrare: uti eſt text. *in dict. cap.* 1. *in princip.* & textus *in cap. ſuper* 3. *ejuſdem titul. de cognation. ſpirituali*. Ex quo conſtat, conſuetudine poſſe jus divinum abrogari, hoc eſt legitimè conjunctos ſeparari: contra textum *in cap. quos Deus conjunxit*, 33. *quæſtione ſecunda*. In qua jurium repugnantia omiſſis interpretationibus traditis ab Abbate in *dict. capite primo*, *& tertio*, *de cognatione ſpirituali*, veriſſimè eſt dicendum, conſuetudinem nullas vires habere ad diſſolvendum matrimonium legitimè contractum, cum ſit vinculum juris naturalis, & divini, *cap. fin. de ſponſat. duorum*; poterit tamen conſuetudo juxta Clericorum, & laicorum, dummodo rationabilis ſit, inducere impedimenta dirimentia matrimonium, cùm conſuetudo illa habeat vim legis Pontificiæ, juxta textum ita intelligendum in *dict. cap. ſuper eo* 3. *verſ. Si per neutrum*, *de cognatione ſpirituali*, Thomas Sanchez *lib.* 7. *de impedimentis diſ-* 15
put. 4. *num.* 2. 6. & 11. Neque obſtat textus *in dict. capite primo*, *verſicul. finali*, dum docere videtur, conſuetudinem ſcandalum generantem poſſe legem vincere, quod eſſet contra ſupra traditum, & contra deciſionem textus *in cap. fin. de conſuetudine*, quia reſponderi debet textum in *dicto capite primo* nil ſuprà traditis adverſari; cum potius declaret conditiones conſuetudinis; videlicet ut ſit rationabilis, & legitimè præſcripta, ut poſſit legem vincere permittentem matrimonium inter duorum compatrum filios: ita ut verba illa, *ſi conſuetudo Eccleſiæ*, *quæ ſcandalum generat*, *aliter ſe habere noſcatur*, &c. idem ſignificent ac ſi diceret, niſi conſuetudo juſta, & legitimè præſcripta, ex cujus tranſgreſſione ſcandalum oriri poſſit, aliter ſe habere noſcatur: nam ſi ita eſt, ea obſervari debet; aliàs autem ex ejus violatione ſcandalum oriretur, ſiquidem ex violatione conſuetudinis legitimæ ſcandalum generatur; quæ jura ita ad concordiam reduxit Thomas Sanchez *lib.* 7. *de impedimentis*, *diſput.* 4. *num.* 11. *& ſeqq.* Baſilius *libro ſeptimo*, *de imp. cap.* 39. *num.* 5.

Duodecimò obſtat textus in *l. quod non ratione* 34. 16
ff. de legibus, ubi conſtat quod conſuetudo, quæ non ratione, ſed errore introducta eſt, valere debet. Sed reſpondetur, ſenſum illius *textus* eſſe, quod conſuetudo, quæ non ratione, ſed errore introducta eſt, ad alios ſimiles caſus poſt compertum errorem non debet trahi, cum rationem non poſſit vincere, *dict. l.* 2. *Cod. de legibus*, licet antea facta ob illam bonam fidem non revocentur, cum ex communi errore jus oriatur, *l.* 3. *ff. de officio Prætoris*, Antonius Faber *in Ration. ad text. in d. l. quod non ratione* 39. *digeſtis*, *de legibus*.

Ad textum in cap. Ex litteris, 3. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *In judiciis duplicibus quilibet probare tenetur, cum uterque actor & reus cenſeatur; & obtinebit, qui melius*

melius probaverit: quod si aquè probant, possessor absolvitur.

2 *Assignatur ratio.*

3 *In judiciis non est acceptio personarum habenda.*

4 *Vice duarum personarum in jure nostro, nemo fungi potest. Intellige ut ibi.*

5 *Judicium consistere non potest, nisi ex litigatoribus alter sit reus, qui conveniatur, & alter actor qui conveniat.*

6 *Explicatur textus in* l. in tribus 13. digestis, de judiciis.

7 *Finium regundorum actio non competit, nisi vero domino, & an usufructuario? Intellige ut ibi.*

8 *Qui alienare non potest, nec etiam sine mandato in judicio experiri potest. Intellige ut ibi.*

16 *Beneficia ante Episcopatus promotionem obtenta, vacant per promotionem ad illum.*

CONCLUSIO.

1 IN *judiciis duplicibus quilibet probare tenetur, cum uterque actor, & reus censeatur; & obtinebit, qui melius probaverit: quod si æque probant, possessor absolvitur.* Consonat textus *in l. judicium* 10. *ff. finium regundorum, l. in tribus, ff. de judiciis, l.* 2. *§. in familiæ, l. inter cohæredes* 45. *§. si familia ff. familiæ herciscundæ, l.* 2. *cum aliis, ff. communi dividundo, §. quædam* 20. *Instit. de actionibus, §. retinendæ, vers. commodum, de interdictis, §. si familiæ herciscundæ* 4. 5. *& 6. Instit. de officio judicis, l. actiones* 37. *§. mixtæ, ff. de obligationibus, & actionibus, cap. si à sede* 31. *de præbendis libro sexto, cap. duobus judicibus fin. de rejudicata, cap. in pari* 75. *de reg. juris libro sexto, l. favorabiliores, ff. eodem, l.* 40. *tit.* 16. *part.* 3. exornant Tiraq. *de jure primogeniorum, quæstione decima septima, opinione* 11. Menoch. *de arbitrariis libro secundo, casu* 48. Palacios Rubios *in rubricæ.* §. 75. Mascardus *de probationib. conclus.* 393. *numero decimo tertio.* Marãta *de ordine judiciorũ, part.* 2. *distinct.* 17. Barbos. *in dict. l. tribus, numero quinto,* Anton. Faber *in Rationali ad eundem textum,* Idem *libro vigesimo conject. cap.* 10. *& de erroribus, decade* 94. *errore* 1. *&* 2. Cuiacius *lib* 4. *observat. cap.* 11. Oswald. ad Donel. *lib.* 19. *cap.* 2. *littera G.* Anton. Pichardus *in §. quædam actiones* 20. *de actionibus, & in dict. §.* 4. *cum aliis, Instit. de officio judicis.*

2 Ratio est, quia in illis duplicibus judiciis quilibet censetur actor, siquidem uterque intendit hos, vel illos terminos observandos: hoc, vel illo modo dividendam esse hæreditatem, vel aliam rem communem: & quatenus uterque petit, actor dicitur; & quatenus ab utroque petitur, reus censetur; & data æquali probatione, pro possessore judicandum est, quia promptiora sunt jura ad absolvendum, quàm ad condemnandum, *l. Arrianus* 47. *ff. de actionibus, & obligat. cap. inter dilectos, in fine, de fide instrument. cap. duobus judicibus fin. de rejudicata,* Covarr. *libro primo, variarum, cap.* 1. *num.* 2. Menochius *de arbitrariis casu* 98. *in princ.* Idem *de præsumptionib. libro secundo, præsumpt.* 91. Quod verum est, si reus possessor sit: nam si actor possideret, & æquales sint probationes, pro possessore sententia ferenda est; quia fortior est præsumptio pro illo, *d. c. in pari,* Petrus Pechius *ibi num.* 6. *& seqq. d. c. duobus, fin. de sententia, & re judicata.*

3 Primò obstat, quod in judiciis non est acceptio personarum habenda, *reg. in judiciis, lib.* 6. cum æqualis debeat esse rei, & actoris conditio, *cap.* 2. *de mutuis petitionibus*: ergo quamvis æqualis sit probatio, pro reo, vel pro actore possidente non est judicandum. Cui dubio dicendum est, quod cum jura partium sunt obscura, potius favendum est reo, quàm actori, quia pro eo præsumptio est, cùm invitus accedat ad judicium: quod verum est, si neuter possidet: secus verò, quando alter possidet, quia pro eo est præsumptio, & cessat dubium cum acceptio personarum admitti debeat, cum æqualitas inter eos est, & res, de qua agitur, ita postulat: secus verò si aliter constat, & res postulat, veluti si actor possidet, & probationes sunt æquales, quia tunc jure fortior præsumptio pro possessore est, *dict. cap. in pari, de reg. juris, lib.* 6. Pichardus *ibi, num.* 6. Felinus *in præsenti, num.* 4.

Secundò obstabit dicere, quod in jure nostro, nemo 4
fungi potest vice duarum personarum, *l. si plures* 10 *ff. de pactis, l. libertus* 27. *§. præscriptio. ff. ad municipalem. l. nemo, Cod. de assessoribus. cap. singula,* 89. *distinct. cap. presbyteros,* 16. *quæst.* 1. *cap. quia, de præbendis*: ergo nec *in præsenti* poterunt partes fungi vice actoris, & rei. In qua juris difficultate, omissa Glossæ interpretatione *in præsenti,* verb. *Vices,* Abb. & Felin. *num.* 10. Decii, *num.* 14. verissimè est dicendum, posse aliquem vicem duorum sustinere, & duo officia exercere si sunt incompatibilia: ita ut nec de jure, nec de facto impediatur; & ita obtinet *text.* noster, & text. in *l.* 2. *ff. de officio præsidis, l. ille à quo* 13. *§. intempestium, ff. ad Trebel. cap.* 14. *quæst.* 4. *cap. super quæst. §. si vero. de officio delegati, cap. si justo* 46. *§. porro, de electione, lib.* 6. cum traditis à Glossa magna *in præsenti*; jura verò in argumento adducta procedunt, quando impedimentum, impotentia naturæ, vel facti est, veluti cum quis duobus in locis personaliter assistere non potest, neque vices duarum personarum gerere, Panormit. *in præsenti, num.* 5. Beroius *num.* 59. Menochius *de arbitrariis casu* 223. *num.* 7. Covarr. *lib.* 3. *variarum, cap.* 13. *num.* 6. Neque obstat textus *in cap.* 5
forus, de verbor. significat. ex quo constat, quod judicium consistere non potest, nisi ex litigatoribus alter sit reus, qui conveniatur, & alter actor qui conveniat: quia textus ille procedit in judiciis, qui dicuntur simplicia, in quibus necesse est actorem à reo esse distinctum; at verò textus noster procedit in judicio finium regundorum, & similibus, quæ duplicia dicuntur in quibus neuter dicitur reus, aut actor principaliter, sed uterque simul actoris, & rei vicem gerit; ut constat ex *juribus supra adductis.*

Tertiò prædictis obstat textus in *l. in tribus* 13. *ff. de* 6
judiciis, ubi constat quod in his duplicibus actionibus, qui prius ad judicium provocat actor dicitur; provocatus verò, reus appellatur; & si dubium sit, quis prius ad judicium venerit, forte res dirimenda est. Cujus dubii facilis erit explicatio, si respondeas, quod in his actionibus in petitione agentis, etiam virtualiter continetur alterius petitio, cum etiam sua pars ei adjudicanda sit. *dict. §. quædam. Instit. de actionibus. l.* 3. *Cod. communi dividundo,* quod non fieret, nisi etiam ab ea parte petitum censeatur, cùm sententia debeat esse conformis libello, *l. ut fundus. ff. communi dividundo, c. licet Heli de Simonia,* & ita unusquisque virtualiter respectu alterius censetur reus, & actor. Nec obstabit si instes *in d. l. in tribus*, prius provocantem verè, & realiter esse actorem, cùm priùs probet, juret, & alleget; provocatum verò esse reum, ut sic eviteur confusio: Quia id procedit, quoad ordinem judiciarium, cùm necesse sit, ut alter onus actoris subeat; quia in his judiciis oportet quæri quis actor intelligatur, hoc est, quis perinde haberi debeat? nam aliàs judicium constitui non posset, non tamen quæritur quoad causæ decisionem, cum uterque jurare debeat de calumnia, probare & satisfacere judicio sisti, Gloss. 2. *in præsenti,* Gloss. *in l. duo judices ff. de re judicata,* Menoch. *de retinenda, rem.* 2. *n.* 770. Anton. Fab. *in Rationali ad text. in d. l. in tribus ff. de judiciis.*

Quartò obstat text. *in l.* 1. *C. finium regundorum*, ubi 7
actio finium regundorum non competit, nisi vero domino; at sic est, quod nec Episcopus, nec Canonicus est dominus præbendarum, sed Ecclesia ipsa, cujus proprium patrimonium appellatur. *cap nulli Episcoporum,* §. *fin.* 12. *quæst.* 1. *cap. cum secundum Apost. de præbendis, cap. cum ex eo. de electione*: ergo non rectè in præsenti potuit agi judicio illo. Cui dubio, omissis plurimis Doctorum opinionibus disputantium, an beneficiarii usufructuarii sint, vel usurarii tantum in fructibus beneficii? verius dicendum est usufructuarius esse, & consequenter pro juribus ipsorum fructuum posse agere actione, &

judicio finium regundorum; quod judicium etiam usufructuario competit, Glos. 1. *in præsenti*, Sarmiento *de redditibus*, 1. *part. cap.* 2. & 4. *part. cap.* 2. Gutierrez *lib.* 2. *practicar. quæst. cap.* 114. *num.* 7.

Quintò obstat textus *in l. ait prætor, vers. Est enim absurdum, ff. de jure deliberandi*, ubi constat quod is qui alienare non potest, nec etiam sine mandato in judicio experiri potest, sed *in præsenti*, nec Episcopus, nec Canonicus potest prædia præbendarum alienare, *c. nulli*, cuta vulgatis, *de rebus Ecclesiæ*: ergo nec pro eis poterunt, sine mandato Capituli in judicio experiri. In qua difficultate dicendum est, regulam *suprà* adductam non esse generaliter accipiendam; siquidem multoties reperitur, quem agere posse nomine proprio, quamvis alienare non possit, *l.* 3. *Cod. de his qui veniam ætatis impetraverunt*, nec juris Consultus in *dict. l. ait prætor*, generaliter loquutus fuit, sed ejus verba sunt strictè intelligenda ad speciem de qua *ibi*; quia ibi pendente tempore ad deliberandum, ante aditam hæreditatem, pupillus neque dominus est, neque ejus tutor administrationem occupat; qua de causa impeditur, ut neuter de rebus in judicio agere, vel alienare possit, cùm actiones suspendantur donec aditio appareat: quæ ratio cessat *in præsenti*; quia licet in illis rebus alienatio prohibeatur, tamen necessaria est illa fructuum rerum administratio, ex qua pendet actionum exercitium.

Sextò adversus nostrum *textum* in vers. *Te & Archidiaconum confines habere præbendas in villis. &c.* obstat textus in *cap. cum in cunctis* 7. §. *cum vero, de electione.* ubi per promotionem ad Episcopatum vacant beneficia ante Episcopatum obtenta. Sed respondeo regulam textus in *dict.* §. *cum vero* procedere, antento jure communi, textum autem nostrum de jure speciali ex dispensatione per privilegium Pontificis, Felin. *in præsenti*, Beroius *num.* 1. Barbos. *in remissionibus ad hunc textum, num.* 9. Pro alia nostri *textus* parte, videre oportet ea quæ inferius dicemus in *cap. fin. de sententia, & de re judicata*; & pro judicio familiæ herciscundæ, communi dividundo, finium regundorum, latè Ant. Pich. *in dict.* § *quædam actiones* 20. *de actionibus, & in dict.* §. 4. 5. & 6. *Instit. de officio Iudicis.*

Ad textum in cap. Proposuisti, 4. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Non creditur marito asserenti, etiam cum juramento, uxorem se cognovisse, si uxor per matronas probat contrarium.*

2 *In virginitate non potest dari certa, & indubitata probatio.*

3 *Viro juranti uxorem cognovisse major fides adhibenda est, quàm uxori cum juramento neganti.*

4 *Carnalis copula de visu probari potest.*
Matronæ non deponunt de his quæ perceperunt sensu corporeo, sed de his quæ intelligunt secundum peritiam suæ artis. ibid.

5 *Matronæ quoad virginitatem non tantum deponunt de visu, verum etiam de tactu.*
Expenditur textus in l. 1. §. mittuntur autem, ff. de ventre inspiciendo.

6 *Matrimonialis causæ cognitio solum ad Episcopum, vel ejus Vicarium spectat.*

7 *Matronæ de virginitate deponentes septem debent esse.*

CONCLUSIO.

NOn creditur marito asserenti etiam cum juramento uxorem se cognovisse, si uxor per matronas probat contrarium. Idem docet text. *in cap. quod si, cap. ne aliqua*, 27. *quæst.* 1. *cap. fraternitatis, cap. fin. de frigidis, & maleficiatis l.* 1. *in princip ff. de ventre inspic. edo, l septimo mense ff. de statu hominum, cap. significasti, de homicidio, cap. judicante de præsumptionibus. l. in bonorum* 10. *ff. de bonorum possessionibus, l. interdato* 3. §. *post decem, ff. de suis, & legitimis hæred. l. semel, Cod. de re militari, l. bro duodecimo. l.* 5. *&* 6. *tit.* 8 *part.* 4. *l.* 8. *tit.* 18. *part.* 3. Disputat Covarr. *in* 4. 2. *part. cap.* 13. §. 1. *num.* 14. Mascardus *de probationibus, concl.* 1452. 1169. 1174. *n.* 48, & 1410. *num.* 16. Pacianus *de probationibus, libro primo, cap* 45. Menochius *de præsumptionibus libro sexto, præsumpt.* 89. Caldas *in l. si curatorem habens verb. Minores, numero vigesimo primo, Cod. de in integrum restitution.* Thom. Sanch. *tom.* 2. *de matrim. libro septimo, disput.* 91. & 109. *num.* 9. & 113. *numero tertio.* Basilius *libro septimo, de impedim. impotentiæ, cap.* 63. Cæv allos *practicarum quæstionum, quæst.* 1. *num.* 24. Surd. *cons.* 126. *num.* 16.

Ratio est, quia cum in virginitate non possit dari 2
certa & indubitata probatio; cum corruptam, vel virginem esse mulierem, non cadat in sensu hominis; meritò secundum subjectam materiam, magis verosimilis probatio admitti debet, cùm pleniori semper standum sit, *cap. licet caulam, versic. Quanquam, hoc tit. cap. in nostra* 32. *de testibus, l. ob carmen.* §. *fin. ff. eodem*, & cum matronæ deponant secundam peritiam suæ artis, cum in jure nostro peritis in arte credendum sit, *dict. l.* 1. *ff. de ventre inspiciendo*, justa de causa *in præsenti* matronis creditur, cùm sit fortior probatio, quæ fit per corporis aspectum, *cap. testes* 3. *quæst* 9. & præfertur uxoris probatio contendentis matrimonium dirimendum esse propter viri impotentiam.

Primò obstat textus in *cap. si quis acceperit*, 33. *quæst.* 3
cap. cum tenebatur, de disputatione impuberum, ubi constat quod major fides adhiberi debet viro juranti uxorem cognovisse, quàm uxori etiam cum juramento negantis, præsertim, quia vir deponit de affirmativa, uxor verò & matronæ de negativa, quæ improbabilis est per rerum naturam, *cap. quoniam contra, hoc tit.* sed *in præsenti* constat virum juravisse: ergo viri juramento standum erat potius, quàm uxoris probationi. Quam difficultatem dissolves asserendo, quod jura in argumento adducta procedunt, quando contra mariti juramentum solummodo proponitur uxoris depositio; at verò *textus* noster loquitur, quando uxoris juramentum adjuvatur matronarum depositionibus: nam tunc quia plenior est uxoris probatio, præfertur mariti juramento, Glos. fin. *in præsenti*, communiter recepta ab Imola, *num.* 4. Abbate, & Felino, Decio & Mynsingero *num.* 3.

Secundò obstat textus in *cap. præterea* 27. *de testibus*, 4
ubi constat, quod carnalis copula de visu probari potest: juvat textus *in l.* 3. §. 1. *de testibus, cap. testes*, 3. *quæst.* 9. ubi tum demum fides testibus adhiberi debet, cum deponunt de visu, seu certa scientia; sed obstetrices de visu, nec de copula certam scientiam habere possunt, cum illarum manus, & oculus sæpe falluntur, *cap. ne aliqua*, 27. *quæst.* 1. *cap. caufam, in fin. hoc tit. cap. de frigidis, & maleficiatis*, ergo nec in præsenti mulieris probatio admitti debet. Cui difficultati occurritur dicendo, quod licet matronæ, & cæteri periti non deponant de his quæ perceperunt sensu corporeo, deponunt tamen de his quæ intelligunt secundum peritiam suæ artis, & ita veluti testes jurare tenentur. *d. c. fraternitatis*, non tamen propriè sunt testes, quia non jurant de veritate; sed de credulitate, juxta peritiam suæ artis, *dict. l.* 1. ibi: *Prægnantem videri, &c ff. de ventre inspiciendo*, & quamvis copula per virum probari possit, tamen non inde sequitur aliis modis non posse probari, ut constat in *dict. cap præterea* 27. *de testibus, cap. literis, de præsumptionibus*, hoc est per matronarum inspectionem; & quamvis aliquando fallantur, non tamen semper; & quamvis certam scientiam non habeant, tamen propter artis peritiam poterunt præsumptionem deducere, quibus creditur, cum nulla alia probatio reperiri

rreperiri poſſit, Maſcardus *de probationibus, concluſione* 452.

5 Tertiò adverſus id, quod *in præſenti* notant omnes, & ex iuribus *ſupra* adductis conſtat, videlicet quod ut matronæ de virginitate legitimè deponant, neceſſe eſt, vt non tantum oculis perſpiciant, verum etiam de tactu deponant, juxta textum *in cap. penult. hoc tit.* Obſtat textus *in l. 1. §. mittuntur autem ff. de ventre inſpiciendo*, ubi cavetur, ne invita muliere obſtetrices ventrem tangant. Cui dubio reſpondendum eſt, textum illum procedere quando tactus neceſſarius non eſt, veluti cum mulier eſt prægnans, quia tunc ſola ventris inſpicione cognoſcitur, neque eſt tactus neceſſarius; at verò *textus* noſter procedit in declaratione virginitatis, in qua ſimul utrumque deſideratur, hoc eſt viſus, & tactus, ex *d. cap. penultim. hoc tit.* Hoſtienſis *ibi numero quarto*, Idem *in capite primo, de frigidis, & maleficiatis, numero primo*, Pacianus *de probat. libro primo, capite 1. numero* 17.

6 Quartò obſtat textus *in cap. multorum*, 35. *quæſt.* 6. *cap. antecedentibus, de exceſſibus Prælatorum*, & in Concilio Trident. *ſeſſion.* 24. *de reformat. capite vigeſimo, verſic. Ad hæc*, ubi conſtat, quod cognitio cauſarum matrimonialium ad ſolos Epiſcopos, vel ad eius Vicarios ſpectat: ergo malè *in præſenti* cauſa matrimonialis coram Præpoſito ſancti Cataldi, & Preſbytero Caſæ majoris diſceptatur. Cui equidem difficultati dicendum eſt, textum noſtrum procedere in cauſa matrimoniali per Romanum Pontificem prædictis delegatam; quo caſu nihil mirum, quod de ea cognoſcant, juxta textum *in cap. cauſam matrimonii, cap. ex literis, de in integrum reſtitutione, capite primo, ut lite non conteſtata, cap. literas, de reſtitutione ſpoliatorum*, quæ interpretatio deducitur ex noſtri textus verbis ibi: *Tibi fuit de mandato Apoſtolico delegata, &c.* Covarr. *in 4. ſecunda parte, cap. 8. §. 12. in principio*, plures refert Auguſtinus Barboſa *in remiſſionibus ad Concilium Trident. in dict. cap.* 20.

7 Quintò adverſus noſtrum textum ibi: *Septem mulierum, &c.* ex quo conſtat, quod ad hoc ut matronæ de virginitate deponant, ſeptem numerus deſideratur, obſtat textus in *cap. in omni negotio, de teſtibus*, ubi in ore duorum, vel trium, ſtare omne verbum cavetur: ergo ſufficere debebat, quod in præſenti duæ matronæ de virginitate depoſuiſſent. Quæ difficultas diſſolvitur ex eo, quod etſi verum ſit, duas matronas ſufficere, ut de virginitate deponant, ut reſolvit Gloſſa, verbo: *Obſtrictum*, Sanchez *lib. 7. diſp. 113. num. 16.* tamen noſter *text.* nil obſtat, ſiquidem verba illa: *Septem mulierum*: non proponuntur ad juris deciſionem, ſed ad facti narrationem; non quia tot obſtetrices eſſent neceſſariæ, ſed ad majorem cautelam in facti narratione numerus ille fuit propoſitus: notat *Auguſt. Barboſ.* plures referens *in collectan. ad hunc textum numero* 7.

Ad textum in *cap. Tertio loco* 5. *hoc titulo.*

SVper hunc *textum* vide ea, quæ *infra* dicemus in *cap. nuper* 5. *cap. inſuper* 6. *de teſtibus.*

Ad textum in *cap. Qui jurcvit* 6. *hoc titulo.*

DE materia huius *textus*, dicemus *infrà*, in *cap. cum veniſſet* 25. *de teſtibus, cap. lator, de ſententia, & re judicata.*

Ad textum in cap. In præſentia, 8. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Si rogatus reſtituere hæreditatem, ſi ſine liberis deceſſerit, intret Monaſterium, evaneſcit fideicommiſſum, & hæreditas ad monaſterium pertinet.*

2 *Monaſterium qui ingreditur, omnia bona in Monaſterium transfert.*

Per oblationem conditio hæc, ſi ſine liberis deceſſerit, *& eius ſubſtitutio evaneſcit.*

3 *Votum metu ab extrinſeco factum non tenet: ſecus verò ſi ab intrinſeco fiat.*

4 *Minor ſe offerens Religioni ei transfert omnia bona, abſque Prætoris decreto; cum oblatio, quaſi per viam ultimæ voluntatis facta cenſeatur.*

Interpretatur text. in cap. in præſentia 8. de prob. verſ. Erat minor.

5 *Filius vivo patre, quemadmodum dominus bonorum paternorum dicitur: mortuo verò patre, tantum libera bonorum adminiſtratio ei transfertur.*

6 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum eſt prohibita, cum liberam teſtandi facultatem adimat; valet tamen ſi Eccleſiæ fiat.*

7 *Oblatione ſola abſque profeſſione Monaſterium non ſuccedit.*

8 *Verbum dubium in judicio appoſitum juxta proferentis intentionem interpretari debet. Intellige, ut ibi.*

Textus noſter interpretatur in verſic. Ad hæc.

9 *Teſtes dubiè deponentes iterum à Judice interrogari poſſunt.*

10 *Subſtitutio à pagano per verba communia facta, infra pubertatem jure directo valet; poſt pubertatem verò ut fideicommiſſaria tenet.*

11 *Gravatus hæreditatem reſtituere ſubſtitutis, ſi ingrediatur Religionem, videtur eam alienare. Ideoque ſubſtitutis dantur actiones fideicommiſſariæ, ac ſi reſtituta eſſent bona.*

CONCLUSIO.

SI rogatus reſtituere hæreditatem, ſi ſine liberis deceſſerit, intret Monaſterium, evaneſcit fideicommiſſum, & hæreditas ad Monaſterium pertinet. Juxta exi. *in authent. de Sanctiſſimis Epiſcopis, §. ſed & hoc præſenti, collat. 9. authent. ingreſſi, authent. ſi qua mulier, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, authent. niſi rogati. Cod. ad Senatus Conſultum Trebellianum, Novella 123. § ſi quis ſub conditione, authent. de Monachis, §. ſi quis autem, & §. ſi vero, collatione 1. l. ex facto, §. ult. ad Senatus Conſultum Trebellianum, cap. Raymundus, cap Rainaldus de teſtamentis, cap. fin. de ſucceſſionibus ab inteſtato, cap. ſi qua mulier, 16. quæſt. 3 l. 12. titul. 1. part. 6* Covarr. *libro primo variarum. cap. 19.* Idem *in cap. de teſtamentis*, tractant DD. Pareja *in repetitione ad hunc textum*, Tiraquellus *in l. ſi unquam, verbo: Suſceperit, num. 46. Cod. de revocandis donationibus*, Molina *libro primo de primogeniis, capite decimo tertio, num. 71. & libro ſecundo, capite quinto, numero vigeſimo octavo. & cap. 6. n. 45.* Avendanno *in l. 40. Tauri gloſſa 4. num. 17.* Menchaca *de ſucceſſionum creatione, lib. 3. §. 12. num. 166.* Matheneo *in l. 7. gloſſa 2. n. 21. tit. 11. lib. 5. Recopilationis*, Azevedo *ibi num. 28.* Coſta *in cap. ſi pater, verbo: Si abſque liberis, num. 70. de teſtamentis, lib. 6.* Peregrinus *de fideicommiſſis, art. 28. num. 58.* Spino *in ſpeculo teſtamentorum, gloſſa 12. principali. num. 27.* Mantica *de conjecturis ultimarum voluntatum lib. 11. tit. 7. & de tacitis & ambiguis conventionibus, lib. 13. tit. 56. num. 7. & 8.* Gutierrez *lib. 1. Canonicarum quæſt. cap. 32.*

2 Ratio est, quia statim quòd Martinus testator filius hæres institutus, se, & sua Deo & Monasterio dedicavit, substitutio evanescit, nec substituti ex ea quidquam capere possunt; nam qui Monasterium ingreditur, omnia sua bona adeò Monasterio præstat, ut jam bonorum dominus non sit, nec de illis possit testari, *authent. ingressi, C. de sacrosanctis Ecclesiis*: nam ea quæ semel Monasterio dicata sunt, non possunt ad humanum usum converti, *cap. mancipia* 3. *cap. iniustum* 4. *de rerum permutatione*, & conditio illa: *Si sine liberis*, quæ ante oblationem justa reputabatur, post oblationem verò turpis efficitur, & pro non scripta habetur, *dict. authent. sed & hoc præsenti, de Sanctissimis Episcopis, collatione* 9. qua sublata, manet omnino pura institutio, *l. ob tenuit* 4. *ff. de conditionibus, & demonstrationibus*, idcirco Monasterium bona omnia testatoris lucratur, cum non videatur sine liberis decessisse, qui Monasterium ingreditur, ut constat ex verbis nostri textus, ibi: *Non videtur sine liberis*, &c. Ex quibus constat per oblationem sublatam fuisse conditionem, & substitutionem evanuisse, ut constat expresè in *dict.* §. *sed & hoc præsenti*, & in *authent. de Monachis*, §. *si quis autem, &* §. *si vero relinquens*, *collat.* 1.

3 Primò adversus nostri textus sententiam, & eius decidendi rationem, obstat textus in *cap.* 1. *& per totum, de iis quæ vi, cap. porrectum, de Regularibus*, *l.* 1. *ff. de eo, quod metus causa*, ubi votum, & omnia, quæ metu facta sunt, non tenent; sed in præsenti Martini votum, & oblatio fuit metu facta, ut ex litera textus constat, ibi: *Quod fervore infirmitatis, seu metu, eam fecisset*, &c. Ergo valere non potuit. In qua difficultate responderi debet, jura in argumento adducta procedere in metu ab extrinseco, quando ab alio metus per injuriam infertur: at verò textus noster loquitur in metu ab intrinseco, qui ab alio non infertur, sed solum intrinsecè patitur, quo casu votum valet, *cap. porrectum, de Regularibus*, Covarruvias *in* 4. *secunda parte, cap.* 3. §. 4. *num.* 16. Præcipuè, quia ut syndicus Conventus affirmabat, quod etsi prima Martini oblatio non valeret propter ejus imbecillitatem, & infirmitatis fervoren; valuit tamen secunda, quæ ex pòst facto, absque ullo mortis periculo fuit facta.

4 Secundò obstabit dicere, quod Martini oblatio valere non potuit, siquidem oblationis tempore fuit minor annis, ut constat ex textu nostro, ibi: *Erat minor annis, &c.* & minoris alienatio absque Prætoris decreto non tenet, *l.* 1. *versicul. Quod si fuerit, ff. de rebus eorum, l. prædium, l. siquidem, Cod. de prædiis minorum, l. lex quæ tutores, Cod. de administratione tutorum.* Cui difficultati occurritur asserendo, quod quando aliquis per confessionem se obtulit in perpetuum Monasterio servire, potest etiam bona sua ferre sine judicis decreto, & solemnitate illa, de qua in juribus in argumento adductis, cùm oblatio illa, quasi per viam ultimæ voluntatis facta censeatur, argument. textus in *l. Deo nobis, Cod. de Episcopis, & Clericis*, quæ à maiore 14. facta nullam juris solemnitatem desiderat, & Martinum in præsenti oblationis tempore fuisse maiorem 14. annorum præsumitur ex eo, quod substituti non probant Martinum minorem 14. annorum fuisse: ut colligitur ex *versicul. Præterea.* Neque obstabit dicere, Monasterium suam intentionem fundasse in maiori Martini ætate, & consequenter probationem Monasterio incumbere, argum. textus in *l. de ætate* 44. *l. minor* 33. *ff. de minoribus.* Quia etsi verum sit, quod is qui in minori, vel maiori ætate se fundat, eam probare debeat, *dict. l.* 33. *&* 44. tamen cum in præsenti Monasterium in oblatione tantum, non verò in ætate maiori, vel minori Martini se fundaret, substituti verò suam intentionem fundassent in eo, quod Martinus ingressus fuisset in minori ætate, justa de causa debent minorem ætatem probare, *l. cum te, C. de probationibus*, Pacianus *lib.* 2. *de probationibus, cap.* 24. *num.* 4.

Tertiò obstabit dicere, Martinum non potuisse bona
5 Monasterio dedicare, quæ restituenda erant substitutis, cùm de illis disponere non possit. *l. fin.* § *fin. Cod. communia de legatis*, præcipuè cum dedicatio illa esset contra expressam testatoris voluntatem, ut constat ex verbis textus ibi: *Si sine liberis decesserit*, quæ conditio à testatore imponi potuit, *cap. Raynuncius* 16. *cap. Raynaldus* 18. *de testamentis, cap. si pater* 1. *eodem tit. lib.* 6. Cui scrupulo respondeo, Martinum fuisse filium Antonii testatoris, quare adhuc vivo patre, quodammodo paternorum bonorum dominus erat: & ideò mortuo tantum liberam administrationem percepit, adeò ut absque aditione possit ad alium bona transferre, *l. in suis* 11. *de liberis, & posthumis*, & cum jam post patris mortem Martinus liberam bonorum administrationem retineat, ac substitutio per ingressum religionis evanescat, recto jure potuit bona Monasterio offerre, non obstante patris voluntate, seu conditione; cùm perinde habeatur, ac si purè esset institutus, ex *dict. authent. sed hoc præsenti, collation.* 9.

Quartò obstat textus in *l. omnes* 17. §. *Lucius ff. quæ* 6
in fraudem creditorum, l. libertus 16. §. *si quis. versicul. Magis, ff. de jure patronatus. l. stipulatio* 61. *ff. de verborum obligationibus*, ubi constat donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum esse prohibitam; cùm liberam testandi facultatem adimat; sed *in præsenti* Martinus omnia sua bona Monasterio donavit, ut constat ex versicul. *Syndicus ipse*, & in vergcul *Verum syndicus*, &c. Ergo Martini donatio valere non potuit. Cui difficultati, omissis plurimis interpretationibus, respondeo, quod licet verum sit, donationem omnium bonorum irritam esse; tamen donatio *in præsenti* mero jure voluit, quia facta fuit Ecclesiæ, & Religioni, cujus favore in jure permittitur, *l. sancimus* 12. *authentic. ingressi, authentic. si qua mulier, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, cap. si qua mulier*, 19. *quæstione tertia, cap. de his* 4. *de sepulturis, cap. privilegia* 24. *versicul. Vel eis, de privilegis*: & rationes illæ, quæ prohibent donationem omnium bonorum, videlicet, quia donans efficitur prodigus, & intestabilis, & quia occasio captandæ mortis præstatur, omnino in præsenti cessant; siquidem per ingressum Religionis non efficitur quis prodigus, cum Religioni, & Ecclesiæ donat, cujus favor amplissimus est, *l. sunt personæ* 42. *in fine, de religiosis, & sumptibus funerum*, neque per eam sit intestabilis, cùm statim quod emisit professionem, intestabilis dumtaxat efficiatur: *dicta authentic. ingressi*, cum *similibus*, neque datur votum captandæ mortis, siquidem ex dedicatione Monasterium bona adquisivit, & ideò donatio valuit, præcipuè cùm propriè non sit donatio, sed oblatio Deo facta, ut similiter appellatur *in juribus supra adductis.*

Neque obstabit si instes, Martinum *in præsenti* nullam 7
fecisse professionem, siquidem absque illa se, & sua Deo obtulit, ob quam solam oblationem Monasterium non succedit, *cap. statuimus, de Regularibus, cap. si Religiosus* 17. *de electione lib.* 6. Quia etsi Martinus in præsenti non fuisset religiosus, neque professus, tamen se, & omnia sua obtulit Monasterio; quæ oblatio à Prælato in Ecclesia approbata recepta fuit, & vim professionis retinet, ut bona in Monasterium transferantur, Balboa *in præsenti*, *num. fin.* videndus Covarruvias *in cap. alma mater, secunda parte, paragrapho secundo, numero octavo.* Vel potest dici, quod cum Monasterium in præsenti probet, Martinum duplicem fecisse ingressum, potuit unum facere ante 14. annos, & alterum post; & licet substituti probent fuisse minorem, non ex eo probant non potuisse post legitimam ætatem ingredi, & professionem facere, cùm eo tempore adhuc minor dicatur, & non probent, hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *l. ad probationem* 25. *Cod. de probationibus, l. etsi defensor* 10. §. *fin. ff. de interrogatoriis actionibus.*

Quintò solutioni obstat textus *in l. si quis* 66. *ff. de ju-* 8
diciis, l. inter stipulantem, §. 5. *de verborum obligationibus, l. in ambiguis* 96. *ff. de regulis juris*, ibi: *Verbum dubium in judicio appositum, juxta proferentis intentio-*
nem

nem interpretari debet; sed in præsenti verbum dubium minoris ætatis à subsitutis fuit propositum, ut ex litera textus constat, in versic. *Ad hæc*, ergo juxta eorum intentionem explicari debebat.

In qua difficultate omissa Glossæ interpretatione, in præsenti, verbo *Verbum dubium*; dicendum est, differentiam versari inter verbum dubium in contractibus, vel in judiciis appositum: nam in contractibus interpretari debet contra dubium proferentem, cùm ipse posset apertiùs verba contractus proferre, *l. veteribus* 39. *ff. de pactis*, *l. in contrahenda* 133. *ff. de regulis juris*, in judiciis verò, verbum dubium interpretatur secundum proferentis intentionem, *dict. l. si quis* 66. *ff. de judiciis*. Sed hoc verum est, quando dubium provenit ex parte actoris petentis, vel ex parte rei excipientis; non tamen quando provenit ex testium depositionibus: nam tunc non intelligitur juxta intentionem proferentis; ratio differentiæ est, quia verba prolata ab actore petente, vel reo excipiente, pendent ab ipso actore, vel reo, qui potest uno, vel alio sensu verba illa exprimere; & si dubia fuerint, secundum proferentis favorem interpretantur; cum verosimiliter præsumitur, secundum ejus utilitatem respondisse: secus tamen in testium depositionibus respondendum est, quia verba testium non pendent ab ipsis partibus producentibus, sed ab ipsis testibus, & à notitia facti, de quo deponunt, & ideò eorum verba non explicantur in favorem producentis; sed si probatio non fuerit certa, nec efficax, tanquam vaga, & dubia rejicitur; *l. nec natales* 10. *Cod. de probationibus*. Ratio est, quia pars poterat alios testes producere, qui apertius deposuissent, & si non fecerit, sibi imputetur. Unde cum dubium ætatis in præsenti non fuisset ex parte substitutorum, sed ex parte testium; justa de causa, juxta substitutorum intentionem non interpretatur, sed tanquam testes nihil probantes debent rejici; & ideò substituti ex defectu probationis, fuerunt condemnati; Maranta *in l. si actor*, *n.* 6 *ff. de probationibus*, Menoch. *de arbitrar. casu* 51.

Sextò solutioni obstat textus in *l. Ofidius* 97. *versicul.* 9 *Imperator*, *de legat.* 3. *l. ubicumque*, *ff. de interrogatoriis actionibus*, *cap. cum clamor* 57. *de testibus*. ubi constat, Judicem ex officio teneri testes dubium deponentes iterum interrogare, ut dicta clara remaneant: ergo *in præsenti* Cardinalis judex debuit iterum testes interrogare, ut clara apparerent eorum dicta. Quæ tamen difficultas cessat si dixeris, quod etsi in ordinariis, non verò in summariis judiciis, Judices possint testes dubium deponentes iterum interrogare; tamen *in præsenti* justo Consilio dictus Cardinalis judex eos non interrogavit, cognoscens per fallaciam, & dolum substitutorum productos esse, allegantium dubiam minorem Martini ætatem, absque distinctione, qualis & quanta esset; & dolus constat ex eo, quod substituti Martini, patrui essent, qui eius ætatem ignorare non poterant; argument. textus in *l. Octavianus*, *in fine*, *ff. unde cognati*, *leg. Imperator*, *l. de tutela*, *C. de in integrum restitution.*

10 Septimò obstat text. in *l. Centurio* 16 *ff. de vulgari*, & *pupillari*, *leg. precibus*, *Cod. de impuberum*, *cap. si pater*, *de testamentis*, *lib.* 6. ubi substitutio à pagano per verba communia facta, ut bona ad substitutos devolvantur, hærede sine liberis decedente, est compendiosa; ita ut si fiat filio impuberi, infra pubertatem jure directo ut pupillaris, post pubertatem verò, ut fideicommissaria valeat; sed *in præsenti* substitutio fuit verbis communibus filio impuberi facta, ut constat ex versicul. *Devolverentur*, quod commune verbum est, & tam ad directam, quàm ad fideicommissariam pertinet; ergo filio in Monasterium ingresso, sine liberis intra pubertatem decedente, succedere debebant fratres substituti, infra pubertatem ex directa pupillari, post pubertatem ex fideicommissaria. Cui dubio responderi debet, quod etsi fateamur textum nostrum loqui de compendiosa substitutione, negari tamen debet, jure compendiosæ substitutionis bona pertinere ad substitutos; siquidem ex juribus, & rationibus suprà adductis constat, quòd eo ipso, quod gravatus profitetur Religionem, evanescit fideicommissum.

Octavò obstabit dicere, substitutos *in præsenti*, nullam alia actione, quàm fideicommissaria universali hæreditatis petitione experiri posse, ut constat ex versicul. illo: *Si absque liberis*, & ibi *Bona devolverentur*: sed hæc actio competere non potuit, siquidem ut locum habeat, necesse est, ut præcedat actualis hæreditatis restitutio, *l. 1. ff. de fideicommissaria hæredit. petitione*, *l. restituta* 37. *in principio*, *ad Trebellianum*: ergo substituti cùm nullam actionem haberent, cùm adhuc hæreditas non esset restituta, non poterant bona in fideicommisso contenta petere. In quo dubio omissa Ancharrani interpretatione, & Baldi *in præsenti*, verissimè est dicendum substitutos egisse universali hæreditatis fideicommissariæ petitione. Neque obstat *dict. leg.* 1. quia etiam locum habet, quoties is qui tenetur hæreditatem restituere, illam alienavit, quo in casu actiones ipso jure transeunt ad fideicommissarium, *leg. fin.* §. *sin autem sub conditione*, *Cod. communia de legatis*, & cum in præsenti gravatus, se, & sua Monasterio dedicasset, & bona alienare videatur, & substituris non restituere, idcirco in eos, ipso jure transierunt actiones fideicommissariæ, quibus recto jure experiri poterant: Glossa magna *in dict. leg. fin.* §. *sin autem sub conditione*, *Cod. communia de legatis*, Glossa verbo. *Ipso jure*, *in leg. fin. Cod. ad Trebellianum*, Aretinus *in præsenti*, *numer. tertio*, Berous *num.* 32.

Ad textum in capit. Licet causam 9. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Interdicto retinendæ possessionis obtinet probans antiquiorem possessionem, maximè titulo justificatam.*

2 *Ratio assignatur.*
Possessio est penes eum, qui precariò rogavit, & precariò concessit.

3 *Interpretatur* leg. & habet 15. §. eum qui, ff. de precario.

4 *Exponitur textus* in leg. si duo 3. digestis, uti possidetis.

5 *Jura incorporalia penes duos in solidum esse possunt.*
Interpretatur textus in cap. licet causam 9. de probat. *vers.* Aliis ad hoc generaliter pertinentibus in locis prædictis.

6 *Duo si diversis respectibus possideant, uterque in sua possessione defendi debet.*

7 *Interdictum Retinendæ competit ei, qui tempore litis mota, seu contestationis possidere reperitur, si non vi, non clam, non precario possideat.*

8 *Sola testium corruptio sufficit ut à testimonio repellantur.*
Interpretatur textus in cap. licet causam 9. de probationibus *vers.* Quoniam etsi de corruptione, *cum* cap. licet 9. de testib.
Non probat hoc esse, quod ad hoc contingit abesse.

9 *Probatio cum æqualis est, quid agendum? remissivè jura, & Doctores referuntur.*

CONCLUSIO.

IN *interdicto retinendæ possessionis obtinet probans antiquiorem possessionem, maximè titulo justificatam.* Idem 1 probat textus *in cap. cùm venissent, de institutionibus, capit. cum personæ, versicul. Quod si tales, de privilegiis, lib. 6. leg. 1. si duo, ff. uti possidetis, leg. unica, Cod. comm. leg. naturaliter* 12. §. *nihil commune. ff. de adquirenda possessione*, § *retinendæ*, §. *in quorum. in fine, Instit. de interdictis.*

dictis, Iulius Paulus *lib. 5 senten. tit. 6. in princip.* insinuant Covarr. *in practicis, cap. 17. in fine*, Menoch. *de retinenda, remed. secundo, & tertio, num. 725.* Idem *de recuperanda remed. 15. num. 389.* Mascard. *de probation. conclus. 1194. & 1393.* Fachineus *li. 8. controversiarum. cap. 14. cum seqq.* Anton. Gomez *in l. 45. Tauri, num. 164.* Matienço *in l. 8. tit. 7. lib. 5. Recopilat. glossa 2.* Octavianus *decis. Pedemontana 55.* Paulus Æmilius *decis. Rotæ 336.* Duarenus *lib. 1. disp. cap. 21.* Cujac. *lib. 5. observ. cap. 22. & 27.* Idem *in tit. C. uti possidetis*, Don. *lib. 15. comment. cap. 32.* Idem *in leg. unica, Codic. uti possidetis*, Andreas Gaillius *lib. 1. observat. capit. 71.* Sarmiento *libr. 2. selectarum, capit. 13.* Anton. Pichard. *in §. retinenda, cum seqq. Instit. de interdictis.*

2 Ratio est, quia Ecclesia Ravennatensis probavit possessionem Castri, & villæ sancti Petri de Ariolo, & similiter eam retinuisse per 60. annorum spatium, titulo etiam justificatam, quam sibi Pontifex, & Romani Imperatores concesserunt: Faventinorum autem communitas minus antiquiorem possessionem, & sine titulo probavit, hoc est per 40. annorum spatium: ostendit tamen aliqua servitia, & honores percepisse; & ideò interdictum retinendæ possessionis, ei non competit, cum eius possessio injusta præsumatur; sed tantum competit Ecclesiæ Rebanensi, cùm duo in solidum possidere nequeant, *dict. l. 3. §. ex contrario, l. si ut certo 5. §. duobus vehiculum ff. commodati.*

3 Decidendi rationi obstat primò, textus *in l. & habet 15. §. eum qui, ff. de precario*, ubi Pomponius asserit, quod si aliquis precariò possessionem rogavit, simul is qui concessit, & qui rogavit, possident. Pro cujus dubii resolutione annotandum est, quod eadem possessio ex una, eademque causa, penes duos in solidum esse non potest: & ita obtinet textus noster: at verò plures possessiones ejusdem rei, numero, & specie differentes, penes duos esse possunt; veluti cum quis precariò rogavit ut sibi possidere liceat, quia tunc naturaliter possidet; rogatus verò civiliter: cum quolibet momento precarium revocare possit, *l. 1. & 2. l. cum precario 12. ff. de precario*, & de illa possessionum diversitate, est interpretandus textus *in dict. leg. & habet 15. §. eum qui, D. de precar.* Valencia *tract. 2. illustrium quæst. cap. 3. num. fin.* ita similiter est interpretandus textus *in l. 1. §. deiicitur, ff. de vi, & vi armata*, ubi is qui dejectus est, & is qui dejecit possident, unus civiliter, alter naturaliter; unus justè, alter injustè. Vvesembecius *in paratitlis ad titul. de adquirenda possessione, num. 5.*

Secundò obstat text. *in l. si duo 3. ff. uti possidetis, in fine.* 4 Ubi duo possessores in solidum ejusdem rei admittuntur, neque illi competit interdictum Retinendæ; & ideo licet impunè vim facere, nec lis inter eos de proprietate unquam exerceri poterit. In cujus textus difficultate, omissa Vaconii sententia *declarat. 2. cap. 39. num. 4.* Cuiacii *in l. 3. §. ex contrario, de adquirenda possessione.* veriorem esse èxistimo, quam refert Menochius *de retinenda rem. 3. num. 740.* dum asserit, quod textus *in d. l. 3.* intelligi debet, cum judex pronuntiat utrumque possidere; sed diversa possidendi specie, veluti cum unus possidet ut fructuarius, alter ut proprietarius; non verò loquitur, cùm ambo probant in solidum possidere cum eadem specie possessionis, quia hoc impossibile est; sed diversis respectibus, quo in casu, uterque vincet, & vincetur; tuebitur enim Prætor unum in possessione proprietatis, alterum in jure servitutis: & jubet utrique, ne alterum turbet: juxta veram nostri *textus* sententiam. Notat Glossa, Illigerus ad Donel. *lib. 15. cap. 32. litera T*, Anton. Gomez *in l. 45. Tauri, num. 178.* Et quamvis in specie proposita omnibus competat interdictum *uti possidetis*, tamen, cum omnes possideant, ut judicium expediatur, necesse est, ut unus tantum possideat, & consilium, & remedium proponitur *in leg. vni, C. uti possidetis*, videlicet quod is qui de possessione obtinuit, satisdationem præstet deteriorem rem non facturum, & eam, si in petitorio contra eum judicetur, restituturum; & si uterque satisdare paratus sit, præfertur is qui priùs satisdationem obtulit, ut is solus possessionem retineat; & si alter nolit satisdare, is, qui satisdationem præstare voluerit, hoc interdicto vincet Donel. *in d. l. unica, C. uti possidetis, num. 25.* Osuald. *ubi supra, littera V.*

Tertiò obstat textus *in l. Lucio 4. ff. de aqua quotidiana, & æstiva. cap. 1. de jure patronatus, Clementina, plures, eodem*: Vbi constat jura incorporalia penes plures in solidum esse posse; sed *in præsenti* actum est de juribus incorporalibus, jurisdictionis, & honoris, ut ex litera constat: ergo apud omnes existere poterit. In qua difficultate, omissa Iasonis interpretatione, *in dict. l. 3. §. ex contrario, numer. 82.* verissimè est dicendum in præsenti, non fuisse simpliciter disceptatum de juribus incorporalibus, sed præcipuè de re corporali, scilicet oppido sancti Petri, de cujus possessione præcipuè & principaliter actum fuit; licet in ejus consequentiam deducta fuerint jura incorporalia, hoc est servitia, quæ ex ipsa oppidi possessione dimanabant, ut constat ex nostri textus verbis ibi: *Loca supra dicta possedit*, & ibi: *Aliis ad hoc generaliter pertinentibus in locis prædictis*, &c. Quæ verba apertè insinuant, *in præsenti* de juribus corporalibus fuisse actum: sed quia Ecclesia justè cum titulo, Communitas verò injustè sine titulo possediisset, cum penes duos in solidum possessio esse nequeat, justa de causa Ecclesiæ competit interdictum, & communitati denegatur: & sic cessat difficultas, & obtinet *suprà* adducta decidendi ratio. 5

Neque obstabit dicere Faventinis interdictum Retinendæ competere debere, saltem quo ad servitium, quod per spatium 40. annorum, quasi possedisse probaverant, juxta textum *in l. 1. §. interdictum autem, ff. uti possidetis, §. retinenda, Institut. de interdictis*, præcipuè quia cum duo diversis respectibus rem possident, uterque in sua possessione defendi debet, *d. l. si duo 3. & fin. ff. uti possidetis.* Quia huic scrupulo responderi debet, quod licet Communitas probaret illam quasi possessionem, quoad servitia tamen præterquam quod injusta reputatur, habet etiam causam discontinuam, cum in ea desideretur hominis factum; argum. textus *in l. foramen, ff. de servitutibus urbanorum*, & cum pro juribus incorporalibus causam discontinuam habentibus, sint inventa alia interdicta, *l. 1. & per totum tit. ff. de itinere actuque privato, l. 1. ff. de aqua quotidiana, & æstiva*, justa de causa *in præsenti*, circa jura illa incorporalia interdictum illud *uti possidetis*, cessare debet, cum illud tantum competat pro juribus habentibus causam continuam, *l. quoties*, la segunda, *ff. de servitutibus, l. sicuti 8. §. Aristo, ff. si servitus vindicetur*, Bartolus *in leg. 1. num. 15. ff. uti possidetis*, Menochius *de retinenda remed. 3. num. 104.* Decius *in præsenti, num. 102.* Beroius *num. 56.* Felinus *num. 8.* Ancharranus *num. 19.* Innocent. *num. 5.* 6

Quartò obstat textus *in l. 1. ff. uti possidetis, §. quorum, Institut. de interdictis*: Vbi interdictum Retinendæ competit ei, qui tempore litis motæ, seu contestationis, possidere reperitur, sed *in præsenti*, tempore litis motæ, & contestationis, Communitas quinquagenariam possessionem servitiorum probavit: ergo obtinere debebat. Quæ difficultas ex eo dissolvitur, quod ultra ea, quæ *supra* retulimus, etiam interdictum retinendæ Faventinæ communitati non competit, quamvis probaverit possessionem tempore litis motæ: nam cum Ecclesia probasset antiquiorem possessionem continuatam, eo ipso censetur vitiosa communitatis Faventinæ possessio; & ut interdictum retinendæ competat, necesse est, quod is qui possidet, non vi, non clam, nec precario possideat; *l. 1. in princ. ff. uti possidetis, l. 1. ff. utrobi*, Cov. *in pract. c. 17.* Gom. *in leg. 45. Tauri, n. 126.* Matienço *in leg. 9. tit. 7. lib. 3. glossa 1. num. 3.* Menochius *de recuperanda, remed. 1. num. 158.* 7

Quintò adversus nostrum textum in versicul. *Quoniam & si de corruptione*, ubi Pontifex docet, solam testium corruptionem non sufficere, ut testes à testimonio repellantur; obstat textus in *cap. licet 9. de testibus, c. non* 8

sanè, 14.

ſane, 14. *quæſtione quinta*, ubi conſtat quod ſola teſtium corruptio abſque falſitatis probatione ſufficit, ut teſtes à teſtimonio repellantur. Cui dubio ſatisfaciendum eſt, dicendo, quod quamvis regulariter præſumendum ſit, teſtes pecunia corruptos, falſum dixiſſe, & ob eam cauſam admittendos, non eſſe, ut in *dictis juribus* conſtat; tamen *in præſenti* non repelluntur, quia communitas Faventinorum ſe adſtrinxit probare, non tantum, quod teſtes Eccleſiæ fuerant pecunia corrupti, ſed etiam ſimul, quod falſum depoſuerant: & quamvis corruptionem teſtium probaſſent, non tamen probarunt falſum depoſuiſſe, qua de cauſa contra Communitatem ſententia fuit lata: argum. textus *in l. Fulcinius* 7. §. 1. *ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eat*, *l. qui teſtamento* 17. *ff. de excuſation. tut. cap. ab eo* 31. *de electione*, cum non probent hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, *l. ad probationes* 22. *Cod. hoc titulo*, Siquidem poterit eſſe, quod corrupti eſſent, & veritatem depoſuiſſent: præcipuè cum *in præſenti* teſtes producti à Communitate de corruptione, varii exſtiterunt, ut conſtat ex *textu noſtro* in verſic. *Quoniam etſi de corruptione*: tum etiam improbæ opinionis erant quorum teſtimonium admitti non poterat, *cap. teſtimonium*, cum vulgatis, *de teſtibus*: meritò cum corruptio teſtium plenè non fuiſſet probata, teſtes ab Eccleſia producti non repelluntur: quæ interpretatio deducitur, ex Anton. Auguſtino *in* 3. *Decretalium*, *in collectione titul. de probationibus*. Pro illa ancipiti quæſtione, an videlicet, ſi Communitas, & Eccleſia probarent res illas æqualiter ſe poſſediſſe, videre oportet ea, quæ refert Gloſſa magna *in præſenti*, Bart. *in l.* 1. *numero quarto*, *ff. uti poſſidetis*, Sarmiento *libro primo ſelectarum*, *capite decimo tertio*, *numero nono*, Anton. Gomez *in l.* 45. *Tauri*, *num.* 179. Molina *de Hiſpanorum primogeniis*, *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 20. Cuiacius *in poſthumis ad hunc textum*.

Ad textum in cap. Quoniam contra falſam 11. cap. Ad noſtram 12. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Negantis factum, directa probatio fieri non poteſt; nec Iudici creditur, quod acta judicialia, ſed apud Notarium in ſcriptis ſunt deducenda: quod ſi Iudex non fecerit, puniri poterit per ſuperiorem.*

2 *Negativa propoſitio per rerum naturam probabilis non eſt; & ibi ratio aſſignatur.*

3 L. ne codicillos 5. C. de codicillis.

4 *Negativa conceptio, quæ in affirmativam convertitur, probabilis eſt.*
Interpretatur textus in l. lex, ff. de probat.

5 *Exponitur text.* in l. cum pater 77. §. rogo 25. ff. de legat. 2. l. ſervus 20. ff. de Manumiſſionibus, l. omni modo, C. de inoffic. teſtam.

6 *Negativa, & coarctata probatio, non dicitur improbabilis, ubi exempla proponuntur; & remiſſivè, plura jura interpretantur.*

7 *Si fuerit probatum, reum deliquiſſe, nec admittitur ejus probatio, quod non deliquerit.*
Interpretatur text. in cap. ad noſtram 12. de probat. *& num.* 8.

9 *Purgatio Canonica, legitimis requiſitis præcedentibus, à ſacris Canonibus eſt recepta.*

10 *Interpretatur textus* in cap. Propoſuiſti 4. de probation.

11 *Verbum*, Statuimus, *jus novum inducit*: *Acta judicialia in ſcriptis ſunt reducenda.*

12 *Inſtrumento à Tabellione ſine teſtibus condito, fides nõ eſt adhibenda. Intellige ut ibi.*

13 *Pro Iudice ſemper præſumendum eſt in his, quæ ad officium ejus ſpectant: in aliis vero actibus ad eum non pertinentibus, potius Tabellioni, quàm Iudici credendum eſt.*
Interpretatur textus in cap. final. de probationib.

14 *Tabellionum creatio ſolùm ad Principem ſpectat*

CONCLUSIO.

NEgantis *factum directa probatio fieri non poteſt; nec* 1
Iudici creditur quoad acta judicialia, ſed apud Notarium in ſcriptis ſunt deducenda: quod ſi Iudex non fecerit, puniri poterit per ſuperiorem. Conſonat textus *in cap. benè*, el primero, *de electione*, *capite primo*, *de confeſſis*, *libro ſexto*, *cap. ſuper hoc*, *de renunciatione*, *cap. atteſtationes*, *in fine*, *de deſponſatione impuberum*, *cap. cauſam* 11. *de teſtibus*, *cap. ultim. de ætate*, & *qualitate*, *cap. cum Eccleſia Sutrina*, *de cauſa poſſeſſionis*, & *proprietatis*, *capite ſecundo*, *de exceptionibus*, *libro ſexto*, *cap. accuſator fin.* 6. *quæſtione quinta*, *l. fin. Cod. de jure deliberandi*, *l. querelam*, §. *nihil*, *ff. de edendo*, *cap. ſtatutum*, §. *Notarium*, *de reſcriptis*, *libro ſexto*, *l. fin. C. de teſtibus*: *l. Aſſerenti*, *Cod. de non numerata pecunia*, *l.* 2. *Cod. de edendo*, *l. geſta*, *Cod. de re judicata*, *l. actor* 23. *Cod. de probationibus*, *l.* 2. *ff. eodem*, tueri videntur Menochius *de præſumptionibus libro ſecundo*, *præſumpt.* 50. *numero ſexto*. Idem *de arbitrariis*, *caſu* 175. *& quæſtione decima ſeptima*, Maſcardus *de probationibus*, *concluſ.* 290. *&* 1091. Martinus de Fano, & Franciſcus Herculanus *in tract. de Negativa*, Covarr. *libro ſecundo variarum*, *capite ſexto*, *numero quarto*, *undecimo*, & *decimo tertio*, Idem *libro unico practicarum*, *capite vigeſimo*, *numero ſecundo*, Coſta *in l. ſi ex cautione*, *Cod. de non numerata pecunia*, Donel. *in d.l. actor*, 23. *Cod. de probationibus*, Oſuald. *libro vigeſimo quinto*, *capite ſecundo*, Pichardus *in* §. *item* 13. *de inutilibus ſtipulationibus*.

Ratio primæ partis eſt, quia negativa propoſitio 2
per rerum naturam improbabilis eſt, *l. actor* 23. *Cod. de probationibus*. Nam cum vel teſtibus, vel inſtrumentis fieri debeat probatio, etiamſi mille teſtes dixerint non vidiſſe numerari pecuniam, vel aliquem non contraxiſſe, non inde ſequitur pecuniam non fuiſſe numeratam: aut contractum celebratum non fuiſſe; cùm fieri poſſit, ut alii viderint. Quod ſimiliter de inſtrumentis dicendum eſt, cum fieri poſſit, ut ſine inſtrumentis fieri et contractus, Donel. *in dict. l. actor* 23. *numero nono*, *Cod. de probationibus*, Oſuald. *ubi ſupra*, *litera A*. Maſcardus *de probationibus*, *concluſ.* 1902.

Ratio ſecundæ partis eſt, videlicet acta judicii ſcribenda eſſe, ut veritas locum habeat, & falſitas aboleatur, & ne propter falſam iniqui judicis aſſertionem innocens litigator negans ſolemnitatem aliquam adfuiſſe, putà citationem, conteſtationem aut ſimilia, quæ verè abfuerunt, plerumque lædatur, cum (ut diximus) vera Negativa ſit improbabilis per rerum naturam, meritò ut hæc omnia ceſſent, & acta facilè probari poſſint, Concilium ſtatuit, ut in quolibet judicio ordinario, vel extraordinario Iudex teneatur notarium ſecum adhibere: aut duos providos viros, qui omnia acta judicii in ſcriptis redigant.

Primò obſtat textus in *l. ne codicillos*, 5. *Cod. de co-* 3
dicillis, ubi dicitur quod hæres, qui prolatis à fideicommiſſario codicillis, negat defunctum fuiſſe compotem mentis, id probare debet. Cujus dubii expoſitio conſtat ex eo, quod oratio illa: *Nego defunctum compotem mentis eſſe*, etſi verbis negativis ſit concepta, tamen re ipſa affirmativa eſt; cùm idem ſit, ac ſi hæres dixerit, defunctum fuiſſe furioſum, vel dementem; nam cùm hæres id aſſerit, manifeſta exceptione utitur adverſus codicillos; quibus ſtandum eſt, quamdiù contrarium probetur, *l. cum precibus*, *Cod. hoc titulo*, & cùm reus in exceptione ipſa affirmat, eam probare debet, *l. in exceptione*, *ff. de probat.* Donel. *ubi ſupra*, *num.* 11.

Secundò

4 Secundò obstat tex. in *l. lex. ff. de probat.* ubi is qui negat emancipationem rite factam, id probare debet. In quo dubio, omissa non nonnullorum sententia, asserentium text. illum non loqui in negatione facti, sed in juris negotiatione; quæ probabilis est; veriorem esse existimo, quam refert Don. *ubi sup. n.* 12. dum asserit negationem illam similiter affirmationem esse: nam qui dicit Nego emancipationem ritè factam, hoc dicit: *Aio emancipationem esse vitiosam*, & ideò eam probare debet; non quia verbis negat, sed quia re, & sensu affirmat; juxta textum ita intelligendum in *leg. usufructu, ff. si usufructus petatur*, & exceptione utitur, quam probare debet, *l. in exceptionibus ff. hoc tit.* Don. *ubi sup. n.* 12. & 13. Osu. *lib.* 25. *c.* 2. *lit. E.*

5 Tertiò obstat tex. *in l. cum pater* 77. §. *rogo* 25 *ff. de l.* 2. *l. servus* 20 *ff. de manumissis testamento*, *leg. omnimodo*, *C. de inofficioso testamento*, ubi si legatum sit relictum eis, quos hæres judicaverit legatum promeruisse, si hæres negaverit eos meruisse, id hæres probare debet. Quod dubium parum obest ex eo, quod similiter hæres, qui negat servos promeruisse, idem est, ac si affirmet servos esse indignos, & meritò probare debet, primò quia affirmat, secundò, quia exceptione utitur.

6 Quartò obstat tex. *in l. optimam* 14. *C. de contrahenda stipulatione* §. *item verborum* 13. *Inst. de inutilibus stipulationibus*; *c. 1. de cõfess. lib.* 6. *c. tertio loco*, *hoc tit. cap. fin.* §. *fine*, *de jurejurando*, *cap. inter dilectos* 11. §. *præterea*, *de excessibus prælatorum l. inde Neratius cum seqq. ff. ad legem Aquiliam*, *c. series* 26. *c. tam literis* 33. *de testibus*, ubi negativa probatio contra instrumentum publicum, vel per aliud publicum instrumentum, vel per idoneos testes probari potest. Quæ difficultas excluditur ex eo, quod jura in argumento adducta, non procedunt in simplici, & indeterminata probatione negativa, quæ improbabilis per rerum naturam est, de qua in *nostro textu*; sed procedunt in negativa determinata & coarctata, quæ probabilis est veluti quoties factum certo loco & tempore circumscriptum, & coarctatum est: nam tunc is, qui factum negat, aliis testibus, vel instrumentis coarctatam illam negationem probare poterit: nam qui negat, potest probare quod negat, si prius aliquid affirmet, & probet; quæ probatio, non negantis, sed affirmantis dicitur: exempli causa si me convenias Kalendis Ianuariis Salmanticæ tecum contraxisse, possum probare me Kalendis tecum non contraxisse si prius affirmem, & probem me eo die fuisse Romæ. Neque obstabit dicere, quod ex illa affirmationis probatione sequitur negationis probatio: quia id fit per consequentiam: nam principaliter affirmatio tantum probatur, Donel. *in d. l. actor* 23. *n.* 9. Osu. *lib.* 25. *c.* 2. *lit. A.* Pich. *in d. l.* §. 13. *Instit. de inutilibus stipul.*

7 Quintò prædictis obstat textus *in c. ad nostram* 12. *hoc titul.* ubi generaliter statuitur, quod si fuerit probatum, reum deliquisse, ejus probatio, quod non deliquit, non est admittenda. Cui dubio respondetur, quod *text.* ille, non improbat legem Daciæ Negativæ coarctatæ probationem admittentem, sed tantum *ibi* improbatur consuetudo, per quam Sacerdotes abutentes illa lege, etiam Negativam probare intendebant per purgationem Canonicam, quæ probatio tanquam injusta improbatur, cum delicta manerent impunita & sic Summæ *illius textus* addenda sunt verba illa, *Per purgationem Canonicam*, ut rectè perpendunt Dec. & Felin. *ibi.*

8 Neque obstabit dicere purgationem Canonicam in jure esse admissam, *c. 1. & per totum tit. de purgatione canonica*, *c. 1.* & fere *per totam* 2. *q.* 5. quia *in d. c. ad nostram*, non improbatur purgatio Canonica; quæ legitimis requisitis præcedentibus à sacris Canonibus est recepta, veluti cùm fama alicujus ob semiplenam probationem est gravata; sed tantum improbatur consuetudo admittens purgationem Canonicam post plenam & legitimam probationem delicti, cùm tunc esset probatio contra meram negationem, quæ per rerum naturam improbabilis est: Abbas *in d. c. ad nostram*, *n.* 4. Felin. *n.* 5. Dec. *n.* 16. Cuiac. *in posthum. ad eũdem textum*, August. Barb. *in collect. ad eũdem textum* vers. *In hujusmodi probatione negativa*, Men. *de arbitr. casu* 274. Neque prædictis obstat text. in *c. proposuisti* 4. *hoc tit.* ubi negativa mulieris probatio, tanquam firmior admittitur: quia de ejus interpretatione latè *suprà* ibidem diximus. Ex quibus venit interpretandus textus in *l. fallaciter in fine*, *C. de abolitionibus* in illis verbis: *Iudex non minus accusatorem ad probanda*, *quæ dicit*, *quàm reum ad purganda quæ negat*, *urgere debet*, siquidem aliud est urgere reum ad purgandum quod negat, vel urgeri ad probandum, quod negat: nam *probare* est ostendere, quod dicitur, quod in mera negatione fieri non potest; *purgare* verò est se excusare, & rationem innocentiæ reddere, quæ purgationis indagatio admittitur, Don. *in dict. l. actor* 14. *Cod. de probationibus*, *num.* 14. Osuald. *ubi supra*, *lit. H.* Pro interpretatione verò ad textum in *l. ubi* 22. *Cod. ad legem Corneliam de falsis*, videndus est idem Donel. *ubi supra numer.* 13. Osu. *dict. litera H.* & hæc de prima *nostri textus* parte.

9 Sextò adversus secundam nostri textus partem, in vers. *Statuimus*, quod verbum ius novum inducit, juxta text. *in cap. statuimus*, *de officio delegati*, obstabit dicere, ante nostri textus decisionem ex Iurisconsultorum responsis, & Cæsarum rescriptiis, universa acta inscribenda esse, ut constat ex textu *in l.* 2. *C. de edendo*, *l. à Proconsulibus* 19. *l. Præcipimus*, §. *quæst*, *C. de appellationibus*, *leg.* 2. *C. ut lite pendente*, *l. gesta* 6. *C. de re judicata*, *l. acta* 45. & 46. *ff. eodem*, *cap. ànobis* 28. *de testibus*, *l. ult. versic. Sin autem*, *C. eodem*, Ergo nil novi *in præsenti* est statutum. Cui dubio responderi posse arbitror, quod licèt jure antiquo in scriptis nonnulla acta redigerentur; tamen in præsenti plura noviter sunt statuta, & ideò nova hæc Concilii decisio fuit necessaria *Primò*, quia jus illud antiquum, jam fuerat neglectum. *Secundò*, quia in præsenti judicibus aliter agentibus pœna infligitur, quæ olim non erat. *Tertiò*, quia generaliter omnia acta judicialia *in præsenti* in scriptis debent reduci, quod olim non observabatur. *Quartò*, ut coram publica persona inscriptio fiat. *Quintò*, ut præsente Iudice, & in loco publico acta scribantur: quæ omnia olim non observabantur; quibus de causis necessaria fuit nova *nostri textus* decisio: Decius *in præsenti num.* 8. Parisius *n.* 26. Beroius *num.* 35.

10 Septimò obstat textus *in authent. de hæredibus & falcidia*, §. *tum nobis*, *vers. Si verò absum*, *collat.* 6. ubi constat instrumentis à Tabellione factis sine testium subscriptione, fidem non esse adhibendam: ergo nec in præsenti Tabellioni subscribenti acta judicialia credendum est; cùm testium subscriptio deficiat. Cui difficultati occurritur dicendo, textum in *dict.* §. *tum nobis*, procedere in actibus, & instrumentis extrajudicialibus, in quibus testium subscriptio desideratur, ut sic patefiat instrumentum; at verò textus noster loquitur in judicialibus instrumentis, in quibus sola Tabellionis scriptura, cum ejus subscriptione sufficit, ut ei fides adhibeatur; *l. in donationibus* 31. *C. de donationibus*, siquidem in præsentia Iudicis notoria efficiuntur, argumento textus *in c. finali de cohabitione Clericorum*, & *mulierum*, *c. cum olim* 24. *de verbor. significat.* Glossa *in præfeti*, verbo, *Duos*, Decius *num.* 18.

11 Octavò obstat textus *in cap. final. hoc tit. cap. sicut*, *de sententia & re judicata*, *cap. in præsentia*, 6. *de renuntiatione*, ubi adeò pro Iudice semper præsumitur, ut magis de eo quàm de Tabellione jus constidat: ergo nec testes, nec Tabellionis inscriptio desideratur. Cui dubio satisfieri debet ex eo, quod jura in argumento adducta procedunt in his, quæ ad officium Iudicis spectant tex. verò noster procedit in actis judicialibus ad Iudicem non pertinentibus, in quibus ei non creditur, cum injuria ei non fiat, siquidem ad ejus officium non spectant, cùm sola illorum fides ad Tabellionem pertineat. Neque obstat textus in *d. c. fin. hoc tit.* ubi Iudici credendum est, quoad acta judicialia, & originalia apud eum reperta. Quia respondetur, quod etsi regulariter acta judicialia apud Tabellionem remanere debeant; tamen si de facto

facto cùm jam ſemel à Tabelliore fuerint ſcripta, aliquando penes Judicem remanſerint, non eo fidem amittunt; & ita de facto procedit textus *in dict. cap. finali, hoc tit.* argument. textus *in leg. quædam, §. nihil intereſt, ff. de edendo, leg. qui tabulas 27. ff. de furtis*, Abbas, Felinus, & Decius, *in dict. cap. fin.* ubi Barboſa *in collectaneis, nu.* 3.

12 Nonò obſtat textus *in authen. de Tabellionibus, collatione 4.* ubi Tabellionum creatio ſolum ad Principem ſpectat; ergo Judex ordinarius in præſenti, non potuit illos duos viros creare, ut apud eos acta judicialia celebrentur. Quæ difficultas diſſolvitur ex eo, quod duo viri qui in præſenti in defectum Tabellionis ſubrogantur non efficiuntur veri Tabelliones, ſed cenſentur ſubrogati, tanquam ſimplices ſcribæ, qui fidelitatis curam præſtare debebant, & poſſunt ab ordinario Judice in defectum Tabellionis ſubrogari, juxta noſtri textus ſententiam; quod ſecus eſſet ſi in proprietatem nominarentur, quia id ad ſolum Principem ſpectat, *dict. authen. de Tabellionibus, collat. 4.* notat Gloſſa *in præſenti*, verbo, *Duos viros*, Decius *ibidem, num. 35. & 37.*

Ad textum in *cap. Cauſam, 14. hoc titulo.*

DE materia hujus text. plura dicemus in *c. 1. de exceptionibus.*

Ad textum in *capit. Bonæ finali, hoc titulo.*

PLura circa hujus textus ſententiam dicta manent in *c. quoniam contra, hoc tit.* ubi videre poteris.

TITULUS XX. DE Teſtibus, & atteſtationibus.

Ad textum in capit. Placuit 1. cap. Quoties 5. capit. Sicut 9. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Teſtes non debent pretio conduci.*
2 *Teſtes pro falſo vel vero teſtimonio ferendo, quidquid accipiunt, turpiter accipiunt.*
Judicium hominis quatuor modis corrumpitur timore, gratia, pretio & odio.
3 *Expenditur tex.* in c. licet cauſam 9. de prob.
4 *Teſtis, pro impenſis factis pro ferendo teſtimonio, poteſt pecuniam recipere.*
Officium nemini debet eſſe damnoſum.
5 *Judicibus, an ſit permiſſum, eſculenta, & potulenta recipere. Intellige ut ibi.*
Expenditur textus in cap. ſtatuimus, §. Inſuper, verſic. Niſi fortè, de reſcript. lib. 6. leg. 7. tit. 17. lib. 4. Ordinam.
6 *Interpretatur textus* in l. ab eo 3. §. 1. ff. de arbitr. l. 9. §. ſunt & alii, ff. eod.
7 *Legatarius idoneus teſtis in teſtamento reputatur.*
Expenditur text. in §. legatariis, Inſtit. de teſtam.
8 *Expenditur late calamo textus* in capit. ſicut 9. de teſtib.
9 *Teſtes Catholici eſſe debent; nam Judæi, niſi ob Fidei favorem ad teſtimonium non admittuntur.*
10 *Interpretatur textus* in l. quoniam, in fin. Cod. de hæreticis.
Expenditur textus in cap. de teſtib. verſ. Niſi.

CONCLUSIO.

TESTES *non debent pretio conduci.* Conſonat 1
text. in *c. licet cauſam, de probationibus, c. non janè* 14. *q.* 5. *c. placuit, c. ſi teſtes*, §. *item teſtium*, 2. *q.* 3. *c. Epiſcopus*, 25. *q.* 6. *c. cum ab homine* 10. *de vita, & honeſt. Clericorum. l. teſtium* 14. *verſ. Red. mptos teſtes, C. hoc tit. l. Divus. ff. de re judicata, leg. prima, in princ. ff. ad legem Corneliam de falſis, l. 8. & fin. tit.* 6. *p.* 3. illuſtrant Menoc. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 310. Mateard. *de probationibus, concl* 454. *n.* 1. *& concl.* 579. *n.* 5. *&* 1358. *n.* 1. *&* 9. Farin. *in praxi criminali, part.* 2. *q.* 67. *n.* 236. Rebuf. *de reprobatione teſtium, n.* 230. Barb. *in tract. de officio, & poteſtate Epiſc. part.* 1. *tit.* 2. *gloſ.* 11. *n.* 5. Don. *l.b.* 25. *c.* 2. *& c.* 20. Oſu. *ibi, lit. A.*

Ratio eſt, quia teſtes, & Judices, æquiparantur; cùm- 2
que Judices gratis officium ſuum impertire debeant, *d. c. cum ab omni* 10. *de vita, & honeſt. Clericorum.* Ita ſimiliter, & teſtes; aliàs quidquid acceperint pro falſo, vel vero teſtimonio ferendo, benè, vel malè judicando, turpiter accipiunt, *d. c. cum ſanè*, 14. *q.* 5. *c. non licet*, 11. *q.* 3. *d. c.* 10. *de vita, & honeſtate Clericorum, leg.* 2. *& 3. ff. de condictione ob turpem cauſam.* Tum etiam, quia cũ præcipuum judicii fundamentum ſit teſtium depoſitio, & judicium hominis quatuor modis pervertatur, videlicet timore, pretio, gratia, & odio, *c. quatuor*, 11. *q.* 3. meritò teſtis, qui pretio corruptus eſt, cum ejus judicium pervertatur, à ferendo teſtimonio tanquam ſuſpectus repellitur, cùm teſtis omni macula, & ſuſpicione carere debeat, *c.* 1. *de conſanguinitate, & affinitate, cap. teſtimonium*, cum aliis *hoc titulo cap.* 1. *de exceptionibus*, ubi & latius agemus de illo noſtri textus verſicul. *Et ut quicunque ideonei, &c.*

Primò obſtat textus difficilis *in cap. licet cauſam de* 3
probationibus, ubi teſtibus ab Eccleſiæ Ravennatenſi productis ad probandam juriſdictionem, & dominium in Caſtro Arioli, fuit à Syndico Faventinorum objectum, quod corrupti teſtimonium exhibuerunt, & licet hæc exceptio probata fuiſſet, plenam fidem pro Eccleſia exhibent, nec ob corruptionem illam à teſtimonio repelluntur. Augetúrque difficultas ex eo, quod exceptio illa, non ſolum ante, ſed etiam poſt ſententiam admittitur, & præjudicium fert, *d. c. ſicut, d. c. licet, hoc tit. dict. l. Divus de re judicata.* Qua in difficultate, omiſſa *Felini* interpretatione in *d. c. licet cauſam, notab. li* 10. & Gloſſæ *ibidem*, verbo, *Adſtrinxit*; veriſſimè dicendum eſt, ideò eorum teſtimonium admitti, nec ſententiam retractari, quia quamvis ſindicus Faventinorum plures teſtes produxiſſet, ad probandam exceptionem ſubornationis, tamen eorum dictis nulla, vel modica fides erat adhibenda, cum nonnulli damnatæ opinionis eſſent, alii verò ſibi invicem contrariabantur; & cum Syndicus Faventinorum in probatione corruptionis defeciſſet, uti ex litera *text.* conſtat, ideò admittuntur; nam aliàs ſi probata eſſet, repellerentur; notat Abbas *in d. c. licet num.* 6.

Secundò obſtat text. *in c. ſtatutum* 11. §. *pro ferendo*, *de* 4
reſcriptis, lib 6. *c. ſi teſtes, venturis.* 4. *q.* 3. *l. quoniam liberi, C. hoc tit. l.* 26. *in fine, tit.* 16. *par.* 3. in quibus juribus conſtat, poſſe teſtes pro ferendo teſtimonio pretium recipere. Cui difficultati dicendum eſt, jura illa procedere in impenſis, & ſumptibus factis à teſtibus ipſis, cauſa ferendi teſtimonium; quod mutuo compenſari, ratio ipſa poſtulat; ne ex officio ſuo damnum ſuſtineant, *l. ſed etſi quis. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur. l. idemque* 10. §. *idem Labeo, ff. mandati. leg. ſi ſervus* 61. §. *quod verò, ff. de furtis*, cùm multum interſit, an teſtis lucrum captet, vel damnum evitet. *l. ſi. C. de codicillis*, Hoſtienſis *in præſenti, n.* 2. Joan. Andreas *n.* 1. Bald. *n.* 2. Far. *ubi ſup.* §. 7. *n.* 270. *Don. in l. quoniam* 12. *C hoc tit.*

5 Tertiò obstat tex. *in d. c. statutum*, §. *insuper. verf. Nisi forte, de rescriptis, libr.* 6. ubi Judicibus est permissum munera recipere, hoc est, esculentum, & potulentum, *l.* 40. *tit.* 14. *lib.* 2. *Ordin.* quod expressè prohibet text. *in c. non licet*, 11. *quæst.* 3. *c. nulli*, 1. *q.* 1. *l.* 7. *tit.* 17. *lib.* 4. *Ordin.* ibi : *Ni viandas, ni otros bienes, ni cosas algunas*, *&c.* ergo si in *d.* §. *insuper*, Judicibus id permittitur, multò melius testibus permitti debuit ; cùm in jure valeat argumentum de Judice ad testem, ex *juribus suprà adductis*. Sed dicendum est tex. *in dict.* §. *insuper*, procedere in Judice delegato, quo in casu pro labore potèrit post finitum negotium munus illud recipere, juxta text. *in d. l.* 40. *tit.* 14. *lib.* 2. *Ordin.* constatque ex illis verbis text. ibi: *Despues, que los debates fueron acabados*, notat Didacus Perez *in d. l.* 40.

6 Neque obstat text. *in l. Labeo* 3. §. 1. *in fin. ff. de arbitriis*, ubi Judex arbiter sordibus corruptus, compellitur sententiam dicere. Omnino contrarium docet text. *in l.* 9. §. *sunt & alii ejusdem tituli*. Nam multum differt, an Judex arbiter, vel testis sit corruptus, ut sic judicet, vel testimonium ferat; an verò corruptus sit ut tantum testificet, vel pronunciet: nam primo casu loquitur text. *in d. l.* 9. §. *sunt & alii*, in secundo verò, text. *in d. l. Labeo*, §. 1. siquidem *ibi* forma testificandi, vel judicandi, non est præscripta, Anton. Fab. *in Rationali ad eundem textum*.

7 Quartò obstat text. *in* §. *legatariis, Instit. de testam.* ubi legatarii, qui lucrum ex hæreditate capiunt, nihilominus idonei testes reputantur. Cui dubio est verissimè dicendum, quod quamvis legatarius testis idoneus non sit in causa particulari, hoc in est legato ipso : attamen legitimus dicitur in universali, hoc est in ipso testamento, præcipuè cum omnis suspicio cesset ex præsentia Tabularii, & cæterorum testium, quia ad solemnitatem testamenti desiderantur, latè Pichard. Mynsingerus, & alii.

8 Quintò obstat text. difficilis *in c. sicut*, 9. *hoc tit.* ubi sententia lata in causa matrimoniali, non retractatur, etiamsi testibus corruptis sit prolata: si tamen res integra non est, hoc est si alter conjugum secundas nuptias contraxerit Cui dubio interpretationem Doctores reddunt, asserendo id procedere ex eo, quia cùm solutum sit primum matrimonium per Judicis sententiam, si aliud sit contractum tenet, quemadmodum solutum ex causa judicati repeti non potest, quamvis aliàs sit indebitum, *l.* 1. *ff. de condictione indebiti*, & ita primam partem *illius capitis* accipiendam esse opinatur Cujacius *in posthumis, ibi*: & Hostiensis. Sed illius textus decisio ex nostri textus sententia indissolubilis redditur : siquidem sententia falsis testibus pretio corruptis lata, non tenet: *l. divus* 37. *de re judicata*, præcipuè in causa matrimoniali, in qua ejus sententia non transit in rem judicatam, *c. lator, c. consanguinei* 11. *de sententia, & re judicata*, tum etiam quia sequeretur exinde posse aliquem uno, eodemque tempore plures uxores habere, contra *c. gaudemus*, cum vulgatis, *de divortiis*. Quare verius dicendum est, perpetuò posse agere ad revocationem sententiæ, si ex falsis testibus corruptis sit prolata, sive res sit integra, sive non, ex *dict. l. divus, de re judicata*, & ex rationibus *suprà* adductis.

Nec contrarium docet text. *in d. c. licet* 9. *hoc tit.* Quia tam in prima, quàm in secunda parte asserit, secundum matrimonium adulterinum fuisse, cum primum constaret. Et clarioris doctrinæ gratia, ejus hypothesis sic se habet. Si duo legitimè conjuncti, ex causa consanguinitatis separentur; si testes post divortium affirment se pretio corruptos falsum dixisse, tunc duo casus sunt distinguendi. Primus, quoties conjuges ad alia vota transierunt, in quo duplici pœna sunt puniendi testes, non solum propter falsitatem, & corruptionem, ut in *l. eos* 27. *in principio ff. ad l. Corneliam de falsis*, verum etiam puniri debent propter adulterium, quod ob eorum causam fuit commissum ex secundis nuptiis constante primo matrimonio consummatis. Neque ex eo potest deduci, sententiam illam ex falsis testibus valere, imò potius constat revocari posse, cum secundum matrimonium non teneat, & adulterinum sit, & falsi testes de omni damno teneantur, notat Glossa *ibi*, verbo : *Derat* : Secundus casus est, quoties conjuges in eodem statu perseverant. Nam quamvis in eodem secundo casu sententia ita lata retractari debeat, tamen Pontifex asserit ad comprobandam testium corruptionem, ut conjuges restituantur, non sufficere, quod ipsimet testes, qui in causa divortii deposuerunt, affirment corruptos deposuisse, sed an idonei testes ad probandam corruptionem desiderentur. Ratio est, quia testes illi semel pretio corrupti, iterum in nulla alia re idonei reputantur, juxta textum in *cap. testimonium, hoc tit.* Neque obstat id, quod *supra* retulimus, videlicet solutum ex causa judicati non repeti, quia id provenit ex præsumptione, quæ ex vi sententiæ oritur, cum pro veritate habeatur; quæ præsumptio cessat in causa matrimoniali, ex *dict. cap. lator, de re judicata*, cum legitimè conjuncti ex divino præcepto, ab homine nequeant separari. Videre oportet ea, quæ inferius dicemus in *cap. accepimus* 4. *de fide instrumentorum*.

9 Sextò adversus nostrum textum verbo, *Fideles*, ubi notant omnes, quod testes Catholici esse debent, & Christianæ Religionis sectatores; non verò Infideles, vel Judæi, cum id consentaneum rationi sit, ut qui Christi testimonio, & Ecclesiæ non credunt, digni fide non existimentur; & quia divina dogmata contemnunt, humani testimonii pondus perdidisse noscant, uti constat ex *cap. ipsa pietas, in principio*, 23. *quæst.* 4. *c. non potest, c. pagani* 2. *quæst.* 7. Obstare videtur textus *in c. contra Christianos* 13. *cap. in fidei favorem, de hæreticis, lib.* 6. In quibus juribus constat testimonium Judæorum contra Christianos, legitimum reputari. Huic difficultati dicendum est, id specialiter in *dictis juribus* admissum esse, propter fidei favorem; ideóque ad consequentias trahi non debere, Glossa magna, & Dominicus *in d. cap. in fidei favorem, in principio*.

10 Septimò solutioni obstat textus *in l. quoniam*, *in fin. Cod. de hæreticis*. Vbi absque fidei favore, hæreticorum testimonium in contractibus, & testamentis legitimum reputatur. Pro cujus difficultatis solutione, omissa Glossæ interpretatione, *ibi*, quam sequitur Felinus *in cap. Judæi* 21. *hoc tit. num.* 3. Mascardus *de probationibus, concluf.* 644. *num.* 11. dum asserunt Judæorum testimonium in contractibus, & testamentis in judicio admitti, quoniam nihil deponunt, sed rei dumtaxat gerendæ interfunt; & Reipublicæ interest, ut probationum copia non extinguatur, sed ut commercia liberè exerceantur. Verissimè tamen dicendum esse existimo ex nostri textus decisione, quod Infidelibus in judiciis nullo modo sit danda fides, si deponunt de his rebus, de quibus in judicio sit danda fides, sive in testamento, sive in contractibus. Nec contrarium docet text. *in d. l. quoniam*, *in fin.* quia tantum asserit, quod testimonia eorum, hoc est, instrumenta inter eos celebrata, sive in contractibus, sive in testamenti admittantur propter utilitatem necessarii usus. Et ne probationum facultas extinguatur, ideóque in quacunque re in judiciis ad testimonium non admittuntur, notat Bart. *in dict. l. quoniam*, *Cod. de hæreticis*, Glossa *in præsenti*, verbo, *Fideles*. Et quamvis ab aliquibus hæc sententia sit recepta, tamen veriorem esse existimo, quam refert Cujac. *in posthumis ad hunc text.* dum asserit aliquam fuisse Concilii mentem, videlicet in verbo illo, *Fideles*, idem esse ac si dixisset, quasi omni fide præstantes viros, authoritate, & omni exceptione majores excluso, uti in eodem Concilio patet in *dict. cap. placuit*, 2. *quæst.* 5. ex quo textus noster deductus fuit.

11 Octavò contra nostrum textum in vers. *Nisi jejunus*, ubi notant omnes necessum esse, ut testes jejuni deponant, hoc est, ut mane ante meridiem, scilicet absque esu & potu, propter memoriæ, & sensus periculum, testimonium proferant. Obstabit dicere, quod tempus non privat sensu, nec impedit contractus, nec juramentum, nec actus judiciales, dummodo fiant ante noctem, *cap. consuluit*, *de officio delegati*, *ad finem*, *l. non timorem*, *Cod. de transactionibus*. Qua in difficultate dicendum placet, quod verba nostri textus ibi : *Nisi*

Niſi jejunus, non proponuntur ex ipſamet juris neceſſitate, ſed conſilii tantum cauſa; cùm honeſtum ſit; ut teſtes jejuni teſtimonium exhibeant; id eſt nullo antè cibo potùque ſumpto, *cap. honeſtum*, 22. *q.* 5. Geneſis *c.* 6. *cap. ſacramenta, de conſecratione, diſtinction.* 1. *cap. ut jejunus, de conſecratione, diſtinction.* 5. ſiquidem ſatur ita non diſcernit, quid debeat, ſicut jejunus: Gloſſa, verbo, *Epulata, in authen. de nuptiis*, §. *jucundum*. Tum etiam, quia jejuni majorem memoriam retinent, qua de cauſa *in præſenti*, & in *cap. placuit*, 2. *quæſt.* 5. jejuni teſtes deſiderantur propter honeſtatem; ſed non ideò minùs illis credendum eſt, ſi poſt potum, & cibum teſtimonium proferant, Baldus, & Felinus poſt Gloſſam verbo, *Jejunus*, in præſenti: Farinacius *de teſtibus*, *quæſtione* 57. *num.* 434. Maſcardus *de probationibus*, *concluſ.* 579. *num.* 1.

Ad textum in cap. In nomine Domini 2. cap. Significavit 41. hoc tit. de teſtibus.

SUMMARIUM.

1 *Teſtium receptio contra non citatum facta, eſt nulla.*
2 *Aſſignatur ratio.*
3 *Teſtes ſeparatim ſecretè, nulla parte præſente, teſtificari debent.*
4 *Adulterium committi non ſolet, ſine mediatoribus, qui ad conciliandos animos adhibentur.*
Interpretatur textus in l. ſi poſtulaverit, §. quæſtioni, ff. ad l. Jul. de adult.
5 *Illuſtrantur text.* in cap. quoniam frequenter, ut lite non conteſtata.
6 *Interpretatur textus* in leg. 2. Codic. de naufragiis, libr. 11.
7 *Expenditur tex.* in Clem. diſpendioſam, de jud. Clem. ſæpe, de verb. ſignif.
8 *Filii nati ex ſecundo matrimonio, legitimè celebrato in Eccleſia, etiamſi primum extet, legitimi reputantur.*
Interpretatur text. in c. perlatum 8. qui filii ſint legitimi, *cum aliis multis.*
9 *Sententia legis civilis in Pontificia lege relata, vim capit ab ipſo Pontificio, non à Cæſareo jure.*
Interpretatur text. in c. 2. de teſtib. *verſ.* Lege noſcendum eſt.
10 *Expenditur text.* in l. 2. §. quod de frumentaria, ff. ad municipal.

CONCLUSIO.

1 *Teſtium receptio contra non citatum facta, eſt nulla.* Conſonat text. *in c. in primis*, 2. *quæſt.* 1. *cap. tua. c. quoniam, ut lite non conteſtata: l. ſi quando* 15. *& auth. ſed etſi quis. Cod. hoc tit. l. judices* 19. *C. de fide inſtrumentorum, authen. de teſtibus* §. *ultimo, l. in ſervorum.* §. *ultimo, in fine, ff. de pœnis*, tractant Farin. *in praxi criminali, part.* 2. *tractatu de oppoſitione contra perſonas teſtium, quæſt.* 72. *numer.* 13. Maranta *de ordine judiciorum, part.* 6. *cap. de citatione, à n.* 26. Maſcar. *de probationibus, concl.* 431. *&* 632. Don. *in l. ſi quando, C. de teſtibus, à num.* 18. *& ſeqq.* Idem *lib.* 23. *commentarior. cap.* 2. Oſu. *littera A.* ubi plura de citatione, refert Pich. *in* §. *fin. Inſtit. de pœna temerè litigantium.*

2 Ratio eſt, quia in uno quoque articulo, in quo de intereſſe alicujus agitur, is, cujus intereſt, ſemper citari debet, *dict. cap. in primis*, 2. *quæſt.* 1. *cap. certe, cap. omnia*, 3. *quæſt.* 9. *cap.* 1. *de cauſa poſſeſſionis, & Clement. paſtoralis*, §. *caterum, de re judicata*; aliàs judicium nullius momenti erit, Oſu. *ubi ſup.* Vnde cum teſtes in præjudicium, vel lucrum unius, ſeu alterius partis teſtificent, neceſſe eſt, ut ad eorum receptionem partes citentur, ne aliàs priventur facultate objiciendi contra eos juſtas exceptiones, quæ depoſitionis tempore opponi poterant, *c. ex parte* 7 *hoc tit.* tum etiam, quia ſi non citato adverſario, teſtes producerentur, in favorem producentis cenſerentur producti, & in odium alterius; quod non debet admitti, cùm teſtes debeant utrique parti eſſe communes, *c. non ſanè*, 14. *q.* 5. *d. authent de teſtibus*, §. *ultimo*. Quæ ratio, cùm etiam in civilibus cauſis procedat, multò fortius militabit in noſtri textus ſpecie, ubi de criminali, & de Epiſcopi depoſitione agitur, juxta text. *in d. cap. in primis*, 2. *q.* 1. *dict. l. in ſervorum*, §. *ultim. in fin. ff. de pœnis*, notant *in præſenti* Panormit. *num.* 8. Felin. *num.* 9. Farin. plures referens, *ubi ſupra*, *d. tit. quæſt.* 72. *cap.* 2. *num.* 81.

Primò obſtabit dicere, teſtes ſeparatim, nullâque parte præſente, ſecretè teſtificari debere, *c. venerabilis* 52. *hoc tit. l. nullum* 12. *C. hoc tit.* conſtatque etiam ex illo *Danielis* teſtimonio, *c.* 13. *verſ.* 51. Ergo teſtes parte præſente non debent teſtificari, cùm tunc ſecretè non teſtificantur; tum etiam, quia ſi parte præſente poſt didicita teſtificata jurarent, pars iterum alios contrarios teſtes produceret, *d. auth. de teſtib.* §. *illud*, ergo rationi cõſentaneum videtur, ut teſtes ſecretè, & non præſente parte teſtimonium proferant. Verum hac in difficultate, omiſſa interpretatione *Bernardi* in præſenti, verb. *Audire*, veriſſimè eſt dicendum, partem præſentem eſſe debere in productione teſtium, & in juramenti exhibitione propter rationem *ſuprà* adductam; non tamen in ipſa Juramenti relatione, vel probatione, ex rationibus in argumento adductis; itaque in primo ſenſu eſt interpretandus noſter tex. in verſ. *Audire teſtes*, notãt *in præſenti* Panormit. Bald. & Speculator. Nec ſolutioni obſtat text. *in d. auth. de teſtibus*, §. *fin.* ex quo deſumpta eſt *auth. & ſi quis, C. hoc tit.* ex quo conſtat, partem præſentem eſſe debere, & perſonaliter aſſiſtere, *l. ſi ideo*, §. *ult. ff. de evictionibus*, & teſtium dicta audire, *c. fraternitatis*, cum aliis, *hoc tit.* nam dicendum eſt, quod verba illa: *Audire teſtes jurantes*, & *audire atteſtationes*, in prædictis juribus, in eodem ſenſu accipi debent, quod eſt poſt teſtium publicationes, non vero in tempore teſtificationis, in quo ineſt ſubſtantia cauſæ, notat Accurſi. *in d.* §. *ult.*

Secundò obſtat textus *in l. ſi poſtulaverit*, §. *quæſtioni. ff. ad legem Juliam de adulteriis*, ubi in quæſtione ſervorum in adulterii cauſa, partes præſentes eſſe debent, hoc eſt reus, rea vè, & patroni eorum, ſeu defenſores, qui Oratores dicebantur, & cauſam defendendam ſuſcipiebant, Roſinus *lib.* 9. *antiquitatum Rom. cap.* 14. *verſic. penult.* ergo partes, & accuſatores in ipſa teſtium depoſitione intereſſe debent. Sed in hac controverſia, omiſſa ſententia Baldi *ibi*, dicendum eſt, quod id ſpeciali ratione in quæſtione ſervorum conſtitutum eſt, ut partes ſint præſentes, ex *illa l. Julia, de adult.* quod ideò fuit conſtitutum, quia hujuſmodi crimen non ſolet committi ſine mediatoribus, qui ad conciliandos animos adhibentur, & propter criminis atrocitatem à juris regulis receditur, quorum dicta abſque aliis adminiculis fidem non faciunt. cum magis tendant ad criminis inquiſitionem, quàm ad ejus probationem, idcóque œconomi, & defenſores præſentes eſſe debent *in d. l. ſi poſtulaverit* 27. § *quæſtion.* 3 4

Tertiò obſtat text. *in c. quoniam frequenter, ut lite non conteſtata*, ubi conſtat ad legitimam teſtium receptionem ſufficere, quod poſt exhibita teſtimonia adverſarius admoneatur; ergo non deſideratur, ut tempore productionis, ſeu juramenti, pars ſit præſens. Huic autem difficultati ex eo ſatisfieri poteſt; quia licet regulariter, lite nondum conteſtata, teſtes non poſſint recipi ex *d. c. quoniam frequenter*, nec etiam parte abſente ex noſtri text. deciſione, tamen ſi teſtes ſenes, vel valetudinarii ſint, vel de eorum timeatur abſentia, ita ut probationis inopia cauſa perire poſſit, tunc teſtes, abſque litis conteſtatione, & partium citatione, admitti poſſunt, cùm expediat ne probationum facultas coangueſtetur, *l. curent* 22. *ff. de* 5

teſt.bus, l. C. de quæſtionibus, cap.fin.de teſtibus cogendis, ubi latius dicemus.

6 Quartò obſtat textus in *lib. 2.Cod. de naufragiis libro undecimo*, ubi una tantum parte præſente in judicio teſtes recipiuntur. Cujus textus difficultati dicendum eſt, illius deciſionem ſingulari niti ratione : procedit enim in cauſis nauticorum, in quibus ſpeciali ratione id conceſſum eſt; aiunt namque *ibi* Imp. navicularios, dum publicas ſpecies vehunt, naufragii caſum non præſtare, ſi modò illum coram Præſide Provinciæ intra annum conteſtentur, ex conſtitutione primæva : nam poſtea noviori conſtitutione fuit cautum, ut intra biennium poſſent, ut in *l. ultim. ejuſdem tit.* ſunt autem in hujuſmodi cauſis requirenda duorum, aut trium nautarum teſtimonia, vel aliorum, ſi hæc deficiant ; quod expediri poteſt una tantum parte præſente, abſque alterius citatione, cùm in his controverſiis, juris ordo ſervari non debeat; ſiquidem hujuſmodi cauſæ, levato velo, & ſine ullo ſtrepitu, aut figura judicii terminandæ ſunt, *dict. l. penult.* Hieronymus Magius *libro ſecundo, Miſcellanearum, cap.* 13. & Cujac. *in dictis jur.bus.*

7 Quintò ſolutioni obſtat textus in *Clement. diſpendioſam, de judiciis*, *Clement. ſæpe, de verborum ſignificatione*, in quibus juribus conſtat, quod etſi in cauſis ibi traditis juris ordo non ſervetur, & ſine figura, aut ſtrepitu judicii procedatur; requiritur tamen partium citatio, & earum præſentia, ad teſtium receptionem. Cujus ſcrupuli facilis erit ſolutio : nam licèt in cauſis de quibus *in prædictis* Clementis *conſtitutionibus*, requiratur partium citatio, & præſentia, etiamſi omittatur judicii figura; id tamen non idem in naufragiis procedere debet, in quibus propter cauſas ſuprà adductas, partium præſentia non deſideratur : quod ſingulari ratione admiſſum, & receptum fuit; ſiquidem ſi propter naufragium probationes deficerent, comprobari id non poſſet, & injuſtè navicularii opprimerentur, quod non erat ferendum, juxta regulam text. *in d.l.* 1. *Cod. hoc tit.*

8 Sextò obſtat textus *in cap. Perlatum* 8. *qui filii ſint legitimi*, in cujus ſpecie divortii ſententia lata fuit, auditis tantum mulieris allegationibus, viro autem abſente; & tamen prædicta ſententia in illa ſpecie ſufficit, ut proles ab eadem muliere, ex alio viro ſuſcepta, legitima habeatur: ergo unius tantum partis præſentia ſufficit, ut teſtes ritè producantur, & judicii acta ſubſiſtant. Verum huic difficultati ex eo fit ſatis, quoniam ibi ſententia divortii lata fuit propter abſentiam mariti diuturnam; & licet nullius momenti extitiſſe, quia verè mortuus non erat, juxta textum *in cap. in præſentia, de ſponſalibus*, *cap. Dominus, de ſecundis nuptiis*, Gutierrez *libro ſecundo practicarum, quæſtione ſeptima, & octava*, valuit tamen ſententia ad eum finem, & effectum, ut filii ex ſecundis nuptiis primogeniti, legitimi fuiſſent; ſiquidem ſecundum matrimonium contractum fuit intercedente Eccleſiæ comprobatione, quod ſufficit ad prolis legitimationem, *capite ſecundo*, *cap. quod nobis, qui filii ſint legitimi*, ideòque in ſententia divortii ordo fuit ſervatus, ſiquidem maritus abſens erat, & fraudandæ mulieris cauſa contumax reputabatur; quo in caſu ſufficit, ut in domo ipſius citatio fiat, *l. atque aliter*, *verſic. Et ſi fortè, ff. quod vi, aut clam, cap. cauſam quæ, ſup. de dolo, & contumacia.* Ita etiam eſt interpretandus textus *in cap. tuam* 3. *de ordine cogn. cap. cauſam quæ, qui filii ſint legitimi, cap. dudum* 22. *de election. cap. cum olim* 12. *de re judicata, c. quoniam. §. porro, ut lite non conteſtata, Clementina, ſæpe, de verbor. ſignificat.*

9 Septimò adverſus noſtrum text. in verſ. *Lege noſcendum eſt conſtitutionis novellæ, &c.* Ex quibus verbis deno are Pontifex videtur, adeò ex lege Civili neceſſariam eſſe citationem, ut ea deficiente, actus ſit nullus, ex *dict. l. ſi quando hoc tit.* ubi latè *Donel.* Obſtabit dicere, quod *illius Authenticæ*, & *legum* authoritas ſufficiens non videtur, cùm in foro Eccleſiaſtico non admittatur, juxta textum in *cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, de conſtitutionibus, cap. fin. de rebus Eccleſiæ.* Cui dubio dicendum eſt, novam non eſſe, nec inſolens, ut Pontificii juris conditores in cauſarum deciſionibus, reſponſis à jure Civili petitis utantur; nam tunc non ex vi legis, ſed ex vi juris Pontificii authoritatem ſumunt, juxta textum *in capite primo*, & *ſecundo, de novi operis nunciatione*, & ita eſt interpretandus textus *in cap. in cauſis* 15. *cap. cum à nobis* 28. *infra, hoc tit. capite ſecundo, de alienatione judicii, capite primo, de juramento calumniæ, capite primo, cap. paſtoralis, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, cap. ſi diligenti, de foro competenti, c.* 2. *de conceſſione præbendæ, cap. tuam, de pœnis.*

Octavò obſtat textus *in l.* 2. §. *quod de frumentaria*, 10 *ff. de adminiſtratione rerum ad civitatem pertinentium*, in cujus ſpecie ſententia contra abſentem, & non citatum tenet. Cui difficultati reſpondendum eſt, textum illum tantum affirmare, ſententiam contra abſentem prolatam valere; ſed non exinde colligitur, non fuiſſe prius citatum, imò potius citationem omnino interveniſſe præſumitur, juxta textum *in l. de uno quoque, de rejudicata*, & ita eſt etiam interpretandus textus *in cap. cum olim, de re judicata.* Plura de teſtium receptione, atque citatione retulimus *ſupra, in cap.* 1. & *ſequentibus, ut lite non conteſtata*, ubi quæ hìc deficiunt, peti poſſunt.

Ad textum in *cap. Quoniam*, 3. *hoc titulo.*

DE materia hujus capitis agemus in *cap. veniens* 10 *infrà eodem.*

Ad textum in cap. In omni negotio 4. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *In ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum.*
2 *Ratio aſſignatur.*
3 *Correctio fraterna fieri debet hortando, reprehendendo vel rogando.*
Quot teſtes in illo extraordinario judicio correctionis fraternæ deſiderentur, ibi exponitur.
4 *Intelligitur text.* in cap. 4. de teſtib. *verſic.* In omni negotio.
5 *Duorum teſtium numerus potiùs, quàm alius, in jure fuit deſignatus, quia ex illis brevius, & facilius veritas reperiri, & experiri poteſt.*
6 *Interpretatur illa* Matthæi *authoritas, in capite decimo octavo.* In ore duorum, vel trium, &c. *quæ tantum minorem numerum teſtium, quàm duo improbat, majorem verò non reprobat.*
7 *Expenditur textus* in cap. cum eſſes, de teſtament.
8 *Illuſtratur textus* in l. teſtium 14. Cod. de teſtibus.
9 *Epiſcopi olim condemnari non poterant niſi ſeptuaginta & duo teſtes interveniſſent.*
Interpretatur text. in cap. 1. de appellat.

CONCLUSIO.

1 *IN ore duorum, vel trium ſtat omne verbum.* Idem deducitur ex Deuter. *cap.* 17. & 19. Matthæi *capite decimo octavo, verſ.* 16. Joannis, *capite octavo, verſ.* 17. *cap. veniens* 10. *cap. ſuper eo* 22. *cap. licet univerſis* 23. *c. cum*

cum à nobis, hoc tit. cap. ſi teſtes, §. *ubi numerus*, 4. *quæſtione tertia, cap. fin.* 35. *quæſtione ſexta, l. ubi numerus, ff. de teſtibus, l.* 3. *Cod. de naufragiis, libro undecimo*, illuſtrant Covarr. *in cap. cum eſſes de teſtamentis*, Maſcard. *libro ſecundo, de probation. quæſtione quinta, numero* 117. *& concluſ.* 451. Petrus Magdalenus *in tract. de numero teſtium, capite primo, numero primo*, Farinac. *tract. de teſtib. quæſt.* 63. *cap.* 5. Oſual. ad Donel. *lib.* 24. *cap.* 19. *& lib.* 25. *cap.* 15. D. Balboa *in cap.* 2. *de probation. concluſ.* 4. *argumenti, num.* 47. *& ſeqq.* Donel. *in l. juriſjurandi* 9. *Cod. eodem*, Morla *in emporio tit.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 10.

2 Ratio eſt, quia cum in judicio actor affirmet, reus verò neget, & plus non ſit credendum uni, quàm alteri; ideò cùm de illis, aut de illorum jure, certa demonſtratio haberi non poſſit, ex qua judex rectè poſſit judicare, meritò juſta, & probabilis certitudo deſideratur, quæ in multorum teſtimonio conſiſtit, quæ multitudo non plurium, quàm in duorum, vel trium teſtium numero conſiſtit, cùm pluralis locutio duorum numero ſit contenta, *dict. l. ubi numerus, dict. cap. ſi teſtes*, §. *ubi numerus*, notat Simancas *de Catholicis inſtitutionibus, tit.* 64. *num.* 31. Donel. *ad titulum de teſtibus, fol. mihi* 440.

3 Primò obſtabit dicere, quod ſi ratio *ſuprà* adducta vera eſſet, ſequeretur, quòd præter actorem & reum, duo teſtes neceſſariò requirerentur; ſed ſic eſt, quod unus tantum ſufficit, uti conſtat ex prima noſtri textus parte: ergo duos vel tres teſtes adhiberi non eſt neceſſe. Augeturque difficultas ex eo, quod nec Principis perſona in unicum teſtem admitti debet, DD. in *l. nullus, ff. hoc tit. l. omnibus* 10. *Cod. eodem*, & inferius dicemus *in cap. licet univerſis* 23. *hoc tit.* ergo ex ratione *ſuprà* adducta conſtat, in prima noſtri textus parte, probabilem judicii certitudinem unico teſtimonio fieri poſſe. Verùm his difficultatibus dicendum eſt, quod lege Evangelica Matthæi *cap.* 18. præceptum fraternæ correctionis fuit datum, ut fideles ſecretè corrigantur, cujus formula refertur in *cap. ſi peccaverit*, 2. *quæſt.* 1. quæ admonitio fieri debet, vel hortando, vel reprehendendo, vel rogando, ut proximus ad meliorem frugem revertatur: & ſi tranſgreſſor peccati fuerit, & audire noluerit, unus, aut duo adhibendi ſunt teſtes, & ſi id non ſufficiat, Eccleſiæ dicendum eſt, uti latè diſputat Morla *ubi ſupra*, D. Thom. 2. 2. *quæſtione trigeſima tertia, art.* 2. *&* 6. Quare hoc ſuppoſito, diſtinguenda ſunt judicia ordinaria, & extraordinaria correctionis fraternæ lege Evangelica inductæ: nam in ordinariis duo teſtes extranei deſiderantur, in hoc extraordinario ſufficit unum adhiberi, quia in hoc judicio is, qui peccatorem admonuit, accuſatoris, vel actoris vice in judicio non fungitur, nec de crimine teſtificatur, ſed de admonitione tantum, & cum ipſe nullum ſibi commodum expectet, ſed de proximi emendatione ſolicitus ſit, meritò idoneus teſtis exiſtimatur, & cauſa talis probata dicitur, uti animadvertit Cujac. *in poſthumis ad noſtrum textum.*

4 Secundò contra ſolutionem obſtant verba noſtri textus, in verſic. *In omni negotio*, &c. Ex quibus verbis conſtat, non tantum in fraterna correctione, ſed generaliter in omni negotio, & controverſia ſolam principalem perſonam in teſtem admitti, etiamſi actor ſit, dummodo cum eo alius adhibeatur. Augeturque difficultas ex eo, quod verbum, *negotium*, item, & controverſiam ſignificat, *capite ſecundo, de judiciis, c. forus, de verborum ſignific.* Quibus difficultatibus, ut ſatisfacias dicendum eſt, quod verbum illud, *In omni negotio*, ad ſolam quæſtionem denunciationis Evangelicæ debet referri. *Primò*, quia in confirmationem hujus ſententiæ, utitur Pontifex authoritate illa Evangelica *Matthæi, cap.* 18. quæ de correctione fraterna tantum eſt accipienda. *Secundò* conſtat ex textu in *capite ſecundo, de conſanguinitate, & affinitate, in* 4. *collectione*, & ejus integra relata ab Anton. Auguſt. *in practica* 4. *collectione*, & à Cujac. *in poſthumis ad noſtrum textum.*

Tertiò obſtabit dicere, nam ſi teſtes in judicio de- 5
ſiderentur, ut probabilius veritas appareat, non videntur ad eam rem ſufficere duo teſtes; nam duo ſæpe falſum deponunt, uti conſtat ex 3. *Regum cap.* 21. ideoque in teſtamento ſcripto ſeptem teſtes deſiderantur, §. *ſed cum paulatim, Inſtit. de teſtamentis, l. hac conſultiſſima, Cod. qui teſtamenta facere poſſunt*, Oſual. ad Donel. *libro ſexto, capite ſeptimo, litera F.* & in donatione cauſa mortis, & in divortio, Oſual. plures alios referens *ubi ſupra.* Cui difficultati reſponderi debet, quod numerus ille duorum, vel trium teſtium accommodatiſſimus eſt, non quia infallibile ſit, duos teſtes verum eſſe dicturos; imò potius contrarium apparet ex *d. libro tertio Regum, capite vigeſimo primo*, nec etiam, quod ex ampliori non ſit magis ſecura probatio; ſed potius ex eo, quod numerus ille facilis ſit inventu in omni negotio, ex duorum teſtimonio veritas manifeſtari ſolet.

Quartò ſolutioni obſtabit dicere, quod ea divina 6
lege inſpecta, lege humana ampliari non poſſet numerus teſtium; & tamen contrarium videmus in teſtamentis, in donationibus cauſa mortis, in divortiis, *l. nullum* 9. *ff. de divortiis*, & in purgatione Epiſcopi, *cap. omnibus, in fine*, 11. *quæſtione tertia*, & in presbyteri, aut Diaconi, *cap. ſi legitimi*, 11. *quæſtione quinta*, *cap. placuit*, §. *hæc* 15. *quæſtione tertia, & in l. fin. Cod. ſi certum petatur, l. ſcripturas, Cod. qui potiores*: & alios plures cafus refert Speculator *ad tit. de teſtibus*, §. *reſtituat, in principio.* Cujus difficultatis nodus diſſolvitur ex eo, qui divina lex non oſtendit velle interdicere probationem, neque coangustare illam, contra rationem textus *in cap. fin. de teſtibus cogendis*, ſed tantum aſſerit illam probationem reiiciendam omnino eſſe, quæ minori numero, quàm duorum teſtium expeditur, Covarr. *in dict. cap. cum eſſes, de teſtamentis, numero tertio.*

Quintò ſolutioni obſtat textus *in dict. cap. cum eſſes*, 7
de teſtamentis, ubi conſtat conſuetudinem Oſtienſis Eccleſiæ improbari, cum ſeptem, vel quinque teſtes exigat, quaſi alienam à divina lege, quæ in ore duorum, vel trium ſtare omne verbum affirmat: ergo illa divina lex, non tantum adhiberi prohibuit minorem numerum, ſed etiam ampliorem coarctavit. Cui dubio reſpondendum eſt, quod in *dict. cap. cum eſſes*, forma præſcribitur, quæ ſervari debet in teſtamentis in foro Eccleſiaſtico, & ſeculari, in Provinciis Romano Pontifici quoad temporalia ſubjectis, quæ forma in teſtamentis contra Cæſaream legem fuit admiſſa, ut teſtamentum coram parocho, & duobus teſtibus confectum valeat; quæ conſtitutio comprobatur ſacræ Scripturæ teſtimonio: & ideò non improbatur conſuetudo illa, quæ plures teſtes exigebat ex eo, quod divinæ legi contraria ſit; ſed potiùs, quia tendit contra generalem Eccleſiæ conſuetudinem, quæ divina autoritate favente, jubet in foro Eccleſiaſtico prædictam ſolemnitatem ſufficere, Covarr. *ubi ſupra*, Fachineus *libro ſexto, controverſiarum, capite quadrageſimo ſeptimo*, Alciatus *in cap. novit de judiciis, numero quadrageſimo ſeptimo.*

Sexto obſtat textus in *l. teſtium* 18. *Cod. hoc titulo*, 8
cui conſonat text. *in l.* 28. *&* 32. *tit.* 16. *parte tertia* ubi conſtat non aliter ſolutionem idoneè probari poſſe, quàm ſi quinque teſtes adhibeantur: quorum deciſio difficilior redditur ex eo, quia receptum eſt, duos teſtes contra inſtrumentum deponentes potiores inſtrumento eſſe, uti inferius dicemus in *cap. cum Joannes, de fide inſtrumentorum.* Deinde nam ſi ad probandam probationem duo teſtes ſufficiant, *dict. l. ubi numerus, l. ult. ff. ſi certum petatur.* eoſdem adhiberi poſſe ad probandam debiti ſolutionem rationi conſentaneum erit: cùm promptiores debeamus eſſe ad liberationem, quàm ad obligationem: *l. Arrianus* 47. *ff. de actionibus,*

& obligationibus. Sed huic dubio reſponderi debet ad probationem ſolutionis neceſſariò quinque teſtes deſiderari, non tamen perpetuò, ſed in illorum jurium ſpecie tantum, cùm ſcilicet quis dumtaxat debitum in ipſo ſolo inſtrumento voluit comprehendere: nam tunc duorum teſtium numerus non ſufficit, ſed quinque deſiderantur, propter illam præſumptionem, quæ contra debitorem ſtat, cùm non debitum, ſeu ſolutionem ipſam in ipſo inſtrumento comprehendi promiſerit; & vero ſimile eſt, quod ſi ſolutionem feciſſet, aut inſtrumentum repetiſſet, ne denuò pecunia exigeretur, aut ſolutionis Apocham decepiſſet, per quam inſtrumenti fidem convelleret; quod cum omiſſum fuerit, ſolutio facta non præſumitur, Donel. *in d. l. Teſtium* 18. *Cod. hoc tit.* Farinac. *d. tract. de teſtib. cap.* 5. *num.* 246.

9 Septimò obſtat textus in *cap. Præſul, cap. nullum*, 2. *quæſtione quinta.* Quibus cavetur, Epiſcopum, non aliter damnandum, quàm per teſtimonium 72. teſtium, Presbyterum per 64. Diaconum per 27. Subdiaconum, Lectorem, & ſimiles per 7. quæ decreta confirmata ſunt in conſtitutionibus Caroli Magni teſte Cujac. *libro decimo ſeptimo, obſervat. capite nono*, ergo ad condemnationem, non ſufficit numerus duorum, aut trium teſtium. Augeturque difficultas ex eo, quod *in cap.* 1. *ejuſdem quæſtionis*, in cauſis criminalibus numerus duorum, vel trium teſtium ſufficit. In qua difficultate, omiſſa interpretatione Gratiani *in dict. cap. nullus*, verſicul. *Sed hoc*, quam ſequitur Farinacius *in dict. cap.* 5. *num.* 244 veriſſimè eſt dicendum, decreta olim in uſu extitiſſe, ut ſic non aliter Epiſcopi, Presbyteri, & ſimiles ab Ordine removeri poſſent, cùm id expediret, ut hujuſmodi conditionis homines non facile damnarentur; quod omne ex noſtri textus deciſione, & ſimilibus, poſteà deſiit obſervari, cùm Prælatorum cauſæ etiam graviores, duorum aut trium teſtium numero, jam hodie diſcuti poſſint, Julius Clarus *in practica criminali*, §. *fin. quæſt.* 66. verſic. *Debet etiam ſcire*, Cenedus *collectanea* 22. *ad Decretum*, *in dict. cap. Præſul.*

10 Octavò obſtat textus in *capite primo, de appellationibus*, ubi ad hoc quod novata poſt appellationem reſcindantur, non ſufficit numerus duorum teſtium, ſed ſimul cum illis fama loci deſideratur. In quo dubio omiſſa Alexandri, & Panormitani ſententia *ibidem*, veriſſimè dicendum eſſe exiſtimo, quod ideò ibi loci fama ſimul cum teſtibus deſideratur, quia teſtes illi non integrè concludunt novata, ita poſt appellationem fuiſſe facta; & cùm adhuc cauſa illa dubia remaneret, juſſa de cauſa ad majorem ejus expoſitionem, & declarationem loci fama requiritur, uti inferius *in eodem capite* dicemus: & plura de noſtri textus ſententia agemus *infrà*, *in cap. cum Joannes, de fide inſtrumentorum.*

Ad textum in cap. Inſuper 6. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Prælatus, & Clerici, qui Eccleſiæ cauſam non procurant, teſtificari poſſunt in ea.*
2 *Singuli de univerſitate teſtificari poſſunt in cauſa univerſitatis.*
3 *Expenditur textus* in cap. tuis quæſtionibus 39. de teſtibus, *verſicul.* In cauſis propriis procedere, &c.
4 *Teſtes domeſtici idonei teſtes non reperiuntur.*
5 *Teſtes de univerſitate in ejus cauſa, etſi à teſtimonio non repellantur, tamen idonei, & omni exceptione majores non dicuntur.*
6 *Expenditur textus* in cap. veniens, 38. de teſtibus.
7 *Interpretatur textus* in cap. etſi Chriſtus, verſicul. Præſenti gratia indulgemus, de jurejurando.
8 *Procurator in eadem cauſa legitimus teſtis non dicitur.*
Expenditur text. in cap. inſuper, *in ejus ſumma*; *& in* verſ. Dummodo, de teſtibus.
9 *Interpretatur text.* in cap. 2. de donation. cap. edoceri, de reſcript.
10 *Illuſtratur text.* in cap. ſuper prudentia 1. verſicul. Cæterum, 14. quæſt. 2. *textus in* l. feriæ 18. §. decreverunt. ff. de jure fiſci.
11 *Teſtes ſinguli de univerſitate in cauſis criminalibus, tanquam ſuſpecti repelluntur. Intellige ut* ſuprà num. 5.
12 *Expenditur text. in* cap. tertio loco, probat. cap. 2. de poſtulando.

CONCLUSIO.

PRælatus, & Clerici, qui Eccleſiæ cauſam non procurant, teſtificari poſſunt in ea. Juxta textum *in cap. cum in cunctis* 12. *cap. tuis quæſtionibus* 39. *cap. nuper* 51. *hoc noſtro titulo, cap. ult. eodem tit. libro ſexto, cap. tertio loco* 5. *de probationibus, capite primo, decimo quarto, quæſtione ſecunda, cap. ratio nulla, de præbendis, cap. Epiſcopus, §. qui manumittitur*, 1. 2. *quæſtione ſecunda, l. in tantum, §. univerſitatis, ff. de rerum diviſione, l. ſed etſi hac, §. qui manumittitur, ff. de in jus vocando, l.* 18. *tit.* 16. *parte tertia*, 1 deſendunt Menochius *de arbitrariis, libro ſecundo, caſu* 116. Maſcardus *de probationibus, concluſ.* 295. & 366. 318. 1358. & 1416. Covarr. *in practicis, capite decimo octavo, numero quarto*, Rebuff. *de reprobatione teſtium, num.* 571. Thom. Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *libro ſexto, capite decimo tertio, num.* 102. Caldas Pereira *de emption. & venditione. capite vigeſimo primo, numero decimo ſexto*, Farinac. *in praxi criminali, quæſt.* 60. *num.* 450. Socin. *regul.* 519. Menchaca *libro ſecundo, controverſiar. cap.* 33. Donel. *in l. omnibus, C. hoc tit.* Idem *libro decimo quinto, capite ſecundo*, Oſual. *ad eundem dict. librum vigeſimum quintum, capite decimo, litera D.* Balboa *in dicto cap. tertio loco, de probationibus.* 2

Ratio eſt, quia ſinguli de univerſitate teſtificari 3 poſſunt in cauſa ipſius univerſitatis, *dict. cap. tertio loco, de probationibus*: & ratio rationis eſt; quia tunc non agitur de re ſingulorum, ſed univerſitatis tantùm: nam ea, quæ univerſitatis ſunt, non ſunt ſingulorum, *dict. l. in tantum, §. univerſitatis, ff. de rerum diviſione* nam quæ Univerſitati debetur, ſingulis non debetur, *l. ſicuti*, §. 1. *ff. quod cujuſque univerſitatis*: meritò cum Prælati in cauſa propria, non cenſeantur jurare, & edictum de teſtibus prohibitorum ſit, *l.* 1. §. *primo reſponſo, hoc tit.* & cum ſpecialiter ſinguli de univerſitate non ſint prohibiti, juſtè in cauſa univerſitatis admittuntur, Gloſſ. 3. *in capite primo, de teſtibus*, Menochius *lib.* 1. *de arbitrariis, quæſt.* 27. Maſcardus *concluſ.* 310. *numero* 4. Farinac. 2. *tom. tit.* 6. *quæſt.* 53. Duarenus *ad titulum de teſtibus, cap. primo.*

Primò obſtat textus *in cap. tuis quæſtionibus* 39. *hoc* 4 *tit.* ubi cauſa univerſitatis, Eccleſiæ, ſeu Monaſterii, cenſetur propria ſingulorum univerſitatis, cum ex quacumque Eccleſiæ cauſa commodum, vel incommodum ad illos pertineat, *l.* 1. §. *dies, verſ. In propria cauſa, ff. quando appellandum ſit, cap. biduum, verſic. Palam*, 2. *quæſtione ſexta*, & cum nemo in propria cauſa teſtis idoneus ſit, *l. nullus, ff. de teſtibus, l. omnibus, Cod. eod.* dicendum videtur ſingulos de univerſitate in cauſa univerſitatis, tanquam in propria non eſſe admittendos. In qua difficultate aſſerendum eſt, quod ut *ſupra* diximus, cauſa univerſitatis, non eſt propria ſingulorum. Neque obſtant verba textus *in dicto cap. tuis quæſtionibus*, ibi: *In cauſis propriis producere, &c.* Quia non

debent

debent intelligi, ita ut propriè cauſæ illæ Monachorum appellentur, prout ſinguli ſunt; ſed ſingulorum, prout univerſi ſunt, ad quos, tanquam ad univerſos tantum commodum ſpectat, qua de cauſa à teſtimonio illo non repelluntur, quemadmodum legatarius non repellitur in cauſa univerſali ipſius teſtamenti, quamvis ex teſtamento commodum percipiat, §. *legatarij*, *Inſtit. de teſtamentis.* Neque ſolutioni obſtat textus *in l. fin. ff. hoc tit. cap. quoties* 5. *hoc eodem titulo*, ubi teſtis non dicitur legitimus, qui commodum ex cauſa expectat: quia jura illa procedunt, cum commodum directè pertinet in particulari ad ſingulos teſtes: *textus* verò noſter loquitur, quando commodum, vel damnum directè reſpicit ad ipſam Eccleſiam, vel univerſitatem, cujus nomine actum eſt (licet per accidens jure ſecundario ad ſingulos de univerſitate commodum redundet) quo in caſu, in cauſa ipſius univerſitatis non repelluntur, ex juribus, & rationibus *ſuprà* adductis,

4 Secundò obſtat textus in *l. penult. ff. hoc tit. l.* 3. *Cod. eodem*, *cap. in literis* 24. *hoc noſtro titul.* ubi familiares teſtes, quaſi minus idonei ad teſtimonium non admittuntur, ſed ſingulares Clerici domeſtici, & familiares ipſius Eccleſiæ, vel univerſitatis appellantur, cùm ſint de eadem domo, & familia, *capite primo*, *decimo quarto*, *quæſtione ſecunda*, ergo in cauſa Eccleſiæ admitti non debent. Quod argumentum ex eo diſſolvitur, quia jura *ſuprà* adducta procedunt in teſtibus domeſticis, quibus ratione patriæ, vel dominicæ poteſtatis imperari poteſt, ut teſtimonium dicant: ſecus verò eſt dicendum in illis, qui non dominicæ poteſtatis, ſed lato modo *Domeſtici* appellantur, quales ſunt Monachi, vel Canonici, de quibus noſter textus loquitur, notat Gloſ. *in dict. capite primo, decimo quarto, quæſtione ſecunda*, Antonius Gabriel *in tit. de teſtibus*, *concluſ.* 10. *numero* 2.

5 Tertiò obſtabit dicere, quod adhuc Clerici, vel Monachi cenſentur habere aliquam affectionem, propter intereſſe, quod eis jure ſecundario perventurum eſt; quare admittendos non eſſe ratio ipſa poſtulat. Sed huic ſcrupulo dicendum eſt, quod id non ſufficit, ut à teſtimonio repellantur, ſiquidem illa levis ſuſpicio per juramentum teſtis auferatur, cum veriſimile non ſit, ſingulos de univerſitate perjuros eſſe, propter univerſitatis jura, ſiquidem id, quod commune eſt, facile contemnitur, *l.* 2. *Cod. quando, & quibus quarta pars*, *libro decimo*; nam licet illa ſuſpicio ſit ſufficiens, ut teſtes illi non ſint omni exceptione majores, non tamen ſufficit, ut à teſtimonio repellantur, cum aliud ſit quærere, an ſinguli de univerſitate in cauſa univerſitatis admittantur in teſtes, an verò idonei dicantur, & omni exceptione majores, D. Balboa *in d. cap.* 5. *de probationibus*, *num.* 24.

6 Quartò obſtat textus in *cap. veniens* 38. *hoc titulo*, ubi Canonicis datur facultas teſtificandi in cauſa electionis, & aſſignatur ratio: quia geſta in Capitulo per alios, quàm per Canonicos probari non poſſunt: ergo à contrario ſenſu, aliis teſtibus exiſtentibus, Canonici in cauſis Eccleſiæ admitti non debent. Cui dubio reſponderi debet, quod Pontifex ibi non adducit eam rationem ad excuſandum teſtimonium Canonicorum in cauſa Eccleſiæ, ſiquidem ibi Canonici teſtes non erant in cauſa Eccleſiæ, ſed in cauſa electionis inter duos contendentes ſuper Decanatu: tendit ergo ea ratio ad hoc, quod abſolutio ad cautelam concedatur Canonicis excommunicatis, ut poſſent eſſe teſtes, juxta textum in *cap. decernimus*, *de ſententia excommunicationis*, *lib.* 6. Anton. Gabriel *tit. de teſtibus*, *concluſ.* 18. Covarruvias *in cap. alma mater* 1. *part.* §. 7. *num.* 7.

7 Quintò obſtat textus in *cap. etſi Chriſtus*, *de jurejurando*, ubi ſinguli de univerſitate Eccleſiæ, ſeu Capituli, legitimi teſtes non reputantur, ſiquidem in *verſiculo illo*, ibi: *Præſenti pagina indulgemus*, *&c.* Conſtat aliter indulgeri non poſſe, ut Monachi in cauſa ſuæ Eccleſiæ teſtificarentur, niſi aliis teſtibus deficientibus: ergo ſi ex indulgentia id permittitur, malè in præſenti à jure communi conſtituitur. Cui dubio reſpondendum eſt, verbum illud de quo in *dicto cap. etſi Chriſtus*, non ſignificare aliquam novam gratiam, ſeu conceſſionem, ſed tantùm ad libitum conſenſum, ſeu complacentiam demonſtrare, quaſi ſenſus ſit, *Indulgemus*, id eſt facilè conſentimus, notat Auguſtinus Barboſa *in collectaneis ad textum in dicto capite etſi Chriſtus*, *numero ſexto*, D. Balboa *in dict. cap. tertio loco*, *num.* 33.

8 Sextò adverſus noſtrum textum in verſicul. *Quorum teſtimonium*, &c. ubi notant omnes, quod Religioſus Procurator conſtitutus ad teſtimonium non admittitur, *l. final. hoc titulo*, *cap. ultimo*, *eodem titulo*, *libro ſeptimo*, ſiquidem procurator ad defendendum conſtitutus propter cauſæ victoriam, & affectionem, præſumitur ſuſpectus; obſtabit dicere, quod contrarium eſt deciſum in ſumma noſtri textus in verſiculo, *Idem Priori*, *&c.* ex cujus ſumma manifeſtè conſtat, Prælatum ad teſtimonium admitti in cauſa ſuæ Eccleſiæ, & tamen Prælatus ſemper procurator ſuæ Eccleſiæ dicitur, juxta textum in *capite ſecundo*, *de donationibus*, *cap. Edoceri* 21. *in fine*, *de reſcriptis*: ergo vel prima, vel ſecunda noſtri textus pars ſuſtineri non poteſt. Sed huic conſiderationi reſpondendum eſt, quod aut ipſe ſolus Prælatus procuratorem conſtituit, abſque approbatione ſuæ Communitatis pro defenſione rei ſuæ Eccleſiæ debitæ, aut procuratorem conſtituit ſimul cum conſenſu Communitatis; in primo caſu, nullo modo ad teſtimonium admittitur, & ita obtinet textus noſter, in verſicul. *Dummodo*, quia tunc tanquam principalis actor, & procurator reputatur, & ita inhabilis ad teſtimonium redditur, juxta textum *in dict. cap. final. hoc titulo*, *libro ſexto*, *l. finali*, *ff. eodem*; ſecundo verò caſu rectè admittitur, ſicuti alius quilibet de Communitate: nam tunc Superior, ſicut alius quilibet particularis de Communitate reputatur; & ita obtinet ſumma, & prima noſtri textus pars.

9 Neque prædictis obſtat textus, *in dict. capite ſecundo*, *de donationibus*, *cap. Edoceri*, *de reſcriptis*. Quia jura illa non debent intelligi de proprio procuratore, de quo textus noſter *in ſecunda parte* loquitur, ſed tantum loquuntur in procuratoribus, hoc eſt in Prælatis, qui procuratores appellantur, ut res Eccleſiæ detrimentum non patiantur, inter quos plurima eſt differentia.

10 Neque obſtat textus in *cap. ſuper prudentia* 1. 4. *quæſtione ſecunda*, *verſiculo*, *Caterum*, ex quo conſtat, potiſſimùm aſſumendos eſſe teſtes illos, qui negotia tractaverunt: ergo & procuratores admitti debent, cùm melius cauſam agnoſcant. Quia textus ille non debet intelligi de tractatu Advocati, vel procuratoris, de quibus *in præſenti*, & in *dict. l. final.* ſed de tractatu Capitularium, ſeu Fratrum electorum ejuſdem Eccleſiæ, de quo tractatu rectè, & magis propriè ab illis teſtimonium exigitur, cum magis inſtructi, & informati ſunt, *dict. cap. tertio loco*, *de probationibus.*

Neque etiam obſtat textus *in l. deferre* 18. §. *decreverunt*, *ff. de jure fiſci*, ubi procurator in eadem cauſa interrogatur. Quia textus ille non loquitur de interrogatione facienda procuratori, tanquam teſti, ſed tanquam parti: nam quemadmodum pars, ita etiam ejus procurator, ſi mandatum ad id retineat, interrogari poteſt, *capite ſecundo*, *de confeſſis*, *libro ſexto*, *l. non ſolum*, *in principio*, *ff. de procuratoribus*, Gloſſa, *verbo, interrogari, ibidem.*

11 Octavò obſtat textus *in cap. ſuper prudentia*, 1. *quæſtione ſecunda*, junctò verſiculo, *Sed diſtinctio*, in *exordio ipſius quæſtionis*, ex quo conſtat, quod ſinguli de Univerſitate non admittuntur ad teſtimonium in cauſis ipſius Univerſitatis. Cui difficultati dicendum eſt, textum illum limitari in criminalibus cauſis, in quibus ſinguli de Univerſitate ſuſpecti, & inhabiles reputantur. Ratio eſt, quia in criminalibus requiruntur

tur teſtes, & probationes dilucidæ; juxta regulam textus *in l. final. C. de probationibus*, Abbas *in præſenti, num.* 3. Felinus *num.* 4. Rebuffus *de reprobatione teſtium, num.* 582.

12 Nonò ſolutioni obſtat textus in *cap. tertio loco, de probationibus*, ubi ſinguli de Univerſitate ſunt admiſſi ad teſtimonium in falſitate inſtrumenti oblati. Cui dubio reſponderi debet, quod ibi non tractatur principaliter de cauſa criminali, ſed ſolum de civili, nempè utrum alienatio rei fuerit facta per Capitulum, licèt conſequenter ex illorum depoſitione falſitas inſtrumenti arguatur. Neque obſtabit textus *in capite ſecundo, de poſtulat.* in illis verbis: *Abbate nihilominus imperante, &c.* Ex quibus verbis cum præcedentibus junctis conſtat, Religioſum in quacunque cauſa teſtimonium dicere non poſſe, ſine licentia ſui Superioris: quia id non obſtat, cum ita obſervetur ex eo, quod Religioſi nullam voluntatem habere præſumuntur, niſi Superioris authoritas intercedat, *cap. Monachi* 2. 16. *quæſtione prima, cap. Religioſus* 27. *de electione, libro ſexto*, atque etiam deficiente Superioris licentia, voluntas Religioſorum deficere videatur, & ideò abſque ejus licentia teſtimonium in judicio proferre nequeunt.

Ad textum in *cap. Ex parte, hoc titulo.*

DE materia hujus textus plura agemus in *cap. primo, de exceptionibus.*

Ad textum in *cap. Si qui teſtium*, 8. *hoc titulo.*

DE hoc capite latè diſputabimus ad *titulum, de teſtibus cogendis.*

Ad textum in cap. Sicut, 9. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Teſtibus contrarium illius quod antea dixerant, deponentibus non eſt credendum.*
2 *Aſſignatur ratio.*
3 *Teſtes contraria deponentes, tanquam perjuri puniri debent.*
4 *Interpretatur textus* in l. ſi poſtulaverit, §. ſed ſi negaverit, ff. ad l. Jul. de adulter.
5 *Illuſtratur text.* in cap. accuſatus 8. §. licet, de hæreticis, lib 6.
6 *Confeſſionis revocatio admittitur, cum erronea eſt, nec præjudicat, ſive in tortura, ſive ex intervallo fiat.*
7 *Actio realis, & perſonalis, tanquam contrariæ ſimul concurrere non poſſunt. Intelligetur ubi.*

CONCLUSIO.

1 NON *eſt credendum teſtibus deponentibus contrarium illius, quod antea depoſuerant.* Conſonat textus in *cap. licet eauſam* 9. *verſicul. Quamquam, cap. per tuas, de probationibus, cap. præterea* 7. *in fine, de teſtibus cogendis, cap. literas* 14. ubi Gloſſa, *verbo, Purgavit, de præſumptionibus, cap. accuſatum* 8. §. *licet, de hæreticis, libro ſexto, cap. nihilominus*, 3. *quæſtione nona, cap. ſi teſtes, §. item falſum*, 4. *quæſtione tertia, cap. cum tu*, 16. *hoc titul. cap. periculosè, de pœnitentia, diſtinctione prima, cap. nihil* 7. *de verborum ſignificat. l. ſi quis in gravi* 3. §. 1. *ff. ad Silanianum, l. ubi repugnantia, ff. de regulis juris, l. qui falſa, ff. de teſtibus, l. eos, in princip. ff. de falſis, l. cum pretium, ff. de liberali cauſa, l. nemo, ff. de regulis juris, cap. mutare, eodem titul. libro ſexto*, tractant Antonius Pichardus *in* §. *quædam actiones* 20. *numero* 3. *Inſtitut. de actionibus*, Idem *in* § *familia* 4. *Inſtitut. de officio judicis*, Petrus Pechius *in dicto cap. mutare, de regulis juris, libro ſexto*. Speculator *in titul. de teſtibus*, §. 1. *num.* 71. Alciatus *de præſumptionibus, regul.* 1. *præſumptione* 25. *numero quarto*, Surdus *deciſione* 326. *num.* 20. Decius *conſilio* 429. *numero decimo ſeptimo*, Caſtillo *de conjecturis ultimarum voluntatum, cap.* 111. *numero decimo ſeptimo*, Felicianus de la Vega *in cap. cum non ab homine, de judiciis, numero octavo*, & 70. Donel. *libro vigeſimo ſeptimo, commentariorum, capite ſeptimo*, Oſuald. *ibi litera C.* Idem *libro vigeſimo ſeptimo, capite nono, litera L. & libro vigeſimo quarto, capite decimo ſeptimo, litera G.* Azevedo *in leg. ſecunda, titulo octavo, libro quarto, Recopilationis, numero quarto*, Stephanus Gratianus *diſceptationum Forenſium, cap.* 192. *numero nono*, Maſcardus *concluſione* 359. *numero trigeſimo ſecundo, & concluſione* 454. *numero decimo, concluſion.* 1311. *numero ſexto, &* 37. latè Farinacius *in praxi criminali parte prima, quæſt.* 45. *numero primo*, Covarruvias *libro ſecundo, variarum, capite decimo tertio, numero ſeptimo, ad finem*, Menochius *de arbitrariis, caſu* 108. *numero vigeſimo primo, & caſu* 99. *numero vigeſimo, & caſu* 109. *numero decimo nono.*

Ratio quare teſtis non poteſt recedere à teſtimonio, 2
quod prius in judicio præſtitit, ea eſt; quia in judicio contraxiſſe videtur, *cap. factum, de regul. juris, libro ſexto, l.* 3. §. *idem ſcribit, ff. de peculio*, & cum à contractu ſemel facto non recedatur, *l. ſicut, Cod. de actionibus*, ita quoque non licebit recedere à teſtimonio, quod in judicio ſemel præſtitum fuit, cum ex primo teſtimonio ſit jus parti quæſitum, ut virtute illius à judice ſententia proferatur, juxta regulam textus in *l. illicitas*, §. *veritas, ff. de officio Præſidis*, Covarruvias *libro primo variarum, capite primo, in principio*, quod jus ſine ipſius conſenſu, auferri non poteſt, *l. id noſtrum, ff. de regul. juris*, meritò in ejus detrimentum teſtimonium mutari non debet, *l. nemo, ff. de regul. juris, cap. mutare, eodem tit. libro ſexto*, præſertim cùm data contrarietate, neceſſariò, ut textus noſter aſſerit, teſtis convictus remanet de periurio.

Primò obſtabit dicere, in præſenti teſtes depoſuiſſe 3
de ſua correctione, & ita de facto proprio, ut conſtat ex illis verbis: *Se corruptos dicunt, &c.* Sed teſtificanti de proprio facto credendum eſt, juxta textum in *l. quæro*, §. *ultimo, ff. de ædilitio edicto*; ergo & in præſenti, teſtes, tanquam de proprio facto deponentes, admittendi ſunt. Augeturque difficultas ex eo, quod textus noſter jubet teſtibus propter periurium imponendam eſſe pœnitentiam, ex illis verbis: *De perjurio pœnitentia inducatur, &c.* Quæ pœnitentia, non eſſet imponenda, niſi poſteriori teſtium dicto crederetur, cum de perjurio non conſtitiſſet, niſi poſteriori teſtimonio ſtetur. Tùm etiam, quia data contrarietate, teſtes de falſo conveniendi ſunt, juxta textum in *l. eos* 27. *ff. de falſis.* Sed his objectionibus facilè ſatisfieri poteris, ſi dixeris, quod licet teſtes contraria deponentes periurium committant, & uti tales pœna falſi puniantur, & ad id eorum teſtimonium admittatur; id tamen procedit reſpectu ipſius teſtis, qui ſibi ipſi nocere poteſt, non verò reſpectu partis, cui ex priori teſtimonio jus jam quæſitum erat, quod, ex rationibus ſuprà addictis, ſine ipſius voluntate auferri non poteſt, Covarruvias *libro ſecundo variarum, cap.* 3. *numero octavo, apud medium.*

Secundò obſtat textus *in l. ſi poſtulaverit*, §. *ſed ſi* 4
negaverit, ff. de adulteriis, ubi conſtat poſteriori teſtimonio ſtandum eſſe, non priori: ſed reſpondetur, textum illum loqui de poſteriori teſtimonio, tormentis adhibi-

adhibitis; exacto: nam tunc ſecundo teſtimonio eſt credendum. Quod tamen verum eſt, quando quis non de ſe ipſo, ſed de altero tantum teſtificatur reſponderit: ſecus tamen dicendum eſt, ubi de ſe ſimul, & aliis, aut in propria, & aliorum cauſa quis teſtificatur, quia tunc priori teſtimonio ſtandum erit, etiam ſi poſtmodum ex intervallo contrarium à Judice tutus dixerit; notat Covarruvias *dicto libro ſecundo, variarum, capite decimo tertio, numero octavo, apud finem.*

Tertiò obſtat textus in *cap. accuſatus* 8. §. *licet, de* 5 *hæreticis, libro ſexto*, ubi deciditur ſtandum eſſe poſteriori reſponſioni in judicio ex intervallo exhibitæ, etiamſi prior omiſſa fuerit cum juramento. Verùm huic difficultati ſatisfieri poteſt ex eo, quod Doctores omnes communiter affirmant, id ibi ſpecialiter permiſſum eſſe in cauſa hæreſis, ut data repugnantia in duplici teſtimonio in cauſa hæreſis, non priori, ſed poſteriori ſtandum ſit; notat Gloſſa *ibi*, verbo: *Poſtmodum*, Dominus *numero tertio*, Ancharranus *numero ſecundo.* Verum hæc interpretatio convincitur ex eo, quod ex communi Doctorum ſententia *in cap. teſtimonium, de teſtibus*, nec perjuri in cauſa hæreſis admittuntur, præcipuè, quia ſi in cæteris criminibus retractatio illa non permittitur, multò fortius in cauſa hæreſis admitti non debet; cùm ea magis conſiderabile reputetur præjudicium, præcipuè cum nemini permiſſum ſit, ex intervallo à teſtimonio retrocedere, adeò quod poſterius dictum invalidum remaneat, *cap. præterea, de teſtibus cogendis*: quare verius dicendum eſt, non ita ſimpliciter in cauſa hæreſis id eſſe permiſſum; ſed tum demum, cum ex manifeſtis judiciis apparuerit, non animi levitate, aut odii fomite, ſeu corruptione pecuniæ, ſed zelo fidei orthodoxæ ſuum velle corrigere teſtimonium, ut ipſe textus probat, & eruditè animadvertit Covarruvias *libro ſecundo, variarum, capite decimo tertio, numero nono, in fine*, ſicque fidei favor non militat in eo, quod periuri in cauſa hæreſis admittantur, ſed in eo quod in cauſa hæreſis teſtimonii correctio non repellatur, intervenientibus conjecturis *ſupra* traditis, quæ ad illum effectum requiruntur: ex quibus deducitur, deciſionem textus id *dict. cap. præterea*, tantum limitari, per deciſionem textus *in dicto §. licet*, non verò per deciſionem textus *in dicto cap. teſtimonium, de teſtibus.*

Quartò obſtat textus in *l. prima, §. ſi quis ultrò, ff. de* 6 *quæſtionibus*, juncta Gloſſa, verbo, *Perſeverante*, ubi conſtat, delinquentem poſſe confeſſionem à ſe factam revocare; quæ revocatio adeò permittitur, ut ſi fiſcus fieret, eſſet reo denegare defenſionem. Sed reſpondetur, quod quatenus *in dicto §. ſi quis ultro*, revocatio confeſſionis admittitur, id tamen intelligi debet, cum confeſſio ipſa erronea eſt, non verò & è contra; nam dato errore, ſive confeſſio fiat in tortura, ſive extra, non præjudicat, etiamſi ex intervallo fiat, cùm error omnem conſenſum excludat, *l. conſenſiſſe 2. ff. de judiciis, l. ſi per errorem 15. ff. de juriſdictione omnium judicum*, Farinacius *tertia parte praxis criminalis, quæſtione decima octava, capite nono, num.* 315. & plura de hac re inquirere oportet ex his, quæ inferius dicemus *in cap. accepimus 4. cap. imputari 13. de fide inſtrumentorum, capite primo, de ſententia, & rejudicata*, & *ſupra* diximus *in capite primo, hoc titulo, & in cap. licet cauſam, de probationibus*, & de conſilii mutatione in alterius præjudicium plura refert Petrus Pechius *in cap. mutare, de regul. juris, lib. 6.*

7 Quintò obſtabit dicere, quod ille, qui agit familiæ herciſcundæ, communi dividundo, finium regundorum, judicio, ut §. *ſi familiæ 4. §. ſi finium regundorum 6. Inſtitut. de officio Judicis*, contraria prorſus agere videtur, & nihilominus auditur; agit contraria, quia quatenus actione reali rem petit, agit adverſus eum, qui nullo modo obligatus eſt, §. *omnium Inſtitut. de actionibus*, & quatenus intendit, cohæredem, & ſimiles in præſtationes perſonales condemnari, agit cum eo, qui obligatus eſt, ut conſtat ex *dicto §. familiæ*, 4. igitur contraria allegat, cum dicat adverſarium obligatum eſſe, & obligatum non eſſe; & ſic petens in illis tribus judiciis, audiri non debet, cum actio perſonalis, & realis, tanquam contrariæ, concurrere non poſſint, ſiquidem realis datur adverſus eum, qui poſſidet rem, & obligatus non eſt; perſonalis verò adverſus eum, qui non poſſidet, ſed ex contractu obligatus eſt, §. *omnium 1. Inſtitut. de actionibus.*

Cui difficultati ſatisfacies ſi dixeris, actiones illas familiæ herciſcundæ, finium regundorum communi dividundo, mixtas eſſe, in rem, ſcilicet, & in perſonam, juxta textum *in §. quædam actiones 20. Inſtitut. de actionibus*, cùm ſimul res, & præſtationes perſonales contineant, & in his tribus actionibus uterque vicem Rei, & Actoris retineat, *cap. ex literis 3. de probationibus*, ubi diximus; & quamvis neuter poſſideat, actio realis competit, cùm uterque rei ſuæ dominium poſtulet, *l. inter cohæredes 44. §. qui familiæ, ff. familiæ herciſcundæ*, cum traditis ab Anton. Pichard. *in dict. §. quædam 20. numero undecimo, & in dict. §. familiæ*, cum ſimilibus, *Inſtitut. de officio judicis.* Donel. *libro decimo nono, capitul. 2.* Oſuald. *ibi litera G.* Anton. Faber *libro 20. conjectur. cap. 10.*

Ad textum in cap. Veniens 10. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Socius criminis, & muneris, non teſtificat, etiam in crimine ſimoniæ.*

2 *Simili morbo laborans à teſtimonio repellitur, cùm ſua interſit delictum ſocii celare, ut liber maneat.*

3 *Remiſſivè expenditur textus* in cap. 1. de teſtibus, libro 6.

4 *Interpretatur textus* in capit. licet 21. de Simonia.

5 *Socii criminis in atrociſſimis delictis, veluti in accuſatione falſæ monetæ, furti famoſi, læſæ Majeſtatis, & ſimilium, interrogantur de ſociis, & receptatoribus, licet integra fides eis non præſtetur.*

6 *Socii criminis in accuſatione Senatus Conſulti Silaniani de mandatore interrogantur; nam in illo crimine ſervus, & cæteri de familia interrogantur de mandatore, cum tale delictum frequenter cum mandatore perpetrari ſoleat.*

CONCLUSIO.

1 SOcius *criminis, & muneris, non teſtificat, etiam in crimine Simoniæ.* Idem probat textus *in cap. perſonas 20. hoc titulo, capite primo, de confeſſis, cap. cum Eccleſiaſticæ, de exceptionibus, cap. cauſam quæ*, el ſegundo, *de judiciis, cap. judicet, cap ſine peccato 30. 3. quæſtione ſeptimæ, cap. fin. 15. diſtinctione, cap. literis, §. item liberi, 4. quæſtione tertia, l. ſi filium, Cod. de liberali cauſa, l. ſicuti, Cod. de quæſtionibus, l. fin. Cod. de accuſationibus, l. 1. §. cum latrones, ff. de quæſtionibus, l. quoniam liberi, Cod. de teſtibus*, defendunt Cardoſo *in praxi judicum Advocatorum, verbo, Teſtis, numero vigeſimo octavo*, Miranda *de ordine judiciorum, quæſtione vigeſima tertia, articulo ſeptimo, concluſione 1.* Menochius *de arbitrariis, caſu 474. numero decimo tertio*, Idem *conſilio 378. numero quarto*, Maſcardus *de probationibus concluſione 1311. & 1317.* Cævallos *communium contra communes, quæſtione 280.* Morla *in Emporio, titulo undecimo, in præludio, numero ſeptuageſimo nono*, Rebuffus *de reprobatione teſtium, numero 483.* Donel. *in l. omnibus 10. & 11. Cod. de teſtibus*, Idem *libro 25.*

commentariorum, capite undecimo, in fin. Decius *consilio* 342.

2 Ratio eſt, quia ſimili morbo laborantes à teſtimonio repelluntur: nam is qui criminoſus eſt, alium accuſare non poteſt, cùm in eadem cauſa ſuſpectus dicatur, *cap. perſonas* 20. *hoc titulo*, & ſua interſit delictum ſocii celare, ut is liber remaneat; & ſi confeſſus fuerit crimen, non debet interrogari de aliorum conſcientia, cum ex confeſſione illa, jam ſit infamis, vilis, ac ſuſpectus, *dicto capite primo, de confeſſis*, Ancharranus *conſilio* 189. Maſcardus *de probationibus, concluſ.* 1327. *numero primo*, Donel. *in l. teſtium* 18. *numero octavo, & nono, Cod. hoc tit.* Idem *in l. quoniam* 11. *num.* 11. *C. eodem*, & plura de hac re diximus *in cap.* 1. *de confeſſis.*

3 Primò obſtat textus *in capite primo, hoc titulo, libro ſexto*, ubi ſocius criminis ſimoniæ admittitur ad teſtimonium. Pro cujus dubii ſolutione, ne inculcare videamus ea, quæ ſcripta ſunt, videri oportet, quæ *ſupra* diximus in *dict. capite primo, de confeſſis*, in primo, ſecundo, & tertio dubio; quæ omnia omnino hic ſunt repetenda.

4 Secundò obſtat textus in *cap. licet* 21. *de ſimonia*, ubi ſimiliter ſocii teſtes, etiam in crimine ſimoniæ ad accuſandum, & teſtificandum admittuntur. Pro cujus dubii ſolutione, diſtinctio eſt adhibenda, an agatur de ſimoniæ crimine civiliter, vel criminaliter: nam in primo caſu ſocius admittitur, & ita interpretari debet textus *in dicto cap. licet* 21. ſecus ſi criminaliter, ut *in præſenti*, & in *dicto capite primo, hoc titulo, libro ſexto.*

Neque obſtat textus in *cap. ſane*, 15. *quæſtione tertia*, ubi generaliter omnes admittuntur ad accuſandum in crimine ſimoniæ: ergo & ad teſtificandum: quia aliud in teſtificatione, aliud verò in accuſatione obſervari debet: nam in teſtificatione non admittuntur ſimili morbo laborantes, quia tota vis litis conſiſtit in teſtificatione; ſecus in accuſatione, ubi diſpar ratio vertitur.

Neque obſtat textus in *capite tertio, hoc titulo*, ubi concubina in eodem crimine contra Clericum ad teſtimonium admittitur. Quia ideò admittitur ad teſtificandum, licèt ſocia criminis ſit, in defectum probationis, cùm de crimine civiliter agitur, cujus teſtimonium non eſt ſufficiens ad plenam probationem, ſed ad indicium tantum.

5 Tertiò obſtat textus in *l. provinciarum* 9. *Cod. de feriis, l.* 1. *Cod. de falſa moneta, l. divus* 6. *ff. de cuſtodia reorum*, ubi latrones interrogantur de ſociis, & receptatoribus. Quorum jurium difficultas ex eo diſſolvitur, quia jura illa, & ſimilia locum habent in crimine falſæ monetæ, furto famoſo, & læſæ majeſtatis, in quibus delictis propter eorum atrocitatem, ſocius criminis ad teſtimonium admittitur, ut ſic facilius inquiri poſſit; non tamen adeò eis creditur, ut ex illis integra, & plena fides adhibeatur, ſed ut eorum indiciis veritas appareat.

6 Quartò obſtat textus in *l. etſi percuſſor* 6. *ff. ad Silanianum*, ubi percuſſor, & ſocius criminis de mandatore interrogatur. Cui dubio dicendum eſt, quod ibi occiſor convictus non interrogatur, ut ſit legitimus teſtis contra ſocium criminis, ſed tantum ibi quæritur, an interrogari poſſit de mandatore criminis? & Paulus reſpondit, quod quamvis de ſociis interrogari, & torqueri non poſſit, juxta textum in *l. repeti*, §. 1. *ff. de quæſtionibus, l. ultim. Cod. de accuſationibus*, tamen in illo crimine, ſervus, & cæteri de familia de mandatore interrogari poſſunt, cum delictum illud frequenter cum mandatore perpetrari ſoleat, *l.* 17. *ff. eodem.* Cujacius *l.* 46. *Pauli ad edictum in dict. l. etſi* 6. *ad Silanianum.* De ſecunda hujus textus parte agendum erit in *cap. licet* 23. *hoc tit.*

Ad textum in cap. Super eo 22. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Pater, & mater non poſſunt teſtimonium ferre in cauſa filii, nec filius in cauſa patris.*
2 *Aſſignatur ratio.*
3 *Pater, vel mater ad teſtimonium admittitur, cum agitur de qualitate contrahentium, veluti ſi conſanguinei fuerint; non tamen cum agitur de diſparitate conditionis, cum pater filiorum incrementum, & honorem deſideret.*
4 *Expenditur textus in* cap. videtur 3. de accuſationibus, *& in num.* 3.
5 *Teſtimonio patris ſtatur, cum de filiorum nativitate agitur.*
Interpretatur textus in l. cum de ætate, l. etiam, ff. de probat.
6 *Illuſtratur textus in* l. qui teſtamento 20. §. per contrarium, ff. qui teſtam. facere poſſ.
7 *Explicantur text. in* l. Parentes, verſ. Parentes, & liberi adverſus te. C. de teſtib.
Interpretatur textus in leg. privatis 77. ff. de judic. *cum* l. qui juriſdictioni 10. ff. de juriſdiction. omnium judicum.
8 *Pater & filius ratione patriæ poteſtatis, una, & eadem perſona cenſentur.*
Filius quoad munera publica non ſequitur patris poteſtatem.
Expenditur textus in l. cum eorum, 5. C. de ſententiis, & interlocut.
9 *Expenditur text. in* l. qui juraſſe 26. §. ſi pater 1. & 2. ff. de jurejurand.
10 *Intelligitur text. in* cap. ſicut, 2. quæſt. 3. cap. Præſens, 20. quæſt. 3.

CONCLUSIO.

PAter, & mater, *non poſſunt teſtimonium ferre in cauſa filii, neque filii in cauſa parentum.* Conſonat textus in *cap. conſanguinei*, 3. *quæſtione quinta, cap. accuſatores*, cum aliis, *eadem cauſa, & quæſtione, cap. ſi teſtes, verſicul. Teſtis idoneus*, 4. *qu. tertia, l. parentes* 6. *Cod. de teſtibus, l.* 3. *l. lege Julia* 4. *l. idonei* 6. *l. teſtis* 9. *l. nullus* 10. *ff. de teſtibus, cap. videtur, de iis qui matrimonium accuſare poſſunt*, §. *ei verò, Inſtitut. de inutilibus ſtipulation.* tractant Sanchez *de matrimonio libro primo, diſputat.* 71. Rebuffus *de reprobatione teſtium, numero* 338. & 380. Maſcardus *concluſione* 1153. Morla *in emporio, prima parte, tit.* 11. *in præludiis, numero quadrageſimo*, Ludovicus Miranda *de ordine judiciorum, quæſtione vigeſima ſecunda, articulo quarto, concluſ.* 2. Farinacius *in praxi criminali, quæſtione quinquageſima quarto, num.* 145. Anton. Gomez *tom.* 3. *variarum, capite decimo quarto, numero decimo quarto*, Menochius *de arbitrariis caſu* 106. *n.* 19. & *caſu* 152. *n.* 8. Duarenus *l.* 1. *diſputat. cap.* 51. idem Duarenus *ad titulum de teſtibus. c.* 1. Donel. *in leg. Parentes* 6. *Cod. hoc tit.* Oſuald. ad Donel. *lib.* 17. *commentariorum, c.* 25. *litera H.* Idem *l.* 25. *c.* 12. *litera C. & c.* 13. *litera B.* D. Balboa *in c. tertio loco*, 5. *de probationibus, à num.* 8. *& ſequentibus.*

Ratio, quare pater pro filio in teſtem non admittitur, ea eſt, quia pater naturalem, & extremam erga filios charitatem habet, adeò ut magis in rebus filii afficiatur, quàm in ſuis, *l. iſti quidem, ff. quod metus cauſa:* neque filius pro patre admittitur, quia ferè ſimilis in eo eadem charitas obſervatur. Cum etiam ob patriam poteſtatem, quaſi domeſticum teſtimonium improbatur, cum pater imperare poſſit, *l. teſtis, l. idonei, ff. de teſtibus, l. nam etſi parentibus, de officioſo teſtamento,*

tum

tum etiam quia uxor filii, vox patris eſt, §. *ei vero. Inſtit. de inutilibus ſtipulation.*

3 Primò adverſus primam noſtri text. partem, quatenus ex ea conſtat, quod quoties de matrimonio contrahendo diſceptatur, matris teſtimonium admitti non debet, obſtat text. *in cap. videtur 3. de accuſationibus*, ubi pater, & mater, & fratres, tam ad matrimonium contrahendum, quàm ad diſſolvendum admittuntur. In qua difficultate veriſſimè eſt dicendum, multipliciter quoad validitatem matrimonii, & ejus probationem agi poſſe: nam vel in contrahendo inter conjuges diſparitas conditionis ſecernitur, vel qualitas; quia inter utrumque illa eſt differentia, quod in priori parentum teſtimonium non admittitur, cùm mater filiæ incrementum, & honorem videatur diligere, ſiquidem ſi vir ſuperior eſt divitiis, & nobilitate, teſtimonium matris videatur eſſe ſuſpectum, & ideò non admittendum, cum periurii præſumptio ſit; non ſic in poſteriori caſu, in quo rectè admittitur, cùm illa ſuſpicio vehemens periurii ceſſet: & de primo caſu loquitur prima noſtri textus pars, ubi tantum agitur de validitate matrimonii reſpectu diſparitatis in divitiis, ſtatu, conditione, ſeu honore.

4 Neque obſtat textus in *dict. cap. videtur 3. de accuſationibus*: quia loquitur cum tantum agitur de contrahendo, vel diſſolvendo matrimonio, propter conſanguinitatis impedimentum, quo in caſu favore matrimonii admittitur patris, vel matris teſtimonium: cujus rationem reddit textus, quia unuſquiſque ſuam genealogiam ſcire debet, & in illo conſanguinitatis impedimento admittuntur, cum teſtes alii recipi non poſſint, quàm pater & mater, qui ſcire eam poſſunt: quæ interpretatio apertè deducitur ex ſecunda noſtri textus parte, *in verſiculo, Super illa verò*. Et quod in prima noſtri textus parte tantum agatur de matrimonio, non verò de conſanguinitate, conſtat ex illis verbis: *Negante ſe mulierem adfidaſſe*, ſiquidem verbum illud, *adfidaſſe*, contractum denotat, quaſi diceret ſe fidem non dediſſe; tum etiam ex illo verſiculo, *Super alia vero, &c.* Quæ verba adverſativa ſunt caſui præcedenti, Rebuffus *de reprobatione teſtium, numero* 338. & 38. & 380. Sanchez *de matrimonio, lib.* 1. *diſputatione* 71. Maſcardis *de probationibus, concluſione* 1148. latè Menochius *de arbitrariis, lib.* 2. *caſu* 102.

5 Secundò obſtat text. in *l. cum de ætate, l. etiam. ff. de probation.* ex quibus juribus conſtat, patris teſtimonio, ſeu ejus profeſſioni, quoad filiorum nativitatem ſtari debere. Cui dubio reſpondetur, quod utilitatis cauſa ſeu ob Reip. utilitatem fuit receptum, ut parentum profeſſioni ſtetur, cum ab omni falſitatis ſuſpicione immunes ſint tempore, & perſona; tempore, quia tempore quo parentes in actis liberos profitentur, nondum ulla lis eſt cum liberis; neque ſciunt, utrum illa profeſſio liberis nocitura, an profutura ſit; quoad perſonam, quia parentes, qui dicunt eos liberos ſuos eſſe, neutiquam ſuſpecti ſunt, ſiquidem nemo adeò tam demens eſt, qui alienos liberos, uti proprios recipere velit, & nemo tam impius, qui velit proprios negare, meritò cum illa parentum profeſſio omni ſuſpicione careat, juſta de cauſa admittitur, Donel. *in dict. l. parentes 6. C. hoc tit.*

6 Tertiò obſtat textus in *l. qui teſtamento* 20. §. *per contrarium, ff. qui teſtamenta facere poſſunt*, ubi patris teſtimonium in teſtamento filii admittitur. Qua in difficultate, omiſſa Accurſii ſolutione *ibi*, dum aſſerit potius hæredis, quàm filii negotium actum fuiſſe, & ideò admittendum eſſe: cujus interpretatio convincitur: quia non tam hæredis, quàm teſtatoris negotium factum dicitur, juxta textum in §. *ſed neque, Inſtitut. de teſtamentis ordinandis*, verius reſpondendum eſt, textum illum eſſe intelligendum in teſtamento militis, qui ante miſſionem jure militari teſtamentum condidit; quare propter privilegium militiæ, patris teſtimonium in teſtamento filii admittitur: quæ interpretatio deducitur ex textu in §. *in teſtibus 9. Inſtitut. de teſtamentis*, ubi ſcriptum eſt, quod ſi filius familias ſimiles teſtamentum condiderit poſt miſſionem, pater in eo legitimus teſtis non ſit. Ratio eſt, quia poſt miſſionem jure communi teſtamentum fieri debet, §. *ſed hactenus, Inſtitut. de militari teſtamento*: ergo ante miſſionem legitimus teſtis erit, Donel. *in dict. N. 6. Cod. hoc titulo.* Idem *numero decimo tertio*, diſputat, an pater teſtis eſſe poſſet inter duos filios, ut pote ſi lis eſt inter duos fratres, & unus pro ſe producat patrem in teſtem.

7 Quartò obſtat textus in *dict. l. parentes 6. Cod. de teſtibus*, in illis verbis: *Parentes, & liberi adverſus ſe*, ex quibus apparet, parentes, & liberos tantum adverſus ſe non eſſe admittendos: ergo pro ſe admitti debent. Quam difficultatem diſſolves ſi dixeris, quod parentes, & liberi contra ſe, neque volentes admitti debent: ſecus verò dicendum eſt, ſi pro ſe teſtimonium dicant: nam tunc volentes admittuntur, hoc eſt, ſi adverſario non recuſante pater pro ſe filium in teſtem producat; nam tunc non tantum volens filius ad teſtimonium ob patris charitatem admitti debet, verum etiam, & invitus compellitur teſtimonium dicere, juxta Donelli ſententiam in *dict. l. parentes 6. Cod. hoc tit. numero nono*, & ita ſimiliter interpretari debet Africani reſponſum *in l. in privatis 77. ff. de judiciis*, cujus hæc ſunt verba: *In privatis negotiis pater filium, vel filius patrem judicem habere poteſt*, ex quibus manifeſtè conſtat in privatis, hoc eſt, in civilibus cauſis poſſe filium in cauſa patris, & patrem in cauſa filii jus dicere. Augetur difficultas ex textu in *l. qui juriſdictioni 10. ff. de juriſdictione omnium judicum*, ubi Ulpianus aſſerit, eum qui juriſdictioni præeſt, neque ſibi, neque filiis ſuis jus dicere poſſe: nam textus in *dict. l. in privatis*, loquitur in magiſtratu filio jus dicente in patrem, vel è contra, qui omnes ſibi invicem prohibentur jus dicere, parentes propter charitatem erga liberos, liberi propter eandem erga parentes, argument. textus *in l. teſtes, ff. hoc titulo.* At verò Africanus *in dict. l. privatis*, loquitur in judice, qui à populo, non à litigatoribus eligebatur, & is nunquam cauſarum deciſioni dabatur, niſi partes poſt ſortitionem in eo conſentirent, meritò cum patrem ſortitum judicem partes cognoviſſent, & in eo conſenſiſſent, mirum non eſt, quod ſi ab illis exceptio non ſit oppoſita, quod pater in cauſa filii poſſit eſſe judex, ponderando verbum illud: *Poteſt*, notat Anton. Faber *in Rationali ad textum in dict. l. in privatis, ff. de judiciis*, Cujac. *lib.* 3. *qu. Africani, ibi.*

8 Neque etiam obſtabit ſi dixeris, quod ratione patriæ poteſtatis, filius, & pater, una & eadem perſona cenſentur, *l. fin. Cod. de impuber. & aliis ſubſtitution. dict.* §. *ei verò, Inſtit. de inutilibus ſtipul.* & neceſſe eſt, quod alius ſit litigator, alius verò judex, *cap. forus, de verbor. ſignification.* Quia huic difficultati occurritur, ex *l. quippe 78. & ſequenti, ff. de judiciis*, dum aſſerunt, *judicare*, munus publicum eſſe, & quoad munera publica filius non ſequitur jus poteſtatis, *l. filius familias, ff. de his qui ſunt ſui, l. nam quod ad jus 14. ff. ad Trebellianum*, Corraſius *libro ſecundo Miſcellanearum, capite nono*, Anton. Faber *in dict. l. in privatis*, Idem *in Papinianea, titulo* 8. *principio 6. illatione* 5. Duarenus *libro primo, diſputation. cap.* 51. Oſuald. Donel. *libro decimo ſeptimo, capite vigeſimo quinto, litera H*, ſic ſimiliter pater apud filium familias manumittere poterit, *l. 1. ff. de officio Prætoris*, quia manumiſſio, non eſt actus juriſdictionis contentioſæ, ſed voluntariæ, & pertinet ad jus publicum, Anton. Faber *in Rationali ad textum in d. l. 1. ff de officio Prætoris.*

Neque obſtat textus *in l. cum eorum 5. Cod. de ſententiis, & interlocutionibus*, ubi procurator Fiſci in propria Fiſci cauſa judicat: quia alius eſt curator, alius procurator, procurator judicat *in d. l.* 5. non verò curator, *l. 2. Cod ſi adverſus Fiſc.* videndus eſt textus in *l. ille à quo*, §. *intempeſtivum. ff. ad Trebellianum, l.* 7. §. 8. *in principio, ff. de donation. inter.*

9 Quartò obſtat textus in *cap. qui juraſſe* 26. §. *ſi pater*, *ff. de jurejurando*, ubi patris juramentum prodeſt filio: quod omninò contrarium docet textus in §. *ſi pater* 2. *ejuſdem legis*. Quorum ſolutionem omitto, quia de illa latè diximus *in titulo de juramento calumniæ*; interim tamen omninò videndus erit Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum.*

10 Quintò obſtat textus *in cap. ſicut*, 2. *quæſtione tertia. cap. Præſens*, 20. *quæſtione tertia*, ex quibus conſtat, ſive agatur de matrimonio ſpirituali diſſolvendo, ſive de conjungendo, patris teſtimonium admitti debere. Cui difficultati dicendum eſt, ideò admitti, quia ineſt favor Religionis, ut pater poſſit deponere, an filius habuerit animum profitendi, necne; & ſimiliter admittitur in cauſa hæreſis, vel correctionis, & plures alias limitationes refert Maſcardus *dicta concluſ.* 153. Menochius *de arbitrariis*, *lib.* 2. *caſu* 102. Barboſ. *in collectaneis ad hunc textum.*

Ad textum in capit. Licet 23. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Nulla eſt cauſa quæ unius teſtimonio quantumvis legitimo terminetur.*

2 *Aſſignatur ratio.*

3 *Illuſtratur textus* in cap. omnes itaque, 11. quæſtione prima.

4 *Expenditur textus* in l. Theopompus 14. de dote prælog.

5 *Bonus quilibet præſumitur, niſi contrarium probetur.*

Interpretatur textus in l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re militari, *cum* l. jurisjurandi 9. Cod. de teſtibus.

6 *Teſtamenti ſignatores debent ſua ſigilla recognoſcere.*

Expenditur text. in l. 1. §. fin. ff. quemadmodum teſt. aperiant.

7 *Diſcutitur* l. ſi duo patroni, ff. de jurejurand. l. eum qui, §. ſi libertus, dict. l. ſi duo patroni, §. 2. ff. eodem.

8 *Illuſtratur textus* in l. quæro, §. ſervum, ff. de Ædilitio edicto, *cum* l. cum probatio 7. ff. de probat.

9 *Interpretatur textus in* l. ſi quis decurio 21. C. ad l. Corn. de falſ.

10 *Expenditur text. in* cap. tanta, 86. diſtinct.

11 *Proponitur textus in* cap. cum à nobis 28. de teſtibus.

12 *Judex magis ſuiſmet oculis, quam auribus ad judicium movetur. Intellige ut ibi.*

Interpretatur textus in cap. quia judicante, 9. de præſcription.

13 *Soli Ponderatoris dicto* (*qui Hiſpanè* Contraſte *appellatur*) *ſtandum eſt.*

Expenditur textus in l. fin. in fine, Cod. de ponderatoribus.

14 *Expenditur textus* in l. 1. §. ult. digeſtis, de verbor. obligat.

Plena probatio cum in favorem partium ſit inducta, eorum pactione remitti poteſt.

15 *Interpretatur textus in* cap. ex inſinuatione, de procuratoribus.

16 *Teſtis unus ſufficit cum agitur de probando matrimonii impedimento.*

Expenditur text. in cap. præterea, de ſponſalib. l. 18. tit. 10. part. 4.

17 *Teſtis unus de auditu non ſufficit, etiamſi de impedimento matrimonii agatur; ſecus tamen dicendum ſi de certa ſcientia depoſuiſſet.*

Expenditur text. in cap. ſuper eo 2. de conſanguin. & affinit.

18 *Teſtis unus ad torturam ſufficit, ſi de facto, & de delicto aperte, & ſincere deponat.*

Interpretatur textus in l. maritus 20. ff. de quæſtionibus.

CONCLUSIO.

NUlla eſt cauſa, quæ unius teſtis teſtimonio, quantumvis legitimo, terminetur. 1
Conſonat text. in *cap. in omni negotio* 4. *cap. veniens* 10. *c. ſuper eo* 22. *cap. cum à nobis*, *cap. licet ex quadam*, cum aliis, *hoc tit. cap. novit*, *de judiciis*, *c.* 1. *de appellationibus*, *cap. cum eſſet*, *de teſtamentis*, *c.* 1. *de conſanguinitate, & affinitate*, *cap. nullum*, §. *ſed hoc in fin.* 2. *qu.* 4. *cap. ſi teſtes*, §. *ubi numerus* 4. *qu. prima*, *cap. admonere* 33. *quæſtione ſecunda*, *cap fin.* 35. *quæſtione ſexta*. Lucæ 17. Matthæi 18. *l. ubi numerus*, *ff. hoc tit. l. ut jurisjurandi, & finali*, *Cod. eodem*, *l. maritus penult. ff. de quæſtionibus*, *l. ſi quis in gravi*. §. 1. *ff. ad Silvianum*, *l. cum probatio*, *ff. de probationibus*, *l.* 3. *C. de ſuffragiis*, *l.* 11. *l.* 32. *tit.* 16. *part.* 3. ita tenere videntur, Covarruvias *l.* 2. *variar. c.* 13. Idem *in practicis*, *c.* 33. & in *cap. cum eſſes*, *de teſtam.* Corraſius *libro ſecundo*, *miſcellanearum juris*, *c.* 7. Farinac. *libro ſecundo*, *tit.* 6, *quæ.* 63. Jaſ. *in repetition. leg. admonendi*, *Cod. hoc tit.* Petrus Fab. *libro ſecundo*, *ſemeſtrium*, *c.* 24. Ant. Fab. *de erroribus*, *decade* 2. *errore* 10. Cujac. latè *in poſthumis*, *ad hunc textum*, & *tit. ff. & Cod. de teſtibus*. Donel. *in l. in exercendis*, *numero decimo tertio*, *Cod. de fide inſtrumentorum*, Idem *in l. ut jurisjurandi*, *num.* 19. *Cod. hoc tit.* Duaren. *ad tit. de teſtibus*, *c.* 3. Pichardus *in* §. *ſed cum paulatim*, *Inſtit. de teſtamentis*, D. Balboa, *in c.* 2. *de probation. n.* 30. *& ſeqq.*

Ratio eſt, quia cum Reipublicæ expediat, ſententias ex integris, & legitimis probationibus exoriri, & teſtium fides ex certi juris diſciplina in numero duorum, vel trium ſtet. *dict. cap. in omni negotio*, *hoc tit.* conſentaneum eſt, ut unus teſtis ad probationem non ſufficiat, ſiquidem teſtium numero credendum ſit, non teſti; cùm unius teſtis non ſit legitima, ſed ſemiplena probatio; cùm non ſit plenus numerus, ſed ſeminumerus: unde vulgariter dici ſolet, *unus teſtis, nullus teſtis*, *vox unius*, *vox nullius*, Duaren. *ad tit. de teſtib. c.* 3, *in princ.* Oſuald. ad Donel. *l.* 24. *c.* 19. *litera F.* 2

Primò obſtat text. *in cap. omnes itaque*, 11. *quæſt.* 1. ubi unicum Epiſcopi teſtimonium ſufficit, ut cauſa judicari poſſit. In cujus textus difficultate, omiſſis pluribus interpretationibus, veriſſimè dicendum, textum illum hodie jam nullam juris authoritatem retinere, ſiquidem non eſt deſumptus ex corpore juris Pontificii; ſed ibi tantùm refertur quædam lex Theodoſiana relata in *l.* 1. §. *quæcunque*, *de Epiſcopali judicio in Theodoſiano Codice*, ubi Conſtantinus Magnus privilegium Epiſcopis conceſſit, quod etſi unico teſtimonio non ſit credendum, quamvis teſtis præclaræ Curiæ honore præfulgeat; tamen ſi Epiſcopus in aliqua litis parte juraverit, propter ejus excellentiam, ejus teſtimonium ſufficit ad hoc, ut cauſa decidatur, ut etiam conſtat *in capitulis Caroli Magni*, *lib.* 6. *cap.* 281. ſed cum privilegium illud ſit contra juris rationem, hodie jam conſuetudine abrogatum eſt, ut advertit Felinus *in cap. cum à nobis*, *hoc tit.* D. Balboa *in cap.* 2. *de probation. n.* 35. 3

Secundò obſtat text in *l. Theopompus* 24. *ff. de dote prælegata*, ubi teſtimonio unius ſtatur, ſiquidem eadem dotis quantitas præſtatur filiæ, quam ſorori, ex eo ſolo, quod Polianus juraſſet eandem quantitatem à patre teſtatore relictam fuiſſe minori, quàm majori. In cujus textus difficultate, omiſſa *Gothofredi* ſententia *in notis ad eundem textum*, veriſſimè eſt dicendum, quod in *dict. l. Theopompus*, non ſtatur unico Poliani juramento, neque ex eo ſolo dos debetur; ſed præcipuè quia id apparet ex propria teſtatoris voluntate, cum teſtator omnes filios ex æquis portionibus hæredes ſcripſiſſet, & ſic potiùs ex teſtamento, quàm ex Poliani 4

jura-

juramento cauſa fuit deciſa ; notat Cujac. *in dict. leg. Theopompus, digeſtis de dote prælegata*, Idem *in poſthumis ad hunc textum*, Oſuald. ad Donel. *lib. 25 comment. cap.* 7.

5 Tertiò obſtat text. in *l. non omnes*, §. *à barbaris*, *ff. de re militari*, ubi miles, qui à militia diſceſſit, ad eam reſtituitur ex ejus ſolo teſtimonio, ſi affirmet in militia remanſiſſe, ſeu ab hoſtibus captum fuiſſe. Augeturque difficultas ex eo, quod in re propria teſtificat, cum in re propria teſtimonium non admittatur, *l. nullus*, *ff. hoc tit. cap. nullus* 4. *quæſt.* 4. Quæ difficultas, ut componatur, nulla alia interpretatio magis congrua reddi poteſt, quàm quæ traditur à Corraſio *lib.* 3. *miſcellaneorum, cap.* 7. dum aſſerit, ideò ibi militis aſſertioni ſtandum eſſe, quia bonus antea, & ſemper fuit habitus; & cùm quilibet bonus præſumatur, niſi contrarium probetur, mirum non eſt, cur credatur militi, ſe non eſſe transfugam aſſerenti. Neque ſolutioni obſtat textus in *l. jurisjurandi* 9. *Cod. hoc titulo.* ubi ſingulari teſtimonio nulla fides adhibetur, neque intereſt, an magnæ, vel parvæ authoritatis ſit æſtimatus. Quia *text.* ille procedit, cùm juramentum alteri nocet; at verò textus in *dict. leg. non omnes, paragrapho, à barbaris*, loquitur, quando ſibi ſoli prodeſt, & alteri non nocet: veluti cum quis affirmat ſe eſſe Clericum, vel baptizatum, *capit. cum itaque*, *capit. parvulis*, *de conſecratione diſtinction.* 4.

6 Quartò obſtat textus *in leg.* 1. §. *fin. ff. quemadmodum teſtamenta aperian.* ubi teſtamentum ex ſolo unius teſtis teſtimonio, negantis ſuum ſigillum, ſuſpectum efficitur. Cujus dubii occaſio erit ſi dixeris tabulas ibi, non effici ſuſpectas ex ſola ſignatoris negatione, ſed ex eo præcipuè, quia ſigillum incognitum redditur, cùm ſignatores debeant ſigilla ſua recognoſcere, *leg. cum ab initio* 4. *ff. eodem tit.* qua negatione non obſtante, tabulæ aperiuntur, Cujacius *in poſthumis ad noſtrum textum*, *in fine.*

7 Quintò obſtat textus in *l. ſi duo patroni*, *ff. de jurejurando. l. eum qui*, §. *ſi libertus*, *ff. eodem*, ubi ex ſolo liberti teſtimonio patronus excluditur à ſucceſſione ipſius liberti, ita ut neque operarum petitio, neque bonorum poſſeſſio ei competat. In qua jurium difficultate veriſſimè eſt dicendum, quod illud unicum liberti teſtimonium non facit plenam probationem, ſed qualemqualem præſumptionem tantum. Moveórque ex eo, quia patronatus à liberto excluſus, non excluditur ipſo jure ab illius hæreditate, ſed tantum ope exceptionis, ſiquidem adhuc, patrono excluſo, remanet actio ad jus patronatus perſequendum; prodeſt tamen illud unicum liberti teſtimonium patrono admiſſo, ad hoc, quòd ſi probationes æquales eſſent, major fides adhibeatur patrono à liberto admiſſo, quàm patrono à liberto excluſo; quæ interpretatio deducitur ex mente illius *textus*, ſi quidem non datur jus accreſcendi alteri patrono ex illa deficiente parte, Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum in dicta leg. ſi duo patroni.* §. 2.

8 Sextò obſtat textus in *leg. quæro*, §. *ſervum. ff. de ædilitio edicto*, ubi ſi quis emerit ſervum ſub duplæ ſtipulatione, ſi fugitivus fuerit, & poſtea, empto ſervo, ablatis rebus fugiſſet mox inventus, & interrogatus an cum anteriori domino manens aliquando fugiſſet? ſi reſpondit, ſe ante venditionem fugiſſe, Paulus indicavit ex illo ſolo ſervi teſtimonio duplam deberi, & ſervi reſponſioni ſtandum eſſe: quod contrarium in eadem ſpecie, docet idem Paulus in *l. cum probatio* 7. *ff. de probationibus*, dum aſſerit, abſque tormentis ejus reſponſioni ſtari non poſſe. Ex quibus juribus conſtat, quod ſive cum tormentis, ſive ſine tormentis uni conſervi teſtimonio ſtandum erit. Ex qua jurium contrarietate, omiſſa emendatione, quam refert Cujacius *in l.* 4. *ff. de probationibus*, & *in lib.* 20. *obſervat. cap.* 23. veriſſimè eſt dicendum, quod ideò in *dict. leg. quæro*, §. *ſervum*, ſimplici ſervi reſponſioni, abſque tormentis ſtatur; & in *dict. leg. cum probatio*, abſque tormentis non creditur, quia in *dict.* §. *ſervum*, plurima judicia præceſſerant, quæ utilia, & neceſſaria erant ad ſemiplenam probationem; meritòque tormenta excuſantur; at verò in *dict. leg. cum probatio*, tortura deſideratur: quia etſi aliqua adminicula præceſſerant, erant tamen minus neceſſaria ad ſemiplenam probationem, quare de ſervo haberi quæſtio neceſſe fuit, ſiquidem ſervi abſque tormentis ad teſtimonium non admittuntur, *leg.* 8. *ff. de quæſtionibus*. Ex quibus conſtat, quod in *dictis juribus*, non ſtatur ſimplici ſervi teſtimonio, etiam ſi de facto proprio agatur; ſed ſimul ei creditur cum cæteris judiciis: & adminiculis concurrentibus: quod admiſſum eſt, ne veritas occultetur, *leg. ſervi. ff. de teſtibus*, notat Emundus Merilius *lib.* 3. *obſervat. cap.* 30. Eodemque modo eſt interpretandus textus in *leg. quicumque fugitivum*, *Cod de ſervis fugitivis*: nam ideò *ibi* ſervi reſponſo ſtatur, quia etiam plurima judicia præceſſerant, notat Cujacius *in leg. quicunque* 4. *Codice de ſervis fugitivis*, Antonius Faber *in ſuo Codice diffinition.* 9. Menochius *libr.* 2. *de arbitrariis*, *caſu* 99. Covarruvias *in practicis*, *capit.* 33. *num.* 3.

Septimò obſtat textus *in leg. ſi quis Decurio*, 21. *Cod.* 9
ad legem Corneliam de falſis, ubi in quæſtione illa, an ſcilicet inſtrumentum ſit publicum, vel privatum, verum, vel falſum, unico, & ſingulari Tabellionis teſtimonio ſtandum eſt. In cujus textus difficultate, omiſſa *Gilchenii* interpretatione, ibi veriſſimè dicendum eſſe exiſtimo, quòd *in dict. leg. ſi Decurio*, longe, ac diverſa ſpecies refertur, quam communiter Doctores *ibi* exiſtimant; ſiquidem non agitur de unius teſtis teſtimonio recipiendo, ſed de Decurione, ſeu de Senatore torquendo, qui ante decurionatum Tabellionis officio fungeretur: nam ſi contra Tabellionem arguatur, ſe falſum teſtamentum ſubſcripſiſſe, etſi poſtea municipalis Senator, ſeu Decurio factus ſit, illo honore ſepoſito, aliis judicibus concurrentibus, ob teſtamenti falſitatem tormentis ſubjicitur, ut ſic aliis adminiculis concurrentibus, ſimul cum ſuo teſtimonio veritas eluceſcat; notat Cujacius *in poſthum. ad noſtrum textum.*

Octavò obſtat textus *in cap. tanta*, 86. *diſtinctione*, 10
quò loci ſcribit Pontifex, ſe fidem facere Siriaco Abbati de criminibus commiſſis Januario Epiſcopo. Cujus textus difficultas explicata manebit, ſi animadvertamus ejus deciſionis ſententiam juri conſentaneam eſſe, neque ſuperioribus refragari; ſiquidem *ibi* dictum illius ſufficit ad condemnationem, quia de mandato Pontificis Abbas inquiſivit, an vera eſſent crimina contra Epiſcopum objecta, & ex diſpoſitione teſtium ab eo receptorum cognovit ea perpetraſſe, quo in caſu creditur Siriaco, non ex eo, quod de crimine teſtificet, ſed ex vi inquiſitionis, quæ juſſu Pontificis ab eo ſolemniter fuit facta, uti conſtat ex verbis illius tex. ibi: *Quia ita ſe cognoviſſe perhibuit*: cujus relatio tantum ſufficit, juxta textum in *capit.* 1. 8. *quæſt.* 3. notat Archiepiſcopus Bracarenſis, D. Rodericus de Acunna *in prima Decreti parte*, *in dicto cap. tanta*, 86. *diſtinctione.*

Nonò huic ſententiæ obſtat textus in *capit. cum à* 11
nobis 28. *hoc tit.* ubi Judicis dictum non ſufficit ad probationem actus ab ipſo geſti, niſi adjiciatur alius teſtis, qui ſimul cum eo teſtificet. Cui dubio ſatisfieri debet ex eo, quod ſententia illius *textus*, tunc procedit, quando judex, ut privatus, ejus rei fidem facit, non verò judiciario munere fungens: nam tunc ſolemnitas deſideratur, quæ habetur in *cap. quoniam contra. de probationibus*: at verò in *dicto cap. tanta*, Judex non ut privatus teſtificat, ſed utens commiſſione, & mandato Apoſtolico, & relationem facit de iis, quæ coram eo legitimè ſunt probata; notat Rodericus de Acunna *in dicto cap. tanta.*

Decimò obſtat textus in *cap. quia judicante* 9. *de præ-* 12
ſcriptionibus, ubi contentio ſuper finibus orta, ſolo Agrimenſoris judicio terminari poteſt: ex quo conſtat, unicum teſtimonium ſufficere. Sed hic nodus

omissa *Decii* interpretatione in *cap. proposuisti, de probationibus*, Cujacii *in dicto cap. quia judicante*, facilè dissolvitur ex eo, quod etsi in prædictis causis plurium peritorum judicium desideretur, juxta textum in *l. si irruptione*, §. *ad officium, ff. finium regundorum*, Donel. *in l. jurisjurandi, Cod. hoc tit. numero decimo nono.* Osual. ad eundem *libro vigesimo quarto, capite decimo octavo, litera B.* Garcia *de expensis, capite vigesimo quarto, numero vigesimo*, tamen in *dict. cap. quia judicante*, unus sufficit, quia Judex ipse loca, de quibus erat contentio, suismet oculis prospexit, ut ex ejus litera constat, quo in casu cum ipsius rei evidentia instructus sit judex, dicendum videtur, quod non ex solo Agrimensoris judicio causa illa fuit decisa, siquidem judex magis suismet oculis, quàm auribus, ad judicium illud moveatur; argument. textus *in* §. *final. Institut. de gradibus, cap. Apostolicæ, in fine, de donationibus, cap. de præscriptionibus, 16. quæst. 7.*

13 Undecimò solutioni obstat textus in *l. fin. in fine, Cod. de ponderatoribus, lib.* 11. ubi constat, quod quoties de qualitate solidorum aureorum contentio fuerit orta, standum est soli dicto ponderatoris, qui Hispanè *Contraste* appellatur: ex eo videlicet quia ad auri qualitatem, & ejus veram æstimationem, peritus censetur: ergo unius periti dictum, absque aliis adminiculis, ad lites dirimendas sufficit. Cui dubio ex eo satisfieri debet, quod id singulari jure observatur in eo, qui ad æstimandam auri qualitatem præficitur; quia ejus fides publicè propter publicam utilitatem ita comprobata est, *l. 1. tit. 23. libro quinto, Recopilationis.* Antonius Gomez 2. *tom. variarum, capite nono, in fin.* Garcia *ubi supra, dict. capite vigesimo quarto, num.* 22. *in fine.*

14 Duodecimò solutioni obstat textus in *l.* 1. §. *ultimo, de verborum obligationibus*: Ubi stipulatio valet, si alia lingua stipulator, alia promissor fuerit loquutus, dum tamen congrua sit interrogatio, & responsio & uterque, vel per se, vel per unum linguæ peritum, seu interpretem elocutionem intelligant: ergo cùm interpres ille, stipulationi adjectus vicem testis gerat, & sufficiat; dicendum videtur, unius testis testimonium in ipsa stipulatione sufficere. Sed hujus dubii facilis erit expositio, si dixeris, textum in *dict.* §. *final.* non asserere, unico interpreti, quasi unico testi standum esse, ut stipulatio valeat, si promissor stipulationem illam in judicium deduxerit: videlicet si in judicio non ita promisisse affirmat: nam tunc aliis plurimis utriusque linguæ interpretibus, id probari debet; nec soli interpretis testimonio standum est: si verò inter contrahentes convenerit, ut interpretis dicto stetur, conventio illa ex edicto Prætoris servanda est, textum in *l. jurisgentium* 7. §. *Prætor ait. ff. de pactis*: nam cum in favorem partium plena probatio sit inducta, eorum pactione remitti potest; quæ pactio omnino servanda est, *cap. tuis, hoc titul. l. circumvento, ff. de minoribus, l. pactum inter hæredes, ff. de pactis, l. penultima, Cod. eodem, l. hac venditio 9. digestis, de contrahenda emptione, cap. quod semel, de reg. juris, libro sexto*, Gomezius *ubi supra secundo tomo variarum, capite nono*, Donel. *in dict. l.* 1. §. *fin. de verborum obligation. numero sexto*, Covarruvias *in practicis, capite decimo sexto, numero secundo.*

15 Decimo tertiò obstat textus in *cap. ex insinuatione* 3. *de procuratoribus*, ubi mandatum procuratoris coram duobus testibus revocatum, si unus ex illis decessisset, superstitis testimonium sufficit de revocatione, ut omnia in judicio gesta rescindantur. Et licet duo juraverint, unus tamen actoris vice fungebatur, unde nec dicto ejus standum est, *l. nullus, ff. de testibus, l. omnibus, C. eod.* ergo unius testimonio plena fides adhibenda est. Cui dubio secundum Bernardum *ibi, verbo Clericis*, dici solet, quod ibi mandati revocatio sufficienter fuit probata ex juramento unius testis, simul & partis, quæ deferente Judice juravit, siquidem Judices solent in dubiis controversiis ex inopia probationum, etiam uno solo teste extante; jusjurandum, tam à reo, quàm ab actore exigere, prout visum fuerit, *l. admonendi ff. de jurejurando, l. in bonæ fidei, Cod. de rebus creditis, cap. final.* §. *ultimo, de jurejurando*, Cujacius *libro vigesimo secundo observation. capite decimo sexto*, Duarenus *libro secundo, disputat. capite trigesimo tertio*, Donel. *ad titulum de jurejurando, capite undecimo*, latè Osuasd. *libro vigesimo quarto commentariorum, capite decimo nono.* Cujus Bernardi sententiam sequutus est Mascardus *de probationibus conclusion.* 1016. *num. decimo septimo.* Sed verius dicendum esse existimo, quod jusjurandum in *dict. cap. ex insinuatione*, ideò facilius à Judice potuit deferri, quia ea probatio non dirigebatur ad exitum causæ principalis, sed ad decisionem illius articuli incidentis, videlicet, cum asseruisset, se coram duobus testibus admonuisse procuratorem, ne mandato uteretur.

Decimo quartò obstat textus in *cap. præterea, de sponsalibus, l.* 18. *tit.* 10. *parte quarta*, quæ jura docent, quod uni testi est credendum. Cui difficultati occurritur ex eo: nam ideò in *illis juribus* uni testi statur, quia agitur de probando matrimonii impedimento, quo in casu unus tantum testis sufficit, juxta textum in *cap. super eo* 22. *hoc titulo*, quod admissum est propter vitandum maximum incesti peccatum, Gutierrez *libro primo, canonic. quæstion. capite undecimo, numero vigesimo octavo*, Covarruvias *in* 4. *capite sexto, paragrapho primo, numero vigesimo*, Mascardus *de probationib. conclusion.* 135. *ex numero quinto*, secus verò dicendum est, si de dissolvendo matrimonio jam contracto agatur: nam tunc plures testes desiderantur, *cap. super eo* 22. *hoc titulo, cap. de eo, qui cognovit, consanguineam uxoris suæ.* Mascardus *ubi supra, numero* 19. & 20.

16

17 Decimoquintò huic sententiæ obstare videtur textus in *cap. super eo* 2. *de consanguinitate, & affinitate*, ubi uni testi non creditur in probatione impedimenti matrimonii. Cui difficultati occurritur, quia ideò *ibi*, non sufficit testimonium unicum, ex eo, quod testis ille de auditu tantum deposuit, cujus probatio parum firmitatis habere solet, juxta textum in *cap. licet ex quodam* 47. *hoc titulo*, nam si de certa scientia deposuisset, solus ille sufficeret, Guttierrez *ubi suprà, numero trigesimo secundo*, Covarruvias *dict. paragrapho primo, numero vigesimo primo*, Donel. *libro vigesimo quinto, commentar. capite sexto*, & videri oportet ea, quæ *suprà* diximus in primo, & secundo dubio *in cap. in omni negotio, hoc tit.*

18 Decimo sextò adversus id quod Doctores omnes *in præsenti* notant, videlicet unius testis testimonium sufficere, ut reus torqueri possit, si testis de facto, & delicto apertè, & syncerè deponat, juxta textum in *l.* 3. *Cod. ad legem Juliam de adulteriis*, Antonius Gomez *libro tertio variarum, capite decimo tertio*, Pazin *praxi prima parte, tom.* 1. *capite decimo secundo, num. trigesimo nono.* Obstare videtur textus in *l. maritus*, 20. *ff. de quæst.* Ubi unico testimonio in causa depositi, non potuit maritus de ancilla Syrii quæstionem habere: ergo unius testis testimonium, neque ad torturam sufficit. Quæ difficultas dissolvitur ex eo, quod ibi nec ad torturam ex solo unico testimonio proceditur, quia testis ille, qui de quantitate deposuerat, non erat legitimus, cum esset filius unius liberti ipsius mariti; ex quo familiari testimonio, neque semiplena, neque indicium oriri poterat, siquidem idonei non sunt testes, quos actor de familia produxit, *l. idonei, ff. hoc titulo*, Quæ solutio constat ex illius textus verbis ibi: *Et in eam rem unum testem liberti filium produxit, &c.* De altera nostri textus parte latè *suprà* est actum in *cap. in omni negotio quarto, hoc titulo.*

Ad textum in cap. Literis, 24. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Teſtes non ſunt idonei, quos actor de familia produxit.*

2 *Teſtes domeſtici ſuſpecti dicuntur, cum nimis ſui domini cauſam affectare videantur.*

3 *Teſtes familiares ſunt, qui melius ſcire poſſunt ea, quæ in alicujus domo peraguntur. Intellige ut ibi.*

4 *Teſtes conſanguinei in impedimento conſanguinitatis admittuntur, cum melius, quàm extranei de propria ipſorum familia deponere poſſint.*

Expenditur textus in capit. videtur 3. qui matrimonio accuſare poſſunt, capit. ex parte, de ſponſalibus.

5 *Canonici teſtes reputantur ad ea, quæ in Capitulo geſta ſunt.*

Interpretatur textus in capit. ſuper prudentia, 14. quæſt. 2.

6 *Servi, & familiares in tribus judiciis legitimi teſtes dicuntur, veluti in accuſatione fraudati cenſus, adulterii, & læſæ Majeſtatis.*

Interpretatur textus in l. hoc quod placet in fine, C. de quæſtionibus.

CONCLUSIO.

1 NOn ſunt idonei teſtes, *quos actor de familia ſua produxit.* Idem docet tex. in *c.* 12. *&* 3. 3. *quæſt.* 5. *capit. ſuper prudentia* 14. *qu.* 2. *cap. ſi teſtes, verſicul. Teſtes eos*, cum aliis, 4. *qu.* 3. *cap. inſinuante, de officio delegati*, *l.* 3. *l. in legibus, l. idonei, l. ſervi* 7. *leg. teſtes* 24. *ff. de teſtibus. leg. etiam* 3. *leg. ſervus* 8. *C. eodem, leg. pridem, leg. libertus, Cod. de quæſtionibus, leg. pronunciatio* 195. *de verborum ſignificatione, l.* 1. §. *familiæ ff. de publicanis, leg. final.* §. *ſane. Cod. de iis, qui ad eccleſiam confugiunt leg.* 11. §. 1. *ff. de pœnis, leg. ædiles* 25. §. 1. *leg. quod ſi nolit*, §. *idem melius. ff. de ædilitio edicto: leg.* 1. *tit.* 19. *part.* 3. ſic defendunt Gothofredus *in dicta l. teſtes* 24. *ff. hoc titul.* Covarruvias *in practicis, cap.* 18. *nu.* 4. Morla *in emporio* 1. *parte tit.* 21. *in præludio*, Farinacius *in praxi criminali*, *part.* 2. *quæſt.* 55. Maſcardus *de probationib. concl.* 533. *&* 758. *&* 1357. *&* 1358. Menochius *conſilio* 31. *nu.* 29. *&* *conſilio* 199. *nu.* 48. Rebuffus *de probatione teſtium, num.* 191. *&* 215 *verſicul. Quarto*. Guttierrez *de matrimonio cap.* 44. *num.* 85. Duarenus *lib.* 1. *diſputat. cap.* 28. Cujac. *in l.* 6. *ff. qui teſtamenta facere poſſunt* Donel. in *l.* 2. *n.* 7. *C. hoc titul.* Idem *in leg. inſtrumenta, C. de fide inſtrumentorum.*

2 Ratio eſt, quia teſtes ejus naturæ, & conditionis eſſe debent, in quos nulla exceptio cadere poſſit, *cap.* 1. *de exceptionibus*, *capit.* 1. *de conſanguinitate, & affinitate*, & domeſtici exceptionem patiuntur, ſiquidem idonei non videntur eſſe teſtes, quibus imperari poteſt, ut teſtes fiant, *l. idonei* 6. *ff. hoc titul.* meritò tanquam de fide ſuſpecti omnino rejiciuntur, cum nimis ſui domini cauſam affectare videantur, *cap. inſinuante de officio delegati*, & per fas, vel nefas domino obedire ſolent, ne in ejus iram incidant, à quo malè accipi poſſunt, ſi non obediant; vel ſi adverſus eum teſtimonium dixerint, cum à domo ejici poſſint, vel aliàs domini multis modis ulciſci poſſint, ſive jure, ſive injuria. Quæ omnia, ut evitentur, cum credibile ſit, domeſticos facilè pro domino eſſe dicturos, juſta de cauſa eorum teſtimonium rejicitur, Donel. *in dict. l.* 2. *Cod. hoc titul. num.* 14.

3 Primò obſtabit dicere, quod illi ſunt admittendi teſtes, qui melius de rei veritate deponere poſſunt, *cap. quoniam* 3. *hoc titul.* Sed familiares ſunt, qui melius ſcire poſſunt ea, quæ in alicujus domo peraguntur, juxta textum in *cap. veniens* 38. *verſic. Quia verò infra, hoc titul.* ergo idonei erunt teſtes, quos actor de familia produxerit. Sed reſpondetur, quod jura *in argument.* adducta procedunt in teſtibus habilibus, à jure non prohibitis: illi enim bene recipiuntur, cùm melius de re deponere poſſint: at verò *textus* noſter procedit in teſtibus inhabilibus, hoc eſt in domeſticis, quia à jure ipſo prohibentur teſtimonium dicere, in cauſa domini, juxta textum in *l. penult. ff. hoc tit.* Neque ſolutioni obſtabit dicere, quod Religioſi, quoad Monaſterium, & Collegæ, quoad Collegium, familiares appellantur, *dict. l. pronunciatio. verſ. Servientium, de verborum ſignificatione, l.* 1. §. *familiæ, C. de publicanis*, & tamen in cauſa ſui Monaſterii, vel Collegii ad teſtimonium admittuntur, *cap. ſuper eo* 6. ubi latè diximus *hoc tit.* Quia dicendum eſt, Religioſos, & Collegas, non eſſe propriè familiares, ſeu domeſticos teſtes in ſui Monaſterii, aut Collegii cauſa, ſed impropriè, cum non dominicæ, vel patriæ poteſtati ſubjecti dicantur, ut *in præſenti*, & ideò admittuntur ex rationibus *ſupra* adductis *in dict. cap.* 6. *hoc tit.* Et licet familiares denominentur, id verum eſt, quoad ipſum Superiorem, ſeu in ejus negotio, quibus imperari poſſit: ſecùs verò, quo ad negotium ipſius Collegii, vel Univerſitatis, Don. *in l. omnibus* 10. *nu.* 4. *Cod. de teſtibus.*

Secundò obſtabit dicere, quod *in præſenti* agitur de 4
cauſa matrimoniali, ut ex litera conſtat, & tamen in matrimoniali cauſa teſtes familiares admittuntur, juxta textum in *cap. videtur* 3. *qui matrimonium accuſare poſſunt, cap. ex parte, de ſponſalibus*, & nos *ſuprà* diximus *in cap. ſuper eo* 22. *hoc tit.* ergo fruſtra *in præſenti* domeſtici repelluntur. Cui dubio ſatisfacies ſi dixeris, text. *in dict. cap. videtur* 3. & ſimilia jura procedere in familiaribus lato modo, in quibus etiam conſanguinei comprehenduntur: nam licet conſanguinei per jus ipſum à ferendo teſtimonio repellantur, tamen matrimoniali cauſa quoties de conſanguineis quoad ſeparationem, vel è contra, quoad conjunctionem agitur, conſanguinei admittuntur, cùm melius, quàm cæteri extranei de propria ipſorum familia deponere poſſint; at verò *textus* noſter loquitur in teſtibus propriè familiaribus: & licet hi etiam favore matrimonii admitti debuerant, quia quoties res aliter probari non poteſt, proprii familiares admittuntur, *l. priùs* 17. *ff. ad Senatus Conſultum Sylanianum, l. quoties* 3. *Cod. de naufragiis lib.* 10. *c. ſuper prudentia* 14. *quæſtione ſecunda, cap. veniens* 38. *hoc tit.* & in præſenti agatur de copula, & ſic tanquam de re, quæ occultè in domo peragitur, tamen non admittuntur, quia ex illa cohabitatione ſeptennii, maxima inſurgebat præſumptio de calumnia mariti, cum in tanto ſeptennii tempore tacuiſſet, & impedimentum non oppoſuiſſet. Juvat etiam, quod teſtes illi erant inhoneſti, ac aſſerebant ſe interveniſſe facto à marito inhoneſtè perpetrato, & in ſeparatione matrimonii admitti debent teſtes, qui ſint probatæ vitæ, & opinionis, *cap. ex literis, de conſanguinitate, & affinitate*, cùm melius ſit aliquos contra ſtatuta hominum dimittere copulatos, quàm conjunctos legitimè contra ſtatuta divina ſeparari, *c. licet, infra, hoc tit.* Gloſſa *in præſenti*, verbo. *Vitæ*, Tum etiam, quia in præſenti urgebant plurimæ aliæ præſumptiones, ob quas repulſi fuerunt: notat Barboſa *in remiſſ. ad hunc textum, num.* 21. Guttierrez *de matrimon. cap.* 40. *num.* 85.

Tertiò valdè obſtat textus in *cap. ſuper prudentia*, 14. 5
quæſtione ſecunda, ſiquidem in prima textus parte Paſchaſius Pontifex aſſerit, quod domeſtici in cauſa criminali ad teſtimonium non debent admitti: & in verſic. *Cæterum*, affirmat in civili Eccleſiaſtica, admittendos eſſe. Cujus textus difficultas diſſolvitur ex §. *poteſt etiam ejuſdem capitis*, dum aſſerit, quod Canonici pro aliis Canonicis teſtes domeſtici appellantur, meritòque à teſtimonio repelluntur; ſed pro Eccleſia, etiamſi domeſtici ſint, ob ejus favorem admittuntur; ſiquidem

ad

ad ea quæ in Capitulo gesta sunt, Canonici idonei testes reputantur, *dict. cap. veniens, hoc tit.* Neque obstabit dicere adeò domesticos esse, ab ipsa Ecclesia imperari possint: quia id favore Religionis est admissum, siquidem pro Religione semper est judicandum, *l. sunt personæ. ff. de religiosis & sumptibus funerum*, Gloss. verb. *Stephani*, in *dict. c. super prudentia*, 14. *q.* 2. & ibi Turrecremata.

6 Quartò obstat textus *in l. conservus*, §. *servis*, *C. de repudiis l.* 1. *in fine*, *Cod. de quæstionibus*, ubi servi, & familiares legitimi testes appellantur. Sed dicendum est, quod quamvis servi etiam in causis criminalibus in caput domini torqueri non possint, *leg.* 3. §. *ejusdem. ff. de quæstionibus*, tamen in tribus judiciis legitimi sunt testes, videlicet in accusatione fraudati census, adulterii, & læsæ Majestatis, *leg. Cod. de quæstion.* Neque obstat tex. *in leg. hoc quod placet, in fin. Cod. ejusdem tit.* ubi extra illa crimina in caput domini torquentur: quia *textus* ille loquitur, quando servus interrogatur inter duos dominos; nam tunc propter paremrationem amoris, & affectionis erga dominos removetur omnis mendacii suspicio, argum. text. in *leg. non solum*, §. 1. *ff. de ritu nuptiar.* Donel. *in leg. servus* 8. *Codic. hoc titul. numer.* 7. & 8. & de hac re plura dicemus *in titul. de testibus cogendis.*

Ad textum in cap. Cum venisset 25. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Testes ante publicationem recipi possunt; publicatis verò attestationibus, iterum super eisdem articulis, vel directo contrariis nec in prima, nec in secunda instantia admittuntur.*

2 *Assignatur ratio*

3 *Instrumenta post testium publicationem admittuntur, & ibi assignatur ratio.*

4 *Attestationum appellatione, testes, & instrumenta comprehenduntur, ad hoc tamen ut tanta fides testibus, quàm instrumentis adhibeatur, non tamen adeò ut post publicationem æqualiter admittantur; & ibi differentiæ ratio assignatur.*

Interpretatur textus in leg. prima, digestis de testibus.

5 *Testes post publicationem admittuntur cùm simul cum instrumento ad ejus fidem producuntur.*

Expenditur textus in cap. serius, verſic. Tam testes offerens, quàm publicum instrumentum, de testibus.

6 *Testes post publicationem in matrimonialibus causis admittuntur: & ibi assignatur ratio.*

Explicatur text. in cap. causam matrimonii, penult. de probat. *ibid.*

7 *Obstetrices, etsi peritæ fuerint, facile tamen decipi possunt.*

8 *Testes post publicationem admittuntur, cùm ordo juris in receptione non servatur.*

Expenditur textus in capit. constitutis 46. hoc titulo.

9 *Purgatio vulgaris per duellum est à jure improbata.*

Interpretatur textus in capit. secundo de purgat. vulgar.

10 *Interpretatur textus* in cap. cum bonæ memoriæ, ult. de probat.

11 *Testes in judicio arbitrario post publicationem admittuntur.*

Exponitur text. in cap. præsentata 50. de testib.

12 *Gesta & allegata in compromissario judicio, fidem faciunt in ordinario. Intellige ut ibi.*

Interpretatur textus in l. penult. §. ad hæc, C. de receptis arbitris.

13 *Publicatis attestationibus, si novi articuli oriuntur, etiam ex prioribus dimanati, tam testes recepti, quàm alii noviores possunt recipi.*

Expenditur textus in leg. produci digestis, de testibus.

14 *Interpretatur textus* in capite veniens 38. de testibus.

15 *Testationes sunt recipiendæ, quoties per illas faciliùs ad veritatis lucem perveniri possit. Intelligeut ibi.*

Illustratur tex. in l. unius. §. cognitorum, *vers.* Quocunque tempore, ff. de quæstionib.

Interpretatur etiam textus in cap. judicantem, 30. q. 5. *vers.* Tandiu actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perveniatur.

16 *In judiciis nihil magis attendi debet, quàm ipsa veritas.*

17 *Testes post publicationem etiam in Criminalibus non admittuntur, & supr. n.* 9.

18 *Expenditur text. in c.* non est nostrum, 23. c. 5. *vers.* Non est nostrum mortem arripere, sed ab aliis libenter accipere illatam.

19 *Testes post publicationem in prima instantia non admittuntur in secunda super eisdem articulis, vel directo contrariis, & supr. n.* 1.

Interpretatur l. eos, §. si quid, C. de appellat. l. in offerendis, §. is videtur, C. eod.

20 *Illustratur* l. cum à nobis 5. C. de dilation. *succumbens in prima instantia, si minus probaverit, vel allegaverit, poterit in secunda plenè probare, vel allegare. Idem supr. num.* 19.

Expenditur text. in l. per hanc 4. C. de temporib. appellationum.

CONCLUSIO.

TEstes ante publicationem recipi possunt; publicatis verò attestationibus, iterum super eisdem articulis, vel directò contrariis, neque in prima, neque in secunda instantia admittuntur. Confirmatur ex text. *in cap. in causis* 15. *cap. fraternitatis* 17. *cap. intimavit* 18. *cap causam quæ*, 19. *cap. de testibus* 29. *cap. veniens* 38. *cap cum in tua* 44. *cap. constitutus* 46. *hoc tit. Clem.* 2. *eodem cap causam quæ*, *cap. Juravit. cap. licet causam de probationibus. cap. placuit*, 4. *qu.* 3. *authen. qui semel. Cod. de probationibus*, §. *quia verò*, *collation.* 7. *leg* 34. 36. 37. 39. *tit.* 16. *part.* 3. *l.* 4. *tit.* 11. *l.* 3. *ordinamenti. leg.* 10. *tit.* 6. *l.* 4. *Recopilationis*, ita tenet Cujac. *in posthumis ad nostrum textum, & in d. cap fraternitatis*: Mascardus *de probationibus, concl.* 1287. Paz *in praxi* 1. *part. tom.* 1. *tempore* 8. Sanchez *de matrimonio l.* 7. *de impedimentis disputation.* 103. *n.* 8. Covarruvias *in practicis cap.* 13. & 18. Farinacius *de testib. l.* 2. *tit.* 16. *quæst.* 68. Gaillius *lib.* 1. *observation.* 105. Mynsingerus *lib.* 1. *observat.* 36. Donel. *in dicta authent. & qui semel*, Osual. ad eundem *libr.* 26. *capit. ultimo*, *fere per totum*, Magister Sancius *in repetitione ad textum in dicta Clementina secunda de testibus.*

Ratio est, quia pars post perspectas, atque examinatas testium depositiones, jam cognoscit minus à se probatum esse, quàm ad victoriam causæ oporteat, & facillimo negotio, adhibita subornatione, posset novos testes ad falsam probationem inducere, per quos probationi antea factæ, in magnam alterius partis injuriam, posset aliquid addere, mutare, vel detrahere, prout sibi magis expediri videretur; meritò propter testium corruptionem, & ad vitanda calumniæ crimina, ut veritas magis elucescat, prudentissimè in præsenti, & in dictis juribus fuit constitutum, quod testes super eisdem articulis, vel directò contrariis publicatis attestationibus, neque in prima, neque in secunda instantia admittantur. 2

Primò obstat textus in *cap. cum dilectus, cap. cum Joannes*, cum aliis *de fide instrumentorum*, in quibus juribus cavetur, instrumento, post testium publicationem admitti 3

mitti poſſe, & tamen teſtes, & inſtrumenta æquiparantur, *cap. cum Joannes, de fide inſtrumentorum.* Sed huic dubio communiter reſpondetur, ideò inſtrumenta poſt teſtium publicationem admitti poſſe, quia illa non ſecretè, ſed palàm celebrantur, & ideò cum in inſtrumentorum productione ceſſat omnis ſubornationis timor, Gloſſa *in cap. ſeries, de teſtibus*, juſta de cauſa in ſpecie noſtri textus, & in dictis juribus, nulla prohibitionis mentio poſt publicationem de receptione inſtrumentorum habetur.

4 Secundò ſolutioni obſtat text. *in leg.* 1. *ff. de teſtibus*, ubi atteſtationum appellatione, teſtes, & inſtrumenta comprehenduntur: ergo quemadmodum teſtes poſt publicationem non admittuntur, ſic ſimiliter nec inſtrumenta admitti debent. Qua in difficultate reſponderi poſſe arbitramur, quod etſi lato loquendi ſermone, *Atteſtationum* appellatione teſtes, & inſtrumenta comprehendantur; id tamen procedit ad hoc, ut tanta fides ſit adhibenda teſtibus, quàm inſtrumentis, ſiquidem in exercendis litibus parem vim obtineant, *leg. in exercendis, Codic. de fide inſtrumentorum, cap. cum Joannes, de fide inſtrumentorum*; at verò quoad temporis productionem, teſtes, & inſtrumenta plurimum inter ſe differunt, ſiquidem teſtes poſt publicationem non admittuntur; ſecus inſtrumenta: ratio differentiæ in eo conſiſtit, quia ut ſuprà diximus, inſtrumentorum fides, neque corrumpi, nec mutari poteſt; teſtium verò depoſitiones pecuniis, aliòve inordinato affectu poſt publicationem mutari poſſunt.

5 Tertiò obſtat textus in *cap. ſeries 26. hoc tit.* in illis verbis: *Tam teſtes offerens, quàm publica inſtrumenta.* Ex quibus verbis conſtat, teſtes, & inſtrumenta, etiam poſt publicationem admitti poſſe. In qua difficultate, omiſſa Cujacii interpretatione, *in poſthumis ad eundem textum*, dum aſſerit ideò ibi teſtes recipi poſſe, quia teſtium publicatio nondum erat facta; ſiquidem apertè convincitur ex illius *textus* mente, ubi conſtat, quod ex parte adverſa, adverſus teſtium dicta, exceptio fuit propoſita; quod fieri non poterat, niſi publicatis jam atteſtationibus: quare veriſſimè eſt dicendum, quod ibi etiam poſt teſtium publicationem teſtes admittuntur, quia ſimul cum inſtrumentis ad majorem inſtrumentorum fidem ſunt producti, Abbas *ibi n.* 6. Felin. *n.* 8. Berojus *n.* 5.

6 Quartò obſtat text. *in cap. cauſam matrimonii, penult. de probationibus*, ubi poſt teſtium publicationem, novi teſtes ſuper eiſdem articulis, vel directò contrariis admitti poſſunt. Cujus difficultatis nodus ex eo diſſolvitur, quod *text.* ille procedit in cauſa matrimoniali, in qua ſententia non tranſit in rem judicatam, *c. lator* 7. *de ſententia, & re judicata*, meritò poſt publicationem teſtes admittuntur, juxta text. in *c. conſtitutus* 46. *hoc tit.* quod admiſſum eſt, quia in matrimonialibus cauſis grave animarum periculum vertitur: veluti ne ſeparentur, qui legitimo vinculo copulati ſunt; vel ne copulentur, qui ex lege divina prohibiti ſunt. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *de impedimentis, diſp.* 103. Covar. *in pract. c.* 18. *num.* 6.

7 Quintò ſolutioni obſtabit dicere, quod ratio, propter quam teſtes poſt teſtium publicationem non admittuntur, ea eſt, ut veritas luceſcat, & vitetur ſubornationis periculum; ſed idem periculum poſt publicationem eſt in cauſa matrimoniali, ſicuti in alia quavis cauſa civili: ergo nec etiam in matrimoniali admitti debent. Cui conſiderationi dici ſolet, quod etſi idem ſit periculum, non tamen eſt tantum, quantum verſatur in conjunctione prohibita inter affines, & conſanguineos, quod inceſti periculum majus, & certius eſt, quàm ſubornationis, & de duobus malis, quod minimum eſt eligere debemus. Quæ interpretatio, etſi generaliter in cauſa matrimoniali ſit recepta; veriſſimè tamen dicendum eſſe exiſtimo, quod in *d. cap. cauſam, de probationibus*, non ex eo ſolum teſtes poſt publicationem admittuntur, quia cauſa matrimonialis erat, ſed etiam quia ibi agebatur de virginitatis cauſa, arte, & peritorum teſtimonio decidenda, uti ſunt obſtetrices de virginitate, qui teſtes, etſi periti eſſent, facilè decipi potuerant, quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus ibi: *Quia læve oculi falluntur, & manus obſtetricum*, latè diſputat Oſuald. ad Donellum *libro* 25. *commentar. capite nono, littera P.*

Sextò obſtat textus in *c. conſtitutis* 46. *hoc tit.* ubi- 8
teſtes poſt publicationem admittuntur. Quæ difficultas excluditur ex eo, quod ibi non ſolum poſt publicationem teſtes admittuntur, quia cauſa matrimonialis erat, ſed etiam quia teſtium publicatio, juris ordine non ſervato, fuerat facta; ſiquidem Regina Bohemiorum, ad teſtium publicationem non fuerat citata, neque unquam ſuam intentionem probare potuit, cum à ſatellitibus illius Provinciæ, & Regni, fuerat impedita; meritò ex jure communi, quamvis cauſa matrimonialis non eſſet, teſtes iterum poſt publicationem admitti debebant, notat Cujacius *in poſthumis ad eundem text.*

Septimò obſtat textus in *cap. 2. de purgatione vulgari*, ubi poſt diffinitivam ſententiam, iterum teſtes, in eadem cauſa, & ſuper eiſdem articulis admitti poſſunt. In qua difficultate, omiſſa Abbatis interpretatione, ibi, dum aſſerit in criminalibus cauſis id admiſſum eſſe; cujus ſententia convincitur ex eo, quod nec in criminalibus poſt publicationem teſtes admitti debent, juxta text. *in cap. placuit* 4. *q.* 3. quare hac, & aliis omiſſis, veriſſimè dicendum eſt, quod ideò ibi teſtes poſt publicationem admittuntur, quia ſententia illa nullitatem expreſſiſſimam in ſe continet, cum prolata ſit contra juris primordia; ſiquidem illa vulgaris purgatio, & teſtium productio facta fuerat per duellum, quæ quidem purgatio à ſacris canonibus improbatur, juxta text. *in c.* 1. *& fin. ejuſdem tituli*, meritò cum ſententia illa nullius ſit momenti, & perinde habeatur, ac ſi prolata non eſſet, ideo poſt eam teſtes admittuntur, notat Gloſſa *ibi*, verbo, *Reſtituat*, Anaſtaſius Germonius *in paratitlis, ad eundem titulum.*

Octavò obſtat text. *in cap. cum bonæ memoriæ, ult. de* 9
probationibus, ubi in reſtitutionis cauſa teſtes ſemel recepti à primis Judicibus, iterum à ſecundis ſuper eadem reſtitutionis cauſa, & eiſdem articulis recipi poſſunt. Quæ difficultas excluditur ex eo, quod in ſpecie illius textus non probatur, teſtium publicationem jam coram primis Judicibus fuiſſe factam, & iterum in eadem cauſa, & ſuper eiſdem articulis coram ſecundis Judicibus admittendos eſſe; ſed tantummodo probatur, quod ſi lis eſt jam conteſtata coram primis Judicibus, & probationes receptæ, non tamen teſtium dicta publicata; ſi cauſa illa fuerit ſublata primis Judicibus, & ſecundis delegata, tùm ſuper eadem cauſa, & ſpolio, iterum novæ probationes, ſimul cum prioribus admitti poſſunt: & ſic illius *text.* deciſio nihil obeſt adverſùs noſtri textus ſententiam, uti animadvertit Cujacius *in poſthum. ad Decretales, in d. c. fin. de probationibus.*

Nonò ſolutioni obſtat text. *in c. præſentata* 50. *hoc* 10
tit. ex quo conſtat, quod etiam ſi teſtium publicationes fuerint factæ coram arbitro judice, poterunt iterum, non ſolum in eodem arbitrario judicio teſtes recipi, verum etiam coram ordinario ſuper eiſdem articulis, vel directò contrariis. Cujus textus difficultas ſalva manebit ex eo, quod ideo in judicio arbitrario etiam poſt publicationem teſtes admittuntur, quia Arbitri veram juriſdictionem non habent, ſed tantùm privatam cauſæ cognitionem adminiſtrant, *leg. privatorum, Cod. de juriſdictione omnium judicum*, ideoque cùm illa teſtium publicatio arbitrario judicio nullam juris ſolemnitatem retineat, & Arbitrorum ſententia in rem judicatam non tranſeat, *leg.* 1. *Cod. de receptis arbitris*, mirum non eſt, quod etiam poſt publicationem in arbitrario judicio factam, etiam in ordinario iterum teſtes admittantur.

Decimò ſolutioni obſtat text. *in l. penult. §. ad hoc ge-* 11
neraliter, Cod. de receptis arbitris, ubi generaliter Imperatores conſtituunt geſta, & allegata in compromiſſario judicio, fidem facere ordinario. Cujus difficultas

solvitur ex eo, quod in *dict. l. penult. ad hoc*, non simpliciter ab Imp. est decisum, quod testium receptio in arbitrario judicio, apud ordinarium omnino fidem præstare debeat, sed tantum ibi Cæsares constituunt, quod gesta apud Arbitros, possunt valere apud ordinarios, non verò debent, siquidem inter verbum, *potest*, & verbum, *debet*, plurima est differentia: nam verbum *potest*, significat arbitrium, & voluntatem; at verò verbum, *debet*, significat necessitatem; notat Morla *in emporio ad titulum de jurisdictione in proœmio, num.* 14. & valere possunt apud Ordinarium gesta apud arbitrum, si partes in eo consenserint, alioquin parte una contradicente, noviter in Ordinario testes sunt admittendi; nisi fortè testes in arbitrario judicio recepti, fuerint mortui, vel peregrè absint: nam in hoc casu ex æquitate fidem apud Ordinarium faciunt, *l. fin. C. de testibus*, Cujacius *ibi*, Don. *in auth. & qui semel, C. de testibus*, Osu. ad Don. *l.* 25. *c. fi. litera I.*

13 Undecimò adversus nostrum *textum* in versicul. *Si vero fuerint quæstiones*, ex quo deducunt DD. quod in articulis novissimis, ex prioribus emergentibus, publicatis attestationibus, non solum admitti possunt testes novissimi, verum etiam illi, qui ante deposuerant, *dict. l. fin. C. de testibus*: obstat textus in *l. produci, ff. hoc tit.* cujus hæc sunt verba: *Produci testis is non potest, qui ante in eum reum testimonium dixit.* ex quibus verbis constat, neminem posse testem pro se producere, qui semel adversus eum in alia causa testificaverat, & ratione comprobatur: nam qui semel contra me testificavit, iterum pro me, nec adversus me admitti potest, cum semper censeatur esse inimicus, & ultor, juxta textum in *c. placuit*, 4. *q.* 3. Cui dubio, omissa Cujac. interpretatione, *lib.* 2. *observat. c.* 23. Budæi *in annotationibus ad Pandectas, ad eundem textum*, veriorem esse existimo, quam refert Duarenus *lib.* 2. *disput. cap.* 29. dum asserit illius text. sententiam esse idem ac si diceret, quod testes antea contra me recepti, iterum contra me, nec in aliis novissimis causis admitti possunt; & id solummodo secundum *Venuleii* sententiam procedit in causis criminalibus, non verò in civilibus: ratio est, quia non levis inimicitiæ conjectura est, eum testem inimicum esse in causa posteriori, qui jam in priori adversus me testificaverat: meritò nihil obstat adversus prædictam nostri textus sententiam, siquidem in præsenti solummodo agitur de recipiendis eisdem testibus super novissimis articulis, ex primis dimanantibus in causis civilibus, in quibus cessat illa affectata inimicitia: cujus *Duareni* interpretatio comprobatur ex eo, quod decisio illius textus desumpta est ex *Venuleio* in tractatu *de publicis judiciis*, uti demonstrant verba illius textus in ejus fronte deposita.

14 Duodecimò obstat textus in *cap. veniens* 38. *hoc tit.* ubi probatio in continenti oblata in causa summaria, & publicatis in ea attestationibus, iterum novi testes super jure Decanatus, & eisdem articulis, vel directò contrariis usque ad plenariam causæ cognitionem, tam ab una, quàm ab alia parte admitti possunt. In qua difficultate *Innocentius* & antiquiores *ibi* existimant, quod non obstante publicatione facta in summaria iterum testes possunt produci in plenaria cognitione etiam super eisdem articulis vel directò contrariis: rationem reddit Innocentius *ibi*, quia in summariis causis non observatur illa juris solemnitas, siquidem celeriter absque strepitu, & figura judicii proceditur: deinde quia si iterum testes non admitterentur justitia, & jus litigantium periclitaretur, ob defectum probationis, juxta textum in *Cl.* 2. *de verb. significatione, Clem.* 2. *judiciis*; meritò ut hæc mala evitentur, etiam facta publicatione in summaria, iterum in plenaria, testes super eisdem articulis admittendos esse affirmat juxta textum *in capit. cum in tua* 44. *hoc titul.* Sed licet hæc sententia communiter sit recepta, tamen verius dicendum esse arbitramur, quod in *dict. capit. veniens.* 38. *hoc tit.* non ex eo solo, testes post publicationem factam in summaria, iterum in plenaria recipiuntur; sed præcipuè, quia summaria de diversa, & separata agebatur causa cum in summaria non fuisset actum de meritis ipsius causæ, sed solummodo legitimanda meri oppositoris persona, ad impediendam Decanatus sententiæ executionem: quare mirum non est, quod non obstante publicatione in summaria, iterum testes in alia nova causa, tam ex parte unius, quàm ex parte alterius recipiantur: uti benè animadvertit Cujacius *in posthumis ad Decretales in dict. capite, veniens.*

15 Decimo tertiò obstabit dicere, quod toties testes sunt recipiendi quoties veritas per illos ad lucem produci potest, juxta Pauli responsum *in l. unus*, §. *cognituram.* versicul. *Quocunque tempore, digest. de quæstionibus, cap. judicantem*, 30. *quæst.* 5. ibi: *Tandiu actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perveniatur*: sed nemo est, qui nesciat, adhuc post testium publicationem ad veritatis lucem perveniri posse: ergo ut veritas elucescat, etiam post publicationem, iterum super eisdem articulis testes recipi possunt. Cujus difficultas salva manebit ex eo, quod verissimum est, testes toties recipi debere, quoties per illos ad veritatis lucem perveniri posset; non tamen legitimè veritas constare potest, quoties receptionis tempore legibus definito non constat. Quo supposito, non obstat textus in *dict. l. unus* §. *cognitum*, versic. *Quocunque tempore.* Quia verba illa sunt intelligenda de omni tempore idoneo, juxta textum in *l.* 1. & ejus Glossam, verbo. *Quibuscunque. C. de fide instrum.* & idoneum tempus non dicitur post publicationem, ex rationibus, & juribus *supra* adductis: & ita similiter est interpretandus text. in *dict. cap. judicantem*, versic. *Tamdiù*, quia verbum illud, *Tamdiù*, restringi debet, quandiù tempus à jure definitum id permiserit. Neque obstant verba illius textus: ibi: *Quam peractis omnibus &c.* Quia idem est, ac si dicerent, peractis omnibus, quæ ad legitimam testium publicationem desiderantur.

16 Decimo quartò, obstabit dicere quod in judiciis nihil magis attendi debet, quàm ipsa veritas, *capit.* 1. *de judiciis, lib.* 6. *l. illicitas*, §. *veritas. dig. de officio Præsidis*, sed veritas aliter, quàm per testes in lucem produci potest, *l. nec omissa, Cod. de liberali causa, l. penulti na dig. de probationibus, capit.* 1. *capit. laudabilem, de frigidis, & maleficiatis*, ergo non admittere probationem, etiam post publicationem, est veritati tenebras offundere, & procedere contra proprium judicantis munus. Quæ difficultas parum oberit, si dixeris jura in argumento adducta non esse contraria nostri textus decisioni, siquidem ex nostri textus sententia, non occultatur veritas, neque officium judicis læditur, imo potius prohibitio post publicationem, ut testes iterum non recipiantur, præcipuè fit, ut veritas illucescat, & ut omnis subornationis timor vitetur, uti latè *supra* diximus in decidendi ratione.

17 Decimo quintò, adversus ea quæ *supra in numer.* 9. diximus, videlicet in criminalibus etiam post publicationem testes, non esse admittendos. Obstabit dicere, quod in causis, in quibus est vitium irremissible, ac irreparabile, testes possunt post publicationem produci, *cap. lator, capit. consanguinei de sententia, & re judicata*, sed vitium in causa criminali est irreparabile per partes, cum nemo sit dominus membrorum suorum, *l. liber homo*, cum vulgatis, *dig. ad legem Aquiliam, capit. contingit, de sententia excommunicationis*: ergo in criminali causa, quemadmodum in matrimoniali, cum in eisdem sit vitium irreparabile, testes post publicationem possunt produci. Sed hoc dubio non obstante, verissimè est dicendum, quod criminalis causa, etiam capitalis, in se non retinet vitium irremissible, sed remissibile per partes; nam licet reus condemnatus se ipsum occidere non possit, *dict. l. liber homo*, cum *similibus*, poterit tamen pati se justè occidi, & per patientiam omittere licitam defensionem, ob aliquam justam causam, vel charitatis zelo, ne alius occidatur, juxta textum in *cap. non est nostrum*, 23. *quæstion.* 5. Covarr. *in* 4. 2. *part.* §. 12. *numer.* 16. secus verò dicendum in matrimonio, ubi damnum

damnum Eccleſiæ extat, quod à privato remitti non poteſt.

18 Decimo ſextò ſolutioni obſtant verba textus in *dict. cap. non eſt noſtrum*, 23. *quæſtion.* 5. ubi his verbis D. Hieronymus ſcribit: *Non eſt noſtrum mortem arripere, ſed illatam ab aliis libenter accipere.* Cui dubio communiter dici ſolet, quod D. Hieronymus ibi tantum affirmat, neminem debere libenter mortem arripere; ſed ſi ab altero fuerit illata, eam pati, & libenter conſentire; & cùm Judex non intendat mortem injuſtè inferre, ſed ſolum reum, quem criminoſum ex probatione etſi injuſta apparet, punire, à quo omnes legitimas, & juridicas defenſiones prius receperat; meritò ſi reus tacito conſenſu, ob omiſſam probationem velit pati, ex ipſamet legis diſpoſitione, ſententia in cauſa criminali tranſit in rem judicatam, ſiquidem lex poſitiva pro bono publico potuit ſtatuere, quod ille qui intra legitimum tempus ſe non defenderit, amplius contra ſententiam non audiatur, niſi per reſtitutionem à Principe impetratam, *leg. ſecunda in fine, digeſtis, de quæſtionibus, leg. divi, digeſtis de pœnis*, Abbas *in capit. de his, de accuſationibus*, Bartol. *in dict. leg. divi*, videndus eſt Divus Thom. 2. 2. *quæſtion. ſexta, articulo quinto*, Idem 2. 2. *quæſtione* 59. *articulo* 3. cum traditis à Doctor Balboa *in capit. lator* 7. *numer.* 22. *de ſententia, & re judicata.*

19 Decimo ſeptimò adverſus ea, quæ communiter *in præſenti*, notant Doctores omnes; & nos in concluſione diximus; videlicet ſimiliter in appellationis cauſa, poſt publicationem in prima inſtantia ſuper eiſdem articulis, tam de jure Pontificio, quàm Cæſareo, teſtes non eſſe admittendos, cum etiam tunc exiſtat idem ſubornationis timor, ut expreſſè demonſtrat textus *in Clementin. 2. verſic. Cum non minus, hoc titul. dict. Authen. de teſtibus*, §. *quia vero, collatione* 7. *verſic. Omnino ulterius licentiam, &c.* Obſtabit textus in *eos*, §. *ſi quid tamen, C. de appellationibus*, ubi ſuccumbens in cauſa principali, ſi minus allegaverit, vel probaverit, poterit plus, & iterum coram Judice appellationis probare. Sed reſpondetur, textum illum non aſſerere, iterum poſſe examinari teſtes eoſdem ſuper eiſdem articulis in appellationis cauſa, ſed tantum affirmat, quod is qui minus allegavit, vel probavit in cauſa principali, poterit iterum plenius allegare, & probare in cauſa appellationis, hoc eſt ſuper novis articulis, etiam ex primis dependentibus. Ita ſimiliter eſt interpretandus textus in *leg. in offerendis* 37. §. *is videtur*; *in fine, Cod. eodem.* Quod adeo verum eſt, ut etiamſi ad Principem fiat provocatio, neutiquam poſt publicationem, iterum teſtes poſſunt admitti, niſi ſuper novis articulis, ex *dict.* §. *is videtur*, Roland. de Valle *conſ.* 45. *volum.* 2. *num.* 15. Covar. *in practicis, c.* 18. *num.* 6. Maranta *de ordine judiciorum* 6. *par. cap. de teſtium productione, num.* 22. Don. *in dict. authen. Et qui ſemel*, Oſu. ad eundem *lib.* 25. *comment. cap. fin. littera I.*

20 Decimò octavo ſolutioni obſtabit text. in *leg. cùm à nobis* 5. *Cod. de dilationibus*, ubi generaliter in appellatione ad Principem abſque diſtinctione illa dilatio, ſeu teſtium receptio admitti poteſt. Sed reſpondendum eſt in *tit. de dilation.* quæ tribuuntur inſtruendæ litis cauſa, de qua nondum inſtructio facta eſt; quæ dilatio in cognitionibus Principum non tribuitur, cùm jam ratio dilationis ceſſet, ſiquidem cauſæ, quæ ad Principem mittuntur, plenè inſtructæ tranſmittuntur, *l.* 1. *ejuſdem tit. C. de dilationibus, & relationibus.* Cæterum aliæ probationes, quoad noviſſimos articulos admittuntur, ſi adduntur cauſæ ſatis inſtructæ, notat Cujac. *in dict. l. eos, C. de appellationib.*

21 Decimo primò obſtat text. *in l. per hanc* 4. *Cod. de temporibus appellationum*, ubi ſi exceptio, quæ in principali cauſa eſt proponta, & minus probata eſt, vel inſtrumentum ſuſpectum, potero in cauſa appellationis plenè, & integrè probare, ut conſtat ex verbis illius textus; ibi; *Pleniore ſubveniatur veritatis lumine, &c.* Cui dubio ſatisfaciendum erit, ſi dixeris; ſenſum *illius verſiculi* eſſe, videlicet quod etſi cauſa fuerit competenter inſtructa, probatis quibuſdam articulis in prima inſtantia, per probationes tamen quoad novios articulos ex primis dimanantes melius, & diucidius illuſtrari poterit: Aretinus in *cap. fraternitatis, hoc tit. num.* 2. & 9. Salicet. *in dict. leg. per hanc in* 3. *colum. verſic. Sed adverte.* Neque obſtabit ſi dixeris, quod idem, quod præſtat reſtitutio minoribus, præſtat etiam appellatio majoribus, *l. præfecti, ff. de minoribus*: ſed minor reſtituitur adverſus omnem probationem, etiam ſuper eiſdem articulis, *l. minor* 33. *ff. de minor.* ergo, & ſimiliter idem dicendum eſt in majoribus. Quia reſpondetur, id ſpeciale in minore eſſe ſtatutum, in quo illa juſta reſtitutionis cauſa tollit etiam omnem ſubornationis ſuſpicionem, *l.* 1. §. *nunciatio, ff. de novi operis nunciatione*; omnino vide ea quæ inferius dicemus *in c. cum dilectus* 9. *de fide inſtrumen. & in c. lator* 7. *de ſententia, & re judicata.*

Ad textum in *cap. Teſtimonium* 54. *cap. Non debent, fin. hoc titulo.*

DE horum jurium expoſitione, *ſupra* diximus, in *cap. veniens* 10. *hoc tit.* & inferius dicemus in *cap.* 1. *de exceptionibus.*

AD TITULUM DE Teſtibus cogendis, vel non. XXI.

Ad textum in capit. 1. Cum aliis, hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Teſtes qui à ferendo teſtimonio in cauſa civili, vel criminali, odio, gratia, vel timore ſe ſubtrahunt, Eccleſiaſtica diſciplina compelli debent in judicium venire; niſi fuerint privilegiati, qui in domo compelluntur jurare.*

2 *Veritatem celare lethale peccatum eſt.*

3 *Teſtis, qui compellitur teſtimonium dicere, non compellitur ut ſub certa forma dictum proferat, ſed prout ſciverit deponit: ac ideò ejus dictum non coactum, ſed voluntarium dicitur.*

Expenditur tex. in c. ſuperiore 3. de teſtib. cogendis.

4 *Teſtes tam in civili, quàm in criminali cauſa, compellendi ſunt teſtimonium dicere.*

Interpretatur textus in c. dilectorum 10. de teſtibus cog. *verſ.* Præterquam ſuper criminibus.

5 *Illuſtratur textus* in capit. pervenit 5. de teſtib. cog. *verſ.* Quod ji qui de rebus Eccleſiaſticis teſtificari recuſant, &c.

6 *Interpretatur text.* in c. pervenit 4. de teſtib. cog. *verſ.* Ad detegendum tantæ fraudis, & calliditatis commentum, *c.* fin. ejuſd. tit. *c.* olim penult. de accuſation. *verſ.* Abſolvi debent ab illo juramento per Judicem competentem, &c.

7 *Illuſtratur textus* in l. nimis grave, C. de teſtibus, l. ſi poſt, C. de aſſeſſoribus.

8 *Teſtes prius ſunt monendi teſtimonium dicere, & poſtea compellendi: & in n.* 3.

Expenditur textus in authent. rogati, C. de teſtibus, l. cum ab initio 4. *cum* l. 7. ff. quemadmodum teſtam. aperiantur.

9 *Famina privilegio gaudent, ne compellatur perſonaliter*

in judicium venire, teſtimonii dicendi cauſa: ne rerum cum cauſis miſceantur.

Interpretatur textus in cap. quoniam 3. de teſtibus.

10 *Expenditur textus* in capite ſecundo, de judiciis, libro ſexto, verſic. Invitas, junctо verſic. Cæterum.

11 *Teſtes tum demum compellendi ſunt cum aliter veritas non poſſit haberi.*

Quæ differentia ratio extet inter privilegiatos, & non privilegiatos? ibi proponitur.

12 *Egregiæ perſonæ an compellantur in judicium venire? Intellige ut ibi.*

Interpretatur textus in l. jubemus 37. §. 3. C. de Epiſcop. & Cleric. *cum* l. inviti 8. ff. de teſtib. l. ad perſonas 15. ff. de jurejurando.

13 *Judex poteſt Tabellionem mittere, ut à quibuſcunque perſonis teſtimonium exigat, niſi cauſa criminalis, vel ardua fuerit.*

Expenditur textus in l. quæ tota, digeſtis, de rei vindic.

14 *Servi in caput domini torqueri non poſſunt.*

15 *Illuſtratur textus in* l. 1. §. item Mummio, ff. de quæſtion.

16 *Servus in caput domini in crimine Inceſti, & Adulterii torqueri poteſt.*

Interpretatur textus in l. ſi quis viduam 5. ff. de quæſtionibus.

17 *Ad concordiam reducuntur textus* in l. cum probatio 7. ff. de probationib. *cum* l. quæro, §. ſervum, ff. de ædil. edicto.

18 *Pater pro filio, vel filius pro patre, non compellitur teſtimonium dicere.*

Interpretatur textus in l. qui juraſſe 26. §. ſi pater, ff. de jurejurando.

Ibi remiſſivè expenditur textus in l. videamus 4. ff. de in litem jurando l. divo 11. ff. de quæſtionib. *l.* 2. §. in filiis, ff. de Decurionib.

CONCLUSIO.

1 *TEſtes qui à ferendo teſtimonio in cauſa civili, vel criminali odio, gratia, vel timore ſe ſubtrahunt, Eccleſiaſtica diſciplina compelli debent perſonaliter in judicium venire; niſi fuerint privilegiati, qui in domo compellantur jurare.* Conſonat textus in *capite primo, ſecundo, tertio,* & fere *per totum hunc titulum, cap. quoniam* 3. *cap. intimavit* 18. & 45. *de teſtibus, cap. ſtatutum,* §. *in proferendo, de reſcriptis libro ſexto, l. poſt legatum* 3. §. *is vero, ff. de his quibus ut indignis, l. inviti* 8. 9. & 10. *ff. de teſtibus, l. cum ab initio* 4. *ff. quemadmodum teſtam. aperiantur, l. ad perſonas* 15. *ff. de jurejurando, l. ſi quando, l. parentes, Cod. de teſtibus, l. jubemus* 37. §. *omnes, Cod. de Epiſcopis, & Clericis, l.* 15. *tit.* 16. *parte tertia, l.* 6. *tit.* 6. *libro quarto, Recopilationis,* ſic amplectuntur Farinac. *de teſtibus, tom.* 2. *quæſt.* 78. *capite primo,* Navarrus *in manuali, capite vigeſimo quinto, numero quarto,* Gilchenius *in l. judices, Cod. de fide inſtrumentorum,* Riccius *in praxi Eccleſiaſtica, deciſ.* 447. Menochius *de præſumptionibus, libro ſecundo, præſumption.* 55. Covarruvias *in cap. quamvis pactum, in principio, numero vigeſimo quinto, & numero vigeſimo ſeptimo,* Duarenus *ad tit. de teſtibus, capite ſecundo,* Donel. *in leg.* 1. *Cod. de quæſtionibus,* Idem *in l. ſi quando, l. parentes* 9. *Cod. de teſtibus, & libro vigeſimo quinto, commentar. capite decimo,* Cujac. *in paraphraſi ad hunc titulum,* Idem *ad titulum, Cod. de quæſtionibus, & libro ſecundo, obſervat. capite trigeſimo tertio, & libro decimo ſexto, capite decimo nono & libro decimo tertio, capite trigeſimo octavo, & libro octavo, capite decimo tertio,* Antonius Faber *in Rationali ad textum in dict. l. ad perſonas* 15. *de jurejurando,* D. Balboa *in cap.* 1. *de foro competenti, quæſt.* 8. Præceptor noſter D. Martinus de Hontineros, *in repetitione ad textum in cap.* 1. *hoc titulo.*

2 Ratio eſt ne veritas in defectum probationis occultetur, quia alias quilibet teſtis ſubterfugeret, & actores jus ſuum conſequi non poſſent, & bonus pro malo haberetur, & è contra; ac etiam delicta impunita remanerent. Deinde quia mortalis reatus eſt veritatem celare, meritò, ut omnia hæc mala vitentur, proceditur contra teſtes recuſantes teſtimonium proferre, cum remediis in *hoc tit.* expreſſis, præcipuè cum teſtimonium dicere ſit munus publicum, ad quod ſubeundum omnes compelli poſſunt, niſi privilegiati ſint, *cap. licet ex quadam, de teſtibus, l. ſi quis munus, ff. de muneribus, & honoribus.*

Primò obſtabit ſequens conſideratio, videlicet, quod 3
ea omnia quæ quis metu coactus facit, Prætoris officio reſcinduntur, *l.* 1. *& per totum tit. ff. quod metus cauſa, capite primo, de iis, quæ vi:* ergo ſi teſtimonium à teſte eo invito metu carceris exigitur, qui juſtus eſt, & cadens in virum conſtantem dicitur, teſtimonium illud non firmum, ſed infirmum, & revocabile erit; præcipuè quia exinde finis teſtimonii corrumpitur, cùm non ſit veroſimile, veritatem dicere, qui coactus jurat. Quæ difficultas diſſolvitur ſi dixeris, quod non obſtante metu illo, teſtis dictum valet, cùm voluntarium ſit: nam licet compellatur in judicium venire, non tamen compellitur, ut teſtimonium certa forma, ſic vel ſic proferat, ſed prout ſciverit deponat, ſiquidem in ejus arbitrio relinquitur Bart. in *l. poſt legatum,* §. *ſi vero, numero primo. ff. de his,* quibus ut indignis, Præc. noſt. D. Martinus de Hontiveros, *ubi ſupra.* Neque ſolutioni obſtat textus in *cap. ſuper eo* 3. *hoc tit.* ubi potius ſunt monendi, quàm cogendi teſtes. Nam dicendum eſt, quod prius ſunt monendi, et ſi admoniti venire noluerint, cogi poſſunt.

Secundò obſtat textus in *cap. delictorum* 10. *hoc tit.* 4
verſic. Præterquam ſuper criminibus, &c. Ex quibus verbis deducitur, quod etſi teſtes in cauſa civili compelli poſſint, non tamen in criminali. Cui difficultati ut occurramus, adnotandum eſt, regulam eſſe tam in Civili, quàm in criminali cauſa, teſtes eſſe compellendos. Neque obſtant verba illa: *Præterquam ſuper criminibus.* Quia non ſunt generaliter accipienda, ita ut in omnibus cauſis criminalibus teſtes non debeant compelli; ſed tantum mens Pontificis fuit, videlicet quod in ſpecie ibi propoſita, ubi inter Epiſcopum, & Capitulum, partim fuit actum de criminalibus, partim verò de civilibus cauſis, quamvis in civilibus teſtes compelli poterant; tamen in criminalibus compelli non poterant. Ratio eſt, non quia criminalis eſſet cauſa; ſed quia ibi in criminali adhuc lis non erat conteſtata, cùm reus abſens non poterat per procuratorem audiri; ſed cum propria ejus præſentia defendi debet, *cap. tua* 5. *de procuratoribus, cap. veniens* 15. *de accuſationibus,* Cujac. *libro vigeſimo, obſervat. capite vigeſimo,* Donel. *lib.* 18. *cap.* 10.

Tertiò ſolutioni obſtat textus in *cap. pervenit* 5. *hoc* 5
tit. verſ. Quod ii qui de rebus Eccleſiaſticis teſtificare recuſent, &c. Conſideratio eſt, quod ſi teſtes tantum ſuper rebus Eccleſiaſticis recuſantes compelli poterant, conſequens videtur, quod ſuper injuriis Clerico illatis non poterant compelli: ſiquidem de illa cauſa criminali, etiam fuit conſultus Pontifex. Cujus textus difficultas diſſolvitur ex eo, nam quamvis de injuriis illatis in *dict. cap. pervenit* 5. non ſit directè expreſſa reſponſio, tamen indirectè, & obliquè Pontifex reſpondit; quaſi diceret: quod ſi in rebus Eccleſiaſticis compelluntur, præcipuè, & maximè ſuper perſonis Eccleſiaſticis compelli debent, cùm Clerici etiam nomine rerum Eccleſiaſticarum comprehendantur, notat Gloſ. *ibi,* verb. *Eccleſiaſticis.*

Quartò prædictis obſtat textus in *cap. pervenit* 4. *hoc* 6
tit. verſ. Ad detegendum tantæ fraudis, & calliditatis commentum. Ex quo conſtat, quod tantum propter fraudem, & calliditatem compelluntur teſtes, non tamen propter cauſam principalem, & criminalem. Cui dubio ſatisfaciendum eſt, quod ibi ſuper utrumque debent compelli teſtimonium dicere; ſed prius de malitia,

litia, & calliditate detrahentis, poſtea verò ſuper principali cauſa, cùm juramentum illud eſſet turpe, & absque ulla Superioris relaxatione potuerant contra illud venire, *cap. non eſt obligatorium, de reg. juris, libro ſexto*, *cap. Quintavallis, de jurejurando.* Neque obſtat textus in *cap. fin. hoc tit. cap. olim, penult. de accuſationib. verſ. Abſolvi debent ab illo juramento per Judicem competentem, &c.* Quia illa relaxatio, ſeu abſolutio fit ad cautelam, argum. text. in *cap. cum quidam*, §. *illi vero, de jurejurando.*

7 Quamtò obſtat textus in *l. nimis grave, Cod. de teſtibus*: Ubi reus non compellitur exhibere teſtes, per quos actor poſſit ſuam intentionem probare. Cui difficultati occurritur, quia quamvis reus ipſe compelli non poſſit teſtes exhibere; quia nimis grave eſt quemquam adverſus ſe arma adverſario præſtare, *capite primo, de probation.* ubi latè diximus. Tamen actor poterit conſequi, ut judex compellat teſtes ipſos, ut ipſi exhibeantur, quos ipſe actor voluerit. Donel. *in dict. l. nimis grave, Cod. de teſtib.* Nec ſolutioni obſtat textus in *l. ſi poſt, Cod. de aſſeſſoribus*, ubi Magiſtratus poſt depoſitionem officii, poſtulantibus provincialibus, tenetur exhibere domeſticos ſuos in magiſtratu obtentos. Quia in *dict. l. ſi poſt*, non exhibentur ut teſtes, ſed ut adminiſtratores, ut reddant rationem adminiſtrationis geſtæ: latè Donellus *in dict. l. 7. Cod. de teſtibus.*

8 Sextò obſtat textus *in auth. rogati, Cod. de teſtibus.* Ubi teſtes non compelli, ſed rogari debent. Quæ difficultas excluditur, ex eo, quod id ſit ſpecialiter propter teſtamentorum ſolemnitatem. Nec ſolutioni obſtat textus in *l. cum ab initio 4. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur*, ubi teſtes in eodem teſtamenti judicio coguntur teſtimonium dicere, & ſigilla ſua recognoſcere tempore, quo tabulæ aperiuntur: quia cùm jam à principio ſponte, illud judicium in teſtamento ſuſcepiſſent, tamen poſtea propter teſtamentorum ſolemnitatem, compelluntur in judicium venire, & ſigilla ſua recognoſcere. Neque ſolutioni obſtat textus in *l. 7. ejuſdem tit. ff. quemadm. teſt. aperiant.* Ubi nec poſtea poſſunt à Prætore cogi in judicium venire, ad ſigilla recognoſcenda. Quia textus ille loquitur, quando teſtes abſentes, & alterius provinciæ ſunt; quo in caſu, eis mittendæ ſunt tabulæ teſtimonii dicendi cauſa; ne officium, quod teſtes aliis ſponte præſtant, eis damnoſiſſimum ſit, omittendo ſua propria negotia: Gothofredus *in dict. l. ſed etſi quis 7. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur*, *lit. M.*

9 Septimò obſtat textus in *cap. quoniam 3. de teſtibus.* Ubi mulier compellitur in judicium venire, & contra Clericum teſtificare; tamen fœminæ privilegio gaudent, ne compellantur perſonaliter in judicium venire, teſtimonii dicendi cauſa, ne virorum cœtibus miſceantur; juxta textum in *capite ſecundo, de judiciis, libro ſexto.* Sed hujus textus difficultas diſſolvitur, ex eo, quod in *dict. cap. quoniam 3.* mulier illa non compellitur, ut teſtis, perſonaliter in judicium venire; ſed uti rea, & ſocia criminis, cujus præſentia in criminalibus cauſis deſideratur, ut *ſupra* reſolutum eſt.

10 Octavò obſtat textus in *capite ſecundo, de judiciis, libro ſexto, verſ. Invitas.* Ex quo deducitur a contrario ſenſu, quod volentes ſpontè poterunt fœminæ teſtimonii dicendi cauſa in judicium venire, ſi quidem privilegium ratione dignitatis conceſſum, ab ipſis renunciari poteſt: argum. textus in *l. ſi quis in conſcribendo, Cod. de pactis.* Quod omnino contrarium refert idem textus, *in dict. capite ſecundo, verſ. Caterum*, ubi neque volentes teſtimonii dicendi cauſa in judicium admitti debent. Cujus textus difficultas tollitur, quia in ſecunda parte, textus ille loquitur in fœminis Monialibus, quæ ratione Religionis propter emiſſum votum à clauſtro Monaſterii exire non poſſunt: & an huic privilegio ratione perſonæ indulto renunciari poſſit? latè diſputat Covarruvias *in cap. quamvis pactum, ſecunda parte*, §. 2. *numero vigeſimo quinto*, & *vigeſimo ſeptimo*, Doctor Balboa *in dict. cap. 1. de foro competenti, quæſt. 8.*

Nonò adverſus ea quæ ſuprà diximus, quod tunc 11
teſtes compellendi ſunt cum aliter veritas non poſſit haberi, juxta textum in *capite primo, hoc titulo*, ibi: *Ne veritas occultetur*, & in *cap. pervenit ad nos 6.* ibi: *Si aliter veritas nequierit elici*, & in *cap. finali*, ibi: *Si ipſe intentionem ſuam probare non poſſit*, &c. Obſtabit dicere, quod ſi hoc eſſet verum, confunderentur teſtes, non privilegiati, & teſtes privilegio gaudentes: ſiquidem teſtes privilegiati, etiam compelli poſſunt teſtimonium dicere in defectum probationis, juxta textum in *cap. quanquam*, 14. *quæſtione ſecunda.* Quæ difficultas diſſolvitur, nam differentia inter eos conſtituitur, ſiquidem non privilegiati, eo ipſo, quod non comparent præſumuntur ſubtracti odio, vel timore: at verò privilegiati cum ſubtrahuntur, ſolummodo præſumuntur ſubtracti eſſe, ex eo videlicet, quia ſuo privilegio utantur, non tamen odio, vel timore, Menochius *de præſumptionibus libro ſecundo, præſumption. 55. numero quarto.*

Decimò obſtat textus in *l. jubemus 37. §. omnes, C.* 12
de Epiſcopis, & Cleric. ubi egregiæ perſonæ compelluntur in judicio reſpondere, ita ut Prætor ad eas ire non debeat; quod omnino eſt contra deciſionem textus in *l. inviti 8. ff. de teſtibus, l. ad perſonas 15. ff. de jurejurando, cap. ſi qui teſtium, 8. de teſtibus, capite primo, verſic. Eorum nuntio, hoc tit. capite primo, verſic. Sed cum, de judiciis, libro ſexto, Clem. 1. de officio delegati, authent. ſed Judex, Cod. de Epiſcopis, & Clericis, Auth. de hæredibus, & falcidia, §. hinc nobis, in fin. collation.* 1. In quorum jurium contrarietate; veriſſimè dicendum eſt, quod in *d. l. jubemus*, §. *omnes*, non probatur, quod egregiæ perſonæ debeant compelli in judicium venire, ſed tantum textus aſſerit, quod prætor non debet ad eas ire, ſed prædictæ perſonæ debeant abſque ullo privilegio reſpondere, & teſtificare, miſſo ad domum Tabellario, vel pedaneo Judice, juxta textum in *cap. ſi qui teſtium 8. de teſtibus*, Antonius Faber *in Rationali ad text. in dict. leg. ad egregias 15. de jurejurando.*

Undecimò ſolutioni obſtabit dicere, quod non ſo- 13
lùm ad egregias perſonas tabellarius mitti non debet, ſed ipſe Judex earum dictum debet exigere, ſiquidem Judex ex modo, quo teſtimonium proferunt, colligere debet; an vera, vel falſa ſint, quæ deponunt; veluti ſi cum pudore, vel alio modo verba proferant, juxta textum in *cap. in noſtra 32. de teſtibus*: quod judicium colligi non poteſt per interpoſitas perſonas à Judice in domum teſtium miſſas juxta textum in *l. 3. §. 1. verſ. Tu magis ſcire potes, ff. de teſtibus.* Quæ difficultas facilè diſſolvitur, ſi attendamus jura in argumento adducta procedere de conſilio non verò de præcepto, cum id Judici permittatur, propter negotiorum multitudinem, quæ quotidie incidunt, & ut ejus officium poſſit melius impartiri, cùm poſſit tabellarios mittere ad recipiendos teſtes, ſi ita diſcreti ſint, ut bene conſiderent vultum teſtium, illorumque perturbationem, ſeu titubationem, qui inſcribere, & notare debent dignitates, qualitates, ſeu alias teſtium circumſtantias; uti bene animadvertit Abbas *in cap. quoniam contra, de probationibus, numero 35.* quo facto Tabellioni, vel Judici rectè committi poſſunt ita ut eorum dictum ad ſententiam pervenire poſſit.

Neque obſtabit ſi dixeris, quod teſtium receptio nudum tantum miniſterium continet, cum nulla cauſæ cognitio deſideretur; & tamen conſtat nudum alicujus rei miniſterium alteri per judicem committi non poſſe, *cap. ultim. §. ult. de officio delegati*: ergo Judex ad egregias perſonas non mittere, ſed venire debet. Quia dicendum eſt, diſcrimen verſari inter nudum miniſterium, quod conſiſtit ex delegatione, & inter illud, quod ratione proprii officii ad aliquem ſpectat: in primo caſu, neque quam committi poteſt, & ita obtinet text. *in dict. §. fin.* ſecus verò in poſteriori, *dict. cap. ſi qui teſtium*,

ſtium, Clement. 1. §. *ſane, de hæreticis, c. inter cætera, verſ. Inde, de officio Ordinarii, c.* 2. *de judiciis lib.* 6. In cauſis autem criminalibus delegatio illa non facilè admittitur, ſiquidem Judex tenetur ire ad domum teſtium, qui impediti ſunt, *authent. apud eloquentiſſimum, Cod. de fide inſtrumentorum.*

Neque obſtabit dicere, quod Judex poteſt delegare totam cauſam criminalem; argument. textus in *l. ſi quid erit* 11. *ff. de officio Proconſulis*, ac per conſequens committere teſtium examinationem, uti partem totius cauſæ, juxta regul. textus in *l. quæ de tota, ff. de rei vindicatione.* Quia dicendum eſt, argumentum rectè procedere, niſi longè diverſa ratio eſſet, in receptione teſtium, quàm in delegatione totius cauſæ: quia in cauſis criminalibus, ipſe Judex debet teſtes examinare, cum ex illa examinatione totum cauſæ pondus dependeat: ſiquidem in eorum vultu judex ex titubatione cognoſcere poſſit, an ſit verum, quod deponant: aliter autem pronunciatio tam commodè fieri non poſſet, ſi per Tabellionem teſtes reciperentur.

14 Duodecimò obſtat textus in *l. ſervus* 8. *Cod. de teſtibus, l. prima, Cod. de quæſtionibus*, ubi ſervus in caput domini, etiam in defectum probationis, ſive cauſa ſit civilis, ſive criminalis, adhibitis tormentis non compellitur teſtificare; & tamen ſervus in defectum probationis ad teſtimonium admittitur, *l. ſervi* 7. *ff. de teſtibus, l. divus, ff. de quæſtionibus.* Pro qua difficultate annotandum eſt, in jure admiſſum eſſe, ut ſervus in caput domini non poſſit torqueri: tùm propter magnam reverentiam domino debitam, tùm etiam quia ſervi quodammodo hoſtes, & inimici ſuis dominis ſunt. Quod adeò verum eſt, ut neque poſſit torqueri in caput illius, qui olim fuit dominus ipſius in memoriam prioris domini, *l. unius* 18. §. *ſervus, ff. de quæſtionibus, l. ſervus* 14. *Cod. eodem*, Donel. in *dict. l. ſervus* 8. *C. de teſtibus.*

Decimo tertiò huic ſententiæ valdè obſtat textus in
15 *l.* 1. §. *item Mummio, ff. de quæſtionibus.* Ubi deportati ſervus, qui per deportationem in ejus poteſtate eſſe deſiit, hac de cauſ. in ejus caput torqueri poteſt. Qua in difficultate aliis omiſſis dicendum eſſe exiſtimo, hujus dubii ſententiam non eſſe generaliter accipiendam: ſed ſpecialiter adaptandam ad ſpeciem propoſitam in *dict. l.* 1. §. *item Mummio*: nam ideò ibi ſervus in caput prioris domini torqueri poteſt, quia ſimul atque eſt capite diminutus, amittit bona ſimul, & ſervos, ac reverentiam à jure civili ſibi debitam, qua ceſſante, ceſſat etiam ſententia ſuprà adducta, Cujac. *in dict. l.* 1. *Cod. de quæſtionibus.*

Decimo quartò, prædictis obſtat textus in *l. ſi quis*
16 *viduam, vel alii nupt um* 5. *ff. de quæſtionibus.* Ubi ſervus in caput domini torqueri poteſt. Cui dubio veriſſimè dicendum eſt, regulam ſuprà adductam reſtringi aliquibus in caſibus: Veluti ſi dominus cum vidua, vel alii nupta, adulterii crimen patravit, cum qua ob affinitatem nuptias contrahere non poterat; nam tunc ſervus in caput domini torqueri poteſt: ſpecialitatis ratio eſt, quia tunc dominus duplex crimen commiſit. Inceſti videlicet, & adulterii, qua de cauſa propter atrocitatem criminis in caput domini ſervi torqueri poſſunt. Idem etiam eſt dicendum in crimine læſæ Majeſtatis, cenſus fundationis, hoc eſt in tributorum uſurpatione, juxta textum in *l.* 1. *Cod. de quæſtionibus*, de quibus omnibus latè Cujac. *lib.* 6. *obſervat. cap.* 19.

Decimo quintò obſtat textus in *l. cum probatio* 7. *ff.*
17 *de probationibus.* Ubi ſi ſervus ſit emptus ſub duplæ ſtipulatione, *Si fugitivus fuerit*, ſervi dicto adverſus dominum, ut dupla debeatur, non eſt credendum abſque tormentis. Conſideratio eſt, ergo adhibitis tormentis è contra dominum fides adhibetur. Quod omnino contrarium refert textus in *l. quæro*, §. *ſervum, ff. de ædilitio edicto.* Quæ jura ad concordiam reducuntur ex eo, quod in *dict. l. cum probatio* 7. ideò de ſervo adverſus dominum quæſtio haberi debet, quia ſervus de facto proprio depoſuit: quo in caſu, ſervi etiam contra dominum torqueri debent, *l. ſervus, Cod. de teſtibus, l. interrogari, Cod. de quæſtionibus, l. quoties* 12. *C. eodem*, Donel. *in d. l.* 1. *C. de quæſtionibus.*

Neque obſtat textus *in dict. l. quæro*, §. *ſervum, ff. de ædilitio edicto.* Quia ideò ibi ſervus, neque etiam ex facto proprio torquetur in caput domini, quia indicia ad torturam non præceſſerant, uti *in dict. l. cum probatio* 7. Emundus Merclies *libro tertio, obſervat. capite trigeſimo*, videndus eſt etiam Cujac. *lib.* 5. *obſervat. cap.* 38. & ea quæ ſuprà retulimus *in cap. licet univerſis* 23. *de teſtibus.*

Decimo ſextò adverſus ea, quæ *in præſenti* notant om- 18
nes, videlicet quod nec filius pro patre, nec pater pro filio compelli poſſunt teſtimonium dicere, juxta textum in *cap. ſuper eo* 22. cum aliis, *de teſtibus, l.* 4. & 5. *ff. eodem*, & ſpecialiter refert Gothofredus in notis ad text. *in l.* 3. *Cod. de teſtib. litera I.* Quod adeò verum eſt, ut neque volentes admittantur, *l. parentes* 6. *C. de teſtibus*: valdè obſtat textus *in l. qui juraſſe* 26. §. *ſi pater, ff. de jurejurando.* Ubi patris juramentum filio prodeſt. Sed nihil obeſt, quia textus ille non aſſerit, quod pater compelli poſſit, de peculio in cauſa filii jurare; ſed ſi juraverit prodeſt filio, cùm ſibi imputare debeat, qui juramentum à patre exegit, & eo ſolo ſit contentus, *dict. l. qui juraſſe* 26. Et pro conciliatione ad textum in *dict. l. qui juraſſe*, §. *pater* 1. cum §. *pater* 2. *ejuſdem legis*: omnino eſt videndus Antonius Faber, *in Rationali ad textum in dict. l. qui juraſſe*, §. 1. & 2. *ff. de jurejurando.* Similiter videndus pro interpretatione ad text. in *l. videamus* 4. *ff. de in litem jurando*, in *Rationali ad eundem textum*, & pro interpretatione ad textum in *l. divo* 11. *ff. de quæſtionibus*, cum *leg.* 12. §. *in filiis, ff. de Decurionibus*, videndus Cujacius *in notis ad tit. Cod. de quæſtionibus*, & plura quæ ad hunc titulum pertinent *ſuprà* retulimus *in titulo, de juramento calumniæ.*

AD TIT. DE FIDE Inſtrumentorum. XXII.

Ad textum in cap. Si ſcripturam 1. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Inſtrumenti exemplum non ſolemniter ſumptum fidem non facit abſque originali.*

2 *Aſſignatur ratio.*

3 *Inſtrumenti exemplar authoritate Judicis deſumptum, interveniente partis citatione, in judicio admittitur.*

Ex protocollo inſtrumentum abſque partis citatione deduci poteſt, ſi tempore celebrationis contractus partes conſenſerint, ut cuilibet detur tranſcriptum.

4 *Expenditur textus in* l. 9. tit. 9. part. 3. l. 17. lib. 4. Recop. in princip. tit. 25.

5 *Interpretatur textus in* capite primo, de fide inſtrument.

6 *Expenditur textus in* l. ſi quis ex argentariis, §. prohibet, ff. de edendo, l. publicati, Cod. de teſtamentis, l. 1. §. ſi quis in duobus, verſic. Sed ſi unum, ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tab.

7 *Exemplare inſtrumentum deductum ex protocollo ab eodem Tabellione, qui negatus, & præſens fuerat, originale reputatur.*

Interpretatur textus in l. 1. §. ſi quis in duobus, in principio, ff. de bon. poſſeſſ. ſecundum tab.

8 *Privi-*

8 *Privilegium amiſſum probari poteſt per teſtes deponentes de ipſius privilegii tenore.*
Illuſtratur textus in cap. cum olim 12. de privilegiis.

9 *Inventario creditur cùm authoritate Judicis celebratur.*
Exponitur text. in l. Chirographi 57. in princip. ff. de adminiſt. tutor.

10 *Falſa demonſtratio non viciat legatum.*
Explicatur textus in l. ſi quis ita 30. l. qui volebat 61. ff. de hæred. inſtituen. l. optimam, C. de contrahenda ſtipul.

11 *Expenditur text. in* l. in fraudem 45. §. nec, verſ. Ipſe autem, ff. de jure fiſci.

12 *Interpretatur textus in* l. Imperatores, §. 1. ff. de probat.

13 *Inſtrumentum perfectum dicitur, cum partes nihil addere, vel minuere velint, & ſubſcriptio ab illis fuerit facta.*
Interpretatur textus in l. contractus, Cod. de fide inſtrum.

14 *Illuſtratur text. in* l. exempla, ff. de edendo.

CONCLUSIO.

1 INSTRUMENTI *exemplum non ſolemniter ſumptum, fidem non facit abſque originali.* Ita habetur in *capite ſecundo, & fin. hoc tit. l. 2. ff. eodem, l. ſi quæ, l. Pomponius, ff. familiæ herciſcundæ, l. 2. & fin. ff. quemadmodum teſt. aperiantur, l. 1. §. ſed ſi unum, ff. de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, l. 5. & 6. Cod. de probationibus, l. 3. Cod. de diverſis reſcriptis, l. procurator, Cod. de edendo, l. exempla 11. ff. eodem, l. unum 24. ff. de teſtamentis, l. ſcripturas, Cod. qui potiores in pignore habeantur, l. contractus, Cod. de fide inſtrumentorum, Authent. de Tabellionibus, §. nos autem, collat. 4. l. 54. tit. 18. parte tertia, l. 114. eod. tit.* ita tenet Maſcard. *de probationibus, concluſ.* 110. 111. & 1303. Menochius *de arbitrariis libro ſecundo, caſu* 113. & 187. Covarr. *in Practicis, capite decimo nono, numero primo, & ſecundo, & capite vigeſimo primo, numero ſecundo.* Morla plures referens *in Emporio, tit.* 11. *quæſtione prima, per totam*, Azevedo *in dict. l.* 1. *numero vigeſimo ſeptimo*, & in *l.* 2. *numero primo, titul.* 21. *libro quarto, Recopilat.* Oſual. ad Donel. *libro vigeſimo quinto, Commentariorum, capite ſeptimo, litera F. & in eodem libro capite octavo, liteta A. & V.* Duarenus *ad titulum, ff. de fide inſtrumentorum, capite tertio*, Fachineus *libro undecimo, controverſiar. cap.* 31. & 38.

2 Ratio eſt, quia Tabellioni publico non creditur, niſi fidem faciat de iis in quibus à parte rogatur, ut uno eodemque tempore præſens ſit, *Authent. de Tabellionibus*, §. *nos autem*, juncta Gloſſa *verbo, Injungatur, collation.* 3. Innocentius *in cap. quoniam contra, de probationibus, numero ſexto*, & cùm in exemplari ſimul à partibus non ſit rogatus, fides exemplari adhiberi non debet, niſi in ipſo exemplari à partibus ſit rogatus, vel partes conſenſerint, ut exemplar fidem faciat, argument. textus *in l. optimam, Cod. de contrahenda ſtipulatione.* Quæ decidendi ratio juvatur ex eo, quod quando unum inſtrumentum reducitur ad aliud, oportet, ut de primo conſtet, ut ſic omnis ſuſpicio fraudis ceſſet, *Authent. ut ſponſalitiæ largitatis*, §. 2. *collatione* 9. quia ſi exemplo tantum crederetur, daretur materia fabricandi falſum: cum abſque originali de falſitate conſtare non poſſit, Innocentius *in præſenti, numero ſexto, & nono.*

3 Primò, prædicta decidendi ratio, ex eo impugnatur; nam ſi vera eſſet, ſequeretur, exemplum tranſumptum juxta ſolemnitatem traditam in *cap. fin. hoc titulo, & in cap. cum Tabellio, eodem*, fidem non facere, cum partium rogatio, conſenſus, vel approbatio non interceſſit; & tamen ex *dictis juribus* conſtat fidem facere: ac per conſequens ratio *ſuprà* adducta ſuſtineri non poteſt. Cui dubio ſatisfieri debet ex eo, quod jura in argumento adducta procedunt, quando exemplar deſumptum eſt authoritate Judicis interveniente, ſimul cum partis citatione, quæ citatio vim conſenſus retinet, *cap. qui tacet, de reg. juris, libro ſexto.* Covarr. *in practicis, capite ſecundo, numero tertio*, Maſcardus *concluſ.* 711. *numero decimo nono.* Neque obſtat textus in *l.* 9. *tit.* 19. *parte tertia, l.* 17. *in princip. tit.* 25. *libro quarto, Recopilation.* Ubi Notarius cuilibet parti abſque citatione, & Judicis mandato poteſt inſtrumentum tradere, & publicum, ac ſolemne dicitur. Quia jura illa procedunt in inſtrumento inſcripto ex protocollo, quod *Originale* dicitur, de quo aliud primum inſtrumentum poteſt deduci, & cuilibet parti abſque citatione tradi, quia tempore celebrationis contractus, quo primum inſtrumentum conficitur partes ipſæ conſentiunt, ut cuilibet detur tranſcriptum, quod authenticum dicitur, Maſcardus *dict. concluſ.* 211. *numero trigeſimo ſexto.* Neque obſtabit ſi inſtes ſuperfluum eſſe dicere, quod non valet exemplum, niſi originale producatur: ſiquidem ſi originale producitur, ipſum per ſe tantum probat, & ſic nihil curandum erit de exemplo. Quia reſp. quod in eo differunt: nam in exemplum producitur intra terminum præfinitum productioni inſtrumentorum, ut in hoc Regno intra viginti dies, *l.* 2. *tit.* 5. *libro quarto, Recopilation.* & originale poſt terminum producatur, confirmatur fides exempli, & quaſi videtur originale in termino productum, Decius *in præſenti, numero primo*, Baldus etiam *numero primo*, Maſcardus *dict. concluſione* 711. *numero* 86. Paz *in praxi* 1. *tomo* 7. *part. cap. unico, num.* 101. 4

Secundò obſtat textus in *capite ſecundo, hoc titulo.* Ubi ſcriptura authentica fidem non facit, niſi per manum publicam facta fuerit, aut authenticum ſigillum habeat: ergo malè *in. præſenti*, ſcriptura authentica abſque illis adminiculis plenè probat. Cui dubio occurritur, ſi dixeris, quod authentica ſcriptura etiam dicitur, quæ certum authorem habet, & ab ipſo authore authoritatem, & fidem accipit; unde quælibet ſcriptura dummodo ſit originalis, dicitur authentica, etiamſi privata ſit, ſed per ſe ſolummodo non facit fidem, niſi per manum publici Tabellionis ſit facta, vel authenticum habeat ſigillum; & ita interpretatur textus in *dict. capite ſecundo, hoc titulo.* At verò in hoc noſtro *capite primo*, ſcriptura authentica ſumitur, non tantum pro originali, ſed pro ea, quæ de ſe authoritatem ſine alio adminiculo retinet, Abbas *in præſenti, numero ſecundo*, Covarruvias *in Practicis, capite decimo nono, numero primo*, Petrus Gregor. *lib.* 48. *capite* 14. *num.* 4. 5

Tertiò obſtat textus in *l. ſi quis ex argentariis*, §. *prohibet, ff. de edendo.* Ubi quis cogitur edere exemplare inſtrumentum; quod difficile redditur, ſiquidem nemo cogitur inſtrumenta edere, niſi quæ fide digna ſunt, *l.* 1. *ff. de edendo.* Quæ difficultas excluditur, quia textus noſter loquitur, quando exemplaria tranſcripta ſunt ex originali alterius Tabellionis: nam tunc Tabellioni, tanquam ex auditu non creditur, *cap. licet ex quadam, de teſtibus*, cum Tabellioni non credatur, niſi de quibus fuit à partibus rogatus; at verò textus in *d.* §. *prohibet*, loquitur, quando primum exemplum tranſcriptum eſt ab eodem Tabellione, qui præſens, & rogatus fuerat in originali; nam tunc fidem facit, & originale reputatur; ita ſimiliter eſt interpretandus text. in *l. publicati, Cod. de teſtamentis, l. unum* 24. *ff. eodem, cap. dudum, de converſione conjugatorum*, Morla *in Emporio, tit.* 11. *quæſtione prima, numero undecimo.* Oſual. ad Donel. *libro vigeſimo ſeptimo, capite octavo, litera A. D. E. F.* Quod etiam locum habet, ſi partes in exemplari conſenſerint, Oſuald. ad Donel. *libro vigeſimo quinto, capite octavo, lit. V. & T.* Cujac. in *l.* 8. *ff. de ſtatu hominum.* Neque ſolutioni obſtat textus *in l.* 1. §. *ſi quis in duobus, ff. de bonorum poſſeſſione ſecundum tabul.* verſic. *Sed ſi unum.* Ubi in eadem ſpecie, exemplum ab eodem Tabellione conditum, ut poſſeſſio bonorum,

nullam

nullam fidem facit, nisi jussu judicis sit desumptum; nam ideò ibi exemplum fidem non facit, quia non erat authenticum, sed simpliciter confectum ad memoriam ipsius testatoris, cum non haberet eandem formam, & essentiam, quam ipsum originale habebat, Alciatus *in l. procurator, Cod. de edendo, numero septimo*, Alexan. *in authent. si quis in aliquo documento, Cod. de edendo, numero quinto*, Morla *dict. tit.* 11. *quæstione prima, num.* 12.

7 Quartò solutioni obstat textus in *dict. l.* 1. §. *si quis in duobus, in principio, ff. de bonorum possessione secundum tabulas.* Ubi si in duobus exemplaribus testamentum sit scriptum, & aliud extet, aliud verò non extet, ex illo, quod extat rectè bonorum possessio peti potest: quod etiam docet textus in *l. si in duobus, ff. quemadmodum testam. aperiantur.* In qua jurium difficultate dicendum est, illud procedere quando exemplum fuit desumptum ab ipso Tabellione, qui in originali præsens, & rogatus fuerat: nam tunc idem Tabellio plura exempla poterit conficere, quæ (ut diximus) originalia reputantur: at verò textus noster procedit, quando exemplum transcriptum est à protocollo alterius Tabellionis, quod fidem non facit, Morla *d. tit.* 11. *quæst.* 1. *num.* 13.

8 Quintò obstat textus in *cap. cum olim* 12. *de privilegiis.* Ubi privilegium amissum probari potest per testes deponentes de ipsius privilegii tenore: ergo multò melius probari poterit per exemplum ipsius privilegii, quocunque Tabellione attestante. Cujus nodi solutio pendet ex eo, quod principium juris est, testes sufficere, si de ipso publico instrumento, & de tenore privilegii, ac de aliis circumstantiis deponant, quæ depositio, & solemnis, & legitima probatio actus gesti dicitur & eandem fidem facit, ac ipsum instrumentum; præcipuè cum textus in *dict. cap. cum olim*, loquatur de diplomate Principis, cujus authoritas ex genere membranæ, scripturæ, & sigilli à peritis cognosci potest: non verò instrumento creditur, & si à pluribus Tabellionibus sit subscriptum, quia tunc Tabelliones deponunt absque juramenti solemnitate de eo, de quo à partibus non sunt rogati: Covarruvias *in practicis quæstion. capite vigesimo, in principio*, Morla *ubi supra, tit.* 11. *quæst.* 1. *num.* 16. Osual. ad Donel. *lib.* 25. *cap.* 8. *litera L.*

9 Sextò obstat textus in *l. chirographi* 57. *in principio, ff. de administratione tutorum.* Ubi exemplum instrumenti, hoc est, Inventarium tutoris, in quo mentio dicti instrumenti referentis debitum pupillare, fuerat reperta, fidem facit. Cui difficultati respondetur, ideò ibi Inventario referenti debiti instrumentum creditur, quia juridice jussu Judicis partibus citatis fuerat factum, juxta textum in *cap. fin. hoc tit.* Covarruvias *in practicis, capite vigesimo primo, numero quarto, & quinto*, ita est interpretandus textus in *l. publicati, Cod. de testamentis*, & textus difficilis *in l. in fraudem* 11. §. *ipse autem, ff. de jure fisci*, de quo dubio, latè disputat Morla *dict. tit.* 11. *quæst.* 10. *num.* 19.

10 Septimò obstabit dicere, verba narrativa in ultima dispositione comprehensa fidem facere super his, quæ narrantur, *l. qui volebat* 61. *l. si quis ita* 36. *ff. de hæredib. instituendis*: ergo similiter exemplum fidem faciet absque originali; si in exemplari sit mentio facta de originali. Quo in dubio communiter dici solet, discrimen versari inter contractus, & ultimas voluntates: nam in his, verba narrativa non vitiant testamentum, sed fidem faciunt, cùm falsa demonstratio non vitiet legatum, *l. si italegatum* 12. *l. falsa* 33. *ff. de condition. & demonstrat.* Secus tamen in illis, hoc est, in contractibus, de quibus intelligendus est textus noster; & textus in *capite primo, hoc titulo*, notat Glossa verbo, *Testatricis, Cod. de donationibus.* De qua re plura videre oportet apud Morlam *in Emporio titul.* 11. *quæstione prima, numero vigesimo tertio.* Nec solutioni obstat textus in *l. optimam, Cod. de contrahenda stipulatione.* Ubi si in instrumento enuntietur, aliquem tanquam servum alicujus stipulatum fuisse, id fidem facit, etiamsi non constiterit in instrumento originali stipulationem præcessisse: Nam ideò ibi enunciatio alterius instrumenti tenet; quia partes fuerant præsentes circa ea, quæ necessaria erant ad illius actus substantiam: Morla *in emporio, tit.* 11. *quæst.* 1. *n.* 3.

Octavò obstat textus in *l. in fraudem* 45. §. *neque,* 11
versic. Ipse autem, ff. de jure fisci. Ubi exempla instrumentorum fiscalium, à fisco edita, plenam fidem faciunt: ergo exemplare instrumentum absque originali fidem facit. Qua in difficultate dicendum est, quod ibi instrumenta illa fuerant transcripta ex fisci voluntate, cum cautione, ut adversus eum, instrumento illo non uteretur, & quando exemplum transcribitur ex originali, partium consensu, fidem facit: Covarruvias *in practicis, quæstione vigesima prima, numero quinto, versic. Poterit*, Morla *d. tit.* 11. *quæst.* 1. *n.* 21. Neque exempla illa adversus fiscum fidem faciunt: nam si facerent, fiscus vinceretur, notat Osual. ad Donel. *lib.* 25. *cap.* 8. *litera V.*

Nonò obstat textus in *l. Imperatores*, §. 1. *ff. de pro-* 12
bationibus. Ubi testatio, & parentum professio de nativitate, & statu liberorum, fidem faciunt. Augetur difficultas ex eo, quod domesticum instrumentum non admittitur, *l.* 5. *& 6. C. de probationibus*, Donel. *in dicta l.* 5. *& 6.* Quæ difficultas ita dissolvitur: Nam ideò ibi testatio, & parentum professio fidem faciunt, quia publicè sunt peracta, juxta formulam textus in *l. census, C. de probationibus*, Donel. *in dict. l.* 6. *C. de probationibus*, & nos suprà diximus in *cap. super eo* 22. *de testibus.*

Decimò obstat textus in *l. contractus, C. de fide instru-* 13
mentorum. Ubi cavetur non aliter instrumentum valere, seu vires habere, quàm si in mundum sit receptum, acà partibus confirmatum, debitisque partium subscriptionibus munitum: ergo protocollum, seu originale omnino desideratur, ut fides ei adhibeatur; cùm in eo solo, partium subscriptio scripta reperiatur. Quæ difficultas facile dissolvitur, si attendamus, quod textus in *dict. l. contractus*, non probat, instrumentum ab ipsomet Notario in authenticam formam redactum fidem facere, cum hujusmodi exemplum authenticum dicatur, ut suprà diximus, & vim originalis obtineat, ex *textu nostro*, & *l. unum, ff. de testamentis, l. publicati, Cod. eodem*, sed tantum textus ille asserit, quod tunc perfecta scriptura dicitur cum partes nihil addere, vel minuere velint, & tunc perfectum præsumitur, cùm partium subscriptio fuerit facta. Notat Paulus de Castro in *dict. l. contractus, C. de fide instrumentorum*, Covarruvias *in practicis, cap.* 19. *numero quinto*, Fachineus *libro nono, controversiarum juris, cap.* 38.

Undecimò obstat textus in *l. exempla* 11. *ff. de* 14
edendo. Ubi exempla instrumentorum, absque subscriptione edentis, edi possunt. Augetur difficultas ex eo, quod editio instrumentorum non fit, nisi ad probationem, *l.* 1. §. 1. *& per totum tit. ff. de edendo*: præcipuè quia ut textus noster asserit, exempla non probant, nisi cum authentica, & originali scriptura conferantur: præcipuè cum subscriptio vim, & robur instrumento conferat, *l.* 1. §. *sed etsi, ff. quod jussu.* In cujus textus difficultate, omissa *Bartoli* interpretatione in *dict. l.* 11. *ff. de edendo*, verissimè est dicendum, quod textus ille non asserit, exempla aliena manu scripta, sine sigillo argentarii edi posse; sed tantum affirmat, exempla manu propria argentarii edita, absque ejus subscriptione fidem facere, cum illud sufficiat, ut non possit videri necessaria ejus subscriptio, cum nulla alia vis esse possit, quàm ut omnia, quæ continentur in scripta charta, perinde habeantur, ac si ab eo, qui scripsit, subscripta essent; ut eruditè animadvertit Anton. Faber, *in Rationali ad eundem textum.* Nam olim ad exonerandum argentarium sufficiens erat, ut exemplum rationum ipse argentarius edidisset, Anton. Faber, *in Rationali ad textum in dict. l. exempla* 11. *ff. de edendo*, & an liber rationum probet contra scribentem? Videndus est Fachineus *lib.* 11. *controversiarum, cap.* 32.

Ad

Ad textum in cap. Scripta 2. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Inſtrumentum corruit, ſi teſtes ſcripti deceſſerint, niſi ſigillum habeat authenticum, vel à Notario ſit confectum.*

2 *Inſtrumentum à parte negatum nullis teſtibus munitum, fidem non facit.*

3 *Inſtrumentum authenticum etiam dicitur, quod à partibus abſque Tabellione, præſentibus teſtibus ſubſcribitur; eis tamen decedentibus deſinit eſſe authenticum.*

4 *Inſtrumentum privatum à debitore recognitum, quoad ejus præjudicium vicem publicæ ſcripturæ habet. Intellige ut ibi.*

Expenditur textus in l. ſcripturas, in principio, C. qui potiores.

5 *Epiſtola miſſa, abſque teſtium ſubſcriptione, fidem facit, ſi cum ſigillo ſcribentis ſit recepta, & comparatio literarum fuerit facta.*

6 *Comparatio literarum non plenam, ſed ſemiplenam probationem infert, niſi unus teſtis de actu principaliter deponat.*

7 *Liber rationum plenè probat, niſi in eo ſit ſcriptum pro ſcribente, & contra ſcribentem: hoc eſt quod ex debito recepit, & quod ipſe debet.*

CONCLUSIO.

1 COrruit *inſtrumentum ſi teſtes ſcripti deceſſerint, niſi ſigillum habeat authenticum, vel à Notario ſit confectum.* Habetur ita *in Authentica de inſtrumentorum cautela, & fide, §. ſi quis igitur, & §. ſi tamen quiſquam, collation. 6. cap. indicas, 3. quæſtione nona, verſicul. Nos uni parti, cap. penult. hoc titul. l. inſtrumenta, l rationes, l. exemplo, Cod. de probationibus, l. 114. & 119. titul. 18. part. 3. l. 5. tit. 21. libro quarto Compilationis.* Ita videntur amplecti Rebuffus *primo tomo, titulo, de chirographorum recognitione, per totum*, Covarruvias *in practicis, capite vigeſimo ſecundo*, Menochius *de arbitrariis, centuria 1. caſu 91. cum ſequentibus*, Rolandus *conſilio 26. volum. 1.* Morla *in Emporio*, plures referens, *titul. 11. quæſtione tertia, per totam*, Maſcardus *conſilio 1294. numero decimo octavo*, Caldas Pereyra *de emptione, capite ſexto, numero 16. & 17.* Oſual. ad Doncl. *lib. 25. commentariorum, cap. 8. litera A. D. E.*

2 Ratio eſt; quia ſcriptura privata nullam fidem facit, ſiquidem deficientibus teſtibus, qui eam poſſent probare, tota ejus vis pendeat ex ipſa parte producente, cui credendum non eſt in præjudicium alterius, *dict. c. indicas, 3. quæſtione nona, verſic. Nos uni parti*: meritò, ſi debitum per ſcripturam probatum, teſtibus non munitam, à parte negetur, inſtrumento nulla fides adhiberi debet, *dict. Authent. de inſtrumentorum cautela, §. ſi tamen quiſquam*, Decius *in præſenti, numero quarto, & ſequentibus*, Morla *ubi ſuprà, quæſt. 3. num. 6.* Covarr. *in practicis. cap. 22. num. 6.*

3 Primò obſtat textus in *cap. 1. hoc titul.* Ubi ſola authentica ſcriptura, etiamſi teſtes in ea ſcripti deceſſerint, fidem facit: ergo malè *in præſenti* privata ſcriptura, *authentica* appellatur: nam ſi authentica eſſet, etiamſi teſtes deceſſiſſent, utilis eſſet. Cujus dubii facilis erit evaſio, ſi attendamus, quod non ſolum ſcriptura authentica dicitur, quæ manu Tabellionis, vel per Judicem cum teſtium ſubſcriptione facta eſt; ſed etiam illa authentica dicitur, quæ præſentibus teſtibus à partibus facta eſt; & de hac loquitur *textus noſter*, juxta textum in *dict. l. ſcripturas*, cum *authentica, ſi quis igitur, C. qui potiores*: Gloſſa *1. in cap. 1. hoc tit.* Decius *in præſenti, num. 4.* Morla *in emporio titul. 11. quæſt. 3. n. 14.* Neque obſtabit ſi inſtes, quod ſi authentica eſt, quare fidem non facit ex ſe ſola, independenter à teſtibus, uti cætera authentica inſtrumenta, *l. cum precibus, Cod. de probationibus.* Nam reſponderi debet: quod etſi à principio, viventibus teſtibus, authentica fuiſſet, eis tamen deficientibus deſinit eſſe authentica, uti in *noſtro textu.* Quæ ratio ceſſat in ſcriptura authentica à publico Tabellione facta, quæ, etiamſi teſtes deceſſerint, fidem facit: ſicque non eſt vera illatio, Omnis publica ſcriptura eſt authentica: ergo omnis authentica eſt publica: cùm authentica etiam dicatur, quæ privatim a partibus ſimul cum teſtibus eſt ſubſcripta, Covarruvias *in practicis, cap. 19. numero primo, verſicul. Hinc denique.* Morla *dict. titul. 11. quæſtione tertia, numero 14.* Oſual. ad Doncl. *lib. 25. commentariorum, capite octavo, litera A. & V.*

Secundò obſtat textus in *l. ſcripturas, in principio, C. qui potiores*: Ubi privata ſcriptura à partibus ſubſcripta, quamvis in ea non ſint teſtes ſcripti, vim habet publicæ ſcripturæ; adeò ut ex ea actio perſonalis exerceri poſſit contra debitorem. Quæ difficultas diſſolvitur, ex eo, quod textus in *dict. l. ſcripturas*, loquitur de ſcriptura privata à debitore recognita, quæ quoad ejus præjudicium vicem publicæ ſcripturæ habet, quoad actionalem perſonalem, etiam abſque ſubſcriptione teſtium: non verò quoad prælationem hypothecæ, ſeu temporis; quoad alios creditores, qui publicam retinent, etiam ſi poſteriores ſint, ut conſtat ex *eodem textu*, verſic. *Sin autem*, & Gloſſa noſtra *in præſenti*, verb. *Authentica*, & plures refert Morla *in dict. tit. 11. quæſt. 3. cum ſequentibus*, Fachineus *libro undecimo, controverſ. cap. 29. & 31.* 4

Tertiò obſtat textus in *l. publica, §. fin. ff. depoſiti, l. 6. l. ſi aliquid 13. Cod. de donationibus.* Ubi debitum per epiſtolam probatur, etiamſi inſcriptione teſtium careat. Cui difficultati occurritur dicendo, id eſſe ſpeciale in epiſtola miſſiva, facta comparatione literarum, ſi in ea ſigillum ſcribentis ſit, & fuerit recepta ab eo, cui mittitur; nam tunc contra ſcribentem plenè probat: Covarruvias *in practicis dict. cap. 22. num. 7.* Nicolaus Genua *de ſcriptura privata, libro tertio cap. 1. num. 66.* Morla *in emporio, tit. 11. quæſt. 3. num. 19.* Menochius *de arbitrariis, lib. 2. centuria prima, caſu 94. num. 9.* Fachineus *lib. 11. controverſiarum, cap. 33.* 5

Quartò obſtat textus in *l. comparationes, cum authent. & ſi contractus, Cod. de fide inſtrumentorum. l. 119. tit. 18. part. 3.* Ubi comparatio literarum à jure prohibita eſt, ob vitandam crimen falſitatis: ergo quamvis epiſtola, ſeu ſcriptura teſtibus ſit comprobata, fidem non faciet. Quæ difficultas parum obeſt, ſiquidem ſola comparatio literarum non ſufficit ad plenam probationem: nam ſola non admittitur, cùm plerumque ſoleat variari litera, vel tempore, vel ætate, vel valetudine, ſeu calamo: meritò depoſitio teſtium aſſerentium, ſibi videri literam eſſe Titii debitoris, non ſufficit, niſi tantum quoad ſemiplenam probationem, quamvis ſi comparatio literarum fiat ſimul cum uno teſte de actu principaliter deponente, plenam probationem faciat, cum ſemiplenæ probationes, etiam diverſi generis, ſi ad unum finem, & effectum tendunt, plenè probent: Morla *in emporio, tit. 11. quæſtione tertia, num. 21.* Oſwald. ad Doncl. *lib. 25. commentariorum. cap. 8. litera S.* & Fachineus *lib. 11. controverſiar. cap. 35.* 6

Quintò obſtat textus in *Clement. 1. §. caterum, de uſuris, l. Lucius 47 §. tutelæ. ff. de adminiſtration. tutorum, l. final. §. fin autem, C. arbitrium tutelæ*: Ubi liber rationum, quæ privata ſcriptura eſt, ſi debitum in eo ſit comprehenſum, plenè probat: ergo & ſcriptura privata, abſque teſtium inſcriptione fidem faciet. Quod dubium diſſolvitur ex eo, quod jura illa tantum locum habent, in libro rationum, ſi in eo ſit ſcriptum pro ſcribente, & contra ſcribentem, hoc eſt, quod ex debito recepit, & quod ipſe debet, Covarruvias *in practicis, d. cap. 22. num. 8.* Menochius *de arbitrariis, centuria 1. caſu 93. per totum.* Neque 7

similiter obest *l. etiam, l. Imperatores*, §. 1. *ff. de probationibus*: Ubi testatio, & parentum professio de nativitate, & statu liberorum fidem facit: quia de illis latè *suprà* diximus in *cap. super eo* 22. *de testibus, & in cap.* 1. *hoc tit.*

Ad textum in cap. Literis, 3. hoc tit. & cap. Ex parte 11.

SUMMARIUM.

1 *Rescriptum Apostolicum propter defectum literæ, vel rasuram in narratione facti, vel in loco non suspecto, non censetur vitiosum.*

2 *Cancellatio, cùm in loco non suspecto existit, in dubio præsumitur facta ab eodem Notario: & in numero* 3.

3 *Jus omne instrumenti, privilegii, vel rescripti, plerumque pendet ex præfatione, & facti narratione.*

4 *Rescriptum vitiatur ex falsa latinitate, non tamen ex defectu literæ.*

De cancellatione instrumenti plura jura ibi summariè proponuntur.

CONCLUSIO.

1 REscriptum *Apostolicum propter defectum literæ, vel rasuram in narratione facti, vel in loco non suspecto, non censetur vitiosum.* Idem traditur in *cap. accepimus, hoc tit. cap. cum olim*, & Glossa verbo, *Rasura, de privilegiis, cap. fin. de crimine falsi*: Glossa *ibid.* verbo, *Vitiatum, l. si unus, Cod. de testamentis, l. fin. Cod. de edicto Divi Adriani tollendo*, & argumento textus in *leg. si servus plurium*, §. *fin. l. qui filiabus. ff. de legatis* 1. *l.* 1. & 2. *ff. de iis, quæ in testamento delentur, l. errore, l. ambiguitates, l. quoniam indignum, Cod. de testamentis, l. in legatis, Cod. de legatis, l. Imperator, ff. de statu hominum, l.* 2. *Cod de error. Advocatorum, l. qui habet. ff. de manum. testamento, l.* 44. & 111. *tit.* 18. *parte tertia, l.* 12. *titul.* 19. *parte tertia*, docent Matthæus de Afflictis *decisione* 404. *numero decimo, & duodecimo*, Fachineus *libro nono controversiarum, cap.* 79. Mascardus *conclusion.* 1255. Idem *conclusion.* 257. Menochius *de arbitrariis, casu* 187. *numero trigesimo quarto*, Morla *in emporio, tit.* 19. *quæstione nona, per totam*, Antonius Gomez in *l.* 3. *Tauri, num.* 91. & *l.* 45. *n.* 145. Molina *libro secundo, de primogeniis, capite octavo, numero trigesimo quinto, cum sequent.* Farinacius *in praxi criminali, parte sexta, de falsitate, & simulat. quæstione* 151. *numero quadragesimo sexto, & quadragesimo septimo*, Flamin. *de resignatione benefic. libro nono, quæstione septima, numero* 46.

2 Ratio est, quia quando rasura, seu cancellatio in loco non suspecto existit, in dubio præsumitur facta ab eodem Notario; ideòque rescriptum non vitiat: siquidem quando ex præcedentibus, & sequentibus potest deprehendi veritas, & intentio disponentis, non est attendendum in minima instrumenti cancellatione, Glossa *in cap. venerabilis, de Religiosis domibus, cap. licet ad regimen. versic. Quinto, de crimine falsi, cap. cum olim, de privilegiis.* Neque literæ defectus vitiat rescriptum, quia oculi Officialium sæpè falluntur; argument. textus in *cap. causam matrimonii, de probationibus*: & de minimis non est curandum, argument. textus in *cap. cum inter* 13. *de re judicata, cap. etsi quæstiones, de simonia.*

3 Primò obstabit dicere quod regulariter instrumenta, vel privilegia Cancellariæ, abolita, vel ex quacumque parte suæ formæ vitiata, tanquam suspecta fidem non faciunt, *l. final. versicul. Sancimus, Cod. de dicto Divi Adriani tollendo, l. final. Cod. hoc titul. cap. inter dilectos* 6. *eodem*: Ergo propter vitium cancellationis, vel rasuræ, inutile erit instrumentum. Cui difficultati ut satisfaciamus, dicendum est, Jura in argumento adducta procedere, quando cancellatio Contingit in principali dispositione: diversum tamen esse, si cancellatio, seu vitium in facti narratione, seu præfatione exitit, ut *in præsenti.* Neque solutioni obstat textus in *cap.* 2. *cap. super literis, cap. cætera, de rescriptis, cap. inter dilectos, hoc tit.* Ex quibus juribus deducitur, quod jus omne instrumenti, privilegii, vel rescripti, plerumque pendet ex præfatione, & facti narratione. Quia dicendum est cum Abbate *in præsenti*, qui postquam tres impugnavit solutiones, in quarta concludit, quod ideò in *nostro, cap. ex litteris*, rescriptum non vitiatur, quia cancellatio illa contigit in parte non suspecta, nec in integra facti narratione, sed in ejus parte, hoc est, in nominibus Ecclesiarum, & possessionum, de quibus ad majorem cautelam in facti narratione facta fuit specialis mentio in rescripto. Quæ interpretatio deducitur ex integra decretali Gregor. VIII. *capite tertio, post acta Lateranensis Concilii*, 2. *tom. Conciliorum, pag.* 925. Felinus *in præsenti, numero octavo*, Morla *dict. titul.* 11. *quæstione sexta, numero tertio.* Quam interpretationem veriorem existimo, etsi Cujacius *in posthumis, ad hunc textum*, pro illo verbo, *In possessionibus*, legendum affirmet, *In propositionibus.*

Secundò obstat textus in *cap. ad Audientiam, de re-* 4
scriptis, l. Plautius, ff. de auro, & argento legato, in quibus juribus defectus literarum ex falsa latinitate vitiat rescriptum. Quorum jurium difficultati dicendum est, quod quamvis falsa latinitas vitiet rescriptum, non tamen defectu literæ, cum modicus sit: & de rasura, seu instrumenti cancellatione, videndus est textus difficilis *in l. fin. Cod. de edicto Divi Adriani tollendo, l. lege Aquilia* 40. *ff. ad legem Aquiliam, l. emptor*, §. *ultim. ff de pactis, l. final. ff. de his quæ in testament. delentur, l.* 1. §. *fin. ff. de bonorum possessionibus secundum tabulas, l. qui tabulas* 27. & ibi Glossa 1. *ff. de furtis, l. fullo*, §. *fin. ff. eodem*, & omnino vide à nobis inferius tradita in *c. inter dilectos, hoc tit.*

Ad textum in cap. Accepimus 4. cap. Contingit 5. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Redarguenti privilegium de falso, faciet illud exhiberi coram Judice, & paucis, & in illo loco congruo, & securo, & interim stabitur sententiæ lata per illud.*

2 *Instrumenta non possunt redargui, nisi suspecto illorum tenore.*

3 *Instrumentum in judicio productum, licet antea proprium producentis esset, ex productione tamen commune efficitur.*

Expenditur text. in l. fin. vers. Si enim, Cod. de fide instrumentorum.

4 *Exceptio falsitatis impedit instrumenti executionem, quoties falsitas absque ulla extrinseca probatione in ipso instrumento demonstratur.*

Interpretatur textus in l. si Prætor 75. § Marcellus, ff. de judic.

5 *Probare qui se obtulit testes esse corruptos, & falsum dixisse, utrumque probare debet, nec alterum sufficit.*

6 *Instrumentum integraliter parti adversæ edi debet, nisi Judici visum fuerit, periculum esse; veluti cum ex illa integrali productione, clausula aliqua producenti noceret, tunc enim sola clausula de qua agitur edi debet.*

Interpretatur text. in l. qui agnitis, ff. de exceptionibus, l. fin. §. fin. C. de fide instrument.

CON-

CONCLUSIO.

1 *REdarguenti privilegium de falso, judex faciet illud exhiberi coram se, & paucis, & in loco congruo, & securo & interim stabitur sententiæ latæ per illud.* Simile traditur in *cap. licet causam, vers. Post hoc, de probationibus, cap. cum venerabilis, de exceptionibus, l. 1. l. 2. l. his, ff. de transactionibus, l. si ex falsis instrumentis, l. divus, ff. de re judicata, l. querela, Cod. ad legem Corneliam, l. fin. in fine, Cod. de ordine cognitionum, l. 2. Cod. ad legem Corneliam de falsis, l. 1. & 2. tit. 26. part. 3. l. 31. tit. 14. part. 5.* deferunt Paulus, & Jason in *d. l. Divus, ff. de re judicata*, Padilla plures referens in *dict. l. si ex falsis*, Morla *in emporio, tit. 11. quæst. 7. per totam*, Mascardus *de probationibus, conclus. 1254.* Covarruvias *lib. 1. variarum, cap. 1 num. 5.* Idem *in practicis, cap. 20. num. 6. & 7.* Osual. ad Donel. *lib. 23. cap. 6. litera N. & lib. 27. cap. 8. litera X. & litera Z.* Duarenus *ad hunc titulum, cap. 3.*

2 Ratio est, quia instrumenta non possunt redargui, nisi inspecto illorum tenore, argument. textus in *l. de his, ff. de transactionibus*, Glossa, *in præsenti, verbo, Scilicet*, nec impediunt executionem, quia falsitas illa majorem indaginem requirit, *dict. l. fin. in fine, C. de ordine cognitionum*, cum præsumatur calumniosè apposita, *l. 2. C. ad legem Corneliam de falsis*, & postea falsitas illa appareat, & judicem esse fraudatum, subveniatur parti per restitutionem in integrum, *l. judices 33. ff. de re judicata*, Glossa verbo, *Retractari*, in *cap. venerabilis, de exceptionibus*. Quæ restitutio ex clausula generali, *Si qua mihi justa causa*, ex edicto *d. leg. Divus*, intra quadriennium postulari potest, *cap. final. de temporibus in integrum, cap. penult. de rebus Ecclesiæ.*

3 Primò obstabit textus in *l. nimis grave, Cod. de testibus, l. fin. Cod. de edendo, cap. 1. de probationibus.* Ubi reus non tenetur actori edere instrumenta: ergo nec in præsenti ad exhibitionem instrumenti reus cogi debet. Quam difficultatem effugies, si advertas, quod jura in argumento adducta tantum habent locum, quando instrumentum non commune, sed proprium ipsius Rei est, & Actor illud petit ad fundandam suam intentionem; quo casu, reus illud actori edere non tenetur: Secus verò, quando instrumentum est commune, vel quando petitur ad redarguendum illud de falso, ut in *nostro textu*; nam simul atque instrumentum in judicio produxit, licet antea proprium illius esset, ex productione tamen illa, commune efficitur, *cap. contingit, c. imputari, hoc titulo*, latè Morla *in emporio, ubi supra, num. 18.*

4 Secundò obstabit dicere, quod exceptio illa falsitatis opponi non potuit post sententiam, siquidem omnis exceptio opponi debet vel ante contestationem in vim dilatoriæ, vel post in vim peremptoriæ, usque ad causæ conclusionem; ac per consequens post sententiam nullo modo opponi potuit. Cui difficultati dicendum est, prædictam regulam limitari in exceptione falsitatis, juxta *dict. l. Divus ff. de re judicata, l. quia invitis, ff. de exceptionibus.* Nec solutioni obstat textus in *l. fin. vers. Si enim, Cod. de fide instrument.* Ubi hæc falsitatis exceptio contra instrumentum post sententiam non admittitur: nam ideò ibi non admittitur, quia præter instrumenta, aliæ intervenerunt probationes, ex quibus Judex potuit plenè instrui, vel ex eo quia in *prædicto textu*, de falsitate illa ante sententiam opposita fuerat exceptio, & plene de ea fuerat cognitum; notat Bart. in *dict. l. Divus*, à *numero primo*, Alexand. & Jason. *ibi, numero undecimo.*

5 Tertiò obstat textus in *cap. super eo, de crimine falsi, l. fin. Cod. si ex falsis instrumentis.* In quibus juris exceptio falsi instrumenti impedit executionem. Cui difficultati dicendum est, ideò in prædictis juribus exceptionem prædictam, executionem impedire, quia de ipsa falsitate in instrumento constabat, absque ulla extrinseca probatione, vel ut alii interpretantur, quia in continenti probatio fuit oblata, quo in casu calumnia, & malitia opponentis cessat; uti constat ex *eadem l. fin. vers. Falsi crimine, &c. cap. literas, verbic. Præterea, de restitutione spoliatorum.* Nec solutioni obstat text. in *l. si Prætor 75. §. Marcellus, ff. de jud.* Ubi executio sententiæ suspenditur, & post sententiam querela falsitatis admittitur. Quia ibi admittitur, ex eo, quod sententia lata fuit falsis testibus, & instrumentis dolo adversarii contra absentem productis: quo in casu cum sententia sit ipso jure nulla, ejus executio impeditur, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re judicata.* Bart. in *dict. l. divus, num. 1.* Alexand. & Jason *ibidem, num. 4.* Osuald. ad Donel. omninò videndus *lib. 27. comment. cap. 6. per totum, & lib. 2. c. 8. litera T. E. I.* Cujacius *lib. 23. observat. cap. 38.*

Quartò adversus id, quod *in præsenti* notant omnes, videlicet, quod ut supra retulimus sola falsitatis testium probatio sufficit, quamvis de corruptione non constet: sicuti, & sufficit probare tantùm instrumentum esse falsum, *l. penult. & fin. C. si ex falsis instrumentis*: cum testes, & instrumenta parem vim habeant, *l. in exercendis, Cod. hoc tit.* Obstabit textus in *l. divus, de re judicata cap. licet causam, de probationibus*: in quibus juribus constat utrumque probare necesse esse ut sententia retractari valeat. Cujus dubii solutio pendet, ex eo, quod in prædictis juribus pars se obtulit utrumque probare, ideòque id non de necessitate, sed de voluntate fuit, Bartolus in *dict. l. divus, num. 3.* Jason *n. 18.* Morla *ubi supra dict. quæstione septima, num. 12.* qui aliam interpretationem refert ad textum in *dict. l. Divus*, quem omninò vide.

Quintò adversus id, quod ex *dict. cap. contingit 5. hoc tit.* deducitur, nempe solum capitulum, sive clausulam, de qua agitur, edendam esse; valde obstabit textus difficilis in *cap. cum persona, de privilegiis, lib. 6.* ex quo constat, quod is qui utitur privilegio, vel instrumento in judicio, tenetur illud exhibere ad integraliter legendum. Cujus textus difficultas ex eo dissolvitur, quia tunc tantum prædicta decisio locum habet quando Judici visum fuerit nullum subesse periculum, seu damnum ex eo, quod parti adversæ ad legendum integraliter traderetur; interveniente namque timore, vel periculo, standum est decisioni textus in *dict. cap. contingit, hoc tit.* Morla *in d. c. cum persona, num. 2.* videndus Greg. Lop. *in d. l. 113. tit. 18. part. 3. glossa finali.* 6

Sextò adversus id, quod diximus, sententiam ex falsis instrumentis latam valere, obstat textus difficilis in *l. qui agnitis, ff. de exceptionibus.* Ubi si quis ex falsis instrumentis condemnatus fuerit, & solverit, repetere potest; neque exceptio rei judicatæ admittitur. Quia in difficultate dicendum est, ideò ibi exceptionem rei judicatæ non admitti, sed repetitionem tantum competere, quia postea elidi sententia poterat per restitutionem in integrum Prætoris authoritate constitutam, Cujac. *in d. l. 1. C. si ex falsis instrumentis.* Neque obstat textus in *l. fin. §. fin. C. de fide instrumentorum.* Ubi in eadem specie decisum est, quod si quis falsis instrumentis condemnatus fuerit, & solverit repetere non posse. Nam dicendum est, multum interesse, an pars à principio cognoscens falsa esse instrumenta solverit, an verò ignorans: nam in primo casu non repetit, ut in *dict. l. fin. §. fin.* in secundo verò sic, ut in *dict. l. qui agnitis.* Neque huic solutioni obstant prima textus verba in *dict. l. qui agnitis*: ex quibus inferre videtur, partem cognovisse instrumentorum falsitatem; nam verba illa, *Agnitis, &c.* intelligenda sunt de agnitione instrumenti mera non tamen circa falsitatem, siquidem recte dici potest agnitum fuisse instrumentum, etiam si illius falsitas agnita non sit. Quæ interpretatio deducitur ex ejusdem textus verbis ibi: *Si postea cognita rei veritate, &c.* uti benè animadvertit Duarenus in *d. l. Divus 33. ff. de re judicata*, videndus est etiam D. Balbon *in tit. de exceptionibus, in comment. ad textum in cap. venerabilis 6. à num. 49. & seqq.* & super hunc textum videnda sunt etiam quæ diximus *in cap. 1. de probationib.*

Ad textum in cap. Inter dilectos 6. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Instrumentum manu publica confectum, habens Sigillum vitiosum, in quo concurrant præsumptiones falsitatis, non probat.*
2 *Assignatur ratio.*
3 *Error Notarii potius in instrumento præsumitur, quàm falsitas, nisi cancellatio seu aliud vitium visibile sit, ut in num. 2.*
4 *Expenditur textus in* l. falsis, C. de transactionibus, l. jubemus, versic. Quod si, C. de testam.
5 *Falsitas instrumenti probari debet per necesse, & non sufficit obliquè.*
6 *Alienare cui interdicitur, etiam interdicitur actiones exercere.*
7 *Rei vindicatio possidenti non datur.*
8 *Libellus ante litem contestatam addi, & emendari potest; post contestationem verò neutiquam, nisi clausula illa sit inserta:* Salvo jure addendi, &c.
9 *Feudum Imperiale per dignitatem Episcopalem amittitur. Intellige ut ibi.*
10 *Defectus Indictionis, licet vitiet instrumentum, error tamen non vitiat quando de tempore constat.*
11 *Sententia inter alios acta, aliis non nocet, nec prodest. Intellige ut ibi.*
Expenditur text. in cap. inter dilectos 6. de fide instrumentorum l. fidejussor, §. 1. ff. de pignoribus, *cum* l. Gajus Sejus, ff. eod.
12 *Inter concedentem, & confirmantem, debet esse distinctio.*
13 *Dominii quæstio non potest opponi contra locatorem agentem adversus conductorem.*
14 *Instrumentum etiam si manu alterius sit scriptum, tenet, dummodo Tabellio perfectioni assistat, & ab eo sit subscriptum.*

CONCLUSIO.

1 *INstrumentum manu publica confectum habens sigillum vitiosum, in quo concurrant præsumptiones falsitatis, non probat.* Ita traditur *cap. ex literis 3. supra, hoc tit. cap. tertio loco, de probationibus, cap. cum olim, de privilegiis, cap. ultim. de crimine falsi, cap. Abbate, de verborum significatione, cap. cum venerabilis, de Religiosis domibus, l. 1. § siquis negat, ff. quemadmodum testamenta aperiantur, l. si unus, Cod. de testamentis, l. fin. C. de edicto Divi Adriani tollendo, l. jubemus, Cod. de probationibus.* Ita docent Mascardus *tomo secundo, concluf. 740.* Menochius *de præsumptionibus, libro primo, quæstione 99. numero tertio, & decimo secundo,* Paulus Castrensis *in dict. l. jubemus,* Anton. Gabriel, plures referens *libro septimo, communium, titul. de crimin. concluf. 6. numero decimo sexto,* Osvald. ad Donel. *libro 25. cap. 8. litera X.*

2 Ratio est, quia cùm in *hoc textu* actum sit civiliter excipiendo, ad infringendam fidem instrumenti, meritò ex illis conjecturis, simul & præsumptionibus provenientibus ex vitiis visibilibus in instrumento, suspecta redduntur instrumenta producta ab actore, ideòque in dubio reus absolvitur, *cap. ex literis, de probationibus, l. Arrianus de actionibus, & obligationibus, l. respiciendum ff. de pœnis.*

3 Primò obstabit dicere, quod semper præsumitur pro instrumento, *l. cum precibus, C. de probationibus:* ita ut magis præsumatur error Notarii, quàm falsitas, *l. penult. C. de his, qui sibi in testamento adscribunt, l. nec exemplum, Cod. ad legem Corneliam de falsis:* ergò malè *in præsenti*, ex similibus conjecturis falsa instrumenta præsumuntur. Cui difficultati dicendum est, jura *supra* adducta limitari, quando apparet instrumentum aliquo vitio apparente, & visibili abrasum, & cancellatum esse: nam tunc non præsumitur pro instrumento, seu Notario: imò fides ei non adhibetur, cùm hæc visibilis præsumptio aliam vincat: Menochius *d. lib. 1. quæst. 99. num. 3. & sequentibus, & lib. 5. præsumption. 20. numer. 10.* Mascardus *concluf. 740.*

Secundò obstat textus in *l. ex falsis, C. de transactionibus, l. jubemus, versicul. Quod si, Cod. de testamentis.* In 4
quibus juribus constat, quod etsi instrumentum in aliqua sui parte vitiosum sit, in reliquis tamen vitiosum non censetur: ergo & *in præsenti*, instrumenta in parte suspecta tantum, non verò in totum vitiari debent. Cui dubio respondendum est, jura in argumento adducta locum habere, quando defectus est in parte, seu in uno capitulo contingente ad negotium de quo agitur, vel illi connexo: tunc enim cæteris capitulis non nocet: at verò *textus* noster loquitur, quando suspicio falsitatis versatur in parte, in qua erat solemnitas, & substantia negotii de quo agebatur; ideòque totum instrumentum suspectum dicitur, ut illi fides non adhibeatur, Bart. *in d. l. ex falsis, num. 10.* Mascardus, & Menochius *ubi supra.*

Tertiò obstabit textus in *l. nec natales, Cod. de probationibus, cap. in præsentia, eodem tit.* Ubi probatur, quod 5
ad probandam instrumentorum falsitatem, probatio debet concludere per necesse, & non per obliquè: ergo malè *in præsenti* ex omnibus, quæ allegantur contra instrumentum, concluditur per obliquè, seu minus probabile. Cui difficultati dicendum est, quod in specie nostri textus, sufficit probatio per conjecturas, ut fides instrumentis ab Abbate productis non habeatur: nam licet quælibet per se non sufficeret; tamen simul junctæ plenam probationem faciunt, Menochius *de præsumptionibus lib. 1. quæst. 40. num. 11.*

Quartò contra singulas nostri textus partes obstabit 6
dicere, quod ei, cui interdicitur alienare, etiam interdicitur actiones exercere, *l. ait prætor, §. quid sit autem ff. de jure deliberandi*, sed Abbati sine Conventu non licet alienare, *cap. 1. & 2. de iis quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli*: ergo nec in præsenti Abbas actiones exercere potuit, sine mandato Capituli, cùm in omni negotio ejus consensus desideretur, *cap. contingit, de transactionibus, c. novit,* cum aliis, *de his, quæ fiunt à Prælato, &c.* Qua in difficultate, omissa Glossæ interpretatione, in præsenti asserentis, Abbatem ostendisse mandatum procuratorium sui Monasterii, sine quo comparere non potuit in judicio, juxta textum in *capite primo, de procuratoribus*, verissimè dicendum est, in præsenti non fuisse necessarium mandatum, siquidem Prælatus in judicio sine mandato agere potest, Glossa prima *in cap. edoceri, de rescriptis,* Glossa in *cap. contingit, de transactionibus*, Glossa *penult. in capite primo, de Procuratoribus*, Glossa in *cap. causam quæ de judiciis,* & plures relati à Paz *in praxi, annotatione 4. num. 34.* Nec obstat textus *in dict. cap. contingit, de transactionibus*: Quia ad transactionem speciale mandatum desideratur, *cap. qui ad agendum, de Procuratoribus, lib. 6. l. mandato generali, ff. de Procuratoribus.*

Quintò obstabit dicere, quod possidenti non datur 7
rei vindicatio, *l. unica, Cod. de alienatione judicii mutandi causa facta, l. qui petitorio, l. in rem ff. de rei vindicatione, cap. examinata, de judiciis*: sed in præsenti Abbas obtinuerat in possessorio, uti textus asserit: ergo frustra petit rem sibi restitui. In qua difficultate, omissa Glossæ solutione *in præsenti*, verissimè dicendum est, quod licet lata esset sententia in judicio possessorio ab Episcopo Veronensi in favorem Monasterii, uti textus docet: hæc tamen non fuit executioni mandata, siquidem rerum possessio apud Archiepiscopum mansit, meritòque rei vindicatio non extinguitur, sed interim ea actione agere poterit.

Sextò obstabit dicere, quod petitio, & libellus minui, 8
addi,

addi, & emendari potest, *l. edita actio, C. de edendo, cap. 2. de libelli oblatione*: ergo illa clausula, *Salvo jure addendi*, non erat in libello necessaria. Cui difficultati dicendum est, clausulam illam ad majorem abundantiam appositam fuisse, siquidem libellus, & si emendari, & in eo addi ante litem contestatam possit; non tamen poterit postea, Glossa, & omnes in *lege prima, digestis, de edendo, & in cap. significantibus, de libelli oblatione.*

9 Septimò obstabit, quod feudum Imperiale per dignitatem Episcopalem amittitur, *cap. unico, de vassallo milite, qui arma bellica deposuit, cap. unico, §. qui Clericus, titulo si de feudo defuncti contentio sit: in feudis*; sed Comitatus est feudum Imperiale, *cap. un. quis dicatur Dux, Marchio, vel Comes*: ergo in præsenti Luithardus non potuit esse Comes, & Episcopus simul. In quo dubio, omissa solutione, quam refert Anton. de Butrio *in præsenti, num. 13.* pro verissima illius interpretatione distinctio est adhibenda: videlicet discrimen constituendum esse inter feudum, quod de novo adquiri desideratur, & inter illud, quod jam est constitutum, & retineri desideratur: nam primo casu, Clericus poterit de novo investiri de feudo: quia & Pontifex videtur cum eo dispensare, ut per substitutum serviat, argum. textus *in dicto cap. unico, §. si minori. si de feudo defuncti contentio sit*: secundo verò casu, quando agitur de succedendo, distinctio est etiam adhidenda: nam vel feudum requirit servitutem personalem, & tunc non retinet: nam servire domino, & militare est incompatibile, & ita obtinet textus in *dict. cap. qui Clericus*, nec aliud retinere potest, *cap. Præses, 20. quæstion. 3.* si verò non habet servitium personale, sed reale, tunc Clericus poterit succedere in feudo; quæ omnia in Episcopis, Archiepiscopis, & Cardinalibus cessant, qui omnes etiam si feuda personale servitium requirant, poterunt ea retinere, statim quo electi fuerint, & ita obtinet textus in *c. 2. de re judicata, lib. 6.* notat Afflictis *in d.c. unico, §. qui Clericus, n. 8.* videndus Covar. *in practicis, c. 4. num. 2.*

10 Octavò obstat textus in *leg. si nominatim, ff. de conditionibus, & demonstrationibus, leg. quoties. §. 1. ff. de hæredibus instituendis, leg. qui habet, ff. de rebus dubiis.* Ex quibus juribus constat, quod error in Indictione non vitiat instrumentum. Cui difficultati dicendum est, quod licet defectus Indictionis vitiet instrumentum, error tamen non vitiat, quando de tempore constat per annos Domini, & potius præsumitur error in Indictione, quàm in anno Domini: videndus Mascard. *concl. 644. à num. 4.* Covar. *lib. 1. variarum, capit. 12.* Otalora *de nobilitate, 1. part. cap. 2. num. 22.* Brissonius *de verbis juris*, verbo: Indicio.

11 Nonò adversus *textum nostrum*, in versiculo, *Porrò*; dum Abbas se tuetur per sententiam Mediolanensis Archiepiscopi prolatam in favorem Monasterii: Obstabit dicere, quod defensio illa, sibi præjudicat ex eo, quod inter alios esset acta, juxta textum in *leg. & quia, ff. de jurisdictione omnium judicum, leg. sæpe, de exceptione rei judicatæ, cap. suborta. de re judicata*, ergo hoc intercedente se tueri non potuit ex eo, quod sententia fuit inter alios acta. In qua difficultate dicendum est, quod ad hoc ut noceat alicui sententia inter alios acta, oportet quod litigans possit prohibere, & non prohibuit; vel quod cum ipse habeat causam ab eo, qui litigat, & patitur illum litigare, cum ad ipsum pertineat defensio, & tunc sibi nocet, cum donare videatur: *leg. permisceri, §. 1. de adquirenda possessione*, Glossa *in l. Cajus, ff. de ignoratitia actione*; & cum *in præsenti* Archiepiscopo neuter casus applicetur, non nocebit illi sententia inter alios acta, Covarruvias *in practicis, cap. 13. num. 7.* Neque obstabit *dict. leg. sæpe, de exceptione rei judicatæ*, de qua videndus Cujacius *lib. 12. observation. cap. 25.* & similiter non obstat textus *in leg. fidejussor. §. 1. ff. de pignoribus*, de cujus interpretatione, & conciliatione cum *leg. Gajus Sejus. ff. eodem*, videndus Antonius Faber *in Rationalibus ad dicta jura*, Cujac. *lib. 12. observ. c. 25.*

Decimò obstabit dicere, quod inter concedentem, 12
& confirmantem, debet esse distinctio; *leg. & quia, ff. de jurisdictione omnium judicum, cap fin. de institutionibus*: nam quod meum est, ex alia causa meum fieri non potest, *leg. possideri, §. ex pluribus. ff. de adquirenda possessione.* In qua difficultate, omissa interpretatione, quam refert Glossa verb. *Conferebat*, Butrius, & Abbas, *in præsenti à num. 8.* verissimè est dicendum, quod donatio in præsenti tuit nulla: quia de rebus feudalibus, sine consensu domini fuerat facta, & ita per confirmationem fuit de novo collata; & sic meritò dici potuit confirmata, & collata de novo: quia hoc in casu confirmare, est donare, notat Oroscius in *dict. leg. & quia, num. 1. ff. de jurisdictione omnium judicum.* Neque obstat textus *in cap. in Synodo 63. distinction.* cum traditis à Glossa, verbo, *Confirmari.* Quia procedunt quando confirmans posset actum perfectum revocare, & non revocat: nam tunc dicitur aliqua ratione donare, uti notat Felinus *in præsenti, à numer. 16.* & plura de hoc dicemus *in titul. de confirmatione, utili, vel inutili.*

Undecimò contra nostrum textum in versiculo *Lo-* 13
catio, obstabit dicere, quod contra locatorem agentem adversus conductorem, non potest opponi quæstio dominii, *leg. si quis conductionis, Cod. locati.* Cui difficultati dicendum est, textum in *dict. leg. si quis*, loqui quando locator agit actione locati adversus conductorem; at verò *textus* noster procedit, quando agit rei vindicatione, & dominus vult probare dominium per instrumentum locationis, *leg. ad probationem, Cod. locati*, notat latè Glossa *in præsent. verbo: Locatio.* Menoch. *de recuperanda, remedio primo, n. 109.* & *de præsumptionibus lib. 6. præsumptione 62. & 63.*

Duodecimò contra nostrum *textum* in versic. *Instru-* 14
mentum quoque &c. cum probat sufficere, instrumentum esse subscriptum manu alterius; obstat textus in *Authent. de Tabellionibus, §. nos autem*, juncta Glossa verbo, *Ipsis per se*, ubi constat, quod Tabellio per se ipsum debet instrumentum conficere. Cui dubio, omissa interpretatione, quam refert Decius *in cap. quoniam contra, de probationibus, à num. 48.* verissimè est dicendum, *textum* illum non asserere, quod Tabellio per se ipsum scribat, sed quod ipse interfit ipsi contractui, & perfectioni; & hoc non potest alteri demandare, etiam se subscribendo: Abbas *in præsenti num. 7.* De nostro textus versiculo, ibi: *In omnibus autem Imperialibus*, à nobis est agendum in *capite quamvis vigesimoquinto, de sententia & re judicata*, ubi regulam illam disputabimus, quando res inter alios acta aliis nocet, nec ne? Reliqua vide in his quæ *infra* dicemus in *cap. fin. de re judicata.*

Ad textum in cap. Cum dilectus 9. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Post publicatas attestationes usque ad conclusionem possunt instrumenta produci; & consuetudo loci facit instrumentum authenticum.*

2 *Per conclusionem in causa inducitur renunciatio allegationum, & probationum.*

3 *Instrumenta, & testes, omninò æquiparantur.*

4 *Terminus simpliciter à Judice datus ad probandum, solum comprehendit productionem testium, non autem refertur ad instrumenta; quoniam hæc à jure terminum præfixum habent, nempe usque ad conclusionem in causa.*

5 *Instrumenta etiam post conclusionem admittuntur, si noviter reperta fuerint, & adhibito juramento in judicio producantur.*

6 *Expenditur textus in* lege videamus, paragrapho

finali, verſiculo, Et poſtea, digeſtis, de in litem jurando.

7 *Scripto vel dicto Regis ſtandum eſt quemadmodum & Pontificis.*

8 *Conſuetudine induci poteſt, ut credatur ſcripturæ alicujus valde legalis perſonæ, ut illa vim publicæ authoritatis habeat; ubi remiſſivè refertur text. in* l. Divi, ff. de pœnis, c. paſtoralis, de except. l. admonendi, ff. de jurejurand.

9 *Inſtrumenta ſemel edita, poſtea edi non poſſunt, niſi juſta ſubſit cauſa, quæ prius probari debet.*

Interpretatur textus in leg. 7. digeſtis, de edendo, leg. plures 15. §. ultim. ff. de reb. authent. judic. poſſid.

CONCLUSIO.

1 *POſt publicatas atteſtationes, uſque ad concluſionem poſſunt inſtrumenta produci, & conſuetudo loci facit inſtrumentum authenticum.* Comprobat tex. *in cap. cum veniſſent 25. de teſtibus, cap. paſtoralis, de exceptionibus; leg. admonendi ff. de jurejurando, leg. videamus, §. ultimo. ff. de in litem jurando; leg. ſub ſpecie, Cod. de re judicata, leg. 6. tit. 11. lib. 3. Ordinament. leg. prima, & 2. tit. 5. lib. 4. Recopilation. leg. 34. tit. 16. part. 3.* defendunt Fachineus omnino videndus *lib. 11. controverſiarum, cap. 26.* Maranta *de ordine judiciorum, 6. part. actu 15.* Morla *in emporio, tit. 11. quæſt. 4.* Covarruvias *in practicis, cap. 20. num. 8.* Tiraq. *de nobilitate, c. 37. n. 92.* Maſcar. *de probationibus, concl. 973. n. 16.* Menoch. *de arbitrar. caſu 241.* Azevedo *in l. 3. titul. 8. lib. 4. Recopilationis,* Cevallos *commun. contra commun. quæſt. 650.* Andreas Gail. *lib. 1. obſervat. cap. 117. num. 10.*

2 Ratio eſt, quia per concluſionem in cauſa inducitur renunciatio, & concluſio allegationum, & probationum, Gloſſa prima *in præſenti*, Gloſſa, verbo: *Conceſſerint, in Authen. de teſtibus, §. quia vero, collation. 6.* merito poſt eam audiri non debent, cùm juri ſuo renunciaverint, argument. textus in *leg. ſi quis in conſcribendo, Cod. de pactis,* Morla *in emporio, titul. 11. quæſt. 4. num. 2.*

3 Primò obſtabit dicere, quod teſtes, & inſtrumenta omnino æquiparantur, *cap. cum Joannes, hoc tit. leg. in exercendis, Cod. eodem,* ſed teſtes poſt publicatas atteſtationes ſuper eiſdem articulis, vel directò contrariis, non poſſunt recipi, *cap. intimavit, cap. fraternitatis, de teſtibus:* nam etiam ſi non ſit concluſum in cauſa, ſola teſtium publicatio impedit productionem: Igitur idem in inſtrumentis dicendum erit, ut produci non poſſint poſt
4 publicationem, etiam ſi in cauſa non ſit concluſum. Cui difficultati dicendum eſt, quod terminus ſimpliciter datus à Judice ad probandum, ſolùm comprehendit productionem teſtium; non autem refertur ad inſtrumenta, quoniam hæc à jure terminum præfixum habent, nempe uſque ad concluſionem in cauſa, uti in præſenti definitum eſt; nam inſtrumenta reputantur, uti probatio probata, & liquidiſſima; *l. cum precibus, ff. de probationibus,* Abbas *in cap. cauſam, de probationibus, n. 20.* & ſi aliter Decius *ibi, num. 15.* Præcipuè cum ſit diverſa ratio in teſtibus, quàm in inſtrumentis, cùm in teſtibus adſit timor ſubornationis, quæ ratio in inſtrumentis ceſſat.

5 Secundò obſtat textus in *leg. videamus, §. final.* verſic. *Et poſtea, ff. de in litem jurando,* ubi etiam poſt concluſionem inſtrumenta admittuntur. Cui difficultati reſpondendum eſt, textum noſtrum non procedere in in-
6 ſtrumentis noviter repertis, juramento de calumnia adhibito: quia renunciatio, quæ ex concluſione reſultat, non debet extendi ad ignorata, argument. *leg. mater decedens, ff. de inofficioſo teſtamento,* notat Covarruvias *in practicis, cap. 20. num. 8.* Nec ſimiliter obſtat textus in *cap. paſtoralis, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis,* ubi etiam poſt concluſionem in cauſa licet inſtrumenta producere. Quia textus ille procedit, quando juſta ſubeſt cauſa, videlicet quando invaſor, impedimento adhibito, ſubtraxit ſpoliato facultatem probandi dominium: nam tunc poterit poſt concluſionem intentare poſſeſſorium; quod aliter non permitteretur.

Tertiò contra noſtrum textum, dum aſſerit valere 7
conſuetudinem, ut reſcriptis Regis fides adhibeatur; obſtabit dicere, quod etiam abſque conſuetudine eis ſit ſtandum: nam quemadmodum ſoli ſcripto, vel dicto Pontificis ſtamus, *capit. cum à nobis, de teſtibus*: ita etiam ſoli Imperatoris dicto, *Clement. paſtoralis,* juncta Gloſſa, verbo, *Aſſerente, de re judicata, leg. 32. titul. 16. part. 3.* ergo fruſtra requiritur in præſenti conſuetudo, ut reſcriptis Regum fides adhibeatur. Cui objectioni dicendum eſt, jura in argumento adducta procedere in Rege non habente ſuperiorem, at verò noſtrum textum procedere in Rege ſuperiorem recognoſcente, Decius *in capit. poſt ceſſionem, numero decimoquinto, de probationibus,* ubi rationem differentiæ aſſignat.

Quartò obſtabit dicere, quod hæc conſuetudo non 8
debet obſervari, tanquam corruptela, & juri contraria, ſiquidem ex ea occaſio ad delinquendum datur, & fabricandas falſas ſcripturas, *cap. ex parte, de conſuetudine,* præcipuè cum repugnet juri divino diſponenti, non eſſe credendum uni teſti, *cap. licet univerſis de teſtibus,* cum *ibi* traditis. Qua in difficultate eſt dicendum, juri divino repugnare ut in præjudicium Tertii unico teſtimonio ſtandum ſit, & ideò ſcripturæ privatæ ſtandum non eſt; ſed non repugnat, quod conſuetudine induci poſſit, ut credatur ſcripturæ alicujus valde legalis perſonæ, cum conſuetudo illa vim publicæ authoritatis habeat, ſeu præſtet; Abbas *in c. bonæ,* el ſegundo, *n. 30. de poſtulatione prælatorum,* Decius *in c. 2. de probationibus, num. 10.* videndus eſt textus *in l. divi ff. de pœnis,* & textus *in cap. paſtoralis, de exceptionibus,* & textus in *l. admonendi, ff. de jurejurando,* vide tradita in *c. imputari, hoc titulo.*

Quintò adverſus ea, quæ communiter *in præſenti* do- 9
cent Doctores omnes: videlicet quod inſtrumenta ſemel ab argentario edita, poſtea ex edicto Prætoris edi non poſſunt, juxta textum *in leg. ſi quis ex argentariis 6. §. Prætor ait, & §. prohibet, ff. de edendo,* obſtabit textus in *leg. veluti 7. ff. eodem,* ubi ſemel edita, poſtea exhiberi debent. Cui dubitationi reſponderi debet, quod etſi ſemel edita inſtrumenta poſtea edi non poſſint; tamen ſi juſta ſubeſt cauſa, quæ probanda eſt, iterum editio fieri debet: veluti ſi minus plenè ſit edita, & quod non ſemel, ſed iterum, atque iterum, quoties id cauſa ita poſtulaverit: *dict. leg. veluti, §. fin.* Nec obſtat *dict. leg. plures 15. §. ultimo, ff. de rebus authoritate judicis poſſidendis,* ubi non amplius quàm bis exhibitio debet fieri. Quia textus illæ eſt intelligendus, quoties nulla ſubeſt cauſa: nam ſi ſubeſt, ob probationis favorem, ſemel, & iterum, atque iterum editio fieri oportet; cum tunc non minus in prima, quàm in ſecunda, & cæteris, ratio eadem exiſtat: quàm ſententiam veriorem eſſe exiſtimo; & ſi aliter ſentiat Anton. Faber *in Rationali ad textum in dict. leg. 7. & in paragrapho 1. ff. de edendo.*

Ad textum in cap. Cum Joannes 10. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Falſitas inſtrumenti, vel quod illi deeſt, per teſtes poteſt probari.*

2 *Vivæ voci potius, quam mortuæ credendum eſt, cum probatio quæ fit per teſtes à jure divino inventa ſit; quæ vero per inſtrumenta, tantum ad futuram rei memoriam à jure poſitivo ſit introducta.*

3 *Interpretatur textus in* leg. cùm de indebito 25. §. fin.

finali, verſiculo. Tum enim, digeſtis, de probation.

4 *Ætas potius inſtrumentis, quàm teſtibus probanda eſt, cùm in memoria hominum annos retinere difficile ſit.*

Illuſtratur textus in l. 3. Cod. ſi minor ſe majorem dixerit, l. optimam 14. Cod. de contrahend. ſtipulation. *cum* l. juris gentium 7. §. quod fere, ff. de pactis. ibid.

5 *Natalia publica inſtrumenta adeò perpetuam firmitatem habent, ut teſtibus infirmari nequeant.*

Expenditur textus in l. cenſus 10. ff. de probationibus.

6 *Illuſtratur textus in* authent. de inſtrumentor. fide, in princip.

7 *Probatio una, ut aliam vincat oportet quod ſit fortior; aliàs ſi æquales ſunt, neutra prævalet.*

8 *Interpretatur textus in* cap. ad audientiam, de præſcript.

9 *Duo teſtes ad reprobandum inſtrumentum de jure communi ſufficiunt, quatuor verò de jure Regio deſiderantur.*

10 *Inſtrumentum ſi fuerit deperditum, non tantum perditio, ſeu amiſſio, ſed etiam tenor ipſius probari debet. Intellige ut ibi.*

Illuſtratur textus in capit. cum olim, de privilegiis.

11 *Expenditur textus* in l. ſi de poſſeſſione 20. Cod. de probation.

12 *Sententia debet eſſe conformis libello.*

13 *Teſtes ſuper novis articulis etiam ex primis dependentibus in ſecunda inſtantia admitti poſſunt.*

14 *Judex, ſi nulla ſubeſt cauſa, non debet ejus officium, parte non petente, ad privatam utilitatem impertiri.*

15 *Inſtrumenta ſi inſtrumentis, vel teſtes teſtibus contrariantur, fieri debet concordia per multiplicationem actuum.*

16 *Inſtrumenta adoptionis, vel emancipationis, ſi deperdita fuerint, poterunt teſtibus comprobari.*

Interpretatur textus in l. final. Cod. de adoptionibus.

17 *Expenditur textus in* leg. 2. Codice de emancipation.

18 *Sola teſtium atteſtatio abſque cauſa & ratione atteſtationis fidem non facit.*

Præſentia Judicis teſtem movet, ne mendaciter deponat.

Illuſtratur textus in leg. ſolam, Codice de teſtibus.

19 *Acta coram uno Judice inter eaſdem perſonas facta fidem faciunt coram alio.*

CONCLUSIO.

1 *FAlſitas inſtrumenti, vel quod illi deeſt, per teſtes poteſt probari.* Confirmatur ex textu in *cap. tertio loco, cap. poſt ceſſionem, verſicul. Quibus ſtandum eſt, cap. cum à nobis, de teſtibus, l. in exercendis, Cod. hoc titul. l. cum precibus, l. cum res* 12. *Cod. de probationibus, l. optimam, Cod. de contrahenda ſtipulatione*, ita tenent Rebuffus *de reprobatione teſtium, num.* 125. Maſcardus *de probationibus, concluſ.* 1095. *numero tertio*, Menochius *de arbitrariis, caſu* 105. *numero vigeſimo ſecundo, & conſilio* 508. *numero quinto*, Morla *dict. titul.* 11. *quæſtione quinta*, Covarr. *libro ſecundo variarum, capite decimo tertio, numero undecimo*, Oſuald. ad Donel. *libro vigeſimo quinto, capite octavo, litera K. & L. & ſequentibus, & lib.* 21. *cap.* 10. *litera H.*

2 Ratio eſt, quia jus non adeò unam probationem approbat, quin admittat meliorem aliam, argument. textus in *cap. propoſuiſti, cap. cauſam quæ, de probationibus*, cum potius credendum ſit vivæ voci, quàm mortuæ, *Authentic. de inſtrumentorum cautela, & fide, §. ſi verò*: præcipuè cum probatio, quæ fit per teſtes, naturalis & à jure divino inventa ſit; probatio verò quæ fit per inſtrumenta, ad futuram facilioremque rei memoriam, à jure poſitivo tantum fuit introducta; ideòque quemadmodum acta judicii per teſtes probari poſſunt, ita etiam ea quæ in ſcripturis acta ſunt, poterunt per teſtes iterum probari, Gloſſa in *l. ſi prætor, ff. de judiciis*, Imola *in cap. tertio loco, de probationibus, num.* 9.

Primò obſtat textus in *l. cum de indebito* 25. §. *final. verſicul. Tunc enim, ff. de probationibus*, ubi cauſa ſtipulationis, mutui, vel depoſiti, in ſcripto redacta; non niſi alio ſimili ſcripto improbari poteſt. Cui difficultati dicendum eſt, textum in *dict. l. cum de indebito*, loqui, quando reus chirographum à ſe ſcriptum fatetur; negat tamen id ex ea cauſa deberi, quod in chirographo continetur; quare cùm in eo caſu, nullus eſſet teſtis, qui de ea re jurare valeat, meritò teſtimonium non admitti textus docet; ſed alias probationes in ſcriptis redactas deſiderari, juxta textum in *l. generaliter, Cod. de non numerata pecunia*, Oſuald. ad Donel. *libro vigeſimo quinto, commentariorum, capite ſecundo, & ad titulum de fide inſtrumentorum*, in interpretatione *leg. in exercendis, Cod. eodem*, Cujac. *lib.* 3. *quæſtion. Pauli, in dict. l.* 25. §. *fin.* 3

Secundò obſtat textus in *l.* 3. *Cod. ſi minor ſe majorem dixerit*, in cujus ſpecie ſi minor tempore contractus ſe majorem eſſe juraverit, & poſtea tanquam minor velit reſtitutionem conſequi, non auditur, etiamſi id teſtibus velit probare, niſi inſtrumenta ætatis exhibeat. Quia in difficultate eſt dicendum, quod ideò in prædicta ſpecie non teſtium depoſitio, ſed inſtrumenti exhibitio deſideratur, ea ſpeciali ratione, quia annos in memoria hominum retinere difficile eſt, Bart. in *dict. l.* 3. *numero quarto*, eodem fere modo, & interpretandus textus in *l. optimam* 14. *Cod. de contrahenda ſtipulatione*, cui ex adverſo repugnat textus in *l. juris gentium* 7. §. *quod fere, ff. de pactis*, de quorum jurium conciliatione, videndus eſt Cujacius *in l. ſciendum* 31. *ff. de verborum obligationibus, & in dict. l. optimam, C. de contrahenda ſtipulatione.* 4

Tertiò obſtat textus difficilis *in l. cenſus* 10. *ff. de probationibus*, ubi Marcellus inquit, *publica inſtrumenta potiora teſtibus eſſe*: Ex quibus verbis conſtat, inſtrumenta viva voce infirmari non poſſe. Cui difficultati reſpondendum eſt, textum illum procedere in Natalibus, & publicis tabulis, quæ inſtrumenta ita publicè, & ſolemniter acta, adeò perpetuam firmitatem retinent, ut teſtibus infirmari nequeant: notat Donel. *libro vigeſimo quinto, commentarior. capite ſecundo*, Briſſonius *libro primo ſelectarum, capite quinto*, Pancirola *libro ſecundo, variarum lectionum, capite* 151. Edmundus Merillius *libro ſecundo, obſervat. capite trigeſimo tertio*, videndus eſt etiam textus *in l. etiam l. Imperatores*, §. 1. cui obſtat *l.* 14. *Cod. eodem*: conducit etiam pro hac parte, venitque interpretandus textus *in l.* 15. *Cod. de probationibus*, cui obſtat *l.* 9. *ff. eodem*, de quibus videndus Donel. *lib.* 25. *cap.* 8. & Oſual. *ibi litera DD. & littera CC.* 5

Quartò obſtat textus *in Authentico, de inſtrumentorum fide, in principio*, ubi generaliter ſtatuitur, quod ea quæ viva voce proferuntur, digniorem fidem faciunt, quàm inſtrumenta, præcipuè cum inſtrumentorum fides pendeat ex ſola Tabellionis authoritate, argument. textus in *l. ſi quis Decurio, Cod. ad legem Corneliam de falſis.* Cui difficultati dicendum eſt, quod textus in *dict. Authentic.* non loquitur de inſtrumento publico palam Magiſtratibus, & Tabellione celebrato; ſed de chirographo, & privata ſcriptura; in quo caſu dignior viva, quàm mortua vox dicitur; nec unico Tabellionis teſtimonio ſtatur, ſiquidem non pendet ex eo ſolo ſcriptura, ſed ex partium, & teſtium præſentia, quî authoritatem recipit; juxta textum in *l.* 114. *titul.* 12. *parte tertia*, videndus eſt textus in *l. generaliter* 15. *Cod. de non numerata pecunia, & l. quidam* 15. *de probationibus.* 6

Quintò

7 Quintò obſtabit dicére, quod ad hoc, ut una probatio vincat aliam, oportet quod ſit fortior; aliàs ſi æquales ſunt, neutra prævalet, *cap. in noſtra, de teſtibus*; ſed teſtes, & inſtrumenta parem vim obtinent, *l. in exercendis, Cod. hoc titul.* ergo inſtrumentum non poterit per teſtes reprobari. Cui objectioni reſpondere oportet, regulam illius textus procedere, quando teſtes, & inſtrumenta producuntur ab eadem parte, vel quando teſtes non contradicunt inſtrumento, aliàs enim teſtes prævalent inſtrumento, Gloſſa fin. *in dict. cap. tertio loco, de probat.* & *ibi* Abbas *num.* 5. & communiter omnes *in præſenti.*

8 Secundò, obſtat textus in *cap. ad Audientiam, de præſcriptionibus*, ubi probatio inſtrumenti præfertur probationi, quæ fit per teſtes. Cui difficultati dicendum eſt, illius deciſionem procedere tantum in inſtrumento privilegiato, quod ad ſui eſſentiam requirit ſcripturam, *c. porrò, de privilegiis*, argum. textus *in dict. l. cenſus, ff. de probat.*

9 Septimò contra noſtrum *textum*, in verſ. *Ut trium, vel plurium idoneorum teſtium, &c.* Obſtat text. in *cap. in omni negotio, cap. licet univerſis de teſtibus*, ubi in omni cauſa ſufficere duos teſtes cavetur. Cui difficultati dicendum eſt, quod jure communi attento, duo teſtes ad reprobandum inſtrumentum ſufficiunt, notat Covar. *lib.* 2. *variar. cap.* 20. quare verba illa noſtri *text.* non ſunt diſpoſitiva, ſeu præceptiva Pontificis, ſed relativa partis, quæ non inducunt juris diſpoſitionem. Vel aliter reſponderi poteſt, quod ideò *in præſenti* tres teſtes contra inſtrumentum deſiderantur: quia in favorem inſtrumenti aderat diſpoſitio Tabellionis, & alterius teſtis inſtrumentalis, uti conſtat ex eodem *textu*, in verſ. *Tabellionem quoque*, Abb. & Felinus *in præſenti, num.* 43. Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 13. *num.* 11. Hodie tamen jure Regio quatuor teſtes deſiderantur, juxta text. in *leg.* 18. *tit.* 13. *part.* 3. Covar. *lib.* 2. *variar. c.* 20. Gutier. *conſ.* 38. *num.* 7. Menoch. *lib.* 2. *de arbitrariis, centuria* 2. *caſu* 105.

10 Octavò adverſus ea, quæ communiter *in præſenti* notant omnes, nempe non ſufficere probare tantum, inſtrumentum eſſe deperditum, & ejus tenorem, ſed etiam neceſſe eſſe, ut teſtes digni deponant, ſe legiſſe inſtrumentum, & debitorem creditori certam illam pecuniam debere ibi contentam; & ſic duo eſſe probanda, amiſſionem inſtrumenti, & tenorem, ſeu omnia quæ in inſtrumento ſcripta erant, juxta textum in *l. ſicut* 5. *cap. hoc tit.* Obſtabit text. in *cap. cum olim, de privilegiis*, ubi ſi privilegium ab Abbate ſit deperditum, ſufficit probare privilegii tenorem, etſi perditio non probetur. Sed huic difficultati dicendum eſt, textum illum procedere in diplomate publico decem teſtibus comprobato, ideòque ibi rectè jubet Pontifex, ut iterum in publicam formam reducantur; latè Donell. in *dict. leg. ſicut, Codic. hoc titul.* vel tradita in *cap. licet cauſam, de probat.*

11 Nonò obſtat textus in *leg. ſi de poſſeſſione* 20. *Cod. de prob.* ubi ut quis ad ſervitutem reducatur, ſufficit probare inſtrumentum emptionis deperditum eſſe, quamvis ejus tenor non probetur. Quam difficultatem effugies dicendo, quod textus ille procedit, quando inſtrumentum emptionis furatum fuit ab ipſa ancilla, quare in ejus odium ſufficit probatio deperditi, quamvis inſtrumenti tenor non probetur: videndus eſt Donell. *in dict. leg. ſi de poſſeſſione* 20. *C. de probationibus*, videndusque etiam text. *in leg.* 11. *C. de fide inſtrumentorum*, cui obſtat textus in *leg.* 2. *C de emancipationibus*, de quibus latè Oſual. *lib.* 25. *c.* 8. *lit. D.*

12 Decimò contra noſtrum textum *in principio*, obſtabit dicere, quod ſententia debet eſſe conformis libello, *cap. licet Heli, de Simonia*, ſed in hoc *textu* Judices primæ inſtantiæ pronunciaverunt ſuper domus vacuæ cauſa, quæ non fuit in libello petita. Quæ difficultas diſſolvitur ex eo, quia Joannes *in præſenti*, non ſolum petiit mutuum, ſed etiam traditionem vacuæ domus venditæ, ut patet ex textu, in verſ. *Quibuſdam aliis articulis* ut in integra Decretali, quam refert Hoſtienſis, *in præſenti num.* 1.

13 Undecimò contra noſtrum *textum* in verſic. *Cum igitur*, obſtabit dicere, quod in cauſa appellationis ſuper eiſdem articulis, non poſſunt produci novi teſtes, propter ſubornationis timorem, *capit. fraternitatis, de teſtibus*: *Clementina ſecunda, eodem*: ergo non rectè *in præſenti* quatuor teſtes in appellationis cognitione producuntur. Quorum jurium difficultas ſalva manebit, ſi attendamus, illorum deciſionem procedere in productione teſtium ſuper articulis, jam in prima inſtantia probatis: ſuper novis tamen articulis, etiam ex primis dependentibus, admitti teſtes poterunt in ſecunda inſtantia; quo in caſu noſtri textus deciſio procedit.

14 Duodecimò contra verſiculum: *Verum*, obſtabit dicere, quod Judex non debet impartiri officium ad utilitatem privatam, parte non petente, *leg.* 4. §. *hoc autem, ff. de damno infecto*; ergo Pontifex in præſenti non debuit partes ex officio ſuo interrogare. Cui difficultati dicere oportet: jura in argumento adducta locum habere, quando nulla ſubeſt cauſa; ſecus ſi adſit: nam etiam poſt concluſionem in cauſa poterit Judex ad veritatem indagandam, circa merita cauſæ partes interrogare; latè Maranta *de ordine judiciorum* 4. *part. num.* 28.

15 Decimo tertiò obſtabit dicere, quod quando teſtes teſtibus contrariantur, vel inſtrumenta inſtrumentis, fieri debet concordia, etiam per multiplicationem actuum, ut faciant probationem, *cap. cum tu. de teſtibus*: ergo in præſenti concordia fieri debuit, præſumendo duplicem fuiſſe venditionem, unam purè, & aliam ſub conditione. Qua in difficultate dicendum eſt, quod *in præſenti* fieri non potuit hæc concordia per multiplicationem actuum, quia partes omnes confitentur ſemel tantum fuiſſe celebratam venditionem: ut patet ex verſicul. *Verum*, ita Abbas, & Felinus *num.* 6. Vide circa hoc, quæ trademus in *cap. imputari* 13. *hoc titul.* vide etiam textum *in l.* 2. *C. de emancipationibus*, & Oſualdum, *ubi ſupra*, videndusque Duaren. *in commentariis ad hunc titulum.*

16 Decimo quartò adverſus id quod communiter *in præſenti* notant omnes: videlicet teſtes, & inſtrumenta adeò talem vim obtinere, quod etiam ſi inſtrumentum fuerit amiſſum, ſive ſit adoptionis, ſive emancipationis acta illa poterunt teſtibus comprobari, juxta textum in *leg. emancipatione* 11. *C. hoc tit.* obſtat text. *in leg. fin. Cod. de adoptionibus*: Ubi cavetur adoptionem, & emancipationem aliter, quàm actis intervenientibus fieri, & probari non poſſe: quod idem docet textus *in leg. jubemus penultima, Cod. de emancipationibus.* Ubi emancipatio abſentis, vel ejus acta, aliter, quàm per reſcriptum Principis ſuppleri non poterunt. Quorum jurium difficultati dicendum eſt, quod id, quod in *prædictis juribus* cavetur: nempe emancipationem probari poſſe per teſtes, ſi actorum tenor exiſtat, ita intelligi debet, hoc eſt, cum acta jam intervenerant. Quo caſu nil nocet, ſi nunc jam non extent, cum eorum interitus non noceat: ſiquidem acta teſtibus poterunt probari, notat Donellus *in dict. leg. emancipatione* 11. *Cod. de fide inſtrumentorum, & lib.* 25. *commentar. cap.* 2. *ad dict. leg.* 11. *Codic. hoc titul.* Oſuald. *dict. lib.* 25. *commentariorum, cap.* 8. *littera D.*

17 Decimo quintò, ſolutioni obſtat textus in *l.* 2. *Cod. de emancipat. liberorum.* Ubi in emancipationibus magis veritas, quàm ſcriptura deſideratur: ergo in ea non debet ſpectari ſcriptura. Cui objectioni dicendum eſt, verba illa: *Magis in emancipationibus veritatem, quam ſcripturam attendendam eſſe*, non negare acta, ſeu ſcripturam in emancipationibus non debere intervenire; ſed potius, quod ſi ſcriptura intervenerit, & aliud actum ſit in emancipatione, quàm quod ſcriptum eſt; eo in caſu ſcriptura non nocet. quo minus veritati ſtandum ſit, ut notant Donel. & Oſvaldus *ubi ſupr.*

Decimo

Decimo ſextò, obſtat textus difficilis in *leg. ſolam* 4. *Codice de teſtibus.* Vbi Imperatores aſſerunt, ſola atteſtatione, abſque aliis adminiculis, nihil congruè probari poſſe: & in *leg. inſtrumenta*, *Codice de probationibus*, ſimiliter conſtat, ſola inſtrumenta probata, niſi aliis adjumentis firmentur, fidem non facere. Cui difficultati communiter dici ſolet, ſolam teſtium atteſtationem abſque cauſa, & ratione atteſtationis fidem non facere, & ita intelligendam eſſe *dict. legem ſolam* 4. Idemque dicendum, ſi inſtrumentum ſit publicum, vel privatum: nam ſi ſine cauſa debiti conſiſtit, inutile eſt: *leg. juriſgentium* 7. §. *ſed cum nulla*, *digeſtis*, *de pactis*, *leg.* 2. §. *cauſa*, *ff. de doli exceptione*, *capit. ſi cautio* 14. *de fide inſtrumentorum.* Notat Gilquenius *in dict. leg. teſtium* 14. *Codice*, *hoc titul.* Accurſius *in dict. leg. ſolam*, quem Bartolus, Baldus, & antiquiores ſequuntur. Verùm hæc communis interpretatio, quamvis admitti poſſit, non omnino tuta videtur: Quare veriorem exiſtimo, quam refert Donellus in *dict. leg. ſolam*, *Codice de teſtibus*, dum aſſerit, ſenſum illius textus eſſe, ſolam teſtium depoſitionem in ſcriptis habitam, & Judici oblatam, abſque aliis adminiculis, nihil prodeſſe: ſiquidem, illo tempore uſus fuit ut non aliter teſtibus crederetur, quàm ſi coram ipſo Judice depoſuiſſent, & interrogati fuiſſent; quod duplici ex cauſa fuit admiſſum: primo, quia Judicis præſentia teſtem movet, ne mendaciter deponat, quòd in abſentia Judicis eum nihil pudeat, aliàs non fieret: tum etiam, quia Judex ex ipſa teſtium examinatione æſtimare debet, quanta fides teſtibus adhibenda ſit; *leg.* 3. *in principio*, *verſicul. Ideoque*, & *in* §. *ejuſdem*, *ff. hoc titul.* Covarruvias *lib.* 8. *variarum*, *cap.* 5. *num.* 6. 18

Decimo ſeptimò ſolutioni obſtabit dicere, quod teſtium receptio valet, etiamſi coram eodem Judice interrogati, & recepti non fuerint, juxta textum in *cap. final. de probationibus*, *cap. veniens* 38. *hoc titul.* *leg. fin. Codic. eodem.* Cui difficultati dicendum eſt, ideò in illis juribus teſtium depoſitionem fidem facere, quia coram alio Judice, jam ſemel recepti, & interrogati fuerant, & eorum teſtimonium in judiciorum actis habebatur; quod admiſſum eſt, primò ne partes ſumptibus vexentur, cum expediat acta coram uno Judice, inter eaſdem perſonas fidem facere coram alio: tum etiam, quia ſi in ſecunda inſtantia iidem teſtes, poſt publicationem ſuper eiſdem articulis recipi poſſent corruptio, & falſitas timeretur; quod maximè cavendum eſt, uti inferius dicemus in *capit. fraternitati*, *de teſtibus*: & an ſi inſtrumentum, vel ſententia fuit recepta, poſſit ſententia ipſa teſtibus comprobari? Latè diſputant Doctores in *cap. ſicut* 16. *de ſententia*, *& re judicata*, & præcipuè Doctor Balboa *ibi à num.* 4. *& ſeqq.* 19

Ad textum in *cap. Ex parte*, 11. *hoc titulo.*

DE materia hujus textus, vide quæ diximus in *cap.* 3. *hoc titulo.* 17

Ad textum in *cap. Perpetuus*, 12. *hoc titulo.*

De ſententia hujus textus latè diximus in *cap.* 1. *de probation.*

Ad textum in capit. Imputari 13. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Scripturæ repugnantes*, *ab eodem productæ*, *fidem non faciunt.*

2 *Duo contraria*, *nec vera*, *nec certa eſſe poſſunt inter ſe*, *& ideò neutri fides adhibenda eſt.*
Contraria allegans non eſt audiendus.

3 *Interpretatio textus in* leg. cum de poteſtate, ff. de probation.
Scripturæ derogatoriæ, *non dicuntur contrariæ*, *ibidem in num.* 3.

4 *Interpretatur textus in* leg. Sempronius 47. ff. de l. 2. l. cum de ætate 13. ff. de prob.

5 *Teſtes ab eadem parte producti*, *ſi nonnulli contraria deponunt*, *non ob id improbantur*, *ſed digniorum teſtimoniis ſtatur.*
Interpretatur textus in l. in exercendis, Cod. de fide inſtrumen.

6 *Inſtrumenta à diverſis partibus producta*, *etiam ſi contraria ſint*, *digniori*, *& veroſimiliori ſtandum eſt*: *ſecus ſi ab eadem parte.*
Expenditur text. in leg. ſcripturas, C. qui potiores in pign. habeantur.

7 *Inſtrumento*, *ſi aliud ſit ſcriptum*, *quàm actum*, *actui ſtandum eſt.*
Expenditur textus in leg. 2. Cod. plus valere quod agi. *cum* l. antiquæ 23. Cod. ad Senatus Conſultum Velleian.

8 *Nemo tam amens cenſetur*, *ut adverſus ſe quidquam affirmet.*
Expenditur leg. fin. verſ. Sin autem, Cod. arbitrium tutelæ.

9 *Inſtrumenta in judicio producta*, *ſi videantur ſibi contraria*, *reduci debent ad concordiam.*
Nemo prohibetur pluribus defenſionibus etiam contrariis uti. Intellige, *ut ibi.*

10 *Scripturæ noviſſimæ in teſtamentis*, *& ſi contrariæ ſint*, *prævalent.*

11 *Teſtes contrarium deponentes*, *non ex eo excluduntur*, *ſi in poſteriori dicto turpitudinem allegaverint*, *ſed priori teſtimonio ſtandum.*
Cum ex prima depoſitione, *quaſi contraxiſſent.*

12 *Interpretatur textus in* leg. ſi poſtulaverit, paragrapho, ſed ſi negaverit, ff. ad leg. Julian. de adulteriis.

CONCLUSIO.

Scripturæ repugnantes ab eodem productæ fidem non faciunt. Conſonat textus *in cap. ſolicitudinem*, *de appellationibus*, *cap. literas*, *de præſumptionibus*, *capit. examinata*, *de judiciis*, *leg. duo ſunt Titii*, *ff. de teſtamentaria tutela*, *leg. ſi Titius. ff. de conditionibus & demonſtrationibus*, *leg. ubi pugnantia*, *ff. de regulis juris*, *leg. ſcripturæ*, *Cod. hoc titul. leg. optimam*, *Cod. de contrahenda*, *& committenda ſtipulatione*, *leg.* 111. *titul.* 18. *part.* 3. refert, & ſequitur Covarruvias *practicarum quæſtionum l b.....cap.* 13. *numer.* 7. Zevallos *communium contra communes*, *quæſtion.* 696. Menchaca *libr.* 1. *illuſtrium quæſtion. capit.* 2. *numer.* 5. latè Donellus *in dict. leg. ſcripturæ* 14. *Cod. hoc titul. & lib.* 25. *commentar. capit.* 8. ubi Oſualdus *litera Z.* Azevedo *in leg.* 3. *titul.* 5. *libr.* 4. *Compilationum.* Duarenus *ad titulum*, *de fide inſtrumentorum*, *apud medium.* 1

Ratio eſt, quia duo contraria, nec vera, nec falſa intra ſe eſſe poſſunt, cum inter ſe repugnent: quare meritò neutri fides adhibenda eſt: nam contraria allegans, non eſt audiendus, *dict. capit. ſolicitudinem*, *de appellationibus*, *cap. licet*, & ibi Gloſſa verbo, *Contradicant*, *de* 2

probationibus,argument.text.*in l.cum precum 9.C. de liberali cauſa.* liquidem veritas unius, veritati alterius contrariatur, cum directa veritas unius, alterius veritatem excludat;ideóque cum reperiri non poſſit, cui fides adhibenda ſit, nulli credendum eſt.

3 Primò obſtat textus in *leg. cum de ætate, ff. de probationibus.* Ubi (non Juriſconſultus,ut in cæteris *Digeſtorum* locis,ſed ipſe) Cæſar aſſerit,quodquando duæ proferuntur profeſſiones de ætate hominis, non tantum inter ſe diverſæ, ſed omnino contrariæ, altera non nocet:ſiquidem una prodeſſe videtur:cùm Cæſari placuit non neutram valere,ſed alteri eorum ſtandum eſſe.

Qua in difficultate, omiſſa *Felini* interpretatione *in præſenti, num.* 29.Baldi *in d. leg.ſcripturæ, Cod.hoc titul.* Donel.*in cad.leg.ſcripturæ*, & Bartoli *ibidem*; veriſſimè eſt dicendum: quod ideò ibi profeſſio vero ſimilior admittitur, quia profeſſiones illæ non erant contrariæ, nec repugnantes, ſed tantum derogatoriæ, & diverſæ, quoniam in una aſſeverabatur,minorem eſſe 25. annis; in alia vero majorem; quod ſecundum naturam ipſam bene poterat fieri:cum tantummodo in tempore diſcordarent. Quam ſolutionem tangit Paulus de Caſtro in *dict.l.ſcripturæ,C.hoc titul.* argumen.text.*in c. inter dilectos hoc tit.*Oſuald.*ubi ſupra,dict.litera Z.* Ita ſimiliter eſt interpretandus textus *in leg.Sempronius* 47.*ff. de legatis* 2. Vbi diverſis ſcripturis prolatis, uni earum creditur, quia una ab hærede, altera à legatario eſt prolata, Oſu. *ubi ſuprà.*

4 Secundò obſtat textus in *leg. Sempronius* 47.*ff. de legatis* 2.*leg. cum de ætate* 13.*ff.de probationibus.* Vbi apertè docemur ſtandum eſſe inſtrumento vero ſimiliori, & favorabiliori.Cui difficultati eſt dicendum, quod dictæ teſtamentorum ſcripturæ non erant contrariæ; ſed tantum derogatoriæ, & inſtrumenta illa, quæ aliorum derogatoria ſunt, bene valent, & ſtatur illis, quæ vero ſimilia,ſidéque digniora videantur, & ſic ea dicuntur veroſimilia,quæ minorem ſummam continent, cum veroſimile ſit teſtatorem noluiſſe tantoperè gravare hæredem, præcipuè cum in legatis ultimæ ſcripturæ prævaleant,*l.*22. § *ult.ff.de legat.*1.Oſual.ad Donel.*li.*25. *cap.*8.*litera Z.*

5 Tertiò obſtat, quod quamvis teſtes ab eadem parte producti, alii ex his contraria deponant, non ob id improbantur, ſed digniorum teſtimoniis ſtatur, *leg. ob carmen*, §. *ultimo.ff.de teſtibus*: *l. jurisjurandi, Cod. eodem*: ergo idem dicendum erit in inſtrumento,ex *dict.cap.*10. *hoc tit.* Quam ut effringamus objectionem, animadvertere oportet,quod in hac re alia eſt cauſa teſtium, alia inſtrumentorum: nam qui plures teſtes producit, non ideò teſtimonia probat,cum eorum dicta neſciat, ut vitium quorundam noceat, quo minus verioribus fides adhibeatur: at inſtrumenta proferens, cum ſtatim ſcire poſſit,quid contineant, meritò ſibi imputari poteſt, ſi contraria exhibeat. Nec huic ſolutioni obſtat text. in *leg.in exercendis,Cod.hoc titul.* Vbi parem vim habere teſtes, & inſtrumenta cavetur. Quia regula illa tunc vera eſt, ſtandumque erit inſtrumento digniori, quando vera inſtrumenta ſunt; hic verò rejiciuntur non ex eo, quod minorem vim, quam teſtes habeant, ſed quia repugnantia ſunt, & ab eodem producta; Donellus *in dict. leg.ſcripturæ, num.* 2. Oſuald. *dict.lib.* 25. *cap.* 8. *litera Z.*

6 Quartò obſtat textus in *leg.ſcripturas, C.qui potiores in pignore habeantur,l.optimam,in fine,Cod.de contrahenda, & committenda ſtipulation.* Vbi ſi duo inſtrumenta contraria in judicio producantur,digniori ſtandum eſt, & vero ſimiliori. Cui difficultati dicendum eſt, jura illa procedere, quando inſtrumenta à diverſis partibus ſunt producta; ſecus ſi ab eadem parte, ut in præſenti ex noſtri textus ratione, Oſuald. *ubi ſuprà, dict.litera I. & Z.*

7 Quintò adverſus id, quod *in præſenti* notari ſolet: nempè quod ſi aliud ſit in inſtrumento ſcriptum, aliud verò actum, ſtandum eſt ei, quod actum eſt: etſi diverſum in inſtrumento utriuſque conſenſu ſimulatè fuerit ſcriptum, argumen. *leg.* 2. *Cod.plus valere, quod agitur*, &c. Obſtat *l.ſin. Cod. eodem*: ubi cùm contraria aliqua fiunt, neutrum valet, nec quod ſimulatum ſeu ſcriptum;nec quod actum eſt.Quæ difficultatis diſſolvitur ex eo; nam ideò ibi neuter contractus valet, quia nec in venditione, nec in locatione uterque conſenſerit, & ita diſſenſus contrahentium impedit contractum, cum ſcriptura non poſſit voluntates conciliare: Cujacius *in dict. titul. Cod.plus valere, quod agitur,&c.* Oſuald. *dict. cap.* 8.*litera M.* qui & alia difficillima jura refert litera *D.* Nec adverſus exemplum traditum *in dict.leg.*2.*Cod.plus valere, &c.* Obſtat textus in *l. antiquæ* 23.*Cod.ad Senatus Conſultum Velleianum.* ubi mulier, quæ in inſtrumento confeſſa eſt ſe accepiſſe, tenetur, etiamſi aliud fuerit actum, hoc eſt etiamſi nihil accepiſſet; ac per conſequens dicendum videtur, conventioni non ſtari, ſed ei quod actum ſeu ſimulatum eſt: nam ideò ibi tenetur, quia contrarium teſtibus probari,& edoceri non potuit,Oſu.*ubi ſupra, duplicata littera A, in fine.*

Sextò ſuperioribus refragatur textus in *l. final. verſic.* 8 *Sin autem, Cod. arbitrium tutelæ*, ubi non recedit ab ſcripturis; imò Inventarii ſcriptura ſuas vires obtinet, nec contraria tutoris probatio admittitur. Cujus textus difficultati dicendum eſt, hoc ſpecialiter conſtitutum eſſe in Inventario pupillari publicè confecto, quia tutor eſt, cui notæ eſſe poſſunt facultates,& volens id affirmat, cùm inventarium contra tutorem ſcribatur, ut earum rerum nomine rationem reddat: & nemo tam demens cenſetur, ut adverſus ſe quidquam affirmet, Oſuald. *ubi ſupra dict. litera A. A.* Vbi plura de hac re cum aliud actum, aliud ſimulatum eſt, refert.

Septimò obſtat textus in *cap.inter dilectos,verſic. Ca-* 9 *terum,cap.cum Joannes,verſicul. Ad hoc, ſuprà,hoc titul.* Vbi inſtrumenta in judicio producta, ſi videantur ſibi eſſe repugnantia, reduci debent ad concordiam; & ſic diſpoſitio in *cap. cum tu, de teſtibus*, locum etiam habebit in inſtrumentis. Verum huic objectioni eſt veriſſimè dicendum, textum noſtrum procedere, quando contrarietas tanta eſt, ut nullam concordiam recipere valeat: at vero jura in argumento adducta locum habere, quando facilè ad concordiam reduci poſſunt; Abbas *in præſenti, numer.* 4. Immola *num.* 2. Nec obſtabit dicere, quod nemo prohibetur pluribus defenſionibus, etiam contrariis uti,*leg.nemo, ff. de regul. juris, cap. nullus pluribus, eodem tit. lib.* 6. Quia regulæ illæ locum habent in reo, præcipuè cum defenſio illa reduci poteſt ad concordiam: ſecus tamen ſi verum eſſe non poteſt,quod in utraque defenſione continetur.

Octavò obſtat, quod in teſtamentis noviſſimæ ſcri-10 pturæ, etſi contrariæ ſint,prævalent, *l.* 12. §. *in legaris, ff. de legatis* 1. Sed dicendum eſt, hoc verum eſſe in his,quæ pendent à voluntate teſtatoris, quas ipſe mutare poterit, non tamen poterit contraria in teſtamento ſcribere: veluti ſi dixerit ſe accepiſſe centum Epheſi à Titio, & in eodem die, in alio longè diſtanti loco ſimiliter dixiſſet,alia centum ab eodem Titio accepiſſe, cum teſtator facere non poſſit, ut uno eodémque die diverſis locis exiſtat,Oſual.ad Donel.*d.lib.*25.*c.*2.aliàs 8. *ad titul.de fide inſtrum.lit.D.& C.*

Nonò obſtat textus *in cap. ſicut* 9. *de teſtibus*, Vbi 11 quamvis teſtes contrarium depoſuerint, non ex eo excluduntur, ſed priori teſtimonio ſtandum eſt; quamvis ſecunda eorum depoſitio, non admittatur.Cui dubio ſatisfieri debet ex eo, quia ideò ibi teſtibus, etiam contrarium poſtea deponentibus creditur in primo dicto, quia in poſteriori propriam turpitudinem allegabant, ut conſtat ex illo verſiculo: *Se corruptos dicunt*, cùm ex prima depoſitione in judicio, quaſi contraxiſſent, *l.* 3.§.*idem ſcribit, ff.de peculio*, & quemadmodum à contractu ſemel facto non licet recedere,*leg. ſicut,Cod.de actionibus*,ita quoque nec à teſtimonio ſemel præſtito.

Decimò

12 Decimò obſtat textus in *leg. ſi poſtulaverit*, §. *ſed ſi negaverit, ad leg. Jul. de adulteriis*, ex cujus textus deciſione colligunt Doctores omnes, ſtandum eſſe poſteriori teſtimonio, etiamſi contrarium priori ſit. In qua difficultate dicendum eſt, textum illum loqui in teſtimonio poſteriori tormentis exacto, non quoad ſe, ſed quoad alios, Covar. *lib. 3. variarum, cap. 13. num. 8.* & notat Barboſa *ibi, num. 2.* vide plura, quæ ſcripſimus *in cap. ſicut 9. de teſtibus.*

Ad textum in cap. Si cautio 14. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Confeſſio debiti, ſine cauſa, redacta in ſcripturam, non inducit obligationem.*
2 *Aſſignatur ratio.*
3 *Stipulatio ſine cauſa valet.*
Interpretatur textus in leg. 2. §. circa, digeſtis, de doli except.
4 *Confeſſio debiti recepti in inſtrumento facta, etiam ſine cauſa, prævalet.*
Expenditur l. tale pactum, in princip. ff. de pactis.
5 *Qui ſciens ſe non teneri, aliquid alteri promiſit, donare videtur.*
Illuſtratur textus in leg. Campanus, ff. de operib. libertor.
6 *Confeſſio ſine cauſa in judicio facta obligat, præcipuè ſi poſt confeſſionem partem pecuniæ quis cæpit ſolvere.*
Interpretatur text. in c. fin. de confeſſis, *cum* l. eunte, ff. ne uxor pro marito.
7 *Expenditur text.* in l. in contractibus, C. de fide inſtrumentorum.
8 *Illuſtratur textus* in leg. Titius 24. ff. de conſtitut. pecun.
Epiſtola aliquando inter præſentes mittitur.

CONCLUSIO.

1 *Confeſſio debiti, ſine cauſa, redacta in ſcripturam, non inducit obligationem.* Idem demonſtrat textus in *cap. cum de indebito*, §. *fin. ff. de probationibus, leg. non ſolum*, §. *fin. ff. de peculio, leg. nuda ratio, ff. de donationibus, leg.* 1. §. *adeò. ff. de pactis, leg. juris gentium* 7. §. *igitur nuda, ff. eodem, leg. manumiſſionem. ff. de juſtitia, & jure, leg.* 13. *Cod. de non numerata pecunia, l. obligationum ſubſtantia, ff. de obligationibus, & action. l.* 119. *tit.* 8. *part.* 3. illuſtrant Gomez *tom. 2. variar. c. 9. & 11. à num. 3.* Maſcard. *de probationibus, concluſione* 345. *&* 346. Zevallos *quæſt.* 38. Guttier. *de juramento, prima part. cap.* 47. *à num.* 14. Covar. *in cap. quamvis, de pactis in* 6. *part. ſecunda*, §. 4. *num.* 15. Tiraquel. *in leg. ſi unquam, Cod. de revocandis donation.* verb. *Donatione largitus*, *num.* 56. Menochius *de præſumption. lib.* 3. *quæſtion.* 132. *num.* 16. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidian. part.* 1. *cap. fin.* §. 12. *limit.* 3. Oſual. ad Donel. *lib.* 25. *cap.* 8. *lit. O. & Z.*

2 Ratio eſt, quia ubi non eſt cauſa, non poteſt eſſe cauſatum *leg. manumiſſiones, ff. de juſtitia, & jure*, ſed obligatio eſt, quoddam cauſatum à contractu inter partes inito, *leg. licet*, §. *ea obligatio. ff. de procuratoribus* : ergo obligatio ſine cauſa eſſe non poteſt. Deinde, quia ubi non adeſt conſenſus, obligatio adeſſe nequit, *dict. leg.* 1. §. *adeò, dict. leg. obligationum ſubſtantia*; ſed qui profitetur debere, non adjecta cauſa, non habere conſenſum, cum potius præſumatur, id errore feciſſe, Baldus *in leg. ſed etſi quis*, §. *idem quæritur. ff. ſi quis cautionibus*. ergo nec obligari potuit; cùm nil tam contrarium ſit conſenſui, quàm error, *l. ſi per errorem*, cum aliis, *ff. de juriſdictione omnium judicum.*

3 Primò obſtabit dicere, quod ſtipulatio ſine cauſa valet, *leg. hoc jure*, §. *final. verſicul. Sed & hæ ſtipulationes, ff. de donationibus*, notant omnes in *leg.* 1. *& per totum tit. ff. de verborum obligation.* §. 1. *Inſtitut. eodem*: ergo abſque cauſa adjecta obligatio valebit. Cui difficultati dicendum eſt, ideò in ſtipulatione cauſam adjicere ad ſui validitatem neceſſe non eſſe, quia contractus firmiſſimus eſt, qui ſolemniter, & deliberatè, interrogatione præcedente, & ſequuta reſponſione, contrahi debet; qua verborum ſolemnitate inſpecta, robur accipit abſque alia cauſæ adjectione, cum de verborum ſolemnitate conſtet, nec error, nec indiſcreta præſumitur promiſſio; *dict. leg.* 1. *ff. de verborum obligationib.* Nec ſolutioni obſtat textus *in leg.* 2. §. *circa, ff. de doli exceptione.* Vbi ſtipulationem ſine cauſa valere non poſſe conſtat: ſiquidem adverſus eam exceptio doli mali opponi poteſt. Quia dicendum eſt, textum in *dict.* §. *circa*, procedere caſu, quo quis per ſtipulationem promiſit ſpe futuræ numerationis, ſeu traditionis, vel ob cauſam de præterito, vel de præſenti, quæ verè non ſubeſt; nam tunc cum non ſubſit, vel finita fuerit cauſa, doli exceptionem obſtare convenit, Gloſſa 1. *in leg. ſi ſtipulatus eſſes, ff. de fidejuſſoribus*, Pinellus *in dict. leg.* 2. *Codic. de reſcindenda venditione*, 1. *pat. cap.* 1. *num.* 8.

4 Secundò obſtat textus in *leg. tale pactum, in principio, ff. de pactis*: Vbi pactum, etiam ſine cauſa valere conſtat. Cui difficultati dicendum eſt, textum illum procedere in Confeſſione facta ad liberandum debitorem, quæ non indiget cauſa ad ſui valorem; *leg. Arrius, ff. de actionibus, & obligationibus*, licet aliter, & propriùs reſponderi poſſet, quod ibi nihil agitur de cauſa; ſed ſolum dubitatum fuit, an pactum illud: *Profitentem non teneri, &c.* tanquam perſonale, locum habeat ſolum inter paciſcentes, vel tranſeat ad hæredes? Et reſpondit Conſulius, ad hæredes tranſire: attamen circa reſolutionem cauſæ ibi propoſitæ, ex confeſſione liberatoria nihil reſpondit, quoad noſtrum textum.

5 Tertiò obſtat textus in *l. Campanus, ff. de operis libertorum*: Vbi ſi libertus, cui fideicommiſſaria libertas relicta eſt, operas promittat hæredi, valet promiſſio, etiam ſi alia cauſa non ſubſit. Cujus textus difficultati dicendum eſt, illius deciſionem procedere, quando quis ſciens ſe non teneri aliquid alteri promittit: nam eo caſu donare videtur, *leg. ſi is qui perpetua. ff. de condictione indebiti, l. fin. Cod. ad legem Falcidiam*: ſecus verò ſi id ignoret; nam tunc præſumitur error, & omnino non tenet promiſſio, uti in *noſtro textu*, Abbas *in præſenti, colum.* 3. Felinus *num.* 4.

6 Quartò obſtat textus *in cap. fin. de confeſſis*: Vbi confeſſio, etiam ſine cauſa in judicio facta obligat. Cui difficultati reſponderi oportet, quod inter alias limitationes, quas ad noſtrum textum proponit Matienço *in leg.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *novæ Recopil. gloſſa* 1. *num.* 11. ea eſt una nempe cum in judicio facta eſt, vel juramento adhibito, vel in foro conſcientiæ, vel cùm poſt confeſſionem partem pecuniæ debitæ cæpit ſolvere: nam poſtea non poterit allegare defectum cauſæ interveniſſe, *l. cum fidem, C. de non numerata pecunia*: *auth. ſed cum teſtator, verſ. Item ſi hæres, Cod. ad legem Falcidiam, l.* 1. *verſ. Item ſi ſine cauſa. ff. de probationibus.* Nec huic ſententiæ obſtat textus in *l. eunte, ff. ne uxor pro marito.* Vbi etiam ſi ſolutio cæpta eſſet, non obligatur: quia ibi nulla præceſſerat promiſſio ſolventi, ideóque ex ſolutione nomine alieno facta non obligatur, cùm exinde nulla reſultet præſumptio debiti: at verò in propoſita ſpecie, & doctrina, præceſſerat promiſſio, quæ quamvis præſumatur erronea propter defectum cauſæ, tamen hæc præſumptio tollitur per ſolutionem partis, ex qua præſumitur agnitio debiti, & erroris purgatio, arg. text. *in l.* 2. *C. de his quæ vi.*

7 Quintò adverſus noſtrum *textum* dum docet, quod confeſſio debiti cum cauſa in inſtrumento ſcripta, plenè probat: niſi probet ſe indebitè illam promiſiſſe. Obſtat textus in *leg. in contractibus, C. hoc tit.* Vbi is, qui

in ſcriptura confirmetur ſe recepiſſe pecuniam ex cauſa mutui, poterit intra biennium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, & per hoc transfert onus probandi in adverſarium, juxta textum in *l. ſi ex cautione, ff. hoc tit. principio Inſtit. de literarum obligationibus, l. 9. tit. 5. parte quinta.* Cui dubio, ut ſatisfacias, dicendum eſt, ſpeciale eſſe in confeſſione ex cauſa mutui, ut illa intra biennium non obliget, cum effectu, oppoſita exceptione; quoniam facile quis induci ſolet ad confitendum ſub ſpe futuræ numerationis; aliud verò in confeſſione ex alia cauſa: illa namque ſtatim præjudicat, non expectato biennio, ut *in præſenti* Gloſ. verb. *Confeſſioni*, quam Abbas, & omnes ſequuntur.

8 Sextò obſtat textus in *l. Titius 24. ff. de conſtituta pecunia*: Vbi ſcriptura ſimul cum cauſa non ſufficit, ut obligatio naſcatur: ſed neceſſaria eſt ſtipulatio. Cui difficultati dicendum eſt, ideò ibi non ſufficere ſcripturam ſimul cum cauſa, ſed neceſſariam eſſe ſtipulationem, quia non agitur de Conſtituto, ſed de Novatione; ſiquidem ſtipulatio novandi animo facta, novat Conſtitutum, *l. 28. ff. de conſtituta pecunia.* Nec huic ſolutioni obſtabit dicere, quod ibi novatio non potuit fieri per ſtipulationem inter abſentes, ſiquidem per epiſtolam fuit facta, quia dicendum eſt, quod etiam epiſtola aliquando inter præſentes mittitur, & ſic ibi negotium inter præſentes fuit factum, Anton. Fab. *in Rationali ad textum in dicta l. Titius 24. ff. de conſtituta pecunia.*

AD TITULUM DE Præſumptionibus. XXIII.

Ad textum in capit. Sicut, 1. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Sicut manifeſtè nocens eſt pœnæ obnoxius, ita & occultus, licet poſtea dicat ſe loco feciſſe.*
2 *Voluntas agentis in maleficiis ſpectatur, dummodo per exteriores actus illius intentio dignoſci valeat.*
3 *Injuria non præſumitur per jocum illata, & cogitatio non nocet, niſi ſequatur effectus.*
Expenditur text. in l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quiſque juris.
4 *Interpretatur textus* in leg. genero 8. verſic. Nec ignorantia puniatur, ff. de his qui notantur infamia.
5 *Conatus in crimine læſæ majeſtatis punitur pœna ordinaria.*
6 *Quid ſi error in delictis interveniat?*

CONCLUSIO.

1 SICUT *manifeſtè nocens, eſt pœnæ obnoxius, ita & occultus, licet poſtea dicat, ſe joco feciſſe.* Conſonat textus in *cap. fin. de ſponſalibus, cap. nuper, de bigamis, l. item apud Labeonem, §. 1. ff. de iniuriis, capite primo, de homicidio, libro ſexto, cap. quoniam multi, verſ. Conatus, 14. quæſtione quarta, l. ſi quis non dicam rapere, Cod. de Epiſcopis, & Clericis, l. quiſquis, Cod. ad legem Juliam majeſtatis, l. 1. in principio, l. ſeculari 7. ff. de ordinariis criminibus, l. 1. ff. de parricidiis, l. 2. & 12. tit. 8. l. 6. tit. 9. l. 2. tit. 31. part. 7. l. 2. tit. 13. libro octavo, Ordinamenti*, exornant Covar. *in Clement. ſi furioſus, de homicidio, prima parte in principio, numero ſexto*; Duennas *regula 63. verb. Attentatio*, Zevallos *communium contra communes, quæſt. 540.* Flores de Mena *libro primo, variarum quæſtione decima octava*, Azevedo *in l. 1. tit. 21. num. 71. & in l. 2. tit. 23. numero nono, libro octavo, Recopilationis*, Cujacius *in poſthumis ad hunc textum, & in l. 3. ff. de obligat. & actionibus, apud finem*, & *libro octavo, obſervat. capite vigeſimo ſecundo, & libro decimo quinto, capite vigeſimo quinto*, Anton. Gomez 3. *tom. variarum, capite tertio, num. 5. & 16.* Duarenus *ad tit. de pœnis, capite ſecundo*, Oſual. ad Donel. *libro decimo quinto, capite vigeſimo tertio, litera C. & D.* Solorzano *libro ſecundo, de parricidiis, capite decimo ſexto*, Amaya *libro primo, obſervat. capite ſecundo, num. 6.* cum 2. *ſequent.* D. Valent. *illuſtr. quæſtion. tractat. 3. cap. 1.*

Ratio eſt, quia in maleficiis voluntas agentis ſpe- 2
ctatur, dummodo per exteriores actus illius intentio dignoſci valeat: nam conatus, & delinquendi animus puniri debet, cùm injuria non præſumatur per jocum illata; imò potius omne maleficium probè ſemper præſumitur factum, *l. 1. §. divus, l. divus Adrianus, ff. ad l. Corneliam de ſicariis, l. qui injuria, ff. de furtis*, notat Barboſ. *in collectaneis ad hunc textum; à numero tertio, & quarto*, Farinacius *in praxi criminali, par. 3. quæſt. 35. num. 35.*

Primò obſtat textus in *l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod* 3
quiſque juris, ubi conatus non nocet, niſi ſequatur effectus. Cujus textus difficultati dicendum eſt, illius deciſionem non loqui, non ſolum in delicto non conſummato, verum nec in delicto opere declarato, in quo dumtaxat animi intentio, & cogitatio fuit, ex qua quidem cogitatione, ſi ad exteriores actus non perveniatur, nemo puniri poteſt, *cap. cogitationis 14. de pœnitentia, diſtinctione 1. cap. cum ex voluntate 54. de ſententia excommunicat. l. cogitationes 18. ff. de pœnis*, quæ interpretatio deducitur ex eo, quia textus in *dict. §. hæc autem*, deſumptus eſt ex Vlpiano *lib. 3. ad edictum*, cujus originis eſt etiam textus in *dict. l. 18.* Cujacius *lib. 8. obſervat. cap. 22.*

Secundò obſtat textus in *l. genero 8. ff. de iis, qui* 4
notantur infamia, ubi ſi pater ignorabat generum eſſe mortuum, & filiam intra annum in matrimonium collocarit, à pœna infamiæ non liberatur; ſi verò cognovit eſſe mortuum, liberatur: quæ deciſio difficilior redditur ex eo, quod multo melius propter ignorantiam puniri debebat, ſiquidem vult filiam uno eodemque tempore duobus nuptam eſſe. Ecce ubi & conatus, & effectus fuit, & tamen pœna illa infamiæ non tenetur. In qua difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum*, Oſuald. ad Donel. *lib. 18. cap. 7. litera C.* veriſſimè eſt dicendum, verba illa: *Ne ignorantia puniatur, &c.* non eſſe referenda circa mortem generi, cùm verò mortuus eſſet, & hoc ſocer ſciret, ut conſtat ex eodem textu ibi: *Cum mortuum eſſe ſciret*, ſed referenda ſunt circa tempus mortis, de quo loquebatur Prætor in edicto illo, ita ut ſenſus ſit, quod quamvis ſciret eſſe mortuum, juſto errore ductus cogitabat, jam annum luctus eſſe præteritum, meritò propter ignorantiam illam, etiam ſi intra annum filiam in matrimonium collocaſſet, liberatur à pœna infamiæ, latè D. Amaya *libr. 1. obſervat. capite ſecundo, num. 15.*

Tertiò obſtat textus in *l. quiſquis, Cod. ad legem Ju-* 5
liam majeſtatis, ubi conatus in crimine læſæ majeſtatis punitur pœna ordinaria. Cui difficultati dicendum, id ibi ſpecialiter eſſe ſtatutum: quia crimen illud graviſſimum eſt, & præcipuè quia conatus ad actum exteriorem fuit deductus, videlicet ad tractatum, & conſilium initum cum aliis, meritóque abſque criminis conſummatione illius graviſſimi delicti, & ſimilium perpetrator dicitur, juxta textum *in l. 1. & 2. ff. ad legem Juliam majeſt.* Ita ſimiliter eſt interpretandus textus *in l. unica, Cod. de raptu virginum, l. ſi quis non dicam rapere, Cod. de Epiſcopis, & Clericis, cap. 1. de homicidio, lib. 6.* & textus difficilis in *l. ſi quis ſervo, 20.* & ibi Gloſſa, *ff. de furtis, l. his quidem*, Gloſſa *ibi* verbo

In

In fructuoſa, Cod. qui militare poſſunt, cum aliis multis traditis à Covarr. *dict.* 2. *part.* §. *primo*, *num.* 6. *& ſequent.* de errore in delictis, vide textum in *l. ſi poſtulaverit* 27. §. *ſi liber homo*, *l. ſi adulterium*, §. 1. *ff. ad legem Juliam de adulteriis*, & vide textum difficilem in *l. eum qui* 18. §. *ſi injuria* 3. *&* §. 4. *ff. de injuriis*; quibus obeſt *l. apud Labeonem*, §. *interdictum*, *ff. eodem.* Sed an mentalis ſimoniacus, ſeu uſurarius ex ſolo conatu, vel mente, puniri poſſit? vide jura omnino inter ſe contraria in *cap. final. de Simonia*, cum *cap. conſuluit* 10. *de uſuris*, de quibus diſputavi *in antinomiis Decretalium, antinomia* 81.

Ad textum in cap. Afferte, 2. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Ex violenta præſumptione, fertur diffinitiva.*

2 *Amor parentum erga liberos vehementiſſimus eſt. Dilectio matris erga liberos major eſt, quam patris.*

3 *Filiatio, etſi quoad matrem ſit certa, tamen quoad patrem eſt incerta: adeo ut niſi conjecturis, & præſumptionibus in jure admittatur.*

4 *Ex violenta præſumptione fertur ſententia, dummodo apertè fuerit allegata. Intellige ut ibi.*

Interpretatur textus in l. ſi adulterium, §. penult. verſ. Uterque ſi allegetur, ff. ad legem Juliam, de Adulter.

5 *Juri ſuo liberè renuncians amplius non auditur.*

Interpretatur text. in cap. afferte mihi, 2. hoc tit. de præſumptionibus.

6 *Judex poſtea, quam judicavit, deſinit eſſe Judex, hoc verum eſt in diffinitiva, non tamen in interlocutoria.*

Judex per dolum ſententiam proferre non poteſt. Intelli-ge ut ibi.

7 *In re obſcura, potius reo, quàm actori favendum eſt.*

Probatio eſt duplex, eſt directa, quæ inartificialis dicitur, & indirecta quæ artificialis appellatur.

8 *Pœna ordinaria an ex violenta præſumptione imponi poſſit? remiſſivè diſcutitur. & in num.* 9.

9 *Accuſatio, & inquiſitio in cauſa hæreſis, quoad purgationem canonicam, inter ſe differt: nam accuſatus deficiens in purgatione punitur pœna ordinaria, ſecus inquiſitus.*

10 *Præſumptio juris, & de jure ſufficit, ut quis pro delicto condemnari poſſit.*

Expenditur text. in l. abſentem, in verſic. Sed nec de ſuſpicionibus, ff. de pœnis.

11 *Judex ſecundum allegata, & probata, debet judicium proferre.*

12 *Interpretatur textus in* cap. literas 14. verſicul. Quo circa, de præſumptionibus, l. 1. §. fin. Cod. de hæretic.

13 *Expenditur textus in* cap. præterea 27. de teſtibus.

CONCLUSIO.

1 *EX violenta præſumptione fertur diffinitiva.* Conſonat text. in *cap. literis* 12. *cap. literas* 14. *hoc tit. cap. contumacia, de hæretic. lib.* 6. *cap. cum in juventute, hoc tit. c. cum in tua diœceſi, de uſuris, cap. de hoc, de Simonia, l. cõſiliarius, C. de aſſeſſoribus, & domeſticis, l.* 1. *C. ad legem Corneliam de ſicariis, l.* 11. *qui adulterii, C. ad legem Juliam de adulteriis, l. eum qui, Cod. de Epiſcopis, & Clericis, l.* 12. *tit* 4. *part.* 3. *& l.* 12. *titul.* 17. *part.* 7. *cap. decernimus,* 3. *quæſt.* 9. *cap.* 2. *de confeſſis, cap. is qui fidem, de ſponſalibus, cap. præterea, de confirmatione utili, vel inutili, l. Neſenius verſic. Veriſimile, ff. de negotiis geſtis, l. fin. C. de accuſationibus,* exornant Alciatus *de præſumptionib* 2. *&* 3. *part.* Menochius *eodem lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 7. *& de arbitrariis caſu* 270. *num.* 5. Zevallos *communium contra communes, quæſt.* 33. cum traditis à Morla *de variis quæſtionibus, tit.* 12. *quæſt.* 1. Donel. *in l.* 1. *Cod. de probationibus.* Oſuald. ad eundem *lib.* 23. *cap.* 3. *litera A.* & *lib.* 25 *cap.* 3. *&* 24. *cap.* 19. *litera F.* Pachineus *lib.* 11. *controverſiarum, c.* 70. Julius Clarus *lib.* 5. *receptarum ſentent. quæſt.* 20. *num.* 8. Farinacius plures referens *in praxi crimin.* 3. *part. tit.* 13. *quæſt.* 86. *n.* 52. Maſcardus *de probationibus, concluſion.* 2228. Anton. Gomez *lib.* 3. *variarum, cap.* 12. *num.* 25. Matienzo *in repetitione ad hunc textum, num.* 54 *fol.* 115.

Ratio eſt, nam Salomon non fuit vana conjectura uſus, ſiquidem certiſſimum eſt parentum amorem erga liberos vehementiſſimum eſſe, *l. iſti quidem, in fine, ff. quod metus cauſa,* Anton. Fab. *in Juriſpar. Papinianea, lib.* 7. *principio* 1. *illation.* 11. Oſuald. *lib.* 19. *c.* 17. *litera D.* cum filius portio corporis patris cenſeatur; uti etiam portio viſcerum matris partus dicitur, *l.* 1. §. 1. *ff. de ventre inſpiciendo,* Donel. *lib.* 4. *cap.* 22. Oſuald. *ibi litera A.* præcipuè, quia dilectio matris erga liberos longè major eſt, quàm patris: cum magis diligamus, quod majori dolore conſequimur; quod in matre ineſt, quæ in utero filios portavit, & proprio ſanguine nutrivit, *cap. fin. de converſione infidelium, cap. ſi mulier, cap.* 19. 5. *diſtinct.* meritò Salomon *in præſenti* hanc ſententiam protulit propter violentiſſimam præſumptionem amoris matris, cujus viſcera ſuper filium fuerunt commota: tum etiam propter impietatem alterius: nam ut inquit Cic. *in Verrem*; vanus Judex eſſe non poteſt, qui ſuſpicione certa movetur; Panormitan. *in præſenti, num.* 1. Butrius *num.* 4. *&* 5. Imola *num.* 2. 2

Primò obſtat textus in *l. Lucius* 83. *ff. de conditionibus, & demonſtrationibus*, ubi filiationis probatio ex præſumptis probationibus non ſufficit: ſiquidem conditio illa, *ſi meum filium eſſe probaverit*, tanquam impoſſibilis judicatur, etiam per præſumptiones; at in præſenti filiatio per præſumptionem tantum fuit habita: ergo ex ea, quæ etiam impoſſibilis dicitur, ſententia ferri non potuit. 3

Cui difficultati reſponderi debet quod quamvis filiatio, quoad matrem ſit certa, *l. quia ſemper, ff. de in jus vocando*: non tamen quoad patrem, Menochius *de arbitrariis, caſu* 89. *num.* 3. 4. *&* 11. poterit tamen, quoad patrem filiatio ex veris conjecturis, & præſumptionibus probari, *leg. prima,* §. *pœna, ff. de liber. agnoſcendis*, & filius in *dict. l. Lucius*, erat in illa quaſi poſſeſſione filiationis, præſumptionibus illis concludentibus: uti conſtat ex illis verbis: *Filium de quo quæritur, &c.* & præcipuè, quia textus ſupponit teſtamentum nullum eſſe, quod aliàs non admitteretur, abſque præſumptione illa; meritò probatio illa plena filiationis, tanquam impoſſibilis, pro non ſcripta habetur; cum in ejus poteſtate non ſit: videndus eſt Antonius Faber, *in Juriſp. titul.* 3. *princip.* 4. *pagin.* 113. Menochius *de arbitrariis, caſu* 89. *num.* 7. Oſuald. ad Donel. *lib.* 6. *cap.* 19. *litera D.*

Secundò obſtat text. in *l. ſi adulterium*, §. *penult. verſ. Vtique ſi allegetur, ff. ad legem Juliam de adulteriis*, ubi conſtat, tum demum ex violenta præſumptione diffinitivam ſententiam ferri poſſe, cùm pars eam allegaverit, & probaverit: at in præſenti pars, nec eam allegavit, nec probavit: igitur non rectè juxta illam fuit lata ſententia: In qua difficultate dicendum eſt, quod aut præſumptio dicitur ex facto partis, aut aliunde: in primo caſu, allegari, & probari debet; in ſecundo verò, poterit Judex animum informare ad proferendam ſententiam, etiam non allegata præſumptione pro parte, & ita noſtri textus ratio procedit: quia cum præſumptio oritur ex facto partis, & non allegatur, non præſumitur vera, quæ ratio ceſſat, cum aliunde oritur, ut *in præſenti*. Nec ſolutioni obſtabit dicere, quod in præſenti præſumptio ex facto partis fuit orta, & non allegata, nec aliunde; ſiquidem præſumptio fuit orta ex eo, quod vera mater filii vitam deſiderabat, quia præſumptio non tantum fuit orta ex parte veræ matris, ſed etiam ex parte impiæ mulieris dicentis, *nec mihi, nec tibi adiu-* 4

dicetur, ſed dividatur, quæ præſumptio fuit orta aliunde, hoc eſt, ex actibus proceſſus, & præcipuè cum repentè fuiſſet incognita à Salomone: ideò non potuit à matre allegari, & ita nihil obeſt *dict.* §. *ultim. verſ. Vtique.*

5 Tertiò obſtabit dicere, quod ex quo vera mater conſenſum præbuit, ut litiganti filium Salomon adjudicaret, juri ſuo renuntiaſſe videtur, nec amplius debuit audiri, *cap. cum inter* 16. *de electione*, *l. poſtquam liti*, *C. de pactis*: ergo non potuit Rex in favorem ejus ſententiam dicere. Cui objectioni ſatisfieri poteſt ex eo, quod regula ſuprà adducta locum habet, quando quis liberè, & voluntariè litem deſerit, & juri ſuo renuntiat: at verò in *noſtro textu* mater metu mortis ſui filij liti ceſſit in favorem impiæ mulieris, qui metus vehemens, & juſtus dijudicatur, *l. iſti quidem*, *ff. quod metus cauſa*, vel melius dici poterit, quod ideò Salomon potuit poſt matris renunciationem ſententiam proferre, quia matris renunciatio adhuc ab altera parte non fuerat acceptata cum effectu, meritoque, ut nulla, non tenet ante acceptationem alterius partis, à qua non ſolum non fuerat acceptata; verum etiam negata, uti conſtat ex verbis illis ibi: *Obſecro mi Domine*, *date illi*, *&c.*

6 Quartò obſtabit dicere ex eo, quod ſemel Rex diiudicavit infantem eſſe dividendum, functus eſt officio ſuo, *l. judex poſtquam*, *ff. de re judicata*: ergo non potuit poſtea dijudicare in favorem matris. Cujus textus difficultati dicendum eſt, illius textus regulam locum obtinere in ſententia diffinitiva; ſecus verò in interlocutoria, quæ per diffinitivam revocari poteſt, *l. quod juſſit*, *ff. de re judicata*, de qua interlocutoria loquitur noſter *textus*, ſiquidem ut veritatem Rex indagare poſſet, ſimulans interlocutus fuit, ut infans divideretur.

Nec huic ſolutioni obſtabit dicere, quod Judex per dolum ſententiam ferre non poteſt, juxta textum in *cap. ſanè* 7. *de renunciatione*: at in præſenti Salomonis dolus arguitur ex eo, quod ſimulaverit diviſionem, quæ minimè ad effectum perduci poterat: quæ ſimulatio doli conſtat ex *leg. prima*, §. *dolum*, *ff. de dolo*: Nam dicendum eſt, textum in *dict. cap. ſanè*, loqui de dolo malo: at verò noſter textus loquitur de dolo bono, quæ *ſolertia* appellatur in *dict.* §. *dolum*, & eo Judex uti poterit ad detegendam veritatem, cum talis ſimulatio licita, & honeſta ſit, *cap. utile*, 22. *quæſt.* 1. notat Covarruvias plura hujus ſimulationis exempla referens, *lib.* 1. *variarum*, *cap.* 2. Barboſa *in collectaneis ad hunc textum.*

7 Quintò obſtabit dicere, quod *in præſenti* mulier, quæ non erat mater, filium poſſidebat; unde Salomon, omiſſa diviſionis cautela, in ejus favorem debuit ſententiam proferre; ſiquidem vera mater, nec plenè, nec ſemiplenè ſuam intentionem probabat, & ſic mulierem illam in poſſeſſione tueri debebat, juxta regulam textus in *l. actor*, *Cod. de probationibus*, *l. qui accuſare*, *C. de edendo*, *cap. fin.* §. *ſanè*, *de jurejurando.* Augeturque difficultas ex regula illa, qua cavetur, quod in re obſcura, potiùs reo, quam actori, eſt favendum, *cap. cum ſunt*, *de reg. juris*, *lib.* 6. *l. favorabiliores*, *ff. eodem.* Cui difficultati, ut ſatisfaciamus, animadvertendum eſt, quod probatio in duplici eſt differentia: nam vel eſt directa, quæ inartificialis dicitur, vel eſt indirecta, quæ artificialis appellatur, Duarenus *lib.* 1. *diſput. cap.* 27. directa eſt, quæ ex teſtibus, & inſtrumentis conſtat, *l. teſtium* 18. *C. de teſtibus*; indirecta verò, quæ etſi id, de quo quæritur, directè non probet; tamen certis de cauſis illa uti oportet; ut id de quo quæritur, cognoſcatur, etſi non certè, & per neceſſe, tamen probabiliter ei ſtandum eſt, & eam Judex amplecti debet: & in hac indirecta probatione, noſtri textus deciſio procedit: & ſic ei non obſtant regulæ ex *prædictis juribus* deſumptæ, Menochius *de præſumptionibus*, *lib.* 1. *in præfatione*, *ex num.* 6. Tum etiam, quia nec *in præſenti*, cauſa fuit par, nec obſcura, ob illam juris, & de jure præſumptionem; ideòque rectè potuit Salomon ſententiam ferre, Matienzo *ubi ſupra*, Maſcardus *concluſ.* 1221. *num.* 4.

Sextò contra noſtrum textum obſtabit dicere, ſententiam Salomonis fuiſſe nullam ex eo, quod non declaravit mulierem incidiſſe in pœnam plagii, ſibi imponendam, ex *leg. plagii* 14. §. *fin. C. ad legem Flaviam de plagiariis*: ſiquidem ex illa violenta præſumptione in judicio conſtat, mulierem veræ matri filium abſtuliſſe. Cujus dubii ſolutio pendet ex illa ancipiti quæſtione, an ex ſola violenta præſumptione imponi poſſit pœna ordinaria, cujus examinatio ab inſtituto noſtro aliena eſt, & quia longiora commentaria deſiderat, conſultò illius diſputationem omitto, quam videre liceat apud Morlam *de variis quæſtionibus*, *tit.* 12. *quæſt.* 1. Interim tamen nonnulla videbis in ſequentibus dubiis, & nunc pro prædictæ difficultatis ſolutione dicendum erit, quod in noſtro *textu*, pœna plagii locum habere non poterat: quia in eo non erat actum criminaliter, ſed tantum civiliter ad faciendam reſtitutionem infantis veræ matri, & nulla alia extitit probatio, quàm violenta illa præſumptio, quam ex divina inſpiratione Salomon exegit; & de violenta præſumptione impudicitiæ, vide textum in *l. vim paſſam* 39. *ff. ad legem Juliam de adulteriis.* 8

Septimò adverſus principium illud violentæ præſumptionis, & an pœna ordinaria ex violenta præſumptione imponi poſſit? Obſtabit dicere, quod hæreticus impœnitens quamvis non ſit relapſus, traditur Curiæ ſeculari, *cap. ad abolendam*, *de hæreticis*, & præſumptus hæreticus deficiens in purgatione canonica, impœnitens eſt, Gloſſ. in *cap. inſinuatum*, *de Simonia*, & tamen non traditur Curiæ ſeculari, ſed ſolummodo privatur officio, & beneficio, vel detruditur in Monaſterium, *cap. inter ſolicitudinem*, *de purgatione Canonica.* Augetur difficultas ex eo, quod qui Simoniam committit, officio, & beneficio privatur, *cap.* 2. *de confeſſis*, *cap. de hoc*, *de Simonia*, ſed qui deficit in purgatione Simoniæ propter præſumptionem privatur beneficio, non officio, *cap. inſinuatum*, *de Simonia*: ergo ex violenta præſumptione non eſt quis pœna ordinaria puniendus. Quæ difficultas facile tollitur ſi animadvertamus, diſcrimen conſtituendum eſſe inter accuſationem, & inquiſitionem, quoad purgationem Canonicam: nam in primo caſu, qui deficit in purgatione canonica, pœna ordinaria punitur, quia ineſt præſumptio juris, & de jure: ſecus verò in ſecundo, in quo obtinent jura pro ratione dubitandi *ſuprà* adducta, Abbas in *cap. acceptum*, *num.* 7. *de accuſationibus*, Felinus *in dict. cap. inſinuatum*, *de Simonia*, Morla *in emporio*, *dict. tit.* 12. *quæſt.* 3. 9

Octavò, obſtat textus in *l. abſentem* 5. *ff. de pœnis*, in illis verbis: *Sed nec de ſuſpicionibus debere aliquem damnare*, ex quibus verbis conſtat præſumptionem ſufficientem non eſſe, ut per eam Judex pœnam ordinariam imponere poſſit: cujus textus difficultati dicendum eſt, non probari ex illius deciſione, delinquentem non poſſe ex præſumptionibus juris & de jure puniri; ſed ſolum affirmare ex ſolis ſuppoſitionibus non poſſe aliquem puniri: ſecus ex violenta juris & de jure, Matien. *in præſenti*, *num.* 86. 10

Nono obſtat textus in *l. illicitas*, §. *veritas. ff. de officio præſidis*, *cap. judicet*, 4. *quæſt.* 7. in quibus juribus apparet Judicem teneri, ſecundum allegata & probata ſententiam proferre: ergo Salomon non ſecundum præſumptionem, ſed ſecundum allegata & probata ſententiam diffinitivam proferre debebat. Cui difficultati eſt dicendum, quod quamvis ſecundum communem ſententiam Judex ſecundum allegata, & probata debeat judicare; tamen in notoriis ex facto juris reſultantibus, Judex omiſſam allegationem, abſque ulla partis petitione, eam ſupplere poteſt, quare cum in præſenti detur præſumptio juris & de jure, quæ vera probatio eſt, & ex notorio facto reſultans, rectè potuit Salomon ſine partis allegatione ſententiam proferre, Maſcardus *de probationibus*, *lib.* 2. *concluſ.* 1040. *à num.* 5. Matien. *in repetitione ad hunc text. num* 18. 11

Decimò obſtat text. in *cap. literas* 14. *verſ. Quo circa*, *infr. hoc tit.* in cujus ſpecie ex præſumptione etiam violenta non condemnatur quis de crimine hæreſis, in quo dubio 12

dubio dicendum eſt, illius textus deciſionem non loqui in præſumptione violenta, vel vehementi legitima, ſed de alia minus idonea, quæ non ſufficit ad proferendam ſententiam, ſiquidem præſumptio illa non ex maximis, ſed ex minimis ſignis, conjecturis, ſeu præſumptionibus ſumitur: quæ interpretatio deducitur ex verbis ejuſdem textus, ibi: *Propter ſolam ſuſpicionem quamvis vehementem, &c.* Gloſſa *ibi* verbo. *Vehementem*, Panorm. *num.* 5. Felin. *num.* 21. *&* 22. Nec ſolutioni obſtat textus in *l.* 1. §. *fin. Cod. de hæreticis*: Nam ibi tantum ſufficit leve argumentum, quoad facultatem inquirendi contra hæreticum; non verò adhoc, ut habeatur tanquam convictus, Gloſſa *ibi*, verbo: *Vehementem.*

13 Undecimò obſtat textus *cap. præterea* 27. *de teſtibus*, ubi ſola violenta præſumptio abſque aliis adminiculis non ſufficit ad hoc, ut quis condemnetur. Cui dubio ſatisfieri poteſt ex eo, quia ibi non probatur, præſumptionem violentam juvandam eſſe teſtimonio de viſu, vel auditu, aut aliis adminiculis, cùm per ſe ſola ſufficiat ad imponendam pœnam delicti; unde illius textus longe diverſus ſenſus eſt, videlicet præſumptionem violentam deſumi ex teſtimonio de auditu, fama etiam interveniente, juvantibuſque aliis adminiculis, quorum judicio inſpecto Judici remittitur, ut perpendat, an hæc omnia ſufficiant ad inducendam violentam præſumptionem: non tamen animum ſuum confirmare debet ex argumentis, vel teſtimoniis, vel fama, vel aliis adminiculis. Vel aliter dici poteſt, ibi præſumptionem violentam appellari largo modo & impropriè. Vel ibi ſumitur pro præſumptione vehementi, quæ per ſe non ſufficit ad puniendum adulterij delictum, de quo ibi agitur, docet Gloſſa *ibi*, verbo; *Intellectu*, quam probat Aretinus *ibi num.* 6. ſed primus intellectus magis placet.

---

* Ad textum in cap. Ex ſtudiis 3. cap. Mandata 6. cap. Scribam, 9. & cap. fin. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Converſatio in adoleſcentia facit præſumptionem in ſenectute.*
2 *Natura prima fuit in homine perfectiſſima, bona ad bonum à perfectiſſimo Creatore ordinata.*
3 *Animus hominum, in quo bonitas, vel malitia reſidet, miris fluctibus agitatur, nec in eodem tractatu permanet.*
4 *Facta non præſumuntur, niſi probentur.*
Semel bonus, ſemper præſumitur ille bonus: quemadmodum ſemel malus ſemper præſumitur ille malus.
5 *Olim qui poſſidebat, hodie non præſumitur poſſidere.*

CONCLUSIO.

1 COnverſatio *in adoleſcentia facit præſumptionem in ſenectute.* Conſonat text. in *cap. mandata* 6. *cap. ſcribam* 9. *cap. dudum fin. hoc titul. cap. prout, de dolo, & contumacia, cap. præterea* 2. *de tranſactionibus, cap. cum venerabilis, de exceptionibus, cap. ex literis, de probationibus, l. non omnis, §. à barbaris, ff. de re militari, l. ſi quis ex argentariis, §. fin. ff. de edendo, l. matrem, C. de probationibus. l. teſtium C. de teſtibus*, argument. textus in *cap. ſemel malus, de reg. juris lib.* 6. exornant Tiraquel. *de pœnis temperandis, cap.* 51. *à num.* 3. Azevedo *in l.* 6. *tit.* 14. *num.* 4. *lib.* 5. *Recop.* Gallius *lib.* 2. *obſervat. obſervat.* 110. *num.* 1. *&* 6. Menoch. *de præſumptionibus, præſumpt.* 5. *&* 6. Petrus Pechius *in dict. cap. ſemel malus*, Mynſingerus *in §. quia, Inſtitut. vi bonorum raptorum.*

2 Ratio eſt, quia natura prima fuit in homine perfectiſſima, bona ad bonum à perfectiſſimo Creatore ordinata, *cap. naturalia,* 6. *diſtinct.* quam Cicero *lib.* 1. *de officiis, & lib.* 1. *de legibus*, Ducem optimum appellat, quo duce nullo modo quis errare poteſt; merito quilibet ſemper præſumitur bonus, nec immemor ſalutis æternæ, *cap. dudum, fin. hoc tit. l. cum quidam, l. cum pater, §. rogo, de legatis* 2. Gaillius *ubi ſupra, obſerv.* 10. *num.* 6. *&* 20. *num.* 2. Dinus *in dict. reg. ſemel malus*, Merochus *de præſumptionibus lib.* 5. *præſumpt.* 1. *& ſequentibus.* Præterea, quia mutatio non præſumitur, cùm mutari eſt quid accidens, & accidentia non præſumuntur, Gloſſa in *l. ſi vero, §. qui pro rei, ff. qui ſatisdare cogantur*, pluraque bonarum literarum teſtimonia refert Petrus Pechius *in regul. ſemel malus, num.* 8. *in fine, & num.* 9. *in princ.*

Primò obſtabit dicere, quod regulariter mutatio non præſumitur abeſſe, niſi in his quæ ſemper permanent, *l. ſpadonem, §. qui abſolutus, ff. de excuſationibus tutorum*, ſed animus hominum, in quo bonitas, vel malitia reſidet miris fluctibus agitatur; nec unquam in eodem ſtatu permanet: ergo in homine præſumitur mutatio. Cui difficultati dicendum eſt, quod quamvis mutatio ſemper præſumatur in omnibus, detractis iis, quæ ſemper permanent, & licet homo mutabilis ſit, & ex eo mutabilitas præſumi poſſit, non tamen implicat, quod qui ſemel eſt bonus non præſumatur malus: nam cum hæc ſit bene fundata præſumptio, altera illam tollere non poteſt, ex *juribus ſupra adductis.* 3

Secundo obſtabit dicere, quod an quis bene, vel male vivat, ſeu agat? eſt quid facti, & facta non præſumuntur, niſi probentur, *l. in libello, ff. de captivis*: ergo dicendum videtur, quod nemo judicari debet ex actis bonus, niſi acta probentur. Cui difficultati dicere oportet, quod quamvis ea quæ facti ſunt, non præſumantur, niſi probentur, hoc tamen verum eſt, ſi nihil præcediat, ex quo illa bonitatis præſumptio duci, & trahi poſſit: ſecus verò ſi aliqua antea præceſſerunt: nam tunc ſemel bonus, ſemper præſumitur eſſe bonus; quemadmodum ſemel malus, ſemper præſumitur malus, ex *dict. reg. ſemel*, & aliis *ſuprà* adductis. 4

Tertiò obſtabit, nam qui olim poſſedit, hodie non præſumitur poſſidere, *l. obſervare, ff. de officio Proconſulis*, & valet comparatio de malitia, ſeu bonitate ad poſſeſſionem, vel quaſi, *l. ſive poſſidetis, Cod. de probationibus*: ergo ſicut poſſeſſio non præſumitur continuata, ita nec bonitas, ſeu converſatio in adoleſcentia præſumi debet in ſenectute. Quod dubium diſſolvitur ex eo, quia bonitatis, ſeu malitiæ vitium eſt connexum perſonæ committentis, & ideò ſemper pro eo, qui ſemel eſt bonus, eſt præſumendum, quemadmodum ſi ſemel fuit malus, in eodem genere mali, ſemper præſumitur malus: poſſeſſio autem alicujus rei non cohæret perſonæ, cum ſit in rebus ſeparatis à corpore poſſidentis; quare magis præſumitur animi perſeverantia in bonitate, ſeu malitia, quam in conſtitutione, & actione poſſeſſionis, præcipuè quia poſſeſſio aufferri poteſt facto alterius, *l.* 1. *ff. de vi, & vi arm.* Virtus autem, ſeu vitium animi aufferri non poteſt per alium ſine approbatione animi agentis, Dynus *in dict. reg. ſemel, num.* 8. 9. *&* 10. vide textum in *l. ſi defunctus, Cod. arbitrarium tutelæ, l. non epiſtolis, l. non nudis, Cod. de probation.*

Ad textum in cap. Nonne 5. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Qui ex duobus illatis alterum negat, alterum affirmare præſumitur.*
2 *Qui tacet, in favorabilibus quoad ejus utilitatem, conſentire videtur; niſi contrarium oſtenderit, vel alia qualibet demonſtratione.*
3 *Judæi Chriſtum vocabant Samaritanum, tanquam legis Judaicæ violatorem, & novam religionem inducentem: permiſitque Samaritanum ſe vocari, non propriè, ſed allegoricè.*

4 *Interpretatur text. in* cap. qui tacet 43. *cum* cap. is qui tacet 44. de reg. juris, lib. 6.

5 *Interrogatio, si de duobus connexis præcedat, & de uno tantum sequatur responsio, id quod de uno dictum est, ad alterum etiam adaptari debet: & num.* 6.

6 *Expenditur text. in* cap. postulasti 27. de rescript.

CONCLUSIO.

1 *Qui ex duobus illatis alterum negat, alterum affirmare præsumitur.* Consonat sacer textus *Joannis, cap.* 8. *cap. fin.* §. *fin. de jurejurando, cap.* 2. *de his, quæ fiunt à Prælato, sine consensu Capituli, cap. qui tacet* 43. *cap. is qui* 44. *de reg. juris, lib.* 6. *l.* 2. §. *fin. ff. soluto matrim. l. si remunerandi,* §. *si passus, l. si pro te, ff. mandati, l. etsi sine,* §. *sed quod Papinianus, ff. de minoribus, l. obligamur ff. de obligationibus & actionibus, l. maritus, Cod. de procuratoribus, authent. si servus, Cod. de Episcopis, & Clericis,* exornant Glossa *in l. consilio,* §. *fin. ff. de curatore furiosi,* Menochius *de præsumpt. lib.* 6. *præsumption.* 99. *& de arbitrariis, casu* 37. *num.* 22. *& cons.* 106. *num.* 314. Mascardus *de probationibus, conclus.* 1218. Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 15. Mynsingerus *in* §. *sed etsi, num.* 6. *& seq. Instit. quibus modis jus patr. potest. solvitur,* Osual. ad Donel. *lib.* 20. *cap.* 3. *litera P. & lib.* 12. *cap.* 27. *litera A. & lib.* 15. *cap.* 48. *litera D.* Donel. *in l.* 6. *C. mandati,* D. Pichardus *in princ. Instit. de exhæredatione liberorum.*

2 Ratio est, quia tacens in favorabilibus quoad ejus utilitatem consentire videtur, nisi contrarium ostenderit, nutu, verbis, vel alia qualibet demonstratione, *l. si remunerandi, ff. mandati*; tum etiam, quia is qui tacet non fatetur, sed nec utique negare videtur, *dict. reg. is qui tacet, de reg. juris, lib.* 6. ubi latè Dynus, & Petrus Pechius.

3 Primò adversus illa nostri textus verba, ibi: *Samaritanus es tu, aut Dæmonium habes? Respondit Jesus: Ego Dæmonium non habeo.* Ex quibus videtur consentire Samaritanum esse. Obstabit illa *Joannis* authoritas, *cap.* 7. ubi Christus Dominus Galilæus appellatur ex genere David descendens, & natus in Castello Bethleem, seu ejus oppido. Cui difficultati dicendum est, quod licet ex taciturnitate illa videatur Christus Dominus se Samaritanum confiteri; non tamen confessus fuit, se propriè Samaritanum esse, hoc est ex Provincia Samariæ, sed Samaritanum allegoricè, qui sic fuit à Judæis interrogatus, tanquam custos, seu pastor, (nam Christus Dominus vere Custos est, *Psalmo* 126. ibi: *Nisi Dominus custodierit civitatem*,) fuitque interrogatus an Samaritanus esset? quia Samaritani plura contra legem Judaicam retinebant: ideò Judæi Christum vocabant *Samaritanum*, tanquam legis Judaicæ violatorem, & novam Religionem inducentem, vel existimabant eum Dæmonium habere, quia aliter miracula fieri non posse cogitabant, sicque de utroque illum interrogarunt; & Christus Dominus tantùm se Dæmonium non habere respondit: sicque respondens permisit, se Samaritanum vocari, non tamen propriè, sed allegoricè, sicque verba illa non in sensu literali, sed in mortali accipi oportet.

4 Secundò obstat textus in *cap. is qui tacet* 44. *de reg. juris lib.* 6. ubi licet is, qui tacet negare non videatur, tamen neque etiam fateri videtur. Cui ex adverso obstat *d. reg. qui tacet*, ubi absolutè dicitur, quod qui tacet consentire videatur: uti etiam nostri textus decisio procedit. Pro cujus difficultatis solutione, & jurium concordia dicendum est, taciturnitatem medium quoddam esse inter consensum, & dissensum: unde qui tacet nec consentire, nec contradicere videtur, licet utrumque appetere videatur; sed aliquando medium effectum sumit unius extremorum, aliquando alterius, juxta textum in *l.* 1. §. *scientiam, ff. de tributoria actione*, veluti cum agitur de ipsius tacentis præjudicio, vel commodo, aliquando verò media via extremorum eligitur, ut in *d. reg. is qui tacet*, Dynus *ibi num.* 5. *&* 6. & Pechius *ibi.*

Tertiò obstat textus in *cap. translato,* §. *fin. de constitutionibus*, ubi sancitum est, quod si de duobus interrogatio præcedat, & de uno tantum sequatur responsio, necesse esse, ut id, quod de uno dicitur, de altero etiam dictum intelligatur. Cui difficultati respondendum est, illius textus decisionem loqui, quando interrogatio de duobus connexis, & similibus fuit facta; quo in casu responsio unius, alteri etiam servit: siquidem lex, seu constitutio, quæ de uno connexorum dicitur, de alio etiam debet intelligi; notat Glossa 1. *& fin. in dict. cap. translato.*

Quartò obstat textus *in cap. postulasti* 27. *de rescriptis*, ubi si de duobus esset quæsitum, scilicet de paterna hæreditate, & de Vicaria? id quod de beneficio, seu Vicaria responsum est, extenditur etiam ad paternam hæreditatem, ut rescriptum, quasi subreptitium dicatur, & sic negato uno, hoc est, quod qui beneficium obtinet, non possit compellere Episcopum ei alimoniam præstare, juxta textum in *cap. cum secundum Apostolum, de prabendis*, non ex hoc videtur concedere, ut etsi patrimonium sufficiens retineat, non possit congruam ab Episcopo petere. In qua difficultate dicere oportet, quod quamvis principaliter fuit responsum de Vicaria, accessoriè tamen & consequenter fuit quæsitum, & similiter per consequentiam responsum de patrimonio, quo in casu tanquam in connexis regula nostri textus cessat, uti docet Glossa, verbo, *Proventibus*, in *dict. cap. postulasti, de rescriptis*, unde est, quod quando responsio, affirmatio, seu negatio unius consistit in ratione alterius, utrumque negatum, seu affirmatum præsumitur; juxta textum in *l.* 1. *Cod. de diversis rescriptis*, ubi Bart. & Baldus notant. 5

Quintò obstat textus in *l. consilia* 7. §. *fin. ff. de curator. furios. &c.* ubi interrogatus de duobus, si de uno tantum respondeat, videtur idem de alio respondisse, & responsio unius prodest alteri. Cui difficultati dicendum est, ideò responsionem unius alteri prodesse, quia etiamsi diversa sint, tamen simul de illis fuit interrogatus, de quibus eadem militabat ratio: nam quemadmodum curator furiosi rectè potest alienare, sic similiter & ei solvi poterit, Glossa omnino videnda in *dict.* §. *fin. verb. Recte solvi.* De duobus interrogationibus in jure factis, plura refert Felin. *in præsenti*, Imola, Paulus de Castro, & Cujac. *in d. l. si cui*, §. 1. *ff. de legat.* 1. & an tacens consentire videatur, plura refert Petrus Pechius, & Dynus *in dict. regul. qui tacet* 43. 44. *de reg. juris, lib.* 6. Præterea pro interpretatione textus *in l. Gallus* 39. *ff. de pignoratitia actione, l. Titius* 9. §. *ultim. ff. quibus modis pignus, vel hyp. l. Titia* 34. §. *Lucia Titia. ff. de legat.* 2. vide Cujacium *lib.* 4. *respons. Modestini*, Barbos. *in l. quæ dotis, ex num.* 152. *&* 159. *vers. Tertia, ff. soluto matrimon.* Cujac. *lib.* 3. *observat. cap.* 11. Osuald. *lib.* 8. *cap.* 3. *litera D.*

Ad textum in *cap. Quia verosimile* 10. *hoc tit. de præsumptionibus.*

DE materia hujus *text.* plura diximus in *cap. quoniam contra falsam* 11. *de probation.*

Ad textum cap. Illud 11. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Per diutinam cohabitationem, & per famam loci, & instrumenta matrimonialia, & alia adminicula, matrimonia probantur.*

2 *Singula, quæ non prosunt, multa collecta juvant.*

3 *Expenditur text.* in cap. aliter 1. 30. quæst. 5. l. in libera 24. ff. de ritu nuptiarum.

4 *Inter*

4 *Interpretatur text. in* c. 5. §. quoniam novella 74. quibus mod. natur. efficiantur legitimi.

CONCLUSIO.

1 PEr *diutinam cohabitationem, & per famam loci, & inſtrumenta matrimonialia, & alia adminicula, matrimonium probatur.* Conſonat textus *in cap. aliter.* 30. *qu.* 5. *c. ſolet* 32. *qu.* 3. *l. in liberæ* 24. *ff. de ritu nuptiarum*, *l. in concubinatu*, §. 1. *ff. de concubinis*, *Novella* 74. *cap.* 5. §. *quoniam, quibus modis naturales legitimi efficiantur*, exornant Maſcardus *de probationibus*, *concl.* 124. Menochius *de præſumptionibus l.* 3. *c.* 1. *n.* 66. Alciati *de præſumpt. regul.* 2. *præſumption.* 5. Anaſtaſius Germonius *l.* 2. *animadverſionum*, *c.* 8. Covar. *de ſponſalibus.* 2. *p. c.* 1. *n.* 5. Decius *in l. nuptias*, *ff. de reg. juris*, *n.* 4. Ant. Fab. *in Juriſp. Papinianea tit.* 8. *principio* 5. *illatione* 18.

2 Ratio eſt, quia quando interveniunt diverſæ ſpecies probationum reſpicientes ad diverſum finem, ſi ſingulæ non proſunt, ſimul tamen junctæ poterunt prodeſſe, *c. cũ cauſam, de probationibus*, ſiquidem cum cohabitationi adjungitur, fama, & inſtrumenta dotalia, aut matrimonialia, hæc omnia ſimul juncta ſufficiunt ad probandum matrimonium: quia ut inquit vulgaris regula, ſingula quæ non proſunt, multa collecta juvant.

3 Primò obſtat textus in *c. aliter.* 1. 30. *q.* 5. ubi conſtat conjugia longa conſuetudine continuata, alio non apparente, non matrimonia, ſed ſtupra, adulteria, & fornicationes eſſe: ergo non diutina cohabitatione probari poterit matrimonium. In qua difficultate, omiſſa non nullorũ erronea interpretatione, veriſſimè eſt dicendum, textum in *dict. c. aliter*, idem probare, quod noſter textus: ſiquidem ſimiliter *ibi* dicitur, quod matrimonium etiam ex ſola conſuetudine, & longa cohabitatione, non poterit probari niſi fama loci, aut actus matrimoniales intercedant; quibus ultimis adminiculis deficientibus non matrimonium, ſed adulterium erit: quod omnino conſentaneum eſt noſtro textui, in quo diſponitur, matrimonium per longam cohabitationem non probari, niſi accedant alia adminicula à Pontifice in præſenti propoſita, ſeu ſigillatim enumerata. Nec ſolutioni obſtat textus in *l. in liberæ* 24. *ff. de ritu nuptiarum.* ubi ex *Modeſtini* ſententia apertè conſtat, quod in libera muliere, ex ſola diutina conſuetudine habitationis, matrimonium contrahitur. Quia textus ille procedit jure Cæſareo, quo jure matrimonium inter æquales illo tempore *Modeſtini* præſumebatur ex diutina cohabitatione, ſeu maris & fæminæ conjunctione, Ant. Fab. *in Juriſpr. Papinianea. tit.* 9. *pr.* 5. *illatione* 18. *medium*, Dec. ubi *ſupra n.* 4. ita etiam eſt interpretandus textus in *d. l. in concubinatu*, §. 1. *ff. de concubinis*, ſiquidem ubi eadem ratio, & materia ineſt, idem jus etiam conſtitui oportet: quam differentiam inter Cæſareum jus, & Pontificium, conſtituit etiam Covarr. *ubi ſupra* 2. *part. cap.* 1. *num.* 5.

4 Secundò, ſolutioni obſtat textus in *cap.* 5. §. *quoniam novella* 74. *quibus modis naturales efficiantur legitimi*, ubi Imperator Juſtinianus jubet, mulierem etiam per multos annos in viri domo communiter exiſtentem, non aliter legitimam uxorem reputari, quàm ſi eam vir uti uxorem ſub figura matrimonii habuerit, ſeu in domum traduxerit. Cui difficultati dicendum eſt ſententiam illam *Modeſtini* relatam in *d. l. in liberæ* 24. ſublatam fuiſſe per Juſtin. *in dict. novella* 74. §. *quoniam*; motuſque Juſtinianus ex eo fuit, quod mariti mulierum deſiderio ſatiati, eas & filios extra domum ejiciebant, cum à principio propter deſiderium explendum, eas in legitimas uxores ſemper retinere fallendi cauſa proponerent; hodie tamen juxta Concilii Trid. deciſionem *Seſſion.* 24. *c.* 1. *de reform.* aliter obſervatur: nam non tantummodo conſenſu, uti antea, ſed coram teſtibus, & Parocho, juxta illius deciſionem debet matrimonium celebrari, Anaſtaſius Germ. *l.* 2. *animadverſionum c.* 8. Men. *de præſumptionibus*, *præſumptione* 2. Maſc. *de probationibus conc.* 1022. Cov. *de ſponſalibus*, *c.* 4. *n.* 3.

Ad textum in cap. Cum in juventute 15. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Per ſenectutem, & conſanguinitatem, probatio incontinentiæ excluditur; & qui incontinens in juventute fuit, erit etiam in ſenectute.*
2 *Incontinentia non præſumitur inter conſanguineos, quæ etiam ſuſpicio in ſenibus ceſſat: quia ex illa naturali ratione, ſenes continentes reputantur.*
3 *Copula præſumitur ex vehementi juris & de jure præſumptione, ſcilicet ſi nudus cum nuda, ſolus cum ſola in eodem lecto reperiantur.*
4 *Interpretatur text. in* c. 1. & c. à nobis, pen. de cohabitatione Cleric. & mulierum.
5 *Expenditur tex.* in cap. is qui 4. 34. diſt. cap. Chriſtiano, ead. diſt.
6 *Interpretatur tex.* in c. omnis, 12. cap. ancillam 11. 32. quæſt. 3.
7 *Illuſtratur tex. in* c. omnino 11. 31. *diſt.*

CONCLUSIO.

1 PEr *ſenectutem, & conſanguinitatem, probatio incontinentiæ excluditur, & qui incontinens in juventute fuit erit etiam in ſenectute.* Conſonat textus in *cap. interdixit* 31. *diſt. cap. in cunctis.* 11. *quæſt.* 3. *cap. penult. de cohabitatione Clericorum*, *cap. cum in juventute* 12. *de purgatione canonica. capit. qualiter*, & *quando*, *de accuſationibus. l. eum qui probabilem*, *C. de Epiſcopis*, & *Clericis*, *l. ſi hi qui Cod. de adulteriis*, exornat Menochius *de præſumptionibus*, *l.* 5. *præſumpt.* 17. Maſcardus *concl.* 810. *n.* 11. & *concluſ.* 981. *n.* 8. Farinacius *tit.* 16. *quæſt.* 136. *capit.* 5. *n.* 205. Cujac. *l.* 2. *obſervat. c.* 29. Riminald. *conſ.* 264. Anaſtaſius Germonius *l.* 1. *animadverſionum*, *c.* 18. Donel. *l.* 25. *c.* 2. & 3. &. 4. Oſu. ad eundem, *dict. c.* 2. *littera N.*

2 Ratio eſt, quia inter conſanguineos non præſumitur incontinentia, ſiquidem inter eos naturale fœdus ſuſpicionem ullam generare non ſinit, *cap. penul. de cohabitatione Clericorum*, quæ etiam ſuſpicio in ſenibus ceſſat: quia ea ipſa naturali ratione ſenes continentes reputantur. naturalis namque ratio docet ſenectutem ipſam tueri ex nimia ſiccitate: nam graveſcente ætate, graveſcit etiam ſiccitas, & frigiditas, qui defectus voluntati, & potentiæ coeundi opponuntur, juxta textum in *l. invito*, *ff. de teſtibus*; unde mulier, quæ ſenem maritum habet, vidua reputatur in *l. ultima*, *Cod. de plagiariis*: ac ideò in præſenti noſtra facti ſpecie accuſatio Regis Ungariæ adverſus Epiſcopum de incontinentia cum nepte in propria domo retenta excluditur propter nimiam conſanguinitatem, & ſenectutem; quia vehemens præſumptio, juris, & de jure eſt.

3 Primò obſtat textus in *c. literis* 12. *hoc tit. c. præterea de teſtibus*, ubi copula non ſolum fuit præſumpta, ſed etiam probata, ex eo quod duo conſanguinei ſimul in uno lecto dormierunt. Cui equidem difficultati dicendum eſt, quod ideò in *dictis juribus* copula præſumitur, & ſententia divortii promulgata fuit: quia vehemens fuit juris, & de jure præſumptio, plurimis circunſtantiis concurrentibus ſcilicet nudus cum nuda, ſolus cum ſola, & in eodem lecto manentes, quaſi non eſſent otioſi, ut ait textus in *l. quod ait*, *ff. ad legem Juliam de adulteriis*, præcipuè, quia in *dict. cap. literis*, poſt contractum matrimonium ſe miſcuerunt ad invicem, uti docent Contius, & Antonius Auguſtinus in *ſecunda Decretalium Compilatione*: noviſſimèque etiam notant Anaſtaſius Germonius *li.* 1. *animadverſionum*, *c.* 18. Cujac. *in poſthumis ad textum in dict. cap. literis* 12. *hoc tit.* at verò in noſtro *textu*, non intervenit aliqua vehemens præ-

ſumptio, ſed ſolum adverſus Epiſcopum proponebatur cohabitare ſimul cum nepte ſua in eadem domo; quod Sacerdotibus permiſſum eſt, neque exinde aliqua præſumptio mali oritur, *cap.penult.de cohabitatione Clericorum, leg. dum qui, Cod. de Epiſcopis, & Clericis.*

4 Secundò ſolutioni obſtat textus in *cap.1.de cohabitat. Clericorum,* ubi Concilium Maguntinum prohibet Epiſcopis, & Sacerdotibus, ut nec matrem, nec ſororem ſimul in eadem domo retineant: quod idem docet text. *in c.interdixit 32.diſtinct.* In qua difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Cujacius *in poſthumis ad Decretales, in d.c.1.* & quam latè, & eruditè refert Anaſtaſ. Germon. *dict. l. 2. c. 18.* magis propriam eſſe exiſtimo, quam refert Abbas in *d.c.penult.* dum aſſerit text. *in d.c.1.* procedere quando uterque, mater & filius, ſoror & frater ſunt juvenes, & adeò incontinentes, ex quibus ſiniſtra, & mala opinio oriri poterat: at verò tex. in *d. cap. penult.* procedit, quando adeò ſunt ſenes, ut ex illis nulla ſuſpicio præſumi poſſit, nec ulla præſumptio dari etiam ſi juvenes eſſent, ex probitate morum.

5 Tertiò ſolutioni obſtat tex. in *c.is qui 4.34. diſt.* ubi in Concilio Toletano *cap.17.* cavetur, quod is qui uxorem non habet, poterit pro uxore ſimul cum concubina habitare. Idemque demonſtrare videtur tex. in *cap. Chriſtiano 35. eadem diſt.* in qua difficultate enodanda, animadvertere oportet, quod quamvis ex illa jurium authoritate plurimi hæretici, quos refert Bellarminus *l.2.de author.Conciliorum, tom.1.c.8.* contendant, meretricios amores, & concubinatus conjunctionem in Concilio Toletano, etiam inter Sacerdotes permiſſam fuiſſe, quo nihil eſt falſius: & omiſſa etiam interpretatione, quam refert Mendoça *l.2 de confirmando Concil. Illiberitano, cap.8.* quam impugnat Baſilius Ponce de Leon *l.7.de matrim.c.54.à n.17. uſque ad 19.* veriſſimè eſt dicendum, quod concubinæ nomine non tantum ſignificabatur ea, cum qua, vagus & omni lege ſolutus eſt concubitus, ſed etiam illa, quæ tanquam uxor in perpetuum matrimonio copulabatur, quæ tamen minùs ſolemniter jure Romanorum, id eſt ſine ulla ſolemnitate ducta dicebatur, nempe dotalibus inſtrumentis non intervenientibus; quæ uxores minus legitimè ductæ, Concubinæ nomine nuncupari cœperunt; & de iis loquitur tex. in *d. cap.is qui, d.c.Chriſtiano 34.diſt.* docet latè P.M.Baſilius Ponçe de Leon *l.7.de matr.c.54.n.4.& 5.* Rodericus de Acunna Archiepiſcopus Bracharenſis *in 1. Decreti parte, in dictis juribus,* & ante eos Covar. *in 4. 1. part. c.4.à n.9.*

6 Quartò ſolutioni obſtabit dicere, quod concubina, etiam minus ſolemniter ducta, uxoris nomine poterit nũcupari, juxta text. *in c.non omnis, c.ancillam, 32.q.2.* Cui dubio ex eo fit ſatis, quia S. Leo Pontifex in *dictis juribus*, pro eodem uſurpavit ancillam in ſervitute manentem, & concubinam, quaſi diceret, quod ſi dominus ancillam uti uxorem ſuſceperit, animo adhuc retinendi eam in ſervitute, quòd non uxor, ſed concubina erit, cùm nuptiarum fœdera tantum inter ingenuos permittantur, meritò illa jura aſſerunt, quod is qui tradidit nuptui filiam habenti concubinam, id eſt, ancillam in ſervitute manentem filiam non tradidit conjugato, ſed ſoluto; ſiquidem concubina illa ex rationibus ſuprà adductis, uxoris nomine nunquam nuncupari potuit, uti notat M. Baſilius *ubi n.24.*

7 Quintò his omnibus obſtat tex. *in c.omnino 11.31.diſt.* ubi *ex 6. Apoſtolorum capite* conſtat, quod Epiſcopus, aut Presbyter uxorem propriam nequaquam obtentu Religionis debet abjicere. Cui difficultati dicendum eſt, textum illum intelligi debere de uxore legitimè ducta ante ſacrum Ordinem ſuſceptum, quæ poſtea ejici non poteſt; non quoad mutuam cohabitationem, ſed tantum quoad victum, & alimenta extra domum ei conferenda: quod ratione charitatis, & primæ conjunctionis ei debetur, juxta text. in *c.omnino, 30 diſtinct.* utianimadvertit Thom. Sanch. *de impedimentis, lib.7. diſp.28. n.7.*

Ad textum, in cap. Dudum fin. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Is, pro quo beneficiando ſcribitur, cum clauſula,* ſi idoneus fuerit, *non tenetur probare ſe idoneum, cum idoneus præſumatur.*

2 *In homine potius debet conſiderari illud quod eſt ſecundum naturam, quàm quod eſt ſecundum accidens.*

3 *Idoneitas in homine quoad beneficia obtinenda cum clauſula illa;* ſi idoneus fuerit, *dupliciter conſideratur: nam vel eſt intrinſeca, veluti caſtitatis, vel extrinſeca, veluti ſcientiæ, prima ſemper præſumitur, non utique ſecunda, niſi probata.*

4 *Interpretatur tex.* in Cl. unica, de conceſſione præbendæ.
Facta non præſumantur, niſi probentur.

5 *Omnes ſemper ſumus proclives ad malum.*
Interpretatur tex. in c. mala, 2. q. 5.

6 *Indignus ſemper præſumitur, cum agitur de animæ præjudicio.*

CONCLUSIO.

1 IS, *pro quo beneficiando ſcribitur cum clauſula,* ſi idoneus fuerit, *non tenetur probare ſe idoneum, cum idoneus præſumatur.* Idem probat tex. in *c. unico, de ſcrutinio, c.ſi cautio de fide inſtrumentorum, cap.final. de ſolutionibus, cap. 2. de dolo, & contumacia, Clementin. unica de Confeſſione, præbendæ, capit. præſumi, cap. ſicut, 1. quæſtion. 1. cap. talis 23. diſtinction. cap. ex pœnitenti. 50. diſtinct. cap. cũ in cunctis,* cum aliis, *de electione, cap. cum teneamur, cap. ſuper ordinata, de præbendis, cap. is cui, eodem titulo, l.6. leg. ab ea parte 5. l. quoties, §. qui dolo. ff. de probationibus, l. marito. ff. pro ſocio; l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re militari. l. quod ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de ædilitio edicto, l. cum pater, §. rogo. ff. de legatis 2.* exornant Lambertinus *de jure patronatus, 2. part. l. 2. part. 1. qu. 10. articulo 2. n. 1.* Socinus *reg. 39.* Alciat. *de præſumption. reg. 3. præſumption. 3.* Menoch. *eodem tractatu, libro ſexto, præſump. 91.* Flaminius *de reſignat. benefic. qu. 3. num. 54.* Maſcar. *de probat. concl. 222. & 878.* Goncalez *in reg. 8. Cancellariæ, glo. 4. 168.* Barb. *de poteſtate Epiſcopi 1. part. tit. 2. gloſ. 17. n. 33. & par. 2. alleg. 10. n. 17.* Surdus *conſ. 173. n. 35. & 486. n. 7. vol. 4.* Tiraq. *de nob. c. 10.* Gaillus *l. 2. obſer. 110. n. 80.* Oſuald. *l. 4. c. 19. litt. F.*

Ratio eſt, quia potius debet in homine conſiderari, 2
& præſumi illud, quod eſt ſecundum naturam, quàm quod eſt ſecundum accidens, *l. 3. ff de adquirenda poſſeſſione*, & cum natura prima in homine fuiſſet perfectiſſima, bona, & ad bonum, ab optimo, & perfectiſſimo Creatore ordinata, *c. naturalis 6. diſt.* quo duce nullo modo quis errare poteſt Cic. *l. 1. de officiis, & l. 1. de legibus*: juſta de cauſa lex ipſa ſtatuit, quemlibet ad beneficium, bonum & idoneum eſſe præſumendum, niſi contrarium probetur ut notat Gaillus, & Goncalez *ubi ſup.*

Primò obſtabit dicere, quod in beneficiorum electione 3
idoneitas hominis etiam extat in ætate, ſcientia beneficiorum pluralitate, *dict. c. cum in cunctis, de electione,* cũ ſuprà traditis, ſed in illis qui non præſumitur idoneus, niſi probetur juxta tex. *in c. ſuper ordinata, de præbendis, c. is cui, eodem tit. l.* ergo malè *in præſenti* in beneficiorum electione, quis præſumitur idoneus, niſi contrarium probetur. Sed in difficultate, omiſſis plurimis interpretationibus traditis ab Abbate *in præſenti, n. 7. in princip.* veriſſimè eſt dicendum, idoneitatem eſſe in duplici differentia: nam vel eſt intrinſeca, veluti caſtitatis, ſobrietatis; vel eſt extrinſeca; veluti ſcientiæ; ætatis, ordinis; prima enim intrinſeca idoneitas ſemper præſumitur in homine, cum quilibet bonus præſumatur, ut *ſup-*

diximus

diximus;& de hac idoneitate intelligendus eſt *textus noſter*: jura verò in argumento adducta, locum habent in idoneitate extrinſeca clericatus,vel ſcientiæ, quæ nunquã præſumitur,niſi probetur;notat Gl.in *c.ſi forte,verb. Scientiæ de elect.l.*6.Fel. *in præſenti,n.*2.Neque obſtabit ſi dixeris,textum noſtrum,etiam de idoneitate extrinſeca eſſe intelligendum,ſiquidem Innocen.III.ſcribit Archidiacono Mediolan.de Clerico ad beneficium eligendo:& cum dixiſſet de clerico, jam ſupponit illam extrinſecam Clericatus idoneitatem,in quo ad beneficium etiã idoneus præſumendus eſt, arg.tex.in *c. accipimus,de ætate, & qualitate*:quia licèt fateamur,quod quoad illud factũ, ſcilicet impetrationis, Clericus præſumatur,quia ita à Pontifice denominatus fuit; tamen quoad beneficii electionem non præſumitur Clericus: niſi de eo conſtet, cum bonitas extrinſeca ſit, quæ, ut ſuprà diximus, probetur, non ſi non præſumitur; notat Fel.*in præſenti n.* 2. *in fi.*

4 Secundò prædictis obſtat textus in *Clem.unica,de conceſſione præbendæ*,ubi Clericus,pro quo Pontifex reſcripſit,fuit in Curia examinatus, & idoneus in habilitate extrinſeca reputatus: attamen idoneitas extrinſeca,hoc eſt, examen vitæ,& laudabilis converſationis fuit commiſſum executori extra Curiam ita ut ei beneficium conferat, ſi illi de honeſta vita conſtiterit:ergo cum ibi idoneitatis intrinſecæ probatio deſideretur, non rectè ſuprà retulimus,impetrantem litteras ad beneficium,non teneri ſe probare idoneum: cum idoneus in prima idoneitate intrinſeca præſumatur. In cujus tex. difficultate, omiſſis plurimis interpretationibus, veriſſimè eſt dicendum,ideo in *d. Cl. unica*,deſiderari probationem illius idoneitatis intrinſecæ:quia ita executori Romanus Pontifex ſub illa conditione expreſſa reſcripſit:ſcilicet ſi ei conſtiterit electum vitæ laudabilis,&c. quo in caſu neceſſariò eſt probanda idoneitas,cum verba illa denotantia conditionem impleri debeant in ſpecifica forma,*l.quod hæredi* 44.*ff.de cond.& dem.*& cum Pontifex ita reſcripſiſſe ſignificet,ſe non adquieſcere præſumptionibus juris;nam ſi ei acquieviſſet,non mandaſſet, de idoneitate illa inquiri ſub tali expreſſa conditione:at verò quã lo Pontifex inquiri mandat ſub hac forma, *ſi idoneus eſt*, vel *ſi perſona fuerit idonea*.non eſt vera conditio, ſed quædam ſimplex admonitio,ut notat Zabarella in *d. Clem.unica,n.* 2. & 17. Fel. *in præſenti*, *n.* 33. Men. *de præſum. l.* 6. *c.* 91. *n.* Alciat. *eod.tract. reg.* 3. *præſumpt.* 1. *n.* 3.

5 Tertiò obſtabit dicere, quod ut quis benè, vel malè vivat, eſt quid facti, & facta non præſumuntur, niſi probetur;*l.in bello.ff.de captivis*:ergo bonus,ſeu vitæ honeſtæ quis præſumi non debet,niſi ita probetur. Cui ſcrupulo ſit ſatis ex eo, quod licet verum ſit, quod ea quæ facti ſunt,non præſumantur;tamen cũ homo à principio natura ipſa bonus ſit creatus,ſemper in facto bonus præſumitur,niſi contrarium probetur. Neque obſtabit, quod id præſumi non debet, ſiquidem omnes ſemper ſumus proclives ad malum,juxta tex.*in c.omnis ætas*, 12. *q.* 1. *c. proclives*, 20.*q.*3. & ſic naturã ipſam invitatricem vitiorum eſſe: quia dicendum eſt, ab initio hominem uti bonum à Deo creatum fuiſſe,*c.*1.*de ſummaTrinitate*:ac ideo alia qualitas contraria non præſumitur, niſi probetur: nam licet natura ipſa ſit proclivis ad malum, tamen gratia prævalet, & cum illa homo poterit ſe trahere ex libero arbitrio.notat Fel.*in præſenti,n.*16.Pechius *in c.ſemel malus.dub.*7.&10.Neque obſtat tex.*in c.ſi mala*,2.*q.* 4.ubi ſola ſuſpicio malitiæ abſque probatione ſufficit, ut quis tanquam malus à dignitate repellatur.Quia reſponderi valet,quod regula noſtri *tex.* ceſſat, quoties ex neceſſitate vitæ præcedentis aliud judicetur,cum in probatione mali ſufficiat:arg.tex. *in c.ſemel malus de regulis juris l.*6.ac ideo ei qui ſemel uti malus accuſatus fuit, juſtum eſt,ut à Dignitate arceatur,donec ſe purget,& meliorem oſtendat;ut in *d.c.ſi mala*: *c.*1.*& per totum de purgatione canonica*.Quo admiſſum eſt, ne ſacrificii miniſterio vituperetur,notat Petrus Pechius *ubi ſup.in fin.* Neque prædictis obſtat tex.*in c.cum in jure, de officio delegati*, ubi etiãſi quis bonus præſumatur, & dicat à Pontifice ſe delegatũ eſſe, ei nõ creditur,niſi literas delegationis oſtenderit. Quia ibi ei non creditur ex eo,quo agitur de præjudicio Tertii, quo in caſu bonus nunquam præſumitur niſi de eo conſtet:notat Oſuald. *l.* 24.*c.*19.*lit.E.* præcipuè cum ibi qualitas bonitatis exiſteret in vi, & poteſtate delegationis, quæ ut extrinſeca nunquam præſumitur,Felin. *in præſenti*, *n.* 21.

Quartò obſtat tex. in *l.*3.*C.de his qui veniam ætatis.* *l.* 6 *ex perſona,C.de probat. c.cum deſideres*,§. 2. *de ſententia excommuni.*ubi conſtat,quod in dubio potius cuis præſumi debet indignus quàm dignus.Sed hæc,& ſimilia jura parum obſtant,quia procedunt cũ agitur de animæ præjudicio,quo in caſu in deteriorem partem eſt præſumendum,ut indignus potius quàm dignus præſumatur excommunicatus,priuſquam fuerit abſolutus juxta tex.in *d. c.cum deſideres*;& *c.aliter*, 30.*q.*5. Gloſſ.*in c.iuvenis,de ſponſalibus*.Abbas plura refert in *c. de ſcrutinio*, *n.* 7. & an electio de indigno ſit nulla ipſo jure, an irritanda? plura refert Abbas *in præſenti*, *n.fi.* Felin.*n.* 30.& ordinarii omnes in *c. dudum* 22. *de electione.*

DE JUREJURANDO. Tit. XXIV.

Ad textum in cap. Ex adminiſtrationis 1. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Agi poteſt ad relaxationem juramenti cujus implementum turpitudinem continet ex parte ſuſcipientis.*

2 *Uſuræ omni jure naturali, divino, canonico, & civili ſunt prohibitæ.*
Nihil tam naturale eſt, quàm eo genere quidquid diſſolvere, quo colligatum eſt.

3 *Juramentum ad ſummum Deum referri debet, cui reddenda ſunt juramenta.*

4 *Uſuræ frequenter à laicis exercentur.*
Judex Eccleſiaſticus quamvis ſit incompetens quoad laicorum cauſas, tamen ex juſta cauſa competens efficitur.

5 *Lex civilis, & Princeps rectè poterunt impedire obligationem juramenti,quando illius materia poteſtati ſeculari ſubjecta eſt,cùm tunc juramenti non ſit relaxatio, ſed quoddam impedimentum obligationis à Principe impoſitum ratione materiæ ſibi ſubjectæ.*
Et ibi quoad juramenti relaxationem plura jura interpretantur.
Quoties de vi, ſeu validitate juramenti agitur, vel de ipſius relaxatione, tunc ejus cognitio ad ſolum Eccleſiaſticum judicem ſpectat.

6 *Juramenti remiſſio virtute juriſdictionis ad ſolum Pontificem ſpectat, virtute vero obligationis ſi Deo, & parti ſit præſtitum ab ipſa parte virtute obligationis remitti poteſt, non tamen juriſdictionis virtute.*

7 *Juſjurandum uſurarum ab Epiſcopo remitti poteſt, cum ex parte recipientis turpitudinem in ſe contineat. Idem in n.* 6.

CONCLUSIO.

AGi poteſt ad relaxationẽ juramenti, cujus implementum turpitudinem cõtinet ex parte ſuſcipientis. Conſonat tex.*in c.fin.de teſtib.cogendis*, *c. debitores* 6. *c. cum quidam* 11.§.*fin.cap. quanto* 18.*hoc tit.cauas, de uſuris*, *c.ad Audientiam, de iis quæ vi*: *c.*2.*de renunciatione*,*c. ſignificanti,de teſtibus.l.fi.ff qui & à quibus & l.*9.*tit.* 13. *p.*1.*l.*1.*tit.*2.*l.*8.*Ordinamenti*,Covar.*l.*1.*variar c.*4. *n.* 5. *verſi.Verum.*& in 4.1.*p.c.*5.*n.*1.& in *c.quamvis pactum, de pactis*,1.*p.*§.3.*n.*1. Ant.Gomez *tom.*2.*c.*14.*n.*21.Sanc. *de matrim.l.*1.*diſp.*32.*n.*18.& *in præcepta Decalogi l.*3. *c.*21.*n.*28.&*c.*19.*n.*1.Oſu.*l.*2.*c.*6.*lit.C.*

Ratio eſt noſtri textus, qui uſuræ omni jure, naturali, divino canonico, & civili ſunt prohibitæ, uti latè diſputat Præceptor noſter D. Joannes de Balboa *in præſenti à n.* 6. & 7. quæ prohibitio & turpitudo tantum inest ex parte creditoris recipientis, *c. debitores hoc tit.* unde ante diē ſolutionis debitor debet petere àcreditore relaxationem juramenti, cum ei ſit adquiſita obligatio, ſiquidem nihil tam naturale eſt quàm eo genere, quidquid diſſolvere, quo colligatū eſt, *l. nihil tã naturale ff. de reg. juris, c. omnis res*, 27. *q.* 2. *l.* 1. *C. quando liceat ad empt. diſcedere*, §. *fi. Inſt. quibus modis re contrahitur obligatio*; recuſante tamen creditore, adire debet Epiſcopum, qui tanquam Ordinarius compellat creditorem ad turpitudinis peccati, & juramenti relaxationem; aliàs propria authoritate poterit contravenire, *c. de uſuris*, *cap. cum quidam* 12. §. *fin.* cum aliis, *hoc tit.* Covar. *dict. l.* 1. *variar. c.* 4. *n.* 5.

Primò obſtat, quod juramentum ad ſummum Deum referri debet, cui reddēda ſunt juran ēta, ut docent textus in *cap. quãtumlibet.* 47. *diſt. cap. debitores*, ibi: *Cogendi ſunt reddere Domino juramenta.* &c. *c. etſi Chriſtus hoc tit.* ergo nec à creditore, nec ab alio, quàm ab ipſo Deo remitti juramenta poterunt. Cui difficultati, ut ſatisfaciamus, veriſſimè eſt dicendum, juramentum ad Deum referri, & ipſi reddendum eſſe: ſed tunc etiam Deo redditū dicitur cum à creditore, vel parte, in cujus favorem eſt præſtitum, ſolvitur, vel ſatisfactum eſt: undè ſi à parte, ſeu creditore remittatur, integra erit ſatisfactio, & Domino redditum dicetur; cum in promiſſione illa uſurarum, Deus non invocetur, uti principalis creditor, nec ut ſolutioni adjectus, ſed uti teſtis, vel fidejuſſor: unde cum remittente creditore obligationem, fidejuſſori ad nihil debitor obligatus ſit meritò ex illius remiſſione nulla injuria Deo irrogatur, ex eo quod poſtea non adimpleatur promiſſio: notant omnes *in præſenti*, & in *c.* 2. *de ſponſalibus*, & arg. textus *in l. fin. ff. qui & à quibus.*

Secundò obſtabit dicere, quod *in præſenti* debitor & creditor uſurarius laicus erat, & frequenter à laicis delictum illud committitur juxta tex. *in c.* 2. *c. quia in omnibus*, cum aliis, *de uſuris, c.* 1. *eodem tit. l.* 6. *Cl.* 1. §. *cæterum eodem tit.* ſed laicorum cognitio ſecularibus dumtaxat competit Judicibus, *c. quoniam*, 10. *diſt. c. novit. de judiciis*: ergo in præſenti *Greg.* non potuit creditores laicos ad remittenda juramenta compellere. Cui difficultati dicendum eſt, quod quamvis judex Eccleſiaſticus ſit incompetens quoad laicorum cauſas tamen ex juſta cauſa competens efficitur, & inter juſtas cauſas præcipua eſt peccati & juramenti, *d. c. nov. de judiciis*, & cum in præſenti conſiſtat peccatum, & juramentum in uſura omni jure reprobata, rectè potuit *Greg.* non tantum Clericos, ſed & laicos ad relaxationem juramenti compellere.

Tertiò ſolutioni obſtat tex. in *l. fin. ff. qui ſatisdare cogantur*, *l juriſgentium* 7. §. *ſi paciſcar. ff. de pactis. l. cumſeq. ff. de jurejurando*, *l. adigere*, §. *quamvis ff. de jure patronatus*, *l. fin. ff. ad municipalem*, *l. non dubium. C. de legibus*, in quibus juribus manifeſtè conſtat, Principes ſeculares, & Magiſtratus omnes de juramentis cognoſcere poſſe, & ea remittere; quod omnino eſt contra textum in *c. quanto* 18. *c. etſi Chriſtus, hoc noſtro tit.* Quorum jurium difficultati dicendum eſt, quod lex Civilis, & Princeps rectè poterunt impedire obligationem juramenti, antequam præſtetur, quando illius materia poteſtati ſeculari ſubjecta eſt. nam hæc juramenti remiſſio, non eſt relaxatio, ſed quoddam impedimentum obligationis à Principe impoſitum ratione materiæ ſibi ſubjectæ; & ita obtinet tex. in *d. l. fin. ff. ad municipalem*, & jura in argumento adducta, Covarr. in *c. quāvis pactum*, 1. *p.* §. 3. *n.* 11. at verò quoties de vi, ſeu validitate juramenti agitur, vel de ipſius relaxatione, tunc cum præcipuè agatur de quadam ſpirituali & divina obligatione, cujus abſolutio ad ſolam Eccleſiaſticam poteſtatem pertinet, non poterit laicus de ea cognoſcere, & ita obtinet tex. in *dict. cap. quanto* 18. *hoc tit.* Covarr. *ubi ſupra*, §. 3. *n.* 8. Barb. in *leg. l.* 1. *part. à n.* 77. *ff. ſoluto matrimonio*, Sanchez *in ſumma lib.* 3. *diſt.* 22. *n.* 6. *& ſeq.*

Quartò obſtabit dicere, quod illa poteſtas remittendi juramentum, ad Pontificem Maximum dumtaxat ſpectat *c. authoritatem*, 15. *qu.* 6. *cap ſi vero* 8. *c. verum* 15. *c. quanto* 18. *hoc tit.* elegans textus in *cap. venerabilis* 34. *de electione*, *cap fin. de foro competenti*, *l.* 6. ergo nec a creditoribus ipſis, nec ab aliis inferioribus Prælatis remitti, aut relaxari poteſt. Cujus dubii ſolutio pendet ex eo, quod quando juramentū continet promiſſionem homini factā, tunc ab ipſa parte remitti poteſt virtute obligationis, non tamen virtute juriſdictionis, *c. ad noſtram hoc tit.* ubi conſtat ex dictis in primo argumento; at verò quoad juramenti relaxationem virtute juriſdictionis, cum juramentum ſui natura validum eſt, à Pontifice dumtaxat remitti, & relaxari poterit, *dict. c. authoritatem.* 15. *q.* 6. at verò cum juramentum aliqua ex parte turpe, ſeu illicitū eſt vel ex parte creditoris tantum ab Epiſcopo pro officii munere, & dignitate, & pro bono publico remitti, & relaxari poteſt; juxta textum in *c. cum quidam*, §. *fin. c. Quintavallis*, cum aliis, *hoc tit.* uti inferius ſuis propriis locis dicemus.

Quintò ſolutioni obſtabit ſequens conſideratio: videlicet quod ſi jusjurandum ſui natura validum, à Pontifice dumtaxat remitti poteſt, conſequens eſſet, ut jusjurandum de uſuris creditori ſolvendis, quod ſui natura validum eſt, cum poſt ſolutionis diem obliget, *c. debitores hoc tit. verſ. Si vero*, non poſſet niſi à Pontifice remitti; at ſic eſt, quod ab Epiſcopo remittitur ex *noſtro textu*, & *ſimilibus*: ergo non ſolū à Pontifice. Cui conſiderationi dicendum eſt, quod etſi juramentūm de ſolvendis uſuris validum ſit, quo ad promittentem, quamdiù non conſtiterit de creditoris turpitudine; at verò cùm primùm creditor à debitore requiſitus eſt, ut remittat ante diem, & creditor recuſaverit, jam conſtat de turpi ejus animi intentione; quare ob eandem turpitudinem, Epiſcopus pro dignitate remittere poterit, uti *ſupra* diximus.

Ad textum in capit. Pervenit 3. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Propoſitum, aut promiſſum, non infringit, qui iſtud in melius commutat, nec tenetur is, qui promiſit, ſi aliter ex parte ſua non adimpleverit.*

2 *Invito creditori, licet aliud pro alio non ſolvatur, cenſetur tamen creditor in dubio conſentire ſolutioni, ſi expreſſè non contradixit.*

3 *Inter juramentum, & ſimplicem promiſſionem, quoad Deum, nulla eſt differentia.*
Votum de ingrediendo Religionem, melius, & perfectius omnibus eſt.

4 *Is qui juraverit uxorem ducere, non poteſt Religionem ingredi, antequam ducat, ne aliàs perjurium committat.*
Expenditur tex. in commiſſum, de ſponſalibus.

5 *Juramentum, quod ſervari poteſt abſque diſpendio ſalutis æternæ, debet præciſè obſervari.*

6 *Epiſcopalis ſtatus excellentior eſt Monachali. Intellige ut ibi.*

7 *Ceremonialia præcepta veteris Legis poſt Chriſti adventum omnino ceſſarunt.*
Expenditur c. fi. Levitici.

8 *Monacho profeſſo non licet ad Religionem etiam ſtrictiorem tranſire, niſi petita à Superiore licentia.*
Interpretatur tex. in c. licet, de Regularib.

9 *Liberatio obligationis non contingit, niſi ſolutione ejus, quod debetur: & quid in obligatione Deo debita? Intellige ut ibi.*

Secunda concluſionis pars.

1 *Juramenti vinculo non tenetur, qui promiſit, ſi alter ex parte ſua non adimpleverit.*

2 *Frangenti*

2 *Frangenti fidem non debet fides observari.*

3 *Fides semel præstita, etiam hostibus servari debet. Intellige ut ibi.*

Expenditur remissivè text. in c. quos Deo. 33. q. 5. c. innocens, 22. q. 4.

4 *Interpretatur tex. in* c. sicut 29. §. juramentum, de jurejur.

Periurus etiam dicitur, qui juramentum frangit, & variis pœnis divina, & humana ultione acriter punitur.

5 *Expenditur tex. in* l. 2. C. de rebus creditis, & de jurejur. vers. Jurisjurandi contempta religio satis Deũ ultorem habet.

CONCLUSIO.

1.p. NON *infringit propositum: aut promissum, qui illud in melius commutat.*

2.p. NEC *tenetur is, qui promisit, si alter ex parte sua non adimpleverit.*

1 Consonat tex. in *cap. ad nostrã 7. hoc tit. cap. mulier*, 22. *qu.* 4. *cap. beatus*, 22. *qu.* 2. *cap. scripturæ, cap. licet, de voto, cap. licet, de Regularibus, l. fin. ff. qui satisdare cogantur. l. 7. tit.* 8. 1. *p.* exornant Covarr. *in cap. quamvis pactum* 1. *part.* §. 4. *n.* 6. D. Thomas 2. 2. *qu.* 88. *art.* 12. Idem *in* 4. *dist.* 38. *qu.* 4. *art.* 4. Soto *l.* 7. *de just. & jure quæstion.* 4. *art.* 3. Navarrus *in manuali, cap.* 12. *num.* 63. Menoch. *de arbitrariis casu* 338. Suarez *l.* 6. *de dispensatione & communione voti, c.* 18. Sanch. *l.* 1. *de matrimonio, disp.* 46. *n.* 11.

2 Ratio primæ partis nostræ conclusionis est, quia quamvis invito creditore aliud pro alio solvi non possit, *l.* 2. §. *mutui. ff. si certum petatur: princip. Instit. quibus modis tollitur obligatio*, tamen ubi plus solvitur, licet aliud pro alio solvatur, censetur creditor in dubio consentire si expressè non contradixerit. Et quemadmodum creditor. in melius satisfactum dicimus, si integrum debitum illi in moneta magis pretiosa solvitur, *cap. intellecto* 33. *hoc tit. l plane, ff. familiæ herciscundæ*: Ita & juramentum Deo præstitum, quando illi offerimus aliquid pro anima, & peccatorum redemptione, adimpletum videbitur, si in meliori opere persolvimus, id est, jejunio, eleemosyna, peregrinatione, vel Religionis ingressu, *cap.* 1. & 2. *de voto*, Ita similiter jusjurandum propria authoritate in melius commutari potest, *d. c. scripturæ, c.* 1. *c. ex publico*, cum aliis *de conversione conjugatorum.*

3 Primò obstabit dicere, inter juramentum, & simplicem promissionem, quoad Deum nullam esse differentiam *cap. juramenti*, 22. *qu.* 5. sed simplex promissio non potest propria authoritate in melius commutari, *cap.* 1. *de voto*: ergo nec etiam juramentum. Cui difficultati responderi debet, quod inter juramentum, & votum nulla est differentia, ut quis possit propria authoritate in evidenter melius commutari; si verò dubium sit, an commutatio sit in melius; tunc consulendus est Superior, & ita obtinet text. in *d. cap.* 1. *de voto*, notant Covar. D. Thomas, & Navarrus *locis supra citatis*, Cajetanus 2. 2. *q.* 88. *art.* 12.

4 Secundò solutioni obstabit dicere, quod votum de ingrediendo Religionem, melius, & perfectius omnibus est, *cap. scripturæ, de voto*, sed is, qui juravit uxorem ducere, non potest Religionem ingredi, antequam ducat, ex textu difficili in *cap. commissum, de sponsalibus*: ergo nec etiam in melius, juramenti commutatio propria authoritate fieri potest? Cui difficultati dicendum est, quod is qui juravit uxorem ducere, prius debet juramenti promissionem adimplere, in *d. c. commissum*; ne aliàs perjurium committat; & postea si velit ante consummationem poterit Religionem ingredi: quia cum ex juramento illo obligatio fuisset cuasita parti, ei prius adimpleri debet, & postea si velit, poterit ex vi propositi, non voti, cum votum non emisisset ante consummationem, Religionem ingredi; notant Soto *in* 4. *dist.* 30. *qu.* 2. Thomas Sanchez *de matrim. l.* 1. *disput.* 43. *n.* 9. & 10.

5 Tertiò obstabit dicere, juramentum, quod servari potest absque dispendio salutis æternæ, debet præcisè observari, *cap. debitores, cap. ad nostram. cap. si vero*, cum aliis *hoc tit.* sed juramentum *in præsenti*, servari potest. sine dispendio salutis æternæ: ergo non debet commutari, sed in eadem specifica forma adimpleri. Cui dubio satisfieri potest ex eo, quod quamvis juramentum in præsenti, æternæ saluti non repugnet, cum omnia bona opera à nobis gesta reputentur satisfactoria, tamen is, qui in melius ea commutat, melius satisfacit nec exinde juramentum infringitur, immò melius adimpletur, uti *supra* diximus.

6 Quartò his omnibus obstabit, si quis posset in melius commutare juramentum, aut votum, posset is, qui Religionem voviset, Episcopatus dignitatem acceptare si ad illam electus, seu postulatus fuisset, antequam Religionem profiteretur, siquidem Episcopalis status excellentior est Monachali, *cap. nisi cum pridem*, §. *nec patres, de renunciatione, cap. licet, versic. Illi, de Regul. tribus*: at sic est, quod non potest, juxta tex. in *c. per tuas de voto*: ergo non potest quis votum in melius authoritate propria commutare. Pro cujus difficultatis solutione sciendum est, quod ad hoc, ut votum possit in melius propria authoritate commutari, necesse est, ut illud, in quod commutatur, sit ex omni parti evidenter melius, Deoque gratius, *d. c. scripturæ de voto*; unde quamvis status Episcopalis ex se excellentior Monachali sit, ex parte tamen acceptantis dubium est, an illius acceptatio sit gratior, arg. tex. *in c. fundia quippe. 2. qu.* 7. ideoque illud appetere non licet, *c. qui Episcopatum. 8. q.* 1. sicque meritò in *d. c. per tuas*, non licet voventi Religionem, ante petitam Superioris authoritatem, & ejus declarationem Episcopatum acceptare.

7 Quintò obstat *c. fin. Levitici*, ibi *Animal quod immolari potest Domino, si quis voverit sanctum erit, & mutari non poterit; id est, nec melius malo nec pejus bono*: ex quâ sacra authoritate evidenter colligitur, quod votum, nec etiam in melius mutari potest. Cujus sacri textus authoritas ex eo non obest, quia lex illa ad præcepta cæremonialia veteris Legis pertinet, quæ præcepta post Christi adventum omnino cessarunt, *cap. transl. to, de constitutionibus*; quare jam ad exemplum trahi non potest, notat Suarez *tomo* 2. *de Religione*; *lib.* 6. *cap.* 13.

8 Sextò obstat textus in *c. licet, de* Regularibus, ubi non licet professo transire ad Religionem strictiorem, nisi petita à Superiore licentia, quãvis sit in evidenti melius ac per consequens propria authoritate mutari votum non poterit. Cui dubio dicendum est, decisionem illius textus potius comprobare, quàm improbare nostrã sententiam; siquidem ex illa expressè docemur, sufficere petitã fuisse licentiam, etiamsi non fuisset obtenta; ac ideo rectè sequitur, posse propria authoritate votum in melius mutari: siquidem ibi Superioris licentia non desideratur ex necessitate, sed tantum ad utilitatem & honestatem, siquidem velle nolit, licitus erit transitus. Hoc tamen diversum est in jejunio à lege, vel à Confessario in Sacramento pœnitentiæ imposito, quod propria authoritate etiam in melius commutari non potest: quia talis obligatio non à se ipso, sed à voluntate Superioris emanavit: diversum tamen est in juramento, & voto, ut *suprà* dictum est.

9 Septimò obstabit dicere, quod liberatio obligationis non contingit, nisi solutione ejus, quod debetur, *l. 2. ff. si certum petatur: principio, Instit. quibus modis tollitur obligatio*: quod adeo verum est, ut etiam meliori re soluta non liberetur debitor invito creditore, *l. ult. ff. de usu, & habitatione*: ergo similiter qui Deo promisit, non liberabitur, aliam rem, etsi meliorem, præstando. Cui considerationi dicendum est, regulam prædictorum jurium procedere in obligationibus, & debitis hominis ab homine factis, in quibus nisi solutione ejus, quod debetur, debitor non liberatur, nisi volente creditore; unde cum in obligatione Deo per votum facta, rectè præsumatur satisfactum, si res melior quàm in voto contenta, soluta sit, ideo votum in melius mutari potest, & solutione altera debitor liberatur; quia creditor, hoc est Deus, non invitus, imò volens

lens ſolutionem, liberationemque admittit, quæ quidem eſt vera noſtri *tex.* ratio.

Secunda Concluſionis pars.

1 § *Non tenetur vinculo juramenti, is qui promiſit, ſi alter ex parte ſua adimpleverit.* Conſonat textus in *cap. inſtaelis*, & fere *per totam cauſ.* 28.*q.*2.*cap.ſicut* 29.§. *juramentum*, *ſupra hoc tit.leg.ſi convenerit* 18.*ff.pro ſocio*, *l. cum proponas* 21.*C.de pactis*, exornant Cujac.*in l.*1. & 4. *ff.de pactis*, Menoch.*de arbitrariis caſu* 326.*n.*26. Petrus Pechius *in regula mutare* 33.*à num.*5.*de reg.juris l.*6. Fachineus plures referens *l.*9.*controverſiarum*, *c.*48. Perez in *l.* 1.*gloſſ.* 1.*verſ.Dubitatur tertiò*, *tit.*8.*l.*4.*Ordinamenti*, *& in l.*18.*gloſſa* 1.*apud medium*, *tit.*19.*l.*8.*Ordinamenti*, & Scribentes omnes *in cap.*1.*& per totum tit.de treuga*, *& pace.*

2 Ratio deducitur ex illa vulgari regula, qua docemur, quod frangenti fidem non debet fides obſervari, *l.* 4.*C.de pactis*, *l.ſi convenerit*, *ff. pro ſocio*, tum etiam quia juramentum ſequitur naturam actus, cui adhæret, *leg.fin. C.de non numerata pecunia*, ſed is qui contrahit ſub ea mutua conditione, ea lege obligatur, ſi ab utraque parte ſit impleta conditio, argum. tex. in *l.legata* 41. *ff. de conditionibus*, *& demonſtrat.l. ſi nominatim.* §. *fin. eodem tit.* ergo uno ex promittentibus deficiente, alter teneri non debet.

3 Primò obſtabit, quod fides ſemel præſtita, etiam hoſtibus ſervari debet, *cap.nulli*, *verſicul. Fides*, 23. *qu.* 5. etiam altero non implente, *c.quod Deo*, 33.*qu.* 5. *cap. innocens* 23.22.*qu.*4.*l. conventionem* 5.*ff. de pactis*, *l.*1.§. *non fuit*, *ff. de dolo*, *cap.* 1. *&* 3.*de pactis*: ergo etiam altero non implente juramentum, alter obligatus manebit. Pro cujus difficultatis ſolutione diſtinctio eſt adhibenda inter obligationes puras, & conditionales, §.*omnis ſtipulatio*, *inſtit.de verborum oblig.* jura namque in argumento adducta locum habent in contractibus puris, quia is qui purè eſt obligatus, alterius violatione excuſari non poterit, cùm omni jure poſſit compelli ad implementum puri contractus, ſeu promiſſionis: nam ſibi debet imputare is, qui apertiùs legem non dixit, *l. veteribus C. de pactis*: at verò textus noſter, & jura pro ejus confirmatione adducta, procedunt in contractibus, & conventionibus reſpectivis, ſub conditione celebratis, in quibus cum primum alter ex promittentibus conditionem ruperit, evaneſcit conventio, nullaque manet obligatio. De interpretatione tex. in *d.c.quod Deo*, 33.*q.* 5.*d.c.innocens*, 22. *q.*4. videndus Præceptor noſter D. Balb. *in præſenti à n.* 92. *uſque ad finem.*

4 Secundò ſolutioni obſtat tex.*in c.ſicut* 29.§.*juramentum*, *hoc noſtro tit.* in cujus ſpecie juramentum purè præſtitum fuit, & tamen Innocentius III. reſpondet, jurantem ad ejus obſervantiam non obligari: ergo nulla inter conditionales, & puras obligationes conſtituitur differentia. In qua difficultate, omiſſa interpretatione Abbatis, Hoſtienſis, Joannis Andreæ, & Antonii Auguſtini 4.*collectione*, & in *notis ad eundem tex.* veriſſimè eſt dicendum, Joannem cum Henrico de pace, & amicitia tranſigentem, ſub illius conditione certam pecuniæ quantitatem Henrico ſoluturum juraſſe, deinde Henricum amicitiam violaſſe, injuſtumque bellum Joanni intuliſſe, boniſque eum ſpoliaſſe, compuliſſéque eundem Joannem ad jurandum ſe non repetiturum ablata bona; in qua ſpecie Innocentius III. à poſteriori juramento abſolvit prædictum Joannem, quia Henricus, quod promiſerat, non adimpleverat: nam ſecundum juramentum de non repetendis bonis ſpolio ablatis purum fuit, primum tamen de ſolvenda pecunia conditionale, ſub illa nempè conditione ſi Henricus fidem ſervaret; quare prædictam conditionem rumpente Henrico, conventio evanuit, uti conſtat ex *principio illius tex.*& ex *d.* §. *juramentum*, vide etiam notata in *c.*4.*&* 9.*hoc tit.*

5 Tertiò adverſus ea, quæ in præſenti nonnulli notant, videlicet etiam perjurum eſſe qui jusjurandum violat, & variis puniri, juxta textum in *leg.qui juraſſe* 26.*ff.hoc tit.* cum non tantum divina ultione, ſed etiam humana variis pœnis, & actionibus acriter punitur, juxta tex. *in l.ſervitute* 20.*cum duobus* 11.*ff.de dolo*, *l. Lucius* 11.*ff.ad iis qui notantur infamia*, *l.ſi duo* 13.§. *ff.de jurejurando*, *l.*1. *& ſi.ff.de crimine ſtellionatus*, de quibus latè disputat Ant. Pichar.*in* §.*item ſi quis poſtulante* 1. *de actibus à n.*120.*cum ſeq.* & Duaren.*ad tit.de jure jurando in* 2.*edit.*c.8. Sed his omnibus magnopere refragatur tex.*in l.*2.*C.de rebus creditis*, *& jurejurando*, in illis verbis: *Juris jurandi contempta religio ſatis Deum habet ultorem*, *&c.* In qua quidem jurium contrarietate, omiſſa opinione Donel.*li.* 24.*com. c.* 17. Oſuald. *ad eundem ibi*, *lit. L.*& Cujac. *li.*2.*obſerv.c.*19. *& l.*3.*c.*7. *& in l.* 1.*&* 2.*C. hoc tit. & l.*7. *obſerv. c.* 8. Ant. Fab.*in l.nam ſufficit* 22. *ff.de dolo*, *& l.*1.1.*conjecturarum*, *c.*19. Fach *l.*1. *contr. c.* 14. Duar.*l.*2.*diſp.c.*37.*& ad tit. de jurejurando in* 2.*edit.*c.8. Menoch.*l.*2.*de arbitrariis*, *caſu* 319. Covar. *in c.quamvis pactum*, 1.*part.*§.7.*n.*2. Revardi *l.*3.*variar.c.*3. Idem *l.*5.*c.*8. verior em exiſtimo, quam refert Ant. Pich. *in d.* §.*item ſi quis*, *à n.* 130. *cum ſeqq.* dum aſſerit dictionem illam, *ſatis*, malè ab Interpretibus acceptam fuiſſe, ſiquidem non denotat idem, *quod ſufficit*, ac ſi liſe, ſiquidem non denotat idem, *quod ſufficit*, ac ſi liceret, aliam ultionem præter divinam non habere, uti ceretur, aliam ultionem præter divinam non habere, uti vulgariter accipitur; ſed potiùs eo ſenſu ſumitur uti vulgariter accipitur; ſed potiùs eo ſenſu ſumitur uti plura jura accipiuntur, veluti *Multa* [illegible] *ut in l. Scio* 4.*verſ. Ne propter ſatis minimam rem ff.de in integrum reſtitutione minorum*, & in *l.ſi alius* 7.§.*belliſſime*, ibi: *Niſi ex magna*, *& ſatis neceſſaria cauſa.ff.quod vi aut clam*, *l.fin. verſ.Cum ſatis ff.ad Turpillianum*, quaſi ſenſus illorum verborum ſit, quod quamvis Deus ſatis, multùm, & valde ultor ſit juriſjurandi contemptæ religionis, tamen omni jure ſolet graviſſimis ſuppliciis hujuſmodi crimen vindicari; ſimiliter etiam apud Gentiles, ſi quis Principis venerationem pejeraverit, ampliùs quàm ſi per Deum pejeraſſet, puniebatur, cùm fuſtium pœna, & crimine læſæ majeſtatis teneretur, ut in *leg. ſi duo* 13. §. *ult. de jurejurando*: tamen hanc pœnam, tantumqe tunc rigorem Alexan. Severus, Auguſtus in *d.l.* 2.*C.de jurejuran. & in l.*2.*C.ad legem Juliam majeſtatis*, temperavit, auferendo fuſtium pœnam, & crimen læſæ majeſtatis; cæteras verò pœnas in perjuros ſtatutas, de quibus in juribus *ſuprà* adductis mentio habetur, in ſuo ſtatu firmas, & ſtabiles eſſe, nec dictis conſtitutionibus eſſe ablatas, eruditè, & noviter animadvertit Ant. Pich. *in d.*§. *item à n.* 135. *uſque ad fin. tex.*

Ad textum in cap. Ego 4. cap. Nullus 5. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopi conſecrationis tempore obedientiæ juramentum Pontifici præſtare debent, nec poterunt à Clericis exigere, niſi ab habentibus adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum.*

2 *Vaſſalli Domino feudi, fidelitatis, & obedientiæ juramentum præſtare debent.*

3 *Juramentum fidelitatis, ſeu ſubjectionis pro adminiſtratione, vel officio Superioribus præſtatur.*

4 *Expenditur tex. in* c. quamquam, 23. diſt. c. cum in Eccleſiis, de majorit. & obed.

5 *Interpretatur tex. in* c. nimis 30. hoc tit.

6 *Interpretatur textus in* cap. quanquam omnes, 23. diſtinctionib.

7 *Formula juramenti obedientiæ Pontifex à Principe, vel ab Epiſcopo præſtanda refertur in* cap. ego 4. de jurejur. cap. tibi Domino, 63. diſtinct. cap. juxta ſanctorum, 93. diſtinct.

8 *Juramentum obedientiæ variis temporibus, variiſque perſonis præſtari ſolitum erat. & quid hodie obſervetur.*

9 *Juramentum fidelitatis non ſolum dignitati Pontificiæ, ſed etiam perſonæ debetur, expreſſo Pontificis nomine, cui obedientia præſtanda eſt.*

10 *Epiſcopus*

10 *Episcopus in Regia legatione prius occupatus, si ab Archiepiscopo posterius fuerit citatus, tenetur obedire legationi Principis.*

Interpretatur text. in cap. cùm parati 19. de appell.

11 *Exponitur text. in* c. fin. in princ. de juram. calumniæ.

CONCLUSIO.

1 *Episcopi consecrationis tempore, juxta formam in præsenti præscriptã, Pontifici Maximo jurare debent. Nec Episcopus poterit exigere à Clericis juramentũ illud, nisi habẽtibus administrationẽ rerũ Ecclesiasticarũ.* Consonat text. in *c. ea te* 22. *hoc tit. c. quanquam* 32. *dist. c. de fama, cap. fin.* 22. *q.* 5. *dudum*, el segundo, *vers. Sed cum in jure, juris de elect. c. cum Clerici, de verb. signific. c. fin. de reg. in antiquis, c.* 1. §. *verum, de statu Regularium l.* 6. exornant Oxeda *de incompatibilitate beneficiorum* 1. *p. c.* 5. *n.* 2. *& sequent. & c.* 6. *n.* 3. Cuccus *li.* 2. *tit.* 6. *n.* 415. Petrus Greg. *l.* 15. *Syntagmat. c.* 12. *à n.* 1. Anastasius Germonius *de sacrorum immunitatibus, l.* 3. *c.* 21. *à n.* 30. Rodoan. *de rebus Ecclesiæ à n.* 51. Azevedo *in l.* 21. *tit.* 7. *l.* 3. *Recopilationis*, idem Anastasius Germonius *de indultis Cardinalium*, *in fin.* Augustinus Barbos. *de officio, & potestate Episcopi, part.* 3. *allegation.* 111. *n.* 41. ubi plures refert.

Ratio est, quia sicut habentes feudum à domino, tanquam vassalli, fidelitatis, & obedientiæ juramentum præ-
2 stare debent, juxta text. in *c.* 2. *in princ. si de investitura inter dom. & Vassall. controv. & c.* 2. *de consuetudine recti feudi.* sic similiter Episcopi, cùm eorũ institutio, & destitutio, cõfirmatio, & consecratio ad Pontificẽ dumtaxat pertineat, *c. omnes*, cum aliis, 22. *dist.* meritò justum est, ut illi etiã jurent de fidelitate, & obedientia, iuxta formam *in præsenti* propositã, cùm nemo sine Superiore in Ordine esse possit, *c. nulla* 93. *dist. c. cum non liceat, c. cum ex officii, de præscriptionibus*, nam Ecclesia Catholica sẽper curat imitari triumphantẽ Ecclesiã in qua cœlestis in Ordine hierarchia est, tanquã castrorũ acies ordinata: *Canticorum, c.* 6. Paulus 1. *ad Corinthios. c.* 12. & ad Ephesios *c.* 4. *c. Clericis*, 21. *distinct. cap. perlectis*, 25. *distinct.* Trident. *Session.* 23. *de Sacramento Ordinis, cap.* 4.

Primò obstabit dicere, quod aut hoc juramentũ præ-
3 statur ratione universalis subjectionis, & tum etiam laici jurant, *c. cuncta, c. per principalem*, 9. *q.* 3. aut præstatur ratione Ecclesiastici fori, & tunc omnes Clerici jurare debent eisdẽ juribus, aut ratione Ordinis in subjectione, & tunc etiãm Clericus Episcopo jurat, *c. quanquã*, 23. *dist. c. ut Clerici* 19. *de verbor. signific.* & etiam Episcopus Archiepiscopo, *c. dilecti de majoritate, & obedientia, c. super. de rebus Ecclesiæ: c. Romana, de censib. l.* 6. ergo non rectè in præsenti ad Episcopos dumtaxat refertur. Pro cujus difficultatis solutione, animadvertendũ est, juramẽtũ hoc nõ præstari pro subjectione universali, & sic laicos nõ cõprehẽdi; nec etiam pro Ecclesiæ foro, & ideò nec Clericos Pontifici Maximo, nec etiã pro Ordine, ac ideò nec Clericos Episcopo, nisi pro administratione, vel officio, *c. nullus* 5. *hoc tit.* sed tantũ pro consecrationis munere Episcopi Põtifici jurare debẽt, cum cõsecrationis tempore ordinandi potestatem à Pontifice accipiant, *c. transmissam* 15. *de electione.*

4 Secundò, distinctioni, & solutioni obstabit, nã Clericus pro susceptis Ordinibus, etiã absque officii administratione ab Episcopo recepta, jurare debet de subjectione Episcopo præstãda, juxta tex. in *c. quanquam*, 23. *dist. c. cum in Ecclesiis, de majoritate, & obedientia.* In qua difficultate, omissa Glossæ solutione, in *d. c. nullus*, verissimè est dicendũ, illud *Concilii Toletani* decretũ eo in tẽpore observari: quod ita necessariũ fuit, quia Clerici suspecti erant de obedientia Episcopo præstanda; postea tamen per desuetudinem fuit sublatum: quia exinde etiã sequeretur, alieno Episcopo Ordines conferenti obedientiam juraturos esse Clericos, ab eo Ordines suscipientes, cõtra Sanctorum Patrum decreta, in *c. nullus* 1. & 2. *q.* 2. *c.* 1. *c. significasti, de foro competenti*, nec professio fidei relata in *d. c. quanquam*, exigitur nisi à beneficiario, juxta formam traditam in *Motu proprio* Pii IV.

5 Tertiò solutioni obstabit dicere, quod Clericus laico, etiã pro feudo, & re temporali poterit obedientiæ juramẽtum præstare, juxta tex. in *c. transmissam, de foro competenti, c. nimis* 30 *hoc tit.* ergo à fortiori Clerici Episcopo pro Ordinum potestate, & receptione. Cui difficultati dicendum est, quod Clericus laico de fidelitate neutiquã jurare poterit, nisi in casibus à jure expressis, juxta tex. in *c. diligenti, de foro competenti*; causa autem est pro feudo & tunc non tantũ Clericus, sed etiam Episcopus, de re feudali jurare, & litigare co. ã laico debent, tanquã ab eo administrationẽ habentes, *c. de forma*, 22. *q.* 5. *c.* 1. *de forma fidelitatis, c.* 1. *de nova forma fidelitatis, in usibus feudorum*, quod non tam authoritate legis Cæsareæ, *c. imperialium*, §. *præterea, de prohibita feudali alienatione per Federic.* quàm approbatione legis Pontificiæ, juxta tex. in *c. cæterum, de judiciis, c. ex transmissa, c. verum, de foro competenti*, ubi latè diximus.

Quartò, solutioni obstabit tex. *in c. quanquam omnes*, 6
23. *dist.* ubi Clerici juramentũ Episcopo præstant. Cujus tex. difficultati, omissa Glossæ interpretatione *ibi*, dum asserit id procedere ex administratione commissa, uti in nostro *tex.* quæ tanquã divinatoria convincitur, siquidem *ibi* nullũ verbum administrationis reperitur, verissimè est dicendum, tex. illum non loqui de ulla juramenti præstatione, sed de quadam simplici promissione, quam Clericus in ordinatione præstare tenetur, uti constat ex illius tex. verbis ibi: *Solet enim plus timeri, quod singulariter pollicetur, & c.* notant Tiraq. *in legib. connubialibus. glos.* 7. *n.* 124. & 168. hodie verò statim juramentum fidei præstãt, & electi intra duos menses, juxta form ã præscriptã in Conc. Trid. *sess.* 24. *c.* 12. *de reform.* Barb. *in coll. in d. c.* 4.

Quintò obstabit dicere, quod Romanis Pontificibus, 7
aliis diversis modis & formulis præstatur juramentũ, uti constat ex tex. in *c. tibi domino*, 63. *dist. c. juxta Sãctorum*, 93. *dist.* etiam ab Episcopis, *c. fin. de Ecclesiis ædificandis*: ergo frustra in præsenti illa juramenti formula præscribitur. Cui dubio dicendum est, tex. nostrũ intelligi debere de juramento præstito ab Episcopo; at verò tex. in *d. c. tibi domino*, & similia jura locum habent in juramento, quod præstatur ab Imperatore Pontifici, ex eo videlicet, quod cõsecrationẽ, & potestatem à Pontifice accipiat, meritò ratione officii, muneris, vel administrationis, diversa formula cõstituitur, uti ejus effectus cõstat in *Clem. unica, de jurejuran.* ex nostro *tex.* & in *d. c. fin. de Eccles. ædificand.*

Sextò, his omnibus obstabit tex. *in c. dilecti, de majori-* 8
tate, & obedientia, ubi Episcopus tenetur præstare juramentum fidelitatis Archiepiscopo: ergo non Pontifici. In qua difficultate, omissa solutione Glossæ finalis *in præsenti*, Panormitani, Imolæ, & Felini; verissimè est dicendũ; tria esse hujus juramenti tẽpora; primum fuit Greg. III. in *nostro tex.* quo tempore Põtifici fiebat, cum Episcopatuum provisio ad ipsum solum spectabat, ipséque Episcopos consecrabat, aut illorũ consecrationẽ aliis committebat, *c.* 1. *& 2. dist.* 22. quare eo in tempore, fidelitatis juramentum Pontifici fiebat. Secundũ tempus fuit Greg. IX. authoris tex. in *d. cap. dilecti, de majoritate & obedientia*, quo tempore, Episcopatuũ provisio ad Ecclesias Cathedrales, *c. cum terra spectabat, c. Eccl. vestra, c. Cumana, c. congregato*, cum aliis, *de elect.* & hoc tempore Metropolitanus confirmabat Episcoporũ electionem, ab eóque petebatur consecratio, *c. suffraganeis* 11. *c. cum dilect.* 32. *de electione*, quo tẽpore Episcopi exempti, & immediatè Pontifici tantùm subjecti, ipsi juramentum præstabant: Episcopi verò suffraganei Metropolitano suo jurabãt, & ita obtinet tex. in *d. c. dilecti, de majoritate, & obedientia.* Tertium & ultimũ tempus fuit, quo Põtifices sibi reservare cæperunt Cathedralium Ecclesiarũ provisiones, quod initium habuit ab Innocent. VIII. juxta *Regulam secundã Cancellariæ Apostolicæ*, unde cùm hodie Pontifex Ecclesiis Cathedralibus provideat; & etiam jure Patronatus Hispaniarum Regis, Episcopos ab eo electos, & præsentatos confirmet, & consecret, vel aliis consecrationem committat, ideò etiam hodie juramentum obedientiæ fidelitatis Pontifici fieri debet, uti & olim fiebat.

Septimò obstabit dicere, quod hoc juramentũ succes- 9
sori in Pontificatu præstari non debet, siquidem semel præstitũ dignitati Pontificiæ, quæ perpetua est, similiter etiã perpetuum erit, arg. text. in *c. quoniã Abbas, de officio delegati.*

delegati. Cui difficultati dicendum est, tex. in *d. c. quoniam*, adaptari non posse ad nostrum *text.* siquidem forma juramenti in præsenti proponitur, videlicet non tantum fieri debere Dignitati, sed etiam personæ, expresso Pontificis nomine, cui juratur, uti constat ex nostro *textu*, ibi: *Domino meo Papæ Celestino, &c.* & ita similiter est interpretandus tex. in *c. si gratiosè de rescriptis, in* 6. videndus est etiam tex. in *c. veritatis, de dolo, & contumacia.*

10 Octavò contra nostrum tex. & ejus juramenti formulam, ibi: *Vocatus ad Synodum veniam &c.* Obstatit tex. in *c. cum parati* 19. *de appellationibus*, ubi notant omnes Episcopum in Regia legatione occupatum (etsi ab Archiepiscopo posterius ex juramento obedientiæ fuerit citatus) teneri obedire legationi Principis, & ita accusatum reputari. Cui dubio dicendum est, quod si mandatum Regis præcesserit mandatum cujusque Prælati, citra Pontificem, obtemperandum est Regi, dummodo ab ipso teneat regalia, id est, bona feudalia à Principe seculari, & ita obtinet textus *in cap.* 2. *de judiciis*, in argumento.

11 Nonò contra nostram text. *in vers. fin.* ibi: *Et hæc sancta Evangelia.* Obstabit tex. in *c. fin. in princ. de juramento calumniæ*, ubi cavetur Episcopum non teneri tactis Evangeliis jurare, *c. si quis presbyter*, 2. *q.* 5. Pro cujus difficultatis solutione dicendum est, causas graves ab illa regula exemptas esse, & illas, in quibus id expressè exigitur, uti *in præsenti* Panorm. *in d. c. fin. de juram. calumn.* de homagio, & feudo, vide Scribentes *in Clem. pastoralis*, §. *denique, de re jud.*

Ad textum in cap. Debitores 6. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Usuras si debitor promiserit, ad illarum solutionem cogi non debet, nisi juraverit: & si solverit, repetere potuerit.*
2 *Assignatur ratio.*
3 *Usuræ à jure Civili permittuntur. Intellige ut ibi.*
4 *Expenditur Deuteronomii* cap. 23. *ibi*: Non fœnerabis fratri tuo, sed alieno.
5 *Interpretatur Deuteronomii* cap. 28. *ibi*: Fœnerabis gentibus multis, & à nemine fœnus accipies. *Et Lucæ* c. 6. *ibi* Mutuum date nihil inde sperantes, *Lucæ* c. 19. *ibi*. Quare non dedisti pecuniã meã ad mẽsam, cum ego veniẽs cũ usuris utiq; exegissem eã, &c.
6 *Interpretatur tex. in* c. debitores de jurejuran. vers. In quibus se obligaverit, &c. quanto, de usuris.
7 *Expenditur tex. in* cap. naviganti, de usuris.
8 *Illustratur tex. in* c. debitores de jure jur. *in prima & secunda ejus parte, &* cap. super eo, de usuris.
9 *Qui causam damni dat, damnum fecisse videtur. Intellige ut ibi.*
10 *Juramentum sequitur naturam actus, cui adhæret. Intellige ut ibi.*
11 *Scienter indebitũ solvens, donare præsumitur; ac ideò, qui solvit quod ob turpem causam promisit, non repetit,*
12 *Qui sic solvit, ut statim repetere possit, solvisse nõ videatur. Expenditur tex in* l. qui sic 55. ff. de solutionibus.
13 *Usuræ variis modis jure nostro prohibentur.*

CONCLUSIO.

PRima conclusionis pars probat, *debitorem usuras promittentem, ad illarum solutionem cogendum non esse.* Secunda probat, quòd *si debitor solvere juraverit compellendus est ad usurarum solutionem.* Tertia, quod *si debitor* 1
usuras solverit, potuerit repetere. Consonat tex. in *c. quia in omnibus*, 3. *c.* 4. *c. tuas* 13. & ferè *per totum tit. de usuris, c. significante* 7. *de pignoribus, c. ad nostram* 7. *c. cum contingat, c. licet mulieres, hoc tit. li.* 6. *c. quamvis pactum, de pactis l.* 6. *l.* 13. *tit.* 13. *p.* 1. *l.* 1. *tit.* 2. *l.* 8. *Ordinamenti*, exornant Covar. in *c. quamvis pactum*, 1. *part.* §. 2. *n* 4. & 3. *p. c.* 17. *n.* 7. & *l.* 4. *variarum, c.* 1. *n.* 2. Sylvester *in summa*, verb. *Usura*, Anastas. Germon. *l.* 3. *de sacrorum immunitatibus. c.* 21. *n.* 178. Sanchez *l.* 1. *de matr. disp.* 32. *à n.* 1. Fachineus *l.* 3. *controvers. c.* 13. Pichard. *in* §. *actionum* 28. *de actionibus*, q. 8. *à n.* 5. Cujacius *in l. constitutionum* 29. *C. de usuris*, Ant. Fab. *de erroribus, decade* 9. *errore* 9. *cum sequentibus*, Don. *l.* 13. *c.* 10. 11. & 12. ubi Osuald. plures referens.

Ratio primæ partis est, quia etsi usurarum promissio, & obligatio valeat, ad subveniendum necessitati, ex *d. c.* 1. *hoc tit.* & ex nostro tex. ibi: *Quibus se obligaverant*, tamen cùm primũ creditor petit, vel exigit, jam suã turpitudinẽ detegit, cui exactioni lex Pontificia, divina, & humana resistit, *Lucæ, c.* 6. *Exodi c.* 22. constat ex toto *tit. de usuris*, & ex *l. improbũ, C. ex quibus causis infamia irrogetur*; itaque debitor ad illarum solutionẽ cõpellendus non est. 2

Ratio secundæ partis est, quia ea est vis, & excellentia juramẽti, ut actus sui natura infirmos, firmos, & efficaces reddat; quare etsi creditoris turpitudine, usurarum obligatio efficiatur inefficax; tamen debitoris promissio jurejurando fulta, eam efficacẽ reddit, argũ. tex. in *c. ad nostram* 7. *c. si vero* 8. *c. cum contingat*, cum aliis, *hoc tit.*

Tertiæ partis decidendi ratio est, quia usurarius tenetur ex vi justitiæ usuras restituere, cum locupletetur cum alterius jactura, contra regulam *l. nam hoc natura* 14. *ff. de condictione indebiti*, nam rem alienam cum proximi injuria retinere nequit, *c. quia in omnibus, cap. super eo, c. cum tu*, cum aliis, *de usuris, cap. quanquam, eodem tit. lib.* 6.

Primò adversus primam nostri tex. partem, illiusque de- 3
cidendi rationem obstabit dicere, quod usuræ jure Civili permissæ sunt, *l.* 1. *& seq. ff. de usuris, l. eos, C. eodem*, ac per consequens debitor ad illarũ solutionẽ teneri debet. Cui difficultati, omissa controversia disputatiũ, quænam usuræ jure civili permissæ fuissent, an omnes, an hæ tãtum, quæ exigebantur vel ratione moræ, vel interesse lucri cessantis, aut damni emergentis, & his similes, verè dicendum est, usuras olim receptas fuisse tanquam licitas, jureque Civili probatas, atque ideò, ut Ecclesiastici Prælati hunc errorem tot legibus antiquis firmatum penitùs delerent, usurarum iniquitatem, tot juribus, & rationibus damnatum authoritate sua prohibuerunt, quibus in omni foro omninò stare debemus, omissis juris Civilis dispositionibus.

Secundò, solutioni obstat illud *Deuteronomii c.* 23. ibi: 4
Non fœnerabis fratri tuo, sed alieno, ex quo constat etiã jure divino usuras esse permissas. Cui difficultati satisfaciendum est ex eo, quia populo Hebræo permissum erat usuras exigere à Chananæis, qui alienigenæ dicebantur; hocque illis propter majus malum vitandũ permittebatur; cùm Chananæi Hebræos spoliassent, & injustè etiam detinebant terram populo Hebræo à Deo promissã, qua de causa permissum fuit Hebræis ab injustis possessoribus usuras exigere. Notat Felic. *de censib. l.* 1. *c.* 15. *n.* 17. Ita similiter est interpretandus text. in *c. ab illo*, 14. *q.* 4. ubi ideò usuræ de jure Pontificio permittuntur, propter compensationem damni ab hoste injustè illati: nam etsi usura ultra sortem merè lucrativa, sit prohibita; tamen cõpensatoria, cùm nec injustitiam, neque iniquitatem contineat, permissa est, ut sic reputari possit id quod injustè ablatum est, uti notat Turrecremata *in d. cap. ab illo.*

Tertiò, solutioni obstat alia *Deuteronomii* authoritas, 5
c. 28. ibi *Fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies.* Cui difficultati dicendũ est, verbũ illud, *Fœnerari*, accipi posse dupliciter, vel in bonam, vel in malã partẽ, in malã, uti improbũ fœnus, *l. improbum, C. de usuris*, in bonã, uti est mutuum absque usura; in qua quidem acceptione sumitur in d. *Deuteronomii* authoritate: quod & suadetur aliis divinis authoritatibus, *Lucæ cap.* 6. ibi: *Mutuum date, nihil inde sperantes.* Ecclesiastici *c.* 29. ibi: *Fœnerare fratri tuo tempore necessitatis.* Neque etiã obstat illud novi Testamenti testimonium, *Lucæ, c.* 19. ibi: *Quare non dedisti pecuniã meã ad mensã, cumego veniens cum usuris utique exegissẽ illã*: ex quibus verbis probari videtur in novo Testamẽto, lege divina, usuras permissas esse: quia dicẽndũ est, quod illa divina authoritas intelligi debet metaphoricè de usura spirituali sanctorũ operũ, rã quemadmodũ mercatores propter pecuniã lucrũ diligentissimè fœnerãtur, ita & nos propter Regnũ Cælorũ negotiari debemus solicitè bonis operibus, Deo adjuvãte, quod fœnus spirituale appellatur in *d. c.* 19. notat Felic. *d. l.* 1. *de censib. c.* 15. *n.* 18. versic. *Nec obstat.*

Quartò

6 Quartò, obſtant verba noſtri text. ibi: *In quibus ſe obligaverant*, ex quibus conſtat uſurarum promiſſionem valere, & promittentem abſque juramenti vinculo ad earum ſolutionem adſtrictum eſſe: nam aliàs non diceretur obligatus. Cuius difficultatis ſolutio ex ſuprà traditis pendet: nam etſi debitoris promiſſio intra ſuos terminos licita ſit; tamen cùm primum conſtiterit de creditoris petitione, & turpitudine; inefficiax efficitur promiſſio; nam ei lex Pontificia reſiſtit: quare debitor ad earum ſolutionẽ cogi non debet, ex *ſuprà* traditis. Nec obſtat textus in *c. quanto, de uſuris*, ex eo, quod ibi dicitur, quod Iudæi a Chriſtianis immoderatas uſuras extorſerint, à contrario ſenſu colligunt, & notant omnes moderatas uſuras permiſſas videri: quia dicendũ eſt, quod argumentum à contrario ſenſu non valet, quoties in jure contrarium deciſum eſt, præterquam quòd ibi verba non ſunt diſpoſitiva, ſed narrativa tan tũ: videndus Anania *in d. c. quãto, de uſuris.*

Quintò obſtat text. in *c. naviganti, de uſuris*, ubi etiam
7 ſi periculum adſit ex parte creditoris in re mutuata, non eſt licitum aliquid ultra ſortem recipere, cùm tamẽ illud nauticum fœnus propter periculum, quod creditor in ſe ſuſcepit, permiſſum ſit, juxta tex. in *l. 1. l. in nautico*, cum aliis, *ff. de nautico fœnore*. Cuius text. difficultati dicendum eſt, illius deciſionem locum habere, quando is, qui mutuum præſtat, conſuetus eſt fœnerare, ob quod, periculum ſimulat, ubi non eſt; ſicque quamvis generaliter loquatur, ad hanc tantum ſpeciem reſtringi debet, Morla *in emporio, q. 25. in tit. 8. de rebus creditis, à n. 21.*

8 Sextò, huic primæ text. parti obſtat ſecunda pars, ex qua conſtat, quod ſi quis illicitas uſuras ſolvere promiſit, & juramenti Religione promiſſionem confirmaverit, tenetur juramentum adimplere, & uſuras ſolvere; quod iuramentum, tanquam turpe, adimpleri non poterat: ergo aut tenetur debitor ad ſolutionem, aut ſi non debet teneri, neque etiam debent juramento adſtringi, tanquam de re turpi facto. Pro cuius difficultatis ſolutione dicendum eſt, juramentum, in ſecunda noſtri text. parte, præſtitum non fuiſſe contra bonos mores; nam licèt mutuans ſub uſuris mortaliter peccet; attamen qui pecuniam ſub uſuris accipit, nil facit turpe, ſubveniendi propriæ neceſſitati cauſa atque ideò peccato uſurarum non involvitur, & ſic ad juramenti implementum teneri debet, quamvis poſtea poſſit uſuras, tanquam indebitè ſolutas, repetere. Nec ſolutioni obſtat text. in *c. ſuper eo, de uſuris*, ex quo colligũt aliqui Interpretes, quod mutuum accipiens mutuantis crimine involvitur, etiamſi magnæ neceſſitatis cauſa uſuras accipiat: veluti pro redimenda vita captivi. Nam dicendum eſt, omiſſa Abbatis, & Hoſtienſis interpretatione in *eodem text.* quod ex illius text. verbis, & mente, apertè conſtat loquutum fuiſſe Pontificem, non de mutuum accipiente, ſed de creditore ſub uſuris mutuante; apertiúſque id conſtat ex Anton. Auguſtino *in prima collectione Decretalium lib. 5. tit. 15. cap. 3.* explicat rectè Præceptor noſter D. Balboa *in commen. ad hunc text. n. 11.*

9 Septimò, prædictis obſtare videtur illa vulgaris juris regula, qua docemur, quod is qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur, *l. qui occidit* 30. §. *in hac*, cum *l. ſeq. l.* 52. §. *in clivo, ff. ad legem Aquiliam, c. de cætero* 11. *de homicidio*: & quamvis debitor non peccet uſuras promittendo, peccabit tamen eas ſolvendo, cùm creditori præſtet cauſam turpitudinis: ergo nec ex vi juramenti debitor eas ſolvere tenebitur. Pro cuius difficultatis ſolutione dicendum eſt, regulam prædictam locum obtinere in iis, quæ cauſam proximam damno præſtant, non verò in his, quæ tantum præſtant cauſam remotam, uti in noſtro *text.* quæ propriè non cauſa, ſed occaſio dicitur; nam is qui ſubveniendæ neceſſitatis cauſa uſuras juramento promittit, neceſſitati ſuæ conſulere vult, non cauſam peccandi præſtare; ideóque meritò Pontificia lex non curat de illa remota cauſa, propter neceſſitatem promittentis; qui quamvis propter vinculum juramenti teneatur ſolvere, creditor tamen non poterit uſuras recipere, ex *juribus*, & rationibus adductis.

10 Octavò his omnibus, & ſecundæ noſtri textus parti obſtabit dicere, quod juramẽtum ſequitur naturam actus, cui adhæret, *l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſoribus, l. fin.* cum vulgatis, *C. de non numerata pecunia*; ſed uſuræ jure naturali, divino, & poſitivo prohibitæ ſunt, ex ſuprà traditis in ratione decidendi: ergo juramentum de ſolvendis uſuris præſtitum, erit omnino inefficax. Cui difficultati ut ſatisfaciamus, animadvertendum eſt, quod quamvis veriſſimum ſit, juramentum naturam actus ſequi, cui adhæret, turpéſque contractus non ſuperare; tamen cùm juramentum abſque peccato adimpleri poteſt, uti in noſtro *textu*, illud adimplere neceſſe eſt; ſiquidem contractus, qui ſine juramento invalidus erat, etiam poſt juramentum invalidus remanet, & ideò poſt ſolutionem uſurarum, adhuc debitor repetere poteſt; cùm tantùm juraſſet ſolvere, non tamen non repetere; & ita ſequitur naturam contractus, notant omnes *in præſenti*, & in *d. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſoribus, l. 1. & 2. C. de pignoratitia actione*, & in *c. ſi verò, c. hoc verum, hoc tit.* & in *c. cum contingat*, cum aliis, *eodem*, & in *authenica, Sacramenta puberum, C. ſi adverſus venditionem*, explicat rectè Præceptor noſter D. Balboa *in præſenti, à num. 126. uſque ad finem.*

Nonò tertiæ noſtri *textus* parti obſtabit dicere, quod 15
quando quis ſcienter indebitum ſolvit, donare præſumitur, *l. Campanus. ff. de operis libertorum, l. 1. ff. de condictione indebiti, l. indebitum*, cum aliis, *C. eodem, l. ſi per errorem, ff. de reg. juris*, cum traditis à Menochio *de arbitrariis, caſu* 88. unde is qui ſolvit, quod ob turpem cauſam promiſit, non repetit, quia donaſſe præſumitur, *cap. in pari, de reg. juris, lib. 6. l. 4. ff. de condictione ob turpem cauſam*: ergo ſimiliter debitor, qui uſuras indebitas ſolvit, repetere non poterit, cùm donaſſe eas præſumatur. Cui difficultati dicendum eſt, ex illa uſurarum ſolutione donationem non præſumi: nam etſi is, qui ſcienter ſolvit, donaſſe præſumatur, ex *dictis juribus*; attamen regula illa ceſſat, quoties quis aliqua juris neceſſitate coactus ſolvit; ideòque debitor, qui uſuras juramento promiſſas ſolvit, non præſumitur donandi animo ſolviſſe, ſiquidem non ſponte, ſed vinculo juramenti compulſus ſolvit. Notat Menochius *de præſumptionibus, lib. 3. cap. 32. numer. 9.*

Decimò obſtabit dicere, quod is qui ſic ſolvit, ut 16
ſtatim repetere poſſit, ſolviſſe non videtur, *l. qui ſic* 55. *ff. de ſolutionibus*, præterea quia creditor, licet petere poſſit uſuras, exceptione tamen doli ſubmoveri poterit: nam dolo facit is, qui petit quod ſtatim reſtituturus eſt, *l. dolo facit. ff. de reg. juris. l. non videtur capere* 52. *ff. eodem. l. dolo* 8. *ff. de exceptione doli mali*; ergo debitor, nec ſolviſſe, nec juramentum impleviſſe *in præſenti* dicemus. Pro cuius dubii intelligentia ſciendum eſt, textum in *dict. l. qui ſic* 55. docere, non eſſe propriam ſolutionem, cuius commodum creditori non accedit, quod textui noſtro non obeſt: quia diſpar eſt ratio, nam debitor ex jurejurando non ſolvit uſuras creditori, ut illarum commodum recipiat, ſed ut ſolutione illa periurium evitare poſſet; quare poſt ſolutionem, ceſſante iam periurii periculo, poterit debitor uſuras à debitore turpiter receptas repetere, ex *ſuprà* traditis.

Vndecimò adverſus id, quod textus noſter docet, 17
nempe cogendum eſſe debitorem ad ſolvendum, uti periurium vitetur, quamvis poſtea ei repetitio competat; obſtabit dicere, quod faciliùs ſuccurri poterat debitori per relaxationem juramenti, juxta text. in *c. 1. hoc tit.* ergo ſuperflua videtur noſtri text. doctrina, & hucuſque reſoluta. Sed hic tamen nodus facilè ex eo diſſolvitur, nam cum jus Canonicum uſuras ſemper arcere intendat, ideo variis remediis iniquæ earum exactioni conſulere voluit, uno modo, per relaxationem juramenti ante ſolutionis diem; quæ relaxatio, vel à parte, vel ab Epiſcopo petẽda eſt, *d. c. 1. hoc tit.* at verò, die ſolutionis adveniente & non facta juramenti relaxatione, forte propter debitoris negligẽtiam, non audietur debitor, niſi ſolvat, etſi poſt ſolutionem repetere poſſit, ut in noſtro *textu*; & ſic variis modis hoc intenditur, nec ideò hæc iura inter ſe contrariantur, Div. Thom. 2. *t. q.* 98. *art.* 4. videndus eſt etiam textus difficilis in *leg. 1. §. cum prædium 2. & 3. ff. de pignoribus, & l. creditor* 42. *eod.* cui obſtat *l. eleganter, §. ſi vendi-*

derit ff. eodem, de quorum concordia, videndus Genua *in legum conciliatione, fol. mihi* 220. Reliqua, quæ huic commentario pertinent petenda erunt ex his, quæ inferiùs dicemus ad textum *in cap. ad noſtram 7. hoc tit.* & *ad titulum de uſuris.*

Ad textum in cap. Ad noſtram 7. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Creditor ex re ſibi pignorata fructus percipiens, eos in ſortem principalem imputare debet, deductis expenſis: aliàs uſurarius erit.*

2 *Fructus pignoris lucro debitoris cedunt; ſiquidem res pignorata tantum datur, ut jus creditoris ſecurius ſit, cum dominium pignoris tam utile, quàm directum penes debitorem remaneat.*

3 *Maritus abſque ullo uſurarum metu poteſt ex re pignorata pro non ſoluta dote fructus percipere, nec eos in ſortem principalem computare tenetur.*

Interpretatur textus in capit. ſalubriter, de uſuris.

4 *Expenditur text. in* l. ſi creditor 60. §. inter maritum, ff. mandati.

5 *Interpretatur text. in* cap. ad noſtram 7. verſ. Deinde, de uſuris.

6 *Creditor ob mutuatam pecuniam, verè & juſto titulo pignus poſſidet. Intellige, ut ibi.*

7 *Expenditur textus in* cap. 1. de feudis, cap. conqueſtus, de uſuris, cap. 1. quibus modis feudum amittatur.

8 *Illuſtratur textus in* l. ſtichum 97. §. ſi creditor 8. ff. de ſolutionibus, *cum* l. Titia 48. ff. eodem, l. ſi pignore 22. cum ſuis §§. digeſtis de pignorat. actione.

9 *Creditor tantum tenetur fructus ex re pignorata perceptos in ſortem computare; non verò quos percipere potuit.*

Interpretatur text. in l. 3. C. de pignoratitia action. l. 2. C. de partu pign.

10 *Expenditur text. in* cap. 1. verſ. Niſi forte, de uſuris.

11 *Illuſtratur text. in* l. cum debitor 8. ff. in quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacitè contrahat, l. is qui 11. §. 1. ff. de pignorib. l. ſi à lege, Cod. de uſuris.

Antichreſis pignus ea lege contrahitur, ut fructus in ſortem non computentur, ſed pro uſuris percipiuntur.

12 *Illuſtratur textus in* l. ſi ea pactione 14. Cod. de uſuris.

13 *Expenditur remiſſivè text. in* l. 1. § 1. & 2. ff. de pignoribus, & l. eleganter, §. ſi vendiderit, *cum* l. creditor, ff. de pignorat. action.

CONCLUSIO.

1 *CReditor ex re ſibi pignorata fructus percipiens, eos in ſortem principalem imputare debet, deductis expenſis, alias uſurarius erit.* Conſonat textus in *cap. 1. cap. 2. cap. conqueſtus* 8 *cap. ſalubriter* 16. *de uſuris, cap. ad noſtram, de emptione, & venditione, cap. illos vos, cap. cum contra, de pignorib. l. 1. & 2. C. de pigneratitia actione, l. 1. Cod de diſtractione pignorum, l. ex prædiis* 11. *Cod. de uſuris l. 2. Cod. de partu pignoris, l. ſi dominium* 9. *C. de pignoribus, l. Titia* 38. *ff. de ſolutionibus, l. 2. tit.* 13. *part.* 5. *l. 1. tit* 2. *lib.* 8. *Ordinamenti l.* 4. *tit.* 6. *lib.* 8. *Compilationis*, exornant Socinus *regul* 3. *per totam*, Petrus Gregor. *lib.* 22. *ſyntagmat. cap.* 5. Covarr. *lib.* 3. *variarum, cap.* 1. *à nu.* 3. Gurtierrez *de juramento confirmatorio* 3. *part. cap.* 6. Fachineus *lib.* 1. *controverſiarum, cap.* 6. Anton. Fab. *de erroribus, decade* 9. *errore* 5. 6. & 7. *decade* 81. *errore* 2. *in fine*, Cuiac. *lib. ſingulari reſponſorum, Marcelli, in l. Titia* 48. *de ſolutionibus*, & *lib.* 1. *reſponſorum Scævolæ, in l. creditor* 60. §. *ſi inter maritum, ff. mandati*, Donel. *in l.* 1. & 3. *de pignoratitia actione*, Oſuald. *lib.* 14. *capite tertio, litera B.*

Ratio eſt, quia fructus pignoris lucro debitoris ce- 2
dunt, ſiquidem res pignorata tantum datur, ut jus creditoris ſecurius ſit, non verò ut aliud commodum ex illa creditor percipiat, quia dominium pignoris tam utile, quàm directum, ſemper penes debitorem remanet. *l. pignus* 9. *Cod. de pignoratitia actione, dict. l. cum & ſortis*, §. *pignus, ff. eodem*: unde ſi creditor fructus perceptos in ſortem non computaverit, uſurarius erit; cùm lucrum abſque uſurarum labe, ultra ſortem principalem, ratione mutui percipere non poſſit; & ſic in ſortem computari debent, cum jam ex legitima fructuum perceptione præſumatur pecunia à debitore ſoluta, *cap. ſi fœneraveris*, 14. *quæſt.* 3.

Primò obſtat textus in *cap. ſalubriter, de uſuris*, in 3
cuius ſpecie cavetur, poſſe maritum abſque ullo uſurarum metu, ex re pignorata pro non ſoluta dote, fructus percipere, nec teneri eos in ſortem principalem computare. Cuius deciſionis difficultas tollitur ex eo, quia ibi ideò hoc admiſſum fuit ſpecialiter in marito, ut ſic recuperare poſſit damnum, quod patitur interim, dum ſibi dos non fuerit ſoluta; nam cùm ea ſit dotis natura, ut illius emolumentum lucro mariti cedat pro ſublevandis oneribus matrimonii, quæ maxima ſunt, uti ex *eodem textu in fine* conſtat, meritò itaque ſi dos ſoluta non ſit, poterit maritus ex re pignorata fructus percipere. Nec obſtabit dicere, ſolutionem hanc textui adaptari non poſſe; cùm ex ipſiuſmet verbis, ibi: *Pro numerata dote*, colligi videatur, dotem iam ſolutam, & numeratam fuiſſe. Quia verba illa, licet de præterito loqui videantur, intelligenda ſunt de futuro, ac ſi diceret: *Pro numeranda dote.* Notandum tamen eſt, quod ſi fructus, quos perceperit ex re pignorata, redditus dotis excedant, & ultra damnum, quod patitur extendantur; tunc quod exceſſerit, in ſortem principalem computare tenebitur, nec id percipere liberè poterit ultra dotem promiſſam, etiamſi maiores expenſas, quàm dotis quantitas expoſtulet, fecerit; cum non poſſit facere niſi eas, quæ ſecundum principalem ſortem fieri debere appareat; notant omnes in *dict. cap. ſalubriter.* Covarruvias *dict. libro tertio variarum, cap.* 1. *num.* 3.

Secundò huic ſolutioni, & ſententiæ obſtat textus 4
in *l. creditor* 60. §. *ſi inter maritum, ff. mandati*, ubi ſi ſocer genero interim quo dos non fuerit ſoluta, integras dotis uſuras promiſerit, & gener non integras in uxoris ſuſtentationem conſumpſerit, id quod ſupereſt, ſocer non repetit, nec gener in ſortem principalem computare tenetur. Cui difficultati ſatisfaciendum eſt ita, quia id admiſſum fuit ibi, propter expreſſam partium conventionem; nam etſi ſtricto juris rigore, ſi pactio facta non fuiſſet, id quod ex uſuris ſupereſt, gener in ſortem principalem computare deberet, ut uſurarum labe immunis remaneret; tamen cùm ex pacto illo onus matrimonii in ſe gener ſuſcepit, quemadmodum ſi quid deficeret, ipſe ad ſupplementum tenetur, ita ſimiliter quod ſupereſt, illius lucro cedere debet, quod uſura non eſt, ſiquidem ſecundum naturam eſt, commoda cuiuſque rei, cum ſequi, quem ſequuntur incommoda, *l. ſecundum naturam* 10. *ff. de regul. juris.*

Nec ſolutioni obſtant ultima illius *textus* verba, ibi,
ſi ſocer mandaverit marito uxorem alere, & ei præſtiterit integras dotis uſuras, pater mandati actione repetere poterit omne id, quod maritus ex uſuris percepit, ultra uxoris ſuſtentationem. Quia dicendum eſt, diſcrimen verſari inter primam, & ſecundam conventionem; nam in prima, ſocero repetitio non competit; quia maritus onus alendæ uxoris in ſe ſuſcepit: in ſecunda verò repetit, quia maritus non ſuo, ſed patris nomine onera matrimonii ſubiit, tanquam illius procurator; quare cum tunc ad patris periculum onus alendi pertineat, conſequens eſt, quod uſuras ſuperſtites poſſit

poſſit repetere; notat Cuiac. *li. 1. reſponſorum Scævolæ, in dict. l. creditor*, §. *ſi inter*, Anton. Faber *in Rationali ad eundem* §.

5 Tertiò obſtat noſter *text.* in verſ. *Deinde*, ex quo probatur, creditorem fructus ex re pignorata percipere poſſe. Cui difficultati dicendum eſt, nullum ibi uſuræ crimen committi, quia creditor ſemper fuit proteſtatus, ſe pecunia, quam mutuaverat, contentum eſſe; & ſic fructus non auferuntur debitori, ſed differuntur tantum, dum juramentum in ſpecifica forma adimpleatur, hoc eſt, donec pecunia numeretur; & ſic uſura non contrahitur, quia hoc non conſiſtit in ſola fructuum perceptione interim facta, ſed in mera fructuum adquiſitione: ideóque rectè Pontifex reſpondit, illam fructuum perceptionem compenſationis vitium non habere, quia de quantitate ad ſpeciem contra partium conſenſum, ſolutio ſeu compenſatio non admittitur, juxta textum in *l.* 2.§. 1. *ff. de rebus creditis*, quæ interpretatio deducitur ex integra Antonii Auguſtini *in prima Decretalium collectione ad noſtrum textum.*

6 Quartò obſtabit dicere, quod creditor ob mutuatam pecuniam, verè, & juſto titulo pignus poſſidet, *l. per ſervum* 37. *ff. de adquirendo rerum dominio*, *l.* 1.§. *per ſervum. ff. de acquirenda poſſeſſione*, *l. ſi pign.* 37. *de pignorat. actione*, cum traditis ab Valentia *illuſtrium tractatuum, tract.* 2. *cap.* 11. ſed fructus rei poſſeſſæ ad eum pertinere debent, qui juſto titulo rem poſſidet, *l. bonæ fidei emptor* 48. *ff. de adquirendo rerum dominio*: ergo fructus pignoris creditor abſque ullo uſurarum metu percipere poteſt, cum juſto titulo rem poſſideat. Cui conſiderationi facilè ſatisfieri poteſt ex eo, quia tunc verum eſt, bonæ fidei poſſeſſorem fructus ſuos facere, quoties rem nomine proprio poſſidet; ſecus verò, ſi alieno, quo caſu ei adquiruntur cuius nomine poſſidet: quia ipſe nec adquirere ſibi, nec uſucapere unquam poteſt, *l. pignori* 13. *ff. de uſucapionib.* Anton. Fab. *de error. 3. tom. decade* 61. 62. & 63. unde cum fructus rei pignoratæ ad verum pignoris dominum pertinere debeant, ideò licet creditor poſſideat, non tamen fructus adquirere valet. Quæ doctrina ſimiliter procedit in præſtatione juris patronatus, juxta text. in *cap. cum Bertholdus*, *de re judicata*, de cuius interpretatione, & conciliatione, cum *cap. ex literis*, *de jure patronatus*, ſuo loco propriùs agemus, licet huc etiam trahi poſſint.

7 Quintò obſtat textus in *cap.* 1. *de feudis*, *cap. conqueſtus de uſuris*, ex quibus conſtat, quod ſi Eccleſia, vel Dominus rem feudalem à feudatario in pignus acceperit, fructus rei feudalis percipere poſſit, nec in ſortem principalem debet eos computare. Pro cuius ſolutione, veriſſimè dicendum eſt, id ita admiſſum eſſe ex propriis juris principiis, quia cum rei locatæ dominium directum penes Eccleſiam, ſeu Dominum feudi remaneat, cumque utile, quod in locatorem tranſiit, per pignoris conſtitutionem revertatur ad illos, meritò fructus tanquam ex re propria percipi poterunt, abſque uſurarum metum, cum utrumque dominium conſolidatum ſit. Nec obſtabit dicere, feudum in pignus dari non poſſe, juxta textum *in cap.* 1. *quibus modis feudum amittatur*: quia textus ille procedit quando feudum extraneæ perſonæ pignoratur: ſecus verò ſi ipſo domino, ut *in cap.* 1. *de feudis*, notat Curtius Junior *in tractatu de feudis*, 4. *part. tit. ex quibus cauſis feudum amittatur.*

8 Sextò, obſtat textus *in l. ſtichum* 95. §. *ſi creditor* 8. *ff. de ſolutionibus*, ubi ſi Titius Mævii debitoris hæreditatem poſſederit, & fructus perceperit, non liberantur fideiuſſores Mævii, cum ex illa fructuum perceptione ſolutio facta quoad reum principalem non videatur: Cui dubitationi dicendum erit, ideò in *dict.* §. *ſi creditor*, non compenſare creditorem in debitum principale, quidquid hæres ille putativus ex hæreditate percepit, quia non videtur ſibi ſolviſſe ex ea hæreditate quæ ab ipſo evicta eſt: ideóque cum remaneat debitum principale fructus non compenſat, nec liberantur fidejuſſores: quod ſi igitur creditor reditus perceptos reſtituere recuſaret, eſſet verus uſurarius: nam ſi aliquid ultra ſortem perceperit, uſurarius erit. Nec huic contraria eſt *lex, Titia* 48. *ff. de ſolutionibus*: ubi ſi mulieri bona hæreditatis in pignore, quoad dotis ſecuritatem conceſſa ſint, quidquid ex hæreditate percepit, compenſare tenetur. Quia text. ille loquitur de muliere, quæ proprio & legitimo jure bona mariti, loco pignoris bona fide poſſidebat, ex edicto Prætoris; quare meritò fructus in ſortem principalem dotis compenſare tenetur, vel in uſuris, ob dotem retardatam; notat Cuiacius *lib. ſingulari reſponſorum Marcelli*, *in dict. l. Titia.* Omitto hic interpretationem ad text. in *l. ſi pignore* 22. & ad textum in § *ſi prædo*, & in §. *idem Papinianus*, *ff. de pignoratitia actione*, de quibus latè diſputat Anton. Faber, *in Rationalibus ad eadem jura*, & *de erroribus decade* 81. *errore* 1. & 2. Cuiac. *lib. 2. quæſtion. Papiniani*, *in l. ſi urbana* 55. *ff. de condict. indeb.*

9 Septimò adverſus id, quod communiter notant omnes *in præſenti*, nempe creditorem tantùm teneri fructus ex re pignorata perceptos in ſortem computare; non verò, quos percipere potuit, juxta textum in *l.* 2. *Cod. de pignoratitia actione*, quod etiam docet textum *in cap.* 1. & 2. *cap. conqueſtus* 8. *de uſuris*, cùm de illis tantùm teneatur malæ fidei poſſeſſor, ut *ſuprà* diximus *in cap. gravis*, *de reſtitutione ſpoliatorum*, obſtabit textus in *l.* 3. *C. de pignoratitia actione*, *l.* 2. *Cod. de partu pignor.* ex quibus colligi videtur, quod non ſolùm fructus percepti, ſed etiam qui percipi potuerunt in ſortem principalem imputari debent. in qua jurium diſcordia, omiſſa *Abbatis* interpretatione in *cap.* 1. *de uſuris*, *à num.* 5. veriorem eſſe exiſtimo, quam refert Donel. *in dict. l.* 3. *Cod. de pignoratitia actione*, dum aſſerit, quod cum quærimus, an fructus, qui percipi potuerunt cedant lucro creditoris? diſtinguendum eſt, an id fiat ad effectum pignoratitiæ actionis, ut creditor rem cum omni cauſa recuperet; an verò ut creditor ex illis non perceptis, uſurarius ſit: nam in primo caſu, non ſolum de perceptis, ſed de percipiendis etiam tenetur, ut in *d. l.* 3. *C. de pignoratitia actione*, in ſecundo verò, cùm quæritur, an creditor fructus, quos percipere potuit, in ſortem teneatur computare, ne uſurarius dicatur? tunc veriſſimè eſt dicendum, uſurarium non eſſe, cùm uſura ſolum propter lucrum ultra ſortem adquiſitum committatur, non verò adquirendum; & ita eſt interpretandus *text.* noſter.

10 Octavò obſtat textus in *cap.* 1. *verſic. Niſi forte*, *de uſuris*, ubi conſtat, quod ſi prædium ad Eccleſiam pertinens, eidem Eccleſiæ ſit in pignus datum, fructus ex eo percepti ad Eccleſiam pertinent, nec in ſortem debent computari. Cuius textus difficultas ex eo diſſolvitur, quia deciſio *iſtius* ſpeciali de cauſa procedit: videlicet cum Eccleſiæ bona, quæ beneficio Eccleſiaſtico deputata erant à laico injuſtè detinebantur, iſque cauſâ pignoris ipſi Eccleſiæ, ſeu Clerico, ad quem beneficium pertinebat, tradit, quo in caſu, fructus ſibi adquirit, non ratione lucri, ſed proprio jure, ut rem, quam injuſtè amiſerat, recuperare poſſit, notat Abbas *in cap.* 1. *de uſuris*, *ad finem.*

11 Nonò obſtat text. in *l. cum debitor* 8. *ff. in quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacite contrahatur*, *l. is qui* 11. §. 1. *de pignoribus*, *l. ſi ea lege*, *Cod. de uſuris*, in quibus conſtat, quod ſi quis domum acceperit cauſa pignoris, fructus quos percepit ex habitatione, vel locatione, in ſortem non debet computare. Cui difficultati dicendum eſt, jura illa procedere in pignore antichreſis, quod pignus ita expreſsè, vel tacitè contrahi poteſt, notat Cujacius *lib.* 8. *obſervationum*, *cap.* 17.

12 Nec ſolutioni obſtat textus in *l. ſi ea pactione* 14. *C. de uſuris*, ubi Mævius, qui ædes in pignus accepit ea lege, ut eas habitaret uſurarum vice, ſi eas locaverit, & ex mercede locationis pluſquam uſurarium legitimus modus exceſſerit, in ſortem imputare tenetur; ſi verò eas habitaverit, etiamſi ea habitatio pluſquam legitima vſura æſtimetur, non imputabit in ſortem, & conventio valebit. Quia dicendum eſt, textum illum loqui in pignore antichreſis ex conventione expreſſa; ſecus verè eſſet in

tacita in qua tantum legitimus modus usurarum antichresis servatur: veluti sextans; notat Cuiac. *in princ. C. de pignoratitia actione*, de qua antichresis pignore, latè tractat Antonius Faber *de erroribus, decade 9. errore 5. cum tribus sequentibus*, Gaillius *lib. 2. pract. observat. 3. per totam*, Alciatus *lib. 2. disputationum cap. 3.* Rodriguez *de annuis redditibus, libro 2. quæstion. 10. num. 1.*

13 De interpretatione textus in *l. 1. §. 2 ff. de pignoribus*, videndus est Cuiacius *libr. 11. responsorum Papiniani in dictis §§.* Et de interpretatione textus in *l. eleganter, §. si vendiderit, ff. de pignoratitia actione*, & conciliatione, cum *leg. creditor, ff. eodem*, videndus erit Genua, *legum Conciliatarum, fol. mihi 120.*

Ad textum in *cap. Si verò 8. cap. Verum 15. hoc nostro titulo.*

DE materia horum jurium latè à nobis est actum in *cap. 1. & 2. de his quæ vi.*

Ad textum in cap. Quanto 18. hoc nostro titulo.

SUMMARIUM.

1 *Princeps poterit ex suprema potestate, justâ subsistente causa, absque populi consensu, monetam semel cusam mutare.*

2 *Princeps totius mundi Dominus appellatur.*
Extrinseca in moneta, fuit mutata æstimatio à Philippo IV. invictissimo Hispaniarum Rege anno 1628. & anno 1639. & 1641.

3 *Moneta à jure gentium humana necessitate cogente inventa fuit.*
Id quod omnes tangit debet ab omnibus approbari.
Monetæ usus licet à jure gentium sit inventus, tamen eius valor, & quantitas à Principe est constitutus.
Populus in Principem omne imperium, et potestatem transtulit.

4 *Expenditur textus in* cap. quanto 18. de jurejurand. *ibique Regni Aragoniæ historia summariè refertur, & in num. 5.*

5 *Refertur Salomonis authoritas,* cap. 10. *ibi,* pondus, & pondus, mensura, & mensura, utrumque abominabile est apud Deum.

6 *Monetæ valor, si fuerit mutatus, an attendatur in redemptione census tempus contractus, an verò redemptionis? remissivè discutitur.*

CONCLUSIO.

1 *POterit Princeps ex suprema potestate, justa subsistente causa, absque populi consensu, monetam semel cusam mutare.* Consonat textus in *cap. cum canonis, in fine, cap. cum olim, in fin. de censibus, Clem. 2. de decimis, l. cum quid, in fin. ff. si certum petatur, l. eleganter, §. qui reprobos, de pignoratitia actione, l. creditor 102. ff. de solutionibus, vers. Jussu præsidis sublata est, l. 1. & 2. Cod. de veterum numismatum potestate, libro undecimo, l. 1. Cod. de ponderatoribus auri illati, & ad tit. Cod. de auri publici persequutoribus, lib. 10. l. 1. & per totum tit. 21. lib. 5. Recopil.* exornant Covar. *de veterum numismatum collatione, cap. 7. num. 5.* Petr. Gregor. *lib. 36. syntagm. cap. 2. num. 26.* Robert. *lib. 1. rerum judicatarum, cap. 16.* latè Felician. *tom. 2. de censib. li. 4. cap. unico,* Cuiac. Joannes de Platea, & Lucas de Penna *in dict. l. 1. C. de veter. numismat. potestate,* Antonius Faber, *in Jurisprudentia Papin. tit. 2. princip. 4. illatione 3.* & in *lib. de num. debitorum solutione,* Menochius *de arbitrariis, casu 116. num. 47.* plurèsque alii, quos refert Osual. ad Donel. *lib. 16. comment. cap. 9. litera C. & M.* Corrasius *lib. 3. miscellanearum, cap. 13. num. 2.* D. D. Joannes Baptista de Larrea *novarum decisionum Granatensium tom. 1. disputation. 12. per totam.*

Ratio est, quia Princeps Dominus totius mundi appellatur, *l. deprecatio, ff. ad legem Rhodiam, de jactu*; 2
& quemadmodum, justa subsistente causa, Princeps poterit subditos quantumvis invitos & reluctantes, rerum suarum dominio privare, juxta textum *in leg. si venditor, §. si constat, ff. communia prædiorum, l. unica, §. sed & quia, Cod. de Latina libertate tollenda*, sic similiter ex justa, & rationabili causa, poterit Princeps, etiam quantumvis populo contradicente, novam monetam cudere, vel jam cusam, augendo, vel minuendo, mutare; juxta textum *in cap. 1. quæ sint Regalia, in usibus feudorum, l. 1. tit. 21. lib. 5. Recopilationis*, vidimusque à Catholico Rege nostro Philippo IV. mutationem diminutionis monetæ pro dimidia parte factam anno Domini 1628. & anno 1636. augmentum fieri in quadam moneta in triplici quantitate, & in anno 1640. in duplici extrinseca æstimatione cusam; videbùntque venturi plura de hac re, quæ jam parata præsumuntur.

Primò obstabit dicere, Principem absque consensu populi, non posse monetam mutare ex eo, quia à 3
jure Gentium humana necessitate cogente moneta inventa fuit, *l. 1. ff. de contrahenda emptione.* Augetùrque difficultas: quia monetæ usus omnibus communis est; ac per consequens, cùm ex mutatione non solum ad Principem, sed etiam populo commodum, vel incommodum pertineat, dicendum videtur, populi consensum, in mutatione, vel in augmento monetæ desiderari, ex illa vulgari regula, qua docemur, id, quod omnes tangit ab omnibus approbari debere, *cap. quod omnes, de reg. juris lib. 6. cap. cum omnes, de constitutionibus, cap. ad hæc 7. in fin. de officio Archidiaconi*: ergo non rectè affirmamus ex *nostro textu* Petrum Regem monetam semel cusam mutare posse. Quibus difficultatibus satisfaciendum est ex eo, quia quamvis monetæ usus à jure Gentium inventus fuit, modus tamen circa illius valorem, & quantitatem à Principe constitui, & determinari debet, à quo naturalia jura interpretationem accipere valent, argum. text. *in l. jus civile 6. ff. de just. & jure*; ideóque Princeps rectè absque juris Gentium læsione monetam mutare, vel minuendo, vel augendo illius valorem poterit. Nec ex eo, quod ad populum ex hoc commodum, vel incommodum sequatur, indiget Princeps illius consensu; quoniam ex quo populus potestatem suam, omnéque imperium in Principem transtulit, *l. 1. ff. de constitutionibus Principum, §. sed quod Principi, Institut. de jure naturali*, omnem potestatem à se abdicavit, quam in Principem transtulit; & sic Princeps sicuti cætera, quæ ad gubernationem populi spectant, ita etiam poterit monetam, etiam sine consensu populi, mutare, Covarruv. omninò videndus, *ubi supra, cap. 7. numer. 6.*

Secundò solutioni obstat textus noster, ibi: *Tuum animum induxerunt, ut jurares, &c.* Ex quibus verbis 4
constat responsum fuisse ad Innocen. III. Regem illum, de quo ibi, ex illa jurata promissione non fuisse adstrictum, monetam usque ad illud tempus observare: quia deceptus fuit à Consiliariis; cum populi consensus deesset, ad quem illa monetæ conservatio pertineret; & ideò juramentum illud, tanquam de re aliena, inutile fuit; juxta textum *in cap. veniens 19. hoc tit.* quare Consiliarii in præsenti, potiùs *decep-tores*, quàm *consiliarii* appellantur. Cui dubitationi, omissa solutione, quam refert Covarr. *ubi supra, à num. 5.* dicendum est, nostri textus decisionem loqui, intelligendumque esse in particulari specie; nempe in Regno, & Rege Aragoniæ Petro II. in quo Regno

Princeps

Princeps non retinet eandem potestatem, & jurisdictionem, quam cæteri Reges obtinent; nam illius potestas regulariter restringitur, juxta foros, privilegia, libertates, & exemptiones illius Regni, uti constat ex formula ejus coronationis, ad quem populus non integram jurisdictionem transtulit, sed apud se plurima reservavit privilegia, inter quæ, & illud est, ne possit mutare monetam inconsulto populo; meritò hoc exemplum ad cæteros Principes trahi non debet: de hac tamen Principis Aragoniæ coronatione, & illius formula videndi sunt Hotomanus *in Franco Gallia fol.* 761. Molinæus *in repertorio, de fo. & observatione Regni Aragoniæ*, verb. *Jurisdictio*, & verb. *Rex Aragonum*: Hernia *in dict. cap.* 1. *quæ sunt Regalia, in usibus feudorum, à num.* 118. & novissimè refert eruditissimus D. D. Ioannes Baptista de Larrea *dict. disputation.* 12. *num.* 44. & 65.

4 Tertiò huic solutioni, & veræ nostri textus titerpretationi, valde obstat sequens nova consideratio; nam si Rex, ex illa privilegii causa, non potuit absque populi consensu monetam mutare, quare Alexander III. *in præsenti* asserit, Regem illum adstrictum fuisse illo juramenti vinculo ad monetæ observationem, cùm juramentum illud tanquam de facto alieno adimpleri non posset, juxta textum *in d. cap. veniens, hoc titulo.* Cui considerationi dicendum est, ideò in præsenti Pontificem declarasse, Petrum Regem juramento illo adstrictum fuisse ad monetæ conservationem, quia illo tempore, moneta illa iam erat redacta ad legitimum extrinsecum valorem, quem primo tempore patris sui Ildephonsi primi obtinuit, & tunc jam constabat de consensu populi, de quo plures Prælati ita scripserunt Alexandro III. ideòque non fuit necessarius novus populi consensus, uti constat ex epistolis Episcoporum, & ex integra nostri textus Decretali.

5 Quartò obstat illa Salomonis authoritas *cap.* 20. *Proverbiorum*, ibi: *Pondus & pondus, mensura & mensura, utrumque abominabile est apud Deum.* Ex quibus verbis communiter notari solet, quod pecunia, quæ pondere & mensura constat, una eademque esse debet, nullatenúsque mutari potest: ergo apud omnes gentes immutabilis debet esse pecunia. Cui difficultati dicendum est, quod ex illis verbis, in literali sensu non probatur, monetam semper unam eandémque esse debere, licet in sensu morali (qui in sacra pagina nullam probationem inducit) vulgariter ab Interpretibus id asserere verba illa proponatur; nam in sensu literali tantummodo illa Salomonis verba probant, pravos, & detestabiles apud Deum esse viros, qui diversas mensuras habent; unam, qua sibi metiantur, alteram, quam proximo suo ad mensurandum præbent; & magnam, quâ sibi emunt; & parvam, quâ aliis vendunt.

6 De illa lata, & difficili quæstione, an quando moneta mutata est, attendendus sit ejus valor in redemptione census, quoad tempus contractus, an verò quoad solutionis seu redemptionis tempus? tractant omnes in *l. eleganter*, §. *qui reprobos*, *ff. de pignoratitia actione*, & in *dict. cap. cum canonis*, *& cap. cum olim*, *de censibus*, *& in Clemen. 2. de decimis*, *in dict. l. creditor* 10. *ff. solutionibus*, præcipuè Felicianus *ubi supra*, Zevallos *decis.* 56. *num.* 47. Covarr. *dict. cap.* 7. §. *unico*, *conclus.* 7. cum traditis ab Osuald. *ubi supra, litera M.* Fachineus *lib.* 2. *controvers. cap.* 9. Pancirola *lib.* 1. *variar. lectionum, cap.* 73.

Ad textum in cap. Quintavallis 23. cap. Pervenit ad nos 2. cap. Si verò 8. cap. Ex rescripto 9. cap. Cum quidam 12. §. Illi vero, c. Quemadmodum 25. §. Illud autem, cap. Intellecto 33. hoc nostro tit.

SUMMARIUM.

1 *Non est obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum.*

2 *Iuramentum ut valeat, tres comites retinere debet, veritatem scilicet, judicium, & justitiam.*

3 *Expenditur text. in* cap. quemadmodum, §. illud vers. Tutius ergo, de jurejurando.

4 *Illustratur text. in* l. si unus, §. pacta, versicul. Et in summa, ff. de pactis, *cum* l. jurisgentium 7. §. & generaliter, ff. eodem.

5 *Interpretatur text. in* cap. significante, de pign. *Iuramentum in pacto legis commissoriæ præstitum, observari non debet, Intellige ut ibi.*

6 *Liber homo in pignus dari non potest.* *Iuramentum à Monachis præstitum se in obstagio exituros, observari debet. Intellige ut ibi.* *Expenditur text. in* cap. ex rescripto 9. de jurejurando, *cum* l. Divus, ff. de jure fisci.

7 *Conditio jurisjurandi, tanquam turpis, à Prætore in ultimis voluntatibus remittitur.* *Interpretatur text. in* l. quæ sub conditione, ff. de conditionibus institutionum, *cum l.* si quis cum debitore 39. ff. de jurejurand.

8 *Illustratur text. in* l. municipibus 97. ff. de cond. & demonst.

9 *Pactum à marito factum ut conveniatur ultrà id, quod facere possit, tanquam turpe, & illicitum, à jure improbatur.* *Expenditur textus in* l. alia causa 14. §. eleganter, ff. soluto matrimon. *cum* l. si convenerit 20. ff. de re judicata, l. cum autem, C. de rei uxor. actione, l. si patronus 20. ff. ad l. falcid. *Turpis stipulatio à jure improbatur.* *Expenditur text. in* l. si ob turpem causam, penultima, ff. de condict. ob turpem causam.

10 *Interpretatur text. in* cap. 2. de jurejurand. *cum* cap. si verò, eod.

11 *Illustratur text. in* cap. cum quidam, vers. Si verò, de jurejurand.

12 *Expenditur textus in* capit. quamvis pactum, de pactis in 6. *cum* leg. fin. digestis, de bonis damnatorum.

13 *Interpretatur textus in* cap. debitores, de jurejurando.

14 *Reipublicæ interest dotes mulieribus conservari; & plura jura ibi remissivè interpretantur.*

15 *Expenditur textus in* capit. movet te 4. 22. quæstion. 1.

16 *Interpretatur textus in* l. veluti 27. de verbor. oblig.

17 *Illustratur text. in* l. Divus Pius, ff. de jurejurand. vers. Jurejurando, quod propria superstitione juratum est, standum rescripsit.

18 *Expenditur text. in* cap. innocens, 22. quæst. 4. *cum* cap. rursus, qui Clerici, vel volentes.

19 *Expenditur textus in dict.* capit. innocens, 22. quæstion. 4. versicul. Animadvertat: *ibique refertur Josue exemplum circa præceptum ut Gabaonitas occiderent.*

20 *Illustratur textus in* capit. juravit David, 22. quæstion. 4. *Exponitur* Levitici *authoritas*, cap. 5.

21 *Stipulatio pœnalis adiecta contractui sponsaliorum turpis, & indecens dicitur.* *Interpretatur tex. in* l. Titia 134. ff. de verb. oblig. *Parentibus permissum est filios exheredare. Intellige, ut ibi.*

CONCLUSIO.

1 NOn *eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum.* Conſonat textus in *cap. etſi Chriſtus, cap. cum contingat, hoc noſtro titulo cap. licet mulieres, eodem lib.* 6. *cap. authoritatem*, 15. *quæſt.* 6. *cap. movet te*, 22. *quæſtion.* 1. *cap. animadvertendum, cap. in malis promiſſis, cap. ecce dico*, 22. *uſque ad* 24. *quæſtion.* 3. *cap. ſi diligenti, in fine, de foro competenti, cap. quamvis pactum, de pactis lib.* 6. *cap. non eſt obligatorium, de regulis juris, eodem libro, l. ſi quis inquilinos* 115. §. *fin. ff. de legatis* 1. *l. juriſgentium* 7. §. *& generaliter, l. ſi unus*, §. *in ſumma.* §. *illud, &* §. *pacta, ff. de pactis, l. non dubium, Cod. de legibus, authent. Sacramenta puberum, in fine, Cod. ſi aduerſus venditionem, l.* 1. *verſicul.* Otro ſi, *titul.* 11. *part.* 3. Exornant Covarruvias *in cap. quamvis pactum*, 2. *part.* §. 6. Guttierrez *de juramento*, 1. *part. c.* 2. *&* 3. Anaſtaſius Germonius *de ſacrorum immunitatibus, lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 126. Div. Thomas 2. 2. *quæſt.* 89. *artic.* 3. Duarenus *in l. alia cauſa*, §. *eleganter, ff. ſoluto matrimon.* Cuiac. *lib.* 2. *obſervat. cap.* 24. Anton. Fab. *in Rationali ad textum in dict. l. juriſgentium* 7. §. *eleganter*, cum *ſimilibus*: Idem *de erroribus*, 1. *part. decad.* 21. *errore* 8. *&* 2. *part. decade* 41. *errore* 4. *in l.* 5. §. 3. *de jurejurando*, Donel. *lib.* 6. *commentariorum, cap.* 16. *& lib.* 15. *c.* 48. Sanchez *de matrimonio, libro decimo, diſputation.* 3. *lib.* 3. *cap.* 9. *numero tertio*, eruditiſſimus, & nobiliſſimus D. D. Joannes Baptiſta de Larrea, *novarum deciſionum Granatenſium* 1. *tom. diſputat.* 47. *num.* 39.

2 Ratio eſt, quia ut juramentum valeat, tres comites retinere debet, veritatem, ſcilicet, judicium, & juſtitiam; quorum aliquo deficiente non juramentum, ſed periurium erit, *cap. etſi Chriſtus, hoc tit.* Veritas deſideratur ad hoc, ut id quod aſſeritur, verum ſit, Judicium, ut fiat de re gravi, & cum magna inſpectione; Juſtitia, ut ſit licitum; meritò, ſi res de qua juratur eſt turpis, aut indecens, cùm tunc in juramento juſtitia deficiat, non juramentum, ſed perjurium erit; ideòque obſervari non debet, ut in *juribus ſupra adductis.*

3 Primò obſtat textus in *cap. quemadmodum*, §. *illud verſ. Tutius ergo, hoc noſtro titulo*: nam cùm ex prima *textus* parte conſtet, juramentum à marito præſtitum non accuſandi uxorem de adulterio illicitum eſſe; poſtea in *dict. verſ. Huius ergo*, affirmatur, quòd ſi maritus juraverit uxorem de adulterio non accuſare, tutius erit juramentum adimplere, & ab accuſatione deſiſtere; & tamen juramentum illud vergit in diſpendium ſalutis æternæ, ſiquidem maritus patronus turpitudinis efficitur; præſtans adulterandi materiam; quod eſt contra deciſionem textus in *cap. ut fama, de ſententia excommunicationis, l. ſi ita vulneratus, ff. ad legem Aquiliam.* Cui difficultati, ut ſatisfaciamus, animadvertendum eſt, multum referre an maritus juret, ſe mulierem de crimine futuro non accuſaturum; an verò juret, ſe de adulterio commiſſo non accuſare. nam in primo caſu, ex defectu juſtitiæ, illicitum eſt juramentum; & ita procedit prima illius textus pars; in ſecundo verò caſu, juramentum licitum eſt, rectéque poteſt à marito obſervari abſque diſpendio ſalutis æternæ: cùm poſſit maritus privatam injuriam ſibi illatam remittere, argument. textus in *l. ſi quis in conſcribendo, Cod. de pactis*, Morla *in emporio, titul. de legibus*, 1. *part. quæſt.* 11. *num.* 11. Sanchez *de matrimon. lib.* 10. *diſputat.* 13. Præterea, quia adulterii accuſatio duplicem producit effectum, alterum quoad vindictam criminis, cum Reipublicæ intereſſit, ne delicta maneant impunita; alterum quoad ſeparationem tori, quoad mariti commodum: primus effectus, nec juramento adhibito remitti poteſt, *dict. cap. ut famæ*, argument. text. *in cap. ſi diligenti, de foro competenti*: ſecundus verò, cùm in mariti favorem inductus fuerit, rectè ab illo potuit juramento remitti, *cap. ad Apoſtolicam, de Regularibus, dict. l. ſi quis in conſcribendo, Cod. de pactis*, argument. textus *in l.* 1. §. *cum autem* 7. *Cod. de rei uxoriæ actione.*

4 Secundò ſolutioni obſtat textus in *l. ſi unus*, §. *pacta* 4. *verſ. Et in ſumma, ff. de pactis*, ibi: *Et in ſumma, ſi pactum conventum à re privata remotum ſit, non eſt ſervandum, &c.* quod idem eſt ac ſi Conſultus diceret, pactum contra privatam utilitatem interpoſitum, non poſſe obſervari. Augetur difficultas ex eo, quia tantum contra publicam utilitatem eſt prohibitum, *dict. l. juriſgentium* 7. §. *& generaliter, ff. de pactis*, ubi legendum eſt: *Nec legari, nec juſiurandum de hoc ad actum, ne quis agat, ſervandum, &c.* uti legit Cuiacius *lib.* 1. *obſervationum, cap.* 24. non uti legit Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum*, hoc eſt: *Nec legari.* Qua Cuiacii lectione admiſſa, nil obſtat text. *in dicto* §. *pacta, verſicul. Et in ſumma.* Quia ſimiliter pro illo verbo: *A re privata*, legendum eſt: *A Republica*; ac ſi Conſultus diceret, pactum juratum remotum à Republica, hoc eſt contra publicam utilitatem, non poſſe obſervari; notat Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum, verſicul. Et in ſumma*, Cuiac. *dict. lib.* 1. *cap.* 24.

5 Tertiò obſtat textus difficilis in *cap. ſignificante, de pignoribus*, ubi juramentum præſtitum contra bonos mores civiles, de ſervando pacto legis commiſſoriæ, in cauſa pignoratitia, obſervari debet; & tamen pactum illud, tanquam turpe, & illicitum, eſt à jure improbatum, in *l. fin. Cod. de pactis pignorum.* Cui difficultati, omiſſa interpretatione, quam refert Bartolus in *leg. ſi quis pro eo, ff. de fidejuſſoribus*, dicendum eſt, quod juramentum in pacto legis commiſſoriæ obſervari non poteſt abſque interitu ſalutis æternæ, nam ultra id, quod contra publicam utilitatem ſit interpoſitum, propter illam maximam uſuram, cùm pignus debito ſemper ſit pretioſius, etiam impoſſibilitatem in ſe continet, cùm impoſſibile ſit ejuſdem rei pignus, & venditionem contrahi. Neque obſtat textus in *dict. cap. ſignificante*: Quia ibi alia mens eſt, & prorſus contraria, quàm communiter omnes exiſtimant, quia Innocentius non ſolùm affirmat, pactum non eſſe ſervandum, verum nec etiam eius juramentum valere, uti conſtat ex illius textus verbis, ibi: *Pacto tali, vel juramento nequaquam obſtante, cenſura Eccleſiaſtica cogatis, &c.* Neque huic interpretationi obſtant verba ejuſdem textus, ibi: *Quia prædictus Titius, quantum in eo fuit, juramenti debitum adimplevit, &c.* ſiquidem non tantum ea ratione nititur, ſed præcipuè ea anteriori fundatur Pontifex: videlicet, quia pactum illud in pignoribus eſſet improbatum; quamvis etiam faveat diligentia à debitore præſtita ob periurium evitandum; ut eruditè animadvertit Antonius Faber *de erroribus* 1. *part. tom.* 2. *decade* 21. *errore* 8. *&* 9. videndus eſt etiam Duarenus *ad titulum, ff. de lege commiſſoria*, Doctor Larrea, *ubi ſupra, tomo ſecundo, deciſione* 83.

6 Quartò obſtabit dicere, turpe, & prohibitum eſſe, ut liber homo in pignus detur, *cap.* 2. *de pignoribus, l. ob æs, Cod. de actionibus, l. unica, ff. quæ res pignori*, cum *ſimilibus*; & præcipuè Religioſus, cùm contra bonos mores ſit, ut à Religione, & à divinis Monachi ſe abſtineant; ideóque juramentum de tali abſtinentia præſtitum, turpe appellatur in *cap. ſicut* 13. *hoc titulo, cap. fin.* 88. *diſtinctione*, ſed juramentum à Monachis præſtitum, ſe in obſtagio extituros, & obſides eſſe, obſervari debet, ex textu in *cap. ex reſcripto* 9. *hoc titulo*: ergo juramentum etiam turpe adimpleri debet. Cui difficultati dicendum eſt; quod quamvis liber homo pro pignore præſtari nequeat, poteris tamen, uti obſes, dari, non quidem ut in ſervitute exiſtat, ſed ſolùm ut pro pace, bonóque publico ad tempus aliquod retineatur, uti in ſpecie textus in *dict. cap. ex reſcripto*, ubi Monachi non in pignus, ſed ut obſides dati fuerunt propter utilitatem, & neceſſitatem ſuæ Eccleſiæ; nam quamvis juramentum de

de discedendo à Monasterio sit turpe, & contra substantiam Religionis; id tamen locum habet, si fiat ad perpetuitatem, secus si fiat ad tempus; nam tunc poterit Abbas propter utilitatem, & necessitatem Monasterij aliquibus Religiosis id tolerare; notat Petrus Pechius in *dict. cap. non est* 48. *de regulis juris lib.*6. *num. fin.* Nec solutioni obstat textus *in l. Divus, ff. de jure Fisci*, ubi obsides, tanquam servi reputantur, eorumque bona Fisco applicantur. Quia textus *in dicto cap.* 9. non loquitur in obsidibus propriè, sed impropriè; nam obsidum bona publicantur, & Fisco adiudicantur & in his terminis loquitur textus *in dict. l. Divus*; at verò in *dict. cap.* 9. non est propriè obstagium, cùm non in bello, seu ex causa publica, sed ex delicto privato juraverant tantùm à loco non recedere, sed non juraverant in obstagio esse, Doctor Larrea 2. *tom. disputation.* 9. *per totam.*

7 Quintò obstabit dicere, quod conditio jurisjurandi in ultimis voluntatibus, tanquam turpis à Prætore remittitur, *l. quæ sub conditione, ff. de conditionibus institut.* & tamen si hoc juramentum inter debitorem, & creditorem fuerit propositum, adimpleri debet, juxta textum in *l. si quis cum debitore* 39. *ff. de jurejurando*: ergo juramentum turpe adimpleri debet. In qua difficultate, omissa *Bartoli* interpretatione in *d. l.* 39. Julii Pacii *Centuria* 3. *quæst.* 86. Cujacii *lib.* 5. *observation. capit.* 1. veriorem existimo, quam refert Antonius Faber *in Rationali ad textum in dict. l.* 39. dum asserit, quod ideò ibi juramentum illud non improbatur, quia non est contra bonos mores, nec causam turpitudinis præstat, cum respiciat tempus præteritum, non futurum; legendum namque ibi est, ut in *pandectis Florentinis* legitur, veluti: *Juraſſet se in Capitolium non ascendisse*; non verò ut in vetustis legitur, *In Capitolium non ascendere.* Osuald. ad Donel. *lib.* 8. *comment. cap.* 32. *litera M. & O.*

8 Sextò solutioni obstat textus in *l. municipibus* 97. *ff. de conditionibus, & demonstr.* ubi hoc juramentum non remittitur à Prætore, tanquam turpe, sed à municipibus adimpleri posse Consultus dicit. In cuius *textus* difficultate, omissa interpretatione, quam refert Duarenus, *ad titulum de conditionibus & demonstrationibus, cap.* 9. *apud medium*, Donel. *lib.* 8. *comment. cap.* 32. Cuiac. *lib.* 5. *observat. cap.* 1. verissimè dicendum est, quod *ibi* non probatur, municipes ex necessitate jurare debere; sed tantum dubitatur, an si legatum esset relictum sub conditione: *Si municipes juraſſent Titio decem dare*; esset conditio impossibilis nec ne? cùm non possent Municipes omnes ad jurandum convenire: quare *Paulus* respondet, conditionem illam impossibilem non esse: nam quamvis Municipes compelli non poterant jurare, cùm juramentum illud à Prætore, tamquam contra bonos mores esset reprobatum, tamen non impossibile, sed possibile esse poterat; cùm per eos, qui civitatem regunt, jurari poterat: nam quamvis juramentum illud à Prætore, tanquam turpe remittatur; factum tamen, & à Prætore onera imposita, non remittuntur, *l. quæ sub conditione*, §. 1. *ff. de conditionibus institut.* notat Osuald. ad Donel. *libro octavo, commentar. cap.* 32. *litera M.* Pacius *centuria* 6. *quæst.* 46.

9 Septimò obstabit dicere, quod pactum, seu juramentum præstitum, ut maritus conveniatur ultra id quod facere potest, tanquam turpe, & illicitum à jure improbatur, cùm absque turpitudine adimpleri non possit, cum per eum jus reverentiale marito debitum tollatur, juxta textum in *l. alia causa* 14. §. *eleganter, ff. soluto matrim.* sed hoc pactum observari, & Judicem necessariò illam contrahentium pactionem sequi debere; docet Consultus in *l. si convenerit* 26. *ff. de re judicata*: ergo & juramentum: quæ illatio deducitur ex antecedentibus juribus, notat Gloss. *verb Proferre.* Cui dubio dicendum est, quod quamvis pactum illud inter maritum, & uxorem sit prohibitum, in *dict.* §. *eleganter*, ex rationibus *suprà* adductis, & præcipuè propter reverentiam viro debitam: id verò cessat in *dict. l. si convenerit* 26. cum privilegium illud, non ratione personæ, sed ratione contractus societatis fuisset introductum, ubi turpitudo cessat, quæ renunciari à socio potuit; quæ est vera *Bartoli* sententia in *dict.* §. *eleganter*, & si aliter existimet Duarenus *ad titul. ff. soluto matrimonio, in dict.* §. *eleganter*, Gloss *in l. si convenerit* 26. *verb. Proferre, de re judicata*, Alex. *cons.* 313. *columna* 5. Neque etiam obstat textus *in l.* 2. §. *cum autem* 7. *Cod. de rei uxoriæ actione*, ubi etiam pactum illud inter maritum, & uxorem valet. Quia *textus* ille, & similes locum habent post solutum matrimonium; quo in casu, turpitudinis causa, & reverentia ipsa cessat, juxta textum in *l. si patronus* 20. *ff. de donationibus.* Cui obstat *l. qui* 46. *ff. ad legem Falcidiam*, de quibus videndus Goveanus in *dict. l. qui* 46. Ex quibus infertur, quod quemadmodum pactum turpe, & juramentum remittitur, ita similiter stipulatio, adeò ut nec ex ea ulla actio nascatur juxta textum in *l. stipulatio* 62. *ff. de verborum obligationibus, l. juris gentium* 7. § *si ob maleficium, de pactis, l.* 9. *C. de condictione ob turpem causam.*

Neque obstat textus in *l. si ob turpem causam, penult. ff. de condictione ob turpem causam.* Quia distinctio est adhibenda; nam aut loquimur de jure Civili, aut de Prætorio, primo casu, ex promissione turpi nulla actio competit, ex *dict. l. stipulatio* 62 cum *similibus*: & de jure etiam Prætorio denegatur, si de turpitudine constat; si verò de ea dubitetur, actio conceditur, ita tamen, ut per exceptionem agens possit submoveri, si turpitudo probetur; & ita obtinet textus in *dict. l. penultima, ff. de condictione ob turpem causam*, Antonius Faber *in Rationali ad textum in dict. l. penultima*, Julius Pacius *Centuria* 7. *quæst.* 28. Cuiacius *lib.* 8. *quæstion. Pauli, in dict. leg.*

Octavò obstat textus in *cap.* 2. *hoc nostro titulo*, ubi 10
si Episcopus metu compulsus juraverit res Ecclesiæ à se alienatas non repetere, juramentum valet, cùm ob eo absolutio peti debeat; & tamen juramentum illud non potest observari absque dispendio salutis æternæ, ex *toto titulo de rebus Ecclesiæ*, & *per totam* 12. *quæst.* 2. & in turpi juramento non est necessaria absolutio, siquidem propria authoritate potest quis contra illud venire, *cap. in malis promissis*, 22. *quæst.* 4. *cap. quanto* 18. *hoc tit.* Cui difficultati, ut satisfaciamus, dicendum est, in specie illius textus, Episcopum non fuisse absolutum à vinculo juramenti, quod quidem nullum erat; sed tantum propter illius temporis necessitatem quia initio nascentis Ecclesiæ tanta fuit ejus disciplina circa juramenti observantiam, quod etiam ab illicito juramento absolutio petebatur, ne vulgo putarent homines, Sanctissimum Dei nomen sua propria authoritate, quem violare posse, notat Barbosa *consilio* 163.

Nec solutioni obstat textus in *cap. si vero, hoc titulo*, ubi juramentum metu extortum obligat, & mero jure valet, donec absolutio petatur: quia textus *in dicto cap. si vero*, procedit quando defectus juramenti consistit solummodo in metu, vel coactione, quod observari potest absque interitu salutis æternæ: secus verò quando defectus juramenti consistit in ipso juramento, simul cum coactionis materia: veluti in alienatione rerum Ecclesiasticarum: secus verò si Episcopus de rebus suis juraſſet, in *dict. cap. si vero.* Noc obstant verba illius textus ibi: *De rebus suis*, &c. quia intelligi debent de rebus Ecclesiæ, ut notat Glossa *ibi, verbo*: *De rebus suis*, Abbas *num.* 1. & 3.

Nonò solutioni obstat textus in *cap. cum quidam*, 11
verſic. Illi vero, hoc nostro titulo, ibi: *Si quis illicitum juramentum præstiterit* (verbi gratia) se non allocuturum patri, vel matri, nec eis alimoniam præstaturum, quod absque periculo parricidii adimpleri non potest; nihilominus tamen Pontifex asserit, absolutionem necessariam esse, & pœnitentiam sibi esse imponendam, ex eo, quod temerè juravit. In qua difficultate, omissa

inter

interpretatione, quam referunt Abbas, Innocentius, & Felinus, *ibidem*, Covarruvias *in cap. quamvis pactum*, 1. *part. in principio, num.* 4. veriſſimè dicendum eſſe exiſtimo, reſcriptum illud tres inquiſitiones, & reſponſiones tetinere: *Prima* eſt; quæ ab Archiepiſcopo proponitur, ea fuit, quid ſibi eſſet agendum, de Epiſcopo, qui juraverit ſe certam pecuniæ quantitatem intra certum tempus ſoluturum, & non ſolvit: *Secunda*, quid de eo, qui diebus non conſuetis ſacros Ordines celebraverat: *Tertia*, quid ſibi agendum eſſet de quibuſdam hominibus, qui juraverant non loqui patri, matri, vel ſorori. Primis quæſtionibus reſpondit in *prima*, & *ſecunda text. parte*, de quibus non eſt ſermo noſter: Tertiæ verò reſpondit, illos homines eſſe ab illo turpi juramento abſolvendos, ac illis eſſe pœnitentiam injungendam de eo, quod temerè juraſſent: rationem reddit ipſe Vrbanus Pontifex: quia non eſt æquum, ut illis, qui abſolutionis beneficium poſtulant, etiam de turpi juramento, eis denegetur, cùm multa fiant, ſi petuntur, quæ aliàs non petita fieri non poſſent. Cuius textus interpretatio conſtat ex ejus integra ab Anton. Auguſtino, *in prima Decretalium compilatione ibidem.*

12 Decimò obſtat textus in *cap. quamvis pactum*, *de pactis lib.* 6. ubi renuntiatio à filio facta, juramento adhibito, ſe nullum regreſſum habere ad hæreditatem paternam, valet; & tamen juramentum illud eſt contra rationem naturalem: ſiquidem lex naturalis filiis hæreditatem paternam præſtat, *l. fin. de bonis damnatorum.* Pro difficultate annotandum eſt, quod non tota hæreditas paterna debetur filiis jure naturali, ſed legitima tantum; & ita obtinet textus *in dict. l. fin. ff. de bonis damnatorum*, meritò ſi filius, vel filia ſit contentus de dote, vel legitima recepta, etiamſi minor quantitas, quàm legitima ſit, & pactum renuntiationis juramento confirmaverit, non turpe, ſed licitum erit; cùm tunc non jus publicum, ſed privatum renuntiatum eſſe videatur; notat Covarruvias *in d. cap. quamvis pactum*, 1. *part. num.* 6.

13 Vndecimò obſtat textus *in cap. debitores, hoc titulo*, ubi ſi quis illicitas uſuras, juramento adhibito, ſolvere promiſerit, juramentum illud adimplere tenetur; & tamen conſtat, quod illa uſurarum promiſſio eſt turpis, & ab omni jure damnata, ut *ſuprà* diximus. Cuius difficultatis nodus ex eo diſſolvitur, quia in *d. cap. debitores.* juramentum non fuit præſtitum contra bonos mores: nam licèt mutuans ſub uſuris, peccet mortaliter: nihil tamen turpe facit, qui mutuum ſub uſura accipit, ſubveniendi propriæ neceſſitati causâ, dummodo ipſum mutuantem ad uſuras non inducat, ut *ſupra* à nobis reſolutum eſt *in recitationibus ad eundem textum.*

14 Duodecimò obſtabit dicere, bonis moribus contrarium eſſe, quod fœminæ à dotibus priventur, cum Reipublicæ expediat, dotes mulieribus conſervari, *l. l. & per totum tituum, ff. de fundo dotali*, *l.* 1. *ff. ſoluto matrimonio*, ibi: *Nam & publicè interèſt dotes mulieribus conſervari; cùm dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam, replendàmque liberis civitatem, maximè ſit neceſſarium, &c.* ſed ſi dotis alienatio juramento fuerit firmata, valet textus in *cap. licet mulieres, hoc titulo, libro ſexto, cap. cum contingat, hoc eodem titul.* ergo illicitum juramentum adimpleri debet.

Cuius difficultatis ſolutio ex eo pendet, ſi attendamus, quod cauſa dotis non tendit præcipuè, & principaliter in favorem Reipublicæ, ſed tantum in favorem mulieris; ſecundario tamen in favorem Reipublicæ: & ideò ab ipſa muliere renuntiari potuit, & rectè, juxta textum in *l. non dubium, C. de legibus.* Quod etiam ſimiliter eſt dicendum in donatione inter virum, & uxorem, in pacto legis commiſſoriæ, & in alienatione minoris, firmata juramento; de qua mentio habetur in *authentic. Sacramenta puberum, Cod. ſi adverſus venditionem*, cum aliis traditis à Covatruvia *in dict. cap. quamvis pactum* 2. *part.* §. *primo, num.* 6. Nec ſolutioni obſtat textus in *dict. l.* 1. *ff. ſoluto matrimonio*, in illis verbis: *Nam & Reip. interèſt dotes mulieribus conſervari.* Ex quibus probari videtur præcipuè in favorem Reipub. alienationem illam eſſe prohibitam. Nam reſpondetur contrarium verba illa demonſtrare; ſiquidem dictio illa, *Nam*, & dictio, *&*, præſupponunt jam privilegium primariò fuiſſe conceſſum in favorem mulierum; notat Gloſſ. *ibid.* Bart. & Barboſ. *num.* 6.

Decimo tertiò obſtabit dicere, nam quando quis jurat per idola, vel falſos Deos, juramentum illud 15
debet obſervari, juxta textum in *cap. monet te*, 22. *quæſtion.* 1. Sed ut illius, & aliorum jurium ſimilium difficultatem diſſolvamus, annotandum eſt, quod quamvis juramentum illud ſit turpe, nec Chriſtiano ita jurare permittatur; tamen ſi ab Infideli exigatur propter licitam cauſam, obſervari debet, non quidem propter ipſum juramentum, ſed ne Infidelis fidem frangat: uti conſtat ex *dict. cap. monet te*: *apud medium*, notat Covarruvias *ubi ſupra* 1. *part.* §. 1. *num.* 10. Thomas Sanchez *in ſumma* 1. *part. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. *& ſequentibus.* 19

Decimo quartò obſtat textus in *l. veluti* 27. *ff. de verbor. obligation.* ubi Pomponius exemplum opponit de- 16
ciſioni antecedenti; nam cùm Vlp. *in antecedenti*, *l.* affirmet, turpem ſtipulationem nullius eſſe momenti, Pomponius in *dict. l. veluti*, contrarium aſſerit, videlicet officio Prætoris in ſtipulationibus illis actionem denegari: ergo ſupponit turpem ſtipulationem de jure civili valuiſſe. Quod argumentum diſſolvitur, ſi attendamus, quod quemadmodum actio prætoria à Prætore conceditur, ſic etiam juſta de cauſa ab eo denegari poteſt, *l. qui vetante* 102. §. *fin. ff. de reg. jur.* quo ſuppoſito dicendum eſt, nec de jure Civili, nec de Prætorio, turpem illam ſtipulationem admitti, ex *dict. l.* 26. *ff. de verbor. obligation.* Nec contrarium refert text. in *dict. l. veluti* 27. Quia ſenſus illius *textus* eſt, quod ſi quis de facto ex illa turpi ſtipulatione apud Prætorem egerit, Prætoris officium erit eum repellere, & quaſi ſine actione agentem excludere; argument. textus in *l. ſi pupilli*, §. *videamus*, *ff. de negotiis geſt.* videndus eſt omnino Donellus *in dict. l. veluti* 27. *digeſtis, de verbor. oblig.* 20

Decimo quintò obſtat textus in *l. non erit* 5. §. *Divus* 17
Pius, *ff. de jurejurando*, ibi: *Quod propria ſuperſtitione juratum eſt, ſtandum reſcripſit*; in quibus verbis probari videtur turpe & ſuperſtitioſum juramentum ſervandum eſſe. In cuius *textus* difficultate veriſſimè dicendum eſt, non eſſe legendum, negatione adhibita, uti nonnulli exiſtimant; ſed affirmativè, uti in *pandectis Florentinis* legitur: quaſi ſenſus ſit, quod ſit Mahometanus litigium cum Chriſtiano haberet, & Chriſtianus ei deferat juramentum, ut juret per Chriſtum; ſi tamen per Mahometum juret quamvis ſuperſtitioſum, & idololatrum ſit juramentum obſervandum eſt, ut fides ſervetur; quia aliàs nulla juriſjurandi religio Infideli ſupereſſet; & ideò neceſſitas facit licitum, quod aliàs eſſet illicitum; notant Antonius Faber, *in Rationali*, *in dict. l. non erit* 5. *digeſtis, de jurejurand.* & infrà dicemus in *cap. & ſi Chriſtus, hoc titulo, in* 6. *& 7. dubio.*

Decimo ſextò obſtat textus in *cap. innocens*, §. *ali-* 18
quando, 22. *quæſtion.* 4. vbi ſi quis poſt votum caſtitatis, juramentum præſtiterit de accipiendo aliquam in uxorem, & de nunquam ab ea diſcedendo, obſervandum eſt; & juramentum illicitum eſt, cum in eo deficiat juſtitia, ut ex *litera textus* conſtat: Cujus textus difficultas explanata manebit, ſi animadvertas, quod ibi non probatur juramentum emiſſum poſt votum caſtitatis validum eſſe: nam id eſſet contra deciſionem textus in *cap. unico*, *de voto, lib.* 6. *cap. rurſus*, cum aliis, *qui Clerici*, *vel voventes*: ſed tantum textus affirmat, juramentum ita præſtitum validum eſſe, ad hoc ut poſt matrimonium conſummatum jurans teneatur cum uxore cohabitare; ſiquidem etiam ſi non ju- 21
raſſet,

raſſet, ad id teneretur: ratio ſolutionis pendet ex eo, quia votum ſimplex caſtitatis, de quo *text.* ille loquitur, tantum impedit matrimonium, non verò dirimit *d. cap. unico, de voto, lib.* 6. meritò ex authoritate *Divi Auguſtini* Gratianus refert, quod quamvis in juramento illo à principio deeſſet juſtitia, poſt contractum verò matrimonium licitum redditur, & ideò obſervari debet, Covarruvias *in dict. cap. quamvis pactum*, 1. *part.* §. 6. *n.* 19. Nec ſolutioni obſtat text. in *cap. quia ſunt, cap. ſi qua vidua* 28. *diſtinct.* ubi conſtat, quod matrimonium contractum ab uxore, quæ votum ſimplex caſtitatis emiſerat nullum eſt: nam jura illa ſpecialiter procedunt, cùm primus maritus poſt votum ſimplex caſtitatis ipſius uxoris, factus fuerat Sacerdos, vel Religioſus, quo in caſu ob reverentiam Religionis, votum illud ſimplex non ſolum impedit, ſed etiam dirimit matrimonium, Thomas Sanchez *lib.* 7. *de matrimon. diſput.* 40. *num.* 3.

19 Decimo ſeptimò, obſtat illud Joſuë teſtimonium relatum in *cap. innocens*, 22. *quæſt.* 4. *verſic. Animadvertat*, ubi conſtat, quod poſtquam Deus præcepit Joſuë, ut Gabaonitas occideret, poſteà juravit eos non occidere, in quo juramento juſtitia defecit, cum *text.* affirmet, præceptum Domini ſemper eſſe juſtum. Quæ difficultas excluditur ex eo; nam cùm præceptum Domini fuiſſet, ut Gabaonitæ occiderentur, quia rebelles Legi erant; tamen cum poſtea profitérentur ſe Legi Domini rebelles non eſſe, ceſſavit divinum præceptum, quare Joſuë juramentum licitum fuit, & ideò obſervandum; notat Suarez *lib.* 2. *de Religion. cap.* 16. *nu.* 3. Baſilius *lib.* 12. *de matrimonio, cap.* 8. *num.* 16. §. 2.

20 Decimo octavò prædictis obſtabit dicere; nam ſi juramentum illicitum non eſſet obſervandum, ſequeretur, quod in non adimplendo peccatum non admitteretur; ſed in non adimplendo peccatum committitur: ergo quamvis turpe adimpleri debet. Minor probatur ex text. *in cap. juravit David*, 22. *quæſt.* 4. ubi David juramentum præſtitit de occidendo Nabal, quod non cuſtodivit; reddens rationem: quia de duobus peccatis minus elegit, hoc eſt eum non occidere: ergo in non obſervando turpi juramento peccatum extitit. Cui dubio verius dicendum eſt, quod tranſgreſſio David, non ideò mala dicitur, quod illicita eſſet, & peccatum exiſteret in non adimplendo; ſed ex eo, quia tranſgreſſio illiciti juramenti ortum habuit à malo, à quo procedit; & ideò attenta ſua origine, dicitur tranſgreſſio mali: præterea, quia David peccatum commiſit, dum temerè juravit: ut poſt Gloſſam, & Turrecrematam, Suarez *lib.* 3. *de juramento, cap.* 19. *num.* 16.

Nec ſolutioni obſtat *Levitici cap.* 5. ibi: *Anima, quæ juraverit, & protulerit labiis ſuis, ut vel male quid faceret, vel bene, & id ipſum juramento, & ſermone affirmaverit, oblitaque poſtea intellexerit delictum ſuum, agat pœnitentiam pro peccato.* In quibus verbis probari videtur, obliviſci juramentum, etiam de aliquo malo faciendo, peccatum eſſe. Quia verba illa: *Ut vel male quid faceret*, non debent ſumi pro malo culpæ, ſed pro malo pœnæ, ut eſt juramentum de affligendo per ſe caſtigationem corporis, ut ſpiritui ſubjiciat; vel cum pater jurat filium licitè caſtigare, quo in caſu obligat juramentum, cùm tantum reſpectu pœnæ ſit malum; notat Baſilius *d. lib.* 12. *de matrimonio, c.* 8. §. 2. *nu.* 17.

21 Decimo nonò obſtat text. in *l. Titia* 134. *ff. de verborum obligationibus*, ubi ſtipulatio pœnalis adjecta contractui ſpoliatorum, per exceptionem excluditur, conſideratio eſt in illis verbis, *per exceptionem excluditur*: ergo præſupponit valuiſſe: & tamen ſtipulatio illa pœnalis turpis, & indecens appellatur, *cap. Gemma, de ſponſalibus.* In cujus textus difficultate omiſſa interpretatione, quam refert Paulus de Caſtro *in d. l. Titia*, *num.* 2. veriſſimè eſt dicendum, diſcrimen verſari inter ſtipulationem prohibitam à lege, quia turpis, & injuſta eſt, & inter eam quæ ſolùm prohibetur, quia inhoneſta eſt: In primo caſu, ſtipulatio nullius momenti eſt, & ita obtinet noſtri textus ſententia; In ſecundo verò, cum ſtipulatio, nec ſecundum bonos mores, nec omnino adverſus eos ſit, actio competit, ſed exceptione excluditur; meritò, cum *in dict. l. Titia*, agatur de ſtipulatione prohibita, quia inhoneſta eſt, rectè Conſultus aſſerit promiſſionem valere, ſed exceptione excludendam, cùm non omne quod à principio licitum eſt, poſtea honeſtum eſſe poſſit, *l. non omne* 186. *aliàs* 144. *ff. de regul. juris*, Matienço *in repetitione ad textum in dict. l. Titia* 134. *num.* 27.

Vigeſimò obſtabit dicere, mandatum de exhæredan-22
do filios, in præſenti, non fuiſſe illicitum, ſiquidem parentibus permiſſum eſt filios exhæredare, *l. in ſuis* 22. *ff. de liber. & poſth.* In qua difficultate dicendum eſt, textum *in dicta l. in ſuis*, procedere de jure antiquo, tempore legis 12. Tabularum; quo inſpecto, patri permiſſum erat filios occidere, & exhæredare; poſtea verò moribus Populi Romani fuit introductum, ut pater, ſine juſta cauſa, non poſſet filios exhæredare, aliàs filiis competeret querela inofficioſi teſtamenti; qua de cauſa mandatum in præſenti à mulieribus interpoſitum de exhæredando filios, uti illicitum contemnitur, ex rationibus, & juribus, *ſuprà* adductis.

Ad textum in cap. Etſi Chriſtus 26. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Jurare, per ſe malum non eſt, dummodo tres comites retineas, ſcilicet veritatem, juſtitiam, & judicium.*
2 *Jurare eſt actus licitus, & honeſtus, conſiſtens in Religione, in veteri, & novo Teſtamento admiſſus.*
3 *Expenditur* Matthæi *authoritas*, c. 5. *verſic.* Nolite jurare omnino: ſit ſermo veſter, eſt eſt, non non.
4 *Interpretatur* Zachariæ. *cap.* 5. *in illis verbis*: Omnis fur judicabitur, omnis jurans ſimiliter judicabitur.
5 *Jurare per creaturas, actus idololatriæ eſt.*
Interpretatur textus in capit. & ſi Chriſtus, verſic. Si tamen juretur per creaturam, ſervandum eſt, & *verſicul.* Nec per cœlum, quia thronus Dei eſt.
6 *Interpretatur text. in* cap. Clericum, 22. quæſt. 1.
7 *Expenditur text. in* cap. movet te, 22. quæſt. 1.
8 *Illuſtratur text. in* cap. ecce dico, 22. quæſt. 5.
9 *Expenditur text. in* l. ſi duo patroni 13. §. ſi quis 6. ff. de jurejur.
10 *Exponitur textus in* l. qui per ſalutem 33. ff. de jurejurand.
11 *Pejus eſt jurare verum per falſos Deos, quàm mendaciter per verum Deum.*
Explicatur text. in cap. movet te, 22. quæſt. 1.
12 *Interpretatur textus in* capit. debitores, de jurejurando.
13 *Illuſtratur text. in* cap. ſuper eo 6. cap. tuis 39. de teſtibus.

CONCLUSIO.

JUrare, per ſe malum non eſt; dummodo juramentum tres comites retineat, ſcilicet utilitatem, judicium, & juſtitiam. Conſonat textus in *cap. & jurabunt, cap. noveritis, cap. Clericum, cap. ſi quis, per capillum, cap. habemus, cap. non eſt*, 22. *quæſt.* 1. *cap. Quintavallis*, cum aliis, *hoc tit. cap. non eſt obligatorium, de regul. juris, lib.* 6. *l. & Prætor*, 3. §. *ultimo, l.* 4. *l. non erit* 5. *l. qui per ſalutem* 33. *ff. de jurejurando*, exornant hanc concluſionem Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidianarum, cap.* 4. *num.* 6. Thomas Sanchez *in ſumma tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. & 6. Div. Thomas 2. 2. *quæſt.* 89. *art.* 6. Barboſa *in l. alia*, §. *eleganter. ff. ſoluto matrimonio, num.* 29. Anaſtaſius Germonius *lib.* 3. *de ſacrorum immunitatibus, cap.* 21. *nu.* 45. Fachin. *lib.* 3.

controverſiarum, cap. 8. Covarruvias *in cap. quamvis pactum, de pactis*, 1. *part.* §. 6. per Anton. Pichard. *in* §. *ſi quis* 11. *Inſtit. de action. num.* 13. *& ſequentibus*, Cujac. *lib.* 1. *obſervationum, cap.* 21. Robertus *lib.* 1. *rerum judicatarum, cap.* 11. Duaren. *ad titul. de jurejurando, cap.* 1. Illigerus ad Donellum *lib.* 21. *commentariorum, cap.* 13. *litera E*, præcipuè *in lib.* 14. *cap.* 5. *litera C.* Antonius Faber, *in Rationali ad text. in dict. l. non erit* 5. *& in* §. 3. *ff. de jurejurando.*

2 Ratio eſt, quia jurare eſt actus licitus, & honeſtus, conſiſtens in Religione, in veteri, & novo Teſtamento admiſſus, & comprobatus *Exodi cap.* 6. *&* 20. ibi: *Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſervies, & per nomen illius jurabis*, & in Pſalmo 62. ibi: *Laudabuntur omnes qui jurant in Domino*, ex quibus conſtat juramentum non eſſe intrinſecè malum, cum ſæpe in ſcriptura laudatur, & *ad Romanos* 1. conſtat Apoſtolum juraſſe, ibi: *Teſtis enim eſt mihi Deus*; cum aliis traditis à Doctore Balboa *in commentariis ad hunc textum, à num.* 5. *& ſequentibus.* Deſideratur veritas in juramento; quia ea deficiente, Deus efficitur teſtis mendacii; & non juramentum, ſed perjurium erit. Judicium etiam neceſſarium eſt, quia aliàs cedit in Dei irreverentiam. Similiter, & Juſtitia, quia ſi deficit, Deus efficitur cooperator mali; meritò ut juramentum permittatur, illos tres comites retinere debet, veritatem, juſtitiam, & judicium.

3 Primò obſtat illud *Matth. cap.* 5. ibi: *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, non perjurabis, reddes autem Domino juramenta tua: ego autem dico vobis, non jurare omnino: ſit ſermo veſter, eſt, eſt, non, non.* Ex quibus verbis probari videtur, juramentum in Lege Gratiæ eſſe prohibitum. Cujus textus difficultas diſſolvitur, ſi attendamus verba illa non eſſe intelligenda ex vi præcepti, ſed ex vi conſilii; quaſi diceret, quod etſi jurare, per ſe non ſit malum, tamen regulariter melius erit non jurare, ſed ſimpliciter loqui; cùm ex frequenti juratione periurium poſſit contingere, & ſic ſola neceſſitas juſtitiæ, & charitatis debet hominem incitare ad jurandum: meritò verba illa: *Nolite jurare*, conſilium Apoſtoli denotant, non præceptum, nam ſi præceptum eſſet, Apoſtolus *non juretis*, notat Divus Bernard. *homilia* 65. *in Cantica*, & Divus Auguſtin. *de emendat. cap.* 15. quæ interpretatio etiam conſtat ex Auguſtini verbis, *cap. in novo Teſtamento*, 22. *quæſt.* 1. Turrecrem. *ibid.*

4 Secundò obſtat locus *Zachariæ, cap.* 5. in illis verbis: *Omnis fur judicabitur, & omnis jurans ex hoc ſimiliter judicabitur.* Ex quibus probari videtur, generaliter furtum, & juramentum eſſe prohibitum, cum ad invicem æquiparentur. Cui dubio occurritur ex eo, quod Zacharias *ibi* tantum loquitur de jurante mendaciter in nomine Domini. Nec obſtant illa *Joſuë* verba, *cap.* 4. ibi: *Nec jurabit, Vivit Dominus*, quia Propheta ibi fidelibus non prohibet jurare per Deum vivum; cum tamen de illis agat, qui ad colenda idola declinaverant, exiſtimantes, idolum falſum, quod colebant, eſſe verum Deum; meritò, ne nomen Domini ab illis ita uſurparetur, juramentum illud fuit prohibitum; notat Caſtro *de hæreſibus, verbo, Juramentum*, Covarruvias *ubi ſupra*, §. 6. *n.* 2. *uſque ad quartum.*

5 Tertiò adverſus noſtrum *text.* in verſ. *Sed per creaturam*; dum docet, per creaturas non eſſe jurandum, cum actus idololatriæ ſit; ſiquidem juramentum eſt actus Religionis ſoli Deo debitus, *l.* 2. *C. de rebus creditis*, obſtant verba noſtri textus ibi: *Si tamen juretur per creaturam, ſervandum eſt.* In qua difficultate dicendum eſt, juramentum per creaturas tunc eſſe prohibitum, cùm non refertur ad Deum, præſtando creaturis reverentiam; & ita obtinent priora noſtri text. verba: ſed tunc permittitur cum refertur ad Deum, qui eas creavit, & obſervari debet; ſecundum quam ſententiam intelligenda ſunt illa noſtri textus verba, ibi: *Si tamen juretur*, ſiquidem ex eo Deus non offenditur. Ita ſimiliter permiſſum eſt jurare per Crucem, per Evangelia, *cap. qui juravit*, 22. *quæſt.* 5. *cap. ſi aliqua*, 22. *quæſt.* 5. notat Covarruvias *ubi ſupra*, 1. *part.* §. 1. *n.* 16. ita ſimiliter eſt interpretandus textus *in l.* 3. §. *fin. l.* 4. *&* 5. *l. per ſalutem* 33. *l. ſi duo* 13. §. *ultim. ff. de jurejurando*, notat Antonius Faber, *in Rationali ad text. in dict. l.* 4. cum ſimilibus, *ff. de jurejurando.* Nec ſolutioni obſtant verba noſtri textus ibi: *Nec per Cœlum, quia thronus Dei eſt*, ex quibus conſtat, nec per creaturas etiam ad Creatorem relatas jurare permiſſum eſſe: quia verba illa debent intelligi ita, ut regulariter per creaturas non juretur, nec per Cœlum, ſed ſi neceſſitas fuerit, dummodo ſit licitum quod juratur, jurari etiam permittitur per creaturas, & per Cœlum, præſtando Domino reverentiam, qui illud creavit, ſicut per ipſum Deum, Caſtro *de hæreſibus, verbo*: *Juramentum*, Cajetanus ſuper *Matthæum, cap.* 5.

Quartò prædictis obſtat text. *in cap. Clericum*, 22. 6
quæſt. 1. ubi Clericus jurans per creaturas, acerrimè punitur; & ſi perſtiterit in vitio, excommunicationis pœnam patitur: cujus textus difficultas facilè diſſolvitur ex eo, quia tantum loquitur in jurante, non in modum idololatriæ, ut nonnulli exiſtimant; quia tunc aliter puniretur, *cap. ſi quis*, 22. *quæſt.* 1. Sed ideò mediocriter punitur, quia etſi juravit per creaturas, etiam relatas in Deum, tamen more Gentilium tunc juravit: veluti per Jovem, Mercurium, ac ideò in illo Carthaginenſi Concilio IV. illa creaturarum juratio reprehenditur, non ex eo, ut nonnulli exiſtimant, quod juramenta illa à fidelibus fierent, æſtimatione & modo Gentilium facta, quia tunc aliter acriter punirentur; ſed tantum quia turpe, & ſcandaloſum erat in ore fidelium illud creaturarum juramentum aſſumere.

Quintò obſtat textus in *cap. movet te*, 22. *quæſt.* 1. 7
ubi conſtat, licitum eſſe jurare per idola, & per falſos Deos. Quam difficultatem ut breviter diſſolvamus, annotandum eſt, licitum eſſe ab Infideli juramentum illud exigere: nam Chriſtianus, qui petit ab Infideli, ut pactum juramento confirmet, licitum petit, ſiquidem culpa Infidelis eſt, qui per falſos Deos jurat; non verò petentis, qui neceſſitate coactus id facit: nam ut ſuprà diximus, neceſſitas facit licitum, quod aliàs eſſet illicitum; aliter autem Infideli nulla jurandi religio remanet, & nec cum eo contrahi poſſet, Covarruvias *in dict. cap. quamvis pactum*, 1. *part.* §. 1. *n.* 22. Antonius Faber *in* 8
l. non erit 5. §. *Divus Pius, ff. hoc tit.* Nec obſtat textus in *cap. ecce duo*, 22. *quæſt.* 5. ubi ex Divi Auguſtini ſententia conſtat, Chriſtianum perjurum eſſe, ſi per falſa numina juramentum præſtitum non obſervaverit. Quia omiſſa interpretatione, quam refert Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidian. cap.* 4. *n.* 10. veriſſimè eſt dicendum, aliter apud *Auguſtin.* legi, quàm apud *Gratianum*; ſiquidem non eſt legendum: *Qui ſuper falſa numina, ſed qui per falſa numina*: qua lectione retenta, nulla extat difficultas, cùm ex illo juramento nulla detur obligatio: nam D. Auguſt. ſemper illis, & aliis rationibus, uti periurum convincit, eum qui falſos Deos jurat; duas conſtituens ſpecies, primam cum quis jurat per lapidem, vel per falſos Deos, putans id ſanctum eſſe, vel per quod non putat ſanctum eſſe id, quod jurat; & utroque in caſu perjurum eſſe affirmat: quæ vera lectio conſtat *in palea*, & refertur à Covarruvias *ubi ſupra*, 1. *part.* §. 1. *num.* 21.

Sextò obſtat textus in *l. ſi duo patroni, de jurejuran-* 9
do, ubi ſi quis juraverit per genium Principis, etiam ſi relatio creaturarum ad Deum fiat, fuſtibus cæditur. Pro qua difficultate diſſolvenda annotandum eſt, quod is, qui per genium Principis jurat, etiam referendo ad Deum, ideò fuſtibus cæditur, quia quaſi crimen majeſtatis committit, cùm venerationi Principis pejeret. Nec ſolutioni obſtat textus in *l.* 2. *Cod. de rebus creditis*, ubi ſimiliter in eadem ſpecie contempta illa Religione, non cæditur fuſtibus; ſed ſolum Deum ultorem habet: quia *textus* ille procedit, quando quis calore iracundiæ pejerat: at verò textus in *d.* §. *ſi quis*, loquitur de eo, qui mala mente, & conſultò pejeravit; ideoque etiam pœnis ſeculi punitur; notat Antonius Faber, *in Rationali ad text. in dict. l. ſi duo*, §. 6. Cujac. *lib.* 8. *obſervationum*, *cap.* 7.

Septimò

10 Septimò prædictis obstat textus in *l. qui per salutem 33. ff. de jurejurando*, ubi si quis detulit juramentum, ut per Deum jurares; si tamen per salutem tuam jurasti, ratum non est habendum jusjurandum. Augetur difficultas ex eo, nam ex litera constat, quod qui per salutem suam jurat, per Deum jurare videatur; quæ difficultas parum obest, si dixeris, quod quamvis is, qui per salutem jurat facta relatione ad Deum, per Deum verum jurare videatur; tamen jusjurandum non valet, nisi eo modo fiat, quo fuerit delatum; siquidem illa jurisjurandi conditio, & formula, inter contrahentes habita, servari debet, *l. ait prætor 3. §. jurari autem 4. ff. de jurejurando*, sicque illud juramentum improbatur, non ut improbum; sed ex eo, quia forma petentis mutatur: ita similiter est interpretandus text. *in l. 4. & 5. ff. de jurejurando*, notat Anton. Faber *in Rationali ad text. in dict. l. qui per salutem 33.* & in *l. 4. ff. de jurejurando*, etsi aliter Illiger. ad Donellum *lib. 24. cap. 14. litera F.* & pro interpretatione ad text. *in l. non erit 5. §. Divus Pius, ff. de jurejurando*, videri oportet, quæ supra retulimus in *cap. Quintavallis*, *num. 14.*

11 Octavò adversus id, quod communiter in præsenti notant Doctores omnes: videlicet pejus esse jurare verum per falsos Deos, quàm mendaciter per verum Deum, quia ut refert Divus Thomas 2.2. *quæst. 13. art. 3. ad secundum*, Covarruvias *in cap. quamvis 1. part. cap. 2. nu. 10.* primum juramentum pertinet ad idololatriam, & blasphemiam, quæ pejor est perjurio: obstabit Divi Augustini testimonium, *epist. 154.* relata in *cap. movet te, 22. quæst. 1.* ubi constat, minus malum esse per Deos falsos veraciter, quàm per Deum verum fallaciter jurare. Quæ difficultas ex eo dissolvitur, quia Divus Augustin. *ibi* loquitur quando fidelis jurat per falsos Deos, quos falsos existimat, solo decipiendi animo; nam is si non servat fidem, peccat decipiendo, & si non sit perjurus; at verò is qui mendaciter jurat per Deum verum, perjurus est, & gravius peccat; notat Azorius *lib. 11. cap. 12. quæst. 12. 1. tom. moral.* Divus Thom. 2. 2. *quæst. 98. art. 1. ad secundum*, Covarruvias *ubi supra*, 1. *part.* §. 1. *num. 25.* & an sit licitum jurare per capillos, idem refert in *dict.* §. 1. *numero decimo septimo, usque ad 19.*

12 Nonò obstat text. in *cap. debitores, de jurejurando*, ubi juramentum sine comite justitiæ, observari debet. Sed hujus textus solutio pendet ex ratione decidendi ad *eundem text. suprà* adducta. Nec similiter obstat text. *in cap. homines, 22. quæst. 2.* ubi etiam qui juravit, sine comite veritatis, perjurus non est: Quia textus ille procedit, quando is, qui jurat, adhibita diligentia, jurat, & putans jurare verum, falsum juravit; nam tunc à perjurio liber erit. Plura refert Turrecremata omnino videndus *in cap. animadvertendum 22. quæstione secunda.*

13 Decimò adversus nostrum textum dum indulget Monachis facultatem testificandi in causis sui Monasterii sub conditione, si testes defecerint, obstat textus in *cap. insuper 6. cap. tuis 39. cap. nuper 51. de testibus*, in quibus constat, absque conditione, & limitatione, etiam stantibus aliis testibus testimonium Monachorum admitti debere: sed hujus dubii interpretatio petenda est in his, quæ suprà retulimus in *dict. cap. insuper 6. de testibus in 6. argumento.*

Ad textum in cap. Cum contingat 28. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Juramentum super actu à lege prohibito principaliter in favorem privatum, secundariò in favorem publicum præstitum, observari debet, si absque vi, dolo, aut Tertii præjudicio fiat.*

2 *Juramentum non vergens in dispendium salutis æternæ, observandum.*

Granna, in Decret.

Tanta est jurisjurandi excellentia, non obligandi cum peccato, quanta est obligandi citra peccatum.

Lex Julia justis de causis multorum dotes alienari prohibuit.

3 *Expenditur text. in* l. 1. l. Julianus, ff. de fundo dotali, l. non dubium, C. de legibus.

4 *Mulierum dotes conservare ad jus publicum spectat, meritò bonis moribus receptum est dotes non alienari.*

5 *Lex justa, etiam civilis, obligat in conscientia.*

6 *Jusjurandum sequitur naturam actus, cui adhæret. Intellige ut ibi.*

7 *Expenditur text. in* l. cum pater 77. §. qui dotale 5. in fin. ff. de leg. 2.

8 *Judicium testatoris pro parte probari, & pro parte improbari non potest.*

Expenditur textus in leg. dotale servum 61. ff. soluto matrim.

9 *Interpretatur text. in* l. si is 56. §. quod dicitur, ff. de jure dot. *cum* l. quod dicitur, ff. de impensis in re dotali factis.

10 *Juramentum etiam gravissimo metu extortum est servandum. Intellige ut ibi.*

11 *Expenditur textus in* authent. Sacramenta puberum, Cod. si adverf. vendit. verf. Etiam à majoribus.

12 *Jurisdictio secularis distincta, & separata est ab Ecclesiastica.*

CONCLUSIO.

1 *JUramentum super actu à lege prohibito, principaliter in favorem privatum, secundariò in favorem publicum præstitum, observari debet, si absque vi, dolo, aut Tertii præjudicio fiat.* Comprobat textus in *cap. debitores, cap. ad nostram 7. cap. si vero 8. cap. ex rescripto, cap. querelam, cap. verum 15. cap. brevi 17. cap. quemadmodum 25.* cum aliis, *hoc tit. cap. quamvis pactum, de pactis lib. 6. Authent. Sacramenta puberum, C. si adversus venditionem, cap. licet mulieris, hoc tit. lib. 6. l. 1. l. lex*, & per *totum tit. ff. de fundo dotali, principio Institutionum, quibus alienare licet, vel non, l. 1. C. de fundo dotali, l. 1. C. de rei uxoriæ actione, l. 7. l. 29. tit. 1. part. 4.* Exornant hanc conclusionem Duarenus *ad titulum, ff. soluto matrimon. cap. de dotali fundo.* Covarr. *in cap. quamvis, 2. part. §. 4. nu. 9. & in §. 2. n. 2.* Guttierrez *de juramento confirmatorio, 1. part. c. 1.* Idem *conf. 22. n. 7.* Barbos. *in l. 1. ff. soluto matrimonio, part. 1. n. 69.* Sanchez *de matrimonio, lib. 1. disput. 32. n. 12.* Idem *in præcepta Decalogi, 1. tom. lib. 3. cap. 12.* Fachineus *libr. 12. controversiarum, cap. 79.* Cujacius *tract. 9. ad Africanum in l. 9. ff. de fundo dotali, & lib. 3. quæstionum Papiniani, in l. 42. ff. de usucapionibus*, Idem *in l. 5. ff. de dote prælegata*: & in *l. unica, §. & cum lex Julia, C. de rei uxoriæ actione, & lib. 13. observationum, cap. 12.* Antonius Faber, *lib. 1. conjecturarum, cap. 2. & 3.* & in *Rationali ad text. in l. creditor 52. §. 1. ff. de actionibus empti*, Osuald. ad Donel. *lib. 9. commentariorum, cap. 20. lit. R. S. & T.* idem *lib. 21. cap. 23.* pro interpretatione ad text. *in dict. Authent. Sacramenta puberum*, præcipuè *in lit. M.* Antonius Pichardus, & omnes elementorum juris Interpretes, *in principio, Instit. quibus alienare licet, vel non.*

Ratio deducitur ex *nostro textu*; nam cum juramentum illud non vergat in dispendium salutis æternæ, observandum est, cùm absque vi, dolo, vel Tertii præjudicio fiat; cùm tanta sit jurisjurandi excellentia non obligandi cum peccato, quanta est obligandi citra peccatum, *cap. si vero, cap. verum, hoc tit.* & quamvis lex Julia *de fundo dotali*, illarum rerum alienationem prohibuerit, *dict. l. 1. & per totum, tit. ff. de fundo dotali*; tamen cum hoc beneficium, præcipuè & principaliter sit introductum in favorem mulierum, rectè ab eis illis renuntiari poterit, *l. penult. C. de pactis*, cum invito beneficium non detur, *l. si judex, ff. de minoribus, cap. 1. de restit.*

spoliatorum. Meritò, si mulier juraverit alienationi non contravenire, juramentum præcisè tenetur observare, cum iniquitatem non contineat; & Pontifex non debet esse perjurii fautor, nec perjuriis viam aperire, si autem vi, vel dolo juraverit, non obligatur; quia lex Pontificia noluit præbere occasionem iniquis hominibus, ut juramenta exigerent ab eis qui metum patiuntur, vel dolo capiuntur, cùm unico jurandi actu, non præsumitur Pontifex tot juris defectus velle supplere, argum. text. *in l. si quando, in principio, ff. de inofficioso testamento*: Guttierrez *ubi sup. num.* 2.

3 Primò obstabit dicere, quod *lex Julia* justis de causis mulierum dotes alienari prohibuit, *l.* 1. *l. lex Julia, l. Julianus, ff. de fundo dotali*; sed jusjurandum in actu à lege prohibito præstitum non obligat, juxta text. in *l. si quis inquilinos* 112. §. *fin. ff. de legatis* 1. *l. non dubium, C. de legibus*: ergo juramentum contra legis Juliæ prohibitionem præstitum, non erit observandum. Quam difficultatem facilè dilues, si dixeris, adeò propriam excellentiam, & naturam juris jurandi esse, ut semper observari debeat, si nec peccatum, nec iniquitatem, nec Tertii præjudicium principaliter contineat, ut *in præsenti*, & in *d. Authent. Sacramenta puberum, d.c. quamvis pactum*: nam mulier in præsenti, dumtaxat principaliter sibi præjudicat, quod facere potuit; nam quamvis indotata remaneat, non præjudicat principaliter Reipublicæ, sed in consequentiam tantum. Nec obstat textus in *d.l. non dubium, C. de legibus*. Quia juramentum in specie nostri *textus*, non est contra legis Juliæ prohibitionem; sed præter legem; nam lex Julia prohibuit tantum rerum dotalium alienationes; non tamen prohibuit juramenta super eis interponi: itaque mulier non jurat contra legem, sed præter legem: & ideò non contradicit rescripto *dictæ leg. non dubium*. Vel aliter dici potest, text. in *d.l. non dubium*, tantum affirmare factum contra legem, nullius momenti esse; non tamen asserere juramentum præstitum contra prohibitionem legis, non esse servandum, sed non esse admittendum, sed si admissum fuerit, servari debet, ut in *nostro textu*. Quæ interpretatio deducitur ex verbis *dictæ leg. non dubium*, ibi: *Nec Sacramentum admitti, &c.* & cessat omnis difficultas, quia textus ille disponens de juramenti vinculo, nullus est ex defectu potestatis, cùm tantum procedat tempore nascentis Ecclesiæ, quando Imperatores de facto usurpabant jurisdictionem Ecclesiasticam, quæ omnia jura cassata sunt ab Imperatore Federico *in auth. cassa, C. de Sacrosanctis Ecclesiis*.

4 Secundò solutioni obstabit dicere, quod mulierum dotes conservari, ad jus publicum pertinet, meritò bonis moribus receptum est, dotes non alienari, *l.* 1. *ff. soluto matrimonio dict. l.* 1. cum aliis, *ff. de fundo dotali*; sed jusjurandum contra juris publici prohibitionem non tenet, *l. juris gentium* 7 §. *si paciscar, ff. de pactis, c. si diligenti, de foro competenti*, nec contra bonos mores debet observari, *d.l. si quis inquilinos* 112. §. *fin. ff. de leg.* 1. *c. non est obligatorium, de regulis juris, lib.* 6. ergo juramentum in præsenti, tanquam contra bonos mores, & jus publicum, non debuit observari. Sed ut hanc difficultatem dissolvamus, annotandum est, quod juramentum in Reipublicæ præjudicium, tunc non obligat, cum principaliter toti Reipublicæ præjudicat, & ita obtinent jura, in argumento adducta: at verò textus noster procedit, quando secundariò tantùm Reipublicæ, & principaliter mulieri præjudicat; siquidem dotis alienatio principaliter fuit prohibita in favorem mulieris, tanquam proprii patrimonii, secundariò tamen in favorem Reipublicæ; ideircò causa Fisci dicitur publica, & dotis privata, *l. utilitas, C. de præmipilo, lib.* 12. Nec obstabit dicere, quod si hoc esset verum, mulier absque juramento posset dotem, tanquam proprium patrimonium alienare, ex vulgari *l. penult. C. de pactis, c. ad Apostolicam, de Regularibus*. Quia hæc jura limitantur, quando Reipublicæ etiam secundariò modo interest. Nec etiam obstabit illud, quod *suprà* retulimus, videlicet juramentum illud, tanquam contra bonos mores, non esse observandum; quia text. in *dict. cap. non est obligatorium*, procedit quando juramentum est contra bonos mores naturales, vel divinos, juxta text. in *cap.* 1. *& seqq.* 22. *quæst.* 1. secus verò quando est contra bonos mores Civiles, vel Canonicos ut in *nostro textu*, & in *dict. cap. quamvis pactum*, cum similibus *suprà* adductis, notat Petrus Pechius *in dict. c. non est obligatorium, de reg. jur. lib.* 6.

Tertiò obstabit dicere, quod lex justa, etiam Civilis, 5
obligat in conscientia, *c. vides*, 10. *distinct. cap.* 1. *de constitutionibus*, sed juramentum non potest justam legem impedire, & contra conscientiam obligare, quia aliàs esset iniquitatis vinculum, contra *cap. inter cætera*, 22. *quæst.* 4. *cap. cum quidam*, §. *fin.* cum aliis, *hoc tit.* ergo nec in præsenti contra legem Civilem, & contra conscientiam potuit obligare. Quæ difficultas ex eo dissolvitur, quia licèt verum sit quod lex Civilis in conscientia obligat, & juramentum contra conscientiam non sit observandum, *cap. magnum.* 12. *quæst.* 1. *cap. omnis anima, de censibus*: cum traditis ad text. *in cap. Quintavallis, hoc tit.* tamen id procedit quando principaliter lex justa respicit publicam utilitatem, & condita est ad observandos bonos mores, divinos, & naturales, non tamen si principaliter respicit favorem privatum, ut in specie nostri *text.* licet secundariò respiciat favorem publicum, & ideò servari debet, cùm fine interitu salutis æternæ observari possit, cùm lege divina, & naturali sit obligatorium, & legem humanam superet, ex juribus, & rationibus *suprà* adductis.

Quartò obstabit dicere, quod jusjurandum sequitur 6
naturam actus, cui adhæret, *l. si quis pro eo* 16 *ff. de fidejussoribus, l. fin. C. de non numerata pecunia*, sed alienatio rerum dotalium ipso jure nulla est, *d.l.* 1. cum similibus *suprà* adductis: ergo juramentum nullius momenti erit. Quæ difficultas parum obest, si cum communi Doctorum sententia dixeris, distinctione adhibita, an jusjurandum sit interpositum circa validitatem actus, qui suo jure valebat, quia tunc sequitur naturam actus cui adhæret, & ita obtinet text. in *l. fin. ff. qui satisdar. cogantur, l. fin. C. de non numerata pecunia, cap.* 2. *de renunciatione*; an verò interpositum sit, quoad validitatem actus, aliàs revocabilis, & invalidi; nam tum superat naturam actus, cum tanta sit vis, & potestas, ac excellentia juramenti, ut contractus infirmos, firmos, & irrevocabiles reddat, juxta text. *in cap. quamvis pactum de pactis*, cum *similibus suprà adductis*, siquidem lex Civilis non potuit impedire virtutem, & potentiam jurisjurandi à lege divina proditam, quæ tanquam potentior vincit civilem minus potentem; notat Fachineus *lib.* 3. *controversiarum, cap.* 11. Antonius Pichardus *in* §. *item si quis postulante* 11. *Instit. de actionibus, num.* 18. *cum seqq.* Osuald. ad Donel. *lib.* 21. *commentar. cap.* 13. *litera M. & S.*

Quintò obstabit dicere, quod non solùm venditio à 7
muliere fundi dotalis absque jurisjurandi religione valet; sed quod magis est, quod si à marito fuerit facta de fundo inæstimato valebit, ita ut si postea mulier vellet venditionem rescindere, submovebitur exceptione doli mali, uti demonstrat Papinianus *lib.* 8. *responsorum, in l. cum pater* 77. §. *qui dotale* 5. *in fin. ff. de legatis* 2. Cujus dubii facilis erit explicatio, si dixeris, ideò in *dict.* §. *qui dotale* 5. mulierem exceptione doli mali submoveri; quia oblato pretio à fideicommissario, ut residuum fundi dotalis venditi simul cum legato uxoris relicto præstet, incipit mulier dolo facere: nam petendo pretium residui, incipit comprobare alienationem, & non poterit pro parte approbare, & pro parte improbare judicium testatoris; siquidem ex duobus legatis ibi relictis, unum uxori, hoc est decem, & alterum residui, hoc est, usque ad duodecim, ex fideicommisso, quod continet onus, & relictum est sub conditione ne ab emptore fundus evincatur, & cum animo compensandi testator id fecisset, non poterit mulier unum acceptare, & aliud repudiare, *l. si duobus* 5. §. *sed unum* 1. *ff. de leg.* 2. & sic rata manebit venditio agnito legato, & consentiente muliere; siquidem tunc tantum ante Justiniani ætatem nulla erat venditio fundi dotalis, contradicente uxore, cùm tantùm,

ea

ea consentiente, utilis esset alienatio; uti constat ex text. in *l. unica*, §. *& cum lex*, *C. de rei uxoriæ actione*, Antonius Faber *lib.* 4. *conjecturarum*, *cap.* 11. Osuald. ad Donel. *lib.* 8. *commentar. cap.* 7. *litera H.* ubi plura notabilia adversus Ant. Fab. refert.

8 Sextò obstat text. in *l. dotalem servum* 61. *ff. solut. matr.* ubi si maritus servum dotalem, invita uxore, manumiserit, si à liberto sit hæres instituta, portionem hæreditatis, hoc est, trientem, quem patronus retinet, debet uxori restituere per actionem, & per prohibitionem legis Juliæ, alteram verò hæreditatis portionem dotis judicio, seu actione de dote, quæ tantum soluto matrimonio competit. Augetur difficultas ex eo, quod maritus, qui solvendo est, ut in præsenti fuit, poterit etiam invita uxore servum dotalem manumittere, *l. servus dotalis*, *ff. de manumission.* Qua in difficultate verissimè est dicendum, quod etiamsi maritus in reddenda dote idoneus fuerit, multum refert, an servum manumiserit consentiente uxore, an verò ea contradicente; nam ea volente, manumissio valet, siquidem hæc donatio inter virum, & uxorem admittitur, cum ex ea non locupletetur maritus, qui licèt libertum adquirat, non tenetur restituere quidquid ex bonis liberti ad eum pervenerit, *l. quod si* 62. *ff. solut. matrim.* si verò invita muliere manumiserit, valebit quidem manumissio, sed restituit quidquid ex bonis liberti ad eum pervenit, diverso actionis jure; nam portionem legitimam sive trientem jurispatronatus, debet restituere actione legis Juliæ; quæ conditio ex lege, etiam constante matrimonio competit, *l. hæc actio* 65. *l. filius*, §. *ultim. ff. ad legem Corneliam de falsis*; aliam verò portionem tenetur uxori restituere actione de dote, quæ tantum soluto matrimonio competit, ex eo videlicet, quia lucrum illud ad eum pervenit ex re dotali, Cujac. *lib.* 11. *quæstion. Papinian. in dict. l. dotalem servum*, 61. *ff. soluto matrimon.* Duaren. *ad text. in l. viro* 64. *ff. soluto matrimon.*

9 Septimò obstat text. in *l. si is* 56. §. *quod dicitur*, *ff. de jure dotium*, ubi dotalis fundus, propter impensas necessarias desinit esse dotalis, & marito adquiritur; quod est omnino contra text. *in l. quod dicitur*, *ff. de impensis in re dotali factis.* Augetur difficultas ex eo, quod *in dict.* §. *quod dicitur*, alienatio similiter prohibetur ex lege Julia, etiamsi res desinat esse dotalis. In qua jurium contrarietate fatendum esse arbitror, Paulum sui magistri Scevolæ sententiam non fuisse sequutum: meritò distinctio est adhibenda, an impensæ in parte dumtaxat fundi factæ sint, necne: nam si fundi tantum in parte, tunc fundus non desinit esse dotalis, nec pro illa parte, cum semper mulieris interest, fundi partem habere potiùs, quàm ejus æstimationem, cùm alia pars sibi supereset; si verò impensæ necessariæ integram totius fundi æstimationem æquipollent, tunc fundus desinit esse dotalis: quia jam nulla injuria mulieri efficitur, cujus re vera nihil interest fundum illum habere intra annum, sed quando afferuntur impensæ ab uxore, non poterit à marito alienari; cùm novum non fit, ut etiam fundi non dotalis alienatio lege Julia inhibeatur, cùm sufficiat actionem de dote mulieri competere posse, licèt interea, non competat, *l.* 3. *ff. de fundo dotali*, Ant. Fab. *lib.* 2. *conjectur. cap.* 2. Osuald. ad Donel. *lib.* 14. *comment. cap.* 8. *litera B.* qui latè improbat Cujacii interpretationem relatam in *l.* 5. *ff. de dote prælegata*, *& in lib.* 23. *observat. c.* 12. Et an impensæ utiles minuant dotem, seu ex eo dos alienari videatur, cùm idem sit minui, quod alienari, *l. ultim. C. de reb. alienis non alienandis*, *l. stipulatio ista*, §. *si quis*, *ff. de verborum obligation.* Duarenus *ad titulum*, *ff. soluto matrimonio*, *cap. de dotali fundo*? Pro qua quæstione videndus text. in *l. Mævio* 41. §. 1. *ff. de legatis* 2. Cui obstat text. *in l.* 5. *ff. de dote prælegat.* de quibus Cujac. *in recitationibus ad text. in dict. l.* 5. Idem *lib.* 23. *observat. cap.* 12. Anton. Faber *lib.* 1. *conjectur. cap.* 3. Goveanus *lib.* 1. *variarum*, *cap.* 13. videndus est etiam text. *in l. si pro re pupilli* 22. §. *cum duobus sequentibus*, *ff. de evictionibus*, de quibus idem Cujac. *lib.* 6. *ad Africanum in l. cum ejusdem* 32. *ff. de ædilitio edicto apud finem*, & in *l. non tamen* 24. *ff. de evictionibus*, videndus est etiam text. *in l. Mævia* 49. §. *fundus* 1. *ff. soluto matrimonio.* Cui obstat text. in *l. creditor* 52. §. *prædium æstimatum ff. de actionibus empti*, de quibus Anton. Faber *in Rationali ad text. in l.* 52. §. *Prædium apud finem*, Duarenus *in l.* 49. §. *fundus*, *ff. soluto matrimon.*

Octavò adversus ultimam nostræ conclusionis partem, 10
obstabit dicere, juramentum etiam gravissimo metu extortum, esse servandum, *d. c. si verò*, *c. verum* 15. *hoc tit.* ergo, & in præsenti etiamsi metus interveniisset, observari debuit; tum etiam, quia quoties contractus metu, vel dolo est celebratus, mero jure valet, licet postea à Prætore actione. Quod metus causa rescindatur, *l.* 1. *ff. quod metus causa*, *l.* 1. *ff. de dolo*, *l.* 1. *ff. de in integrum restitution.* ergo, & in præsenti juramentum etiamsi vi, vel dolo sit præstitum, valere debet, donec jurans ab ejus vinculo sit absolutus. Cujus difficultatis nodus ex eo dissolvitur, quia jura in argumento adducta limitantur, quoties metu, vel dolo gesta, ab ipsa legis prohibitione non tenent; siquidem lex ipsa rem alienare prohibuit, ut in *nostro text.* & in *dict. authent. Sacramenta puberum*, *C. si adversus vend.* quia lex Pontificia noluit malis hominibus juramenti virtute, mali præbere occasionem, nec unico jurandi actu, tot juris vitia, & defectus supplere, notat Covarr. *de pact.* 2. *part.* §. 4. *n.* 2. Osuald. ad Donel. *lib.* 21. *commentar. cap.* 13. *verbo Per justum metum*, ubi latè pro interpretatione ad text. *in d. auth. Sacramenta puberum*, *litera S.*

Nonò solutioni obstat text. in *d. authent. Sacramenta puberum*, *vers. Etiam à majoribus*, *C. si adversus vendit.* ubi non solum juramentum vi, vel dolo à minore præstitum, est nullum, verum etiam, si à majoribus ita sit exactum; & tamen patet, majoribus non esse prohibitam alienationem. In cujus text. difficultate, omissa interpretatione, quam refert Covarr. *ubi supra*, 2. *part. cap.* 3. §. 1. *n.* 2. verissimè est dicendum, verba *illius authent.* singula singulis esse referenda; quasi diceret, juramentum minoris esse ipso jure nullum, majoris verò validum fuisse à principio, licet postea ex Prætoris beneficio rescindatur; ideoque, nec post rescissionem utile erit quemadmodum, & minoris. Nec obstant verba illius text. ibi: *Etiam à majoribus nullius esse momenti.* Quia verba illa, *nullius esse momenti*, debent referri tantùm ad minoris, non ad majoris juramentum, notat Osuald. *ubi supra litera S.*

Decimò adversus generalem nostri *text.* sententiam, 12
obstabit dicere, quod jurisdictio secularis distincta, & separata est ab Ecclesiastica, præcipuè, cum agitur de re temporali, *cap. novit*, *de judic.* sed dotis cognitio adeò ad secularem pertinet, quod judex Ecclesiasticus de dote non poterit, nisi incidenter cognoscere, *cap. de prudentia* 3. *de donat. inter*: ergo Innocentius III. *in præsenti*, non potuit sententiam ferre, seu legem condere super alienationem fundi dotalis. Cui dubio respondetur facilè, quod quamvis jurisdictiones quoad actum, & exercitium distinctæ sint; tamen in conventionibus laicorum cum juramento celebratis, quemadmodum Judex secularis ratione subjecti cognitionem habet, eodem modo Ecclesiasticus propter subjectum juramenti, de eo poterit cognoscere, legemque ferre; & ideò cum sit casus mixtus, uterque Judex competens dicitur, Glossa, *verbo*: *Malefactores*, in *cap. cum sit*, *de foro competenti*, Covarr. *in* 4. 2. *part. cap.* 6. *num.* 20. Morla *in emporio*, *tit.* 2. *in princ. num.* 127.

Ad textum in cap. Juramentum fin. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Juramentum litis decisorium, nec recusari, nec referri potest, si à Judice sit delatum; secus tamen si à*

parte. In actione tamen famosa referri non potest.

2 *In probationibus arbitrium Judicis attenditur: & ibi ratio textus primæ, secundæ, & tertiæ partis proponitur.*

3 *Actore non probante, reus absolvitur.*
Interpretatur text. in cap. 2. de probat.

4 *Imperfectum, & inutile, non differunt.*
Semiplena probatio, si jurejurando à parte, vel in Judice delato adjuvetur plena, & perfecta efficitur.
Interpretatur textus in l. jusjurandum, §. 1. ff. de jurejurando.

5 *Refertur differentia, quæ extat inter juramentum à patre, vel à Judice petitum; & interpretatur textus in* l. generaliter, §. fin autem, Cod. de rebus creditis.

6 *Reus non solum absolvitur, si actor nihil probet, sed etiamsi minus plenè probaverit.*

7 *Transactio prætextu novorum instrumentorum retractari non potest.*
Expenditur text. in l. admonendi 31. ff. de jurejurando, *& in num.* 8.

9 *Interpretatur text. in* l. qui juraſſe 26. §. ſi pater 1. & 2. ff. de jurejur.

10 *Expenditur textus in* l. in duobus 28. §. fin. l. fin. Cod. de jurejurand. l. qui juraſſe 26. ff. de jurejurand. *cum* l. videamus, ff. de in litem jurando, l. jusjurandum 34. §. pupillus, ff. de jurejurand. l. ſi deferente 13. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſolvitur.

11 *Juramentum à parte parti delatum, etsi ante susceptionem sit voluntarium, post susceptionem verò necessarium redditur.*

12 *Expenditur textus in* cap. fin. de jurejurando, verſ. Quamvis.
Juramentum extrajudiciale partium contentione exactum recusari non potest.
Interpretatur textus in l. jusjurandum, digeſtis, de jurejurand.

13 *Juramenti judicialis essentia est, finem litibus imponere.*
Judiciale jusjurandum in causa famosa non sufficit; cum in gravibus causis luce meridiana clariores debent esse probationes.

14 *Actio in factum competit ex jurejurando, & an alia actio competat? Intellige ut ibi.*

CONCLUSIO.

1 *JUramentum litis deciſorium, nec recuſari, nec referri poteſt, ſi à Judice ſit delatum; ſecus ſi à parte. In actione tamen famoſa referri non poteſt.* Comprobat text. in *l. 1. l. actori, l. generaliter, l. fin. Cod. de rebus creditis, & jurejurand. l. quod ſi deferente* 21. *ff. de dolo, l. poſt rem adjudicatam, ff. de re judic. l.* 1. 2. *& 3. l. admonendi, l. manifeſti, l. tutor,* cum aliis, *ff. de jurejurando, l.* 2. *l.* 14. *l.* 15. *l.* 25. *tit.* 11. *l.* 13. *&* 19. *tit.* 22. *part.* 2. exornant Fachineus *lib.* 1. *controverſ. cap.* 15. *cum ſequentibus,* Idem *lib.* 11. *cap.* 27. Guttierrez *de juramento confirmatorio, cap.* 3. *cap.* 7. *n.* 10. Corraſius *in repetitione ad text. in l. admonendi, de jurejurand.* Tiraq. *lib.* 2. *controverſ. cap.* 14. Covarr. *in cap. quamvis pactum, in principio,* Parlador. *lib.* 2. *rer. quotidian. cap.* 18. Duarenus *ad tit. de jurejuran. cap.* 30. Idem *in poſterioribus ad eundem titulum, cap.* 2. *&* 7. *& lib.* 2. *diſput. cap.* 33. Cujac. *lib.* 18. *obſervation. cap.* 35. *& in l.* 2. *&* 3. *C. de reb. creditis,* Donel. *ibid.* idem Donel. *lib.* 24. *comment. cap.* 8. 9. 17. 19. 23. 24. *&* 26. ubi latè Illiger. *ad Donel.* Antonius Faber, *de erroribus pragmaticorum, decade* 19. *errore* 1. *& ſeqq.* Anton. Pichard. *in §. item ſi quis poſtulante* 11. *Inſtit. de action. num.* 70.

2 Ratio quare juramentum neceſſarium, vel ſuppletorium à Judice delatum, ad conficiendam integram probationem, non poteſt à parte recuſari (niſi juſta ſubſiſtente cauſa) ea eſt; quia jam urget Judicis imperium, authoritas, & arbitrium in cauſæ inſpectione, ne judicium illuſorium reddatur, cùm cognitioni, & brevi exitui cauſæ id expediat, ſiquidem in probationibus arbitrium Judicis attendatur, *l.* 3. *verſ. Si magis, ff. de teſtibus, cap. cum clamor,* 33. *de teſtibus, cap. cum Joannes, de fide inſtrument.* ideòque recuſari non poteſt, niſi major ratio contrarium poſtulaverit, vel quia actor plenè probavit, *dict. cap.* 2. *de probat.* vel niſi immineat perjurii periculum. In ſecunda verò *noſtri text.* parte, ideò juramentum litis deciſorium à parte alteri parti delatum, licitè recuſari, ac referri poteſt: quia tunc jam ceſſat Judicis imperium, & conſideratio, de qua in præcedenti ratione dictum eſt; ſiquidem parti tanta poteſtas non tribuitur, quare à principio voluntarium dicitur; poſt acceptationem verò, præciſum, & neceſſarium erit, quod ideo judiciale, & litis deciſorium appellatur, *l.* 3. *§. fin. l. non erit* 5. *§. dato, l. ſi duo* 13. *§. ſi quis, ff. hoc tit. l. Actori, Cod. de reb. cred.* In tertia verò *noſtri text.* parte, in verſ. *Nec liceat,* juramentum in cauſa famoſa minimè referri poteſt: quia actionis famoſæ judicium ex actoris juramento pendere non poteſt; cùm vindicta illius delicti, ad jus publicum tantum pertineat, ſiquidem Reipublicæ intereſt ne delicta maneant impunita, *l. ita vulneratus* 5. *ff. ad l. Aquil. cap. ut famæ* 35. *de ſentent. excomm.* cui privatorum pactionibus derogari non poteſt. *l. Juriſgentium* 7. *§. ſi paciſcar,* cam vulgatis *ff. de pactis, cap. ſi diligenti, de foro competenti*: nam crimina, non relatione ſed innocentia purgari debent, *l. is qui reus, ff. de pub. jud.* Gloſſ. *in præſenti,* verb. *Famoſa.*

Primò contra primam *noſtri text.* partem obſtabit dicere, quod juramentum litis deciſorium, non eſt neceſſarium; & conſtat ex eo: nam aut actor probat, & reus non; & tunc non eſt neceſſe jurare, nec reus poterit ad jurandum compelli, *d. cap.* 2. *de probat.* aut actor non probat, quo in caſu reus nihil probans abſolvendus eſt, *l. qui accuſare, Cod. de edendo, l. actor, Cod. de probat. cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſ. & prop.* & text. noſter *in §. ſanè,* aut uterque æqualiter probat, & tunc pro reo pronuntiandum eſt, *cap. ex literis, de probat.* ergo, cum nunquam ſit neceſſarium, ſemper recuſari poteſt. Quam difficultatem ut effugias adnotare debes, quod in illa partium enumeratione, quando actor probat, & non probat, eſt aliud medium: videlicet, quando non plenè, ſed ſemiplenè probat, ut in *cap.* 2. *de probat.* quo in caſu ad conficiendam plenam probationem, Judex conſideratis perſonarum, & cauſæ circumſtantiis, poterit ab actore jusjurandum exigere, quo recuſari non poteſt, & in hac ſpecie loquitur noſter *text.* in prima ejus parte, notat Accurſius Gloſſ. *verb. Exacto, ff. de jurejurando,* Corraſius *in d. l. admonendi,* 2. *part. num.* 52. Cujac. *lib.* 8. *obſervationum, capit.* 15. *& lib.* 22. *cap.* 28. Fachineus *lib.* 1. *controverſiar. cap.* 15. *& ſeq.* Pacius *centur.* 3. *quæſt.* 81.

3

Secundò adverſus prædictam ſolutionem obſtabit dicere, nihil amplius dicendum eſſe, quando quis ſemiplenè probat, quàm cum nihil probat; ſiquidem probare, nihil aliud ſit, quàm legitimis modis in jure fidem facere, *l. proprietatis* 4. *l. cum res* 12. *Cod. de probation.* itaque inſtrumenta debent eſſe indubitata, *l. ult. Cod. de probat.* teſtes idonei, & ſaltem duo, *dict. l. ult. l.* 2. *& 3. l. ubi numerus* 12. *ff. de teſtibus,* & ideò imperfecta, ſeu ſemiplena probatio pro infecta, & nulla habetur, *l. quoties* 6. *ff. qui ſatisdare cogantur, l. non dubium* 5. *ff. de legibus.* Augetur difficultas, quia in jure noſtro imperfectum, & inutile non differunt, *l. ſi is qui* 25. *ff. qui teſtamenta facere poſſunt, l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, Cod. de teſtament. l. ita ſtipulatus* 115. *ff. de verbor. oblig.* ergo cum ſemiplena probatio perfecta non ſit, pro nulla, & inutili habenda erit. Sed hujus dubii facilis erit ſolutio, ſi attendamus, quod licet unius teſtis & ſemiplena probatio per ſe ſolam, inutilis, & imperfecta ad probandum dici poſſit; tamen poſtquam jusjurandum eſt delatum, ſi adhibeatur amplius ſemiplena non eſt; ſed potius plena, perfecta, ac

4

ac legitima dicitur. Nec obstat textus in *l. jurejurandi 9. §. 1. ff. hoc titul.* ibi: *Nec unius testis, &c.* Quia verba illa non absolutè accipienda sunt, sed tantum quoad effectum, ut ex semiplena sola probatione condemnatio non sequatur; nec ei perfectè credatur, poterit tamen ex ea suspicio sumi, ut Judex hoc jusjurandum suppletorium exigat, notat Antonius Faber *de erroribus decade 19. errore 3.* Illigerus ad Donel. *lib. 24. comment. cap. 19. lit. Y.*

5 Tertio obstabit dicere, nullam constitui differentiam inter jusjurandum à Judice, vel à parte delatum, ut recusari non possit, juxta text. in *l. jusjurandum 34. §. ait Prætor, ff. de jurejurando, l. generaliter*, §. *fin autem*, *Cod. de reb. creditis, & jurejurando*, sed a parte delatum recusari potest, ex textu nostro, *in vers. Quamvis*, ergo à Judice delatum etiam recusari poterit, cum in *dictis juribus* juramenta illa æquiparentur. Quo in dubio communiter dici solet, differentiam esse inter prædicta juramenta à parte, vel à Judice delata, ut constat ex *textu nostro*, & in *dict. l. admonendi, ff. de jurejurando.* Nec obstat textus in *dict. l. generaliter*, §. *fin autem*; quia licet à principio *textus* ille videatur licentiam concedere recusandi juramentum necessarium, tamen statim se explicat, dum asserit id fieri debere cum causæ cognitione; quasi diceret recusari posse justa interveniente causa, quæ si à Judice non fuerit admissa, jurare necesse est, ut constat ex ejusdem Justiniani verbis, ibi: *Judex autem si omnino jusjurandum præstandum esse existimaverit, &c.* ita similiter est interpretandus text. in *dict. l. si jusjurandum 34. §. ait Prætor, ff. de jurejurando*, quod etiam docet *textus* noster in versic. *Nisi*, dum asserit recusari non posse, *nisi ex justa causa*, notat Donel. *libr. 24. commentar. cap. 20.* Pacius *centuria 1. quæst. 85.*

6 Quartò obstabit prædictis; quod non solum absolvitur reus, si actor in probatione cesset, hoc est, si nihil probet, *l. qui accusare 4. Cod. de edendo, l. 2. C. de probation.* verum etiamsi minus plenè probaverit, *l. siquidem 9. C. de except.* nam quemadmodum reus suas exceptiones tenetur probare, *l. exceptionibus, ff. de probat.* ita similiter, & actor suam intentionem, *l. ante omnia 23. ff. de probat. l. fin. C. de rei vindicatione*: ergo juramentum suppletorium inutile est. Urget etiam, nam uti refert Anton. Fab. *de erroribus lib. 18. decade 19. errore 1.* quod etsi in jure Civili tot extent Jurisconsultorum responsa, Imperatorum placita, quæ de jurejurando disputent; nulla hujus juramenti suppletivi mentio fit. Cui dubio satis fieri debet ex eo, quod jura in argumento adducta procedunt, quando actor nihil probavit, vel si semiplenæ probationi nihil accessit: nam tunc reus est absolvendus; at verò *textus* noster procedit quando unico testi accessit juramentum necessarium, quo in casu reus non absolvitur. Nec etiam obstat, quod pro Antonii Fabri sententia inducitur. Quia hoc juramentum, etiam in jure Civili est cognitum: nam etsi in co mentio nominis, *suppletorii*, non reperiatur; tamen subintelligitur, & de eo agitur in *nostro textu*, & in *d. l. admonendi, ff. de jurejurando, l. 3. C. de rebus creditis*: constat etiam ex *Rub. ff. de jurejurando, sive voluntario, sive necessario, sive judiciali*: videndus est Anton. Faber *decade 19. errore 1. & 3.* Duarenus *lib. 2. disput. cap. 33.* & in *prioribus commentariis ad tit. de jurejurando, cap. 30.* & in *posterioribus, cap. 7.* Donel. *lib. 29. commentar. cap. 19.* Osvald. *ibidem, litera V. & Y.* Anton. Pichard. *in §. item si quis postulante, Institut. de actionibus, à n. 72. cum seqq.*

7 Quintò obstabit dicere, quod si hoc juramentum necessarium ex semiplena probatione exactum utile esset; sequeretur quod ejus virtute sententia lata transiret in rem judicatam, nec novis instrumentis repertis retractari posset, *l. Jub spe 19. C. de re judicata, l. cum de hoc 27. ff. eod.* siquidem in exercendis litibus parem vim habent juramenta, testes, & instrumenta, *l. in exercendis ff. de fide instrument.* præsertim, quia juramentum vim transactionis retinet, *l. 2. ff. hoc tit.* & transactio prætextu novorum instrumentorum retractari non potest, *l. sub prætextu 16. C. de transaction.* sed sententia ex juramento necessario prolata non transit in rem judicatam; imò potius ex novis instrumentis repertis retractari potest, juxta textum difficilem *in l. admonendi 31. ff. de jurejur.* ergo juramentum hoc non erit necessarium; cum etsi aliquid, tamen parum prodest. In cujus textus difficultate, omissa Alc. Bart. Jas. interpretatione in *d. l. admonendi, n. 36.* Cujacii *lib. 18. observat. cap. 35.* verissimè est dicendum juramentum illud utile, & necessarium esse. Nec obstat textus *in d. l. admonendi*: nam ideò ibi sententia lata ex juramento necessario, ex novis instrumentis retractatur, quia illa probatio, quæ fuit facta ex juramento suppletorio, seu necessario, illegitima, irregularis, & imperfecta erat, cùm Judex Juramentum illud exegisset etiam repugnante parte, ad supplendum probationis defectum, & cum is à quo exigitur, testis, & judex sit in causa propria, contra juris civilis regulas, *l. nullus, ff. de testam. l. in omnibus, Cod. eod.* justa de causa, superveniente alia clarissima probatione ex instrumentis noviter repertis, sententia illa retractatur, cùm tunc non propriè vim transactionis, nec rei judicatæ retineat; notat Donel. *lib. 24. comment. cap. 19.* Idem in *l. 3. num. 11. Cod. hoc tit.* Antonius Faber *decade 19. errore 4.* Anton. Pichard. *in d. §. si quis 11. Institut. de action. à num. 107. cum seqq.*

8 Sextò prædictæ rationi, seu solutioni obstabit dicere, etiam in juramento voluntario, seu judiciali, quod à parte parti defertur, cum, qui jurat, judicis, & testis in causa propria partes suscipere, *l. fin. C. de fideicomm.* & tamen sententia ex illo voluntario, seu judiciali juramento, non retractatur, *d. l. admonendi, versic. fin. ff. hoc tit. l. 1. C. eod. l. quod & si deferente 21. ff. de dolo*; ergo idem dicendum erit in juramento necessario, quod à Judice parti defertur. Quæ difficultas communiter dissolvitur ex eo, quia jusjurandum necessarium ab uno ex litigatoribus à Judice defertur, alio plerumque repugnante; meritò cum legitima non sit probatio ex novis instrumentis, iterum causa agitari poterit, at verò textus in *d. l. fin. C. de fideicommiss*, procedit in juramento voluntario, quod à parte parti defertur, ubi ex mutua utriusque voluntate negotium quasi contractum videtur; & ideò sententia retractari non potest: nam licet tunc etiam testis, & judex in re propria sit, id fit ex consensu, & voluntate alterius, qui detulit jusjurandum; & sibi imputet, qui exigit, siquidem in re sua legitimus moderator, & arbiter esse poterit, *l. in re mandata, Cod. mandati*, cùm juri proprio renuntiare potuerit, *l. si quis in conscribendo, C. de pactis*; meritò cum vim transactionis, & rei judicatæ retineat, *l. 1. & 2. ff. hoc tit.* prætextu novorum instrumentorum retractari non poterit: *l. sub prætextu, C. de transaction.* notat Duarenus *lib. 2. disput. cap. 33.* Cujacius *lib. 22. observationum, cap. 28.* Antonius Faber *de erroribus, decade 19. errore 1. 2. & 3.* Osvald. ad Donel. *lib. 24. commentar. litera E.* Idem *libro 24. capite 17. litera G.*

9 Septimò obstat text. in *l. qui juraſſe 26. §. si pater 2. ff. de jurejurando*, ubi postquam jusjurandum voluntarium à parte de peculio est exactum, etiamsi pater juret in peculio nihil esse, eo juramento non obstante iterum filius conveniri potest. Augetur difficultas ex textu *in §. si pater 1. ejusdem legis*, ubi post patris juramentum, iterum de causa disceptari non potest, nec filius conveniri potest, cùm sibi imputet is, qui juramentum voluntarium exegit ab eo, à quo exigi non poterat. In qua jurium contrarietate annotandum est, multum interesse, an pater juret super obligatione filii principaliter, se dare non oportere, an verò super actione de peculio tantum: in primo casu, obtinet text. *in dict. §. si pater 1.* nam tunc patris juramentum prodest filio ad hoc, ut iterum de causa agi non possit: in secundo verò, obtinet textus *in dict. §. si pater 2.* nam cum tunc pater nihil expressisset de obligatione principali ipsius filii, ideò res salva manet; & poterit filius, non obstante patris juramento, iterum conveniri: nam etsi post juramentum semel delatum de peculio antea obtento, pater iterum non posset

conveni-

conveniri, cùm vim tranſactionis, & rei judicatæ retineat, & obſtet exceptio jurijurandi, tamen de peculio poſt juramentum quæſito pater conveniri poterit, cùm de peculio illo non juraſſet: quæ jura ita ad concordiam reduxit Anton. Faber *in Rationali ad text. in dict. l. qui juraſſet* 26. §. 1. *& 2. ff. de jurejurando.*

10 Octavo adverſus illud voluntarium juramentum, obſtat text. in *l. in duobus* 28. §. *fin. l. fin. C. de jurejurando*, ubi etiam in juramento voluntario, quod a parte parti defertur, poſterius jujurandum potius eſt priori. Cui dubio dicendum eſt, in *d. l. in duabus* 28. §. *fin.* id ſpecialiter eſſe admiſſum, quia utrumque ſervari nequit, ex eo, quia prius juravit, à jure ſuo receſſit, alteri deferendo, ut contrarium juraret; textus verò *d. l. fin.* jus novum & ſingulare continet; cujus ſanctionis ratio eſt, ne legatario ex perjurio lucrum accedat, notat Oſvald. ad Donel *lib.* 24. *comment. cap.* 17. *lit. C. D. F. X.* Vveſembecius *in paratitlis ad tit. ff. de jurejurando*, *n.* 8. videndus eſt etiam textus in *l. qui juraſſe* 26. *ff. de jurejur.* Cui obſtat textus in *l. videamus, ff. de in litem jur.* de quibus Anton. Faber, *in Rationali ad text. in d. l. qui juraſſe* 26. *in l. jujurandum* 39. §. *pupillus, ff. hoc tit.* Similiter etiam eſt videndus textus *in l. ſi deferente* 3. *ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſolvitur*, & textus *in l. fin. ff. de jurejur.* Antonius Faber *in Rationali in dictis juribus*, & text. in *l. ſemper*, §. *hoc interdicto, ff. quod vi, aut clam*, cum *l. qui tabularum. ff. de furtis*, de quibus Duaren. *in* 1. *edict. ad tit. de in litem jurando*: quæ omnia omitto, ne inſtitutum noſtrum prætergrediamur, & hoc Opus faſtidioſum non ſit.

11 Nonò adverſus ſecundam noſtri *textus* partem in verſ. *Quamvis*, dum Pontifex aſſerit, juramentum à parte alteri parti delatum licitè recuſari, ac referri poſſe: obſtabit dicere hoc juramentum abſque manifeſta turpitudine recuſari non poſſe, quinimò recuſans pro confeſſo habetur, *l. juſtrandum* 34. §. *ait Prætor*, *l. manifeſtæ* 38. *ff. de jurejur. l. delata, C. de rebus creditis, & jurejurand.* Quod dubium diſſolvitur, ſi dixeris, quod quamvis juramentum judiciale à parte parti delatum, à principio ſit voluntarium, poſtea tamen cum ſemel ſuſceptum eſt, & à Judice comprobatum, jurare, aut ſolvere neceſſe eſt, & abſque manifeſta turpitudine recuſari non poteſt, cùm aliàs pro confeſſo habeatur; & ita obtinent jura *ſupra* in argumento adducta: quo ſuppoſito, interpretatio deducitur ad textum noſtrum *in verſ. Quamvis*; nam dum loquitur de juramento litis deciſorio, intelligi debet in primaria juramenti natura, cùm omninò à principio ante alterius partis acceptationem, voluntarium ſit, poſt acceptationem verò, & Judicis receptionem, adeò neceſſarium eſt, ut recuſans, etiam Pontificio jure, turpitudine notetur, *cap.* 1. *de confeſſis in* 6. notat Antonius Faber *in Rationali ad text. in d. l. jujurandum* 34. §. *ait Prætor*, *& in d. l. manifeſtæ* 38. *ff. de jurejurando.*

12 Decimò obſtat text. *in l. jujurandum* 17. *ff. hoc tit.* ubi conſtat, juramentum partium conventione delatum, recuſari non poſſe: ergo nec etiam à parte parti delatum recuſari poterit. Cui dubio reſponderi debet, text. *in d. l. jujurand.* procedere in conventione, & in diverſa ſpecie, & diverſo genere juramenti, hoc eſt, in juramento extrajudiciali, cùm partium conventione alicui extra judicium committitur: meritò mirum non eſt, quod ſervetur, ſiquidem partium voluntas in contractibus obſervari debet, *l.* 1. §. *ſi convenerit, ff. depoſiti*, *l. contractus* 23. *ff. de regul. juris*: nam licet juramentum illud ſimiliter à principio ſit voluntarium, ex conventione tamen obligatorium efficitur, argument. text. *in l. ſicut*, *C. de action. & obligat.*

13 Undecimò adverſus tertiam, & ultimam noſtri *text.* partem, dum Pontifex aſſerit judiciale juramentum in cauſa famoſa minimè referri poſſe, obſtabit dicere, quod ut *ſupra* diximus, juramenti judicialis eſſentia eſt, finem litibus imponere, *l.* 1. *&* 2. *cum ſequentibus*, *l. ſi duo patroni* 13. §. *ſi quis juraverit* 1. *ff. de jurejurando*: ſed hæc juramenti eſſentia, ita convenit actioni famoſæ, ſicut cæteris actionibus, imò magis famoſæ, quàm alteri actioni, cum in ea majus periculum extet, argument. text. *in l. Marcellus*, §. *fin. ff. rerum amotar.* ergo nec in ea recuſari poterit. Quod dubium diſſolves, ſi dixeris, quod ut hoc juramentum neceſſarium exigatur neceſſe eſt, ut tantum de re modica, non tamen de magna, & ardua agatur, ſiquidem hæc ardua cauſa ex minùs legitima proprii juramenti probatione diffiniri non debet; notat Menoch. *de arbitr. caſu* 189. Maſcardus *de probationibus concluſ.* 957. Gregor. Lop. *in l.* 2. *titul.* 11. *part.* 3. qua de cauſa cum de crimine agitur, neceſſarium juramentum non admittitur, cum agatur de perſonæ, & honoris periculo; in quibus gravibus cauſis, luce meridiana clariores debent eſſe probationes, *l. ſciant cuncti, Cod. de probationibus*, quod etiam in actione famoſa eſt receptum, cùm criminali æquiparetur, *l. juſta, ff. de manum. vind.* Hinc provenit interpretatio ad textum noſtrum, §. *nec liceat*, qui non debet intelligi de juramento neceſſario, ſed de voluntario, ſeu judiciali à parte parti delato; ut in *anteriori verſ. agitur*, notat Gloſſa fin. *in cap. cum ſunt partium jura obſcura, de reg. juris*, *lib.* 6. videndus eſt Fachineus *lib.* 1. *controverſiar. cap.* 15.

Decimò adverſus ea, quæ *in præſenti* notant omnes, 14
videlicet quod ex jurejurand. competit actio in factum, ex qua tantum quæritur, an juratum ſit, *l. & ſi poſſeſſori* 11. §. *proinde* 1. *ff. de jurejurando*, *l. actori* 8. *C. de rebus creditis*, obſtat textus *in l. ſi duo* 13. §. *ſi quis juraverit*, *l. ſi juraverit* 29. *ff. de jurejurando*, *l. fin.* §. *fin. l. de liberali cauſa*, *l. eum qui*, §. *ſi petenti, ff. de public. in rem action.* in quibus juribus non actio in factum, ſed utilis publiciana, vel exceptio competit. Cui dubio dicendum eſt, jura illa non eſſe contraria: nam actio utilis, & in factum, non ſunt duæ actiones, ſed una tantum, quæ ex eadem cauſa deſcendit, quia etſi aliquando diſtinguantur; §. *ultim. Inſtit. de lege Aquilia*, plerumque tamen pro eadem accipiuntur, cùm ex eadem cauſa deſcendant, cùm actio in factum detur, cùm incertum eſſet ex quo negotio ageretur, an ex veteri cauſa, vel ex nova, de qua juratum eſt, utilis verò ex eo contractu, ex quo jujurandum originem ſumit, non tamen directa ex empto, v. gr. vel publiciana, quæ ex verbis legis datur, ſed utilis tantum, cùm directa actio ex empto non poſſit competere ei, qui non emit, ſed tantum juravit ſe emiſſe, vel publiciana directa, qui non agit in rem; ſed utilis ex eo, quod ſuam eſſe jurat, & ita illa jura in concordiam reduxit Oſuald. ad Donel. *lib.* 24. *commentar. cap.* 16. *per totum*, Duarenus *ubi ſupra*, Julius Pacius *in legum conciliat. centuria* 3. *quæſt.* 78.

Ad text. §. *ſane fin. hujus textus.*

DE materia hujus *text.* latè à nobis eſt actum & in *cap.* 2. *de probat.* ſupra diſputat Anton. Faber, *de erroribus*, *decade* 19. *errore* 4. *per totum.*

DE EXCEPTIONIBUS, Tit. XXV.

Ad textum in cap. 1. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Teſtis ſi per exceptionem de crimine convincitur, vel convictus apparet, à teſtimonio repellitur, non tamen punitur, niſi negotium attingat principale.*

2 *Exiſtimatio hominum, vita, mors, & denique omnium rerum ſumma dependet ex teſtium depoſitione; ac ideò ratio exigit, ut fidei plenitudine inſtructi ſint.*

Infames

Infames publica munera subire non possunt.
Accusatio pœnam præcedere debet.

3 *Expenditur tex. in* l.3.§.lege Julia,*juncto vers.* Quivè in vinculis, custodiave publica erit, &c. ff. de testibus.

4 *Calumniatores, nec lege Julia de vi nec lege Rhemnia prohibentur testimonium dicere. Intellige ut ibi.*
Explicatur text. in l. quæsitum 13.ff.de testibus,*cum l.* 4. §. calumniatores, digest. de his qui notantur infamia,l.1.§.removeat vers. Item Senatus. ff. de postulando.

5 *Illustratur tex. in* l.ob hæc verba,ff.de his,qui notantur infam.

6 *Exceptio criminis testibus objecta probanda est ante sententiam, & ideò post contestationem admittitur, cum non sit ad judicii ordinem directa.*

7 *Interpretatur tex. in* c. præsentium de testibus.

8 *Judex poterit terminum diffinire ad reprobandos testes.*
Expenditur tex. in c. licet causam, de probat.

9 *Falsitas testium cum judicium nullum reddat, etiam post sententiam objici, & probari poterit.*
Interpretatur tex. in l.querelam 12. C.ad legem Corn. de fals.cap.licet causam, de probat.cap.1. de exceptionibus, vers. Denique quoad dicta,& personas testium, &c.

10 *Infamis infamia juris repellitur à ferendo testimonio, etiam contra alium infamem.*
Explicatur text.in l.Arenarios 11.Cod. de inofficioso testam.

11 *Infamis, cuius fama à Principe restituta est, ad testimonium admittitur.*
Illustratur tex.in c. Euphemium 2.q.3.vers.infamiam tamen.

12 L. generalis 7.C.de sententiam pass.

13 *Interpretatur tex.in* l.qui testamenta 20.§. eum qui, ff.de testamentis,*vers.* Eum qui, lege repetundarum damnatus est, ad testamentum adhiberi posse existimo,*cum* l.repetundarum 15.ff.de testib.

14 *Infamis,qui fuit olim ex tempore,aliquando desinit esse infamis. Intellige ut ibi.*
Exponitur tex.in l. non poterit 63.ff.de furtis,l.Divus: ff. de iniur.

15 *Infamis infamia canonica notatus à testimonio repellitur.*
Septies in die cadit justus.
Nemo sine crimine vivit.

16 *Illustratur tex.in* c.Testimonium,de testibus,*vers.*Et eum non comitetur infamia.

17 *Rei convicti,vel confessi, contra alios ad testimonium non admittantur.*
Expenditur tex.in c. de exceptionibus. *vers.* Quod si sola *juncto vers.* Nisi prius se probaverint innocentes.

18 *Testibus si crimen fuerit objectum, eo probato, à testimonio repellantur, non tamen pœna judiciaria puniri debent, secus verò est dicendum, quando crimen testibus objectum tangit negotium principale.*
Illustratur tex.in c.cum super.2.de confessis,c.inquisitioni 26. de electione.

19 *Explicatur tex.in* l.2.§.si publico,ff.ad legem jul. de adult.*cum* l. Mulier 47.ff.soluto matrim.l.is qui reus 5. ff.de pub. jud.

CONCLUSIO.

1 *SI testis per exceptionem de crimine convincitur,vel cõvictus apparet,à testimonio repellitur, non tamen punitur,nisi negotium attingat principale.*idem insinuare videtur text. *in cap.testis.2.quæst.7.cap.susceptos,cap.cõstituimus,3.quæ.5.cap.1.2.& 3. quæst.11.cap. infames* 17. *in fine,6.quæstion.1.capit.ex parte;cap.licet ex quadam,capit. testimoniũ* cum aliis,*de testibus,cap. praterea 7. de testib.*

Gramma in Decret.

cogẽd.capit.licet causam,de probat.cap.2.ad finem,de ordin.cog.l.3.§.pen. cum aliis,*ff.de testib.l.imperialis, Cod. de nuptiis,l.8.tit.16.p.3.l.fi.tit.1.p.7.*explicãt ultra Ordinarios *in præsenti*, & in *dictis locis* Rebuf. *de excep. n.* 448.Mascar.*de prob.conc.*464.*&* 1362.Ant.Gom. 3.*tom. var.cap.*11.*n.*22.Covarr.*in practicis,c.*28.Morla*in emporio,titul.*11.*in principio*, Zevall.*pract. communium quæstionum* 162.*&* 396.Farin. *de testibus, quæst.* 56. *per tot.* præcipuè in *art.*3.Ant.Fab.*in suo C.tit.de testib.definitione* 56.Duaren.*ad tit.de testib.c.*2.Donel.*lib.*28.*com̃ent.* præcipuè *in lib.*25.*c.*8.Osuald.*ad eundem,* plures refert in suis notis *ibidem.*

Ratio est, quia cum in testium depositione, hominum existimatio, vita, mors, & denique omnium rerum summa dependeat, & in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum, *Deuteromonii cap.* 17. *Matthæi cap.*18.*capit.in omni negotio, de testibus,* & Judex debeat eorũ fidem sequi,*l.illicitas,*§.*veritas, ff. de offic. præsid.*cum testes adhibeantur ad veritatem juvandam, *l. eos C.de testib.*ratio exigit, ut fidei plenitudine instructi sint,*cap.testis,*2.*quæst.*7.& absque ulla infamia,omnique suspicione, vel manifesta macula immunes sint, meritò justa de causa criminosi, & infames à testimonio repelluntur, *capit.ex parte* 7.*c.testimonium, de testibus,* siquidem justitia cum scelerato homine, nullum potest habere commercium,*c.forus de verb.signif.*tum etiam, quia testimonium est judicii fundamentum: & si quæramus, an judiciũ valeat,prius animadverrere debemus, an personæ,de quibus judicium ordinatur,legitimi sint,arg. tex. *in l.si quæramus,ff.de test.*præcipuè quia testimoniũ dicere,munus publicum est,*l.curent,ff.de test.l.pen.C.de hæreticis,* & infames publica munera subire non possunt, *et licet ex quadam,de testib.l.*1.*& per totum,tit.ff.de his,qui notantur infam.* 2

Ratio secundæ partis refertur à Pontifice *in præsenti* in vers. *Cæterum*; tum etiam præcipuè quia nemo sine legitima accusatione puniri potest,*c.de manifesta,*2.*q.*1.*C. unico, ut Ecclesiastica beneficia*: & cum ille, qui crimen testi opponit, solum petat,ut à testimonio repellatur: mirum non est, quod solum super eo debeat proferri sententia,non ut puniatur,sed tantũ, ut per exceptionem repellatur,cum accusatio ad pœnam præcedere debeat, *l.* 3.*ff. de accusation.*

Primò obstat text.in *l.*3.§.*lege Julia,ff.de testib.*ubi criminosus à testimonio non repellitur, nisi prius fuerit publico judicio damnatus: ergo per solam exceptionem infami oppositam, non debet repelli. Cui dubio dicendum est,text.*in dict.*§.*lege Julia,*procedere de jure Civili; quo jure infamis à testimonio ferendo non repellitur, nisi prius publico judicio fuerit condemnatus. Contrarium tamen de jure nostro Pontificio, ex nostri *text.* decisione observatur, siquidem ex eo solummodo sufficit crimen per exceptionem objectum, & probatum esse, ut à testimonio repellatur; notat Duarenus, & Covarr. *ubi sup.*Nec obstat text. in *dict.l.* 3.§. *lex Julia,* ibi: *Sive in vinculis,custodiave publica erit:*& paulo inferius:*judicatus, vel convictus*: ex quibus verbis colligi videtur jure Civili repelli criminosum, etiam si in eum non sit lata sententia:quia licet illa verba contineant casus speciales, in quibus sine condẽnatione testimonio non admittitur veluti cum quis ipso jure infamis efficitur,*l.Palam,ff.de adulteriis,* tamen de jure civili necessaria est condemnatio ut constat ex *eod. text.* notat Molina *de justitia, & jure tractatu* 4.*disp.*8.Nec obstat tex.in *c.si testes,*§.*item lege Julia de vi:*4.*q.*3.ubi etiam Calistrati sententia à jure Pontificio comprobata videtur, quia tantum lex illa ibi à Gratiano refertur, qui nunquam authoritatem condendæ legis obtinet;Men.notat *de adipiscenda rem.* 4.Cuiac.*in d.l.*4.§.*lege Julia.* 3

Secundò obstat tex. in *l. quæsitum* 13.*ff. de testib.* ubi calumniatores de jure Civili, nec lege Julia de vi, nec lege Rhemnia prohibentur ad ferendum testimonium, & tamen constat, calumniatores publico judicio damnatos, infames esse, juxta text.in *l.* 4. §. *calumniatores ff. de his qui notantur infam. l.* 2, *dige. ad.* S. C. *Turp.* 4

In primam spinosa re dicendum censeo, quod licèt in *d. l. quæsitum* 13. Lex Lilla Iulia, & Rhemnia, calumniatores ex causa calumniæ condemnati, non essent infames, cùm calumniæ crimen non esset publicum judicium, ita ut accusatio cuivis de populo competeret; sed privatum, & ideo inter publica judicia non connumeratur in *d.* §. *lege Iulia*, siquidem ad hoc, ut quis infamis efficiatur requiritur, ut accusatio ex publico judicio proveniat, *l. infamem*, 7. *ff. de publicis judiciis*; tamen id quod deficit legi Iuliæ, & Rhemniæ supplet Prætor in *l.* 4. §. *ait Prætor*. §. *calumniatores ff. de his qui not. infam.* dum statuit, calumniatores infamiæ notam non effugere; quod justè describit ad compescendas litigantium malitias; notat Cuiac. *lib.* 1. *Papiniani de adulteriis in d. l. quæsitum* 13. *ff. de testib.* Osuald. ad Donel. *lib.* 2. *comentarior. c.* 9. *lit. F.* Nec prædictis obstat text. in *l.* 1. § *removet. verf. Item ff. de postulando*, ibi, *Item Senatus Consulto etiam apud Iudices pedaneos postulare prohibetur calumniæ publico judicio damnatus.* ex quibus verbis constat, jure antiquo ante jus prætorium, calumniæ crimen publicum esse, non privatum; ac per consequens infamiam irrogare. Quia uti refert Cuiac. *ad titulum de test. apud medium in d. l.* 1. *verf. Item*, non est legendum sicuti in vetustis codicibus legitur, *calumniæ publico judicio damnatus*, sed ut in Pandectis Florentinis legitur, *calumniæ publicè judicio damnatus*, quasi sensus sit, calumniatorem per publicum Judicem damnatum, non verò ex publico judicio; quia ut suprà diximus, calumniæ crimen non erat publicum, seu privatum tantùm.

5 Tertiò prædictis obstat text. in *l. ob hæc verba, ff. de his qui notant infam.* ubi instigator falsi criminis infamia juris non notatur, sed tantum infamia facti, cùm solum ejus pudor apud honestos viros gravetur. Augetur difficultas ex eo, quod instigatores, sicuti & accusatores calumniatores infames efficiuntur, *l.* 1. §. *incidit: ad S. C. Turpil.* In qua jurium contrarietate, omissa interpretatione, quam refert Accursius, & Bart. *in dict. l. ob hæc verba*, & Antonii Fabri *emendat. li.* 6. *conjecturarum, capit.* 6. verissimè dicendum esse existimo discrimen versari inter mandatorem, & instigatorem falsi criminis: nam qui mandat, calumniatus est infamiâ juris, sicut ipse accusator, & ita obtinet text. in *d. l.* 1. §. *incidit*, qui verò instigat, non est calumniatus infamia juris, & ita obtinet text. in *dict. l. ob hæc verba*; quæ interpretatio deducitur ex verbis text. *in dict. leg ob hæc verba*, ibi: *Non enim qui exhortatur, mandatoris opera fungitur.* Nec obstat text. in *dict. l.* 1. §. *incidit*, ubi exhortator, seu instigator mandatori æquiparatur: quia *ibi*, non simplex exhortator fuit, sed instructor, qui simul cum instigatione accusatorem adjuvit, dando falsitas probationes, notat Cuiac. *lib.* 1. *resp. Papin. in dict. l. ob hæc verba*, Iulius Pacius, *centuria* 2. *quæst.* 28.

6 Quartò adversus nostrum *text.* in verf. *Antequam causa per sententiam terminetur*, ex quo constat crimina testibus objecta probanda esse ante sententiam, notant *ibi* ordinarii omnes: Obstabit dicere; quod hujusmodi exceptiones, quæ dicta aut personas testium concernunt, non sunt peremptoriæ, cum non perimant negotium principale, atque ideo proponi debebant ante litem contestatam, *Pastoralis, infra hoc tit. cap. inter Monasterium, de re jud.* In qua difficultate dicendum est, hujusmodi exceptiones, etiam post litem contestatam, proponi: quia non pertinent ad judicii ordinem, sicut aliæ dilatoriæ: notat Cuiac. *lib.* 18. *observat. cap.* 34. & impossibile est, ut ante litis ingressum objiciantur: tum etiam quia saltem obliquè sunt peremptoriæ, siquidem enervata testium fides enervatur etiam actoris intentio, notat Glos. *in c. ex parte, verf. Si verò, de test.*

7 Sextò prædictis obstat text. *in capit. præsentium, de testibus*, ubi constat objectiones contra testes, ante publicatas attestationes proponi oportere; nisi objiciens juraverit, dolum malum non habere; vel antea protestatus fuerit, se velle testes reprobare. Sed respondetur; quod ad institutum nostrum attinet, quòd separanda est testium criminum objectio ab eorundem criminum probatione: nam publicatis attestationibus exceptiones contra personas testium non debent admitti, & ita obtinet text. *in dict. capit. præsentium, de testibus, in verf. Si quis objicere voluerit*: cæterum si congruo tempore objiciantur, non est necesse, ut earum probatio ante publicationem fiat, sed sufficit si ante sententiam probentur, ita obtinet *text.* noster, qui non de objectione, 8
sed de probatione loquitur. Nec prædictis obstat text. *in cap. licèt causam, de probationibus*, ubi Judex potest terminum præfinire ad testes in negotio principali producendos, & alium diversum ad reprobandos: quia dicendum est verissimum esse Judicem posse ad reprobandos testes terminum diffinire, si ita expedire judicaverit. Cæterum si Judex expressè terminum ad reprobandos testes non assignaverit, sed simpliciter ad probandum, standum est dispositioni text. *in dict. cap. præsentium*, ut scilicet exceptiones opponi debeant ante publicationem, probari tamen ante sententiam, ut in nostro *text.* hodie verò jure Regio, objectiones testium proponendæ sunt intra sex dies, à publicatione, & ejus intimatione nuncupandos; *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *ordin. l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 4. *Recop.* Covarr. *in practicis c.* 26. *n.* 4. Rebuf. *de excep. n.* 4.

9 Septimò obstat text. *in l. querelam* 12. *C. ad leg. Corn. de falsis cap. licèt causam, de probat. verf. Post hoc*, in quibus juribus constat non solum post primam instantiam, sed etiam post litem jam finitam intra viginti annorum spatium falsi exceptionem proponi posse. Sed huic difficultati respondetur dicendum, jura illa specialiter procedere in crimine falsitatis, in quo etiam post sententiam adversus testem exceptio illa opponi potest: nam etsi aliæ exceptiones, quæ adversus dicta testium opponuntur, probari debeant ante sententiam, ut in nostro *text.* tamen in falsitate aliud observatur, ut constat *in dictis juribus & in cap. cum venerabilis, infra hoc tit.* Ratio est, quia crimen illud judicium nullam reddit, ut inferius dicemus *in c.* 1. *de re jud.* nam sententia, quæ nulla est, impedimento esse nequit, quo minus post eam de falsitate quæratur; argumento text. *in cap. in nostro* 4. *de probationibus*: nam exceptio illa potius ponitur contra testimonium, quàm contra testem ipsum. Nec obstat *text.* noster in verf. *Denique quod in dicta, & personas testium* ubi exceptio non tam quoad personas, quàm quoad dictum earum refertur: quia *in dicto verf.* illa tantum quæstio apud Cælestinum fuit proposita, utrum exceptiones, quæ contra dicta, & personas testium proponendæ erant, admitterentur ante testium juramentum? Cui quæstioni respondit Pontifex, tantum quoad crimina testibus objicienda admitti debere, & probari ante sententiã; nihil tamen respondit probationi exceptionũ contra dicta testiũ; & ideo nihil prædictis cõtrariari videtur.

10 Octavò adversus id, quod *in præsenti* notant omnes, in verf. *absque ulla infamia*, videlicet infamis infamia juris notatos repellendos à ferendo testimonio in omnibus causis, etiam contra aliam infamem, arg. text. *in c. si testes, verf. Item liberi*, 4. *quæst.* 3. *cap. personas* 20. *de testib. l. servos* 5. *cum aliis, de accusat.* tenent Farin. *de test. q.* 56. *num.* 44. Imola *in dict. cap. testimonium, num.* 17. Obstat text. *in l. in arenam* 11. *C. de inoffic. testam.* ubi patri arenario non permittitur filium similis conditionis à successione deturbare; & in *l. quoniam, C. de hæreticis, & in cap. si hæreticus*, 2. *q.* 7. hæretici contra hæreticos ad testimonium admittuntur. Cui dubio responderi debet, quod in *dict. l. in arenam*, cessat ratio paterni dedecoris, propter quam permittitur patri filium à successione sua excludere, cum pater arenarius conqueri non possit ex eo quod filius ejus vestigia sequatur; secus erit in ferendo testimonio: nam cum testis in judicio adhibeatur, & nihil cum patre agat, *l. quinquaginta* 12. *ff. de probat.* talis omnino desiderarur, ut fidem religioni judiciariæ debitam proponere possit; *l. eos* 5. *C. de test.* quæ fides cum in infamibus non sit justa de causa à testimonio repelluntur. Nec obstat text. in *dict. l. quoniam dict. cap. si hæreticus.* Quia id singulari jure propter rationem ibi expressam fuit admissum, ut constat ex *versicul. Volumus, & versicul. Permittimus*; quæ jura hodie
correcta

correcta ſunt, cum omnes hæretici ſint excommunicati, *cap. excommunicamus, cap. pen. de hæretic.* & excommunicatus à ferendo teſtimonio repelliatur, *capit. decernimus de ſenten.excomm.lib.6.cap. infames, 6. quæſt. 1.*

11 Nonò adverſus ea, quæ *in præſenti* notant omnes, videlicet infamem, quoad honorem, & famam, à Principe reſtitutum ad teſtimonium admittendum eſſe, juxta tex. *in l.3.§.lege Iulia.ff.de teſtib.* obſtat text. *in c.Euphemium, 2.q.3.in verſ. Infamiam tamen abolere non poſſumus*; ex quibus verbis conſtat, famam, nec per Principem reſtitui poſſe. In cujus text. difficultate communiter dici ſolet, text. illum procedere in infamia facti, quæ nec per Principem tolli poteſt; cùm illa infamiæ nota adeò hominum mentibus ſcripta maneat, ut nec ulla poteſtate deleri valeat, notat Tiraq. *de jure Conſt.3.p.lim.7.n.19.* & ſi intelligere velis de infamia juris, rectè procedit Pontifex, dum ibi docet, infamiam laicis in temporalibus impoſitam ab eo auferri non poſſe, cùm tantum illius famæ reſtitutio ad Principem temporalem pertineat: videndus eſt omnino Oſuald. ad Donel. *lib. 18. comm.*
12 *cap. 3. lit. I. & Z.* Nec ſolutioni obſtat text. *in leg. generalis 7.Cod.de ſentent.paſſis, & reſtit.* ubi indulgentia Principis non tollit infamiam, nec ex ea dignitates recuperantur; quod eſt omninò contra tex. *in l. ult. §. ult. C. eod.* Quia Principis indulgentia, ſi generalis eſt, & cum illo *Indulgemus*, vel alio æquipollenti ſit uſus, tunc tantum tollitur pœna; non verò infamia, *l. ult. C. de generali abolitione*: & ita obtinet tex. *in dicta l. 7.* ſecus verò ſi dicat ſe *reſtituere*: nam tunc bona, dignitates, & fama, in priſtinum ſtatum reducuntur; & ita obtinet tex. *in dict.leg.ult. §. ult.* notat Oſualdus, *ubi ſupra d. cap. 8. lit. C. & Z.*

13 Decimò obſtat text. *in l.qui teſtamento 20.§.eum qui.ff. de teſtamentis*, in illis verbis: *Eum, qui lege repetundarum damnatus eſt, ad teſtamentum adhiberi poſſe exiſtimo.* Ex quibus verbis conſtat, infamem lege repetundarum damnatum ad teſtamentum adhiberi poſſe; quod eſt omnino contra tex. *in leg.repetundaram 15.ff. de teſtib.* In cujus text. difficultate, omiſſa interpretatione Duareni *ad titulum de teſtamentis, cap. 8. in princip.* Hotomani *lib. 1.obſervat.cap. 12.* Donel. *lib. 8.comment.cap. 5.* Cuiacii *in commentariis ſuper eiſdem juribus*, dum aſſerit legendum eſſe, negatione adhibita, hoc eſt *ad teſtamentum adhiberi non poſſe*; veriſſimè dicendum eſt, pœnam delictorum ex *leg. Iulia repetundarum*, hodie extraordinariam, & in arbitrio Iudicis poſitam eſſe: nam aliquando major, aliquando minor imponitur, *leg. 7. §. fin.ff. ad leg. Iuliam repetundar. l. hodie 13.ff. de pœnis*; meritò, ſi exilio, vel alia graviori pœna reus fuerit condemnatus, nec in judiciis, nec in teſtamentis legitimus erit teſtis; & ita eſt interpretandus tex. *in d.l.repetundarum 11.ff. de teſt.* ſi verò duntaxat relegatione, vel alia minori pœna fuerit condemnatus, dum tamen civitatem non amittat, tunc etſi in judiciis teſtis eſſe non poſſit, cùm in judicio ex corruptione deliquiſſet, iterum in judicio tanquam ſuſpectus ad teſtimonium non admittitur, ſed illa teſtimonii inhabilitas, ad teſtamentum non extenditur, cum tunc eadem ratio militet, præcipuè quia pœnæ ſunt reſtringendæ, non ampliandæ, *c.odia, de reg.jur.lib. 6.* & ita eſt interpretandus tex. in *d.l.qui teſtamento*, 20. arg. text. *in l. 6. §. 1.ff. de teſt.* notat Oſuald. ad Donel. *lib. 6. commen. c. 7. lit. L.*

14 Undecimò adverſus ea, quæ *in præſenti* notari ſolent: videlicet quod is qui olim infamis fuit, tamen ex tempore aliquando infamis eſſe deſinit: veluti ſi ex cauſa famoſa temporali pœna quis plectatur: nam tempore elapſo inter infames non habetur, ita ut poſſit poſtulare, teſtimonium ferre, honores obire, *l. Imperator 8.ff. de poſtulando, leg. generaliter §. 5. de Decurion. l. 3. C. ex quibus cauſis infamia irrogetur, l. fin. C. de his qui in exilium dati. lib. 10.* obſtat text. in *leg. non poterit 63.ff. de furtis, l. Divus.ff. de iniuriis*, ubi conſtat, Iudicem efficere nequire, ut ex cauſa famoſa damnatus, eum nō ſequatur infamia præcipuè, ſi temporali pœna ex cauſa famoſa ſit damnatus: nam tunc perpetuus infamis remanet, *l. ad tempus 6. Codic. ex quibus cauſis infamia irrogetur, leg. ad tempus, 5. ff. de Decurion. l. ordinarii 15. verſ. Minoribus. ff. ad municipalem.* Pro qua jurium veriſſima interpretatione, tres caſus conſtituere omnino neceſſe eſt. *Primus*; quando judex delinquenti imponit pœnam à jure ſtatutam. *Secundus*, quando duriorem. *Tertius*, quando mitiorem. In primo caſu infamia perpetua eſt, quamvis pœna tempore finiatur: nam tunc non infligitur infamia à Iudice, ſed ab ipſa lege, cujus effectus perpetuus eſt; & ita obtinet text. *in d.l. non poterit 63.ff. de furtis*, cum ſimilib. *l. palam 43. verſ. Non ſolum, ff. de ritu nuptiar.* In ſecundo verò, quando gravior ultra legem pœna eſt impoſita, infamia poſt tempus pœnæ non durat, cum ex duriori ſententia videatur quaſi tranſactum, ut ſecuritas pœnæ ſuccedat loco infamiæ, *l. quid ergo, §. pœna gravior ff. de his qui notantur infamia*, & ita eſt interpretandus tex. in *d.l. ad tempus 5.* cum ſimilibus *ſuprà* adductis, *l. 8. C. ex quibus cauſis infamia irrogetur.* In tertio tandem quando judex leviorem pœnam imponit, diſtinctio adhibenda eſt, an ſine cauſa ſola gratia ductus Iudex pœnam minuit, an cum rationabili; in primo caſu ſemper durat infamia, quamvis pœna temporalis extinguatur, & ita obtinet text. in *d.l. ad tempus 5. ff. de Decurion.* ſi verò ex juſta cauſa pœna eſt diminuta, tranſacto tempore, non reputatur infamis, & ita obtinet tex. *in l. 3. C. ex quibus cauſis infamia irrogetur, l. generaliter 3. §. 1. ff. de Decurion. l. 1. §. ult. ff. ad l. Corn. de falſ. l. Imperator 8. ff. de poſtulando.* Nec obſtat tex. *in l. 1. & 2. C. de his, qui in exilium dati lib. 10.* ubi indiſtinctè cavetur, ordine ad tempus interdictum, poſt tempus nullam reportate infamiam: quia jura illa procedunt quando interdictus ad tempus, mitiorem pœnam, quam lex ſtatuerat, paſſus eſt; notat Ioannes de Plat. *in dictis juribus à n. 1.* Donel. *lib. 10. commentar. c. 8.* Cuiac. *lib. 1. reſponſorum Papiniani, in d.l. ordinari. ff. ad municipalem, & lib. 6. reſponſorum Papiniani, in l. fin. ff. de publicis judiciis, & lib. 20. obſervat. c. 18.* Ant. Faber *in Rationali ad tex. in l. Imperator. ff. de poſtulando.*

Duodecimò adverſus ea, quæ *in præſenti* notant Do- 15
ctores omnes: videlicet infamem infamia canonica notatum, quæ ex lethali culpa contrahitur, à teſtimonio repellendum eſſe, juxta textum in *cap. teſtimonium 54. de teſtib. c. teſtis 2.q.7. cap. conſtituimus 395. c. illi qui, c. infamis, 6.q.1.* Obſtabit dicere, quod ſi eſſet hoc verum, ferè nullus idoneus teſtis inveniretur, cum ſepties in die cadit juſtus, *c. ſepties, de pœnitentia, diſtin. 4.* cum nemo ſine crimine vivat, *cap. niſi cum pridem, §. propter, de renuntiatione, cap. unum orarium, §. nunc autem, 25. diſt.* præcipuè cum probationum facultas non ſit reſtringenda, ne veritas occultetur, *cap. quoniam frequenter, verſ. Ne veritas, ut lite non conteſtata, c. ſignificavit 41. de teſtibus*, at ſi infames infamia facti, vel canonica repellantur, facultas probationum coanguſtabitur, & veritas obſcurior erit. Cui difficultati occurritur, ſi dixeris, non ex eo reſtringi facultatem probationum, nec veritatem occultari, ſiquidem poterunt produci alii idonei teſtes omni exceptione majores; cum quibus veritas magis eluceſcet.

Nec obſtabunt ea, quæ ſuprà retulimus. Quia jura il- 16
la non debent intelligi de criminibus ipſo jure infamiam irrogantibus; ſed de crimine lethalis culpæ, ac ideo licet teſtes infamia canonica notati à teſtimonio ferendo repellantur, id tamen intelligi debet cum perſeverantia in peccato extat; nam ſi is abſolutus, aut emendatus fuerit; non repellitur, juxta textum in *d. c. teſtimonium 54. de teſtibus, verſ. Si verò.* Nec obſtant verba ejuſdem textus in verſ. *Et cum non comitetur infamia*, ubi conſtat adhuc poſt emendationem, & abſolutionem infamiam durare poſſe. Quia illa verba non debent intelligi de infamia canonica, quæ ſtatim per pœnitentiam, & abſolutionem tollitur; ſed tantum de infamia facti propter crimen, ſeu peccatum commiſſum; cujus fama apud graves viros diminuitur, nec per abſolutionem reſtituitur; ſecus verò quoad notam criminis, nam tunc per emendationem tollitur; notat Cuiac. *in poſthumis*

ad text. in dict. cap. testimonium. Nec solutioni obstat tex. *in l. palam. vers. Non solum, de ritu nuptiarum, l. qui ff. de re militari, l. qui fugitivus ff. de ædilitio edicto*; ubi adhuc post emendationem non tollitur nota ex crimine causata: nam respondetur, quod aliud est, an post emendationem criminis tollatur causa propter quam quis repellitur à testimonio, an verò tollatur præsumptio ejusdem criminis; in primo casu, per emendationem tollitur causa, propter quam quis fuerit expulsus à testimonio, ut *in dict. capit. testimonium*; in secundo verò per emendationem præsumptio illa non tollitur: nam semel malus, semper præsumitur malus, *capit. semel, de reg. jur. libro sexto*, & ita obtinet text. *in d. l. palm, versiculo, Non solum*, cum similibus *supra* adductis.

17 Decimo tertiò adversus nostrum *tex.* in vers. *Quod si sola*, juncto vers. *Nisi prius se probaverint innocentes*, dum Pontifex asserit convictos, vel confessos, contra alios ad testimonium non esse admittendos, nisi prius se probaverint innocentes, juxta text. *in c.* 1. 23 *q.* 11. Obstabit dicere, eos, qui semel confessi sunt, suæ propriæ confessioni stare debere, *c. litteras* 14. *de præsumptionibus*, præcipuè quia negativa probatio impossibilis est, *cap. quoniam contra capit. ad nostram de probationibus, l. actor.* 23. *Cod. eodem.* In qua difficultate, omissa Glossæ interpretatione *in præsenti*, verbo: *Innocentes*, Decii *numero* 7. verissimè est dicendum, text. nostrum procedere in causis, in quibus testes nondum sunt convicti, vel confessi. Nec obstant ultima *illius versicul.* verba: quia Pontifex authoritatem illam per argumentum à majori adduxit, quasi diceret, quod si testes illi, qui accusati sunt, quamvis nec confessi, nec convicti repellantur; nisi se probaverint innocentes, multo magis repellendi sunt qui in alio judicio convicti, vel confessi sunt. Nec solutioni obstabit dicere, convictos in alio judicio, non debere à testimonio repelli; siquidem res inter alios acta aliis non nocet, nec prodest; *l. sæpe, digest. de re judicata, l.* 1. *&* 2. *Cod. quibus res judicata noceat.* Quia regula illa cessat quoties res illius naturæ est, quæ per personam afficiat: nam tunc etiam inter diversas personas personam sequitur, notat Covarr. *in capit. alma mater*, 1. *part.* §. 3. *numer* 2.

18 Decimo quartò adversus nostrum *text.* in versiculo *Cæterum*, dum asserit, crimen per exceptionem testibus objectum sufficere, ut à testimonio repellantur, non tamen pœna ordinaria puniendos esse, ut constat ex juribus in ratione decidendi suprà adductis: Obstat textus in *cap. cum super* 2. *de confessis capit. inquisitionem* 46. *de electione*, in quibus juribus constat testem per exceptionem convictum pœna ordinaria esse puniendum. Quam difficultatem tolles, si dixeris, jura illa procedere quando crimen testibus objectum, tangit & concernit negotium principale, cum in eo tanquam reus involutus sit, quo in casu non solum repellitur, sed etiam punitur, ut constat ex illorum jurium serie, & notat Glossa fin. *in præsenti.* Nec solutioni obstant verba nostri *text.* versicul. *Præsertim ubi crimen, quod ijs objicitur, causam, de qua agitur, contingere non videtur.* Quæ verba denotant idem dicendum esse, cum crimen tangit causam principalem; ponderando verbum illud *Præsertim.* Quia dicendum est, illam dictionem *Præsertim*, idem significare, ac si diceret *tantum*; notant Hostiensis, Ioannes Andreas, Ancharran. & ordinarii omnes in præsenti, quemadmodum etiam verbum *Maximè*, plerumq; accipitur pro *tantum*, notat Brissonius *de verb. sign. verb. Maximè.*

19 Decimo quintò, prædictis obstat text. in *l.* 3. §. *si publico. digest. ad l. Iul. de adul.* mulier de adulterio à marito accusata, si ei lenocinii exceptionem opponit, punitur maritus pœna ordinaria lenocinii. Quæ difficultas parum obest, si dixeris, *ibi* non agi de crimine per viam exceptionis opposito, sed de accusatione lenocinii ab ipsa muliere proposita, postquam jam inter reos recepta erat: quia aliàs si in vim exceptionis proponeretur, proponi deberet antequam inter reos esset recepta juxta formulam tex. *in l. si maritus* 15. §. *præscriptionis ff. eod.*

Nec obstat textus, in *l. cum mulier.* 4. *digest. soluto matrim.* ubi maritus repellitur ad accusationem propter lenocinii exceptionem: quia procedit antequam nomen mulieris inter reos esset receptum, notat Anton. Gom. *in l.* 8. *Tauri, numer.* 71. Nec obstabit dicere, mulierem illam non potuisse maritum de lenocinio accusare, antequam ab accusatione esset purgata; juxta textum in *l. is qui reus* 5. *digest. de publicis judiciis*, quia regula illius text. cessat, quando accusatus, reaccusando prosequitur suam, vel suorum injuriam, uti mulier, in *dictis juribus*, juxta text. in *l. neganda, Codic. de his qui accus. non poss.* Nec obstat text. *in l. quoniam Alexandrorum* 26. *Cod. ad legem Iul. de adult.* ubi Alexander qui de adulterio accusatus est, servus fuerit pronunciatus, etsi de lenocinio mariti exceptionem opposuerit, non admittitur: quia Alexander ibi exceptionem opposuit per modum accusationis; ut indicant verba illa, *esse pollicitum*, ideoque repellitur: nam licet posset excipere de lenocinio mariti, *l. servos, ff. de accusat.* tamen accusare non poterit, *l. pen. C. qui accusare non poss. l. servus, C. de jud. l. quoniam* 26. *Cod. ad l. Iul. de adult.*

Ad textum in capit. A Nobis 2. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Reo excipienti de excommunicatione contra actorem, non obstat replicatio communionis.*

2 *Excommunicatio est in duplici differentia major, vel minor. Major est* censura Ecclesiastica, quæ privat Christianum à perceptione Sacramentorum, & communicatione fidelium.
Minor est censura Ecclesiastica, quæ tantummodo privat Christianum à perceptione Sacramentorum, non verò à communione fidelium.

3 *Anathema, & major excomunicatio inter se non differunt quoad pœnam, secus quoad solemnitatem, & extremam detestationem.*

4 *Communicans cum excõmunicato, minori excomunicatione involvitur.*
Expenditur text. in c. significavit, vers. Eadem excommunicationis sententia: *cap.* nuper, vers. Pari pœna *capit.* concubinæ, versic. Sententia majoris excommunicationis involvit, *de sententia excommunicationis.*

5 *Expenditur tex. in* c. Teugualdum; c. qui communicaverit. 11. q. 3. c. qui merito, 11. q. 5.

6 *Uxor, filii, & similes, propter ipsam juris necessitatem cõmunicare cum excommunicato poterunt absque ullo peccati periculo.*
Expenditur tex. in c. de filia 26. 27. q. 1.

7 *Ermenegildi factum, ex eo quod ab Episcopo Adriano etiam in casu necessitatis Eucharistiæ Sacramentum acipere noluit, refertur & laudatur in* cap. fin. 24. quæst. 1.

8 *Interpretatur text.* in c. si verò 34. de sententia excommunicationis, *juncto versiculo*, Et sub spe veniæ.

9 *Communicans cum excomunicato, minorem excõmunicationem incurrit, si excommunicatum esse cognoverit; secus si ignoraverit: explicatur text.* in c. si quis Episcopus, 11. quæst. 3. vers. Maximè si postquam didicerit adversus eos prolatam fuisse sententiam &c.

10 *Mores alterius, qui semel approbavit, postea reprobare non poterit.*
Exponitur c. 2. de exceptionibus, *versic.* Quod ipse ab accusatione

accusatione illius poterit removeri, *cap.* nulli, de accusationibus, l. cum mulier 49. ff. soluto matrimon.

11 *Illustratur text. in* cap. 1. versic. Si vero postmodum, de exceptionibus, lib. 6.

12 *Explicatur textus in* capit. placuit, 18. distinct. *versicul.* Ecclesiæ suæ communione debent esse contenti; *& ibi plura jura remissivè interpretantur.*

CONCLUSIO.

1 *EXcipienti de communicatione contra actorem, non obstat replicatio communionis.* Comprobat textus in *cap. cum inter* 5. *vers. Cæterum, cap. dilecti* 8. *hoc titulo, cap.* 1. *in princip. hoc tit. lib.* 6. *cap. intelligimus, de judic. cap. nuper, vers. In secũdo, de sententia excom. cap. excommunicatos, cap. qui cum excommunicato, cap. qui excommunicaverit,* cum aliis, 11. *quæst.* 3. Exornant hanc conclusionem Covarr. *in cap. alma mater* 1. *part.* §. 2. & 3. Enriquez *lib.* 13. *de excomm. cap.* 2. Suarez *de censuris, disput.* 8. *sect.* 2. *cum seqq.* Duenas *reg.* 268. Ugolinus *de censuris, tract.* 2. *cap.* 23. §. 1. *num.* 9 Reginal. *in praxi fori pœnitentialis, lib.* 32. *n.* 68. Doctor Frechilla *in tract. de excommunicatione, art.* 2. *part.* 3. & 5. 2. *part.* & præcipuè *in* 3. *part. artic. unico per totum.*

2 Ratio refertur in text. nostro, *apud finem*, videlicet, qui actor est majori excommunicatione ligatus, & à communione fidelium, simul & participatione Sacramentorum prohibitus, reus verò qui minori excommunicatione est ligatus, à participatione Sacramentorum tantùm est remotus, non verò à communione fidelium exclusus: ex qua nostri *text.* ratione communiter deducitur, excommunicationem esse in duplici differentia, scilicet majorem, & minorem: Major excommunicatio est *Censura Ecclesiastica, quæ privat Christianum à perceptione Sacramentorum, & à communione fidelium.* Minor verò est *Censura Ecclesiastica, quæ tantummodo privat Christianum à perceptione Sacramentorum, non verò à communione fidelium*, juxta textum in *cap. si celebrat, de Clerico excommunicato, cap. omnis Christianus*, 12. *quæst.* 3. *cap. Engeltrudam*, 3. *quæst.* 4. *l.* 1. *tit.* 9. *part.* 1.

3 Primò adversus communem excommunicationum divisionem obstabit dicere; in Romana Ecclesia aliam excommunicationis speciem scriptam reperiri, hoc est anathema; quæ major censura, & pœna dicitur in *c. Engeltrudam*, 3. *quæst.* 4. *cap. cum non ab homine, de judiciis, cap. Guilisarius* 23. *quæst.* 4. ergo non duplex, sed triplex excommunicationum species scripta reperitur. Sed in hac jurium difficultate verissimè est dicendum, nullam differentiam versari inter *anathema*, & *majorem excommunicationem*, hoc est, quoad pœnam, & animæ vinculum; differunt tamen quoad solemnitatem horrendam, & extremam illam detestationem ac maledictionem; quæ fit ad majorem populo terrorem incutiendum, quæ solemnis anathematis execratio refertur *in cap. debent*, 12. *quæst.* 3. notat Abb. *in cap. cum non ab homine, de judiciis, num.* 23. Covarr. *ubi supra*, 2. *part.* §. 8. *num.* 8. Anastasius Germonius *in paratitlis ad tit. de sententia excommunicationis*; ad quam quidem extremam, & solemnem maledictionem adaptandum est textus in *dict. cap. Engeltrudam*, 3. *quæst.* 4. *cap. cum non ab homine, de judic. cap. Guilisarius*, 23. *quæst.* 4. *cap. si quis Episcopus* 5. *de hæreticis, cap. cæterum*, 24. *quæstione tertia*, & Pauli authoritas *ad Corinth. cap.* 14. in illis verbis: *Si quis non amat Iesum Christum sit anathema*: nam *text.* ille non debet intelligi de excommunicatione simplici, sed de execratione, quasi diceret *sit maledictus*, & *Canticorum cap.* 6. ibi: *Habitamus in Ierusalem, in qua anathema ultra non erit*, id est *maledictio*, & textus in *l.* 3. *Cod. de summa Trinitate, & fide Catholica*, plures refert D. Balboa *in commentariis ad hunc text. à num.* 94. Doctor Frechilla *de excommunicatione, art.* 3. *num.* 2.

Secundò adversus nostrum *text.* vers. *In locutione*, dum ibi notant omnes, cum excommunicato non esse communicandum, aliàs communicans minorem excommunicationem incurreret, juxta textum in *cap. statuimus, cap. constit. cap. statutum, de sentent. excommun. lib.* 6. *cap. sicut apost.* 11. *quæst.* 3. *cap. nuper de sent. excommun. c cum excommun.* 13. 11. *quæst.* 3. notat Covarr. *in cap. alma mater*, 2. *part.* §. 3. *num.* 3. versic. *Sed si quis. cum excõmunicato*, Ugolin. *de excommun. majori, tract.* 2. *cap.* 23. §. 12. *nũ.* 1. Suar. *de excom. disp.* 27. *section.* 2. Doct. Frechilla *tract. de excommun.* 3. *part. art.* 1. Obstabit text. *in cap. significavit*, vers. *Eadem excommunicationis sententia, cap. nuper. vers. Pari pœna, cap. si concubinæ, vers. Sententia majoris excommunicationis involui, infr. de sẽt. excommunicat. can. excommunicatos* 17. vers. *Simili excommuninationi, cap. cum excommunicatio*, 18. 11. *quæst.* 3. In quibus juribus constat, communicantem cum excommunicato, excommunicationis pœnam incurrere. Sed in hac jurium difficultate, omissa interpretatione Glossæ *in dict. cap. significavit*, verius respondendum est text. in *dict. cap. significavit*, procedere in speciali pœna à jure statuta contra Clericos, scienter, & sponte violantes excommunicationem à Pontifice promulgatam, participando cum excommunicato in divinis officiis. Primò, quòd in illo casu, major excommunicatio sit Papalis. Secundò, quod participans, sit Clericus. Tertiò, quod participatio sit in divinis. Quartò, quod sciens excommunicat. Quintò, quod participatio fiat sponte, non vi, ut constat ex text. in *dict. cap. significavit*, docet Gloss. verb. *Constitutionibus, in dict. cap. statuimus, de sententia excommun. lib.* 6. Covarr. *in cap. Alma mater.* §. 3. *num.* 4. Ugolin. *de excommun. majori, tract.* 2. *cap.* 23. *num.* 1. Suar. *de excomm. majori, dict.* 100. *sect.* 2. *num.* 8.

4 Nec obstat textus in *dicto cap. nuper, de sentent excommunic.* quia loquuntur quando quis communicat cum excommunicato in crimine, pro quo majorem excommunicationem incurrit, docet Bern. *in præsenti*, Covarr. *glos. ult. ubi supra, num.* 5. Ugolin. *num.* 2. Ratio est, quia qui communicat cum excommunicato in crimine damnato, videtur in eo delinquere, & ideò eadem pœna punitur, cùm facientes, & consentientes pari pœna puniri debeant, ut *in dict. cap. nuper.* Nec obstat text. in *dict. cap. excommunicatos, dict. cap. cum excommunicato*, 11. *quæst.* 3. Quia loquuntur de simili, & communi excommunicatione in genere, non verò in specie; & sic tantùm de minori, quæ à perceptione Sacramentorum; non de majori, quæ privat à communione fidelium simul.

5 Tertiò obstat textus in *cap. Teugualdum, cap. qui communicaverit*, 11. *quæst.* 3. ubi loquens cum excommunicato, incurrit majorem excommunicationem; & si Clericus fuerit, deponitur. Sed respondetur, quod in *dict. juribus*, laicus non in majorem excommunicationem incurrit, nec Clericus deponitur ex sola cum excommunicato locutione; sed ex eo præcipuè, quia asserebant publicè se violasse censuram à Pontifice latam; meritò laici cum illo excommunicatorum genere participantes excommunicantur, & Clerici deponuntur. Nec similiter obstat textus *in cap. qui merito*, 11. *quæstione quinta*, ubi constat, communicantem cum excommunicato, pari crimine teneri, hoc est, majori excommunicatione. Quia *textus* ille procedit, quoties major excommunicatio, ita à Iudice per sententiam contra sic communicantes præfertur; ut constat ex illo verbo, *Subiacebunt*, quod verbum futuri temporis mentem significat, notat Balboa *in comment. ad hunc text. num.* 129.

6 Quartò adversus ea, quæ communiter *in præsenti* notant Doctores omnes: videlicet ob communem necessitatis causam, scilicet mortis, vel alterius periculi, cum excommunicato communicari permissum esse, juxta text. in *cap. quod in dubiis* 31. *& cap.* 14. *de sentent. excommun. cap. quoniam multos*, 11. *quæst.* 3. ubi similiter uxori, & filiis ex ipsa juris, & communionis necessitate,

cum patre, vel marito excommunicato communicare permittitur; notat Suar. *de cenſu, diſp.* 11. *ſect.* 1. *num.* 3. Frechilla *de excom. 3. par. art. unico, n.* 4. *&* 5. obſtat tex. *in cap. de filia* 26. 27. *quæſt.* 1. ubi parentes cum filia excommunicata participantes, etiam in eodem vinculo excommunicationis involvuntur. In cujus text. difficultate omiſſa Gloſſ. interpretatione *ibi* verbo, *receperit*: veriſſimè eſt dicendum text. illum non agere de ordinaria patris, & filiæ excommunicatione, ſed de ſimultanea criminis defenſione, ex eo quod poſtquam filia Religionis votum omiſiſſet, ejus pater in affectionem recepit, & patrocinatus fuit, ut matrimonium cõtraheret; meritò propter illius criminis defenſionem, pater ille majori excommunicatione notatur.

7 Quintò obſtat text. *in capit. fin.* 24. *quæſt.* 1. ubi factum Ermenegildi laudatur in eo, quod ab Epiſcopo Arriano, etiam in neceſſitatis cauſa Euchariſtiæ Sacramentum accipere noluit: ergo neceſſitate maxima urgente communicatio cum excommunicato non permittitur. Cujus *tex.* difficultas ex eo diſſolvitur, quia longe ejus ſpecies diſtat ab ea, de qua tractamus: nam Ermenegildus ibi non erat in ultimo mortis articulo, ſiquidem ei non fuit oblata Euchariſtia in modum viatici, ſed ut in Paſchate communicaret; Præcipuè cum ibi non tractetur ſolummodo de Clerico excommunicato, verum etiam de Hæretico, à quo communionem Eccleſiaſticam recipere nunquam poſſumus.

8 Sextò adverſus illam communem Doctorum ſententiam aſſerentium extra caſus exceptos in *dict. cap. quoniam multos* 103. 11. *quæſt.* 3. *dict. cap. quod in dubiis de ſẽtent. excommun.* cum excommunicatis, etiamſi neceſſitas urgeat, extra judicium, non licere communicare, vel contrahere juxta text. *in cap. ultim. cauſ.* 11. *quæſt.* 3. valde obſtat text. *in cap. ſi verè* 34. *de ſententia excomm.* ubi etiam extra judicium, neceſſitate negotii Cruce ſignatis cum excommunicatis communicare permittitur: Cui dubio dicendum eſt, tex. in *dict. cap. ſi vere* impunè permittere, cum Venetis excommunicatis navigare; dum tamen participationis terminos non exceſſerint: nam contractuum participatio cum illis legalis, & permiſſa dicitur; ut conſtat ex textu in *dicto cap. quoniam multos & in dict. c. quod in dubiis & ex eodem c. ſi vero in fine* verſ. In *quibus eorum communionem non potentis evitare.* Nec ſolutioni obſtant verba *text.* ibi: *In cordis dolore, & amaritudine, & ſub ſpe veniæ.* Ex quibus verbis probari videtur etiam in communione illa neceſſariam eſſe abſolutionem, & pœnitentiam: quia verba illa debent referri, quando extra navigationis neceſſitate, in loco, vel ludo, Cruce ſignati cum Venetis ita communicaverint, ſecùs in contractibus; ſiquidem poſtquam in navem ingreſſi ſunt ex ipſa legis neceſſitate communicare permittitur; ne exinde pereant: quemadmodum etiam eadem ratione *in dict. cap. quoniam multos*, filii cum patre communicare permittuntur.

9 Septimò adverſus noſtrum *text.* in verſ. *Scienter*, dum *ibi* notant omnes ignoranter communicantem cum excommunicato non incurrere excommunicationis ſententiam, ſed tantum ſi ſcienter communicaverit; quod etiam docet text. in *cap. quoniam multos*, 11. *quæſt.* 3. notat doctor Frechilla *de excomm. 3. par. art. unico, num.* 12. *obſtat* text. in *cap. ſi quis Epiſcopus* 6. 11. *q.* 3. verſ. *Communicantes ab Eccleſia eiiciendos, maxime ſi poſt quam didicerint adverſus eos prolatam fuiſſe ſententiam.* Ex quibus verbis probari videtur, commuuicantes cum excommunicatis etiam ignoranter à communione eſſe repellendos? ponderando verbum illud *Maximè*; ex quo conſtat, quod ſi ignoranter communicaverint, excommunicationis ſententiam incurrunt. In cujus text. difficultate omiſſa interpretatione, quam refert Gloſ. *ibid.* verbo, *Maximè*; veriſſimè eſt dicendum, quod tex. in *dict. cap. ſi quis Epiſcopus*, intelligi debet de illo antiquo tempore, in quo communicantes cum excommunicato etiam ignoranter, eodem excommunicationis vinculo ligati remanebant, ſiquidem *text.* ille fuit editus tetro tempore ante Gregorium Septimum *in dict. cap. quoniam multos*, ut ex ejus epigraphe apparet, nam Greg. Septimus eos dumtaxat vinculo excommunicationis ligare voluit, qui ſcienter cum excommunicatis in contemptum cenſuræ Eccleſiaſticæ communicaverint; cujus Gregorii Septimi deciſio, quaſi antiqui juris correctoria apparet, ut conſtat ex verbo illo *Subtrahimus*; quod jus novum inducit: cujus Gregorii Septimi ſententiam fuit ſequutus Innocentius Tertius *in præſenti* verbo *ſcienter.*

Octavò adverſus noſtrum textum in verſicul. *Quod ipſe ab accuſatione illius poterit removeri*: ex quo conſtat, quod ſi reus objiciat adverſus actorem exceptionem excommunicationis, reo ipſi non poterit obſtare communionis replicatio, juxta text. *in cap. nuper* 29. *verſic. In ſecunda, de ſententia excommunicationis, dict. cap. ſtatuimus*, cum traditis à Covarr. *in dict. cap. alma mater*, 1. *p.* §. 2. *&* 3. Suar. *dict. diſp.* 8. *ſect.* 2. obſtat text. *in cap. nulli, de accuſationibus*; ubi conſtat, quod is qui mores alicujus approbavit, poſtea reprobare non poteſt, quod etiam docet text. *in l. ſi uxor* 15. §. *fin. ff. ad legem Iul. de adult. cum mulier.* 49. *ff ſoluto matrim.* ergo reus, qui ſemel actorem in allocutione comprobaverit, non poterit poſtmodum ab accuſatione repellere; in quorum jurium difficultate, omiſſa interpretatione Panormitani *in præſenti, num.* 7. Felini *num.* 9. veriſſimè eſt dicendum *text.* noſtrum procedere in eo, qui cum excommunicato dumtaxat participat; *text.* verò in *dict. cap. nulli*, agere de Epiſcopo, qui illum ultra participationem etiam in familiaritate induxit, admiſit & domui ſuæ detinuit; qua proprer in odium Epiſcopi ſpecialiter in *dict. cap. nulli*, ſtatuitur Epiſcopum non admitti ad reprobandum illum, quem ipſemet approbavit; notat Gloſ. *in præſenti verbo, Accuſatione, in fine*; Balboa *in comment. ad hunc text. nu.* 9. Nec obſtat text. *in dict. cap. cum mulier*, cum aliis ſuprà adductis: quia jura illa procedunt, quando approbatio pendet ex voluntate approbantis: nam tunc reprobare non poteſt, nec per viam exceptionis, vel accuſationis, quos ſemel approbavit: ſecus verò dicendum, quando approbatio non pendet ex voluntate approbantis, veluti in communione judiciali neceſſaria, uti in ſpecie *noſtri text.* nam tunc ea approbatione non obſtante, poterit contra illum inſtare, juxta text. *in cap. dilecto* 35. *de præbendis, cap. noſtri* 9. *de electione*, notat Panormitan. *in præſenti num.* 7. etſi contrarium ſenſerit Decius *num.* 5. lateque proſequitur Doctor Balboa *in comment. ad hunc text. ex num.* 5. *cum ſequentibus.*

Nonò prædictis obſtat text. *in c.* 1. *vers. Si verò post modum, hoc titulo, lib.* 6. ubi proceſſus, & acta judicii cum excommunicato geſta parte non petente, valent: ergo ex voluntate litigantis, approbatio excommunicati etiam in judicio pendet: cui dubio reſpondendum eſt text. *in dict. cap.* 2. *vers. Si vero*, procedere in excommunicato occulto, qui pro excommunicato haberi non poteſt: arg. text. *in l. ultra* 77. *ff. de contrahenda emptione*: & ideo cum eo bona fide geſta valent arg. etiam text. *in l. Barbarius Philippus, ff. de officio Præt. l.* 1. *Cod. de teſtamen.* Tum etiam, quia olim proceſſus cum excommunicato factus, etiam non oppoſita exceptione erat nullus; ſed poſtea ad normam reduxit Bonifacius *in dict. c.* 1. *de excep. l.* 6. de cujus interpretatione inferius agemus, *in c. exceptionem hoc tit.*

Decimò adverſus noſtrum *text.* in verſ. *Secundus verò tantum à Sacramentorum participatione ſit remotus*: ex quo deducunt omnes minori excommunicatione ligatum à perceptione Sacramentorum eſſe excluſum, juxta text. *in dict. cap. ſtatuimus, cap. ſtatutum, de ſentẽtia excommunicationis lib.* 6. notat Covar. *in dict. cap. alma mater*, §. 2. *n.* 23. Suarez *diſp.* 27. *ſectione* 2. obſtat text. *in cap. placuit* 28. *diſt.* verſ. *Eccleſiæ ſuæ cõmunione debẽt eſſe contenti*: ex quibus verbis conſtat, quod ſi Epiſcop. ad Concilium congregandum accedere neglexerint, Eccleſiæ ſuæ communione debent eſſe contenti, hoc eſt intra ſuam Eccleſiam panem cæleſtem accipere poſſunt; ergo minori excommunicatione ligati, intra ſuam Eccleſiam

Ecclesiam non sunt prohibiti Sacramenta percipere. Cui difficultati occurritur, ex eo, quod in specie illius *textus* ideò Episcopus potuit intra suam Ecclesiam panem eucharistiæ accipere, quia non minori excommunicatione fuit ligatus; sed tantum ex eo, quod non venit ad Concilii Congregationem, separatur à communione cæterorum Episcoporum, quoad consecrationes, & similia concilia inter eos celebranda; de qua communionis prohibitione intelligendus est etiam text. in *cap. si quis*, 1 secundo, 58. *dist.* quæ antiquæ pœnæ hodie, jam in desuetudinem bierunt: notat Suar. *de censur. disp.* 24. *section.* 1. *ex num.* 2. Archiep. Bracharen. *in* 1. *decreti parte, in d. cap. placuit.* 18. *dist. & in cap. si quis*, 58. *dist.* de qua simili prohibitione communionis intelligendus est tex. *in cap. de presbyterorum*, 17. *q.* 4. *c.* 1. *in fin.* 34. *dist.* Suar. *ubi sup. n.* 5. & similiter est interpretandus tex. *in cap. contumaces*, 50. *dist.* ubi agitur de alia antiqua & peregrina communionis prohibitione; & text. *in cap presbyter.* 53. *dist.* de quibus Archiepisc. Bracharē. *ad* 1 *decreti partem in dict. cap. contumaces* 2. 50. *dist.* & de interpretatione ad text. *in cap. fin. de clerico excommunicato ministrāte*, videndus est Covar. *in cap. alma mater*, 1. *p.* §. 8. *n.* 2. & 7. Balboa *in comment. ad hunc text. n.* 103. *cum seqq.* Frechilla *de excom. art.* 5. 2. *part. num.* 13. *usque ad* 16.

Ad textum in cap. Ecclesiasticæ 3. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia plura habens contra alium de pluralitate non excipit.*

2 *Auxilium legis frustra invocat qui committit in legem.*

3 *Interpretatur textus* in capite cum adeò, de rescriptis.

4 *Beneficiorum pluralitas omni juri, & rationi contraria est.*

5 *Exceptio pro Ecclesiæ defensione admittitur, si utilitas ejus instat, & si aliàs non admitteretur.*

Exponitur textus in cap. cum Ecclesiasticæ 3. de exception.

6 *Possessio non adquiritur per solam investituram: & ibi expenditur tex.* in dict. c. cum Ecclesiasticæ 3. de exceptionibus, vers. De qua fuerat.

7 *Judex ex officio, etiam parte non opponente, in beneficialibus causis de pluralitate beneficiorum inquirere debet. Intellige ut ibi.*

CONCLUSIO.

1 HAbēs *plura beneficia cōtra alium de pluralitate non excipit.* Comprobat text. in *c. judicet*, 3. *quæst.* 7. *cap. prohibet.* 2. *q.* 1. *cap. nihil iniquius*, 32. *quæst.* 6. *cap. pen. & fin. de adult. cap. cum omnibus. de constit. c. pro illorum, de præbend. l. quoniam Alexand. Cod. de adult. leg. in ream, Cod. de inoffic. testam. l. viro* 40. *leg. cum virum* 49 *ff. soluto matrimō leg. qui accusare. ff. de accus. leg. cum pars* 154. *ff. de reg. iur. leg. criminis. Cod qui accus. non poss. leg.* 2. *titul.* 1 *part.* 7. illustrant D. Thom. 3. *part. quæst.* 6. *artit.* 6. Cajetanus *quodlibet* 2. *quæst.* 14. Soto *lib.* 3. *de just. & iure. quæst.* 4. *artic.* 2. Decian. *in praxi criminali, lib.* 3. *cap.* 17. Barb. *in dict. leg. viro, atque uxore, n.* 17. *ff. soluto matrim.*

2 Ratio est, quia frustra auxilium invocat, qui committit in legem. *cap. frustra, de usur. cap. una.* 16. *distin. cap. intelleximus, de adul.* meritò canonici excipientes de pluralitate contra Iacobum, non admittuntur: quia ipsi eodem pluralitatis vitio laborant; præcipuè, quia Iacobus jam erat adeptus possessionem beneficii, & ideò locum non habeat Canonicorum exceptio; siquidem Iacobus nihil juris de novo peteret; sed quid facti tantum, hoc est, non moliari in possessione pacifica; in qua factum versatur juxta tex. *in cap. cum nostri C. de concessione præb. vers. Non vacare*, ut constat in tex. nostro, vers. *Noscitur investitus* qua de causa Iacobus egit contra Canonicos in statu facto retinendæ possessionis; ut eum non moliarentur in pacifica possessione jam adquisita; de qua causa Pontifex præcepit, non obstante Canonicorum exceptione, Iacobum in possessione tueri debere: siquidem postea in judicio plenario de ipsa pluralitatis exceptione cognosci poterat: notant Otthiensis, & Innocentius *num.* 2. Ancharr. *num.* 3 Cuiacius in *posthumis ad nostrum textum.*

3 Primò obstat tex. *in cap. cum adeò* 17. *de rescript.* ubi illa pluralitatis exceptio contra Petrum Canonicum, qui per literas incompatibilem præbendam impetravit, adeò admittitur, ut impediat ejus possessionis apprehensionem. Quæ difficultas excluditur ex eo, quod *text.* ille non loquitur de Interdicto *retinendæ*, siquidem illius præbendæ possessio non fuerat apprehensa; at verò *text.* noster procedit, cum jam possessio esset apprehensa, quæ per pluralitatis exceptionem impediri non potuit; notat Menoch *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 201. Flaminius *de resignat. beneficiorum lib.* 10 *quæst.* 2. Quod etiam dicendum foret, quamvis Canonici pluralitatis vitio non laborarent, juxta tex. *in cap. item cum quis* 6. *de rest. spoliator. cap. super his vers. Sin autem obiiciatur, de accusationibus.* Nec obstant verba nostri *text.* in vers. *Quos constat varia beneficia*: quia illa verba tantùm à Pontifice sunt adoita, ut magis Canonicorum molientium malitia convincatur; non autem sunt à Pontifice proposita, ad finalem decisionis rationem; sed ex eo, quia plures exceptiones vicissim Canonici proposuissent, inter quas fuit illa beneficiorum pluralitatis objectio; cui satisfacit Pontifex in *dict. vers. Quos constat*, asserens non esse admittendos, quia etiam ipsi eodem pluralitatis vitio laborabant; ut constat ex *integra nostri tex.* & ab Anton. Augustin. *collect. Decretalium. c.* 3. *hoc tit.*

4 Secundò obstabit dicere, beneficiorum pluralitatem omni juri, & rationi contrariam esse: *cap. quia* 5. *cap. ad hæc, cap. de multa* 28. *de prabendis*: ergo habens plura beneficia, omnimodo per exceptionem pluralitatis repellendus est; Cui difficultati occurritur, si dixerim, illorum jurium regulam circa pluralitatis beneficiorum prohibitionem locum habere, quando in vim actionis pluralitas in alio statu proponitur, at verò in specie *nostri textus*, non fuit opposita in vim actionis; sed exceptionis, quæ exceptio non privat ab obtentis, *cap.* 2. *versic. Nos autem, de ord. cogn.* notat Andreas *in præsenti, num.* 8. tum etiam, quia Iacobus molestabatur in possessione, cùm eum Canonici impedirent in fructuum perceptione; & nondum pluralis dici poterat, quousque in secundo beneficio pacificè fructus percipiret, *cap pastoralis* 42. 7. *quæ.* 1. *cap. si tibi concessum* 26. *de prabendis, lib.* 6. notat Oyeda *de incompatibilitate beneficiorum*, 1. *p. cap.* 13. *num.* 46.

5 Tertiò prædictis obstabit dicere, quod quando utilitas Ecclesiæ instat, exceptio pro ejus defensione admittitur, *cap. si quis presbyterum* 6. juncta Glos. verbo, *Prospexerit; cap. dilecti* 8. *hoc titul.* ubi Canonici pro defensione suæ Ecclesiæ contra electum, excommunicationis, & periurii exceptionem objiciunt: eisdem obstabit ejusdem exceptionis replicatio: ergo in specie nostri *tex.* pluralitatis Canonicorum exceptio ob Ecclesiæ utilitatem admitti debebat: nec Canonici repelli poterant ex adversarii replicatione: cùm ad Ecclesiæ utilitatem pertineat, neminem plura beneficia obtinere, *dict. c. quia* 5. cum aliis, *de prabendis, cap. quia nonnulli, de Clericis non residētibus.* Quod dubium ex eo dissolvitur, quia in specie nostri *text.* Canonici, cùm nec proprio nomine, illa pluralitatis exceptione contra Iacobum agere poterant, rationibus *supra* adductis, repelli debebant: tum etiam, quia exceptio illa ad proprietatem pertinet, & non potuit impedire Interdictum retinendæ possessionis. *c.* 1. 2. *quæst.* 1.

quæst. 1. Nec obstat tex. in *dict. cap. dilecti* 8. *hoc tit.* quia electus ille, contra quem de excommunicatione, & perjurio excipiebatur, nondum gaudebat beneficii possessione, & ideò non obstat illius exceptionis replicatio, notat Ostiensis *in præsentin*. 1.

6 Quartò prædictis obstabit dicere, Iacobum in præsenti non obtinuisse præbendæ possessionem; cùm ab eo nondum fuisset apprehensa, ut constat ex ejusdem nostri *text.* verbis ibi: *De quo fuerat per Celestinum investitus*, siquidem per solam investituram, non transfertur possessio, juxta textum in *cap. ex ore, verbo: Mandatum, de his, quæ fiunt à majori parte Capit. cap. pro illarum, verbo: Investivit, de præbendis*; siquidem corporalis possessio desideratur, *l.* 3. §. *in amittenda, ff. de acquirenda possessione*, Covar. *lib.* 3. *var. c.* 26. Sed scrupulus hic ex eo dissolvitur: quia in specie nostri *tex.* non solum verbalis investitura possessionis intercessit, sed etiam actualis, & corporalis; ut constat ex verbis illis: *Pacifica possessione gaudere*; & ex ejus integra ab Anton. Aug. *in* 3. *collect. Decretalium.*

7 Sextò obstabit text. *in c. cum nobis* 19. *de electione, c. cum super, de causa possessionis, & proprietatis*: ubi constat in beneficialibus causis, etiam parte non petente, Iudicem ex officio debere inquirere de criminibus, & de exceptionibus peremptoriis: ergo etiam si illa exceptio pluralitatis à Canonicis fuisset omissa, Judex ex officio Clericum pluralem in præsenti debebat repellere; non autem Canonicos defendentes excludere. Cui dubio dicendum est, quod quamvis verum sit, Iudicem ex officio de pluralitate inquirere debere, ex *dictis juribus*, & ex textu *in cap. Sacerdotibus*, 11. *quæst.* 1. *cap. exceptionem, hoc titulo*: tamen illa pluralitatis damnatio fieri non potest, quousque de ea Judici legitimè constet nempè vel per accusationem, vel denunciationem, seu inquisitionem, & ideò Canonicorum exceptio non admittitur; quia per eam solam dici non potuit jam constare de pluralitate beneficiorum, ex rationibus, & juribus *supra* adductis, notat Decius *in præsenti, n.* 10. Abbas *n.* 8. Hostiensis *num.* 4.

Ad textum in capit. Pastoralis 4. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Judex statuere debet terminum ad omnes dilatorias proponendas, post quem excipientem non audiet.*
2 *Assignatur ratio.*
3 *Indultum à jure beneficium non est alicui auferendum.*
4 *Exceptio procuratoria, etsi dilatoria sit, in quacunque litis parte objici potest.*
Contestatio litis, & ejus sententia, ex defectu mandati, nullius momenti est.
5 *Explicatur textus in* leg. 2. Cod. de consortibus ejusdem litis.
6 *Protestatio desideratur, ut exceptio dilatoria post terminum assignatum admittatur.*
Expenditur tex. in cap. pastoralis 4. de exceptionibus vers. Quas non fuerint protestatæ cap. ad dissolvendum, de desponsatione impuberum, verb. Salvis exceptionibus.
7 *Expenditur textus in* capit. præsentium 31. de testibus.

CONCLUSIO.

1 *IUdex statuere debet terminum ad omnes dilatorias proponendas, post quem excipientem non audiet, nisi in casibus hic expressis.* Comprobat textus *in capit. præsentium, de testibus, capit. inter Monasterium, de re judicata, cap. cum causam, de appell. cap.* 2. *de dilation. leg. fin. Cod. de exception. leg. ita damnum, C. de procurator. leg. exceptionem, Cod. de probation. auth. offerat. C. de litis contest. §. qui autem. Instit. de excusation. tutor. l.* 2. *tit.* 5. *lib.* 5. *Recop.* cum à me traditis *ad tit. de dilationib.* exornant Surdus *in tractatu, de exception. à n.* 195. *cum sequen. titulum, de dilationibus* exornant Surdus *in tractatu de except. à nu.* 195. *cum seqq.* Maranta *de ordine judiciorum. p.* 6. *membro* 9. *num.* 7. Mascardus *de probationibus, concl.* 290. Miranda *de ordine judiciorum, quæst.* 20. *art.* 1. Anton. Faber *in suo Cod. hoc titul. diffinitione* 34. Covarr. *in practicis, cap.* 26.

Ratio est; quia interdum partes exceptiones dilatorias ad differendum judicium malitiosè opponunt, & ne pars adversa sumptibus, & expensis prægravetur, justa de causa Judex terminum præfinire potest ad proponendas prædictas dilatorias exceptiones: quia aliàs esset contra decisionem text. *in leg. properandum, Cod. de judiciis, cap. finem litibus, de dolo, & contumacia, leg. fratris, Cod. de transactionibus, cap.* 2. *de appellat. lib.* 6. 2

Primò obstabit dicere, à jure indultum esse, ut reus opponat exceptiones usque ad litis contestationem, *cap. inter Monasterium, de re iud. l. fin. Cod. hoc tit. leg. ita demum, C. de procuratoribus*; sed indultum à jure beneficium, non est alicui auferendum, *cap. indultum, de regul. iur. lib.* 6. ergo Judex non poterit terminum à jure statutum augere, vel minuere, juxta tex. in *leg.* 4. §. *si quis, vers. Sed siquidem, ff. de re iud.* Cui dubio communiter responderi solet, quod etsi regulariter à jure sit terminus designatus ad proponendas dilatorias exceptiones, hoc est, usque ad litis contestationem; ut constat ex *juribus supra adductis*: tamen prædicta jura declarantur, & limitari debent juxta nostri *text.* sententiam; ut non procedant, quando extat litigantium malitia: nam tunc post terminum à Iudice assignatum admitti non debet; notat Abbas *in præsenti num.* 5. Decius *num.* 11. 3

Secundò obstabit dicere, exceptionem procuratoriam esse; *leg.* 2. §. *fin. leg.* 3. §. *procuratoria, ff. de exception.* sed exceptio illa non solum in quacunque litis parte, sed etiam post diffinitivam sententiam opponi potest, *cap. in nostra* 5. *de procuratoribus*: ego hucusque dicta sustinere nequeunt. In qua difficultate, omissa *Accurs.* interpretatione in *l. licet C. de procuratoribus*, verissimè est dicendum, ideò exceptionem illam etiam dilatoriam in quacunque litis parte esse admittendam, quia cùm exceptio illa de defectu mandati, reddat retrò processum nullum, semper præsumitur ante litis contestationem esse opposita; siquidem ex defectu mandati, contestatio illa processus, & sententia nullius momenti fit, *cap. in nostra, in fine, de procuratoribus.* Nec obstat text. in *leg. Pomponius*, §. *ratihabitionis, ff. de procuratoribus*, ubi ex illius defectu judicium non annullatur: Quia procedit in exceptione cautionis non præstitæ, quæ ante litem contestatam opponi debet; non tamen ex eo judicium redditur nullum. Nec obstat text. in *leg.* 2. *C. de consortibus eiusdem litis*; ubi illa cautionis exceptio, post litem contestatam opponi potest. Quia textus ille procedit, cùm procurator post litem contestatam intervenit; nam meritò cùm exceptio illa noviter emersit, recte opponi potuit, notat Bartol. *in dict. l. Pomponius*, §. *ratihabitionis, ff. de procuratoribus.* Ita similiter est interpretandus textus in *cap. insinuante, de officio Delegati*, ubi similiter exceptio dilatoria post terminum à Iudice assignatum, & post contestationem admittitur: quia de novo fuit reperta, & in partis notitiam venit: nam tunc exceptiones hujusmodi admittuntur, ut constat ex *textu nostro*, in verfic. *Nisi forte aliqua de novo sibi competens exorta fuerit, &c.* Nec obstat textus in *cap. exceptionem, infra hoc tit.* ubi etiam potest terminum à Iudice assignatum, exceptio excommunicationis, quæ dilatoria est, opponi potest: quia procedit specialiter in excommunicationis exceptione, quæ propter periculum peccati consistentis in participatione, admittitur, juxta textum *in c.* 1. *hoc tit. lib.* 6. 4

Tertiò adversus nostrum textum, versicul. *Quas non* §. *fuerint*

fuerint proteſtata, nullatenus audiantur, &c. Ex quibus verbis conſtat, neceſſariam eſſe ſpecialem proteſtationem, ut exceptiones dilatoriæ poſt terminum aſſignatum admittantur; nec generalem ſufficere, docet Gloſ. *in præſenti*, verbo, *Proteſtata*, Panormit. *num.* 17. Covar. *in practicis, cap.* 26. *num.* 2. obſtat textus *in cap. ad diſſolvendum de deſponſatione impuberum*, verſ. *Salvis exceptionibus*; ubi conſtat, quod etiamſi pars non proteſtatur, ſe velle exceptiones dilatorias opponere, adhuc ei manet ſalvum jus opponendi: Cui dubio verius dicendum videtur; quod ibi ideò admittuntur, quia terminus ad illas opponendas non fuit aſſignatus; præcipuè, quia Judex proteſtatus eſt (*ad ulteriora procedendum*,) ac ideò ſalvum manet jus partibus opponendi eas exceptiones, cùm illa Judicis proteſtatio relevet partes ab illa exceptionum proteſtatione. Nec obſtat text. in *c. præſentium* 31. *de teſtibus*: ubi generalis proteſtatio ad pro-
7 ponendas exceptiones admittitur: quia proteſtatio illa intra terminum, & nominatim, fuit propoſita; nec fuit neceſſe impedimentum exprimere, cùm ſufficiat juraſſe, non malitioſè excipere, ſiquidem forſan teſtis in proteſtantis favorem deponere potuiſſet; uti advertit text. ille *in fine*: aliud verò obſervatur in proteſtatione exceptionis; in qua cauſa exprimi debet, cùm diverſa ratio militet; & de interpretatione ad textum in *l.* 2. *ff. de re judicata*, cum *l.* 4. §. *ſi quis*, *ff. eodem*, latè à nobis eſt actum in *titulo de dilationibus*, quæ omnia *in præſenti* ſunt repetenda.

Ad textum in cap. Cum inter 5. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Excommunicatus, excipere, appellare, & omnem defenſionem facere poteſt; ſed reconvenire non poteſt.*

2 *Exceptio, & appellatio, defenſio eſt.*
Defenſio à jure naturali producta eſt.

3 *Excommunicati an à jure divino, vel poſitivo, à fidelium nomine & communione repellantur, ibi remiſſivè diſcuitur.*

4 *Explicatur text. in* cap. nulli 8. de ſententia excommunicationis: c. cum & plantare 3. §. excommunicatos, c. privilegia, de privilegiis.

5 *Exponitur textus* in cap. ſacris, de his quæ vi.

6 *Excommunicatus juramentum calumniæ, contra ſe ſubire tenetur, cùm tanquam reus in judicio admittatur.*
Reus in exceptionibus actor eſt.

7 *Expenditur tex. in* c. dilecti 8. de except.

8 *Interpretatur tex.* in c. exhibita, de judiciis.

9 *Reconventio eſt quædam ſecunda conventio à priori omninò ſeparata, quam vulgò appellant reconventionem, ideoque excommunicatis eſt prohibita.*

10 *Expenditur textus* in cap. cum contingat, 36. de offic. delegat.

11 *Excommunicati quamvis peccent contrahendo propter participationem, quam cum cæteris habent, non tamen exinde contractus reſcinduntur.*
Excommunicatus ab agendo in cauſa appellationis non repellitur.
Interpretatur textus in cap. ſignificaverunt, de exception.

12 *Excommunicatus tanquam reus in judicio per procuratorem admittitur; ſecus tanquam actor & ibi refertur diſparitatis ratio.*

13 *Illuſtratur text.* in c. 1. hoc titulo, in 6. verſ. his, quæ præceſſerunt.

14 *Proceſſus actus cum excommunicato, etiam non oppoſita exceptione, jure antiquo nullius momenti erat, ſecus noviori.*
Exponitur text. in cap. 1. de reſcript. lib. 6.

CONCLUSIO.

1 *EX communicatus excipere, appellare, & omnem defenſionem facere poteſt; ſed reconvenire non poteſt;* Conſonat textus *in cap. intelleximus, de judiciis, c. exceptionem, hoc tit. c. 1. hoc tit. lib. 6. cap. decernimus, de ſententia excommunicationis, lib. 6. Clementina unica, de exceptionibus, cap. excommunicamus, §. credentes, de hæreticis, c. ſi verè, de ſententia excommunicationis, cap. ſicut. c. excommunicatos, 11. quæſt. 3. cap. ſacris, de his quæ vi: cap. ſtatuimus, cap. conſtitutionem, de ſentent. excommunicationis, lib. 6. l. 34. titul. 9. part. 1.* Exornant hanc concluſionem Socinus *regul.* 132. Duennas *regul.* 268. Suarez *de excommunicatione majori, diſp.* 16. *ſect.* 3. *per totam*, Covarruv. *in cap. alma mater* 1. *part.* § 2. Doctor Frechilla *in tract. de excommunicat.* 2. *p. art.* 6. *per totum*, *& in art. unico* 3. *part.* Doctor Balboa *in comment. ad text. in cap. à nobis* 2. *hoc titul. num.* 2. *uſque* 84.

2 Ratio quare excommunicatus excipere, & appellare poteſt, ea eſt, quia exceptio, & appellatio, defenſio eſt, *c. ſignificaverunt*, *infra hoc tit.* ubi latius agemus, & defenſio à jure naturali prodita eſt, *l. ut vim, de juſtitia, & jure, cap.* 1. *de homicidio, Clem. paſtoralis, §. caterum, de re judicata*; & ideò, nec Pontifex eam detrahere poteſt, arg. text. *in c. ſunt quidam dicentes*, 25. *q.* 1. *ſed naturalia, Inſtit. de jure naturali*; cùm iniquum foret; ut excommunicatus, qui invitus in judicium venit, ei exceptionis, & defenſionis judicium auferatur; non tamen poterit quemquam convenire, quia ut *tex.* noſter aſſerit, ne id quod in defenſionis remedium ſuſtinetur, ad impugnationis materiam extendatur, & ne ex malitia ſua commodum reportare videatur; juxta tex. *in d. c. intelleximus, in fin. de judiciis*, ſiquidem fraus, & dolus nemini patrocinatur, *l. itaque ſullo ff. de furtis, l.* 1. *l. nec ex dolo, ff. de dolo, c. ſedes, c. ex tenore, de reſcriptis.*

3 Primò obſtabit dicere, excommunicatos à jure divino à fidelium communione repelli, juxta illud *Matth. c.* 18. ibi: *Sit tibi tanquam Ethnicus, & Publicanus*, relatum in *c. novit. de judiciis, c. ſi peccaverit*, 2. *q.* 1. & 2. Theſſalon. *c.* 3. ibi: *Non commiſceamini cum illo.* Sed juri divino Pontifex derogare non poteſt, *c. cum inferior, de majorit. & obed. d. c. ſunt quidam*, 25. *q.* 1. ergo contra jus divinum, nec in judicio cum reo excommunicato nemo communicare poterit; præcipuè, quia quemadmodum excommunicatus propter periculum participationis agere prohibetur, *cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. *Clementin.* 1. *eodem titul.* ita ſimiliter idem periculum militat in reo: ergo quemadmodum in agendo, ſic ſimiliter in excipiendo repelli debet. Quam difficultatem, ut evitarent Interpretes noſtri, reſpondent, quòd quamvis controverſum ſit, an prohibitio communionis cum excommunicato proveniat à Jure divino, an verò à poſitivo? tamen veriſſimum eſt, prohibitionem illam à jure poſitivo provenire; ſiquidem Pontifex in ea frequenter diſpenſare valet; ut conſtat ex *tex. noſtro*, & in *d. c. quoniam multos, d. c. intelleximus, c. ſi vere, de ſententia excommunicationis, c. ſignificaſti, de eo, qui duxit in matrimonium. Clem. ne Romani*, §. *caterum, de electione*; *extravag. Inſuper ad evitanda ſcandala, Martini V.* tenent Covar. *in c. alma mater*, 1. *p.* §. 2. Navar. *in manuali, c.* 27. *n.* 29. cum aliis ab eiſdem relatis; meritò cùm hæc prohibitio communionis à jure poſitivo proveniat, verè potuit Pontifex *in præſenti* declarare; ut locum non habeat quando excommunicatus in judicio convenitur: nam licet idem periculum in eo militet, quod in actore militat; non tamen eadem prohibitionis ratio; ut ſuprà retulimus. Nec obſtat illa *Matth.* authoritas, ibi: *Sit tibi*, cum *ſimilibus*: quia procedunt quando agitur de publico peccatore, & pernicioſo homine vitando: non verò de excommunicato: nam licet illa communionis prohibitio cum peccatore pertinaci ſit juris divini: tamen communio illa cum excommunicato non quatenus peccator eſt, ſed quatenus excommunicatus eſt, à jure poſitivo provenit: notant Covarr. & Navarr. *ubi ſupra*, Soto *in* 9. *diſt.* 22. *quæſt.* 1. *art.* 1. D. Balb.

in commentariis ad text. in c. à nobis 2.hoc tit.à num.60. Nec obſtabit dicere, quod excommunicandi poteſtas à Chriſto Domino D. Petro, & ejus ſucceſſoribus fuit conceſſa, *Matth. cap.18.* ibi: *Quodcunque ligaveris &c.* relato *in cap.quodcunque,24.quæſt.1.cap. nemo contendat, 12 quæſt. 3.* Quia illa excommunicandi poteſtas, quamvis ad Clavium poteſtatem pertineat, & à Chriſto Domino noſtro,D.Petro ſit tributa, non tamen excommunicationis formula, qua nunc Eccleſia cum effectibus illis utitur: videlicet privando excommunicatum à Sacramentorum perceptione, à communione fidelium, à ſuffragiis, & orationibus Eccleſiaſticis, quæ omnia in illa lege Evangelica expreſſa non ſunt; ſed ab ipſa Eccleſia inducta; meritò dicendum eſt, quod quamvis communionis prohibitio à jure divino fundamentum retineat; non tamen ex eo excluditur, excommunicationem, & ejus formulam à jure poſitivo provenire; notant D.Balboa *in commentariis ad text.in cap. à nobis 2 hoc tit.num.62.* Doctor Frechilla *in tract.de excommunicatione:part.2.art.2.per totum, & in artic. unico 3. p. num. 13.*

4 Secundò prædictis obſtat text. *in c. nulli 8.de ſententia excommunicationis*, ubi conſtat neminem poſſe Sedis Apoſtolicæ privilegio tueri quominus excommunicatos vitare valeat; quod etiam docet text. *in capit. cum & plantar 43.§. excommunicatos, c.ut privilegia, de privilegiis.* In qua difficultate veriſſimè dicendum eſt, quod in *illis juribus* non prodeſt privilegium non defectu juriſdictionis, & poteſtatis, ſed tantum ex defectu intentionis, hoc enim eſt alienum à Pontificis voluntate & valdè pernicioſum cenſuræ Eccleſiaſticæ; notat Gloſ.*in d.c.nulli*,D.Frechilla *tractat. de excomm.3.part. unico,à n.13.* Nec obſtat text.*in c.ſacris,de his quæ vi*: ubi quis potius tenetur mortem pati quàm cum excommunicato loqui: ex cujus deciſione deducunt omnes, effectum excommunicationis etiam à Jure divino provenire, quia aliàs quis potius tenetur loqui cum excommunicato, quàm mori, ſi quidem præcepta poſitiva non obligant cum detrimento vitæ,*c. 2. de obſervatione jejuniorum.* Quia multum refert an metus ſit incuſſus propter vilipendium Religionis, & in contemptum cenſurarum,& clavium Eccleſiaſticarum, an verò propter alias cauſas; in primo caſu, quis potius tenetur mortem pati,quàm loqui cum excommunicato,
5 & ita obtinet text. *in dict cap. ſacris de his quæ vi*: ſecus verò ſi propter aliam rationem; nam tunc vitæ periculum, vel famis,excuſat: *d.cap.quoniam multos, 11.q.3.* notat Covarr.*in cap.alma mater,1.p.§. 3. num. 9.* Doctor Frechilla *de excom. 3.p.art. unico,à n.11.* Balboa *in commentar. ad hunc text. à n. 65.*

6 Tertiò adverſus primam noſtræ concluſionis partem, obſtabit dicere, quod qui in judicio contendit, ſive ſit actor, ſive reus de calumnia jurare debet,*cap.1. & 2. de juramento calum.* & juramentum eſt res Sacroſancta,*auth.Sacramenta puberum, C.ſi adverſ. vend. l. ſi quis, l. penult.C.de reb.credit.* ſed excommunicato omnia Sacramenta denegantur,ut *ſupra* diximus, ergo nec tanquam reus in judicio comparare debet, cùm calumniæ juramentum etiam tanquam reus præſtare debeat,à quo prohibitus videtur. Cui dubio reſpondendum eſt, quod quamvis excommunicatus non poſſit in ſuum favorem de calumnia jurare, tamen contra ſe, uti reus cogitur illud juramentum ſubire, docet Gloſ. *in præſenti verbo Legitima defenſio*;quam ſequitur Panormitanus *in cap. quod in dubiis,infra, de ſententia excommunic.* Nec obſtabit ſi dixeris, quod reus in exceptionibus actor eſt, *l.1.ff.de except.l.in exceptionibus ff. de prob.* ergo nec in illis in judicio admitti debet.Quia quamvis reus in exceptionibus partibus actoris fungatur, ob onus probationis;non tamen proprie actor dicitur: ſi quidem nihil petit ſibi dari, vel fieri, ſed tantum intendit ſe defendere, & actorem repellere;*l. 2.ff. hoc tit.* quæ defenſio ex noſtri *text.* deciſione, ſibi permittitur.

7 Quartò obſtat text. *cap.dilecti 8. hoctit.* ubi excommunicatus contra electum agere, & excommunicationis, & periurii exceptionem opponere poteſt, nec replicatione ejuſdem criminis repellitur. In cujus *text.* difficultate dicendum eſt, quod Clericus *ibi* admittitur ad excipiendum,quaſi defenſionis jure; quia cauſa Eccleſiæ quaſi propria ipſius Clerici excommunicati reputatur: nam quemadmodum Clericus pro ſua, vel ſuorum injuria agere poteſt, *capit. neganda, 3.quæſt. 11.* à fortiori etiam poterit pro ſuæ Eccleſiæ defenſione excipere, argument.*in l.invitus 199.§.cui damus,ff.de regul. juris*: præcipuè,quia illa inhabilitas excommunicationis ceſſat, quoties utilitas publica vertitur, argumen. text.*in l.ſi quis in gravi, §. utrum, ff. ad Sylanianum*: & cum in defenſione Eccleſiæ jus publicum verſetur, *l. 1. §.hujus ſtudii ff. de juſtitia,& jure,cap.jus publicum 1. diſtinction.* mirum non eſt, quod inhabiles, excommunicati, & periuri, pro Eccleſiæ defenſione ad excipiendum admittantur.

Quintò obſtat text. *in cap. exhibita, de judiciis*, ubi 8
excommunicatus non poteſt ad annullandam electionem, exceptionem excommunicationis opponere.Sed prædicta difficultas ex eo diſſolvitur, quia *in dicto capit.exhibita*, excommunicatus per viam actionis in judicio comparuit, provocando electum ad judicium, oblato libello ad retractandam electionem, ut conſtat ex verbis illius *text.*ibi: *Qui contra eum agebant*: at verò *in dicto cap.dilecti,hoc titul.* excommunicatus excommunicationem appoſuit, non in vim actionis, ſed exceptionis tantum, hoc eſt,tanquam reus; & ideò non potuit replicatione repelli, notat Panormitanus *in dicto cap. dilecti,num. 7.*

Nec obſtat ſi inſles, *in dicto cap. dilecti*, ſponte ad judicium veniſſe; & in eo potius ut actor,quàm reus dici poterat. Quia reſpondetur, quod quamvis voluntarius adeſſet,tamen reus dicitur: nam ſpeciali jure id fuit admiſſum pro defenſione ſuæ Eccleſiæ, ut indicant verba illius *text.*ibi: *Non eſſe propter hoc à defenſione ſua repellendum*:notat Speculator *tit.de Actore, n. 13.* Doctor Balboa *in cap.2.hoc tit.n.77.*

Sextò adverſus ſecundam noſtri *text.* partem in ver- 9
ſicul.*Cæterum non ſic in reconventione.* Ex quo deducunt omnes, reconventionem eſſe excommunicatis prohibitam: Obſtabit dicere,quod reconventio eſt quædam defenſio quæ opponitur actioni, *cap.2.3. & 4. de ordine cognitionum,cap.1. & 2.de mutuis petitionibus,* ubi latè diximus,*cap.1.verſic.Cujus in agendo, 3.quæſt. 4.*ſed in prima noſtri *text.* parte defenſio excommunicatis permittitur: ergo ſimiliter & reconventio permitti debet, cùm defenſio ſit.

Quæ difficultas diſſolvitur ex eo; nam reconventio non eſt propriè defenſio antiquæ actionis, ſed magis propriè novæ conventionis inſtitutio; ſiquidem reconventio nihil aliud eſt, quàm ſecunda conventio à priori omnino ſeparata quam vulgo appellat *reconventionem*, ſeu *mutuam petitionem*, vel *ſecundam conventionem, l. cum Papinianus, de ſententiis, & interlocutionibus §.reus quoque, de reſcriptis,l.b.6.*cum ergo reconventio verè,& propriè ſit petitio, juſtiſſimè excommunicato denegatur,notat Doctor Balboa *in commen.ad text. in cap.2.hoc tit.n.82.cum ſeqq.*

Septimò obſtat text.*in cap.cum contingat 36. de offi-* 10
cio Delegat. ubi excomunicatus in judicio ad agendum admittitur. Cui dubio verius dicendum eſt, quod excommunicatus in ſpecie illius *text.* ad agendum admittitur; quia actio illa erat ſuper ipſa excommunicatione: quare non denegatur ei, ut compareat, cùm de ea ei agere permittatur, tanquam ſit medium ad ſe liberandum ab illo excommunicationis vinculo; at verò *text.*noſter loquitur de diverſa excommunicationis cauſa, & ideo in judicio ad agendum non admittitur; notat Suar.*de cenſur.diſt.3.in princ.*Felician.de la Vega.*in d.c. intelleximus 7.de judiciis,n.103.*

Nec obſtabit ſi inſtes excommunicatum poſſe con- 11
trahere,*c.ſi verè 34.de ſent. excomm.veritatis 8.de dolo,& contumacia,cap.fidelis 5.§. verum, de pœnis, lib. 6.* & cum argumentum valeat de contractibus ad judicia,

Gloſſa

Gloſſa *verbo*: *Contractibus, in auth. Sacramenta puberum*, *C. ſi adverſus venditionem*: ſic ſimiliter in judicio non ſolùm tanquam reus, ſed etiam ut actor exiſtere poterit. Quia reſpondendum eſt, quod etſi valeant contractus initi ab excommunicato; tamen exinde non ſequitur poſſe agere in judicio, cùm in illis diſpar ſit ratio; præcipuè, quia etiam ipſi contractus ei ſunt prohibiti; licet poſtea facti teneant, cùm multa fieri prohibeantur, quæ facta tenent, & ideò quamvis excommunicati peccent contrahendo propter participationem quam cum cæteris habent; non tamen exinde contractus reſcinduntur. Nec etiam obſtat text. *in c. ſignificaverunt, infra hoc tit.* ubi excommunicatus ab agendo in cauſa appellationis non repellitur, cùm poſſit opponere, & proſequi appellationem. Quia licet in opponendo, & proſequendo appellationem originarius actor dicatur, tamen reus ſemper dicitur per appellationem ab eo interpoſitam; cùm per appellationem, & condemnationem vices rei ſuſtineat, & cum de propria defenſione agat, ab ea privari non debet, ut conſtat ex juribus, & rationibus *ſuprà* adductis; notat Balboa *in comment. ad text. in c. 2. n. 6 ſuprà, hoc noſtro tit.*

Octavò prædictis obſtat dicere, quod excommunicatus ſi reus eſt, per procuratorem admittitur, *c. intelleximus, 7. de judiciis*: Sed hæc ratio in actore etiam eſſe poteſt, cùm in eo nullum ſit inconveniens, ſiquidem cum ipſo nulla eſt communicatio, ſed cum procuratore tantum: ergo excommunicatus, etiam tanquam actor, in judicio admitti debet, cùm per procuratorem experiri poterit: Sed reſpondendum eſt, quod diſpar eſt ratio inter actorem, & reum excommunicatum: nam reus per procuratorem in judicio propter ejus defenſionem admittitur; ſecus actor: quia tunc ex malitia, & contumacia ſua commodum reportaret, & ideò nec in judicio per procuratorem tanquam actor juxta text. *in cap. fin. de procuratoribus, capit. poſt ceſſionem, de procuratoribus.*

Decimò adverſus ea, quæ communiter *in præſenti*
12 notant omnes: videlicet quoad actorem, nihil eſſe mutatum per *Extravagantem, ad evitanda ſcandala Martini V.* nam actor, ſive ſit publicè excommunicatus, ſive nonnunquam injudicio admittitur; ſiquidem quantum ad ſe eſt, cùm ſponte ad judicium veniat, ſemper alios vitare debet, ex juribus, & rationibus *ſuprà* adductis; valdè obſtat text. *in capit. 1. hoc tit. lib. 6. verſic. Iis quæ præceſſerunt in ſuo robore duraturis*, ex quibus verbis conſtat omnia acta judicialia, cum excommunicato facta, antequam exceptio excommunicationis fuerit objecta, mero jure valere; & in illis verbis: *Actor in ſequentibus excludatur*, ex quibus conſtat anteriora ab eo facta valere. In cujus text. difficultate, omiſſa communi interpretatione *in cap. intelleximus, de ſententia excommunicat. lib. 6.* veriſſimè eſt dicendum, diſtinctionem adhibendam eſſe inter jus antiquum, & novum; nam de jure antiquo proceſſus habitus cum excommunicato, etiam non oppoſita exceptione, nullius momenti erat, juxta text. in *c. exceptionem hoc tit.* Novo autem jure, antequam illa exceptio opponatur, acta judicialia
13 facta cum excommunicato valent; & ita eſt interpretandus text. *in dicto cap. 1. hoc titul. in 6. verſ. Iis quæ præceſſerunt*; nam quamvis actor in judicio non poſſit agere, tamen quandiù exceptio excommunicationis non fuerit appoſita, acta cum eo valent; quod ob publicam utilitatem eſt receptum ne negotia differantur; notat Gloſſa *verbo*: *Duraturis, in dict. cap. unico, hoc titul. lib. 6.*

Undecimò ſolutioni obſtat tex. in *cap. 1. de reſcriptis,*
14 *lib. 6.* ubi conſtat, acta cum excommunicato, etiam non oppoſita exceptione, mero jure non valere. Cui difficultati veriſſimè eſt dicendum, ideò *ibi* abſque exceptione oppoſita acta cum excommunicato nulla eſſe, quia actor reſcripti impetrationem fecerat excommunicatus; ideóque cùm reſcriptum ſit inutile, juxta text. *in cap. dilectus, de reſcriptis*; mirum non eſt, ex defectu juriſdictionis omnia acta judicialia nullius eſſe momenti: quæ ratio ceſſat *in dict. cap. 1. de exceptionibus lib. 6.* notat Gloſſa verbo: *Duraturis*, verbo: *Proceſſus*, in *dict. cap. 1.* In præſenti adduci ſolet quæſtio illa, an actor excommunicatus, qui nec agere, nec reconvenire poteſt poſſit debitum recompenſare? de qua diſputat Gloſſa *in præſenti, verbo*: *Reconventione*, Decius *numer. 27.*

Ad textum in cap. Cum venerabilis 6. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Excipiens non videtur fateri ea, quæ in exceptione includuntur: & exceptio falſi, etiam poſt ſententiam opponi poteſt.*

2 *Exceptio tantum opponitur ad excludendum jus actionis, & limitata cauſa limitatum tantum producit effectum.*

Reus judicata pro veritate habetur.

3 *Qui unum confitetur, etiam confiteri cenſetur id, quod ex eo neceſſariò conſequitur.*

Expenditur textus in cap. venerabilis, 6. de exceptionib.

4 *Illuſtratur text. in* c. præterea 2. de tranſactionibus, c. venerabilem 34. de electione.

5 *Illuſtratur text.* in authen. ſi teſtis, C. de teſtibus, leg. quoniam, ff. de his, qui notantur infam. l. in fiſci, ff. de jure fiſci.

6 *Solvens ſi condicere vult, aſſerens ſe indebitum ſolviſſe probare debet indebitum ſolviſſe, cùm ex illa ſolutione tacitè confiteatur debitum præceſſiſſe.*

Interpretatur textus in leg. cum de indebito, ff. de probat.

7 *Privatio præſupponit habitum. Intellige ut ibi.*

8 *Exponitur text.* in l. quinquaginta, §. nam ſi creditum, ff. de prob.

9 *Jus Canonicum ſemper ex bono, & æquo procedit, quoties ex eodem jure contrarium non reperiatur expreſſum.*

Exponitur text. in cap. cum venerabilis *verſ. 6.* Inter contractus bonæ fidei computentur.

10 *Interpretatur textus in* cap. cum dilecti, de donationibus.

11 *Bona fides in omnibus contractibus deſideratur; & mala ab omni jure deteſtatur. Intellige ut ibi.*

12 *Actiones bonæ fidei in omni Jure decem & ſeptem inveniuntur.*

Expenditur text. in leg. Seia 42. ff. de donat. cauſ. mort.

13 *Interpretatur text. in* l. Cæſar 15. ff. de publican. & vectig.

14 *Actio ex teſtamento, ſtricti juris eſt; & quemadmodum in contractibus ſtricti juris à verbis non receditur, ita etiam in ultimis voluntatibus à verbis non eſt recedendum. Intellige ut ibi.*

15 *In contractibus ſtricti juris ſolum id quod actum eſt ſervari debet; in bonæ fidei autem, ea veniunt, de quibus nec actum, nec excogitatum eſt.*

Exponitur textus in leg. cum quid 3. digeſtis, ſi certum petatur.

16 *Falſi exceptio, etiam poſt ſententiam opponi poteſt.*

Interpretatur text. in c. cùm venerabilis 6. verſ. Verum etiam, de exceptionibus, l. querela, C. ad legem Corn. de falſ.

17 *Inſtrumentum qui in judicio produxit, illud impugnare non poteſt.*

Exponitur text. in c. olim, de cenſib.

18 *Epiſcopus in omnibus Eccleſiis ſuæ diœceſis intentionem probatam habet, in ſpiritualibus.*

Illuſtratur text. in cap. cùm venerabilis 6. verſ. Quoad temporalia, *de exceptio.*

CONCLUSIO.

1 *EXcipiens non videtur fateri ea, quæ in exceptione includuntur: & exceptio falsi, etiam post sententiam opponi potest.* Prima nostri *text.* pars comprobatur ex textu in *cap. exceptionem* 63. *de regul. juris lib.* 6. *l. utique* 9. *ff. de exception. l. siquidem, C. eod.* exornant Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 2. *num.* 2. Idem *in c. alma mater*, 1. *part.* §. 12. *vers. Secundo*, Mascardus *de prob. concl.* 70. & 887. Petr. Gregor. *li.* 22. *syntagmatum juris, cap.* 17. *nu.* 3. Menoch. *de arbit. lib.* 2. *casu* 92. Clarus *lib.* 5. *sententiar.* §. *fin. q.* 55. Farin. *tom.* 2. *criminalium, quæst.* 32. *num.* 60. Petrus Pechius, & ordinarii omnes *in dict. regul. exceptionem, de reg. jur. li.* 6. Pacian. *li.* 1. *de probat. cap.* 520. 21. 22. 23. 24. & 25. Balb. *in commentariis ad hunc text. num.* 2. *cum sequentibus*, Anton. Aug. *in* 4. *collectione Decretaliũ, c. unic. tit. de confessis.*

2 Ratio primæ partis est: quia exceptio tantum opponitur ad excludendum jus actoris, *l.* 2. *ff. de exceptionib.* & ideò contrarium effectum non debet operari, *leg. legata inutiliter. ff. de legatis* 1. nam alias eadem exceptio duos effectus contrarios produceret, unum exclusivum intentionis agentis, alterum corroborativum, quod esse non potest, *l. qui hominem*, §. *fin. ff. de solut.* siquidem limitata causa limitatum tantum producit effectum, *l. magis*, *ff. de adquirendo rerum dom.* & reus in præsenti suam exceptionem ea lege, & conditione limitat, si actor suam intentionem probaverit, quia alias actore non probante reus absolvitur, *l. qui accusare, C. de edendo*, *l. actor* 23. *C. de probat.* notat Pacian. *dict. lib.* 1. *de prob. cap.* 22. *n.* 8. Petrus Pechius, *ubi supra, n.* 6. Balboa *in commentariis ad hunc tex. n.* 8.

3 Ratio secundæ conclusionis partis ea est: videlicet falsi exceptionem etiam post sententiam opponi posse, quia cùm res judicata pro veritate habeatur, *leg.* 1. *cum sequentibus. ff. de re judic. leg. res judicata* 207. *de reg. juris*, & veritati nihil tam contrarium est, quàm falsitas, *l.* 1. *cum sequentibus. ff. ad legem Corn. de fals. cap. ad falsariorum* 1. *de crimine falsi.* justa de causa res judicata ex falsis probationibus consistens, comperta veritate, retractatur, *l. si pater* 75. § *Marcellus, ff. de judiciis, l. qui agnitis, ff. de exceptionibus. l.* 2. *cum sequentibus, C. si ex falsis allegat. l.* 102. *C. si tutor. vel curator, c. ex literis, de in integrum restitutione minorum.*

4 Primò adversus primam nostri textus conclusionem obstabit dicere, quod is qui unum confitetur, etiam confiteri censetur id, quod ex eo necessariò sequitur; argument. text. *in cap. translato, de constit. cap. dilecti, de dolo*, & *contumacia*: nam ille, qui consequens vult, & antecedens etiam velle videtur, *l. illud, ff. de adquirend. hæred. l.* 2. *ff. de jur. omnium judicum, cap. præterea, de officio Delegat.* sed permutationis contractus necessariò in permutantes præsupponit dominium. *l.* 1. *in fin. ff. de rerum permutation. cap.* 1. *cap. ad quæstiones eodem*: ergo cùm in præsenti procurator Monasterii de Episcopi permutatione exciperet, consequenter fateri videtur Episcopum Dominum tempore permutationis fuisse; cujus confessione, fundata remanet Episcopi intentio. In cujus *text.* difficultate, omissa *Glossæ* interpretatione *in præsenti*, verbo, *Confusus*, dum asserit, text. nostrum procedere in exceptione conditionali; verissimè est dicendum exceptionem non conditionalem, sed puram fuisse. Nec obstabit dicere, quod qui ita excepit, censetur fateri id, quod ex eo necessariò sequitur: quia in specie nostri *text.* per necessariam consequentiam non sequitur; videlicet, *Episcopus permutavit*: *ergo dominus erat*: siquidem permutatio illa potuit esse, non de jure, sed de facto tantum; & ideò Monasterii procurator de permutatione excipienda, non videtur fateri intentionem adversarii: notat Balb. *in comment. ad hunc text. num.* 45. Nec obstat tex. *in c. præterea*, 2. *de transactionibus*, ubi ex sola exceptione transactionis super jurisdictione Cellæ, intentio actoris Episcopi fundata remanet: quia ibi non fundatur ex transactione, sed ex propria rei confessione; constat ex verbis illius text. ibi: *Confitentes in jure illi domui quondam fuisse subjectos*; at verò *text.* noster procedit, quando simpliciter absque confessione ulla exceptio fuit proposita, Balb. *in comment. ad hunc text. num.* 16. præcipuè *num.* 46. Nec similiter obstat text. *in c. venerabilem* 34. *de electione*, ubi is qui excipiens dicit, se esse excommunicatione absolutum, fateri videtur actoris intentionem: videlicet se fuisse excommunicatum: quia *text.* ille loquitur in diversa specie; videlicet in eo, qui petit absolutionem excommunicationis; quo in casu videtur fateri se excommunicatum esse, cùm ab eo petatur qui se existimat ligatum, arg. text. *in c. per tuas*, §. *nos agitur, de sententia excommunicationis*; secus dicendum erit in eo, qui excipit se absolutum ab excommunicatione, opposita ejus exceptione, nam tunc ex regula nostri *text.* non videtur excommunicationem fateri ad fundandam actoris intentionem; notat Covar. *in cap. Alma mater*, §. 12. *n.* 2. Masc. *de probat. concl.* 701.

Nec similiter obstat text. *in Auth. si testis C. de testibus*: ubi si servitutis macula testi objiciatur, & ipse excipiat se esse manumissum, aut in fama testimutum; si ejus exceptionem non probaverit, videtur fateri actoris intentionem: Quia *text.* ille procedit in exceptionibus concernentibus testium habilitatem, vel eorum reprobationem: at verò *text.* noster procedit in exceptionibus, quæ ad excludendam actoris intentionem proponuntur: ubi dispar est ratio, siquidem minus præjudicium est, quòd testis per exceptionem à testimonio repellatur, quàm quod reus excipiendo præsumptivè, confessus condemnetur; meritò is, qui excipit se esse manumissum, indirectè petit, ut uti talis ad testimonium admittatur; & ideò æquum est, se esse talem probare, *l. non ignorat. C. qui accusare non possunt.*

Nec similiter obstabit text. in *leg. quoniam, ff. de his, qui notantur infam. l. in Fisci, ff. de jure Fisci*; Vbi transigens cum delatoribus pro confesso habetur, cum videatur litem evitare: ergo sic similiter excipiens pro confesso haberi debet, cùm etiam litem vitare videatur, *leg.* 1. *ff. de transactionibus*: quia jura illa procedunt stante transactione, & rata manente; & similiter ex paritate rationis extendi potest ad exceptionem, de qua loquimur, si exceptio haberet effectum; sed quando effectum non habet, ut in specie nostri *text.* excipiens non videtur fateri; notat Philippus Dec. *in præsenti, n.* 9. 5

Secundò obstat text. in *l. cum de indebito, ff. de probationibus*: ubi Paulus ait, quod is qui solvit, & condicere vult, asserens se indebitum solvisse, probare debet, quod debitum non fuit, ut condicat, cùm tacitè ex condictione illa fateri videatur debitum præcessisse, si contrarium non probet: Cui dubio dicendum est, *text.* illum non pocedere in exceptione, sed potius in agente, & pecuniam suam tanquam indebitè solutam condicente; quod fit non propter tacitam confessionem, sed propter illam juris præsumptionem, cùm nemo præsumatur solvere quod non debet: notat Petr. Pech. *in d. c. except.* 63. *de reg. jur. lib.* 6. *n.* 10. Ex eodem filio infertur etiam interpretatio ad tex. *in c. exp. Decani, de rescriptis*: ubi si quis excipiendo dixerit, se procuratorem datum revocasse, poterit actor super illa revocatione, tanquam ex vera confessione fundari: nam ideo actor super facto exceptionis revocationis fundatur: quia nihil ex eo de jure Rei diminutum videtur. 6

Tertiò obstabit dicere, quod privatio præsupponit habitum. *l. decem, ff. de verbor. obligat. l. manumissionis, ff. de justit. & jure*; sed qui opponit exceptionem, præsupponit habitum, & confitetur actorem actionem habere, cùm exceptio sit actionis exclusio, *l.* 2. *ff. de exceptionibus*: ergo qui excipit, fateri videtur, actorem actionem habere, cùm eam excludere intendat. Quod dubium diluitur ex eo; quia regula illa, privatio præsupponit habitum, vera est, quando citra dubitationem constat de privatione: aliud verò est, quando excipiens, non simpliciter confitetur privationem, ut in specie nostri *text.* & *suprà* in decidendi ratione diximus: nam excipiens non vult præsupponere, quod elidere intendit: notat Jason *in l. decem, n.* 146. *ff. de verb. oblig.* 7

Quartò

8 Quartò obſtat text. *in l. quinquaginta*, §. *nam ſi creditum*, *digeſt. de probationibus*, ubi ſi actor creditum poſtulaverit, & reus debitor ſolutionem obiecerit, ex confeſſione illa fundatur actoris intentio, & reus tenetur debiti ſolutionem probare. In cujus *text.* difficultate veriſſimè eſt dicendum, conſultum ibi procedere, quando actor aliunde intentionem ſuam fundatam & probatam retinebat: videlicet per inſtrumentum in judicio productum; notat Paulus de Caſtro *in l. 1. n. 3. C. de probat.*

9 Quintò adverſus text. noſtrum, verſic. *Inter contractus bonæ fidei computentur*; ex qua ſingulari noſtri text. deciſione deducunt Doctores omnes, etiam de jure noſtro Pontificio, contractus bonæ fidei, & ſtricti juris eſſe, quemadmodum etiam de jure Cæſareo juxta tex. *in §. actionum 28. Inſtitut. de actionib.* notat Pichardus *ibid. quæſt. 5. per totam*; obſtare videtur text. *in capit. fin. de tranſactionib. capit. dilecti, de judiciis*: ubi conſtat actiones, & actus omnes bonæ fidei eſſe, ſiquidem Jus Canonicum æquitatis rationem ſemper amplectitur. Sed ut difficultatem hanc diſſolvamus annotandum eſt, Jus Canonicum ex bono, & novo ſemper procedere, quoties ex eodem jure contrarium non repetitur expreſſum, & ita obtinet jura ſuprà in argumento adducta; ſecus verò, cùm contrarium deciſum eſt; nam tunc rigor etiam obſervari debet: ſiquidem ſimiliter de jure Civili expreſſum eſt, Judicem ante oculos æquitatem habere, *l. quod ſi Epheſi, in fine, ff. de eo, quod certo loco*, & nihilominus prædicta actionum differentia *eodem Jure* inducta reperitur *tnd. §. actionum*: notat Pichardus *ibidem q. 5. n. 9.*

10 Nec ſolutioni obſtat text. *in cap. cum dilecti, de donationibus* ubi Pontifex loquitur in donatione, quæ contractus ſtricti juris eſt, *l. eum qui, digeſt. de donationib.* & tamen aſſerit, *ampliſſime* interpretari debere: Quia dicendum eſt, quod etſi donatio ſit ſtricti juris, & ſtrictè interpretanda; non tamen uſque adeo, ut teſtatoris intentionem excludamus, etiamſi verba repugnent, *l. fin. C. de donation. quæ ſub modo*, & ideo in *dict. capit. cum dilecti*, ejus verba latiſſimè ſunt interpretanda, cum ita mens teſtatoris poſtulat, quæ ſemper attendi debet, notat Pichard. *ubi ſupra, q. 5. n. 8.*

11 Sextò obſtabit dicere in omnibus contractibus bonam fidem deſiderari, *l. bonâ fide 4. C. de obl. & act. l. ubi eſt. 22. ff. de rebus dubiis*, ſiquidē in illis jus, dolum, & fraudem deteſtetur, *l. & eleganter, §. 1. ff. de dolo, l. ſi quis 36. digeſt. de verbor. obligat.* ergo illa actionum diviſio nullo jure admitti debet. Quam difficultatem, ut diluamus, annotandum eſt, *bonæ fidei* verbum dupliciter accipi: primò pro puro, atque recto animo abſque dolo, & fraude, *l. 3. §. fin. ff. pro ſocio leg. ſi quis in rem 34. ff. de procuratoribus, l. ſi cum fundum 68. ff. de contrahenda emptione*, cum traditis à Briſſonio, verbo, *Bonæ fidei emptores*; & in hoc ſenſu accipienda ſunt omnia jura *in argumento* adducta: in quibus cavetur, in omnibus contractibus bonam fidem intervenire debere; *l. 2. verſ. ita, ff. de præſcript. verbor.* notat Connanus *lib. 3. commentarior. cap. 10. num. 1.* Secundò *bona fides* accipitur pro æquitate, quatenus rigori, & ſtricto juri opponitur, *l. bona fides 31. depoſiti, l. at ſi quis 14. §. hæc actio, ff. de religioſis, & ſumptionibus funerum, l. ſi verum 91. §. ſequitur, verſicul. De bono, & æquo, ff. de verbor. obligat.* & in hoc ſenſu actus, actiones, & judicia *bonæ fidei* dicuntur: in quibus non attenditur ſtricti juris rigor; ſed id, quod bonum, & æquum eſt, Judici æſtimare permittitur; *l. quia tantundem 7. ff. de negot. geſtis, l. 2. in fin. l. 4. §. 1. ff. de obl. & act.* & hoc in ſenſu debet accipi text. noſter *in verſicul. Inter contractus bonæ fidei computatur*, & text. *in §. bonæ fidei. Inſtit. de action.* quibus omnibus contrariæ ſunt actiones ſtricti juris, ubi ſecundum juris rigorem & verba contrahentium judicandum eſt: notat Covarr. *in reg. poſſeſſor, 2. par. §. 6. n. 4.* Corraſius *lib. 2. miſcellaneorum, c. 8.* Revardus *de auctoritate prudentium, c. 3.* Ant. Fab. *l. 14. conject. c. 18.* Idem *de erroribus, decade 9. errore 2.* Pichardus *in d. §. actionum 28. q. 1. n. 3.*

Septimò adverſus ea; quæ refert Gl. *in præſenti*, verb, 12
Bonæ fidei, dum affirmat actiones *bonæ fidei* eſſe decem & ſeptem tantum, quas etiam enumerat text. *in dict. §. actionum*; Obſtat text. in *l. Seja 42. ff. de donationibus cauſa mortis*, verſicul. *Bonæ fidei autem judicio conſtituto*: ubi judicium, quo quis aliquid ex donatione cauſa mortis adquirit, bonæ fidei reputatur, & tamen non enumeratur *in dict. Gloſſa verb. bonæ fidei*, nec in *dict. §. actionum*: in qua difficultate, omiſſis pluribus interpretationibus, quas refert Gloſſa *in præſenti*, verbo, *Bonæ fidei*; veriſſimè eſt dicendum, quod licet judicium, de quo in *dict. l. Seia*, agitur, ſua origine & natura fuerit ſtricti juris, tamen quoad ejus effectum bonæ fidei reputatur; quod eſt admiſſum, propter exceptionem doli mali, quam oppoſuit Scia, ut conſtat ex verbis illius text. ibi: *Doli mali non utiliter opponetur exceptio*: & ibi, *Bonæ fidei judicio conſtituto*, quæ verba ſignificant ab initio non fuiſſe bonæ fidei, ſed exceptionem doli mali judicium bonæ fidei fieri. argum. text. *in l. 3. C. de exceptionibus, paragrapho bonæ fidei inſt. de action.* Cujacius *lib. 13. reſponſor. Papiniani in dict. l. Seia*: Idem *lib. 33. obſervat. capit. 17.* Pichardus *in dict. §. actionum, quæſt. 13*
3. numer. 14. & quæſt. 13. numer. 3. & 4. Nec ſimiliter obſtat text. *in l. Cæſar 15. digeſt. de publicanis, & vectigalibus*: ubi contractus cum Principe celebrati bonæ fidei dicuntur; nec de illis *in dict. Gloſſ.* nec in *dict. §. actionem*, ulla mentio habetur. Quia dicendum eſt, quod ibi non fit interpretatio ex bono & æquo ultra id quod à contrahentibus expreſſum erat; ſed ex propria natura ipſius contractus; cum locationis eſſet: & ideò illa bona fides non tribuitur Principi, ſiquidem etiam contractus cum Principe celebrati, ſive ſint bonæ fidei, ſivè ſtricti juris, ſuam naturam debent retinere: & tantum illa bona fides naturæ contractus locationis debet tribui, quæ etiam in privatis perſonis admitteretur, latè refert Ant. Pichardus *in dict. §. actionum q. 3. n. 8. & 9.*

Octavò prædictis obſtat dicere, quod actio ex teſtamento bonæ fidei dicitur, ſiquidem pleniſſimam in- 14
terpretationem recipit, *l. in teſtamentis, digeſt. de reg. jur. l. in minorem 3. digeſt. inquibus cauſ. reſtitut. non eſt neceſſaria*; & tamen non connumeratur in *Gloſſa noſtra*, nec in *d. §. actionum*. Sed reſpondetur, quod actio ex teſtamento eſt ſtricti juris, cum nec in Gloſſa *noſtri tex.* nec in *dict. §. actionum*, ulla ſit de ea mentio; & quod ſit ſtricti juris conſtat ex tex. in *l. hæres, l. in bonæ fidei digeſt. de eo, quod certo loco*: tum etiam, quia quemadmodum in cōtractibus ſtricti juris à verbis non recedituꝛ, *l. quidquid 99. ff. de verbor. obligation.* ita etiam in ultimis voluntatibus à verbis non eſt recedendum, *l. quidam cum filium, digeſt. de hæredibus inſtituendis.* Nec obſtat tex. in *dicta leg. in teſtamentis, digeſt. de reg. juris*: Quia omiſſa interpretatione, quam refert Antonius Pichardus in *dicto §. actionem, quæſtion. 3. numer. 18.* veriſſimè eſt dicendum, *tex.* illum debere intelligi reſpectu hæredis inſtitutionis, quæ inſtitutio caput teſtamenti dicitur, §. *ante hæredis. Inſtitut. de legatis*: in qua favorabilior interpretatio debet fieri, cū Reipub. expediat ſuprema hominum judicia exitum habere, *l. vel negare, digeſt. quemadmodum teſtamenta aperiantur*, ſiquidem cum agitur de intereſſe publico, latior interpretatio debet fieri, *l. 2. paragrapho exercitium, digeſt. de his quæ not. intur infamia*; quæ ratio ceſſat in legatis: quia quamvis in eis actio ex teſtamento competat, ſtrictè tamen debent interpretari; *l. nummi ff. de legat. 3. l. apud Julianum, §. Seio ff. de legatis 1.* Nec obſtat text. in *l. in minorem 3. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio*: verſ. *In bonæ fidei judicijs, & fideicommiſſis.* Quia verba illa non retorquent, ſed probant legata, & fideicommiſſa ſtricta eſſe: nam ſi bonæ fidei eſſent, comprehenderentur in primo *bonæ fidei* verbo, cum primo text. ille connumeret bonæ fidei actiones, & poſtea legata, & fideicommiſſa, tanquam contraria, & ſtricti juris, quæ diverſa ſunt ab aliis bonæ fidei judiciis; notat Pich. *ubi ſupra, q. 3. n. 18. n. q. 8. 36. cum ſequentibus.*

Nonò adverſus id, quod ſuprà reſolutum eſt: vide-

Licet in contractibus ſtricti juris, ſolum id quod actum eſt, ſervari debere; ita ſimiliter, quod omiſſum fuerit pro omiſſo haberi, *d. leg. quidquid adſtringendæ, de verbor.* 15 *obligat.* quod contrarium obſervatur in bonæ fidei contractibus, juxta text. *in leg. fundi* 18. §. *ſi ruta, ff. de actionib. empti*; obſtat text. *in l. cum quid, ff. ſi certum petatur*, ubi in contractu ſtricti juris hoc eſt, mutui, id quod omiſſum eſt, pro omiſſo non habetur; ſi ex bono, & æquo interpretatio ſit: In qua difficultate, omiſſis plurimis interpretationibus, veriſſimè eſt dicendum, quod ideo ibi id admittitur, quia natura contractus id requirit, cum ea ſit mutui natura; ut in his tantum rebus conſiſtat, quæ pondere, numero, & menſura conſtant, juxta text. *in l. 2. §. mutui datio, ff. ſi certum petatur*, & in prædicta *Gloſſa*, verbo, *Bonæ fidei*, verſiculo, *Ideò dicuntur*: Videndus eſt Antonius Pichardus *in dicto* §. *actionum autem* 28. *quæſt.* 8. & 15. ubi plures quæſtiones refert, quas omitto: ne ab inſtituto noſtro diſcedamus, cui præcipuè intendam; ne hoc opus faſtidioſum appareat.

16 Decimò adverſus noſtrum *text.* in verſic. *Verum etiam* ex quo deducunt Doctores omnes, falſi exceptionem, etiam poſt ſententiam opponi poſſe, juxta text. *in l. Divus* 33. *ff. de re judicata, l. quærela* 12. *C. ad l. Corn. de falſ. l. ſi ex falſis* 42. *C. de trāſactionibus, c. licèt cauſam*, §. *poſt hoc de probationib. l. 2. titul. 26. part. 3. l. 5. tit. 7. part. 7.* & præter ordinarios proſequuntur Anton. Gom. 3. *tom. variar. cap.* Boſſius *in praxi, titul. de falſis, annotat.* 145. Farinac. 1. *tom. criminalium, quæſt.* 10. obſtabit dicere, quod omnis exceptio, vel eſt dilatoria, vel eſt peremptoria, *c. Paſtoralis, hoc titulo*, dilatoria opponi debet ante litem conteſtatam, *dicto cap. Paſtoralis*: Peremptoria verò tantum poteſt opponi uſque ad ſententiam, *cap. 1. de ordin. cognitionum*: Ergo exceptio falſi, quæ peremptoria eſt, poſt ſententiam admitti non debet. Cui dubio dicendum eſt, ſpeciale eſſe in exceptionem falſitatis, ut etiam poſt ſententiam opponi poſſit, cùm intra viginti annos ex falſis inſtrumentis ſententia lata retractetur, juxta text. *in l. quærela, C. ad l. Corn. de falſ.* Nec obſtabit ſi dixeris textum in *dicta leg. quærela*, procedere quotieſcunque quis criminaliter accuſatur de falſo; quo in caſu illa falſi exceptio præſcribitur: at verò *text.* noſtrum præcedere in exceptione falſitatis, quæ opponitur contra ſententiam: & ideò non præſcribitur, ſiquidem ea quæ temporalia ſunt, quoad actionem, perpetua dicuntur quoad exceptionem, *leg. purè* §. *fin. ff. de doli except.* ergo indè *in præſenti* exceptio falſi inſtrumenti præſcribitur: Quia dicendum eſt, quod Pontifex in ſpecie noſtri *text.* non aſſerit regulam *in dict. leg. quærela*, procedere in exceptione falſitatis, oppoſita contra inſtrumentum, poſt ſententiam; ſed ad majorem vim arguit, adducendo regulam *dictæ l. quærela*, quaſi diceret, quod ſi actio criminalis contra falſarium durat viginti annos, ut retractetur ſententia, multo fortiùs durare debet ipſa falſitatis exceptio, quæ perpetua, & non temporaria eſt, ut conſtat ex rationibus, & juribus ſupra adductis, & nos ſupra diximus in *cap. accipimus* 4. *de fide inſtrumentorum, dubio* 8. *cum ſeqq.*

17 Undecimò obſtabit text. *in cap. olim* 19. *de cenſibus*, ubi is qui ſemel inſtrumentum permutationis in judicio produxit, illud impugnare non poteſt; ſed in ſpecie noſtri *text.* Monaſterium inſtrumentum produxit in judicio: ergo poſtea non potuit illud de falſo impugnare. Cui dubio dicendum eſt, regulam traditam in *dict. cap. olim*, plures in jure limitationes retinere, quas congerit Socinus *regul.* 186. inter quas eſt illa, ut non procedat quoad præjudicium Tertii, nec mandantis, nec ratum habentis productionem falſi inſtrumenti, ut in ſpecie noſtri *text.* ubi procurator Monaſterii falſum produxit inſtrumentum ſine ipſius Monaſterii mandato, aut ejus ratihabitione, ut conſtat ex verbis illius *text.* ibi: *Properè ſic reſpondit*, & ibi: *Quia delictum perſonæ*, meritò Monaſterio præjudicare non potuit, *cap. delictum perſonæ* 76. *de reg. juris, lib.* 6. notat Panormit. *in præſenti, num.* 3. *decij.* 29.

Duodecimò contra noſtrum *text.* in verſic. *Quoad temporalia*, obſtabit dicere, Epiſcopum, tam quoad temporalia, quam quoad ſpiritualia in omnibus Eccleſiis ſuæ Diœceſis, fundatam habere intentionem, *c. omnes Baſilicæ*, 16. *quæſt.* 7. *cap. ſi quidam, cap. de his* 10. *q.* 1. *cap. Epiſcopus* 7. cum aliis *cad. cauſ.* 10. *quæſt.* 2. Ergo Monaſterium in præſenti, ita debuit condemnari in temporalibus, ſicut condemnatur in ſpiritualibus. Cui dubio dicendum eſt jura in *argumento* adducta tantum locum habere in ſpiritualibus; & ideo in ſpecie noſtri *textus* in eis Epiſcopus obtinuit: quia Eccleſia illa erat in ſua Diœceſi conſtituta, & Monaſterium de titulo nihil probavit; at verò in temporalibus Epiſcopus obtinere non potuit, quia in illis non habet intentionem fundatam, meritò Monaſterium tanquam reus, & poſſeſſor abſolvitur, *leg. actor, Cod. de probationib. leg. qui accuſare, Cod. de edendo*: videri etiam oportet, quæ inferius dicemus *in cap. illud* 8. *de præſcriptionibus, in* 6. *dubio.*

Ad textum in capit. Olim 7. hoc noſtro titulo.

SUMMARIUM.

1 *Reus ultra duas dietas ex reſcripto trahi non debet: & ſi non admiſſa hac exceptione appellat, eam coram Judice ſuperiore juſtificare debet.*

2 *Expenditur ratio.*

3 *Interpretatur textus in* cap. ſtatutum, §. cum verò, de reſcript.
Reus an intra unam, vel duas dietas vocari debeat? ibi remiſſivè exponitur.

4 *Interpretatur text. in* cap. olim 7. de exceptionibus, c. ut debitus honor, de appell. cap. ex parte 67. c. ſignificante 69. eod. tit.

CONCLUSIO.

REus ultra duas dietas ex reſcripto trahi non debet: & ſi non admiſſa hac exceptione appellat, eam coram Judice ſuperiore juſtificare debet. Conſonat text. *in cap. ſtatutum*, §. *cum verum, de reſcript. l. b. 6. c. nonnulli, in principio, de reſcript. cap. præſenti*, §. *loca, de prabendis, lib. 6. leg.* 1. *ff. ſi quis cautionib. l. 3. ff. de verb. ſignific. l. continuus*, §. *cum ita, de verbor. obligat. l. 20. tit. 7. lib.* 1. *Recop.* Rota *deciſione* 34. & 643. *in antiquis, ſub titulo, de reſcript.* exornant Parlador. *rerum quotidian. quæſt.* 14. *num.* 1. & 2. Rebuf. *in tract. de privilegiis Scholarium, privileg.* 161. Menoc. *li.* 2. *de arb. centuria* 1. *caſu* 2. *num.* 12. & *caſu* 606. *num.* 3. Gomezius *in comment. ad regul. Cancellariæ, de veriſimili notitia obitus, quæſt.* 5. Barb. *in collectaneis ad text. in cap. nonnulli, de reſcript.* 1

Ratio propter quam reus ultra duas dietas trahi non debet, refertur *in dict. cap. nonnulli* 3. *de reſcriptis*: videlicet. Ne reus laboribus, & expenſis fatigatus liti cedere cogatur, & ne importunitatem actoris redimere compellatur, *cap. ut litigantis, de offic. Ordin. lib. 6. cap.* 1. *de appellat. lib.* 6. Secundæ partis decidendi ratio petenda eſt ex his, quæ infra dicemus in *cap. ut debitus honor, cap. interpoſitas, de appel.* 2

Primò obſtat text. *in cap. ſtatutum*, §. *cum verò*, & §. *cum autem, de reſcript. lib.* 6. ubi cauſa tantum intra unam dietam committi poteſt, & non ultra. Sed hæc difficultas ex eo diſſolvitur; quia *text.* noſter, & text. *in cap. nonnulli, de reſcript. lib.* 6. procedunt de jure antiquo; quæ omnia jura, & ſimilia corriguntur per illam novam *Bonifacii VIII.* deciſionem, relatam *in dicto cap. ſtatutum*, §. *cum verò*, & §. *cum autem*; ubi cavetur, quod ſi actor, & reus ſint ejuſdem Civitatis, aut Diœceſis, non poſſunt ultra unam dietam impetrare reſcriptum; niſi ſint diverſorum diœceſum, vel niſi partes conſenſerint, ut ultra duas dietas cognitio fiat, juxta text. in 3

in *capit. nonnulli* 28. *de rescriptis* & ita est interpretandus text. difficilis in *capit. de die* 8. *ff. qui satisdare cogantur* notat Parladorius *in quæstionibus quotidianis, quæstione* 14. *num.* 1. *&* 2. Balb. *in commentar. ad hunc text. numer.* 2. Prædictis obstat tex. *in l.* 1. *ff. si quis cautionibus*: & text. *in l. continuus*, §. *cum ita, ff. de verbor. obligat.* de quorum jurium conciliatione latè tractat Donellus in *dict. l. continuus*, §. *cum ita, ff. de verbor. obligation. b.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 1. *casu* 2. *num.* 12. Pacius *centuria* 1. *quæstione* 76. Balb. *in comment. ad hunc textum, n.* 6. *cum sequentibus*, quos omnes consultò omitto.

4 Secundò adversus secundam nostri *text.* partem obstabit text. *in cap. ut debitus honor. de appellationib.* ubi justificata appellatione, adeò jurisdictio Judicis à quo, devolvitur ad Judicem ad quem, ut non solum de exceptione, sed de principali causa possit congnoscere: ergo malè in præsenti in *vers. fin.* decisum est, Judices illos in negotio principali supersedere debere. Cui dubio dicendum est, ideo in præsenti Judices non posse de principali causa cognoscere, sed in ea supersedere, quia agebatur de exceptione incompetentiæ jurisdictionis, cum Guillelmus ultra duas dietas ab Archiepiscopo esset vocatus, cum inferior ex defectu jurisdictionis incompetens apparet, etiam superior in principali causa erit incompetens: secus verò dicendum esset, si non ageretur de incompetentia; nam tunc probata exceptione, poterit etiam superior de principali causa cognoscere, juxta text. in *dicto cap. ut debitus honor.* Nec solutioni obstat text. *in cap. ex parte* 67. *capit. significante* 69. *de appellationib.* ubi post appellationem justificatam, etiam si de incompetentia jurisdictionis agatur, adeò ad Superiorem jurisdictio devolvitur, quod possit de principali causa cognoscere: quia mulier ibi non asserebat Judicem esse incompetentem, immò potius competentem esse fatebatur; sed affirmabat tantum, ipsa non esse in rescripto comprehensam, si quidem conveniebatur ut tutrix, quæ non erat, cum postquam secundas nuptias contraxerit, finiatur tutela. Nec similiter obstat text. in *dict. cap. significante* 69. *de apellationib.* quia ibi non agitur de jurisdictione Judicis, sed de temporis exceptione, quæ non impedit quo minus de principali causa agatur.

Ad textum in capit. Dilecti 8. hoc titul.

DE materia *text.* videre oportet ea, quæ *suprà* retulimus in *capit.* 2. *capit.* 3. *capit. cum inter* 5. *hoc tit.*

Ad textum in cap. Dilectæ 10. c. Significaverunt 11. c. Venerabilem, hoc tit. de exception.

SUMMARIUM.

1 *Rescriptum impetratum super prosecutione appellationis, valet; licet in eo de excommunicatione non sit facta mentio.*

2 *Excommunicatis, sive rei, sive actores sint, nunquam denegatur appellatio.*
Concessa appellatione, omnia concessa intelliguntur, quæ ad ejus prosecutionem desiderantur.

3 *Interpretatur text.* in capit. dilectus, de judiciis, capit. inter Monasterium, de re judicata, cap. dilectæ 10. de exception.

4 *Novata post appellationem ab interlocutoria, statim non sunt revocanda, sed tunc demum, cum post inhibitionem attentata fuerint.*

Interpretatur text. in c. dilectæ 10. vers. Quo circa, *cum* c. non solum, in fine de appell.

5 *Exponitur text.* in cap. per tuas, de sententia excommun.

CONCLUSIO.

1 VAlet *rescriptum impetratum super prosecutione appellationis, licet de excommunicatione non fuerit facta mentio.* Comprobat text. *in cap. cum inter, cap. dilecti, cap. à nobis*, cum alii *hoc titulo, cap.* 1. *de rescriptis lib.* 6. *cap. suggestum, cap. cum speciale, cap. cum sit Romana, de appellationib.* illustrat Socinus *in cap. sacris, de sentent. excommunicat. num.* 178. Surdus *de alimentis, titul.* 8. *privilegio* 83. *numer.* 6. Peregrinus *de jure Fisci, lib.* 3. *titul.* 11. *num.* 19. Covarru. *in cap. Alma mater*, 1. *part.* §. 7. *num.* 7.

2 Ratio est, quia excommunicatis, sivè rei, sivè actores sint, nūquam denegatur appellatio, *c. cum inter supra, hoc tit.* ac per consequens est, ut eis etiã permittatur rescriptum impetrare, cum ad prosequendam appellationem rescripti impetratio desideretur, *cap. significaverunt, c. fin. hoc titulo*: nam concessa appellatione, omnia concessa intelliguntur, quæ ad eam prosequendam desiderantur, arg. tex. in *l.* 2. *ff. de jurisdictione omnium judicum, cap. præterea* 5. *de offic. deleg.* ac ideo non erit necesse ad rescripti impetrationem, ut excommunicationis mentio fiat: quæ ratio similiter in actore locum habet, qui etsi excommunicatus fuerit, appellare poterit, cum procul dubio oppressus, & gravatus ex sententia iniqua reputetur: & ideo quamvis sit excommunicatus, ei permittitur appellare, & rescriptum impetrare, ne contra naturalem legem uti innocens condemnetur, *d. c. cum inter, c. fi. hoc tit.*

3 Primò obstabit textus in *cap. dilecti, de judiciis, c. inter Monasterium, de re judicata*; ubi constat rescriptum impetratum, non facta mentione totius processus subreptitium, & nullius momenti esse. Cui dubio verissimè est dicendum, quod licet in impetratione rescripti, de statu causæ mentio sit facienda, tamen quando excommunicatio post interpositam appellationem est pronuntiata, de ea mentio fieri non debet, juxta textum in *capit. bonæ, de confirmat. utili, vel inutili.* Ratio est: quia excommunicatio post appellationem prolata non tenet, juxta text. *in cap. ad hæc, cap. præterea* 4. *de appellation.* cum aliis: notat Covarru. *in cap. Alma mater*, 1. *part.* §. 7. *numer.* 7. Nec obstabit si dixeris in *dicto cap. dilectæ* 10. *hoc titulo*, excommunicationem nullam esse, etiamsi ante appellationem fuisset interposita: si quidem lata fuit in Priorissam, & Conventum & sic tanquam contra universitatem, nec ante, nec post appellationem valere potuisse, juxta regulam text. *in cap. Romana, paragrapho, in universitatem, de sententia excommunication. lib.* 6. Quia dicendum est, excommunicationem in specie nostri *text.* non fuisse prolatam in universitatem, sed in particulares ipsius Monasterii, notat Doctor Frechilla *tract. de excommunicat. art.* 2. *secundæ partis, n.* 3.

4 Secundò adversus nostrum *text.* in versicul. *Quo circa*, ex quo constat excommunicationem latam post appellationem, ab interlocutoria factam, omnino esse revocandam, obstabit text. *in cap. non solum, in fin. de appellat. lib.* 6. ubi constat, novata post appellationem ab interlocutoria, non esse indistinctè revocanda; sed tum demum cum post inhibitionem attentata fuerint, sed dubium hoc dissolvitur ex eo, quod tex. *in d. c. non solum*, restringitur, quoties in rescripto Pontificis contraria forma scripta reperitur, quæ procul dubio observanda est, ut in specie nostri *tex.* non attenditur tempus inhibitionis, sed appellationis tantum, quia ita expressum reperitur *ibid.*

5 Tertiò contra nostrum *textum* obstat text. in *cap. per tuas de sententia excommunicationis*; ubi excommunicatis prohibitum est, ante absolutionem appellationem prosequi; sed Moniales *in dict. capite, dilectæ* 10. tempore

pore appellationis excommunicatæ erant: Ergo ante absolutionem ad prosequendam appellationis causam admitti non poterant. Sed hic scrupulus ex eo diluitur; non quia text. in *dict. cap. per tuas*, procedit in alia diversa specie: videlicet in appellatione interposita ab eadem injusta excommunicationis sententia, quo in casu ante prosecutionem appellationis, præstita cautione de parendo mandatis Ecclesiæ prius absolvendus est; in aliis verò casibus excommunicatus appellationem prosequi poterit; notat Parisius *in dict. cap. cum inter, numer.* 39. Felinus *num.* 15. Alciatus *in dict. c. intellexinus, de judic. num.* 13. Nec obstabit si instes, excommunicatis actoribus interdictum esse in judicio existere, juxta tex. *in d. c. intellexinus, c. cum inter hoc tit.* Quia jura illa restringuntur in prosecutione appellationis, quatenus defensio est, juxta tex. *in d. c. significaverunt* 11. *& fin. hoc. tit.*

Ad textum in c. Exceptionem 12. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Reus contra actorem in qualibet litis parte, poterit opponere excommunicationis exceptionem; sed si malitiosè distulerit, in expensis condemnatur; & si non excipiat, Judex publicè excommunicatum repellat.*

2 *Exponitur ratio.*

3 *Exceptio excommunicationis dilatoria est, sed in quacunque litis parte propter animæ periculum opponi potest.*

4 *Loquens cum excommunicato, venialiter tantum peccat.*

Interpretatur text. in capit. exceptionem 12. de exceptionibus, *versicul.* Ne quispiam in periculum animæ suæ excommunicato communicare cogatur.

5 *Interpretatur text.* in c. sacris, de his quæ vi.

6 *Illustratur textus in* capit. significavit, de sententia excom.

7 *Exponitur text. in* c. statuimus 3. c. institutionem, c. statutum, de sententia excom.

CONCLUSIO.

1 *REus contra actorem in qualibet litis parte poterit opponere excommunicationis exceptionem; sed si malitiosè distulerit, in expensis condemnatur: & si non excipiat, Judex publicè excommunicatum repellat.* Comprobat tex. *in cap. cum inter* 5. cum aliis, *hoc titul. cap. excommunicamus*, §. *credentes, de hæreticis, cap.* 1. *hoc titulo*, *lib.* 6. *capit. decernimus, de sentent. excommunic. lib.* 6. *Clement.* 1. *hoc titulo*, exornant hanc conclusionem Covarruv. *in cap. Alma mater*, 1. *part.* §. 3. *num.* 7. & 8. Ostiensis *in Summa, titulo de sententia excommunicationis*, §. *final.* Div. Thom. *in* 4. *distinct.* 18. *quæst.* 2. *art.* 3. & *quodlibeto* 11. *articul.* 9. Ratio deducitur ex nostri text. verbis, ibi: *Ne quispiam in periculum animæ suæ*
2 *excommunicato communicare cogatur.* Constat etiam ex decidendi rationibus suprà traditis in *cap.* 2. *cap. Pastoralis* 4. *hoc titulo*, malitiosè autem non opponens, in expensis condemnatur; quia quamvis omne Jus excommunicationem tanto odio prosequatur, non tamen ita, ut innocens condemnari valeat, *cap. cum inter hoc titulo* merito ad coërcendam litigantis malitiam, injustè opponens, vel malitiosè differens, in expensis condemnatur. Judex etiam poterit publicè excommunicatum ex officio, à judicio repellere: quia id propter animæ periculum ad jus publicum, & Religionem spectat, qua causa interveniente, absque partis petitione, poterit suum officium impertiri, *l. dies* 4. §. *hoc autem judicium, digest. de damno infecto.*

Primò obstabit dicere, exceptionem excommunicationis dilatoriam esse, *Clement.* 1. *hoc, titulo*, sed dilatoriæ exceptiones ante litem contestatam admitti debent 3
non tamen postea, *c. inter Monasterium, de re judicata, ver. Intra terminum à Judice assignatum: c. Pastoralis* 4. *supra hoc tit.* ergo frustra *in præsenti* post contestationem exceptio illa admittitur. Cujus dubii facilis solutio erit, nam etsi fateamur, excommunicationis exceptionem esse dilatoriam, non verò anomalam, ut nonnulli existimant, tamen exceptio illa in quacunque litis parte propter animæ periculum opponi potest, quod cum in omni litis tempore duret, justa de causa in omni ejus parte opponi potest: quod speciale est in excommunicationis exceptione propter decidendi rationem *supra* adductam, notat Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 8. *l.* 3. *Ordin.*

Secundò adversus id quod communiter *in præsenti* 4
notant omnes: videlicet loquentem cum excommunicato venialiter tantum peccare; tenet Div. Th. *in* 4. *d.* 28. *q.* 2. *art.* 3. & *quodlibeto* 12. *ar.* 8. obstant verba nostri tex. ibi *Ne quispiam in periculum animæ suæ excommunicato communicare cogatur.* Quæ verba denotant loquentem cum excommunicato; lethalem reatum committere; siquidem animæ periculum solummodo in culpa lethali extat. Sed huic dubio verissimè est dicendum, ex illis nostri *text.* verbis, non probari expressè, loquentem cum excommunicato mortaliter peccare, sed tantum se exponere periculo peccandi, qui frequentius cum eo communionem forensem habuerit: siquidem venialia peccata frequenter iterata, & geminata, sint præparatoria & dispositoria ad lethalia: notat Div. Th. *locis supra citatis.* Nec obstat 5
tex. *in c. sacris, de his quæ vi*: ubi is, qui communicat cum excommunicato lethalem reatum committit: Quia *tex.* ille procedit, quando communicatio fit etiam metu interveniente, in contemptum Clavium Ecclesiasticarum: nam tunc lethalis culpa committitur; quo in casu potius quis mortem debet pati, quàm lethale peccatum committere: notat Doctor Fech. *de excommunicat.* 3. *part. art. unico*, *n.* 11.

Tertiò obstat tex. in *c. significavit, de sententia excomm.* 6
ubi constat, communicantem excommunicato mortaliter peccare. in cujus *text.* difficultate, omissa nonnullorum interpretatione, asserentium id speciale esse in excommunicato in eodem crimine, vel in divinis participando notat Glossa magna, & Panormit. *ibid.* Covar. *in c. Alma mater*, 1. *p.* §. 3. *n.* 66.

Quartò obstat tex. in *capit. statuimus* 3. *capit. constitutionem*, *capit. statutum*, *de sentent. excommunicat.* in 7
quibus juribus constat, loquentem cum excommunicato, in majorem excommunicationem incurrere. Sed dubium hoc dissolvitur ex eo, quod jura illa debent intelligi de loquente cum excommunicato, postquam excommunicatio imposita fuit in participantes: nam tunc in eodem excommunicationis crimine involvitur, juxta text. *in capit. excellentissimus*, 11. *quæstione* 3. Nec similiter obstat text. *in capit. si verè de sentent. excommunicat. versicul. Cum dolore cordis*, & *spe pœnitentiæ.* Quia de ejus interpretatione *suprà* diximus *in capit.* 2. *supra hoc tit. dubio* 9. & 13. de quo videndus est Suar. *de censuris, disp.* 15. *sect.* 2. *n.* 15.

DE PRÆSCRIPTIONIbus. Tit. XXVI.

Ad textum in capit. Placuit 1. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus contra alium Episcopum locum per se conversum*

sum ad fidem, triennio præscribit; in quo non computatur tempus vacationis, aut schismatis.

2 *Assignatur ratio.*

3 *Justè possidet, qui Judicis auctoritate possidet.*
Interpretatur text. in cap. 1. de præscript.

4 *Expenditur text. in* cap. placuit, 16. quæst. 3. l. qui agros, l. locorum, C. de omni agro deserto.

5 *Jura incorporalia nonpossidentur verè, sed quasi possidentur.*

6 *Illustratur textus in* l. si is qui pro emptore, ff. de usucap.

7 *Res pro derelicto habita, occupantis fit: aliud est derelinquere, aliud est deserere locum.*
Expenditur remissivè l. interdum 21. §. 1. & 2. ff. de adquir. possess.

8 *Ecclesiæ vacanti præficitur Oeconomus, Prælati vicem gerens. Intellige quoad jurisdictionem, non verò quoad dignitatem, & Ordinem.*

9 *Ecclesia, & Minor, æquiparantur.*
Exponitur text. in l. etiam, la 2. ff. de minorib. *cum* l. Æmilius 38. versic. Dicebam, ff. eod.

10 *Hæreticus ab omni potestate, & honore Ecclesiastico adeò privatur, ut etiamsi postea conversus fuerit, nihil recuperet. Intellige ut ibi.*

CONCLUSIO.

1 *Episcopus, alterius Episcopi locum per se conversum ad fidem, triennio præscribit: in quo non computatur tempus vacationis, aut schismatis.* Quæ conclusio comprobari potest ex text. in *cap. placuit, 16. quæst. 3. l. agros, l. locorum, C. de omni agro deserto, lib.* 11. Gloss. ult. *in cap. possessor, de reg. jur. lib.* 6. & plura jura refert Gloss. *in præsenti, apud finem*, exornant Covarr. *in regula, possessor*, 2. *part.* §. 11. *num.* 7. Menchaca *controversiarum illustrium, cap.* 72. *nu.* 8. Balbus *de præscription.* 2. *part. quæst.* 14. *in fine*: Gomezius *in regul. de triennali, quæst.* 42. Anastasius Germonius *lib.* 1. *animadversionum, cap.* 20.

2 Ratio est, quia sicut lex Cæsarea in Reipubl. utilitatem, ad excolendos agros à veteribus colonis desertos, biennii præscriptionem induxit, *dict. l. qui agros*, ita similiter & Pontificia, in populi conversione ob Fidei favorem, proprio Episcopo negligente, triennium statuit, ut Episcopus qui populum conversum intra illud tempus possederit, locum illum in pœnam negligentis Episcopi præscribat; quod quidem tempus in Concilio illo Africano sufficiens fuit reputatum, tam ad convincendam proprii Episcopi negligentiam, quàm ad remunerandam alieni Episcopi convertentis charitatem, & diligentiam.

3 Primò obstat principium illud, quo docemur, in præscriptione bonam fidem desiderari, *l. unica, Cod. de usucapione transformanda: principio. Institutionum, de usucapionibus, cap. vigilanti, cap si diligenti, & final. hoc titulo*, siquidem possessor malæ fidei nullo tempore præscribit, *cap. possessor, de regul. jur. lib.* 6. sed Episcopus in præsenti nunquam potuit ignorare locum ab eo controversum, ad alium pertinere: ergo nec etiam unquam præscribere potuit; cùm non solum bona fides, verum etiam titulus, & possessio, deficere videantur, sine quibus præscriptio non procedit, *dict. cap. vigilanti, cap. causam hoc tit. l. sine possessione, ff. de usucapionibus*: ergo cum malæ fidei possessor sit, juxta textum in *cap. si virgo*, 34. *quæst.* 2. & omnia requisita ad præscriptionem deficerent, præscriptio illa admitti non potuit. In qua difficultate verissimè est dicendum, in *textu* nostro omnia requisita præcessisse, ut Episcopus possit locum illum præscribere: nam bona fides præcessit, siquidem auctoritate Pontificis, & Concilii possideat; cùm Pontifex, circa beneficiorum provisionem, plenissimam potestatem habeat; adeò ut si alicui beneficia auferat, justa de causa abstuliisse præsumitur, *cap. quamvis, de præbend. lib.* 6. *cap. fin. ut lite pendente*, meritò is qui per triennium locum noviter à se conversum possidet, justò, & bona fide possidere præsumitur, cum Pontificis, & Concilii Africani auctoritate possideat, quod legem illam ob publicam utilitatem potuit condere, & justè possidet, qui Judicis auctoritate possidet, *L. si finita*, §. *Julianus, ff. de damno infecto, l. & generaliter* 28. *versicul. Et secundum, ff. de noxal. actionib.* qui omnes ita possidentes, etsi habeant scientiam rei alienæ, tamen justè, & bona fide possident, cum bona, vel mala fides non ex scientia vel ignorantia rei alienæ, sed in justa, vel non justa possessione consistat, *dict. l. & generaliter* 28. *ff. de noxal. action. l. justè possidet, ff. de adquirenda possessione*: ex quibus constat Episcopum *in præsenti* bonam fidem retinere. Similiter titulum ex desertione proprii Episcopi, & possessionem, ex die conversionis adquisisse, cum per actus fictos possessio apprehendi possit, *l. quod meo* 18. *ff. de adquirenda possessione, l.* 45. *Tauri, l.* 8. *titul.* 7. *lib.* 5. *Recopilation.* meritò propter illam publicam utilitatem ex omni parte illa triennalis præscriptio legitima dicitur; notat Covarruvias *ubi supra*, §. 11. *num. ult.* Anastasius Germonius *lib.* 1. *animadvers. cap.* 2.

4 Secundò solutioni obstat textus in *cap. placuit, el* 2. 16. *quæst.* 3. ubi in dicta specie, si Episcopus in sua diœcesi fuerit remissus in convertendo locum ad fidem, si aler Episcopus vicinus illum convertat, poterit intra semestre tempus præscribere. Sed in hac jurium contrarietate verissimè dicendum est, Africanum Concilium in specie nostri textus procedere, quando nulla præcessit admonitio alterius vicini Episcopi; at verò Concilium Milevitanum in *dict. cap. placuit*, loqui, quando præcessit admonitio ab Episcopo convertente: quæ interpretatio deducitur ex ejusdem *textus* verbis, ibi: *Si intra sex menses à die conversionis possederit.* Notat Anastasius Germonius *lib.* 1. *animadv. cap. ult.*

Nec obstat Apostolorum auctoritas, *can.* 57. in illis verbis: *Episcopus, vel Presbyter, qui Cleri, vel populi curam non gerunt, & pietatem non docent, segregentur, & si perseverent, deponantur*: Ergo si pœna depositionis adversus Episcopum negligentem statuta est, ad quid sex mensium, vel triennalis præscriptio statuitur, in *dict. cap.* 1. *hoc tit. & in dict. cap. placuit?* Quia dicendum est diversam esse illius Canonis *Apostolorum* speciem ab illis, de quibus *in præsenti*, & in *dict. cap. placuit* agitur; siquidē *Canon* iste generaliter loquitur de Episcopo, qui omnino totius populi curam neglexit, & integra pastorali cura abutitur, meritò qui ita fuerit negligens, segregationis, & depositionis pœnam meretur; at verò *textus* noster, & textus in *dict. cap. placuit*, procedit in eo, qui aliquam tantùm diœcesis partem convertere neglexit: non tamen procedunt in eo, qui omninò Episcopalem diligentiam abjecit, uti *in dict. canone* 18. notat Anastasius Germonius *lib.* 1. *animad. cap. fin. in fin.* Et secundum solutionem traditam in *dict. cap placuit*, interpretandus est textus in *l. qui agros*, cum *l. locorum, C. de omni agro deserto, lib.* 11. siquidem textus in *d. l. qui agros*, dum statuit, colentes agros desertos posse biennio præscribere, intelligi debet contra non vocatos: at verò text. in *dict. l. locorum*, dum tantum sex menses desiderat, interpretari debet de veteribus colonis negligentibus, jam admonitis; notat Bartol. Joannes de Platea, & Lucas de Penna *in dictis juribus.* Aliter prædicta jura ad concordiam reduxit Gotofred. *in notis in dictis juribus*, omninò consulendus.

5 Tertiò obstabit dicere, loca pertinentia ad Episcopum in sua diœcesi, esse jura incorporalia, ut manifestum est, sed jura incorporalia non possidentur, *l.* 3. *ff. de adquir. poss.* ergo in specie nostri *text.* præscriptio illa adversus Episcopum etiam negligentem dari non potuit; cum illis in juribus possessio nulla detur, & sine possessione præscriptio non procedat, *l. sine possessione ff. de usucap. cap sine possessione, de reg. juris. lib* 6. Sed dubium hoc ex eo dissolvitur, quia quamvis res incorporales non possideantur, tamen in illis datur quædam quasi possessio, quæ habet effectus veræ possessionis *l. penult. ff. de servitutib.*

mib. l. generaliter. ff. de petit. hæreditatis, cap. cum Ecclesia Suessana, de causa possessionis, & proprietatis; siquidem quemadmodum lex potest efficere, ut transferatur possessio sine aliquo actu apprehensionis, ut *supra* diximus, sic similiter efficere potest, ut jura incorporalia quasi possideantur, quæ ficta possessio in juribus seu rebus incorporalibus sufficit, ut præscriptio procedat; notat Covarr. *lib. 3. variar. cap. 5. num. 6.* Menchaca *de successionum creatione*, §. 12. *num.* 100.

6 Quartò prælictis obstat textus in *l. si is, qui pro emptore ff. de usucapionib.* ubi dominus in captivitate positus amittit possessionem, in libertate cœptam, adeò ut nec lex fingere possit, ut is qui in captivitate est, habeat aliquam quasi possessionem, ut possit rem illam in libertate possessam præscribere: ergo lex fingere non potest, ut is qui non possidet pro possessore habeatur. Quod dubium dissolvitur, si dixeris, quod lex fingere non potest super impossibile, sed tantum super illud, quod esse potest; meritò cum captivus fingatur mortuus, amittit statim possessionem omnem, quam semel amissam post captivitatem reversus recuperare non potest. Nec solutioni obstat, *versic. Quod si servus, ejusdem textus*, ex quo constat, quod si servus pendente domini captivitate rem emerit, ejus possessio adeò continuatur, ut dominus reversus ex illa servi possessione possit usucapere: Quia dicendum est, aliud esse tenere possessionem, aliud verò possidere, seu possessionem habere, *l. habere* 116. *de verborum significatione*: nam servus, qui ex facto proprio, & peculiari ratione rem emit, tenet possessionem, quæ possessio per postliminium domino quoad usucapionem conservatur, juxta text. in *l. quod servus* 24. *ff. de adquirenda possessione*, & ita obtinet textus in *dict. l. si is, qui pro emptore, versic. Quod si servus*, ubi latè prosequitur Doctor D. Melchior de Valentia *illustr. tractat. 3. cap. 1. & sequentibus.*

7 Quintò adversus textum nostrum obstabit dicere, quod eo ipso, quod Episcopus fuit negligens, & remissus in convertendo proprium locum ad fidem Catholicam, locus ille statim efficitur nullius, adeò ut primò occupanti concedi debeat, argument. textus in *l. 1. & 2. ff. pro derelicto*, ac per consequens frustra triennii spatium desideratur. Pro cujus argumenti solutione animadvertendum est, maximam differentiam versari inter derelinquere, vel deserere locum: nam is qui derelinquit, statim loci dominium amittit, & sic locus efficitur occupantis, quo modo procedunt jura *in argumento* adducta; at verò qui locum deserit, nam statim illius dominium amittit: nam desertione non obstante poterit intra terminum à jure constitutum illum recuperare: & sic procedit *nostri textus* decisio. Et ita similiter est interpretandus textus in *dict. l. qui agros, & l. locorum, Cod. de omni agro deserto, lib. 11. & in l. interdum* 21. §. 1. *& 2. ff. de adquirenda possessione*, de cujus interpretatione videndus Gisanius *ibidem.*

8 Sextò adversus textum nostrum, quatenus docet, triennium intra vacationis tempus computari non debere. Obstabit dicere, quod siquidem Ecclesiæ vacanti Oeconomus præficitur, Prælati loco administraturus, *cap. vobis* 23. *cap. Vulteranæ* 25. 12. *qu.* 2. *cap. cum vos* 4. *de officio Ordinarii, cap.* 1. *de rebus Ecclesiæ, li.* 6. *Clement.* 2. *eodem tit.* ipse tanquam Prælati vicem retinens, intra triennium repetere potest: ac per consequens vacationis tempus in triennio computari debet. Cui difficultati ut satisfaciamus, meminisse oportebit, tempus mortui Episcopi Ecclesiæ vacantis non computari in præscriptione: ea nimirum ratione, quia œconomus Episcopi defectum supplere non potest, tum propter magnam Episcopi dignitatem, cum illi in Apostolorum locum successerint; tum etiam propter electam eorum industriam, juxta textum in *cap. cum in nostro*, 21. *distinct.* quæ omnia Capitulum supplere nequit; quia licet Sede vacante in necessaria jurisdictione succedat, non tamen succedit in dignitatis excellentia, *cap. 1. & per totum, ne sede vacante*; *cap. fin. de rebus Ecclesiæ, lib. 6.*

9 Septimò obstabit dicere, Ecclesiam Minori æquiparari, *cap. 1. cap. auditis, de in integrum restitutione Minorum*; sed contra minorem curatorem non habentem currit præscriptio, juxta text. in *l. etiam* 45. *ff. de Minoribus, l. fin. Cod. si adversus usucapionem*: ergo quemadmodum contra minorem curatorem non habentem currit præscriptio, ita similiter contra Ecclesiam vacantem, seu Prælatum non habentem, currere debet. Qua in difficultate, omissa *Cuiacii* interpretatione in *l. 1. ff. ex quibus causis majores*, verius dicendum est, ideò in *dictis juribus* contra eum, qui in utero est, præscriptionem currere, quia jam cœpta erat contra defunctum, quæ ideò contra posthumum, seu minorem rectè currit, plerique potest; quamvis remedio restitutionis rescindi possit, *l. nunquam* 31. §. *vacuum, l. cœptam* 40. *ff. de usucapionibus*, notat Felinus *in præsenti*, Antonius Faber, *in Rationali ad textum in dict. leg. etiam, ff. de minoribus.*

Nec solutioni obstat text. in *l. Æmilius* 38. *versicul. Dicebam. ff. de minoribus*, ubi cavetur, usucapionem cum defuncto cœptam contra minorem currere, sed absque restitutionis spe: quia *textus* ille procedit in minore jam nato, & in præscriptione conventionali, non verò in legali, ut procedit textus in *dict. l. etiam*; nam cum *ibidem* nihil cum minore illa Rutiliana, de qua ibi, actum fuisset, sed tantum cum defuncto; nil mirum, quod edicto illo de minoribus non restituatur; sed illo generali, *si qua mihi justa causa, &c.* de quo in *l. 1. ff. ex quibus causis majores*, Bart. *in d. l. Æmilius, n. 5. & in d. l. etiam, num. 1. & 2. ff. de minoribus*, Anton. Faber *in Rationali, ad text. in d. l. etiam lit. A.* Cujac. *in dict. l. Æmilius, ff. de minor.*

10 Octavò adversus nostrum *text.* in vers. *Item si fuerit Episcopus*, ex quo constat, quod si Prælatus ex hæresi Donatistarum ad fidem convertatur, recuperat loca illa, etiamsi ab alio Episcopo fuerint conversa, obstat textus in *cap. 1. de Parochiis, cap. aut divinus*, 24. *qu. 1. cap. Novatianus*, 7. *qu. 1. cap. hæretici*, 24. *qu. 1. cap. ad abolendam, de hæreticis*, ex quibus juribus constat hæreticum ab omni potestate, & honore Ecclesiastico adeò privari, ut etiamsi postea conversus fuerit, nil possit recuperare. Quorum jurium difficultas ex eo diluitur, quod non semper licet Ecclesiæ noviter conversum ita recipere, ut ei honores, & dignitates restituat: nam Ecclesia Catholica primò recedentes à fide, qui ex sua propria voluntate convertuntur pœnitentiâ ducti, non solum ad pœnitentiam eos recipit, verum eis vitam conservat, & interdum dispensatione adhibita ad dignitates, honores, & cætera omnia, quæ antea habebant, restituit; & ita obtinet *textus* noster, at verò si semel conversi, iterum in hæresim reincident, quamvis eos Ecclesia ad pœnitentiam recipiat, non tamen conservat vitam; nec honoribus ipsos restituit; sed omnia nobilia officia, & dignitates amittunt, juxta jura supra *in argum.* adducta: unde cum in specie nostri *text.* Episcopus hæreticus semel amiserit locum; licet postea ad fidem convertatur, meritò ad recuperandum dispensatio Summi Pontificis necessaria fuit, juxta text. *in cap. nos*, & ibi Glos. 12. *distinct. cap. quidem*, §. *Donatistæ*, 24. *quæst.* 3. Castro *lib. 2. de hæret. punit. cap.* 23.

Ad textum in cap. Nihil prodest 2. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Prælati taciturnitas Ecclesiæ non nocet, donec præscriptum sit.*

2 *Ob evitandum scandalum, sæpe à Juris regulis recedituv.*

3 *Prælatus sub reatu lethalis culpæ, quatenus in se est, debet recuperare, & repetere bona Ecclesiæ.*

4 *Scanda-*

4 *Scandalum Phariſæorum, quod ex malitia procedit, dimittendum eſt.*

5 *Refertur Divi Thomæ Cantuarienſis factum, qui ſanctiſſimè egit, repetendo, & recuperando res Eccleſiæ injuſtè retentas, etſi græviſſimum ſcandalum Regis extitiſſet.*

6 *Interruptio præſcriptionis, ut fiat, omnino deſideratur interpellatio, ſeu denunciatio judicialis, niſi inter Principes non recognoſcentes Superiorem actum fuerit.*

7 *Delictum Prælati non nocet Eccleſiæ.*

8 *Expenditur textus in* l. jubemus, Cod. dè Sacroſ. Eccleſ.

9 Aut. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. fin. exponitur.

10 *Prælatus in rebus adquiſitis Eccleſiæ nocere non poteſt, ſecus in adquirendis.*

CONCLUSIO.

1 *PRælati taciturnitas Eccleſiæ non nocet, donec ſit præſcriptum.* Conſonat textus in *cap. cum venerabilis, de exceptionibus, cap. ſane, cap. ad aures, de temporibus ordinationum, cap. 2. in fin. de novi operis nunciatione, cap. cum teneamur, de præbendis, cap. delictum 76. de reg. juris, lib. 6. cap. qui ſcandalizaverit, eod. tit. in antiquis, cap. illa 12. diſtinct. cap. quiſquis, 41 diſtinct. cap. 1. 91. diſtinct. cap. inter verba 51. 11. quæſt. 3.* Exornant Covarru. *in reg. poſſeſſor, 2. part. §. 12. n. 5.* & in *regul. peccatum, 1. part. in princip. n. 6. verſic. Nono*, D. Thom. *2. 2. quæſt. 43. art. 3. & in 4. diſtinct. 33. quæſt. 2.* Alphonſus de Caſtro *de juſta hæreticorum punitione, cap. 20.* Sotus *de juſt. & jur. lib. 4. quæſt. 5.* Navarr. *in manuali, cap. 14. nu. 28.* Menoch. *de recuperanda, remedio 1. num. 319.*

2 Ratio eſt: nam cum Gregor. Pontifex *lib. 2. epiſtolarum, epiſt. 96.* ſcripſiſſet Italiæ Patriciæ detinenti Sedis Apoſtolicæ patrimonium violenter ablatum, qua admonitione non obſtante reſtituere recuſaſſet, iterum Pontifex hortatur ut reſtituat res ita retentas, & ne putet diſſimulatione Pontificis jus aliquod ſibi adquiri, ſed ſolùm, Pontificem id non exigere, ne ſcandali ratio oriatur, cùm minus malum ſit petitionem differre, quàm ſcandali cauſam dare, ſiquidem ob evitandum ſcandalum, ſæpè à juris regulis recedatur, *l. æquiſſimum 16. ff. de uſufructu, cap. 2. de ſequeſtrat. poſſeſſionis*, cum ſuprà traditis, conſtat etiam ex illa divina authoritate *Matthæi, cap. 18.* ibi: *Væ autem homini illi per quem ſcandalum venit*: meritò cum Patricia, de qua in præſenti agitur, Princeps eſſet, nec in temporalibus Superiorem recognoſceret, cùm ad reſtitutionem non aliter, quàm cùm armis, & bello cogi poſſet, quod ſummè periculoſum eſſet, juſta de cauſa expeditum fuit, ut pro tunc medio illo non uteretur ob vitandum ſcandalum & plurima alia damna, quæ ex illo orirentur; notat Panorm. *in præſenti, num. 4.* Covarr. *in reg. peccatum, 1. part. in princip. n. 6. verſ. Nono.*

3 Primò obſtat textus in *cap. in canonibus, ante finem, 16. quæſt. 1. cap. 2. de donationibus*, cum Gloſſa penult. *in cap. 3. de officio Archidiaconi*, ex quibus conſtat, quod Prælatus ſub reatu mortalis culpæ, quatenus in ſe eſt, debet recuperare & repetere res Eccleſiæ contra juſtitiam uſurpatas: ergo ratione peccati Pontifex *in præſenti*, non debuit ab ea obligatione excuſari, etiamſi ex repetitione reſultet ſcandalum, *dict. cap. qui ſcandalizaverit, de reg. juris, in antiquis, cap. 2. verſic. Cum ſacræ Scripturæ, de novi operis nunciatione.* Quod dubium ut diluamus, adnotandum eſt, quædam eſſe neceſſaria ad ſalutem neceſſitate medii, quædam verò neceſſitate præcepti; neceſſaria neceſſitate medii ſunt illa, quæ ex nulla cauſa omitti, aut committi reſpectivè poſſunt, ut Baptiſmus, perjurium, adulterium, & ſimilia, & de his loquitur text. *in dict. cap. qui ſcandalizaverit*, cum ſimilibus *ſuprà* adductis: neceſſaria verò neceſſitate præcepti, ita ſunt neceſſaria ad ſalutem, ut aliquando ex juſta cauſa omitti, aut committi poſſint: veluti ablati reſtitutio, delinquentis punitio, voti executio, & ſimilia, quæ omnia propter ſcandalum puſillorum differri, aut omitti poſſunt; in quibus procedit *textus* noſter: unde quamvis ex juribus in principio hujus dubii adductis, Prælatus teneatur revocare bona Eccleſiæ malè alienata; tamen repetitionem illam, juſta exiſtente cauſa, poterit omittere, vel differre, argum. text. *in cap. ſine exceptione, 12. quæſt. 2.*

Nec ſolutioni obſtabit dicere, ſcandalum, quod oritur ex eo, quod res Eccleſiæ injuſtè retentæ repetuntur, non eſſe puſillorum, ſed potius Phariſæorum, non ex ignorantia, ſed ex malitia procedens, quod eſt dimittendum, juxta illud *Matthæi cap. 15.* ibi: *Sinite illos, quia cæci ſunt, & duces cæcorum*; Quod refertur in *cap. inter verba, 12. quæſt. 3.* Quia dicendum eſt, quod licet illa rerum repetitio non ſit omittenda ad inſtar Phariſæorum, cum odio virtutis, & ex malitia ſcandalum proveniret, tamen ad evitandum ſcandalum puſillorum, quia ob cauſam illorum, qui injuſtè res Eccleſiæ retinent, damnantur, poterit Prælatus reſtitutionem omittere, vel differre, ne illis damnum inferatur; notat Divus Thomas *dict. art. 8.* Sylveſter *verbo, Scandalum, num. 4.* Covarruvias *in dict. l. regula peccatum, num. 6.* 4

Nec prædictis obſtat factum illud D. Thomæ Cantuarienſis, qui dicitur ſanctiſſimè egiſſe, repetendo, & recuperando res Eccleſiæ injuſtè retentas, etiamſi graviſſimum ſcandalum Regis, & ſuorum extitiſſet, quapropter virum illum interfecerunt, cujus hiſtoria refertur in *c. ſicut dignum, de homicidio*, & in ejus originali, *cap. 7. eodem tit. in 1. Compilatione*, poſt Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. *part. 3. cap. 1.* Quia illud ſanctiſſimi patris factum laudabile fuit ex eo, quod ſcandalum à malitia procedebat, & nulla ſpes erat alio tempore commodius res illas recuperare; notat Covarruvias *in dict. reg. peccatum, verſicul. Ergo à ſuprà dictis, in fin.* 5

Secundò adverſus ea, quæ *textus* noſter docet, videlicet illam extrajudicialem Pontificis interpellationem ſufficere, ut interruptio præſcriptionis fiat, obſtabit text. *in cap. Sanctorum, infra, hoc tit.* ubi cavetur, quod ut interruptio fiat, omnino deſideratur interpellatio, ſeu denunciatio judicialis; nec ſufficere extrajudicialem: ergo in præſenti ſola Pontificis epiſtola non potuit præſcriptionem interrumpere. Quæ difficultas diſſolvitur ex eo, quia ideò extrajudicialis illa Pontificis proteſtatio interrumpit præſcriptionem, eo quod Princeps contra alium Principem non recognoſcentem Superiorem agit, ac ideò ſpeciali de cauſa, illa proteſtatio extrajudicialis interrumpit præſcriptionem, ſiquidem cum illis Principibus nullus actus judicialis exerceri poſſet, argum. text. *in l. de pupillo, §. ſi quis, ff. de novi operis nunciatione*, cùm tantum ablata illa cum armis repeti poterant, notat Gloſſa *in præſenti*, Abbas *num. 5.* Felin. *num. 15.* Pariſius *num. 13.* Nec ſolutioni obſtabit, ſi dixeris, quod etſi difficillimum ſit judicialem denunciationem inter Principes fieri; tamen hæc ratio inter Patriciam, & Gregorianam ceſſat; cum *in præſenti* Patricia à Pontifice judicialiter conveniri poterat, ſiquidem Pontifici omnes obedire debeant, *cap. cuncta per mundum 9. quæſt. 3. cap. novit, de judiciis.*: Cui dubio occurritur dicendo, quod etſi fateamur, Patriciam à Pontifice judicialiter conveniri poſſe, tamen Pontifex judicium illud propter ſcandali periculum exercere noluit; quare maluit petitionem differre, quam ſcandali occaſionem præbere. 6

Tertiò adverſus noſtrum *textum* in verſicul. *Præjudicium non facturam*, ex quo deducunt omnes delictum perſonæ non nocere Eccleſiæ, notat Gloſſa *ibi*, & textus *in cap. cum venerabilis, verſicul. Licet, de exceptionibus, cap. dilectum 76. de regul. juris, libro ſexto*, obſtat textus *in capite primo, ſupra hoc titul. cap. placuit*, el ſegundo *16. quæſt. 3.* ubi Prælati, qui negligunt loca ſibi competentia ad fidem revocare, ſi vicinus Epiſcopus converterit ſibi adquirit: quæ Prælati negligentia Eccleſiæ nocet. Sed huic dubio dicendum eſt, illam Prælati negligentiam Eccleſiæ non niſi ad 7

tempus nocere, hoc est, donec Prælatus vivit; licet ex post facto beneficium restitutionis Ecclesiæ competat: notat Gloss. *in dict. cap. placuit*, Petrus Pechius *in dict. cap. delictum* 76. *de reg. jur. lib.* 6. 4. *dubio.*

Quartò obstat textus in *l. jubemus, Cod. de Sacrosanctis Eccles.* ubi si Prælatus navem Ecclesiæ publicis utilitatibus dolosè subtraxerit, navis illa in damnum Ecclesiæ publicata Fisco Principis adscribitur: ergo Prælati delictum Ecclesiæ nocuit. Cujus *textus* difficultas ex eo diluitur, quia id speciali jure ex necessitate publica fuit receptum; cùm non sit delictum personale, sed dumtaxat cum administratione ipsa velatum, & inclusum, quod in Prælati persona propriè puniri non potest, sed in navem ipsam punitio fieri debet; quo in casu Ecclesia admittitur, ut damnum illud à Prælato recuperet; qui si solvendo non est, ipsa in integrum restituitur; notat Alciatus, & Castro *in dict. l. jubemus, in fine.* 8

Quintò obstabit, nam si quis virginem sanctimonialem Deo dicatam rapuerit, aut corruperit, bona ejus pro solatio, Monasterio addicuntur, *l. raptores, Cod. de Episcop. & Clericis*, sed si Abbatissa intra annum postquam cognoverit facinus bona vindicet, ejus negligentia præjudicat Monasterio, & Fisco adjudicantur juxta text. *in* §. *fin. in authent. de Sanctiss. Episcopis.* Pro qua difficultate diluenda annotandum est, quod Prælatus in rebus adquisitis Ecclesiæ nocere non potest; & ita obtinet *textus* noster: at verò in adquirendis poterit, sicut & servus respectu Domini, *l.* 1. §. *fin. ff. stipulatione servor.* & debitor respectu creditoris, *l.* 2. *ff. quæ in fraudem creditorum*, quo in casu non tam nocere, quàm non prodesse Ecclesiæ dicitur: & ita obtinet textus *in dict.* §. *fin.* Ratio est, quia aliqua culpa imputari videtur Ecclesiæ, seu Capitulo: quia ita negligentem Prælatum elegit, si verò Prælatus data opportunitate adquirendi, noluit adquirere, datur in eum actio ad interesse pro modo lucri cessantis: de qua re, multa congerit Petrus Pechius *in dict. cap. dilectum, de regul. juris, lib.* 6. *à num.* 5. *cum sequentibus.* 9

Ad textum in cap. Sanctorum 3. cap. De quarta 4. cap. Ad aures 6. cap. Quia indicante 9. cap. Illud 8. cap. Auditis 15. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia contra Ecclesiam per spatium quadraginta annorum præscribit res immobiles, & Quartam decimarum funeralium, nisi Cathedralis Ecclesia interim vacaverit.*
2 *Assignatur ratio.*
3 *Tricennalis præscriptio olim in rebus soli contra Ecclesiam admittebatur, hodie verò quadragenaria desideratur; & ibi plura jura remissivè conciliantur.*
4 *Expenditur textus in* capit. volumus, 16. quæst. 4.
5 *Explicatur text. in* cap. statutum 3. de præscription.
6 *Illustratur textus in* capit. si de terra 6. de privilegiis.
7 *Expenditur text. in* cap. placuit, *el segundo*, 16. q. 5. versic. Quas actiones.
8 *Privilegiatus contra privilegiatum non utitur suo privilegio.*
9 *Illustratur textus* in capit. de Quarta, de præscriptionibus.
Longissima temporis præscriptio titulum saltem coloratum præstat.
10 *Expenditur text. in* l. si sic constituta, ff. quemadmodum servit. amittantur.
Discutitur, an jus decimandii, sit servitus continua, vel discontinua, & quæ actio pro eo competat, an Confessoria, an verò Condictio ex lege. Intellige ut ibi.
11 *Limites Ecclesiarum quemadmodum & prædia Ecclesiastica, spatio quadraginta annorum præscribuntur.*
Interpretatur textus in cap. inter memoratos, cap. quicunque, 1. quæstion. 3. leg. fin. Cod fin. regundor.

CONCLUSIO.

Ecclesiam contra Ecclesiam per spatium quadraginta annorum præscribit res immobiles, & Quartam decimarum funeralium, nisi Cathedralis Ecclesia interim vacaverit. Consonat textus *in authent. quas actiones, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, cap. placuit* 2. *versicul. Quas actiones*, 16. *quæst.* 3. *cap. cum sint homines, cap. ad Apostolicæ, cap. dudum, cap. cum in tua, de decimis, cap.* 1. & *per totam*, 13. *qu.* 2. exornant Covarruvias *in regul. possessor*, 2. *part.* §. 1. *num.* 1. Molina *de justitia & jure, tom.* 1. *tractat.* 2. *disputation.* 72. Mascardus *de probationibus concluf.* 1215. *num.* 25. *& sequentibus*, Tiraquellus *de præscriptionibus*, §. 1. *glossa* 10. *in fin.* Didacus Perez *in l.* 8. *glossa* 1. *titul.* 2. *lib.* 1. *Ordinamenti*, Doctor Balboa *in cap. cum Ecclesia Sutrina* 3. *de causa possessionis, & proprietatis à num.* 70. *& sequentibus.* 1

Rationem reddit textus in *dict. cap. de Quarta in fine*, ibi: *Quia Romana Ecclesia tricennalem præscriptionem contra Ecclesiam non admittit.* Nam cum à Sanctis Patribus, Gelasio, & aliis, statutum fuisset, solam tricennalem præscriptionem sufficere, quod etiam observari præcepit Gregor. Magnus in *cap. Sanctorum, hoc titulo*, & cùm tempus illud, non adeò justum videretur, Alexander III. statuit *in dict. cap. de Quarta, hoc titulo*, tricennariam præscriptionem contra Ecclesiam non sufficere, sed quadragenariam desiderari; notat Mascardus *de probationibus, dict. concluf.* 1215. *nu.* 25. & 73. ex quibus deducitur, in præscriptione illa tempus, quo vacaverit Ecclesia Cathedralis, non comprehendi: ratio est, quia tunc censetur Ecclesia impedita quo minus agere possit, ut dicemus *in cap. ex transmissa, hoc tit.* 2

Primò obstat textus in *cap.* 1. 13. *quæstion.* 2. *cap.* 16. *quæst.* 3. *cap.* 2. *cap. sicut, cap. quicunque, cap. placuit* 8. *cap. si Sacerdos*, 16. *quæst.* 3. In quibus juribus constat in rebus soli sufficere tricennalem præscriptionem. Sed ut hæc, & alia jura salva fiant, annotandum est, ea, & similia procedere de jure antiquo; quo tempore illa tricennalis præscriptio fuerat comprobata; quæ omnia collecta censentur ex *dict. cap. de Quarta*, cum *similibus*, ubi quadragenaria præscriptio, hodie jam desideratur: quæ interpretatio deducitur ex textu in *dict. cap. illud, hoc tit.* ibi: *Licet quidem canones comprobent tricennalem præscriptionem*, notat Covarruvias *ubi supra* 2. *part.* §. 1. *num.* 1. 3

Nec solutioni obstabit dicere, quod licèt interpretatio illa adaptari possit ad textum in *dict. cap.* 1. & 2. 16. *quæst.* 3 & ad textum *in dict. cap.* 1. 13. *quæst.* 3. cum antiquis temporibus emanassent à Concilio Chalcedonensi *anno* 460. & à Gelasio I. qui vixit circiter annum 500. ut colligitur ex text. *in cap. post quingentos*, 16. *quæst.* 3. non tamen poterit adaptari ad textum in *dict. cap. sicut*, & in *dict. cap. quicunque, ead. causa, & quæst.* siquidem jura illa addita fuerunt apud Concilium Toletanum 4. quod fuit celebratum sub Honorio I. *anno* 630. Nec etiam adaptari potest ad textum in *dict. cap. si Sacerdos*, cum Concilium illud Toletanum 6. fuerit celebratum sub Martiano I. *anno* 650. in quibus temporibus 40. annorum præscriptio in rebus ad Ecclesiam pertinentibus jam erat recepta, ut constat *in Authent. de Ecclesiasticis titulis*, à Justiniano *edicto, anno* 530. Quia dicendum est, quod quamvis illa quadragenaria præscriptio in illis *Authenticis* ante Concilia illa Toletana esset recepta; tamen cùm prædictæ *Authent.*

Authent. repugnaren' Con.ilio Calcedonenſi in *dictis juribus* relato, meritò ſancti Patres in *dict. Concilio Toletano* decreverunt, quod quamvis illa quadragenalis præſcriptio favorabilis eſſet Eccleſiæ, non tamen deberet admitti, tanquam edicta imperio Laïcali, ex defectu poteſtatis Eccleſiaſticæ; qua de cauſa, antiquam illam tricennalem præſcriptionem iterum admiſerunt, quo ſuppoſito, dubium non exiat, ut notat Decius in *cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. num.* 24.

4 Secundò obſtat textus in *cap. volumus*, 16. *quæſt.* 4. ubi quadragenaria præſcriptio à Gregorio Primo, qui præfuit Eccleſiæ *anno* 590. admittitur, & tamen tempus illud ſimile eſt dicto Concilio Calcedonenſi. Cujus *textus* difficultas ſolvitur ex eo, quod illa Divi Gregorii Epiſtola relata in *dict. cap. volumus*, non fuit generalis, ſed ſpecialis tantum directa ad quendam Epiſcopum, pertinens ad cauſam Monaſterii Sancti Theodori; nec unquam fuit in volumina Juris redacta; nec in ea conſtat, Gregorium voluiſſe generaliter, & abſolutè recedere à certiſſimis decretis Concilio Calcedonenſis, & Gelaſii Pontificis ſuprà adductis: quæ interpretatio deducitur ex textu *in dict. cap. illud hoc titulo, verſic. Volumus teſcire, & tenere*: quæ verba denotant antea nunquam illam quadragenariam præſcriptionem fuiſſe admiſſam; notat Turrecremat. *in dict. cap. volumus*, 16. *quæſt.* 4.

5 Tertiò his non obſtat textus *in cap. Sanctorum* 3. *hoc noſtro titulo*, ubi Gregor. Pontifex jure noviori admittit tricennalem præſcriptionem; & tamen in illo tempore quadragenaria præſcriptio jam erat admiſſa. In cujus *textus* difficultate, omiſſa Gloſſæ interpretatione, Abbatis, & Felini *ibidem*, veriſſimè eſt dicendum, quod textus *in d. cap. Sanctorum*, loquitur etiam de illo primævo jure antiquorum Canonum, ac proinde hodie non obtinet, utpote à jure noviori abrogatus; notat Gloſſa 2. *in dict. cap. illud, hoc titul.* Quæ interpretatio deducitur ex eo, quod auctor text. *in dict. cap. Sanctorum*, non fuit Gregorius, ſed Gelaſius Primus, nec in Conciliis ſub eodem Gregorio celebratis ulla reperitur mentio prædictæ conſtitutionis; notat Gloſſa penultima, & marginalis in *dict. cap. Sanctorum*: tum etiam quia *in* 2. *tomo Conciliorum*, inter alia decreta Alexandri III. *pagina* 922. *cap.* 7. referuntur illius textus verba abſque ullo Pontificis nomine; & ſic conſtat, *illius cap. Sanctorum*, conſtitutionem edictam fuiſſe in prædicto Concilio Calcedonenſi ſub Gelaſio Pontifice celebrato; notat Covarruvias *in regula, poſſeſſor*, 2. *part.* §. 1. *num.* 2. *& lib.* 1. *variar cap.* 4 latè Dynus *in dict. reg. poſſeſſor, de reg. jur. in* 6.

Nec ſolutioni obſtat, ſi dixeris, quod ſi textus *in dict. cap. Sanctorum*, à jure noviſſimo abrogatus eſſet, fruſtra, & ſuperfluè eſſet ſcriptus in Decretalium volumine; imò potius reſecandus, juxta proœmii decretalium verba ibi: *Reſecatis ſuperfluis*: Quia reſpondendum eſt, quod etſi quoad tricennalem præſcriptionem textus ille ſit correctus, tamen adhuc vim habet, & ſuperfluus dici non poteſt, quatenus expoſita antiqui juris relatione, in fine proponit omnino ad præſcriptionem, poſſeſſionem neceſſariam eſſe quietam, & ſinceram, hoc eſt, ſine ulla interruptione bona fide continuatam; & affirmat interrumpi per ſynodalem proclamationem: quæ omnia etiam adaptanda ſunt ad quadragenalem præſcriptionem; & ad hunc ultimum effectum, præcipuè fuit ſcripta illius *textus* deciſio, quare ſuperflua minimè dici poteſt, notat Doctor Balboa *in commentariis ad hunc textum, cap.* 1. *num.* 42. *cum ſequentibus.*

6 Quartò obſtat textus in *cap. ſi de terra* 6. *de privilegiis*, ubi jure noviſſimo, etiam poſt Concilium Lateranenſe, & Alexandri III. deciſione conſtat, tricennalem præſcriptionem ſufficere, ut Eccleſia contra Eccleſiam poſſit Decimarum ſolutionem præſcribere. Augetur difficultas ex eo, quod in eadem ſpecie Alexander III. *in cap. accedentibus* 23. *eodem titul.* omnino contrarium docet, dum affirmat, quod ſi Templarii in Decimarum ſolutione per ſpatium quadraginta annorum non ceſſaverint, iterum ad privilegium proclamare non poterunt, & decimas ſolvere compellentur. in qua jurium contrarietate, omiſſa *Abbatis* interpretatione *in dict. cap. ſi de terra, num.* 4. Felini *n.* 8. veriſſimè eſt dicendum, quod *in d. cap. ſi de terra*, etiam jure noviſſimo ſufficit illa tricennalis præſcriptio; quia *ibi* non agitur de ulla Decimarum præſcriptione: nam tunc quadraginta annorum ſpatium deſideraretur; ſed tantum agitur de privilegii renunciatione, qua exceptione Canonici utebantur, excipientes, privilegium Monachis Ciſtercienſis Religionis, jam non prodeſſe, cum extinctum eſſet ex tacita Monachorum voluntate, ſiquidem ſine ulla interruptione per ſpatium triginta annorum Decimæ præſcribuntur; ſed tantum privilegium amittitur, quare Decimæ ſecundum jus commune Canonicis debitæ remanent.

Nec obſtat textus in *dict. cap. accedentibus, ejuſdem tituli.* Quia longe diverſa ſpecies eſt, quam quæ refertur in *dict. cap. ſi de terra*; quia *ibi* Innocentius III. ſpeciem proponit, cùm decimæ à jure communi Abbati, & Conventui non debebantur, ſed tantum eas ſibi ſolvi petebant ex illa quadragenaria præſcriptione, contra Templarios adquiſita, quam Templarii confitebantur; nec eis privilegium proderat: quia illud etiam amiſerant per illam antiquam præſcriptionem; & idcò jura illa repugnantia non ſunt, cùm diſpar ſit eorum ſpecies; notat Joannes Andreas, & Cardinalis *in d. cap. ſi de terra.*

Quintò obſtat textus in *cap. placuit*, el ſegundo, 16. 7
quæſt. 3. *verſic. Quas actiones*, ibi: *Eccleſia ſecundum Canones adverſus Eccleſiam triginta annis, Monaſterium verò adverſus Eccleſiam, non niſi quadraginta annis.* Cujus textus difficultatem ut diluamus, annotandum eſt, illa Gratiani verba: *Adverſus Eccleſiam triginta annis*, intelligenda eſſe ſecundum antiquos Canones: & dum refert, *Monaſterium verò adverſus Eccleſiam, non niſi quadraginta annis*, fallitur: nam ſicut Eccleſia contra Eccleſiam ſpatio triginta annorum præſcribere poterat, ſic etiam & Monaſterium adverſus Eccleſiam, quemadmodum & cæteri Prælati: quod hodie æqua lance in quadraginta annorum præſcriptione obſervatur, juxta regulam textus in *cap. illud, hoc titul.* cujus *textus* interpretationem latè refert Covarruvias *in dict. reg. poſſeſſor*, 2. *part.* §. 2. *num.* 5. Bald. *in commentar. ad hunc text. num.* 58.

Sextò prædictis obſtabit dicere, nam Eccleſia, quæ 8
contra Eccleſiam præſcribit, non poteſt uti eo privilegio, quod competit Eccleſiæ adverſus quam præſcribit; ſiquidem privilegiatus contra privilegiatum non poteſt uti ſuo privilegio, *l. verum* §. *fin.* cum *l. ſequenti, ff. d. minoribus*, meritò ceſſato utriuſque privilegio, juri communi ſtandum videtur, de quo mentio habetur in *l. unica, Cod. de uſucapion. transformanda.*

Sed huic conſiderationi dicendum eſt, quod quamvis verum ſit, quod privilegiatum contra privilegiatum non utatur ſuo privilegio; id tamen verum eſt, quando uterque in actu, in ſpecie, & in exercitio ſui privilegii concurrit, *l. aſſiduis, Cod. qui potior.* Secus verò, ſi unus habuit privilegium in genere, & alius in ſpecie ſimul, & in genere: nam tunc hic ultimus præferri debet priori, *l. fin. ff. ex quibus cauſis majores, l. verum* §. *fin. ff. de minoribus*, meritò cum in præſcriptione Eccleſiæ contra Eccleſiam non detur concurſus privilegiorum, cùm tantum competat Eccleſiæ, contra quam præſcribitur, non verò ei quæ præſcribit, meritò ceſſat regula ſuprà in argumento adducta; notat Tiraquellus *de privilegiis piæ Cauſæ, privileg.* 26. *limitatione* 2. *num.* 51. *verſic. Sed tamen diligenter*, Doctor Balboa *latè diſputat. in commentariis ad hunc textum, cap.* 1. *num.* 48. *cum ſeqq.*

Septimò adverſus deciſionem textus *in cap. de* 9
Quarta, hoc titulo, dum docet quartam decimalem, & funeralem poſſe à Parocho contra Epiſcopum quadra-

ginta annorum ſpatio præſcribi; obſtabit principium illud, quo docemur, quod quoties jus commune reſiſtit, non ſufficit quadragenaria præſcriptio, cum de titulo docere neceſſe ſit; juxta textum *in cap. ſi diligenti hoc titulo, cap.* 1. *eodem titulo, lib.* 6. Sed in ſpecie propoſita in *dict. cap. de Quarta*, jus Pontificium reſiſtit, ſiquidem Quarta illa ex eodem jure Epiſcopis debetur, juxta textum *in dict. cap. fin.* cum aliis, *de teſtamentis, cap. conquerente, de officio Ordinarii*: ergo Parochus in *dict. cap.* 4. *hoc tit.* contra Epiſcopum Quartas decimales, & funerarias nunquam potuit præſcribere, præcipuè cùm bonam fidem non retineret; cùm ignorare non potuit, Quartam illam de jure communi ad Epiſcopum pertinere, *dict. cap. fin. de teſtament.* cùm ignorantia juris nemini prodeſſe poſſit, *l. juris ignorantia, ff. de juris, & facti ignorantia.* Cui dubio communiter in ſcholis noſtris reſponderi ſolet, quod etſi in præſcriptione longi temporis non ſit neceſſarius titulus, juxta textum in *l. omnes, C. de præſcriptionib. triginta, vel quadraginta annorum dict. cap. placuit*, 16. *quæſt.* 3. tamen in præſcriptione Eccleſiæ contra Eccleſiam ſemper deſideratur titulus, niſi immemorialis præſcriptio intercedat; juxta textum in *dict. cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. *cap. ſi diligenti, hoc tit.* Covarr. *lib.* 1. *variar. c.* 17. *n.* 7. Nec contrarium docet textus *in dict. cap. de Quarta, hoc titulo*, quia *ibi* præceſſit titulus, & bona fides; titulus ſaltem coloratus cum ſpatio quadraginta annorũ, quæ longiſſimi temporis poſſeſſio titulum ſaltem coloratum præſtat; extitit etiam bona fides, quia Parochus ſuum prædeceſſorem invenit Quartas illas pacificè poſſediſſe, & ipſe cœpit à ſe ipſo præſcribere, cum licitè potuit credere prædeceſſorem bonam fidem habuiſſe, quæ ignorantia non juris, ſed facti eſt, & excuſat juxta textum *in l. qui in jus* 41. *ff. de regulis juris, l. an vitium, ff. de diverſis, & temporalibus præſcriptionibus*: præcipuè cum in beneficiorum ſucceſſione, nec jus ſanguinis, nec hæreditatis conſideretur: ubi major facti ignorantia ſtat, juxta textum in *cap.* 1. *de præbendis*, & ideò in *dict. cap. de Quarta*, nunquam de titulo fuit dubitatum; ſed tantum de tempore: quare eo ipſo, quod contra jus commune præſcriptio fuit admiſſa, pro conſtanti ſupponendum eſt titulum præceſſiſſe; juxta textum in *cap.* 2. *hoc titulo, lib.* 6. meritò dicendum non eſt in jure erraſſe, ſiquidem cum juſto titulo cœpit præſcribere, & ab anteceſſore cœpit Quarta illa præſcribi; notat Gloſſa *in dict. cap. de Quarta*, Abbas *ibidem, numero nono*, Felinus *num.* 23. Covarruvias *in regula, poſſeſſor, ſecunda part.* §. 9. *num. ſexto*, & nos *ſuprà* diximus *in capit. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.*

10 Octavò adverſus deciſionem textus in *dict. cap. de Quarta, hoc titulo*, obſtabit dicere, quod ad præſcribendas ſervitutes diſcontinuas duplicatur tempus, *l. ſi ſic conſtituta, ff. quemadmodum ſervitutes amittantur, l. fin. in principio, Cod. de ſervitutibus, & aqua, l. corruptionem, C. de uſufructu*: ſed Quarta decimalis, quæ debetur Epiſcopo, dicitur ſervitus diſcontinua, ſiquidem habet temporis intervallum, cùm non ſolvatur niſi tempore, quo fructus colliguntur: ergo ad illius Quartæ præſcriptionem, non ſufficit quadraginta annorum ſpatium, cum tempus illud duplicari debeat. Cui dubio dicendum eſt, quod licèt nonnulli exiſtiment, Quartam decimalem, ſervitutem eſſe diſcontinuam, verius tamen eſt, non eſſe ſervitutem, ſed jus competens Epiſcopo ex Decimarum diviſione, quæ Quarta Epiſcopo debetur, ad quod jus vindicandum non competit actio confeſſoria, quæ pro ſervitutibus diſcontinuis competit; ſed tantum actio ſeu condictio ex lege: notat Gloſſa 1. *in cap. moderamine*, 18. *q.* 1. Gloſſa 1. *verbo, Tributa, de Decimis*: nec ideò tempus præſcriptionis duplicatur, ſiquidem præſcriptio quadraginta annorum magis perfecta, & legitima eſt, quàm ordinaria: cùm in longiſſima non deſideretur titulus, ſiquidem tempus illud titulum ſupponat: ſecus verò in ordinaria ſervitutum præſcriptione, ubi ſimul cum bona fide, expreſſus, & verus titulus deſideratur: de qua ordinaria præſcriptione, intelligendus eſt textus in *dict. l. ſi ſic, ff. quemadmodum ſervitutes amittantur*: de qua re latè diſputat Covarru. *in regula, poſſeſſor, ſecunda parte*, §. 7. *num.* 10. Duaren. *lib.* 1. *diſputationum, cap.* 34. Cujacius *in l. ſequitur*, §. *libertatem. ff. de uſucapionibus*, Corraſius *in l. ſervitutes, ff. de ſervitutibus*, Connanus *lib.* 3. *commentariorum juris, cap.* 13. Doctor Balboa *in cap. cum Eccleſia Sutrina* 3. *de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, à n.* 70. *cum ſequentibus.* Et pro interpretatione ad textum *in dict. cap. de Quarta, verſ. Niſi forte*, videri oportet ea, quæ *ſupra* diximus *in cap.* 1. *hoc tit.* 6. *dubio.*

11 Nonò adverſus id, quod textus in *dict. cap. quia judicante* 9. *hoc tit.* demonſtrant, videlicet limites Eccleſiarum, quemadmodum & prædia Eccleſiaſtica, ſpatio quadraginta annorum præſcribi poſſe; ſiquidem limites adhærentes, & acceſſorii prædiis ſint, *l. quæ Religioſis, ff. de rei vindicatione*: Obſtabit textus *in cap. inter memoratos, cap. quicunque*, 16. *quæſt.* 3 *l. fin. C. finium regundorum*, ubi limites, & actio finium regundorum tantùm ſpatio triginta annorum præſcribitur. Cui dubio dicendum eſt, textum in *dict. l. fin.* procedere de jure Civili, ex quo tantum ſufficit triginta annorum ſpatium, ut actio illa præſcribatur; quod jus Civile, etiam refertur à Gratiano *in dict. cap. quicunque, dict. cap. inter memoratos*, 16. *quæſt.* 3. Cæterum jam hodie jure Pontificio, in limitibus illis quadragenaria præſcriptio deſideratur, juxta textum in *cap. illud* 8. *cap. indicante* 9. *cap. ex literis, de probationibus.* Nec obſtat text. in *dict. cap. quicunque, in fin. cap. licet*, 16. *quæſt.* 3. *cap. ſuper eo, de Parochis*, ubi conſtat limites, & confinia non poſſe præſcribi. Quia jura procedunt, quando limites, & confinia ſunt juris publici: veluti in foro, vel in via publica: nam tunc præſcribi non poſſunt, argumento textus *in l. uſucapiones ff. de uſucapionibus, l. præſcriptionem, Cod. de operibus publicis, l. viam publicam, ff. de via publica*: ſecus verò dicendum eſt in his, quæ non ſunt juris publici, ut ſunt jura patrimonialia alicujus Eccleſiæ, vel privati: nam hæc tempore *ſupra* adducto præſcribuntur; notat Gloſſa *in dict. cap. quia judicante, verbo: Quadraginta, &* in *cap. ſuper eo, de Parochis*, Balbus *de præſcriptionibus*, 6. *part. quæſt.* 6. *num.* 4.

Ad textum in cap. Vigilanti 5. cap. fin. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribit.*
2 *Diuturnitas temporis bonam fidem non præſtat. Tanto ſunt graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam.*
3 *Bona fides de jure Canonico in omni tempore præſcriptionis deſideratur, jure verò Civili ſufficit, ut à principio interveniat, etſi poſtea cognoſcatur, rem eſſe alienam. Intellige ut ibi.*
4 *Explicatur text. in* l. qui bona, ff. de adquirendo rer. dom.
5 *Expenditur text. in* l. 2. in fin. princip. ff. pro emptore, verſic. Et bona fide emiſſe debet, & poſſeſſionem bona fide adeptus eſſe.
6 *Venditio rei alienæ valet, quemadmodum & ſtipulatio admittitur.*
7 *Illuſtratur text. in* l. & generaliter 28. ff. de noxalibus action.
8 *Interpretatur textus in* l. ſi vir uxori 3. digeſtis, pro donato.
9 *Expenditur text. in* l. ſi extraneus 44. §. fin. ff. de donat. inter.
10 *Miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto uſucapere poteſt, licet cognoſcat rem eſſe alienam, cùm juſtè poſſideat; ſiquidem bona, vel mala fides ex juſta, vel injuſta poſſeſſione æſtimetur.*

11 *Inter*

11 *Interpretatur textus in* l. sequitur 4. §. si viam 27. ff. de usucap. *cum.* l. 4. §. si fundum ff. eod.

12 *Illustratur text.* in l. qui exceptionem 40. ff. de cond. indeb.

Interpretatur textus in leg. si pignora, §. fin. ff. de usucap.

14 *Præscriptio est introducta ne dominia rerum in incerto sint.*

15 *Errans in jure, malæ fidei possessor dicitur.*

Expenditur text. in l. sed etsi 25. §. scire 6. vers. Quamvis in jure erret, ff. de petit. hæred.

Plura jura ibidem remissivè referuntur.

16 *Bona fides non tantùm in vulgari, verum etiam in longissima præscriptione desideratur.*

Exponitur text. in c. 1. præscriptionibus, in 6. *vers.* Nisi tanti temporis allegatur præscriptio, cujus contrarii memoria non existat.

17 *Interpretatur text. in* leg. si quis emptionis, §. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.

18 *Præscriptio procedit, tam contra scientes, quàm contra ignorantes.*

19 *Interpretatur text. in* c. quia diversitatem, de concessione præbendæ.

20 *Decimæ, licèt jure divino competant Prælato, in cujus territorio sitæ fuerint; tamen præscribi possunt, quemadmodum & jurisdictio, dummodo necessaria ad præscriptionem interveniant.*

CONCLUSIO.

1 POssessor malæ fidei nullo tempore præscribit. Consonat textus *in cap. possessor, de regulis juris, lib. 6. cap. 1. hoc tit. lib. 6. cap. si virgo*, 32. *quæst. 2. l. Celsus, l. si fur*, §. 1. *ff. de usucapionib. l. 2. §. sià pupillo, l. 8. ff. pro emptore, leg. cum hæres, ff. de diversis, & temporalibus præscriptionibus, leg. bona fides* 179. *ff. de regulis juris: authentica malæ fidei, C. de præscriptione longi temporis, cap. si diligenti, cap. veniens, in fin. hoc tit. cap. omne quod* 25. *quæst.* 2. Exornant præter ordinarios in præsenti, & *in dict. regula possessor*, Fachin. *lib.* 1. *controver. c.* 64. *& 65. & li.* 8. *c.* 31. *cum duobus sequentibus*, Covarruvias *in dict. regula, possess. 2. part.* §. 11. Anton. Fab. *lib.* 8. *conjecturarum, cap.* 3. *& lib.* 7. *cap.* 13. idem *de errorib. decade* 41. *errore* 10. Echius Fregerus *ad eund. l.* 2. *tit.* 26. *q.* 4. *& in eod. l.* 2. *tit.* 29. *q.* 1. Cujac. *li.* 3. *observationum, cap.* 7. *li.* 18. *cap.* 27. *& lib.* 20. *cap.* 35. Idem *li.* 6. *quæstionum Africani, in l. generaliter* 26. *ff. de noxalibus actionibus*, Duaren. *in paraphrasi ad titulum de diversis præscriptionibus*, Revardus *lib. singulari, de usucapionibus*; Robert. *li.* 3. *sententiarum, cap.* 5. Donel. *li.* 5. *commentar. cap.* 17. *& lib.* 4. *cap.* 12. & in *eodem* 24. eruditissimus D. Ioannes de Solorçano, & Pereyra, *de indiarum jure lib.* 3. *cap.* 3.

2 Ratio, quare malæ fidei possessor nullo tempore præscribit, ea est, quia diuturnitas temporis bonam fidem non præstat, cùm tanto sint graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam; & cum omne, quod non est ex fide, peccatum sit, *c. fin. de consuetudine*; justa de causa jus Pontificium constituit, quod nullo tempore deficiente mala fide præscriptio procedat.

Nec obstabit dicere, jus civile à principio tantum desiderare bonam fidem quia Pontificialis jurisdictio excellentior est potestate civili, cùm possit derogare quascunque leges, in quibus animæ periculum vertitur; notat Anastasius Germonius *de sacrorum immunitatibus lib.* 3. *cap.* 12. *& 13.* Covar. *ubi sup.* §. 12. siquidem usucapio non est introducta ad defendendas hominũ malitias; nec ad fidem peccati, ut res aliena retineatur, & contrectetur; sed tantum ad tuendam innocentiam, seu defensionem illius, qui ignorans & bona fide, ex legitima causa rem alienam possidet: nam aliàs si scienti prodesset, ex ejus malitia, & peccato, authoritate legis commodum caperet, quod esset omnino contra decisionem textus *in cap. intelleximus, de judiciis*; *capite ex tenore, de rescriptis*, & absurdum, atque injustum esset, ut præmia, quæ virtuti destinata sunt, *lege prima, digestis, de justitia, & jure*, legis authoritate iniquis pœnam merentibus deferantur; prout sunt hi, qui scienter mala fide rem alienam detinent.

Primò adversus textum nostrum in versicul. *Postquam* 3
se aliena novexit possidere; & adversus textum in *dict. cap. fin.* ibi: *In nulla temporis parte*: Ex quibus constat præscriptionem valere dummodo in omni tempore bona fides interveniat: Obstabit text. *in leg. sequitur*, §. *quod si justo, leg. si aliena res* 10. *ff. de usucapionibus*, *leg. unica, Cod. de usucapion. transformam. l. bona*, §. 1. *ff. de adquirendo rerum dominio, leg. penult. ff. pro emptore*; ubi bona fides tantum à principio possessionis sufficit; nec nocet, quominus præscriptio procedat, etiam si postea cognoscat rem esse alienam. Cui dubio verissimè est dicendum, discrimen veri inter jus Canonicum, & Civile: nam de jure Civili in rebus immobilibus, ut præscriptio procedat, sufficit bona fides à principio possessionis; & ita obtinent jura *suprà* in argumento adducta: secus verò de jure Pontificio: nam eo attento bona fides à principio non sufficit, sed in omni tempore præscriptionis de momento ad momentum desideratur; & ita obtinet textus noster, & jura in ejus confirmatione *suprà* adducta: in rebus autem mobilibus, ex utroque jure in omni tempore bona fides desideratur; aliàs mala fide superveniente, usucapio cessat, cum jam in eis vitium furti extet; notat Covar. *ubi supra*, §. 9. Donel. *lib.* 5. *comment. cap.* 21. Hilliger. *ibi littera F.*

Secundò prædictis obstat textus *in leg. qui bona, ff. de* 4
adquirendo rerum dominio, ubi etiam in rerum immobilium adquisitione bona fides à principio non sufficit, sed quemadmodum in mobilibus, etiam in illis bona fides in singulis momentis desideratur. Cui dubio dicendum est, textum illum procedere in eo, qui servum alienum bona fide possidet, & sigillatim quærit dominio res immobiles, & cum singularum rerum adquisitio singulas possessiones, & præscriptiones desideret, siquidem invicem discretæ, & separatæ sint, justa de causa *Ulpian.* asserit in singulis singularum rerum initiis bonam fidem desiderari; notat Petrus Pechius *in dict. cap. possessor, de regulis juris lib.* 6. *num.* 10. quod etiam in perceptione fructuum observatur, ubi de momento ad momentum bona fides desideratur: quia quotidie nascuntur, & quotidie percipiuntur, *leg. bonæ fidei emptor* 48. §. *in contrarium, ff. de adquirendo rerum dominio, leg. sed si lege*, §. *de eo, digestis, de petitione hæreditatis*, notat Donellus *libr.* 4. *commentarior. capit.* 25. Hillig. *ibi litter. H.* idem Donellus *lib.* 5. *cap.* 25. *& 27.*

Tertiò his omnibus obstat text. *in leg.* 2. *in fine prin-* 5
cipii, ff. pro emptore, versic. *Et bona fide emisse debet, & possessionem bona fide adeptus esse.* Ex quibus *Pauli* verbis constat, non solum possessionis, seù traditionis, verum etiam contractus tempore bonam fidem desiderari. Augetur difficultas ex eo, quod ipse Paulus in versicul. *Sic denique*, asserit, in contractu stipulationis non ita observari: siquidem si quis rem stipulatam cognoverit esse alienam, poterit eam usucapere dummodo tantum traditionis tempore existimet esse alienam. Cujus textus difficultas dissolvitur, ex ipsius *Pauli* doctrina relata *in leg. si is qui emptore*, §. *fin. ff. de usucapionibus*, dum asserit, quod non minus in contrahenda stipulatione, quàm in emptione, bona fides desideratur, sed diverso modo: nam in stipulatione, etiam si quis rem alienam stipuletur, bona fides à principio semper intervenire creditur, cùm etiam rei alienæ promissio valeat: in emptione autem bona fides interveniss non creditur, nisi quis rem emerit, quam ignorat esse alienam. notat Cujac. *lib.* 54. *Pauli ad edictum, in l.* 2. *ff. pro emptore.*

Nec obstabit, si dixeris, quod non minus rei alienæ 6
venditio valet, quam rei alienæ stipulatio, *leg. rem alienam* 28. *ff. de contrahen. emption.* Quia etsi fatea-

mur

mur, quod etiam si rei alienæ venditio valeat; tamen stipulatio, & venditio inter se differunt: nam stipulatio rei alienæ impune fit, venditio autem non ita: cum ab emptore scienter emens rem alienam, res ipsa auferri possit, & venditor non tenetur de evictione; & ideò non ita rei alienæ venditio permissa est, cum ex utraque parte extet obligatio, *leg. si fundum* 27. *C. de evictionib.* quæ ratio cessat in stipulatione, cum ex parte promittentis tantum extet, siquidem ipse solus de re præstanda spondeat, creditor autem nihil facit, ut invitet promittentem ad rei alienæ obligationem, consequenter nihil dolo, nihil mala fide factum videtur, atque ideò ipse solus potest esse in bona, vel mala fide tempore contractus stipulationis: at verò in venditione non solùm venditor se movet ad rei alienæ venditionem, verum etiam emptor ad pretii præstationem, & præcipuè cum suo facto, dolo, & mala fide provocat venditorem, qua de causa de evictione non tenetur: notat Cujac. *ubi sup.* Don. *li.* 5. *commen. c.* 17. Osuald. *ibid. lit. D.* Duaren. *ad hunc titulum, cap.* 2. *prope finem*: Vvesembecius *in paratitlis ad titulum, ff. pro emptore, num.* 3. D. Petrus de Velasco *in Froculeianis quæst. in dict. leg.* 2. *ff. pro emptore, folio mihi* 64.

7 Quartò obstat textus *in leg. & generaliter* 28. *ff. de noxalibus actionibus*, ubi si servus alienus à bonæ fidei possessore noxali judicio mihi sit traditus, *Africanus* affirmat me illum posse usucapere quamvis sciens alienum possideam, & publicianam competere, quæ nulli alii competit, nisi ei, qui usucapere potest; *l.* 1. *& per totum tit. ff. de publiciana in rem actione*: In cujus *text.* difficultate verissimè dicendum esse existimo, Africanum *ibi* loqui de bonæ fidei possessore, qui cœpit conveniri judicio noxali; quæ bona fides deducitur ex verbis illius *textus*, ibi: *Qui tibi justam servitutem serviret*: cujus possessio ei prodest, cui servus pro noxa datus est, siquidem in eum jure successionis continuatur, §. *diutina; & sequenti, Instit. de usucap.* & ideò cum possessio illa in persona actoris justum initium habuerit, justa de causa usucapio locum habebit in persona successoris, licèt sciat, servum esse alienum: *dict.* §. *diutina. leg. unica. C. de usucap. transformanda.* Cum de jure Cæsareo bona fides tantum à principio sufficiat; videndus est Cujacius *lib.* 6. *ad Africanum in dict. leg. & generaliter* 28. Idem *lib.* 18. *observationum, cap.* 25. Osualdus ad Donellum. *lib.* 4. *commentar. cap.* 15. *litera D.* Antonius Faber *in Rationali, ad textum in dict. l. & generaliter.* Schifordegerus *l.* 3. *tractatu* 27. *quæst.* 7. Nec obstabit, si dixeris, quod servus est res mobilis, ubi si in quocunque tempore mala fides superveniat, nocet; *paragrapho, furtiva, Instit. de usucapionib. leg.* 1. §. 1. *ff. de furtis, leg.* 6. *Codic. pro emptore*: quia dicendum est in specie proposita, non sufficere postea cognoscere, rem esse alienam, si antea bona fides intervenit; dum tamen dolo malo non contrectasset, ut venditio fieret. Nec etiam obstabit, si dixeris, id tantum procedere in judicio universali, non in particulari, *leg.* 2. §. *si eam rem, &* §. *si defunctus, ff. pro emptore*: quia dicendum est id etiam procedere in eo, qui succedit judicio particulari, si modo jure Prætorio successor sit; juxta textum *in dict. leg.* 2. §. *si defunctus, digest. pro emptore, leg. justè possidet, digestis, de adquirend. possessione*

8 Quintò obstat text. in *leg. si vir uxori* 3. *ff. pro donato*, ubi etiam si ab initio possessionis mala fides interveniat, usucapio procedit: nam sive cognoverit rem à marito donatam esse alienã, sive ignoraverit, mala fides semper præsumitur; si cognoverit, patet, si ignoraverit, præsumitur, cum ignorare non possit donationem inter conjuges à jure esse prohibitam, *l.* 1. *& per totum, tit. ff. de donat inter.* Quam difficultatem effugies, si dixeris, ideò in specie illius *text.* usucapionem procedere; quia quamvis uxor in genere donationis errasset, existimans generaliter donationes omnes inter conjuges esse permissas, in specie tamen donataria minimè erravit, siquidem res à marito donata, non erat ipsius mariti, sed aliena, ex qua donatione maritus non efficiebatur pauperior, meritò cum uxor non errasset in jure, sed in genere donationis, justa de causa rem sibi à marito donatam usucapere potuit, cùm plus valeat quod in re est, quàm quod est in existimatione, *leg sed etsi constante* 25. *de donationibus inter*: *l.* 3. *ff. pro donato.* videndus est Antonius Faber *lib.* 7. *conjecturar. c.* 13. Schiphordegerus *lib.* 2. *tract.* 26. *quæst.* 4. Cujac. *in l.* 1. §. *fin. ff. pro donato*, Idem *lib.* 18. *observ. cap.* 15. Hotoman. *lib.* 12. *observation. c.* 17. Covac. *ubi supra*, §. 7. *num.* 10. Osuald. ad Donellum *lib.* 5. *cap.* 14. *littera B.*

Sextò prædictis obstat textus *in leg. si extraneus* 44. § §. *fin. ff. de donationibus inter*: ubi si extraneus rem mariti, ejus uxori donavit, etiam si ante impletam usucapionem uxor cognoverit rem ab extraneo donatam, esse ipsius mariti, & non donantis, & etiam si consentiens maritus in præscriptione uxoris, videatur donare, non obstante illa uxoris, & mariti mala fide, Neratius asserit non impedire, quo minus res illa ab uxore adquiri possit. Cujus *text.* difficultas manebit diruta ex ultimis illius textus verbis, ubi idem Neratius asserit, ideò non obstante illa rei alienæ cognitione, uxorem posse rem illam usucapere: quia in specie proposita nulla inest mala fides, siquidem mulier etsi adquirit ex bonis mariti, non tamen ex donatione ipsius, sed potius ex alia causa, possessione, & titulo; cum ab extraneo res ipsius mariti sit donata; quod casu cum quoad donationem deficiat dolus, ad exemplum stipulationis, etiam proveniente scientia rei alienæ, non interrumpitur præscriptio, notat Balbus *tract. de præscriptionibus*, 3. *part. quæst.* 12. *num.* 3.

Septimò obstat textus *in leg. si finita* §. *Julianus ff. de* 10 *damno infecto*; ubi immissione in possessionem ex secundo judicis decreto extat mala fides, cùm is qui mittitur, rem, pro qua mittitur, cognoscat esse alienam, & nihilominus in re illa usucapio admittitur. Cui dubio dicendum est, quod missus in possessionem in secundo Judicis decreto usucapere potest: quia licet cognoscat rē esse alienam, non tamen malæ fidei possessor dici potest: quia interim dum possessio durat, dominus bonitarius dicitur, & impleta usucapione Quiritarius dominus appellatur; cum bona fide, & justo titulo possideat, siquidem mala fides non consistit in scientia rei alienæ, sed in justa possessione; & cùm justè possideat, qui auctoritate Prætoris possidet, *l. justè possidet, de adquirenda possessione*, justa de causa missus in possessionem ex secundo Judicis decreto, etiam si cognoscat rem esse alienam, malæ fidei possessor dici non potest, juxta text. *in c. cum dilectus.* 28. *de verborum significatione, d l. & generaliter* 28. *ff. de noxalib. actionib.* notat Cujac. *lib.* 6. *ad Africanum, in d. l. & generaliter* 28. *ff. de noxalibus.*

Octavò obstat tex. *in leg. sequitur* 4. §. *si viam* 27. *ff. de* 11 *usucapionibus*, ubi si viam ad tuum fundum habeam, & tu me per vim ab illa via, seu servitute expuleris, servitutem illam præscribere poteris, & tamen à principio mala fides extat, quæ usucapionem impedit, juxta textum *in l.* 4. §. *si fundum, ff. eodem.* In cujus textus difficultate, omissis plurimis interpretationibus, verissimè est dicendum, quod etsi fateamur, ibi ex illa violenta dejectione malam fidem interveniisse; tamen illa mala fides non nocet, quo minus servitus adquiratur: quia ibi non agitur de servitutis præscriptione, sed tantum de servitutis amissione, quæ rustica servitus per non usum amittitur, & cum ejiciens nihil detineat alienum nihilque possideat, malæ fidei possessor dici non potest: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius text. ibi: *Per longum tempus amittam viam, &c.* Quæ verba denotant ibi nihil agi de adquisitione servitutis, sed amissione tantum; notat Cujac. *lib.* 3. *q. Pauli, in dict. l. sequitur* 4. §. *si viam, ff. de usucap.*

Nonò obstat textus *in leg. qui exceptione, ff. de condi-* 12 *ctione indebiti*, ubi constat, quod filius familias, qui contra Senatus consultum Macedonianum pecunia mutuata est, licèt illius pecuniæ malæ fidei possessor sit, tamen illius Senatus consulti exceptione tutus remanet.

Quæ

Quæ difficultas ex eo diluitur: quia filius familias adeo exceptione illa tutus remaneat, ut in conscientiæ foro ad restitutionem non teneatur: qua de causa bonæ fidei possessor dicitur, cum auctoritate legis possideat; & ideo excluditur omne malæ fidei vitium, cum id sit statutum in odium fœneratorum, qui vitæ parentum insidias mutuando parant, notat Ferretus in *d.l. exceptionem* 40. *ff. de condictione indebiti, à num.* 89. eodem fere modo interpretandus est textus in *cap.* 3. *de emptione, & venditione*, ubi præscriptio in venditione ultra dimidiam justi pretii facta, admittitur, cum legis auctoritate, & ob bonum publicum id sit inventum: quod etiam dicendum est in redhibitoriæ actionis præscriptione, ut in *toto titul. ff. de ædilitio edicto.*

13 Decimo obstat textus in *l. si pignora.* §. *fi. ff. de usucapionibus*, ubi constat, quod si quis jusserit Titio, ut fundum nomine mandantis emat; si tamen fidem mandati violet, & nomine proprio emat, poterit etiam illa mala fide interveniente præscribere. Cujus *textus* difficultas ex eo diluitur, quod is, qui fefellit mandati fidem, præscribi adversus alios, si nomine proprio emit, cum emisset ab eo, quem verum dominum esse credebat; non vero præscribit adversus mandantem, cum ad rei traditionem mandati actione compelli possit, uti constat ex ultimis illius textus verbis, & ex *leg. res ex mandato, ff. de adquirendo rerum dominio*, notant Angelus, Cujacius, & Paulus de Castro *in dict. l. si pignora* 17. §. *fin. ff. de usucapionibus.*

14 Undecimò obstabit vulgare illud principium, quo docemur, præscriptionem jure naturali fundatam esse, ut vigilantibus præmium concedatur, negligentibus autem pœna imponatur. Tum etiam, ne dominia rerum in incerto sint ut constat ex *textu* nostro, & ex *leg. 1. ff. de usucapionibus*: Sed hæc ratio æqualiter procedit, & verificatur in malæ fidei possessore, ac in bonæ fidei: Ergo dispositum in uno etiam in alio; in quo eadem ratio militat, servari debet; *l. à Titio.* 108. *in fine principii: ff. de verbor. obligation.* Cui dubio respondendum est, quod quamvis naturali ratione præscriptio sit inventa, & ratio illa militet tam in bonæ fidei, quam in malæ fidei possessore: tamen ratio illa magis urget, quoad prohibitionem præscriptionis cum mala fide, cum in se contineat periculum animæ, quæ ratio omnibus rebus anteponenda est, *c. præcipimus*, 12. *q.* 1. cum ratio illa semper attendi debeat quæ Religionem tuetur, *l. sunt personæ, ff. de religiosis, & sumptibus funerum.*

15 Duodecimò obstat textus in *l. sed etsi* 25. §. *scire* 6. *ver. Quamvis in jure erret, ff. de petitione hæreditatis*, ubi constat, quod hæres, qui in jure errat existimat se esse hæredem, fructus ex hæreditate consumptos sibi adquirit; & tamen dubium non est, quin is, qui in jure errat, malæ fidei possessor sit, cum juris error in adquisitione, seu usucapione omnibus nocere debeat, *l. 4. l. regula. 9.* cum aliis, *de juris, & facti ignorantia, l. nunquam* 31. *ff. de usuc.* Cui difficultati occurritur, si dixeris, quod is, qui putat sibi deferri hæreditatem, existimans utile fuisse testamentum, etsi in jure erret, tamen neque in bona, neque in mala fide extat, sed medium capit, hoc est, sufficit malam fidem abesse, & tunc ex Senatus consulti Trajani tempore; non ut prædo punitur, sed bona fides præsumitur, ac ideo fructus, quos consumpsit ex illo Senatus consulto restituere non debet; nisi ex illis factus fuisset locupletior: notat Ant. Fab. *in Rationali ad tex. in d. l. sed & si lege* 25. §. *scire* 6. *ff. de petitione hæreditatis.* Omitto interpretationem ad tex. in *l. qui scit* 25. §. *bonæ fidei emptor, de usuris*, & ad tex. in *l. bonæ fidei*, §. *in contrarium, ff. de adquirendo rerum dominio*: quia de illis actum est à nobis in *cap. gravis, de restitutione spoliatorum*: Omitto etiã interpretationem ad text. in *cap.* 1. *hoc tit. cap. placuit* 16. *qu.* 3. siquidem de illis *in d. cap.* 1. diximus. Similiter omitto textum in *l. sed etsi* 25. §. *ante, ff. de petitione hæreditatis*, cum *l. illud* 40. *ff. eodem* de quibus videndus est Pacius *centuria* 3. *q.* 37. & Ant. Fab. *in Rationali in dictis juribus*, & ad textum in *l. quæsitum* 40. *ff. de acquirendo rerum dominio*, de quo Cujac. *l.* 7. *q. Africani*, *ibidem*, & ad textum in *l. sed etsi pupillus* 11. §. *fi.* cum *l. seq. ff. de institoria actione de quibus* Ant. Fab. *in Rationali in dictis juribus*, & Cujac. *l.* 11. *Digestorum Juliani, in d. l.* 11.

16 Decimò tertio adversus textum nostrum in vers. *Quoniam nulla antiqua dierum possessio adiuvat, &c.* Ex quo deducunt DD. omnes, quod non tantum in vulgari, verum etiam in longi temporis præscriptione, v. gr. 30. vel 40. annorum, necessaria bona fides est: quod etiam expresse docet text. *in c. fi. hoc tit.* vers. *Nulla*, obstabit textus in *c.* 1. *hoc tit. li.* 6. vers. *Nisi tanti temporis allegetur præscriptio, cujus contrarii memoria non existat, &c.* Ex quibus verbis probari videtur, bonam fidem in longi temporis præscriptione non desiderari. Quæ difficultas excluditur si attendamus, quod verba tex. *in d. c.* 1. non sunt referenda ad bonam fidem, sed tantum ad titulum: quasi diceret quod in longi temporis præscriptione non sit necessarius titulus, cum semper præsumatur, nisi in casibus, in quibus jus commune resistit; notat Gloss. *in d. c.* 1. *hoc tit. li.* 6. Abbas, & Felinus, *in cap. si diligenti. hoc titulo*, & nos *supra* retulimus in *c. de quarta, hoc tit.* nam bona fides etiam in longi temporis præscriptione desideratur, ut 17
suprà retulimus. Neque obstat text. *in l. si quis emptionis*, §. 1. *Cod. de præscriptione* 30. *vel* 40. *annorum*, ubi in longi temporis præscriptione bona fides non desideratur: quia discrimen est constituendum inter jus Cæsareum; & Pontificium: nam de jure Pontificio, etiam in diutina præscriptione continuata bona fides, desideratur ex *textu nostro*, & ex *cap. fin. hoc tit.* at vero de jure Cæsareo longi temporis præscriptio absque bona fide admittitur; & ita obtinet tex. *in d. l. si quis emptionis*, §. 1. *l.* 2. §. *ductus aquæ ff. de aqua quotidiana, & æstiva*: Covar. *ubi supra*, 2. *p.* §. 8. *n.* 4. Men. *de recuperanda: remedio* 45. *num.* 417.

Decimoquartò adversus textum nostrum, in vers. *Novis autem*: dum ibi deducunt Interpretes, præscriptionẽ 18
procedere, tam contra scientes, quam contra ignorantes quod etiam docet textus in *l. fin. C. de præscriptione longi temporis*, ibi nulla *scientia, vel ignorantia spectanda*: Covar. *ubi supra. 2. par. in principio, n.* 8. & §. 3. *n.* 25. Obstabit dicere, quod nec bona fides, nec titulus ad præscriptionem sufficiunt, nisi data scientia, & patientia illius, contra quem præscribitur: & constat ex eo; quia ignorans reputatur impeditus, *l. male Agitur, C. de præscriptione* 30. *annorum*, sed contra impeditum præscriptio non currit, *l.* 1. §. *neq; autem, C. de annali exceptione*: ergo neq; contra ignorantem debet currere, juxta textum *in cap. quia diversitatẽ, de concessione præbendæ, l.* 2. *Cod. de servit. & aqua. vers. Eo sciente*: ergo eo ignorante non debet currere. Sed hæc difficultas ex eo dissolvitur; quia verius dicendum est, præscriptionem procedere, tam contra scientes, quam contra ignorantes, ut *supra* retulimus. Neque obstabit dicere, ignorantem, impeditum reputari quia id admittitur ad alios effectus; non tamen ignorantia illa præscriptionẽ impedit quãvis aliquando sufficiat beneficium restitutionis. Nec obstat textus in *dict.* 19
cap. quia diversitatem: nam ideo *ibi*, nisi contra scientes præscriptio non procedit: quia cum Episcopi; vel patroni pœna sit, ut illis non eligentibus præsentatio ad superiorem devolvatur, & pœna non sit, ubi non extat delictum, ideo in præscriptione illa secundum speciem propositam desideratur scientia. Neque obstat textus *in d. l.* 2. *vers. Sciente eo*: Nam omissa Menochii emendatione *l.* 2. *de arbitrariis, casu* 161. veriorem esse existimo, quam refert Cujacius *ibidem*, dum asserit, aquam ibi deductam esse per fundum sciente domino; & ibi non refertur scientia illa, ut sit necessaria ad præscriptionem; sed quia eo modo Imperator manifestè demonstrat, possidentem, non vi, non clam, non precario possedisse, notat Covar. *in d. regul. possessor*, 2. *part. in principio num.* 6.

Decimoquinto obstabit dicere, Decimas à jure divi- 20
no spectare ad ministros Ecclesiæ: in cujus territorio sitæ sunt, *cap. pastoralis, c. cum sint, de decimis*, & eo jure non obstante à Clericis alterius Ecclesiæ, etiam si jus illud ignorare non possint, præscribuntur, juxta tex-

tum in *cap. de Quarta, hoc titul. c. ad aures*, *infra eodem* quod etiam in jurisdictione admittitur, *cap. cum ex officii* 16. *c. cum olim* 18. *infra hoc tit.* quamvis jurisdictio illa Episcopo à jure communi competat. *cap. omnes basilicæ*, 16. *qu.* 7. *capit. loquenti, de officii Ordinarii.* Sed hæc difficultas ex eo dilu itur, quod quamvis decimas præscribens cognoscat ad alium pertinere posse, non tamen de mala fide redargui potest, cum similiter scire possit decimas illas, & Quartas bona fide, justoque titulo præscribi posse: ut suprà diximus *in dict. c. de Quarta*, quod similiter in ordinaria jurisdictione dicendum est; nam licet cognoscat ad Episcopum à jure communi pertinere, eodem etiam modo scire poterat bona fide, & justo titulo jurisdictionem illam ad se spectare posse, vel ex testamento, vel ex privilegio: nam cum tunc bona fides interveniat, præscriptio admittitur; *d. c. officii* 16. *c. cum olim* 18. *hoc tit.* de interpretatione ad textum in *l. sequitur* 4. §. *si rem, ff. de usucapionibus*, & *l. si rem*, 5. *ff. pro emptore*, cum *l. cum sit* 6. *C. eodem*, videndus est Julius Pacius *centuria* 6. *qu.* 98. Ant. Pichard. *in* §. *aliquando* 10. *ex n.* 7. *Institut. de obligationibus, quæ ex delicto*: & interpretatione ad textum in *l. penult. ff. pro suo*: & *leg. justo* 44. §. *etsi* 2. & *l.* 4. §. *si antequam*, *ff. de usucapionibus.* latè D. Amaya *l.* 2. *observat. c.* 1. & de interpretatione ad textum in *leg. hæres ff. de diversis, & temporalib. præscript.* latè Covarr. *ubi suprà*, 1. *part.* §. 9. Don. *l.* 5. *comm. c.* 20. & D. Balboa *in præsenti in* 7. *dubio. à num.* 90. *usque ad finem textus.*

Ad textum in cap. Causam, quæ: 7. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Laici spiritualia possidere non possunt, ac per consequens, nec præscribere.*

2 *Decimæ pro administratione Sacramentorum Clericis debentur, ac ideo jus decimandi tanquam jus spirituale laicis denegatur.*
Sine possessione præscriptio non procedit.

3 *Interpretatur textus in* l. justo, digest. de usucapionibus.
Jus postliminii in his, quæ facti sunt, nihil, aut parum operatur.

4 *Hæreditas jacens defuncti personam representat, ac ideo ex æquitate indultum est, ut cœptam à defuncto usucapionem adimpleat.*

5 *Incorporalia quamvis non possideantur, tamen quasi possideri dicuntur.*

6 *Expenditur text. in l.* omnes, Codic. de præscriptionibus.

7 *Laici possunt beneficia acceptare, Baptisma conferre, Decimas conducere, Confessiones audire. Intellige ut ibi.*

8 *Jus patronatus laicis ex gratia Pontificis fuit concessum ut invitarentur ad dotandas, & construendas Ecclesias.*
Valet argumentum de privilegio ad præscriptionem, ac ideo id quod privilegio fieri potest, poterit etiam præscriptione fieri.

9 *Laicus potest Decimas jure conductionis exigere, cum tunc eas non percipiat jure spirituali, sed temporali.*
Expenditur tex. in c. 2. de locato.

CONCLUSIO.

1 *Laici spiritualia possidere non possunt ac per consequens, nec præscribere.* Ex cujus textus decisione illud præscriptionis requisitum reducitur, hoc est, possessio; siquidem sine possessione præscriptio non procedit, *capit. sine possessione*, *de regul. juris*, *libro sexto*, *l. sine possessione*, *digest. de usucapionibus*: comprobaturque nostri text. conclusio per textum in *cap. sacrosancta, cap. Massana, de electione*, *cap. prohibemus, c. quamvis, cap. ad hæc, cap. tua*, *et* 1. *de decimis*, *capit. fin.* 10. *qu.* 1. *cap. decimas*, *cap. fin.* 16. *qu.* 7. *cap. pervenit*, 1. *quæst.* 3. *capit. jura*, *de jure patronatus*: exornant Covarru. *lib.* 1. *variarum*, *cap.* 17. *num.* 6. Menchaca *li.* 2. *controversiarum illustrium, cap.* 89. *numer.* 6. Div. Thom. 2. 2. *qu.* 81. *art.* 3. Soto *de justitia, & jure, quæst.* 4. *art.* 3. Menochius *de recuperanda: remedio* 15. *num.* 433. Rebuffus *de decimis, qu.* 17. *à n.* 67. Anastasius Germonius *de sacrorum immunitatibus lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 30. Guttierrez *li.* 1. *practicarum*; *cap.* 15. *num. secundo*, Gilchenius *de præscriptionibus*, *part.* 3. *capit.* 8. *num.* 16. & ordinarii omnes *in dict. capit. sine possessione.*

Ratio est: quia laici non possunt præscribere decimas vel jus decimandi: notat Glossa *in præsenti, & in c.* 1. 16. *q.* 7. *gloss.* 2. *in cap. quamvis* 17. *de decimis*, & Gloss. *in c. Massana, de electione*: ex eo videlicet; quia jus decimandi dependet ab spiritualibus, & administratione Sacramentorum, cui tanquam accessorium inseparabiliter adhæret; pro qua administratione tantummodo conceduntur, ut constat ex illo *Numerorum, c.* 18. ibi: *Filiis Levi dedi omnes decimas pro ministerio, &c.* Et ideo jus decimãdi spirituale dicitur, & à solis ministris Ecclesiasticis, non verò à laicis obtineri, seu possideri potest, *cap. ult. de rerum permutatione, c. tua, in principio, de decimis*, undè cum decimæ à laicis possideri non possint, consequens est, ut nec etiam ab illis præscribi valeant; cum sine possessione præscriptio non procedat, *d. c. sine possessione, de reg. jur. in* 6. *sine possessione*, *ff. de usucapionibus.* 2

Primò adversus hanc decidendi rationem, & regulam suprà adductam, obstabit textus in *l. justo, ff. de usucapionibus*, ubi constat, captum ab hostibus, etiì nec naturaliter possideat; cum ipse tanquam servus possideatur; tamen usucapere, & præscribere posse. Quia difficultas ex eo dissolvitur; quia ibi pater præscribit ea, quæ tempore captivitatis per servum, vel filium ex causa peculiari possidebat, siquidem pendente captivitate possessio illa plus juris, quàm facti habeat, cum dependeat ex dominica, vel patria potestate, quæ in jure consistit, ad quod sufficit jus postliminii, ut præscriptio procedat, *d. l. justo.* §. *ult.* siquidem usucapi, seu præscriptio ad jus pertinet, *l. bonæ fidei, ff. de adquirendo rerum dominio*; & ideo ea, quæ non peculiari jure per filium possidentur, nec jure postliminii præscribuntur, cum ea possessio plurimum facti habeat, & in factis jus postliminii, nihil, aut parum operetur, *l postliminii. ff. de captivis & postlim.* D. Valencia *illustrium tractat.* 2. *capit.* 4. *n.* 14. *& tract.* 3. *c.* 10. *n.* 8. *& cap.* 11. *n.* 21. Donellus *lib. comm. c.* 25. Cujac. *lib.* 23. *q. Papiniani, in d. l. justo*, §. *nondum de usucapionibus.* 3

Secundò obstabit dicere, hæreditatem jacentem non possideri, neque per se possideri posse; siquidem per rerum naturam id fit impossibile, cum anima careat, & facti sit incapax; *l.* 1. §. *Scævola. ff. si quis test. liber esse jussus*, & tamen hæreditas ipsa cœptam à defuncto usucapionem adimplet, *l. cœptam*, cum aliis, *ff. d. usucapionibus*: ergo usucapio absq; possessione admittetur. Sed respondetur, id singulari ratione in hæreditate jacẽte receptũ esse, juxta tex. in *d. l. justo*, §. *nondum*, cum ante additionem nihil sit cur imputetur hæredi, quare possessionem non apprehenderit, cum sibi competat jus deliberandi: nam aliàs tempus à lege sibi indultum ei perniciosissimum esset ideoque æquitatis gratia est indultum, ut interim hæreditas personam defuncti repræsentet, *l. hæreditas. ff. de usucapionib.* nam additio hæreditatis retrotrahitur ad tempus mortis defuncti; & quamvis non sufficiat ad inchoandam, saltem tamen ad continuandam possessionem prodest; notat Connanus *l.* 3. *c.* 13. Alciatus *in l. ejus, qui n.* 69. *ff. si certum petatur*, D. Valen. *illustrium tr. tr.* 3. *c.* 10. *n.* 7. *cum seqq.* 4

Tertiò obstat textus *in l. si quis diuturno, ff. si servitus vendicetur*, ubi in corporalia jura, quamvis possideantur nec tangi possint, usucapi, & præscribi possunt. Sed hæc difficultas ex eo diluitur, quia in corporalia jura, quãvis 5

non

on possideantur; tamen quasi possideri dicuntur: & ideo id quod operatur vera possessio in corporalibus rebus, quoad usucapionem, id etiam operatur quasi possessio in corporalibus: *l. ait Prætor, ff. quibus ex causis majores.*

Quartò obstat textus in *l. omnes, Cod. de præscriptionibus*, ubi debitor adversus creditorem actionem personalem præscribit, & tamen nihil possidet, cum adhuc pecunia non soluta in dominio debitoris remaneat, ac per consequens præscriptio illa fundari nequit super possessione debitoris, sed tantum super negligentia ipsius creditoris. Sed in hac difficultate, omissa Connani interpretatione *ubi suprà, c.* 11. verissimè est dicendum, quod in specie proposita est aliquid quod possessionis loco habeatur, ut præscriptio locum habeat, siquidem debitor possidere videtur libertatem ipsam: & quamvis pecunia credita, & non soluta, verè non fuerit creditoris, cū adhuc remaneat in dominio debitoris, tamen quia creditori debita fuit & bona debitoris, non computantur nisi deducto ære alieno, *l. fructus*, cum vulgatis, *digest. soluto matrimonio*, justa de causa ejus rei possessio sufficit, ut debitum tacitè à creditore videatur remissum, & à debitore præscriptum, & hæc quoad decidendi rationem sufficiant.

7 Quintò adversus præcipuam nostri textus decisionem dum docet laicos Decimas præscribere non posse ex eo quod decima sit quid spirituale, & à laicis spiritualia possideri nequeant; *d. c. sacrosancta, cap. Massana, de electione*, obstabit dicere, hanc rationem, neque ex parte rei, nec ex parte personæ sufficientem esse: ex parte rei quia decimæ spirituales non videntur, siquidem quemadmodum temporalia locari possunt, *cap. vestra, de locato, c. fin. ne Prælati vices suas: extravag. Ambitiose, de rebus Ecclesiæ*: Ex parte personæ, quia laici non videntur incapaces circa spiritualia jura, & bona possint beneficia acceptare, *capit. 1. de procuratoribus, li.* 6. Sacramentum Baptismi administrare, *cap. mulier, cap. necessitate, de consecratione, distinctione* 4. Confessiones audire, *c. quem pœniteat, versicul. Tanta, de Pœnitentia, distinct.* 1. possunt etiam de causa excommunicationis cognoscere; *cap. decernimus de sententia excommunicationis, l.* 6. Sed hæc omnia distinctione adhibita ad concordiam reduci possunt: videlicet, quia aut agitur materialiter, aut essentialiter: materialiter, laici Ecclesiastica tractare possunt veluti beneficia alterius nomine acceptare, procurare, patrocinari, & ita obtinet textus in *dict. c. 1. de procuratoribus, lib.* 6. non essentialiter, ut in *textu nostro*. Neque obstabit dicere posse baptizare: quia id admittitur propter imminentem necessitatem, ne infans periculum animæ patiatur. Idemque dicendum est in Confessione: nam licet utile sit in defectum Sacerdotis propter contritionem, & humilitatem, laico confiteri; tamen non exinde sequitur spiritualia tractare posse, cū non possit à peccatis absolvere, propter defectum potestatis Clavium. Nec etiam de excommunicatione de jure sed de facto tantum cognoscunt, notat Cov. *in c. Alma mater, 1. p.* §. 1. *n.* 9.

8 Sextò obstabit dicere, quod jus patronatus est quid spirituale, *cap.* 3. *de judiciis*, & tamen laicus jus patronatus possidere, & obtinere valet, *cap.* 1. *&* 2. cum aliis, *de jure patronatus*. Sed nodum hunc ex eo dissolvere poteris: quia in speciali ratione procedit in jure patronatus, quod ex gratia, & permissione Pontificis laicis fuit concessum, ut invitarentur ad construendas, & dotandas Ecclesias, ut suprà diximus in *dict. c. quanto*: & an à laicis præscribi possit? videndus est Cou. *in regula. poss. 2. p.* §. 10. *n.* 2. Fach. *l.* 8. *contr. c.* 24.

Neque prædictis obstabit dicere, quod præscriptio, & privilegium æquiparantur, *cap.* 1. §. *fin. de præscriptionibus, l.* 6. *l. hoc jure*, §. *duobus aquæ. ff. de aqua quotidiana, & æstiva* ac ideo id, quod privilegio fieri potest etiam præscriptione fieri, *cap. duo simul, de officio Ordinarii, c. cum contingat, de foro competenti*, sed laici privilegio, vel concessione possunt decimas obtinere, *capit. quamvis de decimis, cap.* 2. *eodem titul. li.* 6. *capit. cum Apostolicæ, Granna in Decret.* de *his, quæ fiunt à Prælatis*: ergo & præscribere poterūt quamvis non possint eas in alium transferre, *cap. prohibemus, cap. tua*, §. *fin. de decimis*. Sed hæc difficultas auferetur ex eo; quod tum demum valet argumentum de privilegio ad præscriptionem, cum rei, & personæ capacitas ineſt; secus verò cessat, ut in præsenti, cum laicus sit incapax quoad decimarum adquisitionem, & præscriptionem, cum eas possidere non possit, ex rationibus, & juribus *suprà* adductis, Cou. *l.* 1. *variarum, c.* 10. *n.* 4.

Septimò obstat textus *in cap.* 2. *de locato*, ubi laicus 9
jure locationis potest decimas percipere. Cujus difficultas adhibita distinctione tollitur: nam aut loquimur de jure seu titulo percipendi decimas, vel de ipsis decimis, quatenus fructus temporales sunt, & pretio æstimari possunt: nam jus percipiendi spirituale, & inæstimabile est, juxta textum *in cap fin. de rerum permutatione*, meritò in laicis non consistit: at verò titulo conductionis, seu locationis poterit laicus decimas ipsas exigere, cum tunc eas non percipiat jure spirituali, sed temporali tantum, ratione contractus, cum decimarum fructus æstimabiles sint, ideo uti res temporales poterunt à laicis percipi: & ita obtinet textus in *dicto cap. à* 2. *de locato*: Et an Episcopus sine Pontificis auctoritate, possit decimas in perpetuum, in feudum concedere, juxta interpretationem textus in *cap. prohibemus. de decimis*; videndus est Covar. *li.* 1. *variarum, c.* 17. *n.* 5. Rebuff. *in tractatu de decimis, quæstion.* 10. *n.* 2. *cum sequentibus*, & plura refert Balb. *in præsenti, à numer.* 19. *usque ad* 30.

Ad textum in capit. Illud 8. hoc titul.

SUMMARIUM.

1 *Possessio continuata in præscriptione desideratur, alias si interrumpitur, cessat præscriptio.*

2 *Usucapio nihil aliud est quam* captio, *seu* adquisitio per usum, *id est, per possessionem continuatam.*

3 *Creditor licet pignus justè possideat, non tamen præscribit, cum non suo, sed debitoris nomine possideat.*

Illustratur text. in l. si pignore, ff. de usuc.

4 *Interpretatur tex.* in l. rerum 30. §. Labeo, ff. de usuc. *cum* l. eum qui ædes, ff. de usuc.

5 *Expenditur tex. in* l. si ædes 23. §. libertas, versic. Si autem, ff. de servit.

6 *Possessio, quæ justo aliquo impedimento interrupta est, non propriè interrumpitur, sed tantum quievit, quo cessante continuatur possessio, & præscriptio procedit.*

7 *Expenditur tex. in* l. si is qui pro emptore, ver. Quod si servus, ff. de usuc.

8 *Exponitur tex. in* l. si me in vacuam 34. §. si. vers. Servum quoque, ff. de adquir. poss.

10 *Usucapio à testatore cœpta in hæreditate* jacente continuatur.

Interpretatur tex. in l. 2. §. si. ff. pro emptore, l. quia servo 16. ff. de obl. & act. *cum* l. si id, ff. pro derelicto.

11 *Excipiens de interruptione contra allegantem præscriptionem, tenetur probare interruptionem: qua probata adeo extinguitur præscriptio, ut non videatur fateri præscriptionem illam.*

CONCLUSIO.

I *N præscriptione possessio continuata desideratur: alias si interrumpitur, præscriptio cessat.* De prima nostri textus parte latè à nobis est actum in *capit. de Quarta, hoc titulo*; meritò nunc agendum est de possessionis interruptione, comprobaturque conclusio ex textu *in cap. sine possessione, de regul. juris li.* 6. *usucapio* 3. *l. naturaliter,*

l. qui pro emptore, l. nunquam, §. 1. *ff. de usucapionibus, l. 2. C. de præscriptione longi temporis, l. si id quod, in fine. ff. de acquirendo rerum dominio, l. 29. tit. 29. part. 3.* exornant ultra Ordinarios *in dict. cap. sine possessione*, Corrasius *li. 6. miscellanearum, cap.* 10. Fornerius *li. 2. selectarum, cap.* 17. Cujac. *in l. usucapio 3. ff. de usucapionibus*: Connanus *li. 3. cap.* 14. Donel. *li. 5. comment. cap.* 21. Osuald. *ibidem littera B. & C.* Duarenus *ad tract. de usucapionibus, cap.* 7. Covarruv. *in dicta regula, possessor, 2. part.* §. 12. *per totum.* Ant. Fab. *in Juris prudentia, li. 1. tit.* 11. *c.* 8. *illatione* 28. Ant. Pichard. *in* §. *si ad exhibendum instit. de officio judicis, num.* 3. *&* 8. cum traditis à Doctore Valentia *illustr. tract. tract. 2. cap.* 16. *cum seqq.*

2 Ratio est: quia ipsa interruptio possessionis est contra naturam, & substantiam præscriptionis, *dicto capit. sine possessione*, siquidem usucapio nihil aliud est, quàm *captio*, seu *adquisitio per usum*, id est per possessionem continuatam juxta textum *in dict. l. 1. ff. de adquirenda possessione.*

3 Primò obstat textus *in l. si pignore, & de usucapionibus*, ubi debitor, qui cœpit rem possidere; si eam creditori pignori dedit, quamvis jam eam non possideat, poterit præscriptionem adimplere. Cujus textus difficultas ex eo dissolvitur: quia licèt creditor justè possideat; non tamen possidet suo nomine, sed debitoris, & præscriptio à creditore ipso fieri non potest, cùm ad ipsius valorem desideretur, ut nomine proprio res possideatur, *l. 1. ff. pro suo*, & ideo cum apud debitorem adhuc possessio remaneat cum animo suo, & creditoris corpore possidere dicatur, *l. cum & sortis, ff. de pignoratitia actione, l. servi nomine. ff. de usucapionibus*, justa de causa debitor qui rem creditori in pignus dedit præscribere poterit, D. Valentia *illustrium tract. tract. 2. c. 1. n. 9.*

4 Secundò obstat tex. *in l. rerum* 30. §. *Labeo, ff. de usucap.* ubi is qui cœpit columnas usucapere, & pendente usucapione, eas in ædificium contulit, etiamsi decem dies ad implendam usucapionem supereressent eas usucapere poterit. Quod dubium diluitur, si dixeris, quod in *d.* §. *Labeo*, nunquam fuit interrupta possessio, si quidem is, qui cœpit columnas per se simpliciter possidere, postea etiam eas cum universitate in domum inferendo, & conjungendo, eas possidet, ac ideo præscribit; notat Osual. ad Don. *li. 4. comment. c.* 12. *littera E.*

Nec solutioni obstat tex. *in l. eum qui ædes* 23. *ff. de usucapionibus*, ubi is, qui ædes mercatus est, tantum ædes ipsas, non verò singulas earum res possidere intelligitur: Nam omissa Accursii interpretatione *in d. l. rerum* 30. verissimè est dicendum, quod textus *d. l. cum qui ædes*, procedit, quando quis bona fide domum emit, quo in casu, etsi possit usucapere domum ipsam, & solum ubi ædes fundata est; tamen lapides, & alias res, ex quibus constructæ sunt ædes, non usucapit; cum re vera qui ædes possidet, singulas ejus res non possideat: nã cum animus possidendi tantum sit in universali æde, justa de causa diruto ædificio poterit dominus lapides ipsos vindicare: at verò tex. *in d.* §. *Labeo*, non procedit, quando universaliter columnæ possideri cœperunt, sed particulariter; meritò etsi postea eas ædibus suis conjunxerit, usucapio non interrumpitur, cum prima particularis possessio universaliter continuetur: & ideo per injunctionem in ædibus non interrumpitur possessio, rationem differentiæ refert Connanus *li. 3. comment. cap.* 14. Osuald. ad Donellum, *li. 5. comment. cap.* 21. *lit. E.* & de interpretatione ad tex. *in l. servus* 14. §. *fin. ff. de statu liberis*, videndus est Donellus *d. l. 5. comment. c.* 21.

5 Tertiò obstat tex. *in l. si ædes* 32. §. *libertas, versic. Is autem. ff. de servitutibus urbanorum*, ubi libertatis possessio etiam si naturaliter sit interrupta, præscribi potest. Cui dubio communiter dici solet, quod possessione semel cœpta si est interrupta, neque jure Canonico, neque Civili ab eodem, à quo interruptio processit, præscriptio perfici potest. Nec contrarium probat textus *in dict.* §. *libertas, versic. Is autem*, siquidem Julianus postquam proposuit cœptam libertatis præscriptionem, & ab eodem interruptam, statim prosequitur, asserit, quod si successor illius à quo interrupta est possessio cœpit easdem ædes possidere, poterit statuto tempore libertatem usucapere; uti bene animadvertit Anton. Fab. *in Rationali ad eundem textum.*

Quartò obstat text. *in c. ex transmissa, c. auditis, hoc tit.* 6 *cap. 1. actione* 16. *q.* 3. in quibus juribus cavetur, quod etiamsi possessio interrupta sit, præscriptio adimpleri potest. Sed hæc jura, & similia procedunt, quando possessio, justo aliquo juris impedimento interrupta est; quo in tempore non interrumpitur possessio, sed tantum quiescit; quo cessante continuatur possessio, & præscriptio, & sic jura prædicta procedunt in quiescente possessione, non verò in interrupta, ubi diversa extat ratio.

Neque obstabit dicere, nihil commune habere proprietatem cum possessione *l. naturaliter*, §. *nihil commune, ff. de adquirenda possessione*; ac per consequens etiam si interrupta sit possessio, proprietas non potest interrumpi: arg. tex. *in cap. auditis hoc tit.* Quia respondetur, quod quamvis possessio cum proprietate nihil commune habeat: nihilominus tamen illa possessionis interruptio adquisitioni proprietatis nocet, siquidem continuatio possessionis est de essentia, & substantia præscriptionis proprietatis; notat Azeved. *in l. 7. tit. 15. lib. 4. compilat. n. 3. cum seqq.* Castillo *inl.* 65. *Tauri.*

Quintò obstat tex. *in l. si is qui pro emptore* 15. *ff. de* 7 *usucap.* ubi in vers. *Quod si servus*, constat, quod si quis ab hostibus sit captus, & apud illos decesserit, usucapio non interrumpitur, imò hæredibus prodest, dummodo ejus servus ex causa peculiari rem ipsam emerit, & possideat. Agetur difficultas ex eo, quod textus ille in 1. *part.* asserit, possessionem per servum adquisitam post captivitatem non prodesse domino, nec fictione *postliminii*, neque *legis Corneliæ*. Sed hujus textus difficultas ex eo diluitur: quia in 1. *part.* loquitur de rebus adquisitis extra causam peculiarem, quarum possessio adeò per captivitatem interrumpitur, ut neque *postliminii*, neq; *legis Corneliæ* auxilio successores uti possint: secus verò si possessio, & servi adquisitio sit de re peculiari: nam tunc sive ante, sive post captivitatem res sit adquisita, nunquam interrumpitur, sed successoribus prodest; & ita est interpretandus textus in d. vers. *Quod si servus* Diversitatis rationem reddit. *Paulus*: nam in adquisitis extra peculiarem causam, non debuit postliminio reversus plus juris habere in his quæ servus ejus possidebat, quàm in illis, quæ ipse possidere cœperat ante captivitatẽ: nã si in illis non prodest possessio ad usucapionem, cum per captivitatem naturaliter sit interrupta, ita neque in his à servo extra causam peculiarem possessori hæredibus prodesse potest; ne videantur plus juris hæredes habere quã defunctus habuit, *l. nemo plus. ff. de reg. juris*; quæ omnia cessãt in adquisitis à servo ex peculiari causa: nã in illis speciali, & singulari jure receptum est, ut servus ex peculiari causa possit usucapionem incipere, *l. justo* 44. §. *nondum, ff. de usucap. l. penult. ff. de captiv. &c.* Quemadmodum etiam admittitur, ut hæreditas jacẽs possit usucapionẽ adimplere; & ita similiter in causa peculiari favorabiliter est receptum, ut dñs possit per servum rem illam corpore, & animo possidere; siquidẽ ex peculiari causa, plura contra statam juris rationẽ admittuntur, *l. 3.* §. *Saltus, l. pereg.* 44. §. *quæsitũ, ff. de adquirenda possessione* notat D. Valentia *illustr. qu. tr. 3. c. 10. &* 11. D. Balb. *in cõment. ad hunc tex. à n.* 26. Ant. Fab. *in Juris prudentia, tit.* 11. *principio 4. illatione* 28. Cujac. *ad tit. de usucap. in d. l. si quis pro emptore*, Connanus *l. 3. c.* 10.

Sextò prædictis obstat tex. *in l. si me invacuam* 3. §. & 8 *fin. ff. de adquirenda possessione*; in illis verbis: *Servum quoque meum ignoranti mihi adquirere possessionem, &c.* Ex quibus verbis constat generaliter dominium per servum, etiam eo ignorante, extra causam peculiarem posse possessionem adquirere. Sed hujus textus difficultas ex eo aufertur: quia *in d. vers. supplendum est* verbum illud, *ex causa peculiari*: uti similiter est interpretandus tex. *in l. quod servus* 24. *de adquirenda possessione*, & text. *in l. nunquam* 31. §. *si servum, de usucapionib.* D. Valentia *dict.*

dict. tract. 3. c. 11. n. 18. D. Balboa *in præsenti, à n.* 54.

9 Septimò obstat tex. in *l. cæptam, digest. de usucapion.* ubi constat, quod usucapio à testatore cœpta in hæreditate jacente continuatur, & tamen ex nostri textus decisione naturaliter interrumpitur usucapio, cum quis desinit possidere; quæ naturalis interruptio verè demonstratur in morte usucapientis, cum præscriptionem possessio animi, & facti desideretur, & utrumque morte cessat; animus, cum in voluntate constet, & voluntas morte extinguatur, *l. 4. digest. locati, cap. fin. de precario*, similiter factum cessat, cum non possit dici quod hæreditas jacens, sit persona possidens, *l. fin. digest. de crimine expilatæ hæreditatis, l. 5. paragrapho, cessatum, digest. ut in possession. legat.* Quæ difficultas ex eo diluitur: quia utilitatis causa, & jure singulari contra juris regulas receptum est, quod cœpta à defuncto usucapio, etiam per hæreditatem jacentem continuetur, præcipuè cum in hæreditate jacente qualis qualis possessio rerum hæreditariarum esse dicatur, juxta tex. *in l. gerit, digest. de adquir. hæred.* quæ qualis qualis possessio morte possessoris non interrumpitur, sed utilitatis causa in hæreditate jacente continuatur; & cum singulari jure hoc sit receptum, non debet trahi ad consequentias: argum. tex. *in l. 2. digest. de usucap. pro donato, l. quod vero* 14. *digest. de legib.* notat Corras. *lib. 6. miscellanearum, cap.* 12. *num.* 2. D. Valenc. *ubi supra capit.* 11. *numer.* 12. *libro tertio, variarum, cap.* 16. *numero septimo*, Menoch. *de recuperanda: remedio* 1. *num.* 44. Alciat. *lib.* 1. *parergon, cap.* 1.

10 Octavò obstat textus in *l. 2. paragrapho fin. digest. pro emptore*, ex quo constat, usucapionem per litis contestationem non interrumpi: & tamen verum est, quod usucapio non solum interrumpitur per naturalem possessionis interruptionem, verum etiam per civilem, hoc est, per litis contestationem: *l. nemo: Codic. de adquirenda possessione, l.* 1. *&* 2. *Codic. de præscripione longi temporis.* Sed hujus dubii facilis erit solutio, si dixeris textum in *dicto paragrapho fin.* qui de possessore, cum quo de proprietate lis jam fuerat contestata: & ideo si inter litis moras tempus usucapionis adimpleatur; poterit usucapionem perficere, si victor in proprietate fuerit condemnatus, etiam si tempore sententiæ usucapionis tempus adimpleatur, non poterit usucapere; juxta textum in *dicta leg. nemo, Codic. de adquirenda possessione, leg. nec bona* 10. *Codic. de præscriptione longi temporis*, notat Cujacius *in dict. l. 2. §. fi. ff. pro emptore*, & in *l. naturaliter. ff. de usucapionibus*: Donellus *l. 5. com c.* 21. *vers. Civiliter.*

Neque obstabit dicere, quod non solum interrumpitur possessio cum naturaliter amittitur, sed etiam superveniente mala fide per litis contestationem, per quam cognoscitur, rem esse alienam, *l. item veniunt. paragrapho, petitam. l. sed si lege, paragrapho, si ante, digest. de petitione hæreditatis*: Quia respondetur, quod per litis contestationem non datur vera mala fides, siquidem à se ipso non proveniat; sed tantum ficta cum ab alio derivetur, asserente possessorem injustè possidere: & ideo possessio ex illa ficta mala fide non interrumpitur nisi possessor sit victus, & ideo continuatur usque ad finem litis; siquidem de jure Cæsareo sufficiat à principio bonam fidem interveniisse, *l. unica, Codic. de usucapione transformanda*, Anton. Pichard. *in §. si quis à non domino, Institut. de rerum divisione*: Donell. *lib. 4. commentar. capit.* 24. *& lib. 9. capit.* 21. Cujacius *lib.* 1. *observat. capit.* 21. Videndus est etiam textus difficilis in *leg. qui à servo* 16. *ff. de obligationibus, & actionibus*, cum *l. si id digest. pro derelicto*: & an is, qui possessionem ex alieno facto naturaliter amisit, aliis noceat, necne, pro interpretatione textus *in l. naturaliter, ff. de usucapionibus, versicul. Quo casu*, videndus est Donel. *dict. lib. 5. commentar. cap. 21. versicul: Sed interrumpetur*; Osuald. *ibidem, littera* D. Cujac. *in dict. l. naturaliter, digest. de usucap.*

11 Nonò adversus *textum nostrum*, dum docet, quod excipiens de interruptione contra allegantem præscriptionem, tenetur etiam probare interruptionem, qua probata, adeo extinguitur præscriptio, ut non videatur fateri præscriptionem ipsam; obstabit textus in *capit.* 2. *de confessis, cap. per inquisitionem, de electione, cap. præterea* 2. *de transactionibus*, in quibus juribus constat, quod is qui allegat interruptionem, videtur fateri præscriptionem ipsam. Cui dubio dicendum est, quod in præsenti, excipiens de interruptione non videtur præscriptionem fateri; cum aliàs actor ab onere probandi præscriptionem ipsam relevaretur, *d. c. præterea de transactionibus*: & de solutione ad textum in *cap.* 2. *de confessis*, cum similibus *suprà* adductis, latè diximus in *capite, cum venerabilis* 6. *de exceptionibus.*

Ad textum in capit. Ex transmissa 10. hoc titul.

SUMMARIUM.

1 *Præscriptio nec hostilitatis tempore nec contra impeditos currit.*

2 *Impedito nulla negligentia, vel culpa imputari potest.*

3 *Impedimentum facti non impedit præscriptionis continuationem, secus si juris sit.*
Expenditur textus in l. Atilicinus, digest. de servitut. urban.

4 *Interpretatur tex.* in l. si quis ex fundi 13. ff. quemadmodum servit. amit.

5 *Illustratur tex. in* l. Papinianus 29. ff. de minoribus, *cum* l. etsi per pretium 26. §. 14. ff. quibus ex causis major.

6 *Exponitur tex.* in l. fi. C. in quib. caus. in integrum restitutio non est necessaria.

7 *Expenditur tex. in l.* Æmilius 39. ff. de minorib.

8 *Expenditur tex.* in l. si intra, Codic. de non num. pecun.

9 *Illustratur textus* in l. auxilium 38. in princip. digest. de minorib. *quid olim, & hodie in præscriptione legati contra minorem observetur? remissivè discutitur.*

10 *Illustratur tex.* in l. sicut minorem, C. de præscriptionibus 30. vel 40. annor.

11 *Interpretatur textus* in l. etiam ei 45. digest. de minorib.

12 *Explicatur tex. in* lib. 1. Codic. de in integrum restitut.

CONCLUSIO.

1 *TEmpore hostilitatis, & contra legitimè impeditos non currit præscriptio.* Consonat tex. in *cap. cum nobis* 14. *capit. auditis.* 15. *capit. illud* cum aliis, *hoc titul. cap. prima actione* 16. *quæstion.* 3. *cap. cum sit Romana, de appellation. l. retro, l. in bello*, §. *facti. digest. de captivis, l.* 1. §. *fin. Codic. de annali exceptione, l. ut perfectius, Codic. de bonis maternis: authent. nisi tricennale, Codic. eodem tit. l. etsi per Prætorem* 26. *digest. ex quibus causis majores, l.* 28. *titul.* 29. *part.* 3. Exornant Mascard. *de probation. conclus.* 7. *à num.* 11. *& conclus.* 116. *n.* 1. Rebuf. *in tractatu de pacificis possessoribus, fol.* 66. *versicul. Hostilitatis.* Menoch. *consil.* 25. Molina *de just. & jur. tom.* 1. *tractat.* 2. *disputat.* 78. Balbus *de præscriptionibus* 6. *part principalis* 2 *part. in principio, numer.* 6. Osuald. ad Donellum, plures referens, *lib.* 21. *commentar. capit.* —. *littera K. & L.* & in *eodem libro, capite nono, litera E. & F.*

2 Ratio est, quia injussum videtur, ut impeditis imputetur culpa, siquidem id quod vellent propter impedimentum juris adimplere non possunt, juxta textum

in l.1.§.fin.C.de annali exceptione; & cũ hoſtilitatis tempore id contingat, juſta de cauſa talis impedimenti tẽpore ſuſpenditur præſcriptio; quo ſublato, iterum continuatur: quemadmodum etiam quis impeditus dicitur tempore tyrannidis, aut peſtis: nam argumentum valet de bello ad peſtem; cùm peſtis *divinum bellum* appelletur, notat Gloſ. *in cap. prima actione*, 16.*q.*3. Gloſ. *in cap. ſi verò. de jurejurando*; eademque ratione præſcriptio nõ currit contra pupillum indefenſum, juxta text. *in l. ſicut C.de præſcriptione* 30.*vel* 40.*annorum*; neque contra Eccleſiam vacantem & Paſtore viduatam, *cap.* 1. *hoc tit. c. cum vobis*, *cap. auditis*, *eodem*: nam cum præſcriptio introducta ſit propter negligentiam veri domini, & nulla negligentia, vel culpa imputari poſſit impedito, juſta de cauſa præſcriptio contra eum qui propter hoſtilitatis impedimentum impeditus reputatur, non currit, *d.l.*1.§. *fin.C.de annali exceptione*, *dict. cap. prima actione*; ſed ut illud juris impedimentum conſtat, aliquando evidentiſſima probatio deſideratur, juxta text. *in l. qui commeatus, in princip. ff. de re militari*, *dict. cap. cum ſit Romana, verſ. Evidenter*; *l. fin.* §. *illud, verſ. Evidentiſſimis probationib. C.de temporalibus appellationum.* Aliquando verò partis juramentum ſufficit, juxta text. *in cap. quia propter*, §. *illud de electione*, *cap.* 1.22.*q.*1. & ideo arbitraria eſt, & prudentis Judicis arbitrio relinquitur; ita ut attenta circumſtantia materiæ, loci, & perſonæ, id proſpiciat notat Menoch. *de arbitrariis*, *caſu* 118. *numero tertio* Maſcardus *de probation. tomo ſecundo*, *concluſione* 885. *numero decimo ſeptimo.*

3 Primò obſtat text. *in l. Attilicinius*, *ff. de ſervitutibus urbanorum*, ubi præſcriptio ſemel cœpta non requieſcit, ſeu ſuſpenditur, immo potius nullo obſtante impedimento continuatur. Cui dubio dicendum eſt, quod in ſpecie illius *textus* agitur de impedimento facti quod non ſufficit, ut præſcriptio non continuetur; ſed continuatur, licet poſtea reſtitutio competat, *l. unius ex ſociis*, §. *fin. ff. de ſervitutibus ruſticorum*: at verò textus noſter procedit in impedimento juris quod impedit ne præſcriptio currat, juxta tex. *in l. fin. C. de annali exceptione*, *l.*5.§. *donec*, *C. de jure deliberandi*, *l. in rebus*, *C. de jure dotium*. *cap. fin. de electione l.* 6. *cap. quia diverſitatem*, *de conceſſione præbendæ* notat Balb. *de præſcipt.* 1. *part.* 6. *par. caſu* 22.

4 Neque obſtabit dicere, quod impedimentum hoſtilitatis ex facto provenit, ac ideo facti eſſe, & ſic nec per eum præſcriptionem ſuſpendi debere, licet poſtea reſtitutio competat, ex *d.l. unus* §. *fi.* Quia dicendũ eſt, quod licet impedimẽtũ hoſtilitatis ex facto proveniat, & facti ſit & regulariter ex impedimẽto facti reſtitutio detur: ea tamẽ reſtitutio nõ eſt neceſſaria in impedimẽto hoſtilitatis, licet facti ſit; cum ipſo jure durante bello, quieſcat præſcriptio, ſiquidem eo durante jus reddi nõ poſſit, cùm cenſeãtur feriæ repentinæ, juxta textum *in l. ſed etſi*, §. *feriæ. ff. ex quibus cauſis majores.* Et ex his conſtat duo eſſe impedimenta: videlicet primum hoſtilitatis, quod facti eſt; poſterius feriarum repentinarum, quod eſt juris; propter hæc duo vincula non currit præſcriptio, licet ex illo impedimento facti regulariter currat, & reſtitutionis beneficium competat; ſed in impedimento captivitatis omne reſtitutionis remedium ceſſat, & etiam relatum *in l. poſtliminium*, cum vulgatis, *ff. de captivis*, *& poſtliminio reverſis*; ſi quidem remedium noſtri *text.* pinguius fit ex eo, quod non currat præſcriptio adverſus captivos impeditos; & cum captivus interim nihil amittat, remedium illud ceſſat, *l. in bello*, §. *facti retro*, *ff. de captivis.*

5 Secundò obſtat textus *in leg. ſi quis ex fundo, decimo tertio Digeſt. quemadmodum ſervitutes amittantur*, ubi ſi quis ex fundo, cui viam vicinus debebat, locum proximum fundo ſervienti vendidiſſet, neque illum intra legitimum tempus, quo ſervitutes pereunt poſtea adquiſiviſſet, ſervitus temporis præſcriptione amittatur; & tamen verum eſt, eum impeditum eſſe ad utendum ſervitute, ſiquidem per alienum fundum ſervitus non conceditur, niſi fundi dominus eam imponeret. Cujus textus difficultati eſt veriſſimè dicendum, quod etſi verum ſit non utentem ſervitute poſtquam locum proximum alienavit, legitimè impeditum eſſe: tamen non obſtante impedimento, præſcriptio eo in cenſu currit, ex eo, quia ipſe in culpa fuit, cùm poterat tempore alienationis ſervitutem imponere, quam non impoſuit, ut conſtat ex *tex.* ibi: *Non impoſita ſervitute*; ac ideò ſibimet imputare debet, cur ſervitutem non impoſuit, & ſic non adquiſito fundo intra legitimum tempus ſervitus amittitur, quæ eſt vera *Marcelli* ſententia in illa ſpecie, de qua videndus eſt Fab. *in ration. ibid.* 8

Tertiò obſtat text. *in l. Papinianus* 29. *ff. de minorib.* ubi ſi minor læſus in exilium fuerit relegatus, & quamvis quandiu in exilio extitit, non potuerit adire Prætorem, ſi annale antiquum tempus ad poſtulandam reſtitutionem fuerit tranſactum, adeo adverſus eum præſcriptio illa procedit, ut ei nulla competat reſtitutio; neque tempus prorogetur. Sed huic difficultati ſit ſatis ex eo, quod ideo ibi annus utilis juris antiqui non prorogatur: quia relegatus, licet abſit, tamen quoad jus petendæ reſtitutionis pro præſenti habetur cum procuratorem in civitate relinquere potuerit per quem poſſet reſtitutionem poſtulare; ſiquidem relegatus non amittit libertatem, nec rerum ſuarum adminiſtrationem; & ideò cum tempus petendæ reſtitutionis fuerit tranſactum, ei denegatur petitio: quæ interpretatio deducitur ex verbis ejuſdem *tex.* ibi: *Cum potuit adire Prætorem per procuratorem, &c.* Neque ſolutioni obſtat textus *in l. & ſi per Prætorem*, 26.§. 1. *ff. quibus ex cauſis majores*, ubi in eadem ſpecie, delegato, etiamſi poſſet procuratorem relinquere, ſubvenitur. Quia ibi ex alia cauſa reſtituitur videlicet ſi idoneus, vel ſecurus procurator inveniri non poſſit, notat Ant. Fab. *in rationali*, *in dictis juribus.* 9

Quartò adverſus ea, quæ communiter in præſenti notant DD. omnes: videlicet præſcriptionem, & uſucapionem contra minores non ſuſpendi, etſi beneficium reſtitutionis eis competat, juxta text. *in l. etiam ei* 45. *digeſt. de minor. l. unica*, *C. ſi adverſus uſucapionem*, obſtabit tex. *in l. fi. C. in quib. cauſis in integrum reſtit. non eſt neceſſaria*: ubi cõſtat præſcriptionẽ adverſus minores nõ currere. Quod dubium ut diluamus, diſcrimen eſt conſtituendum inter præſcriptionem cum defuncto prædeceſſore minoris jam cœptam, vel inter præſcriptionem contra ipſummet minorem nondum ab ejus anteceſſore minoris cœptam: nam in primo caſu, reſtitutio deſideratur, & ita obtinent jura in principio hujus dubii adducta: ſi verò præſcriptio ſolummodo contra ipſum minorem procedat, ſi in ejus vita cœpta eſt in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria; & ita obtinet text. *in d.l. fi. C. in quib. cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria.* notat, Gloſſa fin. *ibid. verbo: Currere.* 6

Quintò ſolutioni obſtat tex. *in l. Æmilius* 39. *digeſt.* 7 *de minoribus*, ubi in eadem ſpecie, cum cœpit præſcriptio à defuncto, & à minore completa fuit ea non obſtante, in prima ejus tex. parte ex Pauli ſententia minori denegatur reſtitutio. Sed in hac difficultate diſtinctio eſt adhibenda inter præſcriptionem legalem & conventionalem: nam in legali cum à defuncto eſt cœpta, & à minore completa competit reſtitutio: ſecus verò in conventionali: nam tunc etiamſi cum defuncto ſit cœpta, non competit reſtitutio; & ita communiter aſſerunt obtinere tex. *in d.l. Æmilius* 39. *in princip. digeſt. de minorib.* hac tamen diſtinctione omiſſa, verius dicendum eſt, quod *Pauli* ſententia *in prima illius textus parte*, nihil obſtat *Antonini* decreto relato *in ſecunda illius textus parte*: nam etſi ex contractu legis commiſſoriæ à defuncto celebrato, tempus cum hærede minore conventum, eſſet completũ, ex ſtricto juris rigore, & ex rationibus ſuprà adductis reſtitutio deneganda eſſet: tamen *Antoninus Imperator* non impugnavit *Pauli* ſententiam, cum affirmet bene ab eo eſſe judicatum, ut conſtat ex illis verbis: *Putabam bene judicatum, &c.* ſed cum plurimæ circumſtantiæ apud *Paulum* omiſſæ fuiſſent & apud *Antoninum* propoſitæ, videlicet tutores pupillæ

pillæ suspectos fuisse, & alia plurima relata à Duar. *ad titulum Codic. est adversus venditionem, folio mihi.....* meritò ex æquitate, etsi singula illa non prodessent, multa tamen collecta juvabant; atque ideo contra vulgarem regulam *suprà* adductam, in illa præscriptione conventionali, in *secunda illius textus parte* restitutio competit; notat Ant. Faber 1. *tom. de errorib. decade* 25. *errore* 5. & in *Rationali ad eund. tex.* Oss. ad Don. *l.* 21. *com.* 7. *lit. L.*

8 Sextò solutioni obstat tex. *in l. si intra, Cod. de non numerata pecunia*, ubi minor contra legalem præscriptionem etiam à defuncto cœptam, non restituitur. Cui dubio dicendum est, *text.* illum procedere, quando illud legitimum tempus contra defunctum majorem jam excessit; meritò restitutio cessat; cum nullum cum minore negotium gestum esse dicatur, neque ullo modo sua fragilitate læsus reputetur; & ideo justa de causa denegatur restitutio, cum minoribus tantum permittatur; majoribus verò denegetur, *l.* 1. §. *apparet. ff. de minorib. l. cum mandato* 23. *ff. eod.* Costa *in l. si ex cautione vers. Hoc autem, C. de non numerata pec.*

9 Septimò prædictis obstat tex. *in l. auxilium* 38. *in prin. ff. de minor.* ubi legalis præscriptio adeo contra minorem currit ut neque restitutionis auxilio juvetur. Quam difficultatem dilues, si dixeris, quod olim in præscriptionibus legalis præscriptio cœpisset, & perfecta fuisset ab ipso, & cum ipso pupillo, adeò olim contra minorem efficaciter procedebat, ut postea auxilium restitutionis non competeret; & ita obtinet tex. *in d. l. auxilium* 38. *in pr. ff. de minor. l. si mater, C. ne de statu defunctorum*: alia verò erat legalis præscriptio, quæ etiamsi contra minorem curreret, cursus tamē inefficax erat, cum contra præscriptionem illam restitutio cōpeteret; quod remedium in præscriptione illa hodie jam inutile est, siquidem præscriptio hæc legalis contra minorem non admittitur, *d. l. fin. Cod. in quibus causis in integrum restitutio, &c.* nam de prima altera legali præscriptione nihil est mutatum *in d. l. fin.* sed in suo robore permanet, notat Tiraq. *de retractu, libro primo*, §. 35. *glos.* 4. *n.* 36. Balb. 1. *par. casu* 23. *n.* 36.

10 Octavò obstat tex. *in l. sicut in rem, C. de præscriptione* 30. *vel* 40. *annorum*; ubi contra minorem currit legalis præscriptio, sed restitutio competit. In qua difficultate dicendum est, quod textus ille procedit in longissima 30. vel 40. annorum præscriptione, quam Justinianus *in d. l. fin.* exceperat: notat Glos. *verbo, Servanda, in d. l. sicut*, verbo *si ergo cœperat*: nam in illa longissima præscriptione currit tempus contra minorem deducta pupillari ætate; nam eo in tempore suspenditur juxta textum *in d. l. sicut in rem, C. de præscriptione* 30. *vel* 40. *annorum*, & ideo in ea longissima 30. vel 40. annorum præscriptione, restitutio competit; cessat tamen in longi temporis præscriptione decem, vel 20. annorum. Denegatur autem restitutio in præscriptione conventionali, quando tempus conventionis, & præscriptionis à prædecessore est cœptum; nam tunc absque spe restitutionis procedit adversus minorem præscriptio, ut diximus *in d. l. Æmilius*; neque de ea, ulla mentio fuit habita à Justiniano *in d. l. fin. C. quibus causis in integrum restitutio non sit necessaria.*

11 Nonò solutioni obstat text. *in l. etiam ei* 45. *digest. de minoribus*, dum asserit, posthumum adversus præscriptionem completam, dum in utero est, restitui debere. Sed omissa interpretatione Cujacii *in dicta leg. Æmilius, digest. de Minoribus*, verissimè est dicendum, textum *in dict. l.* 45. procedere, non in præscriptione conventionali; sed in legali, in qua nulla culpa imputari potest ei, qui in utero est; & ideò quamvis præscriptio jacente hæreditate, etiam contra posthumum procedat, tamen posthumus dignus est restitutionis remedio; notat Anton. Faber *in rationali ad eundem textum*, Morla *in emporio tit.* 5. *q.* 5. *n.* 16. & Bartolus *in d. l. etiam* 45. *ff. de minor.*

12 Decimò obstat textus *in l.* 1. *C. de in integrum restitutione minorum*, ubi si minor omiserit quinquennium ad querelam inofficiosi petendam, adeò adversus eum etiam jure novissimo præscriptio currit, ut restitutionis remedium sit necessarium; & tamen verum est, jure novissimo cursum illius temporis nullius momenti esse, adeò ut nec restitutio sit necessaria, juxta tex. *in l.* 2. *& fin. C. in quibus causis in integrum restitutio, &c.* Sed respondetur, quod tex. *in dict. l.* 1. non loquitur de præscriptione, nec de temporis lapsu, sed de renunciatione tacita à minore, quæ reipsa sine verbis fit: veluti si minor quæ querelam intentare poterat intra legitimum tempus eam omisit, & legatum ab hærede accepit: nam eo ipso videtur agnovisse judicium defuncti, ac ideò restitutio ei competit; non tamen ex eo quod transcursus temporis ei noceat, sed ex eo, quod legatum accepit; notat Duaren. *in d. l.* 2. *C. in quibus causis restitutio in integrum &c. in d. l. fin. C. eodem.*

Ad textum in cap. Accedentes 11. cap. Cum non liceat 12. cap. Cum ex officii 16. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Procuratio debita Nuntiis, vel Legatis sedis Apostolicæ, aut Episcopis, vel aliis, visitationis ratione, non præscribitur.*

2 *Procuratio, est jus quoddam expensarum, seu victualium, ob publicam utilitatem Nunciis Apostolicis, aliisque Visitatoribus debitum, & ab Ecclesiis præstandum, quod neutiquam præscribi potest.*

3 *Illustratur tex.* in l. si quisquam 7. ff. de divers. & temp. præscript.

4 *Argumentum valet de præscriptione ad privilegium; sed per privilegium Ecclesia à procuratore liberari potest; non tamen per præscriptionem, & ibi diversitatis ratio refertur.*

5 *Interpretatur tex.* in cap. accedens 11. de præscriptionibus.

Episcopus est caput Ecclesiæ, Canonici verò ejus membra reputantur, & unum Corpus constituunt.

6 *Subditus non potest obedientiam Prælato debitam præscribere; poterit tamen exceptionem præscriptionis opponere, ita ut ab illo Prælato exemptus sit, dum tamen subjectus alteri remaneat.*

CONCLUSIO.

1 *Procuratio debita Nunciis, vel Legatis sedis Apostolicæ, aut Episcopis, vel aliis visitationis ratione, non præscribitur.* Consonat textus *in c. cum non liceat* 12. *dist. c. cùm ex officii, hoc titul. c. cum instantia c. procurationes de censibus, l.* 1. *titul.* 22. *part.* 1. exornant Abbas *consil.* 28. Surdus *de alimentis titul.* 8. *princip.* 18. *n.* 13. Azor. *instit. moralium part.* 2. *li.* 3. *c.* 42. *quæst.* 17. Molina *de justitia & jure, tract.* 2. *disp.* 85. Stephanus Gratian. *discept. Forens. cap.* 57. *n.* 19. Don. *li.* 4. *comment. c.* 3. *& lib.* 5. *c.* 22. Osuald. *ibidem littera* B. & C. Covar. *lib.* 1. *variarum, c.* 9. Gonzales *ad reg.* 8. *C. cancellariæ, glos.* 5. §. 6. *n.* 37. Menoch. *de arbitrar. casu* 44. *num.* 6. & *cons.* 143.

Ratio est, quia procuratio est jus quoddam expensarum præstationis, seu victualium, debitum Nunciis, & Legatis Apostolicis, vel prælatis visitantibus, aut eorum vicem gerentibus: quod jus ab ipsis visitatis debetur ratione officii, vel alia justa causa, *dict. cap. cum instantia, c. procurationis, de censibus*, ideoque præscribi non potest, siquidem Nuncii Apostolici propter publicā utilitatem mittuntur, *d. c. procurationes, c.* 1. *cap. dilectus, de officio Legati cap. valde* 54. *distinctione.* meritò justum est ut Ecclesiæ ad Procurationis solutionem teneantur, cum propter earum favorem, & publicam utilitatem Legati mittantur, & præscriptio nunquam

contra

contra jus publicum admittitur; *l. præscriptio, C. de operibus publicis.*

3 Primò decidendi rationi obstat textus in *l. si quisquam 7. ff. de diversis, & temporalibus præscriptionibus*, ubi jus publicum, hoc est, jus piscandi in flumine publico præscribi potest, & quod publicum jus sit, constat ex §. *flumine, Instit. de rerum divisione, l. 4. & 5. ff. eodem*, Don. *lib. 4. comment. c. 3.* & quod præscribi prohibeatur; constat, ex *l. præscriptio 45. in fin. ff. de usucapionibus.* Sed in hac difficultate, omissis Cujacii, Balduini, & Cumani interpretatione in *dictis juribus*: Pacii *centuria 7. quæstion. 1.* veriorem esse existimo, quam refert Don. *lib. 5. comm. capit. 22.* dum asserit, quod *in dict. l. 7.* non agitur de præscriptione, sed de de occupatione juris & loci publici, qui nunquam fuit desertus, sed semper ab aliquo occupatus piscandi causa; merito alium eodem jure occupationis; non præscriptionis, poterit prohibere uti, non semper, sed quandiu locum publicum occupaverit, & sic verba illa *prohibere potest*, sunt intelligenda non semper, sed aliquando, hoc est, quamdiu ipse occupat *l. in tantum, ff. de rerum divisione.*

4 Verum huic solutioni duo possunt objici, primum refertur ab Osu. *ubi juprà littera C.* videlicet, quod si de occupatione, & non de præscriptione agitur, ad quid possessio plurium annorum desideratur, siquidem occupatio ipsa sufficeret, juxta tex. *in prin. ff. de rerum divisione.* Cui dubio satisfacit, idem Osu. *ibidem*: videlicet *ibi* plures annos, desiderari, non ad usucapionem, sed ad probandum animum occupationis, arg. *legis 12. ff. de testibus.* Alterum dubium erit, ex quo mihi suspecta dicta interpretatio videtur: videlicet, quod cum vulgare juris principium sit, leges intelligendas esse secundum titulum, sub quo sunt collatæ, & prædicta lex sub *tit. de diversis, & temporalibus præscriptionibus*, sit collocata, non de occupatione, sed de præscriptione hoc jus intelligendum videtur. Sed huic dubio dicendum est, quod ibi usucapionem necessariam esse videbatur ad præscribendum piscandi jus; & Consultus respondit, præscriptionem non requiri, sed sufficere occupationem per plures annos: & cum jam pro hac parte aliquid de præscriptione Consultus attingat, rectè sub *prædicto tit.* inscripta dicta lex est.

5 Secundò obstabit dicere, argumentum valere de præscriptione ad privilegium, cum ea possimus per privilegium consequi, quæ per præscriptionem, juxta tex. in *l. hoc jure, §. ductus aquæ ff. de aqua quotidiana, cap. super quibusdam, §. præterea de verbor. signific.* sed per privilegium ab Ecclesiastica procuratione liberari quis potest, juxta nostrũ *tex.* in vers. *Mandamus; d. c. cum instantia de censibus*: ergo & similiter per præscriptionem. Pro qua difficultate dicendum est, quod licet procuratio quæratur per privilegium, per quod Ecclesia Superioris authoritate illius procurationis capax efficitur: tamen per præscriptionem procurationem illam adquirere nequit, cum Ecclesia incapax sit illius præscriptionis, siquidem obedientia, quæ Episcopis debetur, nullo tempore ab Ecclesia auferri potest; neque ab ea liberantur Ecclesiæ: juxta tex. *in cap. non liceat, cap. ex officiis, hoc tit.* Ex qua obedientia resultat visitatio, quæ ab Episcopo fieri debet; & in ejus consequentiam procuratio: ac per consequens cum obedientia, & visitatio non possit præscribi; neque etiam procuratio, cum obedientiæ accessoria sit, juxta tex. in *c. prudentiam. §. fi. de officio Delegati, c. si diligenti, de foro competenti*, notat Abbas *in præsenti. n. 3.* at tamen quotam procurationis jam semel adquisitã, poterit Episcopus remittere, quamvis in totum non possit procurationem omittere, arg. tex. *in c. sopitæ, de censibus.*

6 Tertiò adversus ea, quæ *tex.* noster refert: videlicet quod ordinarii, hoc est Canonici Mediolanensis Ecclesiæ majoris teneantur ad procurationis solutionem, obstabit dicere, quod procuratio, quæ debetur ratione visitationis, ab ipsis Ecclesiis debetur, cum earum respectu præstetur *d. c. procurationes, de censibus*: ergo Ecclesiæ tantum, vel ejus Episcopo, in cujus potestate est, incumbit onus solvendi, arg. tex. in *c. decretum c. regenda 10. q. 2.* ac per consequens non à Canonicis, cum Canonici solum modo videantur habere portionem eis assignatam pro cõgrua *c. fi. §. fi. 12. q. 1.* Sed hujus dubii facilis erit explicatio, si attendamus, quod Canonici, ideo ibi teneantur procurationem solvere, quia quamvis Episcopus tantum sit Caput Ecclesiæ, Canonici tamen sunt membra, & constituunt unum corpus cum ipso Episcopo, juxta text. *in capit. novit, capit. quanto, de iis quæ fiunt à Prælato*: & expressè demonstrat *tex.* noster, dum asserit quod Nuntii Apostolici pro Ecclesiæ utilitate mittuntur, cum hæc utilitates omnes de Ecclesia tangat, mirum non est, quod omnibus procuratio debeatur, ut constat ex *text.* nostro, vers. *Volentes* & Glos. *ibid.*

Quartò obstat tex. *in c. cum olim 2. de privilegiis, c. cum personæ, §. si autem. eod. tit. l. 6.* ubi constat, subditũ posse 7
contra Prælatum obedientiam præscribere: cujus obedientiæ præscriptio à jure etiam improbatur, *in capit. cum non liceat 12. hoc titul.* ergo cum obedientia ipsa præscribi possit, similiter & procuratio, quæ ratione obedientiæ, uti *supra* diximus, præstatur. Pro qua difficultate sciendum est verissimũ esse subditum non posse præscribere obedientiam Prælato debitam, ita ut subjectus non maneat alicui superiori; & ita obtinet text. *in d. c. non liceat*; poterit tamen subditus exemptionem habere, si justè præscripta est, ita ut ab illo Prælato, vel Superiore exemptus sit, dum tamen alteri sit subjectus: itaq; est interpretandus tex. in *d. c. cum olim*, cum similibus adductis: nam quamvis ab isto, vel ab illo, præscriptione, vel privilegio eximatur, non tamen ab obedientia, quæ semper Prælato debetur, præscriptione eximi poterit; notat Gloss. fi. *in d. c. cum non liceat 13. hoc tit.* Abbas *ibid. n. 13.* Innocentius *n. 10.*

Ad tex. in c. Ad Audientiam 13. c. Cum vobis 14. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Centenaria præscriptio currit contra Romanam, nec minor admittitur in rebus ad eam pertinentibus.*
2 *Romana Ecclesia Caput, & Mater omnium appellatur.*
3 *Centenariæ præscriptio, etsi jure antiquo omnibus Ecclesiis competeret; tamen hodie solum in Romana remansit.*
Expenditur tex. in auth. quas actiones, C. de Sacr. Ecclesiis: auth. hæc constitutio: *col. 8. tit. 12.*
4 *Interpretatur tex. in* c. volumus, vers. Si quadraginta annis, 16. q. 4.
5 *Exponitur tex. in* c. 2. de præscript. l. 6.
6 *Tributa Principi debita nec immemorialia præscribuntur; cum in signum subjectionis, & obedientiæ debeantur.*
Illustratur tex. in l. competit 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor.
7 *Expenditur tex. in* l. fi. C. de Sacros. Ecc. vers. Ut inter, *juncto*, vers. Centum annorum.
Interpretatur tex. in Auth. de non alien. reb. Ecc. §. ut autem lex. *vers.* Nec multum.

CONCLUSIO.

CEntenaria præscriptio currit contra Romanam, neque 1
minor admittitur in rebus ad eam spectantibus: Cõprobat tex. *in cap. si diligenti, in fin. hoc titul. cap. ultim. 16. qu. 3. c. 2. hoc tit. li. 6. auth. quas actiones, C. de Sacros. Eccl. Auth. ut Eccles. Romana centum annorum gaudeat præscriptione, colat. 4. l. 26. tit. 29. p. 3.* exornant Balb. *de præscript. 5. p. principali collat. 6.* Covar. *in reg. possessor. 2. p. §. 2. n. 6.* Arias Pinel. *in auth. nisi tricennale, n. 36. Cod. de bonis maternis.* Molin. *li. 2. de primog. c. 6.* Fachin. *l. 8. contr. c. 3.* Cujac. *de diversis tempor. præscrip. cap. 31. & lib. 5. observ. c. 5.*

Ratio

2 Ratio est, quia licet antiquitus quoad præscriptionem omnes Ecclesiæ æquales essent; ita tamen postea mutatum fuit; siquidem quoad cæteras omnes excellsior sit Romana Ecclesia, & Caput, ac Mater omnium appelletur, ideo propter ejus excellentiam, ut diutius ejus res conserventur intactæ, speciali favore fuit decisum, ut non aliter contra eam præscriptio procedat, quàm centenaria: quamvis quoad inferiores, quadragenaria sufficiat.

3 Primò obstat text. in *dict. auth. ut Ecclesia Romana, collat.*4. (ad quem Romani Pontifices videntur respexisse in *d.cap.cum vobis*, vers. *Tam legali*) ex cujus *Authentica* decisione constat, quod non solum hæc centenaria præscriptio necessaria est contra Ecclesiam Romanam, sed etiam contra inferiores, ut patet in vers. *Hoc habeant*, & in vers. *Catholicas Ecclesias, &c.* & in vers. *Habeant hanc legem Catholicis totius Occidentis Ecclesiis profuturam*, quod etiam demonstrat text. *in l. ut inter* 23. *C. ae Sacrosanctis Ecclesiis*, & tandem idem Justinianus *in Authent. hæc constitutio, vers. Quas actiones, collat.*8. *tit.* 12. cujus decisio desumpta est ex text. *in authent. quas actiones, C. de Sacrosanctis Ecclesiis*, idem Justinianus se ipsum expresse corrigens asserit, quod post concessum Ecclesiis omnibus privilegium illud centenariæ præscriptionis experimento cognovit esse Reip. pernicioſum, quare abrogatis suis legibus, generaliter cõtra omnes eam quadragenariam induxit præscriptionem, ut constat *ex Auth. de Ecclesiasticis titulis*, §. *pro temporalibus*. Quæ omnia jura ut ad concordiam reducantur adnotandum est, quod quamvis de jure antiquo centenaria præscriptio omnibus Ecclesiis esset concessa, tamen privilegium illud centenariæ præscriptionis tantùm remansit in Romana Ecclesia, ut constat ex *dict. authent. quas actiones, Cod. de Sacros. Ecclesiis*.

Neque obstat text. *in d. auth. hæc constitutio*, ubi generaliter centenariam præscriptionem venerabilibus locis concessam corrigit, ubi etiam comprehensa videtur Romana Ecclesia. Quia respondendum est, quod ibi tantum generaliter corrigatur privilegium antea concessum inferioribus Ecclesiis, non verò concessum Ecclesiæ Romanæ, cùm Romana Ecclesia sub generali locutione non possit comprehendi; siquidem de ea specialiter Justinianus loqui deberet, argum. tex. *in l. item apud Labeonem*, §. *ait Prætor vers. Ea enim, ff. de injuriis*, notat Glos. *in dict. authent. quas actiones*, Cujac. *lib.*5. *observat. cap.*5. cum traditis à D. Balboa *in præsenti, n.*27. *cum seqq.*

4 Secundò obstat text. in *cap. volumus*, 16. *qu.*4. in illis verbis: *Si quadraginta annis possedisse reperitur, etiamsi quid Romanæ Ecclesiæ competere potuit, nullam deinceps patiaris sustinere calumniam*. Ex quibus constat, quadraginta annorum præscriptionem etiam contra Romanam Ecclesiam fuisse admissam. Quæ difficultas ex eo diluitur: quia *ibi* Monachi præscripserunt per spatium quadraginta annorum jus emphyteuticarium, quod Clericis antea competebat, qui Romanæ Ecclesiæ emphyteuticarii erant; meritò licèt proprietas fundi emphyteuticarii, quæ Romanæ Ecclesiæ erat, non posset præscribi, quàm centum annorum spatio: jus tamen ipsum emphyteuticarium, quod Clericorum antea erat, poterat quadragenario tempore præscribi, argum. text. *in l. si dominus* 71. §. *fin. de legat.*1. cum tantum centenaria præscriptio contra Romanam Ecclesiam admittatur, dum ad eam principaliter jus spectat, ut constat ex *textu nostro* in vers. *Respicientes*.

Neque solutioni obstabit dicere, quod in specie *textus* in *dict. cap. volumus*, tantum agitur de quadam legitima præscriptione simpliciter contra detinentes fundum; non verò contra Ecclesiam, quamvis fundus Romanæ Ecclesiæ esset, ut constat ex ejus originali *in epist.*9. *Divi Gregorii in* 1. *lib. ipsius Registri*: ergo cum adversus particulares præscriptio procedat; non erit necessarium 40. annorum spatium, cùm tantum sufficiat 20. inter absentes, & 10. inter præsentes, ut in *l.* 1. *Cod. de usucapione transformanda*: Nam respondetur, quod præscriptio illa non erat inter privatos Clericos, siquidem Clerici illi erant emphyteuticarii illius Ecclesiæ, ad quam pertinebat, & ita cum præscriptio non esset à privato contra privatum, sed ab Ecclesia contra Ecclesiam, justa de causa quadragenaria præscriptio fuit necessaria: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus ibi: *Sin vero actores Ecclesiæ, &c.* ex quibus constat Ecclesiæ nomine præscriptionem fuisse objectam.

Tertiò obstat text. in *cap.*2. *hoc tit. lib.*6. ubi privatus spatio quadraginta annorum non solum contra Ecclesiam inferiorem, verum etiam contra superiorem matricem Romanam poterit præscribere. Verùm hæc difficultas facile dissolvitur, si dixeris, quod ibi speciali de causa bona hæreticorum præscribuntur ab illis, qui ignorabant defunctum in vita esse hæreticum: nam si Catholici illa bona fide per spatium quadraginta annorum possederint, etiamsi bona illa ad Ecclesiam Romanam pertinerent, præscriptio procedit: nam id specialiter jure Pontificio concessum est hæredibus hæreticorum, propter eorum bonam & sinceram fidem, quæ specialitas deducitur jure novissimo ex verbis illius *textus*, ibi: *Sancimus*; notat Glos. *ibi*, verbo, *Hæretici*, Abbas *dict. cap.*2. *num.*7. Felinus *num.*11. Covar. *in* 4. 2. *part. cap.*6. §.8. *n.*16. 5

Quartò obstat text. in *l. competit* 6. *Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum*, ubi etiamsi res non sit Romanæ Ecclesiæ, sed Principi debita, non sufficit centenaria præscriptio; neque etiam immemorialis. Cujus *textus* difficultas explicata manebit, si attendamus, *text.* illum procedere in tributis Principi reservatis in signum supremæ potestatis; quod speciali ratione fuit indultum, ut tributa illa semper Principi essent reservata, in signum obedientiæ Principi debitæ propter supremam ejus potestatem, juxta text. in *l.*6. *tit.*29. *part.*3. *l.*1. *tit.* 15. *lib.*4. *Recop.* quod etiam dicendum est in dominio feudi Principi debiti, juxta *text. in constit. Federici, in cap. Imperialem, de prohibita feudi alienatione per Federicum, in usibus feudorum*, at verò in specie nostri *textus* non agitur de tributis in signum supremæ potestatis debitis, sed de rebus ipsi Romanæ Ecclesiæ debitis; & ideò centenaria præscriptio sufficit, notat Covarru. *in reg. possessor*, 1. *part.* §. 2. & 3. Balb. *de præscription.* 5. *part. in princ. num.* 24. 6

Quintò contra *textum* nostrum, dum docet centenariam præscriptionem solummodo contra Romanam Ecclesiam admissam esse, obstabit text. *in l. fin. C. de Sacros. Ecclesiis*, vers. *Ut inter publicum jus, & privata commoda sit discrimen*, & in versic. *Centum annorum*, ex quibus constat, Fiscum etiam eadem centenaria præscriptione gaudere, præcipuè cum ex eadem lege constet Civitatibus idem privilegium fuisse concessum, ac per consequens multò fortius ad Fiscum extendi debet, cum majora sint Fisci, quàm Civitatis privilegia, juxta text *in l.* 1. §. *illud. ff. de ædilitio edicto, l. Lucius* 21. *in fin. ff. ad municipalem, l.*4. *C. de fide & jure hastæ fiscalis, lib.* 10. Pro qua difficultate diluenda sciendum est, quod quamvis hoc privilegium centenariæ præscriptionis *in d. l. fin.* concessum Ecclesiis, locis piis, Civitatibus, & captivis, de Fisco tamen ibi nulla fuit facta mentio; & ideò ad eum extendi non debet: præcipuè cùm in Jure nostro, specialiter cautum sit de præscriptionibus adversus Fiscum, ut in *l. in omnibus* 13. *ff. de diversis, & temporalibus præscriptionibus, l.* 1. §. *Divus, ff. de jure fisci*. Neque quidquam obstant verba text. in *d. l. fin.* ibi: *Ut inter jus publicum, & privata, &c.* Nam etsi ex illis generalis ratio deducatur, postea tamen ad specialem reducuntur: videlicet ad Civitates, Ecclesias, & pia loca, & similia; & ideò illa generalis ratio præcedens debet adaptari ad ea, quæ expresse sequuntur, & in lege continentur, non verò ad ea, quæ ibi omittuntur, notat Fachin. *lib.*8. *controver. cap.*3. *quæst.*1. 7

Neque solutioni obstabit text. *in auth. de non alienandis rebus Ecclesiæ*, §. *ut autem lex*, vers. *Nec multum*, ubi constat, non multum differre Imperium, & Ecclesiam: ergo quemadmodum illa præscriptio competit Ecclesiæ,

siæ, sic etiam Principi, vel Fisco competere debet, cùm Princeps in propriis rebus fiscalibus privilegiis Ecclesiæ utatur, & è contra, *l. fiscus in fin. ff. de jure fisci*: nam comparatio *in dict. vers. Nec multum*, tradita de Ecclesia ad Imperium, ad illum tantum finem adaptari debet ut Principi liceat res suas cum Ecclesiæ rebus, utilitate publica indigente, vicissim debita forma, & solemnitate præcedente, permutare, quare illa absoluta comparatio ad alias res extendi non potest, cùm extensio illa absurdissima esset: & quid hodie observetur quoad Civitatis præscriptionem, videndus Fachin. *d. lib. 8. controversiar. cap. 3. quæst. 3.*

Ad textum in cap. Si diligenti 17. hoc nostro titulo.

SUMMARIUM.

1 *Sine possessione, bona fide, & justo titulo, præscriptio non procedit.*

2 *Nuda traditio absque justa causa, etiam si à vero domino fiat, dominium non transfert; quemadmodum nuda possessio usucapiendi conditionem non adquirit, nisi justa extet causa.*

3 *Expenditur text. in* l. si quis diuturno, ff. de usucap. *vers.* Non est ei opus docere de titulo.

4 *Illustratur text. in* l. si pupillus 11. §. si à servo tuo 8. ff. de institor. act.

5 *Titulus in longissimo, 30. vel 40. annorum præscriptione non desideratur; siquidem ex ipsa legis authoritate propter ipsius temporis prolixitatem titulus suppletur, cùm à jure ipso præsumatur titulum præcessisse.*

6 *Electio Prælati de jure communi ad solos Canonicos spectat.*

Interpretatur textus in cap. cùm Ecclesia Sutrina, de causa possessionis, & proprietatis, *text. in* cap. de Quarta, de præscript.

7 *In præscriptione immemoriali etiamsi jus commune resistat, titulus non desideratur.*

Interpretatur text. in cap. si diligenti, de præscript.

8 *Expenditur text. in* cap. 1. de consuetud. lib. 6.

9 *Expenditur textus in* l. 2. §. si appellatio, *juncto*, §. si à furioso, versic. Nec publiciana, ff. pro emptore.

10 *Error juris in accipiente licet usucapionem impediat, tamen error facti regulariter eam non impedit, nisi error in facto proprio consistat: exemplum ibi proponitur.*

11 *Exponitur text. in* l. si vir uxori 3. ff. pro donato.

CONCLUSIO.

1 *Sine possessione, bona fide, & justo titulo præscriptio non procedit*, de bona fide dictum est in *cap. vigilanti*, de possessione, *in cap. illud 8. sup. hoc tit.* meritò in præsenti faltem à nobis est agendum de justo titulo, hoc est, de justa possessionis causa: & titulum necessarium esse ad præscriptionem, docet textus in *cap placuit 2. vers. Præscriptionem, 16. quæst. 3. l. 2. §. 1 ff pro hærede, l. 2. ff pro emptore l. 1. ff. pro donato, l. 1 ff. pro legato, l. 1. § fin. ff. pro dote, l. nullo, Cod. de rei vindication. princ. Instit. de usucap.* quod etiam admitti debet in longi temporis præscriptione, *l. diutina, C. de longi temporis præscriptione, l. si quis emptionis, Cod. de præscription. 30. vel 40. annorum*, Gilch. *de præscriptionib. 2. part. memb. 1. cap. 1. n. 2.* Balb. *de præscription. 2. part. 3. part. principalis, quæst. 1. à n. 1.* Brissonius & Hotomanus *de verbis juris, verbo: Titulus*, Ofual. ad Donel *lib. 5. comment. cap. 14. & cap. 15. lit. C. &* F. Duar. *ad titul. de usucapion. cap. 2.* Idem *lib. 1. disput. cap. 34.* Menchaca *lib. 2. quæst. illustrium, cap. 77. n. 16.* Covar. *in reg. possessor, 2. part. §. 1.* Fachineus *lib. 6. controversiar. cap. 11.* Anton. Fab. *lib. 7. conjecturarum, c. 13.*

Ratio est, quia lex injustum putavit licere unicuique, 2
sine causa, & justo titulo possessionem apprehendere rei alienæ; & ideò quemadmodum nuda traditio à vero domino facta dominium non transfert, nisi fiat ex justa causa, *l. nũquam nuda. ff. de adquir. rer. dom.* ita etiam nuda possessio non tradit usucapiendi conditionem, nisi præcedat justa causa, & titulus, argument. text. *in l. clavibus. ff. de contrah. emption.* & expressè constat in specie nostri *textus* & hac de causa, *bonæ fidei pars* titulus à Donel. dicitur, *lib. 5. comment. cap. 14.* cum vix quis bonam fidem habere possit, si injustam possidendi causam habuerit, & ideò illa possessionis causa *Titulus* appellatur, quasi à *tuendo*, cum ex ea causa possessor defendatur, *l. emptor, C. de præscript. longi temp. l. 1. ff. pro dot.*

Primò obstat text. in *l. si quis diutino, ff. de servitutibus, vers. Non est ei opus docere de jure*, ubi constat, servitutes absque titulo usucapi posse. Sed in hac difficultate, omissa interpretatione, quam refert Corrasius *in l servitutes 14. C. de servitutibus*, Covar. *lib. 1. variar. cap. 17. n. 7* Anton. Fab. *in Rationali ad eundem text.* Duar. *lib. 1. disput. c. 34.* verissimè est dicendum, textum illum non negare, titulum esse necessarium ad servitutis usucapionem; sed tantum affirmare, quod si quis diuturno usu servitutem possederit, non tenetur ostendere verum titulum, quia ea legitima præscriptio sufficit, ut à Prætore defendatur: quæ interpretatio colligitur ex verbis illius *textus* ibi: *Non est ei opus docere de jure, quo aqua sit constituta.* Quæ verba demonstrant, *textum* illum loqui de eo titulo, quo servitus aquæ sit constituta, seu constitui potest, hoc est, de vero, non tamen de ficto, seu putativo, ut nonnulli existimant.

Secundò obstat text. in *l. sed si pupillus 11. §. si à servo* 3
tuo 8. ff. de institoria actione, ubi constat, quod si quis habens servum ordinarium, & vicarium, si alius operas vicarii ab ordinario conduxerit, & mercibus præposuerit, ac verus dominus cum servo emendo contraxerit, Consultus affirmat, dominum rem à proprio servo emptam pro tempore possidere, & usucapere posse; & tamen constat, inter dominum, & servum, nullam civilem obligationem esse posse: ac per consequens venditionem non valuisse, neque ullum contractum inter dominum, & servum factum videri, cum ex eo nulla obligatio, neque actio adquiratur; ideoque nulla institoria actio contra eum, qui præposuit, dari potest, *l. 1. & per tot. de institoria actione*, argument. text. *in l. Labeo. de verbor. significat. l. ex empto 11. ff de action. empti.* Sed respond. quod licet contractus ille emptionis & venditionis inter dominum, & servum, ex stricto juris civilis rigore, cùm nullus titulus interveniisset, valere non possit, cùm dominus non esset obligatus servo, neque servus domino nisi tantum naturaliter: tamen ex æquitate emptio valuit, cùm sufficiat talem esse contractum, ex quo si qualitas, & conditio personarum non repugnaret, actiones empti, & venditi, utrinque competerent: nam utrum dominus servo, vel servus domino naturaliter debere intelligatur, ex causa civili computandum est, *l. non solum 49. §. ult. ff. de peculio*, tamen cùm emptio ibi bona fide sit facta, rectè dominus pro emptore possidere, & usucapere poterit; & ei etiam contra præponentem competit institoria actio, si res evicta fuerit; cum novum non fit, quod emptio valeat, quamvis neutra ex parte civilis actio competat: cum contractus emptionis, sit jurisgentium, *l. ex hoc jure, ff. de just. & jur.* licet ipsa actio, juris civilis sit; meritò deportatus quamvis amittat omnia, quæ juris civilis sunt, tamen non amittit ea, quæ sunt jurisgentium; ideòque rectè vendit, & locat, *l. deportatus 15. ff. de interdictis*, notat Anton. Fab. *in Ration. ad text. in d. l. sed si pupillus 11. §. si à servo tuo, fin. ff. de institoria actione, & in l. ideò 12. ejusdem tituli.*

Tertiò obstat text. in *l. omne, l. si quis emptionis, §. 1. C.* 4
de præscriptione 30. vel 40. annorũ. l. 1. §. ad hæc, C. de annali exceptione, cap. placuit, vers. Si autem nullo, 16. q. 3. ex quibus juribus constat, prædones, qui nullum justum titulum

titulum habent ; neque habere possunt, longissimo tempore præscribere posse. Sed huic dubio dicendum est, quod licet in longi temporis præscriptione ordinaria decem, vel viginti annorum, necessarius sit titulus: tamen in longissimi temporis præscriptione 30. vel 40. non desideratur, in qua longissimi temporis præscriptione in *argum.* adducta procedunt ; siquidem ex ipsa legis authoritate, propter ipsius temporis prolixitatem, titulus suppletur, cum à jure ipso præsumatur titulum præcessisse ; notat Panor. *in cap. illud, supra hoc tit. n. 3.* Covar. *ubi sup. 2. part.* §. 5. *n.* 11. & constat expressè *in cap. 1. versic. Non licet, hoc tit. lib. 6.* ubi in præscriptione rerum Ecclesiasticarum immobilium non est necessarius titulus. Neque contrarium refert text. noster *in fin.* Quia procedit quando jus commune resistit, vel præsumptio obstat præscribenti : nam tunc tituli allegatio, & probatio necessaria est, & cessat regula *suprà* adducta. Et quod in specie nostri *textus* jus commune resistat, constat ex eo, quia Episcopo Pisano exigenti fidelitatis juramentum à Marchione Massæ Judice Calaritano, obstat jus commune, cùm Judicatus ille nullo mediante ad Ecclesiam Romanam pertineat, sicut tota Sardinia, ut constat *in princ. nostri text.* & in *c. Constantinus, 90. distinct.* ideòque illa generalia nostri *textus* verba, exigentia titulum in præscriptione immemoriali rerum Ecclesiasticarum, debent intelligi secundum subjectam materiam: videlicet quando jus commune præscribenti obstat, nam tunc allegari, & probari debet, juxta text. *in d. c.* 1. 1. *part. hoc tit. lib. 6. c. dudum, de decimis.*

5 Quartò prædictis obstat textus *in cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possessionis, & proprietatis,* ubi Clericis jus electionis præscribere volentibus obstat jus commune, cùm electio Prælati de jure communi ad solos Canonicos pertineat, juxta text. *in cap. 1. & 2. cap. Sanctorum.* §. *ex his, 63. distinct. & in eod. cap. cum Ecclesia Sutrina vers. Secundum statuta* ; & tamen ibi titulus non requiritur, siquidem etiamsi neque allegatus, nec probatus fuisset, locū habet præscriptio, si legitimo tempore jus illud possessum fuisset, ut constat ex *eodem text. in vers. Propter brevitatem temporis, &c.* In cujus *textus* difficultate omissa interpretatione, quam refert Glos. *ibi,* verb. *Brevitatem temporis,* Covar. *lib. 1. variar. cap. 17. n.* 7. verissimè est dicendum, quod jus illud eligendi Prælatum simul cum Canonicis Ecclesiæ Cathedralis à Clericis prescribi potuit spatio quadraginta annorum, quia habuerunt bonam fidem, & justum titulum ; bonam fidem, quia tam ipsi eligentes, quàm eorum antecessores fuerant in illa quasi possessione, & ideò justam ignorantiæ causam habere potuerunt, *cap. qui in jus, de reg. juris lib.* 6. titulum etiam præsumptum habuerunt, quia scientibus, & patientibus Canonicis, tribus ultimis electionibus Clerici interfuerunt, & cum eis vocem eligendi habuerunt, in quibus electionibus ab ipsis Canonicis fuerunt admissi, inquirendo eorum suffragia in scrutinio, ad quod admitti non solent, nisi habentes jus eligendi. Neque obstat textus in *cap. de Quarta, suprà, hoc tit.* ubi constat quod licet Quarta decimarùm, & defunctorum, jure communi ad Episcopum pertineat, sine titulo spatio quadraginta annorum præscribi potest. quia de ejus interpretatione latè diximus *in dict. cap. de Quarta.*

6 Quintò adversus ea, quæ in præsenti notant DD. omnes, videlicet quod in præscriptione immemoriali, etiamsi jus commune resistat titulus non est necessarius, juxta text. *in cap. 1. vers. fin. hoc tit. lib. 6.* rationem reddentes, quia immemorialis præscriptio vim legis obtinet, *l. hoc jure,* §. *ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, & æstiva l. 2 in princip. vers. Vetustas quæ pro lege habetur, ff. de aqua pluvia arcenda,* siquidem ubi datur cursus, & possessio temporis, hominum memoriam excedentis, credendum est, omnia necessaria præcessisse, & ita justum titulum à principio interveniisse, sed propter nimiam temporis antiquitatem non apparere, & longa oblivione sepultum vel amissum fuisse, obstabit textus noster *in fine,* dum asserit, quod ubi jus commune præscribenti resistit, etiamsi præscriptio centum annorum extet, desideratur titulus, & tamen præscriptio centum annorum immemorialis appellatur, notat Covar. *ubi supra 2. part.* §. 3. *num.* 7. Dueñas *reg. 9.* Cynus *in l. 2. num. 9. Cod de servitutibus, & aqua.* Cui dubio respondendum arbitror, quod *textus* noster non procedit in vera immemoriali præscriptione, sed in centenaria ; inter quas differentia singularis extat : nam licet in centenaria, quæ impropriè immemorialis aliquando dicitur, resistente jure communi, ex *textu nostro in fine,* necessarius sit titulus, tamen in immemoriali nunquam requiritur, etiamsi jus commune præscribenti obstet, juxta textum *in dict. cap. 1. in fin. hoc tit. lib. 6.* notat Covar. *in d. reg. possessor, 2. part.* §. 3. *num.* 6.

7 Sextò prædictis obstat text. *in cap. 1. de consuetudine lib. 6.* ubi consuetudine immemoriali etiam jurata, ut quis possit obtinere duas dignitates, aut officia, absque Romani Pontificis dispensatione, ex illo immemoriali tempore titulus ille, vel privilegium non adquiritur. Verum nodus hic facilè dissolvitur, quia textus ille non loquitur in præscriptione, sed in consuetudine immemoriali ; qua in specie consuetudo illa non admittitur, cùm ad hoc ut consuetudo valeat, debet esse justa, & rationabilis, *cap fin. de consuetudine, l. 2. Cod. quæ sit longa consuetudo,* siquidem defectus rationis in consuetudine non suppletur, etiam ex cursu tanti temporis, cujus origo memoriam hominum excedat, uti notant Doctores omnes in *d. cap. fin.* Oxeda *de incompatibilitate beneficiorum, cap. 10. num. 3.*

8 Septimò obstat text. in *l. 4.* §. *fin. ff. pro suo, l. Proculus 67. ff. de jure dotium,* in quibus juribus cavetur, quod id quod legatum non est, & dos quæ nulla fuit, usucapi potest, cùm tamen verius sit, quod error falsi tituli usucapionem non pariat : veluti si, quis non emerit, se emisse existimet, vel cùm ei donatum non fuerit, quasi ex donatione possideat, quia neque pro dote, neque pro legato ; neque pro donato usucapio valet ; si nulla donatio, nulla dos, nullum legatum sit, §. *error, Instit. de usucapion. l. Celsus 27. ff. eodem, l. 12. & 3. ff. pro legato, l. 1. ff. pro dote, l. nemo 6. ff. pro derelicto,* latè notat Cujac. *tract. ad Africanum, in l. quod vulgo, ff. pro emptore.* Sed hic nodus facilè dissolvitur : nam ideò in *illis juribus* falsus titulus usucapionem parit, quia traditio rei legatæ intervenit justa, & in tolerabili erroris causa : veluti si res persuasione adhibita, rem ex legati causa mihi tradiderit, quæ verè, & realiter legata non erat : nam illa bona fides mihi prodest adversus hæredem, ut pro meo usucapere possim ; eodem ferè modo interpretandus est textus in *l. Proculus 67. ff. de jure dotium,* cum traditis à Cujac. *in d. tract. 7. ad Africanum in d. l. quod vulgo.*

9 Octavò obstat text. *in l. 2.* §. *si à pupillo. ff. pro emptore,* ubi si rem bona fide sine tutoris auctoritate à pupillo quis emerit, existimans esse puberem, etsi nulla sit emptio, poterit rem usucapere. Similiter idem dicendum est, si à furioso quis emerit, existimans eum sanæ mentis esse, *d. l. 2.* §. *si à furioso, ff. pro emptor.* Cui difficultati occurritur ex eo, quod in *dictis juribus,* ex æquitate, contra juris principia usucapio procedit, quod utilitatis causa receptum est ex eo, quòd emptor justo errore fuit ductus ; fortè quia venditor, se puberem esse fingebat, cujus aspectu ab omnibus pro pubere erat habitus : & similiter *in dict.* §. *si à furioso,* eadem ratione usucapio procedit, cum justo errore ductus emptor existimaret venditorem compotem, & sanæ mentis fuisse : quia quietus, conspectuique omnium sanus esse videbatur : sicque si ante complementum præscriptionis possessionem amiserit, publiciana actione eam recuperare poterit, uti docet Marcel. contra Paul. *in l. eum qui 8. ff. de public.* ibi : *Eum qui à furioso, ignorans eum furere, emerit, posse usucapere : ergo, & publicianam habebit.*

Neque prædictis obstat text. in *d. l. 2.* §. *si à furioso, vers. Neque publiciana competit.* Quia omissa interpretatione, quam refert Pacius *legum conciliatarum centuria 7. q. 3.*

Cujac. *lib.* 16. *observat. cap.* 20. Antonius Faber *lib.* 1. *conjecturarum, cap.* 12. veriſſimè eſt dicendum, quod in *d. l.* 8. ideò is qui à furioſo bona fide emit, uſucapit, & publiciana utitur, quia ea utitur adverſus tertios poſſeſſores, non tamen adverſus furioſum venditorem, vel ejus hæredem, ſi rei emptæ poſſeſſio ad ipſum furioſum iterum pervenerit; & ita obtinet text. in *d. l.* 2. §. *ſi à furioſo, ff. pro empt.* quæ interpretatio deducitur ex verbis illius *textus*, ibi *de evictione actionem non naſci, nec publicianam actionem competere*; ſiquidem evictionis actio non niſi adverſus venditorem dari poteſt, & actionem evictionis, & publicianæ ſimul Conſultus Paulus *ibi* copulavit, uti eruditè animadvertit Anton. Pichard. *in* §. *ſed iſti quidem* 3. *Inſtit. de actionib.*

10 Nonò obſtant text. in *l. quod vulgò, ff. pro emptore, l. pignori* 13. §. 1. *ff. de uſucapionibus*, in quibus probatur, errorem falſi tituli uſucapionem non impedire. Quem ut diluam nodum, obſervandum cenſeo, quod etſi error juris in accipiente uſucapionem impediat, *l. nunquam* 31. *de uſucapionibus*: at verò error facti regulariter uſucapionem non impedit, niſi quis in facto proprio erraverit: veluti ſi quis putet ſe emiſſe, cum non emerit, juxta textum in *l. Celſus, ff. de uſucapionibus*: ſi verò facti error ex perſona ortum habuerit: veluti ſi ſervus, vel procurator meus, cui emere juſſerim mihi emiſſe perſuaſerit, & ea exiſtimatione ductus acceperit; tunc uſucapio admittitur, cum ſit juſtiſſimus facti error ex aliena perſona procedens; & ita obtinet textus in *dict. l. quod vulgo, dict. l. pignori* 13. §. 1. Cujac. *lib.* 10. *obſervat. cap.* 29. & in *tract. at.* 7. *ad Africanum, in dict. l. quod vulgo.* Anton. Faber. *lib.* 1. *conjecturarum, cap.* 18. *& lib.* 7. *cap.* 13. Duarenus *ad titulum pro emptore*: Oſuald. ad Donel. *libr.* 5. *comment. cap.* 15.

11 Decimò obſtat textus in *l. ſi vir uxori* 3. *ff. pro donato*: ubi uxor ſi rem à marito donationis cauſa acceperit, titulo pro donato uſucapere poteſt; quod omninò prohibet textus in *l.* 1. §. *fin. ff. eod.* Sed de eorum conciliatione videri oportet ea, quæ ſuprà diximus in *cap. vigilanti* 5. *hoc tit.* Objici etiam poteſt text. in *l. ſed etſi, l.* 25. §. *ſcire autem* 6. *ff. de petit. hæred.* de quo etiam diximus in *dict. cap. vigilanti.* Et an ſuus hæres titulo *pro hærede* poſſit res à patre defuncto bona fide poſſeſſas uſucapere? diſputat Fachineus *libro ſexto, controverſiarum, cap.* 11. Donel. *lib.* 5. *comment. cap.* 14. *verſ. Notandum*: Bart. *in l. in ſuis, num.* 2. *ff. de liber. & poſthum.* Cujac. *in l.* 2. §. *fin. ff. pro empt.* Connan. *lib.* 10. *comment. cap.* 15. Prim. noſter D. Balb. *in præſenti, quæſt.* 2. *num.* 42. *cum ſeqq.*

AD TITULUM DE ſentent. & re judicat. XXVII.

Ad textum in cap. 1. cap. Inter cæteras 9. cap. Cum inter 13. cap. Cauſam 14. cap. Quod ad conſultationem 15. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Sententia contra leges, vel Canones prolata adeò non tenet, ut ab ea neceſſe non ſit appellare.*
2 *Judicis officium eſt ſententiam ſecundum leges, Canonesve proferre.*
3 *Interpretatur textus in* l. 1. C. de poſtulando.
4 *Expenditur textus in* leg. 3. §. falſus, ff. rem ratam haberi.
5 *Sententia, in qua non eſt expreſſus error contra jus ſcriptum, ſed tantum contra jus litigatoris, valet mero jure.*
Interpretatur text. in cap. ſuborta 21. de ſententia & re judicata.
6 *Sententia lata contra leges factas à laicis ſuper rebus, & perſonis Eccleſiaſticis, valet mero jure.*
7 *Illuſtratur textus in* l. quid ergo, §. pœna gravior, ff. de his qui notant, infam.
8 *Explicatur text. in* l. relegatorum 7. ff. de interd. & releg. *cum* l. relegari 4. ff. eod.
9 *Interpretatur text. in* l. moris 9. §. 11. l. 2. & 13. ff. de pœnis.
10 *Sententia eſt adeo individua, ut pro parte valere, & pro parte non valere nequeat.*
Interpretatur textus in leg. mulier 41. digeſtis, fam. herciſc.
11 *Expenditur textus* in l. 1. Cod. de in integr. reſtitut. min. l. etiam, §. 1. ff. de minor.
12 *Interpretatur text. in* l. qualem 19. §. 1. verſ. Sed ſi de pluribus, ff. de receptis arbitris; *cum* leg. Labeo 27. ff. eodem.
13 *Sententia errore calculi prolata, nulla eſt ipſo jure: quod verum eſt, quando eſt expreſſus error in ſententia, facta connumeratione ab ipſo Judice.*
Illuſtratur textus in l. 1. C. de errore calculi, *cum* l. 1. §. 1. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcin.
14 *Uſuræ ex uſuris non debentur.*
Interpretatur textus in l. Præſes 27. digeſtis, de re judicat.
15 *Exponitur text. in* cap. cauſam quæ 14. de ſentent. & re jud. *cum* c. cum dilecta, de reſcript.
16 *Rei judicatæ auctoritas tanta eſt, ut ſi ex ea indebitum ſit ſolutum, repeti non poſſit.*
Interpretatur text. in l. ſponſus 5. §. ſi uxor 7. ff. de donationib. inter.
17 *Intelligitur textus in* capite 1. de ſentent. de re judicat.
18 *Illuſtratur text. in* l. de qua re, §. cum abſentem, ff. de judiciis.
Intelligitur text. in cap. 1. de ſent. & re judic.
19 *Exponitur text. in* cap. ſi cui, §. item ſi ſententia, 2. quæſt. 6.
Sententia contra conſuetudinem lata non tenet.

CONCLUSIO.

1 *Sententia contra leges, vel Canones prolata, adeò non tenet, ut ab ea neceſſe non ſit appellare.* Conſonat textus in *cap. contra jus* 63. *de reg. ju.* 12. *lib.* 6. *cap. examinata, de confirmatione utili, vel inutili; cap. at ſi Clerici, de judiciis, cap. per tuas, de ſententia excommunicationis, cap. fin. de feriis, c. ad probandam* 23. *hoc tit. cap. conſuluit, de officio delegati, cap. docet, de immunitate Eccleſiarum, lib.* 6. *cap. ii qui*, §. *diffinitiva, verſ. Item ſi ſententia, 2. quæſt.* 6. *cap. in primis, verſ. De perſona, 2. q.* 1. *c. fin. de electione, lib.* 6. *Clem.* 2. *de re judicata, l. cum Prætor, ff. de judiciis, l.* 1. *& per totum tit. C. ſi à non competenti Judice, l.* 1. *Cod. quando provocare non eſt neceſſe, l. ſi expreſſim ff. de appellationibus, l.* 1. §. 1. *ff. quæ ſententiæ ſine appellat. reſcindantur, l. nemo, Cod. de ſententiis, & interloquutionibus, l. præſes* 27. *l. cum prolatis* 32. *ff. hoc tit. l.* 2. *Cod. eodem*, §. 1. *Inſtitut. de officio judicis, l.* 1. *l.* 12. 15. *& 19. titul.* 22. *part.* 3. exornant Cujac. *ad titulum, Cod. quando provocare non eſt neceſſe*, Idem *lib.* 13. *obſervat. cap.* 18. *& lib.* 20. *obſervat. cap.* 1. *& lib.* 18. *capit.* 33. Morla *in titul. de legibus, quæſt.* 15. *& in tit. de juriſdictione, quæſt.* 6. *num.* 17. Fachineus *lib.* 2. *controverſiarum, cap.* 65. *in fine*, Idem *lib.* 10. *cap.* 93. Covarr. *in practicis, cap.* 25. Afflict. *deciſ.* 4. *&* 151. Antonius Faber *lib.* 20. *conjecturarum, cap.* 6. *&* 7. *& lib.* 12. *cap.* 14. Antonius Pichardus, & ordinarii omnes *in principio, Inſtitut. de officio Judicis*, Donel. *lib.* 14. *c.* 25. Oſual. *ibi litera C.* idem Donel. *lib.* 26. *cap.* 2. *&* 3. Salgado *de protectione Regia, part.* 2. *cap.* 6. *num.* 21. *&* 22.

2 Ratio eſt, quia præcipuum Judicis officium eſt, ſententiam ſecundum leges, Canoneſve proferre, ſiquidem ad Reipub. tranquillitatem ſunt leges conſtitutæ, & ab omnibus

omnibus obſervari debent, *l.3. C.de legibus,d.*§.1.*Inſtit. de offic.judic.*& ideò ſi contra leges ſententia lata ſit,nulla erit, & ſic ab ea appellare non eſt neceſſe; & non ſolum ſi contra leges, verùm etiam ſi contra Conſuetudinem ſit prolata, non tenet: quia conſuetudo vim legis obtinet,*l.de quibus*,cum vulgatis.*ff.de legib.*tunc cum autem dicemus ſententiam nullam eſſe debere, tanquam contra leges, cum in ea error exprimatur contra leges: quia tunc propriè leges ipſæ læduntur, juxta text.*in c. cum inter, hoc tit.*

3 Primò obſtabit text.*in leg.* 1. *C.de poſtulando*, ex qua conſtat, quòd ſi Advocatus à Prætore ex nulla ſententia fuerit prohibitus poſtulare, ſi tamen ab ea non appellaverit, parere videtur ſententiæ: ergo etiam ſi nulla ſententia ſit, appellatio interponi debet. Sed pro hujus *textus* interpretatione annotandum eſt, aliud eſſe loqui de neceſſitate appellationis in nullis ſententiis, aliud verò de permiſſione: nam in nullis ſententiis neceſſaria non eſt appellatio,ſed non prohibita, at verò ſi ſententia non eſt nulla ipſo jure, ſed tantum injuſta, tunc appellatio adeò neceſſaria eſt, ut ſi reus non appellaverit, parere teneatur, & de hac injuſta ſententia eſt interpretandus textus *in dict. leg.* 1. ſiquidem Advocatus ille remotus ab advocatione, interim ſe abſtinere debuit; ſiquidem ſententia illa non eſſet nulla ipſo jure, ſed tantùm injuſta, contra jus litigatoris.

4 Secundò obſtat text. *in l.*3.§.*falſus,ff. rem ratam haberi*: ubi ſi falſus procurator Titium Mævii nomine mutui cauſa convenerit, & ſtipulatus ſit dominum rem ratam habiturum,& procurator fuerit victus,ſi tamen verus dominus provocaverit, etſi ſententia illa,quæ tanquam cum falſo procuratore lata, nulla ſit ipſo jure, *cap. cum noſtra, de procuratoribus*; tamen ob appellationem à domino interpoſitam confirmatur, & ſtipulatio committitur. Qua in difficultate dicendum eſt, ſtipulationem de rato ibi fuiſſe commiſſam: quia cum dominus nullitatis remedium opponere poſſit, & potiùs appellationis remedio uti voluit, videtur confirmare quoad ſe id, quod nullum fuerat præter ſe: meritò ceſſante ratione nullitatis, nullitas quoque ceſſat: notat Cujac. *lib.* 12. *reſp. Papin. ibidem*, Oſuald. ad Donel. *lib.*18. *comment. cap.* 14.

5 Tertiò obſtat text. *in c. ſuborta* 21.*hoc tit.* ubi ſententia lata contra immunitatem, & privilegium à Pontifice conceſſum, adeo mero jure valet, ut ſi ab ea non ſit appellatum, tranſit in rem judicatam; & tamen privilegium nihil aliud eſt,quàm lex; *c. privilegia,*3. *diſtinct.* Cui dubio ſatisfieri debet, dicendo, quod ideò ibi valuit ſententia, etſi injuſta; quia non fuit expreſſus error contra jus publicum, ſed tantum contra jus litigatoris:notat Cujac.*in poſthumis ad eundem text.* Neque ſimiliter obſtat text. *in leg. cum prolatis* 32.*ff.hoc tit.*ubi ſententia lata contra tenorem conſtitutionis, mero jure valuit: Quia omiſſa *Bartoli* interpretatione *ibidem*,veriſſimè eſt dicendum, ideò valuiſſe; quia textus ille procedit in ſententia lata contra jus concernens merita ipſius cauſæ;meritò cum *ibi* non ſit expreſſus error contra jus, mirum non eſt,ut ſententia valeat;notat Jaſon *in d.l.cum prolatis,n.*11.Caſtr.*in l.Labeo*,§.*cum Prætor,n.*1. *ad Trebellianum.*

6 Quartò obſtat text. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ*, *c. cum in Eccleſiarum,de conſtitutionibus*, ubi etiam ſi ſententia ſit expreſsè contra leges lata,valet,& tenet.Sed huic dubio veriſſimè dicendum eſt, ideò in illis juribus valuiſſe ſententiam, etiam expreſsè contra leges latam: quia leges illæ fuerant factæ à laicis ſuper rebus,& perſonis Eccleſiaſticis, quibus nulla de re ſpirituali poteſtas tributa eſt; cum jus ſpirituale non cadat in laicos *cap. Maſſana*, *de electione*; & ideò cùm ſententia illa non videatur contra leges prolata, cum tales leges nullius momenti ſint, mirum non eſt quòd valeat. Neque obſtabit dicere, quod ſi ſententia valuit tanquam contra leges nullas prolata,quare fuit neceſſe quòd leges illæ revocarentur? cum ſi nullæ eſſent, revocatione illa non indigerent: quia dicendum eſt, quod ſtatuta illa à laicis facta, non ſunt revocata per ſententiam, ſed per eam tantum fuit declaratum, ſtatuta illius momenti eſſe; ac ideò ſententia illa non fuit revocatoria,ſed declaratoria tantum; notat Ant. Pich. *in princ. Inſtit.de offic. Judic. num.* 14.

Quintò obſtat text. in *l.quid ergo*, §.*pœna gravior*, *ff.* 7
de his, qui notantur infamia; ubi ſi quis ex furto non manifeſto, ex quo dupli tantum pœna debetur, §.*in duplum* 23. *Inſtit. de actionibus*, ſi tamen in quadruplum fuerit condemnatus ſententia illa non dicitur contra jus ſcriptum prolata, cum mero jure valeat; & tamen in quadruplum fuerit condemnatus, ſententia illa non dicitur contra jus ſcriptum prolata, cum mero jure valeat; & tamen ſententia contra leges dicitur, ſi Judex pœnam ultra modum, ſeu contra leges irrogaverit, *leg. certa ratione,ff.quando provocare non eſt neceſſe.* Sed huic dubio, omiſſa *Bartoli* interpretatione *ibidem n.*15.veriſſimè eſt dicendum, ideò ſententiam ibi ita prolatam valuiſſe: quia error ille in ſententia non fuit expreſſus; neque error juris extitit,ſiquidem furem eſſe manifeſtum, vel non manifeſtum, potius eſt quid facti, quàm juris, & cùm Judex putaret eſſe furem manifeſtum, cùm tamen non eſſet, & in quadruplum condemnaſſet,ſententia valuit: quia quæſtio illa facti erat, & ex eo jus non læditur;Ant.Fab. *in Rationali ad tex.in d.leg. quid ergo*, §. *pœna gravior.*

Sextò obſtat text. in *l. relegatorum* 7. *de interdict. &* 8
relegat. ex quo conſtat, quod ſi Judex relegationis pœnam alicui impoſuerit, & poſt relegationem bona ei ademerit,ſententia valet; & tamen conſtat relegato non eſſe adimendam bonorum adminiſtrationem,*l.relegati* 4. *ff.de interd. & relegat.* & ideò cùm major pœna,quàm à jure ſcripto debeatur, per ſententiam ſit impoſita, ſententia nullius momenti eſſe debebat. Verum huic dubio dicendum eſt,quod ideò ibi ſententia valuit: quia primis temporibus relegato privationis bonorum pœna imponi ſolebat, etſi poſtea fuiſſet prohibita ex ſpeciali Principis reſcripto à parte ipſa impetrato; meritò cum generaliter reſcripta non publicentur, neque ſint clauſa in corpore juris,mirum non eſt,quod non debeat Judici imputari,qui contra reſcripti tenorem, & privatum jus judicavit; quamvis poſtea reſcriptum illud generaliter fuiſſet receptum, notat Accurſ.*in leg. relegati* 4.§.*ad tempus*, *ff.de interd.* Cujacius *ad titulum*, *Cod. de modo multarum.*

Septimò obſtat tex. *in l. moris* 9.§.11.*ff. de pœnis*, ubi 9
valet ſententia, ſi Judex Decurionem in metalli pœnam condemnaverit, etſi Decuriones,neque ad metallum,neque ad opus metalli damnari poſſint, *d.l.moris* 9. §.12. & 13. & tamen Ulpianus *in d.* §.11. aſſerit, quod Decurio ita damnatus, *aut permutetur*, *aut liberetur*;ex quibus conſtat; ſententiam ita contra jus latam valuiſſe, cum aliàs ſi nulla eſſet, non fuiſſet permutatio illa neceſſaria. Cujus textus difficultas ex eo excluditur; quia uti Accurſius *ibidem* aſſerit,pro illo verbo, *aut permutetur*, legendum eſt, *aut permiſceatur*, quaſi ſenſus ſit, Judicem Decurionem non poſſe in metallum damnare, niſi Principe permittente; & ſic *in d.* §. 11. ſententia valuit, ſi Princeps, ita permiſceatur, juxta doctrinam text. *in l.divi fratres*, §.*fin. ff.de pœnis.*

Octavò obſtat text. *in l.quædam mulier* 41. *ff.famil.* 10
erciſcun. ex qua conſtat,quod ſi in judicio familiæ erciſcundæ,Judex non ſolùm res, ſed libertos, & eorum alimenta diviſerit, ſententia illa pro parte valet, hoc eſt, quoad alimentorum præſtationem: erit tamen nulla quoad libertorum diviſionem, & tamen ſententia eſt individua, quæ pro parte valere nequit, aliàs nulla dicetur ipſo jure, juxta textum *in l.hoc jure* 28.*ff. ejuſdem tituli.* Sed huic difficultati veriſimè eſt dicendum, quod ideò in *d.l.quædam mulier* 41.ſententia illa pro parte lata valuit, hoc eſt, quoad alimentorum præſtationem; non verò quoad libertorum diviſionem: quia diviſio illa in libertis fieri non poterat, cum in poteſtate non eſſent, & judicium illud inter hæredes locum ha-

bere non potuit; & ideò cum res illa, quæ in judicium fuit deducta, res esset, quæ per sententiam dividi non posset, mirum non est, quod sententia valeat pro parte illa, pro qua valere potuit; & ideò cum cesset nullitatis impedimentum, mirum non est, quod nullitas sententiæ etiam cesset, juxta text. *in l. si constante* 24. *ff. soluto matrimonio*: notat Cujac. *lib.* 20. *observ. cap.* 1. Neque similiter obstat text. *in leg.* 1. *C. de in integr. rest. min. leg. etiam* 29. §. 1. *ff. de minorib.* ubi sententia pro parte valet: nam ideò ibi valuit, quia minor restitui potest à sen-
11 tentia, in qua pro parte fuit læsus; notat Cujac. *lib.* 23. *ad edictum, in d. l. in hoc judicio* 27. *ff. famil. erciscund.* Neque similiter obstat tex. *in l. solent* 3. *ff. de alimentis & cibariis legatis*, ubi si plures hæredes sint instituti, & testator libertis suis alimenta reliquerit, divisio libertorum inter hæredes à Consulibus facta valet. Sed ideò ibi valuit sententia, & divisio ita facta, quia Ulpianus *ibi* non loquitur de divisione libertorum familiæ erciscundæ, ut libertorum dominium cohæredibus, quoad personas adquiratur, sed tantum ibi agitur de jure patronatus, quoad alimentorum præstationem, & divisionem, quæ divisio gratia libertorum facta videtur, ne exinde libertini cogerentur à singulis cohæredibus indivisis minuatim alimenta percipere, sed ut unus hæres uni liberto, & alter alteri alimenta præstaret: quæ divisio ita à Consulibus facta perinde habetur, ac si à testatore ipso fuisset scripta, notat Ant. Fab. *in Rationali ad* textum *in d. l. quædam mulier* 41. *ff. familiæ erciscundæ.*

12 Nonò obstat text. *in l. qualem* 19. §. 1. vers. *Sed si de pluribus ff. de receptis arbitris, in fine*, ubi si de pluribus rebus apud arbitrum fuerit compromissum, & pro parte tantummodo judicaverit, sententia illa pro parte lata tenet. Pro cujus dubii resolutione verissimè dicendum est, multum differre, an compromissum sit factum, ut simul de omnibus copulativè sententia feratur, an verò simpliciter de pluribus: nam in primo casu Judex compromissarius de omnibus judicare tenetur, aliàs sententia nulla erit; in secundo verò non compellitur de omnibus sententiam dicere: nam si de una tantum judicaverit, sententia valet, & de cæteris iterum judicare poterit, cùm adhuc non sit functus officio suo; siquidem tot sint sententiæ, quot causæ in judicium deductæ, & ita obtinet text. in *dict.* §. 1. *vers. Sed si de pluribus* & text. *in l. etiam si* 22. §. 1. *ff. de minoribus*, ubi Anton. Fab. *in Rationali in d.* §. 1. Cujac. *lib.* 23. *observ. cap.* 1. Idem *in leg. hoc judicium* 27. *ff. familiæ erciscundæ.* Neque solutioni obstat text. *in l. Labeo* 27. *ff. de receptis arbitris*, ubi si compromissum ita fuerit factum, ut Judex eadem die de omnibus rebus sententiam dicat, diemque proferat, si de quibusdam judicaverit, de quibusdam verò sententiam dixerit, simul & diem protulerit sententia quoad temporis prolationem valet, quoad cæteras verò res nulla dicitur; nam ideò ibi valuit sententia quoad temporis prolationem non verò quoad rerum condemnationem: quia temporis prolatio non est propriè sententia, nec nomen sententiæ retinet; nec retinere potest, cum condemnationem, vel absolutionem non significat; notat Anton. Fab. *in Rationali ad textum in dict. leg. Labeo* 27.

13 Decimò obstat text. *in l. 1. C. de errore calculi*, ubi postquam Imperatores in prima textus parte proposuissent, errorem calculi nullum præjudicium veritati afferre; statim exceptionem proponunt, nisi res judicata sit, vel transactio interveniat; *l.* 2. *ff. de re judicata*: & tamen in Jure cavetur, quod sententia errore calculi prolata, nulla est ipso jure, *l.* 1. §. 1. *quæ sententiæ sine appellatione rescindantur.* Verum huic objectioni responderi debet, quod ideò in *dict. l.* 1. *Cod. de errore calculi, in fine*, sententia valuit: quia error ille non fuit expressus in connumeratione facta ab ipso Judice, sed tacitus multo ante ab utraque parte; quo in casu sententia in partis præjudicium lata valet mero jure: at verò text. *in d. l.* 1. §. 1. *ff. quæ sententiæ*, loquitur quando error calculi est expressus in sententia, facta connumeratione ab ipsomet Judice, & ideò quamvis sententia errore calculi inter partes sit injusta, & per appellationem subveniri possit, tamen si transierit in rem judicatam, propter publicam utilitatem, pro veritate habetur; arg. text. *in l. post rem judicatam. ff. de sentēt. & re judicata* Glossa verbo, *transactio, in d. l. unica*, Cujac. *in d. l.* 1. §. 1. *ff. quæ sententiæ sine appellatione.* Neque prædictis obstat text. in *leg. si judex, penult. ff. de iis, qui sunt sui*: ubi causa, quæ semel judicata est interveniente errore, non nocet, quo minus de veritate iterum inquiri possit: uti constat ex eodem textu, vers. *Neque enim*: Quia Ulpianus *ibi* non loquitur de errore calculi, nec de sententia diffinitiva, sed de interloquutoria tantum, siquidem plenariè non fuit de vera filiatione judicatum, sed summariè tantum ad præstanda alimenta, ne exinde filius fame oppressus periisset, meritò sententia illa interloquutoria non nocet quo minus cognoscatur postea an sit filius, nec ne; notat Glos. *ibi*, verbo, *alimentorum.*

Undecimò obstat tex. *in leg. Præses* 27. *ff. de re judicat.* 14
ubi si Præses Provinciæ in usuras usurarum quem condemnaverit, sententia tenet; & tamen id expressè contra Jus est, quo cavetur usuras usurarum non deberi, *l. fin. C. de usur. l.* 1. *& 2. de pignorat. action.* Cujus textus difficultas ex eo dissolvitur; quia *ibi* non fuit error expressus in sententia, siquidem Præses non expressè jussit solvere usuras usurarum, sed simpliciter condemnatio fuit facta in certa quantitate; & quamvis ex actis constaret, quantitatem illam deberi non posse, nisi in ea usuræ usurarum comprehenderentur, tamen ex eo sententia nulla non redditur, cum tantum tacitus, non expressus sit error. Neque solutioni obstant verba illa, ibi: *In usuris usurarum condemnavit*: quia magis debent adaptari ad substantiam ipsam, & condemnationis effectum, quàm ad pronuntiationem, & tenorem ipsius sententiæ; notat Alex. in *d. l. Præses, n.* 5. D. Balboa *in præsenti num.* 44.

Duodecimò obstat tex. *in cap. causam quæ* 14. *hoc no-* 15
stro titulo, ubi sententia lata contra rescripti formam valet, veluti cum Pontifex ita causam sub hac clausula committit, *si actor talem rem, seu articulum probaverit, in ejus favorem sententiam proferas*; etiam si adversus rescripti formulam sententia sit prolata, valet; & tamen constat, quod quoties contra rescripti formam sententia est prolata, processus, & sententia nullius momenti erit. *c. cum dilecta, de rescript. l. diligenter ff. mandati*: ergo cum in *dict. cap. causam*, sententia fuerit contra mandati formam prolata, non debuit confirmari, imò potius nullam fuisse declarari. In cujus textus difficultate, omissa *Innocentii*, & *Butrii* interpretatione, quam improbat Panormitan. *in d. c. cum causam, num.* 7. verissimè est dicendum, ideo ibi valuisse sententiam: quia non fuit prolata contra rescripti tenorem, siquidem Clericus non integrè, & plenè probavit à majori parte Capituli fuisse electum, ac ideo nihil iniquum sententia continet. Neque obstant verba illius text. ibi: *Sicut per attestationes, &c.* quæ demonstrare videntur electionem probatam fuisse: Quia satis fit ex eo, quod etsi allegatio illa præsupponat aliquam probationem, non tamen integram denotat, cum Judex non plenam, seu non concludentem potuit excludere, ut demonstrant verba illius tex. ibi: *Quia tamen judicis animus, &c.* Et pro Judice semper est præsumptio, præcipuè cum pro eo ibi plura extent indicia; *primum* quia sententia illa nihil iniquum contineat; *secundum* quod communi partium consensu fuit electus; *tertium*, quod pars ipsa requisivit Judicem, ut sententiam ferret, quibus de causis credendum est, justè contra actorem judicare: notat Abb. *in d. c. causam* 14. *hoc tit. num.* 9.

Decimo tertiò adversus id, quod in præsenti notant 16
Doctores omnes: nempè, quod si sententia non est expressè contra leges lata, etiamsi iniqua fuerit, tanta est ejus rei judicatæ auctoritas, & veritas, ut si ex ea indebitum fuerit solutum, repeti non possit, juxta textum *in l. post rem judicatam. ff. hoc tit. l. fidejussor* 29. §. *in omnibus. ff. mandati, l.* 1. *C. de condictione indebiti*; obstat textus

in

in *l. sponsus 5. §. si uxor 7. ff. de donationibus inter*: ubi maritus desiderans uxorem à quantitate sibi debita liberare; cùm non posset per donationem, ex prohibitione *legis primæ, ff. eodem*, tamen si passus fuerit uxorem falsam exceptionem per collusionem proponere, etiam si sententia in favorem uxoris sit prolata, poterit maritus centum sibi debita condicere: ergo etiam ex injusta sententia repetitio competit. Cujus textus difficultas ex eo dissolvitur, quod ibi repetitio non competit ipso jure, sed tantum condictione ex lege, quæ competit justa interveniente causa, cum in fraudem legis, donatio illa facta fuisset: notat Bartol. *ibidem, num. 5*. Neque prædictis obstat textus in *leg. Julianus, in principio. ff. de condictione indebiti*, ubi si servus debitor per sententiam injustam fuerit absolutus, si postea solverit, repetere potest: Nam ibi repetitio non competit post sententiam ex vi juris civilis, siquidem ex causa judicati civiliter solvit; sed tantum competit ex vi juris naturalis: nam cùm naturaliter non esset adstrictus, ex eadem ratione naturali, quæ ex bono, & æquo æstimatur, condicere poterit; non tamen actione civili, cùm ei obstaret exceptio rei judicatæ; Cujac. *in l. 2. C. de compensationibus*.

17 Decimo quartò obstat text. *in l. de qua re, §. cum absentem ff. de judiciis*, ubi si quis absentis causam susceperit, quante susceptionem jam decessisset, si condemnatus solverit, repetere non potest; & tamen sententia illa non tantum injusta, sed & nulla est, ut ipse Julianus fatetur; præcipuè cùm tanquam adversus defunctum prolata nullius momenti sit, *l. 1. ff. quæ sententiæ sine appellatione rescindantur*. In cujus textus difficultate, omissa *Accursii* interpretatione *ibidem*, verbo, *repetere*, verissimè est dicendum, repetitionem ibi non competere: quia etsi sententia, & judicium nullum esset, tamen cum debitum esset solutum vero creditori, repetitio non competit, quamvis ei actio mandati adversus hæredem defuncti competat, etiam si nullum interveniisset mandatum; cùm ex solutione illa reus liberatus fuisset, notat Cujacius *in dict. leg. 2. Cod. de compensationibus*.

18 Decimò quintò idem textus noster sibi ipsi obstat, dum contraria proponere videatur; siquidem *à principio* affirmat sententiam contra leges latam nullam esse; & statim prosequitur *in vers. Licet*, affirmans appellationem non esse suspensam. Consideratio deducitur ex eo, quod si nulla est, ad quid suspendi poterat per appellationem? siquidem id, quod nullum est, suspendi nequit, & privatio præsupponit habitum; *l. decem. ff. de verborum obligation. l. nam etsi sub conditione. ff. de injust. rupto*. Sed respondetur, quod textus noster *in dict. versic. Licet*, ita accipi debet: videlicet, quod etsi à sententiâ, quæ ipso jure nulla est appellari possit, non tamen ex eo videtur per appellationem approbatam fuisse: nam etsi in sententia nulla, frustanea sit appellatio, *l. si constat 12. l. ex consensu 23. ff. de appellationibus*; non tamen omninò inutilis erit: nam quamvis sententia ipsa non suspendatur, tamen suspenditur figura extrinseca ipsius sententiæ, arg. text. *in l. quod vulgo, l. illud ff. de bonorum possess. contra tabulas*.

19 Decimo sextò adversus id, quod *suprà* in decidendi ratione retulimus: videlicet sententiam contra Consuetudinem latam non valere; obstabit textus *in cap. ei qui, §. item si sententia, 2. qu. 6.* ubi constat sententiam contra jus scriptum non valere, cujus decisio cum tantum ad jus scriptum referatur, non debet extendi ad jus non scriptum, sed potius illud excludere, arg. text. *in l. si expressim. ff. de appellationib. leg. 2. C. quando provocare non est necesse*. Sed huic dubio dicendum est *in d. §. item si sententia*, verbum illud, *jus scriptum*, non fuisse positum ad differentiam juris non scripti, sed ad expositionem sententiæ, & ejus nullitatem declarandam cum lata esset contra legem; Neque obstat textus *in cap. 3. de eo, qui mittitur in possessionem*, ubi sententia contra Consuetudinem lata valet, & tenet: quia distinctio est adhibenda; aut enim constat de consuetudine, ita ut in judicio, & apud populum sit comprobata; aut de ea aliqua dubitatio extat: nam in primo casu, sententia expressè contra consuetudinem lata non valet; in secundo verò, cum sit potius facti, quàm juris, & de facto illo dubitari possit, justa de causa sententia contra consuetudinem nondum perfectè receptam lata valet; & ita interpretandus est textus in *d. c. 3. de eo qui mittitur in possessionem*.

Ad. textum in cap. Jurgantium 2. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Lites debent celeriter terminari.*
2 *Reipublicæ interest ne lites fiant immortales: sed non ita celeriter debet terminari, ut ordo judiciarius omittatur.*
3 *Sententia, quæ nimia judicis celeritate prolata est, ita ut judex non potuisset de causa sufficienter instrui, retractari debet.*
4 *Expenditur textus* in leg. Papinianus 3. §. fin. ff. de receptis arbitris, *cum* leg. Papinianus 36. ff. de re judicat.
5 *Causa civilis de jure civili tantum durat per triennium: Criminalis vero per biennium; de jure verò Pontificio certum tempus non est designatum. sed id requiritur, quod causa post ulaverit, ut facilius expediri possit.*
6 *Interpretatur text. in* l. reus delatus, ff. de muneribus, & honoribus.

CONCLUSIO.

1 *Lites debèt celeriter terminari.* Comprobat tex. *in cap. nulli 28. §. cùm autem, de rescriptis, cap. venerabilis, de judiciis, c. 1. hoc tit. lib. 6. c. finem litibus, de dolo, & contumacia; cap. ut litigantes, de officio Ordinarii; lib. 6. cap. judicantem, 3. q. 5. c. cum apud, 11. quæst. 3. Clem. sæpe, de verborum significatione*, Concil. Trident. *sess. 24. de reform. c. 20. & sess. 25. cap. 10. l. 2. ff. de confessis, leg. proinde. ff. ad legem Aquiliam, l. quidam existimaverunt, in fine, ff. de rebus creditis, si certum petatur, leg. minoribus digestis, de minoribus, l. item si res, §. fin. ff. de alienatione judicii, l. properandum, C. de judiciis, l. 3. C. ut intra certum tempus criminalis actio terminetur, leg. litibus, C. de agricolis. lib. 11. l. fratris, C. de transactionibus, l. terminato, C. de fructibus, & litium expensis, l. 9. in fine, tit. 6. part. 6. l. 27. tit. 4. par. 3. l. 7. tit. 29. part. 7. l. 1. tit. 3. l. 3. Ordinamenti, leg. 1. tit. 4. lib. 4. Recopilationis*: illustrant Cujac. *lib. 1. observat. cap. 8. & lib. 17. cap. 23.* Idem *lib. 2. de feudis, in principio*: Menoch. *de arbitrariis, quæst. 42.* Revardus *pro Tribunali, cap. 11.* Gomez *in cap. dispendia, de rescriptis, lib. 6.* & in *regula de annali possessione, quæst. 2.* Covar. *in cap. quamvis, 2. part. in princ. n. 4.* Maranta *de ordine judiciorum, 6. part. septimæ partis, n. 2.* Tiraquel. *in l. si unquam, verbo revertatur, n. 110 C. de revocandis donationibus*: Surd. *cons. 271. n. 15.* Stephanus Gratianus *disceptat. forensium. tom. 4. cap. 762. num. 11.* Valasc. *de privilegiis pauperum, & miserabilium personarum, part. 1. quæst. 51. num. 6. & 8* Oldal. ad Donel. *lib. 23. comment. cap. 9. litera Z, & lib. 26. cap. 1. litera K.*

Ratio est; quia Reipublicæ interest ne lites fiant immortales, *c. finem litibus. de dolo, & contumacia*, & cum ex dilatione magna partibus resultent incommoda, justa de causa celeriter debent terminari, ne sumptibus & expensis inutilibus vexentur, cùm ad Judicis officium spectet lites diminuere, *dict. leg. quidam existimaverunt, in fine ff. de rebus creditis* debent tamen non ita celeriter, sed lenta festinatione omissis superfluis dilationibus dirigi, cum servari debeant ea omnia, quæ ad ordinem judiciarium, & merita causæ desiderantur: notat Menochius *de arbitrariis, quæstion. 42.* Antonius

2

tonius Gabriel *lib. tertio, communium titul. de re judic. concluſ. 6.*

3 Primò obſtat text. in *cap. cùm ex literis de in integrum reſtitutione, cap. cum Bertold. in fine, hoc titul. cap. fin.* ubi Gloſſ. *verbo celeritate, de electione, lib. 6.* in quibus juribus conſtat, ſententiam retractari ex eo; quia celeriter fuit prolata. Sed dicendum eſt, jura illa procedere, quando ſententia ita nimia, & immoderata celeritate à Judice profertur, ut Judex ipſe non potuiſſet de cauſa illa ſufficienter inſtrui: nam hoc in caſu, nulla dicitur ſententia, juxta textum *in Clement. 2. §. verum, hoc tit. cap. Deus omnipotens, 2. q. 1.* At verò textus noſter procedit, quando ſufficienter eſt inſtructus, & omnia in judicio ſolemniter ſunt facta: nam tunc Judex debet celeriter cauſam terminare, notat Felinus *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitutionibus, n. 12.* Paz *in praxi, 1. tom. 2. part. tempore 11. n. 1.* Alciatus *reg. 3. præſumpt. 9. num. 8.*

4 D. Balboa *in præſenti num. 6. & 7.* Nec ſolutioni obſtat textus *in l. Pomponius 13. §. fin. ff. de receptis arbitris,* ubi arbiter aſſignatus, ut intra certum tempus ſententiam proferat, etiam ſi juraverit de cauſa nondum liquere, hoc eſt, non ſatis de ea ſe inſtructum eſſe; compellitur jus dicere, & ſententia valet: quod omninò contrarium refert textus in *leg. Papinianus 36. ff. de re judicata*: Quia diſcrimen eſt conſtituendum inter has formulas, ſi judex juraverit ſibi non liquere, vel nondum liquere: nam in primo caſu non compellitur ſententiam dicere: quia ex prolatione illa jam eſt defunctus officio ſuo, & ita obtinet text. *in d. l. Pomponius 36. ff. de re judic.* in ſecundo verò ſi dixerit ſibi nondum liquere, compellitur ſententiam dicere, ſed ei datur legitimum tempus, ut de cauſa illa plenè ſit capax factus; & ita eſt interpretandus text. *in dict. leg. Pomponius 13. §. fin. ff. de recept. arbitr.* notat Anton. Fab. *in Rationali ad textum in d. l. 13. §. fin.* Cujac. *lib. 17. Pauli ad edictum, in d. l. Pomponius 36. ff. de re judic.*

5 Secundò obſtat text. *in l. properandum 11. in principio, & in §. fin. de judiciis,* ubi prima inſtantia in cauſis Civilibus tantum durat per triennium, in criminalibus verò per biennium, juxta text. *in leg. 3. C. ut intra certum tempus: l. 27. tit. 4. part. 3 l. 9 tit. 6. part. 6.* Ergo ſi terminus ad finiendas lites à jure ſtatutus eſt, fruſtra in præſenti cavetur celeriter terminari debere. Cui conſiderationi, omiſſa nonnullorum interpretatione, aſſerentium, jura in argumento adducta tantum procedere in termino à lege præfinito ad cauſam proſequendam, textum verò noſtrum agere de termino poſt concluſionem, uſque ad diffinitivam ſententiam; quorum interpretatio convincitur ex *verſ. noſtri text.* ibi: *Jurgantium &c.* Quod verbum, ad dilationes, &c. ante concluſionem jurgantium adaptari debet; meritòque dicendum eſt, jura illa procedere de jure Civili; textum autem noſtrum de jure Pontificio, ſecundum quod certum tempus non eſt deſignatum; ſed tantum deſideratur, prout cauſa poſtulaverit, & ut faciliùs expediri poſſit, juxta textum *in cap. fin. de probationibus, cap. cum olim, el 2. verſiculo, Judices autem, de privilegiis, cap. cùm ex literis 5. de in integrum reſtitutione minorum,* Gloſſa *in cap. fin. de dolo, & contumacia,* Covar. *in cap. quamvis pactum 2. parte, §. 1. n. 4.* Quod ita fuit admiſſum, ut ſic nullo tempore deſignato cauſæ Eccleſiaſticæ celeriter finirentur, ſi nulla ſubſit cauſa longiùs protrahendi: aliàs autem ſi juſta cauſa extiterit, prorogentur; ne exinde ob rei malitiam, vel ejus cavillationem lites prorogarentur, quod fieret ſi ſciret, quod triennio tranſacto lites evaneſcerent, & ex malitia ſua commodum reportaret, quæ ratio deſignatur ab Honorio III. in *cap. venerabilis 20. ſupr. de judiciis, verſ. Sit per ſubterfugia, & cavillationes eorum per triennium prorogata &c.* Et ibi: *In negotio procedas;* notat Felicianus de la Vega *in dict. cap. venerabilis 20. de judiciis, n. 3. uſque ad 9.* Hodie verò juxta Concilii Trident. decretum, *ſeſſ. 24. cap. 20. de reformatione,* prima Inſtantia non perit poſt biennium; ſed eo tranſacto parti permittitur, ut ſi intra illud biennium non fuerit cauſa ab inferiore Judice definita, poterit Superiorem adire, ut illam in eodem ſtatu, in quo fuerit, aſſumat; notat Paz *in praxi, annotatione 2. de inſtantia, n. 11. & 12.* D. Felicianus de la Vega *ubi ſupr. num. 11.*

Neque adverſus ea, quæ *ſupra* de termino in criminali cauſa diximus, obſtabit text. *in l. reus delatus, ff. de muneribus, & honoribus,* ubi criminalis cauſa non biennio, ſed adeò poſt annum finitur, ut accuſatus, ſi ab accuſatore non fuerit proſequutus, ab honorum poſtulatione non removeatur, quia textus ille reſpicit ad jus antiquum, quo tempore criminalis actio intra annum finiebatur juxta textum *in leg. 1. & 2. Cod. ut intra annum criminalis actio terminetur, in Cod. Theodoſ.* notat Cujacius *in notis ad titulum, Cod. ut intra certum tempus criminalis cauſa terminetur, & in leg. 1. obſervat. cap. 8. & lib. 17. cap. 23.* 6

Ad textum in *cap. Non poteſt 3. hoc titulo.*

DE hujus text. expoſitione *ſupr.* diximus *in cap. At ſi Clerici, §. de adulteriis, de judiciis.*

Ad textum in *cap. Ea quæ 4. hoc titulo.*

DE materia hujus textus infrà dicemus in *titulo de confirmatione utili, vel inutili.*

Ad textum in cap. De cætero 5. cap. Inter cætera 9. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Judex deputatus ſuper executione ſententiæ, admittit exceptionem fraudis ſeu nullitatis ſententiæ; non ad effectum, ut ſuper ea pronuntiet, ſed ut negotium ad Superiorem, qui judicabit tranſmittat, ſi illam probabilem reperierit.*

2 *Executor judex, eſt in triplici differentia, alius eſt merus facti executor, alius juris, alius mixtus. Intellige ut ibi.*

3 *Inferior à Principe, non poteſt executionem ſententiæ alicui delegare.*
Expenditur text. in cap. de cætero 5. de ſentent. & re judic.

4 *Exceptio fraudis, ſeu nullitatis, non poteſt admitti à mero executore facti, cum tantum nudum factum executionis abſque ulla juris cognitione ei committitur.*

5 *Mixtus juris executor cum clauſula illa,* ſi ita eſt; ſi conſtiterit, *poterit cognoſcere de veritate, vel falſitate precum.*
Interpretatur text. in l. & ſi non cognitio, C. ſi contra jus, vel utilitatem publicam.

6 *Illuſtratur textus* in capit. ſuper literis 30. de rescription.

7 *Expenditur text.* in cap. 2. de crimine falſi.

8 *Judex inferior tenetur exequi Superioris ſententiam ſi iniquam, vel injuſtam eſſe cognoverit.*
Exponitur tex. in cap. paſtoralis, §. quia verò, de officio delegati.

9 *Sententia excommunicationis ex defectu miniſtri nulla eſt. Intellige ut ibi.*

10 *Interpretatur text.* in c. non ſemper, 11. q. 3. c. inquiſitioni 44. in princ. de ſentent. excommun. ç. literas de reſtit. ſpoliat.

11 *Sententiam ſuperioris notoriè injuſtam, & iniquam, Judex inferior non tenetur eam exequi, quamvis Superiorem conſulere debeat.*

Exponitur

Exponitur textus in capite, si quando 8. de officio deleg.

32 *Judex executor, potest cognoscere de fraude, coram eo commissa.*

Illustratur text. in leg. cum fideicommissum penult. ff. de confes.

CONCLUSIO.

1 *JUdex deputatus super executione sententiæ admittit exceptionem fraudis, seu nullitatis sententiæ; non ad effectum, ut super ea pronunciet; sed ut negotium ad superiorem, qui judicabit, transmittat si illam probabilem reperierit,* Comprobat textus *in c. pastoralis,* §. *quia verò, cap. fin.* §. *fin. de officio Delegati, si quando, c. sane* 2. *ejusdem tituli, c. ei qui,* §. *ab executore,* 2. *q.* 6. *c.* 2. *de crimine falsi, l. etsi non cognitio, C. si contra jus, vel utilitatem publicã, l. si ut proponis* 6. *l. executorem, C. de executione rei judicatæ, l. si Prætor* 75. *in principio, & in* §. *Marcellus, de judiciis, c. solicitudinem,* 54. *vers. Si verò, de appellationib.* Illustr. Covar. *lib.* 1. *variar. c.* 1. *n.* 10. Bart. *in l. à Div. Pio, de re judicata:* Men. *de arbitrar. q.* 38. Rol. *cons.* 37. *n.* 15. Marant. *ubi supra, disp.* 1. *n.* 12. Bobad. *in sua praxi politica, lib.* 2. *c.* 10. *n.* 47. Navar. *in c. cum contingat, de rescriptis*: Steph. Grat. *disceptationum forensium, c.* 146. *n.* 10. Scac. *de appellationib. q.* 17. *limitatione* 10. *n.* 37.

2 Pro decidendi ratione annotare necesse est, executorem judicem esse in triplici differentia; alius est merus facti executor, alius verò mixtus: facti est, cui merum executionis factum committitur absque ulla causæ cognitione, cum jam præcessisset, tàm super principali, quàm super ipsa executione; *leg. executorem, C. de executione rei judicatæ*: Abbas *in præsenti, num.* 5. Felinus *num.* 3. Bartolus *ubi supra, num.* 10. Juris verò executor est, cui jus executionis committitur simul cum jurisdictione super executione ipsa, de qua nondum à superiore habita est cognitio, *leg. penult. ff. de confessis, leg. à Divo Pio,* §. *si super rebus, ff. hoc titulo, leg. si Prætor ff. de judiciis*: mixtus verò dicitur, cui tam causæ principalis, quàm executionis jus committitur; *leg. etsi non cognitio, C. si contra jus, vel utilitatem publicam*: ex quibus hic breviter præhabitis colligitur, Judicem in præsenti posse exceptionem admittere; non verò de ea judicare: quia *textus* noster loquitur in juris executore, cui tantum executio committitur: & ideò cum non cognoscat ad effectum definiendi, & exceptio illa ad infringendam sententiam principaliter dirigatur, & de ea apud Pontificem non fuisset actum, justa de causa non potuit super ea diffinire, licèt eam admittere valeat: sed eam debet ad Superiorem remittere: notat Azeve. *in l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop. n.* 39.

3 Primò obstat textus in *l.* 1. *ff. de officio ejus, cui mandata est jurisdictio, l. solet. ff. de offic. Proconsulis; leg. nemo potest* 71. *ff. de reg. juris, l.* 18. *tit.* 4. *p.* 3. in quibus juribus constat, quod ea quæ sunt imperii delegari non possunt, sed executio sententiæ imperii est, *l. jubere cavere. ff. de jurisdictione omnium judicum, vers. Et in possessionem mittere, &c.* Ergo non poterit delegari, juxta text. *in l. à Divo Pio, ff. hoc tit.* Cui dubio dicendum est, idcò in præsenti validam fuisse executionis delegationem: quia ab ipso Principe fuit facta: arg. text. *in c. Pastoralis,* §. *quia vero, cap. significasti, de officio delegati, l. fin. C. de judiciis; Authent. de exhibendis Reis,* §. *si verò, collat.* 5. Abbas *in præsenti, num.* 6. nam inferior à Principe non potest jurisdictionem executionis delegare; & ita obtinet textus in *d. l. à Divo Pio, in principio, hoc tit.* notat Covar. *lib.* 3. *variar. c. fin.* Doctor Balboa latè *in præsenti, num.* 14. *&* 15.

4 Secundò obstat text. *in l. executorem, C. de executione rei judicatæ,* ubi constat executorem non posse exceptionem illam admittere. Cui dubio satisfieri poterit ex his, quæ suprà retulimus; siquidem textus *in d. l. executorem*, procedit in mero executore facti, cui tantum nudum factum executionis absque ulla juris cognitione committitur: & idò nihil mirum, quod exceptionem illam possit admittere; cùm antea, omnis principalis & exceptionis cognitio apud Superiorem præcesserit; at verò textus noster procedit in juris executore, cui permissum est exceptionem admittere; non verò de ea pronunciare, seu cognoscere, sed tantum ad Superiorem remittere.

5 Tertiò obstat textus in *l. etsi non cognitio, C. si contra jus, vel utilitatem publicam, cap. dicenti,* §. *etsi non cognitio,* 25. *quæst.* 2. in quibus juribus constat, Judicem executorem posse cognoscere de veritate, vel falsitate precum: ergo etiam in præsenti potuit cognoscere de dolo, & fraude. In cujus textus difficultate, omissa *Cujacii* emendatione *in dict. leg. etsi non cognitio*, & in *posthumis ad hunc textum*, verissimè est dicendum, jura in argumento adducta procedere in mixto juris executore, cum clausula illa, *Si ita est, vel si constiterit*: nam licèt ei tantum committatur executio causæ nulla cognitione præmissa, tamen poterit non solum de veritate precum cognoscere, ut executio impediatur, verum etiam si fraus in rescripto intervenerit, quoad principale negotium; notat Gloss. *in cap. dicenti,* §. *etsi non cognitio,* 25. *quæst.* 2. *cap. pastoralis,* §. *quia verò, de officio delegati,* notat Bartolus *in d. l. à Divo Pio, num.* 4. *ff. de re judicata:* notat Cujac. *in paratitlis ad titulum, C. si contra jus, vel utilitatem publicam.* Neque obstabit dicere, 6
quod in *d. l. etsi non cognitio*, tantum executio causæ non verò ejus cognitio committitur: quia quamvis principaliter causæ executio commissa sit, non ejus cognitio; tamen per consequentiam nullitatis cognitio commissa videtur: quia aliàs si principaliter causæ cognitio fuisset commissa, Judex executor non denominaretur, notant D. Balb. *in præsenti, n.* 27. Barbosa *in remissionibus ad hunc textum, à num.* 3. Neque prædictis obstant textus *in cap. super literis* 20. *de rescriptis*, ubi constat, quod si Judici delegato fuerit facta fides fraudis ipsius rescripti, ulterius non poterit in causa sibi commissa procedere; ut constat ex *vers. c. illo*, ibi: *Nullatenus de causa cognoscat, &c.* Ergo similiter, neque in *d. l. etsi non cognitio*, Judex executor potuit de principali causa cognoscere, cùm jam sibi constaret de rescripti dolo: Quia inter hæc jura plurima extat differentia, siquidem text. *cap. super literis*, loquitur in fraude impetrationis ipsius rescripti, quo in casu Judex virtute rescripti, quasi ex defectu jurisdictionis amplius in causa procedere non potest: notat Gloss. *verbo, condemnatus*, in *cap. exceptionem, de exceptionibus*, Gloss. finalis *in Clementina* 1. *de sequestrat. possessionis, & fructuum*, textus verò *in dict. leg. etsi non cognitio*, non procedit in subreptione impetrationis rescripti; sed in subreptione, quæ tantum respicit merita ipsius causæ principalis: veluti cum dixerit sententiam à Principe fuisse latam, cum tamen non esset, vel aliud simile; quo in casu virtute illius clausulæ, *si ita est*, vel *si ita constiterit*, poterit Judex illo articulo principalem causam concernente cognoscere: notat Fulgosius in *l. etsi, n.* 1. *C. si contra jus, vel utilitatem publicam.*

7 Quartò obstat textus in *cap.* 2. *de crimine falsi*, ubi constat, quod si coram Judice executore exceptio falsitatis fuerit opposita; videlicet sententiam per falsas litteras fuisse prolatam, non poterit in executione procedere: ergo neque *in præsenti*, si contra sententiam fuerit oppositum, fuisse per dolum latam. Cui dubio, omissa Glossæ interpretatione *in d. c.* 2. verissimè est dicendum, quod *textus* ille non asserit Judicem executorem, opposita illa exceptione, non posse eam admittere, sed tantum non debere exequi sententiam illam, adversus quam falsitatis exceptio est opposita; sed eam suspendere, donec de nullitate ipsa apud Superiorem constiterit, ad quem remittenda est: quo supposito nihil urget adversus nostri *textus* decisionem; ita similiter est interpretandus text. *in leg. si Prætor* 7. §. *Marcellus*, *de judiciis.*

8 Neque prædictis obstat text. in *cap. pastoralis*, *paragr. quia vero*, *de officio delegati*, ubi Judex tenetur exequi sententiam, etiamsi injustam esse appareat: Quia

textus *in dict.§. quia vero*, procedit quando sententia est injusta, hoc est tantum contra jus litigatoris, quo in casu Judex inferior eam exequi tenetur, etiamsi injustam esse cognoscat, siquidem ad subditum non pertinet discussio justi, vel injusti Superioris præcepti; cùm satis sit, quod apparenter sit justum, vel ita præsumatur, *cap. in istis,4. distinction.cap. qui resistit*, 11. *quæstion.3. cap.quo jure,8.distinction. cap. inferior*, 21.*distinctione,cap.omnis anima,de censibus,cap.magnum*, 11. *quæstion.* 3. & ideò cùm *in dict.§. quia verò*, Delegatus Pontificis sit superior, & Ordinarius inferior, justa de causa Ordinarius non potuit de sententia Judicis delegati etiam injusta cognoscere, sed diligenter absque mora exequi: nam justa præsumitur ex eo, quod in rem judicatam transierit, qua de causa si forte vitium habuisset, purgatum censeretur ex tacito consensu condemnati, ob lapsum appellationis terminum, argum. textus in *leg. fin. Cod. ut lite pendente; leg.si ut proponis*, 6.*C.de exceptione rei judicata,leg.si prator 7.ff.de judiciis*; textus verò noster loquitur de exceptione nullitatis; non verò injustitiæ,quo in casu executio suspenditur, & Judex executor de ea cognoscit tantum ad effectum remittendi ad superiorem; notat Abbas *in dict. cap.2.n.3.* Felinus *in præsenti,num.*11.Barb.*in remissionibus ad hunc textum,num.* 4.

9 Quintò prædictis obstat textus *in cap. cui est illata*, *cap. non semper*, 11. *quæstion. 3. cap.si dominus*, *cap. Julianus, eadem causa, & quæstione*; *cap. inquisitioni* 44. *in primo responso, de sententia excommunicationis*; *cap. per tuas*, el legundo, *de Simonia*, in quibus juribus cavetur,injusto Superioris præcepto parendum non esse. Quorum jurium difficultati occurritur ex eo,quia textus in *dict.cap.cui est,illata* 11. *quæst.* 3. procedit, quando excommunicatio non tantum fuit injusta, sed etiam nulla ex defectu ministri, cui parere non poterat, cum lata fuisset ab hæretico Dioscoro, qui cum Patriarcha Alexandriæ esset, quosdam excommunicavit, qui omnes cum crederent sententia illa se fuisse ligatos Gelasius respondit, absolutione non indigere: quæ interpretatio ex ejus integra deducitur; siquidem Gelasius Pontifex rescripsit Episcopis Orientalibus de damnatione Dioscori, quo tempore hæreticus jam fuerat pronunciatus; notat Platina *de vitis Pontificum, in vita Gelasii*: constat etiam ex Gelasii Epistola ad Episcopos Dardaniæ, quæ incipit: *Dilectissimis*, *&c.* notat Covarruvias *in capit. alma mater*,1. *part.* §. 7. *num.* 5. Neque obstabit dicere, Gelasium Pontificem *ibi* non fuisse motum ex defectu ministri, seu propter nullitatem, sed ex eo, quod sententia illa iniqua, seu injusta fuisset: quia *in principio* loquitur de injusta sententia, quæ ab hæretico fuit prolata; nam cùm ij, adversus quos lata fuisset, existimarent valuisse, sublato illo errore, nulla remansit ex defectu potestatis seu ministri; & statim prosequitur Pontifex, quòd *si injusta est, tanto eam curare non debet*; quasi adversativè veba illa fuissent proposita; & ideò in *prima textus parte* sententia infringitur, quia ab hæretico fuit prolata;nam aliàs si tantum injusta fuisset, infringi non poterat.

10 Neque obstant textus *in dict. cap. cum semper*, cum *similibus suprà adductis*: quia procedunt quando sententia est omnino præceptis Dei contraria, & expressè eis repugnat: textus verò *in dict.* §. *quia vero*, loquitur de præcepto humano, hoc est, Principis. Neque similiter obstat textus *in dict. cap. inquisitioni* 14. *in primo responso*, & textus *in cap. literas*, *de restitutione spoliatorum*, ex quibus constat, quod si alter conjugum cognoscat impedimentum, quod apud Judicem probari non potest, potius tenetur humiliter sententiam excommunicationis sustinere, quàm præceptum Judicis exequi, & peccatum per carnale commercium committere; quia communiter dici solet, quod in *dicto capite Inquisitioni*, conjux potius tenetur suam privatam opinionem, quàm iniquam Judicis sententiam exequi: quia tunc privatam personam repræsentat: at verò *in dicto paragrapho quia vero*, ordinarius Judex publicam gerit, qui Delegati sententiam exequi tenetur; neque de Superioris iniquitate cognoscere poterit; conjux verò, cùm sit privata persona; & non publica, sed privata scientia cognoscat; cùm conscientiam læsam retineat, justa de causa debiti executionem impedire poterit.

Sextò adversus ea, quæ communiter *in præsenti*, & 11
dict. cap. pastoralis, §. *quia vero*, *de officio delegati*, notant omnes: videlicet sententiam Superioris iniquam,& notoriè injustam Judicem inferiorem non teneri exequi, juxta textum in *cap.inter cæteras* 9. *hoc titul.leg. si pars judicantium* 10.*ff. de inofficioso testamento*. Obstabit textus *in cap.si quando* 8. *de officio delegati*, ubi evidens, & certa injustitia sententiæ Judicis delegati fuit, & nihilominus inferior Judex tenetur illam executioni mandare, ut constat ex verbis illius textus, ibi: *Non debet Judicis delegati mandato resistere*, *&c.* In cujus textus difficultate, omissa Felini, & Decii interpretatione *ibidem*, Cardinalis *in Clementina* 3. §. *eorundem, de foro competenti*, verissimè dicendum esse existimo, quod Alexand. III. in *dict. capit.si quando*, non asserit sententiam evidenter iniquam ab inferiore exequendam esse, sed tantum consilium refert: videlicet non esse violenter Delegato resistendum, cùm sit Superior, & maxima ei reverentia debeatur: & si manifestè injustum præcipiat,cùm Delegato non debet resistere, sed Delegati præceptum aliter subterfugere, cum apud ipsum omnia remedia solerter sint investiganda, consulendo ne quid ita manifestè iniquum jubeat, & veritatem insinuando, ita insistat, donec Pontifici innotescat: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi: *Non debet ei resistere violenter, sed apud ipsum stare, ut differat eos in possessionem mittere, donec rei veritas innotescat,&c.* quæ dictio, *Donec*, conditionem inducit, *leg. sufficiat, digest.de condition. indebiti.*

Septimò obstat text. *in l.cum fideicomissum, penult.ff. de* 12
*confessis.*ex qua constat,quod si fraus aliqua coram ipso executore sit commissa, poterit ipse Judex executor de ea cognoscere, cùm, commissa jurisdictione, omnia necessaria ad ejus expeditionem concessa videantur, juxta textum in *l.2.ff. de jurisdictione omnium judicum*, *cap. præterea*,cum vulgatis *de officii delegati.* Cui dubio responderi debet, quod textus *dict. leg. penultima*, tantum procedit de fraude commissa coram ipsomet Judice executore; & ideò nihil mirum, si de ea plenè possit cognoscere,ex principio suprà relato *in dict. leg.* 2. at verò textus noster loquitur, quando fraus fuit commissa coram Judice superiore; quo in casu cum inferiori non sit principalis causæ cognitio commissa, mirum non est, quod ejus cognitionem ad superiorem remittat: nam verba nostri textus ibi: *Fraus intervenerit*, *&c.* idem significant, ac si textus dixisset: *Si fraus jam apud superiorem interveniisset.* Ex quibus constat, Judicem executorem posse cognoscere de exceptionibus concernentibus executionem ipsam; non verò oppugnantibus diffinitivam sententiam; notat Abbas *in præsenti num.* 3.

Ad textum in cap. Cum aliquibus 6. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Non sufficit Reo damnato ad traditionem possessionis* [illegible] *tradere pignus pro ipsa possessione.*
2 *Aliud pro alio invito creditori solvi non potest.*
3 *Possessio transfertur per pignus conventionale;& ibi refertur, quæ differentia inter pignus Prætorium, & Conventionale.*

Expenditur text. in l.contrahitur, ff. de pignorib. & in l. pignus, ff. de pignorat.act.

4 *Interpretat*

4 *Interpretatur text. in* l. reſcripto 6. §. plane, ff. de muneribus & honoribus.

5 *Condemnatus, præſtando pignora ſatisfacere videtur. Intellige, ut ibi.*

6 *Obligatio dandi rem, eſt etiam obligatio faciendi. Intellige, ut ibi.*

7 *Interpretatur text. in* l. 1. & per totum titulum, C. ſi in cauſa judicati.

CONCLUSIO.

1 NOn ſufficit *Reo damnato ad traditionem poſſeſſionis, tradere pignus pro ipſa poſſeſſione.* Conſonat textus in *l. non poteſt*; *l. quod ſi non, l. debitor*, §. *fin. ff. de pignoratitia actione, l.* 1. *l. poſſideri, l. quemadmodum, ff. de adquirenda poſſeſſione, l. licet, l. nemo, C. eodem, l. traditionibus, Cod. de pactis, l. unica, C. de rei uxoriæ actione, Authent. hoc niſi debitor, Cod. de ſolutionibus, l. qui reſtituere, ff. de rei vindicatione, l.* 3. §. 1. *ff. de uſufructu, l. ſi partim, in principio, ff. quemadmodum ſervitutes amittantur, l. ſolutam, ff. de ſolutionibus, l. promiſſor* 21. §. *ultim. ff. de conſtituta pecunia*: illuſtrant Gomezius, 2. *tom. variarum, cap.* 10. *num.* 22 Tiraquellus *de retractu, tit.* 1. §. 3. *gloſſa* 3. *num.* 15. Cujac. *lib.* 5. *obſervat. cap.* 30. Idem *lib.* 9. *cap.* 37. Menochius *de recuperanda, remedio* 15. *num.* 644. Idem *de arbitrariis, quæſt.* 69. *n.* 15. Sarmiento *lib.* 1. *ſelectarum, cap.* 8. *num.* 22. Parladorius *lib.* 2. *rerum quotidianarum, cap. fin.* 5. *parte*, §. 17. Guttierrez *de juramento confirmatorio*, 1. *parte, cap.* 29. Don. *in dict. Authentica, niſi debitor.*

Ratio decidendi deducitur ex textu in *l.* 4. §. *ait Prætor, ff. hoc tit.* ex cujus deciſione conſtat, condemnatum ſolvere, non videri ſatisfacere pignora præſtando; quod receptum eſt, ne ex obligatione obligatio naſcatur, & ne ex litibus lites oriantur, *l. terminato, C. de fructibus, & litium expenſis*: nam aliàs eſſet contra principium juris relatum in *cap. finem litibus, de dolo, & contumacia*, cum ſuprà traditis in *cap.* 2. *hoc tit.* Tum etiam, quia aliud pro alio invito creditori ſolvi non poteſt; neque pignus pro pignore; neque unus fidejuſſor pro alio fidejuſſore admittitur; juxta textum in *l. ſi rem*, §. *omnino, ff. de pignoratitia actione, l.* 2. §. 1. *in fine, ff. ſi certum petatur: principio, Inſtit. quibus modis tollitur obligatio.* Ideóque cum debitor in præſenti poſſeſſionem tradere teneatur, non videtur plenè ſatisfacere, ſi invito creditori pignus præſtare velit, notat Gloſſa *in præſenti*: Pinellus *in l.* 2. *Cod. de reſcindenda vend. ſecunda parte, cap.* 1. *num.* 21.

Primò obſtabit dicere, quod ſolo Judicis decreto transfertur poſſeſſio, & inducitur pignus prætorium, juxta textum in *l. contrahitur, ff. de pignoribus, l. pignus, ff. de pignoratitia actione*; ergo ſi per ſolam poſſeſſionis adjudicationem ex Prætoris decreto transfertur poſſeſſio, ut in *prima noſtri textus parte* mentio habetur, fruſtra in *ſecunda parte*, alia poſſeſſio apprehenſio deſideratur. Cui dubio breviter ita reſponderi ſolet: videlicet jura in argumento adducta, & ſimilia, locum habere in pignore conventionali, ex qua ſola conventione pignus conſtituitur, & poſſeſſio transfertur, atque actio hypothecaria, & pignoratitia naſcitur, juxta textum in *l. ſi rem aliquam*, §. *proprio, de pignoratitia actione*, ubi latè Antonius Faber *in Rationali*: at verò textum noſtrum loqui in prætorio pignore cauſa cognita, hoc eſt, quando res alicui per ſententiam adjudicatur: quo in caſu non ſufficit ſi victus pignora victori offerat, ſed etiam tenetur ipſius rei condemnatæ poſſeſſionem tradere, notat Ripa in *l.* 4. §. 1. *num.* 4. *ff. hoc tit.* Tiraquellus *de retractu, tit.* 1. §. 3. *gloſ.* 3. *num.* 15.

4 Secundò ſolutioni obſtat textus in *l. reſcripto* 6. §. *plane, ff. de muneribus, & honoribus*, ubi conſtat, quod ſi quis fuerit condemnatus ad ſolvendum, ſufficit quod tantum præſtet pignora, vel fidejuſſores. Quam difficultatem facilè diſſolves, ſi dixeris, veriſſimum eſſe, quod quando quis condemnatur ad ſolvendum, non ſufficit pignora, vel fidejuſſores dare, juxta textum in *l. item liberatur*, §. 1. *ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſolvitur, l. promiſſor* 21. §. *fin. ff. de conſtituta pecunia.* Neque obſtat textus in *dict. l. reſcripto, verſic. Plane*: Quia omiſſa Bartoli, & Alberici interpretatione *in dict. l. item liberatur*, §. 1. veriſſimè eſt dicendum, quod in *dict. l. reſcripta* 6. verſicul. *Planè*, non agitur de eo, qui tenebatur ſolvere, ſed tantùm ſatisfacere; neque ibi debitum liquidum erat, ut indicant verba illius *textus*, verſic. *Debitores*, quo in caſu ſufficit dare pignora, vel fidejuſſores præſtare; juxta textum in *l. ſi ſtatu liber, l. ſervus* 34. *in fine, ff. de ſtatu liberis*: ſecus verò dicendum eſt, cum quis non tantum ſatisfacere, ſed ex contractu præcisè ſolvere tenetur: quia tunc non ſufficit pignora dare, ut ſuprà retulimus.

Tertiò obſtabit textus in *l. à Divo Pio*, § *in venditionibus*, cum ſequentibus, *ff. hoc titulo, l.* 1. *Cod. ſi in cauſam judicati, l. ſi quis à liberis*, §. *ſi quis ex his, ff. de liberis agnoſcendis*, in quibus juribus conſtat, condemnatum præſtando pignora ſatisfacere videri: ergo, & *in præſenti* pignoris præſtatio ſufficere debebat. Sed facilè reſpondetur ex eo, quod textus *in dict.* §. *in venditionibus*, & ſimilia jura locum habent in pignoribus judicialibus, quæ dantur pro executione ſententiæ, publicis miniſtris intervenientibus, ut ex illis fiat ſolutio creditori; at verò in ſpecie *noſtri textus* agitur de pignore dato pro ſecuritate victoris; quo in caſu non ſufficit pignora præſtare in executione, ut ex illis etiam diſtractis creditori fiat ſolutio, cùm debitor teneatur rem ipſam tradere, ut indicant verba noſtri textus, ibi: *Adiudicata poſſeſſio*, quæ denotant, debitorem rem ipſam præcisè tradere compellendum eſſe: neque intereſſe dando liberabitur, *dict. l. qui reſtituere, ff. de rei vindicatione*, Gomezius 2. *tom. variarum, cap.* 10. *num.* 22. Antonius Faber *in Rationali ad textum in dict. l. qui reſtituere.* 5

Neque obſtabit ſi inſtes ſententiam per æquipollens adimpleri poſſe; argument. textus in *l. ſi mater, Cod. de inſtitut. & ſubſtitut. l. mulier, Cod. ad Senatus Conſultum Trebellianum*, ac ideò cum datio pignoris quoad debiti ſecuritatem æquivaleat dationi poſſeſſionis, §. *furti, inſtit. de obligationibus, quæ ex delicto*: ita ſimiliter *in præſenti* ſufficere videbatur datio pignoris: Quia veriſſimè dicendum eſt, quod ſententia non poteſt per æquipollens adimpleri, *l. ſi pecunia in fine, ff. ut in poſſeſſionem legatorum*, præcipuè quia ſolvere, & dare pignora, non ſunt æquipollentia, *l. item liberatur*, §. 1. *ff. quibus modis pignus, &c. l. promiſſor*, §. *fin. ff. de conſtituta pecunia*, ſiquidem virtute ſententiæ poſſet quis compelli rem ipſam tradere, *dict. l. qui reſtituere, ff. de rei vindicatione*, Doctor Balboa *in præſenti, numero decimo quinto.*

Quartò obſtabit dicere, quod obligatio dandi rem, eſt etiam obligatio faciendi, *l. ſi rem* 26. *ff. de verborum obligationibus*: ſed in hac obligatione, nemo præcisè dare compellitur, ſed præſtando id quod intereſt liberabitur, *l. ſi quis* 13. §. *ultimo, ff. hoc titulo*, ergo & *in præſenti* debitor liberabitur tradendo pignus pro re ipſa. In qua difficultate dicendum eſt, jura in argumento adducta non procedere in obligatione faciendi; quæ dimanat ex juſſu Judicis, ut in præſenti: quia hoc in caſu quis præcisè dare, & facere à Judice compellitur, nec ſufficit pignus, ſed vera ſolutio deſideratur. 6

Neque obſtat *l.* 1. & *integer titulus, C. ſi in cauſa judicati*, ubi ſufficiunt pignora, ſi ex illorum æſtimatione victori ſatisfieri poteſt: Quia titulus ille procedit quando executio non in re certa, ſed in quantitate facienda eſt, vel quando res aliqua tradenda eſſet, & non extat; nam tunc in ejus defectum æſtimatio præſtari debet: at verò textus noſter procedit quando certa res, ſeu poſſeſſio adjudicatur; quo in caſu diſpar eſt ratio: notat Gomezius *ubi ſupra, num.* 32. *verſic. Quintus.* 7

Ad textum in cap. Lator 7. c. Tenor 10. c. Conſanguinei, 11. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Sententia lata contra matrimonium nunquam tranſit in rem judicatam, ac ideò quandocunque revocatur, ſi conſtet de errore.*

2 *Sententia cùm vitium continet per partes remiſſibile, tranſit in rem judicatam: ſecus ſi irremiſſibile; ut in exemplo ibi relato: & in n. 3. & 4.*

3 *Interpretatur tex.* in c. juravit 6. de probat.

4 *Expenditur textus* in capit. conſtitutis 46. de teſtibus.

5 *Exponitur textus* in cap. ex litteris, de divortiis, in fin.

6 *Vitium irremiſſibile, etiam extat, quoties matrimonium per impotentiam diſſolvitur; ac ideò in eo ſententia non tranſit in rem judicatam.*

7 *Illuſtratur text.* in cap. conſultationi, de frigidis, & maleficiatis.

8 *Sententia in cauſa matrimoniali, etiam ſi ab ea non ſit appellatum, nullum jus facit nec ex ea oritur, nec pro veritate habetur.*

Publicatis atteſtationibus in cauſa matrimoniali teſtes recipiuntur.

9 *Sententia in cauſis matrimonialibus tranſit in rem judicatam, ad hoc tantum, ut ſtatim exequi poſſit, non tamen ad hoc ut poſtea per viam querelæ reperta veritate reſcindi non poſſit.*

10 *Valet argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale.*

An in beneficialibus ſententia tranſeat in rem judicatam & an ſit vitium remiſſibile, vel irremiſſibile, ibi exponitur.

11 *Allegans propriam turpitudinem, & veniens contra proprium factum, non eſt audiendus.*

Interpretatur textus in cap. tenor 10. de ſentent. & re judic.

12 *Sententia in cauſa matrimoniali contra veritatem prolata, ideò veritate reperta retractari poteſt, quòd etiam ſi poſt ſententiam ab utroque, vel altero conjuge matrimonium contractum proponatur, nullius momenti erit.*

Expenditur text. in c. ſicut 9. verſ. Super quo de teſtib. *junctò* verſ. Sequenti.

13 *Per impotentiam ſeparati, ſi poſtea cum aliis nuptias contraxerint, ac potentes facti fuerint, non ſeparantur à ſecundo conjugio. Intellige, ut ibi in impedimento maleficii, non vero frigiditatis.*

Interpretatur text. in c. ult. 33. quæſt. 1.

CONCLUSIO.

1 SEntentia lata contra matrimonium, nunquam tranſit in rem judicatam ac ideò quãdocunque revocatur, ſi conſtet de errore. Comprobat text. *in cap. fraternitatis, de frigidis, & maleficiatis, c. quod Deo, 35. qu. 5. cap. grave 35. quæſt. 9. c. cauſam matrimonii, penult. de probationibus, cap. ſeries 26. cap. ſicut nobis, cap. ex tenore 35. cap. cum in tua 44. cap. conſtitutis 46. de teſtibus*: illuſtrant Magiſter Sanctius *in repetitione ad textum in Clementina 2. de teſtibus, num. 20.* Covar. *in 4. 2. part. 8. §. 12. & lib. 1. variarum, cap. 2. num. 7.* Thomas Sanchez *de matrimonio lib. 7. diſp. 100. num. 1. & 33. & li. 10. diſput. 9. num. 2. & 4.* Menoch. *de arbitrariis. caſu 103.* Tiraquellus *de retractu titul. 2. §. 1. gloſſa 2. num. 37.* Oſuald. ad Donellum *lib. 21. cap. 12. lit. F.* Maranta *de ordine judiciorum, 3. part. num. 147. cum ſequentibus.*

2 Pro vera noſtri *textus* decidendi ratione omnino annotandum eſt, quod ſententia dupliciter ferri poteſt: nam aut in ſe continet vitium ab ipſis partibus remiſſibile, aut omnino per partes irremiſſibile; remiſſibile dicitur, cùm partes jus pro ſe introductum omittendo, debitum, vel non appellando, tacitè, vel expreſſè remittere poſſunt; irremiſſibile verò dicitur, quod ab ipſis partibus, neque tacitè, neque expreſſè remitti poteſt: veluti ſi pronuncietur non fuiſſe matrimonium, quod verum erat; quo ſuppoſito, vera deducitur ad noſtrum textum decidendi ratio: nam cùm ſententia *in præſenti* lata in cauſa matrimoniali, nullum contineat jus per partes remiſſibile, ideò non potuit in rem judicatam tranſire; quo minus poſtea poſſit, reperta veritate, retractari; cùm ex partium voluntate id non dependeat, ſiquidem extet vitium per partes irremiſſibile, & peccatum ſubſit: videlicet ne ſeparentur, qui legitimè copulati ſunt, vel ne conjungantur, qui divina, vel humana lege ſunt prohibiti: nam quos Deus conjunxit ſeparare homo non valet, *Matthæi c. 19. c. licet ex quadam 47. de teſtibus*, Oſuald. ad Donel. *lib. 21. cap. 12. litera F.*

Primò obſtat textus *in cap. juravit 6. de probationibus*, 3
ubi ſimiliter agitur de matrimoniali cauſa, & tamen Pontifex negat probato impedimento, publicatis atteſtationibus, poſſe eoſdem, vel alios teſtes ſuper eiſdem articulis, vel directò contrariis recipi. Cui dubio veriſſimè eſt dicendum, ſponſalia de futuro, vel matrimonium multipliciter conſiderari: nam vel agitur de matrimonio ſeparando, & teſtes deponunt impedimentum eſſe, ubi non erat, vel agitur non de ſeparando, ſed de impediendo: veluti in ſponſalibus de futuro, & teſtes deponunt de impedimento inter contrahentes exiſtente; in primo caſu, eſt vitium irremiſſibile, & ſententia non tranſit in rem judicatam: ac ideò ob peccati periculum, iterum teſtes poſſunt admitti, & ita obtinet *textus noſter*: in ſecundo verò, eſt vitium remiſſibile, ac ideò cum jam eſſet probatum impedimentum, & nullum extet periculum, partes poterunt eodem mutuo conſenſu ſponſalia promiſſa de futuro expreſſè, vel tacitè poſt teſtium publicationem diſſolvere; quo in caſu ordinarium jus ſervatur, ut publicatis atteſtationibus neutiquam iterum poſſint de impedimento illo teſtes recipi, & ita obtinet textus *in dict. cap. juravit 6.* notat Abbas *ibidem, num. 5.* Gloſſa verbo: *Juri contraria, in fine, in dicto cap. ſeries 26. de teſtibus.*

Secundò prædictis obſtabit ſequens conſideratio de- 4
ducta ex textu *in cap. conſtitutis 46. de teſtibus*, in cujus deciſione non in ſponſalibus de futuro, ſed in cauſa matrimoniali Pontifex aſſerit, teſtes poſt publicationem recipi valere, redditque rationem: quia pars non dicerat teſtium dicta, neque productioni renunciaverat; conſideratio eſt: ergo hoc impedimento ſtante, videlicet ſi didiciſſet, vel renunciaſſet, iterum neque in cauſa matrimoniali admitterentur. Sed huic ſcrupulo ſatisfieri debet ex eo, quod in ſpecie illius *textus* non agitur de impedimento irremiſſibili, hoc eſt, de conſanguinitate probanda ad diſſolvendum matrimonium quoad vinculum, ſed tantum de remiſſibili, hoc eſt, de divortio quoad torum, & de validitate proceſſus, ubi non imminet peccatum, ac ideò ibi non receditur à regulis juris communis; quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi: *Divortii ſententiam promulgavit, &c.* notat Abbas *ibidem numer. 1. ad finem*, Cujacius *in poſthumis ad eundem textum*, Thomas Sanchez *lib. 7. diſp. 100. & lib. 10. & diſp. 2. à num. 2. cum ſeqq.*

Neque obſtat textus *in cap. ex literis. de divortiis, in fi-* 5
ne, ubi non obſtante ſententia divortii tantùm quoad torum, iterum de ea cauſa tractatur, & vir cogitur ad primam uxorem redire. Quia ibi non retractatur ſententia tantum quoad torum lata, ex eo, quod vitium eſſet irremiſſibile; ſed eo potius quia maritus delictum poſt ſententiam commiſit, hoc eſt, ſecundum matrimonium furtivè cum alia contraxit: nam vivente prima, adulterii delictum commiſit, ideòque ex illa adulterii, & delicti cauſa noviter orta, iterum de divortio

divortio cognoſcitur, & maritus officio judicis compellitur ad primam redire, juxta textum in *cap. fin. de adulteriis*, *cap. diſcretione*, *verſicul. Cum poſſit*, *de eo qui cognovit conſanguineam*, *l. viro* 29. *ff. ſoluto matrimonio.*

6 Neque prædictis obſtabit, ſi inſtes, juramentum, quo conjuges promittunt ſeorſum vivere, temerarium eſſe juxta textum in *cap. tua* 24. *de jurejurando*: ergo cum ſeparatio illa quoad torum, peccatum contineat, dici debet in ſeparatione illa eſſe vitium per partes irremiſſibile: Quia reſpondetur ſufficere vitium eſſe per ſe remiſſibile, quod etſi non expreſſè, tacitè tamen remitti poteſt; at ideò quamvis expreſſè pactum, & juramentum de divortio, turpe, & temerarium ſit, propter adulterij periculum, tamen abſque conventione expreſſa tacitè remitti poteſt: veluti ſi ad tempus ob juſtam cauſam ſeparentur, vel in perpetuum, ſi uterque continentiam voveat, juxta textum *in dict. c. quod Deo*, 33. *quæſt.* 5. notat Magiſter Sancius *in dict. Clem. 2. de teſtibus, num.* 110.

7 Tertiò adverſus communem, & veriſſimam ſententiam, quam tenent Doctores omnes *in præſenti*: videlicet noſtri textus diciſionem etiam locum habere, quoties matrimonium per impotentiam diſſolvitur, ita ut potentia reperta, ſententia illa retractari poſſit, Thomas Sanchez *libr.* 7. *de impedimentis*, *diſputatione* 100. *num.* 15. redduntque decidendi rationem: quia in ſeparatione illa ineſt peccatum, & vitium irremiſſibile: Obſtabit dicere, quod tunc peccatum non imminet, cum poſſint conjuges etiam frigidi, uti fratres cohabitare, juxta textum *in cap. conſultationi* 4. *de frigidis*, *& maleficiatis*: ob cujus *textus* authoritatem contrariam ſententiam defendit Abbas *in cap. final. ejuſdem tituli*, *num.* 4.

Sed nihil obſtat, quia ibi Eccleſia non abſolutè declarat eos, ut fratres habitare poſſe, ſed ut veros conjuges; meritò cùm tunc ita eſſe nequeat, mirum non eſt, quod ſit vitium irremiſſibile: quia aliàs ſi id admitteretur, ſimiliter etiam idem dicendum eſſet in impedimento conſanguinitatis, ut ſemper uti fratres habitare poſſent, quod admitti non debet, ac per conſequens idem in impotentia dicendum erit, notat Thomas Sanchez *d. diſputat.* 100. *num.* 15. *in fine.*

8 Quartò obſtabit dicere, quod ſententia, quæ in rem judicatam tranſit, adeò pro veritate habetur, ut ſi ab ea non eſt provocatum, oriatur præſumptio juris, & de jure, & nulla alia probatio admittatur, *cap. bene*, el primero, §. *porro*, *de electione*, *cap. is qui fidem*, *de ſponſalibus*, *argumento textus in l. res judicata*, *ff. de regul. juris*: ergo cum in ſpecie noſtri textus in ſeparatione illa non ſit provocatum, neque quoad vinculum, poſtea potuit de cauſa illa iterum audiri. Sed reſpondetur facilè ex eo, quod quando ſententia in cauſa matrimoniali prolata eſt, etiamſi ab ea non ſit appellatum, nullum jus facit, neque ex ea oritur, nec pro veritate habetur, quo minus, ea comperta, iterum de cauſa tractari poſſint: nam etſi regulariter contra præſumptionem juris, & de jure, probatio non admittatur: tamen admittitur in cauſis, in quibus vertitur animæ periculum; meritò, quamvis in aliis cauſis, publicatis atteſtationibus ſuper eiſdem articulis, teſtes non admittantur propter ſubornationis periculum; ut *ſuprà* diximus *in cap. cum veniſſet* 25. *de teſtibus*: tamen in cauſis matrimonialibus propter rationem *ſuprà* traditam admittuntur, *dict. cap. ſeries*, *cap. fraternitatis*, *de teſtibus*. Neque obſtabit ſi dixeris, periculum hoc ſubornationis melius, & fortius vertere in matrimoniali cauſa, cùm plerumque nuptiæ propter divitias, nobilitatem, vel pulchritudinem appetantur. Quia reſpondetur, quod etſi periculum extet, non tamen eſt tantum, quantum extat in prohibitione conjunctionis inter conſanguineos, vel affines, quod inceſti periculum majus, & certius eſt, quàm ſubornationis.

9 Quintò obſtabit dicere, quod tam à jure Civili, quàm à Canonico certum eſt & conſtitutum tempus, ut appellatio proponatur, quo termino tranſacto, ſententia tranſit in rem judicatam, *l.* 1. §. *biduum. ff. quando appellandum ſit*, *l. eos*, §. *ſi autem*, *Cod. de appellationibus*, *cap. quoad conſultationem*, *hoc titulo*, *cap. ſæpè*, *de appellationibus*, *Clementina*, *ſicut*, *eodem titulo*, quod fuit conſtitutum ne lites fierent immortales: ſed hæc ratio æquè militat in cauſis matrimonialibus, ſicut in aliis: ergo idem jus debet conſtitui; ſiquidem matrimonialis cauſa, quoad juris ordinem, cùm cæteris æqualis eſt, *cap.* 1. *ut lite non conteſtata*. Quod dubium ex eo diſſolvitur; nam quamvis fateamur, tam in cauſis matrimonialibus, quàm in aliis, tranſacto tempore appellationis ſententiam tranſire in rem judicatam, tamen dicendum eſt, ad id tantum tranſire, ut poſſit ſtatim exequi, neque per appellationem reſcindi; ſed non adeò tranſit in rem judicatam, ut non poſſit per viam querelæ poſtea, reperta veritate, tractari, cùm fieri poſſit, ut ſententia tranſeat in rem judicatam, & ut poſtea retractari poſſit, *l.* 1. *& per totum*, *tit. C. ſi adverſus rem judicatam*, Covarruvias *in* 4. 2. *part. cap.* 8. §. *fin.*

Neque obſtabit dicere, in matrimoniali cauſa, ſicuti in aliis, juris ordinem ſervari debere: Quia regula illa, & textus in *dict. cap.* 1. *ut lite non conteſtata*, locum habebit, ut *ſuprà* diximus, quando agitur de crimine adulterii, quoad tori ſeparationem: ſecus verò de ſeparatione vinculi: quia tunc matrimonialis cauſa privilegiata eſt, juxta textum in *dict. cap.* 1. *cap. quoniam frequenter*, §. *porro*, *ut lite non conteſtata*: ac ideò cum in ſpecie noſtri textus, non agatur de adulterij delicto, ſed de vinculo matrimonij, mirum non eſt, quod ordo juris non ſervetur.

Sextò obſtabit; nam valet argumentum de matri- 10
monio carnali ad ſpirituale, *cap. inter corporalia*, *de translatione Epiſcopi*, *dict. cap. quoniam*, §. *porro*, *verſ. Si vero*, *ut lite non conteſtata*: ſed ſententia in matrimonio ſpirituali, hoc eſt, in electionis cauſa, tranſit in rem judicatam, ſi ab ea intra decem dies non fuerit appellatum, juxta textum *in cap. cum dilectus* 32. *in fine*, *de electione*: ergo ſimiliter in carnali tranſire debet. Verum in hoc dubio, omiſſa *Abbatis* ſententia *in præſenti, num.* 5. quam refert Covarruvias *ubi ſupra*, *d.* §. 14. *num.* 14. veriſſimè dicendum eſt, multum referre, an agatur de illa ſententia reſpectu illius, qui condemnatus eſt; an verò reſpectu alterius, in cujus favorem fuit prolata, adverſus quem jus commune, & utilitas ordinarii juris reſiſtit: nam in primo caſu, ſi is, qui condemnatus eſt, non provocavit, ſententia illa quoad ſe tranſit in rem judicatam, ita ut poſtea errore comperto, non poſſit de ea agere, cum tunc ſit vitium ab eo remiſſibile; in ſecundo verò caſu reſpectu illius, in cujus favorem fuit lata, non tranſit in rem judicatam, cum ſit vitium per partes irremiſſibile, ſiquidem beneficium Eccleſiaſticum peccato interveniente retinet, hoc eſt, abſque inſtitutione canonica, cum ipſius Judicis ordinarii jus non poſſit remitti, argument. textus in *cap. poſſeſſor*, *de regul. juris*, *libr.* 6. *cap.* 1. *de eo qui mittitur in poſſeſſionem*, *eodem libro.*

Septimò obſtabit textus in *cap. cum ſuper*, *de conceſſ.* 11
prabendæ, ubi conſtat, quod allegans propriam turpitudinem, & contra proprium factum veniens, non debet audiri, *cap. inter dilectos*, *de donationibus*, ſed in præſenti vir, qui matrimonium contraxit, agit contra ejus ſeparationem, ut indicant verba noſtri textus, ibi: *Utriuſque ſtudio, &c.* Ergo ex poſt facto, tanquam contra proprium factum veniens audiri non debebat. Sed dicendum eſt, quod regula ſuprà adducta reſtringi debet, quoties agitur de vitando ipſius animæ periculo; notat Gloſſa *in præſenti*, Felinus *num.* 1. Panormit. *num.* 6.

Octavò adverſus ea, quæ communiter in præſenti 12
notant omnes: videlicet ſententiàm in cauſa matrimoniali contra veritatem prolatam, adeò veritate re-

perta retractari posse, quod etiamsi post sententiam secundum matrimonium ab utroque, vel altero conjuge contractum proponatur, nullius momenti sit, juxta textum in *cap. consanguinei* 11. *hoc tit. cap.* 1. Glossa, *verbo, retractare, in cap laudabilem, in fine, de frigidis, & maleficiatis*: obstabit textus in *cap. sicut* 9. *de testibus, versic. super quo*, juncto *versic. sequenti*: ex quo constat, quod si ad secunda vota vir, & uxor, aut alter eorum transmigraverit, testes tantum puniendos esse, cum ob illorum testimonium divortii sententia prolata esset, & matrimonium solutum. Augetur difficultas ex versicul. *Si vero*, dum idem *textus* asserit, quod si res integra est, & secundum matrimonium non fuerit contractum, diligenter sunt testes inquirendi, & sententia retractari debet: ex quibus constat, sententiam in primo membro non retractari. In cujus textus difficultate, omissa *Glossæ* interpretatione *ibidem*, asserentis, supplendum esse verbum, *maximè*; verissimè est dicendum, quod ideò in primo illius *textus* membro sententia non retractatur; quia legitimè non constabat de veritate: nam licet testes asseruissent, se corruptos falsum testimonium perhibuisse; tamen illis, uti textus asserit, non creditur: nam licet per alios, qui corruptioni præsentes fuerunt, eadem corruptio probetur, ad huc tamen veritas contra sententiam non probatur, id est, consanguinitatem non subesse, cum rectè fieri possit, ut corrupti testes veritatem dixerint, *cap. licet, vers. Idem de probationibus*, notat Barbosa *in collectaneis ad textum in dict. cap. consanguinei* 11. *hoc titulo.*

13 Nonò solutioni obstat textus in *cap. ult.* 33. *quæst.* 1. ubi hi, qui per impotentiam separati sunt, si postea cum aliis nuptias contraxerint, ac potentes facti fuerint, non separantur à secundo conjugio, ex cujus decisione apertè constat de veritate, ob quam sententia contra primum matrimonium fuit prolata, & nihilominus prima sententia firma manet. Sed respondetur facilè, quod ideò ibi non retractatur: quia textus ille specialiter debet intelligi de impedimento maleficii, quod cum sua natura probetur perpetuum, & sit impedimentum respectu unius tantum, non verò quoad omnes, & sic impedito facultas contrahendi cum alia concedatur, mirum non est, quod licèt in secundo matrimonio potens appareat, non ex eo dicatur constare de veritate contra primam sententiam, cùm possit esse impedimentum quoad primum matrimonium, non verò quoad secundum; quæ ratio cessat in frigido, siquidem quoad omnes frigidus, & impotens dicitur; juxta textum in *cap.* 1. *cap. laudabilem*, cum aliis, *de frigidis, & maleficiatis*, notat D. Thomas *ad* 3. *part. quæst.* 58. *articul.* 2. *& in* 4. *distinctione* 34. ubi Sotus, *quæst.* 1. *articul.* 3. Augustinus Barbosa *in collectaneis ad textum in dict. cap. consanguinei* 11. *hoc titulo, num.* 5. Reliqua quæ ad hunc textum spectant, petenda sunt ex his quæ *supra* retulimus *in cap. cum venisset* 25. *de testibus*, & in *cap. cum dilectus* 9. *de fide instrumentorum*, & quæ refert Barbosa *ubi supra, dict. cap.* 11. *num. fin.*

Ad text. in cap. Cum super 17. cap. Quamvis 25. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Res inter alios acta, aliis non nocet, nec prodest.*
2 *Iniquum est quemquam alieno facto onerari, quando est, quod ei imputari possit.*
3 *In una eademque causa Tertia appellatio non admittitur.*
4 *Ut appellatio admittatur prius de justificatione ejus constare debet.*
5 *Interpretatur textus noster, in versiculo,* Nec circa.
6 *Qui in sententia gravatus non est, appellare non potest.*
7 *Si lis cum debitore super pignoris proprietate fuerit disceptata, sententia contra debitorem lata ipsi nocet creditori.*
8 *Interpretatur textus in* l. si superatus 3. ff. de pignoribus, l. Præses 6. eodem.
9 *Qui patitur litigare, eum prohibere, & contradicere possit, sententia inter alios lata ei præjudicat.*
10 *Interpretatur textus in* cap. ad petitionem 22. de accusationibus.
11 *Interpretatur textus in* cap. cum olim, de causa possessionis, & proprietatis.
12 *Sententia contra institutum lata nocet substituto.*
13 *Expenditur text. in* l. cum mater 28. ff. de inoffic. testam.
14 *Conditio libertatis data si servus decem dederit, adimpletur, si solverit ei qui quocunque modo hæreditatis dominium adquisierit.*
Explicatur text. in l. statu liberi, §. Quintus Mutius, ff. de statu liberis.
15 *Sententia adversus cohæredem lata, non nocet cohæredi, nisi de libertate servo per fideicommissum relicta agatur.*
Explicatur text. in l. judicatæ 29. ff. de exceptione rei judicatæ, *cum* l. à sententia 5. ff. de appellat. l. quidam 12. de evictionibus.
16 *Expenditur text. in* l. is qui fundum 31. ff. de usufruct. legato.
17 *Illustratur text. in* l. posthumus, §. si quis 21. ff. de inoffic. testam.
18 *Interpretatur text. in* l. si à te 9. §. ult. ff. de exceptione rei judicatæ.
19 *Discutitur text. in* l. Papinianus, §. ult. digestis, de inofficios. testament. *cum* leg. 1. digestis, de re judic.
20 *Expenditur textus in* l. ingenium, digestis, de statu homin. *cum* l. 1. digestis, si libertus ingen. esse dicat.
21 *Sententia in populari actioni lata inter alios, aliis non nocet, & prodest: ita ut si servus fuerit absolutus ab ea, alter eum non poterit iterum accusare, cum omnibus sententia illa noceat.*
22 *Illustratur textus in* l. 1. §. ultimo, l. 2. ff. de agnoscendis, & alendis liberis, l. 2. §. sed si agat, ff. de judiciis, l. si rem aliquam 31. §. si duo, ff. de donation. l. si duo 34. ff. de receptis arb. l. si superatus 13. ff. de pignoribus, cap. inter dilectos, versicul. Secundo per instrumentum, de fide instrumentorum, l. fideiussor, §. 1. digestis, de fidejussoribus, *cum* leg. Gajus Sejus, digestis, de eodem.

CONCLUSIO.

Res inter alios judicata, aliis non nocet, nec prodest. 1 Comprobat textus in *cap. inter dilectos, de fide instrumentorum, cap. veniens, de transactionibus, cap. veniens*, el secundo, *cap. constitutus, de testibus, cap.* 2. *de exceptionibus, cap. super eo; de officio delegati, cap. cum olim, penultimo, de causa possessionis, & proprietatis, l. à sententia, l. ab executore, §. alio, ff. de appellationibus, l. de uno quoque, l. sæpè* 63. *ff. hoc tit. l. is qui fundum, ff. de usufructu legato, l. servus plurium, §. 1. ff. de legatis* 1. *l. Modestinus*, cum aliis, *ff. de exceptionibus, l. quia, l. nam & postea, in fine, ff. de jurejurando, l.* 1. 2. *&* 3. *Cod. res inter alios, ff. de regul. juris, l.* 1. 2. 3. *&* 4. *Cod. quibus res judicata non noset, l.* 1. *&* 2. *Cod. si unus ex pluribus appellaverit, l.* 2. *Cod. de exceptionibus, l.* 2. *Cod. de fide instrumentorum, l. Claudius, ff. qui potiores in pignore, l. optimam, Cod. de transactionibus, l. circa, Cod de locato, l.* 4. *&* 7. *tit.* 23. *part.* 3. *l.* 19. *tit.* 22. *ejusdem Partitæ*: exornant Cardoso *in praxi, verbo: Exceptio, num.* 21. *& verbo: Res, num.* 25. *& verbo; Sententia, num.* 63. Tiraquellus *de retractu, cap. Res*

Res inter alios acta, in principio, Duarenus *ad titulum de re judicata, in dict. l. sæpe, relection.* 43. & ad *titulum, Cod. si in communi, eademque causa in integrum restitutio postuletur*: Menoch. *de arbitrariis casu* 111. & *consil.* 28. *num.* 28. *& de Retinenda, remed.* 3. *num.* 571. Mascardus *de probationibus, conclus.* 394. *n.* 29. *& cons.* 1243. *&* 1267. *num.* 2. Stephanus Gratianus *disceptat. Forensium, tom.* 4. *cap.* 736. *num.* 5. Duarenus *ad titulum de transactionibus, cap.* 3. *in fine*, Covarruvias *in practicis, cap.* 13. *num.* 4. *& cap.* 14. *&* 15. *per totum*, Cujac. *libr.* 2. *observation. cap.* 7. *& lib.* 12. *cap.* 26. Antonius Faber *in Rationali ad textum in l. nam postquam* 9. *l. quia* 10. *leg. duo patroni, l. in duobus* 28. *cum suis*, §§. *ff. de jurejurando*, Donel. *in dict. l. sæpè* 63. *digestis, hoc titulo, & lib.* 27. *commentariorum, cap.* 1. *& lib.* 5. *cap.* 21. Osuald. *ad eundem lib.* 11. *cap.* 13. *litera A.*

2 Ratio est, quia naturalis æquitas suadet, iniquum esse quenquam facto alieno onerari, quando nihil est, quod ei imputari possit, cur ita actum, & judicatum sit; siquidem res quæ culpa caret in damnum vocari non convenit, *cap.* 2. *de constitutionibus*, ac ideò regulare est, ut unusquisque ad eum actum vocetur, ex quo ei præjudicium aliquid oriri possit, aliàs sibi non præjudicat: nam si sententia inter alios lata aliis obstaret, censerentur condemnati inauditi, contra regulam textus in *cap.* 1. *de causa possessionis, & proprietatis, l. de uno quoque, ff. hoc titulo, l. nam ita Divus, ff. de adoptionibus, cap. cum ex literis, de in integrum restitutione, Clement. pastoralis, hoc titulo*, §. *fin. Instit. de pœna temerè litigantium*; meritò etsi idem corpus petatur, tamen si diversum est judicium & inter diversas personas disceptatur, id facit ut alia res, & alia quæstio intelligatur; ut sic tanquam inter alios acta, aliis non noceat, *dict. l. cum quæritur, ff. de exceptione rei judicatæ*, Donel. *in dict. l. sæpe, ff. hoc tit.* Duarenus *ibidem*, §. *cur autem.*

3 Primò adversus textum nostrum in versicul. *Diversæ sententiæ*, qui denotat, diversas ab Episcopo Aurienſi prolatas fuisse sententias, & plures ac diversas appellationes interpositas fuisse: Obstabit illud juris principium, quo docemur, quod in una, eademque causa, tertia appellatio non admittitur, *Clementina* 1. *hoc titulo, l.* 1. *& per totum tit. Cod. ne liceat in una eademque causa tertio provocare, cap. sua, de appellationibus*: ac per consequens malè *in præsenti* Ovetensis Episcopus, qui se opposuit, ad appellationis remedium admittitur. Sed huic objectioni respondetur, quod jura in argumento adducta procedunt respectu ipsius condemnati; non tamen alterius Tertii, qui non fuit condemnatus; neque ultimæ cognitionis tertiæ instantiæ conscius fieri potuit; præcipuè, quia in specie nostri textus non fuerunt tres sententiæ conformes, ut in juribus in argumento adductis; siquidem ab ultima sententia Episcopus Ovetensis, qui se opposuit non tantum provocavit, verum etiam Monasterium, cum quo principaliter judicium fuerat disceptatum; quod utique ex juribus suprà adductis non permitteretur, si tres essent contra Monasterium conformiter prolatæ sententiæ. Neque contrarium demonstrant verba nostri textus, ibi: *Si diversæ sententiæ, &c.* quia satis est, quod in duabus sententiis nodus ille loquendi verificetur, siquidem pluralis loquutio duorum numero contenta est, *l. ubi numerus, ff. de testibus, cap. pluralis, de regulis juris, libro* 6. Covarruvias *in practicis, cap.* 15. *num.* 8.

4 Secundò contra nostrum *textum* in vers. *Si constiterit*, ex quo probatur, quod ut appellatio admittatur, prius debet constare de ejus justificatione: videlicet an justa subsit causa: Obstabit dicere, quod cum à definitiva sententia appellatur, necesse non est ut appellationis causa exprimatur, sed simpliciter appellare sufficit, juxta textum *in cap. ut debitus honor, de appellationibus*, ubi latiùs agemus. Cui difficultati dicendum est, quod quamvis regulariter expressio causæ in appellatione non desideretur; tamen cùm Tertius, qui se opposuit, à sententia contra alium lata provocat, ejus appellatio admitti non debet, nisi prius constet quòd justa subsit causa, juxta textum *in leg. à sententia. ff. de appellationibus*; siquidem appellatio in executione propter doli præsumptionem regulariter non admittitur, notat Abbas *in præsenti, num.* 5. *&* 7. Butrius, & Felinus *num.* 10. Covarruvias *dict. cap.* 15. *num.* 1.

Tertiò obstabit dicere, quod *textus* noster sibi contrarium statuisse videtur, siquidem in versic. *Nec circa*; Innocentius asserit, excecutionem esse suspendendam, ne præjudicium Episcopo absenti fiat: at verò in versic. *Absque Ovetensis Ecclesiæ præjudicio.* Affirmat executionem non esse suspendendam, cum ex ea nullum præjudicium Monasterio proveniat. Sed huic perplexitati facilè satisfieri poterit, si singula verba singulis adaptemus; nam versiculus, *Nec circa*, intelligi debet respectu possessionis: at verò versiculus, *Absque Ovetensis Ecclesiæ*, adaptatur quoad proprietatem; notat Glos. *in præsenti, verbo, non noceat*, Abb. *num.* 15. *&* 17. Butrius *num.* 12. 5

Neque obstabit, si dixeris, quod si hoc verum esset, sequeretur quod sententia inter alios lata, præjudicaret in causa possessionis, quod admitti non potest, siquidem in amissione possessionis, etiam maximum extat præjudicium, juxta textum in §. *commodum, Instit. de Interdictis, cap. dilecto, in fine, de præbendis*: Quia respondetur, verissimum esse, nostri textus regulam etiam in causis possessoriis locum habere. Neque contrarium probat textus in *dict. cap. cum super*: quia si Episcopus Ovetensis in possessione esset, eam non amitteret propter illius sententiæ executionem; notat Abbas *in præsenti, num.* 17.

Quartò adversus textum nostrum in versic. *Mandamus quatenus si constiterit, &c.* Ex quo constat, quod non solùm victus, sed & Tertius qui se opponit, appellare poterit, obstabit textus in *cap. omnis oppressus*, cum aliis, 2. *quæst.* 6. *l.* 1. *in principio, ff. de appellationibus*, ubi constat, quod is, qui in sententia oppressus, & gravatus non est, appellare non potest. Cui dubio dicendum est, quod ideò *in præsenti* Ovetensis Episcopi Tertii oppositoris appellatio admittitur: quia sua plurimùm interest illius sententiæ executionem impedire, siquidem si in favorem Episcopi Aurienſis exequeretur, magna injuria, & plurimum gravamen Episcopo Ovetensi irrogaretur; ac ideò etiam si cum Tertio non sit judicium disceptatum: tamen cum sua interſit, & sententia ipsi præjudicet, appellare potuit; juxta textum in *cap. veniens, el* 2. *de testibus, l. sæpe, ff. hoc titulo*, Covarruvias *in practicis, cap.* 13. *num.* 4. *& in cap.* 15. Abbas *in præsenti, numero quinto*, Butrius *num.* 11. 6

Quintò obstat textus in *l. sæpè* 63. *vers. Veluti, ff. de re judicata*; ubi si lis cum debitore super pignoris proprietate fuerit disceptata, sententia contra debitorem lata nocet ipsi creditori. In cujus textus difficultate verissimè est dicendum, exemplum in *dict. vers.* proponi non debere in debitore, sed in creditore, ut in *Pandectis Florentinis* legitur, & tenet Donel. *ibidem*, ac ideò legendum est, *veluti si creditor*; non verò, *si debitor*: quasi sensus sit, quod si creditor patiatur litem cum debitore super proprietate pignoris tractari, tunc sententia contra debitorem lata nocet ipsi creditori. Ratio est, nam tunc scientibus, & permittentibus, sententia inter alios lata nocet, quoties de ea re actio, vel defensio eis prius competeret, & alios agere patiantur; & cùm actio, & defensio pignoris priùs competat creditori, qui debitore excluso poterat litem in se suscipere, *cap. quamvis, penult. hoc titulo*, justa de causa si creditor debitorem agere patiatur super proprietate pignoris, aut maritus socerum, vel uxorem, de proprietate rei in dotem datæ, sibi imputet ex eo, quod agere passus est. Rationem assignat Marcianus *in d. l. sæpe*: quia ex eo solum, quod quis patitur litigare, quem prohibere potuit, sententia contra alium prolata, 7

prolata, sibi præjudicat, cùm dolo præsumatur tacuisse; at verò si prohibere non potuit, non præjudicat, veluti cohæredibus : & ita exempla illius textus ad concordiam reduci debent; notat Covarr. *ubi supra*, *cap.* 13. *num.* 7. *vers. caterum*: comprobatur etiam de jure Regio in *l.* 4. *vers. pero si el deudor*, *l.* 19. *&* 20. *titul.* 22. *part.* 3. & de interpretatione ad textum in *l. lex vectigali, vers. item, ff. de pignoribus*, videndus est Cujac. *lib.* 24. *observat. cap.* 36.

8 Sextò solutioni obstabit textus in *l. si superatus* 3. *ff. de pignoribus*, *l. Præses*, *Cod. eodem*, in quibus juribus cavetur, sententiam super pignore contra debitorem latam, non nocere creditori. Sed pro illorum jurium conciliatione verissimè est dicendum, multum referre, an actoris debitor fuerit condemnatus in judicio vindicationis per sententiam simpliciter absolutoriam, absolvendo reum, contra quem egit; an verò fuerit condemnatus per sententiam declaratoriam, videlicet declarando dominium rei ei competere, adversus quem debitor egit: in primo casu, quando sententia tantum est absolutoria ex eo, quod debitor non plenè probavit; tunc non nocet creditori, etiam scienti. Ratio est; quia negligentia debitoris ex eo, quod non plenè probavit, non debet creditori præjudicare; & ita obtinet textus in *dict. leg. si superatus*, & *dicta leg. Præses*: In secundo verò casu, quando sententia non solùm absolutoria, sed etiam declaratoria est dominii illius, contra quem debitor egit tunc si causa, ex qua ille dominium probavit, antiquior sit pignoris obligatione, & ita declaratum in sententia extet; sententia illa creditori nocet, notat Glossa 1. *&* 2. *in dicta leg. si superatus*: Covarruvias *ubi supra*, *num.* 7. *versiculo, Ex quibus*, Antonius Faber *in Rationali ad textum in dict. leg. si superatus*; suprà *relata*: Cujacius *lib.* 20. *quæst. Pauli ibidem.*

9 Septimò adversus ea, quæ *supra* retulimus: videlicet, quod ex eo, quod quis patitur litigare, cùm prohibere, & contradicere potuit, sententia inter alios lata sibi præjudicat; fortiter obstabit textus in *cap. super eo*, *de officio*, *& potestate judicis delegati*, ubi dicitur, quod si causa commissa fuerit Judici delegato, ut inter duos cum clausula, *appellatione remota*, de jure, & quasi possessione præsentandi cognoscat; & de præsentationis jure, appellatione remota, cognoverit; etiamsi Episcopus non contradixerit, cùm tamen talis Episcopus contradicere posset, non ex eo quod non contradixerit sententia illa ei præjudicat, quin possit non obstante clausula illa, *appellatione remota*, supra relata, postea appellare. Augetur etiam difficultas ex eo, quod institutio facta à Judice delegato, sciente Episcopo, & non contradicente, valida est, argument. textus celebris *in cap. si servus* 54. *distinctione*, tenet Lambertinus *de jure patronatus*, 3. *part. lib.* 2. *quæstion.* 2. *artic.* 2. *num.* 17.

Sed his non obstantibus, verissimè est dicendum, ideò in *dict. cap. super eo*, etiamsi Episcopus non reclamaverit, delegati sententia Episcopo non nocet: quia non tenetur statim is, qui scit, etiam si possit actum impedire, ad agentes accedere, & contradicere, ut actum impediat; cùm contradictionem illam possit in tempus sibi utilius, & opportunius, lege non refragante, differre; secluso omni fraude, quæ ex qualitate temporis, & personarum præsumi poterit, refert Decius *in cap. cum tamen*, *de constitutionibus*, *numer.* 23. ideoque cum Episcopus *in dict. cap. super eo*, nulla fraude usus fuerit, mirum non est, quod nullus ejus consensu præsumi possit; notat Abbas, & Bellamera *in dict. cap. super eo*, *num.* 5. Neque quidquam obstat textus in *dict. cap. si servus*, 53. *distinctione*: nam ejus decisio non rectè adaptatur ad textum in *dict. cap. super eo*, siquidem in *dict. cap. si servus*, plura considerantur, ut ordinatio, sciente & non contradicente Episcopo, valeat, primùm propter libertatis favorem, ut semel ordinatus liber remaneat, argument. textus in *l.* 1. *Cod. de remissione pignoris*, deinde favore Religionis, cujus causa tacens consentire videtur; juxta textum in *Authentica*, *si servus*, *de Episcopis*, *& Clericis*, Covar. *in practicis*, *cap.* 15. *num.* 5. vers. *Huic verò conclusioni*: Archidiaconus, & Præpositus *in dict. cap. si servus*, 54. *distinctione.*

Octavò obstat textus *in cap. ad petitionem* 22. *de accusationibus*, ubi sententia inter alios lata aliis nocet, 10
siquidem sententia restitutionis Abbatis, propter juris ordinem non servatum, præjudicat electo in ejus locum. Sed respondetur facilè *ibidem* sententiam nocere: quia jus illius, qui in Abbatem fuerat electus, pendebat à jure, vel non jure illius qui amotus fuerat, in
cujus locum ipse fuerat electus, & tunc sententia nocet: quia non inter alios, sed inter eosdem videtur judicium disceptatum: ita similiter est interpretandus textus in *cap. hæc quippe*, & ibi Glossa *verbo*, *his amotis*, 3. *quæst.* 6. *cap. tantis*, ubi Glossa fin. 81. *distinctione*, & in *cap. ordinatos*, 59. *distinct. cap. cupientes*, §. *caterum*, ubi Glossa, *verbo*, *nullum*, *de electione in* 6.

Neque prædictis obstat textus in *cap. cum olim*, *de causa possessionis*, *& proprietatis*, ubi sententia lata in 11
judicio possessorio contra electum, vel præsentatum, præjudicat electori, seu præsentanti, siquidem proprietatis judicium Canonicis tantum reservatur. Quia verissimè est dicendum, regulam nostri textus adaptari rectè ad decisionem textus in *dict. cap. cum olim*, ut constat ex ultimis illius *textus* verbis: quod adeo verum est, ut sententia illa contra Archidiaconum lata, Canonicis, neque quoad possessionem, neque quoad proprietatem noceat, quominus, si velint, possint etiam de possessione litigare. Neque obstabit illa proprietatis reservatio: quia Pontifex ideò solùm proprietatis causam reservavit: quia prudenter credidit, Canonicos contra Episcopum super possessione illa non litigaturos, in qua propter Episcopi possessionem succubuerant; qui si ab instituto vincuntur, ab Episcopo etiam vincerentur; ob quam considerationem Pontifex solùm Canonicis proprietatem reservavit, licèt si voluerint, possint de possessione illa iterum agere: notat Covarruvias *in practicis*, *cap.* 14. *num.* 1. *&* 2. Tiraquellus *in tractat. Res inter alios acta declaratione* 4. Mascardus *de probationibus*, *conclus.* 1268. Abbas *ibidem numero decimo.*

Nonò obstat textus in *l. ex contractu* 44. *ff. de re judicata*, *l. si patroni* 55. §. *fin. ad Trebellianum*, ubi sen- 12
tentia contra institutum lata, nocet substituto. Pro quorum jurium vera interpretatione animadvertendum est, quod quoties causa agitur cum eo, ad quem negotium principaliter spectat, tunc sententia contra principalem lata nocet eis, ad quos minus principaliter, & secundariò negotium pertinet: nam cum lis tractatur cum legitimo contradictore, sententia adversus eum lata, omnibus etiam ignorantibus nocet: quia præsumitur quod is, ad quem negotium principaliter spectat, rectè illud defensurus est, quo supposito, facilis jam apparet interpretatio ad textum in *d. l. ex contractu*, *& dict. l. si patroni* 55. §. *fin.* nam cum principalis, & legitimus defensor sit institutus, ideo sententia adversus eum lata substituto nocet; notat Pinellus *in l.* 1. 3. *part. num.* 8. *Cod. de bonis matern.* Cujac. *lib.* 3. *Pauli ad edictum in l. si unus*, *ff. de pact.* & argument. textus in *l.* 1. §. *fin.* cum *l. sequenti*, *ff. de liber. agnoscend. l. ingenium*, *ff. de stat. homin. l. divi*, §. 1. *ff. de liber. caus.* Eodemque modo, si testamentum fuerit pronunciatum inofficiosum contra hæredem, nocet legatariis, *l. Papinianus*, §. *si ex causa*, *ff. de inoffic. testam.* siquidem principalis persona hæres reputetur, ut cum eo agi debeat: notat Covarruvias *in practicis*, *cap.* 13. *num* 5.

Neque prædictis obstat textus in *l. servus plurium*, §. 1. *ff. de legatis* 1. *l. qui repudiatis*, §. *fin. ff. de inofficioso testamento*, *l. si super*, §. *fin. ff. de appellationibus*, in
quibus juribus sententia contra hæredem lata non nocet legatariis; nam ideo illis non nocet, quominus
possent

possent non obstante exceptione rei judicatæ contra victorem agere, & legata petere: quia fuit lata contra hæredem propter ejus contumaciam, vel collusionem, cujus culpa legatariis non nocet: secus verò esse dicendum, si in alia culpa hæres fuisset; veluti quia non provocavit: nam tunc legatariis sententia illa nocet, si intra legitimum tempus non appellaverint, juxta textum in *l. si perluforio*, *l. absentia*, cum aliis, *de appellationibus*, notat Covarruvias *ubi supra*, *capite quinto*, *num.* 9.

13 Neque prædictis obstat textus in *l. cum mater* 28. *ff. de inofficioso testamento*, ubi legata debentur, etsi per querelam testamentum sit ruptum: quia ideò debentur, quòd filius à matre præteritus erat ex eo, quòd mater existimabat filium antea decessisse; & ideò filio duobus modis succurritur, vel ex matris voluntate; quia aliàs si sciviset vivum extitisse, non præteriisset; vel per remedium inofficiosi; & primo casu legata debentur, & ita obtinet textus in *dict. l. cum mater*; non verò in secundo, ut in *dict.* §. *fin.* notat Cujacius *lib.* 10. *observation. cap.* 22. Pacius *centuria* 3. *quæst.* 35. & de interpretatione ad textum in *l. Titia* 13. *ff. de inofficioso testamento*, videndus est Duarenus *in commentar. ad eundem titulum*, *cap.* 14. Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum.*

14 Decimò obstat textus in *l. statu liberis*, §. *Quintus Mutius*, *ff. de statu liberis*, ubi si servo libertas sub conditione sit relicta, si decem dederit, & primo obtinuerit hæres scriptus, & servus ei decem solverit, etiam si hæres postea à filio de inofficioso fuerit condemnatus, legatum valet, & sententia non nocet libertati. Cui difficultati est dicendum, ideò ibi non nocere: quia lege *duodecim Tabularum* cautum est, conditionem illam quoad statum libertatis adimpleri posse, in quacunque persona, quæ quoquo modo dominium adquisierit, *l. si statu libera*, §. *statuliber*, *ff. de statuliberis*: nam sicuti in emptore conditio illa adimpleri potest, sic & in persona victoris, vel alterius, qui dominium in servo quocunque modo fuerit adeptus; & sic sive apud scriptum ante victoriam, sive apud legitimum hæredem post victoriam, legati conditio adimpleri potest; notat Glossa magna *in dict.* §. *Quintus Mutius*, Cujacius *lib.* 2. *observat. cap.* 7.

15 Undecimò obstat textus in *l. judicatæ* 29. *ff. de exceptione rei judicatæ*; ubi si duo cohæredes possideant servum, & servus contra unum ex cohæredibus agat, asserens libertatem sibi per fideicommissum fuisse relictam, & cohæredem eum Judex condemnet, libertus efficitur, & alteri cohæredi sententia nocet. Sed dicendum est, quod etsi stricto juris rigore sententia cohæredis non noceat cohæredi, tamen favore libertatis, quia servitus est individua, sententia illa alteri cohæredi nocet. Neque obstat textus in *l. à sententia* 5. *ff. de appellationibus*, ubi etiamsi causa non sit libertatis, si cohæres sit condemnatus, alter cohæres tutus non remanet, cum ei sit necesse à sententia illa appellationem interponere; Nam respondetur facilè ex eo, quòd quamvis ex regula nostri *textus*, cohæres ille absque appellatione esset tutus, tamen cum propter connexitatem aliquod præjudicium ei generari videatur, cùm sententia illa adversus cohæredem lata secum trahat aliquam præsumptionem contra alterum cohæredem, cum tunc alter cohæres faciliùs condemnari possit, meritò propter illud præjudicium ei appellare permittitur; notat Duarenus in *dict. l. sæpè* 87. *hoc titulo*, *prælectione* 42. Neque obstat textus in *l. quidam* 12. *ff. de evictionibus*, ubi venditio facta ab uno hærede, re evicta, venditio illa nocet cohæredi, ut de evictione teneatur. Ratio est; quia hæres, qui vendidit, pretium ex re vendita ei solutum tradidit cæteris cohæredibus, ac ideò nihil mirum, quod omnibus noceat.

16 Duodecimò obstat textus in *l. is qui fundum* 31. *ff. de usufructu legato*, ubi si maritus, qui fundum communem habebat, & ejus usufructum uxori legavit, si decesserit, & inter socium, ac mariti hæredem, judicium communi dividundo sit interpositum, ita ut intra eos fundus sit divisus, sententia illa contra mariti hæredem prolata non nocet, quominus non partis, sed totius fundi fructus uxori debeantur. In cujus textus difficultate dicendum est, quod ideò integri fructus debentur, & sententia contra hæredem mariti lata non nocet uxori legatariæ, quia uxor legatum à morte testatoris adquisivit, etiamsi rei alienæ esset, cum sciens maritus uxori ita legasset; ac ideò cùm uxor jam jus in re haberet, & legatum ei deberetur, nihil mirum, quod sententia illa sibi non noceat; notat Cujacius *in commentariis ad eundem textum.*

Decimo tertiò obstat textus in *l. posthumus 6. si quis* 17
primo, *ff. de inofficioso testamento*, ubi si quis de inofficioso egerit, etsi ei querela non competeret, ac adversus hæredem scriptum obtinuerit, sententia illa, etsi adversus hæredem prolata, ei noceat, tamen aliis non litigantibus prodest, hoc est, ab intestato successuris. In cujus textus difficultate, omissa Duareni emendatione *ad titulum de inofficioso testamento*, *cap.* 13, verissimè est dicendum quod ideò ibi sententia adversus hæredem scriptum lata, prodest cæteris hæredibus ab intestato venientibus, primò quia testamentum est individuum: tum etiam, quia actum est super statu, & conditione testatoris, hoc est, an furiosus esset, nec ne, & præcipuè, quia cum legitimo contradictore fuit judicium disceptatum, hoc est, cum hærede scripto qui solus in causa illa legitimus litigator erat, cùm ad se pertineret hæreditatem semel aditam defendere, *l. Papinianus* 8. §. *si conditioni*, & §. *si ex causa*, *ff. de inofficioso testamento*, notat Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum*: & de interpretatione ad textum *in l. filio* 16. *l. si non moris* 25. §. *ultim. ff. eodem*, videndus est Duarenus *in commentariis ad eundem titulum*, *cap.* 13. & 14. & quando unius rei stipulatio, acceptilatio, vel factum aliis noceat, vel prosit? videndus est textus in *l. rem*, §. *si duo*, *ff. de novationibus*. Cui obstat *l. si unus*, *ff. de pactis*. Et *l.* 5. §. *si maritus*, *ff. de donationibus inter*, *l. fin. ff. de duobus reis*, *l. mora*, §. *fin. ff. de usuris*, *leg. si duo* 34. *ff. de receptis arbitris*: Cui obstat *l. penult. ff. de duobus reis.*

Decimo quartò obstat textus in *l. si à te* 9. §. *ultimo*, 18
ff. de exceptione rei judicatæ, ubi exceptio rei judicatæ, quæ venditori prodesse cœpit, emptori continuatur, & in *leg.* 7. §. 1. *ff. de exceptionibus*, ubi eandem exceptionem etiam fidejussoribus competere non ambigitur; & tamen personæ illæ distinctæ sunt ab illis, inter quos res acta est. Quorum jurium difficultas ex eo diluitur, si animadvertamus, quod is qui in jus succedit alterius, eodem jure uti debet, *l. qui in jus*, *ff. de regulis juris*, & cum fidejussor conventus non sit pulsatus nomine proprio, sed debitoris; ideò non diversæ, sed una eademque persona censentur: & juxta hanc doctrinam interpretandus est textus in *dict. l.* 9. §. *ultim. digestis*, *de exceptione rei judicatæ*, notat Donel. *lib.* 22. *cap.* 5.

Decimo quintò obstat textus in *l. Papinianus*, §. *ultim.* 19
ff. de inofficioso testamento, ubi si legitimus hæres inofficiosum testamentum dicat, & contra scriptum Judex pronunciaverit, hæres ille rei judicatæ exceptione victus remanet, adeò ut nec legata, nec libertates debeantur. Cui decisioni obstat textus in *l.* 1. *ff. de exceptione rei judicatæ*, ubi Ulpianus asserit adeò sententiam inter alios latam non valere, ut si ex testamento, ubi libertas legata est, agi possit, licèt ruptum, vel irritum, vel injustum dicatur testamentum, neque si superatus fuerit legatarius, præjudicium libertati sit. In qua jurium repugnantia verissimè dicendum est, ideò in *d* § *ult.* libertates non deberi, nec alia legata; quia actum fuit adversus hæredem institutum, & hæres ab intestato successurus egit, qui legitimus actor est, ut de universali jure testamenti disputet, ideoque inofficioso dicto testamento, cætera in eo relicta pereunt, cum hæres scriptus tanquam caput testamenti pereat, arg. text. *in* §. *ante hæredis*, *Instit. de legatis*; ac ideò cætera membra, tanquam ex illo

capite pendentia pĕrire naturalis ratio dicat: at verò textus in *d. l.* 1. *ff. de exceptione rei judicatæ*, procedit non quando hæres ab intestato egit, sed legatarii ipsi de jure testamenti egerunt: ji enim non sunt legitimi contradictores, utpote particulares successores, & ideò sententia adversus eos lata, libertati non nocet: notat Cujac. Ant. Fab. Fulg. *in d. l. Papinianus*, §. *ultim ff. de inofficioso testamento* Don. *lib.* 22. *c.* 5.

20 Decimo sextò obstat tex *in l. ingenuum*, *ff. de stat. homin.* ubi Ulpian. asserit, quod si de ingenuitatis statu fuerit actum, & si pro ingenuitate fuerit pronunciatum, sententia illa omnibus nocet. Cui obstat textus in *l.* 1. *ff. si libertus ingenuus esse dicatur*, ubi Consultus Marcellus asserit liberti patronum audiendum esse, & ei sententiam non nocere, ex qua libertus, alio contradicente, declaratus fuit ingenuus. Quæ jura, ut ad concordiam reducantur, adnotandum est, quod ut res judicata noceat, necesse est, ut is qui in judicio obtinuit, legitimus sit contradictor, hoc est, in ingenuitate, vel libertate, ut sit verus dominus, vel patronus, cùm ei res, de qua agitur, principaliter pertineat; notat Covarruvias *lib.* 1. *variarum*, *cap.* 3. *versic. Erit*: Donel. *in leg. sæpè*, *ff. hoc titulo*: quo supposito dicendum est, quod ideo in *dict. leg. ingenuum*, sententia ingenuitatis omnibus nocet: quia textus ille procedit, quando cum legitimo contradictore, hoc est, cum domino, vel patrono est litigatum: at verò textus in *dict. leg.* 1. *ff. si libertus ingenuus esse dicatur*, ideò sententia non nocet domino quominus adversus libertum agere possit: quia libertus non cum patrono, sed cum alio qui voluit intendere libertum illum, suum esse; & sic sententia illa, quæ pro ingenuitate fuit lata, non nocebit alteri, hoc est, vero domino, qui victus non fuit: cum jus quod habet contra libertum non dependeat à jure alterius victi, sed à se ipso: notat Covar. & Donel. *locis supra citatis*. Ita similiter est interpretandus textus in *l. patronum*, *ff. si libertus ingenuus esse dicatur*, *l. cum non justo*, *ff. de collusione detegenda*: Covar. *dict. cap.* 13. *num.* 5. *vers. Primum enim.*

21 Decimo septimò obstat textus *in leg.* 3. §. *si plures*, *ff. de liberis exhibendis*, ubi si quis populari actione egerit, & victus fuerit, tunc alius de ea re agens non auditur. Idem docet textus in *l. sicut*, §. 1. *ff. de accusationibus*. Sed huic dubio dicendum est, jura illa procedere in populari actione, & publica accusatione: in qua si reus fuerit absolutus, alter eum non poterit iterum accusare cum omnibus sententia illa noceat; nam cùm illa popularis actio jam sit ab altero in judicium deducta, & nulla actio posteriori remaneat, ideo postquam ab uno semel est intentata alter non auditur: cùm actio popularis non sit constituta, ut singuli ex Civibus experiantur, sed ut semel quivis de populo, *leg.* 1. *ff. de popularibus action.* undè si unus ex populo cum actionem intenderit, omninò extinguitur, *leg.* 3. §. *si plures*, *digestis*, *de liberis exhibendis*: notat Donell. & Covarruvias *locis citatis*.

22 Decimo octavò obstat textus *in l.* 1. §. *ult. & l.* 2. *ff. de agnoscendis, & alendis liberis*, ubi Ulpianus asserit, quod si maritus negaverit ex se suam uxorem prægnantem esse & noluerit custodes ad partum mittere, & si maritus non comparuerit, ac Judex pronunciaverit super partu ex marito uxorem gravidam esse, sententia illa fratribus, & consanguineis nocet, licèt ipsi in judicio non intervenerint. Sed hujus dubii solutio pendet ex decidendi ratione *supra* adducta: videlicet, quod cum judicium illud sit disceptatum inter legitimos contradictores, hoc est, inter filium in ventre inclusum, sive ejus nomine matrem, & inter patrem, justa de causa sententia illa præjudicat fratribus, & cognatis ipsius patris; notat Don. *in dict. leg. sæpè*, *ff. hoc tit.* Pro interpretatione ad textum in *leg.* 2. §. *sed si agat*, *ff. de judiciis*, videndus est Ant. Fab. *in Rationali ad eundem text.* Et pro interpretatione ad textum *in l. si rem aliquam* 31. §. *si duo*, *ff. de donationibus*, *l. si duo* 34. *ff. de receptis arbitris*, videndus est idem Ant. Fab. *lib.* 11. *conject. cap.* 2. Et pro *leg. si superatus* 13. *ff. de pignoribus*, Idem *in Rationali ad eandem leg.* & Cujacius *ibidem*, similiter est videndus textus in *cap. inter dilectos*, *versic. Secundaper instrumentum*, *de fide instrumentorum*, de quo nos *ibi* plura retulimus: videndus est etiam textus in *l. fidejussor*, §. 1. *ff. de pignoribus*: cui obstat textus in *l. Cujus Sejus*, *ff. eodem*, de quibus Antonius Faber *in Rationali in dictis juribus.*

Ad text. in cap. Cum Bertoldus miles 18. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Citatus ad sententiam ex legitima causa Judici ignota si non comparuit, tenet sententia eo absente lata; sed retractatur, probata legitima causa absentiæ: si verò id non probetur plene, non antea retractatur, quàm de ipsius iniquitate constiterit.*

2 *Absentia justa nemini nocet.*
Restitutio appellationi æquiparatur, ut ea pendente nihil innovetur.

3 *Jus patronatus non ad pignoratitium creditorem transit, sed penes verum dominum remanet, cum præsumatur debitor illud sibi reservare velle: licet secus observetur in venditione rei, vel villæ conductione.*

4 *Jus patronatus transit cum universitate bonorum.*
Expenditur textus in cap. filiis, vel nepotibus, 16. quæst. 7.

5 *Jus patronatus libertorum non transit cum universitate bonorum, sed jure sanguinis debetur.*

6 *Expenditur text. in* l. cum patronus 22. §. 1. ff. de operis libertor.

7 *Interpretatur text. in* l. plures 47. §. ult. ff. de bonis libert.

8 *Expenditur text. in* l. quia perinde 42. §. restituta, ff. ad S. C. Trebel.

9 *Interpretatur text. in* l. vel quia 6. ff. de religiosis, & sumpt. fun.

10 *Discutitur textus in* l. cum sine, digestis, de Carbon. edict.

11 *Exponitur textus in* capite primo, de Capitaneo, qui Curiam vendidit in usibus feudorum, libro secundo.

12 *Institutio beneficiorum non ad Archidiaconum, sed ad solum Episcopum spectat.*
Interpretatur text. in cap. cum Bertholdus, de re judicata, *versic.* Didacum Clericum.

13 *Expenditur text. in* capit. ut nostrum 9. de offic. Archid.

14 *Exponitur text. in* cap. super eo 15. de offic. & potest. judic. deleg.

15 *Archidiacono jus eligendi, nec consuetudine adquiri potest.*
Interpretatur textus in cap. cum venissent 6. de institutionibus.
Consuetudine jurisdictio adquiri potest. Intellige ut ibi.

16 *Illustratur text. in* cap. licet Episcopus, de præbendis, lib. 6.

17 *Præsentatus à vero patrono potest agere contra præsentatum à creditore, etiamsi à creditore præsentatus, sit primò ab Episcopo admissus. Intellige ut ibi.*
In Jure nostro melior est conditio possidentis.

18 *Interpretatur textus in* cap. cum Bertholdus, de sent. & re judic. *versic.* Postmodum autem idem Presbyter.
Et an justa absentiæ causa probari debeat, an sufficiat eam allegare, ut adversus sententiam quis restituì possit? remissivè discutitur, ibidem & n. 19.

19 *Expenditur textus in* capit. ex literis, de in integr. restitut.

20 *Moræ purgatio in judiciis admittitur.*

Sententia

Sententia à Judice semel prolata, retractari ab eodem Judice potest, dummodo restitutio in integrum absentiæ causâ priùs sit postulata.

21 *Delegati à Principe tantùm, possunt aliis vices suas subdelegare; nec inferioribus id permittitur.*

Interpretatur textus in cap. cum Bertholdus, de sententia, & re judic. *versicul.* Verum dicto Electo, & præfatis Abbatibus committentibus aliis vices suas, &c.

22 *Exponitur textus in* leg. legatus, digestis, de offic. Proconsl.

23 *Interpretatur text. in* Novella 59. de exhibendis rei, §. si verò.

CONCLUSIO.

1 *SI citatus ad sententiam ex legitima causa Judici ignota non comparuit; tenet sententia, eo absente lata: sed retractatur, probatâ legitimæ absentiæ causâ: si verò id non plene probatur, non antè retractatur, quam de ipsius iniquitate constiterit.* Quæ conclusio comprobatur ex textu in *cap. querelam, de procuratoribus, cap. suscitata, de in integrum restitutione, l. 1. & per totum tit. ff. ex quibus causis majores, l. si finita, §. si fortè, ff. de damno infecto, l. quæsitum* 60. *hoc tit. l. si Prætor* 75. §. *fin. ff. de judiciis, l. 1. & per totum tit. Cod. in integr. restitut. postulata, nequit novi fiat, l. si causa cognita, Cod. de transactionibus, l. decedente, ff. de auctoritate tutorum, l. Præses, ff. de minoribus, l. absentia* 82. *ff. de regul. juris, Clem. pastoralis* 2. §. *denique, de judiciis, cap. quia diversitatem 5. de concessione præbendæ, l. 1. ff. de perpetuis, & temporalibus præscriptionibus, l. 12. tit. 13. part. 3. l. 13. titul. 27. part. 3.* exornat Covar. *in practicis, cap.* 25. *num.* 7. Idem *in cap. 3. de testamentis, num.* 6. Lancellotus *de Attentatis, 2. part. cap.* 18. *num.* 15. Duarenus *in dict. l. quæsitum* 60. *ff. hoc tit.* Surdus *cons.* 32. *num.* 4. *& cons.* 42. *num.* 23. *& cons.* 371. *nu.* 97. Guttierez *in practicis, lib. 3. quæst.* 34. *n.* 21. pluresque refert Osuald. ad Donel. *lib.* 21. *cap.* 5. *litera G. & D.* Balboa *in commentariis ad hunc textum.*

2 Ratio præcipuæ nostri textus partis ea est: videlicet ideo Pontificem in præsenti respondisse, Theobaldum ratione justæ absentiæ restituendum esse adversus sententiam contra se prolatam, quia justa absentia nemini nocet, *l. quæsitum* 60. *ff. hoc tit.* nam sicut per appellationem executio sententiæ suspenditur, *cap.* 1. *cum vulgatis, de appellationibus*; sic similiter per restitutionem petitam: juxta textum *in l. Præses* 43. *ff. de minoribus*, & quemadmodum id, quod post appellationem est innovatum, attentati remedio revocatur; sic etiam pendente restitutione nil novari potest, quod jure attentati non sit revocandum; juxta textum *in cap. suscitata, de in integrum restitutione*: nam restitutio appellationis species dicitur, & appellationi æquiparatur, *d. l. Præses, ff. de minoribus*; ideòque cùm restitutio effectum suspensivum, sicut appellatio habeat; nil mirum, quod in præsenti, restitutione pendente ob justam absentiæ causam, sententia contra absentem prolata, restitutionis, & attentatorum remedio rescindatur: omitto reliquas decidendi rationes, quoad cæteras nostri textus partes, quia ex sequentibus solutionibus deduci poterunt.

3 Primò adversus nostrum textum in versic. *Asserens*, juncto versic. *A vero patrono fuisse ad sæpè dictam Ecclesiam præsentatum, &c.* In quo ultimo *versic.* concludit Pontifex jus patronatus & præsentationem non ad pignoratitium creditorem transire, sed ad debitorem, utpote verum dominum, & patronum pertinere; obstabit textus *in cap. ex literis 7. cap. cum seculum* 13. *de jure patronatus, cap. de jure* 16. *cap. præterea* 26. *eodem tit. l. quædam* 63. *ff. de adquirendo rerum dominio. l. aquæductus* 47. *l. dolia* 76. *ff de contrahenda emptione*: in quibus juribus constat, jus patronatus in emptorem, vel villæ conductorem, cui annexum est, transire: Augetur difficultas ex eo; nam creditor, cui res pignori data est, rem ipsam possidet, *l. si rem, § proprie, l. si pignus, l. cum & sortis* 35. *ff. de pignorat. act.* cum traditis à Doctore Valencia *illustrium tractatuum, tractat. 2. cap.* 11. & is qui in possessione est, præsentare potest, juxta textum in *cap. consultationibus, de jure patronatus*; sed in præsenti creditor pignus possidet, ut ex litera nostri textus *in principio* constat: ergo ejus præsentatio præferri debet præsentationi veri dominis præcipuè cùm jus patronatus cum ipsa fundi universitate in creditorem transiret, ut etiam constat ex textu nostro, versicul. *Asserens, quod jus patronatus cum universitate transisset in eum.* Sed in hac difficultate, omissa interpretatione, quam refert Berojus *in dict. cap. ex literis, nu.* 35. Garcia *de beneficiis 5. part. cap. 5. n.* 10. *&* 11. D. Balboa *in præsenti, nu.* 49. verissimè dicendum arbitror, jus patronatus in creditorem non transferri, non propter usuram, ut perperam existimant ferè omnes; sed propter defectum voluntatis debitoris, cùm in dubio verosimile sit velle illud excipere, & sibi præservare, *l. obligationis 6. ff. de pignoribus, l. 1. Cod. quæ res pignori*; tum etiam, quia pro pignoris traditione videtur dumtaxat debitor creditori tribuere jus percipiendi fructus sua natura restituibiles; scilicet in pecunia consistentes: cùm igitur hujusmodi præsentatio illius naturæ non sit, ea de causa, & ex rationibus suprà adductis ad creditorem non spectat: Ex quo principio infertur interpretatio ad nostrum textum, in versic. *Cum tamen*, ubi in creditorem transfertur facultas percipiendi decem solidos, qui domino patrono annuatim præstabantur: quia in his ratio superior deficit, cùm in sortem computari, & restitui possint. Et similiter eruenda est ratio, & interpretatio ad textum in *dicto cap. ex literis, dict. cap. cum seculum*, cum similibus *supra* adductis: nam ideò in emptorem, vel conductorem villæ, cui jus patronatus erat annexum transfertur, nisi excipiatur: quia in his contractibus ratio superior locum non habet; cùm in dubio defectus voluntatis non detur: quinimò venditor inspecta mente contrahentium, si aliud non exprimitur, vendere etiam intelligitur omne jus, quod in villa habet; cujus ratione valor emptionis, seu locationis augetur, quemadmodum locator per locationem, censetur concedere omnes fructus villæ, prout in universitate ipsa continentur, in qua etiam jus patronatus transit: & juxta hanc sententiam interpretandus est *textus* noster in versicul. *Asserens*, cum tunc nihil interfit, an fructus ejus naturæ sint, quod imputationem, vel restitutionem patiantur, vel non.

Secundò adversus nostrum *textum* in versicul. *Asserens, quod jus patronatus cum universitate transisset, &c.* 4
Ex quo, & ex juribus *supra* adductis constat, jus patronatus cum hæreditate, & universali bonorum venditione transire: obstabit Concilium Toletanum 9. *in cap. filiis, vel nepotibus*, 16. *quæst.* 7. ubi constat jus patronatus, non jure universali, sed jure sanguinis filiis, vel nepotibus competere. Sed huic dubio verissimè est dicendum, jus patronatus simul cum universitate *ibidem* transire, ex eo, quia hæredes instituti fuerant, quibus non tam propter consanguinitatem, quàm propter universalem successionem competit: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius *textus*, ibi: *Ipsis tamen hæredibus*, & notat Riccius *in praxi aurea, decis.* 101. Duarenus *lib. 5. de sacris Ecclesiæ ministeriis, cap.* 4. *in fine.* Nec solutioni obstat textus *in l. si filii* 9. *ff. de jure patronatus, l. si operarum* 29. *ff. de operis libertorum, l. si patroni* 55. *ad Trebellianum*; in quibus juribus cavetur, jus patronatus non transire jure hæreditario, sed jure sanguinis: Quia jura illa procedunt in jure patronatus libertorum: at verò textus noster in jure patronatus Ecclesiastico, inter quæ plurima extat differentia: nam in jure patronatus libertorum, ex dictis juribus succeditur jure sanguinis: at verò in Ecclesiastico jure hæreditario, & tacitè transit cum universitate bonorum. Ratio est; nam jus patronatus libertorum debetur ob beneficium manumissionis, ideòque quasi ab ipsa 5

naturali ratione consanguineis debetur, notat Cuiac. *ad titulum Instituț. de adquisitione per adrogationem*, & *lib.* 20. *quæst. Papiniani*, *in dict. l. si patronatus* 55. *ff. ad Trebellian.* Antonius Faber *in Juris prudentia*, *tit.* 5. *de libertinis*, *princip.* 2. *illatione* 12.

6 Tertiò solutioni obstat textus in *l. cum patronatus* 22. §. 1. *ff. de operis libertorum*, ubi filio patroni opera libertorum non debentur, nisi patri hæres extiterit: ergo nulla inter Ecclesiasticum, & Civile jus patronatus differentia extat; siquidem in Jure patronatus libertorum, etiam universalis successio desideratur, ut filius competat. Sed prædicta difficultas ex eo diluitur, si dixeris, quod verba illius *textus*, ibi, *si patri hæredes extiterint*, idem significat, ac si Consultus dixisset, si à patre exhæredati non fuerint, neque significant hæreditatis petitionem, ita ut si noluerint se immiscere hæreditati paternæ amittant etiam jus patronatus libertorum, sed tum demum si exhæredati fuerint, juxta textum in *l. si operarum* 29. *ff. eodem*. Cujac. *li.* 17. *observat. c.* 14. Duarenus *lib.* 2. *comment. cap.* 18. videndus est etiam Antonius Faber *in Jurisprudentia*, *dict. tit.* 5. *principio* 4. *illatione* 14. Neque obstabit si instes, quod supposito, quod jus patronatus libertorum defertur jure sanguinis, tolli non posset per exhæredationem, cùm filius exhæredatus, non amittat jura sanguinis, quæ à jure naturali proveniunt, §. *sed agnationis*, *Institut. de legitima agnatorum tutela*: Quia satisfit ex eo, quod quamvis filius exhæredatus jura sanguinis retineat, quæ juris naturalis sunt; tamen si justè exhæredatus est, removetur etiam ab illa juris patronatus successione, quod jus, ut successio, etiam patri reservatur, propter pietatem, & reverentiam parentibus naturaliter debitam, *l.* 1. cum aliis, *ff. de obsequiis parentibus*, *& patronis*; ideòque si filius justè exhæredatus fuerit, amittit jus patronatus, cùm non sit jus sanguinis, sed jus concessum propter sanguinem, notat Ant. Fab. *ubi supra.*

7 Quartò obstat textus in *l. Paulus* 47. §. *ult. ff. de bonis libertorum*, ubi constat, quod si filius à patre milite silentio fuerit præteritus, quæ præteritio in milite vim exhæredationis habet, *l. si patronus* 12. *ff. eodem*, exhæredatio illa non nocet, quominus filius ad jus patronatus admittatur. Sed in hac jurium contrarietate, omissis pluribus interpretationibus, verissimè dicendum est, Consultum Paulum in *dict.* §. *ultim.* loqui de exhæredatione bona mente facta, non notæ causa; ut colligitur *in principio illius textus*, ac ideò non amitti jus patronatus; secus verò dicendum in *dict. l. si patronatus* 12. de quibus & Pacius *centuria* 6. *quæst.* 67. videndi Cujac. *lib.* 14. *observat. cap.* 15. *& lib.* 11. *quæstion. Pauli ibidem.*

8 Quintò prædictis obstabit dicere, quod si esset verum, quod jus patronatus transiret cum universitate bonorum, transiret etiam in fideicommissarium, cum ipsa universali bonorum restitutione, juxta textum in *l. si patroni*, *ff. ad Trebellianum*, Lambertinus *de jure patronatus*, *lib.* 3. *quæst.* 8. 1. *part. artic.* 2. *nu.* 2. Sed in hac universali bonorum restitutione non transit, *l. quia perinde* 42. §. *restituta*, *ff. ad Trebellianum*: ergo hucusque dicta sustineri nequeunt. Sed pro hujus dubii resolutione adnotandum est, discrimen versari inter jura sepulchrorum, de quibus in *dict.* §. *restituta*, & jus patronatus Ecclesiasticum, de quibus noster est sermo: nam sepulchrorum jura minimè transeunt in fideicommissarium, sed penes hæredem scriptum remanent, *l. jus sepulchri* 13. *Cod. de religiosis*, *& sumptibus funerum*. Ratio est; quia is, cui hæreditas est restituta, non dicitur verus hæres, sed quodammodo, ut de fideicommissariis hæreditatibus. Nec solutioni obstat textus in
9 *l. vel quod* 6. *ff. de religiosis*, *& sumptibus funerum*, ubi Ulpianus demonstrat, sepulchrorum jura omnibus hæredibus etiam fideicommissariis competere: Quia sepulchrorum jura duplicia sunt; alia enim hæreditaria, alia familiaria sunt: hæreditaria, quæ sibi hæredibusque suis paterfamil. construxit: familiaria, quæ quis sibi, familiæque suæ ædificavit, *l. familiaria* 5. *& 6. ff. de religiosis*, *& sumptibus funerum*, quæ jura partim ad invicem conveniunt, partim differunt; conveniunt in eo, quod tam hæreditaria, quàm familiaria, ad omnes hæredes, extraneos & suos, pertinent; dum tamen universaliter scripti sint, *l. jus sepulchri* 13. *Cod. de religiosis*, *& sumptibus*; differunt tamen in eo, quod familiaria sepulchra, non solùm ad universalem hæredem spectant, sed etiam ad omnes, qui de familia sunt, etiamsi hæredes non fuerint, & in his loquitur textus in *dict. l. vel quod* 6. *ff. de religiosis*, *& sumptibus*; ideòque cum hæc omnia jura tam familiaria, quàm hæreditaria transeant in quoscunque universales hæredes, consequens est dicere, etiam transire in universalem fideicommissarium hæredem. Neque contrarium docet textus *in dict. l. quia perinde*, §. *restituta*, *ff. ad Trebellianum*: quia Consultus *ibi* non negat, semel hæreditate restituta, jura sepulchrorum in fideicommissarium transire; sed asserit quod hæres gravatus de restituendo, etiamsi hæreditatem restituat, adhuc sibi remanet jus patronatus; quod jus sepeliendi ad invicem communicatur inter hæredem, & fideicommissarium, cum is, qui semel est hæres, non desinat esse hæres; notat Osuald. ad Donel. *lib.* 7. *cap.* 27. *litera E.*

Sextò obstat textus in *l. cum sine*, *digestis*, *de Carbo-* 10
niano edicto, versic. *Neque ad rem*, ubi constat, quod etiamsi filius impubes sit missus in possessionem bonorum patris ex Carboniano edicto, in eum non transeunt jura sepulchrorum; & tamen constat successorem universalem appellari, *l.* 1. *ejusdem tituli*: Quia in difficultate dicendum arbitror, textum illum nihil superiùs resolutis obstare: nam Papinianus *ibi* non negat, impuberem missum in possessionem ex Carboniano edicto, ex illa universali successione jus sepulchrorum retinere; sed tantùm asserit, quod si agatur de jure status ipsius, hoc est ex alia matre natum esse, tunc neque etiam competit Carbonianum edictum ad jura sepulchrorum, vel patronatus libertorum, cum Carboniani edictum solummodo ad bona paterna, non ad materna sit institutum; notat Cujacius *lib.* 13. *quæstion. Papiniani*, *in dict. l. cum sine*, *ff. de Carboniano edicto.*

Septimò adversus nostrum *textum* in versic. *Asserens*, 11
& id quod suprà retulimus: videlicet, quod vendita villa tacitè cum venditione ipsa jus patronatus transit, nisi contrarium exprimatur; obstabit textus in *cap.* 1. *de Capitaneo*, *qui Curiam vendidit*, *in usibus feudorum*, *lib.* 2. ubi constat, quod si Curia sit vendita, cui annexum est feudi beneficium, beneficium illud non transit cum villa, neque censetur venditum, nisi de eo expressè in venditione mentio sit habita. In cujus textus difficultate, omissis pluribus interpretationibus traditis per Berojum *in dict. cap. ex literis*, *nu.* 63. verissimè est dicendum, quod ideò *ibi* vendita Curia non censetur venditum beneficii feudum: quia feudum non est Curiæ accessorium, ac ideò non sequitur Curiam, hoc est, villam; cum beneficium ipsum per se subsistat; secus dicendum erit in jure patronatus: nam vendita villa, cui annexum est, etiam censetur venditum jus patronatus, *dict. cap. ex literis*, cum *supra* traditis. Quæ interpretatio deducitur *ex eodem cap.* 1. *de Capitaneo*, *qui Curiam vendidit*, *an intelligatur beneficium vendidisse*: ubi notat Gloss. verbo, *non continebitur*, *in usibus feudorum*: Similiter etiam in *textu* nostro, *dict. vers. Asserens*, disputari potest quæstio illa, an in creditorem transeat jurisdictio competens villæ in pignus acceptæ? de qua latè Molina *lib.* 4. *de primogeniis*, *cap.* 5. *n.* 9. Et quæstio illa, an jus præsentandi in maritum transeat, cui in dotem datum est Castrum, jus patronatus continens? de qua latè Abbas, & Imola *in cap. ultim. de concessione præbendæ*, Barbos. *in l. divortio*, §. *si vir*, *versic. Contrarium*, *ff. soluto matrimonio.* Et quæstio illa, an bonis publicatis transeat in Fiscum jus patronatus? de qua plura refert. Lambertinus *lib.* 3. *de jure patronatus*, *quæst.* 8, *artic.* 8. Sahagun *in cap. quanto* 3. *de judiciis*, *a num.* 23. *& sequentibus.*

Octavò

12 Octavò adversus nostrum *textum* in versic. *Didacum Clericum ejusdem loci Archidiacono ad supra dictam Ecclesiam præsentavit, &c.* Quæ verba denotant, Clericum illum præsentatum, ab Archidiacono fuisse institutum, obstabit textus in *cap. cum satis*, cum aliis, *de officio Archidiaconi*, *cap. nullus omninò*, 16. *quæstion.* 7. *cap.* 3. *de excessibus Prælatorum*, *cap. cum eis injuncto*, *in fine*, *de hæreticis*; in quibus juribus constat, beneficiorum institutionem non ad Archidiaconum, sed ad Episcopum tantum pertinere. Sed dubium hoc dissolvitur ex ejusdem *textus* verbis, ibi: *De consensu Episcopi illum instituit, &c.* Ex quo constat, Archidiaconum non ex proprio, sed Episcopi nomine, & ejus consensu institutionem illam fecisse: nam aliàs ex *dictis juribus*, inutilis reputaretur; notat Baldus *in præsenti*, *nu.* 5. Butrius *nu.* 4. Abbas *nu.* 7. D. Balboa *nu.* 13. Neque solutioni obstat textus in *cap. si in plebibus*, 63. *distinctione*, ubi constat, quod si in plebibus Archipresbyter obierit, tunc Archidiaconus, quantociùs poterit, Archipresbyterum instituat, etiam sine Episcopi consensu: quia dicendum est, Archidiaconum ibi Archipresbyterum non elegisse, neque instituisse, sed tantum inter cæteros de plebe interfuisse, ut sic ejus præsentia seditiones, quæ in electione oriri solent, sedarentur: nam si diceremus, Archidiaconum ibi inter cæteros votum in electione habuisse; id tamen intelligi deberet, si prius Episcopi consensus intercessisset, notat Glossa *ibi*, verbo, *videlicet*, juxta textum in *dicto cap. nullus*, 16. *quæst.* 7. Qua interpretatione retenta, rejiciendam existimo, quam refert Rodericus de Acunna *in prima decreti parte*, *in dicto capit. si in plebibus.*

13 Neque prædictis obstat textus *in cap. ut nostrum* 9. *de officio Archidiaconi*, ubi constat, Archidiacono de jure communi ex propria officii ratione beneficiorum institutiones competere: Quia dicendum est, adhibendam esse distinctionem inter institutionem realem, quam *corporalem possessionem* appellant; & inter spiritualem beneficii collationem: nam illa in facto, hæc tamen propriè in jure consistit, illa ad Archidiaconum spectat, & de ea loquitur textus in *dict. cap. ut nostrum* 9. siquidem post canonicam juris institutionem, Archidiaconus intromittit provisum in corporalem beneficii possessionem: quæ interpretatio deducitur ex textu in *cap. ad hæc*, *versicul. In quadam*, *cap. si nostrum*, *de officio Archidiaconi*, *cap. perlectis*, §. *Archidiaconus*, cum aliis, 25. *distinctione*, Abbas *in dict. cap. cum satis* 4. *de officio Archidiaconi*, *nu.* 2. Anastasius Germonius *de Indultis Cardinalium*, §. *nec non*, *num.* 6.

14 Nonò prædictis obstat textus in *cap. super eo* 15. *de officio*, *& potestate judicis delegati*, ubi constat, quod si quæstio super jure præsentandi fuerit orta, ac Judici delegato commissa, ut si constiterit ad Archidiaconum jus eligendi pertinere, tunc Judex absque Archidiaconi consensu non poterit eligere: ex cujus decisione constat, beneficiorum electiones ad Archidiaconum pertinere. In cujus *textus* difficultate, omissa communi interpretatione asserentium, Archidiaconum ibi ex consuetudine potuisse beneficia conferre: nam convincitur ex eo, quod neque per illam consuetudinem Archidiaconus potuit jus illud adquirere, juxta textum in *cap. cum satis* 4. *de officio Archidiaconi*, versic. *Quoniam igitur*: meritò verius dicendum esse existimo, diversam esse sententiam textus *in dict. cap. super eo*, quam communiter omnes ibi existimant: & nihil obstabit: nam ibi duplex erat præjudicium, unum videlicet Episcopi, alterum Archidiaconi, Episcopi versabatur circa institutionem spiritualem, quæ soli sibi ex dictis juribus reservata est, Archidiaconi verò, circa corporalis possessionis apprehensionem, qua de causa Summus Pontifex affirmat, quod etiamsi in rescripto inserta sit clausula, ut vacante Ecclesia de persona idonea à delegato ipso provideatur, & non solùm canonica institutio, verum etiam corporalis missio sit inserta; tamen Pontificis intentio non est Diœcesano Episcopo, & Archidiacono præjudicium inferre, sed unicuique jura sua conservare: videlicet Episcopo tituli institutionem, Archidiacono corporalem possessionem, quæ absque ejus consensu fieri non debet: quæ interpretatio deducitur ex verbis *Illius textus*: nam cum Pontifex de Episcopo loquitur, sic scribit, *vel Episcopus ad quem institutio pertinet*; & cum de Archidiacono, ita se habet, *vel Archidiacono reclamante*, *præsentatum sibi Clericum in possessionem Ecclesiæ mittere.*

15 Decimò adversus id, quod nuper diximus, nulla consuetudine, jus eligendi Archidiacono competere posse, juxta text. in *d. cap. cum satis*, versic. *Quoniam agitur*, obstat text. in *cap. cum venissent* 6. *de institutionibus*, ex quo constat, quod inter Archiepiscopum Eboracensem, & Archidiaconum Richimundiæ, super institutionibus Ecclesiarum orta fuit quæstio, cui Innocentius Pontifex respondit, Archidiaconum defendendum esse in consuetudine, & possessione illa eligendi, in qua erat: ex qua decisione colligitur, jus eligendi per consuetudinem Archidiacono adquiri posse. Cui dubio verissimè est dicendum in *d. cap. cum venissent*, non propter solam consuetudinem fuisse Archidiaconum in electione, seu in jure institutionis faciendæ tutum; sed ex eo præcipuè, quia Archidiacono ejus antecessori, non personaliter, sed realiter, & perpetuò ejus dignitati, cum consensu Capituli, jure privilegii, institutio illa concessa fuerat, in cujus privilegii possessione, & consuetudine semper ipse, ejusque antecessores tuti fuere; ideòque institutio illa ad Archidiaconum non spectat ex consuetudine, sed ex privilegio, & consensu Archiepiscopi, quod neque ab ejus antecessoribus revocari poterat, notat Abb. *in d. cap. cum venissent*, *à num.* 4.

16 Neque obstabit si instes, tantam esse consuetudinis potestatem, ut non habenti jurisdictionem tribuat, *cap. cum ex officii*, *de præscriptionibus*, *cap. duo simul*, *de officio Archidiaconi*: Quia respondetur facilè, hæc jura tantum locum habere, quando consuetudo illa substantiam actus non aufert, vel quoties à jure scripto contrarium non extat: nam tunc omninò cessat, ut *in dict. cap. nullus*, 16. *quæst.* 7. *dict. cap. cum satis*, *versicul. Quoniam de officio Archidiaconi.*

Neque prædictis obstat textus in *cap. licèt Episcopus*, *de præbendis*, *lib.* 6. ubi constat corporalem missionem in possessionem, ad Episcopum potius, quàm ad Archidiaconum pertinere: Quia textus ille non loquitur de ipsa corporali post collationem possessione; sed tantum de sententia, & decretò, quo Episcopus pronuntiat institutum mittendum esse in possessionem, de qua mentio habetur *in cap.* 1. *de eo*, *qui mittitur in possessionem*, *lib.* 6. præcipuè cum ibi tractetur de tradenda Ecclesia quoad proprietatem, & jurisdictionem ipsam, cujus tituli, seu jurisdictionis traditio ad Episcopum potius, quàm ad Archidiaconum spectat; notat Panorm. *in c. Pastoralis*, *de privilegiis.*

17 Undecimò adversus nostrum *textum* in versic. *Prædictus verò Bertoldus dominus fundi, &c.* ex quo deducunt omnes, præsentatum à vero Patrono, posse agere contra præsentatum à creditore, etiamsi à creditore præsentatus primò fuerit ab Episcopo admissus, dum tamen veri domini præsentatio fuerit Episcopo exhibita, Bald. *in præsenti*, *nu.* 2. Panorm. *nu.* 13. obstabit illud principium juris, quo docemur quod is, qui primò, vel secundò est præsentatus, dum tamen primò ab Episcopo fuerit admissus, adeò omnibus anteponendus est, quòd neque primò loco præsentatus, si non est admissus, possit agere contra secundo loco præsentatum, simul & ab Episcopo admissum, cum in jure nostro melior sit conditio possidentis, juxta textum *in c. quod autem*, *c. Pastoralis*, *de jure patronatus*, Gomezius *in regula de triennali*, *quæst.* 35. Ergo nec in præsenti præsentatus à vero domino potuit agere contra præsentatum à creditore, jam semel ab Episcopo admissum. Verùm huic objectioni verissimè dicendum est, quod quando patronus verus unum præsentavit, non variando in præsentatione, sed

in ea perſiſtens, licèt præſentatus non adquirat jus in re, quærit tamen jus ad rem contra Epiſcopum, & Clericum ab eo inutiliter inſtitutum; & ita procedit *textus* noſter: At verò jura in argumento adducta locum habent, quando patronus duos ſimul ſucceſſivè præſentavit: nam tunc neutri quæritur jus in re, neque ad rem, ſed præfertur is, qui primo loco ab Epiſcopo fuerit inſtitutus cum tunc uterque à vero patrono ſit præſentatus, ſub qua præſentatione legitimè cadit inſtitutio: notat Gloſſa *in d. c. Paſtoralis, verbo, adverſus*; & Gloſſ. *verbo, plus juris, in cap. dilectus, de officio legati*, Berojus *in d. c. illud, n.* 25. & 29.

In præſenti etiam diſputari ſolet elegans illa quæſtio, an præſentatio à non vero patrono facta, ſit nulla ipſo jure, an verò irritanda? de qua Abb. *in præſenti, n.*13. Felinus *n.*4. Lancellotus *de jure patronatus, lib.* 2. 3. *part. quæſt.*2. *artic.*2. qui omnes aſſerunt, collationem ab Epiſcopo factam abſque veri domini præſentatione, mero jure valere; ſed id tantum interim, donec patronus verus non egerit de contemptu ipſius, juxta textum in *cap. illud, in fine, de jure patronatus*; erit tamen nulla, & ut nulla reputatur ſtatim quòd Patronus cœpit de contemptu agere; cùm collatio ab Epiſcopo facta, ſubintelligatur facta ſub illa tacita conditione, *ſi verus Patronus voluerit*; & ita obtinet *textus* noſter notat Felinus *in præſenti, n.* 9.

18 Duodecimo adverſus noſtrum *textum* in verſic. *Poſtmodum autem idem presbyter*, ubi notant omnes, ratione abſentiæ allegatæ, admiſſum fuiſſe Theobaldum ad allegandum contra ſententiam; licèt abſentiæ cauſam ſufficienter non probaverit: obſtabit textus *in c. querelam* 2. *de procuratoribus, cap. tam ex literis, de teſtibus*: ex quibus juribus conſtat, quod ut quis contra ſententiam audiatur, prius debet abſentiæ cauſam ſufficienter probare. Sed in hac jurium difficultate, omiſſis interpretationibus traditis à Gloſſa *in præſenti*, verbo, *juſtam*; & ab Abbate, *num.* 29. veriſſimè eſt dicendum in ſpecie noſtri *textus*, ideo Theobaldum admiſſum fuiſſe ad impugnandam ſententiam, licèt minus ſufficienter abſentiæ cauſam probaſſet: quia auditur tantùm non ad retractandam ſententiam ex ſola abſentiæ cauſa, ſed ad allegandam injuſtitiam ipſius ſententiæ: nam abſentiæ allegatio ſolùm attenditur ad effectum, ut detur Judex coram quo probata injuſtitia cauſæ, ſententia reſcindatur, ſiquidem ex iſta abſentiæ cauſa retractari non poterat, ex ratione, quam refert textus, ibi: *Ne ſcilicet opinio præjudicet veritati*: Nam ad retractandam ſententiam, omninò deſideratur legitimæ abſentiæ, injuſtitiæ cauſæ probatio; & ita obtinent jura in argumento deducta, quæ interpretatio deducitur ex *textu* noſtro; ſiquidem in verſiculo, *Poſtmodum*, dicitur, quod oſtenſa cauſa abſentiæ, annulletur ſententia; & in verſi. *Licet autem*, non annullatur, ſed tantum de ejus injuſtitia cognoſcitur; quem ut ſingularem refert Abbas *in præſenti, num.* 35.

19 Decimo tertiò huic ſententiæ obſtat textus *in c. ex literis, de in integrum reſtitutione*, ubi ad retractandam ſententiam, non eſt neceſſe juſtam abſentiæ cauſam per teſtes probare, cùm ſatis ſit partis juramentum. Cui dubio dicendum arbitror, ideò *in d. c. ex literis*, ad probandum impedimentum, & abſentiæ cauſam, ut reſtitutio concedatur, juramentum partis ſufficere: quia id ſpecialiter aſt admiſſum ob favorem matrimonii; cujus favor eſt, ut ſententia non tranſeat in rem judicatam, cum revocari poſſit quandocumque de errore conſtiterit, juxta à nobis tradita *in cap. lator, ſupra, hoc tit.* At verò textus noſter procedit in cauſa beneficiali, ubi plena probatio deſideratur, & ſententia tranſit in rem judicatam: notat Abbas *in dicto c. ex literis, num.* 7. Imola *num.* 17.

Neque obſtabit, ſi dixeris, in ſpecie noſtri *textus*, non fuiſſe neceſſe juſtam abſentiæ cauſam probare; ſiquidem intra breve tempus Theobaldus comparuit, ut conſtat ex verbis illis: *intra breve tempus &c.* Siquidem in judiciis purgatio moræ admittitur, *leg. etſi poſt tres. ff. ſi quis cautionibus*: Quia reſpondendum eſt cum gloſſa *in præſenti*, verbo, *breve tempus*, dum aſſerit, quod textus *in dicta leg. etſi poſt tres*, procedit quando Reus vult moram purgare ante litem conteſtatam: nam ante litis conteſtationem omne tempus breve dicitur: at verò textus noſter loquitur, quando ſententia jam lata eſt, quo tempore mora purgari non poteſt, ſiquidem moræ purgatio non admittitur, niſi cum res eſt integra, *leg. ſed in lege*, §. *penult. digeſtis, locati*; notat Cumanus, Angelus, & Jaſon *in leg. Inſultum* 84. *ff. de verborum obligationibus*, Don. *lib.* 16. *comment. c.* 2. Ant. Pich. *in diſp. de mora, n.* 94.

Decimo quartò adverſus noſtrum *textum* in verſ. *Ar-* 20
chiepiſcopus verò, &c. Ex quo conſtat, quod ſi electi Judices juſtam abſentiæ cauſam cognoverint, ſententia ab illis prolata iterum ab ipſis retractari poterit; obſtabit text. *in leg. judex poſteaquam, ff. de re judicata, leg.* 1. *Cod. ſententiam reſcindi non poſſe*: ex quibus juribus conſtat, ſententiam ſemel à Judicibus latam, ab ipſis retractari non poſſe: ergo nec in præſenti Archiepiſcopus potuit Judicibus committere, ut ſuam retractarent ſententiam, etiam ſtante impedimento, ex abſentiæ cauſa. Cui dubio dicendum eſt, jura in argumento deducta limitanda eſſe, quotieſcumque ob juſtam abſentiæ cauſam reſtitutio in integrum poſtulatur ex illa clauſula generali, *ſi qua mihi juſta cauſa, &c.* de qua *in leg.* 1. *ff. ex quibus cauſis majores*: nam tunc idem Judex poterit ſententiam ſemel ab eo prolatam retractare, juxta textum *in leg. in cauſæ*, §. *fin.* cum *leg. ſequenti, ff. de minoribus, leg. ſi finita*, §. *ſi fortè, ff. de damno infecto*, & de hac in integrum reſtitutione ob juſtam abſentiæ cauſam loquitur *textus noſter*, ut bene animadvertit D. Balboa *in præſenti, num.* 32. Caldas Pereira *in leg. ſi curatorem, verbo, implorandum, numer.* 17. *Cod. de in integrum reſtitutione.*

Decimo quintò adverſus noſtrum *text.* in verſic. *Ve-* 21
rum dicto Electo, & præfatis Abbatibus committentibus aliis vices ſuas, &c. Obſtabit principium illud, quo docemur, quod tantùm Judices delegati à Principe poſſunt aliis vices ſuas ſubdelegare; neque inferioribus id permittitur, juxta textum in *c. cum cauſam, de appellationibus, leg.* 1. *ff. de officio ejus*; *cap. ſuper quæſtionum*, §. *ſi verò, de officio delegati*; *leg. à Judice, C. de judiciis*; *l.*19. *tit.*4. *part.*3. ergo in præſenti delegati ab Archiepiſcopo non poterant aliis vices ſuas ſubdelegare. Sed in hac difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Panormitanus *in præſenti, n.*22. Felinus *in dict. cap. ſuper quæſtionum, n.*17. Jaſon *in dict. leg. à judice, n.*10. *C. de judiciis*, veriſſimè eſt dicendum, *in præſenti* Judices delegatos de cauſa illa cognoviſſe, non de jure, ſed de facto; ſed cum nulla eis fuerit oppoſita exceptio defectus juriſdictionis videlicet ſubdelegationem non valuiſſe, meritò cognitio, & ſubdelegatio valuit; quæ interpretatio deducitur ex eo, quod Theobaldus à ſubdelegatis appellavit; & illa appellantis opinio, exiſtimantis ſubdelegationem valere, facit etiam ſententiam prævaluiſſe; ſed cum plus ſit in re, quàm in exiſtimatione, ne appellantis opinio veritati præjudicaret, qua attenta, nulla eſſet ſententia ob defectum juriſdictionis; ideò Summus Pontifex alium elegit Judicem, ut coram eo, ea omnia, quæ antea inutiliter acta fuerant, iterum diſceptarentur; notat Covar. *lib.*3. *variarum, c.* 20. *num.* 10. & 11. Morla *in emporio*, 1. *part. tit.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 14.

Decimo ſextò prædictis obſtat textus *in leg. Legatus,* 22
ff. de officio Proconſulis, ubi Legatus Proconſulis, qui mandatam juriſdictionem habet, judicem dare poteſt. In cujus textus difficultate, omiſſa *Duareni* interpretatione *in titulo, de judiciis, cap. de judicibus datis*; & in *titulo de juriſdictione, cap.*7. & 8. Anaſtaſii Germonii *lib.* 1. *animadverſ. cap.*8. Pacii *centuria* 1. *cap.*49. verius dicendum eſt Legato Proconſulis ſpecialiter indultum fuiſſe, ut is, qui à Proconſule mandatam juriſdictionem habet, tantum poſſit juriſdictionem dare, non verò delegare. Ratio eſt: quia judex datus jus dicere non poteſt;

teſt, ſed tantum ſecundum formulam ſibi aſſignatam pronuntiare debet; ſiquidem Proconſulibus plurima conceſſa ſunt, quæ cæteris delegatis denegantur; *leg. & Legati* 15. *ff. de officio Proconſulis; l. nec mandante, ff. de tutoribus, & curatoribus datis, l. muto, §. tutores, ff. de tutelis.* Ita etiam interpretandus textus *in leg. cum Prætor, verſ. Is quoque, ff. de judiciis, l. 1. C. de pedaneis judicibus*; notat Cujac. *lib. 7. obſervat. cap. 42.* Corrad. *lib. 3. miſcellanearum, cap. 19.* Fachin. *lib. 1. controverſ. cap. 45.* Oſuald. *lib. 17. cap. 23.*

23 Decimo ſeptimò his omnibus obſtabit text. *in Novella 59. de exhibendis reis, §. ſi verò*, juncto *verſ. Igitur.* Ubi conſtat Judicem à Magiſtratu datum, jurisdictionem habere, ſententiam exequi, ac in poſſeſſionem bonorum actorem mittere poſſe. Sed in hac difficultate omiſſa Gloſſæ interpretatione, *verbo, à ſe*, & Bartoli *in l. à Divo Pio, ff. de re judicata*, verùs dicendum eſt, principium *illius §. ſi verò*, loqui de exhibendo Reo qui juramento adhibito, judicio ſiſtere promiſerat, & contra Religionem jurisjurandi per malitioſam abſentiam venerat, quo in caſu Juſtinianus decrevit, adminiſtratorem, hoc eſt, per ordinarium Judicem de cauſa principaliter cognoſcentem citari debere; & eundem caſum proſequitur, *in dicto verſicul. Igitur*; afferens, eundem Judicem, hoc eſt, ordinarium, non verò datum, reum latitantem, edictis propoſitis citare debere, & contra eum tanquam contumacem actorem in poſſeſſionem bonorum mittere poſſe. Ex quibus conſtat jurisdictionis actus, nunquam per datum, ſed per ordinarium Judicem, expeditos fuiſſe; notat Cujacius *in dict. Novella 53. col. 2. apud medium*: Alciatus *lib. 2. Paradoxorum: cap. 5.* Neque obſtat textus *in l. Judici, C. de judiciis*, ubi apertè traditur, Judicem à Magiſtratu delegatum, alium Judicem dare non poſſe: Quia text. ille non loquitur de Judice à Magiſtratu delegato, ſed tantum de Judice ſimpliciter à Magiſtratu dato, qui alterius Judicis dandi poteſtatem non habet; notat Duaren. *ubi ſup. tit. de judiciis, C. de judicibus datis*, Idem *de jurisdictione, cap. 5.* Donel. *dict. c. 23.* Oſuald. *ad eundem lib. 17. cap. 3. litera A.*

Ad textum in cap. Duobus Judicibus, final. hoc tit. de ſententia, & re judicata.

SUMMARIUM.

1 *Si duo Ordinarii pronunciant contraria, tenet ſententia pro Reo. Quæ regula fallit in caſibus in præſenti expreſſis: ſi verò Delegati diſcordant, delegans eſt adeundus: ſi Arbitri, neutra tenet.*

2 *Rei ad cauſam inopinati, & imparati trahuntur.*
In re dubia favorabiliores ſunt Rei, quàm actores. Intellige, ut ibi.
Ordinaria favorabilior eſt, quàm delegata juriſdictio.

3 *Libellus ſi obſcurus eſt, interpretationi actoris ſtandum.*

4 *Expenditur text.* in leg. fluminum, §. ſervis, §. item apud, ff. de damno infecto.

5 *Interpretatur text.* in leg. duobus 30. ff. de liberali cauſa; *cum* l. cum filius 76. ff. de legat. 2.

6 *Sententia ſi à duobus Judicibus pro teſtamento ſit prolata, & ab aliis duobus contra teſtamentum ſit ſcripta, illa tenet quæ pro teſtamento fuit habita.*
Exponitur textus in dict. leg. cum filius 76. ff. de legat. 2.

7 *Fiſci cauſa in re dubia, cùm pares ſunt ſententiæ, etiam inter privatas cauſas reputatur, ut pro eo ſit judicandum.*
Expenditur text. in leg. non puto, ff. de jure Fiſci.
Refertur text. in l. Papinianus 36. ff. de re jud. *cum* l. Pomponius 13. §. fin. ff. de recept. arbitris.

CONCLUSIO.

SI duo Ordinarii pronuntiant contraria, tenet ſententia pro Reo. Qua regula fallit in caſibus in præſenti expreſſis: ſi verò Delegati diſcordant, Delegans eſt adeundus: ſi Arbitri, neutra tenet. Idem probatur textus *in l. favorabiliores, 167. ff. de regulis juris, cap. cum ſunt partium, eodem tit. lib. 6. cap. ex litteris, de probationibus; cap. inter dilectos, de fide inſtrumentorum; cap. ad aures, de præſcriptionibus cap. quod autem, cap. paſtoralis, de jure patronatus; cap. in pari, de regulis juris, lib. 6. §. 4. verſ. commodum, Inſtitut. de Interdictis; leg. abſentem. ff. de pœnis; leg. Arrianus, ff. de act. & obligat. leg. reſpiciendum. ff. de pœnis; l. cum par, 154. ff. de regulis juris; leg. in pari cauſa. ff. eodem, leg. duo judices 28. & 29 ff. de re judicata. leg. quoties, C. de rei vindicatione; l. ſi ob turpem, ff. de condictione ob turpem cauſam; cap. 1. de arbitriis. lib. 6. cap. continebatur, de deſponſatione impuberum; leg. libertas, ff. de regulis juris, leg. ſi pars, ff. de inofficioſo teſtamento, l. 1. ff. ſoluto matrimonio, cap. ex literis, de pignoribus, cap. nuper, de donationibus inter, leg. in ambiguis 85. ff. de regulis juris, leg. ſi ego, §. ſi res, ff. de jure dotium;* illuſtrant Covarruvias *lib. 1. variarum cap. 2. n. 6.* Petrus Faber, & ordinarii omnes *in dict. leg. favorabiliores 125. ff. de regulis juris*: Petrus Pechius *in dict. cap. cum ſunt partium 11. eodem tit. lib. 6.* Cujacius *lib. 10. obſervationum, cap. 20. & lib. 12. cap. 16.* Antonius Faber *in ſuo Cod. lib. 1. tit. 7. de Senatoribus, definit. 2. & 3.* Antonius Gomez *in l. 88. Tauri. n. 3. & 4.* Aſſonius *deciſ. 1. n. 4.* Tiraquell. *de privilegiis piæ Cauſæ, cap. 147.* Tacius *Centuria 7. quæſt. 6.* Duarenus *in l. Pomponius 36. 38. 39. hoc tit.* Cujac. *lib. 12. reſponſorum*, Modeſt. *in l. duo judices 28. ff. hoc tit.* Pacian. *de probationibus, q. 17. n. 158.* Oſuald. ad Donel. *lib. 17. c. 12. lit. P, & lib. 27. cap. 8. lit. C.*

Ratio primæ concluſionis partis eſt: quia in poteſtate actoris eſt, rebus maturè ſecum perpenſis deliberare, an & quando, & coram quo Judice experiri velit? non ſic de Reo, cui hoc ideo grave, & periculoſum eſt; ſiquidem Rei multa omittunt ex eo quod ad cauſam inopinati, & imparati trahuntur; ideoque juſta de cauſa deciſum eſt, quod in re dubia favorabiliores ſint Rei, quàm Actores, *d. l. favorabiliores: d. c. cum ſint partium*: præſertim cum promptiores ſimus ad abſolvendum, quàm ad condemnandum, *d. l. Arrianus, l. abſentem, ff. de pœnis*, ac ideò ſi duo Ordinarii pronuntiant contraria, tenet ſententia pro Reo, Alciatus *de præſumptionibus, reg. 3. præſumptione 43.* Oſualdus *dict. lib. 17. c. 12. lit. D.* ſi verò cauſa favorabilis eſt, veluti teſtamenti, matrimonii, & ſimilis; ſententia pro Actore tenet, ſiquidem tunc Reus non dicitur eſſe in pari cauſa, cum cauſæ favor publicus, Rei favori præponderet, *d. l. inter pares 5. ff. hoc tit. d. l. in ambiguis de reg. jur.* Tiraq. notat *de privilegiis piæ cauſæ, privilegio 146.* D. Balboa *in c. ex literis 3. de probationibus, n. 86.* Oſualdus ad Donellum, *lib. 27. comment. cap. 8. litera C.* Et quamvis in aſſignanda diſcriminis decidendi ratione, quoad ſententias diverſas inter Judices ordinarios, delegatos, & arbitros, valde laborent Interpretes; tamen omiſſa, quam refert Gloſſa in præſenti, verb. *ex delegata*, Abbas *n. 9.* Jaſon *in leg. duo Judices, n. 14. ff. hoc tit.* quam improbat Covarr. *lib. 1. variarum, cap. 2. n. 6. in fine*, verius dicendum eſſe exiſtimo, inter diverſas Judicum ordinariorum ſententias, pro Reo latam admittendam; Delegatorum verò, ſi pares ſunt in ſuſpenſo eſſe: quia magis favorabilis eſt ordinaria, quàm delegata juriſdictio: ſiquidem ordinariæ major honor, excellentia, & prærogativa, quàm delegatæ debeatur; notat Covar. *ubi ſupra, nu. 6. verſic. 3. quamvis*; quæ omnia ceſſant in Arbitris, in quibus nulla eſt juriſdictio, & impar numerus deſideratur, ut major pars prævaleat, *cap. 1. de arbitriis, cap. 1. eodem, lib. 6.*

Primò obſtabit dicere, quod in re obſcura potius favendum videtur Actori, quàm Reo: ſiquidem ſi in libello continentur verba obſcura, interpretationi actoris

actoris standum est, *l. si quis intentioni, ff. de judiciis, l. inter stipulantem*, §. 2. *l. in ambiguis orationibus, ff. de verborum obligationibus, l. Pomponius, ff. de adquirenda possessione*. Pro cujus dubii resolutione annotandum est, multum differre, an loquamur in principio litis, in medio, aut in fine: nam in principio, & ejus libelli expositione, actori semper est favendum, cum actio in favorem actoris semper sit prodita, cùm lex semper præsumat actorem calumniari nolle: nam aliàs reus semper actorem impediret, ne contra illum posset actionem intendere; & ita obtinent jura in principio hujus dubii adducta: quod etiam in medio judicii dicendum est juxta textum *in c. judicantem*, 30. *q.* 5. *c. cum tu, de testibus*: At verò textus noster loquitur in fine judicii, cùm sunt partium jura obscura, cùm jam cesset calumniæ præsumptio, & appareat, actorem suam intentionem non probasse, ac ideò is qui à principio favore dignus videbatur, odium in fine contrahit, & favor in reum transit; notat Glos. 2. *in cap. cum ad Sedem, de restit. spoliatorum*: Petr. Pech. *in c. cum sunt* 11. *de regulis juris, lib.* 6.

4 Secundò obstat textus in *leg. fluminum*, §. *servus*, & §. *item apud, ff. de damno infecto*; ubi in re dubia potius attenditur, quod reo nocet, quàm quod ei prodest; siquidem *ea l.* cavetur, quod si reus cavit de damno infecto, & damnum contingat vitio ædificii, etiam fortuito casu, reus tenetur ad emendationem damni, ex cautione damni infecti, & tamen casus fortuitus pro reo est, licet debilitas ædificii contra eum extet; & sic partium jura sunt obscura: & eo non obstante, contra reum jus stat. Quo in dubio dicendum est, quod in *dictis juribus* non erant in pari causa reus, & actor: nam reus erat in culpa, ex eo, quod ruinam ædificii providere poterat, actori autem nulla culpa imputatur, ac ideò deterior rei conditio erit; argumento textus *in leg. item obstetrix, ff. ad l. Aquiliam, l. si putator ff. eodem*; nam aliàs si in pari dolo, vel culpa essent, potius favendum esset reo, quàm actori; notat Dynus *d. c. cum sunt* 11. *de regulis juris, num. final.* Petrus Pechius *nu.* 9. *cum sequentibus*. Neque obstabit regula illa, qua dicimus, quod in judiciis non est acceptio personarum habenda; *cap. in judiciis, de regulis juris lib.* 6. Quia de ejus solutione *supra* diximus *in cap.* 1. *de probationibus*, ac ideò *in præsenti* omittimus.

5 Tertiò adversus id quod *text.* noster docet, videlicet, quod sententia in causa libertatis à duobus Judicibus diversimodè est prolata, tum pro libertate, quæ favorabilis causa est, sententia tenet juxta textum in *leg. duobus* 30. *digestis, de liberali causa*; ubi si duo Judices dixerint, & aliquem libertinum esse, & alii duo servum dijudicaverint, Sabinianorum sententia obtinuit: videlicet libertinum esse, sed is, qui vincit, compellitur æstimationem partis, de qua ab aliis duobus judicibus victus erat, arbitrio boni viri præstare; quibus omnibus obstat text. *in l. cum filius* 76. *ff. de legatis* 2. ubi victori, hoc est, filio exheredato qui à duobus Judicibus obtinuit de inofficioso, æstimatio illius partis libertatis à liberto non præstatur. Sed huic dubio respondendum est, jura illa inter se differre: nam text. in *d. l. duobus*, loquitur de causa onerosa, hoc est, de contractu emptionis, & venditionis; ac ideò quamvis sententia pro libertate valeat, tamen æstimatio partis ob illam causam onerosam præstatur: at verò in *dict. leg. cum filius* 76. etiam si hæres à paribus Judicibus sit victus, tamen libertus non cogitur æstimationem partis alterius sententiæ præstare: quia causa lucrativa erat, hoc est successionis; notat Cujacius *in dict. leg. duobus* 30. *ff. de liberali causa*.

6 Quartò adversus id, quod *in præsenti* refertur: videlicet idem in testamento observari, ita ut si sententia à duobus Judicibus pro testamento sit, & ab aliis duobus contra testamentum, tamen favore testamenti pro testamento tenet, juxta tex. *in l. si pars* 10. *ff. de inofficioso testamento*. Obstabit tex. *in d. l. cum filius* 76. *ff. de legat.* 2. ubi Titia Mævium, & Sempronium extraneos hæredes scripsit. Mævio centum prælegavit, servitutes, & libertates aliis extraneis reliquit, filium exhæredavit; & filius egit contra unum hæredem scriptum coram duobus judicibus per querelam inofficiosi, & contra alium coram aliis duobus judicibus, evenitque, quod unus hæres à duobus judicibus fuit absolutus; pro qua parte firmum mansit testamentum: alius verò hæres à filio coram aliis duobus judicibus fuit victus, & sic pro illa parte Papinianus asserit, infirmum manere testamentum; ac ideò prælegatum hæredi, qui vicit non integrum deberi; ex cujus decisione constat, testamentum, cujus favorabilis causa est, partim à duobus judicibus infirmari, & partim contra nostri textus sententiam, infirmari. Sed pro hujus textus difficultate diluenda animadvertere oportet, olim Centum virales Judices fuisse, qui de testamenti causa cognoscebant, qui centumvirales Judices inter diversa tribunalia dividebantur, ac ideò interdùm eveniebat, ut in uno consilio coram duobus actor vinceret, & in alio coram aliis duobus vinceretur: ideòque in *d. l. cum filius* sententiæ partim pro testamento valent, si coram duobus filius sit victus, & partim non tenent si coram aliis duobus judicibus vincat: quia filius de inofficioso egit coram illis centum viralibus Judicibus, non in uno Tribunali, sed in diversis; ac ideò nihil mirum si pro parte valeat testamentum, & pro parte infirmetur: Secus verò esset dicendum, si in uno Tribunali à paribus Judicibus diversa sententia esset prolata: quia tunc ex nostri text. decisione prævalet sententia, quæ pro testamento est lata; notat Cujac. *lib.* 10. *observationum, c.* 20. *& lib.* 7. *responsorum Papiniani, in d. l. cum filio* 76. Ita similiter est interpretandus text. *in l. circa* 14. *ff. de inofficioso testamento, leg. nam etsi parentibus*, §. *ult. ff. eodem leg. cum duobus, Cod. eodem.*

Quintò adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes, 7
videlicet in diversis sententiis à paribus Judicibus prolatis, in piis Causis, Fisci causam etiam esse comprehensam, juxta text. *in l. Imperatores, ff. de re judicata*, notat Duar. *in l. inter pares* 38. *ff. hoc tit.* Osu. *lib.* 27. *c.* 8. *lit. C.* Valde obstat textus *in l. non puto, ff. de jure Fisci*, ubi Modestinus asserit in re dubia contra Fiscum judicandum esse. In cujus textus difficultate, omissis aliis, verius dicendum arbitror, Modestinum *ibi* non negare in dubio pro Fisco judicandum esse; sed tantum ostendere, eum quasi delinquentem non esse puniendum, qui contra Fiscum responderit: hoc ideò; quia nonnulli assentatores malorum, & avarorum Principum, hoc crimen grave esse asserebant; notat Duar. *in d. l. inter pares* 38. *ff. de re judicata*: Decius *in dict. leg. in ambiguis, ff. de regulis juris, n.* 2.

Et de sententia Arbitrorum numero impari prolata, 8
videndus est text. *in l. Papin.* 36. *ff. de re judicata, l. Pomponius* 13. §. *fin. ff. de receptis arbitris*, de quibus latè Ant. Fab. *in d. l.* 13. §. *fin.* Cujac. *lib.* 17. *Pauli ad edictum, in d. l. Papinianus*: Duar. *ibid.* Osual. *lib.* 28. *cap.* 7. *lit. C.* Gratian. *tom.* 1. *discep. c.* 72. *n.* 47. Budæus *in Pandectis in l.* 2. *ff. si quis caution.* Pancirola *lib.* 1. *var. cap.* 33. *pag.* 55. Men. *de retinenda possess. remed.* 3. *n.* 748. Cujac. 6. *observ. c.* 27. Pich. *in manuductionibus ad praxim*, 2. *part. in præjudic.* §. 2. *n.* 5. Valentia *illustrium tractatuum, lib.* 2. *tract.* 2. *c.* 11. *num.* 15. Larrea *dec. Granat. decis.* 39. *n.* 35.

AD TIT. XXVIII. DE appellationibus, recusationibus, & relationibus.

Ad textum in cap. Dilecti 1. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Excommunicationes, suspensiones, interdicta, beneficiorum*

rum collationes, aut si quid post appellationem legitimè interpositam, actum est per inferiorem Judicem, irrita censeri; & remedio attentatorum revocari posse.

Appellatio jurisdictionem Judicis à quo *suspendit: & conservat illi suum statum appellantis.*

3 *Innovata post appellationem extrajudicialem attentatorum remedio non revocantur, nisi sint facta post, & contra ipsam appellationem: hoc est, contra expressum articulum de quo fuit extrajudicialiter appellatum.*

Interponatur tex. in c. 1. de appellationibus.

4 *Privatio præsupponit habitum.*

Expenditur tex. in d. c. 1. de appellationibus, *versic.* In irritum revocetis.

5 *Legatus à latere potest beneficium conferre, quia simul cum Ordinariis suæ Provinciæ concurrit.*

Legati sunt in triplici differentia, intellige ut ibid.

6 *Judex* à quo, *etiam post appellationem poterit mandatum de residendo interponere absque ullo metu attentatorum.*

Interpretatur tex. in leg. pervenit 8. digest. de appellationib.

7 *Illustratur tex. in* c. cum teneamur 17. de appell.

8 *Refertur tex.* in c. constitutis 46. de app.

9 *Expenditur tex.* in l. creditor 60. ff. mandati.

10 *Exponitur tex.* in l. postquam §. Imperator, ff. ut leg. seu fideic. nomine caveatur.

11 *Patroni Ecclesiastici in præsentatione nullo modo variare possunt: secus laici.*

Interpretatur tex. in cap Pastoralis, de jure patronat. *ibid.*

12 *Excommunicationis effectu per appellationem non suspenditur, cum ob favorem sententiæ excommunicationis id sit indultum, siquidem medicinalis est tendens in correctionem ejus, qui excommunicatur, ac ideo ne impediatur correctio, per appellationem non suspenditur.*

Illustratur tex. in cap. Pastoralis 53. §. verum, de appellat.

13 *Excommunicatio sub conditione prolata suspenditur per appellationem.*

Interpretatur tex. in c. præterea 40. de app.

14 *Illustratur textus* in capit. qua fronte 25. de appellat.

15 *Interpretatur tex.* in Cl. unica, de sequestratione possessionis, & fructuum.

16 *Attentatorum remedium, ut locum habeat in appellatione judiciali, desideratur expressio causæ appellationis & ut coram Superiore legitimè sit probata; in extrajudiciali verò non ità. Intellige, ut ibi.*

17 *Appellatio unius ex sociis prodest omnibus.*

Expenditur tex. in l. si quis separatim 10. §. quod est receptum, ff. de app.

18 *Attentatorum remedium, non solum in civilibus causis, sed etiam in criminalibus locum habet; nisi reus de crimine convictus, vel non confessus fuerit.*

19 *Exponitur text. in* cap. 1. de appellation. *versicul.* Veritate per idoneas personas, & famam loci inquisita.

20 *Plura remissivè referuntur.*

CONCLUSIO.

1 *EXcommunicationes, suspensiones, interdicta, beneficiorum collationes, aut si quid post appellationem legitimè interpositam actum est per inferiorem judicem, irrita censeri, & remedio attentatorum revocari posse.* Quæ conclusio etiam confirmatur ex textu in *cap. ad hoc 6. cap. ad præsentiam 17. cap. cum teneamur 17. cap. qua fronte 25. cap. pervenit 28. cap. ad hæc 37. capit. accepta 38. cap. an sit 42. cap. constitutis 46. cap. bene 51. cap. solicitudinē 54. cap. dilecto 55. cap. ut nostrū 56. cap. cum cessante 60. hoc titulo: cap. cum non solum eodem titulo li. 6. capit. cum à nobis, de electione, cap. cum contingat, de officio Legati, cap. per tuas, de sententia excommunicationis, capit. venientes, de jurejurando, capit. Pastoralis 29. de Granna in Decret.*

jure patronatus, cap. ad dissolvendum, de desponsatione impuberum; cap. post appellationem 31. §. appellatione. cum aliis, 2. *quæst. 6. Clement unic. de sequestratione possessionis, & fructuum, c. 1. ut lite pendente: leg. sciendum 6. ff. de appellationibus recipiendis: leg. una. ff. nihil innovari posse: leg. 1. §. ultimo. ff. ad Senatus Consultum Turpillianum, leg. 1. C. ut lite pendente: leg. minime 12. C. de appellationibus, leg. Chirographis 57. §. fina. ff. de administratione tutorum. l. instituta, §. penult. ff. de inofficioso testamento. l. 26. tit. 23. part. 3. l. final. tit. 16. lib. 3. Ordinamenti* exornant Lancell. *de Attentatis, 2. part. c. 12.* Scaccia *de appellationibus, quæst. 3. artic. 2.* Petrus Gregorius *de appellationibus, li. 7. per totum.* Maranta *de appellationibus, n. 163.* Tiraquellus *in l. si unquam. Cod. de revocandis donationibus, verbo, revertatur, num. 20.* Covarru. *in practicis, cap. 29. & 24.* Minsingerius *li. 1. observationum cap. 26.* Gaillius *lib. 1. observ. 144.* Doctor Amaya *lib. 2. observationum, cap. 15.* Cujacius *lib. 20. observationum, c. 36.* Duennas *regula 42.* Gonçalez *regula 8. Cancellariæ. gloss. 5. n. 176.* Oſual ſus ad Donellum *lib. 28. comm. c. 4. & 9. litera A. & Y.* Pichardus plures refert *in manuduct. ad praxim, part. 4. §. 15. & 16.* Salgado *de protectione Regia, p. 2. c. 12. n. 17.*

Ratio ex eo provenit, quia appellatio jurisdictionem 2
Judicis, à *quo* suspendit; *capite Pastoralis 35. §. verum, hoc titulo,* & causam devolvit ad Judicem superiorem, *cap. dilecti 55. hoc titulo,* & appellantem eximit ab inferioris jurisdictione, *cap. Romana 3. de appellationibus lib. 6.* undè qui judicavit desinit esse Judex in illa causa, *dict. cap. ad hæc 37. c. ut nostrum 56. hoc titulo,* ideoque quidquid post appellationem egerit, attentatum, & nullum est, remedio attentatorum potest revocari, ut ex prædictis juribus constat: quam rationem latius exornant Lancellot. *ubi supra num.* 108. Accedit etiam & alia ratio: nam appellatio conservat illa suum statum appellantis. *d. l. 1. ff. nihil novari appellatione pendente:* ac ideo Episcopatus, aut alius Prælatus, per sententiam depositus, si appellaverit, poterit ea pendente, excommunicare alios aut alias suum exercere officium, & quamvis ex causa famosa Canonici vel alii damnati sint, medio tempore ad electionem faciendam, & ferendum testimonium erunt admittendi notat Panor. *in c. 2. n. 6. ut lite pēdente* quod locum habet, sive recepta sit appellatio per superiorem sive nondum admissa: nam sit recepta est, suspensa manet inferioris jurisdictio, & causæ cognitio ad superiorem transfertur, *d. c. ad hæc,* cum similibus *supra* adductis; si verò nondum est transmissa, præjudicium irrogatur appellanti, contra quem jura cavent nihil innovari posse.

Primò huic decidendi rationi obstabit dicere, quod 3
textus noster non loquitur de appellatione judiciali, sed de extrajudiciali, hoc est de beneficii collatione, ut ex ejus litera constat; & quamvis ea quæ post appellationē judicialem facta sunt, attentatorum remedio debeant revocari: non tamen revocantur, quæ post extrajudicialem facta sunt, cum extrajudicialis appellatio tantum sit quædam revocatio ad causam inchoandam; quæ non suspendit jurisdictionem ejus, à quo interponitur, sed tantum in eo articulo de quo specialiter est appellatum, juxta text. *in c. cum sit Romana. §. si verò hoc tit.* notat Abbas *in præsenti, num. 4.* Lancellot. *ubi supra, li. 3. cap. 12. limitatione 3. nu. 6. & 9.* Covarru. *in practicis, c. 24. n. 5.* Cui dubio dicendum est, verissimum esse, innovata post appellationem extrajudicialem, attentatorum remedio non revocari, nisi innovata sint post, & contra ipsam appellationem; hoc est, contra expressum articulum, de quo fuit extrajudicialis appellatio interposita: nam tunc jam extat suspensa jurisdictio, *d. c. cum nobis 29. de electione.*

Neque obstat *tex. noster.* Quia procedit in hac extra- 4
judiciali appellatione, & innovatione, contra ipsum innovationis articulum, siquidem appellatio à Priore *in præsenti* principaliter fuit interposita ne collationes beneficiorum per Eboracensem Archiepiscopum in sui præjudicium fierent, cum neque jure proprio, neque

devoluto conferendi potestatem haberet; notat Abbas, & Felmus in *præsenti, à n.* 30.

Neque obstabit si dixeris, beneficiorum collationes *in præsenti*, non fuisse factas post, sed ante ipsam appellationem, ac ideo attentatorum remedium locum non habere; sed tantum inspecta justitia vel injustitia causæ, & quod ante appellationem sint factæ, cõstat ex nostri tex. verbis, ibi: *Super quibus, &c.* Quod verbum tantum adaptari debet ad proxima illa gravamina; videlicet ad Abbatis suspensionem; & Canonicorum interdictum si ei obedirent; siquidem illud relativum, *quis*; ad proxima præcedentia tantum adaptatur, juxta *Bartoli* doctrinam *in l. si quis servum* 8. §. *finali. n.* 5. *ff. de legatis* 2. tum etiam comprobatur ex vers. illo, *Nisi Prior; & Canonici malitiosè distulerint, &c.* Ex quibus constat, & constanter defendit Bero. *in præsenti, n.* 1. quod si Archiepiscopus contulisset beneficia, data negligentia Prioris, & Canonicorum collationes illæ non revocarentur: nam aliàs si post appellationem factæ fuissent, attentatorum remedio revocari deberent. Quia dicendum est, verba illa, *super quibus*, non solum ad censuras, verum etiam ad beneficiorum collationes esse referenda, siquidem non tantum super tribus, sed etiam super quatuor gravaminibus querela fuisset facta, cum Pontifex in illis verbis; *In irritum revocetis eisdem*; omnibus respondisse videatur, hoc est, tam ad censuras, quàm ad querelam super collatione beneficiorum, ne aliàs ad non interrogata respondisse videatur, & constat ex originali *nostri tex. 2. to. Conciliorum, post acta Lateranensis Concilii sub Alexandro III. tit. de appellationibus, c.* 1.

Neque etiam obstat cætera *nostri text.* verba, ibi: *Nisi Prior &c.* Quia verba illa idem significant, ac si Pontifex dixisset, quod si Prior, & Canonici malitiosè noluerint beneficia conferre, & ex eo, collationes ad Archiepiscopum sint devolutæ, tunc non poterunt attentatorum remedio revocari: nam etsi collationes illæ fuissent factæ post appellationem, non tamen præsumuntur contra appellationem, cum tunc adjecta illa falsa impedimenti causa, non poterat dici justè appellatum esse ab illo actu extrajudiciali, cum Prioris, & Canonicorum malitia in dilatione collationis, ut interim perciperent beneficiorum redditus, nihil videbatur innovatum contra ipsam appellationem: notat Abbas *in præsenti, n.* 6. videndus D. Franc. Salgado Patriæ Nostræ decus *de protectione Regia, p.* 2. *c.* 13. *n.* 1.

4 Secundò prædictis obstabit dicere, *in præsenti*, beneficiorum collationem, etiam post appellationem interpositam mero jure valuisse, & probari videtur ex ultimis nostri *tex.* verbis ibi: *In irritum revocetis, &c.* Quæ verba denotant collationes valuisse, nam aliàs non potuissent in irritum revocari, cum privatio habitum præsupponat juxta textum in *l. decem*, 116. *de verb. oblig. l. nam etsi sub conditione* 5. § *fin. ff. de injusto, rupto: c. ad dissolvendum, de desponsatione impuberum.* In qua difficultate dicendũ arbitror, collationes in specie *nostri textus*, revocatas fuisse, non quatenus de jure, sed quatenus de facto fuerunt factæ per Archiepiscopum Eboracensem, ac ideo non jus, sed factum tantum revocatur; argumento text. *in l. quod vulgo* 19. *ff. de bonorum possessione contra Tabulas; l.* 1. & ibi Gloss. verbo, *infirmavit*, *ff. de feriis.* Ita similiter est interpretandus textus in *cap. ad præsentiam* 16. *infra, hoc tit. c. non solum, eodem tit. lib.* 16. *c. significante* 34. *cap. Rodolphus* 35. *cap. significavit* 36. *exhibita* 17. *de judiciis, cap. dilecti* 8. *in fine de exceptionibus.*

5 Tertiò his omnibus obstabit dicere, quod Legatus Sedis Apostolicæ potest beneficia conferre, *c. dilectus* 6. *de officio Legati. c. cũ dilectus* 26. *de jure patronatus, cap. si à Sede* 31. *de præbendis, lib.* 6. sed in præsenti Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis legatus erat, ut *ex littera*, constat, ac per consequens rectè poterat beneficia conferre, ac ideo in irritum collationes ab eo factæ revocari non poterant. Sed pro hujus dubii solutione animadvertendum est, in Jure nostro tres diversas Legatorum species esse: nam alii sunt Legati de latere Summi Pontificis, uti sunt Cardinales; alii Legati missi qui non de latere, sed ad aliquam rempublicam regendam à Summo Pontifice mittuntur, quos *Nuntios* appellamus, ut in *cap. excommunicatus* 9. *de officio Legati, c.* 2. & 3. *eodem tit. l.* 6. alii denique sunt Legati nati, quales sunt qui dignitates Archiepiscopales obtinent, quibus legationis munus in territorio totius Archiepiscopatus annexum est: *c.* 1. *de officio Legati, c.* 1. juncta Glossa; *verbo, Ecclesiarum, eodẽ tit. li.* 6. *c. cum Bertholdus, de re judicata, l.* 2 3. *tit.* 9. *part.* 2. Quibus suppositis dicendum est, Legatos de latere posse beneficia conferre: quia simul cum Ordinariis suæ Provinciæ concurrunt. *c.* 1. *in fine, de officio Legati, li.* 6. *l. si à Sede* 31. *de præbendis, li.* 6. & de his loquitur textus in *dict. cap. dilectus, de officio Legati*, cum similibus *suprà* in argumento adductis; at verò noster textus procedit in legato nato, cui beneficia conferre prohibitum est in præjudicium Ordinariorum, in *dict. cap.* 1. *de officio Legati, li.* 6. & de hoc Legato nato, hoc est, Archiepiscopo intelligi debent verba nostri testus, *ibi, quod Eboracensis Archiepiscopus Apostolicæ sedis Legatus*, &c.

Quartò obstat textus *in cap. pervenit* 28. *hoc nostro tit.* 6 ubi appellatione interposita à monitione de residendo, potest Judex *à quo*, ulterius monere Clericum, ut vel residеat, vel appellatione prosequatur, & si negligat, alium ei ad tempus substituere, qui ejus vicem suppleat interim, dum causam prosequitur. In cujus *textus* difficultate, omissa Petri Gregorii interpretatione *de appellationibus, l.* 7. §. 3. Lancell. *de attent. c.* 12. *limitatione* 6. verissimè est dicendum, in specie illius *textus*, jurisdictionem Judicis, *à quo*, quoad articulum residentiæ, non fuisse suspensam ex eo; videlicet quia illud mandatum residentiæ erat, ad quam Clericus secundum communem sententiam de jure divino tenetur, juxta textum in *c.* 1. cum aliis, *de Clericis non residentibus*; ideo ne Ecclesia suis defraudetur officiis, cum interim dum causa appellationis contenditur, absque servitio maneret, justa de causa datur Vicarius: quia aliàs si in secunda instantia appellans esset victus, illa appellatio malitiosa redundaret in ejus commodũ, & Ecclesiæ incommodum, ideoque appellatio illa non operatur effectum attentatorum, quin potius Judex, *à quo*, pendente illa, Vicarium possit constituere, & ei præbendam assignare, ne ministerium Ecclesiasticum debitis fraudetur obsequiis, præsertim cum illa Vicarii subrogatio sit quoddam incitamentum ad celeriorem expeditionem appellationis; ut post Gl. in *d. c. pervenit*, Lancell. *ubi supra, dict. limitatione* 18.

Quintò obstat textus in *cap. cum teneamur* 17. *hoc titulo*, ubi Judici *à quo*, conceditur, ut possit turbatam possessionem reformare, etiam post appellationem. Ergo appellatio non efficit, ut Judicis inferioris potestas conquiescat, neq; inducit effectum attentatorum. In cujus *textus* difficultate, omissa interpretatione, quam refert Duennas *regul.* 42. *num.* 16. Hostiensis *ibidem nu.* 5. verissimè est dicendum, quæstionem in eo *textu* agitatam eam esse, an Judex *à quo*, pendente appellationis judicio, possit possessionem reformare, eo, de quo appellatio interposita fuit prætermisso; hoc est, an judicio appellationis renuntiare possit Judex, *à quo*, de causa possessionis cognoscere. In qua quæstione dubitandi rationem suggerebat, quod cum possessionis, & proprietatis causa, ab uno, eodemque Judice terminari debeat, *c.* 1. *cũ ibi* traditis, *de causa possessionis*; & quemadmodum proprietatis quæstio ad Judicem appellatum pertinet, ita de quæstione possessionis dicendum videbatur; maximè cum ratione connexitatis debeat appellatio sortiri effectum attentatorum, *dict. c. super eo* 10. *hoc tit.* sed Pontifex asserit, permissum esse recedi ab appellatione, ut Judex *à quo*, de causa possessionis cognoscat: nam quemadmodum ex causa permittitur, quod postquam actum est judicio petitorio suspendatur illud, & possessorium proponatur, etiam post conclusionem in causa, *c. Pastorali* 5. *de causa possessionis*; ita etiam permittendum est appellationi renunciari, ut idem judicium coram inferiore

inferiore proponi valeat; argumento text. in *cap gratum* 19. *de officio delegati*. nam qui id agit, juri suo renunciare videtur, quod cuique permissum est, *l. penult.* cum similibus, *C. de pactis.*

8 Sextò obstat textus *cap. constitutis* 46. *infra, hoc titulo*, dum ait, appellatione interposita, ab electione, possessionem post a concessam attentatorum remedio non revocari. Cujus textus difficultas ex eo diluitur, quia *ibidem* possessiones obtentæ post interpositam appellationem ab electione, & confirmatione, defendi poterant, tam ex jure singulari, quod in electionibus servatur, quàm ex jure communi. Ex jure singulari; nam licèt ab electione facta, aut facienda, & à confirmatione electionis appellari possit, *c. cũ nobis* 19. *de electione, c. cõcertationi hoc titulo li.* 6. tamen post factam electionem aut confirmationem, non potest à futuræ possessionis seu investituræ traditione appellatio interponi, ita ut operetur effectum attentatorum, *dicto cap. constitutis*: ex eo videlicet, ne Dignitas diù vacare videatur, contra regulam textus *in c. ut circa, de electione in* 6. Ex jure etiam communi eadem possessionis investitura tenet ac ideo appellatio ab ea non admittitur; quia in effectu, Investitura, nihil aliud est, quàm executio confirmationis; quæ cùm fiat cum causæ cognitione, & parte contradicente, habetur pro sententia diffinitiva: & quemadmodum ab executione appellatio non admittitur, *l. ab executore. ff. de appellationibus, l. ab executione 5. C. quorum appeliationes non recipiantur; cap. novit* 43. *hoc titulo*; sic similiter, neque ab executione electionis, seu confirmationis: quam interpretationem veriorem esse existimo; & si aliter sentiat Doctor Balboa *in præsenti*, *num.* 47.

9 Septimò obstat textus *in l. creditor* 60 *ff. mandati*, ubi constat, quod etiamsi creditor mandatorem condemnaverit, isque appellaverit, poterit creditor appellatione pendente Reum principalem convenire. Pro cujus dubii resolutione magnopere animadvertendum est, quod olim jure antiquo, ante Justiniani ætatem, cum creditor Reum principalem, & mandatorem habebat obligatum, non tantum sibi, optio eligendi concedebatur, verum etiam, quod magis est à conventione illa variare poterat, juxta tex. *in l. 3. & 11. ff. duob. reis, l. Reos, C. de fidejussoribus*: Ant. Pich. *in* § *si plures* 4. *Institut. de fidejussoribus*: quo supposito, mirum non est, quod creditor *in d. l.* 60. *ff. mandati*, possit appellatione pendente Reum principalem convenire; cum jure illo antiquo, illa optionis facultas sibi permissa esset, ut à mandatoris conventione posset recedere, absque ullo attentorum metu, præcipuè cum notum judicium cum nova persona disceptaretur, notat Glossa 2. *in dict. l. creditor* 60. Cujacius *lib. 1. responsorum Scævolæ*: Ant. Fab. *in Rationali ad eundem textum.*

10 Octavò obstat textus in *l postquam*, §. *Imperator ff. ut legatorum seu fideicommissorum nomine caveatur*, ubi si Titius sit rogatus hæreditatẽ restituere, Papinianus docet, quod etiamsi fuerit condemnatus, & appellaverit, pendente appellatione, absque metu attentatorum poterit conveniri, ut caveat, seu satisdationem præstet, se salvam hæreditatem restituere. Sed huic tanto dubio verissimè est dicendum, ideo ibi absque metu attentatorum posse fideicommissarium fiduciarium hæredem appellatione pendente convenire: quia ut Papinianus asserit, id etiam fieri poterat ante sententiam, & Appellationem; ac idcò appellationis moratio & interpositio non impedit, quo minus hæres compelli possit cautionem præstare; cum etiam eo invito, cautio illa in quocumque tempore ex illo edicto Prætoris exigi poterat, *l. 1. & per totum tit. ut leg. seu fideic. n. cau.* notat Cujac. *lib.* 62. *quæstionum Papiniani*, *in dict. l. postquam*, §. *Imperator.*

11 Non obstat tex. *in c. Pastoralis, de jure patronatus*, ubi post interpositam appellationem propter non admissam ab Episcopo præsentationem, potest Episcopus instituere alterum præsentatum à Patrono. Pro cujus difficultatis interpretatione sciendum est, inter Patronos Ecclesiasticos, & laicos illud discrimen constitui, quod Ecclesiastici nullo modo variare possunt circa præsentationem semel factam; laici verò possunt, *c. cum autem* 24. *de jure patronatus*: quo supposito dicendum est ideo in *d. c. pastoralis*, post appellationem interpositam potuisse eundem Episcopum alii instituere: nã ille fuit præsentatus a Patrono laico, qui potest variare in præsentatione. Esset enim inutilis præsentatio, nisi institutio sequi posset, sed hoc in casu nõ tollitur potestas præsentandi quæ Patrono cõpetit per appellationem ipsam. Tum etiam, quia diversa est causa secundæ præsentationis à prima, vel quia appellatio interposita non potuit præjudicium inferre Patrono. Neq; obstat quod per appellationẽ impeditur potestas præsentandi ex communi Doctorum sententia in præsentia: nam id procedit quoties lis vertitur super ipso jure patronatus, aut titulo beneficii, non tamen cum controvertitur super exceptione, qua excluditur ipse præsentatus, ut latius resolvit Lanc. *ubi sup. c. 4. n. 588.*

Decimò obstat tex. *in c. Pastoralis* 53. §. *verum, hoc tit.* dum 12
ait permissum Judici, *à quo*, ut post appellationem possit excommunicatum appellantem denunciare, & cum fructibus beneficii privare. In cujus *tex.* difficultate dicendum est, multum referre cum de jure appellationis quæritur, an ab aliis causis, vel ab excommunicatione appelletur: nam excommunicatio in eo differt, quod post interpositam appellationem novata debent per Judicem appellatum revocari; quia ejus jurisdictio læsa creditur. *non solum*, cum vulgatis, *hoc tit. in* 6. ubi autem post sententiam fertur excommunicatio, neque per Judicem appellatum, neq; per Judicem, *à quo*, opus est, ut revocetur cum ipso jure inutilis adeo sit, ut neque impediat excommunicatum à divinorum celebratione, neque absolutio ei sit necessaria, nisi ad cautelã, *c. ad præsentiam* 16. *hoc tit.* 2. Etiam differt sententia excommunicationis ab aliis sententiis: quia ubi semel lata est, effectus, & executio per appellationẽ suspẽdi non potest, *c. per tuas, de sententent. excom. c. is cui* 20. *eod. tit. l.* 6. *d. c. Pastoralis*, §. *verum* cum in aliis causis executio per appellationẽ removeatur. *d. c. veniens de jurejurando*: quia per illã extinguitur vis sententiæ: quod ob favorem sententiæ excommunicationis est indultum; quia cum sit medicinalis, *c. 1. de sententia excommunicationis*, *in* 6. & tendat in correctionem ejus, qui excommunicatur; ne prætextu frivolæ appellationis impediatur correctio, sublata est appellatio, ut in omni correctione, *c. ad nostram 3. c. reprehensibilis* 26. *hoc tit.* merito, cum excommunicatio statim sortiatur effectum justa de causa post appellationem excommunicatus denuntiari potest, sine metu attentati, ut ab aliis evitetur: nam declaratio nihil aliud est, quàm executio sententiæ, *dict.* §. *verum*: potest etiam fructibus beneficii privari; quia cum fructus, & distributiones quotidianæ ex illa communione Ecclesiastica proveniant, cum beneficium propter officium concedatur, *c. cum secundum Apostolum, de præbendis*; justa de causa ab illis fructibus, etiam non obstante appellatione, privari poterit, Pichardus *in manuduct. ad praxim. 4. part.* §. 15. *num.* 5. Salgado *de protectione Regia. part. 2. cap. 5. num.* 12.

Undecimò huic solutioni obstat text. *in cap. præterea* 13
49. *hoc titulo*, dum ait appellari posse à censura excommunicationis, ita quod impediatur denunciatio illius post appellationem. Sed respondetur facilè, multum interesse an excommunicatio feratur purè, an sub conditione; putà, *nisi intra tale tempus satisfeceris, sis excommunicatus*: nam ubi fertur excommunicatio cum statim effectum habeat, nihil mirum, si appellatio ab illa interdicatur, juxta textum *in dict.* §. *verum*: at ubi excommunicatio sub conditione fertur, ante eventum conditionis nulla est excommunicatio; ac ideo per appellationem suspenditur; & ita obtinet textus *in d. c. præterea* notat Lanc. *ubi supra, limitatione* 21. *n.* 31.

Duodecimò obstat text. *in c. qua fronte* 25. *hoc tit.* dum 14
permittit inferioribus Judicibus, ut si quos excommunicaverint, etii appellatio ad Pontificem delata fuerit ne absolvantur, possint eisdem beneficium absolu-

tionis impartiri, & absolutio utilis erit. Sed respondendum est jus singulare *ibi* præscribi observandum in absolutione excommunicationis, ut absque metu attentati possit per Judicem concedi. Primò propter periculum quod ex mora imminet, ne in peccato homo decedat. Secundò, quia absolutio favorabilis est; *l. Arrianus ff. de oblig. & actionib.* Tertiò, quia nullius interest excommunicatum absolvi, cum per absolutionem nihil nocumenti inferatur propter cautionem, de qua in *eodem textu*: & an juratoria sufficiat, vide Gloss. *hic* & notat Lancell. *ubi supra*, *dicto capite decimo secundo*, *limitatione* 23.

15 Decimo tertiò obstat text. *in Clementina unic. de sequestratione possessionis*, ubi etiam si post appellationem sequestretur possessio, attentatorum remedio non revocatur. Cui dubio dicendum est, quod etsi regulariter appellatione pendente fieri non possit, absque metu attentatorum; aliquando tamen fieri permittitur, veluti ad compescendam litigantium malitiam, quando in prima instantia sententia lata est contra possessorem in causa beneficiali, qui nondum triennalem possessionem adimpleverat: nam hoc in casu sequestrum per appellationem non suspenditur, juxta rationem traditam in *d. Cl. unic.* Si verò causa profana est, sequestratio absque metu attentatorum fieri non potest, nisi possessor fructus dissipet vel dissipari timeatur, cum non desideretur actualis fructuum dissipatio, sed probabilis dissipationis timor sufficiat: juxta tex. in *c. penult. & ultimo, de sequestratione possessionis, & fructuum*; notat Don. *l.* 28. *comm. c.* 9. Osual. *ibidem littera Y.* Ant. Fab. *in suo Cod. lib.* 1. *tit.* 10. *diffinitione* 11.

16 Decimo quartò adversus nostrum *text.* obstabit dicere quod ad hoc, ut attentata post appellationem revocentur, desideratur omnino, ut coram Superiore probetur veritas causæ in appellatione expressæ, juxta tex. *in c. non solum* 7. *in secundo responso hoc tit. l.* 6. *v. ex parte*, 7. Gloss. *verb. si vobis. de testibus*: sed in præsenti, non fuit veritas causæ probata coram Superiore: Ergo collatio beneficiorum non debuit attentatorum remedio revocari. Sed huic dubio dicendum est, quod textus *in d. c. non solum*, in *secundo responso*, loquitur in appellatione judiciali à sententia interlocutoria interposita, quo in casu causæ expressio, & ejus probatio coram superiore desideratur, ut attentatorum remedium locum habeat: at verò *textus* noster procedit in appellatione extrajudiciali, hoc est, in beneficiorum collatione, quæ in specie requirit causam appellationis coram superiore probari, sed verisimilem esse sufficit, ut inferius dicemus *in capit. ut debitus honor. infra, hoc titulo.* Ratio differentiæ est: quia cum Judex judicialiter procedit, semper pro eo præsumitur acta judicialia observasse, exceptiones omnes admisisse, ac justè processisse, qua de causa appellans ab interlocutoria, tenetur appellationis causam justificare, ut attentatorum remedium habeat, juxta textum *in dicto capit. non solum*, cum *similibus supra adductis*: secus verò est dicendum, cum quis non tanquam Judex, sed tanquam privatus procedit: nam tunc debet exceptiones admittere, neque ordinem judiciarium observare, ideoque cum non præsumatur justè processisse, non est necesse appellationis causam justificare, sed verisimilem exprimere; ut in *textu nostro*, & Innocentius notat *in capit.* 2. *n.* 2. *de his, quæ fiunt à majore parte Capituli.* Tum etiam, quia cum appellatur sine justa causa ab actu interlocutorio, irrogatur Judici maxima injuria, quæ cessat quando appellatur ab extrajudiciali, cum tunc Judicis vicem non gerat, ideoque nulla probatio causæ appellationi desideratur, sed verisimilis sufficit, notat Abbas *in præsenti, & in capit. bonæ num.* 7. & Doctores omnes *in cap. ut debitus honor, hoc titulo.*

17 Decimo quintò adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes; videlicet regulam nostri textus etiam procedere, cum quid innovatum est post appellationem ab uno ex sociis in causa communi interpositam, ita ut nihil sit novandum, non solum in præjudicium ejus, qui appellavit, verum neque eorum qui non appellaverunt, cum appellatio unius ex sociis prosit omnibus, juxta textum *in cap. una* 72. *infra, hoc titulo, capit. ei qui* 42. *paragrapho quandoque*, 2. *quæst.* 6. *leg.* 1. *& 2. Cod. si unus ex pluribus leg.* 1. *Cod. de diversis rescriptis, leg.* 5. *tit.* 13 *partit.* 3. Obstabit textus in *leg. si qui separatim* 10. §. *quod est rescriptum, ff. hoc titulo*; ubi constat quod si sententia est lata in communi causa, condemnatio ejus scinditur pro virili parte inter eos, qui damnati sunt; unde cum res inter alios acta, alis non debeat nocere aut prodesse; *cap. penultimo, de re judicata, leg. sæpè* 63. *ff. eodem l. cum uno, ff. de exceptione rei judicatæ*, dicendum videbatur, appellationem ab uno ex sociis factam, tãquam de re diversa interpositam, aliis non esse profuturam. Augetur difficultas ex eo, quod etli conjunctim fuerint socii damnati, veluti duo vel tres tutores, appellatio unius aliis nihil proficit, *d. l.* 2. *infine, C. si unus ex pluribus*: Ergo provocatio unius ex sociis aliis prodesse non debet ad effectum attentatorum.

Quibus difficultatibus, ut fiat satis, dicendum est, consortibus ejusdem litis concessum esse, ut facta per unum provocatione, alii ejus beneficio uti possint: quia licet in effectu plures videantur latæ sententiæ, cum inter eos pro virili parte scindatur condemnatio: re tamen vera una tantum sententia præcessit, quæ provocatione facta suspensa fuit; notat Osualdus ad Donellum, *li.* 28. *cap.* 5. *litera B.* sed cum in prima instantia sententia, contra unum lata, aliis nec noceat, nec proficiat *d. cap. penultimo, de re judicata*, tunc ut in causa appellationis victoria unius aliis prodesse valeat, rescriptis Imperatorum caveri oportuit, *dict. leg.* 2. *Codic. si unus ex pluribus, dict. leg. si quis separatim ff. hoc titulo*; quod etiã jure Pontificio observatur in *cap. Una, penultimo, hoc titulo* sed est id permissum multis concurrentibus. Primo, quod in omnibus personis fiat condemnatio: nam separatim damnatis pluribus, si appellet unus nihil agit quoad cæteros, *dict. leg. si qui separatim, in principio*, *leg. cum in una decima septima, digest. hoc titulo.* Secundò, ut communis sit omnium defensio, *dicto capit Una, penultimo, hoc titulo*, undè pluribus tutoribus damnatis, quorum alter gessit tutelam, si unus appellet, ex ea appellatione nullum commodum alius reportat; & ita obtinet text. in *dict. leg. si qui separatim*, §. *quod est rescriptum.* siquidem diversa est causa defensionis ejus, qui non gessit; juxta tex. *in l.* 2. *C. si tutor, vel curator non gesserit.* Tertiò, ut omnes circa appellationem communi jure utantur, non speciali beneficio, *d. cap. Una, penultimo. l.* 1. *C. si communi eadémque causa*: *d. leg.* 2. *C. si unus ex pluribus*, cum *supra traditis*, de qua re plura refert Ant. Pich. *in manuductione ad praxim*, 4. *p. præcepto.* 2.

18 Decimo sextò adversus ea, quæ *in præsenti*, notant Doctores omnes; videlicet nostri textus decisionem, non solum in civilibus controversiis, sed etiam in criminalibus observari debere; juxta textum *in leg. non tantum* 6. *ff. hoc titulo. leg. unica, versicul. si quis ergo, digest. nihil novari appellatione pendente*; obstabit textus in *leg.* 2. *C. quorum appellationes non recipiantur: capit. ei qui* 41. *versic. Nullus*, 2. *quæst.* 6. *leg.* 16. *tit.* 23. *part.* 3. ubi damnati ob maleficium, homicidium, adulterium, aut violentiam manifestam, & si appellaverint, irroganda est pœna in sententia expressa: Ergo in criminalibus causis appellatio non suspendit jurisdictionem Judicis, *à quo*; neque operatur effectum attentatorum. Sed hujus difficultatis solutio facilis est, si dixeris, quod quamvis appellationis remedium ad præsidium innocentiæ sit institutum, *capit. cum in speciali* 61. *hoc titulo*, tamen cum in notoriis factis innocentia non extet, & defensioni locus non sit, justa de causa appellatio non admittitur, neque attentatorum remedium locum habebit, juxta tex. *in c. cum sit Romana* 5. §. *ultimo, cap. pervenit* 13. *& 14. hoc titulo.* Quod verum est cum Reus idoneis testibus est convictus, & confessus; & ita obtinet text. *in dict. leg.* 2. *C. quorum appellationes, &c.* cum *supra traditis*: nam adversus convictum, & confessum,

ſum, ob publicam utilitatem ſententia executionis mandatur, ne delicta impunita remaneant; *leg. locatio paragrapho, illicitè*, cum vulgatis, *digeſt. de publicanis, & vectigalibus*: & ut hæc omnia procedere valeant, duo neceſſaria ſunt. *Primo*, quod Reus teſtibus idoneis ſit convictus. *Secundo*, quod ipſe ſponte crimen ſuæ ſententiam confiteatur. *dict. l. 2. Cod. quorum appellationes, &c.* Nam his concurrentibus, propter publicam utilitatem, & quia fruſtratoria cenſetur appellatio, quæ defenſionis rationem habere non videtur, reis denegatur *in dict. leg. 2.* cum *ſimilibus ſuprà adductis*: notat Lancellotus *ubi ſupra, limitatione 9.* Sigiſmundus *ubi ſupra, q. 13. limitatione 4.* Oſuald. ad Donellum, *lib. 28. cap. 6. littera K. & Y.*

19 Decimo ſeptimò adverſus *textum* poſtrum, in verſiculo, *Veritate per idoneas perſonas, & famam loci inquiſita, &c.* Ex quibus verbis conſtat, quod ut locus ſit revocationi attentatorum, omnino oportet ut conſtet per idoneas perſonas, hoc eſt, teſtes ſimul & famam id probari; obſtabit principium illud, quo docemur, quod duo teſtes ſufficiunt, ut fides adhibeatur, *capit. in omni negotio 4. cap. cum à nobis 28. de teſtibus; l. final. Codic. de probationibus l. ubi numerus*, cum vulgatis, *ff. de teſtibus*: Ergo cum ſoli teſtes ad probationem ſufficiant, non erit neceſſaria loci fama, ut attentatorum revocatio fiat. In qua difficultate, omiſſa interpretatione Gloſſæ *in præſenti*, verbo, famam Abbatis, & Hoſtienſis, & Beroi. *num. 37.* veriorem eſſe exiſtimo, quam refert Decius *in præſenti, num. 11.* dum aſſerit, ideo in præſenti ſimul cum teſtium depoſitione loci famam deſiderari; quia teſtes illi non integrè concludunt novata illa poſt appellationem fuiſſe facta: neque rationem dicti reddunt: ac ideo cum adhuc cauſa dubia remaneret, rectè ad ejus majorem declarationem, loci fama deſideratur; cum teſtium defectus per loci famam ſuppleri ſoleat argumento textus *in leg. ſi quis ex argentariis, paragr. cogentur, digeſt. de edendo*, notat Baldus, & Jaſon *ibidem num. ſecundo*. Neque ſuperiori interpretationi refragantur verba
20 noſtri textus, ibi: *Per idoneas perſonas, &c.* Quia referuntur ad conditionem, & qualitatem teſtium, ne ſcilicet ſint viles, aut alia ratione inhabiles, non tamen ad defectum circa dictum, & teſtimonium eorum. Similiter videndus eſt textus in *leg. ſciendum 15. ff. ſi fundus digeſt. qui ſatisdare cogantur, leg. tale pactum 4. §. qui provocavit, digeſt. de pactis, leg. chirographis 57. §. ab eo, ff. de adminiſtratione tutorum*, cui obſtat textus *in leg. tutor 41. ff. de uſuris, & leg. negotiorum, ff. de appellationibus, leg. Imperatores 21. paragr. ſi magiſtratus leg. cum ex cauſa 11. leg. qui ſuſpectum 20. paragr. final. leg. non tantum, leg. ſi quis, paragrapho quod eſt, digeſt. hoc titulo, l. ab his 10. paragrapho habitis 3. digeſt. de vacation. & excuſation. munerum, leg. adducta 19. Codic. hoc titulo: leg. furtis 6. digeſt. de his qui notantur infamia; leg. ſi quis filio 6. paragr. ſi autem omnes 8. digeſt. de injuſto, rupto*, cum *l. inſtituta 27. paragr. penultimo, digeſt. de inoffic. teſtament.* cui obſtat textus difficilis in *l. 1. Codic. eodem.* Videndus eſt etiam textus in *leg. final. Codic. de edicto Divi Adriani tollendo; leg. unica, Codic. ſi à momentanea poſſeſſione fuerit appellatum; leg. in ratione, paragr. cum quidam, ad legem Falcidiam; capit. veniens 38.* cum *capit. ex parte. 7. de teſtibus: leg. in ſervorum 10. paragr. qui ex cauſa, leg. quod ad ſtatum, digeſt. de pœnis: leg. in ratione 11. paragr. 3. digeſt. ad legem Falcidiam; leg. 3. Codic. ſi pendente appellatione mors interveneriť; leg. 5. paragrapho Imperator, digeſt. ut legatorum nomine; leg. penultima, digeſt. judicatum ſolvi*: & pro interpretatione ad textum in *leg. 1. paragr. fin. ff. ad Senatus Conſultum Turpilianum.* videndus eſt Donellus *lib. 24. commentariorum*, & Oſuald. *in eodem lib. ca. 9. litera C.*

Ad textum in capit. Cum ſit Romana 5. hoc titul. de appellationibus.

SUMMARIUM.

1 *Apellans habet annum ad proſequendam appellationem: & ex juſta cauſa biennium; & hoc, niſi judex moderetur: etſi appellans non proſequatur appellationem in termino præſcripto, firma manebit ſententia.*

2 *Judex curare debet finem litibus imponere ne partes ſumptibus, & expenſis valde graventur.*

3 *Interpretatur textus*, in capit. ex ratione 8. de appellat.

4 *Expenditur text.* in l. ſi unus, ſin. C. ſi pendente appel. mors intervenit; *cum* leg. cum in antiquioribus, C. de jure delib.

5 *Prima inſtantia de jure Canonico perpetua eſt: de jure verò Civili limitatur triennio; & ibi differentiæ ratio.*

6 *Fatale appellationis tempus currit à die ſententiæ ſi Reus condemnatus, eſt conſcius ſententiæ: ſin verò ignarus, currit tantum à die appellationis.*

7 *Interpretatur text. in* l. 1. C. de temporibus appellationum, *cum* leg. 1. paragrapho, quod in ſententiis, ff. quando apellan. ſit: cap. anteriorum, verſ. Sancimus, 2. q. 6.

8 *Beneficium à jure indultum nemini eſt auferendum.*

Terminus à jure datus cum Judicis miniſterio poterit ab ipſo coarctari; ſecus ſi ſine Judicis miniſterio fuerit indultum, ubi aſſignatur differentiæ ratio.

Expenditur tex. in c. cum ſit Romana 5. de app. *tex.* in c. ex inſinuatione. 56. eod.

9 *Illuſtratur tex. in* l. 2. verſicul. Sed perraro, de re judicata.

10 *Judex ſi detulit appellationi, poterit terminum juris moderari, & limitare: ſecus verò ſi non detulit: ubi aſſignatur ratio.*

11 *Sententia excommunicationis, etiamſi appellatio ſit deſerta non convaleſcit, cæteræ verò convaleſcunt, & ibi ratio differentiæ aſſignatur.*

12 *Appellans à gravamine etiam poſt fatale auditur, non per viam appellationis, ſed querelæ, vel nullitatis tantum.*

Expenditur tex. c. cum ſit Romana 5. verſ. Si verò de appellat.

13 *Interpretatur tex. in* d. c. cum ſit Romana de app. ver. Sin autem.

CONCLUSIO.

APpellans habet annum ad proſequendam appellationem: & ex juſta cauſa biennium: & hoc niſi Judex moderetur. Quod ſi appellans non proſequatur appellationem in termino præſcripto, firma manebit ſententia. Quæ concluſio in tres dividitur partes. Prima deducitur ex *principio noſtri textus.* Secunda, ex *verſiculo*, *Et hoc* Tertia, ex *verſiculo*, *Quod ſi appellans.* Prima pars probatur ex textu *in capit. ex ratione 8. cap. conſtitutis 45. infra, hoc titulo, capit. ei qui 2. quæſtione ſexta*, *Clementina, ſicut, hoc titulo. Authentic. de his; qui ingrediuntur ad appellationem in principio, & paragr. 1. collatione 5. Authentica. ei qui. Cod. de temporibus appellationum, l. 11. titul. 16. lib. 4. Recopilationis*, exornant Octavianus *in Pedemontana deciſione 28.* Fachineus *li. 1. controverſiarum, c. 79.* Secunda concluſionis pars probatur ex textu *in cap. perſonas 4. capit. reprehenſibilis 26. cap. ſæpè 44. cap. oblato 57. hoc titulo, cap. quoad conſultationem, capit. cauſam, de re judicata, leg. 2. digeſt. eodem* 2

plures refert Menoch. *de arbitrariis casu 1. num. 3.* Tertia conclusionis pars probatur ex textu *in dict. cap. sapè: dict. Clem. sicut, hoc tit. leg. si Præses. C. quomodo, & quando judex: dicta Authent. ei qui leg. final. §. illud, C. de temporibus appellationum. leg. 2. t. t. 18. lib. 4. Recopilationis*, ubi plura, & plures refert Azeved. *num. 1. & 36.* Anton. Pichard. *in manuduct. ad praxim, part. 4 § 21. per totum.*

2 Ratio quoad primam nostri *text.* partem, qua docemur, appellantem habere annum, vel ex justa causa biennium, ea est: Videlicet quia valde interest, ut sit certus, & determinatus litium finis, ne in infinitum procedatur cum magno litigantium incommodo quod utrumque jus Civile, & Canonicum semper abhorrent, *c. finem litibus, de dolo & contumacia; leg. final.* cum vulgatis, *ff. pro suo.* Secundæ verò partis decidendi ratio in eo consistit; videlicet Judicem posse terminum ad prosequendam appellationem assignare: quia Judex semper curare debet, ne litigantes sumptibus, & expensis valdè graventur, *d. c. finem litibus, c. ut litigantes, de officio Ordinarii, li. 6. cap. 2. de causa possessionis & proprietatis; cap. 2. de re judicata, leg. properandum 13. Cod. de judiciis*; poterit etiam justa de causa terminum limitare: quia multoties, ut sententiæ executio impediatur, cavillosè pars appellat; ac ideò, ne ex malitia sua commodum reportet, justa de causa appellationis terminus à Judice restringi poterit; notat Glossa *in d. c. 2. verb. celeri: supra tit. prox. & hoc c. 5.* verb. *recisius*: Abbas *num. 18.* facit etiam text. *in c. intelleximus 7. de judiciis, c. 1. §. final.* cum aliis, *de juramento calumniæ, lib. 6.* Tertiæ partis decidendi ratio est: videlicet transacto appellationis termino, noluit appellationem prosequi, si appellans sententiam transire in rem judicatam quia eo transacto, perinde habetur, ac si à principio appellatum non fuisset; *l. final. §. illud, C. de temporibus appellationum*, Maranta *in praxi, 6. p. act. 2. titul. de appellationibus num. 409.*

3 Primò, contra primam nostri textus partem, obstabit text. *in c. ex ratione 8. hoc titulo*, ubi impedimento non solum annus, & biennium, verum etiam justa de causa maius tempus conceditur: Ergo malè *in principio nostri text.* annus, vel biennium præscribitur. Sed huic dubio responderi valet, quod textus noster omninò suppleri, & interpretari debet per text. *in d. c. ex ratione*; quo cavetur, quod si biennio illo appellans fuerit legitimè impeditus, adhuc poterit post biennium admitti ad appellationem prosequendam; dum tamen restitutionem in integrum priùs postulaverit, ex illa clausula generali *si qua mihi justa causa, &c.* de qua mentio habetur in *leg. 1. in fine, ff. quibus ex causis majores*: notat Glossa, *verb. manet, in dict. Authen. ei qui, C. de temporibus appellationum*; quæ temporis restitutio post biennium, non extenditur usque ad triennium, sed solummodo ad tantum tempus, quantum durabit impedimentum, argumento textus *in Clementina unica, in fine, de in integrum restitutione minorum*, notat Abbas *in dict. cap. ex ratione, num. 6. & 5.* Maranta *de ordine judiciorum, part. 6. num. 228.*

Secundò huic sententiæ obstat tex. *in l. si unus, fin. C.*
4 *si pendente appellatione mors intervenerit*, ubi si unus ex litigatoribus decesserit, ejus hæredi ultra illud tempus quod defuncto, ob ejus impedimentum competebat, quadrimestre tempus indulgetur, quod connumerari debet à die deliberationis, seu à die ipso quo potuit hæreditatem adire. Sed huic dubio dicendum est, diversam esse rationem, quæ militat in defuncto, quàm quæ in hærede: Nam defuncto tantum conceditur tempus, in quo fuit impeditus: at verò hæredi, non residuum impedimenti tempus, sed quadrimestre conceditur; & ita obtinet text. *in l. si unus, Cod. si pendente appellatione*: Ratio differentiæ est: quia defunctus jam erat conscius & litis dominus factus, cujus notitia omnino in hærede deficit, notat Cujac. *in dict. l. si unus*: Osualdus *lib. 18. c. 8. in fine.* Neque solutioni obstat textus *in l. eum in antiquioribus, C. de jure deliberandi*, ubi si in tempore annali, quod est concessum ad deliberandum, interim quis decesserit, tempus quod deficit, hoc est, residuum hæredi tantùm conceditur, & annali completo nullum regressum habebit: quia textus ille procedit in anno deliberationis ad hæreditatem adeundam, quo in casu, nova deliberatio hæredi hæredis non permittitur, sed continuum tempus esse debet: ratio est; quia diversum est jus, quoad prosequendam appellationem, quàm quoad est ad additionem; cùm lis sit incerta, & incognita, at verò causa additionis, vel repudiationis certa; ideoquè diversum tempus conceditur, notat Cujac. *ad titulum de præscriptionibus; c. 16.* & in *posthum. ad titulum, C. si pendente appellatione mors intervenerit.*

Tertiò obstabit dicere, quod prima instantia de jure 5
Canonico non habet terminum præfixum, *c. venerabilis, de judiciis*, sed non major ratio in 2. quàm in prima instantia, siquidem in omnibus ratio finis litium attendi debet; *d. c. finem litibus*: Ergo de jure Canonico secunda instantia non debet habere terminum præfixum quemadmodum neque prima habet. Sed prædicta difficultas ex eo dissolvitur; quia diversum est jus Canonicum à Civili in præfinitione primæ instantiæ, licèt in 2. & 3. conveniant: quia de jure Canonico, ex *d. c. venerabilis*, prima instantia perpetua est, jure tamen Civili triennio limitatur, *l. properandum, C. de judiciis*, hodie tamen intra biennium concluditur juxta decretum Concilii Tridentini *sess. 24. c. 20 in principio*: Guttier. *de juramento, 3. part. cap. 5. num. 3.* Paz *in praxi ad notatione 2. num. 12.* In secunda verò instantia, de jure Canonico biennii tempus constituitur: ratio differentiæ est; quia appellatio ad præsidium innocentiæ, non verò ad subterfugium iniquitatis datur, *cap. cum speciali, §. porro, infra hoc tit.* & cum hi, qui iniquas causas fovent, ad appellationis remedium frequenter subterfugiant, ut causa prorogetur, *dict. cap. venerabilis, de judiciis*, ideò justa de causa in secunda Instantia prædictum tempus ad prosequendam appellationem est stabilitum: qui dolus, & malitia cessat in prima Instantia, cùm in ea adhuc cognitio causæ non existat, neque dolus præsumatur, ideòque prima Instantia de jure antiquo, & Pontificio nostro, perpetua erat ex rationibus, & juribus *supra* adductis. Neque prædictis obstabit textus *in Clement. sicut, de appellationib.* ubi annus, vel ex justa causa biennium non solum datur ad prosequendam, verum etiam ad finiendam appellationem: Ergo malè in prima nostri *text.* parte deciditur, ut *suprà* retulimus, tempus illud ad prosequendam appellationem fuisse tantum constitutum: Quia similiter textus noster suppleri, & declarari debet per text. *in d. Clem. sicut*; siquidem *ibi* noviter est decisum, terminum illum non solum à jure esse concessum ad prosequendam, verum etiam ad finiendam appellationem; quod etiam jure Regio observatur, *in l. 11. tit. 18. lib. 4. Recopil.*

Quartò adversus id, quod etiam in hac prima nostri textus parte notant Doctores omnes: videlicet hoc fatale tempus incipere currere in extrajudiciali appellatione à die ipso illati gravaminis; in judiciali verò à die interpositæ appellationis, non verò à die prolatæ sententiæ, juxta textum *in dict. Clementina sicut 3. de appellationibus, Authentica, hodie, §. Apostolus, C. eodẽ*, valde obstat textus *in leg. judicibus 25. C. de appellationibus, cap. fin. §. judicibus, 2. quæst. 6.* in quibus juribus constat, quod annus statutus ad prosequendam appellationem, connumerari debet, & non à die appellationis, sed à die sententiæ. Cui dubio distinctione adhibita satisfieri poterit: scilicet multùm interesse, an quis est conscius, sententiam adversus eum fuisse prolatam, & non provocavit; an verò ignorabat, & usque ad ultimum decennii diem, similiter non provocavit; nam primo casu, si ignorat, fatale tempus currit ab ipso die appellationis, & ita obtinet text. *in dict. Clement. sicut.* si verò conscius erat, & non provocavit, tunc currit tempus à die sententiæ; & ita obtinet text. *in dict. l. judicibus, Cod. de appellationibus*, & textus *in dict. cap. fin. §. judicibus, 2. quæst. 6.*

Quintò solutioni obstabit textus *in l. 1. C. de tempori-* 6
bus

bus appellationum, ubi fatale tempus ad prosequendam appellationem in nominatione muneris publici adversus præsentes, etiam ignorantes computari debet; adversus absentes verò, tunc, cum primùm cognoverint, nominationem contra eos factam fuisse. Cui dubio satisfacere conatur Donellus *lib.28.comment.c.* 8. existimans discrimen versari inter sententiam nominationis ad munera publica, & inter cæteras sententias: nam in his ordinariis, fatale tempus currit à die ipso appellationis cum distinctione *suprà* adducta: at verò in nominatione ad munera publica, tempus illud currere à die nominationis statim adversus præsentes, etiam ignorantes; adversus absentes verò, cùm primùm cognoverint nominationem adversus eos factam; & ita obtinere textum in *d.l.*1.*C. de temporibus appellationum*. Sed hæc interpretatio convincitur manifestè per textum in *l.*1.§.*quod in sententiis, ff. quando appell. sit*; ubi docemur quod id, quod in sententiis receptum est quoad appellationem in temporis continuatione, id etiam observari debet in cæteris casibus, in quibus sententia non profertur: Ergo si sententia, & nominatio munerum æquiparantur, frustra illa *Donelli* specialitas traditur: Quare hâc, & aliis omissis, verissimè est dicendum, jura illa non esse contraria: nam licet in tempore quoad prosecutionem differant, cum in nominatione duo menses sufficerent in cæteris verò sententiis semestre desideraretur; tamen in continuatione uniuscujusque temporis, non differunt quia in omnibus æqua lance absque ulla specialitatis ratione semper currit, & dinumerari debet à die interpositæ appellationis, cum distinctione *suprà* adducta, scientia, vel ignorantia interveniente.

Neque obstat textus in *d.l.*1.*C. de temporibus, & reparationibus appellationum*, ibi: *Ex eo die interponendæ appellationis, &c.* Quia non debet intelligi ex die sententiæ cùm possit interponere appellationem; sed ex die quo jam interposita est appellatio in nominatione: vel mutato nomine, hoc est, *interpositæ*, pro *interponendæ*, uti solemus dicere *litis contestandæ*, pro *lite jam contestata*; & *rei judicatæ* tempus, pro *re jam judicata*, uti benè animadvertit Cujac. *ad tit. de temporibus appellationum, in principio*. Neque etiam obstat text. *in cap. anteriorum, vers. Sancimus*, 2.*q.*6. ubi fatale tempus currit à tempore sententiæ: quia textus ille non loquitur de tempore, quo jam est interposita sententia, sed de ea intra decem dies interponenda; qui quidem dies, omninò necesse est, ut currant à die ipso prolationis sententiæ: uti refert Turrecremata, *ibid.*

8 Sextò contrà secundam nostræ conclusionis partem obstabit principium illud, quo docemur beneficium à Jure indultum, nemini esse auferendum, *cap. in dultum* 17. *de regulis juris, li.*6. *l.*1. *vers. Neque enim, ff. de feriis, leg. unica, C. de temporibus appellationum*: sed fatale anni, vel biennii tempus, à Jure omnibus est concessum, ex *tex.* nostro, cum *similibus supra adductis*: Ergo non poterit à Judice moderari. Qua in difficultate communiter responderi solet, quod quando terminus à Jure conceditur sine Judicis ministerio tacito, vel expresso, tunc non poterit Judex terminum limitare, vel moderare; & ita obtinet textus *in dict. cap. indultum*, cum *similibus suprà adductis*; si verò terminus à Jure datur cum Judicis ministerio, tunc poterit illum coarctare: & procedit textus noster, & jura, in ejus confirmationem *suprà* adducta, siquidem Judex, justa de causa, legis authoritate jure terminum restringit; ac ideò cessat regula *in dict. c. in indultum*, cum ea, quæ fiunt ab homine, lege permittente; non per hominem, sed per legem ipsa fieri videntur: notat Gloss. unica *in principio, in dict. c. indultum*, Connanus *in l. fin. ff. de re judicata.*

Neque obstat text. in *c. ex insinuatione* 56. *infra, hoc tit.* ubi judici *à quo* non permittitur assignare terminum ad finiendam causam: Quia textus noster & ejus doctrina debet intelligi respectu partis appellantis, ita ut debeat coram Judicibus appellationis instare, ut intra terminum ab inferiori Judice præfixum causam diffiniant, ipsósque instanter interpellare, ut sententiam proferant: ita ut quantum in se est, causa intra illud tempus finem accipiat: respectu verò Judicis superioris, & sententiæ ab eo ferendæ, aliter observari debet: nam licèt terminus parti sit assignatus ad causam finiendam, aliàs sententiam in rem judicatam transire; Superior tamen non poterit coarctari intra illud tempus sententiam dicere, cum inferior Superiori legem imponere non possit, & ita obtinet tex. *in d. c. ex insinuatione*; & ideò nihil obstat: quia loquitur de tempore respectu Judicis: noster verò *text.* de tempore respectu partis; notat Dec. & Imola *in præsenti num.* 4.

Septimò prædictis obstabit textus in *l.*2. *vers. Sed per-* 9
rarò, ff. de re judicata, ubi juris terminus solùm modo alimentorum favore, seu restitutionis minorum restringi potest: Ergo ex alia causa per Judicem moderari non poterit; cùm casus exceptus firmet regulam in contrarium, *leg. nam quod liquidè*, §. *fin. ff. de penu legata, leg. cũ Prætor* 12. *ff. de judiciis*. Sed huic tanto dubio dicendum puto, dictum vers. *Sed perrarò*, nihil adversus nostri *text.* sententiam obstare: quia in *principio illius legis*, & in secunda nostri *text.* parte, idem est statutum: videlicet Judicem posse justa subsistente causa terminum à Jure indultum minuere. Neque contrarium refert versiculus ille, *Sed perrarò*: quia sensus illorum verborum est, quod etsi rarò, sine justa causa non possit Judex terminum coarctare, tamen ab hac regula excipiuntur duæ causæ, quæ favorabiliores sunt: videlicet alimentorum, & restitutionis in integrum, in quibus absque ulla comprobationis causa poterit Judex terminum minuere, cùm in illis pro causa sufficiat earum favor, & miserationis ratio.

Octavò adversus eandem secundam nostri *text.* partem 10
obstabit sequens consideratio: nam aut Judex *à quo*, appellationi defert, vel non: si appellationi defert, eo ipso videtur à se jurisdictionem abdicare, *c. cum appellationibus* 5. *hoc tit. lib.*6. ac subinde non poterit terminum appellanti præfigere. Quod similiter est dicendum, si non defert, cùm juvari non possit, appellatione non admissa; argum. text. *in c. ex eo* 38. *de regulis juris, lib.*6. *c. cum olim, infra, de censibus*: Ergo neutro casu poterit Judex terminum à jure concessum moderari. Quod dubium, cùm duas contineat partes, duarum etiam indiget solutionum. Primæ responderi debet, quod licet Judex, qui appellationi detulit, videatur à se abdicasse jurisdictionem, tamen id fallit in his, quæ tendunt ad faciliorem causæ expeditionem; meritò cùm termini restrictio ad id tendat, mirum non est, quod Judex *à quo* etiam appellatione admissa, possit terminum restringere, & limitare, arg. text. *in cap. cum teneamur* 17. *hoc tit.* notat Abbas *in præsenti, num.*1. Decius *num.* 2. Covarr. *in practicis, cap.*23. *num.*1. Secundæ verò responderi valet, verum esse Judicem, qui appellationi non detulit, non posse terminum præfigere, ut constat ex *juribus suprà adductis*: quæ omnia nihil obstant, cùm nos de appellatione admissa agamus. Neque huic sententiæ repugnat textus *in cap.*1. *hoc tit. lib.*6. *c. oblati* 57. *hoc tit.* Ubi etiam si judex non detulerit appellationi, poterit terminum appellanti assignare: Quia *jura* illa quatenus de termini assignatione loquuntur, interpretari, & intelligi debent secundum terminos juris, nempè, si delatum sit appellationi, non aliàs; cùm Judex, qui appellationi non detulit, ea ad faciliorem causæ exitum juvari non possit; notat Beroius *in præsenti, num.* 18. Decius *num.* 6. Azevedo *in leg.*2. *num.*5. *tit.*18. *li.*4. *Recopil.*

Nonò adversus ultimam nostri textus partem sic ar- 11
gumentor: excommunicationis sententia lata post legitimam appellationem, quamvis postea appellatio ipsa deseratur, minimè convalescit, juxta textum in *cap. licet, de sententia excommunicationis, li.*6. Ergo quamvis appellans appellationem non prosequatur, & delicta maneat, non debet Inferioris sententia convalescere, & in rem judicatam transire. Sed huic dubio omissa Glossæ interpretatione *ibi*, verbo, *convalescat*; verissimè dicendum esse existimo, discrimen versari inter excommunicationis

6

nicationis ſententiam, & inter cæteras ſententias: quia excommunicationis ſententia lata poſt appellationem, ea deſerta, non convaleſcit, & ita obtinet text. *in dict. cap. licet*: cæteræ verò ſententiæ convaleſcunt, & ita procedit Tertia textus pars: Ratio differentiæ eſt: quia in cæteris ſententiis, deſerta appellatione, quadam fictionis ratione, æquitate ſuggerente, datur retrotractio; & perinde habetur, ac ſi nunquam fuiſſet appellatum; *leg. furtis 6. ff. de his qui notãtur infamia, l. fin. § illud, Cod. de temporibus appellationum*: quæ retrotractio in ſpiritualibus cauſis non admittitur, præcipuè in cenſuris, in quibus veritas, non fictio attendi debet; notat Covar. *in c. Alma Mater*, 1. *part.* §. 10. *n.* 6. & cum fictio in æquitate fundetur, *l. poſtliminium in principio. ff. de captivis; l. qui in utero 6. ff. de ſtatu hominum*; iniquum eſſet, excommunicationem retrotrahi ad tempus latæ ſententiæ, quo in tempore contumacia non extitit, quæ ad excommunicationem omninò deſideratur; *c. Epiſcopi 8.* cum vulgatis, 11. *q.* 3.

12 Decimò contra noſtrum *text.* in verſ. *Si verò*, obſtabit ſequens conſideratio: Videlicet, quod ſi extrajudicialis appellatio intra juris terminum non eſt interpoſita, amplius quis per aliam appellationis viam audiri non poteſt; *c. concertationi, hoc tit. lib. 6.* Ergo in *d. verſ. Si verò*, appellatione deſerta per lapſum fatalium, appellans à gravamine audiri non debet. In qua difficultate, omiſſa Gloſſæ interpretatione, *in præſenti*, verb. *ante litis ingreſſum*, Decii *n.* 26. & 27. veriorem eſſe exiſtimo, quam refert Abbas, *n.* 18. dum aſſerit appellantem à gravamine ante litis ingreſſum vel poſt litem, ante ſententiam audiri, etiam poſt tranſcurſum fatalium; non tamen per viam appellationis, ſed tantum per viam querelæ, vel nullitatis; & ita obtinet *text.* noſter, in *dict. verſ. Si verò*; arg. text. *in d. c. concertationi, in fine; hoc tit. li. 6.* ac ideò textus noſter in *d. verſ. Si verò*, intelligi debet de appellatione extrajudiciali, in *verſ. Si autem*, de judiciali ante ſententiam, notat Præpoſitus *in præſenti*, *n.* 7.

13 Undecimò adverſus noſtrum *textum* in verſ. *Sin autem*; obſtabit dicere appellantem debere ſtare judicio illius, à cujus interlocutoria appellatum fuit, juxta textum in *c. conſuluit*, 1. *c. directæ* 39. *c. reprehenſibilis, c. ut debitus honor, hoc tit.* Ergo perperam in *d. verſ. Sin autem*, aſſeritur ſtari debere judicio illius, ad quem noſcitur appellaſſe. Cui dubio, omiſſa emendatione, quam referunt Joannes Andreas, Cardinalis, & Felin. *in præſenti*, *n.* 9. dum aſſerunt, in ſpecie noſtri *textus* pro illo verbo, *ad quem*, reponendum eſſe verbum, *à quo*, quaſi ſenſus ſit, quod is qui ante ſententiam appellat, teneatur ſtare judicio illius, à quo appellavit: ſed quia hæc lectura violat verba textus, meritò impugnatur à Beroio *in præſenti*, *n.* 1. Quare veriſſimè eſt dicendum, verſ. *Sin autem*, intelligendum eſſe, ita ut procedat, quando appellans non eſt proſecutus appellationem, & tranſierunt fatalia; adverſarius verò quoad potuit, inſtitit apud Judicem, *ad quem*, ut declaret deſertam eſſe appellationem, & ſententiam ratam, à qua appellatum fuit, juxta textum *in dict. Clem. 2. hoc tit.* At verò *jura* in argumento adducta procedunt, quando uterque deſeruit appellationem: nam tunc redeundum eſt ad Judicem, *à quo*, cujus judicio cogitur appellans ſtare, juxta textum *in Clem. ſi appellationem 6. hoc tit.*

Ad textum in cap. Si duobus 7. hoc titul. de appellationibus.

SUMMARIUM.

1 *Si à Judice inferiore unus appellat ad Pontificem, & alius ad inferiorem Pontifice, tenetur appellans ad Papam comparere ad citationem inferioris, ſaltem appellationem ſuam allegaturus; aliàs valebit proceſſus coram inferiore factus; niſi cognoviſſet appellationem fuiſſe interpoſitam.*

2 *Appellatio ad Romanam Eccleſiam tanquam ad Matrem, & Caput omnium Eccleſiarum, omiſſo medio admittitur: & ibi aſſignatur ratio.*

3 *Expenditur textus* in cap. ſi Clericus 46. 11. qu. 1.

4 *Illuſtratur* Cypriani *authoritas* epiſt. 3. *quæ ab hæreticis ineptè accipitur.*

5 *Interpretatur* Divi Auguſt. *teſtimonium* epiſt. 161. *& ibi rejicitur hæreticorum intellectus.*

6 *Intelligitur Damaſci epiſt.* ad Theophilum; & Anilium, *quæ extat inter epiſtolas Ambroſii*, epiſt. 79. *& ibi repellitur hæreticorum opinio contra Pontificis juriſdictionem.*

7 *Refertur Divi Auguſtini* epiſt. 162.

8 *Expenditur textus* in capite, omnes itaque 11. quæſt. 1.

9 *Interpretatur textus* in cap. ſi Metropolitanus, 6. quæſt. 4.

10 *Expenditur textus* in cap. placuit 35. 2. q. 6.

11 *Appellatio gradatim fieri debet ad proximum & immediatum Judicem ſuperiorem.*

12 *Appellatio à ſententia Archidiaconi debet fieri ad Epiſcopum tanquam ad immediatum Judicem ſuperiorem.*

Interpretatur textus in capit. referente 7. de præbendis.

13 *Illuſtratur text.* in c. à collatione 11. in fin. de appellat. lib. 6.

14 *Appellatio à Vicarii ſententia, non ad Epiſcopum, ſed ad Archiepiſcopum tanquam ad proximum, & immediatum Judicem devolvi debet.*

Exponitur text. in leg. à Proconſulibus 19. Cod. de appellat.

15 *Appellatio à ſententia Delegati ad Delegantem fieri debet.*

Illuſtratur tex. in l. 1. §. ab eo, ff. quis, & à quo appelletur, *cum* cap. ſi cui, de offic. Delegati, lib. 6. & l. fin. ff. quis, & à quo appelletur.

16 *Interpretatur text. in* l. ſi appellari 2. ff. quis, & à quo appelletur.

17 *Refertur text.* in cap. cum Bertholdus, de ſentent. & re jud.

18 *Exponitur tex.* in cap. ſi duobus 3. de offic. Delegati lib. 6.

19 *Excommunicatio ut proferatur, omninò deſideratur juriſdictio.*

Exponitur tex. in cap. ſi duobus 7. de appell. *verſ.* Niſi judex cognoverit.

20 *Conſuetudo admittitur, ut valeat appellatio de Judice ſeculari ad Eccleſiaſticum.*

Interpretatur tex. in ſi duobus 7. §. denique ad appel. *cum* cap. licet ex ſuſpecto, de foro competenti.

CONCLUSIO.

1 *SI à Judice inferiori unus appellat ad Pontificẽ, & alius ad inferiorem Pontifice, tenetur appellans ad Papam comparere ad citationem inferioris Judicis ſaltem appellationem ſuam allegaturus: aliàs valebit proceſſus coram inferiore factus, niſi cognoviſſet appellationem fuiſſe interpoſitam.* Idem probat text. *in c. ſolicitudinem* 54. *c. dilecti* 65. & 66. *hoc noſtro titulo*, c. *ad Romanã* 6. & 8. *c. anteriore*, cum aliis, 1. *q.* 6. *c. licèt de ſuſcepto, de foro competenti, c. ſi putamus, de conſuetudine, li.* 6. *c. ſi duo. c. ſi contra unum, de officio delegati. li.* 6. *c. Romana, in principio, hoc titulo, li.* 6. *Clẽ.* 2. *de reſcriptis, l.* 1. §. *ſi quis in appellatione, l. Imperatores, ff. de appellationibus, l. ſi actor, C. eodem, l.* 1. & *per totũ tit. ff. quis, & à quo appelletur, l.* 21. *tit.* 23. *p.* 3. exornant Fachineus *li.* 1. *contr. c.* 78. Morla *in emporio, tit.* 2. *in præludiis, n.* 6. Maranta *in praxi*, 6. *p. actu* 2. Scac. *de appellationibus, q.* 7. & 8. Petrus Gregor. *li.* 4. *de appellationibus, c.* 21. Connanus *li.* 6. *variar. c.* 46. Covar. *in practicis, c.* 4. *n.* 9. Anaſt. Germon. *de Indultis Cardinalium*, §. *tibi, quoad ver. neris, n.* 84. Cujac. *li.* 21. *obſervationum, c.* 23. Thuſ. *verb. Appellatio, cõcl.* 352. Paz *in praxi, tõ.* 1. 5. *p. in proœmio, n.* 43. Bellarminus *de Romano Pontifice, c.* 21. *cum ſequentibus,*

ribus. Donel. *lib.*28.*c.* 7. Osual.*ibidem*,*lit. A.*plureſque refert Pichard *in manuduct.ad praxim*,*p.*4. *præcepto* 8.

2 Ratio quare ad Romanam Eccleſiam, omiſſo medio appellare permittitur, ea eſt; quia ad Romanam, tanquam ad Matrem, & Caput omnium Eccleſiarum ſpeciali de cauſa confugere debemus, ut ſic ejus auctoritate ab omni oppreſſione liberemur; cùm Pontifex cunctos judicaturus ſit,& à nemine eſt judicandus,*c.cuncta per mundum*,9.*q.*3.*c.ad Romanam* 1.& 2.2.*q.*6.quod appellationis judicium Pontifex apud ſe reſervavit, ut ſic ejus terrore, inferiores ſuum gregem magna cum cura paſcant; & hac de cauſa appellatio ad Pontificem omiſſo medio admittitur, cùm ad ſe, quaſi ad majus Tribunal, trahat illam ab Ordinario interpoſitam; argum. text. *in leg.contra pupillum*,§.1.*ff.dere judicata*, neque omiſſo medio inferioribus appellatio permittitur: quia quemadmodum honores gradatim conferuntur,*leg.ut gradatim*: *ff.de muneribus*, *& honoribus*; ita ſimiliter appellationis honor de inferiore ad proximum ſuperiorem obſervari debet,*dict.c.Romana*,§.*ab Archidiaconis*,*hoc titulo*, *lib.* 6.*leg.*1.§.*ſi quis*, *leg. Imperatores ff.hoc tit.* Tum etiam, quia inferior ſuperiori legem dicere non poteſt, *cap. ut inferior*,*de majoritate*,*& obedientia*,*leg.nam Magiſtratus*, *ff.de receptis arbitris.* Valet enim proceſſus coram inferiore factus, ſi ignoret appellationem fuiſſe ad Pontificem interpoſitam: quia licèt in rei veritate, inferior, provocatione interpoſita, juriſdictione careat; tamen propter fundamentum ordinariæ juriſdictionis, donec de incompetentia conſtiterit,poterit contumacem coërcere;argumento text.*in leg.ſi quis ex aliena*,*ff.de judiciis*, Gloſſ.*verb.niſi in cap.ſuper literis* 20.*de reſcriptis*: Si verò conſcius illius appellationis fuit, non poterit appellantem cenſura Eccleſiaſtica coërcere, cum tunc nulla excuſatio interponi poſſit, ob quam Judex inferior adhuc cognoſcat, cum Pontifici honor,& reverentia illa debeatur,*dict.cap.ad Romanam*, cum *ſimilibus ſuprà adductis.*

Primò adverſus præcipuam noſtri *text.* ſententiam, 3 dum aſſerit adeò Pontificem ſupremum in appellationibus eſſe, ut poſſit adiri prætermiſſis Prælatis mediis, obſtabit Concilium Chalcedonenſe.*c.* 9.*&* 17. *relato in c.ſi Clericus* 46.11.*q.*1. ubi appellationis ordo ſtatuitur: videlicet,quod ſi Clericus cauſam habeat adverſus Clericum,Epiſcopum adeat; ſi adverſus Epiſcopum, recurrat ad Archiepiſcopum; ſi adverſus Archiepiſcopum, Primatis judicium petat, & cauſa ibi finem accipiat: Ex quibus juribus conſtat de Primate ad Pontificem appellari non poſſe,in quorum jurium difficultate, omiſſa emendatione, quam refert Marta *de juri dictione*, 3. *p.c.* 17.*num.*5. Bellarm.*de Pontifice*,*c.* 22. Turrecremata, *ibidem*, veriſſimè eſt dicendum, quod illo tempore à Primatis judicio ad Legatum Pontificis, tanquam ad immediatum appellatio non admittebatur,ſed ſolummodo negotium exquirebatur apud Primatem Conſtantinopolitanum; quod ex quadam juris prærogativa tunc temporis illis Primatibus permiſſum erat; quorum poteſtas adeò ſuprema fuit, ut excellenti poteſtati, etiam quoad inſignia ferè aſſimilatur, *c. de Conſtantinopolitano*, 22.*diſtinct.cap. mos antiquus*, 65.*diſtinct.* notat Jacobatius,*lib.*1.*de Conciliis*,*n.*184. ſed quamvis hoc appellationis privilegium,omiſſo Legato Pontificis, eis permitteretur; non tamen illorum ſententiæ adeò firmæ erant,quòd ad Romanam Sedem appellari non poſſet, cùm Romana Eccleſia ſemper illæſa,& intacta remanere debeat,*c.dudum* 14.*verſ. Nos igitur*,*de præbendis*,*l.b.* 6. Chaſſaneus,*de glor.mund. conſideratione* 7. *&* 9. Bellarm. *dict. cap.* 22. Marta,*dicto cap.* 17.*&* 4.*parte Centuria* 1. *caſu* 56.

4 Secundò obſtabit illa Cypriani authoritas, *epiſt.* 3. ibi: *Nam cum ſtatutum ſit ab omnibus nobis*, *& æquum ſit pariter,ac juſtum,ut uniuſcujuſque cauſa illic audiatur,ubi eſt crimen admiſſum*,*&c.*& infra adjicit: *niſi ſi paucis deſperatis ac perditis*; *cum non minor videtur eſſe authoritas Epiſcoporum in Africa conſtitutorum*, *&c.* In quibus Cyprianus oſtendere videtur, in cauſis coram Epiſcopis Africanis diſceptatis, ſupremam ipſis Epiſcopis poteſtatem competere: ex quibus hæretici evertere conantur Pontificis authoritatem, aſſerentes ſupremum judicium Africanis Epiſcopis competere. Sed hujus loci ſolutio in eo extat, quòd verba illa tantum quoad primam Inſtantiam ſunt intelligenda: Nam ideò ſolum judicium Epiſcoporum Africæ illic requiritur; quia ibi crimen admiſſum fuit, & ibi puniri debet, *c fin.* cum vulgatis, *de foro competenti*: nam aliàs, ſi de interdicenda appellatione locus ille acciperetur, ſequeretur quod non ſolum ad Pontificem appellare non liceret, verum neque ad alium Africæ Prælatum, præterquam ad Epiſcopos;quod abſurdum eſſet:cum nullibi ſcriptum ſit, quod ab Epiſcopis Africæ appellare non liceat:& juxta hanc interpretationem, declaranda ſunt verba illa: *cum non minor videatur eſſe authoritas*, *&c.*Quia non comparative Epiſcopi illi ad Pontificem debent reduci; ſed potius, ut reſpectu ipſius cauſæ,poteſtatem eandem habere videantur ratione delicti, ad ſimilitudinem alterius Judicis domiciliarij: & quamvis illa Cypriani authoritas de judicio appellationis accipiatur, nihil obſtat, tum quia non interdicit omnem appellationem, ſed eam tantum, quæ in criminibus manifeſtis interponitur; quo caſu à jure ſublata eſt, *c. cum ſit Romana* 5. §.*ult.c.cum ſpeciali* 6.§.*verum*; *hoc titulo.* Tum etiam quia nihil derogat Pontificiæ poteſtati, ad quam non ſolum à geſtis per Epiſcopos in Concilio Provinciali, ſed etiam à geſtis per Concilium univerſale, cui ipſe Pontifex per ſe non præſit,appellare licet,*cap.ſicut* 48.*verſic. Ex Concilio* 23.*quæſt.*4.notat Petrus Gregorius,*lib.*3.*de appellationibus*,*cap.*6.*nu.*2.Jacobacius *de Conciliis*,*lib.*9.*art.*12. *num.*200.

Tertiò huic ſententiæ obſtabit illud *D. Auguſtini* teſtimonium, *epiſtola* 161. ubi agens adverſus quoſdam Epiſcopos,qui cum Melchiade Pontifice iniquas ſententias nijudicaverunt his verbis,ſic ſe habet: *Et ſi putemus illos Epiſcopos*,*qui Romæ judicaverunt*, *non bonos judices fuiſſe*, *reſtat adhuc nobis plenarium univerſalis Eccleſiæ Concilium*, *ubi etiam cum ipſis Judicibus cauſa poteſt agitari*;*& ſi malè judicaſſe convicti eſſent*, *eorum ſententiæ ſolverentur.*Ex quibus verbis deducunt hæretici, Pontificis ſententiam poſſe à Concilio Generali per appellationem retractari. Sed hæc *D. Auguſtini* ſententia parum prædictis obſtat: quia verba illa ab eo non proferuntur ratione Superioritatis, & majoris poteſtatis, ad hoc, ut ſententia à Pontifice ſemel cum Epiſcopis prolata, poſſit à Concilio generali retractari; ſed tantum ratione humilitatis, & plenioris examinis; ex eo quod Summus Pontifex ſententiam illam, falſis Epiſcoporum allegationibus commotus protuliſſet; quaſi *Auguſtinus* dixiſſet, nihil obſtare illam ſententiam Epiſcoporum fallacia fuiſſe prolatam; cùm iterum poſſit ab eodem Pontifice pleniore Concilij generalis examine concurrente retractari; quod quidem majus Concilii generalis examen nonnunquam à Pontifice conceditur ad convincendam malitiam, & pertinaciam eorum, qui iniquam cauſam tuentur, ac fovent. Cujus Concilii generalis authoritas ſummoperè à Pontificibus approbatur, cùm in eo longe magis veritas illucéſcat, ſiquidem à tot tantiſque Patrum ſententiis gubernetur; notat Anaſtatius Germonius *lib.* 3. *de ſacrorum immunitatibus*, *cap.* 11. *per totum* Eodemque modo interpretandus eſt textus *in leg.* 1. §. *quæſitum*, *ff. de appellationibus* ubi à Principis ſententia appellare licet; quod eſt contra regulam textus in *leg.* 1 *digeſtis*, *à quibus appellare non licet*: quia in *dict.* §. *quæſitum*, Princeps ille, quemadmodum & Pontifex, *ubi ſuprà*, per Judices coadjunctos, & conſulentes, fuit falſis allegationibus commotus ſententiam proferre, ac ideò *ibi* non appellatur à ſententia Principis, ſed à ſententia illorum judicum, qui falſis allegationibus Principi conſiluerunt: Pichardus latè *in manuduct.ad praxim*, 4. *part.*§ 7.

Quartò prædictis etiam obſtat Damaſi epiſtola 6

ad Theophilum, & Anillium, quæ extat inter epiſtolas Ambroſij, *epiſt.* 79. in illis verbis, *cum hujuſmodi fuerit Concilii Capienſis judicium, &c.* & ibi, *quod nobis judicandi forma competere non debet*: Ex quibus ultimis verbis etiam deducunt hæretici, Pontificem nullam ſupra Concilium habere poteſtatem, ac ideò de Conciliorum ſententiis ad Pontificem appellari non poſſe. Sed authoritas illa, qua ſe tuentur, parum obeſt: quia ex illis verbis non conſtat Pontificem judicare non poſſe, quoties quæſtio aliqua ad Concilium Provinciale delata fuit: quia id abſurdum eſſet; ſed tantum aſſerit id facere non debere, quod rectiſſimè eſt dictum, etſi enim Pontifex ſupremus Judex ſit, non tamen expedit, ut ubi Concilium provinciale quid rectè ſtatuerit, id ſine cauſa reformetur; notat Bellarminus, *lib. 2. de Conciliis*,
7 *cap.* 24. Neque ſententia ſuprà adducta quidquam turbatur ex Divi Auguſtini *epiſt.* 162. ubi legimus cauſam Ceciliani hæretici Donatiſtæ, primò ad Imperatorem Conſtantinum delatam fuiſſe, cujus juſſu Pontifex Romanus illam judicavit: deinde judicata fuit ab Epiſcopo Arelatenſe, eodem Imperatore jubente: & tertiò ab Imperatore, ex cujus deciſione conſtat, Pontificem Supremum jus appellationum habere non videri, ſiquidem poſt ejus deciſionem aliud judicium deſideratur: quia licèt Romanus Pontifex Supremum habeat in cauſis Eccleſiaſticis judicium; at in cauſa illa Ceciliani Epiſcopi paſſus eſt, poſt judicium à ſe latum, aliud proferri, quia Donatiſtis hæreticis erat ſuſpectus, quapropter Imperator ipſe cauſam invitus ſuſcepit, ſed eam ſuo judicio terminavit, veniam prius exorans ab Epiſcopis.

8 Quintò obſtat textus in *cap. omnes itaque*, 11. *quæſt.* 1. ubi conſtat, quod quæſtio illa, quæ ſemel Epiſcoporum judicio diſcuſſa eſt, amplius in controverſiam apud alium Judicem reduci non licet. In cujus textus difficultate, omiſſa *Gloſſa* interpretatione, *ibidem*, veriſſimè eſt dicendum, quod textus ille non eſt de corpore juris Pontificij; ſed ibi refertur quædam lex Theodoſii Imperatoris, quæ extat in *l.* 1. §. *quicunque de Epiſcopali judicio*: *Theodoſiani Codicis*: nam cum ille ſanctiſſimus Conſtantinus Imperator Eccleſiam ſumma charitate fuiſſet proſecutus, nonnulla privilegia in Epiſcoporum favorem conceſſit, & præcipuum fuit, quod omnes cauſæ, quæ Prætorio, vel Civili jure inter laicas perſonas Epiſcoporum judicio ſemel fuiſſent diſcuſſæ, ita perpetuo jure firmarentur, quod ulterius ab alio Judice tractari non poſſent: ſed cùm privilegium illud eſſet conceſſum extra juris ordinem, & contra principia juris; juſta de cauſa dicendum eſt, illius textus deciſionem ex defectu poteſtatis, non eſſe admittendum, *cap. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ*, cum vulgatis, *de conſtitutionibus*, notat Imola, & Innocentius *in d. cap. novit, de judiciis, à num.* 13. *&* 16.

9 Sextò prædictis ſimiliter obſtat textus in *c. ſi Metropolitanus*, 6. *quæſt.* 4. ubi conſtat, quod ſi criminalis cauſa contra Epiſcopum fuerit diſceptata, ſi Epiſcopus ad Archiepiſcopum, vel Metropolitanum appellaverit, eum audire recuſaverit, quæſtio illa ad comprovinciale Concilium devolvitur; & quidquid in illo Epiſcoporum judicio concorditer fuerit ſtabilitum, obſervari debet. Qua in difficultate dicendum eſt, quod ſententia in illo comprovinciali judicio lata, non adeò firma manet, quòd ad Romanam Sedem appellatio non admittatur; ſiquidem ex noſtri *textus* deciſione, Eccleſia Romana ſalva ſemper remanet, ſed tantum *textus* affirmat, quod facta ab Epiſcopis in Concilio illo rata manent, hoc eſt, ad hoc, ut nulla appellatio ad Archiepiſcopum, neque ad ejus Metropolitanum devolvatur, ex eo videlicet, quia remiſſi, & negligentes in recipienda prima appellatione extiterunt, quare æquum fuit, ut cauſa illa ad Concilium provinciale devolvatur, ne juſtitia partis pereat; notat Gratianus in notis ad text. *in cap. ſi Metropolitanus*, & in *c. ſi quis Epiſcopus, eadem cauſa, & quæſtione*. Neque dixeris eo caſu requirendum judicium alterius Metropolitani, qui vicinus ſit, tum authoritate Concilii Antiocheni, *cap.* 14. quod refertur *in cap. ſi Epiſcopus*, 1. *eadem cauſa, & quæſtione*, & Martini Papæ, *in cap. ſi quis Epiſcopus, ejuſdem cauſæ, & quæſtionis*, tum etiam ex Decreto Concilii Toletani 13. *cap.* 12. Quia dicendum eſt, horum jurium diverſam eſſe ſpeciem: in dictis enim decretis ſermo habetur de ea quæſtione, in qua Comprovincialium Epiſcoporum diſſidentia placita proponuntur; non tamen ubi concordi judicio omnes in unam ſententiam confluunt: at in *d. Concilio Toletano*, vicino Metropolitano poteſtas agnoſcendi conceditur, ubi quis à proprio Metropolitano gravatur, ut moleſtiam ipſi adimat, quæ diverſa eſt traditio ab ea, quæ proponitur *in dict. cap. ſi Metropolitanus.*

Septimò his omnibus obſtat text. in *cap. placuit* 35. *in*10 *ordine*, 2. *quæſt.* 6. ubi ex Concilio Milevitano, *cap.* 22. cavetur, quod ſi Clerici adverſus Epiſcopum cauſam habuerint viciniores Epiſcopi de ea cognoſcere debent, & ſi ab eis provocandum fuerit, appellatio illa, tantum ad Africana concilia referenda eſt, & ſi ad tranſmarinam, hoc eſt, ad Romanam Eccleſiam quis appellaverit, à nullo in communione ſuſcipiatur. Sed hæc difficultas ex eo diſſolvitur, ſi dixeris, quod appellatio illa fuit interpoſita in Eccleſia Africana, in qua ut appellatio ex illo Concilio Provinciali admittatur, multum intereſt, an cauſa ſit agitata inter Epiſcopos, an verò inter inferiores Clericos; in primo caſu, ultra maximè appellatio admittitur: in ſecundo verò, hoc eſt, inter inferiores perſonas non admittitur, niſi ad Concilia Africana: quod ſpecialiter in Africana Eccleſia obſervatur: quia ex illo Regno ad urbem Romanam longa, & difficilis profectio erat, & in Jure noſtro, remotis ab urbe Romana ſubveniri ſolet, ne in itinere, ſumptibus, & expenſis litigatores fatigentur, *cap. cum longe*, 66. *diſtinct.* notat Bellarminus, *ubi ſuprà, dict. cap.* 24.

Octavò his omnibus obſtabit principium illud, quod11 docemur, quod appellatio gradatim fieri debet ad proximum, & immediatum Judicem ſuperiorem, *l. Imperatores* 21. *ff. de appellationibus, cap. dilecti* 66. *hujus tituli*: quod receptum eſt, ne juriſdictiones confundantur, contra regulam text. in *l. nemo*, *C. de juriſdictione omnium judicum*: Ergo cum gradatim majores Judices provocandi ſint, æquum non videtur, ut hoc ordine prætermiſſo, & omiſſo medio, Pontifex adeatur. Sed ut huic difficultati ſatisfaciamus, obſervandum eſt, verum eſſe regulariter, appellationis remedio, ad majorem Judicem cauſam deferri, illúmque immediatum, ut conſtat ex *juribus ſuprà adductis*; ſed hæc regula non obtinet in Pontifice Romano, cui ob eximiam qua in Eccleſia aliis præcellit, poteſtatem, hoc privilegium competit, ut immediatè adiri poſſit, ut conſtat ex *textu noſtro*, & in *c. ſolicitudinem* 54. *hoc tit. c. antiqua* 23. *de privilegiis*, cùm hanc ſibi Pontifices poteſtatem reſervaverint, ut vigilantiori cura gregem ſibi commiſſum cuſtodirent, & injurias illatas per inferiores Judices auferrent, & cùm origo totius Eccleſiaſticæ juriſdictionis à Pontificibus Romanis deſcendat, mirum non eſt, hanc ſibi prærogativam reſervaſſe, notat Andreas Gaillius, *lib. 1. practicarum obſervat.* 120. *num.* 3. Neque obſtabit text. in *dict. cap. dilecti* 66. cum *ſimilibus*: quia proceduntreſpectu inferiorum Judicum, vel Prælatorum inter quos ſervari debet ordo ibi præſcriptus, ut quiſque ordinatè adeatur, ut tollat gravamen ab inferiori immediatè illatum; non tamen pertinet ad appellationes Pontificias, quibus ex juribus, & rationibus ſuprà adductis conſtitutum eſt, ut omiſſo medio ad Summum Pontificem appellari poſſit.

Nonò adverſus ea, quæ *in præſenti* notant omnes,12 Videlicet, quod appellatio gradatim de inferiore ad Superiorem, non omiſſo medio debet fieri, & ſic de Archidiacono ad Epiſcopum appellationem eſſe interponendam, tanquam immediatum judicem Superiorem, juxta textum in *cap. Romana*, §. *ab Archidiaconis*, *hoc titulo, lib.* 6. obſtabit textus in *cap. referente 7. de præbendis*, ubi à ſententia Archidiaconi omiſſo Epiſcopo ad Archiepiſcopum appellatur. In cujus *textus* difficultate, omiſſa *Cujacii* interpretatione *in poſthumis, ad textum in d. cap. referente*. Imola *in l. Imperatores, ff. de appellat.*

appellat. veriſſimè eſt dicendum, quod etſi *in dict. cap. referente*, appellatio illa à ſententia Archidiaconi, non ad Archiepiſcopum, ſed ad Epiſcopum tanquam proximum Superiorem in cauſa beneficiali, ex delegatione Archiepiſcopo commiſſa devolvi debebat; tamen cum id ſit quid accidentale appellationis, ſi medium omittatur, & exceptio illa apud Archiepiſcopum non fuerit propoſita, appellatio ea admittitur, & à Metropolitano retineri poteſt, argum. tex. *in cap. dilecti* 66. *hoc noſtro tit.* ubi latè Cujacius *in ſuis poſthumis.*

13 Decimò obſtat textus in *cap. à collatione* 11. *in fine, hoc tit. lib.* 6. ubi appellatio non gradatim de ſententia Epiſcopi ad Archiepiſcopum fit, ſed ad eundem Epiſcopum appellatur: quæ difficultas ex eo augetur, quod in *principio illius textus* aſſeritur, quod ab his, quæ Epiſcopus decrevit cum Capitulo, appellari non poteſt ad ipſum Epiſcopum. Sed hæc difficultas ex eo diſſolvitur, ſi attendamus, Epiſcopum cum Capitulo aliquando quid decernere tanquam Prælatum, vel conſilio Capituli advocato, ut in *cap. novit, cap. quanto, de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli, cap. ea noſcitur, eodem tit.* aliquando verò Epiſcopum, & Capitulum ſimul quid ſtatuere, ita ut vox Epiſcopi non plus valeat, quàm unius de Capitulo, ut in *cap. fin. de ſupplenda negligentia Prælatorum lib. 6. cap. paſtoralis, de conceſſione præbendæ, c. quia nonnullis, de Magiſtris*: quo ſuppoſito, dicendum eſt, quod dum quæritur an à geſtis per Epiſcopum cum Capitulo liceat eundem Epiſcopum appellare, diſtinguendum eſt, an Prælatus ita egit, ut conſenſum tantum ſimul cum Capitulo præſtaret; & eo in caſu, appellatio ad ipſum non tenet, ne ab eodem idem appelletur: Aut verò ſimul cum Capitulo interfuit; ita ut vox ejus non plus valeret, quàm unius de Capitulo, ut in *prædictis juribus*; & tunc ipſe eſt provocandus, ut in 2. *part. text. in d. cap. à collatione*, ut ſenſit Panorm. *in cap. dilecti* 66. *n.* 17. *hoc tit.* Sigiſm. *de appellat. quæſt.* 8. *num.* 6. rationem reddunt, quia tunc quaſi à Capitulo, non ab ipſo Prælato, appellatio facta videtur, juxta textum in *l.* 1. *ff. quando appellandum*, &c.

14 Vndecimò adverſus ea, quæ in præſenti notant omnes: Videlicet à Vicario Epiſcopi ad ipſum Epiſcopum, tanquam ad eundem Judicem appellari non poſſe, cum Epiſcopus non majorem, ſed eandem cum Vicario poteſtatem retineat, juxta textum *in cap. non putamus, de conſuetudine, lib.* 6. Quod etiam in Vicario juris Civilis obſervatur, juxta textum *in l. præcipimus* 32. *C. de appell.* notat Pichard. *in manuductionibus ad praxim, part.* 4. *præcepto* 8. *num.* 2. Obſtabit text. in *l. à Proconſulibus* 19. *C. de appellat.* ubi à Vicario, qui vicem Præfecti retinet, ad ipſum Præfectum eſt appellandum. Cui dubio dicendum eſt, quod quamvis verum ſit, quod regulariter de ſententia Vicarii non ſit appellandum ad Epiſcopum, tanquam ad idem Tribunal; ſed ad Archiepiſcopum, tanquam ad immediatum Superiorem: tamen in *d. l. à Proconſulibus*, de Vicario ad præfectum prætorio appellatur; quia ſpecialiter in his obſervatur; ita ut ab ejus Vicario ad eum, tanquam ad Principem appellari videatur; cùm ratione privilegii ſit admiſſum, ut ad alium appellari non poſſit: notat Covarruvias *lib.* 2. *practicarum, cap.* 4. *num.* 8. ſed an de Vicario Foranco ad Epiſcopum, vel ad Archiepiſcopum appellatio devolvatur, latè diſputant Doctores omnes, præcipuè *Covarr.* omninò videndus *lib.* 2. *practicarum, cap.* 4. *nu.* 13. Anaſtaſius Germonius *lib.* 1. *animadverſionum, cap.* 7.

15 Duodecimò prædictis obſtat text. in *l.* 1. §. *ab eo. ff. quis, & à quo appelletur*: ubi conſtat, quod à Legato Proconſulis non ad Proconſulem delegantem, ſed ad ipſum Imperatorem provocare neceſſe eſt; & tamen notiſſimum juris principium eſt, ad delegantem Judicem eſſe appellandum, juxta text. in *c. ſi cui, de officio delegati, lib.* 6. *l. fin. ff. quis, & à quo appelletur. l. Imperatores, ff. de appell. l.* 1. *C. qui pro ſua juriſdictione.* Sed in hac juriſm con rarietate, omiſſa *Bart.* interpretatione *in d. l.* 1. §. *fin.* & ferè Doctorum antiquiorum omnium *in cap. ſuper quæſtionum*, §. *porrò, de officio delegati*, veriſſimè eſt dicendum, pluri-

mam differentiam verſari inter juriſdictionem datam, vel mandatam: quia de eo, qui mandatam juriſdictionem habet, ad mandatorem appellare non permittitur. Ratio eſt; quia qui mandatam habet, nihil proprium habere videtur, ac ideò alii mandare non poteſt, cùm non ſuam, ſed mandantis juriſdictionem exerceat, cùm unum, & idem Tribunal ſit; ac propterea ab ejus ſententia non ad delegantem, ſed ad proximum Superiorem eſt appellandum; & ita obtinet textus in *dict. l.* 1. §. *ab eo, ff. quis, & à quo appelletur*: At verò textus in *dict. l. final. ejuſdem tituli*, non loquitur de mandata, ſed de juriſdictione data à Magiſtratu, quo in caſu Judex datus aliquid proprium habet, & ideò non eſt mirum, quod ab ejus ſententia ad Magiſtratum dantem appelletur, cùm jam ſit diverſum judicium; notat Oſualdus ad Donellum *lib.* 28. *cap.* 7. *litera B.* Goveanus *lib.* 1. *variarum, cap.* 36. Fachineus *lib.* 1. *controverſiarum, cap.* 76.

Decimò tertiò ſolutioni obſtat textus in *l. ſi appellari*; 16
2. *ejuſdem tituli, ff. quis, & à quo appelletur*, ubi conſtat, quod ab eo, cui mandata eſt juriſdictio, appellare permittitur ad eum, qui mandavit, etſi idem judicium, & Tribunal ſit. Sed parum obeſt, ſi dixeris, quod textus ille loquitur in mandata juriſdictione Proconſulis, quoad mulctam non infamiæ, ſed contemptæ juriſdictionis, quo in caſu ad ipſum Proconſulem, qui mandavit, appellare permittitur. Ratio eſt, quia Judex, qui illam mandatam juriſdictionem accepit, aliquid proprium habere præſumitur, notat Goveanus *lib.* 1. *variarum, cap.* 46. Oſualdus *ubi ſupra*, Antonius Pichardus plures referens *in manuductionibus ad praxim*, 4. *part.* §. 8. *num.* 3. Nec ſolutioni obſtat textus in *cap.* 17
cum Bertholdus, de re judicata, ubi à ſubdelegato inferioris Judicis non eſt appellandum ad ſubdelegantem proximum inferiorem, ſed ad Pontificem: Quia omiſſa interpretatione quam refert Covar. *lib.* 3. *variarum, c.* 20. *num. fin.* veriſſimè eſt dicendum, ideò ibi non appellari ad ſubdelegantem, etiamſi delegatio non ſit Pontificis, ſed inferioris Judicis, ratio eſt, quia appellans intendebat ſubdelegationem illam non valere opponendo exceptionem, ſubdelegatum, & ſubdelegantem videlicet non eſſe ætatis legitimæ, vel excommunicatos fuiſſe, vel reſcriptum ſubrepticium habere, de quibus exceptionibus delegans cognoſcere non poterat, cum exceptiones illæ proveniant ex defectu juriſdictionis, ac ideò ad Pontificem appellatio fieri debet: quia ſi ad ſubdelegantem fieret, appellans contrarium ſibi ipſi proponere videretur, hoc eſt, partim admittendo, & partim non admittendo juriſdictionem ejus, juxta text. in *cap. ſi à ſubdelegato* §. *fin. de officio delegati, lib.* 6. notat Gloſſ. *ibidem*, 18
verb. *in aliis caſibus.* Neque prædictis ſimiliter obſtat text. in *cap. ſi duobus* 3. *de officio delegati lib.* 6. ubi conſtat, quod ſi cauſa à Sede Apoſtolica ſit commiſſa tribus delegatis, & duo ex illis impedimento detenti vices ſuas ſubdelegaverint ſi ſubdelegati ſimul cum Legato Pontificis dijudicaverint, Pontifex affirmat, non eſſe appellandum ad Delegatos judices, ſed ad proximum Delegantem, hoc eſt, ad Pontificem: Quia dicendum eſt, quod etſi ſecundum juris principia, appellatio ad Legatos, tanquam ad proximos ſuperiores fieri debeat, tamen ibi non ad eos, ſed ad primam Sedem defertur: quia in illa mixtura juriſdictionis Delegati, & ſubdelegatorum, potius attenditur delegata tanquam dignior, ut ad ſe trahat ſubdelegatam, etiamſi excedat in numero ſubdelegatorum; notant Dominicus, & Francus *in dict. cap. ſi duo* 3. *de officio delegati lib.* 6.

Decimò quartò adverſus textum noſtrum, in verſic. 19
Niſi judex cognoverit, *&c.* obſtabit dicere, quod etiam data Archiepiſcopi ignorantia, excommunicationis ſententia ab eo prolata, *in præſenti* valere non poterat: & conſtat ex eo, quia poſſe excommunicare, eſt actus juriſdictionis, qui niſi ab habente juriſdictionem exerceri nequit, *c. per tuas, de ſententia excommunicationis*, ſed appellatione interpoſita, Archiepiſcopi juriſdictio ſuſpenditur, *c. veniens, de jurejurando*, cum *ſuprà* traditis *in c.* 1. *hoc*

tit. Ergo excommunicatio ab eo prolata valere non potuit, juxta textum *in cap. Paſtoralis*, §. *verum, infra hoc tit.* Sed hoc dubio non obſtante, veriſſima eſt ſententia noſtri *textus* in ejus ultimis verbis prolata. Neque obſtant jura in argumento adducta: quia procedunt in excommunicatione lata à Judice, *à quo*, cujus juriſdictio, appellatione ſemel interpoſita, ſuſpenſa manet; *dict. cap. ſi à judice, cap. non ſolum, hoc tit. lib.* 6. At verò textus noſter loquitur in excommunicatione lata à Judice, *ad quem*, qui virtute appellationis interpoſitæ juriſdictionem habet, donec cognoſcat, appellatum fuiſſe ad Romanam Sedem; meritò ratione contumaciæ excommunicare poterit, licèt ex pòſt facto oppoſita exceptione appellationis ad primam Sedem, ejus juriſdictio elidi poſſit. Nec ſolutioni obſtabit, ſi dixeris, quod etiam ignorantia appellationis interveniente, excommunicatio illa valere potuit: quia is qui excommunicationis ſententiam contra adverſarium obtinuit, eam dolosè obtinuit, ſiquidem tacuit appellationem ab adverſa parte ad Sedem Apoſtolicam fuiſſe interpoſitam; ac ideò proceſſus, ſicut ſententia illa, valere nequit, juxta textum *in leg. ſi Prætor*, §. *Marcellus*, *ff. de judiciis*: Quia dicendum eſt, quod textus *in dict.* §. *Marcellus*, procedit, quando quis virtute fallæ allegationis contra abſentem, ſententiam obtinuit: at verò in ſpecie noſtri *textus*, adverſarius nullam falſitatem allegavit, ſed tantum tacuit, appellationem ad Pontificem fuiſſe interpoſitam, quam ipſe adverſus ſe exprimere, ſeu allegare non tenebatur: nam licèt impetrans nihil debeat tacere, ex quo Pontifex in contraria movere poſſit, *cap. ſuper literis*, cum vulgatis, *de reſcriptis*; tamen pars non tenetur in judicio allegare jus adverſarii, ac ideò conſtat, excommunicationem in præſenti valuiſſe, cùm non dolosè, ſed juſta de cauſa fuiſſet prolata.

20 Decimò quintò adverſus *textum* noſtrum in §. *denique*, dum docet, quod etſi ex conſuetudine Eccleſiæ valeat appellatio à ſæculari Judice ad Pontificem, non verò ſecundum juris ſcripti rigorem; obſtabit textus in *cap. licèt ex ſuſcepto*, 10. *de foro competenti*, ubi apertè conſtat, quod ex conſuetudine à Judice ſæculari ad Eccleſiaſticum, etiam in his, quæ ſunt de temporali Eccleſiæ juriſdictione, appellatio admittitur. Sed huic dubio dicendum eſt, veriſſimum eſſe, ſervari debere conſuetudinem cujuſque loci, in quo obſervatur, ut appellatio de ſæculari ad Eccleſiaſticum admittatur. Neque obſtat *textus noſter*, dum aſſerit, quod conſuetudine extante appellandi à ſæculari ad Eccleſiaſticum, vel ad Pontificem, ſecundum juris regulas, conſuetudinem illam non valere: quia illa noſtri *textus* verba non debent intelligi de conſuetudine loci, ubi appellatio illa admittitur; ſed tantum ſpecialiter intelligi debent de conſuetudine illa, quæ erat in Curia Romana appellandi à ſæculari Judice ad Pontificem: quo in caſu, ex ſuprà traditis non valebit ſecundum juris regulas, non obſtante conſuetudine Eccleſiæ Romanæ: quæ interpretatio deducitur ex verbis noſtri *textus*, ibi: *Si de conſuetudine Eccleſiæ, &c.* id eſt *Romanæ*, cùm ſimplici *Eccleſiæ* appellatione *Romana* intelligatur. Ratio differentiæ eſt; quia populus quoad ſe, & ſuos, potuit conſuetudinem illam inducere, & alium Judicem ſuſcipere, *leg. & quia*, *ff. de juriſdictione omnium judicum*, *leg. de quib. ff. de legibus*: At verò conſuetudine Romanæ Eccleſiæ, id, quoad alios extraneos, & extra Curiam, obſervari non poterat; argumento textus *in leg. extra territorium, ff. de juriſdictione omnium judicum*, *cap. ſecundo, de conſtitutionibus, lib.* 6. ideoque rectè in præſenti deciſum eſt, conſuetudinem illam extra Romanam Eccleſiam extantes non ligare.

Ad textum in capit. Poſtremo 36. cap. Secundò Requiris 41. cap. Ex parte 47. cap. Paſtoralis 35. cap. Inquiſitioni 71. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio, à Pontifice, ſeu Principe, non ab aliis tolli poteſt.*

2 *Cauſa cum clauſula illa*, appellatione remota, *ſolùm a Principe, vel Pontifice committi non poteſt.*

3 *Appellatio licet ad præſidium innocentiæ ſit inſtituta; tamen abſolutè defenſio non dicitur, ac ideò potius ad jus poſitivum, quàm ad naturale referri debet; cum à Principe tolli poſſit; quod ſecus in citatione obſervatur.*

4 *Interpretatur text.* in l. fin. C. de ſentent. & interlocution. omnium judicum.

5 *Clauſula illa*, appellatione remota, *tantum operatur effectum ſuſpenſivum, ut remedium attentationum locum non habeat; non verò devolutivum, ut ad Superiorem non devolvatur.*

Expenditur text. in cap. ex quæſtione 10. de reſtitut. ſpoliator.

6 *Citatio facta ad locum non tutum, inutilis eſt.*

Exponitur textus in c. ex parte, de appellation.

7 *Clauſula illa generalis*, appellatione remota, *in quacunque reſcripti parte appoſita, referri debet ad omnia reſcripti capita, tàm præcedentia, quàm ſequentia.*

Expenditur text. in cap. inquiſitioni 71. de appellat. *cum* cap. ſecundò requiris, eod. tit.

CONCLUSIO.

Appellatio à Pontifice, ſeu Principe, non ab aliis tolli poteſt. Idem probat textus in *cap.* 1. *de reſcriptis*, *cap. ſuper eo* 15. *cap. ſuper quæſtionum* 27. §. *ſi verò*, *cap. Paſtoralis* 28. § *final. de officio delegati*, *cap. dilecti* 4. *in fine*, *de arbitris*, *cap.* 2. *de mutuis petitionibus*; *cap. cum olim* 34. *de teſtibus*; *cap. licèt, de foro competenti*; *cap. ſi autem* 6. *de cohabitatione Clericorum*; *cap. accepimus* 5. *de pactis*, *cap. ex tua, de filiis preſbyterorum*, *cap. pro illorum* 22. *de præbendis*, *cap. ad audientiam, de Eccleſiis ædificandis*; *l.* 1. §. *ultimo, in fine, ff. à quibus appellare non licet*; *l.* 13. *tit.* 23. *partit.* 3. exornant Covarruvias *in practicis*, *cap.* 23. *num.* 6. Donellus 1. *part. rubricæ, de reſcindenda vend. cap.* 2. *num.* 22. Petrus Gregorius *lib.* 2. *de appellationibus*, *cap.* 20. Sigiſmundus *de appellationibus*, *quæſt.* 16. *limitatione* 1. *ex num.* 20. Maranta *in praxi*, 6. *part. art.* 2. *limitatione* 28. *num.* 336. Menchac. *lib.* 1. *controverſiarum uſu frequentium*, *cap.* 1. *num.* 4. Paz. *in praxi*, 6. *part.* 1. *tom. in præfatione*, *num.* 7. Rebuffus *de appellationibus art.* 7. *gloſſ.* 2. *num.* 26. Oſualdus ad Donellum *lib.* 28. *cap.* 6. *litera X.* Anton. Pichard. *in manuductionibus ad praxim*, 4. *part. præcepto* 7. *per totum*, D. Franciſco Salgado *de protectione Regia*, 1. *part. præludio* 3. *n.* 81. *& part.* 2. *cap.* 6. *num.* 16. *& part.* 3. *cap.* 8. *num.* 27. 1

Ratio eſt, quia in ſignum ſupremæ poteſtatis, reſervatum eſt Pontifici, & Principi ſupremo, ut poſſint cauſam committere cum clauſula, *appellatione remota* quod adeo verum eſt, ut nec Legatis Pontificis permittatur, cauſam cum eadem clauſula delegare, juxta textum *in dicto cap. ſuper quæſtionum, in principio, de officio delegati*: nam cum appellatio à Jure poſitivo ſit inducta, ut inferius dicemus, & Princeps ſupra jus poſitivum ſit; *cap. propoſuit*, cum vulgatis, *de conceſſione præbendæ*, nihil mirum, quòd ab eo cauſa committi poſſit ita ut judex cognoſcat, cum clauſula illa, *appellatione remota*, &c. 2

Primò

3 Primò obſtabit dicere, quod appellatio, defenſio eſt, *cap. omnis oppreſſus*, 2. *quæſt.* 6. *cap. ſuggeſtum* 15. *hoc titulo*, & ad præſidium innocentiæ inſtituta, *cap. cum ſpeciali* 61. §. 1. *hoc titulo*, & cum defenſio juris naturalis ſit, *l.* 1. §. *cum arietes*, *ff. ſi quadrupes pauperem feciſſe dicatur*, *leg. ut vim* 3. *ff. de juſtitia & jure*, à Principe tolli non potuit, cùm ea quæ juris naturalis ſunt, à Principe tolli non poſſint, *cap. ſunt quidam*, 25. *quæſt.* 1. §. *ſed naturalia*, *de jure naturali*, qua de cauſa, Citatio, cum à jure naturali proveniat, à Principe tolli non poteſt, *cap.* 1. *de cauſa poſſeſſionis*, *Clementina*; *Paſtoralis*, §. *caterum*, *de re judicata*, meritò dicendum videbatur appellationem uti defenſionem, neque à Principe tolli poſſe. Pro cujus dubii declaratione adnotandum eſt, quòd licèt appellatio ad præſidium innocentiæ ſit inſtituta, *dict. cap. omnis oppreſſus*; non tamen abſoluta defenſionem continet, ac ideò appellatio non debet referri ad jus naturale, ſed ad poſitivum: nam intra appellationem, & citationem, illa extat differentia, quòd citatio omnimodò contineat defenſionem, & à jure naturali proveniat, notat Oſualdus ad Donellum, *lib.* 23. *cap.* 2. *litera A. & B.* appellatio verò juris poſitivi eſt, *l.* 2. §. *exactis ff. de origine juris*, *l.* 1. *Cod. de ſententiis prafectorum Prætorio*, ac ideò *legitima* defenſio dicitur *in cap. ſignificavit* 11. *de exceptionibus*: & legitimum dicitur, quod à lege provenit, *leg. legitima* 6. *ff. de patiis*, *leg.* 3. §. *de illo*, *ff. profuo*; ac ideò licèt citatio à Principe tolli non poſſit, *dict. cap.* 1. *de cauſa poſſeſſionis*, cum *ſimilibus*, appellatio tamen ab eo removeri, & auferri poteſt, cùm Principis poteſtas extendatur ad ea, quæ ſunt à jure poſitivo inſtituta; præcipuè cùm defenſio per clauſulam ſuprà adductam non auferatur; ſiquidē poteſtas appellándi, & cauſa devolutionis ad Superiorem non adimitur, juxta textum *in cap. ex conqueſtione*, *de reſtitutione ſpoliatorum*; ſed tantum remedium illud aufertur videlicet ne operetur effectum ſuſpenſivum, ut conſiderat Sigiſmundus *dict. limitatione* 1. *num.* 22. ac ideò cum appellatio non ſit ſublata quoad effectum devolutivum, non videtur ſublata defenſio ipſa.

4 Secundò adverſus ea, quæ ſuprà retulimus: videlicet clauſulam *appellationis remota*, tantum Pontifici eſſe permiſſam: inferioribus verò prohibitam, *dict. l.* 1. §. *ultimo*, *ff. à quibus appellari non licet*, *cap. ſuper quæſtionum* 27. *de officio delegati*, obſtabit textus *in leg. final. Cod. de ſententiis*, *& interlocutionibus omnium judicum*, dum affirmat, Judicibus in ſententiis eſſe ſolitum adiicere, *ne liceat partibus appellare*: ergo non ſolùm à Principe, ſed etiam ab inferioribus appellatio illa partibus prohiberi poteſt. In cujus textus difficultate, omiſſa Accurſii interpretatione *ibidem*, quam ſequitur Bartolus in *dict. l.* 1. §. *ultimo*, Cujacius *in recitationibus ad titulum*, *Cod. de ſententiis*, *& interlocutionibus*, veriſſimè eſt dicendum, illius *textus* ſententiam tantum obſervandam eſſe in clauſula, *appellatione remota*, quoad interlocutoriam ſententiam per inferiorem Judicem prolatam: ratio eſt; quia ut *ſuprà* diximus, appellatio à jure Civili ante ſententiam diffinitivam eſt prohibita, *leg. ante ſententiam*, *penult. C. quorum appellationes non recipiantur*; ſecus verò eſt dicendum in diffinitiva, cum tunc ſolùm à Principe imponi poteſt, ut conſtat ex his, quæ *ſupra* retulimus; & inferius dicemus *in cap. ut debitus honor*, *hoc noſtro titulo*.

5 Tertiò adverſus ea, quæ nuper diximus: videlicet clauſulam, *appellatione remota*, tantum auferre jus ſuſpenſivum, hoc eſt, ut remedium attentatorum locum non habeat, non tamen jus devolutivum, notat Lancellotus *de attentatis*, 2. *part. cap.* 12. *limitatione* 3. Speculator *de appellationibus*, §. *in quibus*, *num.* 13. Sigiſmundus *ubi ſupra*, *quæſt.* 17. *limitatione* 47. obſtat textus *in cap. ex conqueſtione* 10. *de reſtitutione ſpoliatorum*, ubi etiam ſi cauſa ſit commiſſa, cum clauſula, *appellatione remota*, ſi appellatio fuerit interpoſita, operatur effectum, non tantum devolutivum, ſed etiam ſuſpenſivum, ſiquidem quidquid poſt ejus interpoſitione fuerit actum, attentatorum remedio revocatur: Cui difficultati ut occurramus, annotandum eſt, in *dict. cap. ex conqueſtione*, reſcriptum illud Judicibus fuiſſe commiſſum, ut de conſanguinitatis impedimento in cauſa matrimoniali, clauſula illa adiecta; cognoſcerent, coram quibus mulier virum ſibi poſſeſſorio judicio reſtitui poſtulabat, quod omninò debuit præcedere cognitionem cauſæ principalis, ex regula textus *in cap. final. de ordine cognitionum*, *cap. in literis*, cum aliis, *de reſtitutione ſpoliatorum*, quòd remedium etiam in matrimonialibus cauſis obſervari debet, juxta textum *in cap. accedens* 4. *ut lite non conteſtata*; cum autem Judices quæſtionem ſpolii prætermiſiſſent, & ad controverſiam matrimonii perveniſſent, meritò ob hanc cauſam juſtè ab eis appellatur, quamvis cognoſcerent cum clauſula, *appellatione remota*: quia cùm cauſa illa ſit in jure ſpecialiter expreſſa, virtute illius clauſulæ non impeditur, ac ideò attentatorum effectus appellationi tribuitur: quia poſt appellationem legitimè interpoſitam, de cujus injuſtitia conſtitit Judici, in cauſa proceſſerunt, contra regulam textus *in cap. non ſolùm*, *de appellationibus*, *lib.* 6.

Quartò obſtat textus in *cap. ex parte* 47. *hoc titulo*, 6
ubi etiam ſi cauſa delegatis Judicibus ſit commiſſa, cum clauſula, *appellatione remota*, ab eorum ſententiis appellare permittitur. Sed hujus *textus* difficultas ex Superiori ſolutione, veram accipit interpretationem: nam ideò appellatio ibi admittitur, quia Judices illi partes citarunt ad locum non tutum, quo in caſu citatio à Jure expreſsè eſt prohibita, juxta textum in *cap. cum olim* 37. *de teſtibus*, *cap. accedens* 4. *in principio*, *ut lite non conteſtata*, *leg. ſi locus* 59. *ff. de judiciis*, Oſualdus ad Donellum, *lib.* 23. *cap.* 2. *litera N.* Sigiſmundus *ubi ſupra quæſtione* 17. *limitatione* 47. *membro* 1. *num.* 8. *uſque ad* 24. ac ideò cum ex hac cauſa, quæ à jure eſt expreſſa, appellatio ſit permiſſa non obſtante clauſula ſuprà adducta, juxta textum *in cap. ex parte* 47. *cap. Paſtoralis* 53. *verſicul. Sed ſi appellans*, *hoc noſtro titulo*, ideò mirum non eſt, quòd in prædicta ſpecie appellatio admittatur. Ex quibus principiis interpretatio deducitur ad textum *in cap. inter cæteras* 9. *de ſententia*, *& re judicata*; quò loci Alexander III. affirmat, quòd ſi cauſa committatur, cum clauſula, *appellatione remota*, ſi ſententia iniqua fuerit, eam oportet evacuari: nec ei debet ſtari ſi manifeſtam contineat iniquitatem: cujus reſponſi ſententia eſt, ut licèt cauſa ſit commiſſa cum clauſula, *appellatione remota*, ſi tamen Judex injuſtam ſententiam dixerit, liceat eam retractare remedio ſcilicet appellationis: quia etſi hæc clauſula in reſcripto appoſita fuerit, ea non obſtante, poterit Judex *ad quem* appellationem admittere, cum ex eo conſequatur effectus devolutivus, *dict. cap. Paſtoralis*, *in fine principii*, *hoc titulo*: ſi verò ſententia manifeſtam contineat iniquitatem, hoc eſt, ut Cujacius *ibidem* explicat, contra leges Canoneſve lata eſt, nulla cenſeri debet; & Pontifex aſſerit, nullitatis remedio agi poſſe adverſus ſententiam, ab eo judice latam, cui cauſa commiſſa eſt cum clauſula, *appellatione remota*, ut eruditè animadvertit Cujacius *in poſthumis ad ad eundem textum*.

Quintò adverſus ea, quæ communiter *in præſenti* 7
notant omnes: videlicet, quod clauſula generalis, *Appellatione remota*, in quacunque reſcripti parte appoſita, referri debet ad omnia reſcripti capita, tàm præcedentia, quàm ſequentia, juxta textum *in cap. ſecundò requiris* 41. *hoc titulo*, ubi ordinarii omnes, & Menochius *lib.* 2. *de arbitrariis*, *caſu* 64. ita defendunt; obſtabit textus *in cap. inquiſitioni* 71. *noſtro hoc titulo*, ubi probatur, clauſulam, *appellatione remota*, in medio reſcripti poſitam: ſolùm ad præcedentia, & non ad ſequentia referri. In qua jurium repugnantia, omiſſa *Decii* interpretatione *ibidem*, Sarmienti *in leg.* 3. §. *filius*, *ff. de liberis*, *& poſt humis*, *num.* 16. Tu verè reſponde, deciſionem textus *in dict. cap. ſecundò requiris*, procedere,

cedere, quando unum erat negotium plures articulos continens, & clausula, *appellatione remota*, post unum fuit posita; quo in casu ad præcedentia refertur: at verò textus in *dict. cap. inquisitioni*, loquitur quando omninò diversa,& separata sunt negotia sese minimè contingentia: quæ interpretatio deducitur ex illius *textus* verbis, ibi: *Si sunt plura negotia, &c.* Nam tunc clausula in uno negotio posita, non refertur ad alia; notat Cardinalis *in dict. cap. secundò requiris*, & *consil.* 124 *columna* 1. Jason *in dict. l.* 3. §. *filius, ff. de liberis & posthumis*, *num.* 17. Neque obstabit, si dixeris, textum *in dict. cap. secundò requiris*, loqui, quando clausula in uno tantum contingit, atque ideò extendi non posse ad alios articulos, argumento textus *in dict. l.* 3. §. *filius*. Quia respondendum est, verba illa, *in uno tantum*, intelligi debere, cum statim in continenti post primum articulum ad cæteros fuit proposita: nam tunc etiam ad cæteros ejusdem negotii articulos extendi debet; siquidem ea, quæ in continenti fiunt, inesse videntur, *leg. lecta, versiculo, Dicebatur, ff. de rebus creditis*, ubi eruditè agnovit Jason *in dict.* §. *filius, num.* 17. Reliqua vide in his, quæ *supra* diximus *in c. cum super* 17. *de re judicata*, & infrà dicemus *in c. cum speciali* 61. *hoc nostro titulo.*

Ad text. in cap. Præterea 40. hoc tit. de appellationibus.

SUMMARIUM.

1 *Excommunicationis sententia suspensionis, vel interdicti, lata sub hac conditione*, si intra certum tempus Petro non satis feceris, *suspenditur, si intra eventum conditionis fuerit appellatum.*

2 *Retrotractionis fictio ut locum habeat, desiderat habilitatem utriusque extremi. Intellige, ut ibi.*

3 *Interpretatur text. in* cap. Romana, §. caveant, de sententia excommunicationis, lib. 6.

4 *Actus legitimi, nec diem, nec conditionem recipiunt.*

5 *Sententia sub conditione extrinseca ferri non potest: secus sub intrinseca, quæ omnino ad actum est necessaria.*

6 *Actus sub conditione gestus, ea secuta ex fictione retroactiva juris purus remanet; & quid in spiritualibus observetur, ibidem discutitur.*

7 *Appellatio non admittitur de eo, quod quis omninò facere tenetur.*

Exponitur textus in cap. præterea 40. de appellationibus.

CONCLUSIO.

1 *Sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, lata sub conditione*, si intra certum tempus Petro non satisfeceris, *suspenditur, si intra eventum conditionis fuerit appellatio interposita.* Quæ conclusio sulcitur ex textu *in cap. à nobis* 21. *cap. per tuas* 4. *de sententia excommunicationis, cap.* 2. *de constitutionibus* 6. *cap. ad præsentiam* 16. *cap. dilecti* 55. *supra, hoc titulo, cap. cum contingat* 36. *de officio delegati, cap.* 2. *de sententia excommunicationis, lib.* 6. illustrant Parladorius *in* 4. *sententiarum, distinctione* 18. *quæstione prima, versic. Sexta conclusio.* Sylvester *in summa, verbo, Excommunicatio, num.* 11. Covarruvias *in cap. Alma Mater*, 1. *part.* §. 10. *num.* 4. Joannes Guttierrez *Canonicarum quæstionum, cap.* 4. *num.* 19. Spinus *in speculo testamentorum, glossa rubrica, part.* 11. *num.* 19. Suarez *de censuris, disputat.* 7. *sectione* 8. *num.* 9. Sayrus *de censuris, lib.* 2 *cap.* 26. *num.* 4. Salgado *de protectione Regia, parte secunda, capite quinto, num.* 8.

2 Ratio propter quam excommunicationis sententia sub conditione prolata suspenditur, si ante conditionis eventum appellatio fuerit interposita, & tantum effectum sortitur à tempore existentis conditionis, neque ad tempus sententiæ retrotrahitur, ea est: quia ad hoc, ut fictio retrotractionis locum habeat, habilitas utriusque extremi desideratur, hoc est, tam in extremo, à quo extitit conditio, quàm in extremo *ad quod* veluti tempore sententiæ latæ; & fictio retrotractionis, quæ ex æquitate constat, *l. qui in utero, ff. de statu hominum*, in censuris non admittitur, in quibus tantum veritas attendi debet, *cap. licet, de sententia excommunicationis, lib.* 6. meritò cum deficiat habilitas in extremo *ad quod*, hoc est, contumacia, quæ tempore prolatæ sententiæ excommunicationis, omninò ex vi justitiæ desideratur, *cap. certum,* 11. *quæstion.* 1. & quæ pendente conditione neutiquam esse potest; ideò justa de causa excommunicatio, ita sub conditione prolata, suspenditur, neque adveniente conditione retrotrahitur, sed tantùm à tempore existentis conditionis vires accipit: quia cum semel est interposita, adeò impedit conjunctionem prædictionem extremorum, ut interim jus appellanti adquiratur quoad effectum suspensivum, *cap. Pastoralis* 28. §. *præterea, de officio vel potestati, cap. venientes* 19. *de jurejurando.*

Primò obstat textus in *cap. Romana*, §. *caveant, de sententia excommunicationis, lib.* 6. ubi constat excommunicationis sententiam sub hac conditione latam non valere, veluti, *si intra tale tempus non satisfeceris, excommunico te.* In cujus textus difficultate, omissis aliis, attentiùs re perpensa, verissimè dicendum judico, textum in *dict. cap. Romana*, §. *caveant, in principio*, procedere in casu, in quo nulla præcesserit contumacia, vel mora debitoris, & Judex incipit cum excommunicatione absque ulla citatione præcedente: nam tunc excommunicatio ex defectu contumaciæ non tenet, *cap. nullus, cap. certum est*, 11. *quæstion.* 3. At verò *textus* noster loquitur, quando post purificatam debitoris conditionem, secutum fuit præceptum de solvendo intra certum tempus sub excommunicationis pœna, ea secuta condemnatione, mora, & contumacia præcessit, quo in casu jure optimo excommunicatio incurritur, juxta textum *in dict. cap. Romana*, §. *caveant, versic. Nisi mora.* Neque prædictis obstat textus *in dict.* §. *caveant, in principio*, ubi constat, quod pro futuris culpis excommunicationis sententia proferri non potest: cujus doctrina fallit, si justa extiterit causa proferendi excommunicationem: nam tunc in futuris culpis proferri potest, veluti quoties furtum, vel aliquod delictum in urbe commissum erit: juxta textum in *cap. à nobis* 21. *de sententia excommunicationis, cap. ut animarum periculis, de constitutionibus, lib.* 6. quæ interpretatio deducitur ex *dict. cap. Romana*, §. *caveant*, versic. *Aut alia rationabilis causa subsit.*

Secundò prædictis obstabit dicere, quod actus legi- 4
timi, neque diem, neque conditionem recipiunt, *leg. actus legitimi. ff. de regulis juris, cap. actus legitimi* 50. *eodem titulo, lib.* 6. sed quælibet sententia est actus legitimus, argumento textus in *leg. legitima* 6. *ff. de pactis*: ergo non poterit sub conditione ferri. Cui difficultati occurritur si dixeris, quòd jura in argumento adducta solummodo locum habent in emancipatione, acceptilatione, hæreditatis aditione, & in reliquis actibus ibi expressis, in aliis verò non extenditur; notat Glossa, verbo, *In diem*, in §. *omnis stipulatio, Institut. de verborum obligationibus*: Navarrus *in cap.* 1. *num.* 64. *de pœnitentia, distinctione* 6. Covarruvias *in* 4. 2. *part. cap.* 3. *num.* 4. & licèt fateamur, excommunicationis sententiam esse actum legitimum, tamen cum non sit de expressis in *dict. leg. actus*, bene poterit diem, & conditionem recipere; notant omnes *in d. leg. actus* 77. *ff. de regulis juris.*

Tertiò obstat textus in *cap. viduam* 29. *in principio*, 5
2. *quæstione* 6. *leg.* 1. §. *viduam, ff. quando appellandum sit*; ubi constat sententiam sub conditione nullatenus ferri posse. Sed hujus dubii facilis erit explicatio, si dixeris, jura in argumento adducta, procedere in senten-

tentia lata ſub conditione extrinſeca, quæ de natura actus neceſſaria non eſt; veluti, *præcipio ſolvas, ſi navis ex Aſia venerit*: noſter verò *textus* loquitur in ſententia lata ſub conditione intrinſeca, quæ omninò ad actum eſt neceſſaria, veluti, ſi dixeris, *ſolve intrà viginti dies, & ſi non ſolveris, excommunico te*; ſub qua conditione, non ſolùm interlocutoria, ſed diffinitiva proferri poteſt, *leg. à Divo Pio*, §. *in venditione, ff. de re judicata*, notat Decius *in præſenti*, *num.* 9. Abbas *num.* 10.

6 Quartò obſtabit dicere, quòd actus ſub conditione geſtus, ea ſecuta purus remanet, *l. qui balneum* 9. *l. potior* 11. *ff. qui potiores in pignore, l.* 8. *verſic. Quod vi, ff. de periculo, & commodo rei venditæ.* Augetur difficultas ex eo, quòd ſententia excommunicationis purè prolata, per appellationem poſtea ſecutam non ſuſpenditur, *cap. ad hæc* 37. *cap. Paſtoralis* 57. §. *verum, ſupra, hoc titulo*: ergo etiam ſi ſententia excommunicationis ſub conditione fuerit prolata, ea ſecuta, & verificata pura cenſeri debet, & per conſequens per appellationem ſecutam poſt prolationem excommunicationis, non debet ipſius effectus ſuſpendi. Sed prædicta difficultas ex eo diſſolvitur; quia licèt fateamur, actum ſub conditione geſtum, ea ſecuta, ex *juribus ſupra adductis* purum cenſeri; id tamen evenit, quia tales actus, conditione ſecuta, quadam juris fictione retrotrahuntur ad tempus celebrationis, quæ tamen fictio, ut ſuprà diximus, in rebus ſpiritualibus, & præcipuè in cenſuris minimè locum habet: unde evenit, ſententiam excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, ſub conditione latam, ea ſecuta, puram non cenſeri; meritò cùm prædictæ ſententiæ conditionales purè nullatenus cenſeantur, neceſſariò ſequitur per appellationem, ante eventum conditionis interpoſitam, optimè ſuſpendi, *ex textu noſtro*, licèt ſi jure prolatæ fuiſſent, nullatenus per appellationem ſuſpenderentur, ex *dicto cap. Paſtoralis*, §. *verum*, cum *ſupra* traditis.

7 Quintò adverſus præcipuum noſtri *textus* tenorem, obſtabit textus *in cap. conſuluit. in fin. hoc titulo, cap. brevi* 17. *de jurejurando*, in quibus juribus cavetur, appellationem non eſſe admittendam, cum quis appellat de eo, quod omninò facere tenetur; præcipuè cùm quilibet, etiamſi non interpelletur, teneatur ſuo creditori ſolvere, vel ſatisfacere, *cap. cum tu* 5. *de uſuris, capit.* 1. 14. *quæſt.* 6. Ergo cum in præſenti idem ſit, dicendum videbatur, appellationem non valuiſſe, nec ob eam excommunicationis ſententiam ſuſpendi poſſe. In qua difficultate, omiſſa *Abbatis* interpretatione *in præſenti, num.* 8. veriſſimè eſt dicendum, *textum* noſtrum procedere in debitore; qui licèt ſolvere teneatur, non tamen appellavit à mandato de ſolvendo, ſed à brevitare temporis ad ſolutionem deſignati, præcipuè cùm difficultatem, ſeu ſolutionis impotentiam allegat, quo in caſu appellatio tanquam non frivola in Iure admittitur, *cap.* 1. *de dilationibus*: nam licèt teneatur ſolvere, non tamen debet venire ſacco paratus, *l. quòd dicimus* 105. *ff. de ſolutionibus*; ac ideò cùm impotentia ſolutionis exiſtat, dilatio danda eſt, argumento textus *in cap. Odoardus, de ſolutionibus*, notat Præpoſitus *in præſenti, num.* 11.

Ad textum in cap. Ut debitus honor 59. hoc titulo, de appellationibus.

SUMMARIUM.

1 *Ante ſententiam diffinitivam appellans admittitur, expreſſa cauſa rationabili coram Judice inferiori, quam ſi Judex ſuperior minus rationabilem eſſe cognoverit, ad inferiorem remittet, & appellantem in expenſis condemnabit.*

2 *Judicibus, & Magiſtratibus omnis honor, & reverentia debetur.*
Ad officium Judicis ſpectat ne partes laboribus & expenſis vexentur. ibid.

3 *Interpretatur textus in* l. & in majoribus, Cod. de appellat.

4 *Appellare licet de jure Canonico à quacunque ſententia interlocutoria, ſervata juris forma, de qua mentio habetur in* cap. ut debitus honor, de appellat. *ſecus verò de jure Cæſareo, quo attento, appellatio indiſtinctè prohibita eſt.*

5 *Expenditur textus in* l. intra utile 39. digeſtis, de minoribus.

6 *Exponitur textus in* l. arbitratio, ff. qui ſatisdar. cogan.

7 *Illuſtratur text. in* l. ait Prætor, ff. de minor.

8 *Interpretatur text. in* l. ſcio, §. quid ergo, verſ. fin. ff. de appellat. cap. ſuper eo 12. eod. tit. l. 1. Cod. quor. appellat. non recipiantur.

9 *Expreſſio cauſæ de jure antiquo in appellatione ab Interlocutoria neutiquam deſiderabatur, ſecus de jure noviori, ex deciſione textus in* c. ut debitus honor, de appellat.

10 *Exponitur text. in* cap. 2. de appellat.

11 *Exponitur text. in* cap. dilecti 3. cap. cum cauſam 62. de appellat.

12 *Refertur text. in* cap. ſuper quæſtionem 27. §. fin. de offic. deleg.

13 *Arreptio itineris, vel miſſio ad Pontificem, vim appellationis habet. Intellige ut ibi.*
Interpretatur textus in cap. ut debitus honor, verſic. Non obſtante ſi dicat, de appellat. ibid.

14 *Præventio juriſdictionis, non adquiritur per ſolam literarum præſentationem, ſed per citationem ſimul.*
Exponitur textus in cap. debitus honor; de appellat. *in verſic.* Priuſquam delegato fuerint aſſignatæ. idid.

15 *Appellatio etiam abſente Judice interponi poteſt.*
Interpretatur text. in dict. cap. ut debitus honor, *verſ.* Cum autem.

16 *Gravaminis cauſa in appellatione ab interlocutoria coram Judice*, à quo, *propoſita ſufficit, ut in ea appellatio admittatur, nec ejus probatio deſideratur. Intellige ut ibi.*
Expenditur text. in cap. ex parte 7. de teſtibus, *& in num.* 18.

17 *Refertur textus in* cap. interpoſita 70. de appellat.

18 *Cauſa appellationis ab Interlocutoria, ſi verificata non fuerit, remittitur ad inferiorem judicem.*

19 *Judex ſuperior remittens cauſam ad inferiorem, eam à ſe abdicat, & tantum de expenſis propter frivolam appellationem cognoſcit.*
Expenditur text. in cap. ut debitus honor, verſic. Et in expenſis: de appellat.

20 *Judex ſuperior ſi cauſam appellationis juſtam eſſe cognoverit, negotium principale apud ſe retinere debet.*
Interpretatur text. in c. dilecto 4. de teſtibus.

21 *Illuſtratur textus in* l. eos, in fin. principii, C. de appellat.

22 *Exponitur textus in* cap. olim, in fine, de exceptionibus.

23 *Cauſæ expreſſio in appellatione ab Interlocutoria, in majoribus cauſis non deſideratur.*

CONCLUSIO.

1 *ANte ſententiam diffinitivam appellans admittitur, expreſſa cauſa rationabili coram Judice inferiori, quam ſi Judex ſuperior minus rationabilem eſſe cognoverit, ad inferiorem remittet, & appellantem in expenſis condemnabit.* Quæ concluſio comprobatur, ex textu in *cap. ſuper eo* 10. *cap. ſuper eo* 12. *cap. cum Eccleſia* 28. *cap. cum ceſſante* 60. *verſic. Non obſtante, cap. cum ſpeciali* 61. §. *porro, hoc titul. cap. ſignificante* 69. *cap. interpoſita* 70. *eodem,*

eodem, cap. 1. & final. hoc titul. lib. 6. Clementina, appellanti, hoc titul. cap. ex parte 7. de testibus, cap. omnis oppressus, 2. quæst. 6. l. 1. §. quæsitum, ff. hoc tit. l. ante sententiam, C. quor. appellat. non recipiantur: Concilium Trident. *sess. 13. de reformatione, cap. 1. in fine, & sess. 24. cap. 10. l. 13. & 26. tit. 23. partit. 3. l. 8 tit. 17. partit. 1. l. 3. tit. 18. lib. 4. ordinamenti, l. 3. tit. 18. lib. 4. Recopil.* exornant Philip. Franc. *in c. cum cessante, hoc tit.* Mynsinger. *centuria 4. observat. 43.* Paz *in prax. tom. 1. part. 6. in proœmio, num. 25.* Marant. *6. part. titul. de sententia,* Gaillius *lib. 1. observatione 132.* Bartolus, & Rebuffus *in leg. quod jussit, ff. de judicata,* Covarruvias *in practicis, cap. 24.* Duennas *regula 47. & 48.* Lancellotus *de Attentatis. cap. 12. limitatione 1. num. 31.* Osualdus ad Donellum plures referens, *lib. 28. cap. 6. litera L. litera Q.* Idem *lib. 28. cap. 8. litera E.*

2 Ratio deducitur ex Concilio Lateranensi relato ab Innocentio III. *in præsenti*, celebrato *anno* 1215. asserente causam in appellatione esse exprimendam, ut debitus honor Judicibus deferatur: quia aliàs si appellatio esset frivola, injuria judicibus irrogaretur, cùm eis, & Magistratibus omnis honor, & reverentia debeatur; juxta textum in *leg. final. in principio, & in fine, Cod. quando provocare non est necesse*; ubi postquam Imperator scripsit, omnem honorem judicibus esse servandum, postea prosequitur, & *in fine* affirmat, injuriam Judici fieri, ex supervacua appellatione, & alia non minima ratione, hoc est, ut litigantibus super laboribus, & expensis subveniatur; cum ad officium Judicis spectet, ne partes sumptibus, & laboribus vexentur, juxta textum *in cap. finem litibus*, cum vulgatis, *de dolo, & contumacia*: quare Lateranense Concilium, ut hæc omnia mala, damna, & incommoda evitentur, & appellationum calliditati, & tergiversationi occurratur, statuit ante definitivam sententiam appellari non posse, nisi rationabilis sit causa, expressè coram Judice, *à quo*, proposita, & coram judice, *ad quem*, justificata, quæ si frivola apparet, remittitur ad Judicem inferiorem, ne ei injuria inferatur, sed debitus honor observetur.

3 Primò adversus hanc decidendi rationem, obstabit textus in *l. & in majoribus, C. de appellationibus*, dum ibi statuitur, nullam injuriam Judici inferiori irrogari ex eo, quod litigator ad commune auxilium convolaverit. Sed huic dubio facile respondere poteris, si dixeris, textum illum loqui de justa provocatione, ex qua nulli Judici injuria irrogatur, juxta textum in *l. 1. ff. de appellationibus*, *l. Præfecti Prætorio, ff. de minorib.* at verò textus noster intelligitur de injusta appellatione, ex qua non levi Judici injuria irrogatur, *l. final. in fine, C. quando provocare non est necesse*, notat Maranta *6. part. actu 2. num. 328.*

4 Secundò obstabit dicere, quod appellatio indistinctè ante sententiam prohibita est, *leg. 1. §. quæsitum, versicul. Hinc consequenter, ff. hoc titulo, l. ante sententiam, ff. de appellationibus recipiendis, l. ante sententiæ tempus, C. quorum appellationes non recipiantur*: ergo etiam cum causa rationabili, non licet ab Interlocutoria appellare: Huic difficultati ut satisfaciamus, meminisse oportebit, discrimen constituendum esse inter jus Canonicum, & Civile: nam de jure Canonico licet appellare à quacumque Interlocutoria, servata nostri textus forma: secus verò de jure Cæsareo, & ita obtinent jura *in argumento*, adducta: sed in assignanda discriminis decidendi ratione valde laborant antiquiores omnes *in præsenti*, Abbas, Bellamera, Joannes Andreas: quorum omissis rationibus, si quid mei judicii est, opinor dicendum, ideò jure Pontificio non esse prohibitam appellationem ante diffinitivam sententiam, quia jus Canonicum magis æquitatem, quàm rigorem amplectitur, juxta textum in *Clement. 2. hoc tit.* ibi: *Cum rigor juris illud expoſcat, nos æquitatem rigori præferendam fore esse censemus, &c.* Nec dicat aliquis me divinare, hanc discriminis decidendi rationem retinendo; siquidem æquitas maximè consistit in hoc, ut omnis oppressus ad refugium, & appellationis remedium admittatur, juxta textum *in cap. omnis oppressus, 2. quæst. 6.* & in *cap. non ita, eadem causa, & quæstione*, ibi: *Non ita in Ecclesiasticis negotiis agendum est, sicut in secularibus: nam in secularibus legibus, postquam vocatus quis venerit, & in foro decretare caperit, non licèt ei ante peractam causam recedere; in Ecclesiasticis vero, dicta causa, recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægravari viderit, &c.*

Tertiò adversus hanc utriusque juris discriminis de- 5
cidendi rationem, obstabit textus in *l. intra utile 39. ff. de minor.* ubi si minor læsus restitutionem petat, & quæstio incidens fuerit objecta; videlicet, esse majorem, & Judex fuerit interlocutus tempore contractus minorem esse, appellatio adeò ipso jure Civili ab ipsa Interlocutoria permittitur, ut ea interposita jurisdictio Præsidis suspendatur: ergo malè *supra* retulimus de jure Civili ante diffinitivam, appellationem esse prohibitam. In cujus textus difficultate, omissa *Fulgosij* interpretatione, *ibidem, num. 7.* verissimè est dicendum, textum illum non loqui de Interlocutoria, sed de decreto, & sententia diffinitiva, causa cognita, prolata; siquidem super ætate non nisi causa cognita, & decreto interveniente agi possit, *l. ætate, ff. de minor.* quæ interpretatio deducitur ex verbis illius *textus* ibi: *Dicta pro ætate sententia, &c.* Cum interlocutio sola dicitur, quæ ex solo imperio, absque causæ cognitione fit. Neque solutioni obstant verba illius textus ibi: *Adversarii & Præsidis cognitionem impedire, &c.* Ex quibus verbis constare videtur, adhuc cognitionem quoad diffinitivam remanere, & sic ibi Interlocutoriam fuisse: Quia dicendum est, verba illa intelligenda, & referenda esse quoad cognitionem in executione, cum in ea adhuc cognitio extet; juxta textum in *leg. à Divo Pio*, §. *in venditione, ff. de re judicat.* notat Cujacius, & Antonius Faber *in rationali, ad textum in dict. leg. intra utile.*

Quartò obstat textus in *l. arbitrio 9. digestis, qui satisdare cogantur*, ubi si quis fuerit conventus, ut fidejussores præstet, & offerat; si actor obiiciat, fidejussores illos solvendo non esse, & Arbiter sit electus ad eorum probationem, ac interlocutus fuerit idoneos esse; pars adversa poterit ab illa interlocutoria appellare. In cujus *textus* difficultate, omissa *Bartoli* interpretatione *ibidem*, veriorem esse existimo, quam refert Antonius Faber, *in Rationali ad eundem textum*, dum asserit, *ibi* non propriè fuisse diffinitivam, sed interlocutoriam sententiam, sed cum Interlocutoria illa finiret negotium, ad quod Arbiter fuerat datus, & ejus pronuntiatione jam definat esse Judex, *leg. judex postea quam, digestis, de re judicat.* justa de causa ab illa sententia appellatio admittitur, cum nulla injuria afficiatur, cùm jam esset functus officio suo.

Quintò prædictis obstat textus in *l. ait Prætor 9. vers.* 7
Permittitur, ff. de minor. ubi si debitor petat, minorem compellendum esse, curatorem nominare, ut debiti solutio legitimè fiat; si Prætor decernat solutionem minori absque curatore fieri posse, & debitor obiecerit, creditorem minorem esse, ac ideo solutionem ei absque curatoris auctoritate fieri non posse, si postea Prætor interlocutus fuerit, compellendum esse absque curatoris auctoritate minori solutionem fieri; tunc debitori ab illa interlocutoria sententia appellare permittitur. Sed huic dubio dicendum est, textum illum non loqui in interlocutoria sententia, sed in decreto per injuriam facto, quod reparari non poterat per diffinitivam sententiam, cum postquam semel jussisset, debitorem compellendum esse solvere Minori, non adhibito curatore, nulla alia diffinitiva sententia speretur; ut animadvertit Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum*, versicul. *Quod tamen si Prætor decernat*, & Glossa magna in *leg. penultim. Cod quorum appellationes non recipiantur*, siquidem à contumelia facti, vel dicti, à Judice illata, ante diffinitivam sententiam etiam de jure Civili appellare permittitur, juxta textum in *leg. si provocatione interposita, C. de appellationib.*

Glossa

Gloſſa *ibi*, verbo, *injuria*, & Bartolus *in dicta leg. ait Prætor 7. num. 3. & 4.*

8 Sextò prædictis obſtabit dicere, quod nullo jure Canonico, vel Civili cogimur, cauſam in appellatione exprimere, juxta textum in *cap ſuper eo 12. hoc tit. leg. ſcio*, §. *quid ergo, verſiculo final. ff. hoc titulo*: Ergo non rectè Concilium Lateranenſe in præſenti aſſerit cauſam eſſe exprimendam. Sed prædicta difficultas ex eo diſſolvitur: quia textus in *dicto cap. ſuper eo*, intelligi debet de jure antiquo: Hodie verò in appellatione ab Interlocutoria ſervari debet forma, quæ in *textu noſtro* refertur. Neque obſtat textus in *dicta leg. ſcio 3.* §. *quid ergo*, *verſiculo finali.* Quia procedit in appellatione, quæ interponitur à ſententia diffinitiva, quo in caſu non eſt neceſſe, cauſam gravaminis exprimere; notat Gloſſa *in præſenti*, verbo, *ante ſententiam*, & Gloſſa *in cap. 1. verbo*, *ſtatuit*, *hoc titulo*, Bartolus *in dicta leg. ait Prætor*, *verbo*, *permittitur*, *ff. de minoribus.* Nos verò loquimur in appellatione ab Interlocutoria, ubi ex his, quæ *ſuprà* retulimus, diſparatio vertitur. Neque ſolutioni obſtat textus *in leg. 1. Cod. quorum appellationes non recipiantur*, ubi in appellatione à diffinitiva, cauſam exprimi omninò neceſſe eſt: Quia *tex.* ille procedit, quando appellatio interponitur à diffinitiva contra juris prohibitionem, hoc eſt in caſibus, in quibus appellatio eſt prohibita; ac ideò, cùm appellatio illa ſit contra juris prohibitionem, neceſſe eſt, ut exprimatur cauſa; juxta textum in *cap. ad noſtram*, *hoc titulo*: notat Covarruvias *in practicis*, *cap. 15. in principio.*

9 Septimò, obſtat textus in *cap. conſuluit*, el ſecundo, & 18. *hoc titulo*, ubi conſtat, generaliter ab omni futuro gravamine appellari poſſe, & tamen in appellatione in cauſa nullatenus exprimi poteſt, cùm nondum cognoſcatur, & non entis nullæ ſunt qualitates, *leg. 1. ff. de hæreditate*, *vel actione vendita*, *leg. final. ff. de collatione bonorum.* Sed hæc difficultas ceſſat, quia tex. in *dicto cap. conſuluit*, procedit de jure antiquo ante noſtri textus novam conſtitutionem: nam de jure antiquo nulla expreſſio cauſæ deſiderabatur, *dicto cap. omnis oppreſſus*, *cap. ad Romanam*, cum aliis, 2. *qu. ſexta.* Secus verò hodie ex *noſtri textus* deciſione, & *Clementina*, *appellanti*, *eodem titulo*, notat Gloſſa *in dicto cap. ad Romanam*: Abbas, & Decius *in dicto cap. conſuluit.*

10 Neque ſolutioni obſtat textus in *cap. 2. hoc titulo*, ubi Alexander III. qui etiam fuit Auctor *illius capitis*, *conſuluit* 18. *hoc titulo*, & ipſemet prohibet generalem appellationem tanquam frivolam, & temerariam: quod etiam probat textus in *leg. à Proconſulibus*, *Cod. iſto titulo. leg ab executore*, §. *ultimo*, *Cod. quorum appellationes*: *cap. Paſtoralis*, *hoc titulo.* Augetur difficultas: quia à futuro gravamine nondum illato appellatio non admittebatur, juxta textum in *cap. non ita*, 2. *quæſtione ſexta*, *cap. dilecto*, *cap. ſuggeſtum*: ergo malè *in dicto cap. conſuluit*, generaliter à futuro gravamine appellatio admittitur. In qua jurium contrarietate veriſſimè dicendum eſt, textum *in dict. cap. conſuluit* 18. *in ſecunda parte*, procedere in appellatione ab omni gravamine: quod in una, & certa cauſa appellanti inferri poterat, quo in caſu appellatio admittitur: nam licèt ſit verum, quod à futuro gravamine appellari non poſſit; tamen regula illa ceſſat, cum jam proceſſit actus, per quem deſignatur gravamen futurum: at verò jura in argumento adducta locum habent in appellatione generaliter interpoſita ab omni cauſa, quæ moveri poſſit; quo in caſu, ut frivola à jure rejicitur; notat Abbas *in dict. cap. conſuluit*, *n.* 20. Franch. *in præſenti*, *num.* 9. Bernard. Diaz *in praxi*, *regula* 420.

11 Octavò prædictis omnibus obſtat textus in *cap. dilecti 3. cap cum cauſam* 62. *hoc noſtro titulo*, in quibus juribus probari videtur etiam jure antiquo, ante noſtri *textus* deciſionem, in appellatione ab Interlocutoria, cauſæ expreſſionem deſiderari. Quæ difficultas, ut diluatur, diſtinctio adhibenda eſt: nam aut loquimur quoad validitatem interpoſitæ appellationis, & quoad jus devolutivum; vel loquimur quoad revocationem attentatorum illati gravaminis: nam in primo caſu ante noſtri *textus* deciſionem, cauſæ expreſſio non deſiderabatur, juxta textum in *dict. cap. omnis oppreſſus*: in ſecundo verò, etiam jure antiquo, quoad revocationem illati gravaminis, cauſæ expreſſio deſiderabatur: & ita obtinet textus in *cap. dilecti 3. d. cap. cum cauſam* 62. *hoc noſtro titulo*, *cap. non ſolum*, *eodem titulo*, *lib. 6.*

12 Nec ſolutioni obſtat textus in *cap. ſuper quæſtionum* 27. §. *final. de officio Delegati*, ubi novata poſt appellationem, etiam ab Interlocutoria, ipſo jure ſunt nulla: ergo neque quoad revocationem illati gravaminis, in illo jure antiquo, cauſæ expreſſio deſiderabatur: Quia reſponderi valet, quod etſi attentata poſt Interlocutoriam ſtatim ſint irrita, quoad ipſam legem, quæ certa eſt ex *dict. cap. ſuper quæſtionum*, §. *finali*: tamen quoad nos, qui ſumus incerti, expectanda omninò eſt verificatio cauſæ, ad hoc ut attentatorum revocatio fiat, & ita obtinet textus *in dicto cap. dilecti 3. hoc tit. dict. cap. non ſolùm*, *eodem tit. lib. 6.* Covarruvias *in practicis*, *cap. 24. n. 2.*

13 Nonò adverſus *noſtrum textum*, in verſiculo, *Non obſtante ſi dicat*, *&c.* Obſtabit dicere, quòd arreptio itineris, vel miſſio ad Pontificem, vim appellationis habet, *cap. ad hæc 3. cap. meminimus*, *cap. dilecti*, el ſecundo, *ſupra*, *hoc titulo*, *cap. cum cauſam*, *de officio Delegati*, *cap. cum olim*, *de dolo*, *& contumacia*, *cap. audita*, *de reſtitutione ſpoliatorum*: Ergo malè *in præſenti*, in prædicto verſiculo, *Aſſeritur*, non ſufficere nuntium miſiſſe, ut appellationi deferatur. Quo in dubio omiſſa interpretatione, quam refert Gloſſa *in dicto cap. ad hæc*, & Gloſſa *in præſenti*, verbo, *Si dicatur.* Franchis *num.* 29. & 30. veriorem eſſe exiſtimo, quam refert Abbas *in dicto cap. dilecti*: & Præpoſitus *in præſenti*, *numero decimo octavo*, dum aſſerunt, diſtinctionem eſſe adhibendam: nam vel loquimur de effectu ſuſpenſivo juriſdictionis Judicis inferioris; & tunc permiſſionem Nuntii, non ſuſpenditur juriſdictio, & ita obtinent jura in argumento adducta: aut loquimur de miſſione Nuntii tantum, ut habeat vim appellationis; & tunc dummodo obſervetur forma *textus noſtri*, hoc eſt, ſi cauſa rationabilis exprimatur; tunc non videntur correcta prædicta jura, ſiquidem tacita illa appellatio, vim expreſſæ appellationis quoad jus devolutivum obtinet; notat Imola *in præſenti*, *numero ſeptimo*, *ſuper gloſſam* 4. Lapus *allegatione* 36. Lancellotus *ubi ſupra* 7. *part. capite duodecimo*, *ampliatione* 12.

14 Decimò adverſus *noſtrum textum* in verſiculo, *Priuſquam delegato fuerint aſſignatæ*, *&c.* Obſtabit textus in *cap. Romana*, §. *ſed ſi objiciatur*, *cap. non ſolùm*, *hoc titulo*, *lib. 6. cap. ſecundo*, *de dolo & contumacia*, *eodem libro ſexto*, in quibus juribus conſtat, quod ex ſola literarum præſentatione Judex inferior non prohibetur, quominus poſſit procedere: ergo malè *in dicto verſiculo*, ex ſola præſentatione ſuſpenditur juriſdictio Judicis *à quo*. Cui dubio reſponderi debet, verum eſſe, per ſolam literarum præſentationem non induci præventionem juriſdictionis, ſed neceſſe eſſe citationem, omninò intervenire, juxta textum in *cap. gratum*, *cap. relatum*, *de officio delegati*, ubi DD. omnes, & ita obtinent jura *in argumento* adducta. Neque contrarium refert *tex. noſter*: quia in *dicto verſiculo*, non eſt deciſum, quòd per ſolam literarum præſentationem ſit prævenita juriſdictio; ſed tantum intendit, quod præſentatis literis poterit impetrans opponere declinatoriam; & tunc ea non admiſſa, cenſetur juſta & rationabilis cauſa, ut appellatio ab interlocutoria valeat, notat Imola *in præſenti*, *numero* 7. Præpoſitus *num.* 22.

15 Undecimò adverſus *noſtrum textum*, in verſiculo, *Cum autem*, dum aſſerit, coram Judice *à quo*, appellationis cauſam eſſe exprimendam: obſtabit dicere,

appellationem etiam abſente Judice interponi poſſe, *cap.* 1. *de alienatione judicii, cap. ſuggeſtum* 15. *ſupra hoc titulo*: ergo non eſt neceſſe, ut coram Judice *à quo*, expreſſio cauſæ fiat. Cui dubio reſponderi valet, quod licèt regulariter appellatio in præſentia Judicis debeat fieri, *cap. biduum* 29. 2. *quæſtion.* 6. *Clementina* 1. *hoc titulo*; tamen id non procedet ſi copia Judicis haberi non poſſit: nam tunc Judice abſente, vel appellationem recipere nolente, poterit interponi coram honeſtis perſonis, *dict. cap. biduum*, *cap.* 1. *cap. ſuggeſtum* 15. *hoc titulo*: & quamvis ita abſente Judice appellatio admittatur, non tamen exinde ſequitur, cauſæ expreſſionem non eſſe neceſſariam, cùm exprimenda ſemper ſit, ac ſi coram Judice exprimatur.

16 Duodecimò adverſus eundem verſicul. *Cum autem*, dum aſſerit, tantum ſufficere cauſam gravaminis coram Judice, *à quo*, exprimere, neque neceſſe eſſe, cauſam illam probare; obſtabit textus in *cap. ex parte* 7. *de teſtibus*, ubi non ſolùm ſufficit cauſæ expreſſio: ſed ejus probatio deſideratur: veluti ſi quis, ut alicui beneficium auferatur, objecerit, teſtes non eſſe admittendos, quia latrones, raptores manifeſti, infames, & inhabiles ſunt; & Judex interlocutus fuerit, teſtes eſſe recipiendos; & ab ea pronuntiatione fuerit appellatum, Pontifex decidit, quod ſi conſtiterit, & probatum fuerit legitimam eſſe appellationis & exceptionis cauſam, irrita & caſſata ſententia illorum judicum, ei beneficium reſtituatur, & Interlocutoria ſententia revocantur. Pro cujus textus interpretatione annotandum eſt, Judicem ſuperiorem in appellatione ab Interlocutoria dupliciter poſſe cognoſcere ſuper cauſam expreſſam appellationis; nam vel cognoſcit in vim declinatoriæ fori, ad fundandam juriſdictionem Judicis appellationis, ut de appellatione coram ipſo interpoſita cognoſcat, vel cognoſcit de cauſa expreſſa appellationis ab Interlocutoria in vim exceptionis peremptoriæ, ut integra cognitio cauſæ ad eum devolvatur, & attentata revocari poſſint: nam primo caſu, ſufficit cauſam appellationis, & gravaminis exprimere; licèt de ejus veritate nondum conſtet; & ita obtinet *textus noſter*, & textus in *cap. Romana*, §. *quod ſi objiciatur*: *hoc titulo*, *lib.* 6. In ſecundo verò, de veritate cauſæ gravaminis conſtare debet: & ita eſt interpretandus textus *in dict. cap. ex parte* 7. *de teſtibus*, verſicul. *Mandamus quatenus*, notat Ancharran. *in dict. capit. Romana*, §. *quod ſi objiciatur*, *notabili* 9.

17 Nec ſolutioni obſtat textus *in cap. interpoſita* 70. *hoc titulo*, ubi ad hoc, ut Superior poſſit illatum gravamen revocare, non eſt neceſſe cauſam, & gravaminis veritatem probari; ſed ſatis erit, probationem coram inferiore obtuliſſe, & admiſſam non fuiſſe, quod omnino contrarium refert textus *in dict. cap. ex parte*, verſicul. *Et ſe obtulit probaturum*, *&c.* Quia textus in *dict cap. interpoſita*; *in fine*, procedit ſolummodo quoad conſequendum effectum devolutivum, & revocationem attentatorum, meritò in odium Judicis, & in favorem appellantis ſufficit, appellationis cauſam obtuliſſe: nam quamvis à Judice, *à quo*, non ſit recepta, juſta præſumitur: at verò textus *in dict. cap. ex parte*, locum habet, quando Clericus nitebatur integrum, & finalem effectum ſuæ appellationis diffinire: ſcilicet, cauſam per ſententiam diffinitivam finire, & ut adverſarius prohiberetur amplius ſuper beneficio moleſtiam inferre; ac ideò *ibi* non ſolùm ſufficit oblatio cauſæ, verum etiam & ejus probatio deſideratur; notat Cujacius *in poſthumis ad textum in d. cap. interpoſita*, Abbas *in dict. cap. ex parte*, *num.* 9. Felinus *num.* 15. Imola *num.* 20.

Decimò tertiò adverſus *textum noſtrum* in verſic. *Et*
18 *ſi minus*, ubi notant Doctores omnes, quòd ſi cauſa appellationis interlocutoriæ verificata non fuerit, tunc ut debitus honor Judicibus obſervetur, ejus cauſæ cognitio remittitur ad inferiorem, ut de principali cauſa cognoſcat; obſtabit textus in *dict. cap. ex parte* 7. *de teſtibus*, verſic. *Si vero res aliter ſe haberet*, *cauſam ſtudiatis*, *& ſine debito terminetis*, *&c.* Ex quibus verbis apparet, cauſam appellationis ab interlocutoria ſententia verificatam non fuiſſe, & nihilominus principalis cauſa ad inferiorem Judicem non remittitur, ſed penes ſuperiorem remanet, ut finem cauſæ imponat, ut conſtat in illis verbis, *ſine debito terminetis*, *&c.* In cujus textus difficultate, omiſſa Gloſſæ interpretatione *in dict. cap. ex parte*, veriſſimè eſt dicendum, verba illius textus, ibi: *Si verò res aliter ſe haberet*, *&c.* referenda eſſe ad ſententiam primi Judicis, *à quo*, qui poſt appellationem ab Interlocutoria Clericum à beneficio ſpoliavit; non verò referenda ad legitimam appellationis cauſam, ſiquidem appellans, veritatem, & cauſam appellationis rectè probavit, ex eo, quod probaſſet, priores Judices in cauſa illa beneficiali teſtes infames ab eo exceptos recepiſſe, ac ideò juſtificavit appellationis, & exceptionis cauſam; ſententia tamen cum adhuc à Judicibus inferioribus lata non fuiſſet, juſta de cauſa Eugenius III. reſpondit, quod cum appellatio jam eſſet juſtificata, Judices ſuperiores poſſe in principali cauſa procedere, & fine debito terminare, notat Abbas, & Berojus *in dict. cap. ex parte*: ſi verò cauſa illa appellationis juſta non appareat, tunc ex noſtri *textus* deciſione, ut debitus honor Judicibus deferatur, inferioribus remitti debet. Neque obſtabit ſi dixeris, quod is qui à Judice appellavit, poterit eum tanquam ſuſpectum recuſare, *cap. ad hæc*, el primero, *cap. propoſuit* 24. *ſupra*, *hoc titulo*, cùm nimis grave ſit coram ſuſpecto Judice litigare, *cap. quod ſuſpecti*, 3. *quæſtione prima*. Ergo quamvis cauſa non ſit rationabilis, non debuit negotium ad inferiorem tanquam ſuſpectum judicem remitti: Quia omiſſa interpretatione, quam refert Gloſſa *in præſenti*, verbo, *rationabiliter*, veriſſimè eſt dicendum, *textum* noſtrum procedere, quando abſque juſta cauſa fuit appellatum, cùm ſola appellatio, quæ frivola cenſetur nondicatur juſta ſuſpicionis, & recuſationis cauſa: at verò jura in argumento adducta procedunt, quando juſta appellationis cauſa coram Judice *ad quem*, fuit comprobata, quo in caſu juſta recuſationis cauſa cenſetur.

Decimo quartò adverſus *noſtrum textum*, in verſic. 19
Et in expenſis, obſtabit dicere, quod Judex ſuperior remittens cauſam ad inferiorem, nullam retinere videtur juriſdictionem in negotio, ſed tantum competit inferiori, cui remittitur, ut conſtat ex *textu* noſtro, ſed ſententia à non ſuo judice lata, non tenet, *leg. final. C. ſi à non competente judice*, *cap. at ſi Clerici*, *de judiciis*: ergo Superior non poterit frivolè appellantem in expenſis condemnare. Sed prædictam difficultatem effugies ſi dixeris, quo licèt Judex ſuperior in principali negotio juriſdictionem non habeat, tamen in his caſibus lex ipſa ei juriſdictionem quoad expenſas tribuit, *cap. cæterum*, *cap. ſuper literis*, *cap. final. de reſcriptis*, *cap.* 2. *de dolo*, *& contumacia*, quod præcipuè in appellatione frivola admittitur cum jus frivolam appellationem ſemper abhorreat, juxta textum *in cap. cum appellatio*, *hoc titulo*, *libro ſexto*, Abbas *in præſenti*, *numero ſexto*, Præpoſitus *in cap. ex ratione*, *num.* 53. *hoc titulo*.

Decimo quintò adverſus noſtrum *textum*, in verſic. 20
Alioquin ipſe procedat, *&c.* Ex quo deducitur, quod ſi judex ſuperior cauſam appellationis, juſtam eſſe cognoverit, negotium principale apud ſe retinere debet, ſiquidem ex eo, quod Judex *à quo*, partem gravavit, ſuſpectus in futurum efficitur: Obſtabit textus *in cap. dilecto* 4. *de teſtibus*, ubi appellatio ab Interlocutoria ſententia, juſta cenſetur, & nihilominus ad inferiorem Judicem non remittitur. In cujus textus difficultate omiſſa *Innocentii* interpretatione, & aliorum *in dicto cap. dilecto*, veriſſimè dicendum arbitror, ideò *ibi* cauſam ad priores Judices eſſe remittendam: quia in illa interlocutione priorum judicum probabilis adfuit error; ac ideò non poterant dici doloſi, & ſuſpecti quoad cauſæ cognitionem, quo interveniente errore, cum

ceſſet

ceſſet offenſio, quæ provenire poterat per appellationem ab Interlocutoria, mirum non eſt, quod principale negotium iterum ad priores Judices remittatur, ſiquidem ceſſante cauſa recuſationis, effectus ceſſet, arg. tex. in *cap. cum ceſſante, hoc tit.* notat Abbas, & Aretinus *in dict. cap. dilecto.*

21 Decimo ſextò adverſus *eundem verſiculum*, obſtabit textus, in *l. eos, in fine principii, Cod. de appellat. c. ei qui*, §. *finali*, 2. *quæſtione ſexta*, ubi probatur, appellationis Judicem tantum pronuntiare poſſe, juſtè, vel injuſtè ab inferiore appellatum fuiſſe: Ergo non poterit principale negotium retinere. Sed huic dubio reſpondetur facilè, videlicet, prædicta jura intelligenda eſſe, quando à diffinitiva ſententia appellatum eſt, quo in caſu ſuperior Judex ſolùm pronuntiat, juſtam, vel injuſtam appellationem interpoſitam fuiſſe, revocando, aut confirmando inferioris Judicis ſententiam: At verò *textus* noſter loquitur, quando ab interlocutoria ſententia appellatur: nam tunc Judex ſuperior de articulo appellationis cognoſcit, & ſi injuſtè appellantem repellat, negotium ad inferiorem remittit, & appellantem in expenſis condemnat, juxta textum *in cap. cum Eccleſia 38. hoc titulo, cap. cum appellationibus, eodem titulo, libro ſexto.* Si verò gravaminis cauſa probata fuerit, & appellatio juſta appareat, totius negotii cognitio ad eum ſpectat, argument. textus in *leg. ſi quis provocatione, Cod. hoc titulo*, notat Paz *in praxi, tomo primo, capite primo*, §. *unico, num.* 10.

22 Decimo ſeptimò prædictis obſtat textus *in cap. olim, in fine, de exceptionibus*, ubi Judex appellationis, etiam ſi decernat legitimam appellationis cauſam fuiſſe, neque in negotio principali procedere poteſt. In cujus *textus* difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Gloſſa, *ibidem*, quam ſequitur Hoſtienſis, veriſſimè dicendum eſt, noſtri *textus* deciſionem limitari in ſpecie tradita, *in dict. cap. olim*, videlicet, quando exceptio ob quam appellatur, reſpicit defectum juriſdictionis Judicis *à quo*, ut ſi opponatur eſſe incompetentem, & ipſe exceptionem non admittat: nam tunc appellationis Judex, etiamſi pronuntiet legitimam fuiſſe appellationis cauſam, non procedit in negotio principali: nam ſicuti Judex *à quo*, non poteſt procedere tanquam incompetens, ita neque Judex *ad quem*, qui in illius locum ſubrogatur, erit competens; argument. textus in *leg. ſi cum*, §. *injuriam, digeſtis, ſi quis cautionibus*, notat Abbas *in præſenti, numero ſeptimo*, Imola *numero ſecundo*, Felinus *numero octavo.*

23 Decimo octavò adverſus noſtrum *textum* in verſicul. *Salvis*, obſtabit dicere, quod eadem eſt ratio appellandi in majoribus, quæ in minoribus cauſis, *cap. de appellationibus, ſuprà, hoc tit. l. & in majoribus, Cod. eodem.* Ergo nulla eſt ratio cur in *dict. verſic.* in majoribus cauſis noſtri textus deciſio repellatur. Sed dubium hoc ex eo diluitur, quia noſtri textus deciſio reſtringitur, & excipitur ne procedat in majoribus cauſis, ita ut in illis non ſit neceſſe cauſam appellationis exprimere, quia ipſius negotii gravitas pro cauſa ſufficit; & majores cauſæ dicuntur, quæ extant in *cap. quod translationem, de officio Legati*, Gloſſa verbo, *reſervata* in *cap. majores, de Baptiſmo*, Franch. *in præſenti, numer.* 5. & 48.

Ad textum in cap. Cum ſpeciali 61. & c. Poſtremo 36. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Recuſationis cauſa coram Judice recuſato proponenda eſt; ſed ab arbitris probari debet: quæ ſi non fuerit probata, recuſatus utitur ſua juriſdictione: aliàs mittet ad Superiorem principale negotium.*

2 *Periculoſum eſt coram ſuſpecto Judice litigare.*
Appellatio, & recuſatio æquiparantur in eo, ut ſi prohibita eſt appellatio, cenſeatur etiam prohibita accuſatio.

3 *Expenditur tex. in* l. fin. C. de ſententiis, & interlocutionib. jud.
Recuſatio, & appellatio in quo differant, ibid. proponitur.

4 *Interpretatur text. in* cap. poſtremo 36. in fine, de appellat.

5 *Recuſationis juſta cauſa dicitur, cùm Judex ſimilem cauſam patrocinatur.*
Nullum ſimile idem dicitur. Intelligo, ut ibi.

6 *Exponitur textus in* leg. privatis 77. digeſtis, de judiciis.

7 *Recuſatus Judex de jure Pontificio in totum removetur à cauſæ cognitione, ſi cauſa recuſationis fuerit probata; de jure verò Cæſareo non deſideratur cauſa, nec in totum removetur, ſed Adjunctus ei datur.*

8 *Interpretatur textus in* l. qui juriſdictioni, digeſtis, de juriſdictione omnium judicum, l. lex Cornelia, ff. de injuriis, l. 1. Cod. ſi quacunque præditus poteſt.

9 *Recuſationis cauſa ab Arbitris comprobanda eſt.*
Illuſtratur textus in cap. ſi quis 4. de foro competenti.

10 *Judex recuſatus in principali cauſa, non cenſetur recuſatus in ejus executione, ac ideò de executione cognoſcit.*

11 *Recuſatio, & exceptio declinatoria, in multis differunt, vel conveniunt.*

CONCLUSIO.

1 *CAuſa recuſationis coram Judice recuſato proponenda eſt, ſed ab Arbitris probari debet, quæ ſi non fuerit probata, recuſatus utitur ſua juriſdictione: aliàs mittet ad ſuperiorem principale negotium.* Conſonat textus in *cap. cum inter, de exceptionibus, cap. cauſam quæ* 17. *de judiciis, cap. ſecundò requiris* 41. §. *tertiò poſtula, hoc tit. cap. ex ſuſcepto* 10. *de foro competenti, cap. inſinuante* 25. & 27. §. *ſi verò, cap. ſuſpicionis* 39. *de officio delegati, cap.* 1. & 2. 4. *qu.* 4. *l. qui juriſdictioni, l. Julianus ff. de juriſdictione omnium judicum, l. unica, C. nequis in ſua cauſa: leg. apertiſſimi, Cod de judiciis, l.* 22. *tit.* 4. *partita* 3. *l.* 1. & 2. *titul.* 16. *li.* 4. *Recopil.* exornant Maranta *de ordine judiciorum*; 6. *part. num.* 46. Pacharina *in practica criminali*, 2. *part. n.* 784. Surd. *conſ.* 50. *n.* 10. *volum.* 1. Scac. *in tractatu de ſententia, & re judicata, c* 1. *gloſ.* 4. *qu.* 8. *n.* 4. Rebuff. *de recuſationibus, art.* 9. *gloſſ. ult.* Menochius *de arbitrariis, cap.* 152. Petrus Gregorius *lib.* 49. *ſyntagm. cap.* 13. *n.* 4. Gaillius *li.* 1 *obſervat. cap.* 33. *num.* 4. Mynſing. *lib.* 3. *obſervat.* 63. Cujacius *li.* 9. *obſervat. cap.* 23. Paz *in praxi*, 1. *part.* 1. *tom. decimo tempore, num.* 18. Oſualdus *lib.* 17. *commentar. c.* 25. *litera A.*

Ratio eſt quia nimis periculoſum dicitur coram ſuſpecto Judice litigare; & quodammodo naturale eſt ſuſpectorum judicum inſidias declinare, *cap. quod ſuſpecti*, 3. *qu.* 5. & juſta ſuſpicionis cauſa dicitur conſanguinitas, vel ſimilem cauſam apud alium agere, vel defendere, juxta textum *in cap. poſtremo* 36. *hoc titul. cap. cauſam, quæ* 27. *de judiciis.* Effectus autem recuſationis eſt, ut quemadmodum juriſdictio Judicis *à quo*, appellatione interpoſita, ſuſpenditur; ita & ſimiliter recuſatione propoſita: nam appellatio, & recuſatio ita æquiparantur, ut ſicut ante ſententiam appellatio non permittitur, niſi expreſſa cauſa legitima, ita nec recuſatio permittitur, & cum appellatio eſt prohibita, ita & recuſatio prohibita cenſetur, juxta textum in *cap. ſuper eo* 12. cum ſimilibus, *hoc titulo.* 2

Primò adverſus hanc recuſationis, & appellationis æquiparationem, obſtabit textus in *leg. fin. Cod. de ſententiis, & interlocutionibus*: ubi conſtat, quod ſi cauſa fuiſſet commiſſa, appellatione, vel recuſatione remota, 3

non ex eo videtur prohibita recusatio ante litem contestatam, quamvis appellatio sit prohibita. Quæ difficultas ut diluatur, & veram illius *textus* sententiam percipiamus, adnotandum est, ibi multum differre appellationem, & recusationem: nam appellatio illo jure Civili attento, non nisi post litem contestatam, & diffinitivam sententiam proponi potest, *leg. ante sententiam, Cod. quorum appellationes non recipiantur*: at verò recusatio *eodem jure*, ante litem contestatam permittitur, *l. apertissimi, Cod. de judiciis*: cum ergo ibi erat utriusque appellationis, & recusationis differentia, nihil mirum, quod in *dict. l. fin.* non ita ante litem contestatam æquiparentur: æquiparantur verò post litem contestatam in eo, quod quemadmodum post litem contestatam appellatio de jure Civili non admittitur, ita etiam post eam, cum quis in Judicem consensit, recusatio non admittitur, nisi nova subsit causa, juxta textum *in dict. l. apertissimi, Cod. de judiciis*, versicul. *Cum post litem*; notat Gregorius Lopez *in l. 13. tit. 23. partita 3. glos. fin.* At verò de jure nostro Pontificio aliter observatur; siquidem eo attento, etiam ante sententiam appellare permittitur; & in eo appellatio, & recusatio æquiparantur, ut tunc cùm causa committitur, *appellatione remota*, etiam recusatio remissa censeatur, *dict. cap. super eo* 12. *hoc tit.* siquidem delegans cum clausula, *appellatione remota*, etiam de Judice confidit rectè
4 judicaturum absque ulla suspicionis, & recusationis causa, argument. textus *in cap. novit, hoc tit.* Neque solutioni obstabit textus *in dict. cap. postremo* 36. *in fine, Loc titulo*: ubi constat, delegatum Judicem recusari posse, etsi ei causa fuerit commissa, *appellatione remota*: Quia dicendum est, verissimum esse, appellatione remota, recusationem quoque remotam censeri, sed sicut clausula illa interposita, non removetur appellatio, ex justa causa interveniente: ita similiter non videtur sublata recusatio, ex justa causa interposita; sed solum ex frustratoria, & frivola: & ita est interpretandus, textus in *dict. cap. super eo* 12. *hoc tit.* versic. *Non esse aliquatenus deferendum, &c.* Ac ideo rectè *in dict. cap. postremo* 36. est decisum, quod etsi remota sit appellatio, non tamen recusatio removetur, cùm in recusatione justa illa consanguinitatis causa interveniat; siquidem ea existente, jam cessat præsumptio, quæ in favorem Judicis fieri potuit, ut recusationis remedium crederetur frivolum; notat Osualdus ad Donellum *lib. 17. commentariorum, cap. 25. litera E.* Doctor Balboa, *in dict. cap. super eo* 12. *hoc titulo*, *n.* 27.

5 Secundò adversus ea, quæ suprà retulimus videlicet, similes causæ defensionem, justam recusationis causam esse, obstabit principium illud quo docemur, quod licèt una causa alteri sit similis, adhuc ab ea diversa est, cùm nullum simile sit idem, *l. quod Nerva* 32. *ff. depositi. l.* 1. §. *hæc actio. ff. si mensor falsum modum dixerit*; ac ideò cùm ex diversis non possit fieri illatio, *leg. fin. digestis, de calumniatoribus, leg. Papinianus* 21. *digestis, de minoribus*. & cum separatorum separata debeat esse ratio, *leg. is* 18. §. 1. *digestis, familiæ herciscundæ*, dicendum videtur, quod Judex, qui suspectus est in propria causa, non videtur suspectus in alia simili. Cui dubio responderi valet, quod etsi fateamur nullum simile idem esse, & unum ab altero inter se differre; hoc tamen procedit quoad substantiam singularum rerum, & ita obtinent jura in argumento adducta: at verò quatenus attinet ad respectum recusationis, de quo nos loquimur, æquiparantur, cùm ratione similitudinis negotii, detur præsumptio suspicionis, juxta textum in *capit. causam, quæ* 18. *de judiciis*.

6 Neque prædictis obstat textus in *leg. in privatis* 77. *ff. de judiciis*, Glossa *in cap. consanguinei* 1. 3. *quæst.* 5. ubi facta à Judice suspecto propter illam consimilem defensionis causam, mero jure valent. Neque Judex removetur à causæ cognitione: quia textus ille tantum procedit habito respectu ad hoc, quod acta judicialia ab eo facta valida sint, interim dum non fuerit recusatus, non verò ad id, quod exinde non possit Superior, qui eum delegavit, removere; justa illa suspicionis causa interveniente: cùm deleganti id sit permissum, ne partium jura lædantur; & ut lites sine suspicione dirigantur, notat Barbosa *axiomate* 93. *num.* 25.

Tertiò adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes, 7
videlicet, Judicem recusatum omninò à causæ cognitione excluswm esse; juxta textum in *cap. secundò requiris* 41. §. *tertiò postulas, hoc tit. cap. insinuante* 25. & 27. §. *etsi verò, de officio delegati, cap. causam* 18. *de judiciis*, Morla *tit. 2. num.* 173. obstabit textus *in authentic. si vero contigerit. Cod. de judiciis, l. nemo, Cod. de jurisdictione omnium judicum, l.* 22. *titul.* 4. *partit.* 3. *l.* 1. & 2. *titul.* 16. *lib.* 4. *Recopil.* in quibus juribus constat, Judicem recusatum non in totum removendum esse à causæ cognitione, sed tantum ei est dandus Adjunctus. Pro cujus dubii resolutione adnotandum est, in hac parte discrimen versari inter jus Cæsareum, & Pontificium: nam de jure Civili, Judicibus ordinariis recusatis, non tollitur in totum cognitio, sed eis tantum Adjunctus datur, juxta formam traditam in *juribus in argumento adductis*: at verò de jure nostro Pontificio Judex recusatus in totum removetur à causæ cognitione, ut in nostro *textu*, cum *similibus suprà adductis*, notat Covarr. *in practicis, cap.* 26. Morla, *ubi suprà*, *num.* 176.

Neque huic distinctioni obstat textus in *l. qui juris-* 8
dictioni. ff. de jurisdictione omnium judicum, l. lex Cornelia. ff. de injuriis, l. 1. *Cod. si quacunque præditus pot.* ubi Judices ordinarii propter suspicionem in totum à causæ cognitione removentur: Quia decisio *dictæ Authenticæ* limitatur in illis juribus, notat Morla; *ubi suprà*, *num.* 182. videndus est etiam textus difficilis in *l. fin. Cod. de judiciis*, & plura, quæ retulimus *in cap. super eo* 22. *de testibus*.

Quartò adversus nostrum *textum*, in versic. *Arbi-* 9
tros communiter eligat, &c. Obstabit textus *in capit. si quis* 4. *de foro competenti*, ubi Episcopus recusatus non eligit Arbitros, seu Judicem delegatum non suspectum designare debet: Ergo frustra *in præsenti* Arbitri eliguntur. In qua difficultate, omissa interpretatione Morlæ, *ubi suprà, num.* 183. verissimè est dicendum, quod tunc demum Arbitri eliguntur, cùm Episcopus noluerit se, ut suspectum judicare, cùm sibi causa recusationis dubia videretur; quo in casu formula *nostri textus* locum habet: Secus verò cum causa suspicionis notoria est: quia tunc observari poterit formula tradita in *dict. cap. si quis* 4. *de foro competenti*.

Neque obstabit si dixeris, quod si Judex Ecclesiasti- 10
cus propter suspicionem remotus est à cognitione causæ principalis, etiam remotus censebitur ab ejus executione, argument. textus in *cap. quod suspecti*, 3. *quæst.* 5. *cap. novit, hoc. tit.* at *in dict. cap. si quis* 4. *de foro competenti*, ab executione causæ non reppellitur ut suspectus: Ergo nec ab ejus cognitione ut suspectus repelli debet: Quia responderi valet verissimum esse, Judicem recusatum in causa principali, non censeri recusatum in executione sententiæ; siquidem recusatio ipsa tantum futura, non præterita respiciat, quæ in sola executione consistunt; & cùm executio illa nova causa censeatur, rectè in executione nova alia recusationis causa desideratur: veluti si pars in executione valde gravetur, ut in *Concilio Tridentino sess.* 25. *cap.* 6. & notat Avend. *de exequendis mandatis*, 2. *part. cap.* 23. *num.* 10.

Quintò prædictis obstabit dicere, quòd recusatio 11
est exceptio declinatoria, ut supra diximus *in primo dubio*; sed declinatoria exceptione Judex Ecclesiasticus cognoscit, *cap. si judex laicus, de sententia excommunicationis, lib.* 6. Ergo *in præsenti* de ea exceptione, tanquam declinatoria, Ordinarius cognoscere debebat, non verò Arbitri. Sed scrupulus hic ex eo diluitur: quia inter se differunt recusatio, & exceptio declinatoria jurisdictionis: quia in hac non proponitur, Judicem esse suspectum, sed incompetentem; in illa

verò

verò, esse suspectum, & injustum, in qua, tanquam Judex in propria causa repellitur: ac ideò Arbitri eliguntur: notat Doctor Felicianus de la Vega *in dict. cap. si quis* 4. *de foro competenti*, *n.* 29. *&* 35. & de materia hujus textus videri oportet ea, quæ *suprà* retulimus *in cap. licèt* 10. *de foro competenti. in* 5. *dubio*, & ea, quæ tradunt omnes *in cap.* 1. *de judiciis*, ubi disputant, an tota Synodus recusari possit; quæ omnia *in præsenti* ritè, & rectè disputari poterunt.

AD TITULUM XXIX.
De Clericis Peregrinantibus.

Ad textum in cap. unico, hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Contra peregrinantem, seu proficiscentem ad sedem Apostolicam, non est aliquid innovandum.*

2 *Arreptio itineris ad Pontificem, vim præsumptæ appellationis obtinet; & in ea Attentatorum remedio tum locum habet.*

3 *Expenditur textus* in cap. cum meminimus 9. de appellat.

4 *Appellatio inscriptis expressè fieri debet.*

5 *Illustratur text.* in cap. ut debitus honor, vers. Non obstante si dicat. de appellationib.

Appellatio non solùm per personalem itineris ad Pontificem arreptionem præsumitur; verum etiam per Nuntii missionem: & in quo differant? Intelliges ut ibi.

6 *Interpretatur tex.* in cap. meminimus 9. in fin. versic. Quod si, de appellat. *cum* c. suggestum 15. eod. *& in num.* 7.

8 *Interpretatur tex.* in capit. primo de appellation. *cum* cap. unico, de Clericis peregrinantibus, & *num.* 9. & 10.

10 *Clericis non licet sine auctoritate Superioris peregrinari: Intellige, ut ibi.*

11 *Expenditur tex.* in leg. ignorare, C. de restitut. milit. um, c. Bonæ memoriæ 3. de confirmatione utili, vel inutili.

12 *Clericis peregrinantibus quæ privilegia concedantur, remissivè ibi referuntur.*

CONCLUSIO.

1 CONtra peregrinantem, seu proficiscentem ad sedem Apostolicam, non est aliquid innovandum. Consonat tex. in *cap. meminimus* 9. *cap. suggestum* 15 *cap. ut nostrum* 51. *cap. ad hæc* 30. *cap. ad audientiam, el* 2. *cap. dilecti* 52. *de appellationibus, cap. cum causa, cap. consultationibus, de officio delegati, cap. cum olim* 7. *de dolo, & contumacia, cap. audita, de restitutione spoliatorum, cap. ultimo, de treuga, & pace, cap. si quis Romipetas, cap. paternarum* 24. *qu.* 3. *cap. arguta*, 2. *qu.* 6. *cap. Sacerdotes*, *de pœnitentia, distinctione* 6. *cap. non oportet, de consecratione, distinctione* 5. *leg. jubemus*, C. *de emancipatione liberorum, leg. ultim. ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his; leg. unica*, *Cod. si per vim, vel alio modo; leg. miles, leg. qui mittuntur*, *ff. ex quibus causis majores*: exornant Lancellotus *de Attentatis*, 2. *part.* 12. *ampliatione* 15. Maranta *in speculo* 3. *part. tertia partis principalis, qu.* 7. *num.* 391. Boerius *decis.* 6. *num.* 8. Decius *in dict. cap. meminimus, cap. dilecti, de appellationibus*, Guido Papa *decis.* 436. *numer.* 104. Puteus *decis.* 17. Tuschus *de visitatione*, *lib.* 2. *cap.* 22. Anton. Augustinus *collectanea* 2. *Decretalium. lib.* 2. *tit.* 20. *c.* 1. Scaccia *de appellationibus q.* 6. *n.* 44. Erasmus à Cochier *de jurisdictione Ordinarii exempti. p.* 1. *q.* 92. *n.* 3. Barb. *in collectaneis ad textum in c. recepimus, de privilegiis.*

Ratio est; quia arreptio itineris ad Pontificem vim præsumptæ appellationis, obtinet, & ideò sicut novata post veram appellationem, jure Attentatorum revocantur, sic similiter novata post præscriptum qualis est illa de qua *in præsenti*, juxta tex. *in c. dilecti*, *cap. suggestum*, *de appellationibus*; merito, quidquid post arreptum iter usque ad reditum, ablatum est, remedio *nostri textus* restituitur; cùm jus suum interim illæsum remanere debeat. Quod similiter procedit, etiam si peregrinus res suas, & Ecclesiæ suæ sub protectione Pontificis expressè non posuerit, dum tamen facto ipso id declaraverit; juxta textum *in cap. si quis Romipetas* 24. *qu.* 3. *cap. dilecti, cap. ut nostrum, c. ad Audientiam*, el secundo, *de appellationibus*, notat Gloss. *ibi*, verbo, *non posuerit*, ubi Antiquiores omnes.

Primò obstat textus in *c. meminimus* 9. *de appellationibus*, ubi etiam post itineris arreptionem procedi potest. Cui difficultati dicendum est, textum *in dict. capit. meminimus*, procedere, quando res jam non est integra: quia pars à Judice domiciliario, vel delegato jam fuerat citata: nam cum sola citatione jurisdictio perpetuetur, *leg. ubi cæptum. ff. de judiciis, leg. penult. ff. de jurisdictione omnium judicum, cap. proposuisti, de foro competenti*; ideò non potuit pars postea dolo malo Romam petere, Judicémque & adversarium eludere, quod non patitur jus; *cap. suggestum*, *de appellationibus*: dolus namque præsumitur statim atque in jus vocatus Romam petit; meritò, cum sive justa causa, nullaque querela interveniente iter arreptum sit, rectè procedi potest *in dict. cap. meminimus*: at verò noster textus procedit, quando quis Romam petit, justa querela, & appellatione tacita, seu præsumpta interveniente; juxta textum in *cap.* 1. *cap. dilecti*, *de appellationibus*. 2

Secundò solutioni obstabit dicere, quod appellatio in scriptis fieri debet, juxta textum in *l. scio*, *leg. à sententia. § fin. ff. de appellationibus*: Ergo itineris arreptio vim appellationis habere nequit, ac per consequens sufficiens esse non potest, sed solemnitas appellationis intervenire debet, quæ describitur *in cap. ab eo, de appellationibus, lib.* 6. Cui difficultati dicendum est, quod quamvis itineris arreptio expressa appellatio non sit, vim tamen appellationis retinet, etiam si verbum, *appello*, non exprimatur, nam sicuti pro appellante habetur qui se protectioni sedis Apostolicæ subjicit, nullo appellationis verbo expresso; sic similiter pro appellante habetur, qui se, itineris arreptione, Sedis Apostolicæ protectioni subjicit; nam tunc verbis ipsis appellare videtur, declarando itineris arreptionem, veluti si in vestigio illati gravaminis se itineri accingebat; uti constat ex *d. c. dilecti*, ibi; *Et ipsos propter dictam causam ad Romanam Ecclesiam venientibus*. notat Glossa, *ibi*, verbo, *non posuerit*: quod adeò verum est, ut non solum id operetur personalis itineris arreptio, verum etiam si ob prosequendam appellationem Nuncius Romam mittatur; juxta textum *in c. ad hæc, cap. constitutus. c. dilecti, de appellationibus* & arg. tex. *in l.* 1. *§. dejecisse. ff. de vi, & vi armata.* 3

Tertiò solutioni huic valde obstat textus *in cap. ut debitus honor, de appellat.* vers. *Non obstante si dicat*; ubi constat, non sufficere Nuncium mississe, ut appellatio præsumatur. Sed in hac difficultate, omissa interpretatione, quam refert Glossa *in cap. ad hæc* 30. *de appellationibus, & in dict. c. ut debitus honor*, verbo, *si dicat*, verissimè dicendum esse existimo, distinctionem esse adhibendam; nam vel loquimur de effectu suspensivo jurisdictionis judicis inferioris, vel loquimur de missione Nuncii ad hoc, ut habeat vim appellationis: nam primo casu permissionem Nuncii non suspenditur jurisdictio, & sic quoad hanc partem correcta censentur jura, in confirmationem nostri textus suprà adducta, per novam decisionem textus *in dict. cap. ut debitus honor*, vers. *Non obstante*; In secundò verò casu, si causa rationabilis gravaminis exprimatur, vim appellationis missio Nuncii retinet: & ita obtinet 4

ſuprà à nobis tradita doctrina: notat Abbas *in dict.cap. dilecti; Præpoſitus in dict. cap. ut debitus honor*, à *num.* 18.

6 Quartò adverſus id, quod in primo dubio aſſeruimus: ex *dict. cap. meminimus*: nempè itineris arreptionem poſt citationem non prodeſſe; ante citationem verò, privilegium ſubſiſtere, & Romam poſſe petere, nec judicem procedere poſſe, uti conſtat *ex dict. c. meminimus*, *in fine*, verſicul. *Quod ſi*; obſtabit textus *in cap. ſuggeſtum* 15. *de appellationibus*, ubi non tantum citatio ſufficiens eſt ad impediendum effectum itineris arreptionis, verum ſufficit notitia literarum, ſeu reſcripti tantùm, ut pars non poſſit Romam petere: Ergo non rectè diximus abſolutè ante citationem locum eſſe itineris arreptioni. Cui difficultati dicendum eſt, deciſionem textus in *dict. c. meminimus*, declarari, & determinari per deciſionem textus *in dict. c. ſuggeſtum*: nam etſi *in d. c. meminimus*, Alex. 3. expreſſiſſet, poſt citationem Romam peti non poſſe, id etiam ſtatim ampliavit, in *dict. cap. ſuggeſtum*, decernens, idem obtinere poſt notitiam literarum: Et licèt hi duo caſus æquiparentur, in eo tamen differunt, quod quando poſt notitiam literarum iter arripitur, diſtinguitur an fraudulenter fecit, etiam abſque literarum notitia privilegium non conceditur, ut alterius juſtitia lædatur *cap. ex tenore*, *de foro competenti*; ſi verò poſt citationem, generaliter, & diſtinctè privilegium amittit, quominus conveniri poſſit: quia etſi dolus non inſit, tamen culpa interceſſit, cùm potuerit procuratorem mittere, notat Decius in *dict. c. meminimus*, *à n.* 10. & ſic jura illa non contrariantur.

7 Quintò ſolutioni obſtabit dicere, quod indiſtinctè poſt notitiam tantum dolus præſumitur, uti conſtat ex *dict. c. ſuggeſtum*, ibi: *Dolus poſt notitiam præſumitur*: ergo ante notitiam nunquam dolus præſumi potuit, Augeturque difficultas, ex *dict. c. meminimus*, verſicul. *Quod ſi*; ex quo conſtat, quod ſi ante citationem iter arripiatur, non eſt aliquatenus procedendum, ex quo ſequitur antè citationem indiſtinctè privilegium vim retinere; cum *text.* ille generaliter præcisè loquatur, ac per conſequens diſtinctio *ſuprà* adducta ſuſtineri nequit. Cui difficultati ſatisfieri debet ex eo, quod diſtinctio illa interventionis doli, vel non, in *dict. c. ſuggeſtum*, recipit facultatem probandi dolum: nam quando poſt notitiam iter arripitur, ſemper dolus adeſt; at verò quando ante notitiam, non videtur dolus adeſſe, niſi per adverſarium probetur. Nec obſtat text. *in d. c. meminimus*, verſicul. *Aliquatenus*; quia textus ille intelligendus eſt, quando abſque dolo iter arripitur; notat Decius *in dict. cap. meminimus*, *num.* 11. & 12. *de appellat.*

8 Sextò obſtabit dicere, inutilem eſſe novam hanc *noſtri textus* deciſionem cum ex deciſione tex. *in c.* 1. *de appellat.* ſit conſtitutum, ea, quæ poſt appellationem facta ſunt, attentatorum remedio revocari. Cui dubitationi reſponderi oportet, textum *in dict. c.* 5. loqui de attentatis à Judice poſt appellationem factis: at verò noſter textus noviter fuit conditus contra attentata, & ſpoliata de facto extra judicium; nam ea, quæ in judicio attentata ſunt, remedio *noſtri textus* non debent revocari, arg. tex. *in dict. cap. audita*, *de reſtitutione ſpoliatorum*, notat Abbas *in præſenti*, *num.* 6. Nec ſolutioni
9 obſtabit dicere, quod tunc debuit competere Interdictum, *Unde vi*, de quo in *c. in literis*, *de reſtitutione ſpoliatorum*: quia tex. noſter novum remedium producit, ſiquidem in Interdicto *Unde vi*, omninò probatio ſpoliationis deſideratur: at verò intentando remedium *noſtri textus*, ſufficit probare, quod tempore arrepti itineris rem poſſidebat, quæ nunc reperitur penes Tertium,
10 notat Abbas *in præſenti n.* 7. Cum hoc jungendus eſt ultimus numerus.

11 Septimò obſtabit dicere, quod Clericis non licet ſine auctoritate Superioris peregrinari, ſeu Romam petere, *c. non oportet*, *de conſecratione*, *diſt.* 5. *c. magnæ*, *de voto*. Cui dubio occurrendum eſt; nam aut Clerici Romam petunt cauſa meræ peregrinationis, veluti propter devotionem; vel cauſa appellationis proſequendæ, ſeu pro evitanda oppreſſione: nam in primo caſu, peregrinatio abſque Superioris licentia non admittitur, & ita obtinent jura in argumento adducta: ſecus verò in ſecundo: de quo *noſter textus* loquitur, Abbas *in præſenti*, *num. finali.*

12 Octavò obſtat textus in *l. ignorare*, *C. de reſtitutionibus militum*, ubi contra abſentem cauſa Reipublicæ, ſaltem admiſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto proceditur: Ergo multò minus ex itineris arreptione liberabitur quis, ut adverſus ipſum non procedatur. Qua in difficultate dicendum eſt, ideò ibi miſſionem in poſſeſſionem admitti adverſus abſentem; quia dolo malo cauſa Reipublicæ abfuit, & potuit procuratorem conſtituere, quem non conſtituit: ſic Panorm. *in dict. cap. meminimus*, *de apellat. à num.* 4. Pro latiori *hujus textus* extenſione, huic congeri poſſunt plurima, ac difficilia jura, ex *titulo*, *quibus ex cauſis majores*, circa eos, qui Reipublicæ cauſa abſunt; & etiam de jure Poſtliminii; ſimiliter etiam poſſunt adduci omnia ea jura, quæ ſuprà retulimus, *in cap. fin. de foro competenti*: videlicet, an Legatus durante legatione conveniri poſſit, quæ *ibi* petenda ſunt: vide textum difficilem in *cap. bonæ memoriæ* 3. *de confirmatione utili, vel inutili.*

13 Ultimò obſtabit dicere, ſupervacuam eſſe noſtri *textus* deciſionem, ex eo, quia non ſolum arreptio itineris ad Romanam Sedem, verum etiam ad Metropolitanum, aut alium inferiorem Judicem à Pontifice pro appellatione habetur, ita ut novata poſt illam, Attentatorum remedio poſſint revocari: nam cum appellatio de facto, legitima appellatio ſit, qualis eſt arreptio itineris; nihil intereſt an ad Pontificem, vel ad inferiores deferatur, notat Hoſtienſis in *c. dilecti*, *de appellation.* Abbas *ibi*, *num.* 7. *in fine*. Pro cujus dubii reſolutione ſupponendum eſt, per noſtri textus deciſionem peregrinantibus ad Romanam Sedem duo privilegia conceſſa fuiſſe; *Primum* eſt, ut appellaſſe videantur; *Secundum*, ut ſint ſub juriſdictione, & protectione Pontificis, quoad omnes cauſas: quapropter *in Bulla Cœnæ Domini* excommunicantur, qui in illis aliqua ratione inferunt gravamen, aut injuriam: aut bona eorum invadunt: unde licèt primum privilegium commune ſit illis, qui ut appellent, ad inferiores Pontifice iter cæperunt: ſecundum tamen peculiare eſt iis, qui ad Sedem Romanam vadunt.

AD TITUL. XXX. DE confirmatione utili, vel inutili.

Ad textum in cap. 1. cap. De confirmationibus 2. cap. Bonæ 3. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Judex inferior non poteſt cognoſcere de confirmatione Summi Pontificis, nec illam interpretari, niſi ſit facta de re litigioſa, vel ſubreptitia.*

2 *Reſcriptum Pontificis vera conſtitutio dicitur. Confirmatio facta de re litigioſa, nulla in jure præſumitur; ac ideò ejus cognitio etiam inferioribus competit.*

3 *Interpretatio legis alia eſt neceſſaria, generalis, & ſcripta: alia verò non neceſſaria, & generalis, ſed non ſcripta: prima Principi tantum reſervata eſt, ſecunda verò inferioribus etiam competit.*

4 *Expenditur textus in* capit. illa, ne ſede vacante

cap.

capite quia diversitatem, de concessione præbendæ.

5 *Confirmatio facta de re litigiosa, nulla rei litigiosæ mentione facta, nullius est momenti.*

Interpretatur tex. in cap. ii eo tempore, de rescrip. lib. 6.

6 *Pontifex cum imponit manus in re aliqua, tunc inferior judex, etsi nulla sit Pontificis provisio, illam examinare non debet. Intellige ut ibi.*

7 *Cognitio privilegii, etiam si dubium sit, ad solum Pontificem spectat.*

Privilegium, vel activum, vel est passivum.

8 *Expenditur tex.* in c. porrò 7. de privilegiis.

9 *Illustratur* in c. 2. in fin. de rescript.

10 *Privilegium dubium consuetudine interpretari potest, cùm adest consuetudo, nec Pontificem adire necesse est.*

11 *Possidere pacificè quis dicitur, quoties in possessione rei non turbatur, licèt in ejus proprietate turbetur.*

Interpretatur tex. in c. 1. de confirmatione utili, vel inutili, *vers.* Sed si rem.

CONCLUSIO.

1 *JUDEX inferior non potest cognoscere de confirmatione Summi Pontificis, nec illam interpretari, nisi sit facta de re litigiosa, vel subreptitia.* Consonat tex. in *cap. præceptis*, 12. *distinct. cap. postquam* 3. *c. cum in cunctis* 7. §. *cum verò*, *cap. transmissam* 15. *ca. qualiter* 17. *ca. nihil est* 44. *de electione*, *ca. ex parte*, *de constitutionibus cap.* 2. *de rescriptis*, *cap. quoniam Abbas*, *cap. pastoralis* §. *præterea*, *de officio delegati*, *cap. ex literis* 3. *c. accepimus* 4. *c. inter dilectos* 6. *de fide instrumentorum*, *cap. cùm jamdudum de præbendis*, *c. super eo*, *c. licèt*, *de crimine falsi*, *c. olim*, *c. ex parte*, *de verborum significatione*, *c. avaritiæ*, *cap. fin. de electione li.* 6. *leg. Aurelius*, §. *testamento*, *de liberali causa*, *l. si quis prior e. ff. ad Trebellianum. l.* 3. §. *missum. ff. de Carboniano edicto*: exornat Cov. *in practicis*, *c.* 15. *n.* 6. Menoch. *de arbitrariis*, *casu* 202. *& consil.* 75. *n.* 32. 191. *n.* 46. *& conf.* 351. *n.* 19. *& consil.* 378. *n.* 39. Gut. *li.* 3. *practicarum*, *qu.* 17. *n.* 4. *& qu.* 23. *n.* 6. Mascardus *de probationibus*, *concluf.* 404. Cardinalis Thuscus, *tom.* 2. *lit. C*, *& consil.* 705. *&* 708. Molina *de primogeniis*, *l.* 2. *c.* 7. *n.* 9. Mascardus *de probationibus*, *concl.* 22. Gonçalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ glos.* 45. §. 1. *n.* 76. Garcia *de beneficiis*, 3. *p. c.* 2. *n.* 225. *cum sequentibus*, Gaillius *lib.* 1. *observat. observatione* 5. *num.* 3. Cujac. *in cap.* 2. *ne sede vacante*.

2 Ratio quoad primam conclusionis partem, ea est, quia cum rescriptum Pontificis, vera sit constitutio, *l.* 1. *ff. de constitutionibus Principum*, §. *sed quod Principi*, *Institut. de jure naturali*: cumque de constitutione, nulli liceat judicare, *cap. in istis*, 4. *distinction.* ita similiter de rescripto confirmatorio nullus cognoscere poterit, nec etiam illud interpretari, *dict. cap. olim*, *cap. ex parte*, *de verborum significatione*. cum solus legum Interpres sit, qui illi auctoritatem præstat, *ca. inter alia*, §. *ut igitur*, *de sententia excommunicationis*, *leg. leges sacratissimæ*, *leg. penult. & fin. Codic. de legibus*. Ratio verò limitationis nostræ conclusionis, nempè nisi de re litigiosa, vel surreptitia confirmatio facta sit, ea est, quia confirmatio illa nulla est, sicut & privilegium; *cap. causam*, *quæ*: et secundo, *de testibus*, juncta Glossa *verbo*, noviter, *capite primo*, *& fin. ut lite pendente*; & Gloss. 1. *in præsenti*; meritò ea confirmatione non obstante, Judex inferior cognoscere poterit. Idemque est quando confirmatio est surreptitia, cùm nullius roboris, vel momenti sit; *cap. ad aures* 8. *cap. super literis* 20. *cap. ad Audientiam* 31. *de rescriptis*; meritò etiam Judex de ea cognoscere, & judicare poterit, *cap. inter dilectos*, *de fide instrumentorum*. *c. super eo*, *c. licèt*, *de crimine falsi*, liquidem actus nullus nullum producit effectum, *l.* 4. §. *condemnatum*, *de re judicata*.

Primò obstabit dicere, quod quoties à lege aliquid unum, vel alterum introductum est, cætera a Judice interpretari, vel suppleri poterunt, juxta text. in *l. nam ut* 13. *ff. de legibus*. Augeturque difficultas ex eo, quia inferiori licèt legem superioris interpretari, juxta text. in *c.* 1. *de postulatione Prælatorum*: ergo etiam Judex inferior poterit de confirmatione Pontificis cognoscere. Pro cujus dubii resolutione annotandum est, quod interpretatio alia est necessaria, generalis, & scripta; qualis est illa, quam Princeps facit, *l. fin. C. de legibus*, *C. inter alia*, *de sententia excommunicationis*: alia est generalis, & necessaria, sed non scripta: veluti consuetudo, quæ dicitur optima legum interpres, *c. consuetudo*, 1. *dist. l. minimè*, *l. si de interpretatione ff. de legibus*: Tertia verò est necessaria, & scripta, non tamen generalis: veluti quæ fit per Judicem, qui de similibus ad similia procedit, *l. non possunt*, *l. nam ut ait*, *ff. de legibus*: quarta est Magistrorum quæ nec generalis, nec obligatoria est, nisi ut communis, *l.* 1. *C. de professorib. lib.* 12. *l.* 1. *ff. si certum petatur*, *c. Ecclesiæ vestræ de electione*. *c. novimus. de verb. signif. l.* 1. *ff. de Senatoribus*, *l.* 1. *ff. de officio quæstorum*: quo supposito, ad argumentum respondetur, quod interpretatio, quæ Judici conceditur, *in d. l. nam ut ait*, *ff. de legibus*, est illa, quæ est conformis legi, *d. l. non possunt*, *ff. de legibus*; *l. nec*, *ff. eodem*; non tamen illis permittitur interpretatio, quæ est contra naturam actus, cum hæc solummodo ab ipso Principe, vel de ejus mandato fieri possit, uti est illa, de qua text. noster loquitur, & in ea procedit tex. *in c.* 1. *de postulatione Prælatorum*, ibi, *Legatus auctoritate Pontificia interpretationem illam fecit*.

Secundò obstat tex. in *c. ille*, *ne sede vacante*, *c. quia diversitatem*, *de concessione præbendæ*: in quibus juribus cavetur, quod confirmatio Principis nunquam impedit inferioris cognitionem, maximè si sit facta *in forma communi*. In quorum jurium difficultate, omissa communi interpretatione asserentium, *tex.* nostrum tantum loqui in confirmatione, *ex certa scientia*: at verò prædicta jura, in confirmatione *in forma communi*: quam sequitur Abbas *in præsenti n.* 3. *&* 8. Imol. *n.* 3. Hostiens. *in summa hoc tit.* §. *quis sit effectus*: ergo indist. nctè dicendum puto, nempè nostri *tex.* decisionem in utraque locum obtinere: & moveor ex ipsius verbis, ibi: *Nisi sit surreptitia*, *vel de re litigiosa*, quæ exceptio firmat regulam in contrarium: *l. nam quod liquidè*, § *fin. de penu legata*. Nec obstat, *d. c. illa*, *d. c. qui diversitatem*. quia jura illa procedunt in cognitione ex mandato Pontificis, non obstante confirmatione *in forma communi*.

3 Tertiò adversus nostri *tex.* limitationem obstabit dicere; quod etiam si confirmatio, seu privilegium de re litigiosa sit datum, non est ipso jure nullum; mò tantum vitiatur, quoad impediendam litem, in cæteris autem valet, & tenet; juxta tex. *in c. si eo tempore*, *de rescriptis*, *li.* 6. sed quando confirmatio valet, Judex inferior non cognoscit, juxta tex. *in c.* 2. *hoc tit.* ergo nec etiam poterit cognoscere de confirmatione rei litigiosæ, cum mero jure valeat. In qua quidem difficultate, omissa *Decii* sententia in præsenti. *n.* 1. asserentis, confirmationem rei litigiosæ non valere tantum in præjudicium litispendentiæ, valere tamen quoad alios casus in ea cõprehensos; verius dicendum esse existimo, confirmationem rei litigiosæ non habita mentione de litigio, esse ipso jure nullam; ut docet tex. *in c. ad nostram*, *c. porrecta*, *hoc nostro tit. c. sedes*, *c. ad audientiam*, 2. *de rescriptis*. Nec obstat tex. *in d. c. si eo tempore*: quia ideò ibi confirmatio, seu rescriptum pro parte valet, quia literæ fuerunt impetratæ sine mentione ætatis ad beneficium, cum cura, vel sine cura, ex simplicitate & ignorantia; quo in casu surreptio solum vitiat id cujus causa fuit, non aliud; juxta tex. *in dict. cap super literis*: notat Bartol. *in præsenti*, *n.* 3. Abbas *in præsenti*, *notabili* 1.

4 Quartò obstabit dicere, quod quando Pontifex imponit manum in re aliqua, Judex inferior, etiam si nulla sit provisio, illam examinare non poterit, juxta textum in *c. nomen Presbiteri*. 2. *q.* 1. *cap. multum stupeo*. 3. *quæstion.* 6. *cap. licet*, *de officio Legati*, *cap. ut nostrum* 36. *de appellationib.*

appellationib. latè Innocentius *in cap. inter dilectos, de fide instrumentorum.* Ergo etiamsi sit nulla confirmatio, inferior de illa cognoscere non valet. Cui difficultati satisfieri debet ex eo, quod quamvis fateamur, quod quotiescunque Pontifex imponit manum in re aliqua, inferior de illa non possit cognoscere: Id tamen non procedit, quando inferior cognoscit non de re ipsa, sed de surreptione confirmationis, seu privilegii, vel rescripti: nam tunc cognitio illa inferiori non prohibetur; juxta textum *in cap. 2. hoc titul.* Gloss. *in præsenti*: Abbas, & Berojus, *n. 17. & 32.* Quod adeò verum est, ut quoad hunc partem, nulla sit constituenda differentia inter rescripta, & confirmationes *ex certa scientia*: quia semper Judex inferior de surreptione cognoscit, ita constat ex generali *nostri textus* decisione.

7 Quintò obstat textus in *cap. cum venissent 12. de judiciis*, ubi generaliter disponitur, quod cum de privilegio Pontificis dubitatur, ad ipsum tantum spectat cognitio: Ergo similiter cum de confirmatione privilegii agitur, sive sit surreptitia, sive de re litigiosa, inferior de ea non poterit cognoscere. Qua in difficultate, omissa *Decii* interpretatione, *ibi*; & aliorum asserentium, textum illum esse intelligendum de privilegio passivo, hoc est, concesso ipsi Sedi Apostolicæ, verius tamen dicendum est, intelligendum esse de activo: videlicet, de dato, & concesso ab ipsa Sede Apostolica, de quo si dubium in eo existit, illius privilegii interpretatio solummodo privativè ad Romanam Sedem spectat, *cap. aliorum 14. 9. quæst. 3. cap. cum inferior 16. de majoritate, & obedientia*; cùm legum interpretatio solùm spectet ad Principem, qui eas condidit, *l. leges 9. & l. fin. Cod. de legibus*: quod etiam procedit in privilegiis, quæ *privatæ leges* propriè nuncupantur, *cap. privilegia 3. distinct.* quæ ratio omninò cessat, cum privilegium subreptitium, vel de re litigiosa est; de quo noster *textus* loquitur.

8 Sextò, solutioni obstat textus *in cap. porro 7. de privilegiis*, ubi Judex ordinarius potest cognoscere de causa mota super privilegio Apostolico. Cui difficultati dicendum est, textum in *dict. cap. porrò*, procedere, quando privilegium nulla indigeat interpretatione ex eo, quod ejus verba sunt manifesta; tunc enim ordinarius rectè poterit de eo judicare ex ejus inspectione, juxta textum in *cap. accepimus 4. de fide instrumentorum*: at verò textum in *dict. cap. cum venissent*, loqui, cum verba ipsius privilegii adeò sunt dubia, ut ex illis non possit constare de voluntate Pontificis; notat Gloss. *in dict. cap. cum venissent*, ubi *Doctores omnes.*

9 Septimò his omnibus obstat textus in *cap. 2. in fine, de rescriptis*, ex quo constat, quod dum opponitur falsitas contra rescriptum, tunc Judex inferior debet remittere impetrantem ad Summum Pontificem. Cui difficultati dicendum est, remissionem ibi non fuisse factam, ut Pontifex de falsitatè ipsa cognosceret, de qua jam inferior Judex cognoverat; sed remissio tantum fuit facta ad hoc, ut qui falsitatem commisit, per Sedem Apostolicam pœnis legitimis puniretur, siquidem ad ipsam spectat falsarios punire in rebus ad se pertinentibus, *cap. memoria 3. §. 1. 19. distinct. cap. ad falsariorum 7. de crimine falsi*: & quòd ipsa rescripti falsitas ad delegatum spectat, docet textus *in cap. super literis 20. de rescriptis.*

10 Octavò obstabit textus in *cap. cum personæ 7. §. quod si tales, de privilegiis, li. 6. cap. cum venissent 6. de institutionibus, l. ex facto 43. in princip. vers. verum voluntatem, ff. de vulgari*; in quibus juribus constat, quod quoties dubium est aliquod privilegium, tunc potius recurrendum est ad usum, & consuetudinem illius, quàm ad petendam Superioris declarationem. Cui dubio dicendum est, quod quando adest consuetudo interpretativa privilegii, tunc verum est, non esse necesse ad Pontificem recurrere; quo modo intelligenda sunt jura in argumento adducta, & *juprà* diximus in solutione *ad primum*: at verò textus in *dict. cap. cum venissent, de judiciis*, procedit, quando rescriptum adeò est dubium, ut absque Pontificis declaratione, de ejus mente constare non possit: disputat latè Felicianus de la Vega *in dict. cap. cum venissent, de judiciis, à num. 42. & seqq.*

Nonò adversus textum *in cap. 1. hoc nostro titulo*, versicul. *Si rem*, obstabit dicere, quod quoties aliquis in possessione rei non turbatur, licèt in proprietate turbetur, non minùs dicitur pacificè possidere, *cap. licèt causam, de probationibus, Authentica, litigiosæ res, Cod. de litigiosis*, Gloss. *in cap. 2. de in integrum restitutione*: cujus rei ea est ratio, quia nihil commune habet proprietas cum possessione, *l. naturaliter*, §. *nihil commune, ff. de adquirenda possessione*; ergo dari potest confirmatio rei pacificè possessæ, simul & litigiosæ; quod omninò negat textus noster *in secunda parte, d.* versic. *Sed si rem.* Cujus dubii solutio pendet ex illa lata quæstione, an quæstio mota super proprietate faciat rem litigiosam, nec ne? In qua verius dicendum est, quæstionem motam super rei proprietate tantum, etiam super possessione litigiosam rem efficere, docent omnes in *dict. versic. Si rem*, ponderando dictionem illam adversativam, *Sed*, quæ cum primo illius *textus* responso interpretari debet, docet etiam Gloss. *verbo, pacificam*, in *cap. 1. de electione, libro sexto*, & argumento pro contraria opinione, respondit Berojus *in præsenti, num. 1.* Decius *à num. 32. cum sequentibus, & in c. 2. à num. 50.*

Ad textum in cap. Cum dilecta 4. cum sequentibus, hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Privilegii innovatio, sicuti & confirmatio, novum jus non tribuit, sed solùm antiquum conservat.*

2 *Confirmatio est juris quæsiti corroboratio.*
Confirmatio super actu invalido fiat, actus nihilominus invalidus remanet, cum nihil de novo tribuat, sed jam quæsitum roborare videatur.

3 *Privilegii innovatio, vel est ipsius gratiæ instrumento contenta, vel est instrumenti tantum: in primo casu si innovatio gratiæ fiat, aliquid addere videtur jus novum continere necesse est; in secundo verò cum innovatio instrumenti tantum fit, ut puta, quia nimiæ vetustate est consumptum, tunc ex sola ejus innovatione, nullum jus de novo tribuitur.*
Expenditur textus in leg. dies 4. digestis, de damno infecto.

4 *Confirmatio dupliciter potest accipi, propriè, vel impropriè: propriè accipitur, quando actui de se valido accedit, cui nihil de novo adjicit, sed tantum robur ipsius validitati præstat: impropriè verò pro approbatione actus invalidi factus ab inferiore, & à superiore comprobatus.*
Interpretatur tex. in l. adoptio 38. ff. de adoptionibus, l. 1. ff. de confirmando tutore.

5 *Confirmatio fit dupliciter, vel* in forma communi; *vel* ex certa scientia: *hæc actum nullum validum reddit; illa verò nihil detrahit, vel addit. Intellige, ut ibi.*
Expenditur tex. in cap. 1. 2. & cap. examinata 7. de confirmatione utili, vel inutili.

6 *Interpretatur tex. in* capit. venerabilis 8. de confirmatione utili, vel inutili, cap. illa, ne sede vacante.

7 *Illustratur tex. in* cap. veniens 8. de transactionibus.

8 *Exponitur tex. in* cap. fin. de sortilegiis.

9 *Refertur tex. in* cap. Apostolicæ 22. de Præbendis, lib. 6.

10 *Intelli-*

10 *Intelligitur text. in* cap. quia diversitatem, de concessione Præbendæ.

CONCLUSIO.

1 INnovatio privilegii, *sicut & confirmatio, novum jus non tribuit, sed solùm antiquum conservat.* Consonat textus in *cap. ex parte* 13. *cap. quia intentionis, de privilegiis, cap. præceptis,* 12. *distinctione, cap. inter dilectos, versic. cæterum, de fide instrumentorum, cap. quia diversitatem* 5. *de concessione præbendæ, cap. ex parte* 13. *de verborum significatione, cap. cum in cunctis* 7. §. *cum vero, cap. qualiter* 13. *cap. nihil est* 44. *de electione, cap. avaritiæ, cap. fin. eodem titulo, lib.* 6. *cum jamdudum, de præbendis, cap. super eo, cap. licèt, de crimine falsi, cap. Pastoralis*, §. *præterea, de officio delegati*: exornant Covarruvias *in practicis, cap.* 15. *nu.* 6. Menochius *de arbitrariis, casu* 202. Idem *consil.* 191. *nu.* 96. Guttierrez *in practicis, lib.* 3. *quæstion.* 17. *nu.* 40. Mascardus *de probationibus conclusione* 44. Molina *de primogeniis, lib.* 2. *cap.* 7. *nu.* 4. Gonzalez *ad regulam Cancellariæ, glos.* 45. §. 1. *à num.* 56. Suarez *de legibus, lib.* 8. *cap.* 20. *per totum.*

2 Ratio est, quia superior qui privilegium aliquod ignorat, seu aliquam rem confirmat, non habet in mente aliquid de novo constituere, sed tantummodo jus priùs quæsitum corroborare; constat namque ex recepta *Confirmationis* definitione, quòd sit *juris quæsiti corroboratio*, ut post Hostiensem, & alios antiquiores explicant Decius *in rubrica hujus tituli, à num.* 2. & Berojus *à num.* 3. Cardinalis Tuscus *tom.* 2. *litera C. conclus.* 705. undè est, quod si confirmatio super actu invalido fiat, actus nihilominus invalidus remanet; cum nil roboris ei per eam adjiciatur; sed tantum antiquum, si quod habebat, corroboretur: natura namque innovationis, seu confirmationis non est aliquid de novo tribuere, sed quod jam tributum est roborare.

3 Primò obstabit dicere, innovationem ex ipsius nominis proprietate, novam concessionem, & actus extincti redintegrationem importare; ut per textum in *l. dies* 4. *in principio, ff. de damno infecto*, ubi Scribentes omnes communiter notant, referentes renovationem ad id, quod jam finitum est, juxta *leg. sed etsi manente, in fine, ff. de precario.* Pro cujus dubii resolutione sciendum est, privilegium aliquando accipi pro charta, seu instrumento, in quo gratia ipsa, aut concessio Principis continetur; aliquando verò pro ipsa concessione, seu gratia in instrumento contenta: unde est, quod si innovatio privilegii sumatur pro innovatione ipsius gratiæ, seu privilegii, quatenus importat formalem ipsam concessionem, tunc aliquod jus novum in ea contineri necesse est: si verò sumitur pro innovatione solius chartæ, seu instrumenti, quia vel nimia vetustate consumptum sit, ut in *nostro textu*; vel quia est deperditum, juxta textum *in cap. cum olim* 12. *de privilegiis*, tunc certum est talem innovationem nil juris de novo tribuere, ut *in præsenti*, & in *dict. cap. ex parte, cap. quia intentionis, de privilegiis*: quia in ea concessione, seu innovatione, nil aliud contineri potest, quàm quod in charta veteri continebatur, ex notatis *in capite ultimo, de fide instrumentorum*, & adductis à Mascardo *conclusione* 711. *numero decimo septimo*, & 18.

4 Secundò obstat textus in *leg. adoptio* 38. *de adoptionibus, leg.* 1. *ff. de confirmando tutore, leg.* 1. 2. & 3. *Cod. eodem*, in quibus juribus cavetur, quod confirmatio sæpè cadit super actu invalido, & illud facit validum: ergo non rectè diximus, jus de novo non tribuere. Cui difficultati dicendum est, confirmationem bifariam accipi, aut propriè, aut impropriè: impropriè accipitur pro approbatione actus invalidi, facti ab inferiore, & à superiore comprobati, uti accipitur *in cap.* 1. *de treuga, & pace, cap.* 1. *de locato*; quod magis propriè *dispensatio*, seu nova datio, quàm *confirmatio*

dicitur, quo modo obtinent jura in argumento adducta: quod confirmatur ex decisione textus *in cap. quia, de electione*, in illis verbis, *dispensativè volumus confirmare*, ubi verbum illud *confirmare*, *Pro dispensare*, accipitur; sic etiam sumitur in *Authentica, de defensoribus civitatum*, §. *jusjurandum, collatione* 3. Propriè autem sumitur confirmatio, quando alicui actui per se valido accedit, cui nihil de novo adjicit, sed tantum robur ipsius validitati præstat; ideòque rectè, propriè sumpta, dicitur, juris priùs quæsiti corroboratio, notat post alios Matienzo *in l.* 3. *tit.* 10. *glos.* 17. *libr.* 5. *Recopilat.*

Tertiò obstat textus in *cap.* 1. *& 2. hoc nostro titulo*, 5 in quibus juribus cavetur, quòd postquam Summus Pontifex privilegium, aut rem aliam confirmat, nullus inferior de ea cognoscere, aut judicare potest: ergo per confirmationem aliquid de novo adquiritur rei confirmatæ. Pro cujus difficultatis solutione animadvertendum est, confirmationem dupliciter fieri: vel enim fit *in forma communi*, vel *ex certa scientia*: in forma communi dicitur fieri, quando Pontifex non benè instructus de negotio, contractum confirmat; seu privilegium, vel collationem Beneficii, prout antea justè, & pacificè possidebatur, ut docet Pontifex *in dict. cap. quia diversitatem, de concessione præbendæ*, dicitur autem, *ex certa scientia*, quando fit cum perfecta notitia ipsius negotii, veluti quando tenor totius privilegii, aut instrumenti, in ipsa confirmatione inseritur, qua admissa confirmationis differentia, tanquam receptissima, sciendum est, quod ea quæ fit *in forma communi*, non reddit actum validum, sed illud confirmat prout antea erat, & in eodem robore, & statu illum relinquit, ut *in dict. cap. quia diversitatem*; quomodo etiam est interpretandus textus *in cap. dudum* 39. *de decimis*: & ita etiam nostra conclusio intelligi debet; & textus *in cap. examinata* 7. *hoc nostro titulo*, ubi Papa confirmavit arbitrium, *sicut providè latum fuerat*, quæ est forma confirmationis *in forma communi*, & nihilominus irritari potuit confirmatio: quia apparuit nullum fuisse arbitrium pronunciatum; confirmatio verò *ex certa scientia*, actum nullum confirmat, eique novum robur, & validitatem tribuit; quomodo procedit textus in *cap.* 1. *de transactionibus*, & de hac confirmatione intelligendi sunt textus in *dicto capite primo, & secundo, hoc titulo*, Suarez *in dict. capite decimo octavo*, *num.* 10.

Quartò solutioni obstat textus in *cap. venerabilis* 8. 6 *hoc nostro titulo*, in cujus specie confirmatio facta fuit à Pontifice sub illa clausula conditionali, scilicet, *sicut providè facta est*: quæ quidem, ut ex *dict. cap. examinata*, diximus confirmationem in forma communi factam denotat: & nihilominus confirmationem ipsam validam esse, docet Pontifex; & similiter compositionem, de qua in illo *textu* adimpleri mandat: ergo etiamsi sit sub clausula illa conditionali, ac per consequens in forma communi, aliquod robur habet. Cui difficultati occurrendum est ex eo, quod quamvis prædicta verba in illa clausula conditionem inducere videantur, ut in *dict. cap. examinata*, inducunt: tamen in *dict. cap. venerabilis*, intelligenda sunt, casu quo Pontifex de compositione cognovit, & vidit ea, quæ confirmabat: nam licèt verba illa ponantur tanquam in forma communi, non tamen ibi intelligenda sunt conditionaliter, sed causativè; ita ut sensus sit, *sicut sine pravitate facta fuit compositio*, id est, *quia sine pravitate*, quo casu confirmatio ex certa scientia fuit facta, & ideò ei robur præstitit; notat Glossa *in dict. cap. venerabilis* 8. verb. *sicut sine pravitate*, ubi Doctores omnes, & secundum hanc doctrinam venit interpretandus textus in *cap. illa, ne sede vacante*, in cujus specie duas confirmationes à Pontifice factas fuisse proponitur, alteram de concessione præbendæ ab Archiepiscopo facta, quæ quidem ideò valuit, quia ex certa scientia Pontifex electum confirmavit, ac per consequens plenum jus consecutus fuit; at verò electus à

Capitulo, in forma tantum communi fuit confirmatus, ideòque illius confirmatio nulla fuit : quia cum ſuper actu invalido facta fuiſſet, nullum præſtitit robur, juxta *ſuprà dicta.*

7 Quintò obſtat text. *in cap. veniens* 8. *de tranſactionibus*, ubi conſtat, tranſactionem perſonalem, accedente confirmatione, realem effici ; ita ut non ſolùm ipſum tranſigentem, ſed & ſucceſſores ipſius illam obſervare teneantur, ac per conſequens dicendum videtur, confirmationem aliquod novum jus tribuere. Qua in difficultate omiſſa aliquorum interpretatione aſſerentium, confirmationem *ibi*, ex certa ſcientia fuiſſe factam; veriſſimè dicendum eſt, quod in ſpecie illius textus tranſactio ab initio non fuit perſonalis, ſed realis, etiam in ſucceſſores tranſitura ; ſed cum Sacerdos tranſigens non potuiſſet ſucceſſorem obligare, abſque conſenſu Epiſcopi, juxta text. *in cap. de cætero*, *ejuſdem tituli*, meritò poſtquam Epiſcopus conſenſit, opus fuit confirmatione Pontificis, ut tranſactio corroboraretur, & ut ſucceſſor adſtrictus maneret, ac ſi jam ei ab initio auctoritas Prælati interveniſſet ; juxta text. *in c. 2. ejuſdem tituli*, notat Dec. *in d. c. venerabilis hoc tit. num.* 6. Barb. *in præſenti, à num.* 27.

8 Sextò obſtat text. *in cap. finali, de ſortilegiis*, ubi electio per ſortes facta, quæ quidem nulla eſt, confirmata fuit à Pontifice, & per gratiam confirmationis corroborata : ergo confirmatio actum invalidum facit, & jus de novo adducit. Verum huic difficultati dicendum eſt, prædictam deciſionem intelligendam eſſe de confirmatione *ex certa ſcientia*, conſtat namque *ibi* Pontificem ſciviſſe factam fuiſſe electionem per ſortes ; quod prohibitum antea ſciebat, & exinde ipſe fieri omninò prohibuit; quare cùm certò conſtet confirmationem ibi ex certa ſcientia factam fuiſſe, mirum non eſt, quod per eam electio irrita, rata maneat. Obiter tamen annotandum eſt, neceſſarium fuiſſe, ſcire confirmationem *ex certa ſcientia* factam fuiſſe: nam aliàs quoties confirmatio à lege, vel ſtatuto fit, in dubio præſumitur facta *in forma communi* : nam verbum, *confirmamus*, ſimpliciter prolatum, non dicitur importare confirmationem *ex certa ſcientia*, ſed *in forma communi*, ita Decius *in c. examinata* 7. *hoc tit. n.* 14.

Septimò huic doctrinæ obſtat textus *in c. ſi Apoſtolicæ* 22. *de præbendis, lib.* 6. ubi ſimplex confirmatio Pontificis proponitur, & tamen ex deciſione conſtat factam fuiſſe *ex certa ſcientia.* Cui difficultati dicendum eſt, quòd etſi in prædicta ſpecie, verbum, *Confirmamus*, abſolutè poſitum maneat, tamen ex antecedentibus conſtat, voluiſſe Pontificem confirmare ex certa ſcientia, ut denotant verba illa, *de his facta narratione*, &c. Ac ideò non poteſt dici dubium fuiſſe, an *in forma communi*, an verò *ex certa ſcientia* Pontifex confirmare voluiſſet; Decius *in rubrica hujus tituli, in fine.* 9

Ultimò ſolutioni huic obſtat ſequens conſideratio deducta, ex *dict. cap. quia diverſitatem*, *de conceſſione præbendæ* ; ubi conſtat confirmationem, de qua *ibi*; ex eo videtur factam fuiſſe *in forma communi* : quia fuit decreta ſub ea forma videlicet, *ſicut juſtè*, *& pacificè poſſidentur*; quaſi diceret, quod non ſimpliciter abſque illa reſtrictione confirmatio facta fuiſſet, ex certa ſcientia factam videri. Cui difficultati dicendum eſt, quòd licèt confirmatio facta conditionaliter, prout ibi notatur, facta ſit *in forma communi*; non tamen negatur, quin etiam ſi facta fuiſſet ſimpliciter idem eſſet dicendum. Præterea quia ibi non dicitur, confirmationem factam fuiſſe conditionaliter, imò potius ibi confirmatio ſimpliciter facta videtur, & talis confirmatio ſimpliciter facta, quæ confirmat poſſeſſiones, ſeu præbendas, ſicut juſtè poſſidentur, interpretatur factam fuiſſe *in forma communi* : quia ut diximus, quoties confirmatio in dubio eſt, *in forma communi* facta cenſetur; ita Decius in *d. rubrica hujus tituli*, *n.* 17. Et cum his, noſtrum hoc Opus abſolvitur ; utimam ad veſtram, auditores optimi, utilitatem, & quod magis precor, ad laudem ſanctiſſimæ Trinitatis, nec non intemeratæ Deiparæ Mariæ; & quidquid dixero, Sanctæ Matris Eccleſiæ cenſuræ ſubjicio, cujus veram, & Catholicam Fidem veneror & amplector.

D. ANTON.

D. ANTONII GRANNA ET NIETO IN LIBROS DECRETALIUM GREGORII IX. COMMENTARII.

AD TITUL. I. LIB. III. De vita & honestate Clericorum.

Ad textum in cap. Ut laici 1.

SUMMARIUM.

1 *Celebrationis tempore divisus esse debet Clerus à populo.*
2 *Jus publicum in sacris, & sacerdotibus consistit.*
Officium Sacerdotis extat in frequenti oratione.
Clericus latinè Sors *appellatur, quia sorte electus est à Domino.*
Sacerdotibus apud omnes gentes magna fuit adhibita reverentia.
Sacerdotes in loco, & sedibus, præcipuè in basilica, laicis præferri debent.
Fœminæ, nec laici, secus altare intra cancellos sedere debent.
3 *Integra text. in* c. 1. de vita, & honestate Clericorum, *impugnatur.*
4 *Interpretatur Concilium Chalcedonense* c. 16. *relatum* in c. diaconissam 23. 27. q. 1. *Laodicense* c. 11. *relatum* in c. mulieres, 32. dist.
Fœminæ, etiam moniales, vasa sacra, nec vestimenta Altaris tangere possunt.
Fœminæ, nec ad sacerdotium, nec ad diaconatum promoveri possunt.
5 *Elucidatur Paulus* ad Galatas c. 3.
Fœminæ in multis deterioris conditionis sunt quàm viri.
6 *Explicatur textus in* cap. diaconus, 63. dist.
Sessionis privilegium publicum est, & ei renunciari non potest.
7 *Exponitur text.* in c. subdiacono, 93. dist.
8 *Intelligitur text. in* c. continua 5. 11. q. 1.
Laici hodie, qui titulo sunt illustres, intra cancellos Ecclesiæ sedere poterunt.
9 *Expenditur textus in* capite contumaces 21. 50. distinction.
Laicalis, seu peregrina communio differt à Clericali, & quæ propriè peregrina communio dicatur.
10 *Divi Hieronymi auctoritas in* Ezechielem cap. 43. *exponitur.*
Interpretatur textus in l. 2. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis.

CONCLUSIO.

CUM celebratur divisus esse debet Clerus à populo. 1

Consonat textus *in c. 1. apud finem, de cohabitatione clericorum, & mulierum: cap. dolentes 9. de celebratione Missarum, cap. perniciosam, 18. quæst. 2. versic. similimodo prohibemus ne sanctimoniales simul cum Canonicis, vel Monachis in Ecclesia. in uno choro conveniant ad psallendum: cap. legimus, 93. dist. cap. in sancta, de consecratione, dist. 1. cap. Sacerdotum 30. de consecratione, dist. 2. c. in sancta, de consecratione, dist. 1. cap. Sacerdotum 30. de consecratione, dist. 2. cap. 6. dist. 95. c. Diaconos cap. nonnulli 93. dist. cap. mulier, cap. non oportet, cap. ministrum, cap. sacratas, 25. & 26. dist. 23. cap. diffinimus 27. cum sequentibus, 18. quæst. 2. cap. final. 93. dist. glossa in cap. mulier, verbo, propter reverentiam 33. quæst. 5.* Glossa *verbo, concessam,* in *leg. nemo 2. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis, cap. mulieres, de judiciis, lib. 6. cap. perniciosa 16. 18. quæst. 2. cap. admonere 8. 33. quæst. 2.* Concilium Toletanum 4. *cap. 18.* Bracarense 1. *cap. 12.* Bracarense 4. *actione 3. cap. 13. 25. & 31.* Bracarense 2. *cap. 42.* Turonense 2. *cap. 4.* Constantiense *canone 6. & 69.* Valentina Synodus *actione 1. cap. 16.* Maguntinum *cap. 13.* Laodicense 2. *cap. 44.* Arelatense 2. *c. p. 15. leg. 3. Cod. de custodia reorum: Authent. ut nulli judicum, §. necessarium, in fine leg. 4. 5. 6. & 7. titulo 9. lib. 6. recopilationis.* Exornant ultra ordinarios in præsenti, quos omnes *in 1. tomo* retuli *in cap. 1. de judiciis, n. 1.* (& tanquam communiter Scribentes omittere operæ pretium duxi, cum in his Commentariis omne superfluum vitare instituerim) præcipuè Antonius August. *collect. 1. Decretales, collect. 47.* Ferdinandus Paz *in repetitione ad textū in c. missas, de consecratione, dist. 1. n. 49.* Henriquez *in summa, lib. 3. cap. 25. §. 9. litera I.* Zerola *in praxi Episcopali, parte 1. verbo, Chorus:* Cujacius

in posthumis ad hunc textum: Petrus Gregorius *lib. 1. parti. juris Canonici, cap.* 4. Duarenus *de ritibus Ecclesiæ, lib. 1. cap. 7. & 26.* Albertus Trotius *in flosc. Clericorum, parte 2. numero* 126. *&* 157. Baronius *Anno Christi* 57. *cap.* 127. *& Anno* 12. *cap. 2. &* 3. Bulenge. *diatrib.* 3. *folio* 212. *&* 127. Spondanus *in epitome Baronii Anno* 34. *numero* 71. *& Anno* 57. *numero* 37. Paz *in praxi* 5. *parte, cap.* 3. *paragrapho* 2. *num.* 12. *&* 13. Tiraquellus *de Nobilitate, cap. 2. num.* 66. Chassaneus *in catalogo gloriæ mundi, prima parte consideratione* 12. 14. *&* 31. cum traditis à Barbosa *in collect. ad hunc textum numer.* 1. *&* 2.

2 Ratio est, quia cum jus publicum in sacris, & Sacerdotibus consistat, *cap. jus publicum*, 1. *distinctione*, *lege* 1. §. *hujus studii, ff. de justitia, & jure*, & proprium Sacerdotis officium consistat in frequenti oratione, in canendis diurnis, ac nocturnis horis, quare Clericus Latinè *sors* appellatur, quia sorte electus est à Domino, *cap. duo sunt*, 12. *quæst.* 1. Colonense Concilium 2. *parte cap.* 2. Duarenus *lib. 2. de sacris Ecclesiæ ministeriis, cap.* 10. *&* 11. & apud omnes gentes tanta reverentia, tantusque honor eis fuisset adhibitus, ut difficile esset omnia exemplo demonstrare; præcipuè Romanos, qui nulla post Sacerdotum religionem ponenda esse existimarunt, non dubitantes supremi imperii culmen Sacris, & Sacerdotibus subjici debere; Notant Arnobius *libro quarto, adversus gentes*: Anastasius Germonius *lib. 1. de sacris Ecclesiæ ministeriis, cap. 3. numero septimo.* & alii. Meritò si barbaræ illæ gentes, quibus nulla veri Dei cognitio erat, tantam reverentiam sacerdotibus præstabant, mirum non est quòd fideles, qui veri omnipotentis Dei cognitionem retinent, majorem veris Sacerdotibus reverentiam præstent, ita ut in loco, & sedibus Sacerdotes laicis præferri debeant; præcipuè in Basilica, seu loco sacro, dum divina officia celebrantur; nec permittere debent laicos, seu populum intra cancellos secus altare stare, seu sedere; ut sic liberius sacra officia exerceri valeant, juxta textum *in cap. sacerdotum* 3. *de consecratione, distinctione secunda*. Et præcipuè fœminas, quæ in Ecclesia extra cancellos stare, vel sedere debent, etiam velato capite, propter reverentiam Sacerdotum, & ne Sacerdotes earum facies intuentes ad libidinem invitentur, & à sacris officiis divertantur; juxta textum *in capit. mulier*, 35. *quæstione* 5. juncta ejus Glossa, *verbo, propter reverentiam*; notat Albertus Trotius *de vero, & perfecto Clerico, lib secundo, capit.* 3. Augustinus Barbosa *in collect. ad hunc textum, numer.* 3. Cenedus *dicta collect.* 47.

3 Primò, impugnatur *nostri textus Integra*, dum in ea refertur, ejus decisionem desumptam fuisse ex Concilio Maguntino 2. *capit.* 13. ut refert Burcardus, *lib. 3. Decretal. capit.* 102. cum tamen appareat deductam fuisse, ex Concilio Turonensi 2. *capite quarto, volumine 2. Conciliorum.* Qua in difficultate verissimè est dicendum, *textum nostrum*, fuisse desumptum ex *dicto Concilio Turonensi*, atque ideò *nostri textus* verba malè conscripta fuisse, & pejus attributa *dicto Concilio Maguntino*, ut rectè animadvertit Antonius Augustinus, *in collect. ad Decretales, lib. 3. titulo primo, cap. 1.* & originalia *nostri textus* referuntur à Cenedo *in collect. ad Decretales collect. 45. nu.* 1. notat Ferdinandus Paez *in repetitione ad textum, in dicto capit. Missas, de consecratione, distin.* 1. *num.* 49. Cujacius *in notis ad nostrum textum*, Barbosa *in collect. ad eundem textum, num.* 1.

4 Secundò obstat Concil. Chalcedonense, *cap.* 16. relatum in *cap. diaconissam* 23. 27. *quæst.* 1. Laudacense Concilium, *cap.* 11. relatum in *cap. mulieres*, 32. *distinction.* quibus in juribus cavetur fœminas posse ordinem diaconatus, & presbyteratus suscipere; unde infertur fœminas diaconissas, vel presbyteras semel factas, simul cum Clericis intra cancellos Ecclesiæ, ut presbyteras admitti posse. Augetur difficultas, ex textu *in cap. Sacratas* 29. 23. *distinctione* ex quo constat mulieres etiam moniales vestimenta altaris, & vasa sacra non posse tangere, nec incensum circa altaria deferre, ut refert Acunna *ad primam Decreti partem, in d. c. sacratas, n.* 2. nam mulier quamvis docta, & sancta, viros in conventu docere, vel aliquos baptizare non potest; *c. mulier* 20. *de consecratione, dist.* 4. *c. mulier*, 23. *dist.* ex ratione tradita *in c. nova* 10. *de pœnitentiis, & remissionibus*, juncta ejus Glos. *verbo, prædicare*; Siquidem mulieres, nec ad Sacerdotium, nec ad Diaconatum promoveri possunt: 15. *quæstion.* 3. *in principio*, §. *mulieres*. Cui dubio respondendum est, fœminis officia sacra, & similia prohibita esse ex rationibus, & juribus *supra* adductis. Nec obstat text. *in d. c. diaconissam*, 23. *q.* 1. quia *text.* ille, pro illo verbo, *diaconissa*, debet intelligi *Abbatissa*, non ex eo, quod habeat officium Diaconi, nec ullum ordinem suscipere videatur; sed impropriè *Diaconissæ* appellantur: quia olim fortè fundebatur super eas aliqua benedictio, ex qua consequebantur aliquod officium spirituale inter moniales ipsas, non inter Sacerdotes exercendum: fortè legendi homiliam, vel Evangelium in Matutinis, notat Glossa *verb. ordinari, in d. c. Diaconissam, verbo, Evangelium, in d. c.* 9. Turrecrem. *in d. c. diaconissam* Acunna *ad primam Decreti partem, in cap. presbyter* 18. 23. *dist. n.* 2. Albert. Trotius *de vero, & perfecto Clerico, lib.* 2. *c.* 3. *n.* 7. Aug. Barb. omnino videndus, *in collect. ad decretum, in d. cap. diaconissam* 23. 27. *q.* 1. ubi plura, & plures refert.

Nec similiter obstat text. *in d. c. mulieres*, 32. *dist.* ubi mulieres, *presbyteræ* appellantur. Quia respondendum est quòd *ibi* impropriè mulieres illæ *presbyteræ* dicebantur, quæ magis propriè *viduæ seniores*, non ordinatæ appellari debent; si quidem nulla benedictione ad ministerium aliquod consecrabantur, sed relictis viris Presbyteris electis, in congregatione viduarum vitam cælibem ducebant. Notat Albert. Trotius *de vero, & perfecto Clerico, in d. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 7. Baron. *tomo* 1. *Annalium Anno Christi* 34. *n.* 289. Sic invenimus in Latina Ecclesia, mulieres vocatas *Episcopas, Diaconissas, & Subdiaconissas*, constat ex Synodo 2. Turonensi sub Pelagio I. *c.* 14. *canone* 20. & in Concilio Antisidorensi, *Canone* 22. ut refert Acunna *in* 1. *Decreti part. in d. c. presbyter*, 32. *dist. & in c. mulieres, eadem* 32. *dist.*

Tertiò, prædictis obstabit illud *ad Galatas*, *c.* 3. ibi, 5
nec masculus, nec fœmina: omnes enim vos unum estis in Christo Jesu, ex quibus constat, nullam esse differentiam inter masculum, & fœminam, quoad Basilicam in Christo Jesu. Quia respondendum est, id verum esse, quantum ad meritum per comparationem ad Christum; nam tunc nulla est differentia inter masculum, & fœminam: est tamen plurima quoad officium, & dignitatem, nam mulieres in multis deterioris conditionis sunt, quàm viri; *l. in multis, ff. de statu hominum, l. fœminæ, ff. de regul. juris*, & ita respondet Richardus *in* 4. *dist.* 25. *q.* 3. Trotius *ubi supra, n.* 6. Nec turbat illa Platonis lex *lib. 6. de legibus*, ibi, *Sacerdotes tam viri, quàm mulieres, æditui constituendi sunt.* Nec illa Dionys. Halicarnas. *observatio, lib. 2. antiquita. Roma.* ibi; *quoniam autem quædam sacra fieri per mulieres oportet*: Quia prædictæ authoritates procedunt inspecto Ethnicorum, & Paganorum tempore, in quo mulieres ad altaria uti sacerdotes accedebant; notat Petr. Greg. *lib. 16. syntag. juris, c. 1. n.* 24. Baro. *tomo* 2. *Annal. Ann. Christi* 179. *n.* 51. Barb. *in collect. ad Decretum, in d. c. sacratas, n.* 51. P. F. Mavel Rodriguez *tom.* 1. *Regul. quæst. art.* 2.

Quartò, obstat text. *in c. Diaconus*, 93. *dist.* ubi constat, 6
Diaconum jubente Presbytero debere sedere in quolibet loco; ergo & extra cancellos inter laicos. Augetur difficultas ex eo, quod privilegium sessionis publicum est, ex *juribus suprà adductis*, & indultum in favorem totius Ordinis cui renuntiari non potest; arg. text. *in c. diligenti, de foro competenti.* Cui dubio respondendum est, Diaconum coram Presbytero sedere non oportere sine ejus jussu, propter honorem, & reverentiam Presbyteris debitam;

debitàm; *c. Epiſcoporum*, 74. *diſt.* arg. tex. *in l. 1. C. de Conſulibus, lib. 10. l. 1. C. de Præpoſitis ſacri cub. lib. 12. l. 1. C. ut dignitatum ordo ſervetur; c. Epiſcoporum 5. & final. 74. diſt. c. Epiſcopus, 17. diſt.* Nec obſtat verbum illud, *quolibet loco*, in *dict. c. diaconus*. Quia non debet intelligi de quolibet laicorum loco extra cancellos, ſed Clericorum honeſto, & decenti intra cancellos; argum. text. *in l. ſi cum dies*, §. *ſi arbiter*, *in fine*, *digeſtis de arbitris; leg. ut gradatim*, §. 1. *ff. de mun. & honor.* cum traditis ab Acunna *in dict. c. diaconus*, 93. *diſt. n.* 2. & in *dict. c. Epiſcoporum*, 74. *diſt. n.* 1. Unde apparet jus publicum non lædi, cum inter Eccleſiaſticas perſonas, non inter laicos Diaconus ſedeat, etſi in minori, ſeu non tam honorifico loco, juxta text. *in c. non oportet* 26. 23. *diſt.* Concil. Arelatenſ. 2. *cap.* 15.

7 Quintò, ſolutioni obſtat text. *in c. nonnulli* 20. 93. *diſt.* ibi, *tam ii quam illi utroque conſiſtant.* Ex quibus verbis conſtat, tam Diaconos, quàm Presbyteros in utroque Choro æqualiter ſedere poſſe. Quia ſenſus illorum verborum eſt, quod ſeparatim ſedeant in utroque Choro, hoc eſt Presbyteri in primo, Diaconi in ſecundo, pro ut dignitatis ordo poſtulaverit: *Cap. Epiſcopo*, 47. *diſt.* Gloſ. ibi, *verbo*, *ſublimiores*, in *marginali.*

8 Sexto ſolutioni obſtat text. *in c. à ſubdiacono* 5. 93. *diſt. verſ. Oſtiario Abbas*, juncto verſiculo, *in loco repræſentet obſequium.* Ex quo deducitur, Abbatem inferiorem eſſe omnibus Eccleſiæ miniſtris, & honorem in ſeſſione, & in omni loco obſequium Oſtiario præſtare debere. Augetur difficultas ex textu *in c. 1. de ætate, & qualitate: c. 1. 96. diſt.* Ex quibus deducitur, Abbatibus majorem honorem, & reverentiam, quàm cæteris Clericis deberi. Cui dubio reſpondendum eſt, text. *in d. c. à ſubdiacono*, loqui de illis Abbatibus, qui non erant conſtituti in dignitate Clericali; ſed tantum laici, ut olim eſſe ſolebant; notat Navar. *conſil. 1. de ſtatu monachorum*, Gloſ. *verbo Abbas, in diſt. cap. à ſubdiacono*: unde cum olim monachi, & etiam eorum Abbates eſſent laici, juſta de cauſa præſtabant obedientiam in ſeſſione Oſtiario; notat Barb. *in collect. ad Decretum, in dict. c. à ſubdiacono, n.* 5. Et pro interpretatione ad textum *in c. 1. de officio Archipresbyt.* cum *c. ſtatutum* 15. *de majoritate, & obedientia*, videndus eſt Pacius *centuria* 10. *q.* 97.

9 Septimò obſtat textus *in cap. continua* 5. 11. *quæſt.* 1. ubi conſtat, Imperatorem Conſtantinum in Nicæna ſynodo primum locum inter Epiſcopos obtinuiſſe, & Concilium illud congregaſſe. Cui dubio reſpondendum eſt. Conſtantinum non propria, ſed Pontificia auctoritate Concilium congregaſſe, ut colligitur *ex 6. ſynodo, cap.* 18. Nec in eo tanquam Caput præfuit, ſed tanquam inferior, tantum ad ſedandas ſeditiones; & ab Epiſcopis petiit, ut ſibi liceret in parva ſella in medio Concilii ſedere, nec priùs ſedit quàm ipſi Epiſcopi ſederent, ut teſtatur Euſebius *de vita Conſtantini, cap.* 10. Et adeo intra cancellos laicis, dum officia celebrantur, inter Clericos ſedere, erat prohibitum, ut nec Theodoſio Imperatori Ambroſius voluerit permittere ingredi, nec ſedere intra cancellos, ut refert *Hiſtoria tripartita, c.* 30. Zerola *in praxi Epiſcopali, 1. parte*, verbo, *Chorus*. Hodie verò laici, qui titulo ſunt illuſtres, admittuntur intra cancellos, ex Concilio provinciali Toletano *Anni* 1506. *actione* 3. notat Cenedus *in collect. ad Decretal. collect.* 35. *n.* 4.

10 Octavò, his omnibus obſtat textus *in c. contumaces* 21. 50. *diſt.* verſ. *peregrina eis communio tribuatur*; ubi conſtat, Clericis laicalem ſeu peregrinam communionem inter laicos eſſe tribuendam: quæ quidem laicalis, ſeu peregrina communio differt à Clericali, non tantum in loco, ſed etiam in forma ſuſceptionis: in loco; quia extra Chorum, & cancellos altaris, ſimul cum laicis ſuſcipiebatur: in forma, quia depoſitis clericalibus inſignibus, & veſtimentis, laicalis tantum communio illis concedebatur; juxta textum *in cap. quiſquis*, 84. *diſt.* Conſtat etiam ex Concilio Illiberitano, *cap.* 76. & quod laicalis, & peregrina communio idem ſit, docet Gloſſa *in dict. cap. contumaces*, vetbo, *peregrina communio*. Verum huic difficultati communiter dici ſolet *textum illum* procedere in Clerico contumace delinquente; qui ſi officium ſuum implere neglexerit, à cæterorum communione, prout ejus dignitas fuerit, ſeparatur à Clericis, & inter laicos extra cancellos Eccleſiæ ei laicalis communio tribuitur, & ab officio, & beneficio ſuſpenditur. Notat Præpoſitus *in dict. cap. contumaces*, *num.* 1. Turrecremata, *num.* 3. Acunna *in* 1. *Decreti parte*, *in dict. cap. contumaces*, *num.* 1. Sed hæc interpretatio apertè convincitur ex eo, quod neutra communio intelligi poteſt de Euchariſtiæ communione, cùm illa, primis Eccleſiæ temporibus, nec Clericis, neque laicis pœnitentibus concedebatur; juxta illud *Nicæni, cap.* 11. 12. & 13. Quare iis, & aliis omiſſis, veriſſimè eſt dicendum, quod quamvis Clerici illi ad communionem illam non admitterentur, non tamen omnino ejiciebantur à communione Clericorum, ſed ſeorſum in loco ſecreto orabant, & in eo ſtatu tanquam laici erant; qua pœna peregrinæ communionis puniti, Clericorum communionem amittebant; & ſic communio illa peregrina erat medium quoddam inter laicalem, & Eccleſiaſticam communionem; ut conſtat ex *Canone Apoſtolorum* 432. relato *in* 1. *tomo Conciliorum.*

11 Nonò, ſolutioni obſtat illa Divi Hieronymi auctoritas in *cap.* 43. *Ezechielis*, ibi, *fabricati ſunt limen ſuum juxta limen meum*, juncto verſiculo *ſeq.* 1. *nihil intereſſe inter ſacrum, & profanum: & poſtes ſuos juxta poſtes meos; ut laicorum, & clericorum eſſet introitus.* Ex quibus verbis conſtat, nullam eſſe differentiam in ſacra domo inter Clericos, & laicos. Verum huic dubio dicendum eſt, divinam illam authoritatem non æquiparaſſe ſeſſionem laicorum, & Clericorum in ſacra domo: ſed tantum in eo, ut omnes æqualiter accedant ad corpus, & ſanguinem Domini abſque labe peccati: ut indicant illa Apoſtoli verba ibi: *probet autem homo ſeipſum*; uti refert Germonius *in paratitlis ad noſtrum textum*: nam licet laici ſecus altare, quando ſacra myſteria celebrantur, ſtare, vel ſedere inter Clericos non debeant, cum pars illa, quæ cancellis ab Altari dividitur, tantum pſallentibus pateat Clericis; tamen ad orandum, & communicandum, laicis, & fœminis Sancta Sanctorum patere debent, *cap. pervenit*, *de conſecratione*, *diſtinctione* 2.

12 Decimò, obſtat textus *in leg.* 2. *Codice de Sacroſanctis Eccleſiis*, cujus hæc ſunt verba: *Nemo Apoſtolorum, vel Martyrum ſedem humanis corporibus exiſtimet eſſe conceſſam*: ponderando verbum illud, *ſedem*, juncto verbo, *nemo*, ex quibus conſtat, neque Clericis permiſſum eſſe in Eccleſia, ubi corpora Sanctorum ſepulta ſunt, ſedere. In cujus textus difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Gloſſa *verbo*, conceſſum, *in dicta leg.* 2. dum aſſerit verba illa eſſe intelligenda ex ſententia *noſtri textus* juxta diviſionem ſeſſionis Clericorum, & laicorum. Verius tamen dicendum eſt, *ibi* non tractari de gradu, vel ordine Clericorum, ſeu laicorum, quoad ſeſſionem; ſed tantum agitur de ſepulchris Apoſtolorum, & Martyrum, quæ ſunt in Urbe, ita ut ſenſus ſit; quod in ea ſepulchra mortui ſimul cum Apoſtolis non inferantur: neque ibi ſedem habeant, ſed extra Urbem: nam ibi *ſedes*, pro *ſepulchro* accipitur, juxta Concilium Triburienſe, *capit.* 17. Notat Cujacius *in recitationibus ad noſtrum textum.* Similiter quoad noſtrum *textum*, interpretari poterit textus *in cap. pervenit* 20. *cap. diffinimus*, 18. *quæſt.* 2. *leg. ſanctiſſimarum*, *Cod. de Epiſcopis*, & *Clericis*, *Novella* 12. *de ſanctiſſimis Epiſcopis*, *cap.* 36. §. *in omnibus.*

Ad textum in capit. Clerici 2. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Clerici arma portantes, & usurarii excommunicari debent.*

2 *Arma Clericorum, tantùm sunt orationes, & lachrymæ.*

Clerici temporalia arma deferre prohibentur.

3 *Exponitur textus in* cap. Olim 12. de restitutione spoliatorum.

Arma suscipere Clericis pro rerum suarum defensione permissum est.

4 *Declaratur text.* in cap. 2. *versic.* te, tuaque liberando: de homicidio.

Clericus pro defensione maximi patrimonii poterit absque irregularitatis pœna aggressorem occidere: dum tamen nulla spes sit, aliter bona recuperare posse.

5 *Explicatur textus in* cap. suscepimus 10. de homicidio, *versicul.* expediebat potius post tunicam.

6 *Expenditur textus in* cap. dilecto 6. de sententia excommunicat. lib. 6.

Vicino cuilibet permissum est injuriam proximo suo illatam propulsare.

Illustratur textus in cap. & multa, paragraph. finali, de voto.

7 *Expenditur textus* in cap. præsentium 3. de Clerico percussore.

Arma Clericis permissum est suscipere in bello justo aggressivo, qui si non deformandi animo susceperint, etiam si mors fuerit secuta, irregulares non fiunt.

8 *Clerici, qui Judici in sententia sanguinis assistunt, irregulares fiunt.*

Declaratur difficile Toletani Concilii *decretum* capite septimo.

Deportatio mors civilis dicitur.

9 *Illustratur textus* in cap. qui in dubiis 5. de pœnis.

10 *Clerici qui in bello injusto incitant, irregulares fiunt, etiam si propriis manibus homicidium non commiserint.*

11 *Declaratur Concilium Toletanum* 1. cap. 8. *relatum in* cap. si quis 4. 51. distinct. juncto *versic.* si ad clerum admissus fuerit.

12 *Examinatur textus in* cap. Clerici, 5. 23. quæstione octava, *versiculo*, in quacunque seditione.

13 *Armorum delatio non tantùm Clericis in Sacris, verum etiam in minoribus Ordinibus constitutis prohibita est.*

Exponitur textus in cap. ex multa 9. §. de Clericis, de voto, & voti redemptione, cap. sacerdotibus 2. c. Clericis 5. Ne Clerici, vel Monachi.

14 *Sufficit quod Clericus sit usurarius, vel arma portet, ut excommunicari possit.*

15 *Declaratur textus in* capit. Clerici 5. 3. quæstione octava, capit. 1. 47. distinct. cap. si quis 10. 14. quæst. 4.

CONCLUSIO.

1 VErba nostri textus sic se habent: *Clerici arma portantes, & usurarii excommunicentur.* De prima nostri textus parte nunc agendum est: de secunda verò, hoc est, de Clericis usurariis postea agemus *in cap. præterea, de usuris.* Primæ partis conclusio hæc est: Armorum delatio Clericis est prohibita. Probatur ex textu *in cap. 1. de Clericis pugnantibus in duello, capit.* 10. *versiculo, rixas, cap. Clerici, cap. sententiam sanguinis, ne Clerici, vel Monachi, cap. final.* 36. *distinct. capite, quid culpatur*, 23. *quæst.* 1. *cap.* 2. 3. 5. & 6. cum aliis, 23. *quæst.* 8. *l.* 1. §. *Clericos, Cod. de pace tenenda, & ejus violatoribus: authentic. statuimus, Cod. de Episcopis, &* *Clericis, authentic. de Armis in principia, collatione* 6. *l.* 1. *& per totum tit. Cod. de armorum usu, inscio Principe, lib.* 11. *Glossa, verbo, pugnandum, in cap. ex multa, §. final. de voto*: Concilium Bracarense 3. *cap.* 11. Matisconense, *cap.* 1. Toletanum 4. *cap.* 44. & 45. *l.* 5. *titulo* 4. *lib.* 1. *Recopilationis*, exornant Covarruvias *dict. lib.* 2. *variarum, cap.* 20. *numero final.* Idem *in practicis, cap.* 33. *nu.* 7. & in *Clement. si furiosus*, 3. *parte*, §. *unico, de homicidio*: Menochius *de arbitrariis, lib.* 2. *centuria* 4. *casu* 94. Suarez *de censuris disput.* 18. *sect.* 3. *n.* 3. Divus Thomas, 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 2. Julius Clar. *lib.* 5. *sententiarum, quæst.* 82. *art.* 6. *de delatione armorum*: Idem *in quæst.* 36. *n.* 6. Decianus *tractat. criminalium, lib.* 8. *cap.* 3. *nu.* 23. & 24. Tiraquell. *de judiciis in rebus exiguis, versic.* 21. Farinacius *in praxi criminali. parte* 3. *quæst.* 108. *nu.* 21. Guttierrez *lib.* 1. *quæstionum Canonicarum, quæst.* 12. *per totam*, cum traditis ab August. Barb. *in collect. ad hunc textum*: Cenedus *ad Decretales, collect.* 7.

Ratio est, quia cum officium Clericale reddat eos 2
inhabiles ad pugnandum, etiam contra Sarracenos, *cap. ex multa* 9. §. *fin. de voto*; cum Clerici milites Dei sint, *cap. Clericum* 5. 50. *dist.* & simul nequeant Deo, & seculo militare, *cap. quicunque* 23. *quæst.* 8. siquidem Clericorum arma tantum sint orationes, & lacrymæ, *cap. final.* 36. *distinct. cap. convenior, cap. non pilat.* 23. *quæst.* 8. meritò ne ab illis divertantur, temporalia arma deferre prohibentur; siquidem cum orationibus, & armis illis spiritualibus facilius, quàm cum temporalibus vincant *cap. final.* 36. *distinct.* quod si contempserint, erunt excommunicandi, præcedente scilicet sententia: notat Abb. *in præsenti, num.* 1. Barb. *in collectaneis ad hunc textum, num.* 2. & 3. Enricus Boich. *in præsenti, num. final.*

Primò obstat textus in *cap. olim* 12. *de restitutione* 3
spoliatorum, ex cujus decisione apparet, Clericos posse tam arma spiritualia, quàm temporalia suscipere: Verum huic dubio respondendum est, *textum* illum procedere in armorum susceptione, quoad rerum suarum defensionem: nam pro illis arma Clericis suscipere permissum est, argumento textus in *l. ut vim, ff. de justitia, & jure, l.* 1. §. *vim vi, ff. de vi, & vi armata, cap. ex tenore; de sententia excommunicationis, cap. fortitudo*, 23. *quæst.* 3. *cap. & non in inferenda, ibid.* notat Abb. *in præsenti, num.* 3.

Secundò, solutioni obstat textus *in cap.* 2. versicul. 4
te tuaque liberando: de homicidio. Ex quo constat, duo illa copulativè desiderari, hoc est rerum, & personæ periculum, ut Clericus possit arma suscipere: Cui difficultati respondendum censeo, verissimum esse, tantum pro defensione rerum, seu maximi patrimonii, licitum esse Clericis arma suscipere, & oppressorem occidere absque periculo irregularitatis; sicut & pro proprii corporis defensione; dum tamen nulla probabilis spes sit, clericum aliter bona illa recuperare posse: ratio est; quia vita hominis, absque divitiis conservari non potest, *l. Advocati, Cod. de Advocatis, div. judic.* Glossa *ibidem*, verbo, *divitiæ vitam defendunt.* Neque obstat textus *in dict. cap.* 2. versic. *te, tuaque liberando.* Quia verba illa non sunt legenda copulativè, seu conjunctivè, ita ut patrimonii defensio non admittatur, nisi periculum propriæ vitæ instet: sed sunt legenda alternativè, *te*; *vel tua*, si maximæ quantitatis fuerint, *liberando*; qui sensus decisioni consonat: tum etiam, quia multoties dictio copulativa, *& atque, que*, convertitur in alternativam dictionem, *Vel l.* 4. *Cod. de verb. significatione, l. sæpe* 53. *versic. & cum dicimus, ff. eodem*, quam solutionem refert Barb. *in collectaneis ad textum in dict. cap.* 2. *de homicidio, num.* 3. & 4. Covarr. *in Clementina, si furiosus, parte* 3. §. *unico, de homicidio, num.* 6.

Tertiò solutioni obstat textus *in cap. suscipimus* 10. 5
de homicidio, versiculo, *expediebat potius post tunicam*: ex cujus decisione constat, pro sola rerum defensione non esse licitum Sacerdotibus absque pœna irregularitatis

ritatis invaſorem occidere. Verum huic dubio reſpondendum eſt, in ſpecie *illius textus*, Monachum ita bona defendentem irregularem eſſe: quia in defenſione illa maximus contigit exceſſus, ut ex litera *text.* conſtat; cujus ratione, non potuit Monachus à culpa excuſari, vel cauſa allegari, quæ ſit ſufficiens ad irregularitatem vitandam: notat Gloſſa *ibidem*, Covarruvias *ubi ſupra, num.* 11. Barb. *in collectaneis ad textum in dict. cap. ſuſcipimus, num.* 2.

6 Quartò obſtat textus in *cap. dilecto*, 6. *de ſententia excommunicationis, lib.*6. verſiculo, *& quidem*, ubi apparet licere unicuique vicino, propulſare injuriam proximo inferendam, & armis eum defendere: & ſi dum potuit, negligit injuriatum defendere, videtur particeps criminis eſſe: ſiquidem ſub illo verbo, *quicunque*, comprehenduntur tam Clerici, quàm laici: Notant Innocentius, & Abbas *in præſenti, nu.* 3. Augetur difficultas ex textu *in cap. ex multa*, §. *finali, de voto, cap. Clerici* 5. *&* 6. *cap. reprehenſibile*, 19. 23. *quæſt.* 8. in quibus juribus cavetur, ne Clerici pro quacumque ſeditione, etiam contra Sarracenos arma ſuſcipiant: ergo multo minus in ſeditione contra proximum Chriſtianum, eis erit permiſſum. Quæ jura, diſtinctione adhibita, ad concordiam reduces, ſi dixeris, diſcrimen eſſe conſtituendum inter Clericos temporalem juriſdictionem in ſubditos habentes, vel non: in primo caſu, Clericis erit permiſſum armis temporalibus ſubditos defendere: & ita eſt interpretandus textus *in dict. cap. dilecto* 6. verſiculo, *eſt quidem*, juxta textum *in capit. noli*, 23. *quæſt.* 1. *cap. Maximianus*, 23. *quæſt.* 3. *capit. ſuſcepimus, de homicidio, cap. ſi in morte*, §. *ecce*, 23. *quæſt.* 8. ſecus in ſecundo: niſi aliter poſſit ſine Clerici adjutorio injuria illa propulſari: & ita obtinet textus *in dicto cap. ex multa*, §. *finali*, cum ſimilibus *ſupra* adductis: quia tunc abſque pœna irregularitatis, injuriam propulſare licet: Notat Covarruvias *in dicta Clementina, ſi furioſus*, §. *unico, num.* 5. *in fine*: Barboſ. plures referens *in collectaneis ad textum, in dicto cap. dilecto, nu.* 5. Quæ ſententia vera eſt, licet aliter ſenſerit Abbas *in præſenti, num.* 9. Dominicus *in dicto cap. dilecto* 6. *apud finem.*

7 Quinto, obſtat textus in *cap. præſentium* 3. *de Clerico percuſſore*, ex cujus deciſione apparet, Clericis permiſſum eſſe in bello aſſiſtere hortando, inducendo, arma, & lapides aſſumendo, abſque irregularitatis metu, etiam ſi ex tali exhortatione inimicorum mors ſit ſecuta. Verum hæc difficultas ex eo diluitur: quia *textus* ille procedit in bello juſto, aggreſſivo; quo in caſu ſi Clericus ipſe non deformet, ſed in bello aſſiſtat hortando, & etiam arma aſſumendo, non directa intentione deformandi hoſtem, ſed generaliter eum repellendi, tunc abſque metu irregularitatis id ſibi permiſſum eſt. Ratio eſt: quia ad irregularitatem incurrendam, voluntas ſaltem virtualis ad homicidium requiritur: & Clerici in bello juſto cohortantes, illa carent, cùm ſolummodo intendant milites incitare ad victoriam: Notat Acunna *in* 1. *Decreti parte, diſtinctione* 21. *in principio, numero ſeptimo*, Covarruvias *in dicta Clement. ſi furioſus*, 2. *part.* §. 3. *nu.* 2. Suarez *de cenſuris, diſput.* 67. *ſect.* 6. *num.* 4.

8 Sextò, ſolutioni obſtat ſi dixeris, quod Clerici illi ita hortantes, etſi non occidant, concurrunt tamen in homicidio, quemadmodum illi, qui in ſententia ſanguinis Judici aſſiſtunt; & tamen ii irregulares fiunt, *cap. ſententiam ſanguinis, ne Clerici, vel Monachi*: ergo & illi hortantes, & lapides aſſumentes, irregulares erunt: Sed reſpondendum eſt, quod aſſeſſores, & Clerici Judices in ſententia ſanguinis ideò irregulares fiunt, quia concurrunt determinatè ad homicidium, hortantes verò ad prælium, non intendunt directè ad deformationem hoſtis, ſed tantum remotè, & per accidens in homicidio concurrunt: atque ideò irregulares non fiunt, ex *dict. cap. præſentium.* Notat Covar. & Suarez *locis ſupra citatis.* Neque ſolutioni obſtat difficile *Toletani Concilii* reſponſum *in cap.* 7. dum aſſerit, Clericis non ſolum permiſſum eſſe teſtimonium ferre in ſententia ſanguinis, verum etiam ſententiam ipſam propria manu ſcribere, & proferre; ut conſtat ex verbis illis, *aut quod morte plectendum eſt*: junctо verſic. *manus propriæ ſubſcriptionem notari*: Quod omnino contrarium refert textus *in cap.* 6. *ejuſdem Concilii Tolet.* 11. Quia textus ille non debet intelligi de morte naturali, ſed de civili tantum, hoc eſt deportationis, ut conſtat ex verbis illis, *ita tamen, ut ſi exilio*: ſiquidem deportatio, mors civilis dicitur, Gloſſa *verbo, aquæ, in l. Gallus*, §. *& quid ſi tantum, ff. de liberis & poſthumis*: cum deportatus pro mortuo habeatur. Notat Gloſſ. *verbo, pertinet, in l. inſulam* 41. *ff. ſoluto matrimonio.* Neque ſolutioni obſtant verba ejuſdem Concilii, ibi, *ut neque tranſgreſſores ſine teſtimonio excidia vitæ ſuæ incurrant*: quæ verba potius ad naturalem, quam ad civilem mortem referenda eſſe videntur: Quia interim dum alia petimus, & meliora occurrent, veriſſimè dicendum judico, ſenſum illorum verborum eſſe ita, ut deportati ne ſine teſtibus condemnentur, ne aliter in tam miſerabili deportationis pœna pereant; quæ deportationis pœna interemptio dicitur, *in dicto verſic. finali, illius Canonis.*

Septimò, prædictis obſtat textus in *cap. qui in dubiis* 9
5. *de pœnis*, ubi deponitur Clericus, qui incitat ad bellum. Cui dubio communiter dici ſolet, *textum* illum eſſe intelligendum, cum Clericus incitat, cùm jam bellum cæptum eſt; quo in caſu hortatio Clericis eſt prohibita, *cap. petitio* 24. *de homicidio*; ſecus antea, ut in *dicto cap. Maximianus*, 23. *quæſt.* 3. Notat Covarru. *in dicta Clementina ſi furioſus*, §. 3. *nu.* 2. Suarez *ubi ſupra*; *diſput.* 47. *ſect.* 6. *nu.* 8. Quorum interpretatio convincitur ex verbis illius textus, ibi: *Et ji qui alios incitant ad pugnandum*, quæ verba de bello nondum cœpto intelligi debent; ſed ea omiſſa, verius dicendum eſt, *textum* illum intelligendum eſſe de bello injuſto; quo caſu ſive cæptum, ſive non fuerit cæptum, excitatio illa Clericis eſt prohibita. Notat Gloſſa *ibidem*: Acunna *in* 1. *Decreti parte diſtinct.* 21. *in principio, numero octavo*, Barboſ. *in collect. ad Decretales, in dicto cap. petitio, numero ſecundo*, Navarrus *in Manuali, cap.* 27. *num.* 226.

Octavò, adverſus principium illud à Doctoribus *in* 10
præſenti receptum, videlicet, quod ji, qui in bello injuſto militant, irregulares fiunt, etiam ſi propriis manibus homicidium non commiſerint, dummodo effundentibus commilitent, juxta textum *in cap. ſicut dignum*, §. *ultimo, cap. Clerici*, 23. *quæſtione octava, cap. ex multa*, §. *final.* Covarruvias, *ubi ſupra*, §. 3. *numero ſecundo*, Barboſ. *in dict. cap. petitio, nu.* 29. ſi verò in juſto bello militaverint, etſi graviter peccent, tamen non fiunt irregulares, etſi homicidium fuerit ſequutum; niſi propriis manibus illud commiſerint, *dicto cap. præſentium, de clerico percuſſore*: Notant Covarruvias, & Acunna *ubi ſupra.* Obſtabit difficillimum Toletanum Concilium 1. *cap.* 8. relatum à Gratiano *in cap. ſi quis* 4. 51. *diſtinct.* cujus hæc ſunt verba: *Si quis poſt baptiſmum militaverit, aut chlamydem ſumpſerit, aut cingulum, ad necandos fideles, etiamſi gravia non admiſerit, ſi ad Clericum fuerit admiſſus, Diaconi non accipiat dignitatem.* Ex quibus verbis conſtat, quod eo ipſo, quod quis Clericus, vel laicus militaverit, irregularis efficitur; ſiquidem verba illa generalia ſunt, & tam ad juſtum, quàm ad injuſtum bellum referuntur: ut conſtat ex verſiculo illo, *Diaconi non accipiat dignitatem.* Augetur difficultas ex verbis illis, *ibi, etiam ſi gravia non admiſerit*; quæ verba denotare videntur, quod etiamſi homicidium non fuerit ſequutum, irregularis efficitur: ergo ſive juſtum, ſive injuſtum fuerit bellum, etiamſi homicidium non fuerit ſequutum, Clericus eo ipſo, quod chlamydem ſumpſerit, irregularis efficitur. Cui dubio communiter dici ſolet, *textum* illum eſſe intelligendum de bello injuſto, ut conſtat ex verbis *illius textus*, ibi, *ad necandos fideles.* Quæ interpretatio ex eo convincitur: quia verba illa deſunt

in

in *Concilio Toletano*, & sunt addita à *Gratiano*, ut conflat *ex Palea ejusdem textus*: secundò quia etiam contra fideles potest esse justum & injustum bellum: tertiò, quia etiam si injustum esset, deficit homicidium; ut constat ex verbis illis, ibi, *etiam si gravia non admiserit*: quare verius dicendum est, *textum illum*, esse intelligendum de bello justo aggressivo, quoties in eo Clerici propriis manibus homicidium, vel membrorum mutilationem perpetraverint, quo in casu irregulares fiunt, etiamsi in ipso bello alia peccata non committant, id est graviter non delinquant; itaque quamvis irregularitas illa non proveniat ex delicto cùm bellum justum esset: provenit tamen ex defectu lenitatis, cum sæva, seu severa præcepta sunt exequuti: quod omnino Clericis est prohibitum: etiamsi bellum aggressivum esset justum, *cap.* 1. *eadem* 50. *distinctione*: *cap. legem* 2. 53. *distinct.* refert Suarez *de censuris*, *disputat.* 27. *section* 5. *num.* 6. Acunna *in* 1. *Decreti parte*, *in dicto cap. si quis*, *num.* 11. Barbosa *ad eundem textum*, *num.* 3.

11 Nonò, solutioni obstabit dicere, quod in specie proposita, etiam si homicidium sit sequutum, irregularitatis pœna non committitur; ut constat ex verbis illius textus, ibi, *si ad Clerum admissus fuerit*: sed respondendum est verba illa *ad Clerum*, idem significare, ac si diceret, si ad Subdiaconatum fuisset admissus ex dispensatione Pontificia: Notat Glossa finalis *ibidem*, Suarez *ubi suprà*. Sed adhuc solutioni obstabit dicere, quod in specie proposita irregularitas illa fuit absoluta, & totalis, & similiter dispensatio Pontificia, quæ partialis esse non poterat: atque ideo multo minus Patres Concilii poterant vitare, quo minus ex dispensatione Subdiaconatus, ad cæteros majores Ordines milites illi non admitterentur. Quam difficultatem diluit Suarez *ubi supra*, *sectione* 5. *n.* 7. dum asserit verba illius *textus*, adaptanda esse ad primum tempus Hispanorum, in quo facile milites ad Ordines admittebantur; qui abusus reprehenditur *ibidem*, & propter perturbationem vitandam, remisit jam facta, & sustinuit ordinatos in Subdiaconatu: sed prohibuit, ne ad Diaconatus dignitatem deinceps prædicti milites accedant, ut in *cap.* 1. *eadem distinct.*

12 Decimò, solutioni obstat textus in *cap. Clerici* 5. 23. *quæst.* 8. ex cujus decisione constat, quod eo ipso, quod Clerici in quacunque seditione arma sumpserint, etiamsi homicidium non fuerit sequutum, irregulares fiunt, ut constat ex verbis illis, *in quacunque seditione*, juncto versic. *volentes*, quæ verba generalia sunt: & tam justum quàm injustum bellum comprehendunt. Sed hæc difficultas ex eo diluitur, quia verba illa, *amisso sui ordinis gradu*, non debent intelligi de irregularitatis pœna, sed tantum de suspensione non ipso jure lata, sed ab homine imponenda, juris ordine observato, quæ pœna imponitur adversus Clericos, qui sponte volentes, hoc est sine causa, & sine humana necessitate in quacunque seditione arma sumunt, qui propter delictum, & scandalum sumendi arma in quacunque seditione suspenduntur, quæ spontanea voluntas non desideratur in irregularitate: siquidem absque conditione illa, si homicidium fuerit sequutum, irregulares fiunt, secundum principia juris *suprà* adducta. Notat Suarez *ubi supra*, *sectione* 5. *num.* 4. plura alia jura invicem contraria refert Glossa 1. & marginalis *in cap. quicunque*, 23. *quæst.* 8. Abbas *in præsenti*, *num.* 10. Cujacius *in posthumis ad nostrum textum.*

13 Undecimò, adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes, videlicet non tantum Sacerdotibus in Sacris, verum etiam Clericis in minoribus ordinibus constitutis hanc delationem armorum esse prohibitam, juxta textum in *cap. quicunque ex Clericis* 6. 23. *quæstion.* 8. *cap. eos qui* 20. *quæst.* 3. obstabit textus *in cap. ex multa* 9. §. *de Clericis*, *de voto*, *& voti redemptione*, *capit. Sacerdotibus* 2. *cap. Clericis in sacris* 5. *ne Clerici vel Monachi.* Ex quorum decisione apparet, non esse licitum Clericis in sacris ordinibus constitutis arma sumere: ergo à contrario sensu non in Sacris constitutis permissum erit; cùm uni prohibitum, aliis videatur concessum; *l. qui accusare*, *ff. de accusationibus*, *cap. nonne*, *de præsumptionibus*: notat Ugolinus *de officio*, *& potestate Episcopi*, *cap.* 14. §. 9. *num.* 1. *in principio.* Verum huic dubio dicendum est, in *dictis juribus* subaudiendum esse verbum illud, *maximè*: quasi sensus sit, quod si Clericis in minoribus constitutis id prohibitum est, multò fortius in Sacris constitutis erit prohibitum. Notat, Glossa marginalis *in dicto cap. quicunque*, 23. *quæst.* 8. argumento textus *in cap. ad abolendam*, *versic. maximè*, *de fil. presbyterorum*, ubi notant Doctores omnes.

14 Duodecimò, adversus nostrum *textum*, dum asserit duo copulativè desiderari, videlicet, ut arma Clericus portet, & sit usurarius, ut excommunicari possit, ex illa copulativa dictione, *&*, cujus natura est conjungere, & copulare: ita ut omnia adimpleantur, *l. si quis ita*, *in principio*, *ff. de verborum obligationibus*, *l. si hæredi* 5. *ff. de conditionibus institutionum*, §. *si plures*, *Institut. de hæredibus instituendis*, obstabit dicere, quod sufficit, ut Clericus excommunicari possit, si vel tantum arma portet, *cap. quicunque* 4. 5. *&* 6. 23. *quæst.* 8. cum *aliis* in confirmatione nostræ conclusionis *suprà adductis*, vel tantum, si usurarius fuerit, *cap.* 1. *de usuris*, *cap.* 1. *&* 2. 46. *distinct.* ergo frustra in præsenti illa duo simul desiderantur, ut Clerici illi excommunicari valeant. Cui dubio dicendum est, verissimum esse alterum sufficere ut excommunicatio valeat, ut constat ex *dictis juribus.* Neque obstat illa copulativa dictio, *&*, quæ in præsenti refertur: quia quoties ponitur inter æquè principalia, potius vicem alternativæ, quàm copulativæ dictionis retinet, *l.* 1. *ff. de his*, *qui notantur infamia*: ita sentit Abbas *in præsenti*, *nu.* 10. quod non est novum; cùm multoties dictio alternativa, *vel*, pro copulativa dictione, *&*, admittatur, & è contra, *&*, pro, *vel*, *l.* 4. *versicul. quemadmodum*, *Cod. de verborum significatione*, *dict. l. sæpe*, *versic. cum dicimus ff. eodem.*

15 Decimo tertiò, prædictis obstabit dicere, quod adversus Clericos arma portantes, non excommunicationis, sed depositionis pœna est constituta, *cap. quicunque* 4. *cap. Clerici* 5. 23. *quæst.* 8. quod etiam in usurariis Clericis scriptum reperitur in *cap.* 1. 47. *distinct.* *cap. si quis* 14. *quæst.* 4. ergo non rectè in præsenti tantum excommunicationis pœna proponitur. Verum huic dubio dicendum est, jura in argumento adducta procedere in Clerico admonito, existente, & perseverante in crimine delationis armorum, vel usurarum; quo in casu si non resipuerit, & Ecclesiæ non obtemperaverit, deponendus, & degradandus est: nam licèt primo sit suspendendus, secundò excommunicandus, postea verò, si contumax fuerit, deponendus est, ut in *juribus in argumento adductis*, notat Cujacius *in posthumis ad nostrum textum.*

Ad text. in cap. Ut quisque, 3. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Presbyter habens populum debet habere Clericum, qui secum cantet, & eum adjuvet.*

2 *Clerici sine Clericorum suffragio divina officia celebrare nequeunt; & si Missam aliter celebrent, non excusantur à lethali culpa.*
Ecclesia dedicari non potest nisi ei assignentur reditus, qui duobus saltem sufficiant.

3 *Exponitur D. Hieronymi* Epistola 5. ad Hebræos *relata in* cap. cantantes 1. 21. distinct. *versic.* Deo non voce sed corde cantandum.

4 *Explanatur D. Gregorii auctoritas* lib. 4. Epistolarum,

rum, *relata* in cap. Sancta Romana, 92. diſtinct. *verſ.* qua de re.

Cantus in Eccleſia principaliter inſtitutus eſt ad excitandos piæ devotionis affectus: meritò ſi modulatione inhoneſtus, & laſcivus fuerit, à jure improbatur.

5 *Sacerdos Miſſam celebrare poteſt, dummodo unus ſaltem ei aſſiſtat.*

Expenditur text. in cap. hoc quoque 61. de conſecratione, diſtinct. 1.

6 *Exponitur text. in* cap. ſicut, 21. quæſt. 2. cap. in apibus, 7. quæſt. 1.

Eccleſia inter duos dividi non poteſt.

CONCLUSIO.

1 PResbyter *habens populum debet habere Clericum, qui ſecum cantet; & in aliis, hic expreſſis, eum juvet.* Conſonat textus *in cap. propoſuit 6. de filiis presbyterorum*, & *ibi* Gloſſa, *verbo*, ſolis: *cap. placuit*, *cap. hoc quoque*, *cap. ſtatutum*, *cap. nemo*, 1. *quæſtione ſecunda*, *cap. nemo*, *cap. in omnibus*, *de conſecratione diſtinct.* 1. *cap. illud*, 7. *quæſt.* 1. *cap. illud*, 81. *diſtinct. cap. ſi conſtiterit*, *verſic. Miſſam cantaſſet de accuſationibus*, *cap.* 1. *de celebratione Miſſarum*, & *ibi* Gloſſa, *& in cap. dudum*, *final. de præſumptionibus*, Concilium Toletanum provinciale *Anni* 1566. *actione* 3. §. 5. Valentinum Concilium *Anni* 1378. *actione* 1. §. *ſacri Concilii*, *pag.* 31. Tridentinum Concilium *ſeſſione quinta*, *capite ſecundo*, & *ſeſſione* 24. *capite quarto*, *authentica*, *ut determinatus ſit numerus Clericorum*, *paragrapho primo*. Exornant Rebuffus *in tractatu congruæ portionis*, *num.* 65. Bonacina *de ſacramentis*, *diſputatione quarta*, *quæſt. ultima*, *punct.* 9. *num.* 33. Durantius *in Rationali divinorum officiorum*, *libro quarto*, *capite primo*, *num.* 38. Azor *inſtitutionum moralium*, *prima parte libro decimo*, *cap.* 19. Emmanuel Rodriguez, *quæſtionum Regularium*, *to.* 1. *q.* 40. *artic. primo*, cum traditis à Cenedo *in collectaneis ad Decretales*, *collectanea* 63. & *collectanea* 6. Auguſtinus Barboſ. *in collectaneis ad hunc textum*, *numero* 3. & 4. *& in collectaneis ad Decretum*, *in ca. hoc quoque*, *de conſecratione*, *diſt.* 1.

Ratio eſt, quia Sacerdos parochus debet habere
2 Clericum, qui ſibi deſerviat, & adjuvet, cum non poſſit ſolus Miſſarum ſolemnia, & alia divina officia ſine miniſtri ſuffragio celebrare, argumento textus *in ca. illud*, 7. *qu.* 1. *cap. propoſuit*, *de filiis presbyterorum*, *ca. hoc quoque*, *de conſecratione*, *diſtinct.* 1. Quod adeo verum eſt, ut non excuſetur à mortali reatu is, qui Miſſam abſque miniſtro celebrat, cum faciat contra Eccleſiæ inſtitutionem. Notat Auguſt. Barboſ. *in collectaneis ad hunc text. n.* 3. & ideo Eccleſia non debet dedicari, niſi ei aſſignentur redditus, qui duobus ſaltem ſufficiant, *cap. placuit*, 1. *qu.* 2. *cap. nemo*, *de conſecrat. diſtinct.* 1. Notat Barboſ. *ubi ſupra*, *n.* 2. Cened. *dicta collectanea* 93. *in principio*, cujus Parochi officium eſt, extra divina, etiam Parochianos ſuos in doctrina Chriſtiana in diebus dominicis, & feſtis ſolemnibus inſtruere, uti ſtatutum eſt in præſenti, & in Concil. Trident. *ſeſſione* 5. *ca.* 2. & *ſeſſione* 24. *ca.* 4. ad quod miniſterium, & ad epiſtolam, & lectionem legendam adjutorem retinere debet: Notat Barb. *in notis ad Concilium Tridentinum in dicto c.* 2. & 4. quod etiam refertur in Concil. Magunt. *c.* 45. cujus verba refert Cenedus *dicta collectanea* 63. *n.* 4.

Primò, adverſus textum noſtrum, dum docet, quod
3 Presbyter, qui plebem regit, Clericum habeat, qui ſecum cantet, obſtabit illa D. Hieronymus in *epiſtola* 5. *ad Epheſios*, relata *in ca. Cantantes* 1. 91. *diſtinct.* verſ. *Deo, non voce, ſed corde cantandum*; ex qua deducitur, Clericos non voce, ſed corde officia divina celebrare debet. Augetur difficultas ex illa Divi Gregorii authoritate *libro quarto*, *Epiſtolarum*, *Epiſtola* 44. relata *in ca. in Sancta Romana*, 91. *diſtinct.* verſic. *qua de re*, *præſenti decreto conſtituo*, *ut in hac ſede ſacri altaris miniſtri can-*

Granna in Decret.

tare non debeant, ut refert Acunna *ad primam Decreti partem*, *in commentariis ad textum*, *in cap.* cantantes 1. 92. *diſtinct. n.* 3. ex quibus conſtat, canticum Eccleſiaſticum prohibitum eſſe. Sed iis non obſtantibus, verius dicendum eſt, ſcilicet canticum in ſolemnibus ſacrificiis deſiderari, ut conſtat ex *textu noſtro*. & ex *juribus* in ejus confirmationem *ſupra adductis*. Neque obſtant jura ſupra in contrarium adducta, neque primò textus *in dicto cap. cantantes*, 92. *distinct.* quia *textus ille*, non negat canticum in divinis officiis deſiderari: ſed aſſerit quod non ſolum voce, ſed etiam corde Deo cantandum eſt; ideoque in verſic. illo; *Deo, non voce, ſed corde cantandum*, addendum eſt verbum illud *non voce tantum, ſed etiam corde*. Notat Gloſſa *verbo, non voce*: *id dicto cap. cantantes*: quæ quidem interpretatio deducitur ex authoritate ejuſdem Divi Hieronymi relata *in cap. non mediocriter*, *de Conſecratione*, *diſt.* 5. verſic. *non enim verbis, ſed corde orandus eſt Deus*. Notat Rodericus de Acuña *in commentariis ad primam Decreti partem*, *in dicto cap. cantantes*, *n.* 1.

Secundò, ſolutioni obſtat illa Divi Gregorii autho- 4
ritas *libro quarto*, *epiſtolarum epiſtola* 44. relata *in cap. Sancta Romana*, 92. *diſtinct.* verſ. *qua de re*, ex cujus authoritate apparet, canticum Eccleſiaſticum prohibitum eſſe. Sed huic dubio reſpondendum eſt, illa *Divi Gregorii* verba non prohibere canticum in officiis divinis; ſed tantum damnare illam pravam conſuetudinem in Curia Romana obſervatam, per quam Diaconi officium Cantorum aſſumebant, cum ipſi deberent ſolum inter Miſſarum ſolemnia Evangelium, & Lectionem decantare; ſimiliter etiam *ibidem* improbatur Diaconorum cantus, qui modulatione inhoneſtè, & laſcivè ab ipſis fiebat, ut à populo laudarentur, cùm hujuſmodi cantici curioſitas jure prohibita ſit *in extravaganti dicta Sanctorum Patrum*, *de vita*, *& honeſtate Clericorum*: ſiquidem cantus principaliter in Eccleſia inſtitutus eſt, ad excitandos piæ devotionis affectus, ad gloriam divini cultus. Notat Divus Bernardus *in epiſtola ad Aremanem*, & *in meditationibus cap.* 11. cujus verba refert Acunna *in commentariis ad primam Decreti partem*, *in dicto cap. cantantes* 1. 92. *diſtinct. n.* 5. quam quidem interpretationem latè proſequitur Suarez *tomo* 2. *de Religione libro quarto*, *de oratione vocali*, *capite nono*, *numero ſexto*, verſic. 4. *dicimus*, videndus eſt etiam Navarrus *de horis Canonicis*, *capite decimo ſexto*, *num* 43.

Tertiò, adverſus noſtrum *textum*, dum aſſerit, Sa- 5
cerdotem Miſſam celebrare, & eam cantare poſſe, dummodo unus tantum exiſtat, qui eum adjuvet, & reſpondeat, quod etiam demonſtrat textus *in cap. propoſuit de filiis presbyterorum*, *cap. illud*, 7. *quæſt.* 1. obſtabit textus *in cap. hoc quoque* 61. *de conſecratione diſtinct.* 1. ubi ſtatuitur, nullum Presbyterum poſſe Miſſarum ſolemnia celebrare; niſi duobus præſentibus, qui reſpondeant, ita ut cum illis duobus ipſe tertius intereſſe debeat. Verùm in hac jurium contrarietate, omiſſa interpretatione, quam refert Divus Thomas 3. *parte*, *q.* 83. *articulo* 3. *ad* 12. dum aſſerit, *textum noſtrum* eſſe intelligendum de Miſſa privata, *textum* verò *in dict. cap. hoc quoque*, de ſolemni; verius tamen dicendum eſt, unum tantum ſufficere, qui Sacerdoti reſpondeat; ut conſtat ex *noſtri textus* deciſione: quod etiam uſus comprobavit, cùm neceſſitas urget, ſed ſi Religionis contemptu Sacerdos uno ſolo præſente celebraverit, id non eſt admittendum: & ita eſt interpretandus textus *in dicto cap. hoc quoque*, *de Conſecratione diſtinct.* 1. ita ſentit Innocentius III *libro ſecundo*, *de miniſterio Miſſæ*, *capite vigeſimo quinto*, qui dum *textum* illum interpretari conatur, hæc verba profert: *Aliud eſt neceſſitatis articulus, & aliud Religionis contemptus. hoc eſt ex decreto Soterii, Miſſas enim ex contemptu celebrare non debet uno tantum adſtante: at dum urget neceſſitas Sacerdos miniſtro uno præſente celebrare poteſt.* Idem tenet Innocentius, cujus verba refert, & ſententiam proſequitur Auguſt. Barb. *in collectaneis ad Decretum in dicto*

cap. Hoc quoque, de Conſecratione, diſtinct. 1. *num.* 2. Durantius *lib.* 2. *de ritibus Eccleſiæ, cap.* 5. Soto *in* 4. *diſt.* 3. *quæſt.* 2. *art.* 5. *ad* 12. Acunna *ad primam Decreti partem, in cap. ſedulo* 12. *diſtinct.* 38. plures alias interpretationes refert *Turrecremata*, omnino videndus in *dict. cap. hoc quoque*, qui ſuprà traditam interpretationem proſequitur in *num.* 1. *&* 3. ubi diſputat, an illi duo, qui in Miſſæ celebratione aſſiſtunt debeant eſſe Sacerdotes; an verò ſufficiat, quod ſint laici, vel fœminæ: de qua re plura retulimus *in cap.* 1. *hoc titulo*: merito ea in præſenti omittimus. Neque ſolutioni obſtat textus *in dicto cap. ſedulo*, 38. *diſtinctione*, verſicul. *quod plane intelligit*, *dicat*, *Amen*. Ex quibus verbis Gloſſa *ibidem*, verbo, *dicat*, exiſtimat ſine miniſtro poſſe Presbyterum Miſſam dicere. Quia *ibi* populus non reſpondit *Amen*, officiando Miſſam, ſed aſſiſtendo ſimul cum adjuvante ſacerdote; neque ex eo, quod populus reſpondeat, excluditur miniſter, qui ſacerdoti debeat aſſiſtere. Notat Gloſſa marginalis *in dicto cap. ſedulo*, Acunna *ubi ſupra, ibidem, num.* 3.

6 Quartò, adverſus noſtrum *textum* dum aſſerit, quod Presbyter, qui plebem regit, debet habere Clericum, qui ſecum cantet: quod etiam docet textus *in dicto cap. propoſuit* 6. *de filiis presbyterorum*; obſtabit textus *in capite ſicut*, 21. *quæſtione ſecunda*, *cap. in apibus*, 7 *quæſtione prima*. In quibus juribus cavetur, Eccleſiam inter duos dividi non poſſe. Sed reſpondendum eſt, jura in argumento adducta procedere in Prælatis, qui non plures, ſed unus unicuique Eccleſiæ adſcribi debet: at verò *textus* noſter loquitur in adiutore ipſius Prælati, quo in caſu Eccleſia diviſa non reputatur, cum tantum uni deſponſata videatur. Notat Gloſſa *verbo*, *adiutorem*, *in dicto cap. illud*, 7. *quæſtione* 1. Abbas *in dicto cap. propoſuit, de filiis preſbyterorum, num.* 3. plures refert Auguſtin. Barb. *in collectaneis ad Decretum in dict. c. in apibus*, 7. *quæſt.* de qua re plura dicemus *in cap. majoribus* 7. *de præbendis*. De ſecunda noſtri *textus* parte, videndi ſunt Doctores, quos refert Cenedus *in collectaneis ad Decretales*, *collectanea* 6. *num.* 1. præcipuè Abbas *in præſenti*, *num. final.*

Ad textum in cap. Si quis ex Clericis 4. c. Clericus 5. & c. Clericis 7. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Clerici comam, & barbam nutrire prohibentur.*
2 *Comas nutrire laicis ignominioſum eſt.*
Fœminis prohibitum eſt inordinatè, & laſcivè comam pertractare.
Fœminis eſt prohibitum famulos comatos in ſervitio admittere.
Clerici ita attonſum caput geſtare debent, ut aures pateant ad crimina hominum per Confeſſionem audienda.
3 *Exponitur illa D. Hieronymi authoritas* cap. 44. *verſ.* non radent caput, nec barbam.
Sacerdotes gentilium raſo capite idolis ſacrificabant.
4 *Declaratur illa Levitici ſententia* cap. 19. *verſic.* non attondebitis comam in rotundum; *& illa D. Hieronymi*, cap. 19.
5 *Cæremonialia præcepta poſt Chriſti adventum ceſſarunt.*
6 *Clericus, ſi comam relaxaverit, anathema ſit.*
Excommunicationis ſententia ferri non poteſt, niſi ob culpam mortalem concurrente inobedientia.
Comam relaxare non eſt lethale peccatum, ſed veniale.

Anathema *verbum*, *inducit canonem latæ ſententiæ.*

CONCLUSIO.

QUæ ex jis omnibus juribus deduci ſolet, talis 1
eſt; *Clerici comam, & barbam nutrire prohibentur.* Conſonat textus *in dicto capit. ſiquis ex Clericis, cap. Clericus* 5. *cap. Clericis* 7. *hoc titulo*, *cap. prohibete* 21. *cap. Clerici* 22. *cap. ſiquis ex Clericis* 23. *cap. non liceat* 32. *verſic. non oportet*, 23. *diſtin. cap. duo ſunt, verſ. raſio*, 12. *quæſt.* 1. *cap. quæcumque*, 30. *diſtin. cap. quoniam* 1. 69. *diſt. cap. contingit el* 2. verſicul. *circumciſis crinibus*, *de ſententia excommunicationis cap. final.* 20. *quæſt.* 3. Divus Paulus 1. *ad Corinthios*, *cap.* 11. Gloſſa verbo, *& tonſuram*, *in Clementina* 2. *hoc titulo*: Concilium Carthaginenſe 4. *canon.* 44. Toletanum 4. *canone* 40. Granatenſe 1. *canone* 1. Concilium Triburienſe ſub Arnulfo Imperatore, *cap.* 20. Maguntinum Concilium *cap.* 1. Tridentinum Concilium *ſeſſione* 23. *cap.* 4. exornant Floſculus *de Clericorum ſtatu*, 1. *part.* §. 1. *num.* 132. Menochius *de arbitriis, lib.* 2. *caſu* 392. *num.* 23. *cum ſequentibus*, Salcedo ad Bernardum *cap.* 76. Duarenus *lib.* 1. *de ſacris Eccleſiæ miniſteriis, cap.* 14. Albertus Trotius *de vero, & perfecto Clerico, lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 202. *&c.* 60. *num.* 4. Victoria *de Sacramento Ordinis, num.* 240. Navarrus *in manuali, cap.* 25. *num.* 110. *verſic.* 33. Illeſcas 1. *part. Hiſtoriæ Pontificalis, lib.* 1. *cap.* 7. *&* 14. Carolus de Graſſis *de effectu Clericorum*, *effectu* 37. Sylveſter *in ſumma, verbo Clericus, num.* 2. Auguſt. Barb. *in collectaneis ad hunc textum*, & ad *Decretum*, *in dict. c. prohibere*, cum ſimilibus *ſupra* adductis; Idem *do officio, & poteſtate Epiſcopi, parte* 2. *allegat.* 9. *n.* 10. Acunna *ad primam Decreti partem, in d. c. prohibete*; *& in c. ſi quis* 23. cum traditis à Cenedo *in collectaneis ad Decretales, collectanea* 11. Marcus Ant. de Marſiliis *de redditibus, part.* 2. *c.* 19. *n.* 18. Baron. *Anno* 34. *c.* 293.

Ratio eſt: nam cum comas nutrire laicis ignomi- 2
nioſum ſit, notat Gloſſa, *verbo*, *ignominia eſt, in d. c. prohibere* 23. *diſt.* & non ſolum viris, ſed etiam fœminis, ſi in tractandis crinibus inordinatè, turpiter, laſcivè, & curiosè fecerint: Notat Tertul. *l.* 12. *de cultu fœminarum*, ibi, *quid crinibus veſtris quieſcere non licet? modo ſubſtringitis, modo relaxatis, modo ſuſcitatis, modo elicitis?* cum hæc capillorum mollities luxuriæ notam denotet, ex D. Hieronymo *tomo* 1. *in Ezechielem, c.* 44. ibi, *neque rurſus comam dimittere*, quod *proprium luxurioſorum eſt*: qua de cauſa *in Concil. Illiberitano ſeu Elibertino. c.* 67. fœminis eſt prohibitum ne in famulatu comatos admitterent miniſtros: ergo, ſi hæc capillorum mollities laicis, & fœminis prohibita eſt, multo fortiùs Clericis erit prohibitum comam nutrire, qui laicis, & fœminis in omnibus antecedunt, cum Dei miniſtri, & ejus cultui mancipati ſint: ut ſuprà diximus, in *cap.* 1. *hoc titulo*; qui coronam raſam, & attonſum caput, ita debent geſtare, ut aures pateant nullis crinibus obtegendæ, ut liberiores, & patentiores ſint ad aliorum crimina per confeſſionem audienda: ſi quidem miniſtri Altaris debent mentem habere elevatam, notat D. Thomas *parte* 3. *quæſt.* 40. *art.* 2. Tum etiam quia, cum omnis ſuperfluitas temporalis à Clericis abeſſe debet, *cap. penultimo, hoc titulo*; ſic & capilli, qui ex ſuperfluis generantur: Notat D. Thom. 3. *parte, quæſt.* 40. *art.* 1. Acunna *ad primam Decreti partem*, *in dicto cap. prohibete*, 23. *diſtin. num.* 4. *& in dicto cap. non liceat, eadem diſt. num.* 41. Notat Gloſſa *verbo*, & tonſura, *in dicta Clementina* 2. *hoc titulo*. Similiter, & barbam ita tonſam retineant, ne ſalutare corporis, & ſanguinis Chriſti Domini Sacramentum ſumentibus impedimentum afferat, ut conſtat ex *Motu proprio Pii V. incipiente* Sacroſancta Trident. ſynodus: *dato* 1. *ſui Pontificatus Anno, die* 30. *menſis Octobris*, *Anno* 1566.

Primò, obſtat illa *Hieremiæ* authoritas *cap.* 44. *ver-* 3
ſicul. non radent caput, neque barbam: ubi Sacerdotibus præcipitur, ne radant caput, neque barbam: ſed

ſed huic dubio ſatisfacere poteris ſi dixeris, ibidem Sacerdotibus Judæorum raſuram fuiſſe prohibitam, non ex eo, quod in ſe mala ſit, ſed ne aſſimilarentur Sacerdotibus gentilium, in quorum vicinitate habitabant; ſiquidem illi gentilium ſacerdotes toto raſo capite idolis ſacrificabant, ut ex eadem *Hieremiæ* authoritate apparet; qua de cauſa Hieronymi, & Ambroſii temporibus, Chriſtiani ſacerdotes non radebantur, cum adhuc ipſorum tempore, ſacerdotes idolorum permanebant, qui caput radebant, ut refert Ambroſius *Epiſtola* 36. Hieronymus *Ezechiel. Epiſtola* 44. notat Bellarmin. *libro primo, de Monachis, cap.* 44. cum novum non ſit, ut aliqua Religionis cæremonia evellatur, dum periculum Fidei inſtat. Notat Covar. *li.*4. *variarum. cap.* 19. *num.*7. & nos diximus in 1. *tomo ad titulum de feriis, num.* 8.

Secundò, obſtat illa *Levitici* auctoritas, *cap.* 21.
4 ubi ſimiliter de Sacerdotibus dicitur, quod non radent caput, nec barbam: Verum huic dubio dicendum eſt, quod ibi Deus non præcepit abſolutè Sacerdotibus, ne raderent caput, ſed ſpecialiter, in morte alicujus propinqui ſui, in ſignum doloris, cum Deus id præcepiſſet demonſtrando, Sacerdotes debere eſſe cæteris conſtantiores.

Tertiò, obſtat illa *Levitici* auctoritas, *capite decimo*
5 *nono*, in illis verbis; *non attondebitis comam in rotundum.* Augetur difficultas ex illa *Divi Hieronymi* auctoritate *capite decimo nono*, ubi refertur, Dominum ſe diſperſurum omnes circumſtantias in comam. Verum huic dubio, & ſimilibus auctoritatibus reſpondendum eſt, præcepta illa eſſe cæremonialia, quæ omnia poſt Chriſti adventum omnino ceſſarunt, atque ideo hodie obſervanda non ſunt, *cap. translato, de conſtitutionibus, capite primo, de purificatione poſt partum,* ſiquidem quidquid in ſacra Scriptura cæremoniale fuit, poſt legis Evangelicæ promulgationem omnino ceſſavit. Notat Covarruvias *libro quarto variarum, capite* 19. *num.* 3.

6 Quartò, adverſus ea, quæ refert textus in *cap. ſi quis* 4. *hoc titulo, cap. ſi quis ex Clericis*, 23. *diſtinct.* dum affirmat, quod ſi Clericus comam relaxaverit, anathema ſit, obſtabit principium illud, quo docemur, excommunicationem majorem ferri non debere, nec poſſe, niſi ob culpam mortalem, cum inobedientia, & contumacia commiſſam, ut apparet ex Concilio Nicæno, *capite quinto*, relato *in cap. ſervetur*, & in Concilio Meldenſi relato *in cap. nemo Epiſcoporum*, & in Concilio Vormacenſi relato *in cap. nullus, cum aliis*, 11. *quæſtione tertia.* Sed comam relaxare, non eſt lethale peccatum, cum non ſit dictum factum, vel concupitum contra legem Dei; ergo cum prædictæ Dei dilectioni non repugnet, ſed tantum ordinationi in his, quæ ad eandem dilectionem ſpectant, quod non lethale, ſed veniale peccatum erit, dicendum videtur, malè in *dicto cap. ſi quis ex Clericis* 4. *hoc titulo*, & in *cap. ſi quis*, 23. *diſtinct.* illatam eſſe anathematis pœnam, adverſus comam, vel barbam relaxantes. Sed huic difficultati, omiſſis plurimis interpretationibus aſſerentium, jura illa intelligenda eſſe de minori, non verò de majori excommunicatione; quæ interpretatio repugnat verbis illis, *anathema ſit*: quæ de ſolemni, & majori debent accipi, *cap. debent*, 11. *quæſtion.* 3. Alii verò aſſerunt, non eſſe ipſo jure impoſitam, ſed imponendam; notat Gloſſa *in dicto cap.* 4. verbo, *ſit*, dum aſſerit, legendum eſſe, id eſt *fiat*; quam ſequitur Suarez *de cenſuris, diſput.* 18. *ſection.* 3. *num.* 19. Salcedus *in dicto cap.* 76. Acunna *ad primam Decreti partem, in dicto capite quarto, hoc titulo, numero quinto.* Sed hæc interpretatio apertè convincitur ex eo, quod verbum *anathema*, inducit canonem lætæ ſententiæ: notat Tiraquellus *in l. ſi unquam, verbo, revertatur, num.* 149. & 180. Ludovicus Carmona *in tractat. de legibus, lib.* 8. *diſput.* 6. *verſic. ſeptima regula*: Suarez *de Religione, lib.* 2. *de ſuperſtitione, cap.* 14. *numero quarto.* Quare hac, & aliis omiſſis, veriſſimè dicendum eſſe exiſtimo, jura illa loqui de Clerico, qui comam relaxavit, ut ſic fieret apoſtata cum maxima pertinacia, & ſcandalo: notat Turrecrem. *in dicto cap. ſi quis ex Clericis*. 23. *diſtinct.* quæ quidem excommunicationis ratio extat in *cap. Clericus*, 20. *quæſt.* 3. notat *Dominicus, Præpoſitus, Cardinalis, & Cujacius in dicto cap. ſi quis* 4. *hoc titulo.* Eodem ferè modo eſt interpretandus textus *in cap. quæcunque* 2. 30. *diſtinct.* ubi ſi mulier comam ſibi amputaverit animo diſſolvendæ ſubjectionis, anathema eſt: ſiquidem coma à Deo ſibi data eſt ad velamen, & memoriam ſubjectionis marito debitæ, *cap. hæc imago*, 33. *quæſtion.* 5. quæ quidem ſententia intelligenda eſt de laicis mulieribus; non verò de Religioſis, quæ Deo conſecratæ ſunt. Notat Acunna *ad primam Decreti partem, in dicto cap. quicunque* 2. 30. *diſtinct. num.* 3. multoties autem accipitur pro turpi lucro; & ita eſt interpretandus textus *in cap. finat.* 20. *quæſt.* 3.

Ad textum in *cap. Quoniam* 9. *hujus tituli.*

DE materia hujus textus, infrà dicemus in *cap. non amplius* 1. *de inſtitutionibus*: meritò conſultò omitto.

Ad textum in cap. Cum ab omni 10. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Judices Eccleſiaſtici, & delegati, gratis judicare debent; nec exigere poſſunt decimam, vel quotam litis, etiamſi hoc habeat conſuetudo.*

2 *Abſtinendum eſt non ſolum ab eo, quod in ſe malum eſt; ſed etiam ab eo, quod occaſionaliter poteſt eſſe malum.*

Judex, qui pecuniam recipit, ad injuſtitiam moveri poteſt, ſiquidem juſtitia auro violatur, & munera excæcant oculos ſapientium.

Judex, qui male judicat, non ſolum proximum, ſed ipſum Deum offendit.

Sententia, lata pecunia intercedente, nulla eſt ipſo jure.

3 *Expenditur text. in* cap. ſtatutum, 11. §. inſuper, de reſcriptis, lib. 6.

Eſcalentum, & potulentum, *quid ſignificent.*

Judicibus ſi permiſſum eſſet eſculenta, & potulenta recipere, corruptibilis feneſtra aperiretur, cum ſub illo prætextu parvi doni, omnia paulatim recipere poſſent.

Nihil magis Reipublicæ odioſum eſt, quàm fraudibus viam aperire.

Delegati Judices olim ſtipendium non habebant.

4 *Conciliantur textus in* l. 7. tit. 15. lib. 4. ordinamenti *cum* l. 40. titul. 4. lib. 2. ordinamenti, l. 3. tit. 15. eodem lib. 2.

Judex finito judicio poſtquam functus eſt officio, poteſt eſculenta, & potulenta recipere.

5 *Exponitur textus in* leg. plebiſcito 18. ff. de officio Præſidis, l. ſolent verſ. non verò, ff. de officio Proconſulis.

Eſculenta, & potulenta olim Judicibus ſecularibus permiſſum erat recipere.

6 *Explicatur textus in* cap. cum Apoſtolus, c. ſopita, cap. cum nuper. de cenſibus, cap. 1. § procurationes, eodem titulo lib. 6.

Viſitator viſitationis tempore poterit eſculenta, & potulenta recipere.

Procurationes Viſitatoribus debentur.

Procurationes à Viſitatoribus in pecunia recipi non poſſunt.

7 *Conciliatur textus in* cap. 1. §. procurationes, de cenſibus lib. 6. *cum* cap. Felicis 3. ejuſdem tituli, & libri.

8 *Dilucidatur textus in* cap. quoniam, in fine, 18. *diſtinct.*

9 *Juſtum judicium nec Judici vendere, nec reo, vel actori emere permiſſum eſt.*

Illuſtratur textus difficilis in l. 2. *verſ.* eſt quidem relatum, condictioni locum eſſe, ff. de condictione ob turpem cauſam.

Crimen ſine turpitudine non committitur.

10 *Expenditur textus in* l. 3. ff. de condictione ob turpem cauſam, *verſic.* ubi autem dantis, & accipientis turpitudo verſatur.

Exempla non arctant regulam.

11 *Dilucidatur textus in* cap. non ſanè, 14. quæſtione quinta, *verſicul.* ille tamen, *junctо verſicul.* facilius ea.

12 *Elucidatur vera interpretatio ad textum in* dicta l. 2. ff. de condictione ob turpem cauſam.

Pecunia Judici data, ut non iniquè, aut injuſtè, ſed ut rectè judicet, repeti poteſt, cùm ex parte dantis turpitudo ceſſet; non verò ſi ſimpliciter ei data eſt, nulla expreſſa cauſa, etiamſi bona, & juſta exiſtat; quia tunc ex parte utriuſque turpitudo extat.

13 *Licitum eſt litigatori pecuniam Judici dare pro redimenda vexatione, cum imminet periculum, vel veroſimile eſt, Judicem aliter juſtitiam non præſtare. Id verum eſt, etiamſi alia appellationis, & recuſationis remedia exiſtant.*

14 *Expenditur textus in* l. ſi per imprudentiam 51. *verſ.* ſordibus, ff. de evictionibus.

15 *Explicatur text. in* d. l. ſi per imprudentiam 51. verſ. aut quid refert, ff. de evictionibus.

Sententia ſordibus ſive pretio accepto lata, nulla eſt, ſi verò ſordibus amicitiæ, vel inimicitiæ fuerit prolata, valet.

16 *Conciliatur textus in* l. Labeo 3. §. 1. in fine, digeſtis, de receptis arbitris, *cum* l. 9. §. ſanè, digeſtis, eodem.

Teſtis pro ferendo teſtimonio an poſſit aliquid accipere, remiſſivè notatur.

CONCLUSIO.

1 *Eccleſiaſtici judices, & delegati gratis judicare debent, nec exigere poſſunt decimam, vel etiam quotam litis, etiam ſi hoc habeat conſuetudo*: Conſonat textus *in cap. qui rectè judicat, cap. pauper, cap. quatuor modis, capit. Epiſcopus, §. ſi ergo* 11. *quæſt.* 3. *cap. non licet, eandem cauſa, & quæſt. cap. ſtatutum, §. inſuper, de reſcriptis, lib.* 6. *cap. cum Apoſtolus*, cum *ſuis §§. de cenſibus, capit.* 1. §. *procurationes, eodem titulo, lib.* 6. *cap. ſunt nonnulli, cap. Judices*, 1. *quæſt.* 1. *cap. militare, ad finem*, 23. *quæſt.* 1. *cap. fratres*, 9. *quæſt.* 3. *cap. omne*, 25. *quæſt.* 1. *cap. non ſanè* 15. 14. *quæſt.* 5. *cap.* 1. *de ſententia, & re judicata, lib.* 6. *Exodi* 23. *Eccleſiaſt.* 20. *Deuteron.* 16. & 27. *Eſaiæ* 23. *l.* 4. §. *in eum ff. de damno infecto, l. ſi filius familias* 15. §. *judex* 1. *ff. de judiciis, l.* 3. *l. lex Julia, §. hodie*, cum aliis, *ff. adl. Juliam repetundarum, l. ſi aliquid, Cod. de ſuſceptoribus, & arcariis, l. judices* 12. *Cod. de dignitatibus, l. ſi aliquis, Cod. de officio præfecti prætorio, l.* 2. *Cod. de palatinis ſacrarum largitionum, authent. novo jure, & l. final. Cod. de pœna judicis qui male judicavit, l. venales, Cod. quando provocare non eſt neceſſe, Novella* 8. 17. 24. & 25. *cap.* 5. *principio Inſtitut. de oblig. quæ ex quaſi delicto naſcuntur, l.* 23. *titulo* 22. *partita* 3. *l.* 6. & 7. *titulo* 15. *lib.* 2. *Ordinamenti*, exornant Baldus, Platea, Lucas de Penna; & ordinarii omnes *in dicta l. judices, Cod. de dignitatib.* Menochius *de arbitrariis, caſu* 3. & 42. *num.* 7. Cujacius *lib.* 12. *obſervationum, cap.* 28. Covarr. *in regula peccatum*, 2. *parte*, §. 3. *num.* 1. cum *ſequentibus*, Narbona *in* 3. *partem recopilationis, lib.* 1. *titulo* 7. *in l.* 31. *gloſſa* 6. ferè per totam: Morla *in emporio*, 1. *parte, titulo* 2. *quæſt.* 10. *in principio*, & ferè per totam Decianus *in practica criminali, lib.* 8. *cap.* 33. & 55. *ex num.* 6. Navarrus *in Manuali, cap.* 17. *ex num.* 33. Farinacius *in praxi criminali, parte* 3. *quæſt.* 111. *in principio*, præcipuè *ex num.* 15. Soto *de juſtitia, & jure, lib.* 4. *quæſt.* 7. *art.* 2. Molina *eodem tract.* 2. *diſput.* 83. *in principio*, Leſſius *eodem tract. lib.* 2. *cap.* 14. *ex num.* 62. Antonius Pichardus *in principio Inſtitut. de obligationibus, quæ ex quaſi delicto naſcuntur*, Bobadilla plura, & plures refert, *in politica*, 1. *parte lib.* 2. *cap.* 11. per totum, Donellus *lib.* 15. *comment. cap.* 27. & 43. Idem *lib.* 28. *cap.* 2. ubi *Oſualdus*: Cenedus, qui plura, & plures refert, *in collect. ad Decretal. collectan.* 134. & *in collectanea ad Decretum, collectan.* 28. Barboſ. *in collectan. ad noſtrum textum, num.* 2. & *ad Decretum, in dict. cap. non liceat, cap. qui rectè*, 11. *quæſtione tertia*, & *in cap. non ſanè*, 14. *quæſtion.* 5.

Ratio dimanat ex principio noſtri *textus*; quia non ſolum abſtinendum eſt ab eo, quod eſt in ſe malum, ſed etiam ab eo, quod occaſionaliter poteſt eſſe malum: *Apoſtolus* 1. *ad Theſſalo. cap.* 5. & quoniam recipere pecuniam pro judicio, poteſt inducere Judicem ad injuſtitiam, *cap. quatuor modis*, 11. *quæſtione tertia*: ſiquidem munera excæcant oculos ſapientium, *Deuteron.* 16. notat Cenedus, & Bobadilla *locis ſupra citatis*, juſtitia auro violatur, nullámque reus pertmeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat; notat S. Iſidorus *libro tertio, de ſummo bono, capite quinquageſimo octavo*, ſiquidem Judex corruptus, qui contra proximum malè judicavit, non ſolum proximum, ſed ipſum Deum offendit; ideòque pluribus pœnis plectitur; juxta textum *in cap.* 1. *de ſententia, & re judicata, lib.* 6. ibi, *qui tot præſumit offendere, pœna multiplici caſtigetur.* Meritò, Reipublicæ enim intereſt, tale crimen acriter puniri, ne aliàs avaritia Judicis ſit in republica omnium malorum mater; nam quis non latrocinabitur ſine ullo periculo, ſi videat Judicem omnia auro vendentem? Hinc homicidia, adulteria, invaſiones, vulnera; hinc raptus virginum, & commerciorum confuſio, hinc contemptus legum, & judicum ſemper erit: docet textus *in authent. Ut Judices ſine quoquo ſuff.* §. *an certe*, quæ omnia docent, quantum à Judicibus vitanda ſint munera: cum fieri non poſſit, ut qui minus accipit, magis erga dantem, quàm non dantem, propitius efficiatur: quod adeo verum eſt, ut parentes in ſuorum liberorum perniciem corruptos videamus, ex Juvenalis *Satyra* 10. Et in ſumma nihil eſt tam ſanctum, nihil tam munitum, quod pecunia violari, & impugnari non poſſit. Notat Cicero *in Verrem*: Bobadilla *ubi ſuprà, num.* 3. *litera G.* ideòque judicium, etiam juſtum vendere non licet, & venales ſententiæ ab ipſis etiam ſecularibus legibus improbantur, ita ut ſententia lata, pecunia intercedente, nulla ſit ipſo jure, *dicta l. venales, Cod. quando provocare non eſt neceſſe.* Nec etiam ordinarii, vel delegati judices poſſunt decimam, vel quotam litis partem exigere: quia Eccleſiaſtici redditus ad hoc ſunt eis deputati, ut ex ipſis honeſtè vivere debeant: ut *textus* noſter affirmat: quod adeo eis eſt prohibitum, ut etiam ſi in contrarium conſuetudo extet, admitti non debet; quia talis conſuetudo eſſet irrationabilis, & contra bonum juſtitiæ: ex textu noſtro, & *cap. multis*, 1. *quæſtione tertia*, cum potius ſit corruptela, atque ideo extirpanda, *cap. final. de conſuetudine, cap. mala, diſtinct.* 8. 2

Primò obſtat textus *in cap. ſtatutum* 11. §. *inſuper*, *de reſcriptis, libro ſexto*, ubi delegatis Apoſtolicis permiſſum eſt eſculenta, & potulenta à partibus recipere, ſi mera liberalitate ab eis fuerint donata: *Eſculentum, & potulentum*, eſt parvum donum, vel munus ad edendum, ſeu potandum nobis paratum, *l. plebiſcito, ff. de officio Præſidis*, ergo non rectè in præſenti generaliter ſtatutum eſt, Judicem à partibus nullum munus accipere poſſe. In cujus *textus* difficultate communiter dici ſolet, eſſe diſcrimen conſtituendum inter Judices 3

dices delegatos Summi Pontificis, & inter Judices ordinarios; ita ut illi poſſint parva munera in cibo, vel potu à partibus ſponte oblata recipere: & ita obtinere deciſionem text. *in dicto* §. *inſuper*; ſecus Ordinarii, de quibus in *textu noſtro*; quam diſtinctionem tenent Gregorius Lopez *in leg.6. gloſſa, verbo*, ne reciban, *titulo* 6.*partita* 4. Azevedus *in leg.* 1.*num.*18.*tit.*6. *lib.*3.*recopilationis*: Morla *in emporio, tit.* 2. *quæſt.* 10. *num.*9.cum traditis à Barb.*in collect. ad Sextum, in dict. cap.ſtatutum*,§.*inſuper, num.*71. *& in collect.ad noſtrum textum,num.*5. *cum ſequentibus.* Quæ interpretatio apertè convincitur ex Divo Gregorio *in cap. ſunt nonnulli* 100. 1. *quæſt.*1. *verſicul. ab omni munere*; quod verbum *omne* nihil excludit: conſtat etiam ex *Authent. ut judices ſine quoquo ſuffragio*, §. *penult.* ubi Juſtinianus conſtituit Judices *nihil* capere poſſe præter ſalarium: ponderando verbum illud *nihil*; ſiquidem ex illa generali, & univerſali dictione *nihil*, comprehenſa videntur, eſculenta, & potulenta; argumento textus in *leg.hoc genus*, *ff. de condit. & demonſtrat.* Quod etiam expreſſè ex jure noſtro Regio conſtat *in leg.* 7. *tit.* 15. *lib.* 4. *Ordinamenti*, ibi, *ni viandas, ni otros bienes, ni coſas algunas.* Præterea ratione comprobatur, nam ſi Judicibus permiſſum eſſet eſculenta, ſeu parva illa dona recipere, tunc corruptibilis feneſtra aperiretur, cùm ſub illo prætextu parvi doni, omnia paulatim recipere poſſent: quod admitti non debet; cùm nihil magis Reipublicæ odioſum ſit, quàm fraudibus viam aperire ut latè demonſtrat Antonius Faber *in juris prudentia ad titulum de tutelis, principio* 8.*illatione* 6. Quare hac & aliis omiſſis, veriſſimè eſt dicendum, ideò Judicem delegatum Pontificis *in dict.* §. *inſuper*, potuiſſe eſculenta, & potulenta mera liberalitate oblata recipere; quia Judicés illi delegati ſtipendium habere non ſolent; meritò, cùm Delegatus per alienas terras, domoſque verſetur,nec ſalarium ei olim eſſet aſſignatum, nihil mirum, ut tanquam hoſpites in locum ſtipendii poſſent eſculenta, potulenta, & parva illa munera recipere; licèt hodie *ex dicto* §. *inſuper*, Judices illi delegati tales eſſe debeant, qui habeant dignitates, perſonatus, vel præbendas; notat Barb. *in præſenti n.*9. *apud finem*: quæ ratio cum ceſſet in Ordinariis, quibus congruum ſalarium aſſignatum eſt, mirum non eſt quod eis ex generali noſtri textus deciſione ſit prohibitum, eſculenta, potulenta, & alia munera recipere.

4 Secundò, adverſus id, quod ſuprà retulimus, videlicet Judicibus, nec de jure Regio permiſſum eſſe eſculenta, & potulenta recipere, ex *dicta leg.* 7. *tit.* 15. *lib.* 4. *Ordinamenti*, ibi, *ni viandas, ni otros bienes, ni coſas algunas*; obſtabit textus *in leg.*40. *titul.* 14. *lib.* 2. *Ordinamenti,l.*3.*tit.*15.*eodem lib.* 2. *Ordinamenti*, ibi,*ſalvo coſas de comer, ò beber offrecidat de grado*:ex quibus verbis apertè deducitur, hodie jure Regio etiam Judicibus ordinariis permiſſum eſſe eſculenta, & potulenta recipere: in quorum jurium contrarietate Didacus Perez *in dict. leg.*40. aſſerit, jura illa intelligenda eſſe in Apparitoribus, non autem in Judicibus: nam Apparitores dona illa recipere poſſunt, *ex dicta leg.*40. *tit.*14. ſecus Judices. Rationem differentiæ aſſignans, quia Apparitores Judicis præcepto obedire debent, in quibus nullum perverſionis judicii periculum extat; ſecus in Judicibus. Sed licèt hæc interpretatio adaptari poſſit ad textum *in dicta leg.* 40. non tamen poterit ad text.*in dicta leg.*30.quæ lex expreſſè loquitur de Judicibus, non verò de Apparitoribus; quare ut ad alia difficiliora jura tendamus, verius dicendum eſt, textum *in dict.leg.* 30.loqui, quando jam finitum eſt negotium; hoc eſt, cum jam deſinit eſſe judex, quo in caſu poterit eſculenta, & potulenta recipere;quæ interpretatio deducitur ex verbis illius text.ibi,*deſpues que los debates fueren legitimamente acabados*: notat Didac.Perez *in dictis juribus.*

5 Tertiò, prædictis obſtat textus *in l. plebiſcito* 18. *ff. de officio Præſidis, l. ſolent.* verſi.*non vero,ff.de officio Proconſulis*: in quibus juribus conſtat, Judices ordinarios poſſe eſculenta, & potulenta recipere. Cui dubio reſpondendum eſt, jura illa procedere de jure communi antiquo *Digeſtorum*, ex quo cuilibet Judici ſeculari, etiam ordinario,permiſſum erat,parva illa munera recipere, ſi ab eo expreſſè non fuiſſent petita,ſed ſponte, & mera liberalitate oblata, & ita exigua ut conſumerentur intra paucos dies, arbitrio prudentis diffiniendos, juxta circumſtantias tum Judicis recipientis,tum perſonæ largientis, tum denique rei oblatæ, & ſimiles, dummodo non ab uno, & eodem frequenter offerrentur: notat Azevedus *in leg.*1.*ex num.*17.*titulo* 6.*lib.*3.*recopilationis.* Quod quidem ideò jure antiquo admiſſum fuit; quia non erat veriſimile, quod propter hæc modica munera, moveretur animus judicantis; notat Gloſſa *verbo*, conſumi, *in dicto cap. ſtatutum*, §. *inſuper, de reſcriptis lib.* 6. Auguſt.Barb.plures referens *in collect. ad noſtrum textum, num.* 7. poſteà verò jure novo Authenticorum in *authent. At judices ſine quoquo ſuffragio*: §. *oportet*, *collatione* 2. fuerunt prohibita hujuſmodi munera, ita ut judici nihil ſub ratione muneris dari, nec ab eo accipi poſſit, niſi publicum ſtipendium non haberet, ſicque ex illis emendatum fuiſſe jus illud antiquum *Digeſtorum*, tenent Menochius *de arbitrariis, caſu* 517. *num.* 13. Barboſa *in collect. ad noſtrum textum, num.* 8.

Quartò, his omnibus obſtat textus *in cap. cum* 6
Apoſtolus, cap. ſopita, cap. cum nuper, de cenſibus;cap. 1. §. *procurationes*, *eodem titulo lib.* 6. in quibus juribus cavetur Epiſcopum, & alium quemcunque Judicem Eccleſiaſticum viſitationis tempore poſſe eſculenta, & potulenta recipere. Cui dubio reſpondendum eſt, illud Eccleſiaſticis judicibus ſpecialiter permiſſum eſſe, viſitationis tempore, rationem ſpecialitatis refert textus *in cap. cum ex officiis, cap.ſi Epiſcopus, de officio Ordinarii lib.* 6. dum aſſerit, procurationes Viſitatoribus deberi; quia cum Viſitatores ſpiritualia ſeminent in utilitatem Eccleſiarum, quas viſitant, meritò ab eiſdem victualia præſtari debent; etiam ſi fructus Epiſcopatus Viſitatori ſufficiant; tum in ſubſidium ſubjectionis, tum etiam, ut ſic facilius invitentur ad viſitationem: præterea ne pertimeſcant difficultatem portandi, deferendi, vel quærendi victualia per Epiſcopatum, vel provinciam: cum nemo cogatur ſuis ſtipendiis militare: *cap. cum ex officii* 16. *de præſcriptionibus*; *cap. ſi Epiſcopus* 6. *de officio Ordinarii lib.* 6. Notat Barboſa *de jure Eccleſiaſtico univerſo lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 7. & licèt Epiſcopi, & Viſitatores judices poſſint viſitationis tempore eſculenta, & potulenta procurationis nomine recipere, tamen in pecuniis victualia illa recipere non poterunt: juxta textum *in dicto cap.* 1. §. *procurationes, de cenſibus lib.* 6.

Quintò, huic ultimæ reſolutioni obſtabit textus 7
in cap. Felicis 3. *ejuſdem tituli de cenſibus, lib.* 6. Concilium Tridentinum *ſeſſione* 24. *de reformatione, cap.* 3. in quibus juribus conſtat, Judicem viſitatorem conſentientibus ipſis viſitatis, poſſe recipere procurationem in pecunia. Augetur difficultas ex textu *in cap. exigit.*2.*de cenſibus lib.* 6. ex quo cavetur, quod etiam volentibus viſitatis, Viſitator non poterit procurationem in pecuniis, ſed in victualibus recipere: Sed hæc jura ad concordiam ſunt reducenda, ſi dixeris, quòd licèt attento *Lateranenſi Concilio*, de quo *in dicto ca. procurationes, de cenſibus*, ſub *Innocentio IV.* celebrato *Anno* 1243. & ſimiliter uſque ad *Gregorium XI. in dicto cap. exigit* 2. Viſitatores in pecunia, etiam ipſis viſitatis conſentientibus accipere non poſſent; tamen *Bonifacius VIII.* Gregorii IX. ſucceſſor *in dicto cap. Felicis* 3. *de cenſibus, lib.*6. cognoſcens plura incommoda, & diſpendia, tam perſonis viſitantibus, quàm locis,Eccleſiis,& perſonis viſitatis exiſtere, merito, quoad hanc partem correxit deciſionem text. *in ca.* 1. §. *procurationes,de cenſibus, lib.* 6. & permiſit Viſitatoribus, ut volentibus viſitatis, poſſint in pe-

cunia procurationem pro victualibus recipere: Notat Barbos. *de potestate Episcopi 2. parte, allegatione* 73. *num.* 98. sed si Judices illi visitatores aliquid ultra procurationem receperint, maledictionem incurrunt, à qua non liberantur, nisi duplum restituant, juxta textum *in dicto cap.* 1. §. *procurationes, in fine, de censibus, lib.* 6.

8 Sextò, huic sententiæ obstabit Concilium Nicænum relatum *in cap. quoniam, in fine,* 18. *distinct.* ubi si Archiepiscopus procurationis nomine, aliquid exegerit ab Episcopis ad Concilium venientibus, quadrupli pœna tenetur, ut Ecclesiæ restituatur. Cui dubio respondendum est, discrimen versari inter decisionem textus *in dicto* §. *procurationes*, & inter directum *in dicto cap. quoniam*; quia *in dicto* §. *procurationes*, dupli pœna puniuntur Judices visitatores, qui ultra procurationem aliquid recipiunt; at verò textus *in dicto cap. quoniam, in fine,* 18. *distinct.* procedit in crimine concussionis, veluti quando Judices aliquid per metum, ultra debitum salarium, à partibus exigunt, ne injustitiam exerceant: quod quidem crimen gravissimum est, & majori punitione dignum; atque ideò quadrupli pœna punitur, juxta textum *in cap. Sancimus*, 2. *quæst.* 1. *cap. militare*, 23. *quæst.* 1. notat Turrecremata *in dicto cap. quoniam*, 18. *distinct.* Abb. *in dicto cap. procurationes, num.* 6.

9 Septimò, adversus nostrum textum *in versiculo, cum nec iustum judicium Judici vendere liceat*: ex quo deducunt omnes, quod nec reo, nec actori, dum adhuc sub Judice lis vertitur, pecuniam Judici dare permittitur, ut pro se sententiam proferat; quare, si dederit, turpiter eum dedisse, & judicem ita turpiter accepisse dicetur, ut utriusque dantis, & accipientis turpitudo versetur, cùm judex etiam turpiter accipiat pro eo quod aliàs gratis facere tenebatur: docet Vlpianus *in l. 2. versic. sed hic quoque crimen contrahit, ff. de conditione ob turpem causam, l.* 1. *Cod. de pœna judicis qui male judic.* ut etiam *Gregorius* ratiocinatur *in cap. qui recte,* 11. *quæst.* 3. idemque probat Divus August. *Epistola* 54. relata *in cap. non licet,* 11. *quæst.* 3. obstabit textus *in dicta l.* 2. *versicul. est quidem relatum conditioni locum esse*, ubi idem *Vlpianus* affirmat, repetitionem danti competere: nam si turpitudo ex parte dantis, & judicis recipientis esset, repetitio cessaret, juxta textum *in l. ubi autem* 3. cum *sequentibus. ff. de conditione ob turpem causam.* In qua difficultate subtiliter dici solet, textum in *dicta l.* 2. attentè perpensum, potius nostri *textus* sententiam confirmare, quàm impugnare; nam *Vlpianus*, ibi, *versiculo, est quidem relatum*, satis indicat, olim aliquos fuisse Jurisconsultos, qui conditioni locum esse sentirent; quorum argumento idem Vlpianus scripsit *in l. in causa* 16. *in principio, ff. de minoribus*: sed paulo inferiùs, aliud obtineri, ob *Antonini* constitutionem suadet: quæ quidem constitutio indistinctè, & generaliter definit, ob futurum judicium pecuniam dari non posse, sub pœna amissionis causæ, *l.* 1. *Cod. de pœna judicis, qui malè judicavit.* Quæ sententia, & solutio comprobari poterit ex eo, nam si is, qui pro bona causa pecuniam præbet, crimen contrahit, ut Vlpianus *ibidem profitetur*, quanam ratione dici potest non eum turpiter dare? crimen enim sine turpitudine quis admisit: turpitudo itaque in ipsa pecuniæ præstatione consistit, aliàs, si nulla turpitudo esset, illa donatio non coërceretur: quæ interpretatio juvatur ex principio textus *in l. idem* 4. *ejusdem tituli, ff. de conditione ob turpem causam*, ibi *cum ob stuprum*, si conjungatur *dicta l.* 2. cum *dicta l.* 4. *cum* utraque sit Vlpiani *lib.* 26. *ad edictum*; & quemadmodum *in dict. l.* 4. Vlpianus in illis tribus exemplis asserit repetitionem non competere, quia versatur utriusque turpitudo; sic etiam non competere in specie *dictæ l.* 2.

Octavò, hæc interpretatio impugnatur valde, ex
10 illa *Pauli* sententia inter medium proposita *in l.* 3. *ejusdem tituli*, in illis verbis, *ubi autem dantis, & accipientis turpitudo versatur*: qui textus videtur omnino casum diversum constituere: Sed respondendum est, quod textus *in dicta l.* 3. est fragmentum Pauli *lib.* 10. *ad Sabinum*, quod *ibi* à Triboniano (more suo) inclusum fuit, non ut superioni illud annecteret, sed ut per se, & ut generalis regula staret: & licèt *ibi* casum tantum constituisset in eo, qui judici pecuniam dedit, ut malè judicaret; non tamen ideo excludit idem dicendum fore, quoties dedit, ut pro se in bona causa sententiam ferret, cùm, quantum in se fuit, judicem corrumpere tentaverit: siquidem exempla non arctant regulam, *l. damni infecti* 10. *ff. de damno infect. l. prætor* 3. §. *quoties, digestis, de collatione bonorum*: quam interpretationem ad textum *in dict. leg.* 2. ita refert Goveanus *variarum lectionum, libro secundo, capite decimo octavo, versiculo, quartum igitur fit*, & post eam latè Narbona *in* 3. *partem recopilationis, in l.* 31. *titulo sexto, libro primo, recopilationis, glossa* 6. *num.* 17. cum *sequentibus.*

Nonò, solutioni obstat textus *in cap. non sanè*, 14. 11
quæst. in illis verbis, *ille tamen solet tanquam male sibi ablatam pecuniam repetere, qui justum judicium emit; quoniam venale esse non debuit.* Cujus difficultatis dissolvendæ gratia, Glossa in *dicto cap. non sanè*, verbo, *ille*: existimat, quod si pars in bona causa non eo animo det, ut Judicem corrumpat, sed potius jus, ac quietem sibi conservet, repetitionem habet: argumento textus *in cap. dilectus, de simonia*: quæ quidem interpretatio, ut arrideat, ita accipi videtur, quod aut Judex non aliter mihi justitiam reddere voluit, quàm si peccuniæ quantitas ipsi tribueretur; & hoc casu repetitio locum habebit: nam judex contra justitiam pecavit, talem exactionem faciendo: atque ideò tunc non solum eidem Judici datum repeti poterit, verum & Judex ipse restitutioni obnoxius erit, scilicet largitori; & ita accipiendus est textus in *dicto cap. non sane*: aut verò liberaliter, ut justa illa causa nullo modo interverteretur, utque securiùs litem ageret, etsi non exigente judice, pecuniam dedit, judicem tamen quodammodo quantum in se fuit corrumpere tentavit; quo sensu interpretanda est *dicta l.* 2. *digestis, de conditione ob turpem causam*, quo circa hoc posteriori casu, licet Judex turpiter acceperit, cum id facere non deberet propter honestatem legalem, non tamen injustè recepit: quia sponte oblatum accepit, atque ideo ad acceptum restituendum ei, qui dedit, judex non obligatur, nec etiam pauperibus ex obligatione aliqua, vel præcepto, sed tantum ex consilio, ut refert Divus Augustinus *in dicto cap. non sanè*, 14. *quæstione quinta*, ibi, *facilius ea, quæ hoc modo adquisierunt, tanquam sua pauperibus largiuntur, quàm eis, à quibus accepta sunt tanquam aliena restituant*, notat Suarez *de Religione, libro quarto, titulo, de simonia, cap.* 5. 9. *numero vigesimo septimo*, quam interpretationem sequitur Farinacius *de testibus, quæstion.* 67. *num.* 260. *cum sequent.*

Decimò, huic distinctioni valde obstant verba 12
ejusdem textus *cap. non sanè*, 14. *quæstione quinta*, versiculo, *ille autem solet tanquam male sibi ablatam pecuniam repetere, qui justum judicium emit*; ponderando verbum illud, *ille*, quasi relativum illud supponat, etiamsi à volentibus pecunia detur, posse tamen repeti, contra distinctionem, & interpretationem *suprà* adductam. Sed huic dubio respondendum est verbum, *ille*, non referri ad clausulam præcedentem, sed ad subsequentem, scilicet, ad eum, qui justum judicium emit, quæ clausula per se stat, nec ad aliam referre oportet: sed licet prædicta interpretatio verissima sit, videtur quidem non rectè adaptari ad textum *in dicto cap. non sanè*, & ad *dictam legem* 2. *digestis, de conditione ob turpem causam.* Quare congruentius distinctionis fœdere responderi posse censeo: aut enim aliquis pecuniam Judici dedit, ut non iniquè, & injustè judicaret, sive ut rectè, vel juridicè sententiam proferret, aut verò simpliciter in bona causa Judici pecunia

cunia data eſt, nulla expreſſa cauſa ob quam detur, ſcilicet, non ut juſtè, aut injuſtè judicet; ſed ut judicet tantum, aut pro ſe ſententiam ferat; priori caſu, datum repeti poteſt, quia ex parte dantis nulla turpitudo fuit, cum expreſsè dederit, ut Judex in proferenda ſententia, juſtè verſaretur: ex parte tamen accipientis turpitudo non minima verſatur; quia accepit pro eo quod alioquin gratis facere tenebatur, quo caſu repetitio locum habet, *dicta leg.2.& leg.final.ff.de condictione ob turpem cauſam*, juxta quem ſenſum accipiendus eſt textus *in dicto cap.non ſane, in verſic. juſtum judicium emit*; nam cùm expreſſerit, *juſtum judicium emit*, injuſtum eſſet ut repetitio denegaretur: ſecundo verò caſu, quando etiam in bona cauſa pecunia Judici præſtatur, ut pro ſe judicet, ſive tantum ut judicet, repetitio locum habere non poteſt: quia etiam ex parte dantis turpitudo verſatur: nam quantum in ſe fuit, Judicem corrumpere tentavit; videturque ipſum ſpe pretii fraudulenter Judicem ad favorabilem ſententiam invitaſſe: & ſecundum hæc accipiendus eſt textus *in dicta leg.* 2. in alia ejus parte, *ff. de condictione ob turpem cauſam.* Quæ quidem interpretatio comprobari poteſt ex textu *in leg.final.tit.22.partita* 3. *& leg.*52. *titulo* 14. *ejuſdem partitæ*: quam interpretationem ſequitur Gloſſa *verbo*, *expectat*, *in dicto cap.qui recte*, 11. *quæſt.* 3. Covarruvias *in regula*, *peccatum* 2. *parte*, §. 3. *numer.*1. *de reg. juris*, *lib.*6. de qua re plura ſcripſit Barboſa *in collect. ad Decretum in dicto cap. non ſane*, 14.*quæ.* 5. Quam quidem interpretationem veriorem, & clariorem eſſe exiſtimo; licet aliter confusè ſenſerit Antonius Faber *in Rationali*, *ad textum in dicta leg.*2.*ff.de conditione ob turpem cauſam.*

13 Undecimò adverſus ea, quæ communiter *in præſenti* notant omnes: videlicet, in foro conſcientiæ, licitum ſe litiganti, ad redimendam vexationem, Judici, etiam publicum ſtipendium habenti, dare aliquid temporale, ut pro ſe juſtam ſententiam ferat, quando imminet periculum certum, aut veroſimile, quod Judex ejus juſtitiam perverteret, quod quidem ipſe alia via evadere non poterat; notat Gloſſa *verbo*, ille, *in d. cap. non ſane*, 14.*q* 5. Abb.*in præſenti*, *num.*8. Covar.*in dicta regula*, *peccatum*, 2. *parte*, §. 3.*num.* 1. cum multis traditis à Barboſa *in collect. ad hunc textum num.* 13. obſtabit dicere, quod alia remedia præter dictam pecuniæ, vel alterius temporalis muneris dationem, ſuperſunt ad redimendam hanc Judicis vexationem, nempe recuſatio, vel appellatio; ac proinde dicta datio neceſſaria non eſt, & conſequenter improbari debet. Sed reſpondendum eſt, hæc juris remedia non adeo eſſe certa in ſui executione, imò ut plurimum eſſe in hoc reſpectu dubia, cùm pendeant ex arbitraria probationum admiſſione, & ex aliis, quæ ſolent cujuſlibet litis eventum dubium reddere: juxta textum *in leg. quod debetur* 51.*ff.de peculio.* quod cùm ita ſe habeat, rationi conſonat, ut aliud remedium quæratur, quod non ita dubium ſit, ſed adeo certum, ut iniquitas judicis auferatur: Notat Barboſa *in præſenti*, *num.* 14. qui etiam reſpondit ad textum *in dict.* 2. *verſiculo*, ſed ſi dedi, *ff. de condictione ob turpem cauſam*, *in dicto num.* 14. *apud finem.*

14 Duodecimò, adverſus ea, quæ *in præſenti* notant omnes: videlicet, quod ſi Judex ſordibus pretio accepto ſententiam protulerit, adeo nulla eſt ſententia, quod ab ea non ſit neceſſe provocare: juxta textum *in leg. venales, C.quando non ſit neceſſe provocare*: cum aliis *ſuprà* traditis in confirmationem noſtri *textus*; notat *Barb.* plures referens *in collect. ad noſtrum textum*, *n.*11. obſtabit textus difficilis *in leg. ſi per imprudentiam* 51. *verſicul.* ſordibus, *ff. de evictionibus*: ubi, ſi Judex per ſordes emptorem condemnaverit, ſi res fuerit evicta, hoc eſt venditorem non teneri de evictione; ſententia ita ſordibus lata tenet, ſi ab ea non fuerit provocatum. Cui dubio veriſſimè reſpondendum eſt, textum *in dicta leg. ſi per imprudentiam*, *verſiculo*, ſordibus, *ff. de evictionibus*, non loqui quando ſententia prolata eſt *ſordibus* hoc eſt, *pecunia*, ſeu alio munere accepto, dolo malo interveniente; ſed tantummodo loqui, quando ſententia prolata eſt, non contra jus ſcriptum, ſed contra jus litigatoris, ſordibus amicitiæ intervenientibus, hoc eſt, per imperitiam tantum, nullo pretio, ſeu dolo interveniente: quo caſu ſi ab eo non ſit provocatum, cum non ſit contra jus ſcriptum, ſed tantum contra jus litigatoris prolata, mero jure valet, ut *ſuprà* retulimus *in* 1. *tomo*, *in cap.* 1. *de ſententia*, *& re judicata.*

Decimo tertiò, ſolutioni obſtat textus *in dicta leg. ſi* 15 *per imprudentiam*, in verſic. *aut quid refert ſordibus*, *judicis*, *an ſtultitia res perierit.* ex quibus verbis conſtat, nullam differentiam verſari, an Judex per ſtultitiam, ſeu imprudentiam, an verò per ſordes judicaverit; quæ verba deſtruere videntur omnia hucuſque reſoluta. Sed in hac verborum contrarietate, omiſſa nonnullorum interpretatione, aſſerentium, verba illa mendoſa eſſe, & non legenda cum illa dictione, *aut quid refert*; ſed legenda eſſe, *multùm refert*; *an ſordibus*, *vel ſtultitia Judicis res perierit*: nam ſi ſordibus pretio accepto, nulla eſt ſententia; ſi verò per imprudentiam valet mero jure. Quæ interpretatio ex eo reiicitur; quia mendoſa eſt, cùm correctio juris ſemper ſit vitanda: *cap. cum expediat*, cum *vulgatis*, *de electione*: quare ea omiſſa, veriſſimè eſt dicendum; verba illa abſque mendo adhibito, *ut in pandectis Florentinis*, legenda eſſe, hoc eſt, *aut quid refert*, quaſi diceret, & ſenſus genuinus verborum eſſet, nihil referre, an ſordibus, hoc eſt amicitiæ abſque dolo malo, an verò per imprudentiam Judex judicaverit, ad hoc tantum, quod ſententia valeat, cùm ab ea non ſit provocatum, ut venditor de evictione non teneatur; ut *ſupra* in decimo dubio retulimus.

Decimo quartò, prædictis obſtat *text.* difficilis *in leg.* 16 *Labeo* 3. §. *in fine*, *ff. de receptis arbitris*: ubi, Judex arbiter, gratia, vel ſordibus corruptus, officio Prætoris compellitur ſententiam dicere. Augetur difficultas ex eo, quod arbitria ſunt redacta ad inſtar judiciorum: *leg.ff.eodem* præcipuè quia idem Ulpianus illius textus auctor *in l.*9.§.*ſunt & alii*, *ejuſdem tituli*, affirmat, quod ſi Judex arbiter ſordibus ſit corruptus, neutiquam poteſt compelli ſententiam dicere. In quorum contrarietate verius eſt dicendum, plurimam differentiam verſari inter eum caſum, ſcilicet an judex arbiter ſit ſordibus corruptus, ut ſic malè pronunciet; an verò ne pronunciet, qui ſi cogeretur pronunciare bene, & certè pronunciaturus eſſet; cùm priori caſu potius prædicti judices ſunt prohibendi ne judicent, quàm compellendi, ut judicent, & ita eſt interpretandus textus *in dicta leg. ſed etſi* 9. §. *ſunt & alii*, *ff. de receptis arbitris*; poſteriori verò caſu, etiam ſi Judices ſint corrupti, ne judicent, compelli debent ſententiam dicere, cum potius præſumatur juſtè quàm injuſtè ſententiam ferre: & ita procedit text. *in dicta l.*9.§.*final.ff.de receptis arbitris*; *leg.*3.§.*tametſi* 1.*ff.eodem.*

Quâ ſolutione retentâ, non admitto *Antonii Fabri* doctrinam *in Rationali*, *ad textum in dicta leg.*9.§.*final.* aſſerentis idem eſſe, an ſit corruptus Judex ſordibus amicitiæ, vel inimicitiæ, cùm fere ſemper ſimul conjungantur, & ſic in uno deciſum, in alio locum habere affirmat. Quia ut *ſuprà* diximus inter ſe plurimùm differunt; & inter plurimas differentias ea eſt præcipua, quod ſi Judex ſordibus pretio accepto ſit corruptus, ſi ſententiam protulerit, adeo nulla eſt ipſo jure, quod ab ea non ſit neceſſe provocare: *dict. leg.venales*, *Cod. quando provocare non eſt neceſſe*: at verò, quando gratia, amicitia, vel inimicitia eſt prolata, tunc mero jure valet; cum tantum jus litigatoris, non verò jus ſcriptum, vel publicum lædatur: juxta textum *in leg. ſervo* 65. §. *cum Prætor*, *ff. ad Trebel.* cum à me traditis *in* 1.*tomo in dicto cap.* 1. *de re judicata.* Et de pœnis adverſus Judices, qui pretio accepto ſententiam protulerunt, videndus eſt Pichardus *in principio Inſtit.& fere per totum tit.inſt.de oblig.quæ ex quaſi delicto naſcuntur*: &

de

de lege Iulia repetundarum videndus eſt Cuiacius, *lib. 6. obſervationum, cap.* 18. *& in l.* 1. *C. de pœna judicis, qui male judicavit*: & an teſtis pro ferendo teſtimonio poſſit aliquid accipere, vel ſi ſordibus pretio accepto ſit corruptus, an ejus teſtimonium admittatur? vel ſententia ita teſtibus corruptis prolata valeat, nec ne? videri oportet ea, quæ refert Covar. *in dicta regula, peccatum, de reg. juris, num.* 2. & quæ nos latè *ſuprà* ſcripſimus *in* 1. *tomo, in c. de teſtibus*, quæ omnia in præſenti trahi poterunt, meritoque conſultò omitto, ne videar eadem ſæpiùs conculcare, quod inſtituti mei non eſt.

Ad textum in *cap. Ut Clericorum mores* 13. *hoc titulo.*

DE hujus textus diſputatione videri oportet, quæ infrà dicemus *in cap. inhibendum* 1. *de cohabitatione Clericorum & mulierum.*

Ad textum in cap. Clerici 15. cap. Ex literis, final. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Clerici ab officiis, & commerciis ſecularibus maximè inhoneſtis abſtinere debent: & contra facientes ſi tertio moniti non deſiſtant privilegium clericale quoad bona amittunt.*

2 *Clerici à verbo Græco* Clericos *appellantur, quod verbum latinè* ſors *dicitur; & ita Sacerdotes Clerici denominantur, quia ſorte Domini electi ſunt.*

Duo ſunt genera Chriſtianorum, ſcilicet, Clerici, & Laici; cujuſque nominis ſignificatio proponitur.

Clerici à negationibus ſæcularibus ſe abſtinere debent.

Puniri quis meretur in eo, in quo delinquit.

3 *Commercia, & contractus omnes à jure gentium introducti ſunt.*

Naturale jus, nec à lege, neque à Principe mutari poteſt.

Commercia, & negotiationes maximam utilitatem Reipublicæ conferunt.

4 *Exponitur textus in* capite dilecti octavo, de decimis.

Monachis conductiones prædiorum permiſſæ ſunt, & quomodo id intelligatur, ibi exponitur.

5 *Interpretatur textus* in leg. 2. Cod. de Epiſcopis, & Clericis.

6 *Tabernarii inter viles homines connumerantur.*

Clerici per interpoſitam perſonam locationis nomine, tabernam exercere poterunt.

7 *Ellucidatur textus in* leg. 2. paragrapho primo, digeſt. de adminiſtratione rerum ad civitatem pertinentium.

8 *Clerici orphanorum tutelam gerere poſſunt.*

Explicatur textus in capite Cyprianus 4. 21. quæſtione 3. *& conciliatur cum* cap. ultimo, 86. diſtinctione.

9 *Expenditur textus* in capite generaliter, 16. quæſtione 1.

Clerici immunes ſunt ab omni munere tutelæ, ſive teſtamentariæ, ſive dativæ.

10 *Clerici in ſacris conſtituti, non poſſunt Tabellionis officium exercere.*

Exponitur textus in cap. multorum, verſic. Notarii geſſit, 32. diſtinct. cap. per venerabile in principio, qui filii ſint legitimi.

11 *Taciturnitas expreſſo conſenſui ſolet æquiparari.*

Clericus nec tacitè, nec expreſsè poterit proprio fratre renuntiare.

Eccleſiaſticæ perſonæ, & earum bona exempta ſunt jure divino à ſolutione gabellarum.

Pontifex licèt jus divinum mutare non poſſit; tamen poterit juſta ſubſiſtente cauſa, illud interpretari.

CONCLUSIO.

CLerici *ab officiis, & commerciis ſecularibus, maxime inhoneſtis abſtinere debent: contra autem facientes, ſi tertiò moniti non deſiſtant, privilegium Clericale quoad bona amittunt.* Conſonat textus *in cap. Clerici* 15. *cap. ex literis, final. hoc titulo, cap. contingit*, 45. *de ſententia excommunicationis, cap. perpendimus, ejuſdem tituli, capit. ex parte* 27. *de privilegiis, cap. negotiator*, 88. *diſtinct. cap. quamquam de cenſibus li.* 6. *Clement. final. eodem titulo, cap. ex parte de Clericis conjugatis, capite primo, de apoſtatis: cap. cum ab homine, de judiciis, cap. tranſmiſſam* 15. *de electione, cap.* 1. *cap. ſacerdotibus* 2. *capit. ſed ne* 4. *cap. Clericis* 15. *ne Clerici vel Monachi: cap. ultimo*, 88. *diſtinct. cap.* 1. 2. & 3. 14. *quæſt.* 4. *cap.* 1. 2. *& per totam* 21. *quæſt.* 3. *cap.* 1. *hoc titulo lib.* 6. *Clement. eodem titulo.* Concilium Carthaginenſe 6. *cap* 17. Chalcedonenſe, *canone* 3. Carthaginenſe 3. *cap.* 15. Arelatenſe 2. *cap.* 14. Concilium Provinciale Toletanum, *cap.* 18. Trident. *ſeſſione* 22. *de reformatione, cap.* 1. *l.* 2. *&* 9. *Cod. de Epiſcopis, & Clericis, l.* 46. *titulo* 6. *partit.* 1 Explicant, & exornant Divus Thom. 2. 2. *quæſt.* 97. *art.* 3. Albertus Trotius *de vero & perfecto Clerico, lib.* 6. *cap.* 52. *cum duobus ſequentibus*, Alfonſus de Torres *in tractat. de ſtatu Clericorum*, 2. *parte num.* 137. *cum ſequentibus*: Amaya, *in titulo, Cod. de infamibus, lib.* 10. *num.* 76. *cum ſequentibus*: Bernardus Diaz *in praxi criminali, in additionibus ad Salzedum capite* 69. Azor. *inſtitu. moralium tom.* 2. *libro* 7. *capit.* 14. Navarrus *in manuali, cap.* 25. *num.* 111. Paz *in praxi judiciali, prima parte tomo* 1. *cap. unico, num.* 2. Menochius *de arbitrariis, lib.* 2. *caſu* 412. Covarruvias *in practicis, cap.* 19. *num.* 8. Cuiacius *ad Decretales, in c. à crapula* 14. *hoc noſtro titulo*, cum traditis à Cenedo *in collectan. ad Decretum, collectan.* 37. *num.* 2. *cum ſequentibus*: Barb. *in præſenti, & in dicto cap. final. hoc titulo, & in dicto capit.* 1. *cum ſequentibus, ne Clerici, vel Monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant*: Acuña *in* 1. *Decreti parte in capit. final.* 86. *diſtinct. & in capit.* 1. *cum aliis*, 88. *diſtinct.* Azevedo *in l.* 3. *titul.* 1. *libro ſexto, compet.*

Ratio eſt quia cum duo ſint genera Chriſtianorum, teſte *Divo Hieronymo in cap. duo ſunt*, 12. *quæſt.* 1. alterum divino officio mancipatum, & Dei contemplationi deditum, quales ſunt Clerici, qui ita dicuntur à verbo Græco *cleros*, quod Latinè eſt *ſors*: quia de ſorte Domini ſunt, *cap. Cleros*, 21. *diſtinct.* alterum verò ſeculo mancipatum, quales ſunt laici; ſic dicti à verbo Græco *laos*, quod Latinè *populus* eſt, quibus permiſſum eſt uxores ducere, terras colere, cauſas agere, & ſimilia, *dicto cap. duo ſunt*: meritò expedit, ut Clerici, qui Deo militare dicuntur, à negotiationibus ſecularibus ſe abſtineant, juxta illud *Pauli ad Corinthios, cap.* 2. ibi, *nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus*: nam cum Clericorum officium conſiſtat in immolatione, & conſecratione corporis Chriſti, & in oratione pro populo, atque in aliis divinis miniſteriis, *dicto cap. Cleros*, 21. *diſtinct. cap. perlectis*, 25. *diſtinct.* inhoneſtum nimis eſſet, Clericum in cauſis ſecularibus occupari: quæ res ipſum vilem reddit, & reverentiam ſacerdotalem minuit, ut teſtatur Divus Gregorius *in cap. perlatum*, 88. *diſtinct.* merito & jure optimo in *textu noſtro*, & juribus *ſuprà* adductis reperitur diſpoſitum, Clericos totaliter abſtinere debere ab officiis, & commerciis ſecularibus, maximè inhoneſtis, tranſgreſſorèſque puniri pœnis *ſuprà* traditis; quia in eo

eo quis meretur puniri, in quo deliquit, *cap. literas, de temporibus ordinandorum*: quas omnes pœnas ſacroſancta Tridentina Synodus confirmavit jubens, ut quæ à Summis Pontificibus, & ſacris Conciliis de Clericorum vita, & honeſtate ſalubriter ſancita fuerint, eadem impoſterum iiſdem pœnis, vel majoribus, arbitrio Ordinarii imponendis obſerventur, ut conſtat *ex dicto Concilio ſeſſione 22. de reformatione, c.1.*

3 Primò, obſtat dicere, quod commercia, & contractus omnes à jure gentium introducti ſunt, *l. ex hoc jure 5. ff. de juſtitia & jure*: §. *jus autem gentium, Inſt. de jure naturali*: ac per conſequens jure naturali; ſiquidem jus gentium nihil aliud eſt, quàm quod naturalis ratio inter omnes gentes conſtituit, *l. omnes populi 9. ff. de juſtitia & jure*: notat Donellus *lib. 1. comment. cap. 7.* at ſic eſt, quod ea, quæ juris naturalis ſunt, neque à lege, nec à Principe tolli poſſunt, *l. eas obligationes 8. ff. de capitis diminutione*: *l. abdicatio 6. C. de patria poteſtate*: §. *ſed naturalia, Inſt. de jure naturali*: *cap. ſunt quidam, 25. q. 1.* ergo nullatenus prohiberi poteſt Clericis, ne contractibus, & commerciis jure gentium introductis utantur: præterea, quia commercia, & negotiationes maximam utilitatem Reipublicæ conferunt: notat Bartolus *in l. ambitioſa: ff. de decretis ab ordine faciendis, n.* 28. Albericus *in rub. C. de commerciis, & mercatoribus*; atque ideo non rectè in præſenti docemur, Clericos à commerciis, & negociis abſtinere debere Verum huic dubio reſpondendum eſt, in ſpecie *noſtri textus*, Clericis non prohiberi uti commerciis, & negotiis jure naturali, & gentium ad humanam ſocietatem & communem vitam introductis; ſed tantum prohiberi uti illis, quibus lucrandi cauſa utuntur: nam cùm jure gentium contractus introducti fuiſſent, uſu, & humana neceſſitate exigente, *dicto* §. *jus autem gentium*; & cæteri, qui extra hanc cauſam lucrandi gratia fiunt, Clericali ordini indecentes ſint, ut *ſuprà* diximus in decidendi ratione; ex illo jure poſitivo nihil factum videtur contra jus naturale: neque ſimiliter ex hac prohibitione aliquod damnum Reipublicæ reſultat: nam etſi verum ſit, contractus, & commercia utilitatem maximam illi afferre, ut ſentit Bartolus *ubi ſuprà*: hæc utilitas ex *noſtri textus* deciſione non impeditur: ſiquidem per laicos exerceri ſolent, quorum officium patitur, ut ſimilibus utantur negotiis; *dicto cap. duo ſunt, 21. quæſt. 1.*

4 Secundò, obſtat textus *in cap. dilecti 8. de decimis*, ex cujus deciſione colligitur, prædiorum conductiones Monachis non eſſe prohibitas: & tamen certum eſt, conductiones prædiorum inter commercia, & officia ſecularia connumerari, & Clericis prohiberi, *dicto cap. ult. 86. diſt. dicto cap. 1. ne Clerici vel Monachi*, Concilium Chalcedonenſe *canone 3.* Concilium Carthaginenſe *3. dicto canone 15.* ergo ſi *in dicto cap. dilecti 8. de decimis*, conductiones prædiorum Monachis permittuntur, multo magis Clericis permitti debent; argumento textus *in cap. ſed nec 4. in fine, ne Clerici, vel Monachi*: Sed reſpondendum eſt, textum *in dicto cap. dilecti 8. de decimis*, parum obſtare: quia procedit in caſu, quo ipſamet neceſſitas Monachos cogit aliena prædia conducere, cum propria non ſufficerent: quo in caſu licitum eſt, tam illis, quàm Clericis prædia conducere; notat Gloſſa *in dicto cap. dilecti, de decimis, cap. ultimo, verbo, conductiones, 86. diſtin.* Acuña *in 1. Decreti parte, in dicto cap. final. 86. diſt. num. 1.*

5 Tertiò, obſtat textus *in l. 2. C. de Epiſcopis, & Clericis*, ex cujus deciſione conſtat, licitum eſſe Clericis, ergaſteriis, & tabernis uti, quod nihil aliud eſt, quàm habere quaſcumque officinas ad vendendum, & emendum, quæ omnia *tabernæ* appellatione continentur; *l. tabernæ, ff. de verb. ſignificatione*, ubi Rebuffus, *ſi qui tabernas, ff. de contrahenda emptione*: ergo ſi *in dicto l. 2. C. de Epiſcopis, & Clericis*, eſt permiſſum tabernas habere, facilius eis debet permitti commercium in cæteris negotiationibus ſecularibus. In cujus *textus* difficultate veriſſimè eſt dicendum, Clericis eſſe permiſſum, tabernas, & ergaſterium exercere, juxta

Graxna in Decret.

textum *in cap. nulli 3. 44. diſt.* ubi latè Acuña, Gutier. *lib. 2. Canonicarum quæſtionum, cap. 4. num. 68.* Neque obſtat textus *in dicta l. 2. C. de Epiſcopis, & Clericis*. nam Gloſſa *in cap. negotiationem 9. 88. diſt.* duas refert interpretationes; Prima eſt, illius textus deciſionem procedere jure Civili attento; ſecus verò eſt dicendum de jure Pontificio ex *dicto cap. nulli 3. 44. diſt.* Secunda eſt, habere poſſe tabernas propter neceſſariam, & honeſtam negotiationem, de qua eſt intelligendus textus *in dict. l. 2.* quam ſecutus eſt Turrecremata *in dicto cap. nulli.*

Quartò, ſolutioni obſtabit dicere, nam quomodo 6
Clericis poteſt dici honeſta illa negotiatio, cum hoc nomen, *taberna*, accipiatur pro ea, in qua vinum, & ſimiles res venduntur, & tabernarii inter viliſſimos homines connumerentur: *l. humilem, C. de inceſtis nuptiis l. 1. C. de naturalibus liberis*, notat Acuña *in dicto cap. nulli, 44. diſt.* qua de cauſa non ſolum exercitium, verum etiam & ingreſſus Clericis eſt prohibitus, *in dicto cap. nulli, 44. diſt.* Cui difficultati reſpondendum eſt, diſtinctione adhibita inter caſum, quo ipſa perſona perſonaliter tabernam adminiſtrat, & inter eum quando aliis locat adminiſtrationem: primo caſu nullatenus Clericis eſt permiſſum, & ita intelligendus eſt textus *in dicto cap. nulli*: in ſecundo verò eis permittitur propter neceſſariam negotiationem, cùm jam ceſſet indecentia illa: & ita eſt interpretandus textus *in dict. l. 2. C. de Epiſcopis, & Clericis*. Notat Acuña *in 1. Decreti parte, in dicto c. nulli 3. 44. diſt. n. 1.* Dominicus *in c. 1. hoc titulo, li. 6.* de qua re latè Salcedus *in praxi, c. 55. litera A.*

Quintò, ſolutioni obſtat textus *in l. 2. §. 1. ff. de ad-* 7
miniſtratione rerum ad civitatem pertinentium: ubi apparet, quod quando alicui eſt prohibitum aliquod officium exercere, illud etiam neque per interpoſitam perſonam exercere poterit. Cui dubio, diſtinctione adhibita, ſubveniendum eſt; nam multum intereſt inter prohibitionem alicujus officii, ita ut neque per ſe, neque ſuo nomine per interpoſitam perſonam propter publicam utilitatem exerceatur, & inter prohibitionem factam, ratione ſordidi exercitii, perſonæ Eccleſiaſticæ ob indecentiam: nam primo caſu, non poteſt per interpoſitam perſonam fieri, ut contingit in contractibus, fœneratitiis, vel in locatione quoad publica prædia, quæ locatio Decurionibus, & Senatoribus prohibita eſt; & ita eſt interpretandus textus *in dicta l. 2. §. 1. ff. de adminiſtratione rerum ad civitatem pertinentium*; juxta textum *in l. unica, Cod. quibus ad conductionem prædiorum fiſcalium accedere non licet, lib. 11.* at verò nos loquimur in ſecundo caſu quando ſordidi exercitii actus eſt inhoneſtus, & prohibitus propter perſonam: quia tunc per interpoſitam exerceri poteſt: cùm tunc ceſſet jam ratio indecentiæ perſonæ; argumento textus *in Clementina 1. hoc titulo.*

Sextò, adverſus ea, quæ in præſenti notant omnes, 8
& docet *Chalcedonenſe concilium* relatum *in cap. ultimo, 86. diſt.* videlicet, Clericos poſſe orphanorum tutelam gerere: obſtat textus *in cap. Cyprianus 21. quæſt. 2.* ubi abſolutè prohibetur Clericis, ne tutelam, vel curam aſſumere poſſint. Sed reſpondendum eſt, *textum* illum loqui de tutela, ſeu cura teſtamento relicta, quæ omnino Clericis eſt prohibita: *Authentic. de ſanctiſſimis Epiſcopis*, §. *Deo autem amabiles: Authentica presbyteros 31. C. de Epiſcopis, & Clericis*. Notat Acuña *in 1. Decreti parte, in dicto cap. ultimo, 86. diſt. n. 6.* at verò Concilium Chalcedonenſe *in dicto cap. ultimo 86. diſt.* procedit in tutela, ſeu legitima cura, ut conſtat ex verbis illis: *niſi forte, qui legibus ad minorum ætatum tutelas*; cujus legitimæ tutelæ adminiſtratio illis non eſt prohibita: Notat Azor. *parte 2. lib. 3. c. 7. quæſt. 1.* Acuñ. *in dict. cap. final. 86. diſt. num. 7.* cum ſequentibus.

Septimò, ſolutioni obeſt textus *in cap. generaliter, 16.* 9
quæſt. 1. ubi in principio cavetur, Clericos immunes eſſe debere ab omni tutela, ſive teſtamentaria, ſive legitima, ſive dativa. Quod dubium diluet, ſi dixeris, *in dicto cap. generaliter, 16. quæſt. 1.* tantum

caveri Clericos cogi non posse recipere aliquam tutelam: possunt tamen, si velint, legitimam recipere, ut *in dicto cap.ultimo*,86.*dist.Authentico,de sanctissimis Episc.* §. *Deo autem*: *collatione* 9.Notat Azor.*part.2.lib.3.cap.* 7.*q.*1.Acuña *in dicto cap.final.*86.*dist.n.*7.*cum sequentibus*: quod quidem privilegium est Clericorum,qui possunt succedere agnato legitimo ab intestato; & tamen non possunt cogi tutelam accipere:contra regulam textus *in cap.quod tutela,ff. de regulis juris*, §.1. *institut. de legitima parentum tutela*; Notat Glossa *in dicto capit. ultimo*, 86. *dist.*

10 Octavò, adversus ea, quæ in præsenti notant omnes, videlicet Clericos in sacris constitutos, non posse tabellionis officium exercere,juxta textum *in cap.sicut te*, 8.*ne Clerici,vel Monachi*,docet Cenedus *in collectaneis ad Decretales,collectanea* 147.Covarr.*in practicis, cap.* 19.*n.*8.Salcedo *in praxi,cap.*58. cum traditis à Barbosa *in dict cap.sicut.* obstabit textus *in cap.multorum,versic. Notarii gessit officium* 32. *dist.* ex cujus textus decisione constat Clericum in sacris constitutum posse Tabellionis,& Notarii exercitium gerere. Augeturque difficultas ex textu,*in cap.per venerabilem,in principio,qui filii sint legitimi*:ubi is,qui in sacris est constitutus,potest causam laicorum procurare; quod est omnino contra decisionem textus *in cap. sed neque procurationes* 4.*ne Clerici, vel Monachi.* Sed respondendum est, Clericos in sacris constitutos non posse Tabellionis officium exercere in causis civilibus vel criminalibus laicorum, ex *dict. cap. sicut* 8. Neque obstat textus *in dict.cap.multorum*,32.*dist.* quia procedit in causis spiritualibus, decimalibus, vel matrimonialibus, & similibus; ut rectè animadvertit Acuña *in* 1.*Decreti parte,in dict.cap.multorum* 32.*dist.* Ita similiter est interpretandus textus *in dict.cap.per venerabilem in principio qui filii sint legitimis* in quo similiter est distinguendum inter procuratorem generalem ad causas civiles, & inter procuratorem datum specialiter ad unam causam matrimonialē,seu spiritualem: in primo casu,est intelligendus textus *in dict.cap.sed neque procurationes* 4.*ne Clerici, vel Monachi*: in secundo verò est interpretandus textus *in dict.cap.per venerabilē,in principio,qui filii sint legitimi*;Notat Salcedo *in praxi ad Bernardum, verbo ministri laicorum, ac in rebus eorum procuratores,& verbo villarum procuratores suscipientes.*

11 Nonò,adversus ea,quæ *textus* noster refert, videlicet quod si Clericus sit tertiò admonitus,ut à negotiationibus, & officiis laicalibus desistat, & non desistit,ipso facto amittit privilegium clericale, & ejus bona constitutionibus sæcularibus subjiciuntur, obstabit principium illud,quo docemur,quod taciturnitas expresso consensui solet æquiparari: *l.de quibus.ff. de legibus: cap.qui tacet, de regulis juris* 6. *l.qui quartam* 15.*ff. de legatis* 1. sed expresso consensu non potest Clericus propter præjudicium Ordinis clericalis proprio renunciare foro, *cap.si diligenti de foro competenti*:ergo à fortiori propter eandem rationem, neque per tacitum poterit.Pro cujus dubii solutione adnotandum est, privilegium Clericale qualecunque sit sive personam tantum clerici respiciat, ut Canonis privilegium; sive bona, & personam simul ut fori privilegium, de quo *in dicto cap. si diligenti*,nullo pacto, nulla conventione, nulloque contractu potest à Clericis renunciari, *dict.cap.si diligenti, cap. contingit,de sententia excommunicationis*: quia non tam in favorem Clericorum, quàm toti Ordini Clericali fuit concessum:*dict. cap.si diligenti*, & jus publicum privatorum pactis infirmari non potest, *l.jus publicum*, *ff. de pactis*, *l neque ex prætorio.ff. de regulis juris*: quo in numero etiam refertur immunitas Ecclesiastica, per quam personæ Ecclesiasticæ,& earum bona immunitate,atque exemptione gaudent,ita ut nullam collectam,tributum, exactionem, gabellam, vel aliud simile onus teneantur laicis persolvere,juxta textum celebrem *in cap. non minus de immunitate Ecclesiarum,cap.quamquam,de censibus lib.*6.Neque obstat textus noster, & textus *in cap.*1. *de Apostatis, & textus in cap.* 1. *hoc titulo*, *lib.* 6. ubi Clerici tacitè renunciare videntur huic prærogativæ; atq; ideò taciturnitas illa videtur esse melioris conditionis quã expressus consensus:Quia respondendū est,quod quoties Clerici hoc Clericale privilegium amittunt, non sunt qui renunciant, sed ipsa lex Pontificis ob suorum delicta illos facit indignos tali privilegio, ex rationibus perpensis in decidendi ratione: quæ resolutio comprobatur ex textu *in cap.Odoardus,de solutionibus*:ubi Clericus pauper privilegio paupertatis non gaudet, si malitiosè in judicio debitum negaverit.

12 Decimò, solutioni obstabit dicere quod Ecclesiasticæ personæ, & earum bona jure divino exempta sunt à solutione gabellarum, & aliis quibuscumque exactionibus: *cap. quamquam,de censibus lib.*6.sed jus divinum lege Pontificia mutari non potest *cap. sunt quidam dicentes*, cum vulgatis,25. *quæst.*1.argumento textus *in cap.final.de consuetudine*:ergo neque Pontifex decidere poterit, ut Clericus, etiam contumax, amittat privilegium Clericale,ut de ejus bonis gabellam solvat. Pro cujus dubii solutione discuti solet, an Clerici, & eorum bona sint exempta à jure divino, vel positivo, à potestate sæculari; quam discutiemus *in titulo de immunitate Ecclesiarum*: tamen brevitatis causa affirmativam tenendo respondeo, quod licet Pontifex jus divinum mutare non possit, tamen poterit justa subsistente causa interveniente illud interpretari: Notant Doctores omnes *in dict. cap. sunt quidam dicentes*: nam *lex* quæ prærogativam, & privilegium concedit,non intelligitur concessisse Clericis criminosis, qui ob eorum delicta indigni efficiuntur, & an citatio sit necessaria, & de interpretatione ad textum *in cap.*1.*hoc titulo libro* 6.qui obstat textui nostro, videndus est Panormitanus *consil.*6.*in fine*,Salcedus ad Bernardum *dict.cap.*55. *litera* A. Imola *in præsenti nu.*3. Parladorius *rerum quotidianarum, cap.* 3. §.1. & quoad Clericorum vestes videndi sunt *Ordinarii* omnes *in præsenti,& in Clementina* 2. *hoc titulo.* ubi latè Zabarella Salcedus *in praxi ad Bernardum*, *cap.*75. Barbosa *in collectaneis ad textum in dicta Clementina* 2. *& in remissionibus ad concilium Trident.sess.*14.*de reformatione cap.*6.*in fine & sess.* 22. *de reformat.cap.*1.*post principium*, Navarrus *in Manuali*, *cap.*27.*num.*110.

AD TITULUM II. De Cohabitatione Clericorum, & mulierum.

Ad textum in cap. Inhibendum 1. cap. Si quisquam 2. cap. Sicut 4. 5. cap. Si autem 6. cap. A nobis 9. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Clericus non debet retinere in domo mulierem suspectam de incontinentia: etiamsi sit mater vel alia consanguinea.*

2 *Clerici, & spirituales viri fœminarum consortium effugere debent.*

Clerici non solum à malo,sed etiam ab omni specie mali abstinere debent.

Templorum vasa, & Dei ministri, mundi esse debent.

Officium Clericorum consistit in frequenti oratione.

Clerici in conspectu Dei puro corde,& mundo corpore ministrare debent.

Periculosa est sexuum commixtio.

Fœmina ad Altare accedere prohibentur.

3 *Ad concordiam reducitur textus* in cap. primo, cum cap. penult. de cohabitatione Clericorum,& mulierum.

4 *Inter*

4 *Interpretatur textus* in cap. quorumdam 1. 34. *dist. Patres cum filiabus concubuisse, plura exempla traduntur.*

5 *Opponitur textus in* cap. volumus 24. 81. dist. *& ad concordiam reducitur cum Concilio Agathensi,* cap. 16. & 17. *relato à Gratiano* in capit. Episcopus 6. 77. dist.

Maritus ad sacerdotium, consentiente uxore, promoveri potest, & quomodo id intelligatur? ibi latè exponitur.

6 *Expenditur* canon 59. Apostolorum, *& ejus verba referuntur.*

Continentiæ lex sacerdotibus statuta, ab Apostolis derivatur.

Sacerdotes olim domi uxores, ut sorores retinebant; separata tamen cohabitatione, ita ut de incontinentia suspectæ non essent.

Exponitur Concilium Turonense cap. 14.

7 *Illustratur textus* in cap. Nicæna synodus 12. 31. dist. *& conciliatur cum Nicana synodo* cap. 3.

Ecclesiæ Græcæ tempore sacerdotibus permissum erat cum uxoribus antea habitis cohabitare.

8 *Declaratur textus in* cap. interdixit 32. *dist.*

Uxor subintroducta quæ dicatur.

CONCLUSIO.

1 QUod ex his omnibus juribus communiter deduci solet, sic se habet: *Clericus non debet retinere in domo mulierem suspectam de incontinentia, etiam si sit mater, vel alia consanguinea.* Quæ conclusio, licet singularis sit, tamen comprobari potest *ex dicto cap. 1. cap. si quisquam 2. cap. à nobis, cap. super eo, cap. si autem,* cum aliis, *hoc titulo; cap. cum in juventute, de præsumptionibus, cap. Clericus 20. cap. sed & si 21. cap. volumus 24. capite legitur 25. cap. in omnibus 26. cap. cum omnibus 27. capite non oportet 28. cap. Archidiaconum 29. cap. quidam Clerici 30. cap. fœminas 31. 81. dist. cap. interdixit, cap. hospitiolum 32. dist. cap. quorundam 34. dist. cap. ut clericorum 13. de vita, & honestate Clericorum; cap. si concubinæ, de sententia excommunicationis; cap. cum in juventute, de purgatione canonica;* Concilium Illiberitanum seu Elibertinum, *cap. 8. &* 27. Gerundense: *cap. 7.* Illerdense *canone 5.* Toletanum 2. *canone* 3. Toletanum 4. *cap* 41. Hispalense 1. *canone* 3. Bracarense 3. *canone* 8. Arelatense 2. *canone* 7. Agathense *canone* 10. & 11. Turonense 1. *canone* 49. Turonense 2. *canone* 10. & 11. Maguntinum 1. sub Carolo, *canone* 49. & aliud Maguntinum sub Arnulfo *canone* 10. Aquisgranense sub Ludovico Augusto *canone* 39. Nicænum 1. *canone* 3. Carthaginense 4. *cap.* 10. & 46. Carthaginense 3. *canone* 25. Hispalense 1. *cap.* 3. Bracarense, *cap.* 3. Matisconense 1. *cap.* 3. Tridentinum *sessione 25. de reformatione, cap.* 14. Divus Paulus *ad Corinthios 5. & 6. & ad Galatas 5. Joan. Apocalypsis, cap.* 21. *ex Thobia cap.* 4. Divus Hieronymus. *Epistola* 11. *ad Geruntiam cap. 5. & Epistola* 4. *ad Rusticum monachum, cap.* 2. Divus Gregorius *lib.* 3. *dialog. cap.* 7. *& cap.* 32. quibus accedunt de Jure Cæsareo, *l. eum, qui* 19. *Cod. de Episcopis, & Clericis*; §. *Presbyteris* 29. *collatione* 9. de jure Regio, *l.* 37. & 48. *titulo* 6. *partita* 1. exornant, & illustrant ultra antiquiores in præsenti, Mendoca *lib.* 2. *ad Concilium Illiberitanum, cap.* 53. Thomas Sanchez *lib.* 7. *de matrimonio, disp.* 52. *num.* 5. *cum sequentibus*, Anastasius Germonius *lib.* 2. *animadversionum, cap.* 15. & 18. *& lib.* 1. *cap.* 11. Basilius *lib.* 7. *de matrimonio, cap.* 26. *num.* 5. *& in eodem lib. cap.* 54. *per totum*, Petrus Gregorius *lib.* 1. *partitionum, titulo* 21. *cap.* 1. *litera E. & lib.* 1. *titulo* 9. *cap.* 8. *duplici litera C. C.* Cujacius *lib.* 2. *observationum, cap.* 19. Menochius *de præsumptionibus, præsumptione* 16. Idem *de arbitrariis, lib.* 2. *casu* 418. Reginaldus *in praxi lib.* 30. *tract.* 3. *numero* 18. Navarr. *in manuali cap.* 25. *num.* 100. Ac. ... *ad primam Decreti partem, in cap. quorundam* 1. 34. *distinctione*, & omnibus juribus suprà adductis *in* 32. 33. 34. & 81. *distinct.* Pichardus *in manuductionibus ad praxim, litera C. verbo, Concubinatus*, Bobadilla *in politica lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 122. Ferdinandus Arias de Mesa *lib.* 3. *variarum resolutionum, capite* 38. ferè *per totum*, cum traditis à Barbosa *in collectaneis ad nostrum textum.*

Ratio est: quia Clerici, & spirituales viri fœminarum consortium, & familiaritatem effugere debent, cum non solum à malo, sed ab omni specie mali, & ab illicitis abstinere debent: *capite cum ab omni, de vita, & honestate Clericorum*, ut sic mundi valeant ad Dominum levare manus cum sit scriptum *Sancti estote, quoniam sanctus ego sum Dominus vester: capite oportet*, 23. *dist.* siquidem non tantum Templorum vasa, verum etiam personæ, & Dei ministri mundi esse debent: *cap.* 2. *de custodia Eucharistiæ*: præcipuè cum officium Clericorum consistat in frequenti oratione, qui sub Ecclesiastica regula bonis moribus vivere debent; ut sic sua opera, non solum coram Deo, verum etiam coram hominibus, licita appareant: *cap. duo sunt*, 12. *quæst.* 1. Concilium Lateranense *sub Leone* 10. *sessione* 9. *de reformatione Curiæ, & aliorum, versic. Concubinarii*: siquidem miserabile est ac Christianorum oculis intolerabile, eos, qui Ecclesiæ moribus, vitæque integritate cæteros illustrare debent, ipsam Dei domum carnis immunditiis, cum totius Clericalis ordinis dedecore impudenter contaminare, ac quasi prostibulum facere; siquidem in conspectu omnipotentis Dei, puro corde, & mundo corpore debent administrare, *capit. ut Clericorum mores* 13. *de vita & honestate clericorum*: cum periculosa sit sexuum commixtio, *cap. mulieres, de judiciis, lib.* 6. unde D. Hieronymus *ad Nepotianum* de vita Clericorum scribens, ita ait: *hospitiolum tuum, aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terant: quia non potest toto corde cum Deo habitare, qui fœminarum accessibus copulatur. Fœmina conscientiam secum pariter habitantis exurit. Nunquam de formis mulierum disputes: fœminæ nomen tuum noverint, vultum nesciant. Fœminam, quam bene videris conversantem, mente dilige, non corporali frequentia. Si bonum est mulierem non tangere: malum est ergo tangere*: quæ Hieronymi verba referuntur *in cap. hospitiolum*, 32. *distinct.* qua de causa conversationes, & confabulationes fœminarum, maximè suspectarum, sacerdotibus prohibentur; ut excludatur omnis nefanda suspicio, *cap. in omnibus* 26. *cap. siquisquam, cap. ad reatum*, 81. *dist. capite is igitur*, §. *viduarum*, 23. *dist. cap.* 2. *hoc titulo*, & ea de causa sacris Canonibus prohibitum est, ut nulla fœmina ad altare præsumat accedere; *cap.* 1. *de vita, & honestate Clericorum*: ubi plura de hac re scripsimus: & similiter, etiam si consanguineæ sint, ab earum consortio debent se abstinere: quia instigante diabolo, & illis scelus perpetratum reperitur: unde legitur apud Beatum Augustinum *lib.* 7. *epistolarum, epistola* 39. quod sanctus ille, neque cum sorore habitare consuevit, dicens: *quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt*; ut refertur *in cap. loquitur* 23. 81. *dist.* 2

Primò, conclusioni *suprà* adductæ valde obstat textus *in cap. penultimo hujus tituli*: ubi Innocentius tertius illius *textus* auctor, permittit Clericis habitare cum consanguineis, in quibus naturale fœdus nihil permittit sævi criminis suspicari: ergo Clericus matrem in domo retinere poterit: cum in ea naturale fœdus nihil suspicari permittat; tum propter naturalem reverentiam matri debitam, tum etiam propter senectutem, & decrepitatem; ut bene animadvertit Abbas *in præsenti, num.* 3. *in fine*: In qua jurium contrarietate, Cujac. *in posthumis ad nostrum textum, & lib.* 2 *observationum, cap.* 29. asserit, *textum* nostrum loqui tantum in Episcopis; quibus etiam prædictarum mulierum prohibita est cohabitatio: at verò textus in *dicto c. penultimo*, tantum procedere in Sacerdotibus, quibus matres domi retinere sacri Canones permittunt; pro qua juvanda solutione plures rationes refert *loco* 3

suprà citatis, quas consulò omitto: sed hæc *Cujacii* interpretatio apertè convincitur ex Concilio Nicæno *cap.*3. relato *in cap. interdixit* 16. 32. *dist.* ex quo cavetur, tam Episcopo, quàm Presbytero permissum esse, matrem, aut sororem in domo retinere: quare omissis plurimis interpretationibus, quas refert Glossa *in præsenti*, verbo, *canon*, Abbas *num.* 3. Menochius *de præsumptionibus, lib.*5. *præsumptione* 17. *n.*9. veriorem esse existimo, quam refert Anastasius Germonius *lib.* 2. *animadversionum*, *cap.* 18. dum asserit, illam *Nannetensis Concilii* decisionem relatam *in cap. hoc nostro titulo*, fuisse editam ex eo, quod paulò antequàm Concilium illud celebraretur, forte contingeret, ut aliquis cum matre, vel sorore aliqua fuisset in crimine prehensus: qui casus causam recedendi ab antiquis Canonibus, & novam concedendi legem præbuit: ut indicant illa nostri textus verba ibi: *quia instigante diabolo*, *& in illis scelus perpetratum reperitur*: verum quoniam bono Legislatori semper curæ est occurrere illis, quæ plerumque accidunt; non illis, quæ ratò, *l. neque leges*, *ff. de legibus*. ideo Innocentius III. *in cap. à nobis, penult. hoc titulo*, antiquioribus inhærens Canonibus, generaliter Clericis consulere maluit, ut cum his habitare possint in quibus natura quoddammodo nefarias libidinum contumelias, turpitudinesque repressit, id est cum matribus, & consanguineis: nam cum mortui mundo Clerici dicantur, solatii loco est illa cum matribus, & sororibus habitatio; argumento textus *in l. jure. ff. de jure dotium*: unde apparet, constitutionem relatam *in nostro cap.* 1. adhuc pro consilio commodè retineri posse: siquidem legitur, Beatum Augustinum *in dicto cap. legitur*, 81. *dist.* Neque cum sororibus habitare voluisse, propter mulieres, quæ cum sorore habitabant: quam quidem Anastasii Germonii interpretationem sequutus est Barbosa *in collectaneis ad nostrum textum*, *num.*2.

4 Secundò, obstat textus *in cap. quorundam* 1. 34. *dist.* quò loci Lanfredus Episcopus à familiaritate, & conversatione filiæ suæ arcetur, & sub excommunicationis, & suspensionis pœna cogitur abstinere: igitur neque cum mulieribus, in quibus naturale fœdus nihil permittit fœdi criminis suspicari, Sacerdos poterit habitare: Sed respondendum est, quod licèt Clerici possint ex sacrorum Canonum permissione cum illis fœminis habitare, quæ omnem effugiunt suspicionem, hoc est, cum matre, filia, vel sorore, eo quod conjunctio sanguinis omnem delicti præsumptionem tollat, atque impediat, ne invicem fornicationis seu incestus crimen committatur tametsi simul habitent: ut probat textus *in dicto cap. interdixit*, 32. *dist. cap. à nobis* 9. *hoc titulo*, *cap. cum in juventute*, *de præsumptionibus*. notat Menochius plures referens *lib.* 5. *de præsumptionibus*, *præsumptione* 7. *per totam*: tamen Clerici, qui qualem qualem habent suspicionem, à mulierum conversatione omnino debent abstinere, quamvis sint matres, filiæ, vel sorores; cum inventi aliquando fuerint, qui diabolica suggestione, incestus, & stupra commiserunt: ut constat *textu* nostro, & ex traditis à Valerio Reginaldo *in praxi fori pœnitentialis*, *lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 18. unde cum Lanfredus Episcopus in specie *dicti cap. quorundam*, cum filia sua immoderatam teneret familiaritatem; & ob id mala fama exorta esset, quia juvenis erat, & juvenilibus desideriis occupatus, & nulla gravitate constringebatur; quare ab Albino Episcopo, & cæteris Coëpiscopis suis commonitus, atque correctus fuit, sed nullatenus emendatus; & ideo magis, ac magis de se deteriorem opinionem reddebat; merito illi præcipitur, quatenus ab immoderata filiæ suæ familiaritate semet omnino coërceat, & si obedire distulerit, excommunicetur: quòd si contumax adhuc apparuerit, & à ministerio cessare debebit. Notat Suarez *de censuris, disp.*23. *sect.* 1. *num.*2. cum sequentibus: nam quando nimia adest inter patrem, filium, fratrem, & sororem familiaritas, mala insurgit præsumptio; & conversatio tunc prohiberi debet: siquidem satis cognita sint plura exempla patrum, qui cum filiabus nefandam libidinem exercuerunt; legitur *Genesis c.* 19. Loth cum filiabus concubuisse; Lenarius Cypriorum Rex rem habuit cum filia Myrrha, & ex eo concubitu suscepit Adonidem: autor est Plutarchus, *c.*44. & 38. ita etiã legimus per sæpè evenisse, quod filius matrem violaverit: testatur Ovidius *lib.* 7. *Metamorph.* Itaque fratres, & sorores incestus, stupràque commisisse, non semel observatum esse legimus *lib.*3. *Regũ*, *c.*13. siquidem Amon filius David Tamar sororem suam longè speciosissimam morbo simulato ad se vocatã constupravit; cùm igitur tot inventi sint, qui instigante diabolo incestus, & stupra cõmiserint, ut cõstat ex *textu* nostro; ideò optimo jure, si suspicio qualis qualis in Clericis, & Sacerdotibus sit, fœminarum habitatio coërcetur, & earum cõmunicatio vitari debet: ut *in d. c. quorundã*, 64. *dist.* quem textũ sic exponit, & exornat Menoch. *dicto lib.*5. *de præsumptionibus*, *præsumptione* 17. *n.*8. & ante eum Albericus *in l. cum, qui, C. de Episcopis, & Clericis*: Archidiaconus *in c. interdixit*, 32. *dist.*

Tertiò, prædictis valde obstat tex. *in c. volumus*, 24. 81. 5 *dist.* ubi *Gregor.* scribit Symmacho Defensori *l.* 1. *Regal. indictione* 9. *epist.* 50. ut Sacerdotes prohiberi debeant, ne cum mulieribus conversentur, excepta duntaxat matre, sorore, vel uxore, quæ castè regenda est: ex quo decreto deducitur, sacerdotem, non solum matrem, & sororem, verum etiam uxorem posse in domo retinere, & cum ea habitare: quæ *Gregorii* epistola valde difficilis redditur ex Concilio Agathensi, *c.*17. quod refert Gratianus *in cap. Episcopus* 6. 77. *distinct.* ubi si conjugatus juvenis consenserit ordinari, uxoris voluntas ita requirenda est, ut sequestrato mansionis cubiculo, & Religione promissa, postea quam pariter conversa fuerit, ordinetur: & ita expressim docet, virum ad Sacerdotium promotum, uxoris intercedente consensu, admittendum esse; juxta textum in *cap. conjugatus, de conversione conjugatorum*; neque posse cum ea in eadem domo habitare, cùm non nisi sequestrato mansionis cubiculo, & promissa Religione ab uxore possit vir ejus sacris insigniri Ordinibus: igitur minus rectè in *dix. c. volumus*, scripsit *Gregorius* uxoris cohabitationem interdictam non esse viro Sacerdoti, de cujus licentia ad eum Ordinem promotus fuit. Cui difficultati, ut satisfaciant nonnulli, existimant *dicti capitis. volumus*, decisionem referendam esse ad antiqua tempora, quibus sacris initiati licitè utebantur matrimonio anteà inito; quos refert Turrecremata *in dicto cap. volumus*, *num. unico*: sed eos jure optimo reprehendit, eo quòd verba illa *in dicto cap. volumus*, ibi, *quæ castè regenda est*, apertè adversentur huic expositioni: siquidem demonstrant uxorem castè regendam esse: quare ea rejecta, pro horum Canonum amica concordia animadvertendum est, quod quemadmodum maritus licitè non potest ingredi Religionem, nisi uxor quoque pariter convertatur, *cap. uxoratus*, *cap. cum sis*, *cap. ad Apostolicam*, *de conversione conjugatorum*, cum aliis congestis à Sanchez *lib.* 7. *de matrimonio*, *disp.*32. *cum sequentibus*, nisi senex fuerit, & de incontinentia non suspecta: nam tunc ea in seculo remanente cum voto castitatis, potest vir Religionem profiteri, *cap. Agatosa*, 27. *q.*1. *c.*1. *de conversione conjugatorum*; ita etiam non potest vir sacros suscipere Ordines, nisi ejus uxor pariter conversa sit, si juvenis esset & de incontinentia suspecta: ut probat *textus* sit intelligendus *in dicto & conjugatus*, *de conversione conjugatorum*: & si est senex non suspecta de incontinentia, sufficit votum ipsius in seculo manentis: & ratio manifesta est, quia si uxor juvenis professi compellitur ingredi Religionem, fortius uxor illius qui ad Ordines promovetur compelli debet, cum faciliùs possit Clericus secularis uxorem incutere, & conservato pristino amore ea familiariter uti, & ita periculo incontinentiæ exponerentur: nam uxor juvenis in seculo remanens, quamvis castè vixerit, incontinentiæ periculo exposita est, cum fœminæ faciles, & volubiles sint, *cap. forus*, *de verb. signific.* ideo sacri Canones, ut ea manente in seculo,

vir

vir ad Ordines non promoveretur, ita ſtatuerunt; plures refert Sanchez *dicta diſp.* 39. *n.* 6. Quibus breviter animadverſis, reſpondeo, textum in *dict. cap. volumus*, procedere eo caſu, quo conjuges minimè de incontinentia ſuſpecti ſunt. nam tunc vir Sacerdos factus, poteſt ſequeſtrato dumtaxat lecto cum uxore in eadem domo habitare, & eam caſtè regere; at verò textum in *dicto cap. Epiſcopus* 6. 77. *diſtinct.* intelligi in caſu, quo conjuges illi de incontinentia ſuſpecti erant: quare illis ſequeſtratur manſionis cubiculum, & converſatio prohibetur. Ita docet Gloſſa *in dicto cap. Epiſcopus, verbo ſequeſtrato, & in dicto cap. volumus*, quam ſequuntur Archidiaconus, & Turrecremata *ibidem*: Abbas in *dict. cap. conjugatus, n.* 5. *de converſione conjugatorum.* Acuña *ad* 1. *Decreti partem, in dicto cap. volumus*: quæ ſolutio conſona eſt dictorum jurium contexturis: nam cum in *d. c. volumus*, uxor ad ſacerdotium promoti in ſeculo remanſiſſet, ſenex eſſet, & de incontinentia non ſuſpecta; nam alias vir non poſſet effici ſacerdos, quæ, cùm in ſpecie *d. c. Epiſcopus*, Religionem profiteri cogatur, ut vir poſſit ordinari, juvenis erat, & de incontinentia ſuſpecta: ideo potuit tunc vir ſacris Ordinibus initiari, ut refert Sanch. *ubi ſupra, d. diſp.* 38. *n.* 8. *& per totam*, Acuña *in d. c. volumus, num.* 2.

6 Quartò, hucuſque traditis valde obſtat *canon Apoſtolorum* 59. cujus hæc ſunt verba; *Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus uxorem ſuam ne ejiciat Religionis prætextu; ſin autem ejecerit, ſegregetur; & ſi perſeveret, deponatur.* Ex quo Apoſtolorum teſtimonio cavetur, Epiſcopos & Presbyteros poſſe cum uxore in domo habitare. Cui difficultati reſpondendum eſt, Apoſtolos in *illo Canone*, non ideo præcepiſſe Epiſcopis, & Presbyteris, & Diaconis ſuas uxores domo ejicerent in eum ſenſum, ut quaſi incontinentiæ authores voluerint eas domi retineri ad uſum conjugalem, quo canone Apoſtolorum abuſi ſunt Patres 6. ſynodi *in Trullo c.* 13. ut ad exemplum Eccleſiæ Græcæ eis eſſet permiſſum uxores retinere: de quo exempla plura extant *in c. ut Clericorum, de vita, & honeſtate Clericorum; cap. cum olim, de Clericis conjugatis: cap. quæſitum, de pœnitentiis, & remiſſionibus; c. aliter*, 31. *diſt.* docet Covar. 2. *parte de ſponſalibus, cap.* 6. §. 3. cum traditis à Baſilio *lib.* 7. *de matrim. c.* 23. liquidem ea lex continentiæ apud Sacerdotes à propriis uxoribus, non eſt recens in Eccleſia, ſed ab ipſiſmet Apoſtolis derivata: ut notat Baſilius *dicto lib.* 7. *cap.* 23. & 24. Ideo uti Apoſtolica, non eſt credendum ab ipſis Apoſtolis contrarium ſtatutum fuiſſe; imo potius profeſſio, votum, & lex illa caſtitatis deducitur ex verbis *illius canonis*, ibi, *nec Religionis prætextu*; ſed potiùs Apoſtolos illud Epiſcopis, & Sacerdotibus præcepiſſe: quia eo tempore multi conjugati de uxorum etiam conſenſu promovebantur ad ſacros Ordines, etiam Epiſcopatus, *cap. ſane, cap. conjugatus, de converſione conjugatorum*; & ne maritorum conſecratio occaſio eſſet uxorum ruinæ, caverunt Apoſtoli, & juſtè præceperunt ſub pœna depoſitionis, ne quis ex conjugatis ad ſacros Ordines aſſumptus, eo quæſito colore, quod caſtitatem in ipſis Ordinibus profeſſus eſſet, uxorum curam, & alimoniam abjicerent: ſed potius domi retinerent: nam olim, primis Eccleſiæ temporibus, qui ſacris initiabantur, uxores domi retinebant, ſeparata tamen habitatione; & adeo diviſa, ut nulla inter eos communicatio eſſet, ut Apoſtoli præceperunt: & id conſtat ex Turonenſi Concilio 2. *canone* 13. ibi, *Epiſcopus conjugem, ut ſororem habeat, & ita ſancta gubernatione gubernet domum omnem tam Eccleſiaſticâ, quàm propriam, ut nulla de eo ſuſpicio quaquam ratione conſurgat.* & ex Concilio Carthagin. *cap.* 17. Gerundenſi, *c.* 7. *c. omnino*, 31. *diſt.* neque eo tempore incontinentiæ periculo exponebantur, etiam ſi uxores domi retinere permitteretur; ſi quidem tunc miniſtri eligebantur, quorum caſta vita poſt matrimonium longo tempore probata eſſet: neque niſi de incontinentia non ſuſpectas poterant domi retinere, ut ipſis miniſtrarent: Notat Baſil. *lib.* 7. *de matrimonio n.* 2. Sanch. *dict. diſp.* 39. *n.* 3. *in fine*, cum pluribus ab eo relatis. Ita ſimiliter interpretatur idem Concilium Turonenſe, *cap.* 14. in illis verbis; *Epiſcopum Epiſcopam non habentem nulla ſequatur turba mulierum*, quæ verba ſupponunt Epiſcopum Epiſcopam habentem mulieres comitari poſſe, ſcilicet eas, quæ Epiſcopæ famulabantur, videlicet tantum quoad domeſticam neceſſitatem, & ſervitia: dum tamen in illis nulla ſuſpicio incontinentiæ, ſeu contubernii ſit, Notat Baſilius *lib.* 7. *de matrimonio*, *cap.* 15. *num.* 1. & *cap.* 116. *num.* 2. de qua re plura dicemus, *in cap.* 1. *de Clericis conjugatis*, quæ ferè omnia *in præſenti* ſunt repetenda.

Quintò, his omnibus valde obſtat textus *in c. Nicæna ſynodus* 12. 31. *diſt.* ubi apparet, quod cum *Nicæna ſynodus* vellet legem imponere, & neceſſitatem Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis, ut ſervarent caſtitatem cum uxoribus, cum quibus in minoribus ordinibus matrimonium contraxerant; huic propoſitioni ſurrexit Paphnutius confeſſor inexpertus nuptiarum, & ſynodo contradixit, ne talem poneret legem: cùm caſtitas eſſet cognoſcere uxorem propriam; cujus Paphnutii ſententiam Synodus laudavit, & approbavit: erat equidem Paphnutius civitatis cujuſdam in Superiore Thebaide ſitæ Epiſcopus, vir adeo ſanè ſanctus & pius, ut nonnulla miracula ab eo ederentur, ut refert Acuña *ad primam Decreti partem, in dicto cap. Nicæna*, 31. *diſt.* cujus *Concilii Nicæni* deciſio valde difficilis redditur ex eodem Concilio *canone* 3. ubi prohibetur Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis ullam domi mulierem habere, præter matrem, ſororem, & amitam; & *in c.* 1. *cap. tenere*, *eadem* 31. *diſt.* ne Sacerdotes debeant uxoribus ſuis miſceri. In cujus *textus* difficultate adeo oppreſſus fuit Sotus *lib.* 7. *de juſtitia & jure, quæſt.* 6. *art.* 2. *concluſione* 3. *ad finem*; & *in* 4. *diſt.* 38. *q.* 1. *art.* 2. *verſ. reſtat*; quod exiſtimet, illam *Paphnutii* hiſtoriam inter canones *Nicanæ ſynodi* non extare; ſed illam *Gratianum* ex *Caſſiodoro* deſumpſiſſe *lib.* 2. *tripartitæ*, *c.* 14. Cujus ſolutio impugnatur, & convincitur, quia illa hiſtoria habetur inter *acta Concilii Nicani*, quæ ex Græco tranſtulit Alfonſus Piſanus, & Claudius Spencæus *lib.* 1. *de Continentia*, *cap.* 4. ubi teſtatur ſe legiſſe hanc hiſtoriam *in Cod. Græco Concilii Nicæni* nondum typis excuſo *in d. c.* 12. 31. *diſt.* quam hiſtoriam dubitandum non eſſe fuiſſe ſcriptam *in Concilio Nicæno* latè ſcripſit Baſilius *lib.* 7. *de matrim. c.* 13. *n.* 20. *in fine*. Quare omiſſa etiam nonnullorum ſententia aſſerentium, Concilium Nicænum provinciale fuiſſe, atque ideo nullius authoritatis, atque momenti eſſe: quorum opinionem impugnat Baſilius *dict. c.* 13. *n.* 10. verius dicendum eſt, textum in *dict. c. Nicæna ſynodus*: loqui de more Eccleſiæ Græcæ, hoc eſt Orientalis, in qua Clericis permiſſum erat cohabitare cum uxoribus ante ſacerdotium obtentum ductis: nam licèt continentia Sacerdotum ab uxoribus antea obtentis à tempore Apoſtolorum cæpiſſet, & tempore Concilii Nicæni apud Græcos conſuetudine eſſet abrogata, & Patres Concilii eam legem renovare voluiſſent, Paphnutii conſilio, in Concilio illo Nicæno decretum fuit permittendum eſſe abuſum illum, & paterna Romanorum Pontificum pietas, ac benignitas hanc illis propter ipſorum duritiam permiſſionem fecit, ne Græca illa natio perturbaretur, tum etiam conſilium Paphnutii obtinuit propter nuptiarum honorem, quas paulo antè inſectatus fuerat Euſtachius, etiam in Presbyteris, qui laici uxorem duxerant; quo remedio conſultum fuit multorum Clericorum fragilitati, cùm non omnes poſſent lege illa contineri: ex qua Paphnutii hiſtoria colligitur licuiſſe apud Græcos uxoribus uti, & cum eis cohabitare, quas ante ordinationem duxerant: ut conſtat ex textu *in capite olim*, *de Clericis conjugatis*, ibi, *in ſuperioribus ordinibus utantur matrimonio jam contracto*: quomodo etiam eſt interpretandus textus *in cap. aliter*, 31. *diſtinction.* quia non debet intelligi de matrimonio contrahendo poſt ſacerdotium, ſed de jam contracto ante ſacerdotium;

7

de cujus *Paphnutii* hiſtoria in *dicto cap. Nicæna ſynodus*, videat plura, qui velit, apud Acuñam *ad primam Decreti partem, in dicto cap. Nicæna ſynodus*, 31. *diſt.* Baſilium *lib. 7. de matrimonio. c. 23. n. 8. cum ſequentibus*, & traditis à Barb. *in collectaneis ad Decretum, in dict. c. Nicæna ſynodus num. 1. 2. & 3.*

9 Septimò, prædictis obſtat idem Concilium Nicænum, *c.* 3. relatum *in c. interdixit* 16. 32. *diſt.* ubi ſancta Synodus interdixit non Epiſcopo, non Presbytero, non Diacono, vel alicui omnino, qui in Clero eſt, licere ſubintroductam habere mulierem, niſi forte, aut matrem, aut ſororem, aut amitam, aut etiam eas perſonas, quæ fugiant ſuſpicionis maculam; ex quo decreto colligitur, etiam Græcis prohibitam eſſe uxorum cohabitationem. Verum huic dubio reſpondendum eſt, Concilium Nicænum *in d. c. interdixit*, non loqui de uxore ante ſacerdotium obtenta; ſed de extranea ſuſpecta muliere, ex qua ſiniſtra opinio oriri poſſet: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius tex. ibi, *interdixit, licere ſubintroductam habere mulierem*: Notat Enriquez *lib. 10. de ſacramento Ordinis, cap. 14. §. 8. litera B.* Vaſquez *de Ordine, diſp. 247. cap. 4. num. 41.* Acuña *ad primam Decreti partem, in dicto c. Nicæna, n. 5. in fine*, 31. *diſt.* quod quidem genus mulierum malæ ſuſpicionis erat, non ex eo, quod tunc eſſent concubinæ, aut meretrices, ſed quia in juvenili ætate cum illis habitabant, tanquam ſorores, quæ neque ſanguinis, neque matrimonii nexu conjunctæ erant; erat enim quoddam genus mulierum, medium inter uxores, & concubinas, quæ pietatis prætextu, ut ſorores adoptivæ admittebantur à Clericis, & intra eandem domum recipiebantur, quæ quidem cùm ſuſpectæ eſſent, rectè Concilium Nicænum earum conſortium Clericis interdixit; & de ſubintroducta muliere, pro interpretatione ad textum *in d. c. interdixit*, plura videat, qui velit, apud Baſilium *dicto lib. 7. de matrimonio, cap. 26. n. 6. cum ſequentibus*, Covar. *de ſponſalibus 2. parte, cap. 8. §. 4. num. 5.* Anaſtaſ. Germonium *lib. 2. animadverſionum, c. 15. ad finem*: Acuña *ad 1. Decreti partem, in dict. cap. interdixit. n. 2.* Ex his etiam interpretari poterit textus *in cap. cum in juventute, de præſumptionibus*: cujus commentaria omitto, & remitto lectorem ad ea, quæ *ibidem* ſcripſi in 1. *tomo ſuper 2. Decretalium*, & ſic ſatis de prima noſtri textus parte.

In ſecunda verò ejus parte prohibetur fœminis ad Altare accedere, aut presbyterio miniſtrare, & intra cancellos ſtare, ſive ſedere; cujus commentaria ſimiliter omitto: quia de hac re plura ſcripſimus *in c. 1. de vita & honeſtate Clericorum*; quæ omnia in præſenti ſunt repetenda.

Ad textum in cap. Si quiſquam 2. cap. Clericos 3. & cap. Sicut 4. cap. Si autem 6. cap. Tua nos 8. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Clerici in ſacris conſtituti, ſi moniti contemnunt relinquere concubinas, & ſi non poſſint eas abiurare, tamen ſuſpenduntur, donec ſatisfaciant; & ſi præſumpſerint eas retinere, ab officio, & beneficio perpetuò deponuntur.*

2 *Concubinatus crimen præcipuè in Clericis, grave eſt; ſiquidem crimine illo non unum, ſed plura ſcelera committuntur.*

3 *Opponitur textus in* cap. 2. qui Clerici, vel volentes.

4 *Perpenditur textus in* cap. 2. de cohabitatione Clericorum, & mulierum, *ad concordiam reducitur cum* c. ſicut 4. ejuſdem tituli.

5 *Declaratur textus in* capite ſicut 4. de cohabitatione Clericorum, & mulierum.

Habilia ſemper ſunt præſupponenda, & jura juribus concordanda.

6 *Expenditur textus in* c. pervenit, in fine, 50. diſt. cap. Presbyter, 82. diſtinct. cap. à multis 6. verſ. ſi caſte non vixerit, de ætate, & qualitate: c. ex parte 7. de teſtibus.

7 *Declaratur textus in* c. ſi autem 6. de cohabitatione Clericorum, & mulierum, *& conciliatur cum* c. 2. 3. & 4. ejuſdem tituli.

8 *Legitime factum appellatur, quod lege permittente fit.*

Concubinatus lege Civili permiſſus erat.

Jus Canonicum ſemper intendit vitare peccata, & animas ad Dei gratiam reducere; jus verò Civile tantum curat in quieta tranquillitate homines vivere.

9 *Mœchia, hoc eſt* adulterium *inter conjuges prohibitum eſt; & ibi declaratur Divi Auguſtini auctoritas* lib. 2. ſuper Exodum, c. 71.

Furti prohibitione, omnis etiam illicita rei alienæ uſurpatio continetur.

Furtum qui prohibuit, non permittit rapinam.

Sancti Patres olim concubinas habuiſſe conſtat, hoc eſt non legitimè ductas.

10 *Late exponitur text. difficilis in* leg. cum tabulis 16. §. quoniam ſtuprum, ff. de his quæ ut indignis.

Stuprum cum ingenua concubina committitur, ſi ſine teſtatione id ita fuerit factum, vel niſi vulgò quæſtum antea fecerit corpore ſuo, & n. 11.

11 *Laudatur Don Martinus de Larriategui.*

Explicatur text. in l. cum tabulis, §. quoniam, verſ. idque in teſtamento ff. de his quæ ut indignis.

Remiſſive interpretatur textus in cap. is qui 4. 34. diſtinctione.

12 *Exponitur textus in* c. 2. de pœnis, lib. 6.

Degradatio verbalis differt ab actuali depoſitione.

Suſpenſio, depoſitio, & degradatio in quo differant, remiſſivè ponitur.

13 *Depoſitus ſimpliciter, regulariter in perpetuum depoſitus cenſetur.*

Illucidatur textus in cap. ex literis 11. §. final. de conſtitutionibus.

14 *Expenditur text. in* c. puto 6. §. ſi quis advocationem. ff. de poſtulando.

15 *Exponitur text.* in l. ad tempus 5. ff. de Decurionibus, & filiis eorum.

Declaratur textus in leg. fine præfinito 23. ff. de pœnis.

16 *Pœna ſine præfinito tempore impoſita, non perpetua, ſed ad decennium tantum impoſita, præſumitur.*

17 *Perpenditur text.* in c. ſi Clerici, §. vero, in fine, de judiciis.

Suſpenſio, & depoſitio aliquando in jure confunduntur; ſed propriè ſumpto vocabulo differunt inter ſe, prout ibi exponitur.

Duplex pœna pro eodem delicto imponi non poteſt.

CONCLUSIO.

IN omnibus his juribus agitur de pœnis adverſus Clericos concubinarios contumaces in jure poſitis: *Concluſio*, quæ communiter ex illis deduci ſolet, ſic ſe habet. *Clerici in ſacris conſtituti, ſi moniti contemnunt relinquere concubinas, & ſi non poſſint eas abiurare, tamen ſuſpenduntur donec ſatisfecerint: & præſumpſerint eas retinere, ab officio, & beneficio perpetuò deponuntur.* Conſonat textus in *capit. ſi quiſpiam 22. cap. quidam 30. 81. diſtinct. cap. nullus, cap. habuiſſe, final. 32. diſt. cap. Preſbyter, 28. diſt. cap. ſacerdotes 33.* cum *aliis, 50. diſtin. cap. quæ Chriſto, 26. qu. 1. c. presbyter, 81. diſtin. cap. quæſitum, final. de temporibus ordinandorum, cap. at ſi Clerici 4. § de adulteriis, de judiciis, cap. ſi concubinæ, cap. ſi vero alicujus, §. ultimo. de ſententia excommunicationis, cap. is, qui, cap. fraternitatis, 34. diſtinction. cap. à multis.*

*nulis 9.de ætate,& qualitate cap.interdixit,32. dist.cap. cum in omnibus,capit. volumus,cap.faminas 8.cap.Clericorum mores 13.de vita & honestate Clericorum. Authentic.de sanctissimis Episcopis,§.Presbyteris autē.*Concilium Romanum,*sub* Nicolao I. *in fine*: Lateranense, *sub* Alexandro.*cessione 9.de reformatione Curiæ,& aliorum* versi.*concubinarii*:Toletanum 1.*cap.* 17.Arelatense 1.*cap.*3.Toletanum 4.*cap.*41.Carthaginense 3.*c.*18.Basileense *sess.*20.*in principio*: Nicænum,*c.*3.Mauriconense 1.*cap.*1. Arelatense 2.*cap.*3. Bracarense 1.*cap.*15.Turonense 2.*c*10.11.*&* 12. Maguntinum,*cap.*49. Tridentinum *sessione* 24. *de reformatione matrimonii, cap.*3. *& sessione* 25.*cap.*14.*l.*38.*titul.*6.*partita* 1.*l.*8.*tit.*20.*libro* 4. *fori*, *l.* 3. *titulo* 18. *lib.* 4. *recopilationis*: exornant Bernardus Diaz ad Salcedum *cap.* 73.Julius Clarus §. *fornicatio,num.*9. versic.*Clericus autem concubinarius*: Robertus *lib.*2. *rerum judicatarum, cap.*17.Cujacius *in l. unica*, *Codic. de concubinis*, Guido Papa *quæstione* 558. Menochius *de arbitrariis*, *casu* 418. Rebuffus *in Concordat.titulo de publicis concubinis*,versic.*prima ergo pœna*:Zerola *in praxi Episcopali,part.*1.verbo, *concubinarii*:§.3.*pag.*60.Reginaldus *in praxi fori pœniten.libro trigesimo*, *tractat.*3. *n.* 154. Bobadilla *in politica libro* 2. *cap.*17. *num.*53.Matienco *lib.* 5. *recopilationis*, *l.* 6. *titulo* 8 *glossa* 2.*num.*25. Guttierrez *lib.* 2. *Canonicarum quæstionum,cap.*7. *n.*54. Corrasius *de beneficiis,part.*3. *cap.ultimo num.*28. Ducēnis *regula* 101. Farinacius *in praxi criminali, parte* 5. *quæst.*137.*num.*24.Don Martinus de Larriategui *lib.*9.*Selectarum,c.*5.Suarez *de censuris, disp.* 31. *sect.*4.*n.*10. Covar.*in Clementina, si furiosus,part.*1.§.1.*n.*5. Acuñ *ad* 1. *Decreti partem*, *in dicto cap.si quisquam,dicto cap. nullus cum similibus,supra adductis*:Barbos.*in collectaneis ad textum in dicto c. sicut* 4.cum aliis, *hoc titulo*, & in *remissionibus ad Concilium Tridentinum in d.c.*8.*&* 4.Cenedus *in collectaneis ad Decretales, collectanea* 34. Arias de Mesa *l.*3. *variarum, c.*38.39. *&* 40.

2 Ratio depromitur ex eodem Concilio Tridentino *sessione* 25.*c.*14.illis in verbis: *Quam turpe, ac Clericorum nomine,qui se divino cultui addixerunt,sit indignum, in impudicitiæ sordibus,immūdoque concubinatu versari, satis res ipsa communi fidelium offensione, summoque Clericalis militiæ dedecore testatur: ut igitur ad eam,quam decet continentiam, ac vitæ integritatem ministri Ecclesiæ revocentur,populusque hinc eos magis discat revereri,quò illos vita honestiores cognoverit,prohibet sancta Synodus quibuscunque Clericis; ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio in domo, vel extrà detinere; aut cum eis ullam consuetudinem habere audeat: alioquin pœnis à sacris Canonibus, vel statutis Ecclesiarum impositis puniantur*: hactenus Concilium ex quibus verbis apparet, quam grave sit præcipuè Clericis concubinatus crimen: siquidem crimine illo non unum, sed plura scelera committantur præcipuè adulterii, cùm in sacrorum Ordinum susceptione dicantur suscipere Ecclesiam in spōsam,ut *infra dicemus in titulo de Clericis conjugatis*: deinde sacrilegium committunt, cum Deo dicati, & sacrati sint; & plura refert Salcedus *dicto cap.*79.*littera B.apud medium*, Guttierrez *lib.* 2. *Canonicarum quæstionum,cap.*7.*num.*37. meritò, ut eorum exemplo cæteri perterriti ab illo crimine arceantur, pœnis illis puniuntur relatis *in dicto cap.Clericos,in fine, hoc titulo.*Debent autem priùs moneri, ut sic de eorum innocentia, vel crimine constet, tùm etiam, quia monitione præmissa, poterit Clericus de crimine emendari:qui, si non fecerit, justè contra eum priùs proceditur per suspensionem;& si in crimine perseveret, absque spe restitutionis, justè deponendus est: nam crescente contumacia crescere debet pœna;*cum ab homine, de judiciis*;neque eas abjurare compelluntur propter probabile periculum perjurii: si quidem non est deferendum juramentum alicui, quoties probabile perjurii periculum extat argumento textus *in dicto capite Clericos tertio hoc titulo.* ita sentit Hypolitus *in practica,paragrapho postquam,numero quinto,* Navarrus *in Manuali*, *capite decimo secundo,numero vigesimo.* Sed verius his omissis dicendum est, id fuisse receptum; quia juramentum est remedium subsidiarium, & periculosum,atque ad illud non est recurrendum quando alia adsunt remedia ordinaria ad finem prætensum assequendum *capit.& si Christus,propè finem,versic.sic juramentum,jurejurando*: notat Barbos. *in collectaneis ad Decretales*,ad textum *in dicto cap.Clericos 3.hoc titulo,n.*3.

Primò, huic decidendi rationi obstat textus *in capit.* 3
2. *qui Clerici*, *vel voventes*: ubi Clerici, qui de facto contraxerunt, coguntur abjurare uxores, quæ magis propriè concubinæ, quàm uxores appellari debent, ergo & similiter Clerici concubinas abjurare compelli debent. Verùm huic dubio dicendum est,quod ideo *in dicto cap.* 2. Clerici illi, qui de facto contraxerunt, compelluntur abjurare concubinas, quia ibi agitur de matrimonio, & de nuptiis, quas Clerici contraxerunt contra decisionem textus *in Clement.unica*, *de consanguinitate,& affinitate.*ac proinde quemadmodum matrimonium consensu contrahitur,*cap.sufficiat*,27.*quæstione secunda*, ita dissensu distrahi debet: *dicto cap.sufficiat*: *cap. omnis res de regulis juris lib.*6. & cum nullum aliud remedium dari posset, ex quo constaret de ipsorum dissensu quàm juramentum, justa de causa coguntur abjurare uxores, seu potius concubinas,cum quibus de facto matrimonium contraxerant: quamvis in rei veritate existerent concubinæ, si quidem matrimonium non intervenit: juxta textum *in cap. Clericos in hoc titulo*: sed tantum concubinatus absque matrimonio: unde cum non daretur consensus in matrimonio *in dicto cap. Clericos*, non fuit necessarium juramentum ad exponendum dissensum, cum sufficerent cætera remedia ad deterrendos Clericos. Notat August.Barbos. *in collectaneis ad Decretales*, ad textum *in dicto capit. Clericos*, *hoc titulo*, *num.*3.qui *ibidem* respondet ad textum *in capit. ad abolendam*, *de hæreticis* : quem consule.

Secundò, obstabit textus *in cap. si quisquam* 2. *hoc* 4
titulo, ubi apparet si Clericus 1. 2. & 3.fuerit admonitus, & concubinam non dimiserit, non suspendendus, neque deponendus, sed excommunicationis vinculo feriendus est: ergo perperam suspensionis, & depositionis pœna imponitur *in dicto cap sicut* 4.*hoc titulo*. Quæ jura, ut ad concordiam reducantur adnotandum est, jus Canonicum variis pœnis contra Clericos criminosos procedere posse: nam primò si de eorum crimine constat, suspenduntur ad tempus ab Ordine officio, vel beneficio; *cap.Archidiaconus*,81.*distinct.*deinde in perpetuum deponuntur, si in crimine perseveraverint; quod si depositi incorrigibiles fuerint, excommunicandi sunt: postmodum namque, cùm Ecclesia ultra quid faciat non habeat, degradati traduntur Brachio seculari juxta textum *in cap. cum non ab homine*, *de judiciis* : quo supposito apparet jam solutio,& interpretatio ad *jura suprà adducta*, quæ sunt intelligenda suppositis terminis habilibus juris ordine observato: nam dum textus *in dicto capite sicut*, pœnam suspensionis & depositionis imponit trina citatione præmissa, intelligi debet de Clerico primò inobediente, si verò adeo incorrigibilis fuerit, ut in concubinatu persistat, excommunicari debet, cum nulla alia gravior pœna in Ecclesia existat, *capit.corripiantur*, 24.*quæstione tertia*, ac ideo cum alia adsint remedia, quibus contumaces puniri possint, ad eam recurrendum non est, *cap.tuæ fraternitatis*, *quoniam frequenter*, *paragrapho in aliis*, *ut lite non contestata* : ita similiter est interpretandus textus *in capit.si qui sunt*,81.*distinct.*Notat Suarez *de censuris disputat.*31. *sect.*4.*n.*11.*&* 13. Abb. *in cap. Clericos* 3. *hoc titulo n.*4.

Tertiò adversus ea quæ in præsenti notant omnes 5
videlicet omnino necesse *esse*, quod de concubinatus delicto constet ut rectè procedi possit contra Clericum, juxta textum *in capite at si Clerici*, *paragrapho si vero de judiciis*; ubi latè scripsimus, valde obstabit textus

in dicto cap. ſicut 4.*hoc titulo*: Clericus ſuſpenditur, & deponitur per ſolam monitionem, etiamſi de delicto probatio non conſtiterit. Sed huic dubio reſpondendum eſt, etiam in *dicto capite ſicut quarto*, apud Archiepiſcopum, poſt trinam admonitionem de concubinatus crimine cum perſeverantia conſtitiſſe, ſaltem in ſummaria ex officio facta, vel ex partis confeſſione, ſeu delicti notorietate: quia aliter, non poſſet illam ſuſpenſionis, vel depoſitionis pœnam imponere; ex *dicto capite*, *at ſi Clerici*, *paragrapho ſi verò de judiciis*; *capite quæſitum*, *de temporibus ordinandorum*, *capite Sacerdotes* 33.50. *diſtinctione*. Ratio ſolutionis eſt; quia habilia ſemper ſunt præſupponenda, *l.qui teſtamento*, *digeſtis de teſtamentaria tutela*; *l.Gallus*, §.1.*ff.de vulgari*, & *pupillari*. nam jura juribus ſunt concordanda, ita ut quod uni deficit, ex altero ſuppleatur, & ex duobus unus textus, & una ſententia fiat; *l.nam ut ait*, *ff. de legibus*: *l.utrum.ff.de petitione hæreditatis*, *capite cum à viro*, 32.*quæſtion.*7. juncto *capit. dixit Dominus*, 32.*q.*1. Notat Morla *in emporio tit.*1.*q.*1. Corraſius *in rubrica*, *ff.ſoluto matr. num.*1. Idem *l.*5.*miſcellanearum capit.*10.

6 Quartò, his omnibus valde obſtat text. *in c.pervenit* 9.*in fine*, 50.*diſt.c.Presbyter*, 82.*diſt.c.à multis*.9.verſic. *ſi caſte non vixerit*: *de ætate*, *& qualitate*: *cap.ex part.*7.*de teſtib.canone* 25.*Apoſtolorũ*: *c.erubeſcant*, 32.*diſt.c.ſi quis omnem*, verſic. *ſi quis vero*: 1.*qu.*7. ex quibus juribus conſtat, quod ſi Clericus ſemel tantum labitur, id eſt, qui ſemel fornicationis peccatum committit, abſque ulla citatione, vel nova criminis perpetratione, perpetuam adeo depoſitionis pœnam incurrit, quod licet poſtea reparetur, & pœnitentiam agat in ſuo Ordine miniſtrare, vel ad majores Ordines aſcendere non permittitur. Quod eſt omnino contra deciſionem text. *in c. quæſitum*, verſ. *poſt pœnitentiam*, *hoc tit.cap.ſcelere*, *c.erubeſcant*, 32.*diſt. cap.ponderet* 14.*cap. expurgavit* 15.16.17.20.21.23.24. 25.cum aliis, 50.*diſt.auth. interdicimus*, *C. de Epiſcopis*, *& Clericis*: in quibus juribus conſtat, Sacerdotem ſemel in carnis peccato lapſum, poſſe ad priſtinam dignitatem pervenire, ſi culpæ commiſſæ pœnitentiã egerit. Sed hæc omnia jura uno verbo ad concordiã reduces ſi primæva illa Pontificii juris tempora à præſenti temporis ſtatu ſejungas: initio namque naſcentis Eccleſiæ, quo Clerici puriorem vitam & ſummæ caſtitatis normã, ſimul & continentiam obſervabant, inviolabilis illa vixit obſervatio, ita ut abſque ſpe reparationis, etiam ſi pœnituerint, iterũ ad priſtinam dignitatẽ reduci non poſſent propter ſcandalum Chriſtianorum, cum tunc eſſent ferventes in fide; quam quidem conſtitutionem, utpote æquiſſimam, & puritati miniſtrorum Dei maximè conſulentem approbavit Gregor. Pont. in *d.cap. pervenit* 9.*in fin.* 50. *diſt.* & ad hoc tempus adaptanda ſunt jura ſimilia in principio hujus dubii *ſuprà* adducta: ſuccedentibus verò temporibus, id eſt aliquibus annis tranſactis poſt editionem Canonum Apoſtolorum, & præcipuè hoc noſtro ævo, cum jam homines fragiles ſint, & facilius ad peccandum invitentur: juſta de cauſa ſancti Patres Sacroſanctaque concilia, poſt illa jura antiqua, alia noviter ſtatuerunt, abrogando priora, ſcilicet, ut hodie, etiãſi ſemel fuerint lapſi, non deponantur, niſi citatione, & perſeverantia interveniente; ſed ſi pœnituerint, in priſtinum ſtatum reſtitui poſſunt: ut conſtat ex *Concil.Hybernenſi* relato *in c. Preſbyter*, 8.*diſt.* juxta quæ tempora interpretandus eſt text. *in d.c.Joann.*13.14. 15.cum *aliis* 50. *diſt.* text. noſter, & jura in ejus confirmatione *ſupr.* adducta; notat Jacobacius *de Conciliis lib.*7. *art.*7.*col.*4.*fol.*499.

7 Quintò, Adverſus ea, quæ refert text. *in c.ſi quiſquam* 2. *c.Clericis* 3. *c.ſicut* 4. *hoc noſtro tit.* dum aſſerunt, pœnas ſupra poſitas tantũ locũ habere in Cleric. in ſacr. conſtitutis, valde obſtat text. *in c.ſi autem* 6.*hoc noſtro tit.* in verbis illis, *ſive in ſacris Ordinib.ſive in minorib. conſtituti*, ergo ineptè in *dict.jurib.* tantum Clerici in ſacris conſtituti cõprehenduntur, cum etiam inferiores comprehenſi cenſeantur, ac per conſequens dicendũ videtur, unã, aut alterã conſtitutionẽ ſuſtineri non poſſe. Verũ dubiũ hoc effugies, ſi dixeris, text. in *d.c.ſi quiſquã* 2. cum *ſimilib. in principio hujus dubii adductis*, intelligendũ eſſe in Clericis in Sacris conſtitutis, eo videlicet, quia frequentius beneficia Eccleſiaſtica poſſident: argumento text. *in cap. cum ſecundũ Apoſtolum*, *de præbendis*: Si verò Clerici in minoribus cõſtituti, ſimiliter beneficia Eccleſiaſtica poſſideant, cùm fori privilegio gaudeant juxta tradita in Concilio Trid. *ſeſſ.*23. *c.*6. & *in c.*1. *de Clericis conjugatis*, *lib.*6. ſi concubinas habuerint, & admoniti eas non dimiſerint ſimiliter etiam ex rationibus ſuprà adductis, pœnis illis puniri poterunt: & ita eſt interpretandus text. *in d. cap.ſi autem* 6. notat Abbas *ibi*, *n.*1. Auguſt. Barboſ. *n.*1. *&* 8.

Sextò, obſtabit principium illud, quo docemur videli- 8
cet id, quod lege permittente fit, legitimè factum appellatur; *l.Gracchus* 4.*C.ad legem Juliam de adulteriis*; *l.quis ſit fugitivus*, §.*apud Labeonem.ff.de adulteriis*, *c.quia dicam*, 14.*q.*4. ſed concubinatus legibus eſt permiſſus, *l.*1. *in fin.* & per totum tit. *ff.de concubinis*, *l.ſtuprum* 41.*ff.de ritu nuptiarum*; *l.ſi qua* 5.*C.ad Senatus Conſultũ Orficianum*: cum traditis à Ferdinando Arias de Meſa *lib.*3.*variarum*, *c.*38.*n.*3. & in *locis ſuprà adductis*. Ergo Clerici habentes concubinas, nullis pœnis debent puniri: cum id, quod legitimè factum eſt, nullam pœnam mereatur; *l.non damnum.ff.de jurejurando*: *l.qui ſervum*, *ff.de verborum obligationib.* Cui dubio reſpondendũ eſt diſcrimen verſari inter jus Canonicum, & Civile: nam de jure Civili licitus, & legibus comprobatus erat concubinatus ex *d. l.* 1. cum ſimilib. *ff.de concubinis*: *l.item legato*, §. *pen.ff. de leg.*3. Notat Cujac. *lib.*11.*reſponſorũ Papiniani in leg.ex part.*12 1.*ff.de verbor.obligationib.* & *l.*19.*reſponſorum Juliani*, *in l.concubina* 4.*ff.de cõcubinis*, Baul. *l.*7.*de matrim. c.*54.*n.*4. Don Martinus de Larriategui *l.*8.*ſelectarum*, *c.* 5.*n.*4. cum traditis à Doctore Arias de Meſa *locis ſup.cit.* de jure verò Canonico concubinatus illicitus eſt, *c.*1. *c. nemo dicat* 32.*q.*4. Ratio diſcriminis eſt; quia jus Canonicũ ſemper intẽdit vitare peccata, & animas ad Dei gratiã, & concordiam reducere, *c.final.de præſcript.* jus verò Civile tantum curat in quieta tranquillitate homines vivere, & retinere. ut latè diximus *in c. vigilanti* 5. *de præſcript.n.*13. *&* 14. Notat Germonius *de ſacror.immunitatib. l.*3. *c.* 12. *&* 13. Covarr. *in regula*, *poſſeſſor*, 2.*part.*§.11.

Septimò, ſolutioni obſtabit dicere, quod etiam de jure 9
Eccleſiaſtico concubinæ permiſſæ cenſentur: primò apparet ex illa D. Auguſt. ſententia, *l.*2. *ſuper Exodũ*, *c.*71. Idem *in quæſtionib. Deuteronomii*, *q.*37. *ad cap.*23. dum aſſerit, quod *in* 6.*decalogi præcepto*, mechia ſolum prohibetur, hoc eſt adulterium, quod inter conjuges committitur: atque ideo concubinatum inter ſolutos, & ſolutas permiſſum videri; cum expreſsè prohibitus non exiſtat: argumento text. *in c.de procuratorib.lib.*6.*l.neque non* 28. *poſt principium*: *&* §.*quod eis*. *ff. ex quib.cauſis majores*: *l.*1.*ff.de teſtib.l.mutus* §.*quæritur.ff.de procurator*. Augetur difficultas ex multis *ſacræ paginæ* authoritatibus, in quibus cavetur, ſanctos Patres concubinas habuiſſe, *Geneſ.c.*25. *Judicum c.* 19. *ſecundo Regum c.*3. *&* 16. Sed huic difficultati facile ſatisfacies, ſi dixeris certi, atque indubitati juris eſſe fornicationem etiam inter ſolutos mortiferum peccatum eſſe, ut conſtat ex illa *Divi Pauli* authoritate *ad Corinthios* 6. & *ad Galatas* 5. cum adductis per Leſſ. *l.*4.*de juſtitia & jure*, *c.*3.*dubit.*3. Neque in cõtrarium facit, quod ſuperiùs adduximus: quia etſi verum ſit, quod in *decalogi præcepto* ſolùm ex ejus verbis expreſsè adulterium videatur prohibitum, ex authoritate D. Augu. *ſup.* relata, interpretativè tamen ex ejus mente omnis quælibet fornicatio, etiam ſimplex prohibita cenſetur quemadmodum etiam in prohibitione furti, omnis illicita rei alienæ uſurpatio prohibita cenſetur: *c.pœnale*, 12. *q.* 5. quam interpretationem eleganter excogitavit idem Auguſt. *q. Deuteronomii*, *q.* 37. *&* *c.* 23. & ſuper *Exodum*, *q.*17. relatus *in c.meretrices*, 32.*q.*4. cujus hæc ſunt verba, *Meretrices eſſe*, *& ad meretrices accedere prohibet Dominus*, *quare publice venalis eſt turpitudo. In decalogo autem Moechiæ nomine non videtur hoc apertè prohibuiſſe*: *quoniam Mœchia nonniſi Adulterium intelligi ſolet. Omnis Moechia etiam fornicatio dicitur in Scripturis*, & ibi; *ſed ſi furti nomine bene intelligitur omnis illicita uſurpatio rei alienæ*, *non enim rapinam permiſit*, *qui furtum prohibuit*. Plura refert Gloſſ. verb. *omnis* &

& verbo, *illicitus in d. c. meretrices*, 32. q. 4. Turre crema-
ta omnino videndus *ibid.* Neq; ſimiliter ol ſtabunt au-
thoritates ſuprà adductæ, ex quib. probavimus, olim
ſanctos Patres concubinas habuiſſe: quia dicendum eſt,
concubinas illas dici uxores minus legitimè ductas ſine
ſolemnitate illa quâ uxores legitimæ ducebantur. No-
tat Covar. *de ſponſalib. 1. par. c. 4. in princ. n. 9.* Guttier.
de matrim. c. 106. Aug. Barboſ. *ad Decretum in c. objiciuntur 7. n. 3. 32. q. 4.* & nos diximus *in c. cum in juven-
tute 15. de præſumptionibus, n. 5.* cum *ſequentibus.*

10 Octavò adverſus ea, quæ *ſupra* notavimus, vide-
licet concubinatum de jure civili permiſſum eſſe; ta-
men aliquando concubinatum eodem jure eſſe prohi-
bitum, ut in eo ſtuprum committatur: veluti ſi liberta
concubinam eſſe non patroni, ſed alterius paſſa eſt; *l.*
1. junctо, §. *ſi qua 3. ff. de concubinis*: nam tunc, cum
ſit conjunctio illicita, ſtuprum committitur, *l. 3. in fine*,
*ff. de concubinis, l. ſtuprum 34. ff. ad legem Juliam de
adulteriis*: qua de cauſa, quidquid ei ſit relictum ab eo,
qui eam cognovit, loco pœnæ tanquam ſit indigna, fiſ-
co adjudicatur, *l. mulierem 14. ff. de his, quæ ut indi-
gnis, l. 3. §. 1. l. cum hic ſtatus, 32. §. final. ff. de donatio-
nibus inter, l. qui contra, Cod. de inceſtis nuptiis*, Cu-
cius *lib. 33. quæſtionum Papiniani, in dicta leg. mulierem
18. ff. de his, quæ ut indignis*, cum traditis à Don Martin
no de Larriategui *lib. 8. ſelectarum juris, cap. 5. n. 1. &*
2. valde obſtat textus in *l. cum tabulis 16. §. quoniam ſtu-
prum, ff. de his ut indignis*, ubi relictum libertæ, quæ ſe
non patroni, ſed alterius concubinam eſſe paſſa eſt, va-
let, & legatum conſervatur, neque fiſco adjudicatur.
Verum huic dubio dicendum eſt, textum in *dicto, §. quo-
niam*, procedere in ea, quæ à principio ſe non patitur
proprio patrono concubinam eſſe; quod ſibi permiſ-
ſum eſt: neque ſtuprum committit, etiamſi cum extra-
neo concubinatum paſſa eſt, juxta textum in *dicta l. 1.
in principio, ff. de concubinis*: & ita quidquid in teſta-
mento extranei ei relictum ſit, non denegatur; ſecus
verò ſi à principio paſſa eſt concubinam patroni eſſe, &
eum deſeruerit, ut in *dicta l. 1. in fine, ff. de concubinis*:
notat Cujacius *lib. 4. obſervationum, cap. 6. & lib. 8. reſ-
ponſorum Papiniani, in dicta l. cum tabulis*, §. *quoniam
ſtuprum*: Antonius Faber *libr. 3. conjecturarum, c. 14.*
Larriategui *lib. 8. ſelectarum, cap. 5. n. 4. & 6.*

11 Nonò, his omnibus valde obſtat textus in *dicta l.
cum tabulis*, §. *quoniam*, verſic. *idque in teſtamento, ff.
de his quæ ut indignis*: ex cujus textus deciſione con-
ſtat, idem dicendum eſſe in teſtamento Coccei Caſſia-
ni, ubi relictum filiæ Rufinæ concubinæ ingenuæ valet,
& tenet, neque fiſco adjudicatur: & tamen cum inge-
nua concubina ſtuprum committitur, ſi fine teſtatione
id ita fuerit factum; vel niſi turpem quæſtum antea
fecerit, juxta textum *in l. 3. ff. de concubinis*: atque ideo
fiſco illam hæreditatis portionem competere, cum re-
quiſita illa defeciſſent, ex *dicta l. mulierem 14. ff. de his,
quæ ut indignis*, cum *ſimilibus ſuprà adductis*: Neque
obſtabit, quod ejus filiæ illa hæreditatis portio eſſet re-
licta; cùm id, contemplatione matris in fraudem fiſci
relictum videatur, *l. in fraudem 10. ff. de his, quæ ut
indignis, l. 3. §. tacita, ff. de jure fiſci.* In cujus textus
difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Cuja-
cius *lib. 8. reſponſorum Papiniani, in dicta l. cum tabu-
lis*, §. *quoniam*, & *lib. 5. obſervationum, cap. 6.* Anto-
nius Faber *lib. 3. conjecturarum; cap. 14.* Merillius *lib.
3. obſervationum, cap. 17.* Pancirolus *lib. 2. variarum c.
102.* veriorem eſſe exiſtimo, quam refert eruditiſſimus,
atque omni laude digniſſimus, Don Martinus de Larria-
tegui *lib. 8. ſelectarum, cap. 5. nu. 15.* dum affirmat Ru-
finam ingenuam non conjugem, ſed concubinam Caſ-
ſiani fuiſſe: nam cum valde eam dilexiſſet, & nihil
propter ſtuprum ei relinquere poſſet, cùm ignoraſſet
quæſtum palam antea feciſſe, meliori modo, quo po-
tuit Rufinam juvavit: quare ejus filiæ certam hæredi-
tatis portionem Caſſianus reliquit: ut ſic Rufinæ ma-
tri alimenta præſtaret: quod onus liberorum eſt, *l ſi quis
à liberis 5. §. ergo & matrem, ff. de agnoſcendis liberis*;

Granna. in Decret.

ſed cum fiſcus portionem illam vindicaſſet, ex eo, quod
Caſſianus cum Rufina ingenua concubina ſtuprum com-
miſiſſet, cum in fraudem fiſci ex mente teſtatoris id fuiſ-
ſet factum, & perinde haberetur ac ſi Rufina hæres fa-
cta fuiſſet, *l. in fraudem 45. ff. de jure fiſci*: ſed cum
poſt moram hæreditatis quæſtionem apparuiſſet, jam
alumnam ſine certo patre ab ipſa Rufina vulgò quæſi-
tam fuiſſe, ac per conſequens ejus matrem palam quæ-
ſtum feciſſe, ſeu ſe proſtituiſſe; juſta de cauſa, cum ſtu-
prum locum habere non potuiſſet, & Rufina, quamvis
ingenua, concubina, abſque ulla pœna à teſtatore por-
tionem hæreditatis habere poſſet, ex *dicta lege 3. ai-
geſtis, de concubinis*; juſta de cauſa Severus, & Anto-
ninus judicaverunt, non ſolum Rufinæ, ſed ejus alum-
næ filiæ illam hæreditatis portionem relinqui potuiſſe:
de qua re videndus eſt etiam Germonius *libro tertio,
de ſacrorum immunitatibus, capite 12. num. 60.* Rober-
tus *libro ſecundo, rerum judicatarum, capite decimo
ſeptimo.* Et pro interpretatione ad textum *in cap. 21.
34. diſtinct.* cum *aliis*, vide quæ *ſupra* ſcripſimus in *c.
cum in juventute 15. de præſum. n. 5. cum ſeq.*

Decimò, adverſus ea, quæ refert textus in *cap. ſi* 12
cut 4. hoc titulo, dum aſſerit, Archiepiſcopum Diœce-
ſanum poſſe Clericum in concubinatu perſeverantem
deponere: obſtabit textus in *capite ſecundo, de pœnis,
libro ſexto*, ubi apparet, Diœceſanum non poſſe eum
deponere, niſi certus Epiſcoporum numerus cum eo
aſſiſtat: ergo ineptè *ibidem* Archiepiſcopo tantum id
eſt permiſſum. Pro cujus dubii ſolutione adnotandum
eſt, aliud eſſe Clericos verbaliter degradare, & ab or-
dinibus, vel gradibus Eccleſiaſticis deponere, & ſic eos
privilegio clericali ſpoliari: aliud verò in perpetuum ab
Ordinis executione, officio, & beneficio ſuſpendere, &
deponere, privilegio verò Clericali retento: in primo
caſu procedit textus in *dicto capite ſecundo, de pœnis*:
ubi certus Epiſcoporum numerus ad depoſitionem il-
lam deſideratur: in ſecundo verò procedit textus in *di-
cto cap. ſicut 4. hoc titulo*, cum ſimilibus, *cap. veritatis,
in fine, de dolo, & contumacia*, Concilium Trident.
ſeſſione 13. capite quarto, & quæ differentia extet inter
ſuſpenſionem, depoſitionem perpetuam, vel realem ſeu
actualem degradationem, vel verbalem, plura vide apud
Archidiaconum in *cap. dictum eſt, cap. Clericos, 81.
diſtinct.* Barboſam, & Acunnam *ibidem*, Navarrus *in
manuali, capite vigeſimo ſeptimo, numero 152.* Avillam
de cenſuris, tertia parte, diſputat. 1. dubitatione 2.
cum traditis à Barboſa *in collectaneis ad Decretales,
in dicto cap. depoſitio 2. de pœnis, lib. 6.* & in notis ad
Concilium Trid. *dicta ſeſſione 13. c. 4.*

Undecimò, adverſus ea, quæ in dictis juribus no- 13
tant omnes, videlicet illam depoſitionis pœnam, non
temporalem, ſed perpetuam eſſe: ut ſentit Gloſſa ver-
bo *expoliari*, *in dicto cap. ſi autem 6. hoc titulo*: Gloſſa
verbo, non ſtatuta, in capite primo, 50. *diſtinct. cap. ſi
quis Clericus*, 81. *diſtinct. cap. ſicut 4. in fine, hoc titulo,
l. ſervus 10. Cod. de pœnis, l. ſi rem 19. §. final. digeſtis,
de evictionibus*, tenet Archidiaconus *in dicto capite pri-
mo*, 50. *diſtinct.* Felinus *in cap. ex literis, numero 9. de
conſtitutionibus*, Decius *in cap. at ſi Clerici*, §. *de adul-
teriis, num. 8. de judiciis*, Navarrus *in manuali, cap. 27.
nu. 151.* verſiculo, *dixi vel perpetuum*: Abbas *in cap.
Clericos 3. hoc titulo, num. 4.* Nam regulariter qui ſim-
pliciter deponitur, in perpetuum depoſitus cenſetur,
etiamſi id expreſſum non ſit, *cap. quia circa 22. de pri-
vilegiis*; conſtatque ex propria depoſitionis diffinitio-
ne, cum ſit perpetua remotio ab Altaris miniſterio,
ſecundum Abb. & Decium *in dicto cap. at ſi Clerici*:
Bernardum Diaz *in praxi, capite 135. numero primo.*
Valde obſtabit textus in *cap. ex literis 11. §. final. de
conſtitutionibus*, ubi pœna privationis à communione
cuidam Gregorio ſimpliciter impoſita, temporalis præ-
ſumitur: ex quo in perpetuum duraturam eſſe expreſ-
ſum non fuit: ergo ſimiliter depoſitionis pœna ſim-
pliciter abſque temporis præfinitione prolata, non
perpetua, ſed temporalis eſſe debet; niſi à lege, vel

ab homine in perpetuum durare ſtatutum ſit. Ad quam difficultatem diſtinctione adhibita reſpondere debes: ſcilicet, an pœna pro crimine, an verò pro contumacia ſit impoſita: nam ſi ob contumaciam fuerit impoſita, etiam ſi ſimpliciter fiat, abſque temporis præfinitione, perpetuò durare non præſumitur: quia de natura contumaciæ eſt, ut qui ejus cauſa à communione privatur, illicò reſtitutionem obtineat, ſi congruam ſatisfactionem præſtiterit, *cap. contingit* 36. *de ſententia excommunicationis*; & ita obtinet textus *in dicto*
14 *capite ex literis*, §. *final.* At verò cùm pœna depoſitionis in diffinitiva pro crimine infligitur, præcipuè pro reatu lethali ex concubinatu proveniente, tunc etiam ſi abſque temporis præfinitione proferatur, perpetuò durare præſumitur: & ita ſunt interpretanda omnia jura in confirmationem hujus ſententiæ *ſuprà* adducta: notat Gloſſa, *verbo*, *in perpetuum*, *in dicto capite ex literis*, Abbas *ibidem*, Felinus *numer. ſexto*, Henricus *num.* 3. *uſque ad* 6.

Duodecimò, ſolutioni obſtat textus in *lege puto* 6. *paragrapho ſi quis advocationem*, *digeſtis de poſtulando*, ubi conſtat, quod etiam ſi Judex pœnam ſimpliciter pro crimine in ſententia proferat, non perpetua, ſed temporalis judicatur: qua in difficultate omiſſa ſolutione, quam refert Gloſſa *verbo*, *ſtatuta*, *in cap.* 1. 50. *diſtinctione*, Archidiaconus *ibidem numero primo*, veriſſimè dicendum eſt, in *dicto paragrapho ſi quis advocationem*, pœnam illam non fuiſſe ſimpliciter impoſitam abſque certo tempore; ſed temporalem fuiſſe: ut demonſtrat *idem textus*, dum Præſes provinciæ apud ſe tantùm Advocatum poſtulare prohibuit; & non ultra; ut conſtat ex verbis illis, *ſiquidem apud ſe*: cum ſi vellet protendere pœnam illam apud ſucceſſores,
15 non poſſet, *leg. finali*, *digeſtis*, *de pœnis*: ergo nihil mirum, ſi pœna *in dicto paragrapho ſi quis*; non præſumatur perpetua, ſed temporalis, cùm militata fuerit ad tempus magiſtratus: neque poſſit ulterius prorogari, contra ſententiæ fidem; *lege Imperator octava*, *digeſto eodem*: notat Ant. Faber *in Rationali*, *in dicta leg. puto*, §. *ſi quis*: *litera B.*

Decimo tertiò, prædictis obſtat textus *in leg. ad tempus*, *digeſtis de Decurionibus*, *& filiis eorum*: ubi ad tempus ab ordine motus ex crimine, ignominiam importat in perpetuum: ex quo dicendum videtur quod licèt pœna ad tempus inflicta ſit, in perpetuum, nihilominus durare debet. Verùm hæc difficultas diluitur, ſi dixeris in ſpecie illius *textus*, illud fieri non propter pœnam in ſententia inſertam, ſed propter cauſam ſententiæ, id eſt propter crimen, quod infamiam irrogat ſequutâ ſententiâ: ſiquidem is, qui infamis redditur, inter Decuriones retineri abſurdum, & toti Ordini ignominioſum eſt, argumento textus in *leg. qui cum uno* 4. *digeſtis de re militari*, *leg.* 2. *Co-*
16 *dice de dignitatibus*; *libro decimoſecundo*, *capit. infamibus*, *de regulis juris*, *libro ſexto*, quam ſolutionem refert Antonius Faber *in Rationali*, *ad textum in dicta leg. puto*, *paragrapho ſi quis*, *apud finem*, *digeſtis de poſtulando*: Cujacius *libro ſecundo quæſtionum Papiniani*, *in d. leg. ad tempus* 5. *ff. de Decurionibus.*

Decimo quartò, his omnibus obſtabit textus *in leg. ſine præfinito* 23. *digeſtis de pœnis*: ubi apparet, quod ſi pœna ſine præfinito tempore eſt impoſita, non perpetua, ſed ad decennium tantum impoſita præſumitur. Pro cujus *textus* difficultate diſtinguendum eſt, plurimum intereſſe, an pœna ſimpliciter, & abſque præfinitione termini imponatur; an verò Judex illam inflixerit ad tempus indeterminatum ſine aliqua temporis adjectione. In primo caſu certum eſt, pœnam in perpetuum durare, ex quo regulariter fuerit à Judice prolata; & ita ſunt intelligenda jura in principio *ſupra* adducta, & textus in *dicta lege ſervus decima*, *Codice de pœnis.* In ſecundo verò caſu, quando ſcilicet aliquis ad tempus indeterminatum damnatus eſt, tunc revera, cùm manifeſtè conſtet de certa Judicis voluntate, reum ad tempus damnare volentis, ſed non de temporis præfinitione, quod imperitia ſua omiſit, ad decennii ſpatium illud reſtringendum eſſe jus interpretatur: & ita intelligendus eſt textus *in dicta leg. ſine præfinito vigeſima tertia*, *digeſtis de pœnis*, ut conſtat ex verbis illius textus, ibi, *ſine præfinito tempore*, juncto verſiculo, *imperitia dantis*, quam interpretationem referunt Bartolus, Baldus, & Jaſon *in dicta leg. ſine præfinito*; idem Jaſon *in paragr. curare*, *Inſtitut. de actionibus*, *num.* 2. Ant. Gomez plures referens *tom.* 3. *variarum*, *c.* 8. *n.* 3.

Decimo quintò obſtabit textus *in capit. at ſi Clerici*, 17
paragrapho ſi vero, *in fine*, *de judiciis*, ubi depoſitio, & ſuſpenſio confunduntur, & promiſcuè una pro alia pœna accipitur: Notat Archidiaconus *in capit. dictum eſt*, *capit. Clericos*, 81. *diſtinct.* Navarrus *in manuali*, *cap.* 27. *num.* 10. *verſicul.* 5. ergo perperam in *capit. ſicut* 4. cum *ſimilibus*, *hoc titulo*, diverſa ſignificant. Quod dubium dilues, ſi dixeris, quod licet aliquando ſuſpenſio, & depoſitio confundantur in jure, ac pro eodem ſumantur; id tamen debet intelligi quatenus conveniunt in prohibitione ordinis Officii Eccleſiaſtici, ſeu beneficii, *cap. Archidiaconum*, 81. *diſtinctione*, tamen propriè ſumpto vocabulo, differunt inter ſe: quia ſuſpenſio importat prohibitionem ad tempus cum ſpe reſtitutionis: ut conſtat ex textu noſtro, *capit. ſicut*, *hoc titulo*, verſiculo, *uſque ad ſatisfactionem congruam*; depoſitio verò eſt pœna privationis, qua quis removetur ab executione Ordinis, officii, & beneficii Eccleſiaſtici, abſque ſpe reſtitutionis; juxta textum *in capit. veritatis* 8. *in fine*, *de dolo*, *& contumacia*, verſiculo, *officio ſacerdotali privantes ſine ſpe reſtitutionis.* Conſtat etiam ex *dicto cap. at ſi Clerici*, *paragrapho ſi verò*: dum ad diſtinguendos depoſitos à ſuſpenſis, affirmat, depoſitos ab Altaris miniſterio perpetuò removendos: unde propter delinquentis perſeverantiam & contumaciam poſt ſuſpenſionem juſta depoſitionis imponitur pœna: neque videtur pro eodem delicto duplici pœna puniri, ex *dicto capite*, *at ſi Clerici paragrapho de adulteriis.* Et pro coronide hujus textus prænotare debes, cum Clerico perpetuò depoſito diſpenſari poſſe, ſi pœnitentiam egerit: & quis poſſit cum eo diſpenſare? videndus eſt Archidiaconus, *in cap. contumaces* 21. 50. *diſtinct. & in cap. Clericus*, el ſegundo, 46. *diſtinctione* Sylveſter, *verbo*, *Degradatio*, *quæſt.* 9. Petrus Gregorius *lib.* 31. *ſyntagmatum juris*, *parte* 3. *cap.* 30. *nu.* 8. Enriquez *in ſumma*, *lib.* 13. *c.* 45. §. 4. Sayrius *in Theſauro caſuum conſcientiæ lib.* 5. *c.* 19. *n.* 18. Avila 3. *p. diſp.* 1. *de ſuſpenſione*, verbo, *ſecundo ſequitur.*

Ad textum in cap. Veſtra 7. cap. Tua nos 8. cap. Quæſitum, final. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Clericus concubinarius, vel aliàs criminoſus, vitandus non eſt, niſi ejus crimen ſit notorium, ut ibi exponitur.*
2 *Privandus non eſt in dubio quis à jure ſuo, ſiquidem tunc quilibet bonus præſumitur.*
3 *Interpretatur textus in* capit. nullus 5. 32. diſtinctione cap. ſi qui ſunt 15. §. ſi qui vero 81. diſtinctione, *conciliantur cum* cap. ſciſcitantibus, finali, 15. quæſt. 8.
4 *Exponitur textus in* capite, at ſi Clerici, de judiciis. *Clerici confeſſio coram laico Judice facta non tenet.*
5 *Dubitans an ſit excommunicatus, nec ne, tenetur ſe abſtinere à perceptione ſacramentorum.*
Tutior via in dubiis eligenda eſt.
6 *Exponitur textus in* extravagan. Ad evitanda ſcandala; *Martini V.*
Excommunicatus publicè denunciatus, omnino vitandus eſt.

CONCLU-

CONCLUSIO.

1 *CLericus concubinarius, vel aliàs criminosus vitandus non est: nisi ejus crimen sit notorium per sententiam, vel confessionem factam in judicio, vel per evidentiam rei, quæ aliqua tergiversatione celari non possit.* Consonat textus in *dict. cap. vestra* 7. *cap. tua nos* 8. *cap. quæsitum: final. hoc titulo, cap. scisciantibus, final.* 15. *quæst.* 8. *cap. sacerdotes* 33. 50. *distin. cap. quæsitum; de temporibus ordinandorum;* & Glossa *ibidem;* verbo, *notoria. cap. scelere* 4. *cap. erubescant, cap. nullus Missam*, 32. *distinct. cap. conjuluisti.* 2. *quæst.* 5. *cap. si quæ sunt*, 81. *distinct.* Glossa *in cap. de homine, de celebratione missarum.* Concilium Trident. *sess.* 22. *de observandis, & evitandis in celebratione missæ; l.* 43. *titulo* 16. *partita* 2. exornant Salcedus ad Bernardum, *cap.* 79. *n.* 1. Guttierrez *lib.* 1. *Canonicarum quæstionum. cap.* 1. *ex nu.* 44. Covar. *in cap. Almamater*, 1. *parte*, §. 2. *n.* 10. Suarez *de Censuris, disput.* 31. *sectione* 4. *n.* 16. Bonacina *de sacramentis, disput.* 4. *q. ult. puncto* 12. *n.* 1. *vers. utrum*: Garcia *de beneficiis, parte* 7. *c.* 14. *n.* 36. plures refert Barb. *in collectaneis ad Decretales, in dicto c. vestra* 7. *& final. hoc nostro titulo,* & ad *Decretum, in c. Missas*, 32. *distinct.* Acunna *ad primam Decreti partem, in dicto cap. nullus, n.* 2. *& in cap. præter* 4. *eadem* 32. *distinct. à nu.* 3. 4. *&* 5. Cenedus *in collectaneis ad Decretum, collectanea* 19.

2 Ratio quare Clericus concubinarius, si notorius non est, vitari non debet, ea est: quia in dubio non est quis privandus jure suo, *cap.* 1. *& 2. ut lite pendente.* si quidem in dubio: quilibet bonus præsumitur, *c. dudum, c. ultim. de præsumptionibus; leg. merito, ff. pro socio*: quæ dubitatio cum per notorietatem delicti cessat, meritò eadem cessat dispositio: *cap. cum cessante, de appellationibus;* ideòque si delictum notorium sit per sententiam, confessionem, vel evidentiam rei, Clericus concubinarius in Officiis vitari debet. Neque ab eo sunt divina Sacramenta recipienda, ut sic tædio affectus resipiscat, corrigatur & spiritus ejus salvus fiat. Argumento textus *in cap.* 1. *de sententia excommunicationis; c. quoniam frequenter*, §. *in aliis, ut lite non contestata*: tum etiam, ut peccandi licentia ab aliis auferatur, juxta textum *in dicto cap. vestra* 7. §. *item aliud, hoc nostro titulo.*

3 Primò, his omnibus obstat Romana synodus, *c.* 113. relata *in cap. nullus* 5. 32. *distinct.* cujus hæc sunt verba: *Nullus Missam audiat Presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, cap. si qui sunt* 15. §. *si qui vero*, 81. *dist.* cujus hæc sunt verba; *si qui vero in suo peccato perseverare maluerint, nullus vestrûm officium eorum audire præsumat: quia benedictio eorum vertitur in maledictionem.* Ex quibus juribus apertè constat, quod is, qui simpliciter tantum scit Clericum concubinam habere, non potest Missam ab eo audire; neque cum eo in Sacris interesse: quod omnino contrarium refert textus *in cap. scisciantibus; final.* 15. *quæstione* 8. siquidem affirmat cum eodem concubinario Clerico in divinis interesse posse, & ab eo Sacramenta percipere. Quam jurium pugnam Lucius Tertius *in c. vestra* 7. *hoc titulo*, ad concordiam reduxit, qui sedandi hujus dissidii causa, distinctionem adhibet: scilicet, aut notorium est illud Clerici crimen, aut occultum: nam si notorium est, veluti si peractus sit reus, vel si de eo crimine in jure confessus, vel si res adeò manifesta est, ut neque accusatorem requirat, neque testem, vel Judicem, ut *in c. tua, cap. final. hoc nostro titulo*, tunc neque ministeriis ipsius Clerici interesse oportet, neque Sacramenta ab eo scienter percipere licet: nisi fortè Baptismi sacramentum in ultima necessitate; & ita obtinet textus in *dict. c. nullus*, 32. *distinctione c. si qui sani, paragrapho, si qui vero* 81. *distinctione*; si verò probrum isti peccatum Clerici fuerit occultum, hoc est, quod ab Ecclesia toleretur, tunc ab eo divina audiri, & sacramenta percipi poterunt: & ita est interpretandus textus in *dicto cap. scisciantibus final.* 15. *quæstione ultima.* Notat Glossa *in dicto c. vestra* 7. *hoc titulo*, Cujacius latè *in postumis ad eundem textum.*

4 Secundò, obstat textus *in cap. at si Clerici, de judiciis*: ubi apparet, quod Clericus puniri non debet, etiam si in jure sit confessus: ergo & similiter in præsenti etiam si de crimine constiterit per confessionem in jure, adhuc Clericus in Officiis vitandus non est. Cui dubio satisfacies facilè, si dixeris *textum nostrum* esse intelligendum, terminis habilibus suppositis, hoc est, in confessione à Clerico facta coram Judice competenti: textum verò in *dicto capite, at si clerici*, in confessione facta à Clerico coram Judice seculari, qui de Clericorum cognitione incapax *est*: nam sicut sententia à non suo Judice lata non tenet, *l. extra territorium, ff. de jurisdictione omnium judicum, cap. final. de constitutionibus, lib.* 6. ita & confessio coram non suo Judice nullas debet habere vires, neque ex ea confessus debet condemnari; ut latè scripsimus *in dict. c. at si Clerici.*

5 Tertiò, prædictis obstabit sequens consideratio, si propter aliquam rationem Clerici concubinarii vacantes officiis evitari non debent, ea erit præcipua; quia delictum quoad Ecclesiam occultum est, & in dubio quis non debet privari commodo possessionis *dicto capit.* 1. *& 2. ut lite pendente*: cum semper bonus præsumatur, *dicto c. dudum, de præsumptionibus*, cum *suprà* traditis in decidendi ratione; sed quoties aliquis dubitat, utrum sit excommunicatus nec nè, tenetur a perceptione Sacramentorum abstinere, *cap. illud* 5. *de Clerico excommunicato ministrante*: quia in dubiis tutior via eligenda est: præcipuè in conscientiæ foro, *cap. juvenis*, cum vulgatis, *de sponsalibus*: ergo similiter, quoties dubium est utrum Clericus concubinarius in concubinatu persistat, illum vitare debemus, etiam quoad Sacramentorum perceptionem: Verùm hæc difficultas ex eo diluitur; quia in similitudine *suprà* adducta non militat eadem ratio, & sic idem jus non debet constitui: nam licèt quoties quis dubitat se esse excommunicatum, tenetur abstinere à perceptione Sacramentorum, quia in dubiis, ubi periculum animæ inest, tutior pars eligenda est, *dicto cap. illud, de Clerico excommunicato*: tamen in dubiis non tenemur proximum vitare, si de ejus excommunicatione, vel delicti notorietate dubitamus. Discriminis ratio est; quia qui dubitat de excommunicatione propria, potest se abstinere absque injuria alterius: qui verò dubitat de alterius excommunicatione, vel delicti concubinatus notorietate, si illum vitaret, censeretur ei injuriam facere, cùm in dubio non est quis privandus jure suo, ut *suprà* retulimus; siquidem dubia in meliorem partem sunt interpretanda: *c. estote, de regulis juris in Decretalibus; l. cum creditor. ff. de furtis.* Notat Farin. *de falsitate, q.* 185. *num.* 11.

6 Quartò, his omnibus obstat textus *in Extravagan. Ad evitanda scandala quæ est Martini V.* ubi apparet neque delicti notorietatem, neque Judicis sententiam, neque excommunicationem ipsam sufficere: sed specialem publicam excommunicationem omnino desiderari, ut quis possit vitari à perceptione, vel datione sacramentorum: ergo nostri textus decisio sustineri minimè valet. Sed huic dubio dicendum est, quod licèt attento jure *nostri textus* teneremur vitare Clericos notorios concubinarios per sententiam, aut confessionem in judicio factam, aut per delicti evidentiam, seu notorietatem: tamen hodie non tenemur eos etiam in sacris vitare, nisi per Judicem fuerint publicati, & denunciati, secundum *dictam extravagantem* Martini V. *ad evitanda scandala*; quæ postea in Concilio Basil. ertii *Anno Domini* 1435. renovata est *in sess.* 20. & in Concil. Lateran. habito sub Leone 10. *sess.* 11. & sic nostri textus decisio non procedit, nisi postquam Clerici concubinarii suspensio publicata fuerit per Superiorem: nam tunc à concubinariis sacramenta non sunt sumenda. Notat

Acunna *in dict. c. nullus 5. num. 3.* & in *c. prætor 6. num. 2. 32. dist.* Barbos. *in collectaneis ad textum in c. final. hoc nostro titulo, num. 30.* Cenedus *in collectaneis ad Decretum collectanea 19.* Guttierrez *dict. lib. 2. Canonicarum quæstionum, cap. 7. num. 85.*

AD TITULUM III. DE Clericis conjugatis.

Ad textum in cap. Si qui 1. cap. Sane 2. cap. Quod à te 3. cap. Sane 4. cap. Diversis 5. cap. cum olim 6. cap. Joannes 7. c. Cum decorem 8. hoc nostro titulo.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium contractum per Clericum in Sacris existentem non tenet.*

2 *Clerici perpetuò Deo mancipati sunt, meritò, ne ab oratione divertantur, à conjugali consortio prohibentur.*

Maritus in re uxoria, & familia semper præsumitur occupatus.

Ordo sacer tempore primitivæ Ecclesiæ tantum impediebat matrimonium; hodiè verò illud etiam dirimit.

Clericus in minoribus Ordinibus constitutus si matrimonium contraxerit, beneficium, quod antea habebat, amittit ipso jure.

3 *Declarantur textus in* capite, quoniam 13. & finali, 32. distinctione, capite cum olim, de Clericis conjugatis, *& fere omnia jura, in quibus Sacerdotibus in Ecclesia Orientali conjugia permittebantur.*

4 *Exponitur textus in* capit. consulenda, finali, 28. distinctione.

5 *Interpretatur textus* in cap. quoniam 13. verficulo, oportet, 31. distinct. *cum* cap. in præterito, 34. distinctione.

Casus exceptus firmat regulam in contrarium.

6 *Exponitur textus in* capite, quoniam, 13. distinctione.

7 *Dilucidatur textus in* cap. Presbyterum 16. 28. distinctione.

8 *Apostolorum Canon* capit. 5. *aliàs 6. relatus* in capit. si quis docuerit 28. distinctione *latè interpretatur.*

Sacerdotes sub obtentu Religionis non debent uxores contemnere, hoc est saltem quoad alimenta, & congruum sustentationem.

9 *Expenditur textus in* cap. quicunque, vers. uxore contentus, 77. distinct.

10 *Expenditur textus* in capite, Diaconi, 28. distinctione.

11 *Interpretatur textus* in cap. unico, §. illud, versic. Ecclesia 35. *q. 1.*

Clerici an castitatem ex vi præcepti, vel consilii, teneantur observare.

12 *Elucidatur textus in* cap. Joannes, de Clericis conjugatis.

Declaratur text. in cap. si quis 3. 32. dist. cap. quia tua 8. 12. quæst. 2.

13 *Interpretatur textus in* cap. si qui verò 3. 32. dist. c. quia tua 8. 12. quæst. 2.

Clericis conjugatis beneficia, hoc est stipendia debentur servientibus Ecclesiæ.

CONCLUSIO

1 QUÆ ex his juribus communiter deduci solet, sic se habet: *Matrimonium contractum per Clericum existentem in sacris non tenet, secus in minoribus; sed ipso jure amittit Ecclesiastica beneficia.* Contonat textus in *dict. cap. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. hoc titulo; cap. 1. & 2. qui Clerici, vel voventes: cap. unico, de voto, & voti redemptione, lib. 6. Extravagans, Antiquam: de voto, & voti redemptione: cap. 2. cap. Subdiaconus 9. 32. distinct. cap. 1. cap. sane, §. cum autem, 15. quæst. 3. cap. decernimus 2. cap. quanto 3. cap. Presbyter 9. 28. dist. cap. Sacerdotibus 2. cap. eos 31. dist. cap. de illo, cap. erubescant, cap. si quis 7. 32. dist. cap. Presbyteris, 27. dist.* Concilium Arelatense 2. *canone* 2. & 8. Toletanum 2. *canone* 1. Toletanum 8. *canone* 5. & 6. Moguntinum sub Arnulfo Rege, *canone* 19. Romanum 2. sub Nicolao *canone* 3. Carthaginense 2. *canone* 2. Carthaginense 5. sub Anastasio *canone* 5. quod habetur *in cap. quorundam, 84. distin.* Carthaginense 5. *cap.* 3. relatum *in cap. placuit, 32. distin.* Illiberitanum *canone* 33. Gerundense *cap.* 6. Trident. Concilium *sessione* 24. *de matrimonio, cap. 9. & leg. 41. tit. 6. partita* 1. exornant Thomas Sanch. *lib. 7. de matrimonio, disput. 28.* Guttier. *de matrimonio, cap. 94. n. 10.* Idem *in practicis lib. 2. q. 104.* Petrus Gregorius *de beneficiis, cap. 75. n. 4.* Bonacina *de matrimonio, n. 12.* Covar. *de sponsalibus, 2. parte c. 6. §. 3. n. 4.* Bernard. Diaz *in practica Canonica, c. 8. n. 5.* D. Thomas 2. 2. *quæst. 88. art. 6.* Bellarminus *lib. 1. de Clericis, cap. 18.* Suarez *tomo 3. de Religione, lib. 9. de voto Castitatis, cap. 13.* Basilius *lib. 7. de matrimonio, cap. 24.* Nicolaus Garcia *de beneficiis, parte 7. cap. 5.* Mascardus *de probationibus, conclusione 182.* Acunna *ad primam Decreti partem, in dict. c. 1.* cum *aliis, 32. dist.* Baron. *tomo 1. Anno 58. num. 14.*

2 Ratio est, quia cùm Sacerdotibus quotidiana necessitas orandi incumbat, cùm perpetuò Deo mancipati sint; meritò, ne ab oratione, & ab hac obligatione divertantur, atque distrahantur, justa de causa à conjugali consortio prohibiti sunt, ex illa Apostoli authoritate, *ad Corinthios, cap. 6. cap. ante triennium, c. Sacerdotibus, 31. distin.* siquidem, qui mulierem habet, non potest in vitam contemplativam tendere, animumque dirigere: cum in re uxoria, & familia, semper sit occupatus, notat Anastasius Germonius *in paratitlis ad hunc titulum*; & constat ex textu *in dicto cap. diversis 5.* Nam licèt olim ex tempore primitivæ Ecclesiæ usque ad Annum 1139. matrimonium valeret, cum Ordo sacer tantum impediret: hodie verò illud dirimit, ex Innocentio II. qui præfuit in Concilio Romano generali, relato *in cap. ut lex, 27. quæst. 1.* Notat Basilius *dicto lib. 7. cap. 27. n. 2.* qua etiam ratione, si Clericus in minoribus constitutus matrimonium contraxerit, beneficium, quod habuerit, amittit ipso jure; non ex eo, quia talis privatio ratione pœnæ introducta sit, siquidem nullum delictum commisit ex illa matrimonii celebratione; cum matrimonii Sacramentum sit à Deo institutum, & illis non sit prohibitum; sed ex prædicta incompatibilitate, quæ oritur inter conjuges & statum Ecclesiasticum, *cap. sane 2. c. diversis 5.* vers. *cum ergo, hoc nostro titulo*; & ideo statim atque matrimonium contrahit, beneficio Ecclesiastico renunciare videtur: arg. text. *in c. cum renunciatur 9. 32. q. 1. cap. ex transmissa, de renunciatione*; Notat Gonçalez *ad regulam 8. Cancellariæ, glos. 14. n. 63.*

3 Primò, huic conclusioni obstat text. *in cap. quoniam 13. cap. final. 32. distin. cap. cum olim, hoc titulo: cap. quæsitum, de pœnitentiis, & remissionibus*; Concilium Gangrense *cap. 4.* relatum *in cap. si juis decernit, 28. distinct. cap. Nicæna synodus, 30. distin. cap. ut Clericorum, de vita & honestate Clericorum.* In quibus juribus apparet, conjugium licitum esse Sacerdotibus: siquidem conjugati ordinabantur, & similiter ordinati poterant matrimonium contrahere. Pro quorum jurium conciliatione

tione adnotandum est, quod licèt primis temporibus, in Ecclesia occidentali Latina, à Diaconis tantum ex præcepto Ecclesiæ continentia exigebatur, ex rationibus, & juribus suprà in decidendi ratione adductis, & constat *ex canone* 25. *Apostolorum*; *cap. præterito* 84. *dist.* tamen in Orientali, & Græca aliud observabatur: siquidem ad sacros Ordines admittebatur, sive quis esset conjugatus, sive uxore solutus; sed in receptione Ordinum ejus arbitrio relinquebatur castitatis professio: nam si continentiam voverat, etiam si conjugatus esset, amplius matrimonio uti vetabatur; si verò solutus erat, deinceps matrimonium non poterat contrahere: sed recusata continentiæ observatione, licitum erat Græcis conjugium; & ideo vel conjugati ordinabantur, vel ordinati matrimonium contrahebant: sed dum Sacris vacabant, ab uxoribus abstinebant: *cap. aliter*, 31. *distinct.* Et de his Ecclesiæ Græcæ Sacerdotibus sunt intelligenda omnia jura *supra* in argumento adducta: notat Covarru. *in* 4. 2. *parte*, *cap.* 6. §. 3. Suarez *tom.* 3. *de Religione*, *lib.* 9. *de voto castitatis*; *cap.* 13. Basilius *dicto lib.* 7. *de matrimonio*, *cap.* 23. *nu.* 5. *cum sequentibus*; *& cap.* 24. *num.* 4.

4 Secundò, huic interpretationi valde obstat textus in *cap. consulendum*, *final.* 28. *distinct.* ubi asseritur dignos reprehensione esse Presbyteros Græcos, qui uxores habent: ergo sive matrimonium sit contractum ante Ordinis susceptionem, sive postea, illo uti Græcis sacerdotibus erit illicitum. Pro cujus dubii resolutione adnotandum est, olim apud Græcos à principio fuisse quandam consuetudinem insanam, & pravam, quâ observabatur, ut nullus ad sacrum ordinem promoveretur, nisi priùs matrimonium contraheret: quam consuetudinem reprehendit Divus Hieronymus in Vigilantio Gabiniani discipulo ejus erroris authoris: quem errorem postea suscitavit Lutherus: Notat Bellarminus *lib.* 1. *de Clericis*, *capit.* 59. versic. *posterior.* Sicque dicendum est textum *in dicto cap. final.* non reprehendisse Presbyteros Orientales ex eo, quod matrimonii vinculo uterentur; sed ex eo, quia illam insanam, atque improbam consuetudinem observarent: scilicet ut nullus ad sacros Ordines admitteretur, nisi priùs matrimonium contraheret: Notat Basilius *lib.* 7. *de matrimonio*, *cap.* 23. *num.* 26. Verum hæc interpretatio apertè convincitur ex eo, quod Clerici illi non erant Græci, sed Latini, & Legati Pontificis Nicolai I. ut constat ex vita ejusdem Nicolai I. per Severinum *tomo* 3. *Conciliorum*, *parte* 2. *sectione* 2. meritò, cum Clerici illi non essent subditi legibus Græcorum; cum tantum more Ecclesiæ Romanæ viverent, justa de causa reprehensione digni erant. Notat Medina *lib.* 2. *de continentia sacrorum hominum*, *cap.* 27. Vazquez *de Ord. disp.* 247. *cap.* 6. *num.* 85.

5 Tertiò, obstat textus *in cap. quoniam* 13. 31. *dist.* in versiculo, *oportet*, ubi solum interdicitur concubitus, tempore, quo sacra agenda sunt: unde casus exceptus firmat regulam in contrarium: cui decisioni valde obstat textus *in cap. cùm in præterito*, 84. *distinct.* ubi statuitur ordinatos abstinere debere ab uxoribus, sicut Apostoli docuerunt, & antiquitas servavit. Verum hæc jura sunt ita ad concordiam reducenda, si dixeris, textum in dicto *cap. cum in præterito*, dum castitatis observantiam sacris ministris commendat, respicere ad tempora pristina Apostolorum, ex quorum traditione hoc præceptum accepit Ecclesia; textum verò *in dicto cap. quoniam*, respicere usum Ecclesiæ Græcæ, & Orientalis: ubi conjugii usus Ordinatis relinquitur; sed tantum celebrationis tempore illis prohibetur; & ita respondit Glossa *verbo*, *Romani*, in *dicto cap. quoniam.*

6 Quartò distinctioni suprà adductæ gravior superest difficultas: nam in his juribus ab Apostolis contraria doctrina circa continentiam sacrorum ministrorum approbatur, juxta temporum, & locorum præmissam distinctionem: at sic est quod Apostolorum præcepto effici non potest, ut iidem Apostoli docuerint servandam esse ab Ordinatis abstinentiam à propriis uxoribus; & rursus contrarium, videlicet non esse privandos sacros ministros ab uxorum consortio: quam difficultatem agnoscunt Basilius *lib.* 7. *de matrimonio*, *capit.* 26. *num.* 1. Baronius *tomo* 8. *Anno* 692. *num.* 19. Verùm huic dubio respondendum est *dictum canonem*, *quoniam*, 31. *distinct.* spurium esse, ex eo quod abutitur Apostolica doctrina circa continentiam sacrorum ministrorum: nam cum textus ille sit desumptus ex *sexta Synodo in Trullo*, nullam habet canonicam fidem, siquidem canones illi non fuerant conditi authoritate Apostolica, neque approbati à Pontificibus, imo plures eorum sunt valde suspecti: notat Severinus *tomo* 3. *Conciliorum parte* 1. *sectione* 1. Bellarminus *lib.* 1. *de Concil. c.* 7. Acunna *ad primam Decreti partem*, *in cap. sancta synodus* 9. *num.* 1. 16. *distinct.*

Quintò, prædictis obstat textus *in cap. Presbyterum* 16. 28. *distinct.* qui desumptus est ex *canone* 26. *in Trullo*, & ad Orientales Clericos pertinet; & nihilominus asserit, quod Presbyter detentus nuptiis non legalibus, etiam per ignorantiam, ab officio abstinere debet. Sed respondetur, textum illum non improbare omnes nuptias in Orientalibus Clericis; sed illis tantum pœna ilia imponitur, qui nuptias contrahunt contra alia præcepta Legum, veluti si contrahunt cum consanguinea, aut affini: neque ignorant à ullâ Clerici illi excusari poterunt, qui docere alios debent, & ab ignorantiæ tenebris educere: Notat Acunna *ubi supra*, *in dicto cap. Presbyterum* 16. *num.* 1. & 2. Salcedus ad Bernardum, *cap.* 80. 7

Sextò, obstat illa Apostolorum authoritas, *cap.* 5. *alias* 6. relata in *cap. si quis docuerit*, 28. *dist.* cujus hæc sunt verba: *si quis docuerit, Sacerdotem sub obtentu Religionis, uxorem contemnere, anathema sit*: ex quibus verbis apparet Sacerdotibus etiam non Ordinatibus permissum esse uxorem habere. Qua in difficultate ita nonnulli sunt oppressi, quod existiment Apostolorum tempore licitum fuisse conjugatis ad sacrum Ordinem ascendere: moventur enim ex illa *Pauli* authoritate *ad Titum* 1. qui ita cum admonens asserit, quales esse debent, qui in Presbyteros eliguntur his verbis: *Si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ*: præcipit enim unius uxoris virum eligendum potius, quàm qui nullam uxorem duxisset; ut sentit Basilius *de impedimentis*, *capite* 23. *numero* 1. & ita de illo Apostolorum tempore intelligendum esse textum *in dicto cap. si quis docuerit.* Verum hæc interpretatio apertè convincitur ex eo, quod etiam Apostolorum tempore cunctis Sacerdotibus uxorum usus interdictus fuerat: tenent Sotus *lib.* 7. *de justitia*; *quæstione* 8. *articulo* 2. *conclusione* 3. Covarru. *in* 4. 2. *parte cap.* 6. §. 3. *nu.* 1. cum traditis ab Acunna *ubi suprà*, *in dicto cap. si quis docuerit*, 28. *distinctione*: neque obstat illa *Divi Pauli* authoritas *ad Titum*, *capite* 1. Nam Paulus *ibi* loquitur tantum, & specialiter de Ecclesia Græca; siquidem ex Græcorum legibus cavebatur ut omnes à pueritia ducerent uxores; & cum nullus cælebs reperiretur, cum omnes fere conjugati essent, & durum videretur, virum conjugatum ab uxore removere, meritò, in illa Græcorum provincia, ob ministrorum egentiam, conjugati ad sacerdotii dignitatem illo Apostolorum tempore eligebantur. Qua Apostolorum castitate retenta circa Sacerdotes, non obstat textus *in dicto cap. si quis docuerit*: quia debet intelligi de illo tempore primitivæ Ecclesiæ, quo cavebatur, conjugatum posse ad sacrum Ordinem promoveri, si uxor consentisset, & votum castitatis Deo emitteret, si sexagenaria esset; vel si juvenis in Religione approbata professionem faceret, juxta textum in cap. *Episcopus*, 77. *distinctione*, *cap. sane*, *cap. cum non sit*, *cap. ex parte*, *de conversione conjugatorum*; *cap. Agathosa*, 27. *quæst.* 2. 8

Thomas Sanchez *lib.7. de matrimonio, disputatione* 39. *nu.* 6. & de hoc sacerdotio loquitur textus in *dicto cap. si quis docuerit*, qui Sacerdos sub obtentu Religionis non debet uxorem contemnere, hoc est, saltem quoad alimenta, & congruam sustentationem uxoris, & familiæ; non verò, quoad mutuam cohabitationem, juxta textum in *cap. omnino*, 11. 32. *distinctione*, qua de causa non ordinabantur invitis uxoribus, ne privarentur jure ibi quæsito: *dicto cap. Agathosa* 21. 27. *quæstione* 2. *cap. qui uxorem* 10. 33. *quæst.* 5. Notat Sotus *lib.7. de justitia, & jure; quæst.* 6. *articulo* 2. *conclusione* 3. Bellarminus *lib.* 1. *de Clericis, cap.* 21. *col.* 2. *versic. ad primum*: Acunna *ubi supra, in dicto cap. si quis docuerit numero* 3. de qua re plura scripsimus *in dicto cap.* 1. *de cohabitatione Clericorum, & mulierum*; quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

9 Septimò, conclusioni *suprà* adductæ obstat textus in *cap. quicunque*, versic. *uxore contentus*, 77. *distinct.* ubi apparet, Subdiaconum posse cum uxore, etiam Ordinis susceptione obtenta, cohabitare. Sed ut dubium hoc diluamus, adnotandum est, quod licèt ex primitiva Ecclesia sacris Ordinibus initiatis esset prohibitum matrimonium contrahere, *dicto cap. Episcopos* 3. *cap. eos* 6. cum aliis 31. *distinctione*, tamen postea in *Concilio Toletano* 1. & *Toletano* 3. *cap.* 5. statutum fuit ut Clerici non Diaconi, sed Subdiaconi possent matrimonio ante Ordinis susceptionem contracto uti: quod postea per Concilium Gerundense derogatum fuit: quare, cum in *dicto cap. quicunque*, 77. *distinctione*, permittatur Subdiacono matrimonio jam contracto uti, dicendum est, id procedere eo tempore, quo Subdiaconis usus matrimonialis permissus erat, quod etiam in Africa observabatur, ut apparet ex Concilio *Carthaginense* 5. *capite* 5. relato *in cap. de quorundam*, 84. *distinctione*: & Gallia, & Italia juxta Concilium Aralatense 2. *cap.* 2. Lugdunense 2. *cap.* 1. latè refert Basilius *lib.7. de impedimentis, cap.* 4. *numero* 4. 5. & 6.

10 Octavò obstat Concilium *Anciranum* relatum in *cap. Diaconi*, 28. *distinctione*; ubi apparet, quod si Diaconus in Ordinis susceptione protestatus fuerit se continentiam observare non posse, ei licet postea ad nuptias pervenire: ergo non tantum Subdiaconis, verum etiam Diaconis protestatione illa ablata, licitum erit matrimonium contrahere. In cujus *textus* difficultate, omissa interpretatione, quam refert Medina *lib.* 2. *de continentia, cap.* 2. *circa finem.* Bellarminus *lib.* 1. *de Clericis, cap.* 19. *volumine* 3. versic. *probatur* 2. Henriquez *in summa. lib.* 10. *capit.* 14. §. 5. *litera D.* verissimè est dicendum, in *dicto cap. Diaconi*, non probari, licitum esse Diaconis, etiam protestatione præcedente, matrimonium contrahere: sed solùm asseritur, quòd Clerici ad Ordinem Diaconatus promoti cum protestatione matrimonii celebrandi, si contrahant, de facto, separentur ab uxoribus, eo quod eis prohibitum est ad matrimonium ascendere, & maneant in ministerio Diaconatus, si licentia Episcopi antecesserit; quæ culpa, & pœna suspensionis quodammodo excusat: alàs enim, si absque licentia contraxissent, non solùm ab uxoribus separantur, sed etiam ab Altaris ministerio suspenduntur: & ita docent Turrecremata, Archidiaconus, & Acunna *ubi supra, in dicto cap. Diaconi*, *numero* 6. Thomas Sanchez *ubi supra lib.* 7. *disput.* 28. *num.* 7.

11 Nonò, obstat textus in *capite unico*, §. *illud*: 35. *quæst.* 1. versiculo, *Ecclesia post Apostolica statuta quædam consilia perfectionis addidit, utpote de continentia Clericorum*: ex quibus verbis apparet, sacris Ordinibus initiatis non esse impositum præceptum observationis castitatis, sed consilium tantum. Pro cujus dubii interpretatione adnotandum est, Ecclesiam solùm ex suo præcepto statuisse continentiæ votum in sacro Ordine, ita ut Clerici compellantur non expressè, sed tacitè facto ipso, quo Ordinem sacrum suscipiunt, votum castitatis emittere: nam quamvis voce non voveant, tamen facto, & opere ipso susceptionis sacri Ordinis, emittitur annexum castitatis votum; quæ Ecclesiæ constitutio, est *in capit.* 1. 28. *dist. cap. unico, de voto, lib.*6. versi. *quod solemnizatum fuerit per sacri Ordinis susceptionem*: & in Concilio Tridentino *sessione* 24. *can.*9. argumento textus in *cap. cum in præterito*, 84. *distinctione*: Notat Glossa, *verbo, votum continentiæ*, in *cap. cum olim* 6. *hoc titulo*: nam quamvis Ecclesia neminem possit absolutè cogere ad continentiam, cùm sit merum consilium, *cap. integritas*, 32. *quæstione* 2. tamen in Ordine sacro, quem confert, potest apponere conditiones, & leges justas illi statui convenientes, argumento textus *in leg. in traditionibus*, *ff. de pactis*. Notat Thomas Sanchez *lib.* 7. *de matrimonio, cap.* 27. *num.* 11. Quo supposito dicendum est, Divum August. *in dicto, c. unic.* illud Clericis continentiæ consilium præbere; sed procedere antequam Ecclesia præceptum illud illis imposuisset. Unde appareret præceptum castitatis non esse juris divini, sed Ecclesiastici tantùm; originem tamen ab Apostolis habuisse notat Thomas Sanchez *dict. lib.* 7. *de matrimonio*, *disp.* 21. *num.* 8. & 9. *cum sequentibus.*

12 Decimò, adversus ultimam *nostri textus* partem, & id quod *suprà* asseruimus, videlicet, quod si Clericus in minoribus constitutus matrimonium contraxerit, ipso jure amittit beneficium: valde obstabit textus *in cap. Joannes* 7. *hoc titulo*: nam cum Pontifex *ibidem* asserat, Clericum conjugatum non esse molestandum, si non deferat clericalem Tonsuram, si modo nullum percipiat beneficium, consideratio est ergo, etiam si sit conjugatus, si beneficium Ecclesiasticum retinet, compellendus est deferre Tonsuram, ac per consequens patet Clericum conjugatum Ecclesiastici beneficii capacem esse, neque per conjugium beneficium amittere. In cujus *textus* difficultate, omissa Glossæ interpretatione *ibidem*, *verbo*, *beneficium Ecclesiasticum*; Augustini Barbosæ *in collectaneis ad eundem textum*, *numero* 3. Verius dicendum est, olim Clericos uxoratos habuisse beneficia Ecclesiastica etiam in titulum, dummodo perpetuam vovissent castitatem, & essent mariti unius virginis, & ordinati fuissent ex consensu uxorum juxta textum in *cap. sane* 2. *hoc titulo*: Agathense Concilium, *cap.* 16. & 17. relatum *in cap. Episcopus* 6. 17. *dist. cap. sane* 6. *de conversione conjugatorum*: & de hac conjugatorum conversione intelligendus est textus *in dicto cap. Joannes* 7. *cap. sane* 2. *hoc titulo*, *cap. Siracusana*, 28. *distinct.*

13 Undecimò, prædictis obstat textus in *cap. si qui* 3. 32. *dist. cap. quia tua* 8. 12. *quæst.* 1. quibus in juribus apertè probatur, Clericum conjugatum posse obtinere beneficia Ecclesiastica. Verùm respondendum est, jura illa non procedere in beneficiis Ecclesiasticis, sed tantum in stipendiis temporalibus, quæ dantur Clericis conjugatis clericaliter viventibus, & Ecclesiæ deservientibus, quod in remunerationis gratiam potius, quàm de jure, & tanquam eleemosyna, non verò tanquam præbenda illis assignatur. Notat Andreas Valensis *in commentariis ad hunc titulum*, §. 2. *nu.* 6. poterit enim conjugatus obtinere beneficium ex dispensatione, non quidem Episcopi, sed Summi Pontificis, *cap. diversis* 15. *hoc titulo*, versic. *quibus*: *eos non perte*: Notat Thomas Sanchez *lib.* 7. *de matrimonio, disp.* 42. *num.* 17. *cum sequentibus.*

Ad textum in capite. Ex parte, penultimo, hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Clerici conjugati in rebus suis non gaudent privilegio Clericali.*

2 *Character semel impressus indelebilis est.*

Clericus in minoribus existens matrimonium contrahendo Clericali

Clericali vitæ renuntiare, & laicali velle incumbere censetur.

Privilegium Clericale toti collegio concessum non potest renuntiari.

Duo sunt Christianorum genera quæ ibi exponuntur.

Clerici, qui uxores ducunt, negotium seculare exercere videntur.

Clerici negotiatores quemadmodum non amittunt privilegium Canonis, seu fori; ita nec conjugati; dum tamen habitum, & Tonsuram deferant.

Reddenda sunt Cæsari quæ sunt Cæsaris; & quæ sunt Dei, Deo.

3 *Ecclesia, Ecclesiasticaque personæ, & ipsarum res immunes sunt à secularium personarum exactionibus.*

Tonsura non est de substantia Clericatus, sed tantum signum, quod statum demonstrat.

Exemptio Clericorum an proveniat à jure divino, an à positivo? remissivè proponitur.

4 *Clerici, qui uxorati non sunt, etiam si Tonsuram, & habitum deferant, & abjiciant, non amittunt privilegium, nisi trina monitio præcesserit.*

6 *Exponitur textus* inl. 2. C. de Episcopis, & Clericis. *Expenditur textus in* cap. unico, de Clericis conjugatis, lib. 6. *versic.* trahi non posse.

CONCLUSIO.

1 CLerici conjugati in rebus suis non gaudent privilegio Clericali. Consonat textus in *cap. diversis fallaciis 5. capite Joannes 7. cap. ex parte 6. hoc titulo: capite unico, eodem titulo lib. 6.* Concilium Tridentinum *sessione 23. de reformatione, cap. 6. & lege 49. titulo 6. partita 1. leg. 1. & 2. titulo 4. lib. 1. recopilationis*, exornant Covarru. *in practicis, cap. 3. num. 9.* Sanchez *de matrimonio, lib. 7. disp. 46. nu. 16.* Julius Clarus *lib. 5. practicarum criminal. quæst. 36.* versic. *hæc vero omnia*: Ricc us *in praxi aurea, resolutione 391. n. 3.* Duennas *regula 100. limitatione 10.* Guido Papa *quæst. 383.* Paz *in praxi, tomo 2. præludio 2. numero 7.* Albertus Trotus *de vero & perfecto Clerico, lib. 1. capite 6. num. 3.* Balboa *in cap. 2. de judiciis, num. 80.* Barbosa *de officio, & potestate Episcopi, 2. parte allegatione 2. numero 25.* cum ab eo traditis *in collectaneis ad nostrum textum, num. 2. & in cap. unico, hoc titulo lib. 6.* Guttierrez *de gabellis, quæst. 93. nu. 13.* Azevedus *in dicta leg. 1. & 2. tit. 4. lib. 1. recopilationis.*

Rationem assignat Vivianus *in præsenti*: quia etsi
2 per contractum matrimonii quis non definat Clericus esse, siquidem character semel impressus indelebilis est, ut notant Doctores omnes *in cap. degradatio, de pœnis, lib. 6.* tamen Clericus in minoribus existens, matrimonium contrahendo, clericali vitæ renunciare, & laicali velle incumbere censetur; *dicto cap. diversis fallaciis 5. hoc titulo.* Verùm hæc *Viviani* ratio adhuc non satisfacit: siquidem privilegium Clericale, quod toti collegio Clericorum concessum fuit, potest ab uno renunciari: *cap. si diligenti, de foro competenti*: atque ideo non ex eo solum, quod quis videtur clericali vitæ renunciare, poterit amittere clericale privilegium: Quapropter pro vera nostri textus decidendi ratione adnotandum est, duo esse genera Christianorum: quorum alterum divino officio mancipatum, ac orationi, & contemplationi deditum est: quales sunt Clerici: alterum verò laicorum, quibus permittitur uxores ducere, & terras colere, *c. duo sunt. 12. quæst. 1.* Inde est, quòd ex quo Clerici uxores ducunt, non solum à Clericali vita recessisse videantur, imò expressè negotio seculari se immiscere; ac per consequens, tanquam laici, non debent gaudere privilegio Clericorum, præsertim in rebus suis: nam sicut Clerici, qui secularibus negociationibus se immiscent, privilegium Clericale in rebus suis amittunt, *cap. final.* cum aliis *de vita, & honestate Clericorum*: ita similiter Clerici, qui uxores ducunt; cùm per hoc negotium seculare exerceant; sed sicut Clerici negociatores non amittunt privilegium Canonis; neque fori; ita similiter neque conjugati hujusmodi privilegia amittunt; dum tamen habitum, & Tonsuram clericalem deferant, & cum virgine contrahant, ut in *dicto cap. unico, hoc titulo lib. 6.* & cavetur in dicto *Concilio Trident. cap. 6.* quibus de causis in specie nostri textus à Pontifice est decisum, Clericos conjugatos consueta Principi seculari servitia, & justitias debitas præstare debere, ne aliàs Principem secularem jure suo defraudent: quod iniquum esset, & contra divinum præceptum jubens reddenda esse Cæsari, quæ sunt Cæsaris; & quæ sunt Dei, Deo: Matth. *cap. 22.* Marci *cap. 12. Lucæ cap. 20.* Paulus *ad Romanos, cap. 15. vers. 7.*

Primò obstabit dicere Clericos conjugatos nihilomi- 3
nus Clericos esse: nam præterquam quod id constat ex *textu nostro*, probatur etiam: quia per contractum matrimonii, non definit quis Clericus esse: siquidem character semel habitus indelebilis est. Notant Doctores *in dicto cap. degradatio, de pœnis, lib. 6.* Panormitanus *in cap. Joannes 7. hoc titulo, nu. 2.* at sic est quod Ecclesia, Ecclesiasticæque personæ, & ipsarum res à secularium personarum exactionibus, non solum jure humano, quinimo & divino immunes sunt: ut constat ex textu *in cap. quanquam, de censibus, lib. 6.* igitur Clerici conjugati: tanquam Ecclesiasticæ personæ gaudere debent in rebus suis privilegio Clericali: Neque dici poterit, Clericos ex Tonsuræ abjectione privilegium amisisse in rebus suis: siquidem Tonsura non est de substantia Clericatus, sed tantùm signum, quod statum demonstrat, ut habetur in *dicto cap. duo sunt, 12. quæst. 1.* Notat Panormitanus *ibidem.* Verùm hujus dubii solutio pendet ex resolutione illius quæstionis, non parum inter Interpretes Pontificii juris agitatæ, scilicet, utrum exemptio Clericorum à jurisdictione seculari descendat, à jure divino, an verò à positivo tantum? In qua quæstione communiter distinguere solent inter causas spirituales, & Ecclesiasticas: in spiritualibus, quæ ad Sacramenta pertinent, recepta Doctorum sententia est, Clericos esse exemptos à jurisdictione seculari de jure divino; in Ecclesiasticis verò, veluti in causis pecuniariis, & criminalibus, à positivo tantum: Notat Covarruvias *in practicis, cap. 31. num. 2.* Balboa *in cap. 2. de judiciis, n. 22.* Cui doctrinæ valde obstat textus in *dicto cap. quamquam, de censibus lib. 6.* versic. *cum igitur Ecclesiæ, Ecclesiasticæque personæ, & ipsarum res*: Concilium Nicænum relatum in *cap. futuram, 12. q. 1.* versic. *vos à nemine judicari potestis.* Concilium Lateranense sub Leone X. *sessione 9.* Concilium Colonienſe 2. *parte cap. 20.* Trident. *sessione 25. de reformatione, c. 20.* quibus in juribus constat, Clericos, in quibuscunque causis, jure divino esse exemptos à laicali potestate. Verum ut dissidium hoc ad concordiam reducamus, ex instituto nostro breviter, & verius dicendum est, exemptionem Clericorum in quibuscunque causis à jure divino concessam fuisse ad hoc, ut nunquam Princeps, vel Judex laicus de personis, aut negotiis Ecclesiasticis propria authoritate cognoscere valeat: quod privilegium à Christo datum est, ut Pontifices illud extendere, vel limitare possint, prout Ecclesiæ, & Reipublicæ utilitati viderint expedire; ut rectè notat Doctor Balboa *ubi supra, n. 50.* argumento textus *in c. cum sit generale, de foro competenti, cap. cæterum 5. de judiciis*: In quibus juribus propter publicam utilitatem, coram laico Judice judicari possunt. Quo supposito, verum est dicere hujusmodi exemptionem à jure divino dimanare, quatenus Christus Dominus voluit Clericos à seculari eximere potestate; sed nihilominus verum est, etiam in causis Ecclesiasticis esse juris positivi, quatenus Christus potestatem Pontificibus præstitit illam limitandi; atque ideo ab utroque jure rectè dicitur provenire: ut constat ex *practicatis locis*: nam si tantum hujusmodi exemptio divino jure fuisset recepta, absque eo, quod prædicta limitandi potestas Pontificibus concessa fuisset, nullatenus potuissent

hanc

hanc limitationem tolerare: unde ſimiliter Pontifex *in textu noſtro* æquanimiter tolerare affirmat debitas juſtitias, & cætera ſervitia à Clericis conjugatis exigi: nam licèt emptio à tributis jure divino deſcendat, ut habetur *in dicto cap. quanquam*, *de cenſibus lib.* 6. rectè tamen potuit Pontifex prædicta Dei poteſtate utens, eam exemptionem Clericis conjugatis adimere; ſiquidem Reipublicæ expedit, ne conjugati Clerici eiſdem fruantur privilegiis, ac non conjugati: Notat Covarruvias *in dicto cap.* 31. *numero ſexto*, verſicul. *hinc apparet.*

4 Secundò, obſtabit dicere, quod etiam ſi Clericus Tonſuram, & habitum deſerat, & abjiciat, nihilominus privilegium non amittit, niſi trina monitio præceſſerit, *cap. contingit* 45. *cap. in audientia* 25. *de ſententia excommunicationis*, adeo ut neque poſſit privilegium illud renuntiare, *capit. ſi diligenti*, *de foro competenti*: Notat Gloſſa *in dicto cap. Joannes* 7. *hoc titulo*, verbo, *non poteſt.* Ergo etiam ſi Clerici in *noſtri textus* ſpecie, habitum & Tonſuram abjeciſſent, non debent ex hoc privilegium amittere abſque trina illa monitione. Verum reſpondendum eſt, jura *ſupra* in argumento adducta, procedere in Clericis illis, qui uxorati non ſunt, quibus trina illa admonitio fuit neceſſaria ad hoc, ut Clerici ita Tonſuram abjicientes privilegium amitterent: at verò *textus noſter* procedit in Clericis uxoratis, in quibus illa obſervatio non deſideratur: ſiquidem eo ipſo quod matrimonium contraxerunt, ex juſta juris Canonici diſpoſitione privilegium amittunt Clericale: Notat Gloſſa *in dicto cap. contingit* 4. verbo, *Tertiò.*

5 Tertiò, obſtat textus in *l.* 2. *Cod. de Epiſcopis, & Clericis*, ubi Imperatores conſtituunt, non ſolum conjugatos Clericos, ſicuti & alios non uxoratos immunes eſſe à præſtatione munerum ſordidorum, eorumque facultates ad parangariam præſtationem non teneri: verum etiam eorum filios, & uxores. Cui dubio ſatisfacies, ſi dixeris, quod ibi inſcribitur quædam conſtitutio Imperatoris Conſtantini, quæ ad jus antiquum referri debet: quando Clericis omnibus licebat matrimonio uti. Notat Gothofredus *in notis ad pandectas ibi*, *litera N.* Nos verò loquimur ſecundum jus novum: poſtquam Gregorius VII. qui primus, ut Cujacius ſentit *in præſenti*, fuit, qui in Eccleſia Latina, & Occidentali votum continentiæ admiſit, quod aliter obſervatur in Eccleſia Orientali, ut ſimiliter notat idem Cujacius *in cap. cum olim* 7. *hoc titulo*, & in *cap. ut clericorum* 13. *de vita, & honeſtate clericorum.*

6 Quartò, adverſus ea, quæ *in præſenti* notant omnes, videlicet Clericum conjugatum tantum privilegio Canonis, *ſi quis ſuadente diabolo*, de quo in *cap. ſi quis* 29. 17. *quæſt.* 3. ſi cum unica virgine matrimonium contraxerit, frui poſſe, ſi Tonſuram, & habitum Clericalem deferat, juxta textum *in dicto cap. unico*, *in principio*, *hoc titulo*, *lib.* 6. Quod etiam obtinet in privilegio fori, ut ad ſecularem Judicem trahi non poſſit in criminali cauſa; ſecus in civilibus: in his enim nullatenus privilegio fori uti poterit: nam aliàs maxima ex parte minueretur Principum juriſdictio: cùm plurimi ſint Clerici in minoribus Ordinibus conſtituti: Notat Joannes Andreas, Dominicus, & Ancharranus *in dicto cap. unico*, *hoc titulo*, *lib.* 6. Cardinalis, & Imola *in præſenti*: Covarruvias *in practicis*, *dicto cap.* 31. *n.* 7. obſtabit textus *in dicto cap. unico*, *hoc titulo lib.* 6. verſicul. *trahi non poſſe*, *neque criminaliter*, *aut civiliter ad judicium ſeculare*: ex quibus verbis conſtat, Clericum conjugatum neque in civilibus, neque in criminalibus cauſis ad Judicem ſecularem trahi poſſe. Sed hoc dubio non obſtante, veriſſima eſt ſententia *ſupra* adducta. Neque obſtat textus *in dicto cap. unico*, verſicul. *trahi*: quia *Bonifacius* in illis verbis tantum denotat, Clericos conjugatos pro criminibus, & exceſſibus neque criminaliter, neque civiliter coram Judice ſeculari conveniendos eſſe: quaſi diceret, & ſenſus eſſet in criminali cauſa conjugatum Clericum, Judicem ſecularem ſubire non debere: etiam ſi de crimine civiliter agatur: ne per unam viam concedatur Judicibus, quod per aliam denegatur. Docet Covarruvias *ubi ſupra*, *nu.* 7. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi*, *parte* 2. *allegatione* 12. *num.* 26. Poſt novam autem *Concilii Tridentini* deciſionem *ſeſſione* 23. *de reformatione*, *cap.* 6. *ad finem*, ut Clericus conjugatus privilegio fori in criminalibus gaudeat, ultra declarationem habitus, & Tonſuræ requiritur, ut alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi ſerviat officiis ordinariis; qualia ſunt illa, quæ numerantur in *dicta ſeſſione* 23. *cap.* 6. *ad finem*, & latè refert Auguſt. Barboſ. *dicta allegatione* 12. *num.* 25. & 26. Reliqua, quæ ad hunc *textum* ſpectant, ſunt petenda ex his, quæ *ſupra* retulimus in *cap. decernimus* 2. *de judiciis*, *à num.* 9. & *infra* dicemus *in titulo*, *de immunitate Eccleſiarum.*

AD TITULUM IV.
De Clericis non reſidentibus.

Ad textum in cap. Non liceat 1. hujus tituli, & ferè ad totum Titulum de Tranſlatione Epiſcopi.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopo non licet ſine licentia Papæ tranſire ad alium Epiſcopatum, ipſum acceptando: aliàs privatur habito, & ambito.*

2 *Eccleſiaſticis perſonis omnis ambitionis occaſio vitanda eſt.*

Terminis ſuis quiſque debet eſſe contentus, nec alienos appetere.

Spirituale fœnus conjugii celebratur inter Epiſcopum, & Eccleſiam, quod in electione dicitur ratum, & in confirmatione conſummatum; atque ideo ſine auctoritate Pontificis, qui vicem Dei in terris gerit, diſſolvi nequit.

Dignum eſt ut quis puniatur in quo deliquit.

3 *Matrimonium carnale, & ſpirituale æquiparantur.*

Matrimonium carnale conſummatum, nec per Pontificem diſſolvi poteſt.

Exponitur text. in cap. inter corporalia, de tranſlatione Epiſcopi, *verſic.* cum ergo.

Pontifices ſolent ad approbanda, & confirmanda decreta Canonum uti ſacræ Scripturæ teſtimoniis.

Matrimonium carnale diſſolvi poteſt per ſpirituale, non è contra: & quomodo id intelligatur, ibi exponitur.

4 *Declaratur text. in* cap. cum inter Canonicos 21. de electione.

5 *Expenditur canon* 13. *Apoſtolorum*, *verſic.* ſed multorum Epiſcoporum judicio, & cap. Epiſcopus 37. 7. quæſt. 1.

Ex delegatione Pontificis quæ fiunt, eandem vim habent, ac ſi ipſa Pontificis auctoritate facta fuiſſent.

Perpenditur textus in cap. Epiſcopum, 25. 7. quæſtion. 1.

6 *Exponitur textus in* cap. Epiſcopus, 37. quæſtione prima, *verſicul.* inferioris vero gradus ſacerdotes.

7 *Interpretatur textus difficilis in* cap. denique, 36. quæſt. 3.

8 *Declaratur text. in* cap. per tuas 10. de voto.

Epiſcopatus ſtatus perfectior eſt ſtatu Regulari.

9 *Interpretatur text. in* cap. eos 43. de Clericis non reſidentibus.

CONCLU-

CONCLUSIO.

1 EPISCOPO *non licet sine licentia Papæ transire ad alium Episcopatum, ipsum acceptando: aliàs privatur habito, & ambito.* Quæ conclusio comprobatur ex textu *in cap. mutationes, cap sicut cap. Episcoporum, cap. propter*, cum aliis, 7. *quæst.* 1. *cap.* 1. 2. 3. 4. & per totum titulum *de translatione Episcopi, cap. Beati Petrus & Paulus*, 2. *quæst.* 7. *cap. illud, de Clerico excommunicato ministrante, ca. humilis, de majoritate, & obedientia, ca. neque Episcopus ca. si Episcopus, de temporibus ordinandorum*: Concilium Carthaginense 3. *c.* 38. Canone 14. *Apostolorum*: Paulus *ad Ephesios, c.* 4. *& ad Corinthios, c.* 7. Concilium Generale 2. Constantinopolitanum *canone* 2. Sardicense Concilium *canone* 1. *&* 2. Nicænum *canone* 15. Chalcedonense, *c.* 38. exornant Hostiensis *in summa de translatione Episcopi, num.* 5. Azor *in summa*, 2. *tomo, c.* 29. Garcia *de beneficiis, parte* 11. *c.* 6. *num.* 29. Zevallos *communium quæstionum, qu.* 585. *cum sequentibus*, Vazquez 3. *parte, tomo* 3. *disp.* 241. *c.* 1. 3. *&* 5. Tuscus *litera T. conclusio* 364. Covar. *de sponsalibus, parte* 2. *c.* 7. §. 4. *ad finem*: Sebastianus Cæsar *de Ecclesiastica Hierarchia, disp.* 6. §. 2 *num.* 4. Anastasius Germonius *lib.* 2. *animadversionum, capite decimo nono*, Duarenus *lib.* 5. *de sacris Ecclesiæ ministeriis, capite secundo, & tertio*, D. Ioannes Valenzuela Velazquez *consilio* 190. *num.* 7. *cum sequentibus*: Doctor Don Ioannes de Solorzano, summa laude dignus, 1. *tomo de Indiarum jure, lib.* 3. *c.* 13. *num.* 72. Barbosa *de potestate Episcopi, parte* 3. *alleg.* 119. *num.* 23. *&* 24. cum pluribus ab eo relatis *in collectaneis ad nostrum textum, & in titulo de translatione Episcopi*: Thomas Sanchez *ad præcepta Decalogi, lib.* 4. *c.* 1. Reginaldus *in Praxi fori pœnit. lib.* 13. *num.* 377. versic. *postremo*: Menochius *de præsumptionibus, li.* 5. *præsumptione* 35. Baronius *in annalibus Anno* 897. Spondanus *in epitome ad eundem eodem Anno.*

2 Ratio deducitur ex ultimis nostri textus verbis, scilicet Episcopum sine Pontificis auctoritate, non posse de una Ecclesia ad aliam transire, ut sic evitetur in personis Ecclesiasticis, ambitionis, & cupiditatis occasio: cum nullus Episcopus sit inventus, qui ad minorem de majori Ecclesia transiret. Notat Duarenus *dict. li.* 5. *de jaris Ecclesiæ ministeriis, c.* 3. siquidem suis terminis quisque debet esse contentus: neque supra mensuras sui juris alienos appetere, *ca. si quis Episcopus*, 7. *quæst.* 1. & ut translatio legitimè fiat, authoritas Pontificis desideratur: quia sicut legitimi matrimonii carnalis vinculum, quod est inter virum, & uxorem dissolvi nequit, Domino dicente, *quos Deus coniunxit homo non separet.* Matth. *c.* 19. ita spiritualis fœdus conjugii quod est inter Episcopum, & Ecclesiam, in electione dicitur ratum, in confirmatione & consecratione consummatum; quod sine authoritate Pontificis (qui Dei in terris vicem gerit, *cap. ut nostrum, ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur*) dissolvi nequit, *cap. licèt, de translatione Episcopi*: alias autem privatur habito, & ambito: quia dignum est, ut quis puniatur in eo in quo deliquit, *cap. literas, de temporibus ordinandorum*: & quia Episcopus peccat circa propriam Ecclesiam eam aspernando: & circa aliam, ipsam ambiendo, *c.* 4. *de translatione Episcopi*; ideo aliena, & propria debet carere, ut sic neque illi præsideat, quam per superbiam sprevit; neque ei, quam per avaritiam occupavit: ut in præsenti constat; & *in cap. si quis Episcopus*, 7. *quæst.* 1. Notat Duarenus *ubi supra*, Vivianus *in Rationali ad nostrum textum*, Cujacius *in posthumis ad hunc titulum, in principio*: Barbosa *in collectaneis ad Decretales, in cap. quanto* 3. *de translatione Episcopi, num.* 4.

3 Primò, adversus hanc æquiparationem matrimonii carnalis, & spiritualis, dum asseruimus matrimonia illa connexa esse, atque ideò Pontificis authoritatem desiderari, ut translatio de Episcopatu ad Episcopatum fieri possit; obstabit ipsamet æquiparatio, siquidem matrimonium carnale non potest dissolvi per Pontificem, *cap. quanto*, 3. *de translatione Episcopi, versic.* Quos Deus conjunxit: *ca. quos Deus*, 33. *quæst.* 2. cum traditis à Glossa, *verbo, conjunxit, in dict. cap. quanto*: ergo similiter Pontifex non poterit dissolvere matrimonium spirituale contractum inter Episcopum, & Ecclesiam: ac per consequens neque ejus authoritate translatio illa fieri poterit. Augetur difficultas ex textu in *cap. inter corporalia, de translatione Episcopi*; ex quo deducitur spirituale conjugium inter Episcopum, & Ecclesiam fortius esse carnali: ergo si authoritate Pontificis carnale non dissolvitur, neque etiam spirituale poterit dissolvi: cui dubio verissimè est dicendum, matrimonium carnale consummatum neque à Pontifice dissolvi posse, cum solùm suo Deus judicio idem reservaverit: ex *dictis juribus*: notat Barbosa *de potestate Episcopi*, 3. *parte allegatione* 119. *num.* 5. Neque obstat æquiparatio *suprà* adducta, quoad solutionem matrimonii spiritualis: quia non debet intelligi in sensu literali, sed in morali, hoc est per quandam similitudinem Christo etiam spirituale conjugium fuisse reservatum: cum soleant Summi Pontifices ad approbanda, & confirmanda decreta canonum, uti Sacræ scripturæ testimoniis ut in pluralitate beneficiorum moraliter Pauli testimonium refertur, ibi: *oportet Presbyterum unius uxoris esse virum*, relatum in *cap. de multa, de præbendis*: cùm igitur matrimonium spirituale non sit reservatum lege divina ipsi Christo in sensu literali, ut est carnale; nihil mirum, si illud Summus Pontifex facile dissolvat, non carnale, præcipuè cum spirituale matrimonium Episcopi cum Ecclesia fiat cum universali Ecclesia, & per translationem propter publicam utilitatem factam, novum matrimonium non videatur contractum, ut notat Abbas *in c. final. de translatione Episcopi, n.* 13. Barbos. *ubi supra, dicto num.* 5. Neque solutioni obstat textus difficilis *in dicto cap. inter corporalia, de translatione Episcopi*, versic. *cum ergo fortius sit spirituale vinculum, quàm carnale*: Quia hæc verba non sunt intelligenda quoad omnimodam indissolubilitatem, cum variis modis dissolvatur conjugium spirituale, veluti translatione, & depositione authoritate Summi Pontificis facta; secus verò quoad alios respectus: siquidem matrimonium carnale dissolvi potest per spirituale: non è contra. nam matrimonium carnale ratum non consummatum dissolvitur per ingressum Religionis altero invito, *cap. verum* 2. *cap. ex publico* 7. *de conversione conjugatorum*: & similiter poterunt conjuges post matrimonium consummatum mutuo consensu Religionem profiteri, *cap. dudum* 20. *ejusdem tituli*: è contra vetò matrimonium spirituale non dissolvitur per carnale, cùm semel professi Religionem, non possint matrimonium contrahere, *cap. cum virum* 4. *cap. statuimus* 23. *de Regularibus*: & in hoc sensu *in dicto cap. inter corporalia*, dicitur matrimonium spirituale fortius esse, quàm carnale: tum etiam fortius dicitur, quia matrimonium spirituale imprimit characterem, & carnale dissolvitur mortuo uno ex conjugibus: latè refert Barbosa *in collectaneis ad Decretales, in dicto c. inter corporalia, de translatione Episcopi, num.* 5.

4 Secundò, decidendi rationi & suprà traditis obstabit textus in *cap. cum inter canonicos*, 21. *de electione*: ubi apparet, quod si fuerit electus in Præpositum, & in electionem consenserit, Innocentius III. electionem illam, etiam consensu electi confirmatam, non appellat absolutè vinculum conjugale spirituale, sed quasi vinculum conjugale spirituale. Augetur difficultas ex eo, quod idem Innocentius affirmat prædictum ita electum non posse de Ecclesia illa ad aliam transire, ut constat *in versicul. neque ad aliam*: Deinde quia in *cap. licèt, final. de translatione Episcopi*, idem Pontifex conjugium spirituale absolutè appellat. Sed respondendum est particulam illam, *quasi in dicto cap. cum inter*, non fuisse positam, ut minueret naturam conjugii

ſpiritualis, ſed tantum additam fuiſſe ad ſimilitudinem matrimonii; quaſi ſenſus eſſet ad exemplum carnalis contrahitur ſpirituale vinculum, per mutuum conſenſum contrahentium: & ſic fuit celebratum *in dicto c. cum inter*, ex conſenſu, & approbatione electi: de qua re omnino videndus Hoſtienſis *in ſumma, de translatione Epiſcopi, in principio, num.* 5. Vazquez *ubi ſupra, cap.* 36. *num.* 8.

5 Tertiò, obſtat *canon* 13. *Apoſtolorum*, ex quo conſtat Epiſcopo ita demum licere ad alienam Eccleſiam, relicta propria tranſire, dum tamen ſi cogatur à plurimis Coepiſcopis: ita ut non à ſemet ipſo id faciat, ſed tantum ſi à plurimis ſit compulſus; ponderando verba illius canonis, ibi, *ſed multorum Epiſcoporum judicio.* Ex quibus apparet tantum Epiſcoporum judicium ſufficere, neque Pontificis authoritatem deſiderari, ut tranſlatio illa fieri poſſit; quod etiam demonſtrare videtur non vulgare *Celeſtini I.* Decretum, *cap.* 2. his verbis: *Si Epiſcopus transferatur, ne id per ſeipſum faciat, ſed fratribus cogentibus.* Augetur difficultas ex Concilio Carthaginenſi, *cap.* 27. relatum in *cap. Epiſcopos* 37. 7. *quæſt.* 1. ubi apparet, quod ut tranſlatio Epiſcoporum fiat, ſufficere authoritatem Eccleſiaſticam Clericorum, & ſecularem poteſtatem laicorum. Verum reſpondendum eſt, Canonem illum *Apoſtolorum*, & decretum *Celeſtini I.* in *capite ſecundo*, procedere ex delegatione à Pontifice facta Coepiſcopis data, ut ipſam cogant; quæ delegatio eandem vim, idémque robur obtinet, ac ſi propria authoritas ipſius Pontificis interveniſſet: argumento textus in *l.* 1. §. *qui mandatam, ff. de juriſdictione omnium judicum.* Neque ſolutioni obſtat Concilium Antiochenum, *cap.* 1. relatum *in cap. Epiſcopum* 25. 7. *quæſt.* 1. ubi apparet, quod etiam ſi Epiſcopus à populo, vel Coepiſcopis, violenter ſuadeatur tranſire de Epiſcopatu ad Epiſcopatum, non debet propriam Eccleſiam deſerere: Quia textus ille procedit, quando coactio fit à Coepiſcopis, vel populo, abſque Pontificis authoritate: notat Turrecremata *in commentariis ad eundem textum*: ſecus verò eſſet dicendum, ſi illa Epiſcoporum coactio fieret authoritate Pontificis, ut in *dict. cap. Apoſtolorum.* & in *dicto cap. Epiſcopus* 37. 7. *quæſt.* 1. Notat Turrecremata, *in dicto c. Epiſcopus* 7. *quæſt.* 1.

6 Quartò, obſtat idem Concilium Carthaginenſe, *cap.* 27. relatum in *dicto cap. Epiſcopus*, 37. 7. *quæſt.* 1. verſic. *inferioris vero gradus ſacerdotes*; ex quibus verbis conſtat, omnes Clericos Epiſcopo inferiores poſſe ſola ſui Epiſcopi authoritate abſque Pontificis decreto ex uno ad aliud beneficium tranſire, ſed eodem modo videtur contractum matrimonium ſpirituale, & indiſſolubile à Clerico cum beneficio, & Eccleſia, atque ipſe Epiſcopus contrahit, *cap. niſi cum pridem, de renunciatione*, *capite ſecundo*, *de tranſlatione Epiſcopi*: ergo ſimiliter in beneficiorum tranſlatione non ſufficiet Epiſcopi authoritas; ſed Pontificis, quemadmodum in Epiſcopatibus deſideratur. Sed ratio diverſitatis inter Epiſcopum, & Sacerdotem in eo conſiſtit; quia licet fateamur inter Sacerdotem, & Eccleſiam per beneficii collationem, videatur initum matrimonium, non tamen cum eo confirmatum, ſeu conſummatum appellari poteſt: at verò ſpirituale conjugii fœdus, quod inter Epiſcopum, & Eccleſiam contrahitur, omnino ſimile eſt legitimo matrimonio conſummato inter virum, & uxorem: nam vinculum, quod in electione initum eſt, in confirmatione ratum, & in conſecratione conſummatum intelligitur, *cap. ultimo*, *de tranſlatione Epiſcopi*: meritò, Eccleſia propriè vidua dicitur, quando caret Epiſcopo: cæterùm vacare dicitur ſimpliciter ſi deficit ſacerdos, *cap. ne pro defectu, de electione*: qua de cauſa facilius fit tranſlatio ſacerdotis de beneficio ad beneficium authoritate Epiſcopi, *dicto cap. Epiſcopus, in fine*, quemadmodum etiam poſſet Epiſcopus diſpenſare cum eo, qui nuptias contraxit, & non conſummavit, *cap. commiſſum*, *de ſponſalibus*: Difficilius tamen tranſlatio Epiſcoporum fit authoritate Pontificis ex rationibus ſuprà adductis: Notat Covarruvias *libro primo variarum, capite quinto*, Anaſtaſius Germonius *lib.* 2. *animadverſionum, cap.* 19.

Quintò, prædictis valdè obſtat textus difficilis in 7
cap. denique, 36. *quæſt.* 3. ex cujus textus deciſione conſtat, quod ſi Epiſcopus propter crimen, vel infirmitatem, Epiſcopatus dignitatem renuntiare intenderit, & liberari ab illo matrimonii ſpiritualis vinculo, ſufficit ei, ut ad hoc ſui Primatis judicium petat; neque Pontificis deſideratur authoritas. Augetur difficultas ex textu *in cap. ſupplicationem* 9. & 10. *de renunciatione*: ubi ſimilis renunciatio, vel matrimonii ſpiritualis liberatio Epiſcopis fieri non permittitur abſque Pontificis authoritate. In cujus textus difficultate, omiſſa *Abbatis* interpretatione in *cap. cum pridem* 10. *de renunciatione*, & Anaſtaſii Germonii, *de ſacrorum immunitate, lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 38. veriſſimè eſt dicendum, Nicolaum I. *in dicto cap. denique*, non abſolutè affirmare licere Primatibus Epiſcopatus renunciationem acceptare, ſed tantum coram ipſis cauſam renunciationis examinare: & ſi juſta fuerit, poterunt Primates ſpecialiter in his duobus cauſis delicti, vel infirmitatis, ex Pontificia ſpeciali delegatione, & permiſſione renunciationem acceptare: ſed non exinde authoritate Primatis diſſolvitur illud ſpirituale vinculum, ſed Pontificis tantum: ut notat Turrecremata, *ibidem.*

Sextò, obſtat textus difficilis in *cap. per tuas* 10. *de* 8
voto, ubi apparet, quod ſi quis votum Religionis emiſerit, & poſtea ſit Epiſcopus creatus, poterit libere abſque metu pœnæ, & Pontificis authoritate, ex proprio motu Eccleſiam ſui Epiſcopatus relinquere, & ad Religionis Eccleſiam tranſire. Augetur difficultas ex eo, quòd Epiſcopatus ſtatus eſt perfectior ſtatu Regulari: cum per ſtatum Epiſcopatus omnia vota adimpleantur, *cap. veniens, de jurejurando*, *cap. licet, de Regularibus.* In cujus textus difficultate, omiſſa interpretatione, quam latè refert Thomas Sanchez *in ſumma*, 1. *tomo lib.* 4. *capite decimo ſeptimo, numero ſecundo*, & quam ſcripſit Hoſtienſis *in dicto cap. per tuas*, *numero ſecundo*, veriſſimè eſt dicendum, textum *in dicto cap.* 10. *de voto*, procedere in Epiſcopo electo nondum confirmato: quia abſque Pontificis authoritate ante confirmationem poterit Epiſcopatum reſignare, & ad Religionem tranſire, cum acceptans Epiſcopatum admiſit impedimentum Religionis promiſſæ, & ſic erit voti reus; nam quamvis non repugnet, ut Religioſus fiat Epiſcopus, repugnat tamen ut Epiſcopus fiat religioſus, cùm deſideretur, ut fiat novitius, & operibus humilibus inſerviat contra naturam Epiſcopatus. Neque ſolutioni obſtant verba ejuſdem textus ibi, *regimen reſignes*: quæ verba ſupponunt, non tantum electum, ſed etiam confirmatum fuiſſe, atque ideo poſt confirmationem, etiam ante conſecrationem non potuiſſe abſque Pontificis authoritate Epiſcopatum relinquere, juxta textum in *cap. inter corporalia, de translatione Epiſcopi*: Quia verba illa debent intelligi de regimine jam ſuſcepto, quod per ſolam electionem fuerat quæſitum: ita docet Ioannes Andreas *in dicto cap. per tuas, numero tertio*, Ancharranus *numero quinto*, Thomas Sanchez *in ſumma* 1. *tomo libro quarto*, *capite decimo ſeptimo, numero ſexto*, Barboſa *in collectaneis ad textum in dicto per tuas, num.* 1. *cum ſequentibus.*

Septimò, adverſus noſtrum *textum*, dum aſſe- 9
rit, quod is qui per ambitionem, ſua propria authoritate, de una ad aliam Eccleſiam ſe tranſtulit, careat utraque, ſcilicet habita, & ambita, ita ut non poſſit ad primam redire, juxta textum in *capite tertio, de translatione Epiſcopi*, *cap. ſi voluerit*, 5. *quæſtione prima*, obſtabit textus in *cap. eos* 43. 7. *quæſtione prima*, ubi aſſeritur, Epiſcopum, qui propria authoritate de una Eccleſia ad aliam ſe transfert, poſſe compelli, ut ad primam redeat, in qua antea fuit inſtitutus. In cujus *textus* difficultate dicendum eſt, cum

cum Hostiens. *in summa hujus tituli*, dum asserit esse differentiam constituendam inter *nostri textus* speciem, & textum *in dicto cap. eos* 43. Nam id, quod Pontifex in *textu nostro* affirmat prima, & secunda Ecclesia privari, procedit quantum ad ipsum Episcopum, qui propter ejus temeritatem, & ambitionem habita, & ambita privatur: at verò textus *in dicto cap. eos*, procedit quantum ad Ecclesiam ipsam, cui ex delicto Prælati non debet præjudicari: atque ideo poterit eum repetere; qui si redire noluerit, compellendus est, communioneque privandus: ita similiter est interpretandus textus in *cap. non oportet* 19. 7. *quæstione prima*, qui textus, etsi generaliter affirmet, posse Episcopum, qui se de una Ecclesia ad alteram transtulit, ad primam redire, intelligendus est quando Ecclesia eum repetierit; nam aliàs ipse suo facto primam, & secundam Ecclesiam amittet, ut constat ex *textu nostro*, & ex textu in *cap. si qui vero*, *eadem* 7. *quæstione prima*. Plura alia, quoad nostrum textum refert Vasquez, *ubi supra*, Barbosa omnino videndus *de potestate Episcopi*, *dicta allegatione* 119. *apud finem*. Reliqua, quæ ad hunc titulum specialiter spectant, in quatuor partes dividenda esse duxi: in *prima* discutiemus quo jure Residentia proveniat: in *secunda*, quæ personæ ad residentiam sint adstrictæ: in *tertia*, quæ causæ à residentia excusent: in *quarta*, quæ pœnæ adversus non residentes in jure sint institutæ.

PARS I.

Quo jure Residentia proveniat.

SUMMARIUM.

1 *Residentia à jure divino provenit in omnibus beneficiis curam animarum requirentibus.*
Dignus est mercenarius mercede sua.
2 *Clerici cum mercedem ab Ecclesia, & Altari recipiant, residere debent.*
Pastores omnes ex præcepto naturali, & divino oves suas cognoscere tenentur.
3 *Exponitur text. in* cap. 2. in fine, de Clericis non residentibus.
4 *Episcopatus, Diœceses, & Parochias à jure positivo institutas, & divisas esse apparet.*
Non entis nullæ sunt qualitates.
5 *Perpenditur illud Ioannis*, cap. 10. *ibi*, pasce oves meas.
Qui facit per alium, est perinde, ac si faceret per seipsum.
6 *Pontifex in residentia, & beneficiorum pluralitate dispensare potest.*
Ius divinum licet immutabile sit; tamen si alicui actui particulari applicetur, justa subsistente causa recipit mutationem, ut ibi exponitur.

CONCLUSIO.

1 RESIDENTIA *à jure divino provenit in omnibus beneficiis curam animarum requirentibus*: Primò comprobatur ex illo Pauli *ad Corinthios* 1. *cap.* 9. ibi: *quis militat suis stipendiis unquam? quis plantat vineam, & fructus ejus non edit? quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?* Quæ Apostoli verba nos docent militantibus Prælatis, & pascentibus populum Christianum, Deum concedere jus percipiendi Ecclesiæ redditus: quæ omnia Episcopis, & aliis quibuscunque Ecclesiarum Rectoribus curam animarum habentibus non conceduntur, nisi præsentes sint, ex doctrina Abbatis *in cap. ad hæc, in fine, de præbendis*: constat etiam ex eodem Paulo 2. *ad Timotheum, ca.* 2. ibi: *Labora sicut bonus miles Christi JESU*: & Deuteronomii, *ca.* 25. ibi, *dignus est mercenarius mercede sua*. Ex quibus omnibus apparet, Presbytero stipendio, & beneficio dignos esse, si in vinea Domini laborant verbo, & doctrina, operando in ea; quod absque interesse fieri non potest: neque ministerium hoc aliis committere valent, *cap. final. §. his autem, de officio delegati*; cùm Dominus noster Apostolorum industriam elegerit: *Lucæ ca.* 10. siquidem lege Evangelica cura animarum Divo Petro jure speciali concessa est, ex illo Joannis, *c.* 10. ibi, *pasce oves meas*, Matth. *ca.* 16. ibi, *erit unum ovile, & unus pastor*: Lucæ *dicto c.* 1. ibi, *Tu es Petrus, & super hanc petram, &c.* quod quidem Christi præceptum, etsi jure speciali Divo Petro sit tributum; tamen gradatim jure ordinario omnes Prælatos comprehendit, *cap. Massana, de electione*: tum etiam, quia eodem jure divino Episcopi, & alii curam animarum habentes, pastores dicuntur, *Hieremiæ, ca.* 12. Joannis *dicto cap. ult.* & speculatores, *Ezechielis cap.* 3. superintendentes, *cap.* 1. 21. *distinct. cap. legitimus* 24. 93. *distinct.* unde oves suas eodem jure divino tenentur custodire, vigilare, & ministerium implere, neque eas deserere possunt, Ioannis *dicto c.* 10. *cap. penult. de regulis, juris, in Decretalibus*. Et quod hæc residentia à jure divino proveniat expressè constat ex Concilio Tridentino *sessione* 23. *cap.* 1. *in principio*. Exornant Covarruvias *lib.* 3. *variarum, cap.* 3. Navarrus *in manuali, cap.* 35. *num.* 121. Salcedus ad Bernardum *in practica, cap.* 54. Thomas Sanchez *de matrimonio, lib.* 8. *disput.* 6. *num.* 5. Nicolaus Garcia *de beneficiis*, 1. *parte cap.* 2. *numero decimo sexto*, Campegius *in tract. de residentia*, Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ, glossa* 41. *numero nono*, Carranza *de residentia Episcoporum capite secundo, & tertio*, plures refert Cenedus *in collectaneis ad Sextum. cap.* 14. *numero secundo, apud medium*, Barbosa *in collectaneis ad Decretales in cap. quia nonnulli* 5. *hoc titulo, à numero quarto*, Idem *de potestate Episcopi*, *parte* 3. *allegatione* 53. & in Concilio Tridentino *in dicto cap.* 1. *litera A.*

Ratio est: quia cum naturalis ratio dictet, homines illis obsequia præstare debere, à quibus ob id stipendia recipiunt, *cap. nullus* 5. *de servis non ordinandis, cap. quicumque* 5. 54. *distinct.* meritò cum Clerici mercedem ab altari, & Ecclesia recipiant, ipsa etiam naturalis ratio dictat, ut Ecclesiæ serviant & in ea resideant, *cap. cum secundum Apostolum, de præbendis. l. secundum naturam, ff. de regulis juris, cap. qui habet, eodem titulo lib.* 6. tum etiam, quia ex præcepto divino, & naturali, omnes Pastores tenentur oves suas cognoscere: Concilium Tridentinum, *sessione* 23. *cap.* 1. Barbosa *in collectaneis ad Decretales, in cap. quia nonnulli* 3. *hoc titulo, numero quarto.* 2

Primò, obstabit textus in *cap.* 2. *in fine*, *de Clericis non residentibus*, ex quo constat Cardinalem non residentem tanquam canonum transgressorem, suo titulo privari: quod verbum, *Canonum* non ad divinum, sed potius ad humanum jus adaptari debet: ergo non à divino jure, sed à positivo tantum residentia provenit. Verùm dubium hoc ex eo dilnitur: quia cùm tot etiam juris humani constitutionibus sub variis pœnis residentia Prælatis sit statuta, rectè dicitur in *dicto capite secundo*, Cardinalem à sua Parochia absentem contra Canonum statuta abesse; quæ residentia cum à jure divino, & naturali proveniat, à jure etiam ipso positivo declarata, & confirmata est: ut *in dicto capite secundo.* 3

Secundò, obstat dicere à jure positivo institutos, & divisos esse Episcopatus, Diœceses, & Parochias, *cap.* 1. 13. *quæst.* 1. *cap.* 1. 22. *distinct. cap.* 1. & 2. 80. *distinct.* unde, & beneficia Ecclesiastica non divini, sed Ecclesiastici juris esse: ut constat ex *dicto capite primo*, 13. *quæstione prima, capite secundo, de præbendis. lib.* 6. *cap. Pastoralis, de his, qua fiunt à Prælatis*: Ergo, & residentia in eisdē: cùm non entis nullæ sint qualitates, *l.* 2. *ff. de usufructu legato, §. servo. Inst. de ea diminutione.* Sed respondendum est, quod licet Episcopatus, & Diœ- 4

cesses fuerint humano jure divisæ, non ideò ex illa divisione, aut Episcoporum creatione mutatur natura obligationis pascendi gregem, quæ à jure divino provenit: ac per consequens, neque ipsa residentiæ obligatio, quæ ipsi officio Pastoris annexa est: Notat Sotus *li.* 10. *de justitia, & jure, qu.* 3. *art.* 1.

5 Tertiò, obstat sequens consideratio deducta ex illo *Jo. omnis, ca.* 10. ibi, *Pasce oves meas*: quæ verba de solo Divo Petro, & Pontificibus intelligenda esse videntur, neque ad cæteros inferiores Prælatos extendi debent: siquidem illi soli à Christo Domino dicta sunt: ut animadvertit Bellarminus *lib.* 1. *de Romano Pontifice, cap.* 14. Augetur difficultas ex eo, quod similes authoritates suprà adductæ, non expresse residentiam exigunt: sed tantum curam pascendi proprias oves commendant, ut refert Ferretus *lib.* 1. *consiliorum, consilio* 32. præcipuè cum residentia non semper sit medium necessarium ad consequendum finem exercendi curam animarum: cum per alium plerumque exerceri videatur; & quasi à propria persona factum præsumatur, *cap. qui facit* 17. *de regulis juris, lib.* 6. *cap. cum ad sedem, vers. nos vero, de restitutione spoliatorum, l.* 1. §. *deiecisse, ff. de vi, & vi armata*: præcipuè, quando substitutus utilior esse soleat, *cap. se ipsis, cap. nihil*, cum aliis, 7. *quæst.* 1. *cap.* 3. *& per totum tit. de clerico ægrotante.* Verùm huic considerationi satisfacies, si dixeris, quod quamquam verba *suprà* adducta, à Divo Petro præcipuè, & principaliter à Christo Domino nostro sint dicta, tamen generaliter omnibus Episcopis, & curam animarum habentibus conveniunt, qui omnes Petri formam in pascendo imitari debent: siquidem id, quod summo Pastori dictum est, inferioribus etiam dictum videtur: neque aliis possunt vices suas committere, cum ob eorum industriam sint electi: *cap. final.* §. *his autem, de officio delegati*, Glossa, *verbo per seipsum, in c.* 3. *hoc titulo*, notat Bellarminus *ubi supra.* Neque obstat regula illa, *qui facit per alium, de regulis juris, li.* 6. cum *similibus supra adductis*, quia procedit quando is, qui delegare potest, alium suo loco constituit, & per illum factum, idem est, ac si per eum factum fuisset, *l. qui mandat, l. cum jussu, ff. de solutionibus*: Prælati verò, & Parochi, cum Domini ovium non sint, sed custodes tantum, quorum industria electa est, *cap. grave nimis, de præbendis, ca. licèt ergo*; 8. *qu.* 1. per alium deservire non possunt, nisi infirmitate sint impediti: ut suprà diximus *in titulo, de Clerico ægrotante.*

6 Quartò, sic iliter obstabit, quod si residentia de jure divino proveniret, nullo modo Pontifex circa eam dispensaret, *ca. ex publico, de conversione conjugatorum, ca. cum ad monasterium, de statu monachorum, capit. sunt quidam dicentes*, 25. *qu.* 1. cum *vulgatis*: *sed* contrarium invenitur expressum in *ca. tua, ca. final. de Clericis non residentibus*: & in Concilio Tridentino *sessione* 23. *c.* 1. & super beneficiorum curatorum pluralitate similiter dispensat, ut in *ca. relato, cap. illud*, 21. *qu.* 1. *ca. de multa, de præbendis*: Concilium Tridentinum *sessione* 7. *cap.* 6. ergo residendi obligatio ab humano, non verò divino jure provenit. Cui dubio respondendum est, quod *in præsenti*, dispensatio illa propriè dicitur interpretatio, aut declaratio juris divini, & naturalis: Notat Barbosa *in rubrica, ff. soluto matrimonio, secunda parte, n.* 104. quod quidem jus licèt immutabile sit, *dicto ca. sunt quidam*: & §. *sed naturalia, Institut. de jure naturali*: tamen si alicui actui particulari applicetur, recipit mutationem non ex eo, quod ipsum jus mutetur, sed quia circumstantia illius actus variationem recipiat: & sic licet divino, & naturali jure Episcopi, & cæteri Prælati residere teneantur; tamen aliquando ob justam causam ab illa obligatione liberantur ratione majoris boni, quod Ecclesia universalis, vel particularis consequitur ex absentia: ut in exemplis relatis à Bargas *de jurisdictione Episcoporum, confirmatione* 6. 7. & 8. & de hac justa causa interpretandus est textus *in dicto cap. tua, & dicto c.* 1. Concilii Tridentini, *sessione* 23. notat Thomas Sanchez *de matrimonio, li.* 8. *disp.* 6. *n.* 4. & Suarez *de legibus, li.* 1. *ca.* 14. *n.* 21. Neque Pontifex aliquid contra jus divinum facit; imò illud juvat, & corroborat: nam cum Christiana charitas, vel necessitas urget, vel evidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitas instat; rectè his in casibus Pontifex dispensat, ut ab Ecclesia Prælatus absit, ex *dicto ca.* 1. Concilii Tridentini: præcipuè quia, etsi residentia à jure divino proveniat, modus tamen residendi in propria Ecclesia à jure positivo est impositus: ut apparet ex *toto hoc nostro titulo.*

PARS II.

De personis ad beneficiorum residentiam adstrictis.

SUMMARIUM.

1 *Residere tenentur omnes Ecclesiæ Prælati, quibus pascendi Christiani gregis cura incumbit.*

2 *Beneficium datur propter officium.*
Pastoris spiritualis officium in quo consistat.

3 *Explanatur textus in* cap. cum omnes 6. de constitutionibus.

4 *Elucidatur textus in* cap. unico, de Clericis non residentibus, lib. 6.
Exponitur textus in cap. cum dilectus 14. de Clericis non residentibus.
Familiares Pontificis, qui ejus servitio assistunt, etiam absque residentia fructus sui beneficii percipiunt.
Beneficia minora secundum naturam majorum æqualiter ita debent regulari, ut in illis nulla deformitas consistat.
Expenditur textus in cap. Prælatus, penult. & final. 21. quæst. 1.

CONCLUSIO.

OMNES *Ecclesiæ Prælati, Patriarchæ, Primates, Episcopi, & præcipuè, quibus pascendi Christiani gregis cura incumbit, ad residentiam sunt adstricti*: Quæ conclusio comprobatur ex textu in *cap. ex gestis, ca. quia nonnulli* 3. versic. *cum igitur, cap. Relatum, cap. conquerente* 6. 9. 10. 12. 16. *& final. hoc titulo, cap. cum in cunctis* 3. §. *cum vero, de electione, ca. pervenit*, el segundo, *de appellationibus, cap. per venerabilem, qui filii sint legitimi, cap. final. de rescriptis, li.* 6. *ca. ult. de electione, eodem li.* 6. *ca. unico, hoc titulo li.* 6. *ca. sanctorum, 7. dist. ca. pervenit* 20. 21. 22. 24. 25. *& cap. remoto* 30. cum aliis, 7. *qu.* 1. *cap. placuit, cap. ult.* 21. *qu.* 2. *cap. ex parte, de officio Vicarii*, Lucæ *ca.* 10. cum suprà traditis in *primo ca. num.* 1. Concilium Tridentinum *sessione* 23. *ca.* 1. *& sessione* 24. *ca.* 12. Constitutio Pii IV. *inter ordinationes, & constitutiones constitutione* 115. & Pii V. *in Bullario, constitutione* 64. *& l.* 16. *&* 17. *tit.* 16. *part.* 1. exornant Garcia *de beneficiis, li.* 1. 3. *parte c.* 2. Gonzales *ad regulam* 8. *Cancellariæ glossa* 6. *n.* 249. *cum sequentibus*, Covarruvias *l.* 3. *variarum, c.* 13. *n.* 9. Navarrus *in manuali, c.* 25. *n.* 120. Sotus *li.* 16. *de justitia, & jure, qu.* 3. *art.* 1. Donellus *li.* 21. *commentariorum, capite quinto*, Osualdus *ad eundem, litera F.* cum *supra* traditis in *c.* 1. *n.* 1. 1

Ratio est: quia cum beneficium detur propter officium, laborem, & industriam: *ca. final. de rescriptis li.* 6. *ca. cum secundum Apostolum, de præbendis*, & proprium officium illius, qui curam animarum gerit, consistat in eo, ut commissi gregis necessitatibus 2

subve-

subveniet; & Divino Verbo populum pascat, *cap. inter cætera, de officio Ordinarii*, ignorantes erudiat, sacrificiam, & orationes pro populo Deo offerat, orphanos, viduas, virgines, & miserabiles defendat: *cap. Episcopus* 2. 88. *distinct.* 1. *Regum cap.* 12. *cap.* 1. & per *totum tit. de Parochiis*, similiter bona Ecclesiastica conservare, scandala vitare, ac denique veri spiritualis pastoris officium exercere tenetur, quæ cum magni momenti sint, neque perfici valeant, nisi ab his, qui assistunt, residents, & super gregem vigilant, justa de causa, ne absque Pastore disperdantur, residentia in beneficiis Ecclesiasticis desideratur: juxta textum in *cap. super ordinata, de præbendis*: Concilium Tridentinum *sessione* 6. *capite secundo, de reformatione*, & *sessione* 21. *capite tertio, de reformatione*, cum *supra traditis*.

3 Primò, obstat textus in *cap. cum omnes* 6. *de constitutionibus*: ex cujus textus decisione constat, consuetudinem introduci posse, ne Clericus in beneficio resideat, siquidem Summus Pontifex consuetudinem illam apud Canonicos observatam, ut absentes fructus præbendæ reciperent, non tantum ad antiquos Canonicos, verum etiam ad futuros extendit, ut confirmavit ex ratione illa, *quod quisque sibi jus constituit*. Verum huic dubio respondendum est, quod licèt sit verum, attento jure communi, omnia beneficia, etiam simplicia residentiam desiderare, juxta textum in *cap. Super ordinata, de præbendis*: notat Abbas *in cap. quia nonnulli, hoc titulo, num.* 7. tamen hodie consuetudine fieri potest, ut residentia in simplicibus beneficiis auferatur, ita ut absque ea fructus eorum, seu præbendæ adquirantur: Concilium Tridentinum *sessione* 24. *cap.* 27. & ita est interpretandus text[illegible] in *dicto cap. cum omnes, de constitutionibus*: Notant Lapus *allegatione* 36. Covarruvias *lib.* 3. *variarum, cap.* 13. *nn.* 9. Duennas *regula* 134. Selva *de beneficiis*, 4. *parte, quæstion.* 2. *num.* 1. Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ, gloss.* 5. *num.* 207. Barbosa plures refert *in collectaneis ad textum, in cap. quia nonnulli* 3. *hoc titulo, num.* 3.

4 Secundò, solutioni valde obstat textus in *cap. unico, de Clericis non residentibus, lib.* 6. ex cujus decisione apparet, quod si consuetudine observetur, ut redditus Ecclesiastici, etiam in simplicibus beneficiis inter absentes distribuantur, tanquam corruptela improbatur: argumento textus in *cap.* 3. & *final. de consuetudine*. Qua in difficultate dicendum est, textum *in dicto cap. unico*, non loqui in fructibus beneficiorum, quæ in titulum conferuntur: ut *in dicto cap. cum omnes*, sed potius in distributionibus quotidianis, quæ aliàs *Manualia* appellantur, ex eo quod ad manum traduntur his, qui divinis horis in choro interfunt: quæ distributiones quotidianæ, nulla consuetedine intervenient, inter absentes distribui non poterunt. Conc. Trid. *sessione* 24. *cap.* 12. Notat Duarenus *in tractat. de beneficiis, lib.* 7. *cap.* 4. latè refert Barbosa *in collectaneis ad textum in dicto cap. unico, hoc titulo, lib.* 6. *numero* 1. 3. & 4.

5 Tertiò, prædictis obstabit textus *cap. cum dilectus* 14. *hoc nostro titulo*, ex cujus textus decisione apparet, familiares Pontificis, seu qui ejus servitio occupati reperiuntur, etiam absentes, absque residentia fructus sui beneficii posse percipere: sed Cardinalis semper in servitio Pontificis occupatus est, cum sit ejus coadiutor, & secretarius, atque ideo frater Pontificis appellatur: ut latè refert Barbosa *in collectaneis ad textum in cap.* 2. *hoc titulo, num.* 2. ergo ineptè *supra* est resolutum, etiam Cardinalem in suo beneficio residere debere: ut refert textus in *cap.* 2. *hoc nostro titulo*. Verum huic dubio respondendum est, verissimum esse Cardinalem in suo beneficio residere debere; sed hoc verum est dummodò Pontifici non assistat; hoc est, si vagus fuerit, & in beneficio per quinquennium non resideat, tunc eo privandus est; & ita est interpretandus textus *in dicto cap.* 2. *hoc nostro titulo*; secus verò dicendum est, si in Curia Romana resideat: nam tunc propter istam justam causam, à sui proprii beneficii residentia excusatur: cùm tunc pro præsente habeatur, hoc est in simplicibus beneficiis, seu Canonicatibus, non tamen in Episcopatibus, seu beneficiis curam animarum habentibus: nam in illis, urgentissima causa, & Pontificis dispensatio desideratur si abesse velit: juxta textum ita intelligendum *in dicto cap. cum dilectus* 14. *hoc nostro titulo*, ut refert Barbosa *in collectaneis ad eundem textum, num.* 3.

6 Quartò, conclusioni *suprà* adductæ obstabit sequens consideratio: scilicet, quod minora beneficia secundum naturam majorum æqualiter ita debent regulari, ut in illis nulla deformitas consistat: juxta textum in *cap. majores* 8. *de præbendis*: at sic est, quod quis poterit simul obtinere duos Episcopatus, ita ut excusetur à residentia unius, *cap. relatio, penultimo*, & *final.* 21. *quæstione prima*: ergo malè à nobis *suprà* est resolutum, residentiam in omnibus beneficiis desiderari. Verùm huic dubio respondendum est, textum *in dicto cap. relatio, penult. & final.* 21. *q.* 1. procedere ex dispensatione Pontificia, & jure speciali, ut tenet Glossa 1. *in dicto ca. illud final.* vel aliter poterit dici, posse aliquem duas Ecclesias obtinere, unam jure tituli sibi collatam, alteram verò in perpetuum commendatam: neque poterit utrique præsidere, tanquam titulatæ, sed uni tanquam commendatæ: alteri verò tanquam titulatæ præesse: ut refert textus *in dicto cap. illud*, §. *non enim*, 21. *qu.* 1. quæ quidem duorum beneficiorum obtentio, etiam si fiat, ut unum possideat quoad titulum, aliud verò quoad commendam, etiam hodie est prohibitum ex Concilio Tridentino *sessione* 7. *c.* 4. & *sessione* 24. *c.* 17. latè refert Barbosa *in collectaneis ad textum in cap. qui plures* 3. & 4. 21. *quæst.* 1. *à num.* 1.

PARS III.

De causis à residentia excusantibus.

SUMMARIUM.

1 *Causæ plurimæ sunt, ob quas Clerici à beneficiorum residentia excusantur; quæ præcipuè ad quatuor reducuntur.*

2 *Legitimè excusatus nullam pœnam meretur.*
Absens justa subsistente causa pro præsente habetur.
Fictio in casu ficto idem operatur quam veritas in casu vero.

3 *Pontifex contra legem divinam dispensare non potest.*

4 *Interpretatur text. in* cap. cum non deceat 30. de electione lib. 6. *& conciliatur cum* cap. unico, de Clericis non residentibus lib. 6.

5 *Iurans perpetuo in sua Ecclesia residere, si ex post facto propter utilitatem Ecclesiæ se absentaverit, non est periurus.*
Exponitur textus in cap. ad nostram, de jureiurando.

6 *Declaratur textus in* cap. de cætero 7. de Clericis non residentibus, *& ad concordiam reducitur cum* cap. ad audientiam, ejusdem tituli.

CONCLUSIO.

PLURIMÆ *sunt causæ, ob quas Clerici à beneficiorum residentia excusantur*: quæ præcipuè ad quatuor reducuntur: *prima* est, si extat utilitas Ecclesiæ: *secunda*, si ejus necessitas: *tertia*, si impotentia personæ: *quarta*, si obsequium Episcopi, Cardinalis, seu Legati Pontificis: consonat textus in *final. de Magistris*:

authentic. multo magis, Cod. de sacrosanctis Ecclesiis; cap. relatum 4. *ca. de cætero* 7. *cap. ex parte* 8. *c.* 10. 12. 13. 15. 16. *& final. hoc nostro titulo; ca. unico, in fine, hoc titulo li.* 6. *cap. licèt* 32. *de præbendis; c.* 1. & per *totum tit. de Clerico ægrotante, vel debilitato: ca. unico; eodem tit. lib.* 6. Concilium Trident. *sessione* 23. *de reformatione, c.* 10. Exornant Selva *de beneficiis*, 4. *parte, q.* 6. Rebuf. *in praxi beneficiali, titulo de dispensatione in non residendo, n.* 23. cum *sequentibus*; Bernardus Diaz *in praxi criminali Canonica, c.* 52. Nicolao Garcia *de beneficiis parte* 3. *capit.* 2. *num.* 383. *Chassaneus in Catalogo gloriæ mundi, parte* 6. *consideratione* 35. Azor. *institutionum moralium parte* 2. *lib.* 7. *c.* 4. *quæstione* 3. Reginaldus *in praxi fori pœnitent. lib. tract.* 3. *num.* 14. Gonçalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ, glossa* 6. *num.* 255. Moneta *de distribution. quotidian. parte* 2. *quæst.* 8. *num.* 7. Rebuffus *de privilegiis Scholasticorum, privilegio* 31. *numer.* 8. Zerola *in praxi Episcopali, parte* 1. *verbo, studium*, §. 4. cum traditis à Barbosa *in collectaneis ad textum, in dicto cap. de cætero* 7. cum similibus, *hoc nostro titulo.* & à me referendis *in titulo de Clerico ægrotante, vel debilitato.*

2 Ratio enim quare absens ex justa causa fructus sui beneficii percipit, ea est: quia legitimè excusatus nullam pœnam meretur: argumento textus in *leg. Grachus ff. ad legem Iuliam de adulteriis*: præterea quia is, qui justa subsistente causa abest pro præsente, & residente in jure habetur: *cap. cum non docent* 3. *de electione lib.* 6. *vers. cum tales*: & idem operatur fictio in casu ficto quàm veritas in casu vero, ut infrà dicemus, in ratione decidendi ad textum in *c.* 2. *de Clerico ægrotante, vel debilitato.*

3 Primò, obstabit dicere, quod residentia in beneficiis de jure divino necessaria est, ex illo *Ioannis c.* 10. ibi *pasce oves meas*, cum *suprà* traditis in *cap.* 1. at sic est, quod contra legem divinam, vel naturalem Pontifex dispensare non potest, *cap. sunt quidam dicentes*, 25. *quæst.* 1. *cap. final. de consuetudine*, cum *vulgatis*: ergo in residentia, etiam justa causa interveniente, Summus Pontifex dispensare non poterit, contra textum in *c. penult. hoc tit.* & multò minus Episcopus, contra text. *in c. final. hoc tit.* Sed ne sæpius eadem inculcare videamur, hujus dubii solutio est petenda ex his, quæ *suprà* retulimus in *c.* 2. 4. *dubio.*

4 Secundo, adversus ea quæ in hac legitima excusatione residendi notant omnes, videlicet propter utilitatem Ecclesiæ, Clericum legitimè impeditum non solum fructus sui beneficii, verum etiam distributiones quotidianas posse percipere: ut expressè docet textus *in cap. unico, hoc nostro titulo lib.* 6. valdè obstabit textus in *cap. cum non deceat* 30. *de electione lib.* 6. In cujus textus specie apparet, quod licèt is, qui abest propter utilitatem Ecclesiæ, pro præsente habeatur, quoad fructuum perceptionem, ita ut fictè residere videatur, non tamen in distributionibus quotidianis, quas neutiquam percipit, etiamsi ob eandem Ecclesiæ utilitatem sit absens. In qua jurium contrarietate, omissa interpretatione, quam refert Glossa *verbo, utilitas, in dicto cap. unico*, & alia, quam refert Covar. omnino videndus, *lib.* 3. *variarum, c.* 3. *n.* 8. *vers.* 8. quam improbat Moneta *de distributionibus quotidianis, parte* 2. *quæst.* 11. *n.* 24. veriùs dicendum est in *dict. c. cum non deceat*; distributiones quotidianas non adquiri. Ratio est: quia procedit eo in casu quo Clericus non prosequitur causam Ecclesiæ, cui specialiter adscriptus erat, puta Cathedrali, vel Collegiatæ; sed causam specialem, vel universalem illius civitatis tendentem ad universalem Ecclesiæ utilitatem, non verò ad particularem illius, cui adscriptus erat: at verò textus in *dict. c. unico*, procedit, quando absens est in utilitatem ipsius particularis Ecclesiæ, cui adscriptus est: quam distinctionem refert Moneta *ubi supra*, & sequitur Barbosa *in collectaneis ad textum in dicto cap. cum non deceat* 30. *de electione lib.* 6. *num.* 5.

5 Tertiò, adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes, videlicet quod is, qui juravit in sua Ecclesia perpetuò residere, si ex post facto propter utilitatem Ecclesiæ ob ejus defensionem se absentaverit, non sit periurus, cum censeatur residere, cum ficta illa residentia ad satisfactionem sufficiat; juxta textum in *cap. ex parte* 13. *& cap. ad audientiam* 15. *hoc titulo*: valde obstabit textus in *capit. ad nostrum, de jurejurando*: ubi juramentum, quo mutuatarius solvere promisit pecuniam mutuanti absque gravamine, vel molestia, non adimpletur per legitimam compensationem, quæ est ficta solutio. In qua difficultate, Sanch. & Felinus *in dicto cap. ex parte, num.* 12. & in *dicto cap. ad nostram*, asserunt, quod quoties juramenti obligatio in casu ficto non tendit in læsionem aliquam illius, cui juratum fuit, tunc legitimè adimpletum censetur: unde cum ficta illa residentia, quæ præstatur ab eo, qui in utilitatem Ecclesiæ abest, nullam contineat læsionem, imo utilitatem ipsius Ecclesiæ, cui residentia perpetua jurata fuit, justa de causa adimpletum censetur in dicto *cap. ex parte* 13. *hoc titulo.* Verùm hæc interpretatio convincitur ex eo: quia circa obligationem juramenti non attenditur magna, vel modica læsio, cui juratum est; sed solum utrum id, quod juramento promissum est, licitum, vel illicitum sit: & ita utrum debitam, vel indebitam contineat materiam in sui observantia. Deinde quia in *dicto cap. ad nostram*, modica etiam vel exigua læsio infertur creditori, si cogatur priùs computare fructus in sortem, & tamen textus asserit juramentum omnino esse adimplendum. Quare omissa etiam *Imolæ* interpretatione in *dicto cap. ad nostram*: quam improbat Barbosa *in collectaneis ad textum in dicto cap. ex parte, numero primo*, verius est dicendum juramentum illud de residendo non adimpleri per aliquam fictam residentiam, etiam ex illis causis traditis *in dicto cap. unico, hoc titulo, libro sexto*, & in *capite primo, Concilii Tridentini sessione* 23. sed postea justis de causis de novo statutum fuit *in dicto cap. ex parte*, ut absens ob aliquam ex illis tribus causis residere videatur, ut omnino à perjurio liberetur: unde non licet in materia exorbitanti ab his juribus arguere ad speciem textus *in dicto cap. ad nostram*, in qua nihil mutatum reperitur: argumento textus in *l. præcepimus* 32. *in fine, Codic. de appellationibus*, uti rectè adnotavit Barbosa *in collectaneis ad textum in dicto capite decimo tertio, hoc titulo, numero secundo*, vel si hanc interpretationem non velis amplecti, poteris dicere, quod quamvis jurans teneatur in specifica forma juramentum adimplere, hoc est solvere pecuniam, quam ita juravit solvere, non imputando fructus in sortem: tamen si paupertate, aut onere filiorum ita sit oppressus, ut pecuniam solvere non possit, excusatur à perjurio, compensando fructus in sortem, ut tenent Afflictis *decis.* 36. *numero tertio, & quarto*, Gregorius Lopez *in l.* 20. *glossa* 1. *titul.* 14. *partita* 4. & ita similiter *in dicto cap. ex parte*, licet Præpositus residere teneatur: tamen, si absentiæ necessitas interveniat, illa justa causa eum liberat à periurii metu: argumento textus in *cap. querelam, cap. brevi, de jurejurando*: notat Navarrus *in manuali, capite vigesimo quinto, numero* 125.

6 Quartò, adversus ea, quæ refert textus in *cap. ad audientiam* 15. *hoc titulo*: videlicet justam excusationis causam esse tantum quoad duos Canonicos, ut possint fructus suæ præbendæ percipere, si sint in servitio Episcopi, vel Ecclesiæ, qui omnes uti præsentes reputantur: obstabit textus in *cap. de cætero* 7. *hoc nostro titulo*, ubi omnes Canonici absque certo, & determinato numero, qui in servitio Episcopi sunt, fructus beneficii adquirunt; non tamen distributiones quotidianas. Verùm hæc jura ad concordiam reducas, si dixeris, decisionem textus *in dicto cap. ad audientiam* 15. procedere in Ecclesiis Cathedralibus, ubi duo tantum Canonici in servitio Episcopi occupati excusantur: siquidem ex eo quod concedit duobus, cæteris prohibere intelligitur, cùm ob dignitatem Ecclesiæ major

major Canonicorum copia in ejus servitio desideretur: at verò textus *in dicto cap. de cætero* 7. loquitur in Ecclesiis Collegiatis, in quibus plures, quàm duos Canonicos assumere poterit Episcopus pro servitio suo, cùm ibi ministrorum copia non ita sit necessaria, sicut in Cathedrali: notat Augustinus Barbosa *in collectaneis ad textum in dicto cap. ad audientiam* 15. *hoc titulo*: quæ electio hodie jam Episcopo est prohibita, cùm copia peritorum extet: ut doctè refert Barbosa *in collectaneis ad textum in dicto cap. de cætero* 7. *hoc titulo*, *num.* 2.

PARS IV.

De pœnis adversus non residentes à jure statutis.

SUMMARIUM.

1 *Clerici non residentes privantur beneficio; si modo admoniti ad residentiam non venerint.*
2 *Beneficium omne propter officium, laborem, & industriam conceditur.*
Miles militiæ desertor, cingulum militiæ, & honoris amittit.
Puniri quis debet in eo in quo deliquit.
3 *Exponitur text. in* cap. extirpandæ 30. §. qui vero, de præbendis, & dignitatibus.
Non residens in beneficio an sit privatus ipso jure, an vero priùs citandus? remissivè ponitur.
4 *Distributiones quotidianæ quomodo dividendæ sunt.*
Declaratur Concilium Tridentinum sessione 22. capite tertio.

CONCLUSIO.

1 *CLerici non residentes privantur beneficio, si modo admoniti, & citati ad residentiam non venerint.* Consonat textus in *capite secundo, cap. quia nonnulli* 3. *cap. relatum* 4. *cap. conquerente* 6. *cap. qualiter* 9. *cap. inter quatuor* 20. *c. ex tua* 11. cum aliis, *hoc nostro titulo, c. Sanctorum* 70. *distinct. c. Pontifices, c. pervenit, c. si quis, cum aliis*, 7. *quæstione prima, c. placuit, c. vltimo*, 21. *quæstione secunda, c. ex parte, de officio Vicarii, c. pervenit* 28. *de appellationibus, c. quia in tantum*, 5. *c. cum ignores* 15. *c. extirpandæ* 30. §. *quia vero, de præbendis*, Apostolorum *canone* 14. & 15. Ancyrana Synodus, *capite decimo octavo*, Antiochena *capite* 3. 13. & 22. Chalcedonense Concilium, *c.* 13. & 23. Nicæna Synodus, *capite decimo*, Concilium Tridentinum *sessione* 6. *de reformatione, capite primo, & secundo, & sessione* 23. *capite primo, & secundo, & sessione* 24. *de reformatione, capite duodecimo, versic. Præterea, l. generaliter* 51. §. 1. *Cod. de Episcopis, & Clericis. Novella* 6. 58. & 123. Exornant præter ordinarios in *dictis juribus*, Petrus Gregorius *lib.* 17. *syntagmatum, capite secundo, num.* 12. Nicolaus Garcia *de beneficiis*, 3. *parte, c.* 2. Cardinalis Tuscus *conclusione* 254. *litera B.* Bernardus Diaz *in praxi criminali*; *c.* 47. ubi Salcedus ejus additionator: Anastasius Germonius *lib.* 1. *animadversionum, capite vigesimo septimo*, Duarenus *sacris Ecclesiæ ministeriis, libro octavo, capite quinto*, August. Barbos. *de officio, & potestate Episcopi*, 3. *parte, allegatione* 53. cum multis aliis ab eo traditis in *collectaneis, in dictis juribus.*

2 Ratio est: nam cum beneficium omne propter officium, laborem, & industriam concedatur, *c. ultimo, de rescriptis, lib.* 6. cessante causa, ob quam datur beneficium, ratio postulat, ut beneficiario illud auferatur: argumento textus in *c. cum cessante*, cum vulgatis, *de appellationibus*: Neque dissimilis est Clericus ab Ecclesia sua absens militiæ desertori: nam quemadmodum miles militiæ desertor cingulum militiæ, & honoris propter desertionem amittit, *cap. placuit*, 22. *quæstione secunda*, sic similiter, non residens rectè beneficio privatur ex *juribus supra adductis*: siquidem quis puniri debet in eo, in quo deliquit: *l. quoniam, Cod. qui accusare non possunt, cap. postulasti, de Clerico excommunicato: authent. omnes peregrini, Cod. communia de successionibus*: siquidem in non residendo plurima damna, & mala excitantur: *c. quamsit, de electione, libro sexto*, cum propter absentiam divinus minuatur cultus, & animarum cura negligatur: *Extravagans, Execrabilis, de præbendis*: requiritur tamen citatio; quia nemo inauditus jure suo privari potest, *l.* 1. *digestis, de requirendis reis, capite primo, de causa possessionis, & proprietatis*, cum aliis à me *ibidem* traditis.

Primò, obstat textus in *c. extirpandæ* 30. §. *qui* 3
vero, de præbendis, & dignitatibus, quò loci Innocentius III. affirmat in non residentibus nullam desiderari monitionem, sed jure ipso privari, ut constat ex verbis illius textus, ibi *alioquin illa se sciat authoritate hujus decreti privatum.* Idem fere docet textus in *capit. inter quatuor* 8. *& final. hoc titulo.* Cujus dubii solutio pendet ex illa difficili quæstione inter nostros juris Pontificii Professores agitata: scilicet, utrùm is, qui in beneficio non residet, sit privatus ipso jure, an verò prius monendus? quam quidem quæstionem, ut paucis diluamus, verius tenendum est, ut *supra* diximus, monitionem præcedere debere ante privationem nisi non residentia sit talis, quæ apertè denotet non esse necessariam monitionem: veluti si quis beneficium adeptus est, & ordinationem neglexerit: ut in *c. licet canon, c. ex eo, c. commissa, de electione, libro sexto*, & ita est interpretandus textus *in dicto c. extirpandæ*, §. *quia vero*, ubi in Lateranensi Concilio ab Innocentio III. est statutum, quod is, qui in Ecclesia parochiali non residet, sit privatus ipso jure: post quam constitutionem fuit dubitatum, an illius textus constitutio locum habeat etiam in absentibus? Cui dubitationi Innocentius respondet in absentibus etiam monitionem præcedere debere, ob id, quod ignoratur, an legitimo impedimento detineantur: ut in *cap. inter, cap. ex tua, hoc titulo*: notat Germonius *libro secundo animadversionum, capite decimo septimo*, & similiter jura omnia, in quibus cavetur privationis pœnam competere, intelligenda sunt servatis servandis, & terminis habilibus suppositis. Notat Glossa marginalis *in dicto cap. extirpandæ* §. *qui vero.*

Secundò, adversus id, quod refert textus in *capit.* 4
cum ad hoc 16. *hoc titulo*, versic. *in utilitatem ejusdem*, dum asserit distributionem illorum, qui non interfuerint, seu absentes fuerint, applicandam esse fabricæ Ecclesiæ quatenus indigeat; aut alteri pio loco, arbitrio Ordinarii; obstabit Concilium Tridentinum *sess.* 22. *capite tertio*, ubi statuitur, quotidianas distributiones dividendas esse inter obtinentes Dignitates, & cæteros divinis officiis interessentes. In quorum jurium conciliatione valde laborant Interpretes, præcipuè Navarrus *miscellaneo* 59. *de oratione, numero nono*, Moneta *de distributionibus quotidianis, parte* 3. *quæstione sexta, numero vigesimo sexto*, Azor. *institutionum moralium parte* 2. *libro septimo, capite septimo, quæstione octava.* Sed inter alias illa verior, & receptior est, scilicet Concilium Tridentinum *in dicta sessione* 22. *capite tertio*, loqui in Dignitatibus, à quibus Ordinarius tertiam partem fructuum, in distributiones quotidianas convertendo, separare potest; & dato, quod distributiones quotidianæ non sint tenues, & in odium obtinentium Dignitates, & negligentium residere: & quando illa tertia pars ita subtracta per non servientes amittititur, locis piis est applicanda, ex *dicto c. cum ad hoc*, *versic. in utilitatem*: at verò textus in *dicto capite tertio*, *sess.* 24. loquitur solum quando distributiones ita sint tenues, ut negligantur: & hoc casu tertia fructuum

pars

pers ita separata, & in distributiones ab Ordinario conversa, si per non servientes amittatur, proportionabiliter servientibus accrescit: quod in sacra Congregatione fuisse resolutum refert Barbosa *in collectaneis ad textum, in dicto cap. cum ad hoc* 16. *hoc nostro titulo, n.* 3.

AD TITULUM V.
De Præbendis, & Dignitatibus.

Ad textum in cap. Ut nullus 1. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Jure sanguinis non succeditur in beneficiis Ecclesiasticis.*

2 *Sanctuarium Dei jure hæreditario, aut sanguinis, ab homine possideri nequit.*

3 *Interpretatur textus in* capite primo, versicul. ut nullus de Clero, sive de populo: de præbendis, & dignitatibus.
Electionem beneficiorum olim populus usurpabat.

4 *Exponitur textus in* cap. 1. versic. jure sanguinis, de præbendis, & dignitatibus.
Successio consanguinei ab intestato consanguineis debetur.

5 *Expenditur illa* Exodi *auctoritas* capite decimo nono, *ibi*, Aaron, & filios ejus applicabis sacerdotio.

6 *Interpretatur textus in* cap. si Petrus, 8. quæstione prima.
Divus Petrus divina inspiratione Beatum Clementem sibi successorem fecit.

7 *Exponitur text. in* cap. petiisti, 7. quæst. 1.
Coadjutoria cum futura successione regressus, & accessus prohibita est.

8 *Elucidatur textus in* cap. non autem 12. 7. quæstione prima.

9 *Declaratur textus in* cap. si transitus, 79. distinction.

10 *Refertur interpretatio ad textum in* cap. ex parte 12. de officio, & potestate judicis delegati.

11 *Refertur decisio textus in* cap. ad hæc 12. de filiis presbyterorum.

12 *Declaratur textus in* cap. ad abolendam 16. de filiis presbyterorum.

13 *Intelligitur textus* in cap. veniens 5. de filiis presbyterorum.
Filius sacerdotis ab Episcopo institutus in Ecclesia, in quapater proximè, & immediatè fuerat institutus, an postmodum ab ea removeri possit.

14 *Expenditur textus in* cap. inter cæteras 4. de rescriptis, *& conciliatur cum* cap. ad abolendam 16. de filiis presbyterorum.

15 *Refertur interpretatio ad textum in* cap. nemo 14. *vers.* nec pro respectu, *juncto* versic. final. de simonia.

16 *Capellania conferri potest descendentibus, & consanguineis fundatorum.*
Proponitur species textus in cap. ex transmissa 7. de filiis presbyterorum.

17 *Explanatur textus in* cap. filiis, vel nepotibus, 16. quæstione septima, capite primo, & secundo, de jure patronatus.
Jus patronatus jure sanguinis competit.

18 *Expenditur textus in* cap. consuluit 15. de jure patronatus.

CONCLUSIO.

IN beneficiis Ecclesiasticis non succeditur jure sanguinis, vel hæreditario. Consonat textus *in cap Episcopus* 3. 8. *quæst.* 1. *cap. Episcopo* 4. *cap. plerique* 5. *cap. Apostolica* 7. 8. *qu.* 1. *cap. Moyses* 6. *cap. si ergo* 16. *eadem causa, & quæstione cap. in canonibus* 56 §. *generaliter, vers. finis,* 16. *qu.* 1. *cap. petiisti, versic. de eo autem,* 7. *qu.* 1. *cap. præsentium, cap. conquerente, cap. ad abolendam, ca. ad extirpandas, cap. ex transmissa* 7. *de filiis presbyterorum, cap. ad decorem* 5. *de institutionibus, cap. consuluit* 25. *de jure patronatus, cap. ad hæc* 15. *de decimis*: Concilium Lateranense 1. *sub* Honorio II. *Anno* 1125. versicul. *Sancimus*, ibi: *ne quis successorem sibi in aliquo constituat beneficio.* Concilium Tridentinum *sessione* 25. *capite septimo.* Exornant Paulus Fuscus *singula.* 21. *litera B.* Bernardus Diaz *in praxi canonica, cap.* 48. latè Spinus *in Speculo testamentorum, glossa* 3. *num.* 18. Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ, glossa* 5. *num.* 33. Duarenus *li.* 7. *de sacris Ecclesiæ ministeriis, cap.* 7. Petrus Gregorius *de electione, cap.* 7. *& li.* 42. *syntagmatum, cap.* 7. *nu.* 4. cum traditis à Cenedo *in collectaneis ad Decretales collectanea* 39. Barbosa *in collectaneis ad nostrum textum, n.* 1. 1

Ratio est: quia sanctuarium Dei jure hæreditario, aut sanguinis ab homine possideri nequit: *cap. plerique, cap. Moyses,* 8. *qu.* 1. *cap. ad decorem, de institutionibus, cap. ad hæc* 15. *de decimis*: siquidem beneficia propter officium conceduntur: in quo sacrificia divina, & ministeria sacra exercentur, *cap. perlectis,* 25. *distinct. cap. final. de rescriptis, li.* 6. & sic res ipsæ corporales, quæ divinorum instrumenta sunt, ab omni commercio eximuntur, §. *sacræ, Institut. de rerum divisione, l. si in emptione*, cum vulgatis, *ff. de contrahenda emptione*, quanto magis officium spirituale ab omni commercio exemptum erit? ut constat ex *dicto cap. ad hæc, de decimis*: cum similibus *suprà* adductis: nam si jure sanguinis daretur, potius indignus, quàm dignus possideret: tum etiam, quia daretur occasio captandæ mortis, contra ea, quæ statuuntur in Concilio Tridentino, *sessione* 15. *de reformatione*: præterea, quia beneficia Ecclesiastica non possunt aliter conferri, quàm canonica institutione interveniente, *cap. ex frequentibus, de institution. regula, beneficium, de regulis juris, lib.* 6. quæ canonica institutio tantum ad Episcopos ordinarios spectat, *cap. concurrente, de officio Ordinarii, cap. omnes* 10. *d. cap. nullus,* 16. *quæstione septima*, cum à me tradendis in *cap. ex frequentibus* 3. *de institution.* Hinc meritò provenit, successionem hæreditariam, vel sanguinis, non esse legitimum modum beneficia conferendi: cùm eorum collatio, ut *suprà* diximus, tantum ad Episcopum spectet. 2

Primò, adversus veram nostri textus sententiam communiter receptam, videlicet nullum Clericum in bonis, hoc est, in beneficiis Ecclesiasticis posse sibi successionem assignare, obstabunt illa nostri textus verba, ibi: *Ut nullus de Clero, sive de populo*, quæ ultima *versiculi* verba non solum ad Clericos, sed etiam ad laicos spectant, juxta textum in *cap. duo sunt,* 12. *quæst.* 1. sed laicus est incapax obtinendi beneficia Ecclesiastica, *cap.* 2. *de institutionibus, cap. sacra,* 51. *dist.* ergo frustra laici in illa nostri textus prohibitione comprehenduntur. Sed dubium hoc dilues, si dixeris verum esse, laicos in toto jure nostro à collatione beneficiorum incapaces esse *dicto cap.* 2. *de institutionibus*, cum *vulgatis.* Neque obstant illa nostri textus verba, ibi, *sive de populo*: quia sunt intelligenda de illo primævo tempore, quo populus beneficiorum electionem usurpabat: *cap. ad hæc, cap. prohibemus, de decimis, cap. consuluit, de jure patronatus*; & cùm Sacerdotes in mortis confinio essent constituti, alios successores denominabant, cujus gratificatio vim electionis populi habebat, juxta text. in *c. plerumque* 5. *versic. ut scilicet* 8. *quæst.* 1. 3

quæſt. 1. ſiquidem olim laicus ſi dignus, & literatus fuiſſet, eligi poterat: ut patet in exemplis traditis in *cap. ſtatuimus* 8. §. *è contra*, 61. *diſt.* de qua quidem laicorum electione meo judicio eſt intelligendus textus noſter, *in verſic. ſive de populo*; quæ quidem electionis conſuetudo ibidem etiam prohibetur: cum ſpeciem ſucceſſionis contineat.

4 Secundò, adverſus illa noſtri textus verba, ibi, *Eccleſiaſtica bona*, juncto verſiculo, *jure conſanguinitatis*, obſtabit dicere; quod ſucceſſio in bonis conſanguinei ab inteſtato conſanguineis debetur: *principio Inſtitutionum, de ſucceſſionibus ab inteſtato*; *capite* 1. *de ſucceſſionibus ab inteſtato*, *l.* 1. *ff. de legitimis tutoribus*: ergo noſtri textus littera inepta videtur. Quod dubium diſſolves, ſi dixeris *textum noſtrum*, in verſiculo illo, *Eccleſiaſtica bona*, intelligendum eſſe de beneficiis Eccleſiaſticis, in quibus jus percipiendi redditus extat: & verbum illud; *conſanguineis*, in præſenti fuit propoſitum, quia olim ob proximitatem conſanguineis nominationes beneficiorum fieri ſolebant: *cap. Moyſes*, *cap. Apoſtolorum*, 8. *quæſtione* 1. meritò non obſtant jura in argumento adducta, quæ non de ſpiritualibus, ſed de temporalibus bonis ſunt accipienda.

5 Tertiò, obſtabit illa *Exodi* authoritas, *cap.* 19. ibi *Aaron, & filius ejus applicabis ſacerdotio*: ex quibus verbis patet in ſacerdotium jure ſanguinis ſuccedi poſſe. Verùm huic dubio reſpondendum eſt, plurimam differentiam verſari inter ſacerdotes veteris Legis, vel novi Teſtamenti: quia olim in illo veteri Dei populo ſolummodo inſcribebantur in ſacerdotium ſub dominica militia, qui ex alio ſacerdote originem ducebant; quod carnale dicebatur ex eo, quod mactabantur oves, & boves, & ſimilia; atque ideo nihil mirum, quod per ſucceſſionem carnalem propagarentur: quod quidem ad Chriſtianorum, & novi Teſtamenti ſacerdotium protrahi non poteſt; cum non carnale, ſed ſpirituale ſit, & ſpiritualibus officiis occupetur; & ſic non jure ſanguinis, ſed ſine ulla perſonarum acceptione, & præcipuè extranei, dum tamen idonei ſint, ad beneficium admittuntur, ille ita ritus veteris teſtamenti jam hodie Chriſti adventu ceſſavit, cùm, tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, quod legis tranſlatio fiat: *cap. translatio de inſtitutionibus.*

6 Quartò, ſolutioni obſtabit illud poſt novam Legem D. Petri exemplum, relatum in *cap. ſi Petrus*, 8. *quæſtione* 1. nam cum Divus Petrus legitimo ſenectutis morbo impeditus fuiſſet, Beatum Clementem, ut ejus ſucceſſorem in Pontificali dignitate inſtituit, eique Cathedram prædicationis, & doctrinæ tradidit: ut Joannes III. Pontifex Maximus teſtatur in *Epiſtola ad Jacobum*, *in cap.* 1. 2. *verſiculo. Simon Petrus*, 8. *quæſt.* 1. In qua difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Suarez *contra Regem Angliæ*, *lib.* 3. *capite* 13. Gualterius *in ſua Chronologia*, *in Clemente*, veriſſimè dicendum eſt, illud Beati Petri factum nihil obſtare: ſiquidem divino ſpiritu, interveniente mandato Domini, id feciſſet; & ſic ad exemplum trahi non poteſt: ut colligitur ex verbis Epiſtolæ ejuſdem Clementis: ibi: *apprehenſa manu mea repente conſurgens in auribus totius Eccleſiæ protulit verba*, & Sanctiſſimus ille Clemens poſt mortem Divi Petri, Pontificatus dignitatem renunciavit, non ut eſſet ſuſpectus de electione, ſed humilitate profundiſſima ductus, ne electio ſua in Eccleſia Romana eſſet exemplum; ut poſteriùs aliquis improbè ſibi ſucceſſorem eligeret: qua renunciatione admiſſa, ut ſuſpicio ſucceſſionis per hæreditatem in cauſis ſpiritualibus ceſſaret, primò, poſt Beati Petri mortem in Sella Pontificali electus fuit *Linus*, & poſtea ſecundo loco *Cletus*, deinde quaſi ex alia divina inſpiratione idem *Clemens* à Beato Petro primo deſignatus, tertio loco fuit electus, qui cum Beato Petro quartus Pontifex fuit. Notat Baronius *Anno Chriſti* 69. *num.* 38. Sevo-Granna. *in Decret.* ritus *in notis ad vitam Lini*, Bellarminus *de Romano Pontifice*, *lib.* 2. *pa.* 25.

7 Quintò, prædictis obſtabit illa Zachariæ Pontificis Epiſtola ad Bonifacium Archiepiſcopum Maguntinum relata in *cap. petiiſti* 17. 7. *quæſtione* 1. ubi probatur, Archiepiſcopum illum Maguntinum poſſe ſibi nominare ſucceſſorem in Archiepiſcopatu: quam quidem ſucceſſionem, & nominationem Zacharias Pontifex comprobavit. Cui difficultati reſpondendum eſt, textum illum loqui in Coadiutoria facta ex juſta cauſa, ob ſenectutem Archiepiſcopi Maguntini, Pontificis authoritate intervenientе: nam licèt coadiutoria cum futura ſucceſſione regreſſus, & acceſſus ſit prohibita in Concilio Tridentino *ſeſſione* 25. *de reformatione*, *capite* 6. *&* 7. ne exinde detur occaſio mortis captandæ, & ut ſucceſſio in rebus ſpiritualibus evitetur: *cap.* 2. *cap. relatum*, *& final. de conceſſione præbendæ*: tamen Summus Pontifex ob ejus generalem, & abſolutam poteſtatem, quam retinet in beneficiis Eccleſiaſticis, *cap.* 2. *de præbendis*, *libro* 6. *cap. ſicut*, §. *ecce cap. cum autem*, 7. *quæſtione* 1. licitè potuit litteras conferre in coadiutoriis cum futura ſucceſſione: ſiquidem Romanus Pontifex ſuper jus eſt: *cap. cuncta per mundum*, 96. *diſtinctione*: ſicque Bonifacius Archiepiſcopus ſua propria authoritate ſucceſſorem ſibi non deſignavit, ſed ex permiſſione, & diſpenſatione Zachariæ Pontificis, dum poſt ejus obitum hoc eſt Zachariæ, iterum à Romano Pontifice ordinaretur, & comprobaretur; ut bene animadvertit Coriolanus *in ſumma Conciliorum in annotationibus ad Concilium Romanum* 2. *ſub Bonifacio pag. mihi* 450.

8 Sextò, obſtat textus in *cap. non autem* 22. 7. *quæſtione* 1. ubi Valerius Epiſcopus Hipponenſis Epiſcopum Auguſtinum poſt mortem futurum ſibi ſucceſſorem adſcripſit. Cujus textus difficultatem diluet, ſi dixeris ejus ſententiam non pertinere ad prohibitionum ſucceſſionis rerum Eccleſiaſticarum, ſed ad inhibitionem plurium Epiſcoporum in una Eccleſia, quoad unionem: quo in caſu non tam ſuccedere, quàm accedere dicitur: nam quamvis illa Epiſcoporum cumulatio toto jure ſit interdicta: *cap. ſicut*, 21. *quæſtione* 1. *cap. in illis*: 80. *diſtinctione*, tamen ob ſingularem Eccleſiæ Hipponenſis utilitatem, & Divi Auguſtini eminentiam, Pontifex privilegium illud concedere voluit: ut oſtendunt verba illius textus: *in verſiculo*, *novo more*: quam ſolutionem referunt Archidiaconi, Turrecremata, & Bellamera *ibidem.*

9 Septimò, prædictis obſtat textus in *cap. ſi tranſitus*, 79. *diſt.* ubi apparet ſolitos fuiſſe Epiſcopos moribundos ſibi ſucceſſores in Epiſcopatibus conſtituere. Sed reſpondendum eſt, Epiſcopos nunquam ſibi jus ſuccedendi hæreditario jure uſurpaſſe, neque dicere potuiſſe, *cap. Epiſcopo* 3. *&* 4. 8. *quæſtione* 1. fuit tamen duntaxat olim obſervatum, ut de ſucceſſione decedentis Epiſcopi tractaretur, quam poſtea Clerus ſolemni ſuffragio libere probabat, ſi ita Eccleſia judicaret; quod quidem Epiſcoporum factum magis conſultationis, quàm electionis vicem obtinebat; & in hoc caſu accipiendus eſt textus in *dicto cap. ſi tranſitus.* Notat Baronius *Anno* 499. *num.* 8.

10 Octavò, obſtat textus in *c. ex parte* 12. *de officio*, *& poteſtate judicis delegati*: ubi patruus, in favorem nepotis beneficium validè dimiſit. Verùm reſpondendum eſt, *ibidem* reſignationem beneficii valuiſſe: quia fuit facta ſimpliciter, & Pontificis voluntas acceſſit, quo in caſu ſucceſſio illa fuit ſublata: quæ quidem Pontificis authoritas tollit omnem ſimoniæ ſuſpicionem. Notat Mandoſius *de ſignatura gratiæ*, §. *reſignationes*: plura, & plures refert Sabagun *in commentariis ad textum in dicto c. ex parte, de officio Delegati* Barboſa *in collectaneis ad eundem textum*: & de hoc nepote quoad patruum eſt interpretandus textus difficilis in *cap. non ſane* 2. *de arbitris*: Notat Abb. *in principio*; *ad eundem*

textum, *notabili* 2. Barbosa *in collectaneis ad eundem textum*, *notabili* 2. idem latè *in collectaneis ad textum in c. ad extirpandas* 11. *num.* 4. *de arbitris.*

11 Nonò, obstat textus in *cap. ad hæc* 12. *de filiis presbyterorum*: ubi apparet filios Episcoporum ex legitimo matrimonio natos, posse ordinari in Ecclesiis, in quibus parentes præsunt: quod est omnino contra decisionem textus *in ca. præsentium* 3. *ca. conquerente* 8. *cap. ex transmissa* 7. cum aliis, *de filiis presbyterorum*: quorum jurium decisio, non solum locum habet in filiis illigitimè natis, verum etiam in filiis legitimis: ut in *c. ad extirpandas* 11. *de filiis presbyterorum*, siquidem ratio hæreditariæ successionis in beneficiis Ecclesiasticis æquè viget, imò major similitudo est respectu legitimorum, quàm eorum, qui non legitimè nati sunt: cum illi non, sicut illi, capaces sint hæreditatis parentum: §. 1. *Institut. de hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur*; ubi latè *Pichardus.* Verùm respondendum est, textum *in dicto cap. ad hæc*, esse intelligendum de ordinatione in beneficio diverso à paterno: quo in casu cùm nulla timeri possit successio hæreditaria, rectè placuit filium legitimum Clerici posse in Ecclesia, in qua pater beneficium possidet, obtinere aliud diversum beneficium simile, aut dissimile: quamvis illud quod paternum est, obtinere nequeat. Notat Rebuffus *in praxi beneficiali, de dispensatione super defectu natalium*: *num.* 33. *cum sequentibus.* Azor. *institutionum moralium parte* 2. *lib.* 6. *cap.* 12. *quæst.* 16. cum traditis à Barbosa *in collectaneis ad textum in dicto cap. ad hæc, num.* 2. *&* 3. Quod tamen verum est in filiis legitimis: nam illigitimi ab Ordinibus, & beneficiis generaliter sunt exclusi, *cap.* 1. *de filiis presbyterorum*, *cap. cum in cunctis* 7. *in principio*, *cap. innotuit, de electione.*

12 Decimò, solutioni obstat textus difficilis *in cap. ad abolendam* 16. *de filiis, presbyterorum*: ubi *in Concilio Generali, cap* 3. sub Innocentio III. *celebrato*, statutum est, Canonicorum filios in Ecclesiis secularibus, in quibus patres eorum sunt instituti, ordinari non posse: & statim prosequitur, *maximè si spurii fuerint*; Consideratio est: ergo etiam si legitimi fuerint erunt excluſi, de quibus *in* 1. *textus parte* agere videtur; cum in secunda de illigitimis maximè tractet, & prohibitionem referat. In cujus *textus* difficultate, omissa *Glossæ* interpretatione, verbo, *secularibus*, in *dicto cap. ad abolendam*, verius dicendum est, textum illum *in* 1. *parte*, non agere de filiis legitimis ex legitimo matrimonio natis, sed de naturalibus ex soluto, & soluta natis: quod diceret & sensus esset, quod filii naturales Canonicorum ante sacerdotium nati excluduntur, maximè, & præcipuè spurii in sacerdotio geniti, in quibus major nullitas impudicitiæ ratio, tradita *in dicto c. cum decorem* 16. *de filiis presbyterorum.* Notat Rebuffus *in praxi beneficiali*, *titulo de dispensatione super defectu natalium*, *n.* 37. *&* 38. Covarru. *lib.* 2. *variarum*, *c.* 7. *n.* 5. Menochius *de præsumptionibus. lib.* 7. *præsumptione* 50. *num.* 12. Thomas Sanchez *de matrimonio*, *l.b.* 7. *disp.* 14. *num.* 21.

13 Undecimò, prædictis obstat textus in *c. venient* 5. *de filiis presbyterorum*: ubi apparet, quod si filius Sacerdotis ab Episcopo fuerit institutus in Ecclesia, in qua pater proximè, & immediatè fuerat institutus, ab ea postmodum removeri non potest. Augetur difficultas ex eo, quod illa scientia Episcopi vim dispensationis habere non poterit, cum Pontifici sit reservata, *c. dilectus*; *c. nimis*, *de filiis presbyterorum*; *c.* 1. *eodem titulo*, *lib.* 6. In cujus textus difficultate omissa interpretatione, quam refert Abb. *ibidem*, num. 6. verissimè est dicendum, non ideò quòd ignarus Episcopus in paterna Ecclesia filium instituisset, tenuit collatio; sed ex eo id fuit admissum Pontificia authoritate in odium ipsius Episcopi, qui postquam eum ita scienter instituit, ab Ecclesia removit, & spoliavit, alteri conferendo: ex qua quidem Pontificis decisione, solum modò præsumitur dispensationem ab eo dimanasse: non verò ab ordinario Episcopo; & sic nihil obstat supra dictis: uti benè animadvertunt Dominicus, & Francus *in dicto cap.* 1. *de filiis presbyterorum*, *l.* 6. Barbosa *de officio, & potestate Episcopi*, *parte* 2. *allegatione* 20. *num.* 24.

14 Duodecimò, prædictis valde obstat textus in *c. inter cæteras* 4. *de rescriptis*: ubi asserum est, quod ad hoc, ut filius sacerdotis privetur Ecclesia, in qua pater proximè ministravit, requiritur si nul filium sacerdotis esse, & in sacerdotio genitum: ut constat ex verbis illius textus, ibi *quod si talis sacerdotis filius & in sacerdotio genitus, qui proximè in tali Ecclesia ministravit*: siquidem in copulativis distinctionibus omnia sunt adimplenda, *l. hæredis*, *ff. de conditionibus institutionum*; §. *si plures. Instit. de hæredibus instituendis.* Consideratio est: ergo si filius Sacerdotis legitimè fuerit natus ante sacerdotium, non tantum admittetur ad diversum beneficium in Ecclesia patris, verum etiam poterit succedere, & obtinere præbendam, quam proximè, & immediatè pater administravit: quod omnino contrarium demonstrat textus *in dicto cap. ad abolendum.* In cujus *textus* difficultate dissolvenda, omissa interpretatione, quam refert Abb. *in d. cap. inter cæteras*: verius dicendum esse existimo, Innocentium III. *in d. c. inter cæteras*, *in* 1. *parte*, non loqui ex propria juris dispositione, sed tantum ex ficta facti narratione, referendo formam petitionis sibi oblatæ: ut constat ex versiculo illo: *ut puta, si ponatur, quod si talis sit sacerdotis filius, & in sacerdotio genitus*: ex quibus verbis non potest assumi argumentum, ut sint verba decisiva: siquidem responsio, & verba incipiat à *versiculo sequenti*: ibi, *huic ergo quæstioni taliter respondemus*: nam dubium non est, quod si ab eodem Innocentio III. *in dicto cap. inter cæteras*, quæreretur, quid juris esset, si natus ante sacerdotium obtineret etiam immediatè beneficium paternum, responderet ex manifestis juris principiis eodem modo privandum esse, ex *dicto cap. ad extirpandas, de filiis presbyterorum*, & sic fit satis considerationi *suprà* adductæ.

15 Decimò tertiò, adversus ea, quæ in præsenti notant omnes; videlicet Episcopum posse filiis, vel nepotibus, seu consanguineis præbendam conferre, absque periculo prohibitionis, dum tamen digni sint, juxta textum *in cap. dilecto* 25. *hoc titulo*: ubi Episcopus Remensis Apostolicæ Sedis Legatus nepoti suo præbendam concessit, & confirmatur ex facto Christi Domini nostri eligentis ad Apostolatum Jocobum minorem, Simonem, & Judam consanguineos suos, *Marci ca.* 3. *Lucæ* 6. tenet Covar. *lib.* 1. *variarum*: *c.* 5. *n.* 4. Bobadilla *in Politica*, 1. *parte lib.* 1. *c.* 7. *n.* 20. Lara *de Capellaniis*, *lib.* 2. *n.* 3. valde obstat textus *in cap. nemo* 14. *de simonia*, in illis verbis, *Neque pro respectu cujusque personæ consanguinitatis, aut familiaritatis*: junctis finalibus verbis, ibi: *quia simoniacum est utrumque*: ex quibus apparet simoniacum esse conferre beneficia consanguineis. Verùm retenta sententia *suprà* adducta, respondendum est, textum *in d. c. nemo*: neutiquam contrarium statuisse: quia verba illa, *simoniacum est utrumque*, non referuntur ad consanguinitatis, vel affinitatis rationem: neque ad alias in principio positas, sed ad relatas *in versiculo, neque quenquam*, tamquam immediato, & præcedente: atque ideo parum obstat: ut notat Glossa final. *in d. c. nemo, solutione* 1. Suarez 1. *tomo, de Religione, lib.* 4. *c.* 22. Raphael de la Torte 2. *tomo, quæst.* 100. *art.* 2. *disp.* 8. *versic. circa materiam Tertii.*

16 Decimo quintò, adversus ea, quæ similiter in præsenti notant omnes, videlicet Capellaniam conferri posse descendentibus, & consanguineis fundatorum, scilicet quando talis conditio, aut lex est imposita in limine fundationis, juxta textum *in c. monasterium*, 19. *q.* 7. argumento textus in *l. in re mandata*, *ff. mandati*; *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *ordinamenti*, tenent Oyeda *de incompatibilitate*, 1. *parte*, *c.* 24. *n.* 132. Covar. *in regula*, *peccatum*, 2. *parte*, §. 7. *n.* 5. Spino *de testamentis. glossa* 3. *n.* 18. Acunna *ubi supra*, *in c. neminem*, *n.* 27. 70. *dist.* obstabit textus in *cap. ex transmissa* 7. *de filiis presbyterorum*: ubi apparet, quod cùm Abbas de Castris patronus beneficii cujusdam

eapsidem Ecclesiæ præsentaret ad illud Guillelmum Clericum, cujus pater in eadem Ecclesia ministraverat: respondit Pontifex Alexander III. quod si inter eum, & patrem, media persona intercessit, admittatur Guillelmus; si verò non mediasset, obstaret Ecclesiasticum decretum: ergo paternum beneficium, etiamsi juris patronatus sit, non poterit immediatè obtinere filius, quamvis à patrono præsentetur. Sed respondendum est, ibi tractari de beneficio juris patronatus simpliciter absque conditione; non verò de eo, in quo illa conditio fundationis est inserta, ut consanguineis conferatur, de quo noster est sermo: inter quæ beneficia maxima differentia versatur, quo ad hunc juris effectum: nam conditione apposita, tenetur præcisè consanguineum præsentare: secus, si non fuerit apposita: nam tunc poterit, quem voluerit, quamvis non sit consanguineus fundatoris; sed inspicere debet, ne præsentatus sit prædecessoris filius, qui non potest beneficium à patre antea, & immediatè possessum obtinere: licèt mediatè possit; quæ est vera interpretatio illius *cap. ex transmissa.* Notat Lambertinus *de jurepatronatus, lib. 2. parte 3. q. 5. art. 4. n. 10. & 11.*

17 Decimò quintò, obstabit textus in *c. filiis, vel Nepotibus, 16. q. 7. c. 1. & 2. c. ex literis, de jure patronatus. Clementina 1. eodem titulo*: in quibus juribus apparet successionis jus in jurepatronatus consanguineis competere: quod perinde, atque Ecclesiastica beneficia spiritualibus annexum est, juxta textum in *c. quanto 3. de judiciis; c. quia Clerici, cap. de jure 16. de jurepatronatus*: ergo similiter in beneficiis Ecclesiasticis, quæ annexa spiritualibus sunt; *c. quæsitum*, vers. *vel annexa spiritualibus, de rerum permutatione*, successio admitti debet. Verùm huic dubio, omissa interpretatione quam refert Abb. *in præsenti, n. 4.* verius dicendum est, privilegium à Pontifice laicis esse concessum, ut invitarentur ad construendas, & fundandas Ecclesias: quod cum singulare sit, & contra generalem regulam nostri textus, non debet trahi ad consequentiam: *l. quod non ratione, ff. de legibus*: nam licet jus patronatus, & beneficium, utrumque sit annexum spiritualibus, non tamen eodem modo, neque eodem respectu: nam patronatus jus spiritualibus accedit antecedenter; quia præsentatio antecedit collationem, & institutionem, ac est quasi præambulum, & præparatio materiæ circa quam Prælatus beneficium confert, si dignus nominatus reperiatur: at verò beneficium annectitur spiritualibus consequenter: siquidem consistit in jure percipiendi redditus Ecclesiasticos ex bonis Deo dicatis: & sic quatenus beneficium est, censetur spirituale, *c. si quis objecerit, c. res Ecclesiæ, 1. quæst. 3. c. dilecto 25. hoc tit.* ex jure autem patronatus non datur successio in beneficium: sed tantum jus ad institutionem petendam, si dignus reperiatur: *Cap. nos; 4. dist. c. Moyses, 8. q. 1. c. quod autem, de jure patronatus.* Unde cum in causa jurispatronatus accessio spiritualibus non ita propinqua sit, ac in beneficiis ipsis, receptum fuit laicum sibi, & suis, jura patronatus habere licere; non tamen suis, vel sibi Ecclesiastica beneficia posse retinere.

18 Decimò sexto, solutioni obstat: textus *in c. consuluit 15. de jurepatronatus*, ubi Pontifices eadem ratione, qua olim moti fuerunt ad removendam successionem in beneficiis, scilicet ne sanctuarium Dei jure hæreditario teneatur, *c. plerique 8. q. 1. c. ad decorem de institutionibus, c. ad hæc, de decimis*: eadem moventur ad removendam successionem in jurepatronatus: ut aperte ostendunt textus verba *in dicto c. consuluit*, ibi *cum sanctuarium Dei jure hæreditario teneri non possit.* Quæ verba demonstrare videntur, nullum inter successionem beneficii, & jurispatronatus posse discrimen constitui. Quam difficultatem dilues, si dixeris verba illa neutiquam differentiam suprà addictam evertere: nam illius textus mens longè distat a supradictis: quidem non loquitur in successione jurispatronatus: sed tantum de quibusdam laicis, qui ex fundatione Ecclesiarum tantam potestatem, & authoritatem sibi arrogabant, ut crederent non solum præsentationes sibi competere, sed etiam Ecclesiarum adeo dominos esse, ut pro arbitrio beneficia possent conferre: & quemadmodum erat res bona, ita & beneficia Ecclesiastica jure contingentia transferre: quos acerbissimè reprehendit Alexander III. asserens, *Sanctuarium Dei*, id est Ecclesias, & beneficia, *jure hæreditario teneri non posse*: idcirco reprehensis relinquit, neque ab eisdem exigi, ac retineri temporalia bona: sed ut patronis tantum jus præsentandi, Episcopis verò jus conferendi competat: juxta textum in *cap. præterea, cap. cum laici, cap. relatum 21. & fin. de jurepatronatus*: *dicto cap. ex frequentibus, de injustionibus*; & de interpretatione ad textum in *cap. quia Clerici 6. de jure patronatus*, videndus est Rochus de Curte *de jurepatronatus*, verbo. *honorificum, q. 4. versic. limita tamen*: Butrius, Berojus, Abb. & Cardinalis *ibid.*

Ad textum in cap. Non liceat 2. cap. Episcopus 4. cap. Cum secundum Apostolum 16. cap. Tuis quæstionibus 23. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus, qui aliquem sine titulo ordinaverit, tenetur ei necessaria præstare, donec competens habeat beneficium, nisi ad alterius præsentationem id fecerit.*
2 *Altari qui servit, de Altari vivere debet.*
Onus qui sentit, debet etiam commodum sentire.
3 *Interpretatur textus in* cap. non liceat 2. de præbendis, & dignitatibus, *& impugnatur ejus solutio.*
4 *Interpretatur textus in* cap. neminem 72. 70. distinct. cap. Episcopus 4. cap. tuis quæstionibus 23. de præbendis, & dignitatibus.
5 *Exponitur textus in* cap. cum secundum Apostolum; de præbend. & dignitatibus.
6 *Dignus est mercenarius mercede sua.*
7 *Clerici pauperes ex artificio, & industria victum & vestitum quærere possunt: & obiter exponitur textus in* cap. Clericus 1. & 2. 91. dist.
8 *Refertur decisio textus in* cap. neminem, 70. distinct. cap. per tuas 37. cap. si quis odio habuerit 45. de simonia, cap. Episcopus 4. de præbend. & dignit.
9 *Successor ex delicto prædecessoris non tenetur.*
10 *Regulares Clerici sine ullo beneficii titulo ordinari possunt, nec illis Episcopus consulere tenetur.*
11 *Declaratur textus in* cap. si Episcopus, de præbendis, lib. 6.

CONCLUSIO.

1 EPiscopus, qui aliquem sine titulo ordinaverit, tenetur ei necessaria præstare, donec competens habeat beneficium; nisi ad alterius præsentationem id fecerit. Consonat textus in *cap. 1. cap. neminem, cap. fulturam, 70. distinct. cap. cum secundum Apostolum, hoc titulo: cap. si Episcopus 37. hoc titulo, lib. 6. cap. illi autem, 12. quæst. 1. cap. finali, 16. quæst. 1. cap. 1. de institutionibus, l. non plures 4. Codice de sacrosanctis Ecclesiis: Authentico, ut determinatus sit numerus Clericorum, 8. illud, collatione 1. Novella 3. Justiniani: Cap. cum dilecti, de rescriptis; cap. proposuit de filiis presbyterorum; capit. Joannes, de Clericis conjugatis; cap. ad supplicationem, de renunciatione.* Concilium Trid. *sessione 23. de reformatione cap. 16. & sessione 21. de refor. cap. 2.* exponunt Rebuffus *in praxi, titulo de scripto in forma communi, num. 1.* Navarrus *in manuali cap. 27. num. 17.* Gutierrez *in practicis, lib. 1. quæst. 63. ex num. 15.* Sayrus *de alimentis, titulo 7. quæstion. 37.* Emmanuel Rodrigius *in Summa titulo 2. capite 15. numero 16.* Castropalaus *de beneficiis, parte 2. cap. 5.* Suarez *tom. 3. de Religione,*

disputat. 31. *sect.* 1. *numero* 3. Salcedus ad Bernardum *in practicis cap.* 18. Cenedus *in collectaneis ad Decretales collectanea* 3. Cujacius *in posthumis ad nostrum textum*; Barbosa *de potestate Episcopi, parte* 2. *allegatione* 15. *& in collectaneis in dictis juribus.*

2 Ratio est: quia is, qui altari servit de altari vivere debet: *cap. cum secundum Apostolum*, *hoc titulo*, & qui sentit onus, sentiat etiam commodum: *l. secundum naturam* 228. *ff. de regulis juris*: quibus accedit alia præcipua ratio, ne mendicare cogantur; *cap. Diaconi*, §. *nunc autem*, 93. *dist.* ne compellatur Clericus in opprobrium Ecclesiasticæ dignitatis mendicare. Notat Glossa *verbo*, *successiones*, in *dicto cap. cum secundum Apostolum*, Glossa final. *in fine*, *in capite Pastoralis*, §. *verum*, *de appellationibus*; quam etiam probat Concilium Tridentinum *sessione* 21. *de reformatione*, *c.* 2.

3 Primò, impugnatur nostri textus *integrâ*, dum asserit ejus sententiam fuisse deductam ex corpore *Canonum*: siquidem, neque inter constitutiones Cæsareas, neque inter Pontificum canones reperitur nostri textus originale. Cui dubio respondendum est, quod licet controversum sit, à quo Cæsare edictum illud proveniat, an ab Honorio, & Theodosio in *l. non plures* 4. *Codices de Sacrosanctis Ecclesiis*, an verò à Justiniano *in Authentico, ut determinatus sit numerus Clericorum*, §. *illud*, *collatione* 1. *sive Novella* 3. obtinuit tamen Justiniano deberi; & ex *illo authentico* originem habuisse: non vero ex *Novella*; in qua non generaliter statuit Justinianus, sed particulariter loquitur de Clericis Ecclesiæ Constantinopolitanæ: notat Ant. August. *in* 1. *collectione Decretalium*, *in lectura hujus capitis secundi*; Cujacius *in dicta Novella* 3. *Justiniani*, quæ quidem constitutio postea privatim ab Ecclesia comprobata fuit, & admissa in Concilio Nicæno & Placentino, in *cap. neminem*, *cap. Sanctorum*, 70. *dist.* & ab Alexandro III. in *cap. Episcopus* 4. *hoc titulo*, & ab Innocentio III. in *cap. cum secundum Apostolum*, *hoc titulo*; & in *cap. tuis quæstionibus*, *de jure patronatus*; & à Gregorio IX. *in cap. si quis ordinaverit* 45. *de simonia*; & à Bonifacio VIII. in *cap. si Episcopus* 37. *hoc titulo lib.* 6. & in Concilio Tridentino *sessione* 21. *cap.* 2. Neque immeritò dicitur *in integra* nostri textus ejus sententiam fuisse deductam ex *Corpore Canonum*; cum *novella* 3. *Justiniani* inserta sit in eodem Corpore Canonum, condito authoritate Adriani Papæ, dedicato Carolo Magno, quod in Maguntini formulis expressum est, librum illum significat illa nostri textus inscriptio, ut Notat Cujacius *in recitationibus ad nostrum textum.*

4 Secundò, adversus textum nostrum obstat textus *cap. neminem*, 2. 70. *dist. cap. Episcopus* 4. *cap. tuis quæstionibus* 23. *infra*, *hoc titulo*: ex quibus juribus constat sufficere patrimonium congruum, ut quis ad majores Ordines admittatur: igitur in præsenti non est necessarius beneficii titulus. Pro cujus dubii resolutione adnotandum est primò in Concilio Placentino habito sub Urbano II. constitutum fuisse, neminem sine titulo Ecclesiastico ordinandum fore: cujus mentio fit in *cap. Sanctorum* 70. *dist.* & tamen in Concilio Chalcedonensi *canone* 6. fuit abrogata prædicta constitutio, & permissum ut ad patrimonii titulum ordinari quis possit: cujus mentio fit in *cap. neminem*, 70. *distinct.* quæ quidem constitutio recta videtur: tum quia in habentibus patrimonium est considerabilis titulus patrimonii ad Ordines recipiendos: tum etiam quia in illis cessat ratio indigentiæ & mendicitatis, quam suprà consideravimus. Notat Glossa final. *in cap. Episcopus*, *hoc titulo*, Turrecremata *in dict. cap. neminem*; & constat ex Concilio Tridentino *sessione* 21. *cap.* 2. & in *cap. Episcopus* 4. *hoc titulo.*

5 Tertiò, solutioni valde obstat textus *in dicto cap. cum secundum Apostolum*, *hoc titulo*: dum ex eo apparet ex Apostolis receptum fuisse, ut nullus sine titulo Ecclesiastico ordinetur; unde videtur contrarium statui non posse, ut loco tituli subrogaretur patrimonium, juxta textum in *cap. sunt quidam dicentes*, 25. *q.* 1. ubi constat, quod quemadmodum Pontifices non possunt mutare ea, quæ à Christo Domino constituta sunt; ita neque quæ ab Apostolis processerunt. Ad difficultati facile respondebit, qui considerat Apostolos aliquando referre ea, quæ sunt legis naturalis *ad Romanos*, *cap.* 12. aliquando ea, quæ sunt legis supernaturalis ad *Galatas*, *cap.* 5. aliquando verò ea, quæ sunt legis positivæ, *ad Timotheum*, *cap.* 3. unde cum præceptum Apostoli in *dicto cap. cum secundum Apostolum*, contra ordinatos sine titulo, contineat legem positivam, meritò potuit à Pontifice tolli, seu declarari ut loco tituli subrogetur patrimonium.

6 Quartò, solutioni obstabit dicere illud Apostoli præceptum esse fundatum lege divina, & naturali, ut constat ex illis verbis: *qui altari servit de altari vivere debet: & qui ad onus eligitur repelli non debet à mercede*, cujus præcepti auctoritas divina, & naturali ratione fundata est: divina, *Lucæ* 20. ibi, *dignus est mercenarius mercede sua*; naturali, quia secundum naturam est commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda: *dicta l. secundum naturam*, cùm *vulgatis*, in decidendi ratione adductis. Sed respondendum est Apostolum *in dicto cap. cum secundum Apostolum*, *hoc titulo*, nullatenus dixisse neminem ordinandum esse sine titulo ex aliqua lege divina; sed tantum dixisse altari servientem, de altari vivere debere, & ad onus electum, non esse repellendum à mercede: unde Pontifices colligunt neminem sine titulo ordinandum, aliàs ordinatum sustentari deberi ab Ordinatore, ut constat ex *dicto c. cum secundum Apostolum*: unde cum hoc sit legis positivæ præceptum, meritò potuit à Pontifice tolli, & loco tituli patrimonium subrogari: *dicto c. Episcopus*; *dicto cap. tuis quæstionibus*; *dicto Concilio Trid. sessione* 21. *cap.* 2.

7 Quintò, obstat textus in *cap. Clericus* 1. & 2. 91. *dist.* ubi apparet Clericos pauperes ex artificio, & industria victum, & vestitum sibi necessarium quærere posse: igitur non poterunt ab Episcopo necessaria postulare. Argumento textus in *l. si quis à liberis agnoscendis*: ubi pater non tenetur filio alimenta præstare, qui ex officio, vel artificio consulere sibi potest. Verùm huic difficultati respondendum est, textum in *dicto cap.* 1. & 2. 91. *dist.* procedere in illo primævo tempore in quo Clerici nihil proprium retinebant, & mendicare cogebantur; quòd cum in dedecus sacerdotalis ordinis esset, ne mendicare cogerentur, ex post facto in Concilio Chalcedonensi relato in *cap. neminem*, 70. *distinct.* fuit statutum, ut nullus Clericus sine titulo ordinetur: quod si adhuc hodie Clericus cum beneficio, pensione, vel patrimonio ordinatus, inopia laboret, poterit ex aliquo officio, vel artificio honesto sibi victum quærere. Notat Glossa, verbo *agricultura*, in *dicto cap. Clericus*: Præpositus, & Dominicus *in dicto cap. clericus*, Soto *lib.* 7. *de justitia, & jure, quæst.* 5. *art.* 2. *columna penult.* Tiraquellus *de nobilitate, quæst.* 32.

8 Sextò, obstabit textus in *cap. neminem*, 70. *dist.* *cap. per tuas* 37. *cap. si quis ordinaverit* 45. *de simonia*: ubi constat, quod si Clericus sine titulo fuerit ordinatus, ordinatio illa nulla erit: igitur nullo modo verificari poterit, Episcopum taliter ordinato alimenta præstare teneri. Pro cujus dubii solutione, constituo in Concilio Chalcedonensi impositam fuisse suspensionis pœnam illis, qui sine titulo ordinati sunt: ut constat ex *dicto cap. neminem*, 70. *distinct.* quod etiam in *Concilio Placentino* fuit confirmatum in *cap. sanctorum*, *eadem distinct.* hujusmodi tantum suspensionis pœnam ab Alexandro III. mutatam fuisse docet *textus noster*, *& in cap.* 4. *hoc titulo*, ubi constituit loco illius pœnæ, successisse, ut Episcopi teneantur illis necessaria præstare. Verùm ex hoc, difficilis redditur textus *in dicto cap. Episcopus* 4. *hoc titulo*; si quidem in *dicto cap. cum secundum Apostolum*, expressè habemus prædictam pœnæ mutationem deberi Innocentio III. illius textus auctori, ut constat in *versic. licet autem*, juncto *versic.*

noc

tes autem. Sed facilè ad concordiam reducet prædicta jura, qui conſideraverit, diſtinguenda fore quatuor tempora: primum fuit Concilii Chalcedonenſis, & Placentini: quo Clericus ſine titulo ordinatus, ſuſpenſus remanebat: ut in *dicto cap. neminem*, dicto *cap. ſanctorum*: modò Epiſcopus, vel ordinatus in culpa, vel negligentia fuiſſet. Secundum tempus fuit Alexandri III. in *noſtre cap. Epiſcopus* 4. *hoc titulo*, ibi declaravit Epiſcopum, qui culpa ſua aliquem ordinaverit ſine titulo, teneri ei alimenta præſtare, donec in aliqua Eccleſia convenientia ſtipendia conſequatur; unde viſus fuit Alexander III. ſtatim tollere ſuſpenſionem: ſiquidem ſuſpenſis non poſſunt beneficia conferri: *cap. cum bene, de ætate, & qualitate*: *cap. poſtulaſti, de Clerico excommunicato.* Tertium tempus fuit Innocentii III. in *dicto cap. cum ſecundum Apoſtolum*, ubi non ſolum fuit revocata ſuſpenſionis pœna, & proviſum, ut Epiſcopus alimenta præſtaret, ſed etiam inſuper, alia addita fuerunt, ſcilicet ut à ſucceſſore peti poſſint alimenta, vel ab eo qui ordinatum præſentavit. Quartum, & ultimum tempus fuit Concilii Trident. *ſeſſione* 21. *de reformatione*, *c.* 2. *in finalibus verbis*: ubi innovantur pœnæ antiquorum Canonum contra ordinatos ſine titulo, quæ erat pœna ſuſpenſionis, de qua in *dicto cap. neminem*; & in *dicto cap. ſanctorum*: videat omnino plura, & plures, qui velit, apud Acunnam *ad primam Decreti partem*, in *dicto cap. neminem*, 70. *diſt.* Cujacium *in recitationibus ad textum*, in *dicto cap. Epiſcopus* 4. *hoc titulo*: Barboſam *in collectaneis ad textum*, *in dicto cap. cum ſecundum Apoſtolum*, *num.* 7.

9 Septimò, prædictis obſtabit textus in *cap. quorundam*; 23. *diſt. regula, non debet* 22. *de regulis juris. lib.* 6. *l. non debet* 74. *ff. eodem*: in quibus juribus cavetur, quod ſucceſſor ex delicto prædeceſſoris non tenetur: Igitur ſi Epiſcopus aliquem ordinaverit ſine titulo, ipſe ſolus tenebitur alimenta præſtare: non verò ejus ſucceſſor. Qua in difficultate, omiſſa interpretatione, quem refert Gloſſa, *verbo, ſucceſſores*, in *dicto cap. cum ſecundum Apoſtolum.* veriſſimè eſt dicendum, Clericos ordinari ad neceſſitatem, & augmentum ſacri cultus: ſi tamen ſine beneficio, & congrua ſuſtentatione ordinentur, Epiſcopis incumbit ſuſtentationis onus: ut conſtat ex *juribus ſuprà traditis*: ipſo autem mortuo debeat, nec nè, ſucceſſor conveniri? controverti poterat: cum ex delicto unius, alii prægravari non debeant, ut conſtat ex *juribus in argumento adductis*; teneri tamen ſucceſſorem conſtat ex *dict. c. cùm ſecundum Apoſtolum*, & *ca. accepimus. de ætate & qualitate*: nituntur què eleganti ratione, qua ſolvitur dubium ſuprà adductum: quia ſcilicet obligatio in Eccleſiæ utilitatem contracta eſt: ac propterea durat in ipſa Eccleſia, quod onus tranſit in ſucceſſorem ratione adminiſtrationis: cùm ſucceſſor, adminiſtrator ſit ejuſdem Eccleſiæ: *cap. poſſeſſiones, ca. final.* 16. *q.* 1. *cap. regenda.* 10. *q.* 1. *cap. conquerente, de officio Ordinarii.* Limitatur tamen hæc ſententia caſu, in quo Epiſcopus, qui pauperem Clericum ordinavit, hæredem ſcripſit, ſeu reliquit: nam tunc ejus hæres, non Eccleſia, vel ſucceſſor Epiſcopus tenebitur alimenta præſtare: Argumento textus in *cap. final. de ſepulturis*: quod verum eſt, licet contrarium exiſtimet Abb. in *dicto cap. cum ſecundum Apoſtolum*, *num.* 11. tenet Auguſt. Barboſa *in collectaneis ad textum in dicto cap. Epiſcopus* 4. *hoc titulo*, *numero* 3.

10 Octavò, prædictis obſtabit dicere, quod Regulares ſine ullo beneficii titulo ordinari poſſunt: neque illis conſulere Epiſcopus tenetur, *dicto cap. neminem*, 70. *diſt.* igitur ad Ordines ſuſcipiendos non eſt uſque adeò neceſſarius titulus. Quod dubium dilues, ſi dixeris in Religioſis reperiri titulum ad Ordines Eccleſiaſticos ſuſcipiendos; ſiquidem monachatus loco tituli habetur: ut docent Hoſtienſis, & Panormit. in *cap. ſuper ordinata. num.* 10. *hoc titulo* Rebuffus *in praxi, titulo, Regularia beneficia n.* 6. cum hujuſmodi onus pertineat ad monaſterium, ut docent præcinati Authores: & probatur in *dicto cap. neminem*, 70. *diſt.* ibi *aut in monaſterio*: & in dicto Concilio Tridentino *ſeſſione* 21. *cap.* 2. illis verbis: *ſecularis Clericus*, quaſi diceret, aliud eſſe obſervandum in Religioſis; ſecus dicendum in Regularibus non profeſſis: ut refert Barboſa *in remiſſionibus* ad Concilium Trid. *in dicta ſeſſione* 21. *c.* 2. verſ. *ne quis deinceps Clericus ſecularis.* Emmanuel Rodriguez *in quæſtionibus Regularibus, tomo* 3. *quæſt.* 23. *art.* 3.

Nonò, obſtat textus in *cap. ſi Epiſcopus*, *de præbendis lib.* 6. ubi Epiſcopus, qui Clericum ſine titulo ad ordines ſuſcepit, non tenetur ei providere. Verùm reſpondendum eſt, *textum* illum procedere, quando ordinatio illa fuit commiſſa alteri Epiſcopo: nam tunc is, qui commiſit, tenetur providere; non verò is, qui ordinavit; cum in culpa eſſet ex eo, quod de titulo antea non quæreret. Notat Barboſ. *in collectaneis ad eundem textum.*

Ad textum in cap. Ratio nulla 3. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Bona Eccleſiarum non debet quiſque tanquam propria vindicare.*

2 *Bona Eccleſiæ ſunt oblata, ut pro ipſis offerentibus oretur, & pauperes ex eis alantur.*
Datum pro communi utilitate, propriis cujuſque uſibus applicari non debet.

3 *Expenditur textus in* cap. pervenit 2. de fidejuſſoribus.

4 *Exponitur textus in* cap. relatum 12. de teſtament.

5 *Declaratur textus in* cap. niſi eſſent 21. de præbend. & dignit.

6 *Perpenditur textus in* l. Labeo, C. de commun. rerum alienatione: l. ſervi electione, §. 1. ff. de legatis 1.

7 *Proponitur quomodo procedat textus in* l. Civitates 8. ff. quod cujuſque univerſitatis nomine.
Bona civitatis publica ſunt, & extra commercium noſtrum habentur; ita ut vendi, & alienari non poſſint.

8 *Interpretatur textus in* l. inter publica, ff. de verb. ſignificatione.

CONCLUSIO.

1 *Bona Eccleſiarum non debet quiſquam tanquam propria vindicare.* Conſonat textus in *cap. ratio nulla*, 17. *quæſt.* 4. *cap. Clericus*: 1. *quæſt.* 2. *cap. quæ ad perpetuam*: 25. *quæſt.* 1. *cap. ſcias*: 7. *quæſt.* 1. *cap.* 1. & 2. 54. *diſtinct. cap.* 1. *de emptione, & venditione. cap.* 2. 84. *diſt. cap. in re communi, de re judicata: lib.* 6. *cap. final.* 16. *quæſt.* 1. *Clementinæ, quia contingit, de Religioſis domibus; cap. qui manumittitur*, §. *final.* 22. *q.* 1. comprobari etiam poteſt ex textu in *l. in tantum*, *ff. de rerum diviſione*, *l.* 2. & *l. falſos*, *Cod. de commun. rerum alienatione*: *l.* 1. *l. Imperatores*, §. *item rescripſerunt*, & §. *final. ff. de adminiſtratione rerum ad civitatem pertinentium*: *l. ſi legatum*, §. *final. ff. de operibus publicis*: *leg. mancipia*, *leg. penult.* & *ultima*, *Cod. de ſervis fugitivis*: *leg. Celſus* 6. *ff. de contrahenda emptione*: *leg. uſucapionem*, *ff. de uſucapionibus*: *authent. res quæ*: *Cod. communia de legatis, leg.* 3. *titulo* 16. *partita* 1. *leg.* 2. *titulo* 28. *partita* 3. Exornat Bellet. *diſquiſit. Clerical. parte* 1. *titulo de exemptionibus Clericorum*, & *eorundem bonorum*: §. 1. *num.* 14. Nicolaus Garcia *de Beneficiis, parte* 2. *cap.* 1. Emmanuel Rodriguez *quæſtionum Regularium tomo* 3. *quæſt.* 77. *articulo* 4. Covarruv. *in cap. cum in officiis*, *de teſtamentis*: Loazes *de matrimonio Regis Angliæ*: *folio* 21. *columna* 2. *num.* 1. Azevedo *in leg.* 2. *tit.* 7. *lib.* 7. *Recopilationis*, à *numero* 2. cum tradiis à Cenedo *in collectaneis ad Decretales*, *collectan.* 12. *numero* 5. Barboſa *in collectaneis ad noſtrum*

textum numero final. Donellus *lib. 4. commentariorum, c.* 1. & 4. ubi plures refert Illigerus.

2 Ratio eſt : quia bona ſunt Eccleſiæ oblata, ut pro ipſis offerentibus oretur, & inde pauperes alantur; & nulla ratio permittit, ut quod pro communi utilitate datum eſſe cognoſcitur, propriis cujuſquam uſibus applicetur; ſiquidem ſumma eſt ratio, quæ pro Religione facit; *leg. ſunt perſonæ* 43. *in fine*, *ff. de religioſis*, & *ſumptibus funerum* : merito ea adminiſtrantes, propriis uſibus, vel extraneis, ultra illas neceſſitates, quibus deſignatæ ſunt, non poterunt diſtribuere : cum juxta officia eis commiſſa, debeant ad publica commoda attendere, excluſis particularibus : *Authentic. res quæ*, *Cod. communia de legatis*; cùm major ratio excludat majorem : *l. ſi debitori*, *in fine ff. de fidejuſſoribus leg cui pacto. ff. de ſervis exportandis cap. bona* 1. *de poſtulatione prælatorum*: *capit. licet*, *de Regularibus*; ſiquidem in re communi potior eſt conditio prohibentis, *capit. fin.al.* 16. *quæſtione* 1. *capit. quæ ad perpet.* 25. *quæſtione* 1. Concilium Tridentinum *ſeſſione* 22. *de reformatione*, *c.* 11.

3 Primò, obſtat textus *in capit. pervenit* 2. *de fidejuſſoribus*; ubi præbendæ fructus, qui in communem pauperum ſuſtentationem convertendi ſunt, privatis uſibus applicantur, ſcilicet ad dimittendos beneficiarii creditores : ergo quod commune eſt, privatis uſibus applicatur. In cujus *textus* difficultate, omiſſis plurimis interpretationibus traditis à Columella *de redditibus*, *cap.* 24. & relata à Gloſſa *in cap. de multa hoc titulo*, verſ. *c. proventibus*, *in principio*. Verius dicendum eſt, diſtinctione adhibita, ut ſi debitum contractum ſit ad Clerici neceſſaria alimenta, eo in caſu ex beneficii fructibus creditoribus ſatisfieri debet, & in alimentorum loco eſt debitum ſubrogatum; & ita interpretandus videtur textus *in dicto capit. pervenit* 2. *de fidejuſſoribus*; ſic autem propter alias cauſas, vel propter delictum, debitum ſit contractum, tunc creditores ex fructibus beneficii dimittendi non ſunt. Obtinuit tamen beneficiorum fructus ſequeſtrari poſſe, *capit.* 2. *de ſequeſtratione poſſeſſionis*; *Clementina unica*, *eodem titulo* : obtinuit etiam, ut creditoribus applicentur, *dicto cap. pervenit*, *capit.* 1. *de depoſito*; itaque beneficiorum fructus hac in parte, non tanquam communes, ſed tanquam propri reputantur, cum prius beneficiario deb antur, *capit. de his*, *de Eccleſiis ædificandis*; *capit. Paſtoralis*, *de his*, *quæ fiunt à Prælato* ſine: Barboſa *in colle taneis ad hunc textum*, *numero* 3. quam ſolutionem tetigit Abbas *in dicto cap. de multa*, *hoc titulo*, *num.* 17.

Secundò, obſtat textus *in cap. relatum*, 12. *de te-*
4 *ſtamentis*. Ubi apparet quemquam ex vi conſuetudinis poſſe intuitu Eccleſiæ quæſito, quæ bona ad Eccleſiam pertinent, & communia ſunt, *cap. quia nos*, *cap. cum in officiis*, *de teſtamentis*, applicare Religioſis, famulis, & conſanguineis. Verum reſpondendum eſt, conſuetudinem illam relinquendi, & applicandi bona intuitu Eccleſiæ quæſita famulis, & religioſis piam, & laudabilem eſſe : dum tamen admodum non ſint exceſſiva, ſed modica : veluti ſi meritum remunerationi æquivaleat : nam cùm applicatio illa in remunerationem ſervitii, & ex gratitudine facta ſit, juſta de cauſa illa donatio, & conſuetudo admittitur, ut de rebus illis etiam intuitu Eccleſiæ quæſitis, quæ communia ſunt, poſſit quis inter Religioſos, famulos, & conſanguineos aliquid diſtribuere. Notat Azor. *inſtitutionum moralium parte* 2. *lib.* 8. *cap.* 4. verſic. *& hæc omnia*; Velaſcus *de partitionibus*, *capit.* 35. *numero* 7. Barboſa *in collectaneis ad textum in dicto cap. relatum* 12. *num.* 7.

Tertiò, obſtat textum in *cap. niſi eſſent* 21. *hoc titulo*
5 *de præbendis*, ubi bona Eccleſiaſtica inter duos etiam privatos dividuntur, & uniuſque certa pars applicatur. Ad quam reſpondendum eſt, deciſionem textus *in dicto cap. niſi eſſent*, continere caſum ſpecialem inter duos de Prioratu contendentes : alteri namque datur Prioratus : alteri verò certa fructuum pars adjudicatur : quod pro loco pacis à Pontifice fuit toleratum; & quando prædium prædictæ ſpectat, vel inter partes dividitur, ut *in cap. ex literis*, *de præbationibus*; non applicatur privatis uſibus, ſed religioſis, & publicis & divino cultui dictis : atque ideo, cum ad priſtinum, & pleriſque ſtatum reducantur, diviſio, & adjudicatio illa rectè permittitur, nota Gloſſa, *ibidem*, junctò verbo, *applicentur*: Abb. *num.* 3.

Quartò, obſtat textus *in leg. Labeo*, *Cod. de com-* 6
mun. rerum alienatione : *leg. ſervi electione*, §. 1. *ff. de legatis* 1. ubi res communis tanquam propria alienari, & in proprios uſus converti poterit. Quod dubium dilues, diſtinctione adhibita : nam aut bona ſunt communia ut univerſis, aut ut ſingulis : primo caſu dominium in illis non adquiritur, *cap. qui monachitur*, 22. *quæſt.* 2. *leg. in tantum*, *ff. de rerum diviſione*. Secundò verò, quando ſunt communia ut ſingulis, quilibet pro ſua parte poteſt de ea ad libitum diſponere : & ita eſt interpretandus textus *in dicto leg. Labeo* cum ſimilibus *ſupra* ad duc. ſeſcentos quoad depoſitionem integræ retinut docet Abbas *in præſenti*, *à num.* 2.

Quintò, obſtat textus *in leg. Civitates* 8. *ff. quòd* 7
cujuſque univerſitatis nomine, ubi apparet, quod in bonis publicis Civitatis miſſio in poſſeſſionem fieri poteſt : & ſimiliter vendi poterunt, & in privatum creditorem tranſferri : Augetur difficultas ex eo, quod bona Civitatis publica ſunt, & extra commercium noſtrum habentur : ita ut vendi, & alienari non poſſint, *leg. ſed Celſus*, *ff. de contrahenda emptione* §. *univerſitatis*, *Inſtitut. de rerum diviſione*. *l.* 2. §. 1. *ff. nequid in loco publico* : *leg. inter publica* 17. *ff. de verborum ſignificatione*. Verum huic difficultati reſpondendum eſt, res fiſcalis, vel Civitatis, quæ in patrimonio Principis, vel Civitatis ſunt, non propriè eſſe publicas : ſed ideo *publica* appellantur *in dicta leg. inter publica*, 17. quia à perſona publica poſſidentur (hoc eſt) à Principe, Populo, vel Civitate : at verò bona illa, quæ non ſunt in patrimonio Civitatis, propriè publica appellantur : veluti flumina, portus, viæ Regiæ, & ſimilia : quæ verò ſunt in patrimonio Civitatis, quarum uſus communis eſt civibus & incolis, dicuntur communia Civitatum, ut Paſcua, inſulæ, theatra, & ſimilia, ut in §. 2. & §. *univerſitatis*, *Inſtitut. de rerum diviſione* : *leg.* 2. §. 1. & §. *ait prætor*, *ff. nequid in loco publico*. Notat Donellus *lib.* 4. *commentariorum*, *cap. ſecundo*, & *quarto*, Illigerus ad eundem *in dicto cap.* 2. *litera A*. Vultejus *in methodo*, *lib.* 1. *cap.* 66.

Sextò, ſolutioni valde obſtat Ulpiani reſponſum 8
in leg. inter publica 17. *ff. de verborum ſignificatione*, verſ. *inter publica habemus*, *non quæ publicis uſibus ſunt deſtinata* : ex quibus verbis manifeſtè conſtat res, ſeu bona publicis uſibus deſtinata, veleti theatrum, & ſimilia non eſſe publica. In qua juris contrarietate, omiſſa interpretatione, quam refert Vultejus *ubi ſupra*, *cap.* 66. verius eſt dicendum, res publicis Civitatis uſibus deſtinatas non eſſe publicas, ſcilicet cum illa adjectione, quod non ſint publicæ patrimoniales, ut peculia ſervorum prata, & ſimilia, de quibus in calce *ejuſdem legis* mentio habetur : at verò publica ſunt cum publicis Civitatis uſibus deſtinentur: quam diſtinctionem Juris Conſultus *in dicto l.* 17. expreſſe agnovit, & diſertè obſervavit ex Celſo Pomponio *in dicto leg. ſed Celſus*, *ff. de contrahenda emptione*, in illis verbis, *publica*, *quæ non in pecunia populi habentur* : *ut Campus Martius* : alia plura jura contraria refert Illigerus ad Donellum *dicto lib.* 4. *c.* 2. & 4. *litera A*.

Ad

Ad textum in *cap. Episcopus* 4. *hujus tituli.*

COmmentaria hujus textus sunt petenda ex his, quæ suprà retulimus *in cap.* 1. *hujus tituli.*

Ad textum in *cap. Quia in tantum* 5. *hujus tituli.*

LAtè de materia hujus textus agemus in *capit. de multa* 28. *hujus tituli.*

Ad textum in cap. Cùm teneamur 6. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Pontificis mandato quis non teneatur conferre beneficium ei, qui tacuit in rescripto antea obtentum.*
2 *Rescripta, & mandata Pontificis ex ejus voluntate, & intentione dependent.*
3 *Interpretatur textus in* cap. si proponente 41. de rescriptis.
4 *Exponitur textus in* cap. ad aures 8. de rescriptis.
Appellatione beneficii majores etiam Dignitates comprehenduntur.
5 *Perpenditur textus in* cap. gratia, de rescriptis, lib. 6.
6 *Rescriptum, tacita impetrantis dignitate, subreptitium est.*
Rescripta gratiæ, & justitiæ, inter se differunt.
Declaratur textus in cap. ad aures 8. de rescriptis.
7 *Mandatis Pontificis non obtemperare nefas est.*
8 *Proponitur ratio textus in* cap. Pastoralis 18. §. quia verò: de officio delegati; *& conciliatur cum* cap. inter cætera 9. de re judicata, cap. si quando 8. de officio delegati.
9 *Mandatis Apostolocis non obedire sacrilegum, & iniquum est.*
Peccatum committi non potest propter vitandum scandalum.

CONCLUSIO.

1 EX *mandato Pontificis quis non tenetur conferre beneficium ei, qui tacuit in rescripto primum antea obtentum, vel cui sine scandalo provideri non potest*, Consonat textus *in cap. ad aures* 8. vers. *literas, cap. mandatum*: *cap. si quando, cap. super literis* 22. *de rescriptis*; *cap. ad audientiam* 31. *cap. in nostra* 32. *eodem titulo*: *cap. non potest* 21. *cap. si motu proprio, de præbendis lib.* 6. *Clementina, si Romanus* 4. *eodem titulo. Clementina final. de officio Ordinarii*: exornant Thomas Sanchez *lib.* 8. *de matrimonio: disp.* 21. Guttierrez *lib.* 2. *Canonicarum quæstionum, cap.* 15. *n.* 18. Flaminius *lib.* 10. *de resignatione beneficiorum, quæst.* 2. *n.* 69. Petrus Gregorius *ad titulum de rescriptis, in dictis juribus*: Azevedo *in l.* 14. *num.* 29. *titulo* 3. *lib.* 1. *Recopilationis*, Farinacius *in praxi criminali, parte* 3. *quæst.* 97. *n.* 36. *usque ad* 25. Azor. *institutionum moralium parte* 2. *lib.* 6. *c.* 10. *q.* 3. cum traditis à Sahagun *in commentariis ad titulum de rescriptis*, in juribus *suprà* adductis: Barbosa *in collectaneis, in dictis juribus*, & ad *nostrum textum*; Mandosius *de signatura gratiæ*, §. *provisiones: folio* 7. Tiberius Decianus, *consilio* 36. *volumine* 3.

2 Ratio est: quia, cum rescripta, & mandata Pontificis ex ejus voluntate, & intentione dependeant, & cùm ejus intentio non sit habenti sufficiens, pingue beneficium, & aliud concedere, in pauperum Clericorum perniciem, meritò mandata hæc absque Pontificis intentione concessa præsumuntur, & sic viribus carent firmitatis, quia si exprimeretur primum beneficium, Pontifex negaret, secundum, vel difficilius concederet: *dicto cap. super literis; de rescriptis*: ne minores Clerici à potentioribus opprimantur, si alii divites, & alii pauperes fierent: argumento *legis primæ, ff. de alienatione judicii: & leg.* 1. *Cod. ne liceat potentioribus*: quam rationem refert textus *in dicto cap. ad aures, dicto cap. adeo, de rescriptis.*

Alterius *nostri textus* partis ratio est: quia ad evitandum scandalum, à jure communi, ipsiusque regulis sæpè receditur: *Cap. illa*, 12. *distinct. cap. presbyteros*, 95. *distinct. cap. inter verba* 53. 11. *quæst.* 3. *cap. nisi cum pridem, de renunciatione*, cap. 2. versic. *super eo, de novi operis nunciatione*: *l. æquissimum* 16. *in principio: ff. de usufructu*: meritò si in mandato Apostolico Judex scandalum considerabile viderit imminere, poterit impunè non obtemperare: ut docet noster textus ad hoc celebris, juncta ejus Glossa *penultima*: Hostiensis, Joannes Andreas, Abbas, & Imola *in præsenti.*

Primò, obstat textus *in cap. si proponente* 42. *de rescriptis.* Ubi decisum est in impetratione secundi beneficii faciendam esse mentionem primi, quamtumvis modici, & exigui: quod omnino est contra ea, quæ in *nostro cap.* proponuntur, cùm tantum desideretur, ut mentio primi beneficii fiat, si ex eo impetrans commodè sustentari possit: non autem si exiguum vel modicum sit. In cujus textus difficultate, omissa Glossæ sententia *in d. c. cum adeo* 8. *de rescriptis*, verbo, *de præbenda*: dum asserit generaliter, qualecumque sit beneficium, exprimendum fore in impetratione secundi: quæ convincitur ex textu *in dicto cap. postulasti, de rescriptis*: & ex textu nostro, in quibus cavetur, omissionem prioris beneficii sufficientis tantum viciare impetrationem alterius: Quare verius respondendum est, inspecto Decretalium jure non fuisse opus, modicum beneficium in alterius impetratione exprimere: sed sufficientis tantum beneficii expressionem desiderari: ut ex nostro *textu*, & ex *dicto cap. postulasti*, colligitur: jure verò *Sexti* noviore, etiam modicum exprimere necessarium est: ut constat ex textu *in dicto cap. non potest* 21. *cap. si motu proprio, de præbendis lib.* 6. aliàs impetratio literarum non valebit: nisi *Motu proprio* concessæ fuissent; in quo omne aufertur subreptionis vitium: *d. cap. si motu proprio*; *dicta Clementina, si Romanus.* Neque contrarium probat textus in *dicto cap. si proponente* 42. *de rescriptis*: quia loquitur de eo, qui expressit se nullum beneficium habere, cùm modicum habuisset: quæ falsitatis expressio nullam reddit gratiam, veluti fraudulenter obtentam: ut constat ex illius textus serie, *cap. super literis* 20. *de rescriptis* quam interpretationem tenet Flaminius *dicto lib.* 10. *de resignatione beneficiorum, quæst.* 2. *numero* 69. Barbosa *in collectaneis ad eundem textum, d. num.* 2. 3

Secundò, obstat textus in *c. ad aures* 8. *de rescriptis*, ubi Decani, & Archidiaconi beneficiarios se esse dicebant in impetratione majoris beneficii, ut ex *litera textus* constat, & nihilominus rescriptum non tenet. Augetur difficultas ex eo, quod appellatione *Beneficii*, majores etiam Dignitates comprehenduntur; *cap. unico, ut Ecclesiastica beneficia*: *cap. majoribus, de præbendis*; *cap.* 2. *de concessione præbendæ*; *cap.* 1. *de regulis juris, lib.* 6. Ergo quamvis mentio beneficii fuerit facta, rescriptum vitiosum censetur. Ve. ùm respondendum est, ideo ibi rescriptum vitiosum censeri, quia licèt expressio Dignitatis fuisset facta in genere, ex versiculo illo, *simplici nomine*, non tamen fuit scripta in specie, cùm nomen Dignitatis, & ejus circumstantias exprimere necesse sit: cum ex illis Pontifex moveri possit. Notant Doctores omnes *in capite in nostra, de rescriptis*: nam quoties lex expressionem verborum pro forma requirit, non sufficit expressio sub involucro, *cap. qui ad agendum, de procuratoribus lib.* 6. *leg. sed & si quis*, §. *quæsitum, ff. si quis cautionibus*: notat Barbosa 4

in

in collectaneis ad eundem textum, *numero* 2. Nam licet *Beneficii* nomine, majores etiam Dignitates comprehendantur ex *juribus ſupra adductis*; tamen id ceſſat, ſi res, natura, aut ratio, de qua agitur aliud poſtulet. Ac proinde *in dicto cap. ad aures*, ceſſat ratio ſuprà adducta; cùm ſpeciale Dignitatis nomen deſideret: latè refert Sahagun *in commentariis ad eundem textum*, *à num.* 3.

5 Tertiò, obſtat textus in *cap. gratia* 7. *de reſcriptis lib.* 6. ubi apparet taciturnitatem beneficii primi non vitiare reſcripti impetrationem in ſecundo. Verùm reſpondendum eſt, regulam noſtri textus limitari in ſpecie tradita in *dicto cap. gratia*, *de reſcriptis lib.* 6. nam cum impetrans ignoraſſet aliud beneficium ſe habere; illa probabilis ignorantia eum excuſat à relatione: atque ideo ſubreptitium non dicitur reſcriptum nec vitioſum: rurſus quia collatio facta cenſetur ſine Tertii præjudicio, *cap. conſtitutus* 19. *de reſcriptis lib.* 6. præterea, quia Pontifex aliàs erat conceſſurus, *capit. ſuſceptum*, *de reſcriptis lib.* 6. Notat Selva *de beneficiis* 3. *parte*, *quæſtione* 12. *numero* 83. Corraſius *in paraphraſi ſacerdotum*, 4. *parte numero* 38. Menochius *de arbitrariis*, *caſu* 201. *numero* 12. Bernardus *regula* 324. Barboſa *in collectaneis ad textum in dicto cap. gratia*, *à numero* 5.

6 Quartò, obſtabit textus *in cap. cæterum* 3. *cap. ſi autem* 9. *cap. plerumque* 23. *de reſcriptis*; *cap. ut debitus* 59. *de appellationibus*, in quibus juribus patet reſcriptum jure directo valere, donec irritetur: at reſcriptum, tacita impetrantis dignitate, ſubreptitium eſt *cap. ſuper literis* 20. *de reſcriptis*: Ergo ſimiliter in *textu noſtro* valere debet, donec irritetur. Verum reſpondendum eſt, diſcrimen verſari inter reſcripta gratiæ ad beneficia obtinenda, & inter reſcripta juſtitiæ ad lites peragendas: priora ſunt irrita ipſo jure, non facta mentione Dignitatis, ſeu beneficii antea obtenti, ex *textu noſtro*, cum ſimilibus *ſuprà* adductis: poſteriora verò juſtitiæ quoad lites, etiam ſi ſubreptitia ſint, valent, donec irritentur: & ita obtinent jura omnia ſuprà adducta. Neque diſtinctioni obſtat textus in *cap. ad aures* 8. *de reſcriptis*; ubi reſcriptum quoad lites beneficii impetratum nullum eſt ipſo jure, conſtat ex verbis illius *textus*, ibi, *actor*, quod nomen ad judicii formam neceſſarium eſt, *leg. actor*, *Cod. de probationibus*; *cap. forus*, *de verborum ſignificatione*: Quia reſpondendum eſt, in ſpecie illius textus, dolum præceſſiſſe: quo in caſu nulla differentia extat inter reſcriptum gratiæ, vel juſtitiæ, *cap. ſedes* 15. *de reſcriptis*: ſiquidem dolus, & fraus nemini patrocinatur: præcipuè, ſi Principem fallere procurat: *l.* 1. *Cod. de his, quæ à non dominis*: *l.* 1. *Cod. de natalibus reſtituendis*; *cap. dicenti*, §. *& ſi legibus*: 25. *quæſt.* 2. merito in *dicto capit. ad aures* 8. reſcriptum illud ad lites, tacita impetrantis dignitate, contra pauperes Clericos ſuper minoribus beneficiis impetratum, ipſo jure nullum eſt: Notant Decius, & Beroius, *ibidem*, *num.* 14. Rebuffus 2. *tomo*, *titulo de reſcriptis*, *num.* 94. Menochius *dicto caſu* 201. *num.* 2.

7 Quintò, obſtabit dicere, mandatis Pontificis non obtemperare neſas eſſe, *c. qui reſiſtit* 94. 11. *quæſt.* 3. etiam ſi intolerabilia ſint, *cap. in memoriam*, 19. *diſtinctione*, vel etiam ſi injuſta ſint, *cap. Paſtoralis* 28. §. 1. *de officio delegati*; aliàs non obtemperans eſt arguendus, & puniendus, *cap. prudentiam* 21. §. *adiicimus*, *de officio delegati*: ergo ex nulla cauſa negari poteſt Apoſtolici mandati exequutio. Verùm reſpondendum eſt, quod in *textu noſtro*, non negatur Pontificis poteſtas, neque voluntas: cùm veritas, & juſtitiæ ratio poſtulat ex illa tacita veritate, quod reſcripti exequutio non fiat: quo in caſu Judex neque arguendus, neque puniendus eſt. Cùm ceſſet ratio *dicti* §. *adiicimus*; ut in *dicto cap. ad aures* 8. *de reſcriptis*. Secus verò eſt dicendum, quando ex contemptu, vel malitia non obtemperaverit: ut in *juribus ſuprà adductis*. Neque obſtat textus *in dicto cap. in memoriam* 19. *diſtinct.* Quia procedit, quando conſtat de expreſſa Pontificis voluntate: nam tunc dictum mandatum ſit durum, vel aſperum, reverenter adimplendum eſt argumento textus in *l. proſpexit*, *ff. qui*, *& à quibus*: at verò ſi de iniquitate conſtiterit, adimplendum non eſt: veluti ſi legi divinæ, vel naturali contrarium eſt argumento textus *in capit. ſunt quidam dicentes*: 25. *quæſt.* 1. §. *ſed naturalia*, *Inſtitut. de jure naturali*: nam tunc Deo magis, quàm hominibus obedire oportet; *cap. ſi Dominus*, 93. *diſt. cap. Julianus* 94. 11. *quæſt.* 3.

Sextò, prædictis obſtat textus *in cap. Paſtoralis* 18. 8
§. *quia verò*, *de officio delegati*; ubi mandatum delegati Apoſtolici etiam injuſſum exequi debet: ergo à fortiori Pontificis. Verum reſpondendum eſt in ſpecie illius textus, non cognitionem, ſed exequutionem fuiſſe mandatam, de cujus juſtitia exequutor neutiquam potuit cognoſcere. Neque ſolutioni obſtat textus *in cap. inter cætera* 9. *de re judicata*; *cap. ſi quando* 8. *de officio delegati*; ubi apparet iniquum judicis mandatum non eſſe exequendum; imò appellandum ab eo: *cap. ſuper eo* 15. *de officio delegati*: Quia reſpondendum eſt, caſus eſſe diverſos, & contrarios: quia *in dicto* §. *quia vero*, licet Delegati ſententia injuſtè fuerit pronuntiata: poſtquam tamen tranſiit in rem judicatam, exequutioni mandanda eſt: ſibi enim imputet, qui appellationem non interpoſuit; *cap. final.* §. *ſi vero* 2. *quæſt.* 6. *cap. cum inter* 17. *&* 16. *de re judicata*: atque ideo Ordinarius ſciens ſententiam injuſtam contra jus litigatoris fuiſſe, eam nihilominus exequutioni mandare debet: quia non cognitioni, ſed exequutioni jam locus eſt: cæterum in *dicto cap. ſi quando* 8. Delegatus beneficiarium in poſſeſſionem abſque titulo inducens perſe, vel per miniſtrum ſuum, cauſam præbet Ordinario, ut intruſum in ſua Diœceſi admittat: unde ex ſtricta juris diſpoſitione violenter reſiſtere poſſet: ſed propter Delegati authoritatem, reſpondit Pontifex, ut non reſiſtat, ſed precibus à Delegato petat, ut mandatum revocet: quod ſi non revocaverit, poterit appellationem interponere: ut in *dicto cap. ſuper eo* 7.

Septimò, obſtabit dicere, quod non obedire man- 9
datis Apoſtolicis, ſacrilegum, & iniquum eſt: *cap. in memoriam*, 19. *diſtinct. cap. Dominus*, *cap. Julianus*, 1. *diſt.* ſed propter vitandum ſcandalum, peccatum committi non debet *cap.* 2. *de novi operis nunciatione*; *cap. inquiſitioni* 44. *de ſententia excommunicationis*; *cap. qui ſcandalizaverit*, *de regulis juris*. Ergo licet ſcandalum immineat, non licebit à mandato Pontificis diſcedere: cùm non obtemperando, peccatum, & ſacrilegium committatur. Verùm reſpondendum eſt, propter ſcandalum, Pontificis mandato non obtemperare licitum eſſe: cum appareat ſcandalum ex eo ſequi; ſed hoc verum eſt, ſi juſta, & rationabilis cauſa intervenerit: neque ex contemptu, vel malitia factum fuerit: Aliàs autem, ſi ex contemptu, vel malitia non fuerit obtemperare ſacrilegium erit: & ita obtinent jura in *argumento adducta*.

Ad textum in *cap. Referente* 7. *hujus tituli.*

SUper hunc textum videre oportet ea, quæ infrà dicemus in *cap. de multa* 28. *hoc titulo*.

Ad textum in *cap. Majoribus* 8. *hujus tituli.*

COmmentaria ad hunc textum ſunt petenda ex his, quæ *infra* dicemus *in cap. unico*, *ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur*; & in *titulo de rerum permutatione*.

Ad

Ad textum in capit. Relatum 9. cap. Dilectus 19. cap. Dilectus 27. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Receptus in Canonicum ex promissione Capituli debet, quando facultas se obtulerit, habere præbendam.*
2 *Canonicus sine præbenda proficere non potest.*
3 *Promissio præbendæ non vacantis, jure, & ratione prohibita est.*
4 *Expenditur text. in* c. tuæ 20. c. dilecto 25. vers. si vero, de præbendis.
5 *Canonicus sine præbenda, quando, & quomodo constare possit.*
6 *Exponitur text. in* c. dilectus 27. de præb. & dignitatibus.

CONCLUSIO.

RECeptus in Canonicum ex promissione Capituli debet quando facultas se obtulerit, habere præbendam. Cõsonat textus in *dict. cap. relatum 9. c. dilectus 19. cap. dilectus 27. cap. pro illorum 22. cum secundum Apostolum, cap. licet 32.* cum aliis *hoc titulo cap. M. F. de constitutionibus: cap. cum qui, cap. quamvis 8. cap. mandato 10. cop. si Clericus 11. cap. si postquam 13. cap. si is cui 39. hoc titulo li. 6. cap. final. de rescriptis, cap. si Capitulo, cap. si soli, cap. final. de concessione præbendæ, li. 6. cap. cum super 8. de concessione præbendæ; leg. 1. in fine, ff. de pactis: leg. 1. ff. de constituta pecunia: cap. 1. & 3. de pactis; l. 41. ad legem Aquiliam: leg. 11. tit. 16. part. 3.* Exornant Hostiensis *in summa, de præbendis,* §. 1. Duarenus *de sacris Ecclesiæ ministeriis, li. 2. c. 8.* Cardinalis *in Clementina ultima, num. 2. de rescriptis*: Gomezius *in regula, de Impetrantibus quæst. 1. & 4.* Rebuffus *in praxi, titulo, de reprobat. beneficii viventis impetrat.* Mandosius *regula 11. quæst. 10. num. 9.* Duenas *regula 285.* Valascus, *consilio 72. numero 11.* Gonzalez *ad regulam 8. Cancellariæ, glossa 5. §. 1. num. 16. & 17.* Oyeda *de beneficiis, 1. parte cap. 12. Staphilæus de gratiis expectativis, in prima forma, num. 7.* cum traditis à Cenedo *in collectaneis ad Decretales, collectanea 10. num. 5.* Barbosa *in collectaneis ad textum in dicto cap. cum super 8. de concessione præbendæ; num. 3.* & in dict. *c. dilectus 19. hoc titulo n. 2.*

2 Ratio est: quia recepto in Canonicum præbendam non dare indignum, & indecorum est: cum Canonicus sine præbenda proficere non possit, sicuti corpus sine anima naturaliter vivere, *cap. si quis objecerit, 1. quæst. 3.* cum Canonicus sacris, seu divinis ministeriis deserviat, meritò ab Ecclesiæ fructibus alendus est: *cap. cum secundum Apostolum, hoc titulo; cap. final. de rescriptis, lib. 6.* atque ideo interim dumtaxat percipit distributiones quotidianas: *cap. dilectus 27. cap. licet 32. hoc titulo*; & cum primum facultas se obtulerit, ita recepto debetur præbenda: *dict. cap. dilectus, cap. cum super, de concessione præbendæ*; siquidem grave sit fidem fallere, *cap. 1. & 3. de pactis: leg. 1. ff. de eodem*; cum postquam Canonicus factus, præbenda ei debeatur: quia præbenda oritur ex Canonicatu, sicut filia ex matre: cum eo ipso, quod sit Canonicus debeat fructus habere, *c. relatum, in fine, hoc titulo, c. dilectus, de concessione præbendæ.*

3 Primò, obstabit dicere præbendæ non vacantis promissionem jure, & ratione prohibitam esse: Jure ex *Concilio Lateranensi* relato *in cap. 2. de concessione præbendæ; cap. relatum, cap. ex tenore, eodem titulo.* Ratione, ne detur votum captandæ mortis alienæ, ut in *dictis juribus* habetur: sed in præsenti præbenda non-dum vacans fuit promissa à Capitulo, ut ex *litera textus* constat: ergo & lege, & ratione id fieri non potuit. Verùm huic dubio respondendum est, Expectativam ad Ecclesiastica beneficia concedi posse in consequentiam provisionis Canonicatus: nam si quis per Capitulum in Canonicum fuerit receptus, poterit à Capitulo consequenter ex vi illius generalis provisionis petere præbendam primò vacaturam; & ita obtinet *nostri textus* decisio, quæ non est contra generalem expectativarum prohibitionem, de qua *in dict. cap. 2.* cum *similibus*: quia hæc prohibitio procedit solum in expectativis, & promissionibus factis ab homine; non verò à lege, ut exprimunt verba textus *in dicto capit. 2.* versicul. *qui promittunt*: juncto versiculo *promissiones suas*: at verò in specie *nostri textus*, promissio illa facta jam recepto in Canonicum, non censetur in effectu facta ab homine, sed à lege: siquidem in promissione illa tantum exprimitur illud, quod ad præbendam vacaturam semel receptus habet ex ipsa legis necessitate: juxta textum *in cap. cum M. de constitutionibus; cap. si postquam, hoc titulo.* Unde promissio illa potius legis, quàm hominis dicitur: argum. text. in *lege 3. ff. de legatis 3.* notat Duennas *regula 285.* ita similiter est interpretandus text. *in cap. cum super 8. de concessione præbendæ.*

4 Secundò, solutioni obstat textus in *cap. dilectus 19. hoc titulo*, versiculo, *& vacaturam expectare præbendam.* Ex quibus verbis constat, quod etiam si quis à Capitulo in Canonicum sit receptus, & ei sit promissa præbenda proximè vacatura ex consensu Capituli, & Legati Sedis Apostolicæ, promissio illa non tenet, tanquam facta contra prohibitionem Concilii Lateranensis, atque ideo Pontificis dispensatio fuit necessaria, ut patet *in versiculo, Nos.* Verùm hujus textus difficultatem effugies, si dixeris promissionem, de qua ibi, non fuisse factam in consequentiam receptionis in Canonicum; sed potius principaliter ante ipsam receptionem, siquidem fuit facta in ipsamet compositione, quæ intercessit ante receptionem; meritò, cum non à lege, sed ab homine facta promissio dicatur, justa de causa in *dicto versiculo* facta dicitur contra prohibitionem Concilii Lateranensis. Notant Imola, & Decius, *ibidem, num. 4. & 5.* Barbosa *in collectaneis ad nostrum textum, n. 3.*

5 Tertiò prædictis obstat textus in *cap. tuæ 20. cap. dilecto 25. versic. si vero, hoc nostro titulo.* Ex quibus constat, quod neque etiam ratione prædictæ receptionis, poterit receptus expectare præbendam primò vacaturam. Verùm respondendum est jura illa non prohibere expectationem præbendæ primò vacaturæ in genere, de qua nos loquimur; sed in individuo, id est certi hominis: ut apparet ex eo; quia jura illa loquuntur, quando duo expectabant eandem præbendam in individuo, ad quam simul fuerant electi, & ad hanc electionem reprobandam Summus Pontifex *ibidem* arguit, ad evitandum duplex absurdum: primum, quia si divideretur inter duos, esset contra Concilium Turonense, de quo in *cap. majoribus 8. hoc titulo*: secundum, contra Concilii Lateranensis prohibitionem *in dicto cap. 2. de concessione præbendæ*: & tandem concludit utrique eandem præbendam non esse assignandam ex ratione, de qua *ibi*, neque etiam alteri tantum: ne contingat alium manere sub expectatione præbendæ videlicet ejusdem post mortem coelecti obtinendæ ex vi præcedentis electionis; quod cum ita sit nihil mirum, si hujusmodi expectatio etiam ex vi præcedentis in Canonicum receptionis, in *illis juribus* censeatur prohibita à Concilio Lateranensi, de quo *in dicto cap. 3.* cum *similibus*: ut sensit Barbosa *in collectaneis ad nostrum textum, num. 4.*

6 Quartò, prædictis obstabit dicere, Canonicum sine præbenda posse constare, *cap. cum M. F. de constitutionibus; capite in nostra, de rescriptis; capite dilectus 19. capite dilectus 27. hoc nostro titulo; capite si iis, cui 39. hoc titulo lib. 6. capite final. paragr. in illis, de*

conceſſione præbendæ, lib.6. Ergo & in præſenti receptus ſine præbenda ſtare poterit: in qua difficultate dicendum eſt, veram eſſe propoſitionem, Canonicum ſine præbenda ſtare poſſe: ſed hoc verum eſt interim, ſeu quandiu facultas non fuerit oblata: ſed cum primum vacaverit præbenda, ſine ea eſſe non debet: & ita ſunt interpretanda jura omnia *ſuprà* in argumento adducta: nam ex receptione habet jus ad rem, ad præbendam proximò vacaturam: ſed cum primùm vacaverit, habet jus in re: *capite finali. in principio, de conceſſione præbendæ, lib. 6.* Notat Duarenus *dicto libr. 2. de ſacris Eccleſiæ miniſteriis, cap. 8.*

7 Quintò, obſtabit dicere, quod ei, cui debetur præbenda, cum primùm facultas ſe obtulerit, damnum interim illatum emendandum eſt; *c. dilectus 27. infrà, hoc titulo.* ſed in præſenti non emendatur: ergo ex eo, quod ei non datur. Quem nodum diſſolves, ſi dixeris, idcirco *in dicto cap. dilectus*, damnum interim factum emendari; quia in fraudem, & illuſionem mandati Apoſtolici præbendam alii contulerant: at verò in ſpecie noſtri textus, non exigitur illa ſatisfactio; quia Magiſter Jacobus jam in fratrem, & Canonicum fuerat receptus, & diſtributionibus quotidianis erat contentus, ſimul cum præbenda proximò vacatura.

Ad textum in *cap. Avaritiæ* 10. *hujus tituli.*

QUoad hunc textum videre oportet ea, quæ *infrà* dicemus in *tit. ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.*

Ad textum in cap. Significatum 11. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Prælatus & Capitulum poſſunt præbendæ vacanti honeſtum onus imponere.*
2 *Onus dicendi Miſſam Beatæ Mariæ in quolibet die licitum eſt.*
3 *Pactio in ſpiritualibus ſimoniaca eſt.*
4 *Miſſa particularis celebrari non debet quoties Miſſa publica extat.*
Conditio de non recedendo ſpeciem ſervitutis continet.
5 *Perpenditur textus in* cap. non putamus 2. de electione, lib. 6.
Electio, ſeu confirmatio ſub conditione fieri non poteſt.

CONCLUSIO.

1 POſſunt *Prælatus, & Capitulũ præbendæ vacanti honeſtum onus imponere, ad quod præbendarius tenebitur.* Conſonat text. *in cap. ſignificaſti, de electione: cap. eſt hoc attendendum 52. de conſecratione, diſtinct. 1. c. cum creatura, de celebratione Miſſarum: cap. relatum, 10. quæſt. 3. cap. quicunque, de ſimonia: cap. ultimo, 10. quæſtione ſecunda.* Probari etiam poterit ex textu *in leg. ſi convenerit. §. 1. ff. de pignoribus; leg. uſufructu legato digeſtis de uſufructu legato; leg. ſi pendentes, §. ultim. digeſtis eodem.* Exornant Petrus Gregorius *libro ſecundo, ſintagmatum, cap. 6.* Divus Thomas *in 4. diſtinctione 25. quæſtione 2. articulo 3. ad quintum:* Sylveſter *verbo, Simonia, quæſtione 9.* Soto *de juſtitia & jure, lib. 6. quæſt. 6. num. 1.* Navarrus *in manuali cap 29. numero decimo tertiò,* Emmanuel Rodriguez *in Summa tomo 2. cap. 248.* Selva *de beneficiis, parte 3. quæſtione 20.* Rochus *de jure patronatus*, verbo *honorificum, quæſt. 8.* Lambertinus *eodem tractatu quæſtione 3. in principio; artic. 9.* Covarruvias *lib. 3. variarum, capit. 16. numer. 10.* Bonacina *de Sacramentis diſputat. 4. quæſtione ultima, puncto 7. §. 3. num. 4.* Miranda *in Manuali Prælatorum, tomo 1. quæſt. 41. articulo 2.* cum traditis à Barboſa *in collect. ad noſtrum textum num. 3.* & in *dicto cap. 2. de celebratione Miſſarum, num. 3.*

Ratio eſt, quia cum præbenda & beneficium detur 2
propter officium, *dicto cap. cum ſecundum Apoſtolum, hoc titulo, cap. final. de reſcriptis, lib. 6.* & officium judicetur illud, quod ab Eccleſia Eccleſiæquè Prælatis imponitur, juſta de cauſa onus illud licitum dicendi Miſſam Beatæ MARIÆ in quolibet die, & de reſidendo propter lucrum præbendæ ei imponi poteſt ab Epiſcopo, vel Capitulo, à quibus Eccleſia gubernatur; *cap. cum acceſſiſſent, cap. ex parte, de conſtitutionib.* ſiquidem præbendarius ex officii munere obligatus remanet ad onera juſtè impoſita; & ad Epiſcopos pertinet in ſua diœceſi omnia facere, quæ ad ſubditorum ſalutem, & animarum gubernationem viderint pertinere: *c. regenda, cum ſequenti, 10. q. 1.*

Primò, obſtabit textus in *cap. quam pio: 1. quæſt. 2.* 3
cap. final. de pactis, cap. ſuam 29. de ſimonia: cap. tua 34. eodem tit. in quibus juribus conſtat, pactionem præcedentem in ſpiritualibus ſimoniacam eſſe; ſed beneficium eſt jus ſpirituale, *cap. dilecto de præb.* & in præſenti præceſſit duplex pactio, una de Miſſa quotidiana; altera, de non recedendo invito Capitulo, ut ex litera textus conſtat; ergo tanquam ſimoniaca, non erit obliguoria. Verùm in hac difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Gloſſa 1. & 2. *in præſenti*, Abb. *num. 7.* Decius *num. 10.* verius dicendum eſt, in ſpiritualibus conferendis, modum, aut conditionem ſimiliter ſpiritualem, abſque ſimoniæ vitio poſſe adjici; quia tunc nihil datur temporale, quod ſimilitudinem pretii habere poſſit: & de hac pactione eſt interpretandus textus noſter: ſiquidem ſpirituale beneficium ſub ſpirituali modo fuit datum: notat Butrius *in præſenti*, Decius *num. 6.* Barboſa *in collect. ad noſtrum textum: num. 4.* Nec obſtabit ſi inſtes, fruſtra *in præſenti* à Pontifice confirmationem poſtulari: nam ſi utilis, & valida eſſet pactio illa, non eſſet neceſſaria Pontificis confirmatio Quia reſpondendum eſt *in præſenti* non fuiſſe poſtulatam propter invaliditatem, ſed propter aſperitatem obligationis, quotidie celebrandi Miſſam; & ab Eccleſia non recedendi: in quo Clericus, valdè gravatus remanet; quare confirmatio non fuit facta ſimpliciter, ſed pro commoditate infirmitatis Sacerdotis, ſalva honeſtate ſua, & debita reverentia.

Secundò, ſolutioni obſtabit dicere, pactionem illam 4
ſui naturâ vitium continere, primùm de Miſſa particulari dicenda, quod non debet admitti quoties Miſſa publica extat, *cap. 2. de celebratione Miſſarum:* deinde, quia conditio illa de non recedendo ſpeciem ſervitutis continet, & jus libertatis infringit; argumento *leg. Titia centum, §. Titio centum,* el ſecundo, *ff. de conditionibus, & demonſtrationibus.* Verùm reſpondendum eſt, onus illud de dicendo quotidie Miſſam Beatæ MARIÆ tanquam licitum rectè valuiſſe; docet D. Auguſtinus *in cap. eſt hoc attendendum 52. de conſecratione, diſtinctione 1.* Nec obſtat *tex. in dicto cap. 2. de celebratione Miſſarum.* Quia procedit quando propter privatam omittitur publica ſuperſtitioſè, notat Barboſ. *in collectan. ad eundem textum, àn. 5.* Nec obſtat ſecundum Quia illud onus non eſt ſervitutis, ſiquidem reducitur ad reſidentiam, ad quam in quolibet beneficio quilibet Clericus eſt adſtrictus, *cap conquerente*, cum aliis, *de Clericis non reſidentibus*; vel eam non dimittere abſque juris ſolemnitate, *cap. admonet, cap. quod in dubiis, de renunciatione.* Meritò Alexander Tertius in *textu noſtro* non confirmavit modum de non recedendo ab Eccleſia, ſed tantum non poſſe voluntariè abſque juſta cauſa eam dimittere; juxtà text. *in cap. conquerente*, el

ſegundo,

ſecundo, *de Clericis non reſidentibus. c. licet, de Regularibus*; notat Gloſſa finalis, *in præſenti.*

3 Tertiò, obſtabit textus *in cap.* 2. *de electione li.* 6. Ubi apparet electionem, vel collationem ſub conditione fieri non poſſe; præcipuè, quia inſtitutio actus legitimus eſt, *cap. ex frequentibus, de inſtitutionibus*: qui non recipit diem, nec conditionem, *l. actus* 77. *ff. de reg. juris, c. actus eodem titulo li.* 6. præcipuè in beneficialibus, *cap. unico, verſ. & circa. ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.* Sed in hac difficultate, omiſſa interpretatione Gloſſæ *in c. ſignificaſti, de electione*: & Gloſſæ, *verbo, nihil in c. cum M. de conſtitutionibus* Gloſſæ, verbo, *renunciantes, in cap. ad audientiam*, et ſecundo, *de reſcripti*: Gloſſæ 1. *in Clementin.* 1. *de reſtitutione ſpoliatorum.* Verius dicendum eſt, veriſſimum eſſe, collationem, & beneficiorum præſentationem ſub conditione factam, inutilem eſſe, quaſi contractum legitimum incertum, juxta textum *in d. c.* 2. *de electione lib.* 6. Sed id verum eſt, quoties conditio talis eſt, quæ ſuſpendit actum; quæ verò tales non ſunt, quamvis quoad verba videantur conditiones, non improbantur ut in *d. c.* 2. & ex eo colligitur dum ait, oportere, ut electio certa, & pura ſit; at verò in *tex. noſtro*, nulla fuit propria conditio, quæ collationem ſuſpenderet, aut redderet incertam; ſed tantum modus ſpiritualis poſt adeptam poſſeſſionem præſtandus, ut qualitas, & verba noſtri tex. indicant: modus autem in ſpiritualibus, niſi aliquid illicitum contineat, propter quod improbetur, non offendit: quo admiſſo, nihil obſtant omnia jura *ſuprà* adducta: Notat Barb. *in collectaneis ad noſtrum tex. n.* 4.

Ad textum in *cap. De monachis* 12. *hujus tituli.*

QUoad hunc textum repetenda ſunt omnia jura, quæ ſuprà diximus *in c.* 1. *hujus tituli.*

Ad textum in *cap. Ad hæc* 13. *cap. Præterea* 14. *c. Cum non ignores* 15. *hujus tituli.*

DE omnibus his juribus infrà agemus in *c. de multa* 28. *hoc noſtro titulo.*

Ad textum in *cap. Cum ſecundum Apoſtolum* 16. *hujus tituli.*

SUper hunc textum videre oportet, quæ ſuprà diximus *in cap.* 1. *hujus tituli.*

Ad textum in *cap. Cum jam dudum* 18. *hujus tituli.*

PLura de materia hujus textus dicemus in *cap. de multa* 28. *hujus tituli.*

Ad textum in *cap. Dilectus* 19. *hujus tituli.*

DE materia hujus textus jam *ſuprà* ſcripſimus in *cap. relatum* 9. *hujus tituli*: quæ omnia in præſenti ſunt repetenda.

Granna in Decret.

Ad textum in cap. Niſi eſſent 21. de præbendis.

SUMMARIUM.

1 *Electi duo ad unam Dignitatem, ſi in Judicem compromittant, poterit Judex alteri Dignitatem, alteri verò penſionem aſſignare.*

2 *Simoniæ periculum ceſſat, cùm nulla partium conventio extat.*

3 *Tranſactio, vel conventio in cauſa ſpirituali fieri non poteſt.*
Compromiſſum vicem tranſactionis retinet.
Interpretatur textus in c. niſi eſſent 21. de præbendis: *num.* 4.

4 *Compoſitio pro bono pacis in cauſa ſpirituali admittitur.*

5 *Declaratur textus in* cap. ſuper eo 7. de tranſactionibus.

6 *Exponitur tex. in* cap. non ſane 2. de arbitris.

7 *Species tex. in* c. exhibita, final. de rerum permutatione, *proponitur.*

8 *Explicatur textus in* capite, cum pridem 4. de pactis.

9 *Expenditur textus* in cap. cum dilectus 28. de ſimonia.
Vexatione pro vitanda, pactio in re ſpirituali permittitur.

10 *Interpretatur tex. in* cap. veniens 8. de tranſactionibus.
Compoſitio amicabilis in re ſpirituali facta, licèt valeat inter contrahentes, non tamen ligat ſucceſſores.
Remiſſivè ponitur textus in capit. de cætero 5. de tranſactionibus, capit. conſtitutus 4. ejuſdem tituli.
Laudatur D. Martinus Lopez de Hontiberos.

CONCLUSIO.

SI *duo ad unam Dignitatem electi, in Judicem committant, poterit Judex alteri Dignitatem*, alteri verò penſionem aſſignare. Cujus deciſio, licet ſingularis ſit, adeo ut in *toto juris Corpore* nullam ſimilem retineat, ut teſtatur Panormitanus, *in præſenti*; tamen comprobari poteſt ex tex. *in c.* 2. *de Arbitris* Gloſſa, *in cap. final. de rerum permutatione; cap. cum pridem* 4. *de pactis; cap. veniens* 3. *de tranſactionibus*; Gloſſ. 10. *in l.* 2. *tit.* 15. *partita* 2. & Gloſſ. 10. *in l.* 23. *tit.* 40. *partit.* 3. exornant Navar. *tomo* 1. *in cap. inter verba, primo præludio, num.* 2. 11. *q.* 3. Didacus Perez *gloſ.* 1. *pag.* 584. *colum.* 2. *poſt medium*: Perez de Lara *de anniverſariis, lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 31. Ludovicus Gomez *in regula de Annali, q.* 2. *n.* 3. *cũſequentibus*, Oyeda *de incompatibilitate benef. c.* 26. *n.* 6. Flaminius Pariſius *de reſignatione benefi. lib.* 5. *c.* 3. *n.* 165. Gonçal. *ad regulam* 8. *Cancellariæ, gloſ.* 25. *n.* 12. Suar. *de Religione, tom.* 1. *lib.* 4. *de ſimonia, c.* 51. cum traditis à Barb. *in collect. ad noſtrum textum.* 1

Ratio, quare tranſactio in *præſenti* abſque ſimoniæ labe ſuſtinetur, ea eſt; quia exitus ille in Jure eſt permiſſus, *c. ſuper eo, de tranſactionibus*: ſiquidem litigantes in præſenti inter ſe de penſione, annuavè præſtatione nihil tractarunt; ſed univerſam compoſitionis cauſam compromiſerunt in quoſdam providos honeſtoſque Viros, qui aliàs ex delegatione Pontificis ad cauſam illam Judices erant delegati; meritò tanquam Judices uni ex litigantibus dignitatem Prioratus, & tanquam Arbitri alteri poſſeſſionem aſſignarunt; in qua aſſignatione, cum nulla interceſſiſſet partium conventio, periculum ſimoniæ omnino ceſſat; ſiquidem penſio illa non conceditur pro renunciatione juris ſpiritualis; ſed tantum pro bono pacis, 2

nentigantes in re tam dubia amplius magnis expensis litigarent, ut constat ex *textu nostro*, in versiculo, *se pro bono pacis*; & patet ex principio nostri textus, ibi, *nisi essent viri providi*: ex quibus constat, non nisi inter viros providos, & honestos, hoc esse tolerandum. Notat Suarez *de religione lib.4.de simonia, cap.51.num.21.* Barbos. *in collectaneis ad nostrum textum,numero quinto & septimo.*

3 Primò,obstabit textus *in cap constitutus 4. & cap.super eo 7.de transactionibus*: ubi apparet transactionem, vel conventionem in causa spirituali fieri non posse, *c. penultim.de in integrum restitutione: cap.finali, de pactis: cap. quæsitum, de rerum permutatione*; si quidem transactio specie continet simoniæ *dicto cap. constitutus*, cum transactio nihil aliud sit quàm conventio de re dubia lite incerta, & non gratuita pactio, *l. 1. digestis de transactionibus: leg. transactio, Codic. eodem*: ergo nec in præsenti compromissum valere debuit, cum compromissum vicem transactionis retineat, *capite secundo, de arbitris*,nec difficultatem effugies, si dixeris cum Glossa in præsenti, *verbo* jussione, compositionem illam vires accipere non ex auctoritate Judicum arbitrorũ, sed tantum ex Pontificis confirmatione. Movetur Glossa ex verbis *nostri textus*; ibi,*nos enim tolerarimus*, siquidem verius est Pontificem *in præsenti* nihil invalidum confirmasse,sed potius validum approbasse, & tanquam de jure interrogatum respondisse, gestum à Judicibus rectè fuisse factum: ut constat ex versiculo antecedenti, ibi,*possuntque licitè*; notat Panormitanus *in præsenti, n.* 9. Hostiensis, & Ancarranus, *ibidem*. Nec similiter satisfacies, si dixeris cum Felino, & Imola *in præsenti*, quos sequitur Padilla *in l.final.num.8.ff de transactionibus*, dum asserunt ideo in præsenti valuisse transactionem; quia pensio illa fuit imposita, non ex partium conventione,sed ex jussione Judicum arbitrorum; Quia quemadmodum non possunt partes per conventionem à controversia beneficiali recedere, *dicto capite quarto*, cum similibus, *de transactionibus*, ita nec compromissum;*dicto cap.2.de arbitris*: Quare omissa similiter *Roberti* interpretatione *li. 1. rerum judicatarum. c. 7.* verius est dicendum ideo in præsenti illam pensionis adjudicationem valuisse;quia ut suprà in decidendi ratione retulimus nulla præcessit partium conventio: & quia nulla simoniæ labes invenitur, nec etiam transactio, sed potius intervenit quæ amicabilis compositio in arbitrorum, & judicum potestatem redacta, atque ideo id pro bono pacis recta ratione nostri textus decisio procedit notat Barbos.*in remissionibus ad nostrum textum, n. 4. & 7.*

4 Secundò solutioni obstabit sequens consideratio:nam ex eo,quod Pontifex affirmat Judices delegatos secũdã justitiam adjudicasse uni ex litigatoribus dignitatem prioratus, ut alteri pensionem solveret, ineptè respondisse videtur; nam si ex justitia Prioratus uni debetur, utique non potuerunt arbitri ipsum condemnare, ut aliquid solverent, cum indebitum solvisse videatur; atque ideo dicendum videtur,vel in adjudicatione Prioratus, non secundum justitiam processisse, vel non potuisse pensionem imponere ex arbitraria tantum potestate. Verum respondendum est, ideo valuisse:quia pensio illa Judicibus assignata non datur pro remuneratione alicujus juris spiritualis, sed tantùm pro bono pacis & ne litigantes, diù sumptibus, & expensis vexarentur, & ut controversia illa difficilis, & dubia aliquo modo terminaretur, in quo Judices rectè arbitraria potestate usi fuerunt; & id tantum excesserunt, quod pensio imposita fuit ipsi Dignitati Prioratus non personæ; quapropter Pontifex ex eo moderamine adhibito toleravit,ne scilicet pensio illa ad successores transferretur. Cujus equidem decisionis ratio ex prædictis dimanat: nam ob vitandum litigium inter illos, compositio illa pro bono pacis admittitur: quæ ratio, defuncto eo cessat cum non esset rationi congruum, ut talis pensio ad successores transiret: siquidem cessante causa cessat effectus: argumento textus *in cap. cum cessante, de appellationibus*;Notat Azorius *institutionum moralium parte secunda, libro octavo, capite sexto, quæstione prima, versiculo extra omnes* cum traditis à Barbos. *in collect. ad nostrum textum, n.* 8.

Tertiò, obstabit dicere, quod aut transactio in præ- 5
senti fuit facta; quo in casu nulla fuit Arbitrorum potestas,*dicto capite super eo septimo, de transactionibus, in primo responso*; aut fuit amicabilis compositio, & in hoc secundo casu non erat necessaria Pontificis confirmatio, ut constat ex *dicto capite super eo septimo, in secundo responso*: ergo nostri textus decisio neutro casu defendi poterit. Sed respondendum est, verissimum esse in spiritualibus transactionem esse prohibitam, ut: in *dicto capite super eo,in primo responso*: inde negandum est in præsenti transactionem interveniss̃e, sed tantum amicabilem conventionem ex justa, & rationabili causa, ut jam diximus. Nec obstat textus *in capite super eo;in secundo responso*,dum asserit amicabilem compositionem non indigere Superioris auctoritate;; quia obtinet quando quis gratis liti renunciaverit, vel aliquid receperit pro redimenda vexatione ab eo, qui titulum & possessionem beneficii habet; at verò si aliter componitur, necessaria est Superioris auctoritas & sic Pontificis dispensatio non intervenit, cum necessaria non esset; sed ejus declaratio fuit necessaria, ut in re tam dubia, & speciali, firma maneret pactio quo ad personam; non verò quoad Dignitatem, & ita obtinet textus noster, notat Rebuffus *in praxi beneficiali, titulo de resignatione expresse pura numero vigesimo secundo*, Idem *de simonia in resignatione numero vigesimo octavo & vigesimo quarto*, Suarez *de Religione, tomo primo, libro quarto, de simonia,capite quinquagesimo primo,numero nono*,Barbosa *in collect.ad nostrum textum*, & in *capite super eo numero secundo.*

Quartò, obstat textus difficilis in *cap. non sane se-* 6
cundo,de arbitris: ex quo deducitur, quod etiamsi pro bono pacis in causa beneficiali ab Arbitris sit decisum, ut alter ex litigatoribus liti cedat, dummodo alteri quinque marcas auri præstet, arbitrium illud à Pontifice improbatur, si iniquum fuisse Judex cognoverit. In cujus textus difficultate, omissa *Abbatis* interpretatione, *numero decimo*, Imolæ *numero decimo sexto*, Beroji *numero quadragesimo sexto*, & Barbosæ *in collectaneis ad eundem textum,numero primo,versiculo pro vero*: Verius dicendum est, textum illum ex nostri textus decidendi ratione interpretationem recipere: nam ibi Pontifex non affirmat absolutè arbitrium illud reprobandum esse, sed potius sub distinctione Judici præcipit; quod si arbitrium illud iniquum esse cognoverit omnino damnet, & Presbyterum ab observantia juramenti absolvat, si verò æquitati subnixum inveniat ad ejus observantiam utramque partem compellat: in quo ergo æquitas, seu iniquitas Judicis arbitri consistat, dubium fuit; cùm à Pontifice non exprimatur; sed in eo consistit, scilicet, an conventio partium præcesserit,necne; nam si præcesserit utique arbitrium iniquum, & simoniacum est; si verò nulla præcessit partium conventio, sed tantum ex mero Arbitrorum judicio id factum erit, tunc tanquam amicabilis compositio pro bono pacis facta sustinetur: & sic suppositis terminis habilibus, nihil videtur obstare decisioni nostri textus; siquidem in *dicto capite secundo*, servatis servandis, simonia abesse intelligitur, si non partium conventione, sed ex arbitrorum judicio quantitas illa præsletur: at verò iniquitas præsumitur, si ex expressa partium conventione derivaretur; notat Barbosa *in collect. ad eundem textum, numero primo*, in dicto versiculo *pro vero, apud medium*, ubi plura notatu digniora refert.

Quintò,obstat textus in *capite finali de rerum per-* 7
mutatione ubi amicabilis compositio interceßit, &
nihilomi-

nihilominus arbitrium damnatur, quo Abbas, & Conventus coguntur liti ſuper decimis cedere, eo adjecto, quod adverſarius impetret à Rege quantitatem decem millium ſolidorum ſolvendam eidem Conventui: quod omnino contrarium refert *tex. noſter*, & tex. in *d. c. 2. de Arbitris* In cujus textus difficultate, Butrius in *dicto c. 2. de Arbitris, n.* 8. affirmat ideo *ex dicto cap. finali, de rerum permutatione*, compoſitionem ibi factam infirmari; quia non fuit facta Superioris auctoritate. Cujus interpretatio convincitur ex eo, quia etiam in ſpecie *noſtri textus*, non intervenit Superioris auctoritas nec fuit neceſſaria, niſi quoad penſionem ſuper Dignitate, ut *ſuprà diximus*; cum tantum penderet ex Arbitrorum poteſtate, & nihilominus arbitrium valuit, & tenuit: quapropter ejus ſententiam impugnat Barboſa *in collect. ad noſtrum textum*, & in *dict. c. finali, de rerum permutatione*, unde ipſe *ibidem* plurimis aliis ſententiis omiſſis, exiſtimat diſtinctionem adhibendam eſſe inter eum caſum, quo is, qui dat, habet jus quæſitum in re ſpirituali annexa; & inter eum, cui nullum jus quæſitum eſt; nam in primo caſu pro bono pacis, vel alia juſta cauſa, licita eſt datio rei temporalis, ut in textu noſtro, *in verſiculo habeat Prioratum*: in ſecundo verò caſu, quando nullum jus quæſitum eſt, tunc nec etiam ex Judicum inferiorum auctoritate licere poterit; quo caſu aſſerit, procedere textum *in dicto c. finali, de rerum permutatione*. Quare hac, & aliis omiſſis ab eo *ibidem* relatis, veriorem eſſe exiſtimo, quam ipſe magnopere *ibidem* reprehendit, & refert Suarez *de religione*, *tomo* 1. *lib.* 4. *de ſimonia*, *cap.* 51. *num.* 17. dum aſſerit ideò in ſpecie textus *in dicto capit. finali, de rerum permutatione*, arbitrium illud iniquum cenſeri, & reprobatum fore; quia à principio præceſſit partium conventio, quod quidem divinationis vitio non laborat; ſiquidem credibile non eſt Judices arbitros eam compoſitionem ex ſola ſua voluntate feciſſe, nempe ut Rex Ungariæ decem millium ſolidorum quantitatem Monaſterio concederet; ſiquidem id in mentem Arbitrorum venire non poſſet, niſi ab eiſdem partibus fuiſſet inſinuatum; & cum non ſit credibile ex Arbitrorum voluntate, ſed ex partium conventione id dimanaſſe, juſta de cauſa talis partium conventio, uti ſimoniaca damnatur; cum non ex Arbitrorum, ſed ex partium conventione dimanet: plures alias interpretationes refert idem Barboſa *in dicto cap. finali*, *num.* 4. *cum ſequentibus*.

8 Sextò, prædictis obſtat tex. in *c. cum pridem* 4. *de pactis*, ubi amicabilis compoſitio de cedendo liti ſuper beneficio, & de aliquid accipiendo pro expenſis factis, illicita eſt: cujus textus deciſio difficilis redditur ex eo; quia ibi nihil datum fuit pro re ſpirituali, ſed tantum pro expenſis, quas in lite fecerant litigatores, ac per conſequens dicendum videtur, conventionem illam, non tranſactionem, ſed potius amicabilem compoſitionem fuiſſe: præterea quia fuit confirmata Superioris auctoritate, ut ex *litera textus* conſtat. Verùm reſpondendum eſt, ideo *ibidem* conventionem illam nullius momenti eſſe, quia etiam ſi fuiſſet Epiſcopi authoritate confirmata, cum tamen non à Judice ſuperiore originem ſumpſiſſet; ſed potius ex partium conventione, ideo à Pontifice tanquam illicita reprobatur: notat Reginaldus *in praxi fori pœnitent. libro* 23. *num.* 253. Barboſa *in collect. ad eundem textum*, *num* 8.

9 Septimò, ſolutioni obſtat textus in *c. cum dilectus* 28. *de ſimonia*: ex cujus deciſione deducitur, quod etiam ſi partium conventio interveniſſet, ita ut à beneficiali controverſia una pars diſcederet, cum certa pecuniæ quantitatis promiſſione alteri ablata, nihilominus contentio illa non dicitur ſimoniaca; ſiquidem is qui pecuniam dedit, non punitur uti ſimoniacus. In cujus *textus* difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Barboſa *in collect. ad eundem textum, num.* 4. dum aſſerit ideo *ibidem* tranſactionem valuiſſe, nec ſimoniacam fuiſſe, quia generaliter fuerat concepta de nullo gravamine inferendo, nulla expreſſa clauſula beneficii, vel rei ſpiritualis: quæ interpretatio convincitur ex verbis illius *textus*, ibi, *ſuper dignitatibus*. Quare hac, & aliis omiſſis, veriſſimè dicendum, ideo *ibidem* tranſactionem illam ſimoniacam non reputari, nec promiſſorem ut ſimoniacum puniri; quia is, qui pecuniam dedit beneficium obtinebat, & id tantum dedit pro redimenda vexatione, ut à moleſtia adverſarii liberaretur: notat Archidiaconus, *ibidem num.* 2. Butrius 2. & 3. Sarmiento *in regula de annali, quæſtione ſecunda, numero* 4. cum traditis à Barboſa *in collect. ad eundem textum*, *num.* 6. qui omninò videndus eſt, præcipuè *num.* 9.

10 Octavò, prædictis obſtat textus in *c. veniens* 8. *de tranſactionibus*: ubi amicabilis compoſitio pro bono pacis facta, ut decimæ uni Eccleſiæ debitæ, alteri ſolvantur, non tenet, niſi Pontificis auctoritas interveniat. Verum reſpondendum eſt, ideo *ibidem* deſiderari Pontificis confirmationem, quia (ut ſupra diximus, pro noſtri textus vera interpretatione) amicabilis compoſitio, quæ pro bono pacis in re ſpirituali, vel annexa facta eſt, non debet tranſigentium perſonas egredi; aliàs autem ut in *textu noſtro*, ad hoc ut ſucceſſores obliget, Superioris auctoritas deſideratur; præcipuè, ſi de re gravi diſceptetur, ut in ſpecie *noſtri textus*, & in *d. cap. veniens* 8. *de tranſactionibus*; aliàs autem ſola Epiſcopi auctoritas ſufficit, ut in *cap.* 2. *ejuſdem tituli*, *de tranſactionibus*; notat Hoſtienſis *in dict. cap. veniens*, Barboſa in *collect. ad eundem textum*, *n.* 2. & 3. poterit etiam interpretari textus in *cap. de catero* 5. *de tranſactionibus*: de cujus intellectu videndus eſt Pater Suarez *dict. cap.* 51. *num.* 1. & 2. Petrus Gregor. *de benefic. cap.* 41. *num.* 2. Emmanuel Rodriguez *in Summa, cap.* 48. *num.* 1. Bonacina *de ſimonia, qu.* 4. §. *ult. n.* 12. Similiter etiam interpretari poterit textus in *c. conſtitutus* 4. *de tranſactionibus*, de quo plura refert eruditiſſimus Doctor Martinus Lopez de Hontiberos *in repetitione ad eundem textum*; ſimiliter eſt videndus Doctor Balboa *in comment. ad textum in d. c. finali, de pactis*: poterit tandem eodem modo interpretari textus in *c. conſtitutus*, *de religioſis domibus*; de quo omnino videndus eſt Abbas, *ibidem*, *n.* 10.

Ad textum in capit. De multa 28. cap. Cum non ignores 15. capit. Quia in tantum 5. capit. Referente 7. capit. Ad hæc 13. capit. Præterea 14. capit. Cum jam dudum 18. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium, vel perſonatum habens curam ſi ſecundum ſimile conſequatur, vacat primum ipſo jure; & ſi retinere contenderit, utroque ſpoliatur, niſi propter genus, vel ſcientiæ eminentiam Pontifex diſpenſaverit.*

2 *Beneficia plura obtinere eſt ſpecies negotiationis. Beneficiorum pluralitas diſſolutionis, & vagationis cauſam præſtat.*

3 *Exponitur textus in* capite relatio 4. capite illud 5. 21. quæſt. 1. *& conciliantur cum* capite cum in cunctis 7. §. 1. de electione, cap. in illis, 80. diſtinctione.

4 *Declaratur textus in* cap. qui plures 3. 21. q. 1. *Commenda duorum beneficiorum à jure improbatur.*

5 *Expenditur textus in* capite Clericus, in fine, 21. quæſt. 1.

6 *Expenditur textus in* cap. dudum 54. verſ. ſuggerit, de electione.

Beneficia duo per viam unionis, seu annexionis obtineri poterunt.

7 *Refertur interpretatio ad tex.* in capit. causam quæ de judiciis, *& conciliatur cum* cap. cum nostris 6. de concessione præbendæ.

8 *Ratio petitur ad textum in* cap. super eo 6. de præbendis.

Accessorium sequitur naturam sui principalis.

9 *Exponitur textus in* Clementina, ii juxta: finali, de præbendis.

10 *Clericus beneficium habens, si aliud simile fuisset assequutus, ei optio, & electio olim concedebatur: & ibi exponitur textus in* cap. referente 7. cap. præterea 4. de præbendis.

Pœnæ adversus plures dignitates retinere tentantes referuntur.

11 *Expenditur textus in* capite gratia 6. de rescriptis libro sexto.

Differentia, quæ extet inter incompatibilitatem quoad titulum, & inter incompatibilitatem quoad retentionem ibi proponitur.

12 *Refertur decisio tex. in* cap. ordinarii 3. versic. in conferendis de officio Ordinarii lib. 6.

Invasor non debet melioris conditionis esse quàm jussus possessor.

Dispensatio odiosa est.

13 *Declaratur textus in* cap. Ecclesia vestra 57. de electione, *& conciliatur cum Concilio Tridentino* sessione 24. de reformatione, cap. 17.

14 *Declaratur textus in* Extravaganti, Execrabilis, verbo, Cardinalibus de præbendis.

15 *Perpenditur textus in* cap. ex literis 3. de probationibus, *& conciliatur cum* cap. cum in cunctis, §. 1. de electione.

16 *Exponitur tex. in* cap. cum nostris 16. de concessione præbendæ.

17 *Ratio petitur ad tex. in* cap. eum qui 18. de præbendis, lib. 6.

18 *Beneficiorum pluralitatis prohibitio an à jure divino, vel positivo proveniat? latè exponitur.*

CONCLUSIO.

1 SI *habens personatum, vel beneficium cum cura secundum simile consequatur, vacat primum ipso jure, quod si retinere contenderit utroque spoliatur; nisi propter genus, vel scientiæ eminentiam Pontifex dispensaverit: & Episcopus negligens in conferendo punitur pœnis hic expressis.* Consonat text. in *cap. quia nonnulli 3. de Clericis non residentibus, cap. dudum,* el secundo, §. *nos igitur, de electione, c. 1. de consuetudine lib. 6. ca. Ordinarii, de Officio ordinarii, li. 6. Clem. plures, & final. hoc titulo: Clem. gratiæ, de rescriptis: Extravag. Execrabilis, Joannis vigesimi secundi, de præbend. cap. Clerici 1. ca. turpis lucri, 21. quæstione prima, Clem. unica, de officio Vicarii, cap. eam te 4. §. sed etiam de ætate, & qualitate; cap. litera 9. §. cum igitur, de concessione præb. cap. eum qui, 18. cap. non potest, 21. cap. licet 28. cap. cum singula, 32. hoc titulo, li. 6. cap. 1. 89. distinct. cap. sanctorum, §. omnino autem, 70. distinct. capit. singula 89. distinct. cap. unico 10 qu. 3. cap. per laicos, 16. quæst. 7. & per totam 21. quæst. 1.* Concilium Tridentinum *sess. 24. de reformatione, cap. 17. & sessione 7. de reformatione, cap. 2. & 4.* Comprobari etiam poterit ex tex. *in l. 1. C. de propositis agentium: li. 12 l. 11.* juncta Glossa penult. *C. quemadmodum civilia munera, li. 10. l. libertus 17. §. sed eo tempore 4. ff. ad municipalem; l. si plures 9. versic. nam difficile. ff. de pactis, l. final. C. de officio accessorum; l. is quidem, C. qui militare non possunt, lib. 12. l. 3. & 4. titulo 16. partita 1. l. 5. titulo 5. partita 1.* Exornant Nicolaus Garcia *de beneficiis parte 11. cap. 5. per totum,* Gonçales *ad regulam 8. Cancellariæ, glossa 6. numer. 64. & glossa 10. num. 32. & glossa 15. num. 10.* Flaminius *de resignatione beneficiorum. lib. 1. quæst. 1. num. 5. & lib. 3. quæst. 1. & lib. 5. qu. 6.* Dionysius Carthusianus *in libello adversus pluralitatem beneficiorum,* Sylvester. & ceteri Summistæ *verbo, Beneficium:* Oyeda *de incompatibilitate beneficiorum, 1. & 2. parte,* per *varia capita:* Bernardus *in pravi, cap. 43.* ubi Salcedus plures refert, *littera A.* Rebuffus *in praxi beneficiali, 2. parte, tit. de dispensatione ad plura beneficia, ex num. 1.* Spino *de testamentis, glossa 3. num. 72.* Salgado *de protectione Regia, 2. tomo 3. parte cap. 8. num. 81.* Dueñas *regula 71. per totam.* Acunno *ad primam Decreti partem, in capit. final. 70. distinct ex num. 12. &* in *cap. 1. 89. distinct.* Barbos. *de potestate Episcopi, 3. parte, allegatione 62. & in collect. ad nostrum textum, num. 8.* cum similibus *suprà* adductis, Anastasius Germonius *lib. 2. animadversionum, cap. 1.* cum traditis à Cenedo *in collect. ad Decretal. collect. 150.*

Ratio est; quia beneficia obtinere, est species negotiationis, & turpis lucri; avaritiæ & ambitionis, ut constat ex Nicæna Synodo, *cap. 15.* relata *cap. 1. 21. quæst. 1.* cujus cupiditate tanquam radice omnium malorum Clerici abstinere debent, *dicta extravag. Execrabilis, Joannis vigesimi secundi, hoc tit. cap. quia in tantum, hoc titulo,* tum etiam quia beneficiorum pluralitas dissolutionis, & evagationis causam præstat, *cap. cum singula 32. hoc titulo. lib. 6.* quæ in detrimentum Ecclesiarum redundat, cùm inde evertatur ratio administrationis. Concilium Tridentinum *sessione 24. de reformatione, cap. 17.* præterea, quia quemadmodum non licet eodem tempore duas habere uxores, *34. distinct. in principio:* Concilium Tridentinum *sessione 24. cap. 2.* eodem modo nec duas Ecclesias poterit quis obtinere; siquidem de matrimonio carnali ad spirituale, quod contrahitur inter Ecclesiam, & Rectorem, valet argumentum; *cap. inter corporalia, de translatione Episcopi;* quo etiam argumento, quoad beneficiorum pluralitatem, utitur textus in *cap. sicut, 21. quæst. 2.* 2

Primò, obstat textus in *cap. relatio 4. cap. illud 6. 21.* 3 *quæst. 1.* ex quo deducitur quempiam posse duos Episcopatus obtinere. Augetur difficultas ex eo, quia Episcopi comprehenduntur in hoc interdicto pluralitatis beneficiorum, *cap. in illis, 80. distinct. cap. cum in cunctis 7. §. 1. de electione,* siquidem in illis, etiam residentia animarum cura, & solicitudo desideratur; latè refert Oyeda *de incompatibilitate beneficiorum, 1. parte cap. 13. n. 1.* ergo à fortiori & multo magis plura curata, & personatus poterit retinere. In quorum jurium contrarietate omissa interpretatione, quã referunt Archidiaconus, Turrecremata, Bellamera, & Cardinalis *in dictis juribus;* & Speculator *lib. 1. titulo de dispensatione, §. 10. num. 8.* verius dicendum est secundum Episcopatum perpetuò fuisse concessum illi Episcopo Fundonensi; ex eo videlicet, quia fuerat primus, qui ab hostili, & infidelium potestate illum restauraverat, & occupaverat; quæ causa fuit legitima transferendi, & uniendi secundum Episcopatum ad primum antea obtentum; quia in secundo populus jam deficiebat, & fine spe reparationis erat, & qui in illo antea erat institutus, ita ab hostibus ejectus, spoliatus erat, ut ad eum redire difficile, & pene impossibile reputaretur, & sic tanquam pro derelicto habitus illi Episcopo vigilantissimo adjudicatur, & suo Episcopatui unitur; quæ quidem desertionis, & hostilitatis causa fuit sufficiens, ut Pontifex moveretur ad unionem, seu dispensationem; argumento textus in *ca. fraternitatem, 71. distinct. cap. postquam hostilis 49. 16. q. 1.* quæ quidem interpretatio deducitur ex contextu, & originali illorum jurium, quorum historia refertur apud Beatum Gregorium *lib. 2. Epistolarum, Epistola 13.* aliàs *cap. 52.*

Secundò, obstat textus in *cap. qui plures 3. eadem 21.* 4 *quæst. 1.* ex quo deducitur quenquam posse obtinere plures Ecclesias, unam in titulum, aliam verò sub commendatione. In cujus textus difficultate, omissa communi sententia asserentium commendam non esse titulum, nec inducere vitium incompatibilitatis; quorum interpretatio convincitur ex eo, quia hoc ita latè sumptum, falsum est, siquidem duorum beneficiorum commenda à jure etiam improbatur, *capit. nemo,* juncta ejus Glossa, *verbo,*

verbo, unam, de electione, lib. 6. Quare pro ejus vera interpretatione constituo, olim moris fuisse, ut Ecclesia aliqua vacante, dum de provisione ejus tractabatur committeretur, & commendaretur alicui ejus cura, & visitatio; *cap. Catinensis 61. distinct.* qui cultos dicebatur ut in *c. constitutum 22. 7. quæst. 1.* quæ commendatio in parochialibus fuit permissa propter necessitatem Ecclesiæ; & licet Clericus, vel Episcopus, cui Ecclesia erat commendata interim jus administrationis retineret, sicuti proprius Prælatus, tamen fructus minimè lucrabatur, & cùm nunc commenda illa non sit titulus, rectè *in dicto cap. qui plures*, declarat Pontifex, posse unum Clericum duos obtinere Ecclesias; unam in titulum alteram in commendam; notat Rebuffus *in praxi, 1. parte, titulo, de Commenda, n. 25.*

5 Tertiò obstat text. in *c. 1. in fine 21. quæst. 1.* ubi Concilium Nicænum asserit in villis, quæ foris sunt, propter hominum penuriam, posse unum Clericum duas Ecclesias habere, cui dubio facilè respondetur, primò quia tempore *illius textus*, illa pluralitatis prohibitio tantum directè respicit urbem Constantinopolitanam, nec Concilium voluit ad villas extendi, quæ foris erant; licet postea generaliter interdicta sit pluralitas illa ubique locorum, per Concilium Lateranense; notat Acunna *ad primam Decreti partem, in dicto cap. sanctorum 2.70. distinct. num. 14. cum sequentibus*; tum etiam utilius respondetur *in dicto cap. 1.* propter hominum penuriam, id est Clericorum, quibus Ecclesiæ conferuntur, id indultum fuisse hoc est ut plures Ecclesiæ uni Clerico committerentur; notat Glossa *ibidem*, verbo, *villis.*

6 Quartò, obstat textus in *cap. dudum 54. versic. suggerit, de electione*; ibi, *cum nullus potuerit plures parochiales obtinere, nisi una penderet ex altera*: sed parum obstaculi faciunt verba illius decisionis, cum potius comprobet, quàm improbent regulam *nostri textus*, dum adjiciunt illis tanquam exceptionem, quod possint duo beneficia simul haberi, quando scilicet unum dependet ab altero, quod intelligo scilicet per viam unionis, seu annexionis, ut expressè cavetur in *c. eam te, de ætate, & qualitate: cap. extirpandæ 3. §. qui verò c. exposuisti 33. hoc titulo.* Ratio est, quia beneficium unitum non dicitur amplius beneficium, cum per unionem extinguatur titulus beneficii uniti, & habetur deinceps quasi prædium illius, cui fit unio, argumento textus in *l. si ex toto 8. in principio ff. de legatis 1. l. inter 26. §. cuminter, ff. de pactis*: notat Gonçales *ad regulam 8. Cancellariæ glossa 5. §. 71. ex num. 1.*

7 Quintò obstat textus in *c. causam quæ 9. de judiciis, versic. Episcopus idem Abbatem monasterii se proponens* ex quibus verbis deducitur, quenquam simul Episcopum, & Abbatem esse posse; quod omnino repugnat decisioni textus in *cum nostris 6. de concessione præbendæ*: ubi cavetur, non posse episcopum Præposituram cum Episcopatu habere. Cui difficultati nonnulli respondent, Abbatiam illam esse unitam Episcopatui, argumento textus in *cap. 1. ne sede vacante.* Sed verius est dicendum, Ecclesiam illã Cathedralem Dulmensem esse Monasterium, cujus Canonici erant Monachi regulares ordinis Sancti Benedicti, ut constat ex *extravaganti 1. de offic. Ordinarii inter communes*: & sic tales Monachi possunt appellari Canonici *c. 2. &* Glossa *ibi. 6. dist.* & illis pertinet jus eligendi Episcopum eundémque Abbatem, ut notat Cujac. *in post humis ad eundem textum*: meritò, cum non sint diversæ, & separatæ Dignitates, justa de causa possunt ibidem ab una eademque persona obtineri; ut bene considerat Abb. *n. 8.* & post eum Cujac. *ubi supra.*

8 Sextò, obstat text. *in c. super eo c. hoc tit. lib. 6.* ubi asseritur, Clericum posse obtinere plures personatus, vel dignitates, & præbendam parochialem, etiam animarum curam requirentem. Quo in dubio respondendũ est, Bonifacium *ibi* tantummodo asserere Clericum posse obtinere præbendam cum personatu. Nec obstabit si dixeris, textum illum loqui de pluribus personatibus in plurali numero; quia ibi Pontifex à plurib. Ecclesiæ Canonicis interrogatus, & consultus fuit, ideoque pluribus respondit, notat *Gloss. ibidem verbo, personatibus.* Nec etiam obstabit si instes dicendo, Clericum ibi triplicem dignitatem obtinuisse, Præbendam videlicet, personatum, & beneficium curatum; nam *ibi* personatus, & præbenda, idem significant, & beneficium curatum annexum erat dictæ præbendæ, quod incompatibile non dicitur; argumento tex. in *c. extirpandæ, qui vero, hoc tit. c. petisti, 34. hoc tit.* Ratio est, quia accessorium sequitur naturam sui principalis, ut constat ex *d. juribus nuper traditis*: & beneficiũ alteri incorporatum, non admittit notam, nec beneficii nomen; siquidem portio accrescens convertitur in naturam rei, cui accrescit: *cap. decimas, versicul. quod autem, circa finem, 16. quæst. 1.* Concilium Trident. *sessione 24. de reformatione, c. 18. c. extirpandæ 30. §. qui verò* cum similibus, *hoc tit. l. si ex facto, ff. de legatis 1.* notat Petr. Gigas *in tract. de beneficiis, cap. 20. num 1.* Oxeda, *ubi supra, c. 3. n. 11.* Barb. *in coll.* ad tex. *in d. c. super eo, hoc tit. l. 6. n. 4. & 6.*

Septimò, prædictis obstabit difficilis textus in *Clementina finali hujus tituli*, ex quo deducitur, non esse licitum obtinere duas præbendas, etiam annexas in eadẽ Ecclesia; siquidem si quis obtinuerit dignitatem, vel præbendam, & postea assecutus fuerit Archidiaconatum etiam annexum præbendæ, vacat præbenda ipso jure. Cui dubio respondendum est cum Glossa *ibidem, verbo, vacaverit*, dum asserit jus Pontificium plus abhorrere, quod quis habeat duas præbendas sub eodem tecto vel in una Ecclesia, juxta textum in *cap. 1. de consuetudine, lib. 6.* quàm duo Curati in diversis Ecclesiis per viam unionis, quia in primo casu inordinata cupiditas est ad obtinenda Ecclesiastica beneficia; tum etiam quia bona Ecclesiastica facilius ab uno dissipantur; at vero *in dicto cap. super eo*, Clericus non obtinebat duas præbendas, sed unam, cui erat annexum beneficium curatum: notat Francus *in c. 1. de concessione præb. lib. 6.* Oxeda plures differentiæ rationes refert, *ubi suprà 1. parte, c. 20. n. 1.*

Octavò, adversus ea, quæ refert textus noster, *in versiculo, nos evidentius*, dum asserit, quod obtinens beneficium Ecclesiasticum, si nanciscatur aliud simile incompatibile, amittit primum ipso jure; juxta textum in *cap. cum in cunctis. §. 1. cap. dudum 54. de electione; cap. ordinarius, de officio Ordinarii, lib. 6.* Concilium Trident. *sessione 6. de reformatione, cap. 4. & 5. & sessione 24. cap. 15.* obstabit textus in *cap. referente 7. c. præterea 14. hoc titulo, c. eam te 4. de ætate, & qualitate*, quibus in juribus cavetur, quod Clericus beneficium habens si aliud simile fuerit assecutus poterit unum, quod voluerit eligere, seu retinere, & alterum dimittere: ergo non vacat primum ipso jure, cum ei competat electio. Quod dubium, ut diluamus animadvertere oportet, in Jure nostro pro varietate temporum, varias, & diversas fuisse constitutas pœnas circa pluralitatem beneficiorum; nam priscis Ecclesiæ seculis beneficiorum pluralitas nominatim prohibita non erat, sed per consequentiam, & interpretationem, ut constat ex tex. *in cap. 1. cap. Clericum, 21. quæst. 1. cap. unum Abbatem, eadem Causa, & quæst.* sed cum interdictio in illis juribus sine adjectione pœnæ facile contemni soleret, ideo Alexander III. qui Ecclesiæ gubernationem suscepit anno Christi 1160. duplicem pœnam contra pluralitatem beneficiorum promulgavit, primam, ut recipiens secundam dignitatem, vel Ecclesiam Parochialem, eam amitteret; secundã ut is, qui dedit, largiẽdi potestate privaretur; & emanavit ex Conc. 3. Lateran. 1. p. c. 13. celebrato sub eodem Pontifice Anno 1180. relato in *c. quia nonnulli, de Clericis non residentibus*: de quo fit mentio in *nostro c. de multa, in principio.* Secundũ rẽpus fuit in quo cavebatur, ut promoto optio, & electio retinendi unam quam voluisset concederetur; de quo mentio habetur *in dict. cap. referente 7. hoc nostro tit.* cũ aliis *supra* in argumento adductis, *cap. quia in tantum 5. cap. ad hæc, hoc nostro titulo*, quibus decisionibus successit decretum Concilii Lateranensis 4. *capite 26.*

sub

ſub Innocentio III. celebrato Anno Domini 1215. quod extat in *noſtro cap. de multa*; in quo ſtatuitur, ut ſi habens beneficium curatum, vel præbendam, & aliud ſimile, vacet primum ipſo jure, ut latiùs in eo cavetur. Ex quibus omnibus jam diluitur dubium ſuprà adductum; notant Oxeda, & Gonzalez *locis ſuprà citatis.*

11 Nonò, ſolutioni obſtat textus in *c. gratia 7. de reſcriptis, lib. 6.* ubi Bonifacius ſtatuit, eum qui duo beneficia, quæ de jure obtineri nequeunt, aſſecutus eſt, habere electionem retinendi quod maluerit, aliudque dimittendi: quod ſanè durum eſt, cum ille Bonifacius VIII. multis temporibus poſt Concilium Lateranenſe Sedem teneret. Pro cujus difficultatis ſolutione, atque aliorum intelligentia jurium, animadvertere oportet, differentiam eſſe conſtituendam inter incompatibilitatem, quoad titulum, & incompatibilitatem quoad retentionem: incompatibilitas, quoad titulum tunc datur, quando beneficia non compatiuntur ita ut poſt conſecutum titulum ſecundi beneficii, confeſtim jure ipſo vacet titulus primi beneficii, veluti in duobus Curatis, vel duplici Perſonatu, & Dignitate; etiam in diverſis Eccleſiis, ut in *noſtro cap. de multa*: *cap. 1. de conſuetudine lib. 6. Clement. final. hoc titulo, Clement. 1. de officio Vicarii*: incompatibilitas verò quoad retentionem illa eſt, quando concurrunt duo beneficia, quæ quamvis à jure prohibeantur per unum eundemque Clericum detineri, non tamen vacant ipſo jure, ſed de facto detineri poterunt; quo uſque unum eorum poſſeſſor elegerit, vel invitus dimittat: juxta textum in *cap. literas. de conceſſione præbendæ. c. referente. c. præterea, hoc noſtro titulo*: nam cum *text.* noſter non generaliter neque abſolutè decernat vacare primum beneficium per adeptionem ſecundi, ſed dumtaxat loquatur de duobus Curatis, vel Dignitatibus, non videtur derogare deciſioni textus *in dicto c. referente*, & ſimilibus, in concurſu aliorum beneficiorum ſimplicium præter expreſſa in *noſtro cap. de multa*: argument. text. *in leg. præcipimus, C. de appellat.* Notat Flaminius *dicto lib. 3. qu. 1. ex num. 132.* cum traditis à Garcia *in dicto lib. 3. qu. 1. num. 65.* Nec obſtat textus *in dicto cap. 5. num. 65.* Nam ideo *ibi* is, qui gratiam à Pontifice de beneficio fuit conſecutus, liberatur à vitio ſubreptionis, etiam ſi de alio incompatibili mentionem non feciſſet; quia ſibi abſenti, ignoranti per Epiſcopum collatio fuit facta; & ideo facultatem eligendi habet: nam noſtri *text.* deciſio procedit in eo, qui certus eſt de primo beneficio obtento: ut notant Ancharranus, & Francus, *ibid. 2. n. 4.* cum traditis à Barb. *in collect. ad eundem textum, n. 2.*

12 Decimò, prædictis obſtat textus in *cap. Ordinarii 3. verſ. in conferendis, de officio Ordinarii lib. 6.* ubi ſi obtinenti per diſpenſationem duo beneficia curata, vel Pernenti per diſpenſationem duo beneficia curata, vel Perſonatus, ab Ordinario, aliud ſimile conferatur; hæc ultima collatio eſt nullius momenti: ergo per eam non vacant priora ipſo jure, cùm non præſtet impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum, *c. non præſtat, de reg. juris lib. 6.* qua conſideratione motus *Franciſcus Belcel* antiquus expoſitor, tenebat in *d. c. ordinarii*, per invalidam aſſecutionem tertii, non vacare priora antea non reſignata; ut *in dicto cap. ordinarii*: cujus interpretatio convincitur ex eo, quia novum non eſt in Jure vacare primum beneficium per invalidam; & injuſtam occupationem ſecundi, juxta textum in *c. cum qui 18. hoc titulo*, ſiquidem non debet eſſe melioris conditionis invaſor, quàm juſtus poſſeſſor, ut in *eodem textu* conſtat; merito dicendum eſt, quod forte ad inſtar illius *textus*, potuit Gregorius Decimus ſtatuere *in dicto cap. ordinarii*, quod ſi diſpenſatio præcedens non concedat facultatem habendi hoc Ultimum beneficium cum antea obtentis, collatio ultima non teneat; ſed non impedit quo minus ſimiliter amittat priora, temerè ſecundum conſequendo; meritò in ſpecie *illius tex.* collatio illa nullius momenti eſt, ſcilicet reſpectu ſui valoris; licèt operetur etiam amiſſionem priorum beneficiorum, non quidem propter delictum, ut in *dicto cap. eum qui*; ſed propter diſpenſationem, quæ odioſa eſt, *cap. 1. in fine, de filiis presbyterorum*: nec hoc mirum eſt, cum facilius amittatur, quod competit per privilegium, quàm quod de jure communi competit; *l. ejus militis, §. militiæ, ff. de teſtamento militis.* Notat Geminianus *in d. c. ordinarii.* Nicolaus Garcia, *ubi ſupra, 5. parte, num. 169.*

Undecimo, prædictis obſtat textus in *c. Eccleſia veſtra* 13 *57. de electione*, ubi conſtat poſſe quenquam eſſe Canonicum, & Cardinalem; quod eſt omnino contra Concilium Tridentinum *ſeſſione 24. de reformatione c. 17.* ubi Sancta Synodus interdictū hoc pluralitatis beneficiorum in perſonis quibuſcumque obſervari jubet, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, ut ſentit Duennas *regula 71. ampliatione 3.* Oxeda *dicto lib. 1. cap. 2.* Quæ jura ad concordiam reduces, ſi dixeris textum *in dicto cap. Eccleſia veſtra, de electione*, ſolum referre Cardinalem eſſe Canonicum; non verò probare utrumque beneficium eſſe compatibile de jure communi, ſiquidem potuit fieri cumulatio illa ex diſpenſatione, ſicut etiam poſſet ex eadē diſpēſationis cauſa cōcurrere Cardinalatus cum Epiſcopatu, de quo in *illo textu.* Ulteriùs, nam quamvis de jure liceret Cardinali Canonicatum ſimul obtinere, non tamen inde infertur potuiſſe idem procedere in Epiſcopatu; nam Canonicatus eſt beneficium ſimplex non habens curam animarum: at Epiſcopatus illam profecto habet: & quamvis etiam in Canonicatu requiratur reſidentia, poterit tamen in eo de jure communi diſpenſatio dari, quando conſtat Canonicum eſſe in ſervitio Epiſcopi, ut *ſuprà* diximus in *tit. de Clericis non reſidentibus, c. 3.*

Duodecimò, obſtabit textus in *extravag. Execrabilis*, 14 *verſ. Cardinalibus, hoc titulo*; ubi excipiuntur Cardinales, ut ſub prohibitione noſtri textus non comprehendantur. Verùm reſpondendum eſt, textum illum non affirmare, licere Cardinalibus de jure communi plura beneficia, vel Dignitates obtinere; ſed duntaxat quod in revocatione diſpenſationum, quæ ante dictam *Extravagantem* fuerant factæ circa plurium beneficiorum obtentionem, non comprehendantur Cardinales, qui antea plura beneficia ex diſpenſatione obtinebant; ſed deinceps comprehendantur: unde textus ille potius confirmat, quàm infirmat noſtri textus ſententiam.

Decimo tertiò, obſtat tex. in *cap. ex literis 3. de probationibus*: ex quo deducitur, Epiſcopum canonicalem 15 præbendam ſimul cum Epiſcopatu poſſe obtinere, quod eſt omnino contra noſtri textus ſententiam, & deciſionem textus in *dicto c. cum in cunctis, §. 1. de electione*: ex quo apparet per adeptionum Epiſcopatus vacare beneficia omnia ſi ſemel promotus ſit. Cui dubio reſpondendum eſt, *textum noſtrum*, & textum in *dicto §. 1.* procedere attento jure communi; at verò textum in *dicto cap. ex literis*, de jure ſpeciali; veluti ex diſpenſatione, vel privilegio Pontificis, aut ſaltem de conſuetudine; notat Gloſſa in *c. poſtulaſti, verſic. niſi forte*, & in *cap. cum in noſtris, verſic. nos verò, de conceſſione præbendæ*: *c. cum Eccleſia 25. hoc titulo, lib. 6.* notat Doctor Balboa *in dicto cap. ex literis de probationibus, n. 13.* Et ita ſimiliter eſt interpretandus textus difficilis in *c. 1. ne ſe de vacante.* ubi unio duorum Epiſcopatuum ſimul & Abbatiæ fuit facta, Pontificis auctoritate interveniente; notat Gloſſa verbo, *diſſolveretur Religio*: in *dicto c. 1.* Cujacius *in recitationibus ad eundem textum.* Nec obſtabit ſi inſtes, Abbatiam in Epiſcopatum erigi non poſſe, ex textu in *c. hinc eſt 39. 16. q. 1.* Quia reſpondendum eſt, in ſpecie illius textus id ſpecialiter cautum fuiſſe à Beato Gregorio contra Abbatem Xenodochii, ne forte occaſione Epiſcopatus Abbatia illa aliquid detrimenti pateretur, ut ex litera illius tex. conſtat; notat Gloſſa, *verbo, nunquam*, & verbo, *detrimentum*, *in d. c. hinc eſt: 16. q. 1.*

Decimo quartò, adverſus ea, quæ in præſenti notant 16 omnes, videlicet beneficium non vacare ipſo jure per

adeptio-

adeptionem, vel collationem ſecundi; ſed tantum per pacificam poſſeſſionem, *cap. ſi tibi conceſſo* 26. *cap. licèt Epiſcopus* 28. *hoc titulo lib.* 6. *Clement. ſi plures, hoc titulo*: *Clement. gratiæ de reſcriptis*; & textus noſter ita intelligendus in verſiculo, *quicunque receperit aliquod beneficium*: obſtabit textus in *c. cum noſtris* 6. *de conceſſione præbendæ*; ubi cum dignitas Præpoſituræ cuidam Epiſcopo fuiſſet conceſſa, & pacificè poſſeſſa ab eodem, præcipitur illi, ut Epiſcopatum dimittat, atque reſignet: quod argumentum eſt, non vacare Epiſcopatum ipſo jure. Sed reſpondendum eſt id procedere ſpecialiter in Epiſcopatu, qui vacare nequit ipſo jure per adeptionem alterius Dignitatis, abſque ſpeciali Pontificis licentia; *cap.* 2. *de tranſlatione Epiſcopi*, unde *in dicto cap. cum noſtris, in principio*, quando Præpoſitus Lauſanenſis fuit electus in Epiſcopum ejuſdem Eccleſiæ, & in eadem conſecratus; vacavit ipſo jure Præpoſitura: cum verò poſtea Epiſcopus iterum ad Præpoſituram aſſumptus eſt, non vacavit ipſo jure Epiſcopatus, propter vinculum ſpirituale inter Epiſcopum, & Eccleſiam contractum, quod niſi auctoritate Pontificis diſſolvi non poteſt, ex *d. c.* 2. *de tranſlatione Epiſcopi*: notat Abb. *in dict. c. cum noſtris*, *num.* 4. Oxeda *dict. cap.* 4. *num.* 12.

17 Decimò quinto, prædictis obſtat textus in *cap. eum qui* 18. *hoc titulo, lib.* 6. ubi conſtitutum eſt, quod etiam ſi Clericus ſecundi beneficii non adipiſcatur pacificam poſſeſſionem, nihilominus beneficia priora, quæ antea obtinebat, ipſo jure vacant. Cui dubio reſpondendum eſt, id quadam ratione ſpeciali in ſpecie illius textus fuiſſe conſtitutum ad coërcendam malitiam illorum, qui contra ſacrorum Canonum ſtatuta, beneficia injuſtè occupant, ne ſint injuſti beneficiorum invaſores, melioris conditionis, quàm juſti poſſeſſores, juxta textum in *cap. quamvis*, *hoc tit. lib.* 6. Quod etiam erit dicendum, ſi in impetratione literarum primum tacuit, niſi ex Motu proprio id fiat, *cap. ſi motu proprio* 23. *hoc tit. lib.* 6. plures refert Barb. *in collect. ad textum in d. c. eum qui*, *n.* 3.

18 Decimò ſexto, contra ultimam noſtri *textus* partem, obſtabit dicere, quod beneficiorum pluralitatis prohibitio à jure divino provenire videtur ex illo *Matth. c.* 6. ibi *Nemo poteſt duobus dominis ſervire*: *c. clericos*, 21. *quæſt.* 1. ſed Summus Pontifex diſpenſare non poteſt contra legem naturalem & divinam, §. *ſed naturalia*, *Inſtit. de jure naturali*: *cap. ſunt quidam dicentes*, 25. *q.* 1. ergo non poterit diſpenſare cum Nobilibus, & Literatis ad plura beneficia incompatibilia obtinenda. Sed hujus dubii ſolutio pendet ex illa difficili quæſtione, ſcilicet an hæc prohibitio pluralitatis beneficiorum proveniat à jure divino, vel poſitivo? & verius eſt dicendum à poſitivo tantum provenire; & conſtat ex eo: nam ſi jure divino proveniret Summus Pontifex non poſſet diſpenſare in pluralitate, argumento textus *in dicto cap. ſunt quidam dicentes*; & tamen conſtat ex *textu* noſtro diſpenſare poſſe; deinde quia nec conſuetudo in contrarium contra illud jus divinum admitteretur, juxta textum *in cap. final. de conſuetudine*; & tamen admittitur, ut qui ex vi conſuetudinis poſſit plura beneficia obtinere, juxta textum *in cap.* 1. *de conſuetudine lib.* 6. Præterea quia non poteſt pluralitatis beneficiorum prohibitio antiquior eſſe, quàm beneficia ipſa, ut rectè conſiderat Filliucius 3. *tomo tract. de beneficiis*, *cap.* 7. *n.* 2. Rurſus, quia omnia jura quæ de prohibitione pluralitatis beneficiorum mentionem faciunt, eam tribuunt ſacris Canonibus, ut in *cap. quia nonnulli*, *de Clericis non reſidentibus*, & in *noſtro cap. de multa*, *verſic. ſacrorum canonum.* Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24 *cap.* 17. verſic. *ſacris canonibus*: notat Baronius *Anno Chriſti* 502. Spondanus *ad eundem*, *n.* 6. Cardinalis *in Clement. gratiæ, de reſcriptis*, *n.* 12. Nec obſtat illa *Divi Matthæi* auctoritas; Quia in ſenſu literali, ibi non probatur, illam beneficiorum pluralitatis prohibitionem à jure divino provenire; quamvis in ſenſu morali ad id adaptetur; nec exinde dici poteſt, illam prohibitionem ex illo dimanare, ſiquidem tantum id de jure divino dicitur, quod in ſenſu literali extat, non in morali: notat Divus Thomas 1. *parte*, *quæſtion.* 1. *art.* 2.

Decimo ſeptimò, contra hanc ultimam noſtri *textus* 19
partem obſtabit Concilium Tridentinum, *dicta ſeſſione* 24. *cap.* 17. *verſiculo, illi verò, quibuſcunque diſpenſationibus non obſtantibus*, ubi omnis diſpenſatio in beneficiorum pluralitate prohibita eſt. Sed reſpondendum eſt, per illud Tridentini decretum; non eſſe abrogatam noſtri *textus* deciſionem, nec ſublatam Pontificis facultatem diſpenſandi, exiſtente juſta cauſa: nam Tridentinum *ibidem* duntaxat voluit irritare diſpenſationes obtentas, & exiſtentes tempore promulgationis illius Concilii; non autem concedendas ex poſt facto, interveniente juſta cauſa, de qua in *textu noſtro*; quæ interpretatio colligitur ex eodem Concilio *ſeſſione* 7. *de reformatione*, *cap.* 5. ubi diſpenſationes ad plura beneficia legitimè conceſſas obſervare conſtituit, approbans conſtitutionem Gregorii X. in *capite ordinarii*, *de officio ordinarii lib.* 6. notat Cenedus *dicta collect.* 150. *ad finem*, *num.* 2. Oxeda *dicta* 2. *part. cap. final. num.* 84. Spino *de teſtamentis*, *gloſſa* 3. *n.* 75. Barboſa *in collect. ad noſtrum textum*, *num.* 11. *cum ſequentibus.*

TITULUS VI. DE Clerico ægrotante, vel debilitato.

Ad textum in cap. Cum percuſſio 1. cap. Tua 4. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Clerico ægrotanti beneficii fructus integri debentur.*
2 *Percuſſio corporalis, vel pro purgatione, vel vindicta, ex Dei judicio provenire ſolet.*
Afflictis non eſt danda afflictio.
Pœna duplici quis puniri non debet.
3 *Exponitur text. in* cap. de rectoribus 3. de Clerico ægrotante.
4 *Clericus infirmus ex legitima juris interpretatione reſidere intelligitur.*
Impoſſibilium nulla eſt obligatio.
5 *Explicatur textus in* c. qui partem 6. c. ſiquis à Medicis 7. 55. diſtinct.
6 *Declaratur text. in* cap. cum percuſſio 1. de clerico ægrotante, vel debilitato.
7 *Clerici non reſidentes beneficio privantur.*
8 *Merces non debetur niſi ſequatur cauſa ob quam promittitur.*
Salarium non eſt præſtandum famulo infirmo.
Advocato infirmo ſalarium debetur.

CONCLUSIO.

FRuctus beneficii debentur integri Clerico ægrotanti, 1
Conſonat text. *in cap.* 1. *c. tua* 4. *hoc tit. cap. unico*, *eodem tit. lib.* 6. *c. cum percuſſio*, 7. *quæſt.* 1. *cap. indicas* 3. *q.* 9. *cap. ad ejus vero, diſtin.* 5. *c. ad audientiam, de Clericis non reſidentibus*; *c. unico eodem titulo*, *lib.* 6. *c. ſuper ſpecula, de Magiſtris*; *cap.* 2. *de privilegiis lib.* 6. *cap. ſi quis inſaniens*, 15. *quæſt.* 1. Comprobari etiam poteſt ex textu in *l.* 1. §. *divus*, *ff. de variis*, *& extraordinariis cognitionibus*; *l. advocationis*, *ff. de conditione ob cauſam dat. l. arboribus*, § *de illo*, *ff. de uſufructu*; *l.* 7. *ff. de uſufructu legato*: *leg.* 4. §. *Stichus ff. de ſtatu liberis*; *leg. libertus* 15. *leg. hæ operæ* 23. §. 1. *ff de operis liberti.* Concilium Tridentinum *ſeſſione* 23. *de reformat. cap.* 1. exornans Covarruvias *lib.* 3. *variarum*, *cap.* 13. *nu.* 8.

Oxeda *de incompatibilitate beneficiorum, parte prima, capite decimo septimo, n.* 15. Guttierrez *Canonicarum quæstionum lib.* 1. *cap.* 1. *pagina centesima trigesima septima.* Moneta *de distribut. quotid. parte secunda, quæstione quinta, numero sexto,* Duennas *regula* 206. *limita.* 7. Selva *de beneficiis,* 4. *parte, quæstione sexta, n.* 9. Paulus Fuscus *de visitatione lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 26. Cujacius *in posthumis ad hunc textum,* Rebuffus *in praxi benefic. lib.* 2. *titulo dispensat. de non residendo, n.* 27. Idem *in regula de infirmis, glossa* 4. *numero quadragesimo septimo,* Soto *libro* 10. *de justitia, quæstione tertia, artic.* 6. Paludanus *in* 4. *distinct.* 15. *quæst.* 5. Navarrus *in cap. si quando, de pœnitentia, distin.* 1. *notabili* 18. Azor. *inst. moralium parte* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *q.* 10. *cum sequentibus*; traditus à Cenedo *in collect. ad sextum, collect.* 15. *n.* 8. Barbos. *in collect. ad nostrum textum, nu.* 1. *&* 2.

2 Ratio est, quia cum percussio corporalis immineat, utrum pro purgatione, an pro vindicta contingat, Dei judicio sit reservandum; & cum afflictis non sit danda afflictio *cap. cum percussio* 7. *quæst.* 1. *cap. ex parte, infra, hoc titulo; capit. licèt* 4. *de censibus, l. Divus Marcus, in principio ff. de officio Præsidis, l. si idem ff. de jurisdictione omnium judicum*; nec duplici damno, & pœna quis affici debeat, *l. si pecuniam, §. sed si acceperit, ff. de condictione ob causam dat.* imò miserendum est ipsius: justa de causa Clericus infirmus integros percipiet fructus sui beneficii; cum ægrotantes interpretatione juris residere videantur, & officio suo inservire, *dicto cap. ad audientiam, de Clericis non residentibus, cap. unico, ejusdem tituli, lib.* 6. argumento textus, in *l. cum hæres, versiculo, sed si quibusdam*; & Glossa *verbo imputando, ff. de statuliberis* atque ideo, ac si re vera residerent fructus beneficii percipiunt, *cap. super specula, de magistris, cap.* 2. *de privilegiis lib.* 6. dum à simili obligatione jus ipsum ægrotantem liberet, *dicto capit. ad audientiam: dicto capit. unico,* si quidem per se non stetit quo minus resideret, atque ideo perinde habetur, ac si officium sibi injunctum impleviset, *cap. nuper, in fine, de bigamis, cap. cum non stat. de regul. juris l.* 6. nam si ægroti à fructibus privarentur, forsan contingeret, ut eorum exemplo cæteri perterriti, nullus reperiretur, qui in Ecclesia militare vellet ut docet Greg. *in nostro c.* 1.

3 Primò, obstabit textus in *cap. de rectoribus, in fine, infra hoc titulo.* ubi Clerico ægrotanti dumtaxat congrua portio ad sustentationem assignatur: ergo non integros fructus percipit. Cui dubio respondendum est, textum nostrum procedere in ægroto, qui nullum coadjutorem habet, qui integros fructus sui beneficii percipit; secus in eo, cui adjutor est datus; ut in *dicto cap. de Rectoribus*, utriusq; ratio discriminis est, quia in præsenti erat temporalis corporis imbecillitas, ibi verò perpetuus lepræ morbus: quare dumtaxat Coadjutor permittitur, *capit. unico, hoc titulo, lib.* 6. meritò enim cùm illa portio, quæ Coadjutori assignatur, debeat detrahi ex ipsis Ecclesiæ facultatibus, justa de causa Clericus ægrotus, cui adjutor est assignatus, integros sui beneficii fructus non percipit; notat Riccius *in praxi rerum fori Ecclesiastici, decisione* 564. Azor. *inst. moralium part.* 2. *l.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 9. Suar. *de censuris, tomo* 5. *disp.* 51 *sect.* 2. *ad finem,* Barbos. plures referens in *collect. ad textum, in dicto capite de Rectoribus, numero tertio & quarto,* Idem *de officio & potestate Episcopi parte tertia, allegatione* 63. *n. ultimo.*

Secundò, solutioni obstabit dicere, scilicet nullam
4 fructuum portionem ægroto deberi; siquidem beneficium Ecclesiasticum pro officio, & servitio spirituali tantum sit debitum, *capite finali de rescripti libro sexto, capite concesso,* 12. *quæstione, secundo cap. cum secundum Apostolum, de præbendis*, ergo ægrotus Ecclesiæ non serviens fructus nullos poterit percipere. Cujus dubii solutio pendet ex decidendi ratione *supra* adducta; siquidem infirmus ex benigna juris interpretatione residere intelligitur, & non debet esse deterioris conditionis, quàm is, qui revera personaliter residet, cum idem operetur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero: *lege lex Cornelia, digestis de vulgari, lege si filius familias, digestis de rebus creditis*: nam cum per se non stet quo minus resideret, siquidem impossibilium nulla est obligatio, *capite nemo*, cum vulgari; *de reg. juris libro sexto*, meritò habetur, ac si officium sibi injunctum impleret, *dicto capite nuper in fine de bigamis: dicto capite cum non stat, de regul. juris libro sexto.* Hoc adeo verum est, quod etiam si sua culpa, & causa in morbum inciderit distributiones quotidianæ, & fructus beneficii ei debentur. notat Covar. *libro tertio variarum capite tertio, numero octuagesimo primo*, dum. Amen in sanitate soleret chorum frequentare: notat Azor. *institut. moralium parte secunda libro septimo, quæstione decima*, Moneta & Cenedus *locis suprà citatis*, August. Barbos. *in collect. ad hunc textum numero tertio.* Nec huic sententiæ obstabit si dixeris in doctrina suprà adducta, ægrotum ex sua malitia, & propria culpa commodum reportare, contra regulam textus in *capite intelleximus, de judiciis; lege cum hi paragrapho si quis, digestis de transactionibus*: & ita delictum personæ redundare in detrimentum Ecclesiæ, adversus textum in *capite si Episcopum, decima sexta quæstione, sexto capite, delictum septuagesimo sexto, de reg. juris libro sexto.* Quia respondetur illud infirmitatis impedimentum, ut cunque contingat, à Deo illatum dici, juxta textum in *dicto capite cum percussio, septima quæstione, primo capite, quos Deus,* 33. *quæstione secunda*, notat Covar. *ubi supra.* Cicero, *libro tertio, de natura Deorum in fine, & libro* 2. *de legibus.*

Tertiò solutioni obstat textus in *capite qui partem* 6. 5
cap. si quis à Medicis 7. *cap. si quis pro ægritudine quinquagesima quinta distinction.* in quibus juribus cavetur, quod Clericus qui culpa sua ægrotus, & infirmus factus est, non solum ab officio, sed etiam à beneficio est privandus. Augetur difficultas ex eo, quod is qui officio privatur, itidem & beneficio privatus censetur juxta textum in *cap. si quis sacerdotum, octuagesima prima distinctione*, sed ægrotus officio privatur, *cap. tua nos, cap. ex parte infrà, hoc titulo*: ergo & beneficio privari. Pro quorum jurium interpretatione prænotandum est multum referre an quis absque sua culpa casu fortuito propter morbum suspensus efficiatur; an verò propter culpam simul & delictum ægrotus fuerit factus; nam in primo casu, etsi ab officio removeatur, non tamen eo ipso pariter beneficio privatur: & ita obtinet *textus noster*; secus in secundo, veluti si partem cujuslibet digiti sibi ipsi volens abscidit; nam veniam meruit etiam si ejus culpa absque delicto proveniat. eo enim casu voluntas, & culpa est dijudicanda, quæ simul ex delicto provenit, vel casu: & in eo loquitur textus in *dicto cap. qui partem dist.* 55. *cap. si quis sacerdotum*, cum *similibus supra adductis*, si verò culpa, & delictum fuerit leve, tunc non ob officii suspensionem ei aufertur beneficium, *c.* 2. *de purgatione canonica*, notat Glossa verbo, *suspensi, apud finem, in Clementina cupientes, de pœnis*, Cardinalis Zabarella, *ibid. n.* 8.

Quartò, obstabit dicere, quod si ob aliquam rationem 6
in præsenti Clericus infirmus fructus perciperet; ea esset præcipua, quia adeo impeditus erat, ut domi detentus non potuerit ministeriis Ecclesiasticis subservire: sed ex litera nostri textus constat Canonicum illum personaliter Romam, & ad Pontificem devenisse: ergo cum nullo morbo fuisset detentus, ex defectu servitii fructus nullos percipere poterat. Quam difficultatem præsensit Abbas, *in præsenti, num.* 7. Cui similiter respondit quod infirmitas illa talis esse poterat, quæ impediret deservire Ecclesiæ non tamen deambulare, veluti si forte officium linguæ amisisset, quam interpretationem sequitur Imola *in præsenti, nu.* 2. sed convincitur, quia divinatoria est; quare ea rejecta, verius dicendum existimo Canonicum *in præsenti* post restitutam salutem detulisse querelam ad Pontificem ex eo, quod sibi infirmo fructus beneficii fuissent denegati, atque ideo licèt personaliter comparuerit coram Romano Pontifice, nihil impedit: cùm antea præcessisset infirmitas, & fructuum ablatio.

Quintò

7 Quintò, prædictis obstabit dicere, quod Clerici non residentes beneficio privantur, *cap. 2. cap. quia nonnulli, cap. relatum; cap. conquerente, cap. ex tuæ, cap. ultimo, de Clericis non residentibus*: at obligatio residendi provenit à jure divino: *Joannis capit. 10. Matth. cap. 16. capit. per venerabilem, qui filii sint legitimi*: Concilium Tridentinum *sessione 23. de reformatione, capite primo*, cui Pontifex non derogat, *cap. sunt quidam dicentes 25. quæstione 1.* ergo nulla causa, etiam per Pontificem approbata, nempe infirmitatis, excusat à residendi obligatione; ac per consequens si non residet, etiam propter infirmitatem, non poterit fructus beneficii percipere. Cui difficultati respondendum est, quod licèt controversum sit, an residentia à jure divino proveniat, ut suprà diximus *in titulo, de Clericis non residentibus*, quamvis Pontifex jus divinum, non abroget ex *dicto capite sunt quidam dicentes*; tamen ex justis cautis illud interpretari poterit, *capit. in omni negotio, de testibus, capite Præsul, 7. quæstione quinta*, quæ quidem potestas interpretandi juris divini continetur sub potestate Clavium, quam immediatè Dominus noster Divo Petro, & successoribus concessit: *Clementin. unam sanctam, de majoritate, & obedientia*, unde cum Pontifex Dei potestate utatur, & ejus Vicarius sit, *capite, inter corporalia, de translatione Episcopi*, poterit divinam legem interpretari, ut sic impeditus morbo per substitutum inserviat, & integros fructus beneficii, ac distributiones adquirat, licèt personaliter non resideat, ut constat ex *juribus*, & rationibus *suprà* in confirmationem nostri textus adductis.

8 Sextò, obstat textus in *leg. si uno 4. § idem cum quidam, ff. locati*: dum generaliter probat non deberi mercedem nisi sequatur causa, ob quam promittitur: quod in omnibus personis observandum esse Papinianus asserit; ex cujus decisione Covarruvias *ubi supra, num. 8.* plures referens asserit, salarium non esse præstandum famulo infirmo: cui sententiæ convenit *lex Regia 44. titulo 14. partita 5.* sed Clericus Ecclesiæ servire debet, & fructus, qui mercedis loco sunt ei propter servitium dantur, *dicto cap. cum secundum Apostolum*, cum vulgatis *de præbendis*: ergo quemadmodum famulo infirmo denegatur salarium, sic similiter Clerico ægroto denegari debet. Verùm huic dubio dicendum est, in themate proposito, plurimam differentiam versari inter Clericum, & famulum; nam Clerico non tantum ob laborem personalem, sed etiam propter officium, & dignitatem fructus debentur, qui si ob morbum fuerit impeditus, quo minus possit ministerio Ecclesiastico assistere, ei subvenitur, & fructus percipit; quemadmodum etiam Advocato infirmo salarium debetur, *leg. 1. §. Divus, ff. de variis, & extraordinariis cognitionibus, leg. advocationis, ff. de conditione ob causam data.* Ut sic reperiantur, qui officium Advocati, militari conferant, ex nostri textus ratione, siquidem causarum Patroni militare dicuntur, *leg. Advocati 4. Codic. de Advocatis diversorum judiciorum.* Notat Speculator *lib. 1. titulo de salariis, §. 3. num. 9.* Sebastianus Medicis *de fortuitis casibus, 2. parte quæst. 6. num. 6.* Covarruvias *ubi supra, num. 8.* famulo autem merces pro servitio præstatur, cùm operas suas locare videatur, quibus non secutis merces non debetur, juxta textum in *leg. si pecuniam, ff. de conditione ob causam dat. leg. 44. titulo 14. part. 5.* Nec solutioni obstat textus *in leg. 1. § Divus, ff. de variis & extraordinariis cognitionibus; leg. 4. §. Stichus si hæredi, ff. de statu liber. leg. qui operas 38. ff. locati*; quorum commentaria omitto, & remitto ad ea, quæ latè scripsit Covarruvias *libr. 3. variarum, cap. 13. num. 8.* videndus est etiam textus in *leg. si libertus 15. leg. hæ operæ 23. §. 2. ff. de operis libertorum.*

Ad textum in cap. De rectoribus 3. cap. Tua nos 4. cap. Ex parte 5. c. Consultationib. 6. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Rector Ecclesiæ si sit leprosus, vel senio, aut valetudine corporali adeo gravatus, ut officium nequeat exercere, Coadiutor ei datur, qui possit ejus curam gerere.*

2 *Beneficia omnia Ecclesiastica regulariter residentiam requirunt.*

3 *Declarantur textus in* cap. tua nos 4. de Clerico ægrotante, *& conciliatur cum* cap. de Rectoribus 3. ejusdem tituli.

4 *Iterum exponitur textus in* d. cap. tua nos 4. in fine, *cum* c. de Rectoribus 3. ejusdem tituli de Clerico ægrotante.

5 *Ecclesiis duobus unus præesse non potest, nec Ecclesia una inter duos dividi.*

6 *Matrimonii vinculum propter lepram non dissolvitur, nec separatio ejus quoad torum fit.*

Argumentum valet de matrimonio carnali ad spirituale.

Simile non est idem.

CONCLUSIO.

1 *SI rector Ecclesiæ sit leprosus, vel senio, aut valetudine corporali adeo perpetuò gravatus, ut officium suum nequeat exercere, Coadjutor ei datur, qui possit ejus curam gerere.* Consonat textus in *dicto cap. de Rectoribus 3. cap. tua nos 4. capit. ex parte 5. cap. consultationibus 6. hujus tituli, cap. 1. eodem titulo, lib. 6. capit. indicas, 3. quæst. 9. capit. scripsit, capit. cùm percussio, cap. præsentium, cap. Pontifices, cap. quam sit, 7. quæst. 1.* Comprobari etiam poterit ex textu in *cap. 1. cap. presbyterum 2. hoc nostro titulo, cap. licet 4. de censibus*: juncta ejus Glossa, *cap. grandi 2. de supplenda negligentia Prælatorum, lib. 6.* Concilium Tridentinum *sessione 25. de reformatione, cap. 7. leg. 4. §. Stichus, ff. de statu liberis; leg. in rebus, §. possunt, ff. commodati: leg. 1. & 2. Cod. qui morbo se excusa. lib. 10. leg. 18. titulo 16. partita 1.* Exornant Petrus Gregor. *lib. 5. partitionum juris Canonici, cap. 6.* Sebastianus Cæsar. *de Ecclesiastica Monarchia, quæst. 1. proœmiali, §. 4. n. 18.* Gonçalez *in regula 8. Cancellariæ glossa 5. §. 9. in principio*: Henriquez *in summa lib. 4. de Irregularitate, cap. 8. n. 8.* Escobar *de ratiociniis, cap. 28. nu. 26.* Riccius *in praxi decisione 564.* aliàs *resolutione 494.* Henricus Boich, *in rub. hujus tituli, n. 7.* & Zerola *in praxi Episcopali, parte 1. verbo, Parochia*: §. 7. Azor. *instit. moralium parte 1. quæst. 9.* Cenedus *in quæst. Canonicis, quæst. 1. n. 7.* Hostiensis *in summa hujus tituli, §. & an propter*: Augustinus Barbosa plures referens, *in collect. ad hunc textum*, & in juribus *suprà* in confirmationem nostræ conclusionis adductis, præcipuè *de potestate Episcopi, 3. parte, allegat. 63. nu. 12. & 13.*

2 Ratio est, quia cum regulariter omnia Ecclesiastica beneficia residentiam requirant, *cap. tua nobis, de verb. significatione, cap. clericos, 71. distinct. cap. præterea, c. quia in tantum*, cum aliis, *de præbendis; cap. quia nonnulli cap. conquerente*: & fere *per totum tit. de Clericis non residentibus*, præcipuè, quibus hæret animarum cura, Concilium Tridentinum *sess. 23. de reformatione. c. 1.* quibus Sacramentorum administratio competit *c. 1.* & per totum tit. *de Parochiis*, & divini verbi prædicatio, *c. inter cætera, de officio Ordinarii* qui sacrificia, & orationes pro populo Deo offerre debent *1. Regum, c. 12.* & cùm is, qui senio, & morbo perpetuo, ac incurabili, factus sit inutilis, & impeditus, ita ut sacrificia divina

miniſtrare, & ſuum officium impartiri non poſſit, juſta de cauſa ne abſque Paſtore oves diſpergantur, ei datur temporalis Coadjutor non perpetuus, nec cum futura ſucceſſione; qui pro eo reſideat, & miniſtret, ac officium exerceat; nec ex eo eſt privandus ſuo beneficio; ſed Coadjutori ex fructibus beneficii congrua portio, & ſtipendium pro victu conſignatur, notat Suarez *de cenſuris, diſputatione quinquageſima ſecunda, ſectione ſecunda apud finem*, Gonçales *ubi ſupra* §. 9. *n.* 8. Auguſtinus Barboſa *in collect. ad hunc textum, n.* 3.

3 Primò, obſtat textus in *capite tua nos* 4. *hujus tituli*, ex decliione apparet, quod ſi Sacerdos in Eccleſia Parochiali prælationis officio fungatur, & divino judicio lepræ morbo ſit percuſſus, ab adminiſtrationis officio adeo removeri debet, ut tantum juxta facultates Eccleſiæ ſibi quandiu vixerit, neceſſaria miniſtrentur: ergo propter morbum lepræ omnino Prælatus ab Eccleſia removeri debet; quod omninò contrarium refert textus *in dicto capite de rectoribus*, ſi quidem ibi non totum removetur, ſed tantum Coadjutor ei aſſignatur. In qua jurium contrarietate, Hoſtienſis *in ſumma hujus tituli, paragrapho & hanc*, aſſerit diſtinctionem eſſe adhibendam inter Epiſcopum, & Parochialem Sacerdotem; ita ut primus (hoc eſt) Epiſcopus non removeatur propter lepram ab officii adminiſtratione, ſed tantum ei Coadjutor detur, cum competenti portione redituum Epiſcopatus, & ita procedere textum in *dicto capite de Rectoribus*, quam interpretationem fundare videtur in illo verbo *rectoribus*, qui propriè Prælati Eccleſiæ ſunt, cum in Apoſtolorum loco ſucceſſiſſent, *capite in novo vigeſima prima diſtinctione*, Sacerdotem verò parochialem propter lepram removeri affirmat; & ita intelligendum eſſe textum in *dicto capite tua nos* 4. *hujus tituli*: cujus diſcriminis ratio eſt, quia Epiſcopus difficulter removetur, *cap. quanto, scilicet, de tranſlatione Epiſcopi, cap. quamvis* 3. *de quæſtione ſexta*, inferiores verò Clerici ex levioribus cauſis removeri poſſunt, *cap. per tuas, in fine, de ſimonia, capit. ſi Evangelica, quinquageſima quinta diſtinctione*, quæ ratio etſi veriſſima ſit tamen interpretatio *ſupra* adducta, manifeſtè convincitur ex text. in *capite primo* & *final. ſupra hoc titulo*, quæ jura de inferioribus Prælatis tractant, & ab adminiſtrationis officio non removentur, ſed potius adjutores eis aſſignantur; quare hac, & aliis omiſſis, veriſſimam eſſe exiſtimo, quam refert Abbas in *dicto capite tua*, 4. *hujus tituli*, dum affirmat textum illum aſſerere, lepræ morbo laborantem removendum eſſe ab adminiſtrationis officio, hoc eſt tantum ab adminiſtrationis exercitio, non tamen à jure Prælaturæ, quod penes eum remanere debet; cum jus illud ſit inſeparabile à Prælatura ipſa, repellitur autem ab officio quoad actum, id eſt ab actuali exercitio, & officii adminiſtratione quam exercet, & ei Coadjutor datur ut ita infirmo, & populo provideatur: ut expreſsè conſtat ex *dicta l.* 18. *titulo decimoſexto, partita prima*, quam ſequuntur Joannes Andreas, & alii relati à Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, dicta allegatione ſexageſima tertia, numero decimo ſecundo, & decimo tertio*, Suarez *tomo quinto, de cenſuris diſputatione quinquageſima prima*; *ſectione ſecunda, apud finem*, idem Barboſa *in collectaneis ad textum in dicto cap. de Rectoribus, num.* 4. *in principio.*

4 Secundò adhuc ſolutioni obſtat idem textus in *dicto cap. tua nos* 4. *in fine, hujus tituli*, dum ibi mandatur, ut neceſſaria dumtaxat dentur infirmo: ergo reliqua ſunt in diſpoſitione Coadjutoris; quod omnino contrarium refert textus in *dicto capit. de rectoribus* 3. *hujus tituli*, ſiquidem ibi tantum ſtatuitur congrua portio Coadjutori, & cæteri proventus infirmo beneficiario relinquuntur. Quem obicem ut tollas, ſic diſtingue, videlicet, aut infirmitas perpetua adeo gravis eſt, ut non ſolum impediat adminiſtrationem in ſpiritualibus, verum etiam in temporalibus, & tunc Coadjutor habet utriuſque adminiſtrationem, & debet dare congruam portionem infirmo, & congruam pro ſe retinere, reliquis fructibus in utilitatem Eccleſiæ converſis; in qua ſpecie procedit textus in *dicto capite tua, in fine, hoc titulo, cap. penult. de Clericis non reſidentibus, capite pervenit, de appellationibus*, aut infirmitas ſolummodo eum reddit impotentem in ſpiritualibus, quo caſu, cùm officium Coadjutoris ad temporalia non extendatur, Prælatus omnes redditus percipit, & dabit congruam portionem Coadjutori, & ita eſt intelligendus textus in *dicto capite de rectoribus* 3. *hujus tituli*, ut apertè ex ejus verbis colligitur, notat Abbas, *ibidem numero quinto, & ſexto*, Azorius *inſtitutionum moralium parte ſecunda, libro tertio, capite ſecundo, quæſtione decima*, Barboſa *in collect.* ad textum in *dicto capite tua nos*; *numero quarto*, Idem *de poteſtate Epiſcopi, parte tertia, allegation.* 63. *numero decimo tertio.*

5 Tertiò concluſioni noſtræ, & ſupra traditis obſtabit ſequens argumentum, videlicet quod ſicut non poteſt unus duobus præeſſe Eccleſiis *c. de multa, de præbend. cap. dudum* el. 2. *de electione, cap. eam te, de ætate, & qualitate* nec una Eccleſia duobus committi, *cap. ſi quis, paragrapho ſicut autem, decima ſecunda quæſtione ſecundo capite, ſicut, eadem cauſa, & quæſtione: capit. majoribus, capit. tuæ fraternitatis, cap. niſi eſſent, cap. vacante, de præbendis*: ergo non rectè Coadjutor infirmo aſſignari poterit. Sed hæc difficultas ex eo diluitur, ſi dixeris etſi veriſſimum ſit titulum unius beneficii, vel Eccleſiæ inter duos dividi non poſſe, poterit tamen ejus adminiſtratio dividi; ex quo conſtat unam Eccleſiam duobus quoad titulum committi non poſſe; & ita interpretandus eſt textus in *dicto cap. majoribus*, cum *ſimilibus ſupra adductis*, notat *gloſſa, ibidem*, Abbas, Imola, & Ripa, *in cap. cum M. numero* 66. *de conſtitutionibus*; aliter verò quoad officium, & ſpirituale exercitium, nam ſi neceſſitas, & utilitas Eccleſiæ id expoſtulat, veluti Rectore ægrotante aſſumitur Coadjutor; ut conſtat ex *textu noſtro*, & ex *juribus*, & rationibus in ejus confirmationem *ſupra* adductis: ſi quidem Coadjutor non habet titulum beneficii, ſed ſimplicem, nudam, & actualem adminiſtrationem, quæ morte proprietarii extinguitur *dicto cap. grandi, de ſupplenda negligentia prælatorum lib.* 6. obſervant Butrius, Abbas, & Imola *in capite final. hoc titulo.*

6 Quartò, obſtabit textus *in cap.* 1. & per *totum tit. de conjugio leproſorum*, ex quo cavetur, quod propter lepram non diſſolvitur matrimonii vinculum, nec ſeparatio ejus quoad thorum fit: ſed argumentum valet de matrimonio carnali ad ſpirituale, *capite ſicut, capite inter corporalia, de tranſlatione Epiſcopi*: ergo quemadmodum leproſus non arcetur ab uſu conjugii, ſimiliter, nec Clericus ab uſu ſuæ Eccleſiæ quoad ſacramentorum adminiſtrationem. Quod dubium dilues, ſi dixeris non ſemper matrimonii carnalis, & ſpiritualis æquiparationem valere, ſed tantum in caſibus à jure expreſſis: nam ſimile non eſt idem: *capite capitulum Sanctæ Crucis, de reſcriptis lege quod Nerva, digeſtis depoſiti*: unde propter periculum animarum quoad exercitium removetur ab officio ſpirituali leproſus; non ita in matrimonio carnali fit quoad torum propter lepram ſeparatio; ex ratione tradita in *capite ſecundo, de conjugio leproſorum*, ſiquidem conjux ſana tenetur leproſo debitum reddere, notat Divus Thomas *in quartum diſtinctione trigeſima ſecunda, quæſtione unica, articulo ſecundo, ad quartum*; ceſſat tamen obligatio, ſi redditio illa redundet in notabile reddentis damnum; ut notat Pater Emmanuel Rodriguez *in Summa tomo primo, capite ducenteſimo quadrageſimo tertio, numero ſecundo*, cum traditis à Barboſa *in collect. ad textum in dicto capite ſecundo, de conjugio leproſorum, num.* 2.

TITU-

TITULUS VII. DE *Institutionibus.*

Ad textum in cap. Non amplius 1. cap. In Ecclesia 2. c. Auctoritate 4. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Clericorum numerus debet institui in Ecclesiis Collegiatis secundum facultatem ipsarum.*
2 *Alimenta tantum secundum facultates debentur.*
3 *Interpretatur textus in* cap. cum M. 9. de constitutionibus; *& conciliatur cum* cap. non amplius 1. de institut.
4 *Expenditur textus in* cap. pro illorum 22. de præbendis.
5 *Declaratur text. in* c. auctoritate 4. vers. ultra quam: de institutionib.
6 *Episcopus, vel Capitulum non poterit numerum Canonicorum minuere.*
7 *Explicatur textus in* c. cum accessissent 8. c. ex part. 12. de constitutionibus.

CONCLUSIO.

1 NUmerus *Clericorum debet institui in Ecclesiis collegiatis secundum facultatem ipsarum.* Consonat textus *in dicto c.* 1. 2. *&* 4. *hoc titulo*; *cap. final. de præsumptionibus*; *c. ex parte* 10. *de concessione præbendæ*: *c. transmissæ, final. de verbor. signif. cap. pro illorum* 22. *cap. vacante, de præbendis*; *c. de monachis*, *c. dilecto*, cum aliis *eodem tit. cap.* 1. *cap. quoniam* 9. *de vita & honest. Cleric. c.* 1. §. *fanè, de statu Regularium*, *lib.* 6. *cap. sicut nobis, de supplenda negligentia prælatorum*; *cap. cum instantia*, §. *fane*, *cap. sopita*, *cap. quanto* 16. *& final. de censibus*; *cap. præcipimus*, 12. *q.* 1. *c. omnes basilicæ*, 16. *quæst.* 7. *cap. scimus*, *c. necessaria*, 12. *quæst.* 2. *authent. Ut determinatus sit numerus Cler. collatione* 1. *leg. non plures*, *C. de sacrosanctis Ecclesiis*: Concilium Arelatense 3. *cap.* 8. Maguntinum *c.* 19. Tridentinum *sess.* 25. *c.* 3. exornant Navar. *de redditibus Ecclesiæ*, *quæst.* 1. *monitu* 62. Emmanuel Rodriguez, *q. Regul. tomo* 2. *quæst.* 48. *articulo* 1. *&* 2. Zerola *in praxi Episcopali*, *parte* 1. *verbo*, *Moniales*, §. 6. *pag.* 255. Azor. *institut. moralium parte* 1. *lib.* 13. *cap.* 9. *quæst.* 1. Reginaldus *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 297. Augustinus Barbosa *de potestate Episcopi*, *parte* 3. *allegatione* 98. Cujacius *in posthumis ad hunc textum*, Barbosa *in collect. ad nostrum textum*, *& in c. ex parte* 10. *de concessione præbendæ*: Amaya *in l. unica*, *C. de collatione donatorum*, *lib.* 10. *num.* 31.

2 Ratio est; quia cum alimenta tantum secundum facultates debeantur, *leg. cum hi*, §. *persona*, *ff. de transactionibus*; Glossa *in cap. cum instantia*, *final. de censibus*; ideo plures Clerici, vel Monachi in Ecclesia instituì non debent, quàm facultates ipsius tueri & ferre possint, ne exinde omnes mendicare cogantur, & Ecclesia ipsa diruatur, & extinguatur; siquidem ex redditibus Ecclesiæ non solum Clerici sunt pascendi, sed etiam ipsa Ecclesia reparanda, *c. pastoralis*, *de his quæ fiunt à Prælatis*: Notat Abb. *in præsenti*, *n.* 2. Cujac. *in posthumis*, *ad hunc textum*, *ad finem.*

3 Primò, obstat textus in *c. eum M.* 9. *de constitutionib.* in cujus textus specie apparet, Canonicorum receptionem à Capitulo factam contra statutum, & extra numerum Canonicorum, adeo utilem esse, ut ex fructibus ipsius Ecclesiæ illis sit providendum: ergo electio Clericorum extra numerum ipsius Ecclesiæ facta valere debet. Verùm in hac jurium contrarietate, omnia interpretatione, quam refert Lara *in leg. si quis à liberis*, §. *sed si filius*, *ff. de liberis agnoscendis*, *n.* 82. *cum sequentibus*; verius est dicendum, dissimile esse nostri textus sententiam ab illa, quæ refertur *in dict. c. cum M.* nam textus noster loquitur de Ecclesia non numerata, & de Monachis, vel Clericis regularibus, in qua non est certus numerus Monachorum, seu Clericorum regularium, meritò non amplius suscipi debent in Monasterio, quàm quot se regere de bonis Ecclesiæ absque penuria possint: At verò text. *in d. c. cum M.* procedit in Clericis secularibus, qui ultra numerum constitutum propria auctoritate contra suam constitutionem sponte quatuor Canonicos receperunt: nam cum sibi præjudicassent eos recipiendo, & facultates Ecclesiæ essent auctæ, ita ut commodè possent omnes sustentari, justa de causa electio illa tenuit; & noviter admissi ex superexcrescentibus facultatibus providendi sunt, juxta textum in *c. final. de verb. significatione*: notat Abbas *in præsenti*, *n.* 5. Decius *in dict. c. cum M. de constitutionib. n.* 12. Augustin. Barbos. *in collect. ad nostrum textum*, *n.* 3. & de interpretatione ad textum difficilem in *cap. quanto* 16. *de censibus* videndus est Amaya in *l. unica*, *Cod. de collatione donatorum lib.* 10. *num.* 31. *cum sequentibus.*

Secundò, obstat textus in *cap. pro illorum* 22. *de præbendis*, in cujus textus specie apparet; quod etiam si Canonici sint privilegiati à Pontifice, supra certum numerum Canonicorum recipiendo, si aliquem supra numerum receperint, non solum non possunt se tueri exceptione numeri, verum etiam censura Ecclesiastica compelluntur, sublato appellationis articulo, eum in Canonicum recipere, assignando stallum in Choro, & Capitulo. Sed huic difficultati respondendum est, ideo *ibidem* censura Ecclesiastica Capitulares compelluntur ultra numerum semel receptum retinere, & ei præbendam præstare: quia sponte propria auctoritate contra privilegium venerunt, quare illo se tueri non poterant; siquidem privilegium concessum personæ, vel Collegio, amittitur una contraventione; notat Abb. *in dicto cap. pro illorum*, *num.* 4. Oldradus *consilio* 101. Cujacius latè *in posthumis ad Decretales*, *in dicto cap. pro illorum.* 4

Tertiò, obstat textus in *cap. auctoritate* 4. *hoc titulo versiculo, ultra quam facultates earum sustineant, vobis nullus instituatur invitis.* Consideratio est: ergo eis volentibus, etiam si facultates Ecclesiæ non sufficiant, institutio semel facta valebit. Verùm huic dubio respondendum est, mentem illius textus esse, ut si facultates Ecclesiæ sufficiant, ita ut absque gravi penuria sustentari possint de novo recepti licèt non ita commodè, ut antea, dum tamen mendicare non cogantur ut textus noster refert) illa Clericorum receptio sponte facta valebit, ut latè refert Augustinus Barbosa *in collect. ad hunc textum*, *numer.* 3. Abbas *in præsenti num.* 1. 5

Quartò, adversus ea quæ in præsenti notant omnes, scilicet Episcopum, vel Capitulum, non posse numerum Canonicorum minuere, juxta textum in *cap. ultimo, de officio Archipresbyteri*, obstabit textus *in c. cum accessissent* 8. *cap. ex parte* 12. *de constitutionibus*: quibus in juribus illis id permissum esse apparet. Sed huic dubio respondendum est, illis in juribus hoc non simpliciter eis fuisse permissum, sed duabus conditionibus conjunctim; nimirum, ut justa subsistente causa, veluti quia redditus Ecclesiæ sunt diminuti, aut accedat Pontificis confirmatio: & addatur tertia, nisi postea redditus sufficienter augeantur; juxta textum in *d. c. cum M. de constitutionibus*; notat Julius Pacius *legum conciliatarum centuria* 10. *q.* 96. Barb. plures referens in *collect. ad textum in d. c. ex parte* 12. *de constitutionib. n.* 8. *&* 4. & de interpretatione ad textum in *c.* 1. 21. *dist. c. cum olim* 6. *de consuetudine*, cum *c. cum accessissent* 8. *de constitutionibus*, videndus est Julius Pacius *ubi supra*, *dicta centuria* 10. *quæst.* 38. 6

7

Ad textum in cap. Ex frequentibus 3. cap. Cum veniſſent 6. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Inſtitutio, ſeu collatio beneficiorum ad Epiſcopum tantum, non vero ad ejus Vicarium generalem ſpectat.*

2 *Epiſcopus tacite habet ſuam intentionem à jure communi fundatam in inſtitutione, & collatione beneficiorum in ſua Diœceſi vacantium.*

3 *Expenditur textus in* cap. cum Bertholdus 18. de ſententia, & re judicata.

4 *Ratio petitur ad textum in* cap. ſi in plebibus 20. 63. diſtinct.

5 *Exponitur textus in* cap. ut noſtrum 9. de officio Archidiaconi.

Inſtitutio realis, ſeu corporalis differt ab ſpirituali collatione.

Interpretatur text. in cap. non ſine multa 2. verſic. per manum, de arbitris.

Archidiacono an inſtitutio beneficiorum competat? remiſſivè ponitur.

7 *Expenditur textus in* cap. ſuper eo 15. de officio delegati.

8 *Archidiacono jus eligendi nulla conſuetudine adquiri poteſt.*

Declaratur textus in cap. cum veniſſent 6. de inſtitutionibus.

9 *Conſuetudinis tanta eſt poteſtas, ut non habenti juriſdictionem tribuat.*

10 *Refertur deciſio textus in* cap. licet Epiſcopis, de præbendis lib. 6.

11 *Ratio petitur ad textum in* cap. ex frequentibus 3. de inſtitutionibus.

Inſtitutio, & collatio, pro eodem fere ſumuntur; ſed differunt, ut ibi exponitur.

Interpretatur textus in cap. ad decorem 5. de inſtitutionibus, cap. ſtatutum 3. verſic. per ſuos Vicarios generales, de præbendis, lib. 6.

CONCLUSIO.

1 *AD Epiſcopum tantum; non verò ad ejus Vicarium generalem ſpectat inſtitutio, ſeu collatio omnium beneficiorum in ſua Diœceſi vacantium.* Conſonat text. in *dicto cap. ex frequentibus, cap. cum veniſſent, hoc titulo: cap. noſtri, de electione; cap. conquerente, de officio Ordinarii; cap. 1. & 2. de Capellis Monachorum; cap. 2. de exceſſibus Prælatorum; cap. cum & plantare, §. in Eccleſiis, de privilegiis, cap. quia diverſitatem, de conceſſione præbendæ; cap. cum injuncto, §. final. de hæreticis; cap. noſci, cap. tranſmiſſam, cap. qualiter, de electione; cap. avaritiæ, eodem titulo lib. 6. cap. final. de officio Vicarii, lib 6. cap. nullus, 16. quæſt. 1. cap. ſane, 16. quæſt. 2. cap. omnes Baſilicæ 10. 16. quæſt. 7. cap. ſtatutum 3.* ubi Gloſſa ultima, *de prabendis, lib. 6.* Gloſſa *in cap. deliberatione*, verbo, *cujuſcunque, de officio delegati, lib. 6. cap. ab exordiis, 85. diſtinct. cap. cum nullus, §. Epiſcopo. de temp. ord. lib. 6.* exornant Petrus Gregorius *lib. 1. partitionum, tit. 28. cap. 11. nu 2.* Idem *lib. 27. ſyntagmatum, cap. 7. n. 14. & 15.* Covarruvias *lib. 3. variarum, cap. 20. n. 7.* Rebuffus *in praxi beneficiali, titulo de forma Vicariatus, nu. 28.* Garcia *de beneficiis, parte 5. cap. 8. nu. 83.* Gonzalez *ad regulam 8. Cancellariæ, gloſſa 9. §. 7. num. 78.* Reginaldus *in praxi fori pœnitent. lib. 3. tract. 3. nu. 239.* Paz *in praxi tomo 2. præludio 3. num. 7.* Filliucius *de ſtatu Clericorum titulo 41. de beneficiis Eccleſiaſticis, cap. 2. nu. 24.* Selva *de beneficiis, quæſt. 22.* Guttierrez *in practicis q. lib. 3. q. 19. num. 31. & 39.* Auguſt. Barb. *de officio, & poteſtate Epiſcopi, parte 3. allegatione 54. num. 70.* Idem *in collect. ad textum noſtrum.*

Ratio eſt, quia in collatione, & inſtitutione beneficiorum in omni ſua Diœceſi vacantium Epiſcopus recitè habet ſuam intentionem à jure communi fundatam, *cap. omnes Baſilicæ 10. 16. quæſt. 7. Gloſſa, verbo, probatam, in cap. cùm veniſſent 6. hoc titulo*: non tamen Vicario generali competit; quia ut refert Bonifacius in *dicto c. final. de officio Vicarii*, in generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis in ſpecie verosimiliter conceſſurus non erat, juxta regulam textus in *cap. ingenerali, de regulis juris, lib. 6. cap. ſi Epiſcopus, de pœnitentiis, & remiſſionibus*: igitur neceſſaria eſt ſpecialis commiſſio, ut Vicarius generalis poſſit illam beneficiorum collationem conferre, juxta textum *in dicto cap. finali, in fine, de officio Vicarii lib. 6.* Filliucius, *ubi ſuprà, num. 24.* 2

Primò, adverſus textum noſtrum obſtabit textus in *cap. cum Bertholdus 18. de ſententia, & re judicata*, verſicul. *Didacum Clericum, ejuſdem loci Archidiacono ad ſupra dictam Eccleſiam præſentavit*: ex quibus verbis conſtat, Clericum illum ab alio præſentatum, ab Archidiacono fuiſſe inſtitutum. Sed dubium hoc diluitur ex ejuſdem textus verbis, ibi: *de conſenſu Epiſcopi illum inſtituit*: ex quibus apparet Archidiaconum, non ex proprio, ſed Epiſcopi nomine, & ejus conſenſu, inſtitutionem illam feciſſe, nam aliàs ex juribus, & rationibus *ſuprà* adductis, inutilis reputaretur: notat Bald. *in dict. c. cum Bertholdus, num. 5.* Abbas & Butrius *nu. 4.* Barbos. *nu. 7.* 3

Secundò, ſolutioni obſtat textus in *cap. ſi in plebibus 20. 63. diſtinct.* ex quo deducitur, quod ſi in plebibus Archipresbyter obierit, tunc Archidiaconus quam citius potuerit Archipresbyterum inſtituere debere etiam abſque Epiſcopi conſenſu. Verùm hæc difficultas ex eo diluitur; ſi dicamus Archidiaconum *ibi* Archipresbyterum non elegiſſe, nec inſtituiſſe nomine proprio; ſed tantum inter cæteros de plebe interfuiſſe; ut ſic ejus præſentia interveniente, ſeditiones, quæ in electione illa oriri ſolebant, ſedarentur; nam & ſi demus Archidiaconum ibi inter cæteros votum in electione habuiſſe, id tamen intelligi debet, ſi prius Epiſcopi conſenſus interveniſſet, notat Gloſſa *ibi*, verbo *videlicet*; juxta textum in *cap. nullus, 16. q. 7.* Qua interpretatione retenta, rejiciendam eſſe exiſtimo, quam refert Acunna *ad primam Decreti partem, in d. c. ſi in plebibus, 63. diſtin.* 4

Tertiò, prædictis obſtat textus in *cap. ut noſtrum 9. de officio Archidiaconi*, ubi conſtat ad Archidiaconum de jure communi ex propria officii ratione beneficiorum Inſtitutiones competere: ergo omnia hucuſque reſoluta minimè ſuſtineri poterunt. Quod quidem dubium dilues adhibita diſtinctione, ſi dixeris diſcrimen verſari inter inſtitutionem realem, quam corporalem poſſeſſionem appellamus, & inter ſpiritualem beneficii collationem: nam collatio illa in facto; hæc tamen propriè in jure conſiſtit: & illa ad Archidiaconum ſpectat, de qua loquitur textus *in dicto capite ut noſtrum*: hæc tantum ad Epiſcopum pertinet, ut conſtat ex *juribus ſuprà adductis*: quæ interpretatio ex eo deducitur; ſiquidem *in dicto cap. ut noſtrum*, poſt canonicam juris inſtitutionem Archidiaconus Clericum intromittit in corporalem beneficii poſſeſſionem, juxta textum in *cap. ad hæc, verſicul. in quadam; cap. ſi noſtrum, de officio Archidiaconi; cap. perlectis, §. Archidiaconus*, cum aliis *25. diſtin.* Abbas *in c. cum ſatis 4. de officio Archidiaconi; n. 2.* Anaſtaſius Germonius *de Indultis Cardinalium, §. nec non, num. 6.* 5

Quartò, prædictis obſtat textus in *cap. 2. de arbitris*, verſicul. *per manum Roderici Archidiaconi*; ex quo conſtat ad Archidiaconum pertinere Capellæ, ſeu beneficii inſtitutionem: quæ ſententia confirmatur ex aliis ejuſdem textus verbis, ibi, *eundem Presbyterum iterum ordinavit*, juncto verſic. *de ſuo beneficio*; ergo non ſolum ad Epiſcopum, verum etiam ad Archidiaconum inſtitutio pertinere poterit. Verùm huic dubio reſpon- 6

dendum

dendum est, textum *in dicto cap.* 2. *de arbitris*, procedere institutione facta ab Episcopo Diœcesano. Nec obstant verba illius textus *suprà* adducta. Quia non debent intelligi de institutione ab Archidiacono facta, sed tantum de ejus præsentatione: ex eo videlicet, quia Archidiaconus erat illius Ecclesiæ patronus; & id significant verba illius textus, ibi, *per manum Roderici Archidiaconi*, id est, per præsentationem Archidiaconi, ut notat Barbos. *in collect. ad eundem textum: num.* 2.

7 Quintò, obstat textus in *cap. super eo* 15. *de officio, & potestate judicis delegati*; ex cujus decisione deducitur, quod si quæstio super jus præsentandi fuerit orta, ac Judici delegato commissa cum clausula, ut si non constiterit, ad Archidiaconum jus eligendi pertinere; tunc Judex absque Archidiaconi consensu non poterit eligere. In cujus textus difficultate, omissa communi interpretatione asserentium, *ibi*, Archidiaconum consuetudine obtenta potuisse collationem conferre: quæ quidem convincitur ex eo, quia nulla consuetudine potuit Archidiaconus jus illud adquirere, juxta textum in *cap. cum satis*, versic. *quoniam igitur de officio Archidiaconi*: meritò verius dicendum existimo, diversam esse sententiam illius *textus*, quam communiter ferè omnes *ibidem* existimant; siquidem *ibi*, duplex constituitur præjudicium, unum videlicet Episcopi, alterum Archidiaconi: Episcopi versabatur circa institutionem spiritualem, quæ soli sibi reservata est, ut constat ex juribus *suprà* in confirmatione conclusionis adductis; Archidiaconi verò circa corporalis possessionis apprehensionem: quo in dubio Summus Pontifex affirmat, quod etiam si in rescripto sit inserta clausula, *ut vacanti Ecclesiæ, de persona idonea à delegato ipso provideatur*, & non solum canonica institutio, verum etiam corporalis possessionis missio intelligatur; tamen illa Pontificis intentio non est, Diœcesano Episcopo, nec Archidiacono præjudicium inferre, sed unicuique jura sua conservare, videlicet Episcopo tituli institutionem; Archidiacono verò corporalem possessionem, quæ absque ejus concessione fieri non deberet: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius *textus*: nam cum Pontifex de Episcopo loquitur, sic scribit, *vel Episcopus, ad quem institutio pertinet*; & cum de Archidiacono, ita se habet, *vel Archidiacono reclamante, præsentatum, sive Clericum in possessionem mittere.*

8 Sextò, adversus id, quod nuper diximus, scilicet, nulla consuetudine jus eligendi Archidiacono competere posse, juxta textum *in dicto cap. cum satis, de officio Archidiaconi*; valde obstabit textus in *cap. cum venissent 6. hoc nostro titulo.* Ex quo constat inter Episcopum Eboracensem, & Archidiaconum Richi Mundi, ortam fuisse quæstionem super institutionibus Ecclesiarum: cui Innocentius Tertius respondit, Archidiaconum defendendum esse in consuetudine, & possessione illa eligendi, in qua erat; ex cujus textus decisione colligitur, jus eligendi per consuetudinem Archidiacono adquiri posse. Cui dubio verissimè respondendum est, in *dicto cap. cum venissent*, non per solam consuetudinem, fuisse Archidiaconum in electione, seu in jure institutionis, tutum; sed ex eo præcipuè, quia Archiepiscopus ejus antecessor, non personaliter, sed realiter, & perpetuò ejus Dignitati cum consensu Capituli jure privilegii institutionem illam concessit; in cujus privilegii possessione, & consuetudine semper ipse, ejusque antecessores tuti fuerant, ideòque institutio illa ad Archidiaconum non spectat ex vi consuetudinis, sed privilegii tantum, & consensu Archiepiscopi: quod privilegium perpetuò durat, prout dignitas durare dicitur, adeo ut nec ab ejus successoribus revocari poterit; notat Abbas *in dicto cap. cum venissent*, *num.* 4. August. Barb. *in collect. ad eundem textum*, *num.* 10.

9 Septimò, solutioni obstabit dicere, scilicet tantam esse consuetudinis potestatem, ut non habenti jurisdictionem tribuat; juxta textum in *cap. cum ex officii, de præscriptionibus, cap. duo sunt, de officio Ordinarii.* Sed huic dubio respondendum est, jura *suprà* adducta, tantùm locum habere, quando consuetudo illa substantiam actus non aufert, vel quoties à jure scripto contrarium non extat: nam tunc omnino cessat regula *suprà* adducta, juxta textum in *cap. nullus*, 16. *quæst.* 7. *dicto cap. cum satis*: *versic. quoniam, de officio Archidiaconi.*

Octavò, hucusque dicto turbari videntur ex textu in 10
cap. licet Episcopus 22. *de prabendis lib.* 6. ubi constat corporalem missionem in possessionem ad Episcopum potius, quàm ad Archidiaconum pertinere. Cui dubio respondendum est, textum illum non loqui de ipsa corporali post collationem possessione; de qua *suprà* diximus; sed tantum de sententia, & primo decreto, quo Episcopus pronunciat institutum mittendum esse in possessionem, de qua mentio habetur in *cap.* 2. *de eo qui mittitur in possessionem, lib.* 6. præcipuè cum *ibi* tractetur de tradenda Ecclesia quoad proprietatem, & jurisdictionem ipsam, cujus tituli seu jurisdictionis traditio ad Episcopum potius, quàm ad Archidiaconum spectat: notat Panormitanus *in cap. pastoralis, de præbendis.*

Nonò, adversus ea, quæ nuper diximus, scilicet, 11
Vicarium generalem non posse Ecclesiastica beneficia conferre; juxta textum *in dicto capit finali, de officio Vicarii lib.* 6. valde obstat textus in *cap. ex frequentibus* 3. *hujus tituli*: ubi expressum est, Vicarium generalem posse beneficia Ecclesiastica conferre. Sed in hac difficultate, omissa interpretatione, quam refert Abbas *in præsenti*, *num.* 7. Dynus *in regula, beneficium Ecclesiasticum, de reg. juris lib.* 6. verius dicendum est, textum illum non tractare de libera beneficiorum collatione; sed de institutione, quæ fit ex patronorum præsentatione, quam Vicarius generalis absque speciali Episcopi delegatione impartiri poterit: nam licet collatio, vel institutio, sæpe pro eodem sumantur, *cap. post electionem* 5. *de concessione præbendæ*, tamen in veritate differunt; nam propriè institutio fit de præsentato per patronum, & sic non propriè, sed impropriè, est quædam collatio non libera; siquidem si præsentatus est idoneus, necesse debet institui per superiorem, *cap. decernimus.* 16. *quæst.* 7. *cap. nobis, de jure patronatus*; at verò collatio ipsa libera est, & dicitur, quando sine præsentatione alicujus, superior providet alicui de beneficio, quæ cùm sit quædam donatio, non transit in Vicarium; institutio tamen necessaria est, in qua nulla liberalitas exercetur; atque ideo in generali commissione transit in Vicarium: quod quidem jus etiam transit in Capitulum Sede vacante, juxta textum *in cap.* 1. *hoc titulo, lib.* 6. *cap. cum olim, de majoritate, & obedientia*; quamvis beneficia ipsa liberè conferre non possit; *cap. unico ne sede vacante lib.* 6. *cap. illa* 2. *ne sede vacante*, de qua re *ibi* plura dicemus.

Decimò, distinctioni *suprà* adductæ valde obstat; 12
textus *in cap. ad decorem* 5. *hujus tituli*; siquidem *in ejus principio* loquitur de institutione non libera, dum Clericis certæ originis beneficia conferebantur; scilicet Venetis; *in fine* verò de collatione libera, dum Clericos idoneos undecunque originem ducentes instituere mandat: & quamvis non essent præsentati, si idonei fuerint, instituti debent: ecce speciem, ubi institutio libera dicitur; quamvis præsentatio præcedat. Pro cujus *textus* difficultate dissolvenda, respondeti debet, valde inter Doctores controversum fuisse, an institutio, quæ certo generi personarum facienda est, sit libera nec nè, veluti filiis patrimonialibus; aut personis certæ familiæ: fuit tamen resolutum institutionem liberam esse, quamvis facienda esset uni ex personis de certo Collegio; ex illis namque liberum est eligere, cui conferatur beneficium: notat Puteus *lib.* 2. *decisione* 162. Riccius *collect.* 1374. Gonçalez, *ubi supra, glossa* 9. §. 1. *n.* 75. *& glossa* 47. *nu.* 19. Quo supposito dicendum est, quod quamvis *in dicto*

capitu

cap. ad decorem; semper essent conferenda beneficia Venetis; tamen erat libera institutio; & quamvis per verbum, instituere, decernatur idoneus, undecunque esset, instituendus; non tamen est ibi strictè sumenda institutio, ut necessaria sit; sed in lata significatione, prout comprehendit liberam collationem: notat Barbos. *in collectan. ad textum in dicto cap. ad decorem, numero tertio*, Rebuffus *in praxi, parte tertia, titulo de rescriptis mixtis, in principio, numero* 6. *glossa* 1. & 2.

33 Undecimò, his omnibus valde obstat textus in *cap. statutum* 3. *de præbendis, lib.* 6. versiculo *per suos Vicarios generales, ipsis agentibus in remotis*, ex quibus verbis manifestè constat Episcopis agentibus in remotis, ipsorum Vicarios generales, in ipsa Diœcesi existentes, posse ex illa generali commissione beneficia conferre. Qua in difficultate dicendum est, textum *in dicto cap. statutum*, loqui de Vicario habente speciale mandatum ad conferenda beneficia in Romana Curia vacantia ultra mensem. Nec dicat aliquis me divinare, hanc interpretationem retinendo; siquidem habilia præsupponere, juris vaticinatio non est, *l. qui testamento, ff. de testamentaria tutela*, cum aperte constet ex verbis illius textus ibi, *quibus id Canonicis sit commissum*: quæ quidem commissio adaptari debet specialiter ad beneficiorum provisiones ultra mensem in Curia vacantium, cùm Ordinarius ipse possit beneficia illa conferre, juxta textum *in dicto cap. fin. de officio Vicarii lib.* 6. notat Glossa *verbo, ablentibus, in dicto cap. statutum* 3. *de præbendis lib.* 6. Hippolytus, Francus, & Dominicus, *ibidem.*

Ad textum in *cap. Ad decorem* 5. *hoc titulo.*

DE hujus textus materia latè scripsimus in *cap.* 1. *de præbendis, & dignitatibus.*

Ad textum in *cap. Cum venissent* 6. *hujus tituli.*

COmmentaria ad hunc textum sunt petenda ex his, quæ scripsimus in 1. *tomo, in cap.* 1. *ut lite pendente.*

Ad textum in *cap. Cum ad nostram fin. hujus tituli.*

DE materia hujus textus plura dicemus in *titulo de jure patronatus.*

TITULUS VIII.
De Concessione Præbendæ, & Ecclesiæ non vacantis.

Ad textum in cap. Qui in vivorum 1. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Institutus scienter in beneficium viventis deponendus est.*
2 *Beneficia perpetua sunt, non temporalia.*
Beneficio quis sine justa causa privari non debet.
3 *Interpretatur textus in* cap. audivimus, versicul. infames, 3. quæstione secunda, cap. in primis, versiculo, sacerdotio 2. quæst. 1. cap. non furem 7. quæst. 1.
Pœnæ plures statutæ sunt adversus ingredientes in beneficium viventis.
4 *Declaratur textus in* cap. Præsentium, 7. quæstion. 1.
5 *Institutus in beneficium viventis injustè depositus per sententiam, quæ transivit in rem judicatam an sit tutus in foro interiori, & exteriori, remissivè ponitur.*
6 *Explanatur textus in* cap. eos, 7. quæstione prima, *& conciliatur cum* cap. non oportet, eadem causa, & quæst.
7 *Interpretatur textus in* cap. proposuit 4. de concessione præbend.
8 *Excommunicatio proferri non potest, nisi trina monitione præcedente.*

CONCLUSIO.

INstitutus scienter *in beneficium viventis, deponendus est.* Consonat textus in *cap.* 2. cum aliis, *hoc titulo, cap. audivimus*, 3. *quæst.* 2. *cap. in primis*, 2. *quæst.* 1. *cap. non furem, cap. præsentium*, 7. *quæst.* 1. *cap. eum qui, eadem causa, & quæst. cap. satis*, 50. *distinct. cap. inventum*, 16. *quæst.* 7. *cap. inter cætera, de præbendis, cap. tanta, de excessibus Prælatorum, cap. ne captandæ, hoc titulo, lib.* 6. *Clement. unica, eodem titulo, cap. illud, de jure patronatus, cap. final de electione, lib.* 6. *cap. consultationibus de donationibus, cap. cum in cunctis, cap. super eo, de electione, l. quidam, in fine*, cum *sequentibus, ff. de donationibus, l.* 2. §. *finali, ff. de his quæ ut indignis*: *regula Cancellariæ* 20. & 28. *condita* à Joanne XXIII. *l.* 13. *titulo* 6. *partita* 1. *l.* 8. *titul.* 16. *partita* 1. *l.* 15. *titulo* 5. *partita* 3. Exornant Rebuffus *in praxi beneficiali*, 3. *parte, titul. de reprobat. beneficii viventis impetratione*: Garcia *de beneficiis, parte* 10. Caldas Pereira *de renovatione emphyt. quæst.* 5. *num.* 3. Mascardus *de probationibus, conclusione* 1070. Cujacius *in posthumis ad nostrum textum* P. F. Emmanuel Sa *in Aphorismis*, verbo, *beneficium, num.* 16. Navarrus *tomo* 2. *cap. si quando, præludio* 3. *num.* 5. & *in exceptione* 21. *in confutatione contrariorum, num.* 3. *de rescriptis*, Salcedo ad Bernardum, *cap.* 50. Guido Papa *consil.* 107. Rochus de Curte *in tract. de jure patronatus*, verbo, *honorificum, quæst.* 53. Gomezius *in regula Cancellariæ de impetratione beneficii viventis, quæstion.* 3. *in principio*, Duarenus, *lib.* 6. *de sacris Ecclesiæ ministeriis, capite primo.* Corrasius *de Sacerdote, parte* 1. *in principio*: Petrus Gregorius *lib.* 17. *syntag. cap.* 11. cum traditis à Barbos. *in collectan. ad hunc textum, numero primo, & secundo.* 1

Ratio est, quia beneficia perpetua sunt pro vita possidentis, non temporalia, *cap. præcepta*, 55. *distinct. cap. satis perversum*, 56. *distinct. cap.* 1. & 2. *de Clerico ægrotante*: neque quis sine justa causa beneficio privari debet; tum etiam quia sicut in matrimonio carnali unitas Ecclesiæ repræsentatur in hoc, quod unus tantum uni copuletur uxori, & non liceat plures habere simul conjuges, *cap.* 1. & 2. *de sponsa duorum, cap. ita Dominus, de secundis nuptiis*; ita etiam in conjugio spirituali, quod celebratur cum Ecclesia à beneficiario, *cap. inter corporalia, de translatione Episcopi*: nam hæ duæ conjunctiones æquiparantur ad significandam unitatem Ecclesiæ, *cap. sicut in una*, 21. *quæst.* 1. *cap. sicut vir, cap. sicut alterius*, 7. *quæst.* 1. *cap. ne pro defectu, de electione*, meritò ad conservandam illam unionis repræsentationem, non licet eandem Ecclesiam, vel beneficium, vivente utroque duobus copulare. *c. majoribus, cap. dilecto, de præbendis*, pluresque alias rationes & authoritates refert Rebuffus, *ubi supra, titulo, de reprobat. beneficii viventis impetratione*, à *numero sexto*, & 14. Duarenus *libro sexto, de sacris Ecclesiæ* 2

ſiæ miniſteriis, *cap.* 1. Salcedus ad Bernardum, *dicto cap.* 50.

3 Primò, obſtat textus *in c. audivimus*, 3. *q.* 2. verſ. *infames fieri, atque ab Eccleſiaſticis honoribus arceri jubemus : capit. infamis*, 2. *quæſtione* 1. verſiculo, *Sacerdotio privatus, ab omni Eccleſiaſtico miniſterio repellatur*, *c. non furem*, 7. *q.* 1. ubi Leo 4. furem, & latronem vocat eum, qui viventis beneficium uſurpat; *cap. eum, qui*, 7. *q.* 1. verſic. *Archidiaconatus honore deponimus*; in quibus juribus probatur depoſitione dignum talem Clericum eſſe: ergo non tantum eſt repellendus ab Eccleſiæ communione, ſed deponendus etiam à beneficiorum retentione. Sed dubium hoc dilues, ſi dixeris plures pœnas extra repulſionem ab Eccleſiaſtica communione eſſe ſtatutas adverſus eos, qui impetrant beneficium viventis, quas enumerat Rebuffus *ubi ſupra*: videlicet infamiæ, ut in *dicto c. audivimus*, 3. *q.* 2. *c. infames* 6. *q.* 1. *l.* 16. *tit.* 16. *partita* 1. notat Rebuffus *ubi ſupra*, *num.* 11. Imola *in præſenti*, *num.* 1. quidquid contrarium voluerit Salcedus *ubi ſuprà*: præterea incurrunt pœnam depoſitionis beneficii: *dicto c. eum, qui*, 7. *q.* 1. *c. in primis*, 2. *q.* 1. Non tamen incurrunt pœnam depoſitionis officii: ut conſtat ex *textu noſtro*, & ex *dicto c. eum qui*; 7. *q.* 1. & ex eo: quia non eſt imponenda pœna depoſitionis à jure non expreſſa: quam ſententiam tenent Bernardus Diaz, & Salcedus ad eundem, *dicto cap.* 50. Rebuffus *ubi ſuprà num.* 12. Neque obſtat textus *in dicto capit. audivimus*; *dicto cap. in primis*: quia loquuntur de eo, qui perverſè in alterius viventis Epiſcopi Eccleſiam ſe fecit promoveri, & ordinari; non verò de inferioribus beneficiariis: ſiquidem gravius delinquit, qui Epiſcopatum, quàm qui aliud beneficium viventis uſurpat. Neque ſimiliter obſtat textus in dicto *cap. tanta*, *de exceſſibus prælatorum*: quia procedit in pluribus aliis delictis, propter quæ depoſitionem merebantur, qui occupabant aliena beneficia: præcipiebatur violationem interdicti: pro quo delicto [illegible] ab officio, & beneficio: *cap. poſtulaſtis*; [illegible] *Clerico excommunicato miniſtrante*, notat [illegible] *ubi ſupra*, *cap.* 5. *num.* 3.

[illegible], obſtat textus *in cap. præſentium*, 7. *q.* 1. [illegible], qui in viventis locum inſtituitur, nulla pœna punitur: niſi ſimoniæ labem admiſerit, imo potius præmio afficitur, & alio beneficio providetur, *cap. inter cætera*, *de præbendis*: Ergo ſimiles Clerici nulla pœna puniri debent. Cujus textus difficultas ex eo diluitur: quia procedit quando is, qui ordinatus eſt in beneficio viventis, habuit juſtam cauſam credendi ſibi potuiſſe conferri: nam tunc non incurrit pœnam *noſtri textus*, & *aliorum*; & eam habuiſſe ſatis conſtat cum expulſo presbytero propter abſentiam à ſuo beneficio, & ab Epiſcopo depoſito, ab eodem presbyter ille in eo beneficio conſtitutus eſt; à quo ſi auferatur beneficium, & primus reſtituatur, debet ſecundus inſtitui in alio primò vacaturo, ſi ſimoniam non commiſerit argumento textus *in cap. ad præſentium*, *de accuſationibus*; docet Turrecremata *in dicto cap. præſentium*, 7. *quæſt.* 1. Præpolitus *numero* 3. Ancarranus, & Dominicus 2. notat Gloſſa *verbo*, *repellendi*, *in præſenti*: ſiquidem ignorantia, & juſta credulitas excuſat à pœnis ſuprà adductis: notat Oldradus *conſilio* 304. *num.* 7. Selva *de beneficiis*, 3. *parte*, *quæſt.* 11. *declaratione* 5. Gomezius *ad regulam* 21. *Cancellariæ*, *quæſt.* 3. Rebuffus *ubi ſupra*, *num.* 51. & 52.

Tertiò, ſuprà dictis obſtabit ſequens dubium, videlicet nam obtinens beneficium injuſtè depoſiti per ſententiam, in conſcientia rectè eum obtinet, maximè ſi longo tempore poſſedit: argumento textus *in cap. quoad conſuetudinem*, *de re judicata*; juncto *cap. placuit*, §. *quas actiones*, 16. *quæſtion.* 3. *cap. de quarta*, *de præſcriptionibus*: ergo is, qui intrat in beneficium viventis, non eſt privandus; maximè ſi tutus eſt ex regula Cancellariæ *de triennali poſſeſſione*. Sed cum hæc difficultas duplicem contineat quæſtionem, de utraque ex inſtituto noſtro breviter agemus. *Prima* eſt, an is, qui inſtitutus eſt in beneficio viventis injuſtè depoſiti per ſententiam, quæ tranſivit in rem judicatam, ſit tutus in foro interiori, & exteriori? *Secunda* erit, an ei proſit longa poſſeſſio, vel regula trientalis poſſeſſionis? Quoad primam, contra Gloſſam *in præſenti*, diſtinguendum eſſe exiſtimo inter forum exteriorem contentioſum, & inter forum interiorem conſcientiæ: in primo caſu ſecurus eſt is, qui poſt collationem ſibi factam virtute ſententiæ cognovit anteceſſorem injuſtè depoſitum fuiſſe: nam tunc etiam abſque ullo temporis curſu ſecurus eſt. Ratio eſt; quia in beneficialibus ſententia tranſit in rem judicatam: *cap. dilectus*, *de electione*, cum in foro illo pro veritate habeatur: *c. ſicut*, *de ſententia*: & *re judicata*: neque erit cogendus beneficium reſignare: ſiquidem ſententia illa facit, ut omnino cenſeatur beneficium vacans tempore collationis.

Neque obſtabit ſi dixeris, valere argumentum de matrimonio carnali, in quo ſententia non tranſit in rem judicatam, etiam ſi ab ea non fuerit appellatum: *cap. lator*, *cap. conſanguinei*, *de ſententia*, & *re judicata*: quia diverſa ratio eſt, cum in carnali conſenſus partium nihil operetur ad diſſolutionem: *cap. gaudemus*, *de divortiis*; *Matth.* 9. at verò in ſpirituali jus ad beneficium eſt remiſſibile; *toto titulo*, *de renunciatione*: *capit. conſtitutus*, verbo, *renunciaſſe*, *de appellationibus*: & ideo ejus ſententia tranſit in rem judicatam: notat Covarruvias *in* 4. 2. *parte*, *cap.* 3. §. 12. *num.* 14. Barboſ. *in collectaneis ad noſtrum textum*, *numero* 4. & nos latè diximus *in dicto cap. lator*. At verò in conſcientiæ foro tutius judico, quod etiam ſi poſt ſententiam cognoverit de injuſtitia ſententiæ, teneatur ad reſignationem in manu Superioris, ut eidem anteceſſori conferatur beneficium: Ratio eſt, quia in foro interiori, idem eſt judicium injuſtum, & nullum, ex D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 70. *articulo* 4. *ad ſecundum*, Sotus *lib.* 5. *de juſtitia*, & *jure*, *quæſt.* 7. *articulo* 4. *ad finem*; Decius *in cap.* 1. *num.* 18. *de conſtitutionibus*: cum enim ex ſententia nulla, non cenſeatur vacare beneficium, ut alteri poſſit conferri: mirum non eſt quod is, qui obtinuit, nunquam ſit tutus in conſcientia: ſiquidem in foro poli potius veritas, quàm fictio, aut præſumptio conſideratur, Notat Sotus *lib.* 3. *de juſtitia*, & *jure*: *quæſt.* 4. *artic.* 5.

In ſecunda verò *de Triennali* quæſtione, omiſſa diſtinctione Gomezii *ſuper regulam Cancellariæ*, *quæſt.* 44. quam improbat Rebuffus *in tractatu de pacificis poſſeſſoribus*, *n.* 16. & Mandoſius *regula* 25. *de impetrationibus*, *quæſt.* 12. verius dicendum eſſe exiſtimo, eum, qui ex juſta ignorantia, bona fide, & titulo ſaltem putativo beneficium viventis impetravit, tuendum eſſe prædicta regula, etiam ſi ante obitum prædeceſſoris poſſederit: ſiquidem regula illa etiam loquitur de beneficiis non vacantibus; quod eſt admiſſum propter negligentiam beneficiarii: argumento textus *in l. pupillus*, *ff. quæ in fraudem creditorum*: notat Bonifacius *in Clement.* 1. *de ſequeſtratione poſſeſſionis* : *numero* 42. tum etiam quia cùm Pontifici ſit ampliſſima in beneficiis potestas; *cap.* 2. *de præbendis lib.* 6. *cap.* 1. *ut lite pendente*; rectè potuit decernere, ut triennalis poſſeſſio, ſeu præſcriptio curreret contra beneficiarios, etiam viventes, qui non ſerviunt beneficia; cum quibus ſolvitur dubium *ſuprà* adductum: notat Rebuffus *in Concordatis in proœmio*, verſiculo *fati folio* 502.

Quartò, obſtat textus difficilis *in cap. eos*, 7. *quæſtione* 1. ubi is, qui in locum alterius viventis ordinatus eſt, debet in beneficio uſque ad mortem permanere. Augetur difficultas ex textu *in capit. non oportet*, *eadem* 7. *quæſt.* 1. ubi de Eccleſia ad aliam Eccleſiam tranſire gratio omnino prohibita eſt. In qua jurium contrarietate (quod attinet ad noſtrum textum) omiſſa interpretatione, quam refert Gloſſa *fin. l. in præſenti*, Gloſſa, *verbo*, *ordinatus*, *in dicto* 5 6

cap. eos. quam ſequitur Turrecramata *ibidem in principio*: verius dicendum eſt, textum noſtrum loqui in beneficio, ſeu Eccleſia non vacante, utpote cum vivus ſit legitimus beneficiarius: at verò textus *in dicto cap. eos*, in Eccleſia vacante per tranſmigrationem factam propria auctoritate ad aliam, ut ſic careat utraque, quod in pœnam tranſmigrationis introductum eſt: juxta textum in *cap. ſi quis Epiſcopus, cap. non oportet, 7. quæſtione prima, cap. quanto, in fine, de tranſlatione Epiſcopi*. Notat Rebuffus *in praxi benefic. 3. parte, titulo de reprobata benefic. viventis impet. numero* 62. eodemque modo eſt interpretandus textus in *cap. licet canon, de electione, lib. 6.* qui intelligi debet, quando jam vacat beneficium in pœnam criminis, vel negligentiæ.

7 Quintò, obſtat textus in *cap. propoſuit 4. hoc titulo*; ubi Decanus exequutor datus in mandato Apoſtolico, qui inveſtituram fecit Tiberio de præbenda vacatura; ejus factum Celeſtinus *ibidem* approbavit in verſiculo, *idem autem*, ex quo conſtat, collationem beneficii viventis valuiſſe: quod eſt omnino contra noſtri textus deciſionem. Sed huic dubio reſpondendum eſt, illud Decani factum de inveſtitura præbendæ, nondum vacantis, nunquam fuiſſe approbatum à Celeſtino quoad modum ipſum: ſiquidem in mandato non continebatur, ut vacatura præbenda ſtatim Tiberio conferretur, ſed poſtquam vacaret: approbavit tamen factum Decani exequutoris, quoad effectum, ſcilicet, ut tandem Tiberius haberet proximè vacaturam præbendam; & ita eum de novo inveſtivit Celeſtinus poſtquam cognovit eam vacaſſe: quod etiam confirmat Innocentius III. & ita concordes ſunt Pontifices: atque ideo factum illud nihil firmat contra *noſtri textus* deciſionem: notat Gloſſa *in dicto cap. propoſuit*, Abbas & Imola *numero nono*, Barboſ. *in collectaneis ad eundem textum, numero quinto*. Solutioni obſtant ea, quæ inferius dicemus *in cap. propoſuit 4. hoc titulo, in 3. dubio*: quæ omnia in præſenti ſunt repetenda.

8 Sextò, adverſus ea quæ *textus noſter* refert, videlicet prædictos Clericos ab Eccleſiaſtica communione repellendos eſſe, obſtabit principium illud, quo docemur neminem poſſe excommunicari, niſi trina monitione præcedente, *cap. omnes decimæ, 16. quæſtione ſexta, cap. ſacro*, cum vulgatis, *de ſententia excommunicationis*, cum à me traditis *in capite primo, de judiciis*: ergo ſine ulla monitione non poterant in præſenti excommunicari. Verùm hæc difficultas facilè diluitur, ſi dixeris, *textum noſtrum* non aſſerere eſſe excommunicandum, ſed expellendum à communione Eccleſiaſtica, id eſt à participatione corporis, & ſanguinis Domini: ut in *cap. eum, qui 7. quæſtione prima*, notat Gloſſa *in præſenti* communiter recepta, Corraſius *in paraphraſi ſacerd. prima parte, capite ſeptimo, numero ſecundo*, Rebuffus *ubi ſupra, de reprobata beneficii viventis impetratione, numero primo*, Mendoza *de confirmando Concilio Eliberitano, libro ſecundo, capite ſecundo*.

Ad textum in cap. Nulla 2. cap. Relatum 3. cap. Cum noſtris 6. capit. Accedens 14. & final. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia non vacantia concedi vel promitti non debent.*
2 *Pactum quodlibet de futura ſucceſſione in rebus viventium omnino improbatur.*
3 *Uſusfructus, uſus, & habitatio perſonæ cohærent, morte finiuntur, & ad proprietatem redeunt.*
4 *Pontifex ſupra jus divinum diſpenſare non poteſt.*
5 *Exponitur textus in* l. in tempus 62. ff. de hæredibus inſtituendis, l. Titio cum moreretur, ff. de uſufructu legato.
Valor diſpoſitionis non ad tempus quo fit, ſed ad tempus finis, & ejus effectus attendi debet.
6 *Refertur interpretatio ad textum in* cap. cum veniſſet 9. de reſtitutione ſpoliatorum.
7 *Expenditur textus in* cap. illud 8. de jure patronatus.
8 *Ratio ponitur ad textum in* cap. accedens 14. de conceſſione præbendæ.
Beneficii promiſſio, cum voluero, *vel illa* cum potuero, *inter ſe differunt.*
9 *Declaratur textus in* capit. relatum 9. de præbendis.
10 *Exponitur textus in* cap. dilectus 19. de præbendis, *& conciliatur cum* dicto cap. relatum 9. ejuſdem tituli.
11 *Elucidatur textus in* cap. tuæ 20. cap. dilecto 25. de præbendis.
12 *Ratio ponitur ad textum in* cap. ex parte 12. de officio delegati.
13 *Expenditur textus in* cap. cum ſuper 8. de conceſſione præbendæ, *& ad concordiam reducitur cum* cap. ex tenore 13. ejuſdem tituli.

CONCLUSIO.

Beneficia non vacantia concedi, vel promitti non debet. 1 Conſonat textus *in cap. relatum 3. 6. 14. & final. hoc titulo, cap. 1. cap. deteſtanda 2. cap. ne captandæ 3. cap. ſi capitulo 5. cap. ſi ſoli 6. hoc titulo, lib. 6. cap. dilectus 19. de præbendis, cap. deliberatione, §. prohibemus, de officio Delegati, lib. 6. cap. audivimus, 3. quæſtion. 2. cap. eos, 7. quæſt. 1. Clement. 1. ut lite pendente: capit. eam, qui 7. cap. ſi eum 9. cap. is, qui auctoritate 12. cap. dudum 14. cap. quia ſæpe 15. cap. ſi Apoſtolicæ 22. de præbendis, libro ſexto, regula 23. Cancellariæ, l. fin. Cod. de pactis*, Baſileenſe Concilium *ſeſſione* 24. & 31. Concilium Tridentinum, *ſeſſione* 24. *de reformatione, capite decimo nono, & ſeſſione* 25. *capite ſeptimo, l.* 10. & 11. *titulo* 16. *partita* 1. Exornant Petrus Gregorius *libro 4. ſyntagmatum, capite quarto, in principio*, Corraſius *de ſacerdotio, prima parte, capite ſeptimo*, Duarenus *lib. 6. de ſacris Eccleſiæ miniſteriis, capite primo*. Garcia *de beneficiis*, 10. *parte, capite primo, num.* 1. Caſſadorus *deciſione* 21. *de præbendis*, Flaminius *de reſignatione libr. 6. quæſt. 4. num.* 104. Reginaldus *in praxi fori pœniten. li.* 30. *num.* 247. plures refert Cenedus *in collectaneis ad Decretales, collectanea* 160.

Ratio, quare beneficia non vacantia promitti non 2
debent, ea eſt præcipua, quæ in *Lateranenſi Concilio capite octavo*, & in præſenti refertur: videlicet quia cum *legibus gentilium* pactum quodlibet de futura ſucceſſione in rebus viventium omnino improbetur: *l. 2. §. illud, ff. de hæreditate, vel actione vendita, l. 2. §. interdum, ff. vulgari, l. hæreditatem* 19. *l. neminem* 27. cum aliis, *ff. de acquirenda hæreditate l. 2. §. ultimo, ff. de his, quæ ut indignis*: ita ſimiliter multo fortius de jure noſtro Pontificio in beneficiis Eccleſiaſticis non eſt expectanda ſucceſſio, ne detur occaſio captandæ mortis, *Deuteronomii cap. 6. Matth. capit. 22. Lucæ* 10. ſiquidem qui alterius mortem deſiderat, reus homicidii cenſetur, *cap. homicidium, de pœnitentia, diſtinct.* 1. Notant Corraſius, Salced. & Duaren. *locis ſupra citatis.*

Primò, hæc decidendi ratio impugnatur ex eo, quod 3
ſi vera eſſet, ſcilicet ne occaſio captandæ mortis alienæ daretur, propter eundem timorem multa, quæ in jure ſint recepta, infringerentur: veluti uſusfructus, uſus, & habitatio, quæ perſonæ cohærent, & morte finiuntur, & ad proprietatem redeunt, *l. 3. §. final. digeſtis, quibuſmodis uſusfructus amittatur* agnatorum ſucceſſio

ſucceſſio legitima, pupillaris ſubſtitutio, feudalia Regnorum, hæreditaria ſucceſſio, majoratus, & hoc genus alia multa, quæ certam ſucceſſionem habent, ac proinde timor eſſe poterat, ut lucri ſpes votum mortis ingereret; & tamen Civili, & Canonico jure hæc omnia admiſſa ſunt, & approbata: ergo noſtri textus ratio in beneficiorum non vacantium ſucceſſione, vana, aut incerta eſt. Sed huic conſiderationi reſpondendum cenſeo, verum eſſe in illis ſpeciebus ſpem ſucceſſionis interveniſſe, & periculum captandæ mortis imminere, ſed nunquam conſideratur, cum juris conſtitutio, vel diſpoſitio hominis in illis caſibus certam ſucceſſioni legem præſcribit: & ideò illa jura nobis non obſtant: ſiquidem in noſtra *Concilii Lateranenſis* prohibitione, & in *juribus ſimilibus*, non ſecundum juris ordinem ſucceſſio procedit, ſed res libera promiſſione, aut pactione ita diſponitur, ut de viventis ſucceſſione tractetur: quod rectè interdictum eſt in *textu noſtro*, & in *l. final. C. de pactis*, cum ſimilibus *ſuprà* adductis.

Secundò, contra eandem decidendi rationem ob- 4
ſtabit dicere, quod ſi illa occaſio captandæ mortis alienæ eſſet contra quintum Decalogi præceptum, neque Summus Pontifex poſſet diplomata conferre ad beneficia proximè vacatura, cum ſupra jus divinum, ſeu naturale diſpenſare non poſſit, §. *ſed naturalia, Inſtitut. de jure naturali, cap. ſunt quidam dicentes*, 25. *quæſtione prima.* At poteſt, ut *in cap. ex parte prima, de officio Delegati, cap. dilectus, de præbendis, cap. Sanctæ Crucis 8. cap. eam te, de reſcriptis, capite primo, hoc titulo, libro ſexto, capite ultimo, de præbendis, libro ſexto, Clement. unica hoc titulo*: ergo ex conceſſione vacaturæ præbendæ, votum alienæ mortis captandæ non inducitur; aliàs Summus Pontifex abſque mortali reatu literas illas expectativas ad proxima beneficia vacatura non poſſet concedere. In qua difficultate dicendum eſt, quod quamvis honeſtum ſit, quod Summus Pontifex obſervet, & conſervet ſtatuta noſtri Concilii Lateranenſis; attamen cum prohibitio illa non ſit de jure divino, ſed poſitivo tantum, ex illo Concilio Lateranenſi; mirum non eſt, quod Summus Pontifex, neque jure directo vi coactiva illud obſervare teneatur, cum ſit ſupra omnia Concilia generalia, *capit. cuncta per mundum, 9. quæſtione tertia*, & ideò rectè poterit juſta ſubſiſtente cauſa, vel propter Eccleſiæ utilitatem, vel perſonæ excellentiam, ex illa ſuprema poteſtate beneficia vacantia promittere.

Tertiò, eadem noſtri textus decidendi ratio impug- 5
natur ex textu, *in l. in tempus 62. digeſtis, de hæreditibus inſtituendis, l. Titio cum morietur, digeſtis, de uſufructu*: ubi apparet diſpoſitionem meo tempore factam, quo fieri non poteſt, nihilominus valere poſſe, ſi conferatur in tempus, quo valere poſſit: ſiquidem diſpoſitionis valor non ad tempus, quo fit, ſed ad tempus finis, & ejus effectus attendi debet: notat Abbas *in cap. accepimus, de pactis, cap. bonæ 2. de electione*, Tiraquellus *de jure primogeniorum, quæſtione quadrageſima, n.* 174. ergo licet beneficium nondum vacans promitti non poſſit: poterit tamen ſi promittatur in id tempus, quo vacare incipiat, *ex juribus, & auctoritatibus ſupra adductis.*

In qua difficultate reſpondendum eſt, veriſſimum eſſe in multis juris ſpeciebus eas diſpenſationes valere, quarum effectus ad tempus habile refertur; ut exempla *ſuprà* in argumento adducta ſatis demonſtrant: cæterum in aliis juris partibus receptum eſt, diſpoſitionis tempus prorſus ſpectandum eſſe: *l. inter ſtipulantem*, §. *ſacram, verbo, ſed hæc difficilia*: *l. continuus* 137. *digeſtis, de verborum obligationibus, l. ſi minor* 4. *digeſtis, de ſervis exportandis*: unde apparet tractationem hanc, an ſcilicet effectus tempus, an potius diſpoſitionis inſpici debeat? brocardicam eſſe non immeritò ſcribit Felinus *in cap. cum dilectus, de accuſationibus*: Gloſſ. *in cap. quod ab initio, de regulis juris, lib.* 4.

Sed res ipſa ita componi debet, quod in his cauſis, quorum effectus dumtaxat inſpicitur, illud tempus attenditur, in quo confertur: cæterum in his, quæ propter præſentem cauſam prohibentur, diſpoſitionis tempus inſpicitur: quæ diſtinctio colligitur ex his, quæ refert Felinus *ubi ſuprà*, Molina *de primogeniis, libro ſecundo, capite decimo tertio, numero ſeptimo*, Thomas Sanchez *ad præcepta Decalogi, lib. 6. capite decimo quarto, numero primo.* Unde cum in noſtra ſpecie prohibitio illa inducta ſit, ne alterius mors deſideretur, & hic metus ſtatim urgeat, diſpoſitionis tempus attendimus: quo diſcrimine animadverſo ceſſant omnia *ſuprà in argumento* adducta.

Quartò, obſtat textus in *cap. cum veniſſet 9. de reſti-* 6
tutione ſpoliatorum: ex quo conſtat beneficium nondum vacans rectè concedi poſſe. In cujus textus difficultate reſpondendum eſt, *textum* illum noſtræ regulæ exceptionem proponere: nam etſi verum ſit, viventis beneficium dari non poſſe; tamen cum Monaſterio beneficium unitur, ceſſat prohibitio illa: *cap. conſultationibus, de donationibus, Clement. 2. de rebus Eccleſiæ*: Gloſſa *verbo tenebat, in dicto cap. cum veniſſet*: ſed in aſſignanda ratione quare beneficium nondum vacans monaſterio uniri valeat; valde controverſum eſt; ſed omiſſa *Abb.* ſententia *in dicto cap. cum veniſſet*, Rebuff. *in praxi beneficiali, tertia parte, titulo de reprobata beneficii viventis, numero quinquageſimo ſeptimo*, verius dicendum eſt, ideo has uniones permitti, quoniam directò agitur de unione reſpectu monaſterii, ſive præbendæ: & licet per conſequentiam ex Monaſterio ad Religioſos, & ex præbenda ad perſonas lucrum derivetur, quare idem timor eſſe poſſit; tamen hoc non attenditur, ut in aliis multis juris partibus attendi non ſolet quod in conſequentia venit, *l. 1. l. quod dicitur 7. ff. de auctoritate tutorum, cap. tuis quæſtionibus, de teſtibus.*

Quintò, ſupradictæ interpretationi valde obſtat 7
Alexandri III. reſcriptum, relatum in *cap. illud S. de jure patronatus*, ubi Pontifex aſſerit eam conceſſionem, quam laicus religioſo loco fecerat, irritam eſſe ex eo præcipuè, quia de re non vacanti facta erat: ergo neque Communitati, vel Collegio, Eccleſia nondum vacans concedi poteſt. Qua in difficultate reſpondendum eſt, cum Zabarella *in eodem textu, in ſexta oppoſitione*, Abbate *ibidem, numero ſeptimo*, Sanchez *ad præcepta Decalogi, libro ſeptimo, capite vigeſimo nono, numero* 48. qui omnes aſſerunt conceſſionem illam factam fuiſſe, non ut poſt mortem poſſeſſoris ad Religioſum locum pertineret, ſed ut ſtatim cum præjudicio poſſeſſoris adquireretur: quo caſu unio, vel conceſſio etiam Univerſitati, vel Collegio facta non tenet, non propter noſtri textus rationem *ſuprà* adductam, ſed propterea quod prohibitum eſt viventis beneficium, cum ejus præjudicio, aliis conferre: *capit. 1. hoc titulo*, ubi latè diximus; de qua re videndus eſt Garcia *in additionibus ad tractatum de beneficiis 5. parte, cap. 3. num.* 121. Moneta *de commutatione ultimarum voluntatum, cap. 11. num. 99.*

Sextò, concluſioni noſtræ obſtabit textus *in cap.* 8
accedens 14. *hoc noſtro titulo*, ubi, ſi beneficium quis promiſerit, etiamſi vacans non fuerit, promiſſio valet; juxta textum *in l. 11. titulo 16. partita 1.* & tamen ex hac promiſſione votum captandæ mortis æquè inducitur. Cui difficultati ſatisfacere videtur Pontifex *in eodem textu*, animadvertens multum intereſſe, an beneficium promittatur cum vacaverit, an verò cum conferendi facultas ſit: nam in prima ſpecie juſta ratione noſtri textus conceſſio inutilis eſt: in ſecundo verò prohibito ceſſat: cùm multis modis evenire poſſit, ut beneficium etiam ſine morte alterius conferatur: hujus diſcriminis rationem conſiderat Gloſſa, Innocentius, & Zabarella *in dicto cap. accedens*; quæ concordare videtur cum *cap. ex tenore 13. hoc titulo.* Sed hæc diſcriminis ratio ſatis animum non explet: quare hac, & aliis omiſſis, verius dicendum

judico, rationem differentiæ in eo consistere : quia etsi in promissione, *cum voluero*, & in illa *cum potuero*, utroque modo beneficium vacaturum promittatur ; tamen in prima specie expressè vacatura præbenda promittitur : in secundo verò tacitè : quare diversus effectus est ; siquidem expressa nocent, non expressa verò, sive tacita non nocent, *l. si quis Sempronium, ff. de hæredibus instituendis, l. servum* 67. cum aliis, *ff. de conditionibus, & demonstrationibus, l. expressa* 195. *digestis, de regulis juris* : sed cum ex utraque promissione occasio captandæ mortis detur, jam hodie pariter utraque promissio improbata est in *cap.* 2. *hoc titulo*, *lib.* 6.

9 Septimò, nostri textus conclusio impugnatur ex textu *in cap. relatum* 9. *de præbendis*, ex quo constat nondum vacantis beneficii promissionem valere. Cui difficultati omissa *Abbatis* interpretatione *ibidem*, verius respondendum esse existimo, in specie illius *textus*, exceptionem nostræ regulæ demonstrari : cujus ratio non in obscuro est ; siquidem in *textu illo* agitur de promissione præbendæ vacaturæ facta post canonicatus institutionem : unde cùm jam in Choro, & Capitulo esset receptus, & Capitulum Ecclesiæ esset adstrictum post receptionem, primam præbendam vacantem ei conferre ; ideo promissio illa obtinuit : neque de ea loquitur nostri Concilii Lateranensis prohibitio : quia cùm hujusmodi Canonicus ita provisus, jus certum & adquisitum habeat, ut primò vacans præbenda illi sit conferenda : *cap. cum M. de constitutionibus, cap. si postquam* 13. *de præbendis, libro sexto*, meritò promissio illa non obligationis novæ jus constituit, sed dumtaxat jam quæsitum, & adquisitum declarat, & tuetur : unde mirum non est si valere dicatur, cùm rem eodem modo exprimat, cui tacitè inhæret : ita respondit Ancharranus, & Decius *in dicto cap. relatum*, Cenedus *in collectaneis ad Decretales, collectanea* 10.

10 Octavò, solutioni obstat textus *in cap. dilectus* 19. *de præbendis* : ubi, si præbenda vacatura jam provisso sit promissa, concessio illa inutilis dicitur ; ea ratione : quia nostri Concilii decreto adversa est : ergo illa *Abbatis*, & *Decii* interpretatio sustineri non potest. Verùm huic difficultati satisfacies, si dixeris, in illius *textus* specie diversum casum proponi ab eo, de quo *in dicto cap. relatum*, mentio habetur : nam *in dicto cap. relatum*, concessio facta fuit ei, qui jam antea in Canonicum receptus fuerat, ut constat ex verbis illius textus, ibi, *postquam Magister Joannes in Ecclesia tua canonicè institutus* : at verò in *dicto cap. dilectus*, non consequenter electo jam Canonico vacatura præbenda promissa fuit, sed directò, & principaliter ei, qui nondum erat in Canonicum receptus : ut constat ex *eodem textu in* §. *ad instantiam* : ergo nihil mirum, si concessio illa nostro Lateranensi Concilio contraria dicatur, quandoquidem novum jus antea non acquisitum concedit : sic interpretatur Glos. *verbo, indirectè, in dicto capite secundo, hoc titulo, libro sexto*, Imola, & Decius *in dicto cap. relatum, numero quinto*, quos magis probo, quàm Glossam *in dicto capit. dilectus, verbo, percipere*, aliter respondentem.

11 Nonò, sententia suprà adducta difficilis redditur ex textu, *in cap. tuæ* 20. *cap. dilecto* 25. *de præbendis* : in quibus juribus probari videtur, quod etiamsi Canonico semel recepto præbenda sit promissa, adhuc censetur promissa contra nostri *Concil. Lateran.* prohibitionem : quam difficultatem Decius *in dicto cap. relatum*, posuit, sed non exposuit : alii verò earum decisionum rationem deducunt affirmantes, quod ex eo, contra Lateranen. Concil. prohibitionem, illa præbendæ promissio, etiam post electionem facta videtur : quia cum promissio illa pendebat ex virtute electionis, & electio erat nulla : ideòque expectatio, & concessio consistere non poterat : cum contra nostri Concilii Lateranensis prohibitionem facta videatur. Sed hæc interpretatio quamvis lucem præbeat, non tamen movet ; & convincitur ex eo, quod Pontifex *in dicto cap. tuæ*, adhuc asserit, quod etiam supposito receptionis valore, nihilominus promissio illa contra *Lateranen. Concil.* facta videtur : igitur non receptionis nullitate, sed alia causa in illius textus decisione promissio contra Lateranense Concilium facta videtur : Quare respondendum esse existimo, eam distinctionem adhibendam, scilicet, quando quis præbendam incerti hominis vacaturam expectat, vel quando certam præbendam certi hominis vacaturam expectat, quæ illi promissa est : in primo casu promissio valet ex doctrina, & juribus *suprà* in præcedenti argumento adductis ; in secundo verò non tenet, ut in *dicto cap. tuæ* 20. *cap. dilecto* 25. *de præbendis* : in quibus juribus, certi hominis præbenda expectatur, ut ex eorum serie satis distertè deprehenditur : siquidem duo ad eandem præbendam electi proponuntur, & unus post alterum præbendam habiturus erat : quod Pontifex improbat, & rejicit, & nullo modo electos admitti posse scribit : nam si uterque admitteretur, simul præbenda illa inter ipsos dividenda esset contra Concilii Turonensis decisionem relatam *in cap. majoribus. cap. avaritiæ* 10. *cap. vacante* 26. *de præbendis* : si verò non simul, sed ordine successivo admitterentur, eveniret profectò, ut unus illicò præbendam haberet, alter autem interim expectaret : ex qua expectatione captandæ mortis votum contra nostri Concilii Lateranensis decretum induceretur : meritò enim cum in *dictis juribus* ex electione illa non incerta, ut in numero antecedenti, sed certa præbenda expectetur, mirum non est, quod promissio illa etiam comprehendatur in nostro Concilio Lateranensi : notat Barbacia *in dicto cap. relatum* 9. *de præbendis, numero quarto*, Augustinus Barbos. *in collectaneis ad eundem textum, numero quarto*, & in *dicto cap. tuæ, numero primo*, & in *dicto cap. dilecto, num.* 8.

12 Decimò, prædictis obstat textus in *cap. ex parte* 12. *de officio, & potestate judicis delegati* : ubi apparet utile fuisse mandatum de providendo, non solum ad beneficia proximè vacatura, verum etiam ad certam præbendam ex certa persona in favorem certæ personæ. In cujus textus difficultate, verissimè est dicendum, nostri textus decisionem limitari in potestate Summi Pontificis, qui solus potest dare jus ad beneficia vacatura, juxta textum in *cap. cum teneamur* 7. *cap. Capitulum* 30. *cap. mandatum* 38. *de rescriptis* ; & ex certa persona, & ex certo beneficio ad certam personam facilius posset ; maximè consentiente illo, de cujus beneficio agitur : ut in *dicto cap. ex parte* 12. *de officio, & potestate Judicis delegati* : Notat Mandosius *in regulam Cancellariæ* 21. *quæstione quinta, numero* 4. Rebuffus *in dicto titulo de reprobata beneficii viventis impetratione, limitatione* 4.

13 Undecimò, obstat textus in *cap. cum super* 8. *hoc titulo*, ubi apparet, quod si Capitulum Canonico promiserit præbendam proximo vacaturam, poterit Canonicus agere contra Capitulum, petendo collationem præbendæ proximo vacaturæ : neque obstabit Capituli turpitudo, si dixerit, promissionem illam turpem, & contra nostrum Concilium Lateranense fuisse factam, atque ideo nullius momenti fore : quod omnino contrarium refert textus *in cap. ex tenore* 13. *hoc nostro titulo*, ubi similis promissio ab Abbate facta, nulla dicitur ; & conventus Abbas allegans suam turpitudinem auditur. Sed hæc jura facilè ad concordiam reducuntur ex his, quæ suprà retulimus *in sexto dubio* : nam ideò in *dicto cap. cùm super* 8. Capitulum tenetur Canonico conferre præbendam proximè vacaturam, neque ejus turpitudo admittitur, quia ultra promissionem fuit processum ad receptionem in Canonicum, & fratrem : & ideò quam citò facultas se obtulerit, præbenda ei debetur, & turpitudo cessat *in dicto cap. dilectus* 1. *cap. relatum, de præbendis* : at verò in *dicto cap. ex tenore*, promissio reprobatur, &

allegatio

allegatio turpitudinis admittitur: quia ſimpliciter, & abſolutè fuit facta contra Concilii noſtri Lateranenſis prohibitionem: Notant Abbas, & Butri. *in dicto capite octavo, numero tertio*, Imola *numero primo*, Canedus plures referens *in collectaneis ad Decretales, collectanea* 10. *num.* 3. *&* 4.

Ad textum in §. *Cum verò, cap. nulla*, 2. *hujus tituli.*

DE hujus §. materia plura dicemus *in cap. quia diverſitatem* 5. *infrà, hoc noſtro titulo.*

Ad textum in cap. Propoſuit 4. cap. Cum noſtris 6. cap. Literas 9. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Executore dato ad providendum ad præſentationem literarum collatori factam afficitur præbenda: ita quod collatio alteri facta non tenet.*
2 *Pontifex in beneficiis pleniſſimam poteſtatem retinet.*
Executor datus ad providendum, cenſetur vices Pontificis gerere.
3 *Pontifex non poteſt aliquid ſtatuere contra ſtatuta Patrum.*
Promiſſio incerti beneficii vacantis valet.
4 *Remiſſivè ponitur textus in* cap. qui in vivorum 1. de conceſſione præbendæ.
5 *Exponitur textus in* cap. propoſuit 4. verſic. ſed cum, de conceſſione præbendæ: *& conciliatur cum* cap. cum noſtris 6. ejuſdem tituli.
6 *Declaratur textus in* cap. dilectus 27. de præbendis, cap. ſi ſoli 6. de conceſſione præbendæ, libro ſexto.
7 *Iterum expenditur textus in* dicto cap. ſi ſoli 6. *& ad concordiam reducitur cum* cap. ſi à Capitulo 5. de conceſſione præbendæ.

CONCLUSIO.

1 *SI ſcribitur ei, ad quem ſpectat collatio, dato executore ad providendum per præſentationem literarum collatori factam, afficitur præbenda, ita quod collatio alteri facta non teneat.* Conſonat textus *in capit. propoſuit* 4. *cap. cum noſtris* 5. *cap. literas* 9. *hoc titulo, cap. ſi ſoli*, cum aliis, *hoc titulo, libro ſexto, cap. Capitulum Sanctæ Crucis, cap. ad audientiam* 31. *cap. in noſtra*, cum aliis, *de reſcriptis, cap. ex parte*, el primero, *de officio Delegati, cap. ſi eo tempore, cap. tibi* 12. *cap. quamvis*, cum aliis, *de reſcriptis, libro ſexto, Clement. 1. ut lite, capite ſecundo, ac præbendis libro ſexto, l. 1. tit. 16. partita 1. gloſſa 1. in l. 3. tit. 12. partita 1.* exornant Nicolaus Garcia *de beneficiis, parte* 10. *capite primo, num.* 3. Rebuffus *in Concordatis, titulo de mandatis Apoſtolicis*, §. 1. *ſub verbo, Romanus Pontifex*: & in *titulo de regreſſibus*: *& in titulo, de differentia gratiæ, & juſtitiæ, n.* 53. Staſileus *de literis gratiæ, in* 8. *forma manda. de provi. num.* 5. *& in titulo quibus modis expirent literæ ad beneficia*, verſic. *exequutoris poteſtas*: Mandoſius *de ſignatura gratiæ, titulo regreſſus, & acceſſus: pag. ultima, verſic. non tamen: titulo Coadiutoriæ, verſic. ſi tamen Papa, & titulo expectativæ, in principio*: Azor. *inſtitutionum moralium parte* 2. *lib.* 6. *cap.* 31. *verſic. verum enim*, Gonzal. *ad regulam* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 13. *nu.* 24. Anaſtaſius Germonius *de indultis Cardinalium*, §. *per quæ ſublatis, num.* 25. Paz *in praxi, tomo* 1. *fol.* 201. *n.* 138. *&* 139. Navarrus *tomo* 1. *de Regularibus*, §. 4. *verſicul. nono quæritur.*

Ratio eſt: quia cum Summus Pontifex in beneficiis 2
pleniſſimam poteſtatem retineat, *cap.* 2. *de præbendis: lib.* 6. Et ſtatim, quod manus apponit in quolibet negotio, ſeu beneficio, ita ligat manus Ordinarii, ut non poſſit de illo tractare, neque beneficium conferre, *dicto cap.* 2. argumento textus *in cap. multum ſtupeo*, 3. *quæſt.* 6. *cap. cum veniſſet, de judiciis, cap. bonæ*, el primero, *de poſtulatione Prælatorum, cap. ut noſtrum, de appellationibus.* Unde evenit, quod cum Pontifex dat exequutorem ad providendum aliquod beneficium, cum exequutor ille cenſeatur vices Pontificis gerere: Gloſſa *in Clement. ſi de beneficio, verſic. Epiſcopi, de præbendis*, ex eo videtur adimere facultatem collatori ordinario illud conferendi, *cap. ſi ſoli, cap. ſi à Capitulo, hoc titulo, lib.* 6. & ita per præſentationem literarum ab executore factam, cenſetur affecta, & ſublata præbenda illa collatori, & Summo Pontifici reſervata: notat Gloſſa *in dicta cap. ſi à Capitulo, verbo, exequatur*: at ex ſimplici mandato, ſine executore, non ita videtur expreſſa voluntas Pontificis ſe velle auferre poteſtatem Ordinario; & ita non afficitur præbenda: *dicto cap. ſi ſoli, cap. tibi qui, de reſcriptis lib.* 6.

Primò, ultra ea, quæ in *primo, & ſecundo cap. ſuprà*, 3
retulimus, quæ omnia in præſenti & viciſſim trahi, & referri poterunt, obſtabit *Concilium illud Lateranenſe* relatum *in dicto cap.* 2. *hoc noſtro titulo*, dum ibi cavetur omne jus ad vacaturam, neque dari, neque promitti poſſe: ergo Celeſtini reſcriptum, & mandatum *in præſenti* dari non debuit in favorem Tiberii, cum Pontifex non poſſit aliquid ſtatuere contra ſtatuta Patrum, *cap. contra ſtatuta*, 25. *quæſt.* 2. *cap. cum ad monaſterium, in fine, de ſtatu Monachorum*: Verùm huic difficultati reſpondendum erit mandatum *in præſenti* à Celeſtino datum, & directum Capitulo, ut Tiberium in Canonicum reciperent, & proximè vacaturam præbendam aſſignarent, non eſſe contra Concilium Lateranenſe, in quo certi beneficii nondum vacantis tantum collatio, aut promiſſio eſt prohibita, non verò incerti, ut tempore Celeſtini vigebat; quod poſtea fuit abrogatum *in cap.* 2. *hoc titulo lib.* 6. ut ſuprà diximus *in quinto dubio, in c.* 2. *hoc titulo*, atque ideo cum contra ſtatuta Canonum nihil egiſſet; non obſtant jura in argumento adducta; præcipuè cum debeant intelligi in ſtatutis cernentibus ad jus naturale ſeu divinum, juxta textum *in cap. ſunt quidam dicentes*, 25. *quæſt.* 1. notant Abb. & Doctores omnes *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitutionibus*, Paz *ubi ſupra*, cum traditis à Ximenez *in concordantiis ad noſtrum textum*: poterit tamen Summus Pontifex ſupra Concilia, & jus Pontificium diſpenſare, notat Covarru. *lib.* 3. *variarum, cap.* 6. *nu.* 1. Menochius *conſilio* 157. *nu.* 11. Barboſ. *in collectaneis ad noſtrum textum, num.* 6.

Secundò, obſtat textus in *cap.* 1. *hoc titulo*, de cujus 4
inductione, & ſolutione vide ea, quæ *ſuprà* retulimus *in dicto cap.* 1. *in quinto dubio*, quæ in omnia in præſenti ſunt repetenda.

Tertiò, obſtabit dicere, quod tempore, quo Cele- 5
ſtinus inveſtivit Tiberium de præbenda, detinebatur ipſa ab eo, cui à Capitulo erat aſſignata: ut patet ex *verſiculo noſtri textus*: ibi, *ſed cum præbenda*: At ſic eſt, quod præbenda ab alio detenta, etiamſi jure vacet, alius inveſtiri non debet, juxta textum *in cap. cum noſtris, cap. literas* 9. *hoc titulo*: per argumentum à contrario ſenſu: ergo non rectè *in præſenti* proceſſit Celeſtinus. Pro cujus dubii ſolutione adnotandum eſt impetrationem literarum ad aliquod beneficium de jure vacans, detentum tamen de facto ab alio, nullius momenti eſſe, niſi in ipſa impetratione fiat mentio de ipſius coloratæ poſſeſſionis titulo: *dicto cap. cum noſtris, hoc titulo*; & coloratus titulus dicitur, quando collatio beneficii eſt facta ab eo, qui poterat conferre, licet titulus nullus propter incapacitatem accipientis reddatur; at verò ſi incolorata fuerit poſſeſſio, ut pote ſi quis oc-

passet illam, sine aliquo tituli colore, de illa mentio fieri non oporteret. Notat Felinus *in cap. in nostra, de rescriptis, Corollario* 35. Selva *de beneficiis, 3. parte quæstione* 11. *versiculo vigesima qualitas*: Rebuffus *in forma mandati, pro expressis*: *in expressione* 27. Cosmas *in præct. titulo, de pacificis possessor. verbo, coloratum*: incolorata enim institutio dicitur, quando ipse collator non poterat conferre, quia forsitan ligatas habebat manus, vel beneficium erat reservatum, notat Cosmas *ubi supra*: Gomezius *in regula de triennali, quæst.* 27. ex quibus jam apparet solutio ad dubium hoc: nam cum manus Capituli essent ligatæ per mandatum Apostolicum cum executore, & collatio illa à Capitulo facta, neque titulum coloratum tribueret, non potuit impedire collationem Tiberio factam, cum de prima sine titulo colorato facta, mentio fieri non deberet, juxta *textum* ita intelligendum *in dicto cap. literas 9. hoc nostro titulo.* Notat Lapus *allegatione* 103. *n.* 2. & 127. *num.* 7. & utrobique *Mandosius*: At verò *in dicto cap. cum nostris, hoc titulo*, titulus coloratus fuit & cum eo facile potuit dispensatio admitti; siquidem Episcopus ille proposituram habuit ab eo, qui poterat illam illi conferre; licet ipse Episcopus non potuisset accipere, cum per electionem, qua factus est Episcopus, vacaret beneficium, quod habebat, *cap. cum in cunctis, de electione*, & illud amplius accipere non potuit: est tamen titulus coloratus, & ita illius debuit mentionem facere, ne literæ essent subreptitiæ, non solum de his, quæ sunt juris, sed etiam de illis quæ sunt facti mentio debeat fieri, *cap. dudum, de privilegiis, cap. final. ut lite pendente, cap. causam de testibus.* Notat Menochius *de arbitrariis, casu* 201. *nu.* 139. latè Nicolaus Garcia *de beneficiis, parte* 10. *cap.* 1. *numero* 48. Barbos. *in collectaneis ad textum in dicto cap. cum nostri* 6. *hoc titulo, à num.* 2.

6 Quartò, obstat textus in *cap. dilectus* 27. *de præbendis, cap. si soli* 6. *hoc titulo, l.b.* 6. in quibus juribus apparet literarum præsentationem non afficere præbendam, neque ligare manus collatoris: ergo huc usque dicta minimè sustineri poterunt. Verùm huic difficultati satisfacies facilè, si dixeris plurimum discrimen versari inter nostrum *textum*, & jura *suprà* adducta: nam in præsenti, ideo literarum præsentatio ligat manus Ordinarii collatoris, quia in literis illis datus erat executor ad providendum: at verò *in dicto cap. cum dilectus*, cum *similibus*, tantum interfuit simplex mandatum sine executore, & ideo præsentatio illius non afficit præbendam. Ratio discriminis est: quia quando datur executor ad providendum, ultra quod demonstratur in eo voluntas Pontificis (similiter etiam negligente collatore Ordinario) transfertur conferendi potestas in executorem, *cap. si Capitulo, hoc titulo, lib.* 6. & ita Ordinarius privatus manet potestate conferendi; secus verò quando non datur executor, vel datus est ad compellendum, *cap. tibi qui, de rescriptis lib.* 6. *cap. si soli*, eodem titulo, & *lib.* & in hoc simplici mandato obtinent jura *suprà* in argumento adducta, ac ideo literæ illæ ibi non ligant manus inferioris: notat Glossa magna *in dicto cap. si soli, hoc titulo lib.* 6. Gomezius *de mandato de providendo, num.* 27. Decius *consilio* 79. *volumine* 5.

7 Quintò, solutioni obstat textus *in dicto cap. si soli* 6. *de concessione præbendæ, lib.* 6. ubi etiam si quis impetraverit rescriptum cum executore ad præbendam proximo vacaturam, illa præbendæ collatio ab Ordinario facta mero jure valet; quod est omnino contra decisionem textus *in dicto cap. si à Capitulo* 5. *hoc nostro titulo, li.* 6. Quæ quidem jura ita ad concordiam reduces, si dixeris, eorum species diversissimas esse: quia *in dicto cap. si à Capitulo*, executor ille fuerat datus ad providendum in Capituli defectum, meritò cum in solidum illius præbendæ collatio competat executori, si Capitulum alii præbendam contulerit, quam in rescripto comprehenso, ejus collatio nulla erit ipso jure, & iterum impetranti assignari debet, etiam si ejus procurator remissus appareat: at verò in specie textus in *dicto cap. si soli*, executor ille non fuit datus ad providendum in Ordinarii defectum, sed tantum ad eum compellendum; meritò si Capitulum alii in præjudicium impetrantis præbendam contulerit, collatio valet, cum integrum jus eligendi mandatori non sit concessum, cùm ex illo executore ad compellendum tantum; non videatur Pontifici demisse potestatem conferendi, ut bene animadvertit Glossa *verbo, executor, in dicto cap. si Capitulo* 5. *hoc titulo, libro sexto*, Abbas *in præsenti, numero tertio, & octavo*, Stafileus *de literis gratiæ, titulo, de mandatis de providendo; quarta forma.*

Ad textum in cap. Quia diversitatem 5. cap. Post electionem 7. capit. 2. §. Cum verò. cap. Ex parte 10. cap. Dilectus 11. cap. Postulastis 15. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Semestre ad eligendum, seu conferendum à jure præfixum, non currit legitimè impedito, nec incipit currere, nisi à die vacationis.*

2 *Negligentia in his, quæ ad jus publicum spectant, omnino corrigenda, & punienda est.*
Ecclesiæ, & Reipublicæ interest, ne beneficia maneant diù in suspenso.
Impeditus, seu ignorans, negligens dici non potest.
Scientia ubi non est, non potest esse negligentia.

3 *Refertur interpretatio ad textum* in cap. statutum 3. de præbendis, libro sexto, *& conciliatur cum* cap. quia diversitatem 5. de concessione præbendæ.

4 *Expenditur textus in* Extravagant. piæ solicitudinis, de præbendis.

5 *Pontifex cum nullum habeat superiorem qui eum corrigat, negligens esse non potest.*

5 *Expenditur textus in* cap. nulla 2. versic. sin autem, de concessione præbendæ.
Declaratur textus in cap. unico, versiculo, idem, ne sede vacante.

6 *Refertur ratio ad textum in* capit. quia diversitatem 5. versiculo, & si fuerit, de concessione præbendæ: *& conciliatur cum* dicto cap. unico, ne sede vacante.

7 *Interpretatur textus in* cap. si à Capitulo 5. de concessione præbendæ.

8 *Ad concordiam reducitur textus in* capit. si soli 6. de concessione præbendæ lib. 6. *cum* cap. si à Capitulo 5. de concessione præbendæ.
Executor datus ad providendum differt ab executore dato ad compellendum.

9 *Conciliatur textus in* cap. dilectus 12. de concessione præbendæ, *cum* cap. ne pro defectu 41. de electione, cap. postquam 50. distinct.
Periculum ubi majus vertitur, ibi tutius est succurrendum.

10 *Exponitur textus in* capite primo, de præscriptionibus, l. qui agros, l. locorum, C. de omni agro deserto.

11 *Declaratur textus in* cap. statutum, 3. versicul. post mensem, de præbendis lib. 6.
Jus idem constitui debet ubi eadem ratio est.

12 *Declaratur text. in* l. 2. §. ultimo versic. sed & si, ff. si quis cautionibus.
Impedimenta à lege posita differunt ab homine positis.

CON-

CONCLUSIO.

1 *SEmeſtre ad eligendum, ſeu conferendum à jure præfixum non currit legitime impedito; neque incipit currere, niſi à die vacationis.* Conſonat textus *in dicto cap.* 2. §. *cum vero, cap. quia diverſitatem* 5. *capit. ex parte* 10. *cap. dilectus* 12. *cap. poſtulaſtis* 15. *hoc noſtro titulo; cap. ſicut* 2. *cap. licet* 3. *cap. literas* 4. *cap. dilecto filio* 5. *& final. de ſupplenda negligentia Prælatorum; capit. ne pro defectus, de electione; cap. quam ſit grave, eodẽ titulo lib.* 6. *cap. ſtatutum* 3. *de præbendis lib.* 6. *Clement. unica, de ſupplenda negligentia Prælatorum; cap. quoniam* 3. *cap. ſi vero* 12. *cap. eamte, cap. cum propter diſcordias, de jure patronatus, cap.* 1. *eodem titulo lib.* 6. *Clement. unica, de ſupplenda negligentia Prælatorum; Clement. ſi de beneficio* 5. *de præbẽdis, cap. cum Eccleſia* 32. *de electione; cap. volumus,* §. *ſi vero,* 83. *diſtinct. cap. cum ſimul,* 9. *quæſt.* 3. *capit. quoniam,* juncta Gloſſa, *verbo, poſt ſecundum;* & verbo, *Epiſcoporum,* 100. *diſtinct. Novella* 123. argumento textus in *l. qui agros, Cod. de omni agro deſerto, lib.* 10. *l. ſciendum,* §. *ultim. l. ſi venditor, ff. de ædilitio edicto: l. tutor.* 15. *ff. de adminiſtratione tutorum; cap. placuit* 2. 16. *quæſt.* 4. *leg.* 8. *& 9. tit.* 16. *partita* 1. *leg.* 18. *titulo* 9. *partita* 1. *l.* 18. *titulo* 23. *eadem partita* 5. Exornant Rebuffus *in praxi beneficiali, titulo de devolutionibus,* Idem *de collation.* §. *ſi quis vero;* Guttierrez *Canonicarum quæſt. cap.* 28. Azor. *inſtitutionum moralium parte* 2. *lib.* 6. *cap.* 27. *quæſt.* 7. Nicolaus Garcia *de beneficiis, parte* 5. *cap.* 3. Idem *parte* 10. *cap.* 3. *n.* 31. Hieronymus Gonçalez *ad regulam Cancellariæ, gloſſa* 15. §. 2. *nu.* 20. Idem *gloſſa* 24. *nu.* 77. Anaſtaſius Germonius *de indultis Cardinalium,* §. *volumus autem, num.* 78. Filliucius *de ſtatu Clericorum, cap.* 3. *num.* 95. Auguſt. Barboſ. ultra quos refert *in collectaneis,* in dictis juribus, præcipuè *de jure Eccleſiaſtico univerſo, li.* 3. *cap.* 13. *nu.* 108. Idem *de poteſtate Epiſcopi, parte* 3. *allegatione* 58. *& 72. nu.* 132. Duarenus *li.* 5. *de Sacris Eccleſiæ miniſteriis, cap.* 5. Cujacius *in poſthumis ad Decretales in dictis juribus:* Idem *in tractatu de præſcriptionibus, cap.* 21. Petrus Gregor. *lib.* 17. *ſyntagmat. cap.* 9.

2 Ratio quare ſi Ordinarius intra ſemeſtre tempus beneficia non conferens, jus illud ad proximum, & immediatum ſuperiorem devolvitur, ea eſt; quia negligentia in his, quæ ad jus publicum ſpectant, omnino corrigenda, & punienda eſt; *l. qui agros, l. locorum, Cod. de omni agro deſerto, li.* 11. *l. final. Cod. de agricol. & cenſitis, eodem lib.* 11. Cujacius *de præſcriptionibus, cap.* 21. Aulus Gellius *lib.* 4. *noctium Attica. cap.* 13. Cujus negligentiæ pœna eſt, ut ad alterum devolvatur illius muneris executio: *authentica, ſiquis majori, Cod. de fidejuſſoribus; cap.* 3. *cap. ſi hæres, de teſtamentis:* meritò Ordinario negligente, poſt ſemeſtre tempus, devolvitur collatio ad Superiorem, cùm Reipublicæ, Eccleſiæ, & animarum ſalutis intereſt, ne beneficia diu maneant in ſuſpenſo, cùm oves ſine paſtore diu vagarentur, *dicto cap.* 2. §. *cum vero, hoc titulo, cap. ne pro defectu, de electione, cap. quam ſit, eodem titulo lib.* 6. quam rationem refert Gloſſa *in cap. duobus, de reſcriptis lib.* 6. Rebuffus *in Concordatis, titulo, de collationibus,* §. *ſiquis vero: verbo, devolvantur.* Idem *de devolutionibus num.* 8. Mandoſius *in regula Cancellariæ, de annali: quæſt.* 90. *num.* 5. quod quidem tempus non currit impedito, neque ignoranti. Ratio eſt; quia cùm tempus illud ſit præfixum loco pœnæ ad convincendam culpabilem Prælatorum malitiam, & negligentiam, & hæc eſſe non poſſit ſtante impedimento, vel ignorantia, cum impeditus, ſeu ignorans negligens non dicatur; argumento textus in *l.* 1. §. *ne autem, Cod. de annali exceptione; l. ſicut, Cod. de præſcriptione triginta, vel quadraginta ãnorum, cap. inter quatuor, de Clericis non reſidentibus; cap.* 1. *cap. de quarta, cap. ex tranſmiſſa, de præſcriptionibus.* Neque etiam ignorans, cum tunc deficiat voluntas, quæ in culpa deſideratur, *cap. non eſt in voluntate, de ſententia excommunicationis: l. ſcientiam, ff. ad legem Aquiliam; l. in omnibus, ff. de noxalibus actionibus; l. ſervus ignorante, Cod. eodem;* liquidem ubi non eſt ſcientia, non poteſt eſſe negligentia, *cap. unico, de jure patronatus lib.* 9. atque ideo juſta de cauſa, illud ſemeſtre tempus neque impedito, neque ignoranti currit, *ex juribus ſupra adductis:* notat Rebuffus *de devolutionibus, n.* 6.

De prima noſtri textus parte, in qua aſſeritur confirmationem novum jus non tribuere, ſed antiquum ſervare, nihil agimus hîc; quia de ea latè ſcripſimus in *cap. cum dilecta* 4. *de confirmatione utili, vel inutili;* quæ omnia in præſenti ſunt repetenda.

Primò, obſtat textus in *cap. ſtatutum* 3. *de præbendis* 3
lib. 6. ubi in eadem juris devolutione in beneficiis in Curia Romana vacantibus, non ſemeſtre tempus deſideratur, ſed unicus tantum menſis ſufficit, ita ut ſi Pontifex intra illud menſis tempus non provideat beneficium, illa conferendi poteſtas devolvitur ad Dicœceſanum Epiſcopum. Augetur difficultas ex eo quod majus tempus, ſecundum veram juris prærogativam, Pontifici, quàm inferioribus Prælatis conſtitui, ſeu concedi debeat. Quo in dubio dicendum eſt, textum noſtrum, & jura ſuprà adducta loqui eo in caſu, quo Epiſcopus negligens, & remiſſus eſt in conferendis beneficiis in ſua Dicœceſi extra Curiam Romanam vacantibus, in quo neceſſarium eſt illud ſemeſtre tempus ad transferendam eligendi poteſtatem ad immediatum ſuperiorem: at verò textus *in dicto cap. ſtatutum* 3. *de præbendis*, procedit in beneficiis in Curia Romana vacantibus, quæ intra menſem à Pontifice ſunt conferenda, alioquin jus illud devolvitur ad ordinarium Epiſcopum. Ratio differentiæ in eo conſiſtit, quia *in dicto cap. ſtatutum*, non agitur de transferenda ab inferiore ad Superiorem eligendi poteſtate, ſed de devolvenda de ſuperiore ad inferiorem juriſdictione; quæ quidem eligendi poteſtas, ante reſervationem illam in Curia à Pontifice factam in beneficiis à jure communi ordinariis Epiſcopis competebat, meritò juſta de cauſa menſis unus ſufficit, ut facilius revertatur illa conferendi poteſtas ſemel jam obtenta ad Ordinarium, cum res ipſa facilius ad ſuam naturam revertatur, *capit. ab exordio,* 35. *diſtinct. l. ſi unus.* §. *pactus ne peteret, ff. de pactis;* at verò majus tempus hoc eſt ſemeſtre in præſenti deſideratur ad conſequendam illam eligendi vel conferendi poteſtatem nunquam poſſeſſam, neque adquiſitam: notat Gloſſa, *verbo numerandum, in dicto cap ſtatutum* 3. quam communiter eſſe receptam refert Menchaca *de ſucceſſionum creatione, lib.* 1. §. 8. *num.* 9. Garcia *tom.* 1. *de beneficiis* 5. *p. cap.* 1. §. 2.

Secundò, ſolutioni obſtat *Extravagans, piæ ſolicitu-* 4
dinis, de præbendis, ubi idem Bonifacius VIII. qui *Sexti libri* compilator eſt, generaliter abſque ulla menſis limitatione reſervavit Pontifici omnia beneficia in Curia Romana vacantia; præcipuè cum Summus Pontifex negligens eſſe non poſſit, cum nullum habeat Superiorem, qui eum corrigere poſſit. Notat Rebuffus *ad titulum de devolut. à n.* 5. Auguſt. Barboſ. *de officio, & poteſtate Epiſcopi, allegatione* 76. *num.* 53. In qua jurium contrarietate, Nicolaus Garcia *ubi ſupra,* 5. *parte, cap.* 1. §. 1. *num.* 98. adeo eſt oppreſſus, quod exiſtimet deciſionem textus *in dicto cap. ſtatutum,* corrigi debere per textum *in dicta Extravaganti.* Cujus interpretatio ex eo convincitur: quia correctoria eſt, & in jure noſtro admitti non debet, *cap. cum expediat, de electione lib.* 6. *l.* 1. *Cod. de inofficioſis:* Illigerus plures refert *lib.* 8. *cap.* 11. *littera L.* Imò magis conſentaneum eſſet, dictam *Extravagantem* corrigi debere per textum *in dicto cap. ſtatuium,* ſiquidem dicta *Extravagans* fuit edicta à Bonifacio VIII. 1. ſui Pontificatus anno; at verò *Sextus liber* fuit editus ex pòſt facto, *anno* 4. *ſui Pontificatus* ut ex eorum *data* conſtat: Quare verius dicendum cenſeo, in *illis juribus* nullam eſſe repu-

repugnantiam, cum id quod Gregorius X. ſtatuit *in dicto cap. ſtatutum*, etiam confirmavit, & obſervavit Bonifacius VIII. in *dicta Extravaganti*; ſiquidem ibi etiam aſſerit, quod omnia beneficia in Curia vacantia cum menſis limitatione à Pontifice provideri poſſe, non quaſi ab ipſo noviter ſtatuendo; ſed uti confirmando Gregorii Decimi prædeceſſoris ſui conſtitutionem: nam verba illa, *quæ apud Sedem eandem intra unum menſem*, non ſunt referenda, ut nonnulli exiſtimant ad hoc, ut poſt menſis publicationem illius conſtitutionis ordinarius Epiſcopus non poſſit providere beneficia illa; ſed tantum ſunt referenda ad menſis limitationem relatam *in dicto c. ſtatutum*: neque ex illa menſis limitatione punitur Pontificis negligentia, quæ in eo neutiquam conſiderari poteſt, cum ſuperior ſit omnibus, ut ſuprà diximus: Argumento textus in *cap. cum inferior, de majoritate, & obedientia*; ſed tantum illius menſis limitatio à Pontifice ipſo ibi ſtatuitur, ut ſic eo tranſacto conſuleretur Eccleſiæ, & Ordinariorum jus conſervaretur. Notat Barboſ. *ubi ſupra, allegatione* 127. *n.* 53.

5 Tertiò, obſtat textus *in dicto cap. nulla. verſic. ſin autem Epiſcopus*: *hoc noſtro titulo*, ubi Epiſcopi negligentia in beneficiorum proviſione poſt ſemeſtre tempus corrigitur per Capitulum, ad quod proviſio devolvitur, non verò Archiepiſcopum: ergo non ad immediatum ſuperiorem, uti *noſter textus* affirmat, & ibi notant Doctores omnes. Verum huic dubio veriſſimè eſt dicendum, quod *in dicto cap. nulla, verſiculo, ſin autem*, non ſuppletur Epiſcopi negligentia per Capitulum ratione ſuperioritatis, cum Capitulum inferius Epiſcopo ſit, notat Barboſ. *dicta allegatione* 126. *numero* 71. nam ſi ſeparatim electio ad Capitulum abſque Epiſcopo pertineret, tunc devolutio ad Epiſcopum fieret, ut notat Barboſ. *ubi ſupra*, at verò ſi tantum ratione communis proviſionis quæ non eſt ſeparatim inter Epiſcopum, & Capitulum, tunc ſi Epiſcopus intra ſemeſtre non contulerit, collatio devolvitur ad Capitulum tanquam ex natura rei, & proprio jure; juxta textum ita intelligendum in *capite ultimo, verſic. quod ſi*, 65. *diſtinct. cap.* 2. *verſic. ſi vero*, 89. *diſtinct. cap. cum ſimus*, 9. *q.* 3. notat Panormitanus *in dicto capit. nulla, nu.* 6. Garcia *ubi ſupra, parte* 10. *c.* 3. *num.* 33. Rebuffus *de devolutionibus, num.* 21. Barboſ. *dicta allegatione* 126. *nu.* 75. at verò ſi collatio ſpectat ad Capitulum, & Epiſcopum, ſi Epiſcopus ingrediatur in electione non ut Prælatus, ſed ut Canonicus, devolutio illa non fit ad ipſum Epiſcopum, ſed potius Archiepiſcopum, juxta textum in *cap. poſtulaſtis* 15. *hoc titulo*. Ratio eſt, quia in his terminis, Epiſcopus, & Capitulum, cenſentur civiliter unum corpus, quaſi Epiſcopus ſit Caput, & Canonici membra, *cap. novit, de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli*. Neque obſtat textus in *cap. unico, verſic. idem, ne ſede vacante*: Quia reſpondetur, textum illum non loqui, neque procedere in caſu negligentiæ de qua nos loquimur, ſed ſolum loqui in caſu impotentiæ reſultantis ex ſuſpenſione, vel excommunicatione; unde noviter ex *dicto cap. unico*, inductum fuiſſe apparet, ut Capitulo ſuſpenſo à prædicta beneficiorum collatione, vel omnibus de ipſo Capitulo ſingulariter excommunicatis, ad eundem Epiſcopum, ut pote non culpabilem conferendi poteſtatem eſſe devolvendam. Notat Auguſtinus Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, Allegatione* 126. *num.* 74. Idem *in collectaneis ad textum, in dicto capit. unico, num.* 1. & 5.

Quartò, ſolutioni obſtat textus in *dicto cap. quia* 6 *diverſitatem, hoc noſtro titulo*, verſiculo, *& ſi fuerit ſua culpa ſuſpenſus*; ex quibus verbis conſtat, quod etiam ſi Epiſcopus fuerit ſua culpa ſuſpenſus, non ex eo currit tempus ſemeſtre: nec negligens dici poteſt, ut devolutio fiat ad Capitulum; vel è contra ſi Capitulum fuerit ſuſpenſum, ad Epiſcopum jus conferendi devolvatur. Ergo ſolutio ſuprà adducta minimè ſuſtineri poterit. Verum huic dubio dicendum eſt, textum *in dicto cap. quia diverſitatem, verſic. & ſi fuerit*. procedere quando culpa Epiſcopi, vel Capituli interceſſit; quare excommunicatio, vel ſuſpenſio fuit impoſita, non immediatè, & proximè ad caſum, ſed remotè, & mediatè; quo in caſu negligentia minimè imputatur ad eventum poſtea ſecutum præcipuè quia in petenda abſolutione, non fuit remiſſus, cum ſtatim poſt ſuſpenſionem fuit ad Curiam: at verò *in dicto cap. unico*, culpa excommunicationis fuit ordinata, affectata, & procurata immediatè ad caſum, hoc eſt producendum impedimentum, & mora in petenda abſolutione extitit, quo in caſu eligendi jus ad Capitulum, vel è contra ad Epiſcopum transfertur: juxta textum *in dicto cap. unico*, §. *cum vero*, verſic. *niſi Epiſcopus in petenda relaxatione ſuſpenſionis hujuſmodi ſit in mora*. Argumento textus in *cap. quoniam, de reſcriptis*, notat Gloſſa *in dicto cap. quia diverſitatem, verſic. ſuſpenſionis*: Gloſſa *verbo in mora*, in *dicto cap. unico, ne ſede vacante, lib.* 6. Auguſtinus Barboſ. *in collectaneis ad textum in dicto cap. quia diverſitatem, numero* 9. & 10. Covarr. *in Clement. ſi furioſus, parte* 3. *in principio, numero* 4. Dominicus, & Francus *in dicto cap. unico*.

Quintò, his omnibus obſtat textus in *cap. ſi à* 7 *Capitulo* 5. *de conceſſione præbendæ lib.* 6. ubi apparet, quod ſiquis impetraverit reſcriptum ad præbendam proximè vacaturam, ſi procurator fuit negligens in literarum præſentatione, etiam ſi Capitulum intra ſemeſtre tempus præbendam contulerit, & negligens non fuerit, collatio non tenet: ecce ſpeciem, ubi etiam ſi Capitulum non fuerit negligens, cum ſemeſtre tempus non fuerit tranſactum, adhuc collatio ab eo facta non tenet. Qua in difficultate, omiſſis aliis, veriſſimè eſt dicendum, quod ideo *in dicto cap. ſi à Capitulo*, collatio alteri facta, etiam intra ſemeſtre, nulla eſt; quia impetranti litteras ad beneficium datus fuerat executor, qui præbendam provideret, in Capituli defectum; quo renuente executor providet; notat Abbas in *cap. propoſuit, hoc titulo*, Gomezius *in titulo de mandatis de providendo*, 4. *forma*.

Sextò ſolutioni obſtat textus in *cap. ſi ſoli* 6. *hoc ti-* 8 *titulo lib.* 6. ubi ſimiliter executor fuerat datus ad providendum; & nihilominus collatio ab Ordinario intra ſemeſtre facta valet, & tenet. Verùm dubium hoc dilues, ſi dixeris illorum jurium ſpecies diverſiſſimas eſſe: nam *in dicto cap. ſi à Capitulo*, executor ille fuerat datus ad providendum in ſolidum in Capituli defectum: meritò cùm tunc in ſolidum præbendæ collatio executori competeret, ſi Capitulum etiam intra ſemeſtre alii conferat, non tenet collatio; at verò in ſpecie textus *in dicto cap. ſi ſoli*, executor ille non fuerat datus ad providendum, ſed ad compellendum tantum Ordinarium, meritò ſi Capitulum intra ſemeſtre alii in præjudicium impetrantis præbendam contulerit, collatio valet, cum negligentia procuratoris Capitulo non debeat nocere; ſiquidem intra ſemeſtre tempus jus eligendi ei competit. Ratio differentiæ petenda eſt ex his, quæ *ſupra* retulimus in *cap. propoſuit* 4. *hoc titulo*, *in quinto dubio*: vide Gloſſam *verbo, executor*, in *dicto cap. ſi à Capitulo*.

Septimò, adverſus deciſionem *textus*, relatam in *cap. dilectus* 12. *hoc noſtro titulo*, dum affirmat majo- 9 *res* Dignitates, hoc eſt Epiſcopatus non eſſe comprehenſas ſub hoc Lateranenſis Concilii tempore, obſtabit textus in *cap. ne pro defectu* 41. *de electione*, *cap. poſtquam*, 50. *diſtinct. capit. obeuntibus*, 63. *diſtinct.* in quibus juribus cavetur, in Epiſcopatibus poſt tres menſes eligendi jus ad proximum immediatum Judicem devolvi: ergo non ſolum ultra ſemeſtre, verum etiam poſt trimeſtre devolutio in Epiſcopatibus fiet. Verùm huic dubio dicendum eſt, veriſſimum eſſe olim majores Dignitates hoc eſt Epiſcopatus, non fuiſſe comprehenſas ſub illo Lateranenſi Concilio, quod tantum in inferioribus Dignitatibus locum habet; hodie tamen ex illo Generali Concilio, de

quo

quo mentio habetur *in dicto cap. ne pro defectu, de electione*, minus tempus in illis majoribus Dignitatibus fuit ſtatutum, ut devolutio fiat. Ratio eſt, quia in illis majus periculum, quàm in cæteris inferioribus dignitatibus inceſt, & ubi majus periculum verſatur, ibi tutius eſt ſuccurrendum, *cap. ubi periculum, de electione lib.* 6. & ita de illo jure novissimo ſunt interpretanda jura ſuprà adducta. Notat Abbas *in dicto capite dilectus, numero ſecundo*, Imola *num.* 5. Rebuffus 1. *parte, de devolut. numer. quarto*, Acunna *ad primam Decreti partem, in dicto cap. poſtquam* 50. *diſtinctione num.* 1.

10 Octavò, his omnibus objici poterit textus in *capit.* 1. *de præſcriptionibus*, cum *cap. placuit*, 16. *quæſt.* 3. & textus in *leg. qui agros*, cum *leg. locorum*, *Codice de omni agro deſerto*, *lib.* 11. de quibus videre oportet ea quæ diximus in *cap.* 1. *de præſcriptionibus*, *num.* 4. Similiter etiam textus difficilis, & extraordinarius, in *leg. tutor* 15. *ff. de adminiſtratione tutorum*; cui obſtat textus in *l. tutor* 7. §. *uſuræ*; *ff. eodem*; de quorum conciliatione videndus eſt Cujacius *de præſcriptionibus*, *cap.* 13. ubi etiam refert textum in *l. ſciendum*, §. *ultimo*, *l. ſi venditor*, *ff. de ædilitio edicto.*

11 Nonò, adverſus ultimam noſtri *textus* partem, quatenus in ea refertur, tempus illud tantum currere à die notitiæ, non verò à die vacationis; valde obſtat textus in *cap. ſtatutum* 3. *de prab. lib.* 6. verſic. *poſt menſem à die, quo vacaverit, providendum*; ex quo conſtat, quod illa menſis limitatio, etiam ignorante Pontifice, currit, ut devolutio fiat à die vacationis: ergo multo fortius adverſus inferiores Prælatos debet eſſe in illo ſemeſtri tempore. Sed huic difficultati veriſſimè eſt reſpondendum, textum *in dicto cap. ſtatutum*, procedere quando menſis tempus in favorem Eccleſiæ, & Epiſcoporum, ſine odio alterius ſtatutum eſt, nam tunc tempus illud, etiam ignoranti labitur; cùm non ſit conceſſum in odium Pontificis, ſed in favorem Eccleſiæ: at verò illud ſemeſtre tempus fuit inſtitutum in odium negligentium, quæ negligentia, ſeu delinquenti voluntas non præſumitur, niſi ſcienti, ut ſuprà in ratione noſtri textus diximus; notat Auguſtinus Barboſa *de poteſtate Epiſcopi allegatione* 126. *numer.* 42. 43. & 44.

Neque obſtabit ſi inſtes, quod etiam *in præſenti*, illud ſemeſtre tempus fuit conceſſum in favorem Eccleſiæ, & animarum curam, & ne rerum Eccleſiæ adminiſtratio in ſuſpenſo diù maneat, ac ideò illud ſemeſtre tempus connumerari debet à die vacationis, ſicut illa menſis limitatio, ex vulgari regula, qua docemur, quod ubi eadem ratio eſt, idem jus conſtitui debet; *leg. illud, ff. ad legem Aquiliam*; *leg. ſi poſtulaverit*, §. 2. *ff. ad legem Juliam de adulteriis.* Quia veriſſimè eſt dicendum, quod quamvis ſemeſtre tempus præcipuè, & principaliter ſit conceſſum in Eccleſiæ favorem: ſecundariò tamen in odium Epiſcoporum loco pœnæ fuit præfixum, ut ſic amitterent jus eligendi, ſi intra illud ſemeſtre tempus non elegerint, quæ pœna non currit niſi adverſus ſcientes, ut *ſuprà* reſolutum eſt.

12 Decimò, adverſus ea, quæ textus noſter refert, videlicet tempus illud non currere legitimè impedito, obſtabit textus in *leg.* 2. § *ultimo*, *ff. ſi quis cautionibus*: verſicul. *ſed ſi*: in cujus textus ſpecie apparet, quod ſi quis ad judicium venire deſiderans, ab aliquo privato homine abſque ejus dolo detineatur, nihilominus Conſultus affirmat exceptionem locum non habere, ac per conſequens tempus intra quod comparere debuerat, currere etiam ſi legitimè impeditus extitiſſet. Pro cujus textus difficultate diluenda, diſcrimen conſtituendum inter impedimenta à lege impoſita, vel ab homine, hoc eſt inter impedimenta juris, vel facti; nam ſi quis impeditus ſit à lege, ita ut agere non poſſit, tunc tempus intra quod agere debebat non currit ex eo, quod ſit ipſa lege legitimè impeditus, & ita procedit *textus noſter*, & ſimilia jura pro hac parte *ſuprà* adducta. Si verò quis ab homine ſit impeditus, tunc adverſus eum tempus currit, quia impedimentum illud tantum facti eſt; ita procedit textus *in dicta leg.* 2. §. *ultimo*, *ff. ſi quis cautionibus*: notat Antonius Faber *in Rationali ad eandem textum*, videndus eſt etiam Doctor Balboa *in cap.* 1. *de appellationibus*, *num.* 69. de qua re nos plura diximus in *cap. ex tranſmiſſa* 10. *de præſcriptionibus*, quæ omnia in præſenti poterunt repeti.

TITULUS IX. NE ſede vacante aliquid innovetur.

Ad textum in capit. Novit 1. capit. Conſtitutis 3. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Vacante Sede ejus ſtatus mutari non debet.*
2 *Laudatur D. Don Joannes de Solorzano.*
Unio Eccleſiarum quomodocunque fiat, cedit in utilitatem Epiſcopi.
3 *Unio Eccleſiarum ſede vacante fieri poteſt.*
Exponitur textus in Clementina 2. de rebus Eccleſiæ.
Omnes res eodem modo, quo colligantur, diſſolvi poſſunt.
4 *Declaratur textus in* cap. 1. de rebus Eccleſiæ lib. 6. *& ad concordiam reducitur cum* dicta Clem. 2. de rebus Eccleſiæ.
Majus cui conceditur, etiam quod minimum eſt conceſſum cenſetur.
5 *Vacante Eccleſia, juriſdictio Epiſcopi ad Capitulum devolvitur.*
Capitulum Sede vacante nihil facere poteſt, quod futuro Epiſcopo damnum irrogetur.
6 *Vacante Eccleſia œconomus ſeu legitimus defenſor conſtituendus eſt.*
7 *Declaratur text. in* l. bonorum, C. qui admittantur ad bonorum poſſeſſionem.
8 *Erectio Eccleſiarum Cathedralium ad Romanum Pontificem tantum ſpectat.*
Exponitur textus in cap. Felix 50. 16. quæſt. 1. cap. multis 51. verſicul. ut plebis, eadem cauſa, & quæſt.

CONCLUSIO.

1 VACANTE *Sede ejus ſtatus mutari non debet.* Conſonat textus in *cap. illa* 2. *cap. conſtitutis* 3. *hoc titulo*, *cap. ſi quis de rebus*, *cap. precarii*, 12. *q.* 2. *c.* 2. *de rebus Eccleſiæ non alienandis l b.* 6. *c. auditis*, *de electione*; *c. de quarta*, *de præſcriptionibus*; *cap. obitum*, 51. *diſtinctione cap. conſtitutum*, 7. *quæſt.* 1. *c. ad abolendam*, verſic. *ſede vacante*, *de hæreticis*; *leg. acta* 43. *ff. de re judicata*: & quo ad unionem, Concilium Trident. *ſeſſione* 7. *de reformatione*, *cap.* 6. & 7. & *ſeſſ.* 24 *de reformatione cap.* 9. 13. & 15. quoad erectionem, & Cathedralium Eccleſiarum mutationem, ad Romanum Pontificem ſpectantem, conſonat textus in *cap.* 1. 22. *diſtinct. cap. temporis* 18. *cap. præcipimus* 53. 16. *quæſt.* 1 *cap. ſicut unire* 8. *de exceſſibus Prælatorum*; *cap. conſultationibus ad finem*, *de donationibus*; *cap.* 1. *cap. inter corporalia*, *de tranſlatione Epiſcopi*: *cap. mutationes* 7 *quæſt.* 1. Gloſſa *verbo Cathedralem*, *in cap. cum inferior. de majoritate & obedientia* Exornant Rebuffus *in praxi, titulo de Unionibus, num.* 35. & *titulo de Devolutionibus, num.* 13. & 100. Zerola *in praxi Epiſcopali, verbo, Unio*, §. 11 *parte* 1. & verbo, *Capitulum* §. 4. *parte* 2. Thomas Sanchez *ad præcepta Decalogi, tomo* 2. *li.* 7. *cap.* 29. *nu.* 155. Garcia *de beneficiis parte* 12. *cap.* 2. *n.* 7.

Azor. *inſtitutionum moralium* 2. *parte*, *lib.* 6. *cap.* 28. *qu.* 9. Covarru. *in practicis*, *c.* 28. *num.* 10. Guttierrez *in practicis lib.* 2. *quæſt.* 22. *num.* 10. cum multis traditis à Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi*, 2. *tomo*, *parte* 3. *allegatione* 50. *num.* 5. Eruditiſſimus Doctor Solorzano *in tract. de jure Indiarum*, *tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 4. *num.* 1. Idem Barboſ. plures referens *in collectaneis ad noſtrum textum*, *& in Clem.* 2. *de rebus Eccleſiæ.*

2 Ratio eſt, quia cum unio Eccleſiarum, quomodocunque fiat, in utilitatem Epiſcopi cedat, cum ejus redditus, & auctoritas aliquo modo amplificentur; ideo ſicut vacante Sede nihil debet à jure Epiſcopali detrahi, quia iniquum eſſet, quod Epiſcopalis ſedes, tempore quo vacat, & defenſore caret, minuatur: ſic ſimiliter, neque jus Epiſcopale attingi, vel diminui poteſt, etiam ſi res vel cauſa ſit, quas ipſum facere oporteret; ut refert Cyprianus *Epiſtola* 31. ibi, *ante conſtitutionem Epiſcopi nihil innovandum putamus*: *ſed lapſorum mediocriter culpam temperandam eſſe credimus*; cujus Cypriani auctoritas refertur à Cujacio *in recitationibus ad textum noſtrum*: quare Innocentius III. *in præſenti* unionem à prædeceſſore ſuo factam diſſolvere nequit (Sede Epiſcopali vacante,) quia licet Pontifex omnem juriſdictionem, & poteſtatem Eccleſiaſticam habeat, ac ideo tam uniones facere, quàm diſſolvere valeat; tamen cum ipſe jura ſua ſingulis Epiſcopis illæſa ſervare deſideret, *ca.* 2. *de religioſis domibus*, juſta de cauſa in noſtra ſpecie Monachorum prætenſionem diſtulit, quo uſque Eccleſia de Paſtore fuiſſet proviſa & ordinata: præterea, quia ſi Innocentius id monaſterio concederet (mortuo Januario Epiſcopo,) quod eo vivo plenè concedere noluit, videretur plus faviſſe Januario, quàm Eccleſiæ; quod omnino facere non deberet, atque ideo Sede vacante nihil ſtatuere poſſe rectè diffinivit, quo uſque Bathonenſis Eccleſiæ Epiſcopus exiſteret, qui eam, & jus Epiſcopale defenderet.

3 Primò, obſtabit textus *in Clementina* 2. *de rebus Eccleſiæ*, ubi apparet Eccleſiarum unionem ſede vacante fieri poſſe; at ſic eſt quod omnes res eodem modo, quo colligantur, diſſolvi poſſunt; *l. nihil tam naturale*, *ff. de regulis juris*: ergo ſi unio Eccleſiarum (vacante ſede) fieri poteſt, à fortiori dicendum videtur etiam diſſolvi poſſe. Quo in dubio dicendum eſt, plurimam differentiam verſari inter unionis conſtitutionem, & illius revocationem: nam per unionem neutri Eccleſiæ præjudicium infertur, ſcilicet unitæ cujus exiguitas, & paupertas reparatur, *cap. unto*, 10. *qu.* 3. *cap. & temporis*, 16. *qu.* 1. *cap. expoſuiſti*, *de præbendis*; & ita conſulitur Eccleſiæ pauperiori: neque etiam Eccleſiæ, cui fit unio, cujus redditus, & auctoritas aliquo modo amplificantur: at verò per unionis diſſolutionem utrique Eccleſiæ præjudicium infertur ſcilicet unitæ, quia redit in antiquam paupertatem, vel ſaltem amittit privilegia digniora, quæ ratione unionis acquiſivit. Rurſus, & ei cui unio facta eſt, & quia ejus redditus, & authoritas diminuuntur; meritò cùm detur diverſa ratio in conſtitutione unionis, quæ datur in ejus diſſolutione, argumentum deſumptum ex *dicta l. nihil tam naturale*, non procedit: & ſic poterit vacante ſede unio fieri, etiam ſi ei nullus ſit datus defenſor, ex *dicta Clement.* 2. *de rebus Eccleſiæ*, non autem diſſolvi, juxta noſtri *textus* deciſionem. Notat Barbol. *in collectaneis ad noſtrum textum*, *num.* 1. & in *Clement.* 2. *de rebus Eccleſiæ*; *num.* 13. ubi plura, & plures refert.

Secundò, obſtat ſolutioni textus in *ca.* 1. *de rebus* 4 *Eccleſiæ*, *lib.* 6. dum affirmat, non poſſe Epiſcopum, etiam de conſenſu Capituli ſui partem decimarum vacantis Eccleſiæ unire pauperi dignitati, aut præbendæ, non dato defenſore ipſi Eccleſiæ vacanti. Augetur difficultas ex vulgari regula illa, qua docemur quod ei cui majus conceditur, etiam quod minimum eſt, conceſſum cenſetur; juxta textum in *l. quæ de tota* 75. *de rei vindicatione*, *cap. cui licet*, *de regulis juris lib.* 6. Pro quorum jurium conciliatione adnotandum eſt, quod unio fieri poteſt in totum, vel in partem; in totum, ut in *dicta Clement.* 2. *de rebus Eccleſiæ*; in partem, ut in *dicto capit.* 1. *de rebus Eccleſiæ lib.* 6. quæ omnia fieri poſſunt Sede vacante, dummodo neceſſitas urgeat, cauſa, & utilitatis interveniat, & auctoritas Epiſcopi, & Capituli intercedat, cum unio illa vicem alienationis retineat; ut notat Barboſ. plures referens *in collectaneis ad textum in dicta Clementina* 2. *de rebus Eccleſiæ*; inter quos uniendi modos, licet in ſolemnitate conveniant, differunt tamen in eo, quod quando Eccleſia vacans in totum alteri unitur, non eſt dandus Eccleſiæ vacanti unitæ defenſor, dummodo auctoritas Epiſcopi, & conſenſus Capituli interveniat; & ita eſt interpretandus textus in *dicta Clementina* 2. *de rebus Eccleſiæ*: in contrarium verò quando pars bonorum ſeu decimarum alicujus Eccleſiæ vacantis alteri unitur, ultra conſenſum Capituli, & Epiſcopi, neceſſariò dandus eſt defenſor ipſi Eccleſiæ vacanti; & ita procedit textus in *dicto capit.* 1. *de rebus Eccleſiæ lib.* 6. Ratio differentiæ eſt, quia quando unio totius Eccleſiæ vacantis, nullum præjudicium futuro Rectori, neque Eccleſiæ fit, cum unus, & idem Rector utriuſque Eccleſiæ futurus ſit, & per unionem fructus utriuſque Eccleſiæ augeantur, ut ſuprà diximus; atque ideo abſque defenſore fieri poterit: at verò quando unio fit partis bonorum, ſeu decimarum Eccleſiæ, datur maximum præjudicium futuro Rectori, cujus intereſt ne diminutio, ſeu diſmembratio beneficii fiat: ut in *capite unico*, *ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur*, atque ideo ſine defenſore illa unionis pars fieri prohibetur, *dicto capite* 1. *de rebus Eccleſiæ lib.* 6. Notat Gloſſa *verbo*, *in conceſſione*, *in dicto capite* 1. *& verbo defenſor*, *in dicta Clementina* 2. Barboſ. *in collectan. ad textum in dicta Clementina* 1. *numero* 11. *&* 13. Qua diſtinctione retenta, non obſtat textus *in dicta l. quæ de tota*, *& in dicto cap. cui licet*: Quia reſpondetur regulariter verum eſſe, quod ei, cui conceditur majus, & minus conceſſum cenſetur; niſi ab illo minori prohibeatur ex cauſa, ut in ſpecie textus in *capite ultimo*, ubi Gloſſa, *verbo*, *ad parem*, *de tranſactionibus*; notat Barboſ. *in dicta Clementin.* 2. *n.* 3.

Tertiò, obſtabit dicere quod vacante Eccleſia, po- 5 teſtas ſive juriſdictio Epiſcopi ad Capitulum devolvitur, *cap. cum olim*, & ibi Gloſſa, *verbo*, *Capitulum*, *de majoritate*, *& obedientia*: *cap. his*, *quæ*, *ejuſdem tituli*: *dicto cap. ad abolendam*, *de hæreticis*: ergo non rectè Innocentius III. *in præſenti* reſpondit unionem diſſolvere non poſſe ob id, quod Epiſcopus deficeret; ſiquidem Capitulum in ejus locum ſubrogatum manebat. Sed reſpondendum eſt, verum eſſe, Capitulum Sede vacante in juriſdictionalibus Epiſcopo ſuccedere, ut conſtat ex juribus in argumento adductis; ſed non ſuccedit in poteſtate deducendi jura Epiſcopalia, etiam defendendo. Notat Abbas *in præſenti*, *numero* 4. ſiquidem Capitulum Sede vacante nihil facere poſſit, quod futuro Epiſcopo damnum irrogare valeat; ſiquidem omnes fructus, & jura Epiſcopatus debent fideliter cuſtodiri, & ſervari ſucceſſori, *cap. non liceat*, 12. *quæſtione* 1. *cap. cum vos*, *de officio Ordinarii*; ac ideò nihil mirum in textu noſtro, diſſolutionem Eccleſiæ unitæ fieri non poſſe, abſque aſſenſu ſucceſſoris Epiſcopi, qui aſſentire, vel diſſentire poterit.

Quartò, obſtabit dicere quod vacante Eccleſia con- 6 ſtitui poteſt legitimus defenſor, ſeu œconomus, qui jura Epiſcopalia defendat, juxta textum in *cap. ultimo*, *hoc titulo*, *verſic. carente legitimo defenſore.* Notat Gloſſa *ibidem*, *verbo*, *vacante*, *cap. vobis* 23. 2. *quæſtion.* 2. argumento textus *in cap. in pertractandis*, *de juramento calumniæ*: ergo in noſtri textus ſpecie conſtitui debuit legitimus defenſor, neque differri quæſtio, quo uſque

uſque Eccleſia de Paſtore fuiſſet ordinata. Verum reſpondendum eſt, quod ubicumque legitur vacantem Eccleſiam poſſe conveniri, non de œconomo, vel procuratore intelligi debere, ſed de coadiutore, qui omnem habet adminiſtrationem, tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus; *c. 1. c. quamvis, 7. quæſtion.* 1. Notat Anaſtaſius Germonius *in paratitlis ad noſtrum titulum.*

7 Quintò, obſtabit textus in *leg. bonorum, Cod. qui admitt. ad bonorum poſſeſſionem*, ubi aſſeritur, quod ſi minor curatorem non habens contrahat, vel aliquid faciat, Judex auctoritatem præſtat facto minoris curatorem non habentis: ergo ſic ſimiliter *in præſenti* rectè potuit Pontifex tanquam ſupremus Judex auctoritatem Eccleſiæ, & juri Epiſcopali præſtare, neque quæſtionem differre. Verum reſpondendum eſt, regulam textus *in dicta leg. bonorum*, ſpecialem eſſe, & procedere caſu in quo Judex competens ex certa ſcientia vidit, & cognovit hæreditatem lucrosam eſſe, meritò pupillo dat bonorum poſſeſſionem, quæ aliàs ſine tutoris auctoritate quantumvis lucroſa ei non acquireretur, §. 1. *Inſtitut. de auctoritate tutorum*; notat Gloſſa marginalis *in dicta leg. bonorum*: Socinus *regula pupillus ſuam conditionem* 330. quæ omnia in ſpecie noſtri textus non procedunt, ubi non de lucro captando, ſed potius de vitando damno agitur: nam etſi ſufficeret Pontificis auctoritas, tamen id facere recuſavit propter rationes *ſupra* traditas, *num.* 2.

8 Sextò, adverſus ea, quæ in præſenti notant omnes, videlicet erectionem Eccleſiarum Cathedralium ad Romanum Pontificem tantum ſpectare, valde obſtabit Concilium Carthaginenſe 2. *c.* 5. verſicul. *& ſi accedente tempore*, relatum *in c. Felix* 50. 16. *quæſt.* 1. *cap. multis Conciliis* 51. verſic. *ut plebes: eadem causa*, & *quæſt.* in quibus juribus cavetur duntaxat Epiſcopi voluntatem deſiderari ſub cujus territorio extat Eccleſia, & Epiſcopi, qui noviter eſt creatus. In qua jurium difficultate reſpondendum erit, quòd etſi omnis Eccleſiaſtica juriſdictio, & poteſtas Divo Petro, & ejus ſucceſſoribus conceſſa fuerit, *cap. ita Dominus*, 19. *diſtinct.* tamen cum Pontifex ſingulas orbis Provincias, & urbes gubernare non poſſit, inductum fuit, ut Diœceſes dividerentur, & eis inferioris Ordinis Pontifices crearentur, *cap. in illis*, 80. *diſt. cap.* 1. 99. *diſt. c.* 1. 13. *quæſt.* 1. Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi*, 1. *part.* 2. *tomo c.* 1. & 7. unde creſcente Chriſtianorum multitudine, cum plebes & civitates Chriſtianorum augerentur, neceſſarium fuit novas Sedes ſæpius erigere; quod tamen negocium liberaliter Pontifices Metropolitanis, & Comprovincialibus Epiſcopis reliquerunt; & ita ſunt interpretanda jura omnia *ſupra* in argumento adducta; quod tamen poſtea Pontifices ſibi reſervarunt, *cap. in temporis* 48. *c. poſtquam* 49. *c. frater noſter* 52. & 53. *eadem* 16. *quæſt.* 1.

Ad textum in cap. Illa devotionis 2. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Vacante ſede, beneficia ſpectantia ad collationem Prælati, non poſſunt conferri per Capitulum.*

2 *Beneficiorum collatio ad Epiſcopos duntaxat ſpectat. Beneficiorum collatio inter fructus Epiſcopatus connumeratur; & ideo ſede vacante, Epiſcopo ſucceſſori reſervari debet.*

3 *Exponitur textus* in capite, eam te 7. de reſcriptis.

4 *Interpretatur textus in* cap. 1. de inſtitutionibus, c. cum olim 14. de majorit. & obedientia.

Capitulum ſede vacante poteſt admittere, & inſtituere Clericos præſentatos à Patronis; & ſimiliter eos confirmare.

Granna. in Decret.

5 *Declaratur textus in* cap. unico, ne ſede vacante, lib. 6.

6 *Refertur ratio ad text. in* c. ſi à Capitulo 5. de conceſſione præbendæ.

Capitulum ſede vacante poteſt abſolvere ab excommunicationis ſententia à jure, vel ab homine prolata.

7 *Explicatur textus in* capit. ſi à Capitulo 40. 11. quæſt. 5.

Abſolvendi poteſtas à vinculo excommunicationis ad Clavem juriſdictionis, non Ordinis ſpectat.

8 *Capitulum ſede vacante poteſt dare literas dimiſſorias ad Ordines ſuſcipiendos.*

Refertur ratio ad textum in cap. cum nullus 3. de temporibus ordinandorum lib. 6.

9 *Capitulum ſede vacante poteſt de matrimonialibus cauſis tractare.*

Deducitur interpretatio ad textum in c. accedentibus 12. de exceſſibus Prælatorum; *Trid. Concilium* ſeſſ. 24. cap. 20.

CONCLUSIO.

1 *Beneficia ſpectantia ad collationem Prælati non poſſunt conferri per Capitulum ſede vacante.* Conſonat text. in *cap. his qua* 11. *c. cum olim* 14. *de majoritate, & obedientia; c. unico, §. cum vero, & §. final. hoc titulo lib.* 6. *c. ad abolendam* 9. *de hæreticis; c.* 1. *de inſtitutionibus lib.* 6. *cap. cum nullus, §. Epiſcopi de temporibus ordinandorum, lib.* 6. *c. veniens* 7. *de eo qui duxit in matrimonium; cap. Albericus miles*, 43. *de teſtibus. c. præterea* 7. *de teſtibus cogendis; c. ſi Capitulo* 5. *de conceſſione præbendæ; c. dilecto. final. verſ. niſi forte: de ſupplenda negligentia Prælatorum; c. licet, de officio Vicarii, li.* 6. *c. preſbyteri*, 24. *diſt. cap. fraternitatem* 71. *diſt. c. unico, de majoritate & obedientia. lib.* 6. Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 16. verſic. *ſi locus factum*; *nova Conſtitutio Pii V.* quæ incipit, *Sanctiſſimus in Chriſto Pater l.* 9. *tit.* 16. *partita* 1. Exorn. et Rebuffus *in praxi benefi. tit. de Devol. n.* 70. cum *ſequentibus*; Selva *de beneficiis, parte* 2. *q.* 11. Corraſius *par.* 2. *c.* 7. *n.* 1. & 2. Flaminius *de reſignatione beneficiorum, lib.* 7. *q.* 23. *n.* 19. Pacianus *de poteſtate Capituli ſede vacante. p.* 2. *in principio q.* 1. Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellaria. §.* 4. *in proœmio, n.* 35. & Gloſſa §. 1. *n.* 77. Azevedus *conſil.* 0. *n.* 1. Azor. *inſtitutionum moralium part.* 2. *li.* 3. *c.* 38. *q.* 1. Nicolaus Garcia *de beneficiis, part.* 1. *cap.* 7. *num.* 51. & 52. cum traditis à Barb. *in collectaneis ad noſtrum textum*, & in juribus *ſupra* adductis.

2 Ratio eſt, quia cum collatio beneficiorum ad Epiſcopos dumtaxat tanquam Apoſtolorum ſucceſſores ſpectet: *cap. in novo*, 21. *diſtinct. cap. decretum; cap. rezenda*, cum aliis, 10. *quæſt.* 1. *cap. nullus*, 16. *quæſt.* 7. & collatio illa inter fructus Epiſcopatus connumerari debeat, *cap. literas*, cum aliis; *de jure patronatus*, cum fructus beneficii vacantis futuro ſucceſſori reſervari debeant, *cap. quia ſæpe de electione lib.* 6. *Clementin. unicum eodem titulo*; *cap. hac hujus placiti*. 12. *quæſt.* 2. notat Gloſſa, *verbo, Capitulo, in cap. cum olim* 14. *de majoritate, & obedientia*: Barboſ. *in collectaneis ad eundem textum num* 4. meritò Capitulum tanquam Epiſcopatus exors, & non verus poſſeſſor, collationem beneficiorum reſervare debet Epiſcopo ſucceſſori; cum etiam, quia beneficiorum collatio eſt quædam ſpecies donationis, *c. ultimo, de officio Vicarii lib.* 6. cum Epiſcopus exercet liberalitatem in eum, cui beneficium confert: ſed eam is qui liberam adminiſtrationem non habet, donare non poſſit, *l. filius familias* 7. *ff. de donationibus*, & hæc omnia in Capitulo ſede vacante concurrant; mirum non eſt, quod integram beneficiorum collationem futuro Epiſcopo reſervare debeat.

3 Primò, obſtat textus difficilis in *cap.* 3. *eam te* 7. *de reſcriptis.* Ubi probatur, quod ſi literæ Apoſtolicæ dirigi fuiſſent miſſæ ad Capitulum, tanquam verum Epiſcopi ſede vacante gerens, ut præbendam aliquam conferat, ſi Capitulum ſupervenientis Epiſcopo, mandatum nondum adimpleverit, tunc novus Epiſcopus debet

literas exequi; ex cujus ſerie deducitur, Capitulũ ſede vacante per literas poſſe beneficium conferre, & reſcriptũ exequi: cujus deciſio indiſſolubilis videtur, primò, quia reſcriptum ad Capitulum fuit directum, tanquam ſucceſſorem Epiſcopi in beneficiorum collatione: tunc etiam quia ſi dirigantur ad Capitulum non tanquam Ordinarium, ſed Delegatum Apoſtolicum executorem: etiam ſuperveniente Epiſcopo literas exequi poterat, neque Epiſcopus ſucceſſor executionem impedire poteſt; *cap. ſi Capitulo, de conceſſione prębendæ*. In cujus *textus* difficultate, omiſſis plurimis interpretationibus traditis à Gloſſa *ibidem verbo infecto*, ut omnia dubia ſuprà adducta ceſſent, veriſſimè dicendum exiſtimo, mandatum Apoſtolicum in *dicto cap. eam te*, fuiſſe directum ad Capitulum ſede vacante, non tanquam Ordinarium collatorem ex vi Sedis vacantis, neque etiam Pontifex reſcripſit tanquam ad ſimplicem executorem, & delegatum Apoſtolicum; ſed tantum Capitulo tanquam tunc temporis gerenti vicem Epiſcopi deficientis ſicque cum Martinus ſede vacante moram feciſſet in præſentatione literarum apud Capitulum, & poſt novi Epiſcopi conſecrationem præſentatæ eſſent, juſta de cauſa Capitulum amiſit ſuam poteſtatem, & obligationem exequendi literas ex defectu Epiſcopi antea competentem, non ſimpliciter, ſed quatenus Epiſcopi vices gerebat, extinctamque fuiſſe ex nova Epiſcopi conſecratione. Notat Pacianus *de poteſtate Capituli 1. parte quæſt.* 10. Sahagun in *dicto cap. eam te 7. de reſcriptis, num. 4. & 11.* Garcia *de beneficiis, parte 2. cap. 2. num. 26. & 27.* Barboſ. *in collectaneis ad textum in dicto capite eam te, numero primo, & ſecundo.*

4 Secundò, obſtat textus in *cap. 1. de inſtitutionibus, li. 6. cap. cum olim 14. de majoritate, & obedientia*, in quibus juribus apparet, Capitulum ſede vacante poſſe admittere, & inſtituere Clericos præſentatos à Patronis, & ſimiliter eos confirmare. In qua jurium difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Joannes Andreas *in capite quamquam de electione libro ſexto*, Abb. *in dicto capite cum olim*, verius dicendum eſt, plurimam differentiam verſari inter inſtitutionem, confirmationem, & collationem: nam collatio ſede vacante à Capitulo fieri non poteſt ex *noſtri textus* deciſione, ſecus inſtitutio, & confirmatio in beneficiis juris patronatus, ut in *juribus in argumento adductis*. Ratio diverſitatis ex eo provenit, quia ex confirmatione electionis, ſeu inſtitutione præſentationis, nullum futuro Prælato præjudicium generatur, cum inſtitutio illa, & confirmatio, potius ex neceſſitate, quàm ex liberalitate, ſeu donatione proveniat; & ſic jus Epiſcopale non lædituir, à quo donatio nulla aufertur, ſiquidem ſi præſentati digni fuerint, inſtituendi ſunt ex ipſa juris neceſſitate, *ca. poſtquam 3. de electione cap. decernimus, 16. quæſtione ſeptima.* At verò ex collatione plurimum præjudicium fit futuro Prælato, ſiquidem collatio, potius ex voluntate & donatione, quàm ex neceſſitate provenit, atquè ideo inſtitutio, & confirmatio Capitulo ſede vacante competit, non verò collatio; notat Gloſſa magna *in dicto capite cum olim 14. de majoritate, & obedientia*: Barboſ. *in collectaneis ad textum in dicto capite de inſtitutionibus libro ſexto, numero quarto.*

5 Tertiò ſolutioni obſtat textus in *cap. unico, hoc titulo lib. 6.* ubi mortuo Epiſcopo ſede vacante, vel ſuſpenſo, poterit Capitulum non ſolùm inſtituere, & confirmare, verum etiam collationem prębendarum habere. Sed illius textus deciſio nihil obſtat, quia procedit in prębenda Eccleſia Cathedralis ſimul ad Capitulum, & Epiſcopum pertinente: quæ collatio à jure communi Capitulo, etiam vivente Epiſcopo ſimul cum eo ſpectat: *cap. ultimo, de ſupplenda negligentia Prælatorum; cap. à coll. beneficii, in princ. de appellation.* notat Abb. *in præſenti, n. 5.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancellariæ gloſſ. 45. in princ. nu. 3.* Riccius *4. part. collectanea 1388.* Barboſ. *in collectaneis ad text. in dicta cap. unico, hoc titul. n. 3. & 5.* Poterit tamen Capitulum in cæteris beneficiis ſede vacante œconomũ ad tempus, non in perpetuum Eccleſiæ vacanti præficere, donec idoneus beneficiarius futuro Epiſcopo conſtituatur: argumento textus in *capit. ſignificatum. 11. de prębendis; cap. cum vos 4. de officio Ordinarii*; notat Abbas *in præſenti, num. 4.*

Quartò, ſolutioni obſtat textus in *capit. ſi à Capitulo 5. de conceſſione prębendæ*, ubi prębendæ collatio à Capitulo facta non tenet, etiam ſi ad Capitulum, & Epiſcopum de jure communi pertineret. Cui dubio reſpondendum eſt, collationem illam à Capitulo factam nullam eſſe; quia Capitulum eam contulit in præjudicium illius, qui primus reſcriptum impetravit, & præſentavit, in quo executor fuerat datus ad providendum in Capituli defectum; nam ex eo, quod Pontifex Capitulum nominavi, ſufficit etiam ſi ad Epiſcopum ſimul collatio pertineret. Notat Barboſ. *in collectaneis ad eundem textum, num. 2.* & ſimiliter ex eo quod executorem dedit in Capituli defectum ad conferendam prębendam proximò vacaturã, videtur integram proviſionẽ, & collationem executori conceſſiſſe, & conſequenter à Capitulo abſtuliſſe; qua de cauſa collatio illa à Capitulo facta non tenet, & ſi à principio conſtitiſſet; quia Cathedralis erat, & ad Capitulum ſimul cum Epiſcopo pertineret. Notat Gloſſa verbo, *executor, in dicto cap. ſi à Capitulo 5. de conceſſione prębendæ lib. 6.* eodem modo eſt interpretandus textus in *cap. propoſuit 4. de conceſſione prębendæ*, juncta ejus Gloſſa, verbo *vacaturis*. 6

Quintò, adverſus ea, quæ *in præſenti* notant omnes, 7
videlicet Capitulum ſede vacante ab excommunicationis ſententia à jure, vel ab homine prolata, poſſe abſolvere eodem modo, ac ſi Epiſcopus poſſet, ſi viveret, juxta textum in *capite primo, de majoritate, & obedientia*. Notat Abb. *in præſenti, num. 7.* valde obſtabit Concilium Epaunienſe *ca. 28.* relatum in *cap. ſi à Capitulo 40. 11. quæſtione tertia*: cujus hæc ſunt verba, *ſi Epiſcopus ante damnati abſolutionem, obitu rapiatur, correctum, aut pœnitentem ſucceſſori licebit abſolvere*, ex quibus verbis apparet correctum, aut pœnitentem decedente Epiſcopo non poſſe abſolvi niſi à ſucceſſore; Ergo Capitulum ſede vacante non poterit abſolvere excommunicatum antea ab Epiſcopo. Cui dubio veriſſimè eſt dicendum, Concilium illud non negare Capitulum poſſe abſolvere excommunicatum ab Epiſcopo; ſed tantum aſſerit ſucceſſorem poſſe abſolvere; neque ex inde Capitulum excluditur, imò potius ſub illo nomine, *ſucceſſori*, Capitulum etiam comprehenditur. Ratio eſt, quia poteſtas abſolvendi à vinculo excommunicationis ad Clavem juriſdictionis, non Ordinis ſpectat: nam licet Capitulum, ſede vacante non ſuccedat Epiſcopo in his quæ Ordinis, & conſecrationis ſunt, *cap. unico, hoc titulo lib. 6.* ſuccedit tamen in his quæ juriſdictionis ſunt: atque ideo poterit abſolvere, quemadmodum & excommunicare poterit; notat Guttierrez *lib. 1. Canonicarum qu. q. 11. n. 10.* Covar. *in c. alma mater, 1. parte §. 11. n. 1.*

Sextò, huic diſtinctioni obſtat textus in *c. cum nullus* 8
3. de temporibus ordinandorum, l. 6. ubi ſtatuitur Capitulum ſede vacante poſſe dare litteras dimiſſorias ad Ordines ſuſcipiendos: ergo Capitulum ſede vacante, non tantum ſuccedit in his, quæ juriſdictionis, verũ etiam in his, quæ conſecrationis ſunt. Cui difficultati breviter eſt reſpondendum: multum intereſſe inter poteſtatem exercendi, & inter poteſtatem mandandi ea, quæ Ordinis ſunt; nam primo caſu Capitulum ſede vacante non poterit Ordines conferre, cum omnino ſint reſervati Epiſcopo conſecrato, *c. aqua, de conſecratione Eccleſia*, ſecundo verò caſu poterit mandare Ordines conferri; quia dum conferri mandat, potius Epiſcopalem juriſdictionem, quàm Ordinem exercet. Notat Francus *in dicto c. 1. de majoritate, & obedientia, lib. 6.* Quæ quidem Capituli poteſtas circa dimiſſorias ad Ordines, ſublata eſt in Concil. Trid. *ſeſſ. de reformatione, ca. 10.* notat Garcia, *de beneficiis, 5. parte, ca. 7. nu. 91.* Barboſ. *in collectaneis ad noſtrum textum, n. 30.*

Septimò, adverſus ea, quæ ſimiliter *in præſenti* no- 9
tant omnes; videlicet Capitulum, ſede vacante, poſſe

de

de matrimonialibus cauſis tractare, juxta textum *in c. Albericus miles* 43. *de teſtibus; cap. præterea* 7. *de teſtibus cogendis; cap. veniens* 7. *de eo, qui duxit in matrimonium*: obſtabit Concilium Generale, *cap.* 60. relatum in *cap. accedentibus* 12. *de exceſſibus Prælatorum* : Tridentinum Concilium *ſeſſione* 24. *cap.* 20. In quibus locis cavetur omnes matrimoniales cauſas ſolummodo ad dignitatem Epiſcopalem pertinere, neque ullis inferioribus Prælatis competere poſſe. Verum reſpondendum eſt, quod licet jura *ſuprà* in argumento adducta excludant cæteros Prælatos Epiſcopo inferiores, videlicet Decanum, Archidiaconum, & ſimiles; non verò excludunt Capitulum : notat Thomas Sanchez *lib.* 3. *de matrimonio, diſput.* 28. *num.* 5. Guttierrez *de matrimonio, c.* 66. *n.* 12. Baſilius *lib.* 5. *de matrimonio, cap.* 10. *num.* 4. & quæ cauſæ ad Capitulum ſede vacante pertineant, refert Barb. *in collectaneis, ad noſtrum textum, num.* 4. *cum ſequentibus.*

TITULUS X. DE HIS, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli.

Ad textum in *cap. Irrita* 1. *cap. Cum nos* 3. *cap. Novit* 4. *cap. Quanto* 5. *cap. Continebatur* 2. *c. Tua nuper* 8. *c. Paſtoralis* 9. *hoc titulo.*

DE materia horum jurium, videre oportet, quæ infrà dicemus in *cap.* 1. *in* 4. *dubio; & in cap. nulli* 5. *de rebus Eccleſiæ alienandis, vel non;* quæ omnia in præſenti ſunt repetenda.

Ad textus in *cap. Paſtoralis* 9. *hoc titulo.*

COmmentaria ad hunc textum ſunt petenda ex his, quæ infrà dicemus in *cap. fraternitatem* 2. *de donationibus.*

Ad textum in cap. Cum Apoſtolica 7. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Donatio tenet, quam facit laicus Eccleſiæ de ſolius Diœceſani conſenſu de decimis, quas ab alia Eccleſia habet in feudum ab antiquo, id eſt ante Lateranenſe Concilium.*

2 *Laici perceptionis decimarum incapaces ſunt: & quid olim ante Concilium Lateranenſe obſervabatur, ibi exponitur.*

3 *Expenditur textus in* capit. prohibemus, de decimis.

4 *Exponitur textus in* cap. pervenit, 16. quæſt. 7. *Laici in feudum perpetuum decimas poſſidere poterant propter ſervitia Eccleſiæ fabla.*

5 *Iterum perpenditur textus* in dicto cap. pervenit, verſicul. ſervitium, 16. quæſt. 7. cap. decimas 1. 16. quæſt. 7.

6 *Interpretatur textus* in cap. 2. de feudis. *Lex quoties duplici ratione nititur, una deficiente ex alia ſuſtinetur.*

7 *Nemo plus juris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet.*

Detinere *verbum, differt* à poſſidere : *nam qui detinet injuſtè poſſidet, ſiquidem* detinere *ad factum*; poſſidere *verò ad jus refertur.*

8 *Interpretatur textus in* capite quamvis 17. de decimis.

9 *Refertur ratio ad textum* in cap. ad hæc 15. de decimis.

10 *Ratio traditur ad textum* in capite final. de decimis.

11 *Vaſſallo non licet alienare feudum irrequiſito domino.*

12 *Expenditur textus difficilis in* c. decimas à populo verſ. ut militis 47. 17. q. 1.

CONCLUSIO.

TEnet donatio, *quam de ſolius Diœceſani conſenſu facit laicus Eccleſiæ de decimis, quas ab alia Eccleſia habet in feudum ab antiquo*: id eſt ante Lateranenſe Concilium. 1

Conſonat textus in *cap. quamvis*, juncta ejus Gloſſa, *cap. à nobis, cap. prohibemus, cap. dudum, de decimis; cap.* 2. *§. ſane, de decimis lib.* 6. *cap. quod autem, in fin. cap. cura Paſtoralis* 11. *cap. nullus* 17. *cap. ſuggeſtum* 20. *de jure patronatus; cap. cum & plantare, §. in Eccleſiis, de privilegiis; cap. in Lateranenſi* 51. *in principio, de præbendis; cap. decimas*, 16. *quæſt.* 7. *cap. quidquam. cap. quoniam, final.* 16. *quæſt.* 1. exornant Covarruvias *lib.* 1. *variarum, cap.* 17 *num.* 5. Barboſa *in leg. Titia, num.* 45. *ff. ſoluto matrimonio*; Guttierrez *in practicis, lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 5. *& cap.* 15. *num.* 4. Menochius *de præſumptionibus, præſumptione* 86. *num.* 2. Azor. *inſtitution. moralium* 14. *parte, lib.* 7. *cap.* 36. *quæſt.* 12. Moneta *de decimis, cap.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 63. Rebuffus *de decimis, quæſt.* 4. *n.* 22. Suarez *de Religione, tomo* 1. *tract. de decimis, lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 2. *&* 3. Menchaca *illuſtrium tractatuum, cap.* 89. *num.* 2. Cujacius *in poſthumis, ad hunc textum*: Duarenus *lib.* 2 *de ſacris Eccleſiæ miniſteriis, cap.* 1. Petrus Greg *lib.* 2. *ſyntagmatum, cap.* 17. cum traditis à Barb. *in collectaneis ad hunc textum, num.* 1. *&* 2.

Ratio eſt : quia licet quoad perceptionem decimarum, laici incapaces ſint, *cap. cauſam, quæ : de præſcriptionibus*, cum *vulgatis*, & rationibus à me *ibidem* traditis; tamen olim ante Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. celebratum Anno 1179. de quo plura refert Barb. *in collectaneis ad hunc textum, num.* 2. *cum ſequentibus*, obtentum fuit, ut laicis de Eccleſiis benemeritis, ob aliqua ſervitia in univerſalem Eccleſiam impenſa, Prælati decimas illis perpetuò in feudum concedere poſſent : ſed ex poſt facto, illud Concilium Lateranenſe deinceps id fieri poſſe prohibuit; permiſit tamen, ut laici juſtè poſſent detinere decimas antea illis à Prælatis in perpetuum feudum conceſſas, eaſque in aliam Eccleſiam, vel Religioſum locum de conſenſu Epiſcoporum transferre, nec eſſe neceſſarium eas reſtituere Eccleſiæ, ad quam antea pertinebant; cùm donatio illa ſufficiens reſtitutio eſſet; non tamen, ut licitè retinere poſſent, quæ poſt prædictum Concilium, etiam jure feudorum à Prælatis fuerint ejuſdem perpetuò datæ; docet textus noſter *in verſicul. quia verò*; & textus in *dicto cap.* 2. *§. ſane*, latè refert Auguſt. Barboſa *in collectaneis ad hunc textum n.* 6. 2

Primò, huic ſententiæ valde obſtat idem Lateranenſe Concilium, *cap.* 23. relatum in *cap. prohibemus* 19. *de decimis*, cujus hæc ſunt verba: *Prohibemus ne laici decimas cum animarum ſuarum periculo detinentes in alios laicos poſſint aliquo modo transferre* : Ecce textum ejuſdem Concilii Lateranenſis inſinuantem laicos cum animarum periculo decimas poſſidere, quas etiam ante illud Concilium obtinuerant : Ergo non rectè *ſuprà* eſt reſolutum, antiquis temporibus decimas laicis in feudum conceſſas ab illis juſtè retineri potuiſſe. In cujus textus difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Abbas *ibidem, num.* 2. Covarruvias *lib.* 1. *variarum, cap.* 17. *num.* 5. veriſſimè reſpondendum eſt, textum 3

illum in verbis illis ſuperioribus non refragari: quia debet intelligi de decimis à laicis ante Concilium illud obtentis, abſque legitimo ullo infeudationis titulo, ſeu jure; cùm textus ille nullam mentionem faciat de infeudatione aliqua, cujus titulo laici decimas obtinebant; imò videtur apertè loqui de laicis, qui abſque aliquo legitimo titulo eas detinebant, ut conſtat ex illo verbo, *detinentes*, quod meram, atque nudam detentionem de facto habitam ſignificat, ut conſtat ex *d.cap.* 2.§.*ſane, de decimis lib.*6.

4 Secundò, prædictis valde obſtat Gregorii VII. deciſio relata in *capite pervenit*, 16.*quæſtione ſeptima*, quo loci proponitur quod quidam Epiſcopi decimas non Sacerdotibus, ſed potius laicis, & militibus famulis, & quod gravius eſt, conſanguineis concedebant: quare Gregorius VII. *ibidem* ſtatuit, quod Epiſcopus, qui talia facere præſumpſerit, inter maximos hæreticos, non minimus habeatur. Ex cujus textus deciſione deducitur, Epiſcopos etiam ante Lateranenſe Concilium decimas laicis nullo titulo potuiſſe concedere, cum hæc decimarum conceſſio ſub graviſſimis pœnis ſit prohibita à Gegorio VII. *in dicto cap. pervenit*: ergo non rectè prohibitio hæc debet adaptari Alexandro III. *in Concilio Lateranenſi.* Sed huic difficultati reſpondendum eſt Epiſcopum regulariter non potuiſſe, etiam ante Lateranenſe Concilium, jus percipiendi decimas laicis ſine ulla juſta cauſa concedere, *capite pervenit*, 1.*quæſtione* 4.*cap. bene quidem* 96.*diſt. cap. venerabilibus, de confirmatione utili, vel inutili.* Notat Rebuffus *de Decimis, quæſtione* 5.*n.*32.*& qu.*13.*n.*37. potuiſſe tamen, & ipſi licitum fuiſſe decimas laicis donare titulo feudi perpetui, vel temporalis, ob juſtam aliquam cauſam veluti ob ſervitia ab ipſis laicis in Eccleſiam impenſa; ut latè refert Gloſſa *in cap. quamvis* 17. *de decimis*: Rebuffus *ubi ſupra n.*32. Azor. *inſtitution. moralium* 1.*part.tit.*7.*c.* 36. *quæſt.* 11.*&* 14. meritò enim aſſerendum eſt, quod dum textus in *dicto cap. pervenit*, 16. *quæſtione ſeptima*, prohibet Epiſcopis olim ante Concilium Lateranenſe decimas laicis donare; intelligendus eſt de decimarum conceſſione ab Epiſcopis abſque ulla cauſa facta, quæ omni tempore prohibita fuit ut notat Turrecremata *in eodem textu.*

5 Tertiò, ſolutioni obſtabunt verba illius textus, *verſiculo ſervitiorum*, quæ verba ſignificant Epiſcopum decimas illas conceſſiſſe perſonis illis, qui Eccleſiæ ſerviebant; nihilominus id ei prohibitum cenſetur, ut ex litera *textus* conſtat cui difficultati reſpondendum eſt verbum illud *ſervitiorum*, non eſſe accipiendum de laicis, qui in Eccleſia ſervitia aliqua impendebant; ſed de laicis Epiſcopo ſervientibus, ſive famulis, ita ut ſenſus ſit quod Epiſcopus, qui famulis, vel conſanguineis ſuis militibus decimas concedit abſque juſta aliqua cauſa, & Sacerdotibus propriæ Diœceſis detrahit, inter hæreticos deputetur. Cujus textus interpretationem latè refert Suarez 1.*tom. de Religione lib.*1.*c.*28.*&* 25. ita ſimiliter eſt interpretandus textus in *cap. decimas* 1. *eadem* 16.*quæſt.*7. ubi idem Gregorius VII. prohibet ne laici decimas poſſideant, ſive ab Epiſcopis, vel Regibus eis ſint conceſſæ: quia id locum habet, quoties ab Epiſcopo abſque juſta cauſa conceduntur.

6 Quartò, adverſus ea, quæ *in præſenti* notant omnes, videlicet poſt Concilium Lateranenſe prohibitum fuiſſe, non ſolum laicis decimas in feudum dare; verum etiam, etſi dare antea tunc temporis permiſiſſet, tamen finita generatione ad Eccleſiam revertendas eſſe affirmat, ita ut deinceps Epiſcopus noviter non poſſit laicis concedere: Argumento textus in *l.ſed & ſi manente, de precario*: *l.*4. *in principio*, juncta ejus Gloſſa, *verbo remanente. ff. de damno infecto*, *l.cum ſtipulatus ſim* 113. *ff. de verborum obligationibus*; valde obſtabit textus in *c. de feudis*, ubi interrogatus Innocentius III. an Epiſcopus, qui juravit non infeudare bona Eccleſiæ poſſit ſine tranſgreſſione juramenti dare feudum alteri, quando contingit vaſſallum decedere ſine ſucceſſore, reſpondit Pontifex liberè id poſſe facere: Declarans deinde ſub juramento non infeudandi, non comprehendi bona ſemel data in feudum, licet propter finitas generationes ad Eccleſiam redierint; igitur ex eadem ratione ſub prohibitione facta Epiſcopo non infeudandi in perpetuum, non comprehenduntur bona jam antea infeudata etiamſi vacaverit antiquus feudatarius. Sed reſpondendum eſt regulam illam quæ ex eo *textu* deducitur, ſcilicet, quod bona ſolita alienari a quoſcunque, etiam laicos, ſine ſolemnitate, differre in decimis reſpectu laicorum, in quibus ſpecialis reperitur prohibitio, ut in *juribus ſupra adductis*, unde licet alia bona profana Eccleſiarum alienari ſolita, ſi ad Eccleſiam revertantur non comprehenduntur ſub juramento de non alienando: unde non efficax argumentum oritur quod decimæ laicis in eodem caſu poſſint iterum licitè concedi ex vulgari regula textus, in §.*affinitatis inſtitut. de nuptiis*, cum *ſimilibus* quibus probatur, quod ſi lex utatur duplici ratione, quamvis una deficiat, ſuſtineatur etiam deciſio propter alteram, ut latè refert Fachineus *lib.*7. *controverſiarum*, *cap.*7. Guttierrez *de juramento confirmatorio*, 1.*part.c.*52.*n.*8.

Quintò, obſtabit dicere, quod laici Decimas vel Eccleſias habere, & poſſidere non poſſunt; *capit. final.* 16. 7
*quæſt.*1.*capit. decimas*, 16.*quæſt.*7.*cap. cauſam, quæ de præſcriptionibus*, *c. dudum*, *cap. à nobis*, *cap. tua*, *de decimis*: *cap. per laicos*, 16.*quæſt.*7. ac proinde illis concedi non poſſunt, *cap. ad hæc* 15.*cap. quamvis de decim.* ergo cum laici ea poſſidendi incapaces ſint, nullo modo in Monachos poterunt eas transferre, cum nemo plus juris in alium tranferre poſſit, quàm ſibi competere dignoſcitur: *cap. nullus*, *de regulis juris lib.* 6. *l. traditio* 20.*digeſtis de acquirendo rerum dominio*, & pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui dandi non habet poteſtatem, *cap. quod autem, in fine*, *de jure patronatus*: etiam cum auctoritate, & conſenſu Epiſcopi: nam auctoritas Epiſcopi jus illud laicis non præſtat, *capite pervenit*, 16. *quæſt.* 3. Igitur non rectè Innocentius III. aſſerit decimas, & Eccleſias à laicis cum Epiſcopi conſenſu in Monachos transferre poſſe. Verum reſpondendum eſt veriſſimum eſſe jus percipiendi decimas tanquam ſpirituale laicis, uti incapacibus non competere, ex *ſupra* traditis; & ex juribus *ſupra* in argumento adductis; & ſic propria auctoritate eas percipere non poterunt; tamen laici ex Epiſcopi conſenſu ex juſta cauſa ſeu indulto, veluti ſi laicus Eccleſiaſticum patrimonium à Tyrannis eximeret ſeu liberaverit, ad vitam, vel ad tempus fructus poſſidere non ut jus illud percipiendi ſpirituale ſit, ſed ut eas nomine, & titulo Eccleſiæ conſequatur; notat Covarr. *lib.* 1. *variarum*, *cap.* 17. *num.* 3. *&* 5. Cardinalis *in præſenti*, *columna* 2. quemadmodum etiam conductores laici Sacerdotum nomine decimas exigunt, ut in *capite veſtra, de locato*, *c. querelam Ne Prælati vices ſuas*; at verò jura *ſupra* in argumento adducta precedunt, quando laici ſua propria auctoritate decimas poſſident, vel injuſtè detinent, etiam feudationis titulo ab eo, qui in feudum dare non poterat, ut in *noſtro cap.* refertur; nam ideò aſſerit *detinere*, quod differt à *poſſidere*: nam qui detinet, injuſtè poſſidet, cum *detinere* ad factum, *poſſidere* verò ad jus referatur; ut in *d. c. prohibemus*: notat Rebuffus *de decimis q.*10.*n.*24. Secus dicendum eſt, ſi ex juſta cauſa veluti ſi ex feudatione ab Epiſcopo legitimè, vel à Pontifice eis fuerint conceſſæ.

Neque obſtabit ſi inſtes, illam laicorum incapacitatem *in præſenti* fuiſſe ſublatam ex auctoritate Epiſcopi ſiquidem ea interveniente, laicis eſt permiſſum decimas illas Monachis donare; quæ donatio dominium, & capacitatem ſupponit, juxta textum in *cap. decimas* 39.16.*quæſt.*7. Quia reſpondendum eſt, noſtri textus deciſionem, & textum in *dicto cap. decimas*, accipi oportere de Decimis, & Eccleſiis in proprietatem laicis datis quæ de facto injuſtè, & illicitè ab illis detinebantur, ſed aliquo titulo colorato interveniente, veluti ex feudatione à Prælatis data non habentibus poteſtatem conferendi, quas decimas ſi laici ita injuſtè detinentes, Eccleſiæ cujus erant, noluerint reſtituere, poſ-

ſunt

sunt de consensu Episcopi cuilibet Religioso loco eas applicare : quod quidem à jure permissum fuit ad majora mala vitanda, & ad damna Ecclesiæ aliquo modo reparanda, pro ut fieri possit : nam licet decimæ à laicis injustè detentæ restitui illi Ecclesiæ debeant, cujus erant, ut ex *textu nostro* potest colligi: si tamen hanc restitutionem noluerunt ei laici facere, minus inconveniens est decimas mutari, auctoritate Episcopi interveniente, de una Ecclesia ad aliam, quàm ut à laicis ipsis possideantur, & hæc est vera nostri *textus* sententia, & textus *in dicto cap. decimas* 39.16. 9.7.

8 Sextò, advérsus ea, quæ diximus, scilicet Episcopum justa interveniente causa, propter servitium Ecclesiæ præstitum, vel alia simili posse in perpetuum laicis decimas concedere, juxta textum in *capite secundo*, §. *sane*, *de decimis, libro sexto*, *cap. cum & plantare, versicul. Ecclesias*, *de privilegiis* : Obstabit textus in *cap. quamvis* 17. *de decimis* : in cujus textus decisione generaliter est prohibitum Episcopis, decimas laicis concedere. Sed illius *textus* decisio, ut superioribus concilietur, adnotandum est, ejus sententiam procedere in decimis, quæ laicis à Prælatis post Lateranense Concilium concedebantur, in quo etiam feudationis titulus fuit prohibitus, & specialiter illa suspensionis pœna imponitur illis, qui post illius Concilii prohibitionem decimas & oblationes laicis indulgebat ; meritò cum post illud *Concil. Lateranen.* laici nullum justum titulum, neque feudationis causam haberent, rectè compelluntur sub divina animadversione decimas Ecclesiæ restituere, cui jure proprio debebantur : quæ interpretatio manifestè deprehenditur : quia *textus* ille est desumptus, ex Alexandro III. *in dicto Concil. Lateranen. parte* 50. *capite trigesimo nono*, ut docet Suarez *ubi supra, capite* 26. *numero quinto.*

9 Septimò, obstat textus in *cap. ad hæc* 15. *de decimis*, ubi Honorius III. asserit decimarum donationem ab Abbate laico factam, per successionem retinendam, viribus carere debere : reddit rationem, quoniam Sanctuarium Dei jure hæreditario possideri non potest, & laicus vinculo excommunicationis compellitur ipsi Ecclesiæ liberè resignare : ex qua decisione colligitur, laicis non licere decimas in feudum possidere, ita ut hæreditario jure ad hæredes transmittant. Cujus *textus* sententia exponenda est, juxta *Lateranensis Concilii* constitutionem, quod magno conatu Prælatis interdixit, ne decimas in laicos in posterum transferrent, feudi, vel alio quocunque titulo, ita ut decimarum concessiones, in feudum post illud tempus, laicis factas, sine Pontificia auctoritate illicitas, irritas, & inanes esse ; idque ex eo colligitur, quia textus ille tribuitur eidem Alexandro III. *in dicto Lateranensi Concilio*, *parte* 50. *capite duodecimo.* Neque obstabit si dicas in textu illo solum prohiberi perpetuam concessionem decimarum, & ad posteros transferendam : igitur concessio non perpetua, neque ad hæredes transferenda, non est illo jure prohibita, & per consequens textus ille non poterit exponi juxta Lateranensis Concilii constitutionem, cum in ea omnis decimarum concessio, sive perpetua, sive temporalis interdicta sit Prælatis : Quia respondendum est, quod id in textu illo à contrario sensu ex argumento deducitur ; & cum absonum intellectum contineat, & menti Concilii repugnet, admittendum non est, argumento textus in *l. conventicula*, cum vulgatis, *C. de Episcopis, & Clericis.*

10 Octavò, obstat textus in *cap. final. de decimis*, ubi Gregorius IX. universis personis Ecclesiasticis interdicit, ut decimas à laicis detentas, ad alienas Ecclesias pertinentes, in pignus recipere ab eisdem laicis non præsumant; igitur laici jure decimas non possidebant. Sed hujus textus sententia exponi etiam debet juxta *Lateranensis Concilii* constitutionem, & post ejus tempora, in quo laicis decimarum possessio, adeo prohibita est, ut neque ex Prælatorum Ecclesiæ concessione eas ipsi valeant possidere, & legitimo modo habere : quia interpretatio apertè probatur, quia textus ille auctorem habet Gregorium IX. (qui multo post Alexandrum, cujus tempore celebratum fuit Lateranense Concilium, præfuit) cum Gregorius IX. ad Ecclesiæ Pontificatum fuerit electus Anno 1228. ut constat ex Francisco Longio *in Breviario Chronologico*, in eodem Anno ; at verò Alexander III. Anno 1160. ut ex eodem *Longio* deducitur. Unde cùm Gregorius IX. post Concilii Lateranensis prohibitionem vixisset, justa de causa Ecclesiasticis personis eam prohibitionem indixit, ut decimas à laicis in pignus recipere non auderent ; neque eas laici justo titulo possiderent : Notat Rebuffus *de decimis, qu.* 10 *n.*26. Suarez *de Religione tomo* 1. *tract.*2. *lib.*1. *de decimis, capit.*19. *num.* 2. *&* 7.

Nonò, obstabit dicere, quod etiam aliquando justi 11
subsistente causa, veluti servitii Ecclesiæ facti, possent ante Concilium Lateranense laici decimas possidere ex rationibus, & juribus suprà adductis ; adhuc tamen non poterant transferre ad aliam Ecclesiam præter eam, à qua ipsi eas possidebant, nisi consensus ipsius Ecclesiæ accederet, scilicet totius Cleri, Capituli simul, & Episcopi, siquidem non licet vassallo feudum alienare irrequisito domino : nam si alienat jus feudi amittit : ut constat ex *cap. imperiales, de prohibita feudi alienatione, in usibus feudorum, lib.*2. *titulo* 32. & notatur in *cap. quæ in Ecclesiarum, de constitutionibus* : ergo sine consensu Capituli neutiquam poterant laici decimas in aliam Ecclesiam transferre ; etiam si Episcopi auctoritas interveniret. Sed respondendum est, quod etsi verum sit, vassallum non posse feudum invito domino alienare ; tamen vassallus laicus detineas decimas ante Concilium Lateranense in feudum, poterat transferre decimas, sola Episcopi auctoritate interveniente in aliam Ecclesiam ; quod admissum fuit favore universalis Ecclesiæ, ut facilius jura spiritualia à manibus laicorum eriperentur; honestius namque erat Ecclesiam aliam possidere, quèm quod laici jura spiritualia possiderent, seu ut melius dicam detinerent injustè : ut suprà retulimus.

Decimò, obstat textus difficilis in *cap. decimas à po-* 12
pulo 47. versiculo, *ut milites, aut Episcopi*, 16. *quæst.* 1. ubi apparet milites, nec Episcopos de laboribus, seu nutrimentis illorum, quæ in communi vita vivunt, decimas non posse extorquere. Ergo milites etiam laici de reliquis rebus poterunt decimas extorquere, quod verbum *extorquere* denotat, milites non ex privilegio, sed propria auctoritate posse decimas exigere, & possidere. Augetur difficultas : quia eo tempore, neque jure privilegii eas milites poterant possidere, siquidem Honorius III. Concilii Lateranensis auctor, *capite* 7. *relato in cap. decimas* 1.16. *quæstione septima*, jam multo antè prohibuerat omnia decimarum privilegia, quoad laicos ; si quidem Paschalis II. auctor textus *in dicto cap. decimas*, fuit electus in sellam Pontificalem, Anno 1091. at verò Honorius III. fuit electus, Anno 1219. ut notat Genebrardus *in Honorium, dicto Anno*. Quorum jurium difficultas adeo gravis est, quod nulla alia vera solutio adaptari poterit quàm ea, quæ extat apud Turrecrematam *in dicto cap. decimas* 47. 16. *quæstione prima*, dum asserit *textum illum* in versiculo, *milites*, loqui, quando milites de facto ex prava consuetudine injustè detinebant, non verò justè decimas possidebant, meritò cum tyrannide, & non jure eas extorquerent, non poterit aliquod jus ex eo sumi: Reliqua, quæ ad eum *textum* spectant, videnda sunt apud Rebuffum *de Decimis, q.* 7. *à n.*1. Suarez *de Religione, tomo* 1. *tract.*2. *lib.*1. *c.*8. *n.*3. & ea, quæ retulimus in *cap. causam* 7. *de præscriptionibus*, ubi plura, & plures refert Doctor Balboa,

TITULUS XI. DE HIS, quæ fiunt à Majore parte Capituli.

Ad textum in cap. Cum in cunctis 1. cap. Quæsivit 2. cap. Ex ore 3. cap. Ex parte, final. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesiasticis in universitatibus regulariter prævalet quod fit à majori parte, nisi minor pars rationabiliter contradicat.*

2 *Diversas hominum mentes, & opiniones difficile est in unum convenire.*
Facilius invenitur, quod à pluribus quæritur.

3 *Quòd omnes tangit ab omnibus debet approbari; & ibi plura exempla traduntur, & regula exponitur.*

4 *Declaratur text. in* cap. ex parte 4. de his quæ fiunt à majori parte Capituli.

5 *Interpretatur text. in* § singulorum, versi. commune, Instit. de rerum divisione, l. si plures, ff. de religiosis, & sumptibus funerum.
Socius invito socio potest uti re communi ad eorum usum destinata.

6 *Depromitur ratio ad textum in* c. cùm olim 12. versi. plena, de sententia, & re judicata.
Servus plurium si velit effici Clericus, consensus unius dumtaxat sufficit.

7 *Duæ partes ejusdem Capituli Ecclesiastici interdum, ut actus valeat, desiderantur; & obiter ibi exponitur textus in* c. licet 6. c. scriptum 40. de electione, c. unico, de clerico ægrotante lib. 6.

8 *Declaratur textus* in cap. cum in cunctis, de his quæ fiunt à majori parte Capituli.

CONCLUSIO.

1 IN *universitatibus Ecclesiasticis prævalet regulariter, quod fit à majori parte, nisi minor pars rationabiliter contradicat.* Consonat textus in *dicto cap.* 1. 2. 3. *& final. hoc titulo*: *cap. sane, cap. non debet, cap. Episcopus*, 65. *distinction. cap. de quibus*, 20. *distinct. cap. licet, in fine, cap. cum nobis, cap. quoniam, cap. in jure, c. cum Ecclesia*, cum alias, *de electione*: *cap. quoniam, de jure patronatus*: *cap. si plures*, 16. *quæst.* 7. *cap.* 1. *de arbitris, lib.* 6. *cap. final. de re judicata, c. in nostra*, 32. *de testibus*: *c.* 1. *de Parochiis, & aliis parochianis, cap. cum inter, de renunciatione*: *c. prudentiam*, §. 1. *de officio delegati*: *leg. duo ex tribus, ff. de arbitris, leg. quod major, leg. municipes, ff. ad municipalem: leg. aliud est* 160. §. *refertur, ff. de regulis juris*: *leg. ubi, ff. de tutoribus, & curatoribus datis*: *leg. nulli, ff. quod cujusque universitatis*: *l. ultima, Cod. de vend. reb. civita. lib.* 11. *leg.* 5. *in fine, Cod. de delegationibus, lib.* 10. *l.* 5. *titulo* 2. *partita* 1. cum à me traditis in *dict. cap. final. de re judicata.* Exornant Duennas *regula* 296. *&* 297. Damasus *regula* 8. Bernardus Diaz *regula* 449. Socinus *regul.* 153. Gratianus Falconius *regul.* 95. Corsetus *reg.* 384. Romanus *singulari* 669. Natta *cons.* 274. *num.* 13. Alexander, *consilio* 124. *volumine* 2. Petrus Faber *in dicta l. aliud* 160. §. *refertur ff. de regulis juris*: Rebuffus *tomo* 3. *ad leges Gallia, tract. de appellationibus, art.* 7. *glossa* 2. *num.* 33. *versic.* 18. Cujac. *in recitationibus ad hunc textum*, Acunna *ad primam Decreti partem, in dicto cap. Episcopus* 3. 65. *dist.* Morla plures refert *in Emporio, tit.* 12. *q.* 9. *per totam*, cum traditis à Barb. *in collectaneis ad nostrum textum*; Cenedo *collectanea* 120.

Ratio est: quia cùm difficile sit diversas hominum 2
mentes, & opiniones in unum convenire, & facilius inveniatur, quod à pluribus quæritur, cum per ampliores homines perfectiùs na veritas reveletur, *cap. extra conscientiam*, 64. *distinct. leg. ult. Cod. de fideicommissis*: *leg.* 3. *Cod. de ingenuis manumissis cap. prudentiam* 1. *de officio Delegati*: Justa de causa, quod majori parti Capituli placitum est, si rationi consonat (quod semper intelligitur) id minor pars impedire non poterit, quo minus obtineat, consuetudine contraria, licet jurata non obstante: nam cùm talis consuetudo, & juramentum in dispendium, & contra utilitatem Ecclesiæ redundet, observari non debet tanquam iniqua, & injusta; plures alias rationes refert Augustl. Barbos. *in collectaneis ad hunc textum, num.* 1.

Primò, nostri textus conclusio difficilis redditur ex 3
illa juris regula, qua docemur, quod id quod omnes tangit ab omnibus debet approbari, *cap. quod omnes*, 29. *de regulis juris lib.* 6. *cap. cum omnes, de const. tutionibus*: inde in ordinatione Archiepiscopi omnium Episcoporum suffraganeorum consensus requiritur, *cap.* 1. 66. *distinct. cap. si Archiepiscopus* 6. *de temporibus ordination.* & in imponenda servitute fundo plurium dominorum, omnium consensus requiritur, *l. per fundum* 11. *ff. de servitutibus rusticorum prædiorum*: & similiter in concedendo jure aquæ ducendæ, requiritur consensus eorum, quibus servitus aquæ debetur, *in concedendo* 8. *ff. de aqua pluvia arcenda*: sic etiam *in capit. cum olim, de re judicata*, in ordinatione cujusdam Archidiaconi, plena omnium de Capitulo requiritur concordia; & in confirmatione adoptionis, requiritur consensus eorum, qui eam possunt contradicere, ut in *leg. nam ita* 36. *ff. de adoptionibus*: & si pupillus in abrogationem se dare noluerit, omnes tutores debent consentire, *leg. ult. in fine, Cod. de authoritate præstanda*: & denique in confirmatione defensoris civitatis, post biennii lapsum, communis omnium de civitate consensus requiritur: *Authentic. de defensoribus civitatum*, §. *final. collatione* 3. Igitur si secundum prædictam juris regulam id, quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, ut verificatur in juribus suprà traditis; non est verum dicere id quod in conclusione nostra affirmamus, scilicet in Capitulis factum à majori parte prævalere: siquidem potius dicendum esset, consensum omnium de Capitulo necessarium esse.

Quæ omnia, ut dissolvantur, distinguendum est inter eum casum, quo aliquid est commune pluribus, ut collegiatis; & inter eum, quo aliquid est commune pluribus, ut singulis: nam primo casu si aliqua sunt facienda ex necessitate, ut alienationes, electiones, & similia, sufficit quod major pars consentiat, ne aliàs Ecclesiarum utilitas impediatur, ut in *textu nostro*, cum *similibus*; nisi ea, quæ facienda sunt, non ad Collegii, seu Capituli utilitatem, sed ad gratiam alicui faciendam respiciant: nam tunc omnium cònsensus requiritur, ut notat Panorm. *in c. ex parte* 4. *hoc titulo*: *num.* 4. Glossa verbo, *constitutum, in c. cum omnes, de constitutionibus*. In secundo verò casu, cum aliquid est commune pluribus non ut collegiatis, sed ut singulis, tunc omnium consensus requiritur; & sic procedit, & intelligenda est dicta juris regula, *quod omnes tangit, de regulis juris lib.* 6. *dicta l. per fundum*, cum *similibus*, *supra in argumento adductis*, quo in casu cessat regula *nostri textus*, quæ tantum procedit in primo casu, scilicet cum aliquid est commune pluribus, ut collegiatis; notat Petrus Pechius *in dicta reg. quod omnes in solutione ad* 3. Gaillius *observatione* 20. *n.* 7. *vers. & hactenus.*

Secundò, solutioni obstat textus in *cap. ex parte* 4 *hoc* 4
nostro titulo: in cujus textus specie cavetur, valere statutum à majori parte factum, super redditibus pertinentibus ad Canonicos, ut ad singulos: ergo distinctio *suprà* adducta minimè sustineri poterit. In cujus textus difficultate nonnulli ex antiquioribus existimant, illius *textus* decisionem valere ex Pontificis approbatione: notat Glossa *ibidem, verbo, plurimum.*

Alii

Alii verò distinguendum esse existimant inter eum casum, quo redditus pertinet ad singulos jure proprio, an verò jure Ecclesiæ; & asserunt in secundo casu posse majorem partem Capituli de prædictis redditibus disponere, & sic procedere decisionem textus *in dicto cap. ex parte.*

Sed his omissis, verius dicendum est, textum illum ex nostri textus decidendi ratione lucem accipere: nam ideo ibi cavetur decretum à majori parte factum vires obtinere, quia factum fuit pro opere pio, & necessario, nempe pro retinenda, seu restauranda Rothomagensis Ecclesiæ fabrica; quo in casu rectè statutum fuit, ut plurimorum prævaleret sententia, propter summam Ecclesiæ utilitatem: notat Glossa *verbo, constitutum, in dicto cap. cum omnes, de constitutionibus*: Petrus Gregor. *ibidem, num.* 4. Panormitanus *in dicto cap.* 4. *hoc titulo, n.* 4. Rebuffus *de privilegiis Scholarium, privilegio* 42. Barbos. *in collectaneis ad eundem textum num.* 1. & 2. & in *dicto capit. cum omnes* 6. *de constitutionibus, num.* 6.

5 Tertiò, prædictis obstat textus, *in* §. *singulorum, versiculo, commune*; & *versic. sepulchrum. Instit. de rerum divisione*: ubi cavetur, licere cuilibet ex sociis in communi sepulchro mortuum inferre invitis cæteris, quod etiam demonstrat textus *in l. si plures, ff. de religiosis, & sumptibus funerum*, & nihilominus sepulchrum ad socios non ut collegiatos, sed ut singulos pertinet: ergo non est verum dicere, quod quoties res pertinet ad plures, ut singulos, communem omnium consensum desiderari. Qua in difficultate respondendum est, ideo in prædictis juribus necessarium non esse omnium dominorum consensum: quia cuilibet socio licitum est uti re communi ad eorum communem usum destinata: notant Felinus, & Baldus *in dicto cap. cum omnes, de constitutionibus*, siquidem natura communionis postulat, ut quilibet socius possit re communi ad usum destinatum uti; nam aliàs si socius contradicit improbè, & contra pactum conventum facit, ac ideo audiri non debet, cum malitiis hominum obviare debeat; *l. in fundo, ff. de rei vindicatione*. Notat Petrus Pechius *in dicta regula, quod omnes, de regulis juris lib.* 6.

6 Quartò, prædictis obstat textus *in cap. cum olim* 12. *de re judicata*, versic. *plena omnium vestrum, qui præsentes fuerunt, &c.* Ubi in re, quæ communis est pluribus, ut collegiatis, veluti electio non sufficit, ut major pars consentiat, sed plena omnium concordia desideratur. Verùm respondendum est supplendum esse verbum illud, *vel majoris partis*, cum id quod à majori, vel saniori parte factum est, canonicum reputetur; *cap. quia propter, de electione*; & in *nostro cap.* 1. Notat glossa final. *in dicto capit. cum olim* 12. *de re judicata*: Henricus Boich. *in cap.* 1. *hoc nostro titulo, n.* 9. & 10.

Est tamen magnopere animadvertendum, quod regula *suprà* adducta, videlicet, quod quoties res est communis singulis pro ut singulis; non verò pro ut collegiatis, fallit in multis casibus: veluti in cessione bonorum, in qua major pars creditorum sufficit, ut *in l. final. ff. qui bonis cedere possunt; l. & suum*, §. *hodie, ff. de pactis*; & in re communi cum fisco, quam invito socio poterit fiscus alienare, *l. multum interest. Cod. de commun. rerum alienatione, l.* 1. *Cod. de vendi. rerum fiscal. lib.* 10. Et similiter si creditores pupilli mittantur in ejus bonorum possessionem, administratio conceditur illi, quem major pars elegerit, *l.* 2. *ff. de curator. bonor. dand.* & si servus plurium velit effici Clericus, sufficit consensus unius domini dumtaxat; ut *in capit. nullus*, 54. *distinct.* plurèsque alias limitationes refert Decius *in cap. id quod nostrum, de regulis juris num.* 4. Idem *in cap. cum omnes, de constitutionibus*, Romanus *in Rub. de arbitris, n.* 41.

7 Quintò, conclusioni nostri textus obstabit dicere, quod interdum in Capitulis Ecclesiasticis duæ ejusdem Capituli partes intervenire debent, veluti in electione Romani Pontificis, ut in *cap. licet* 6. *de electione*; & in postulatione, quæ concurrit cum electione, ut in *cap. scriptum* 4. *de electione*; & similiter in datione Coadjutoris Episcopo dementi, vel infirmo, *capit. unico, de Clerico ægrotante lib.* 6. sic etiam in actore, seu procuratore Civitatis decernendo, duæ partes Decurionum desiderantur; ut *in l. nulli, l. planè, ff. quod cujusque universitatis*; *l.* 3. *ff. de decretis ab ordine faciendis*: ergo non rectè in conclusione nostra docemur, quod in Capitulis Ecclesiasticis prævalet quod factum est à majori parte.

Verùm respondendum est, nihil obstare decisionem textus *in dicto cap. licet* 6. *de electione*: quia procedit jure speciali in Romani Pontificis electione, in qua equidem ab initio plena omnium Cardinalium concordia desiderabatur: sed quia ob id multoties Ecclesia gravem jacturam pateretur, Alexander III. *in dicto capit. licet*, decrevit sufficere duarum saltem partium concordiam intervenire: quod quidem specialiter inductum fuit, ut ipse *textus* demonstrat, & sic non debet trahi ad consequentiam: argumento textus *in l. quod contra* 184. *ff. de regulis juris.*

Neque etiam obstat textus *in dicto cap. scriptum* 4. *de electione*: quia similiter illius textus decisio specialiter procedit in postulatione Prælatorum, quæ concurrit cum electione; siquidem postulatio nihil aliud est quàm petitio gratiæ à Superiore facta de promovendo aliquem ad Prælaturam, ad quam de jure communi propter defectum, vel aliquod impedimentum eligi, seu promoveri non poterat; meritò cum postulationes potius imitentur gratiam, quàm jus, *capit. bonæ memoriæ*, juncta ejus Glossa, *de postulatione Prælatorum*, non consuevit Pontifex eas cum magna discordia admittere, atque ideo saltem requiritur quod duarum partium interveniat consensus, ut *in dicto cap. scriptum*: *dicto cap. bonæ memoriæ*, cum eorum Glossis.

Neque etiam obstat textus *in dicto cap. unico, de Clerico ægrotante lib.* 6. Nam textus ille ita est intelligendus, ut Capitulum, vel saltem duæ partes præsentes sint ad assumendos Coadiutores, non tamen requirit, quod duæ Capituli partes concordes sint, sed tantum quod sint præsentes; quomodo etiam interpretandus est textus *in dicta l. nulli*, cum similibus *supra* in argumento adductis. Notat Cuiacius *lib.* 6. *Pauli ad edictum, in edicta l. plane, ff. quod cuiusque universitatis*: Glossa *in dicto cap. unico*, & Panormit. *ibid. num.* 6.

Sextò, adversus id quod in textu nostro cavetur, 8 nempe statuta, seu constitutiones Capituli fieri debere à maiori, & saniori parte simul, obstabit ipsiusmet nostri *textus* sententia, & conclusio; qua docemur tunc demum prævalere factum à majori parte, cùm minor pars aliquid rationabile non objiciat: ex quo sequitur, quod si minor pars aliquid rationi congruum objiciat, factum à minori parte prævalere debere: quam sequelam format & confirmat Glossa *in præsenti, verbo, rationabiliter*; ibi, *sed major pars est illa, quæ majori ratione, & pietate nititur*: confirmatur etiam ex textu *in capit. Nicæna*, 31. *distinct.* in cuius specie, unius tantum sententia ratione nixa, contra reliquorum opiniones à Nicæna Synodo fuit approbata: ergo à minori parte rationabiliter factum prævalere debet, ac per consequens non rectè in nostri *textus* specie requiritur, quod factum sit à majori, & simul à saniori parte ut valeat. Sed respondendum est, verum esse, quod in *textu nostro* cavetur, nempe majoritatem numeri simul & saniorem partem requiri, ut suprà diximus. Nec contrarium colligitur ex eo, quod ibi dicitur, nisi minor pars rationabiliter contradicat; ut voluit Glossa *ibi, verbo, rationabiliter*: Quia verius respondendum est, quod licet minor pars possit ex ratione impedire decretum majoris partis, non tamen poterit aliquid disponere nomine totius universitatis, nisi major pars esset privata propter delictum: quia tunc

potestas totius universitatis penes non delinquentes remanet, ut in *cap. bona memoriæ, cap. cum omnibus, de electione: cap. gratum, de postulatione Prælatorum,* docet Abbas *in præsenti, numero undecimo,* quæ quidem sententia vera est, licet aliter senserit Barbos. *in collectaneis ad nostrum textum, numero sexto.* Interpretari etiam poterit textus *in l. & suum* 8. §. *hodie, ff. de pactis,* cum *l. unica, Cod. de auctoritate tutorum,* de quorum conciliatione videndus est Antonius Faber *in Rationali ad textum in dicta l.* 8. §. *hodie, ff. de pactis,* videndus est etiam textus *in cap. nec Episcopi, de temporibus ordinandorum, cap. cum nobis olim, de electione; cap. sane,* 65. *distinct. l. alius,* §. *refertur, ff. de regulis juris: l. quod maior, ff. de contrahenda emptione.*

TITVLVS XII.

Vt Ecclesiastica beneficia sine diminutinoe conferantur.

Ad textum in c. Ut nostrum, unico, hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia Ecclesiastica sine diminutione debent conferri.*

2 *Prælatus duabus, vel pluribus Ecclesiis præfici non potest.*
Capita duo tanquam monstrum in uno corpore esse non debent.
Argumentum validum est de matrimonio carnali ad spirituale.
Præbenda unicum jus spirituale, & individuum est, atque ideo inter duas personas dividi non potest; siquidem unitas divisionem non recipit.

3 *Species ponitur ad textum in* cap. vacante 26. de præbendis.
Divisio, seu sectio præbendarum, ut fiat, quæ requisita desiderentur.

4 *Declaratur textus in* cap. cum causam 36. de præbendis.
Divisa præbenda de vacaturis, quo modo integrari debeat.

5 *Exponitur textus in* cap. cum M. 9. de constitutionibus.
Ea quæ in facto consistunt non poterunt ad animum reduci.

6 *Elucidatur textus in* capit. dilecto 25. de præbendis.
Numerus Canonicorum, eorum favore inductus censetur.

7 *Iterum late exponitur text. in* dicto cap. dilecto 25. de præbendis.

8 *Proponitur ratio ad textum in* cap. nisi essent 21. de præbendis.
Dignitas ipsa sicut dividi non debet, ita nec ejus proventus sectionem patitur.

9 *Interpretatur textus in* cap. ad audientiam 3. de Ecclesiis ædificandis.
Dividi potest Ecclesia in duas, quando necessitas urget, velati in populo numeroso, vel quando Ecclesia longe distat à Matrice.

10 *Expenditur textus in* cap. si quis Episcopus, 16. quæstion. 5. cap. principali 15. 63. distinct. *& conciliatur cum* capit. à nobis 3. de jure patronatus.
Patronus potest plures ad unam Ecclesiam præsentare.

11 *Patroni, vel Episcopi, cùm beneficia conferunt, pactione ulla nihil ex fructibus beneficii sibi reservare poterunt, cum ex pactione illa simoniæ crimen committatur.*

Ratio traditur ad textum in cap. tua nobis, penult. de verb. signific. *& conciliatur cum* cap. ut nostrum 1. ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

CONCLUSIO.

LICET verba hujus textus plurimas, & diversas contineant materias, & quæstiones, tamen ut institutum nostrum prosequamur tantum ea, quæ propriè ad rubricam pertinent, discutiemus, ex quo generalis hæc deducitur disputanda conclusio. *Beneficia Ecclesiastica sine diminutione debent conferri.* Idem probat textus *in cap. prohibemus* 7. *versic. nec partem, cap. si quis præbendam* 15. *versic. sed libere, & absque diminutione,* 1. *quæst.* 3. *cap. simoniacus* 22. 16. *quæstione prima, cap. majoribus* 8. *cap. vacante, cap. cum causam* 36. *cap. nisi essent* 21. *cap. dilecto* 25. §. *procurator, cap. cum non ignores* 15. *cap. avaritiæ* 10. *de præbendis, cap. prohibemus* 7. *de censibus, cap. in apibus,* 7. *quæst.* 1. *cap. final.* 21. *quæst.* 1. *cap si quis præbendas,* 1. *quæst.* 3 *l.* 15. *titulo* 16. *partita* 1. Exornant Lambertinus *de jure patronatus lib.* 2. *parte* 1. *quæst.* 7. *articulo* 17. *& parte* 3. *quæstione quinta, articulo* 21. Rebuffus in repetitione ad textum *in cap. extirpandæ,* §. *quia vero, de præbendis, notabili* 6. Idem *in praxi beneficiorum, titulo, requisita ad collationem, num.* 6. & *de pactitiis possessionibus, num.* 117. Flaminius *de resignatione beneficiorum, libro octavo, quæstione nona, num.* 32. *& de confidentiis, quæst* 28. *num.* 120. Corrasius *de beneficiis,* 1. *parte, cap.* 2. *in fine.* Idem *parte* 4. *cap.* 1. *nu.* 4. Rota *decisione* 454. *num.* 6. Mascardus *de probat. conclusione* 315. *numero* 5. Nicolaus Garcia *de beneficiis, parte* 12. *cap.* 4. Barbos. plures referens *in collectaneis ad nostrum textum,* & in *cap. maioribus, de præbendis.* 1

Ratio est, quia quemadmodum Prælatus, duabus, vel pluribus Ecclesiis præfici non potest, cum omnibus debitam nequeat provisionem impendere, *cap. presbyteros,* 16. *quæst.* 1. *cap. quia nonnulli, de Clericis non residentibus, cap. quia in tantum, cap. de multa,* cum aliis, *de præbendis;* ita una Ecclesia plures non debet habere Prælatos, sed unicus debet esse Rector, *cap. quoniam* 3. *de jure patronatus, cap. cum non ignores, de præbendis,* non enim debent esse duo capita in uno corpore tanquam monstrum, *cap. quoniam plerisque, de officio Ordinarii.* Præterea, quia validum est argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, *c.* 1. 2. *& 3. de translatione Episcopi;* sed una uxor uno eodemque tempore non potest habere duos viros, *c.* 2. 4. *& 5. de secundis nuptiis;* ergo neque Ecclesia potest habere uno eodemque tempore duos Rectores: est & alia ratio, quæ magis congruit; quia præbenda unicum jus spirituale, & individuum est, *cap. dilecto* 25. *de præbendis,* ideo dividi seu inter duos communicari nequit, quia unitas divisionem non recipit, *cap. loquitur,* 14. *quæst.* 1. meritò præbendarum, & beneficiorum divisio sacris Canonibus est interdicta; præcipuè in Concilio Turonensi sub Alexandro III. relato, *in cap. maioribus* 8. *de præbendis;* notat Hostiensis, & Panormitanus, *ibidem*: Lambertinus *ubi supra,* 2. *parte* 1. *quæst.* 7. *articulo* 17. 2

Primò, obstabit textus in *cap. vacante* 26. *de præbendis;* ubi vacante quadam præbenda in Ecclesia Cathedrali, Episcopus duas ex ea constituit, ad eásque de consensu Capituli duos Canonicos assumpsit, quorum altero viam universæ carnis ingresso, quidam Clericus nomine Hippolytus præbendam, quam defunctus habuerat auctoritate Apostolica fuit assecutus, & à Pontifice literas impetravit, ut Episcopus integraret ei præbendam illam: alius verò qui receptus fuerat asserebat, se idem jus habere contra ipsum Episcopum, 3

pum, unde quid facere deberet Epiſcopus requiſivit? Pontifex reſpondit quod cum ſtatuta Concilii Turonenſis factionem præbendarum prohibeat, tenetur ipſe utrique de his, quæ vacare contigerit integrare præbendam, niſi rationabilis ſubſiſtat cauſa. De prima dicta præbenda duæ fuerunt factæ, & tot ſunt proventus utrique aſſignati, quot poſſent competenter ſufficere: ex cujus textus deciſione deducitur, ex una præbenda duas fieri, & conſtitui poſſe, diviſionemque jure ipſo ratam, & firmam manere, ſiquidem integratio de vacaturis ſupervacanea foret, ſi nulla eſſet diviſio illa, & duorum receptio.

In cujus textus difficultate, omiſſis plurimis interpretationibus, traditis à Gloſſa *ibidem*, *verbo*, *integrare*: verius dicendum eſt, receptionem *ibidem* factam valuiſſe, quia Epiſcopus intendebat novum jus creare, hoc eſt numerum Canonicorum augere, & ſic duas præbendas conſtituere, & ad unam duos Canonicos inſtituere; non autem præbendam dividere, ita ut duos Canonicos ad eam aſſumere videatur: nam in hoc ultimo caſu, neque ſectio, neque receptio valeret: *dicto cap. majoribus* 8. *cap. tuæ* 20. *de præbendis*; meritò receptio in *dicto cap. vacante*, tenuit. Sed quia ex juſta, & rationabili cauſa facta non fuiſſet, veluti quia utrique proventus ex diviſione illa non ſufficerent, ideo Epiſcopus utrique præbendam proximo vacaturam integrare tenetur: nam ad hoc ut de una poſſint duæ præbendæ fieri, oportet, ut qui duas ex una conſtituit, intendat novum jus creare, & præbendarum numerum augere, *cap. dilecto, paragrapho primo, de præbendis*; & quod de communi conſenſu Canonicorum diviſio fiat, ut ſic congruè ſuſtentari poſſint, *dicto cap. dilecto, paragrapho primo*, *verſic. quemquam*; & in *dicto cap. vacante*: tum etiam ut rationabilis cauſa ſubſit dividendi, veluti defectus Canonicorum, & augmentatio cultus divini, *dicto cap. vacante*, argumento textus *in cap. ex parte*, *de conſtitutionibus*, ac tot ſint cujuſque præbendæ redditus, ut competenter cuique præbendario ſufficiant, *dicto cap. vacante*; quorum ſi unum deficiat, non valet ſectio, licet receptio valeret; & ideò recipiens tenetur præbendam reintegrare de his, quæ vacare contigerint; & donec de vacaturis præbendis Epiſcopus conſuleret, de ſuo patrimonio integrare tenetur: argumento textus *in cap. Epiſcopus*, *de præbendis*: quoniam cum hoc redundet in utilitatem Eccleſiæ, poterit de ejus Eccleſiæ redditibus integrare: quemadmodum Epiſcopus, qui Clericum ſine titulo ordinavit, de ſuo compellitur providere, donec de beneficio Eccleſiaſtico provideat ordinato, *dicto cap. Epiſcopus*, *cap. cum ſecundum Apoſtolum*, *de prabendis*: cujus Gloſſæ interpretationem ſequuntur Hoſtienſis *in dicto cap. vacante, numero ſecundo*, Butrius *numero quarto*, Panorm. *numero tertio*, Reginaldus *in praxi fori pœnitent. libro trigeſimo*, *tract.* 3. *numero* 248. *verſic. addendum*: Garcia *de beneficiis*, *parte* 12. *capite quarto*, *numero* 13.

Secundò, adverſus ſolutionem traditam *in dict. cap. vacante*, in qua diximus Epiſcopum, qui unam præbendam in duas diviſit, ad eas duos aſſumentem Canonicos, teneri de vacaturis præbendis illam integrare. Obſtabit Gregorii IX. Pontificis decretum, relatum *in cap. cum cauſam* 36. *de præbendis*: ubi quidam Canonicus Sanctæ Crucis, qui cùm præbendam integram non haberet, Epiſcopum convenit ſuper ipſius præbendæ integratione, & cauſam quibuſdam Judicibus committi impetravit, ut ei præbendam facerent integrari; qui cum dubitarent utrum alia præbenda ſcindi deberet pro integratione præbendæ, Pontificem conſuluerunt, quorum conſultationi reſpondit Pontifex, quod ejus intentionis non erat, ut pro integratione præbendæ ſupra dicti Canonici aliqua deciſione apertè colligitur, præbendam non dividi, ſed integram conferri debere; quod ſi fiat, ille, qui hoc fecerit, pro integratione præbendæ aliam dividere non debet, igitur diviſa præbenda de vacaturis integrari non debet, cum una non eſt dividenda, ut altera integretur; & per conſequens minus rectè contrarium decreviſſe videtur Innocentius III. in *dicto cap. vacante*.

Cui difficultati reſpondendum eſt; textum *in dicto cap. vacante*, procedere eo caſu, quo præbenda vacatura pinguis eſt, & ſuperexcreſcentes habet fructus, ex qua ſine magna læſione poterunt aliqui fructus ſubtrahi, ita quod ex reſiduis poſſit Canonicus competenter vivere, tunc enim præbenda reintegranda eſt ex vacatura præbenda: nam licet multùm pinguis præbenda ſcindi, ſeu dividi non poſſit; cùm ejus fructus neceſſitatibus Canonicorum ſubveniant, neque exinde aliæ præbendæ creari poſſint: tamen ſi juſta aliqua, & rationabilis ſubſit cauſa, quia ſcilicet Eccleſia defectum miniſtrorum patitur, tunc diviſio præbendæ toleratur, & de una præbenda duæ conſtitui poterunt, ſi tot ſunt utriuſque proventus, quod per utramque fit aliquid proviſum in beneficio competenter, ut in *dicto cap. vacante*, diſertè ſcriptum eſt: docent Butrius *dicto cap. cum cauſam*, *numero primo*, Panorm. *in dicto cap. vacante*, *numero quarto*, *& quinto*, quemadmodum etiam una Parochia in duas juſta ſubſiſtente cauſa dividi poterit, *cap. præcipimus*, 16. *quæſtione prima*, notat Gloſſa *in cap. tuæ* 20. *de conſtitutionibus*: Nicolaus Garcia *de beneficiis*, *parte* 12. *capite primo*, Azor. *inſtit. moralium ſecundo tomo*, *libro ſexto*, *cap.* 30. *quæſtion.* 11. *&* 12. Petrus Gregorius *de beneficiis*, *cap.* 19.

Tertiò, obſtat textus in *cap. cum M. de conſtitutionibus*, quò loci probatur, quod cum Ferrarienſes Canonici majoribus redditibus abundarent, quatuordecim præbendarum numerum Pontificis authoritate in Eccleſia ſua deputarunt poſtmodùm quadam præbenda vacante, contra conſtitutionem ipſam voluntariè venientes, quinque Canonicos receperunt, nullis præbendis eiſdem aſſignatis, & licet eorum redditus plurimum fuerint augmentati, noluerunt tamen eiſdem de ſuperexcreſcentibus fructibus providere; & ideò inter eos, & Capitulum quæſtio mota fuit coram Epiſcopo Ferrarienſi, & tandem ad Pontificem delata, coram quo ex parte Capituli fuit oppoſitum, quod ille numerus quatuordecim Canonicorum à Pontifice fuerat confirmatus, atque ideo ſine illius conſtitutionis præjudicio, illa nova Canonicorum receptio fieri non poterat; & è contra ex parte Canonicorum prædicta receptio fuit propoſita, ut latius ex litera *textus* patet. Quibus propoſitis, mandat Pontifex, ut de excreſcentibus redditibus, prædictis Canonicis ultra conſtitutionis numerum ita receptis, præbendam ſigillatim faciant aſſignare; quia in conſtitutione prædicta, & confirmatione Sedis Apoſtolicæ fuit, vel eſſe debuit, ſicut conſuevit, expreſſum, niſi in tantum excreſcerent facultates, quod pluribus poſſent competenter ſufficere; cùm Canonici illi, in derogationem ſuæ conſtitutionis ad vacaturas præbendas ultra numerum conſtitutionis alios recepiſſent: ex qua ſpecie apertè colligitur, duos Canonicos ad unam præbendam electos, & aſſumptos fuiſſe, ut conſtat ex verbis illius textus, ibi, *cum una in eadem Eccleſia præbenda vacaret*, *duos ad eam*, *&c.* & nihilominus conſtat electionem, ſeu promiſſionem valuiſſe, cùm ipſis de ſuperexcreſcentibus fructibus provideri mandatur.

In cujus *textus* difficultate, omiſſa *Gloſſæ* interpretatione, *ibidem*, verbo, *ad eam*, diſcrimen eſt conſtituendum inter eum caſum, quo ad unam præbendam vacantem duo, vel plures eliguntur; & inter eum, quo ad unum canonicatum vacantem duo recepti, & ſimpliciter electi ſunt: priori enim caſu de duobus facta electio ad præbendam, quæ vacat, de rigore juris omnino ceſſatur, *dicto cap. tuæ* 20. *de præbendis*, cum præbenda inter eos dividi non poſſit, propter Turonenſis Concilii conſtitutionem relatam *in*

dicto c. majoribus 8. de prebendis : Posteriori verò casu, Canonicorum receptio valida, & legitima est, juxta textum ita intelligendum in *dicto cap. cum M. de constitutionibus.* Cujus discriminis ratio est, quia præbenda non constituitur tantum ex jure speciali, idest canonia, cui annexa est ; sed ex possessionibus, sine quibus consistere non potest, cùm non esset quid præberetur præbendario, *cap. siquis objecerit*, 1. *quæstione tertia*, quare cum præbenda non tantum in jure, sed in redditibus, & in facto consistat, si plures ad eam eligantur (præbendarum numero existenti) non videntur Canonici renunciare, neque ejus divisio facta censetur, cùm oporteat eam facto destrui, & expresse dividi, siquidem ea, quæ in facto consistunt non poterunt ad animum reduci. Argumento textus in *l. nihil tam naturale*, *digestis*, *de regulis juris*, *l. quod in rerum*, §. *final. digestis*, *de legatis* 1. Si tamen ad unam canoniam vacantem duo eligantur, etiam si Canonicorum numerus destinatus sit, & Pontificis auctoritate confirmatus, tenebit electio, & videntur Canonici tauxisse numerum Canonicorum, & à consueto numero recessisse ; argumento textus *in c. relatum*, *c. dilectus*, *de prebendis* : quia Canonicatus spirituale, & incorporale jus est competens Canonico ex receptione sua, & id solo animi destinatione multiplicari potest ; & tunc statim multiplicatur, cum ad unum Canonicatum duo eliguntur, siquidem ex eo prima constitutio rupta censeatur, & de novo aliud jus creatum; qua de causa duorum electio, vacante præbenda, cui canonicatus annexus est, valida erit, ut in specie textus *in dicto c. cum M. de constitutionibus*, notat Hostiensis, *ibidem numero sexto*, Panorm. *numero quinto*, Butrius *numero tertio*, Innocentius, *ibidem*, & *in dicto cap. tua*, *n.* 1.

7 Quartò, solutioni obstat textus *in cap. dilecto 25. de prebendis* : quo loci probatur non posse duos, præbenda non vacante, simpliciter in Canonicos recipi, nec ad canonicatus jura admitti, nec eligentes eos simpliciter in Canonicos videri jus quoddam de novo creare voluisse, ut satis ex ejus hypothesi deducitur : igitur minus rectè contrarium *in dicto c. cum M. de constitutionibus*, statutum est. Cui difficultati respondetur, quod in Ecclesia, in qua est certus numerus præbendarum, vel Canonicorum, si unus canonicatus, vel præbenda vacat, cui annexus est canonicatus, & plures simpliciter recipiuntur, omnium receptio tenet, & videntur Canonici voluisse jura de novo creare, & ultra statutum numerum eos assumere, ut *in dicto cap. cum M.* dummodo in statuto & certo Canonicorum numero à Pontifice confirmato, non sit clausula decreti irritantis ; quia tunc ultra statutum numerum, poterunt voluntariè numerum augere, & de novo jus creare, *c. pro illorum 22. de prebendis*, dummodo hoc intendant, & exprimant eligentes, *c. cum accessissent*, & *dicto c. cum M. de constitutionibus.* Ratio est, quia cum numerus Canonicorum, eorum favore sit inductus, poterunt ei renuntiare argumento textus in *c. si diligenti*, *de foro competenti*, *c. ad Apostolicam*, *de regularibus*, *l. quod favore*, *Cod. de legibus*, *l. si quis in conscribendo*, *Cod. de pactis.* Secus tamen si apposita sit clausula illa, *decernimus irritum, & inane* : nam tunc Canonici contra privilegium eis concessum venire non possunt : quia hoc operatur virtus illius clausulæ. Ratio est quia hanc clausulam videtur Pontifex in favorem Ecclesiæ, & non Canonicorum adjecisse, cùm per eam manus statuentium ligaverit, vel etiamsi in favorem Canonicorum adiecerit, contravenire non poterunt, ex quo Pontifex irritam fecit electionem ad reprimendam plurium ambitionem, vel eligentium curiositatem, cum plerumque propter preces, vel nimiam petentium potestatem, privilegium, seu statuta consueverant violari. Argumento textus in *c. olim*, *circa finem*, *de privilegiis*, notant Butrius *in dicto c. dilecto*, *num.* 11. Panorm. *num.* 7. Zabarella *n.* 8. Archidiaconus, *n. ultimo*, Hostiensis *n.* 14.

Quintò, obstat æquiparatio *dicti capitis*, *dilecto*, facta cum statuto juramento firmato, & confirmatione Papæ, adjecta clausula *decreti irritantis*, & sic quemadmodum non valet receptio in secundo casu, ita neque in primo valere debet. Sed respondendum est, æquiparationem illam non esse in omnibus æqualem; sed in hoc tantum, quod in utroque casu receptio sit illicita ; vel illud fuisse allegatum à parte, quæ allegatio jus non continet, docent Hostiensis, & Panorm. *in eodem textu*, *numero decimo quarto*, *& vigesimo*, Thomas Sanchez *libro tertio*, *ad præcepta Decalogi*, *capite duodecimo*, *numero trigesimo quinto.* Si verò uno Canonicatu vacante in Ecclesia numerata, duo, plurésve ad illam præbendam, seu jus canoniæ recipiantur, receptio non tenet ; nec enim possunt ad unum jus canonicatus duo eligi, & licet duo Canonici sint electi ; habent tantum vicem & votem unius in electionibus, & in cæteris negotiorum tractatibus, & fructus vacantis præbendæ communiter inter eos dividuntur, & utrique assignantur, cum recipientes non videantur animum habere augendi numerum præbendarum, nec novum jus creare videantur, sed individuum, & spirituale jus præbendæ, quæ canonicatui annexa est, inter eos communicare, & dividere : in qua specie procedit textus *in dicto cap. dilecto* 25. ut ejus verba apertissimè insinuant, ibi, *supradictæ præbendæ fructus dividendos communiter* : juncto versic. *uno individuo jure vacante.*

Ex quibus colligitur, ideo in specie textus *in dicto cap. dilecto 25. de prebendis*, duorum institutionem in Canonicos Trecenses factam, nullam fuisse : quia Archiepiscopus, qui eos instituit, idem jus, & eandem præbendam ambobus conferre, non verò Canonicorum numerum augere, vel jus aliquod creare intendebat : quod ex eo deprehenditur, quia fructus illius præbendæ inter eos dividendos instituit, & Canonicus qui præbendam in ea Ecclesia obtinebat, liberaliter resignavit, & Archiepiscopus ad eam duos instituit ; nam si voluisset jus de novo creare, recepisset nepotem suum in Canonicum ante renuntiationem præbendæ, unde præfata institutio nulla fuit : sed si Archiepiscopus intendisset utrumque in Canonicum eligere, electio valuisset, & duo essent Canonici, qui haberent voces, licet una tantum, vel nulla præbenda vacaret, quia ad duo jura intelligeretur eos elegisse, & in numerum Canonicorum recepisse *cap. relatum 9. cap. dilectus 27. de prebendis* : docet Glossa *verbo*, *augmentare in dicto cap. dilecto 25. de prebendis.*

Cujus decisionis ratio est ; quia cum non obstante Certo Canonicorum numero tentat electio quoad canonicatum, rumpitur privilegium quoad jus canonicatus: sed eligendo plures ad unam præbendam vacantem, vel etiam ad vacantem ultra numerum, electio non tenet, quia si præbenda divideretur, esset contra Turonense Concilium relatum *in dicto cap. majoribus 8. de prebendis*, vel si uni concederetur, remanet alius sub expectatione, contra Lateranense Concilium, ut in *dicto cap. dilecto*, scriptum est. Nisi vellent ex causa novum jus præbendæ auctoritate Episcopi statuere, ut in *dicto cap. vacante*, *de prebendis*, & ideo cum electio non retineat, non rumpitur privilegium.

Ratio autem quare electio teneat quoad jus Canonicatus, & non quoad præbendæ sectionem, ea est, scilicet quia sic statuitur in præbendis, *dicto cap. majoribus 8. de prebendis.* Argumento textus in *cap. scriptum est in lege*, 6. *quæstione tertia*, *l. prospexit*, *ff. qui & à quibus* ; in Canonicatu autem sic statutum non est: & hoc justè constitutum apparet, quia cum præbenda maximè consistat in rebus corporalibus, *cap. si quis, objecerit*, 1. *quæstione tertia*, non posset fieri jus præbendale, nisi possessiones alicujus Ecclesiæ dividerentur, quod pernicioſum esset, siquidem una præbenda esset pinguis, & alia pauper : argumento textus in *cap. cum omnes*, *de constitutionibus* : non tamen negamus quin de omnibus præbendis, vel de una pinguiori possit

alia

alia de novo creari, *dicto c. vacante* 26. *de prabendis*: jus autem Canonicatus, quod incorporale, & indivisibile est, multi possunt sine aliorum damno habere; & ideò aliud fuit statutum in jure Canonicorum, aliud verò in præbendali: ita docent Innocentius *in dicto c. dilecto* 25. *de prævendis, numero primo, tertio, & quarto*, Hostiensis, *numero nono, & decimo*, Butrius *num.* 20. Panorm. *num.* 15.

8 Sextò, obstat textus in *c. nisi essent* 21. *de præbendis*. Ubi apparet, quod si duo ad præbendam fuerint electi, ipsius præbendæ divisio inter eos facta valet, & tenet. Verum respondendum est illius *textus* decisionem continere casum specialem inter duos de prioratu contendentes, & alteri datur prioratus, alteri verò certa fructuum pars à Iudicibus assignatur, idque pro bono pacis factum fuit, & ob illam utilitatis causam à Pontifice toleratur; meritò cùm non partium conventione, sed Pontificis auctoritate factum dicatur; ideò *ibi* id fuit admissum, ne litigantes diù litibus, sumptibus, & expensis vexarentur, & controversia illa tam difficilis, & dubia, aliquo modo terminaretur; sicque illa Arbitrorum sententia quoad pensionem fuit à Pontifice comprobata ad hoc tantum, ut temporalis esset quoad personam illius, cui præbenda fuit adjudicata; non tamen perpetua quoad ipsam præbendam; meritò eo defuncto cessat, neque ad successores transit, cum cessante causa, cessare etiam debeat effectus, *c. cum cessante, de appellationibus*: sicque dignitas illa Prioratus non adstringitur, nec onerata est ad illius pecuniæ præstationem, sed tantum persona Prioris: quoniam sicut dignitas ipsa dividi non potest, ita nec ejus proventus sectionem patitur: *dicto c. si quis objecerit*, 1. *quæstione tertia*, *c. simoniacus*, 16. *quæstione prima*, docet Glossa *ibidem* verbo, *proventus*, quam interpretationem tenent Butrius & Abbas *ibidem*: Lara *de Capellaniis, lib.* 2. *c.* 2. *num* 31. Barbos. *in collectaneis ad eundem textum, num.* 3. *&* 7.

9 Septimò, obstat textus in *c. ad audientiam* 3. *de Ecclesiis ædificandis*, ubi apparet, quod ex una Ecclesia, alia de novo creari debet, ita ut ex redditibus Matricis, secundo Priori congrua portio assignari valeat. Verùm respondendum est, illius *textus* decisionem procedere in divisione justa, ritè & solemniter facta: veluti quando necessitas postulat in aliquo populo numeroso, vel à Matrice longè distante, cum Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & divina officia audienda accedere non possint: nam tunc nova potest Ecclesia in ipsius Parochia ædificari, & in ea Sacerdos instituì, certa portione de antiqua illi deputata; dum tamen antiqua Ecclesia congruis redditibus abundet; ita ut primus, & secundus minister, valeant congruè sustentari. Notat Salgado *de protectione Regia, tomo primo, parte tertia, capite quinto, numero trigesimo primo*, Menochius *consilio* 477. Cujus textus decisio hodie jam ampliata est in Concilio Tridentino. *sessione* 21. *de reformatione, capite quarto*, ut refert Barbos. *in remissionibus ad ipsum Concilium, in dicto capite quarto*, & in *collectaneis ad textum in dicto c. ad audientiam* 3. *de Ecclesiis ædificandis, numero primo, & secundo*, & in *Clem.* 2. *de rebus Ecclesiæ, num.* 4.

10 Octavò, prædictis obstat textus in *c. si quis Episcopus*, 16. *quæstione quinta*, *c. principali* 15. 63. *distinctione*: in quibus juribus constat posse Patronum plures præsentare ad unam Ecclesiam: igitur una Ecclesia inter plures dividi potest, ut existimat Glossa, verbo, *Clericos*, *in dicto c. si quis Episcopus*, 16. *quæstione quinta*. Augetur difficultas ex textu *in c. à nobis* 3. *de jure patronatus*: ubi apparet, Patronum, unum tantum Clericum præsentare posse. Verùm respondendum est, quod licèt Patroni possint plures præsentare, tamen unius hoc est idonei præsentatio tenet: *dicto capite tertio, de jure patronatus*: cum solus idoneus ab Episcopo sit eligendus, & instituendus; quo in casu Ecclesia non dividitur, siquidem ante Episcopi comprobationem nullum jus adquirunt, cum tantum jus ad rem competat digno: *c. quod autem* 5. *de jure patronatus*, notat Barbos. *in collectaneis ad eundem textum, numero tertio, & quarto*, meritò enim, si plures à diversis patronis fuerint præsentati, ille debet institui, qui à majori parte fuerit præsentatus: si verò à majori parte electus, fuerit indignus, à minori verò præsentatus dignus sit, hic tantum ultimus debet admitti ad beneficium: Rota *decisione* 625. *numero tertio*, Barbos. *in collectaneis ad Decretales, in dicto capit. quoniam* 3. *de jure patronatus, numero quarto*, de quorum jurium conciliatione plura refert Lambertinus *de jure patronatus lib.* 2. *parte prima, quæstione septima, articulo* 17.

Nonò, adversus textum nostrum *in versic. cum in* 11 *Lateranensi*, dum asserit, quod ii, qui conferendi beneficia potestatem habent, minime possunt pactione, vel conventione quacunque beneficio concedere, & sibi reservare, vel retinere proventus, vel suis usibus applicare, cum ex pactione illa simoniæ crimen committatur, *c. pactiones, de pactis*; si verò justa subsit causa, poterunt, antequam beneficium conferant, fructus retinere ad tempus, ut patet ex verbis illis, *ante donationem constituat, ut ipsi proventus retineant ad tempus*: obstabit textus in *c. tua nobis, penultimo, de verborum significatione*, ubi apparet, quod etiam si justa, & necessaria subsit causa, Episcopo non permittitur proprio jure retinere ad tempus fructus beneficiorum vacantium, cùm omnino ad id necesse sit; ut privilegium Pontificis consequatur. Consideratio est, si à jure communi ex justa causa, ex nostri textus decisione id Prælatis concederetur, frustrà privilegium Pontificis desideratur, cum frustra precibus impetratur, quod jure communi conceditur, *l.* 1. *Cod. de Thesauris, libro decimo*. Notant Doctores omnes in *capite primo, de rescriptis, libro sexto*. Cui difficultati satisfaciendum est dicendo, quod licet antiqui interpretes controvertant, an Episcopus cum Capitulo possit ad tempus retinere fructus beneficiorum vacantium in sua Diœcesi pro exoneratione debitorum suorum, quæ nomine Ecclesiæ contraxit; tamen omnibus ferè placuit, non posse absque speciali Pontificis privilegio ad id impetrato, ut manifestè depromitur ex *dicto c. penult. de verborum significatione, c. si propter debita* 10. *c. si tibi* 26. *de rescriptis libro sexto*, argumento textus in *Clem.* 2. *de rebus Ecclesiæ c. exposuisti de præbendis*.

Neque obstat *textus* noster in verbis *suprà* relatis: Quoniam intelligi potest, quando Episcopus constituit hoc non pro utilitate suæ Mensæ, vel Capituli, ut in *dicta Clement.* 2. *de rebus Ecclesiæ*: sed pro utilitate Ecclesiæ Cathedralis, veluti si fabrica Ecclesiæ Cathedralis non sufficit, nec Canonici cum Episcopo sunt potentes ad restaurationem fabricæ, quo in casu poterit Episcopus constituere cum Capitulum, ut fructus beneficiorum vacantium cedant fabricæ ad certum tempus: argumento textus in *capite primo, de rebus Ecclesiæ, lib.* 6. docent Abbas *in præsenti, num. final.* Ioannes Andreas *in dicto c. si propter debita*, quidquid dicat Glossa *in presenti*.

Nec huic interpretationi obstat *textus* noster, dum asserit Episcopum suis usibus fructus reservasse: non autem fabricæ Ecclesiæ ad tempus deputasse: Quia respondendum est, Pontificem *in versiculo, si vero*, non se referre ad factum illius Episcopi, sed regulam generalem constituere an, & quando possit Episcopus retinere fructus Ecclesiæ vacantis: & affirmat, quod pro justa, & necessaria causa hoc poterit; sed non est justa, ut retineat pro utilitate propria argumento textus in *l.* 1. *l. cupidus ff. de authoritate tutorum*: de qua re plura dicemus *in c.* 1. *de rebus Ecclesiæ*.

TITULUS XIII. DE rebus Ecclesiæ alienandis, vel non.

Ad textum in cap. Non licet 1. huius tituli.

SUMMARIUM.

1 *Prælato non licet rem unius Ecclesiæ in aliam vertere, aut permutare, ita demum potest si ambæ consentiant.*

2 *Donatio alienatio est.*
Prælati rerum Ecclesiæ non sunt Domini, sed administratores.
Permutatio non nisi cum Domino, vel cum eo qui loco domini est fieri potest.

3 *Res ædibus injunctæ ex* S. C. Trajano *legari, & alienari prohibentur.*

4 *Feudi alienatio licet inter extraneos sit prohibita; tamen intra conjunctos permissa censetur.*

5 *Expenditur text. in* l. voluntas 4. C. de fideicommissis, l. pater 39. §. quindecim, ff. de l. unio 8. §. si uni, ff. de transactionibus.

6 *Exponitur text. in* c. cum Apostolica 7. de his quæ fiunt à Prælato.
Decimæ unius Ecclesiæ sola Episcopi auctoritate ad aliam transferri possunt.

7 *Declaratur textus in* cap. ad audientiam 3. & final. de Ecclesiis ædificandis.
Episcopo, justa subsistente causa, licet rem unius Ecclesiæ alteri donare: & ibi exponitur text. in c. inferior, de majoritate, & obedientia, c. 1. de rebus Ecclesiæ, lib. 6.
Vnio alienatio est.

8 *Interpretatur textus in* Clementina 2. de rebus Ecclesiæ, *& conciliatur cum* cap. 1. eiusdem tituli, lib. 6.

9 *Elucidatur textus in* cap. ad audientiam 3. de Ecclesiis ædificandis: & Clement. 2. de rebus Ecclesiæ.

10 *Ratio redditur ad textum in* cap. bonæ 12. quæst. 2. cap. Pastoralis, de his quæ fiunt à Prælatis, cap. Apostolicæ, de donationibus.

11 *Episcopus omnes Ecclesias sub sua potestate, & gubernatione retinet.*

12 *Exponitur textus in* cap. Abbatibus, 12. quæstion. 2. cap. in venditionibus, 17. quæst 4. Clement. 1. de rebus Ecclesiæ.

13 *Permutatio, alienatio est.*

CONCLUSIO.

NON *licet Prælato rem unius Ecclesiæ in aliam vertere, quamvis amba in eius potestate sint: permutare tamen ita demum potest, si ambæ consentiant.* Quæ conclusio comprobari potest ex omnibus juribus, quæ alienationem, & permutationem prohibent: præcipuè in *c. 1. cap. continebatur 2. cap. cum nos 3. c. novit 4. c. quanto 5. c. tua 8. c. Pastoralis 9. de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli: cap. ad quæstiones, de rerum permutatione: cap. constitutus, de Religiosis domibus, cap. sine exceptione, cap. non liceat Papæ,* cum aliis, 12. *quæst. 2. cap. ad audientiam, cap. tua, de Ecclesiis ædificandis, cap. cum venerabilis 6. de exceptionibus, cap. sicut unire de excessibus Prælatorum, cap. cum inferior, de majoritate, & obedientia, cap. 1.* juncta ejus Glossa 22. *distinct. cap. 2. §. item sibi,* 10. *quæst. 2. cap. nulli,* 12. *quæst. 1. cap. bonæ,* juncta ejus Glossa, 12. *quæst. 2. cap. 1. hoc titulo, lib. 6. Clement. 1. de rerum permut. cap. de Ecclesiasticis* 8. 25. *quæstione secunda,* Comcilium Tridentinum *sessione 22. cap. 11. authentica, sed & Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis.* Exornant præter Scribentes *in dictis juribus,* Calderinus *Consilio 4. hoc titulo,* Gotofredus *in tract. de libellis,* in hac Rubrica, verbo, *prohibita,* Socinus *regula* 148. Conradus *in templo Iudicum quæst. 3. c. 5. §. 4. lib. 2.* Lucas de Penna *in l. 1. C. de fide instrumentorum,* Decianus *consilio 25. volumine 1.* Petrus Surdus *consilio* 114. Iacobus Puteus *decisione Rotæ* 441. *libro secundo,* Æmilius 1. *parte, decisione* 35. Rodoanus *in tract. speciali ad hunc titulum, quæst. 19. numero 5. & quæst. 27. num. 9. & 29.* Filliucius *de statu Clericorum tract. de alienatione rerum Ecclesiarum, c. 5.* cum *omnibus suis §§.* Mascardus *de probationibus, conclusione 75.* Covarru. *lib. 2. variarum, cap. 17. num. 2.* Barbos. plures referens in *Rub. hujus tituli,* Idem *de officio, & potestate Episcopi, parte 3. allegatione 95.*

Ratio potissima est: quia cum alienatio rerum Ecclesiæ prohibita sit, *dicto cap. sine exceptione, cap. non liceat Papæ, 12. quæst. 2.* Concilium Tridentinum *sessione 22. cap. 11.* & donatio, sive commutatio, alienatio sit, ut in *dictis juribus* exprimitur; mirum non est, quod Prælatus non possit res unius Ecclesiæ ad aliam convertere; siquidem illa generalis prohibitio hunc etiam casum comprehendit. Et de donatione, plenissima ratio est, siquidem una Ecclesia cum alterius jactura locupletaretur contra rationem naturalem, *l. nam hoc natura, ff. de condictione indebiti: l. jure naturæ, ff. de regulis juris:* & ut unum altare ornetur, alterum expoliare non oportet: notat Glossa in *cap. omnes* 1. verbo, *injustitiam facit,* 22. *distinct.* cum esset injustum, ut Ecclesiæ bona, quæ sunt ejus dos; *cap. sicut, de consecratione Ecclesiæ, vel altaris, cap. nemo, de consecratione, distinct. 1.* ab ea auferantur. De commutatione quoque eadem ratio est; cum alienatio sine causa fieri prohibeatur, quam rationem referunt Barbacia *in præsenti, num. 1.* Cardinalis *num. 2.* Ioannes Andreas, verbo, *permutatio,* Berojus *num. 29.* præcipuè, cum Prælati rerum Ecclesiæ non sint domini, sed administratores tantum, *cap. 2. de donationibus,* quare procuratores dicuntur in *cap. edocere, de rescriptis, cap. final. 12. quæst. 1.* dispensatores in Evangelio, *Lucæ* 12. & in *cap. præcipimus, cap. res Ecclesiæ, 12. quæst. 1. cap. in canonibus,* 18. *quæst. 1.* cum ergo Domini non sint, licet domino ad libitum alienare sit permissum, *l. in re mandata, Cod. mandati, l. sed si lege, §. consuluit, ff. de petitione hæreditatis,* tamen administratori non licet alienare, aut permutare, etiam ad similes usus, *l. 1. & 4. ff. de administratione rerum ad civitatem pertinentium,* requiritur autem subditorum consensus. Ratio est; quia nullus est contractus, in quo partium consensus, non sit necessarius, *l. 1. §. conventiones, ff. de pactis, l. 9. in fine, l. in omnibus* 55. *ff. de obligationibus,* & permutatio nisi cum dominio, vel cum eo, qui loco domini est, fieri non potest, *l. 1. §. penultimo, ff. de rerum permutatione, cap. cum venerabilis, de exceptionibus:* unde nihil mirum, quod nisi cum ipsius Ecclesiæ, & Superiorum consensu, res Ecclesiæ in quemcunque contractum trahi non possint. Notant Hostiensis, & Joannes Andreas, *in præsenti,* verbo, *consensu,* Cardinalis *in fine,* Abb. *n. 4.* Ancarranus *num. 2.* Imola *n. 3.* Borojus *n. 29.* 2

Primò, obstabit dicere, quod licet res Ecclesiæ generaliter alienari prohibeantur, non tamen sub eadem generali prohibitione debet comprehendi, ut res unius Ecclesiæ ad aliam transferatur: nam licet ex *Senatus Consulto Trajano* ob publicam utilitatem sit prohibitum alienare, legare, seu vendere res ædibus injunctas, ne ædificiorum aspectus deformetur, juxta textum in *l. Senatus* 56. *ff. de contrahenda emptione, l. Marcellus* 45. *ff. de donationibus inter: l. 2. & 6. Cod. de ædificiis privatis;* tamen in pœnis *ibidem* in illa generali prohibitione positis, non continentur hi, qui vendunt, legantivè res uni domui affixas, ut in aliam domum transferantur, *dicta l. 2. & 6. Cod. de ædificiis privatis;* ubi ratio redditur, quia utrobique publicum 3

decus

decus est: ergo sic similiter in specie nostri textus, licet alienatio rerum Ecclesiæ generaliter sit prohibita, non tamen in ea erit prohibitum, ut de una ad aliam Ecclesiam res transferatur, quæ in eadem civitate, & sub eodem Prælato existit, cum utrobique eadem Religionis, & publica causa existat. Verùm respondendum est, plurimam differentiam versari inter generalem alienationem rerum in ædificio injunctarum, & inter generalem rerum Ecclesiæ alienationem: nam in illis alienatio, & transactio est prohibita propter publicam utilitatem, ne demolitio fiat, & publicus aspectus deformetur: in qua generali prohibitione non continetur translatio rei, quæ uni domui injuncta est, ut ad aliam fiat, dummodò ne in totum aspectus ædificii deformetur: *l. 2. & 6. Cod. de ædificiis privatis*: tum etiam requiritur, ut is, qui transfert, utriusque domûs dominus sit, *l. cætera* 41. §. 3. *ff. de legatis* 3. meritò mirum non est, quod tunc cesset illa prohibitionis ratio, cum semper in ejusdem civitatis aspectum, & ejusdem domini utilitatem translatio redundet: At verò in specie nostri *textus*, cùm Prælatus non dominus, sed tantum administrator rerum Ecclesiæ sit, ut suprà diximus, ei non potest illa transferendi facultas concedi, & cùm prohibitionis ratio sit, ne quod semel unicuique Ecclesiæ datum est pro dote, auferatur ab ea, etiam si ad aliam transferatur, cum fiat injuria Ecclesiæ, cui aufertur, quod non evenit in juribus *suprà* in argumento adductis, meritò cùm dispar sit ratio, nihil obstant: de quorum expositione plura refert Cuiacius *lib. 5. observationum, cap. 26. & lib. 19. cap. 2.* Pacius *centuria 5. quæst. 6.* Donellus *lib. 8. commentariorum, c. 11.* Otualdus *ad eundem, ibidem, litera Z.*

4 Secundò, obstabit dicere, quod licet prohibita sit feudi alienatio, ut in toto titulo *de feudis*, & *lib. 2. feudorum, titulo de prohibita feudi alienatione per Federicum*; nihilominus poterit feudum alienari, inter eosdem conjunctos, & cognatos, licet non possit inter extraneos, *cap. 1. de alienatione paterni feudi*, §. *sed etiam res, libro secundo, feudorum*: ergo quamvis rerum Ecclesiæ alienatio sit prohibita, non debet intelligi inter Ecclesias uni Diœcesi conjunctas, sed tantum ad extraneas. Verùm respondendum est jura in argumento adducta procedere in feudo paterno, id est agnatis concesso, ut notat Baldus *in l. voluntas, Cod. de fideicommissis*, Afflictis *in titulo de alienatione feudi, numero* 63. quod quidem feudum, etsi alienari nequeat, poterit tamen successor illud cedere, & renunciare in favorem proximioris agnati, & tunc alienatio non dicitur, sed potius refutatio, sive renunciatio proprii iuris, quod factum cuique permissum est, docet Molina plures referens, *lib. 1. de primogeniis, cap. 6. num. 45. & lib. 3. cap. 1. num. 21.* & prædictæ alienationes permittuntur inscio domino feudi: quia cum nihil interest domino feudi apud unum, vel alterum, feudum esse, dummodo intra cognationem remaneat, cui concessum est, justa de causa ab uno cognato in alium renuntiari poterit. Notat Afflictis in *titulo de vassallo, qui contra constitutionem, num.* 37. Cæterum una Ecclesia in aliam transferri non potest, siquidem unaquæque dotem suam conservare debet, & propter earum singularem favorem omnis alienationis species prohibita est, ut *suprà* diximus in decidendi ratione.

5 Tertiò, obstabit dicere quod quamvis quis per testatorem sit prohibitus alienare, poterit tamen is sorori suæ donare, *l. voluntas* 4. *Cod. de fideicommissis*: & licet legatarii sponte, & libenter sint prohibiti alienare, poterunt tamen inter conjunctos alienare, *l. pater* 39. §. *quindecim, digestis, de legatis* 3. ergo etiam prohibita alienatione rerum Ecclesiæ, poterit una Ecclesia alteri sorori tanquam conjunctæ dare, & in eam transferre. Sed respondendum est, alienationes illas tantum esse prohibitas extraneorum causâ, & in favorem familiæ permissas: meritò nihil mirum, quod alienatio valeat, dummodo intra eandem familiam remaneat: at in nostro *textu*, ipsarum Ecclesiarum causa alienatio rerum Ecclesiæ est prohibita, meritò nec inter se alienare, aut commutare possunt propter rationes, & conditiones *suprà* adductas: quam differentiam confirmo eleganti exemplo desumpto ex *leg. uni.* 8. §. *si uni, ff. de translationibus*, ubi apparet, quod si fundus alimentorum causa sit legatus, non poterit, nec inter ipsos collegatarios alienari sine solemnitate, cum fundus ipse sit datus ad alimenta, quorum alienatio prohibita est, ne scilicet alimenta deficiant; notant Bartolus, & Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum.*

Quartò prædictis obstat illa *Divi Hieronymi* autho- 6
ritas relata *in cap. cum Apostolica* 7. *de his, quæ fiunt à Prælato*, ubi apparet decimas unius Ecclesiæ ad aliam Ecclesiam sola Episcopi authoritate transferri posse. Cui dubio satisfacies, si dixeris illius *textus* declarationem intelligendam esse de decimis in feudum datis ex jure antiquo ante Concilium Lateranense, quas Ecclesia illo in tempore vindicare non poterat propter antiquam infeudationem, ut cum Glossa final. *ibidem*, annotarunt Interpretes omnes: quo in casu permissum est, ut solius Prælati intervenientis consensu, alii quoque Ecclesiæ applicare possint, quod receptum est utilitatis causa, ut *suprà* diximus in decidendi ratione, ad textum in *dicto cap. cum Apostolica, de his, quæ fiunt à Prælato*: cum etiam decimæ non ad Ecclesiam, cui debentur, sint adjudicatæ, tamen saltem ad usum Ecclesiasticum perveniunt, ut bene animadvertit *Innocentius III.* illius textus auctor, in illis verbis: *quia videlicet aliud sit alienare, quod ab Ecclesia possit fieri; & aliud, quod de jure datur à laico ad usum Ecclesiasticum revocare*: notat Glossa *ibidem*, cum à me tradita in *commentariis ad eundem textum.*

Quintò, obstabit texus *in cap. ad audientiam 3. & final. de Ecclesiis ædificandis*, ubi permittitur Episcopo, ut si crescat populus, vel ob aliam causam Ecclesia indigeat, eas erigere, & certam portionem, & proventus ex antiqua Ecclesia eis assignare. Cui difficultati satisfacies, si dicas prohibitionem nostri *textus* accipiendam esse, cum nulla justa subest causa: cæterum si justa causa existat, licebit Episcopo rem immobilem Ecclesiæ alteri donare, meritò cum in *dictis juribus* justa interveniat populi causa, videlicet ne ecclesia cum non ita facile possint propter distantiam loci Sacramenta percipere, justissimè potest, & debet Episcopus novam Ecclesiam erigere, non obstante appellatione, & neglecto juramento, si forte fuerit de non alienando res Ecclesiæ: Concilium Tridentinum *sessione 22. de reformatione, cap. 4.* notat Glossa *in dicto cap. ad audientiam*, Barbol. & Decius *ibidem*, de quo plura divimus in *cap. ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, in hoc dubio.* Ita similiter est intelligendum *textus in cap. inferior, de majoritate & obedientia*, Glossa *Cathedralis*, plura jura refert: *Extravagante de concessione prædendæ, cap. 1. Clementina de excessibus Prælatorum*, Glossa *sede vacante*: Surdus *de bello Bajocensi principium*, Bellarminus *de Romano Pontifice*, versic. *si haberet*. Menochius *illustrium cap. 31.* Similiter etiam est intelligendum *cap. 1. hoc titulo lib. 6.* ubi præcipitur, ut Ecclesia, dato, & vocato ejus defensore, Ecclesiæ decimas, & redditus alteri dimittere Ecclesiæ pauperi applicare, ita ut unio illa [illegible] ratio, seu annexio, ut aliàs etiam fit in *cap. [illegible] quæst. 3. cap. & temporis*, 10. *quæst. 1. cap. extirpande*, [illegible] *vero, cap. expoluisti, de prædendis*, licet unio aliter non possit, notant omnes in *cap. sicut unire de excessibus Prælatorum.* Ojeda *de incompatibilitate, 2 parte, c. 3. num 9.* Antonius Faber *in C. lib. 4. titulo, de rerum permutatione, diffinitione 12. n. 7.* Salgado *de Regia protectione, parte 3. c. 5.* de [illegible] unione disceptatur in Concilio Trident. *sess. 7. c. 6. & 7. sess. 14. c. 9. sessione 24. cap. 13. & sessione 25. cap. 9. & 17.*

Sextò,

8 Sextò, solutioni obstat textus in *Clem. 2. hoc titulo*, ubi nulla citatio desideratur, ut alienatio illa, unio, seu incorporatio ab Episcopo possit fieri. Quorum jurium discordiam ut componas, adnotare debes ideo *in dicto cap. 1. hoc titulo lib. 6.* unionem fieri non posse nisi citato Rectore, vel defensore Ecclesiæ dato: quia ibi non tota Ecclesia, sed quædam fructuum pars, & reddituum uniri desiderabatur: quare cum Rectori Ecclesiæ, & successoribus in beneficio magnum præjudicium generaretur, justa de causa absque citatione Rectoris, vel Ecclesiæ defensore fieri nequit: At verò in *dicta Clemen. 2. hoc titulo*, Ecclesia unita fuit; meritò cùm nulli Rectori præjudicium fiat, non viventi, quoniam non nisi post ejus mortem unio fortitur effectum: *cap. consultationibus 4. de donationibus*; nec successori, siquidem in eodem beneficio nullus sit successor: nec Ecclesiæ, cum ex inde non pauperior fiat: nihil mirum, quod Rectoris citatio, vel defensoris munitio non sit necessaria; cùm nullus inveniatur, cuius interesse possit: notat Glossa *in dicta Clemen. 2.* verbo, *defensor*, ubi Cardinalis, Ancarranus, Imola, & Bonifacius Lambertinus *de jure patronatus 1. parte, quæst. 3 articulo 13.* latè Barbos. omnino videndus *in dicta Clem. 1. hoc titulo, num. 11. cum sequentibus.*

9 Septimò, solutioni traditæ ad textum *in dicta Clementina 2. hoc titulo*, valde obstabit textus in *cap. ad audientiam 3. de Ecclesiis ædificandis*, ubi omnino Rectoris citatio desideratur, ut unio fiat. Verùm respondendum est, ideo *in dicta Clementina 2. hoc titulo*, citationem non desiderari: quia unio illa in vita Rectoris suspenditur: At verò *in dicto cap. ad audientiam*: & in Concilio Trident. *sessione 21. de reformatione, capit. 4.* ideo necessaria fuit citatio, quia dismembratio Ecclesiæ matricis statim in vita Rectoris suum operatur effectum. Nec obstabit, si dixeris adhuc *in dicta Clement. 2. hoc titulo*, necessariam fuisse Rectoris citationem, ex eo, quod quamvis in ejus vita unio suspendatur, nihilominus ei magnum præjudicium fit, cum facultas permutationis ei auferatur, ut rectè notavit Rebuffus *in praxi, titulo de unionibus, glossa 11. num. 8.* Verùm respondendum est, præjudicium Rectoris *in Clement. 2.* non principaliter, sed in consequentiam provenire; quod attendi non debet. Notat Glossa 2. *in l. de unoquoque, ff. de re judicata; l. 1. versic. Prima enim ratio, ff. de authoritate tutorum*, præcipuè, cùm ex principali dispositione publica utilitas præteritur, siquidem Episcopus uniendo unam Ecclesiam alteri, principaliter intendit utilitati, seu necessitati Ecclesiæ consulere; quæ publica utilitatis causa interveniente sufficit, ut beneficiario auferatur jus permutationis, quod habet: *cap. ad quæstiones, de rerum permutatione; Clement. unica, eodem titulo*, quæ jura ita ad concordiam reduxit Barbos. *in collectaneis ad textum, in dicta Clement. 2. hoc nostro titulo, n. 4.*

10 Octavò, obstat textus *in cap. bona, 12. quæst. 2. cap. pastoralis, de his, quæ fiunt à Prælatis*: *cap. Apostolica, de donationibus*, ex quibus deprehenditur, licere Episcopo rem unius Ecclesiæ, Monasterio, sive alteri Ecclesiæ donare: Ergo unius Ecclesiæ rem facilius poterit in aliam Ecclesiam vertere. Sed respondendum est, id rectè facere posse, interveniente justa causa, nempe si Monasterium construere voluerit, cui quinquagesimam partem census suæ mensæ donare potest Ecclesiæ, quam pro sepulchro suo magnificare voluerit: siquidem utraque causa tanquam justa judicata est à Canonibus, dum tamen Ecclesiæ, cui bona illa auferuntur, grave præjudicium non fiat, ut in *dictis juribus* cautum est; & *in l. 4. titulo 14. partita 2.* Notant Bellamera, Dominicus, & Præpositus *in dicto cap. bona, 12. quæst. 2.* Abb. & Cardinalis *in dicto cap. Apostolica, de donationibus.*

11 Nonò, obstabit dicere, quod Episcopus omnes Ecclesias suæ Diœcesis sub sua protectione, & gubernatione habet, *cap. decretum, c. regenda, 10. q. 1. c. omnes basilicæ, 6. q. 7. c. præcipimus, 12. q. c. conquerente, de officio Ordinarii; c. cum venerabilis 6. de exceptionibus.* Ergo ex vi potestatis, & gubernationis potest rem unius Ecclesiæ alteri donare. Cui dubio respondendum est, propositionem hanc ita esse accipiendam, videlicet Episcopos plenam in rebus Ecclesiasticis habere potestatem, saltem ad dispensationem, administrationem, seu gubernationem: non verò ad distractionem, seu dissipationem; & ideo tunc domini censentur, quando bene administrant, non verò cùm dissipant, vel sine causa alienant, sicuti videmus in tutore, *l. interdum 58. §. qui talem, ff. de furtis.* Et juxta hæc interpretari debet *textus noster*, qui sibi ipsi contradicere videtur, dum in principio docet, res Ecclesiarum in Episcopi potestate consistere; & deinde posse pro arbitrio de eis disponere, uti de rebus suis: argumento textus *in l. in re mandata, Cod. mandati*: quod tamen *in fine textus* negat: meritò ita intelligendus est, scilicet Episcopum habere potestatem in rebus Ecclesiæ, hoc est ad administrandum tantùm, non verò ad dissipandum, ut est: ita Cardinalis, Ancarranus, & Imola *in præsenti.*

12 Decimò, advertus ea, quæ refert *textus noster*, dum asserit, Abbatem posse de consensu partium terras Ecclesiarum invicem permutare, obstabit textus *in cap. Abbatibus, 12. quæst. 2. capitulum venditionibus 17. quæst. 4. Clemen. 1. Hoc titulo*; ex quibus juribus deducitur, Abbatem non posse alienare, nec alienationi authoritatem præstare, cum solis Episcopis id sit reservatum. Verùm poteris respondere, *textum* nostrum esse intelligendum de Abbate exempto, qui habet Ecclesias sibi pleno jure subjectas, ut docet Innocentius *in cap. statuimus, de transactionibus*, Glossa verbo, *proprii, in Clemen. 1. hoc titulo.* Abb. & Burgos *in præsenti, num. 3. 14. & 25.* Covarru. *lib. 1. variarum, cap. 3. n. 9.* Ratio est: quia una pars alternativa declarat alteram, ut *in l. 1. de rebus dubiis*; quemadmodum una pars testamenti declarat alias ipsius testamenti partes: ut *in l. qui filiabus 27. ff. de legatis 1.* & sic illa nostri textus verba, *Episcopo, vel Abbate*, propter alternativam dictionem, *vel*, intelligi debent de Abbate exempto, simili Episcopo, cum *in præsenti* assimilentur, quoad authoritatem alienationis; meritò ut rectè assimilatio fiat, *textus noster* intelligi debet de Abbate habente jura Episcopalia: argumento textus *in cap. in his 15. de verborum significatione: c. tua, de consanguinitate, & affinitate*, cum traditis ab *Everardo, loco, ab æquipollentibus, num. 1.* Comprobatur etiam expressè *in cap. ad nostram, infra, hoc titulo*, ubi valet alienatio facta Abbate cum consensu sui Conventus: Ratio est, quia ibi Abbas erat exemptus, & exercebat jura Episcopalia; qui intellectus verus est, licet Covarru. *dicto lib. 1. variarum, cap. 3. num. 8.* existimet ibi alienationem ab Abbate factam, nullam fuisse, cujus intellectus ex *eodem textu* convincitur, dum probat fuisse necessariam restitutionem, & probationem læsionis; quæ omnia præsupponunt contractum validum fuisse, siquidem restitutio præsupponit validationem actus, juxta textum *in §. rursus, Institut. de actionibus, l. nam & si sub conditione, §. & post defectum, ff. de injusto, rupto.*

13 Undecimò, obstabit dicere, quod is, qui permutat, alienat: *l. 1. ff. de rerum permutatione, cap. 1. & per totum, eodem titulo; capit. tua nuper, de his, quæ fiunt a Prælato: cap. nulli, infra, hoc titulo, cap. sine exceptione*, versic. *commutare, 12. quæst. 2.* at in alienatione rerum Ecclesiæ non sufficit utriusque partis consensus, cum necessaria sit integra juris solemnitas, de qua *in dicto capit. sine exceptione, 12. quæst. 2.* ergo non rectè *in præsenti*, in permutatione facienda asseritur sufficere Episcopi authoritatem, dum utriusque partis consensus interveniat. Verùm breviter respondendum est, jura *suprà* in argumento adducta procedere in mera donatione rerum Ecclesiæ, in qua requiritur solemnitas, quæ refertur in *dicto cap. sine exceptione*: cæterum in permutatione, quæ fit de re unius Ecclesiæ cum alia, sufficit authoritas Episcopi, & consensus Ecclesiarum inferiorum, &

Recto-

Rectorum earum, licet consensus Capituli non interveniat; juxta textum *in c. Ablatibus*, 12. *qu.* 2. *Clementina* 1. *hoc titulo*, notat Abbas *in præsenti*, *num.* 5.

Ad textum in cap. Qui res 2. & final. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Principes seculares res Ecclesiæ donare non possunt: & qui ab eis recipiunt, excommunicantur.*

2 *Principes seculares in rebus Ecclesiasticis nullam habent potestatem.*

Nemo plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habet.

Malæ fidei possessor censetur is, qui rem recipit ab eo, qui jus in re non habet.

Bona Ecclesiæ, bona pauperum sunt.

3 *Exponitur textus* in l. deprecatio, ff. ad l. Rhodiam de jactu.

Imperator omnium rerum mundi Dominus est.

4 *Interpretatur textus* in capit. de rebus 12. quæstione 2.

5 *Expenditur textus in* cap. convenior, vers. eo quod; 12. 23. quæst. 2.

6 *Declaratur textus* in cap. si tributum, versic. si agros 27. 11. quæst. 1.

Vindicatio solis dominis competit.

7 *Expenditur textus* in leg. Sancimus, Codic. de Sacrosanctis Ecclesiis: leg. 2. titulo 2. lib. 1. recopilationis.

8 *Principi licet rem meliorem sive æqualem Ecclesiæ donare, & sibi ab Ecclesia aliam percipere, requisitis ibi positis.*

9 *Interpretatur textus* in cap. 2. cap. curæ, 11. quæst. 3. cap. cum & plantare, §. 1. de privilegiis.

Excommunicatus ab una Ecclesia, quoad omnes similiter censetur excommunicatus.

CONCLUSIO.

1 PRincipes seculares res Ecclesiæ donare non possunt, & qui ab eis recipiunt, excommunicantur, perduntque omnia, quæ ab Ecclesia aliàs legitimè obtinebant. Quæ Conclusio comprobari potest ex textu in *cap. final. hoc nostro titulo*: *cap.* 2. *de donationibus*: *cap. aerebus* 21. *cap. nulli liceat*, 3. 12. *quæst.* 2. *cap. convenior* 21. 23. *quæst.* 8. *cap. quæ in Ecclesiarum*, *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, *de constitutionibus*: *cap. gravem, de sententia excommunicationis*: *cap. eos, de immunitate Ecclesiarum lib.* 6. *cap. cum terra* 14. *capit. Sacramenta* 51. *cap. Massana* 56. *de electione*: *cap. dudum* 31. *de decimis*: *cap. causam quæ, de præscriptionibus*: *cap. quanquam, de censibus lib.* 6. *authentica, Cassa, & irrita, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*: Concilium Arelatense, *cap.* 24. Tridentinum *sessione* 25. *cap.* 20. *& sessione* 22. *de reformatione, cap.* 11. *& cap. Imperium*, 10. *distinct. cap. qui pè, de electione lib.* 6. *cap. præsenti, de officio Ordinarii lib.* 6. *leg.* 26. juncta ejus *Glossa* 6. *tit.* 29. *partita* 3. *& glossa* 3. *in principio*: *leg.* 53. *titulo* 5. *partita* 5. *leg.* 11. *titulo* 2. *lib.* 1. *Recopilationis*: Exornant Azevedus *ibidem num.* 1. *&* 10. cum sequentibus, Rebuffus 3. *tomo constitutionum Francic. ut laici non conveniri, glossa* 1. *num.* 1. cum *sequentibus*, Lapus *allegatione* 92. Castillo *rerum quotidianarum lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 27. *&* 65. *in principio*, Matta *de jurisdictione*, *parte* 1. *centuria* 1. *casu* 48. Caldas Pereira *de emptione, & venditione*, *cap.* 12. *num.* 27. Felinus *in cap quæ in Ecclesiarum*, *de constitutionibus num.* 38. Duennas *regula* 238. versic. *limita* 3. Bartolus *in leg. filius familias*, §. 1. *ff. de legatis* 1. *à num.* 78. ubi Jason *numero* 82. Peregrinus *de jure fisci, lib.* 6. *titulo* 4. *num.* 18. Suarez *allegatione* 8. *num.* 12. Suarez *tomo* 5. *de censuris*, *disputat.* 22.

Granna in Decret.

sectione 6. *num.* 22. Barbos. *de potestate Episcopi, parte* 3. *allegatione* 50. *num.* 130. *& in collectaneis ad Decretum in dicto cap. nulli liceat* 3. *& in cap. Apostolicos*, 12. *qu.* 2. ubi alios plures refert.

Ratio, quare Principibus *in præsenti* prohibetur 2
res Ecclesiæ alienare, ea est: quia Principes seculares in rebus Ecclesiasticis nullam habent potestatem, imò earum sunt incapaces, siquidem potestas gubernandi Ecclesiastica, à Deo Optimo Maximo suis Vicariis data est, in verbis illis, *Pasce oves meas*: junctis verbis, *Tu es Petrus*, relatis *in cap. in novo*, 21 *distinct. cap. ita Dominus.* 19. *distinct.* ut jam diximus in *commentariis ad textum in cap. decernimus* 2. *de judiciis*. Quæ incapacitas etiam Imperatores, & Reges comprehendit, sive quoad jurisdictionem, ut in *cap. novit, de judiciis*, *cap. tuam, de ordine cognitionum*, *cap. cum terra* 14. *cap. Sacramenta* 51. *&* 56. *de electione*, Concilium Tridentinum *sessione* 22. *de reformatione, cap.* 11. sive etiam quoad bona: *cap. quæ in Ecclesiarum*, *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitutionibus*, *cap. causam quæ de præscriptionibus*, *cap. final. hoc titulo*, *cap. quanquam*, *de censibus lib.* 6. *cap.* 1. *& sequentibus*, 96. *distinct. cap. cum terra* 14. *de electione*, *cap. dudum* 31. *de decimis*. Deinde, quia nemo plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habet: *cap. nemo potest*, *de regulis juris lib.* 6. & is, qui jus in re non habet, non potest titulum in alium transferre, *l. Sulpitius*, *ff. de donationibus inter*, *l. minor* 19. *versic. denique*, *ff. de minoribus*: qua de causa censetur malæ fidei possessor, qui rem recipit ab eo, qui jus in re non habet, cum pro non dato habeatur, *l. traditio* 20. *ff. de adquirendo rerum dominio*, *l. si universa*, *Cod. de legatis*, *cap. quod autem*, *in fine*, *de jure patronatus*: qua de causa in *textu nostro* statuitur, Principem tanquam incapacem, & nullum jus habentem in rebus Ecclesiasticis, non posse res Ecclesiæ donare: Similiter etiam recipiens excommunicatur, & pœnis *in præsenti* propositis punitur: quia bona Ecclesiæ, bona pauperum sunt: *cap. præcipimus*, *& final.* 12. *quæst.* 1. *cap. final.* 16. *quæst.* 1. & textus noster in versic. *egentium*, cùm is, qui bona Ecclesiarum, quæ pauperum sunt, usurpare conatur, sacrilegus reputetur, raptoribusque assimiletur, cùm idem sit rapere, vel rapta scienter retinere, *cap. sæpè*, *de restitutione spoliatorum*; & pro sacrilegio excommunicatio, & pecuniaria pœna à Pontifice sit imposita, *cap.* 1. & *per totam* 17. *quæst.* 4. *cap. conquestus*, *de foro competenti*, Julius Clarus *in praxi*, §. *sacrilegium*: meritò *in præsenti* recipientes scienter res Ecclesiæ à Principe donatas, tanquam sacrilegi excommunicantur, & aliis pœnis puniuntur: adeò ut si laici sint, possint hoc in casu in foro Ecclesiastico conveniri, *cap. cum sit generale* 8. *de foro competenti*: notat Ancharranus *in præsenti*, Julius Clarus, *ubi suprà*, *quæst.* 27. versic. *ulterius quæro.*

Primò, obstat textus in *l. deprecatio, ff. ad legem Rho-* 3
diam de jactu, *l. bene à Zenone*, *C. de quadriennii præscriptione*, ubi apparet Imperatorem omnium mundi rerum Dominum esse: ergo rectè poterit Princeps res Ecclesiæ donare. Verùm respondendum est, quod etsi Princeps justa de causa jus alteri jam quæsitum, vel quærendum, in profanis, possit tollere; compensatione adhibita, & in alium transferre, ex dictis juribus, *l.* 1. *Cod. de precibus Imperatori offerendis*, *l. item si verberatum* §. 1. *ff. de rei vindicatione*, *l. Lucius Titius* 11. *Cod. de evictionibus*; notat Pachineus, *lib.* 8. *controversiarum*, *cap.* 63. Mendoza *lib.* 1. *de pactis*, *cap.* 5. *num.* 23. Menochius *de arbitrariis*, *casu* 84. *num.* 9. Paciolus *lib.* 2. *thesauri*, *cap.* 23. Orosius *in l. Princeps. ff. de legibus*, *nu.* 11. Petrus Gregor. *de Republica*, *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 37. *&* 54. Doctor Bolboa *in cap.* 1. *de causa possessionis*, *& proprietatis*, *num.* 30. *cum sequentibus*: tamen in Ecclesia, seu Ecclesiasticis bonis, jus quæsitum, nec quærendum, etiamsi justa causa intervenit, auferre non potest. Notat Covarruvias *in regula*, *possessor*, 2. *parte*, §. 5. *num.* 8. Decius *in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, *n.* 7. Tuschus 3. *to. litera L. verbo. libertas Ecclesiastica*, *conclusione* 342. Doctor Larrea *in decisionibus Granatensibus* 1. *tom. disp.* 8.

num. 74. Merito constitutio Zenonis, & Justiniani, *in dicto l. de revocatio, & in dicta l. bene à Zenone*, tanquam juri Ecclesiastico, & eorum bonis contraria ex defectu potestatis non debent admitti, ex *dicto cap. Ecclesia Sanctæ* MARIÆ cum similibus, *de constitutionibus*; atque ideo in Concilio Lugdunensi 4. celebrato *Anno* 1080. sive Alvernensi, *Anno* 541. Pontifices declarant sub illorum Zenonis, & Justiniani constitutionibus res Ecclesiæ minimè fuisse comprehensas, ex rationibus, & juribus *suprà in num. precedenti* traditis: det qua re plura, qui velit, videat apud Castaldum *tract. de Imperatore, quæst.* 52. *cum sequentibus*, *volumine* 16. *noviorum Tractatuum*, Menochium *consil.* 2. *num.* 98. *volumine* 1.

4 Secundò, solutioni obstat textus *in cap. de rebus*, 12. *quæst.* 2. ubi Nicolaus Papa scripsit, quod si quis res Ecclesiæ temeraria præsumptione invadit, excommunicandus est; si verò à Principe res Ecclesiæ acceperit, non ille, sed Princeps ipse redarguendus est: ergo res alienatæ à Principe apud accipientem remanebunt. Verùm respondendum est, Nicolai Pontificis mentem esse, ut si quis propria authoritate res Ecclesiæ invasit, & Princeps, redarguendus est: legit enim Antonius Cuchus adhibita copulativa dictione, & itaque in primo casu, cum ipse solus invadit, solus ipse excommunicandus est: cum verò Princeps concesserit, non excusatur recipiens, ut malè nonnulli credunt, sed excommunicatur ipse, & Princeps quoque redarguitur, & ad emendationem compellitur; ut notat Glossa *in dicto cap. de rebus*; 12. *quæst.* 2. Ex quibus constat textum *in dicta l.* 2. *&* 3. *Cod. de quadriennii præscriptione, cum similibus*, in rebus Ecclesiæ omnino cessare: de quarum interpretatione, ultra Glossam, & Doctores omnes *in præsenti* videndi sunt Felinus *in dicto cap. quæ in Ecclesiarum, num.* 33. *&* 58. Duennas *regula* 238. Menochius *consil.* 20. Gregor. Lopez *in l.* 3. *&* 5. *tit.* 5. *partita* 5. Donellus *lib.* 5. *commentariorum, cap.* 3. Osualdus *ibidem, litera D.* Doctor Amaya *lib.* 1. *observat. cap.* 1. *num.* 89.

5 Tertiò, prædictis obstat textus *in cap. convenior* 21. 23. *quæst.* 8. *vers. eo quod in potestate ejus essent omnia*; ubi Divus Ambros. refert omnia sub Principis potestate existere. Cui dubio respondendum est, verba illa à Comitibus, & Tribunis fuisse prolata, siquidem D. Ambrosius, *ibidem* contrarium sentit, dum asserit propria sua bona pauperum esse, & bona divina seu Ecclesiastica Imperatoris non subjacere potestati affirmat: quare potius confirmat, quàm infirmat *nostri textus* sententiam.

Quartò, valde obstat ejusdem D. Ambros. authoritas
6 relata in *cap. si tributum* 27. 11. *quæst.* 1. *vers. si agros desiderat Imperator, potestatem habet vindicandorum*: ex quibus verbis constat, Imperatorem agrorum Ecclesiæ dominum esse, dum affirmat eos vindicari posse, siquidem vindicatio solis dominis competit, *l. in rem actio* 23. *ff. de rei vindicatione.* Cui dubio communiter dici solet textum illum accipiendum esse de prædiis tributariis antequam ad Ecclesiam pervenirent; quo in casu tributo non soluto Imperator poterit prædia illa vindicare, juxta textum in *l. vectigali* 31. *ff. de pignoribus*; notat Turrecremata *in dicto cap. si tributum*; Jason *in l. placet* 5. *lectura* 1. *nu.* 17. *Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*, Tiraquellus *de jure primogeniorum*, *quæst.* 84. *num.* 9. Verùm hæc interpretatio, etsi à multis sit recepta, tamen divinationis morbo laborat; cùm ex verbis *textus* non appareat prædia illa antea Principi tributaria fuisse: nec est credendum, si ita fuisset, Divum Ambrosium non solvisse: quare veriorem esse existimo, quam refert Glossa *ibidem*, dum asserit verba illa, *potestatem habet*, non ad jus, sed ad factum esse referenda; quam interpretationem duplici conjectura confirmo: Primò, quia ideo *ibi* Divus Ambrosius affirmat Principem non jus, sed potestatem habere. Secundò, quia statim subjungit verba illa, *tollant eos, si libitum est Imperatori, non dono, sed non nego*: quæ verba satis demonstrant violentam Imperatoris invasionem: nam si deberentur tributa, vel prædia, donaret equidem, seu relinqueret Ambrosius; sed quia non debebantur, & resistere non poterat, non negabat: cùm in illis primis Ecclesiæ temporibus immunitatem Ecclesiasticam Imperatores ignorabant: notat Suarez *adversus Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 12. Et licet Pontifices possent Imperatores ipsos convenire, ut docet Molina *de justitia, & jure, disput.* 31. Covarru. *practicarum quæstionum*, *cap.* 31. *conclusione* 3. *&* 4. tamen id facere non audebant, ut constat ex illo *Divi Ambrosij* exemplo: ex qua non bene infertur Principes rerum Ecclesiæ dominos esse, sed tantum aliquando invasores fuisse ex nimia eorum potentia, & potestate.

Quintò, obstat textus in *l. Sancimus*, *Cod. de Sacro-* 7
sanctis Ecclesiis, *l.* 2. *titulo* 2. *lib.* 1. *Ordinamenti*, quæ hodie est, *L.* 9. *titulo* 22. *lib.* 1. *Recopilationis*, in quibus juribus apparet, Principem posse res Ecclesiæ alienare ad redimendos captivos, vel irruentes hostes propulsandos. Verùm hæc jura nihil obstant, siquidem intelligenda sunt ita procedere, si Ecclesiæ consensus, & Prælati authoritas interveniat, ut notat Gregorius Lopez *in l.* 14. *titulo* 22. *parte* 1. cum traditis à Morla *in Emporio, tit.* 1. *de leg. q.* 16. *n.* 26.

Sextò similiter obstat textus in *cap.* 2. §. *Sed permu-* 8
tare, 10. *quæst.* 2. *cap.* 1. *de rerum permutatione*: *Novella* 7. *de non alienandis, seu permutandis, capit.* 2. ex quibus deducitur licere Principi æqualem rem Ecclesiæ donare, & sibi ab Ecclesia aliam percipere: ergo poterit Ecclesiæ res occupare, dummodo æquali satisfactione recompenset. Verùm respondendum est, in *dictis juribus* id licere, si Ecclesiæ consensus, aut authoritas Prælati, vel major pars Capituli interveniat, ne fortassis res deterior à Principe offeratur; quod quidem fieri potest; quia ex eo evidenter utilitas sine damno Ecclesiæ sequitur, cum gratiam Principis consequatur, siquidem plerunque soleant Reges Ecclesias defendere, & singularibus beneficiis eas afficere, atque ideo in *cap.* 1. *de rerum permutatione*, proponuntur verba illa *de communi voluntate*. Notat Glossa, *ibidem*, Barbos. *in collectaneis ad eundem textum*, *num.* 2. & de interpretatione ad textum in *cap. si quis qualibet, & cap. Diaconi* 12. *cap. Episcopus* 34. *eadem* 12. *quæst.* 2. videndus est Barbosa *in dicto c.* 1. *de rerum permutatione*, *n.* 3. 9

Septimò, his omnibus objici solet, quod sæpè seculares Principes res Ecclesiæ alienare prohibent; ut in *Novella* 7. *de non alienandis*, *aut permutandis rebus Ecclesiæ*: *Novella*, *de Ecclesiasticis titulis*, cum *similibus*. Consideratio est: ergo si eorum prohibitione non alienantur, ex eorum quoque voluntate alienari poterunt. Cui dubio respondendum est, ex *illis constitutionibus*, tantum prohibitionem Ecclesiasticam adjuvari; non tamen ex illis jus sumi, tanquam ex defectu potestatis, ut *suprà* diximus in ratione decidendi: quomodo etiam est accipienda Novella, *Quomodo oporteat Episcop.* & titulus *Cod. de summa Trinitate*, *& Fide Catholica*; & titulus *de Sacrosanctis Ecclesiis*: siquidem usurpantes res Ecclesiæ multoties Dei miraculo puniti fuerunt, ut plura extant testimonia apud Baronium *Anno* 570. *num.* 20. 21. 25. *&* 26. *& Anno* 572. *nu.* 4. *&* 5. *& Anno* 577. *num.* 15. *& Anno* 583. *num.* 46. refert Martinus del Rio *in magicis rejol. lib.* 3. *part.* 1. *q.* 7. *sect.* 2.

Octavò, adversus *textum nostrum*, *in finalibus ver-* 10
bis, dum asserit recipientes bona Ecclesiæ dumtaxat ab ipsius Ecclesiæ communione, à qua bona receperunt, vitandos esse: Obstabit textus in *cap.* 2. *cap. cura*, 11. *quæst.* 3. *cap. cum & plantare*, §. 1. *de privileg. is*, ubi apparet, quod cum quis est excommunicatus ab una Ecclesia, quoad omnes similiter censetur excommunicatus: ergo non à sola Ecclesia à qua bona recepit, ut insinuare videntur illa ultima nostri textus verba, ibi, & *à communione Ecclesiæ* (*cujus facultatem auferre cupiunt*) *excludantur*. Verùm respondendum est, verum esse excommunicatum ab una Ecclesia, quoad cæteras excom-

excommunicatum cenſeri, ex *dictis juribus*. Neque contrarium probant illa noſtri textus verba, *à communione Eccleſiæ*: quia debent intelligi à communione Eccleſiæ univerſalis, quæ una eſt, cujus omnes particulares membra cenſentur; meritò excommunicatus *in præſenti* non tantum eſt remotus ab illa Eccleſia, cujus bona accepit, ſed etiam à cæteris. Notant Card. Imola, Barbacia, *in præſenti num.* 2. Berojus *num.* 18.

Ad textum in cap. Conſenſus 3. cap. Epiſcopi 4. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Rector Eccleſiæ, qui dat ipſi Eccleſiæ rem duplæ æſtimationis, poteſt ejus ſervos manumittere; ipſi tamen manumiſſi, & eorum poſteri in patrocinio Eccleſiæ manebunt.*

2 *Manumiſſio alienatio eſt.*
Laici ad fundandas, & dotandas Eccleſias propter jus patronatus invitantur.

3 *Manumiſſio fieri non poteſt ab eo, qui non eſt dominus.*
Exponitur textus in l. ſi à non dominis, final. C. de his qui à non domino.

4 *Deo ſemel dicatum ad profanos uſus converti non debet.*
Declaratur textus in c. mancipia, cap. injuſtum, de rerum permut.

5 *Interpretatur textus* in cap. ſi quos, de ſervis 57. 12. quæſt. 2.
Remunerationis cauſa, quod datur non eſt propriè donatio, ſed debiti ſolutio.

6 *Expenditur textus in* cap. ſi quis qualibet 56. 12. q. 2. c. ſi Epiſcopus 12. q. 5. c. 1. verſ. æqualis, de rerum permut.
Eccleſia juſtitiæ cultrix, & juſta eſt, nec injuſtitiam fieri patitur.
Interpretatur textus in cap. conſenſus 3. verſ. duplæ de rebus Eccleſiæ.

7 *Expenditur textus in* dict. cap. conſenſus 3. verſ. ita ut cum peculio, de rebus Eccleſiæ, *text.* in l. Sticho 53. ff. de peculio.
Manumiſſio inter vivos differt à manumiſſione in teſtamento facta.

8 *Refertur interpretatio ad textum in* l. filiæ 18. C. familiæ erciſcundæ.

9 *Declaratur textus in* cap. conſenſus 3. verſ. cum poſteritate ſua, de rebus Eccleſiæ: l. quod ex liberta 11. Cod. de operis libertorum: leg. ultim. Cod. de libertis & eorum liberis.

10 *Textus in* dict. cap. conſenſus 3. verſ. utilitates, de rebus Eccleſiæ: *iterum exponitur* l. 1. *cum ſequentibus*, ff. de operis libertorum.

CONCLUSIO.

1 *Rector Eccleſiæ, qui dat ipſi Eccleſiæ rem duplæ æſtimationis, poteſt ejus ſervos manumittere; ipſi tamen manumiſſi, & eorum poſteri in patrocinio Eccleſiæ manebunt.* Conſonat textus in *c. conſenſus* 3. *cap. & Epiſcopi* 4. *hujus tituli*; *c. Diaconi* 35. *cap. & ſi illi* 39. *c. placuit* 51. *c. ſi quis de ſervis* 57. *cap. ſi quis quælibet* 56. *c. Epiſcopus, qui mancipium* 58. *c. liberti* 61. *cap. de libertis* 63. 64. 65. *cum ſequentibus*, 12. *qu.* 2. *c. ſi quis Epiſcopus*, 12. *quæſt.* 5. *l.* 7. *tit.* 14. *partita* 1. *l.* 8. *titulo* 22. *partita* 4. *l.* 27. *titulo* 9. *partita* 6. Exornant Divus Thomas 2. 2. *quæſt.* 88. *nam.* 11. Gama *quæſtione* 15. *nu.* 14. *&* 15. Duenas *regula* 220. Rebuffus *in compendio alienation. n.* 63. Idem *in c. ſine exceptione*, verbo, *donare*, 12. *qu.* 2. Rodoanus *de rebus eccleſia non alienandis, in rubrica, de alienatione de ſe moventium*, Benedictus *in repetitione extravagantis Ambitioſæ, hoc titulo, num.* 56.

Granna. in Decret.

Ratio eſt: quia licet manumiſſio, ſit alienatio, *l. lex* 2 *qua tutores, Cod. de adminiſtratione tutorum*; *l final. Cod. de rebus alienis*: *cap. Epiſcopi, infra hoc titulo*; & alienari res eccleſiæ ſit interdictum; *cap. nulli, hoc titulo*: *d. c. ſine exceptione*, 12. *q.* 2. tamen cum cauſa. & ſolemnitate permiſſum eſt: & juſta cauſa in *textu noſtro* reputatur, cum Rectores & Prælati rem duplæ æſtimationis pro re alienata præſtant: nam ſicuti laici ad fundandas, & dotandas Eccleſias invitantur propter jus Patronatus, *c.* 3. cum alib. *de jure patronatus*, Concilium Trident. *ſeſſione* 25. *cap.* 9. *de reformatione*. ita ſimiliter etiam Rectoribus, & Prælatis eſt permiſſum manumittere ſervos Eccleſiæ, dum tamen duplam æſtimationis præſtent quantitatem; cum tunc alienationis prohibitio ceſſet, ſiquidem ex alienatione ipſa, nec damnum, nec incommodum Eccleſiæ inferatur: imo potius lucrum ex ſobole, & operarum manumiſſorum adquiratur, & jure patronatus, quod apud Eccleſiam remanet.

Primò, obſtabit dicere, quod manumiſſio fieri non 3 poteſt ab eo, qui non eſt dominus, adeò ut manumiſſor pro uno ſervo manumiſſo quinque ſervos præſtare teneatur, hoc eſt domino duos, reliquos fiſco: *l.* 1. 4. *& final. Cod. de his qui à non domino manumi.* ſed Prælatus rerum Eccleſiæ non eſt dominus, *cap. de donationibus cap. fraternitatem, eodem titulo*; *cap. quod autem, verſic. ſin autem*, 23. *quæſt.* 7. *cap. in canonibus* 57. 16. *quæſt.* 1. *dicto cap. ſine exceptione*, 12. *quæſt.* 2. Ergo manumittere non poterit, nec ſimiliter erit juſta dupla, ſeu æqualis præſtatio. Cui dubio breviter reſpondendum eſt, quod licet verum ſit, manumiſſionem non niſi à domino fieri poſſe, etſi fateamur Prælatum non eſſe dominum; tamen quaſi dominus reputatur; ut ſentit Gloſſa final. *in principio Inſtitut. de actionibus*: quare beneficio noſtri textus ei conceſſum eſt, ut cum cauſa, & ſolemnitate, manumittere poſſit, & juſta cauſa reputatur *in præſenti* donare, vel accipere rem Eccleſiæ duplæ æſtimationis, ut ſuprà diximus in decidendi ratione; ſiquidem eo in caſu non aufert bona Eccleſiæ, ſed auget; & ideo quaſi dominus reputatur: argumento textus in *l. qui fundo* 7. §. *ſi tutor, in fine ff. pro emptore.*

Nec obſtat textus *in dict. l ſi à non dominis final. Cod. de his qui à non domino*: nam ibi pœna illa imponitur: quia præter delictum manumittendi ſervum ab eo, qui dominus non erat, adfuit etiam petulantia manumiſſoris, qui decepit Principem; meritò tam ſevera pœna punitus eſt, quam tamen non meretur Prælatus in *textu noſtro*, qui Principem non fefellit; ſed ut ſuprà retulimus juxta juris permiſſionem ſervum manumiſit, non ſpoliando, ſed potius augendo bona Eccleſiæ.

Secundò, obſtabit regula illa, qua docemur ſemel 4 Deo dicatum ad humanos uſus converti non debere, *c. ſemel* 51. *de regulis juris lib.* 6. etiam ſi ſit mancipium, *capit. mancipia, cap. injuſtum, de rerum permutatione*: Ergo nec *in præſenti* ad humanos uſus poterunt manumitti, ſeu converti. In quorum jurium difficultate, omiſſa *Innocentii*, & *Ancarrani* interpretatione *in dicto cap. mancipia*, quæ improbatur ab Abbate *ibid.* Verius eſt dicendum, jura illa procedere in vaſis, & mancipiis immediatè Deo, & cultui divino conſecratis, in quibus illi prohibitio alienationis ſcripta reperitur *in dicto c. mancipia*. Cum hujuſmodi tranſlatio eſſet contra naturalem æquitatem, juxta textum in *cap. injuſtum*, *ejuſdem tituli*; & ita alienari non poterunt ſine Pontificis conſenſu, *cap. Eccleſiaſticis* 65. 12. *quæſt.* 2. At verò textus noſter procedit in ſervis Eccleſiæ ad uſum profanum pertinentibus, qui cum cauſa, & ſolemnitate manumitti poterunt, *dicto cap. ſi quos de ſervis* 57. 12. *quæſtion.* 2. Notat Divus Thomas 2. 2. *quæſtion.* 88. *articulo* 11. Barboſa *in collectanea ad noſtrum textum, num.* 3.

Tertiò, obſtat textus in *cap. ſi quos de ſervis* 57. 12. 5 *quæſtion.* 2. ubi non tantum Prælatis permiſſum eſt ſervos Eccleſiæ manumittere, verum etiam manumiſſis

de bonis ipsius Ecclesiæ aliquid donare permittitur. Ergo absque eo, quod dupla detur valebit manumissio: quod dubium distinctione adhibita dilues, scilicet aut loquimur de servis, benemeritis, qui insignia servitia exhibuerunt Ecclesiis, ut in *c. si quis Papa*, 97. *dist.* & hi manumitti possunt, nihilo pro Ecclesiis collato, & de his loquitur textus *in d. c. si quos de servis* 57. 12. *q.* 2. ut notat Turrecremata *ibidem*, Tiraquellus *in l. si unquam, verbo, donatione largitus, n.* 27. *Codic. de revocandis donationibus*, cum traditis à Barb. *in collectaneis ad decretum in c. quincunque* 56. 12. *q.* 2. aut loquimur de servis non benemeritis, & hi manumitti non possunt in præjudicium Ecclesiæ absque debita compensatione, & de his loquitur *textus noster*. Ratio differentiæ est; quia quando aliquid datur ratione remunerationis, non est propriè donatio, sed debiti solutio: *leg. Attilius* 27. *l. si pater* 35. §. *final. ff. de donationibus, c. cum in officiis, de testamentis*; Tiraquellus *ubi suprà num.* 11. Menochius *de arbitrariis, casu* 132. *& casu* 134. Mascard. *de probationibus, tomo* 1. *concl.* 559. At verò quando non datur propter remunerationem, vel aliam causam in jure expressam, alienatio est, & per consequens de rebus Ecclesiæ prohibita; notat Glossa 1. *in præsenti*: Ancarranus, & Abbas, *n.* 3. Barbacia *n.* 5. Berojus *n.* 7. & in utraque manumissione requiritur Superioris auctoritas, secundùm ea, quæ *suprà* retulimus.

6 Quartò, obstabit textus in *c. si quis quamlibet* 56. 12. *quæst.* 2. *c. si Episcopus*, 12. *quæst.* 5. *c.* 1. *de rerum permutatione, vers. æqualis*; ubi apparet in alienatione rerum Ecclesiæ eandem quantitatem reddere (dum Ecclesia non lædatur) pro re alienata, satis esse: sed manumissio alienatio est, *l. lex quæ tutores, Cod. de administratione tutorum*; *l. final. Cod. de rebus alienis*: Ergo non duplum, sed simplum dando, poterit Prælatus servum Ecclesiæ manumittere. In quorum jurium difficultate, omissa Glossæ interpretatione *in præsenti, verbo, modum*; & Glossæ in *c. in venditionibus*, 17. *quæst.* 4. dum asserunt illa nostri textus verba, ibi, *juxta rei collatæ modum, quem antiqui Canones decreverunt*: referenda esse ad Canonem antiquum, hoc est ad textum in *c. Episcopus*, *qui mancipium* 58. 12. *quæst.* 2. ubi duplum debetur, quando manumissio servi Ecclesiæ fit, non reservato Patronatu Ecclesiæ: quo in casu cum Ecclesia amittat duo, scilicet servum, & jus patronatus, duplum dari necesse est, & ita de patronatu amisso asserunt intelligendam esse nostri textus decisionem. Verùm hæc interpretatio apertè convincitur; Primò ex *nostri textus* verbis, ibi *ita ut cum peculio, & posteritate*; quæ verba denotant jus patronatus adhuc apud Ecclesiam manere: tum quia Ecclesia justitiæ cultrix, & justa est, nec injustitiam fieri patitur, *c.* 2. *de successione feudi, in usibus feudorum*; & injustitia esset pro servo centum valente duplum accipere: præterea quia illa nostri textus verba, ibi, *quem antiqui canones*, non debent referri ad textum *in dicto c. Episcopus, qui mancipium*, quia textus ille conditus fuit, in *Concilio Toletano* 4. *c.* 67. & noster textus in eodem Concilio: *c.* 68. ut refertur in 3. *tomo Conciliorum, in actis ejusdem Concilii*; unde ineptum esset canonem præcedentem antiquiorem appellari: quare illa nostri textus verba necessariò sunt referenda ad canones antiquos Concilii Agathensis; de quibus in *cap. si quis qualibet* 56. 12. *quæst.* 2. & ad textum in *c. Episcopus*, 12. *qu.* 5. & ad textum in *c. Diaconi* 35. 12. *q.* 2. ubi tantundem dare pro re alienata statuitur; quæ jura antiquiora sunt Concilio Toletano, ut constat ex textu in *c. prima adnotatio* 11. *vers. sexta*: 16. *dist.* ex quibus apparet falsum esse nostri textus summarium, seu ejus conclusionem, atque ideo pro illo verbo *dupla*, legendum est *ejusdem*.

7 Quintò, adversus textum nostrum *in vers. ita ut cum peculio*: dum asserit peculium manumissi servi apud Ecclesiam remanere; obstabit textus in *l. si Sticho* 53. *ff. de peculio*, ubi apparet peculium apud manumissum remanere: ergo Ecclesiæ applicari non debet. Verum respondendum est, decisionem textus *in d. l. si Sticho* obtinere in servis laicorum manumissis, quibus peculium concessum censetur, si manumissionis tempore non fuerit ademptum; quod verum est, quando manumissio fit in contractu inter vivos, cum tunc manumissio eo animo fiat, & ad eum effectum, ut sui juris efficiatur, & sibi possit acquirere, cum manumissor peculium servi nec sibi retinuit, nec aliis dedit, intelligitur servo reliquisse, cum hoc in casu potius quàm in testamento spontanea voluntas præsumatur: Argumento textus in *l. donationem*, 3. §. *pater, ff. de donationibus, l. si donatione* 13. *C. de collationibus*: secus verò si in ultima voluntate, *l. unica, Cod. de peculio ejus qui libertatem meruit*: §. *peculium penult. Inst. de legatis*; notat Glossa *in d. l. si Sticho* 53. *ff. de peculio*: Cujac. *lib.* 11. *quæstionum Pauli, ibid.* Ant. Faber *in Rationali, ad eundem textum.*

Ratio differentiæ est: quia quando dominus in vita manumittit servum, majori affectione eum prosequi videtur quàm quando in ultima voluntate ei libertatem relinquit: qui in primo casu remittit id, quod retinere poterat, scilicet dominium servi, & ejus servitium, ideo jus præsumit, etiam ei concessisse id, quod est minus scilicet peculium, cùm libertas omnibus rebus sit pretiosior; *l. libertas* 107. *ff. de regulis juris*: quod non sic est, quando moriens ei libertatem legat, cum tunc non tam magna affectio in servum præsumatur; ut notat Joannes Faber *in d.* §. *peculium*: At verò noster textus obtinet in servis Ecclesiæ manumissis, in quibus speciale est, ut in dubio peculium Ecclesiæ sit reservatum, etiam si ob merita sint manumissi, nisi tempore manumissionis concessum fuerit; notat Glossa in *cap. cum redemptor, verbo, relaxamus*, 12. *q.* 2. Imola, *in præsenti, n.* 4. Berojus *n.* 21.

Sextò, prædictis obstat textus in *l. filia* 18. *Cod. familiæ erciscundæ*. Vbi etiam filia sui juris facta per mortem patris, peculium retinet, quamvis ei à patre non sit expressè relictum. In qua difficultate dissolvenda valde laborant Interpretes, & præcipuè Antonius Faber *decade* 40. *errore* 1. dum asserit pro illo verbo *patre*, reponendum esse verbum *matre*; vel illum versiculum Triboniano interpreti tribuendum esse, vel aliter communiter dici solet, *in dicta l. filiæ* 18. patris voluntatem perseveraſſe usque ad mortem, aliàs autem si per mortem patris filius sui juris fuerit factus, absque perseverantia illa, semper intelligitur peculium ademptum, juxta textum in *l. si donatione* 13. *vers. nam si*: *Cod. de collationibus*: quæ jura ita ad concordiam reduxit Cujac. *lib.* 9. *observationum, cap.* 17. Bald. & Salicetus *in dictis juribus*, asserunt enim, textum *in dicta l. filiæ* 18. procedere in re verè donata, quæ donatio morte fuit confirmata: at verò textum *in dicta l. si donatione* 13. *vers. nam si*; loqui de re in peculio concessa, & ideò juxta doctrinam *suprà in* 5. *dubio* relatam, optimè procedere: quia filia per mortem patris sui juris fuit facta: quæ interpretatio impugnatur ab Antonio Fabro *decade* 4. *errore* 1. Quare his, & aliis omissis, verius dicendum est, quod utraque lex de donatione facta est intelligenda, ut ex illis juribus constat, & utraque donatio fuit morte confirmata ex *dicta l. donatione, C. de donationibus*. Sed in eo differunt, quod *in dicta l. filiæ*, agitur de successione ex testamento, quo in casu non est locus collationi: at verò *in dicta l. si donatione* 13. succeditur ab intestato; & ideo confertur res donata, ut constat ex *Rubrica illius tituli, Cod. de collationibus*: Notat Cujac. *lib.* 3. *observationum, cap.* 30.

8

Septimò, adversus textum nostrum *in vers. cum posteritate sua*, ex quo deducitur manumissi posteritatem sub patrocinio Ecclesiæ remanere: obstabit textus in *l. quod ex liberta* 11. *C. de operis libertorum*, ubi appareret, quod post manumissionem proles liberti nullius patrocinio est obnoxia, juxta textum in *l.* 1. *titulo* 14. *partita* 4. *principio Institutionum, de ingenuis*, *l. & servorum* 5. §. *ingenui, ff. de statu hominum*. In quorum jurium difficultate, omissa prima interpretatione Glos. *in præsenti*; Verior mihi videtur secunda ipsius Glossæ interpretatio,

9

tio, dum aſſerit id ſpeciale eſſe in Eccleſia, ut non ſolum libertus ipſe remaneat ſub Eccleſiæ patrocinio, verum & nati poſt manumiſſionem, juxta textum in *cap. liberti*, el ſegundo, 12. *quæſt.* 2. & ſi procedit *textus noſter*, ſecus tamen in aliis libertis privatis ex *dicta l. quod ex liberta*, notant Abb. *in præſenti, num.* 6. Imola *num. fin.* Berojus *num.* 14. vel aliter dici poterit, hæc noſtri textus verba eſſe intelligenda quoad obſequium tantum, & reverentiam, ut colligitur ex textu in *cap. liberti*, 65. 12. *quæſtione* 2. *leg.* 2. *Cod. de vocando.* Nec ſolutioni obſtabunt verba noſtri textus, ibi *utilitates conjunctas ſibi*; quia non ad poſteritatem, ſed ad manumiſſum tantum referri debent ex illo verbo, *ſibi*, cum non ſit veroſimile credendum Toletanum Concilium totum jus Civile evertere voluiſſe, ſtatuendo, ut poſſint operæ omnibus deſcendentibus imponi; ſiquidem verbum illud *poſteritas* omnes in infinitum comprehendit, *l. juris conſultus*, §. *parentes*, *ff. de gradibus.* Nec prædictis obſtat *l. ultima*, *Cod. de libertis.* Ubi idem in quocunque privato conſtitutum videtur: Quia reſpondendum eſt, eo in textu non probari filios liberti eſſe obnoxios ad ea, quæ ipſe libertus adſtrictus eſt; ſed tantum probat filium liberti poſſe revocari in ſervitutem, ſicuti & libertus ipſe revocaretur, ſi vidente patre ingratitudinem committeret: notat Imola *in præſenti, n. final.*

10 Octavò, adverſus textum noſtrum *in verſic. utilitates conjunctas*, ex quibus verbis apparet operarum promiſſionem in manumiſſione ipſa fuiſſe factam, obſtabit textus in *l.* 1. cum ſequentibus, *ff. de operis libertorum*; *l.* 1. §. *quæ onerandæ*, *ff quarum rerum actio non detur*; ex quibus apparet, operarum promiſſionem manumiſſionis tempore factam inutilem eſſe. Cui difficultati omiſſa interpretatione, quam refert *Gloſſa* in *cap. liberti.* 2. 12. *quæſt.* 2. dupliciter poterit reſponderi: *Primò*, in præſenti operas fuiſſe promiſſas à ſervis in genere, dum in ſervitute erant, prout licet de jure communi, *libro ſecundo*, *digeſtis de operis libertorum*, *libro primo*, *paragrapho quæ onerandæ*, *leg. final. paragrapho ſi ſervus*, *ff. quarum rerum actio non detur.* Vel reſponderi poterit Eccleſiam, jure ſpeciali poſſe operas ſpeciales injungere ſervis ſuis, licet alii privati non poſſint; ex juribus *ſuprà* in argumento adductis, quæ de jure Cæſareo procedunt: at verò textus noſter de jure Pontificio, ex ſpeciali privilegio Eccleſiæ conceſſo.

Ad textum in cap. Nulli 5. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſiæ res alienari non debent.*
2 *Prælatus non debet diſpergere quæ non colligit.*
Sacræ res Deo dicatæ eſſe noſcuntur.
Corpus ſicut ſine anima conſervari non poteſt, ita Eccleſia ſine facultatibus.
3 *Exponitur textus in* cap. nulli 5. verſic. rem immobilem, de rebus Eccleſiæ: Extravag. Ambitioſæ verſiculo, immobilia, eod. tit.
Tutores, & Curatores res mobiles pretioſas alienare vetantur.
Expenditur textus in Novella 7. de non alienandis, aut permutandis rebus Eccleſiæ, Novella 46. de Eccleſiaſticarum rerum immobilium alienatione & ſolut.
4 *Interpretatur textus in* capit. is cui 42. de electione lib. 6.
5 *Remiſſivè exponitur textus* in cap. terrulas 12. quæſtione ſecunda.
6 *Exponitur textus in* dicto c. nulli 5. verſic. ſive ruſticum, de rebus Eccleſiæ.
Servus inter res mobiles connumeratur.
7 Cap. nulli 5. verſic. nec ſpecialis hypothecæ, de rebus Eccleſiæ: *interpretatur.*
Alienatio tantum comprehendit contractum per quem transfertur dominium.
Dominium per hypothecam in creditorem non transfertur.
Obligatio ſpecialis non eſt alienatio.
Argumentum à contrario ſenſu locum non habet, ubi reſultat abſonum à jure.
8 *Interpretatur textus in* cap. ex præſentium 3. de pignoribus.
9 *Ratio redditur ad textum in l.* in quorum 4. verſ. in quorum finibus, ff. de pignoribus.
Prohibita rei alienatione cenſetur etiam prohibita pignoris datio.
10 *Exponitur textus in* dicto c. nulli 5. verſic. alienationem, de rebus Eccleſiæ.
Alienationis *nomine donatio etiam comprehenditur, & ibi exponitur textus in* cap. ultimo, 16. quæſt. 6. cap. quicunque 66. 12. q. 2. cap. per tuas 5. de donationibus.
11 *Declaratur textus in* cap. fraternitatem 2. cap. cæterum 4. de donationibus.
12 *Interpretatur textus* in l. final. C. de prædiis decurionum, lib. 10.
Alienatio licet Curialibus ſit prohibita; donatio tamen permiſſa cenſetur.
Curiales qui dicantur? ibi exponitur.
Homines non tam facile donant, quàm vendunt.
13 *Textus in* dicto cap. nulli 5. verſic. venditionem, de rebus Eccleſiæ: *exponitur.*
Adminiſtratori generali vendere permiſſum eſt; non verò Prælato, qui non liberam, ſed ſimplicem rerum Eccleſiæ adminiſtrationem habet.
14 *Species refertur ad textum* in cap. cum dilecti 3. de emptione & venditione.
15 *Impugnatur ſolutio tradita ad textum in* dicto cap. 3. de donat.
16 *Solemnitas extrinſeca non præſumitur.*
17 *Declaratur textus in* capit. potuit, ultimo, de locato.
18 *Deciſio textus* in capit. terrulas 53. 12. quæſt. 2. *remiſſivè ponitur.*
19 *Exponitur textus* in dicto cap. nulli 5. verſiculo, permutationem, de rebus Eccleſiæ, *& impugnatur cum* c. 1. ejuſdem tituli, cap. 2. §. item ubi, 10. quæſt. 2. *cum aliis* ibidem *traditis.*
Permutatio de re Eccleſiaſtica facta inter perſonas Eccleſiaſticas differt ab ea, quæ fit quoad laicos.
20 *Dilucidatur textus* in capite primo, de rerum permutatione.

CONCLUSIO.

RES *Eccleſiæ alienari non debent.* Conſonat textus in *cap.* 1. *c. conſenſus* 2. 3. & 4. cum aliis, *hoc noſtro titulo*: *c.* 1. *cap. cum Apoſtolica*, *cap. tua nuper*, *de his quæ fiunt à Prælato*: *cap. ſine exceptione*, *cap. monemus*, cum aliis 12. *quæſt.* 2. *capit. ea enim*, §. *hoc jus porrectum*, 10. *quæſtione* 2. *cap.* 1. & 2. *hoc titulo lib.* 6. *Clem.* 1. *hoc titulo*, *Extravag. ambitioſæ*, *eodem titulo* Lateranenſe Concilium 5. ſub Anaſtaſio Pontifice celebratum *cap.* 4. Agathenſe, *cap.* 7. & 22. Turonenſe ſub Leone Pontifice, *cap.* 1. Valentinum ſub Damaſo Pontifice, *cap.* 11. Carthaginenſe 5. ſub Anaſtaſio, *capit.* 6. & Trident. *ſeſſione* 22. *de reformatione*, *c.* 11. *Authentica hoc jus porrectum*, *Codic. de Sacroſanctis Eccleſiis*: *novella* 7. *Juſtiniani in Authentico*, *de non alienandis*, *aut permutandis rebus Eccleſiæ*, *collatione* 2. *Novella* 120. relata in *Authentico de alienatione Emphyteuſis collatione* 9. *l.* 1. §. *fin. cum lege frequenti*; *ff. de rebus eorum. l.* 1. 8. & 11. cum aliis, *tit.* 14. *partita* 1. *l.* 6. & 7. *tit.* 2. *lib.* 1. *compilationis*. Exornant Covar. *lib.* 2. *variarum c.* 12. & 18. Pinellus *in l.* 1. 3. *parte*, *num.* 18. *Codic. de bonis maternis*: Avendanno *de exequendis mandatis*, *c.* 4. *num.* 34. Rebuffus *in compendio alienationis rerum Eccleſiæ*; Menochius *de arbitrariis*, *lib.* 2. *caſu* 178. Maſcardus *de probatio-*

bationibus, tomo primo, concluſione 75. *&* 277. Benedictus *in repetitione ad extravagantem Ambitioſæ num.* 38. Navarrus *in tract. de alienatione rerum Eccleſiaſticarum*, Calderinus *in repetitione ad noſtrum textum, num.* 5. Quintana Duennas *l.* 2. *Eccleſiaſt. n.* 69. Caſtillo *lib.* 1. *de uſufructu, c.* 54. *n.* 4. Sarmiento *de redditibus, 1. parte, c.* 23. Joannes Guttierrez *de juramento confirmatorio, 1. parte, c.* 52. *per totum*, & *lib.* 1. *quæſtionum Canonicarum, c.* 13. Antonius Gabriel *lib.* 9. *communium, titulo de alienatione rerum Eccleſiaſticarum*, Caldas *tract. de emptione, & venditione, c.* 16. noviſſimè Doctor Arias de Meſa *lib.* 3. *variarum, c.* 15. *num.* 10. Molina *de Juſtitia, & Jure tomo* 2. *diſputatione* 469. Emmanuel Rodriguez *tom.* 1, *quæſtionum regularium. quæſtione vigeſima tertia*, Azor. 1. *part. inſtitutionum moralium, libro nono, c.* 17. Molina *tomo ſecundo, de Juſtitia, & Jure, diſputatione* 465. Baronius *tomo ſexto, Anno* 483. *num.* 13. *& tomo ſeptimo, Anno quingenteſimo trigeſimo quinto, num.* 10. Cujacius *in poſthumis ad noſtrum titulum*, & *in Novella Juſtiniani, titulo, de rebus Eccleſiæ non alienandis* : Idem in *Novella* 120. *ſub titulo, de alienatione Emphyteuſis*, Gilchenius *in authentica, hoc jus porrectum, ejuſdem tituli*, Filliucius *de ſtatu Clericorum, titulo de alienatione rerum Eccleſiæ*, Duarenus *lib.* 7. *de Sacris Eccleſiæ miniſteriis, cap.* 9. cum traditis *à Cenedo in collectaneis ad Decretales collectanea* 61. Tuſchus *in practicis*, 1. *tom. concluſ.* 272. Barb. *in collectaneis ad noſtrum textum*, & in *remiſſionibus ad Concilium Tridentinum in dicta ſeſſione* 22. *c.* 11.

2 Ratio prima eſt, ne Prælatus, diſpergat, quæ non colligit ; quæ extat in ſeptima Synodo generali ſub Adriano, relata in *c. quiſquis* 19. 12. *q.* 2. Secunda; quia res ſacræ Deo eſſe noſcuntur dicatæ, qua utitur Concilium Carthaginenſe 4. relatum in *c. Diac.* 35. 12. *q.* 2. Cùm ſemel Deo dicatum in profanos uſus converti non debeat, *c. ſemel* 51. *de regulis juris lib.* 6. *c. nulli* 3. *c. prædia*: 5. *quæſtione* 2. Tertia, & potiſſima eſt ; quia ex prohibitione illa plurima utilitas reſultat Eccleſiæ, & ejus miniſtris, ut bonis ſuis conſervari, & reparari poſſit : nam ſicut corpus ſine anima conſervari non poteſt, ita Eccleſia ſine facultatibus: *capit. ſi quis* 7. 1. *quæſt.* 3. *c.* 1. 10. *quæſt.* 9. Similiter & miniſtris, ne mendicare cogantur, argumento textus in *c.* 2. *de præbendis* : nam ſicut ipſa Fides perpetua eſt, ita ejus patrimonium illæſum ſervari debet: *Cap.* 2. 10. *q.* 9. *l. jubemus* 14. *in fine principii, Codic. de Sacroſanctis Eccleſiis.*

3 Primò, adverſus textum noſtrum *in verſic. Rem immobilem* dum aſſerit immobilium tantum rerum alienationem prohibitam eſſe, obſtabit textus in *extravaganti, Ambitioſæ, verſic. immobilia, & pretioſa mobilia, hoc titulo*: Ex cujus deciſione apparet non tantum res immobiles, ſed etiam mobiles pretioſas alienari non poſſe : & ſimiliter res mobiles animatæ non alienantur, ſiquidem Eccleſiæ ſervus nec vendi, nec manumitti poteſt: ut diximus in *cap. conſenſus* 3. *&* 4. *hoc titulo*: *c. & ſi* 39. *cap. injuſtum* 55. 12. *q.* 2. nec inanimatæ res, argumento ab ſpeciali in *c. Sanctorum* 15. *cap. quisquis* 19. 12. *quæſt.* 2. *capit. mihi* 44. *in fine, de electione*; *c. indemnitatibus*, §. *ſi vero, eodem titulo, l.* 6. Ex quibus conſtat nihil penitus ex rebus Eccleſiæ alienari poſſe: ergo nec res immobiles, nec mobiles ; cum Pontifex non diſtinguat, ſed omnia excludat ; expreſſè conſtat ex textu in *cap. relatum*, el ſecundo, *de teſtamentis*. Apparet etiam, quia cum prohibitio hæc præcipuè ſit inducta, ut Eccleſiæ propriis bonis illuſtrentur, ac Miniſtri alantur, & cum hæc ratio æqualiter procedat in rebus mobilibus pretioſis, quæ ſervari poſſunt; meritò, cùm par ſit ratio, par quoque prohibitio eſſe debet. Rurſus ſimilitudine comprobatur: nam tutores, & curatores mobiles res pretioſas alienare vetantur, *l. lex quæ* 22. *Cod. de adminiſtratione tutorum*: ergo cum Eccleſia minoribus comparetur, *capit.* 1. *& per totum, de in integrum reſtitutione minorum*, eodem jure etiam uti debet.

In quorum jurium conflictu dicendum eſt veriſſimum eſſe, non tantum rem immobilem, verum etiam mobilem pretioſam in hac alienatione eſſe comprehenſam; dum tamen ſervando ſervari poſſit, veluti vaſa aurea, argentea, veſtes pretioſæ, quæ longe ab interitu diſtant, & commodè ſervari poſſunt, ut gemmæ, & ſimilia : notat Redoanus *de rebus Eccleſiæ non alienandis, quæſtione* 8. Ugolinus *de poteſtate Epiſcopi, capite decimo quarto*, §. *quarto, numero quinto, verſiculo tertio*. Riccius *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſione* 61. *in prima editione*, cum traditis à Barboſ. *in collectaneis ad noſtrum textum, numero* 2. Nec obſtat *Novella* 7. quæ inſcribitur, *de non alienandis, aut permutandis rebus Eccleſiæ immobilibus, & Novella* 46. *de Eccleſiarum rerum immobilium alienatione*: *Novella* 120. *de alienatione emphyteuſis*, in quibus omnibus tantum de immobilium rerum Eccleſiæ alienatione mentio habetur : quia illorum jurium diſpoſitio juris Civilis eſt, quæ civilia jura Eccleſiaſticis rebus nullatenus præjudicare poſſunt, *c. Eccleſia S.* MARIÆ, *de Conſtitutionibus; cap. final. hoc noſtro titulo*, quamvis hoc in caſu leges has defendat Baronius, *Anno* 528. *n.* 1.

Nec ſolutioni obſtant prædicta noſtri textus verba, ex quibus deprehenditur jure Eccleſiaſtico dumtaxat res immobiles alienari prohibitum eſſe: Quia reſpondendum eſt, textum noſtrum deſumptum fuiſſe ex *dicta Novella* 7. *c.* 1. ut notarunt Contius, & Antonius Auguſt. *in præſenti*: atque ita Cõcilium noſtrum, Civilem conſtitutionem hactenus comprobaſſe, quatenus rem immobilem prohibet alienare: cæterum in aliis Eccleſiæ rebus proviſum eſt ex juribus *ſuprà* in argumento adductis: quare mobiles quoque in prohibitione continentur : & ſi in *textu noſtro* de immobilibus dumtaxat prohibitio fit. Eodemque modo eſt interpretandus textus in *c. prædia* 5. 12. *q.* 2.

Secundò, ſolutioni valde obſtat textus in *capite is, cui* 42. *de electione, libro ſexto*. Ubi adminiſtratori conceditur, ut res Eccleſiæ alienare poſſit, exceptis dumtaxat immobilibus : ergo ſi adminiſtrator res mobiles alienare poteſt, multo magis Prælatus eas alienare poterit. Sed reſpondendum eſt, textum illum eſſe intelligendum de alienatione rerum mobilium, ſolemnitatibus juris intervenientibus facta; quæ alienatio ſolemnitate illa adhibita in rebus mobilibus permiſſa eſt adminiſtratori; non tamen ei licebit etiam ſolemnitatibus adhibitis res immobiles alienari cum alienatio illa futuro Prælato reſervanda eſt, ſi forte utilis ſit : notat Gloſſa, *verbo immobilium, ibidem*, Ancarranus, Francus, & Dominicus *in eodem textu.* 4

Tertiò eiſdem noſtri text. verbis, valde obſtabit text. in *c. terrulas.* 12. *quæſtione ſecunda*, ubi Prælato permittitur, agros, vineas, & res immobiles alienare. De cujus interpretatione videre oportet ea, quæ *infra* dicemus, in *capit. c. ut ſuper* 8. *paragraph. poſſeſſiones, hoc noſtro titulo.* 5

Quartò, adverſus textum noſtrum in verſiculo *ſive ruſticum mancipium*, ex quo deducitur ruſticum mancipium inter res immobiles alienari prohibitas connumerari: uti ſimiliter apparet in *dicta Novella ſeptima. capite primo*, & *in Novella* 120. *capite primo*, Obſtabit textus in *libro primo*, *paragrapho primo, digeſtis de ædilitio edicto* : *l. moventium, digeſtis de verborum ſignificatione* : ex quibus deducitur ſervum ſuapte natura rem mobilem eſſe. Verùm reſpondendum eſt, quod quamvis ſervus inter res mobiles connumeretur, tamen ruſticum mancipium naturam rerum immobilium propter fundum, ejus naturam ſequitur, ex eo, quod ei accedat ; & quemadmodum omnes res mobiles inanimatæ veluti aratra, & ligones, quæ fundum inſtruunt, immobilium naturam ſequuntur : ſic ſimiliter ſe vi ruſtici tanquam immobiles alienari prohibentur : quod eſt admiſſum propter agriculturæ utilitatem: notat Abb. *in præſenti numero ſecundo*, Molina *de Juſtitia & Jure diſputatione quadrigenteſima ſexageſima quinta*, Bonacina *diſputatione ſecunda, quæſtione unica, puncto ſecundo, numero quarto*, Berojus *in præſenti numero octavo.* 6

Quintò, adverſus textum noſtrum, *in verſic. nec ſpecialis* 7

cialis hypotheca; ex quo apparet non licere rem Eccleſiæ hypothecæ titulo obligare: Obſtabit dicere, quod *alienatio* tantum comprehendit contractum, per quem transfertur dominium, *l. alienatum* 67.*ff. de verborum ſignificatione*; *l.* 4.*ff. de alienatione judicii*; *l.* 1.*Codic. de fundo dotali.* Sed per hypothecam non transfertur dominium in creditorem, *l.* 1.*ff. de pignoratitia actione*; *cap. cum Bertholdus, de re judicata*: imo nec poſſeſſio, quæ remanet penes debitorem, *l. qui pignoris* 36.*ff. de adquirendo rerum dominio*: Ergo prohibita alienatione, non cenſetur prohibita pignoris datio. Cui dubio reſpondendum eſt, quod quamvis verum ſit ſpecialem obligationem non eſſe alienationem, tamen in prohibitione noſtra comprehenditur ob Eccleſiæ favorem, ratio eſt, quia pignoris, vel hypothecæ conſtitutio, proxima eſt alienationi, cum ex ea facilè ad alienationem perveniatur, *l.* 1.*& 2.ff. de diſtractione pignorum*, cùm in ea tacitum pactum alienationis extet: notat Berojus *in præſenti*, *n.* 14. Covarru. *lib.* 2. *variarum*, *cap.* 27. *n.* 7. qui licet aſſerat tantum ſpecialem hypothecam prohibitam eſſe, non tamen generalem, uti etiam ſentiunt Anania, Hoſtienſis, & Berojus *in præſenti*, *n.* 14. receptior verò ſententia eſt, etiam generalem hypothecam ſub hac noſtra prohibitione eſſe comprehenſam: notat Cardinalis *in præſenti*, *oppoſitione* 3. Ratio eſt: quia æquale jus conſequitur creditor in uno, quàm in alio pignore, ut communiter profitentur Interpretes omnes *in dicta l.* 2.*Codic. de pignoribus*. Et ratio, quæ militat ad prohibitionem ſpecialis hypothecæ, utique etiam militat, & extenditur ad generalem, juxta textum in *l. rei* 7.*Cod. de diſtractione pignorum.*

Nec obſtat textus noſter, ubi tantum de ſpecialis hypothecæ prohibitione mentio fit: Quia argumentum à contrario ſenſu locum non habet, ubi reſultat abſonum in jure, & legum correctio, *l.* 2.*Cod. de conditionibus inſertis*; *c. in magno, de ſententia excommunicationis*: & inde ne corrigantur jura prohibentia generalem hypothecam, ceſſat argumentum, quod à contrario ſenſu ex *textu noſtro* deduci ſolet. Vel aliter reſpondere poteris, quod ratio propter quam in *textu noſtro*, tantum de ſpeciali hypotheca mentio habetur, ea eſt: quia *in præſenti* de ſpeciebus alienationis ſingulariter agitur. Et cum magis propriè per ſpecialem hypothecam alienatio conſequatur, quàm per generalem, *dicta l.* 2.*Cod. de pignoribus*: meritò potius, & præcipuè de ſpeciali, quàm de generali mentio habetur: ſed quoad prohibitionem *noſtri tituli* nihil refert ſiquidem per hypothecam generalem ad alienationem perveniri poterit.

8 Sextò, prædictis obſtat textus in *cap. ex præſentium* 3. *de pignoribus*, ubi ſupponitur validam fuiſſe pignoris obligationem in rebus Eccleſiæ, ſi pro ejus, vel Rectoris neceſſitate fuerit facta; aliàs enim ſi non teneret, rei vindicatio competeret Eccleſiæ, & *textus* aſſerit tantum Rectoris hæredes præſtare debere rem ipſam, vel ejus æſtimationem. In cujus *textus* difficultate, omiſſis aliis, verius dicendum eſt, in illius textus ſpecie, non fuiſſe ſublatam Eccleſiæ, vel adminiſtratori rei vendicationem, virtute dominii rei alienatæ, quæ competit domino, *ex toto titulo*, *ff. de rei vindicatione*; & fuiſſe conſenſum patet; ſiquidem adminiſtratori, vel ſucceſſori conceditur facultas, ut poſſit rem ab hæredibus recuperare, ut conſtat ex verbis *illius textus*, ubi; *filium ejus, qui ex ſucceſſione ipſius patrimonii jus dicitur moneas, & compellas, ut ea recolligat, & reſtituat Eccleſiæ memoratæ.*

9 Septimò, obſtat textus in *l. in quorum* 24.*ff. de pignoribus*, verſic. *in quorum finibus emere quis prohibetur, pignus accipere non prohibetur*: ex quibus verbis conſtat; quod non ex eo, quod alienatio rei ſit interdicta, cenſetur prohibita pignoris obligatio. Sed reſpondendum eſt, verum eſſe, quod cum prohibita eſt rei alienatio, ſimiliter erit prohibita pignoris datio; juxta textum in *l. final. Cod. de rebus alienis non alienandis.*

Nec obſtat textus *in dicta l. in quorum* 24. *ff. de pignoribus*: Quia procedit ſpecialiter in certis perſonis, hoc eſt, Magiſtratibus, ſeu Præſidibus provinciarum, vel Judicibus, qui licet durante officio non poſſint emere, ne vilius, vel minori pretio rem emant: *l. non licet* 48. *& 6.ff. de contrahenda emptione*; ſed cum hæc ratio in pignore ceſſet, pignus accipere non prohibentur: notat Petrus Faber *lib.* 2. *ſemeſtrium*, *cap.* 17. Sarmiento *lib.* 6. *ſelectarum*, *cap.* 7. *num.* 9. Pinellus *in l.* 2. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 14. *Cod. de reſcindenda venditione*; & Doctores omnes *in dicta l. ultima*, *Cod. de rebus alienis*: quæ ratio eſt diſpar in pignoris alienatione, rei, quæ Eccleſiæ eſt; ut patet ex his, quæ *ſupra* retulimus. Pro illo autem verbo, *conductionem*, de quo in *textu noſtro*, præter Innocentium, Joannem Andream, Berojum, Barbaciam, Imolam, & Abbatem, *in præſenti*, videndus eſt Hoſtienſis *in ſumma*, *titulo de conditionibus appoſitis*, §. 1. Antonius Auguſtinus, & Cujacius, *in præſenti*, Anaſtaſius Germonius *lib.* 2. *animadverſionum*, *cap.* 20. Briſſonius *de verbis juris*, verbo, *Conductio.*

Octavò adverſus textum noſtrum *in verſ. donationem*, 10
dum aſſerit donationem ſub hac alienationis prohibitione eſſe comprehenſam; ſiquidem ſub alienationis nomine, donatio etiam comprehenditur, *l. final. Cod. de rebus alienis non alienandis*; cum in donatione fortior ratio, quàm in cæteris contractibus milleſ, ſiquidem qui donat, perdere dicatur, *l.* 1. *l. filius familias* 7.*ff. de donationibus*: & cum Prælati rerum Eccleſiæ non domini, ſed adminiſtratores ſint, ut *ſuprà* diximus, nihil mirum, quod donare non poſſint *l. contra*, §. 2.*ff. de pactis*: *l.* 3.*ff. ad Macedonianum*: *l.* 3. §. *ſi ſervus*, *ff. de donationibus*, obſtabit textus *in cap. ultimo*, 16. *quæſt.* 6. *cap. quicumque* 66. *cap. Eccleſiis*, 12. *quæſt.* 2. *cap. per tuas* 5. *de donationibus*; *cap. Clerici*. 16. *quæſt.* 3. *cap. poſſeſſiones* 16. *quæſt.* 1. ex quibus juribus deducitur donationem rerum Eccleſiæ etiam ſine ſolemnitate factam, utilem, & validam eſſe. Sed reſpondendum eſt, jura *ſuprà* in argumento adducta procedere, non in donatione abſoluta, & voluntaria, quæ ex mera liberalitate proficiſcitur, de qua in *textu noſtro*; ſed potius in donatione remuneratoria in gratia alicujus ſervitii facta, juxta permiſſionem textus in *cap. liberti* 65. §. *pro remuneratione*, 12. *quæſt.* 2. quæ quidem propriè non dicitur donatio, ſed alicujus debiti ſolutio: *l. Aquilius Regulus* 17.*ff. de donationibus*: *l. ſi pater* 34. §. *ſi quis. ff. eodem*; notat Tiraquellus *in l. ſi unquam*, verbo, *donatione largitus*, *Cod. de revocandis donationibus.*

Nonò obſtat textus in *capit. fraternitatem* 2. junctâ 11
ejus Gloſſa, *verbo, graves*; *cap cæterum* 3. *de donationibus*: ex quibus juribus deducitur, Prælatum de Eccleſiæ rebus donationes non graves poſſe facere. Sed reſpondendum eſt, Prælatum donare poſſe rem exiguam, non nimis utilem, ut in *dictis juribus* notant Doctores omnes præcipuè, ſi id conſuetudo induxerit, ut *in dicto cap.* 3. *de donationibus*: nam aliàs non benè adminiſtrare poſſet is, cui nihil penitùs elargiri liceret; *l. filius familias. ff. de donationibus*, *l. cum plures*. §. *cum tutor*, *ff. de adminiſtratione tutorum*, notant Molina *lib.* 1. *de primogeniis*, *c.* 3. *n.* 9. *&* 18. Cardinalis Tuſchus 3. *tom. littera E. concluſ.* 287.

Decimò, obſtat textus in *l. final. Cod. de prædiis Decu-* 12
rionum lib. 10. ex quo textu deducitur, quod licet alienatio Curialibus ſit prohibita, donatio tamen eis permittitur: ergo *alienationis* verbo, in textu noſtro, non continetur donatio. Pro cujus dubii ſolutione adnotandum eſt, Curiales dici, qui Curiæ deputati munera ſubeunt, & publicas functiones gerunt, *l. curiales* 39. *&* 47.*Cod. de Decurionibus*, ex quibus poſt eorum mortem certa ſuorum bonorum pars ad Curiam deveniebat, ut ex *toto titulo*, *Cod. quando*, *& à quibus quarta pars debeatur*: Unde ne res alienante, ipſam Curiæ & ſucceſſionem fraudarent, & cùm Reipublicæ intereſſet dives Senatores habere, ne ex diſſipatione patrimonii ad munera civilia minus idonei exiſterent, alienationes interdici cæperunt: *l.* 1. *& finali*, *Cod. de prædiis Decurionum lib.* 10. meritò, quamvis facultas vendendi debeat competere,

petere, ei, cui donandi jus competit, *l. cujus eſt donandi, ff. de regulis juris*: tamen venditio Decurionibus non permittitur, licet donatio permittatur.

Ratio differentiæ eſt: quia non tam facilè homines donant, quàm vendunt, propter rei venditæ pretium; unde donatio, quæ minus timetur, illis non interdicitur; venditio verò, cujus major timor eſt, prohibetur. Argumento textus in *l. 4 ff. ad Senatuſconſultum Velleianum*. Donellus *lib. 9. Commentariorum, cap. 10.* Quæ ratio licet in Curialibus militet; tamen in Prælatis neutiquam militare poterit, ſiquidem Curiales res proprias non tam facilè donabunt, ut Prælati res Eccleſiæ donarent, in quibus tamquam de non ſuis liberaliores eſſent: igitur, cum Curiales rerum ſuarum domini ſint, donare poterunt: Prælati verò, cùm non ſint domini, ſed adminiſtratores tantum cenſeantur, ut ſuprà retulimus, donare non poterunt; de qua re plura refert Cujacius *in dicta l. final. Cod. de prædiis Decurionum ſine decreto non alienandis lib. 10.* reliqua videre oportet ex his, quæ *infra* dicemus in *cap. 2. de donationibus*.

13 Undecimò, adverſum noſtrum textum *in verſiculo, venditionem*, ex quo conſtat venditionem, alienationis ſpeciem eſſe, *l. ſed Celſus 6. l. alienatio 67. ff. de contrahenda emptione; l. immobilem 55 ff. de obligationibus & actionibus*: & conſequenter ſub prohibitione hujus tituli comprehendi, *cap. 1. cap. tua, de his quæ fiunt à Prælato: cap. Diaconi, cap. ſine exceptione, 12. quæſt. 2.* unde minores, quia alienare prohibentur, vendere non poſſunt, *l. 1. §. 3. l. penult. ff. de rebus eorum*: obſtabit dicere, quod adminiſtratori vendere permiſſum eſt, *l. qua ratione, §. nihil autem, ff. de adquirendo rerum dominio*. Sed Prælatus ſaltem adminiſtrator eſt ex juribus, & rationibus ſuprà adductis: ergo ei rei Eccleſiæ venditio permiſſa erit. Sed reſpondendum eſt, quod licèt generalis & liber adminiſtrator poſſit rem domini vendere, *dicta l. qua ratione, §. nihil autem, ff. de adquirendo rerum dominio; l. procurator 58. cum ſequenti, ff. de procuratoribus, §. nihil, Inſtitut. de rerum diviſione*, non tamen poterit is, cui tantum mandata eſt rerum adminiſtratio: juxta textum ita intelligendum, in *l. procurator tutorum 63. ff. de procuratoribus; notat* Julius Pacius *legum conciliatarum centuria 2. quæſt. 67.* Donellus *lib. 4. Commentariorum, cap. 15.* ſic ſimiliter Prælatus, cum non habeat liberam adminiſtrationem, ſed ſimplex tantum adminiſtrator ſit, non poterit rem Eccleſiæ, etiam ex bona fide vendere: argumento textus in *l. creditor 60. §. Lucius, ff. mandati*: niſi juſta cauſa, & ſolemnitas in alienatione, ſeu venditione illa interveniant juxta textum in *cap. 1. de his, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli*.

14 Duodecimò, obſtabit difficilis textus in *capit. cum dilecti 3. de emptione & venditione*; ubi proponitur, venditionem rei Eccleſiaſticæ fuiſſe factam à quibuſdam Canonicis ſine conſenſu Capituli; de qua reſcindenda cum Capitulum ageret, & in eam rem Judices eſſent dati; ſententia ab eiſdem prolata eſt, qua pronunciaverunt venditionem non valere: ſed Pontifex eam revocavit, juſſitque rem emptoribus reſtitui: ex cujus textus deciſione apparet, utilem eſſe rei Eccleſiæ venditionem, etiam ſine ſolemnitate factam. Pro cujus dubii ſolutione obſervandum eſt, in ſpecie illius textus duplex remedium Eccleſiæ competere potuiſſe, ad rem ſuam malè diſtractam recuperandam: *primum* nullitatis, ex cauſa omiſſæ ſolemnitatis: *ſecundum* verò ex cauſa deceptionis ultra dimidium juſti pretii, ex *l. 2. Cod. de reſcindenda venditione*: primum enim nullitatis remedium, à Capitulo in judicium deductum non fuit; qua de cauſa venditio à Pontifice fuit comprobata: notat Abb. *ibidem, num. 4.* nam cùm ſolum eſſet actum de judicio deceptionis, quo in caſu, ex *dicta l. 2. Cod. de reſcindenda*, facultas eſſet emptori ſupplendi juſtum pretium, vel rem reſtituendi, juſta de cauſa priorum Judicum ſententia, qui venditionem irritam ex cauſa læſionis judicarunt, à Pontifice tanquam contra jus lata revocatur, ſiquidem per eam fuerat adempta electio, quæ ſummo jure emptori competebat: notat Pinellus *in dicta l. 2. C. de reſcindenda vend. 3. part. c. 3. n. 15. & 20.* Cujacius *in dicto cap. cum dilecti 3. de emptione & venditione.*

Decimo tertiò, ſolutioni obſtabit dicere, quod eo- 15
dem vitio, quo ſententia priorum Judicum laborabat, etiam Pontificis ſententia laborare videtur; ſiquidem per utramque ſententiam res præcisè reſtituitur ſublata electionis facultate: unde dicendum videtur, quod ſicut prior Judicum ſententia ob eam cauſam fuit revocata, debuit quoque hæc poſterior Pontificis ſententia nulla dici. Quam difficultatem præſenſit Cardinalis Zabarella *in dicto cap. cum dilecti, quæſt. 5. de empt. vendit.* Pro cujus dubii ſolutione obſervandum eſt, rem venditam tantum in obligatione eſſe, ita ut, ſi venditor læſus ſit tantum, poſſit petere contractus reſciſſionem; emptor verò habet facultatem, aut reſtituendi, aut ſupplendi juſtum pretium, atque ita hoc poſterius eſt in ſolutione, non verò in obligatione: *dicta l. 2. Cod. de reſcindend. dicto cap. cum dilecti 3. verſic. quia vero*, cum traditis à Pinello *dicta 3. part. cap. 3. num. 1.* Fachineo *lib. 2. controverſiarum, cap. 2.* Morla *in Emporio, titulo 9. quæſt. 22.* Ex quibus ſic breviter prælibatis, jam diluitur conſideratio *ſuprà* adducta: nam ideo ſententia priorum Judicum *in dicto cap. cum dilecti 3.* iniqua judicatur, quia contra electionem emptoris præcisè rem venditori Eccleſiæ adjudicarunt, & executioni mandarunt: at verò ſententia Pontificis, qua etiam res præcisè ſine illa electione reſtitui jubet, ideo iniqua non eſt, quia Pontifex, ut prioris ſententiæ diffinitivæ iniquitatem emendaret, neceſſe habuit per interlocutionem rem emptori reſtituere, ita ut, ſi à venditore eſſet conventus, poſſit electionis facultatem exercere, quam alioquin, ſi res abſcederet, non haberet.

Decimo quartò, adhuc ſuperiori interpretationi ob- 16
ſtabit dicere, quod ſententia priorum Judicum debuit à Pontifice confirmari, cum conſtiterit rem Eccleſiæ fuiſſe diſtractam, unde dum de conſenſu Capituli non apparuit, in dubio juſta præſumptio erat, quod malè fuerit res illa alienata, præſertim cum illa ſolemnitas tanquam extrinſeca non præſumatur: argumento textus in *l. quæcunque 13. §. ultimo, ff. de publiciana*: Notat Menochius *de præſumptionibus, lib. 2. præſumption. 75. num. 24.* Sed reſpondendum eſt, quod licet *in dicto cap. cum dilecti 3. de emptione & venditione*, non conſtiterit de defectu ſolemnitatis apud priores Judices, tamen illi non potuerunt venditionem irritam declarare propter læſionem, quam ſolum in judicium deduxit Eccleſia; & quamvis fateamur Eccleſiam etiam deduxiſſe judicium nullitatis, ut in eo obtineret, tamen cum ad eam tanquam actricem pertineret onus probandi defectum ſolemnitatis, meritò juſta de cauſa, dum ſolemnitatis defectum non probavit, ſuſpenditur judicium nullitatis, ut conſtat *in dicto cap. cum dilecti 3. de emptione & venditione, verſ. ſalva.*

Decimo quintò, obſtat textus *in cap. potuit, ultimo, de* 17
locato: Ex quo patet, emphyteutam Eccleſiæ poſſe meliorationes vendere abſque ulla juris ſolemnitate. In cujus textus difficultate dicendum eſt, ideo ibidem venditionem abſque ſolemnitate factam valuiſſe, quia nulla res Eccleſiæ alienata videtur, ſed tantum melioratio ipſius rei Eccleſiæ, quæ ſolùm ſpectat ad dominium utile, quod habet emphyteuta: argumento textus *in l. 1. §. in perpetuum, ff. ſi ager vectigalis*: unde cum ad Eccleſiam propriè non ſpectet, juſta de cauſa venditio illa ſine ſolemnitate facta valebit. Confirmatur etiam ex Doctorum ſententiis *ibidem* aſſerentium, denunciationem ibi requiſitam ſatis eſſe fieri Prælato, quia abſque Capituli conſenſu emphyteuta rem illam alienare poterit. Notat Sarmiento *lib. 3. ſelectarum, cap. 8. n. 1.*

Nec obſtabit, ſi dixeris, quod quamvis tantum vendatur jus emphyteutæ, & non Eccleſiæ: tamen cum ſit in poteſtate Eccleſiæ pro pretio oblato ab exteris rem accipere,

accipere, vel omittere, læsa videtur: Argumento textus in *l. si emptioni 35 ff. de minoribus*: *cap. constitutus 8. de in integrum restitutione minorum*; quod quidem jus eligendi Eccl. fiæ considerabile est, argumento textus *in l. final. Cod. de jure emphyt.* plures referri Cenedus *in collectaneis ad Decretales, collectanea* 144. Ergo similiter *in dicto cap. final.* in illis rebus licuit in aliis venditionibus necessaria erat solemnitas. Quis respondendum est, quod quando alienatio in omittendo consistit, non requiritur solemnitas, quæ aliàs in aliis alienationibus desideratur: argumento *textus in l. final. ff. de acquirenda possessione, l. 8. titulo* 11. *lib. 5. recopilationis*, notat Glossa ultima *in cap. ult. 16. quæst. 6.* Hippolytus *singulari* 194. Palacios Rubios *in repetitione rubricæ, de donationibus*, §. 47. *n. 5.* Thomas Sanchez *de matrimonio, lib. 6. disp. 4. n. 3. cum sequentibus.*

18 Decimo sextò, obstat textus *in cap. terrulas* 53. 12. *q. 2.* ubi venditio rei Ecclesiæ sine debita solemnitate facta tenet: de cujus interpretatione *infra* dicemus *in cap. ut super 8. §. fin. hoc titulo.*

19 Decimo septimò, adversus textum nostrum *in versic. permutationem*, dum affirmat permutationem, speciem alienationis esse, cum res pro re detur; *l. 1. §. 1. ff. de rerum permutatione*, & non nisi à vero domino fieri possit, *cap. cum venerabilis, de exceptionibus*: Unde cum Prælati domini non sint, non poterunt permutare: cum sub hac *nostri tituli* prohibitione, contractus ille permutationis comprehendatur; siquidem is, qui permutat, alienare videatur, juxta textum *in l. 1. Cod. de fundo dotali*: Obstabit textus in *cap. 1. hoc titulo*; *cap. 2. §. item sibi*, 10. *quæst. 2 cap. 1. cap. tua nuper, cap. cum Apostolica, de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capituli, cap. ad quæstiones*, cum aliis, *de rerum permutatione: cap. cum venerabilis, de exceptionibus: authentic. item sibi, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*: ex quibus omnibus juribus deducitur, rerum Ecclesiæ permutationem validam fuisse.

In quorum jurium difficultate, omissis plurimis interpretationibus, verissimè est dicendum, distinctionem adhibendam esse inter permutationem factam favore personæ secularis, vel inter Ecclesiasticos. In primo casu, permutatio omnino est prohibita, juxta textum *in c. 1. 10. quæst. 2. & textum nostrum*; secùs in secundo: & ita sunt interpretanda jura omnia *suprà* in argumento adducta. Ratio diversitatis est: quia cùm permutatio fit inter Ecclesiasticos, dominium rei ad profanos usus non transfertur, sed penes Ecclesiam conservatur; atque ideo mirum non est, quod permutatio subsistat: cessat tamen cùm fit in favorem secularis personæ: Notat Barbos. plures referens *de potestate Episcopi, parte 3. allegatione 95. n. 55.*

20 Decimo octavò, solutioni obstabit textus *in cap. 1. de rerum permutatione*: ex cujus decisione apparet, etiam in laicorum favorem rerum Ecclesiæ permutationem validam fuisse. Sed respondendum est, id fuisse admissum ob Principis favorem, ut ipse possit rem suam permutare cum re Ecclesiæ, data re æquivalenti, si res ipsa non sit utilior. Notant Hostiensis, Joannes Andreas, & Abb. *ibidem, n. 4.* Quæ interpretatio communis, & verissima est; licèt dici possit ex stricto juris rigore, *ibidem* permutationem valuisse, cum permutatio illa Ecclesiæ utilis esset, etsi res æqualis daretur; siquidem Ecclesia sine ullo damno, gratiam Principis consequitur, ut eam defendat, & singularibus beneficiis, & favoribus foveat: de illis verò nostri textus verbis, ibi, *& emphyteuticum perpetuum*, infrà dicemus *in cap. ad aures 7.* & in *cap. ad audientiam 9. hoc nostro titulo.*

Ad textum in cap. Si quis presbyterorum 6. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Alienatio de rebus Ecclesiæ facta non tenet; & alienatores nisi rem restituant, excommunicantur; & quilibet Clericus potest contradicere, & rem cum fructibus repetere.*

2 *Alienatio rerum Ecclesiæ ut valeat, solemnitatem, & causam desiderat.*

Subscribens, id, quod factum est, approbare videtur.

3 *Expenditur textus in* cap. si quis de rebus, 12. q. 2.

4 *Declaratur textus in* cap. Episcopi 4. versic. successor, de rebus Ecclesiæ.

5 *Interpretatur textus in* cap. nulli 5. versiculo, Anathemat. feriatur, de rebus Ecclesiæ: *& conciliatur cum Extravag. Ambitiosæ, ejusdem tituli.*

6 *Perpenditur textus in dicto cap. nulli 5.* versic. nisi forte, de rebus Ecclesiæ.

Nemo contra proprium factum venire potest.

7 *Ratio reddituri textum in cap. veniens 5. de fil. presbyt. cap. diversis fallacis, de Clericis conjugatis.*

Juramentum à Prælato præstitum, se bona Ecclesiæ non repetiturum, illicitum est; & eo non obstante repetere poterit.

Declaratur textus in cap. cum venissent, versic. nos igitur, de rebus.

8 *Sine mandato nemo alterius nomine in judicio admittitur.*

9 *Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio: quæ regula conciliatur cum* cap. si quis presbyt. 6. de rebus Ecclesiæ.

10 Lex, bonæ fidei emptor 48. de adquirendo rerum dominio: l. qui scit, §. final. de usuris, *remissivè interpretantur.*

Bonæ fidei possessor non tenetur fructus restituere.

CONCLUSIO.

ALienatio de rebus Ecclesiæ facta non tenet; & alienatores nisi rem restituant, excommunicantur: & quilibet Clericus potest contradicere, & rem cum fructibus repetere. Quæ conclusio confirmatur ex textu *in cap. non licet 20. cap. Diacono, 12. quæst. 2. cap. quisquis, 35. quæst. 9. cap. nosti, de electione*; *l. jubemus, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*: *l. quod si minor 25. §. restitutio, ff. de minoribus*: *l. videamus 38. § in Fabiana, ff. de usuris*: & juribus, & Doctoribus à me traditis *in dicto c. nulli 5. hoc titulo*: præcipuè disputant Alfarus *collectanea* 173. Covarru. *lib. 1. variarum, c. 17. n. 1. & cap. 16. n. 6.* Redoanus *de rebus Ecclesiæ, quæst. 21. in c. incip.* Habetur pater: *ex n. 30.* Rebuffus *in compendio alienationis, verbo, irrita*: *ex n. 102.* Navarrus *in tractatu, de rebus Ecclesiæ non alienandis; n. 24. & 25.* Ugolinus *de potestate Episcopi. c. 14. §. 6.* Suarez *de censuris, tom. 5. disp. 22. sectione 6. n. 22.* Barbos. *in collectaneis ad nostrum textum, n. 2. 5. & 6.* Henricus Brich. *in commentariis ad nostrum textum*, idem Barbos. *in extravag. Ambitiosæ, hoc titulo n. 21. cum sequentibus*; & traditis à Cenedo *in collectaneis ad Decretales, collect. 71.*

1

Ratio primæ partis, scilicet injustam, hoc est, sine causa alienationem illam nullam esse, ea est: quia ad hoc ut rerum Ecclesiæ alienatio valeat simul cum solemnitate, causa etiam intervenire debet: *cap. sine exceptione, 12. quæst. 2. cap. 2. hoc titulo lib. 6.* Et licèt in *textu nostro* de solemnitate constaverit ex illis verbis, *subscripserit*: tamen de justa causa non constat, & ea ratione alienatio nulla pronunciatur. Notat Glossa *in præsenti, verbo, ab initio nullas*; Abbas, *n. 4.* Barbacia *nu. 2.* Decius *nu. 11.* & similiter consentientes, & subscribentes, excommunicationis pœnâ plectuntur, quia consentientes alienare videntur: argumento textus *in l. in haredibus 33. §. penultimo, ff. de donationibus*; *l. 2. Cod. si adversus donationem*: nam subscribens approbare videtur omnia in alienatione contenta; *l. penultima, ff. de in rem verso. §. 1. Institut. de emptione & venditione*: Glossa 2. *in præsenti*, cum traditis à Barbos. *in collectaneis ad nostrum textum, n. 6.* & injustè alienata à quolibet de Ecclesia repeti possunt: quia quæ ad Ecclesiam pertinent, juris publici esse dicuntur; *cap. si diligenti, de foro competenti*; & publici juris accusatio cuilibet de populo competit. *Principio Institutionum*,

2

tutionum, de publicis judiciis, ubi latè Pichardus, *n.* 1. 2. & 3. Sic similiter cuilibet Clerico, tanquam sua interfit accusatio illa competit.

3 Primò, obstabit textus in *cap. si quarebus*, 12. *quæst.* 2. ex quo deducitur, alienationem contra juris formam, Sede vacante factam, non esse ipso jure nullam, sed validam, cùm restitutionis remedio rescindatur, ut observat Glossa, *ibidem*, *verbo*, *rescisso contractu*. Contrarium tamen, imo nullam fuisse, ex solemnitatis defectu, scilicet Episcopi consensu, affirmat Glossa *in cap.* 1. *ne sede vacante*: existimans verba illa, *rescisso contractu*, ita esse accipienda, ut sicuti de facto alienatio processit, ita de facto rescindatur per declarationem nullitatis. Sed mihi verior videtur prior opinio: quia textus ille conditus fuit in Concilio Ancirano, *cap.* 15. sub Marcellino, ut ex Platina, & Coriolano constat *in vita ejusdem Marcellini*, qui per centum annos præcessit Concilium Agathense alienationem prohibens, & Carthaginense 4. nullitatem in ducentem, & Leonem 1. solemnitates instituentem, de quibus in *cap. Casulas*, 10. *quæst.* 2. *& in cap. sine exceptione*, 12. *quæst.* 2. Unde cùm eo tempore, nondum solemnitas instituta esset, licèt Episcopi consensus defecerit *in dicto cap. si qua de rebus*, 42. 12. *quæst.* 2. alienatio valuit; quamvis per restitutionis beneficium rescindatur: quia Ecclesia ibi fuit læsa; meritò non annullatur ob solemnitatis defectum.

4 Secundò, obstat textus *in cap. Episcopi* 4. *versicul. successor, infra hoc nostro titulo*, ex quo deducitur ad Prælatum successorem pertinere, rem Ecclesiæ injustè alienatam repetere: ergo non ad quemlibet Clericum repetitio illa competere poterit. Sed respondendum est, primò & præcipuè repetitionem illam ad Prælatum successorem spectare; sed non tamen inde sequitur, existente Prælati negligentia, aliis Clericis hoc jus denegari; quinimo quibuscunque personis Ecclesiasticis competit, & non solum ipsius Ecclesiæ Clericis, & Patronis, ut *in cap. filiis*, *vel nepotibus*, 16. *quæst.* 7. Glossa *in præsenti*, *verbo*, *personis*; verum etiam Clericis alterius Ecclesiæ: notat Abbas *in præsenti*, *n.* 9. & si Clerici negligentes fuerint, parochianis laicis repetitio illa spectat, cum eorum interesit, ne Ecclesia pauperior efficiatur, cum de suis propriis bonis debeant Ecclesiam reædificare, *cap.* 1. *cap. de his*, *de Ecclesiis ædificandis*: notat Abbas *in præsenti*, *n.* 8. & ad laicos alterius Parochiæ extendit Barbacia *in præsenti*, ea ratione motus: quia judicium hoc populare est, cum in Sacris, & Sacerdotibus jus publicum consistat, *cap. jus publicum*, 1. *distinctione*; & inde meritò cuilibet de populo debet competere: argumento textus *in l.* 1. *ff. de popularibus actionibus*. Quod verum est, data negligentia Prælatorum, & Clericorum, ut suprà dixi. Notat Glossa *in præsenti*, *verbo*, *personis*: Berojus, *n.* 34.

5 Tertiò, adversus textum nostrum, *in versiculo*, *anathemate feriatur*: dum in eo asseritur excommunicationem illam adversus alienantes non esse ipso jure impositam, sed ferendam tantum, & sic comminatoriam esse: argumento textus *in cap.* 2. *de vita*, *& honestate Clericorum*, *verbo*, *excommunicentur*: *cap. Clericis*, *ne Clerici*, *vel Monachi*; *versic. honore & loco privetur*: Notat Barbos. *in præsenti*, *nu.* 1. obstabit *extravagans Ambitiosæ*, *hoc nostro titulo*, ubi excommunicatio ipso jure imponitur. Sed respondendum est, quod *Extravagans illa*, quoad alienationis formam, & nullitatem in usu esse; non verò quo ad pœnam excommunicationis: quia per non usum abrogata est; notat Navarrus *in Manuali*, *cap.* 27. *nu.* 143. Barbos. *de potestate Episcopi part.* 3. *allegat.* 50. *n.* 135.

Nec similiter obstat Concilium Trident. *sessione* 22. *de reformatione*, *cap.* 11. ubi imponitur excommunicatio latæ sententiæ, & post satisfactionem suspensio arbitrio Prælati; ac proinde corrigere videtur *nostri textus* sententiam: Quia respondendum est, id obtinere in his, qui de facto usurpant bona Ecclesiæ, qui tanquam sacrilegi, ipso jure sunt excommunicati, & si postea satisfecerint, pro arbitrio Prælati puniuntur: notat Suarez *de censuris*, *tomo* 5. *disput.* 22. *sectione* 6. *n.* 22. Azor. *institutionum moralium parte* 1. *lib.* 9. *c.* 27. *quæst.* 10. Barbos. *in collectaneis ad textum in dicta Extravag. Ambitiosæ*, *nu.* 22. notat verò textus procedit in imponendo pœnam adversus Prælatum injustè alienantem bona Ecclesiæ, non autem de facto usurpantem: pro qua interpretatione induco textum *in dicto cap. nulli* 5. *hoc titulo*, ubi agitur de alienatione, & de pœnis, quas incurrit alienans: & tamen *ibidem* tantum mentio habetur de pœnis Leoninis, quæ referuntur à Leone Imperatore *in l. jubemus* 14. *Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*; ubi nulla fit mentio excommunicationis latæ sententiæ.

Quartò, adversus textum nostrum *in versiculo*, *nisi* 6 *forte*, *& alienator*; ex quo deducitur, alienatorem rerum Ecclesiæ posse eas repetere, & contra proprium factum venire, ut latè notat Barbos. *in collectaneis ad nostrum textum*, *in eodem versiculo*, *num.* 8. Obstabit principium illud, quo docemur, quòd nemo contra proprium factum venire potest, juxta textum *in l. post moram*, *ff. de adoptionibus*; *cap. veniens*, *de filiis presbyterorum*; *cap. diversis fallaciis*, *de Clericis conjugatis*; *cap. monemus*, 12. *quæst.* 2. nam si factum suum improbaret, propriam allegaret turpitudinem, & inde audiendus non esset; *l.* 4. *Cod. de revocandis donationibus*; *cap. cum super*, *de concessione præbendæ*; *cap. inter dilectos*, *de fide instrumentorum*: ergo non rectè *in præsenti*, alienatori repetitio competit. Sed respondendum est, verissimum esse, eum qui alienavit, posse petere revocationem alienationis injustæ, ut colligitur *ex textu nostro*, & ex *l. jubemus* 14. §. 1. *Cod de Sacrosanctis Ecclesiis*; Glossa *verbo*, *œconomus*, in *dicto* §. 1. Decius *cons.* 174. Barbos. *ubi supra*, *n.* 8.

Nec obstat principium illud, contra proprium factum quemquam venire non posse, ex quibus *suprà* in argumento adductis: Quia regula illa fallit eo casu, quo factum est nullum propter legis prohibitionem: nam tunc contra illud venire poterit, *l. quemadmodum*, *Cod. de agricolis & censitis*, *lib.* 11. Glossa 1. *in dicta l. post mortem*, *ff. de donationibus*, Gomezius *in l.* 53. *Tauri*, *n.* 63. Matienço *in l.* 3. *titulo* 10. *lib.* 5. *compilationis*, *glossa* 10. *nu.* 6. Præcipuè cum legis prohibitio respiciat publicam utilitatem, ut *suprà* diximus; & ita procedit textus noster.

Quintò, solutioni obstat textus *in dicto cap. veniens* 7 5. *de filiis presbyterorum*; *cap. diversis*, *de Clericis conjugatis*: in quorum specie factum à lege improbatum proponitur, & tamen prohibetur Episcopo contra proprium factum venire. Verum respondendum est, in *dictis juribus* id admissum fuisse in odium, & opprobrium Episcopi, qui scienter concessit Capellam filio sacerdotis, à qua eum semel electum amovere non potest: quod etiam similiter observatur *in dicto cap. diversis fallaciis*; ut notat Barbos. *in collectaneis ad eundem textum.*

Nec obstabit, si instes, majus odium versari in *textu nostro* contra Episcopum alienantem: Quia respondendum est, *in præsenti*, alienantem admitti ad revocandum proprium factum: quia generaliter quibuscunque personis ea facultas conceditur, ut constat ex textu nostro *in vers. liceat.* Quod adeo verum est, ut etiam si Prælatus juret non repetere, nihilominus tenetur, & repetere debet: quia juramentum illud illicitum est, juxta textum *in cap.* 2. *cap. intellecto* 33. *de jurejurando*, Glossa *in præsenti*, *verbo*, *alienator.*

Nec obstat textus *in c. cum venissent*, §. *nos igitur*, *de instit.* ubi Archidiacono obstat juramentum de non repetendis juribus suæ dignitatis: Quia omissa interpretatione, quam refert Glossa *in præsenti*, *verbo*, *alienator*, quæ improbatur ab Abbate *in præsenti*, *nu.* 7. Berojo *num.* 18. Verius dicendum est textum illum agere de obligatione juris, quod personæ alienantis competebat; quo in casu Prælatus repetens propter juramentum

tum audiri non debet: ſecus tamen erit, ubi alienatio fuit facta de rebus Eccleſiæ, vel Prælati & Eccleſiæ ſimul: nam tunc juramentum non obeſt Prælato repetenti, ex rationibus, & juribus *ſuprà* traditis. Nec obſtabit ratio ſuprà adducta in 4. *dubio*, ſcilicet allegantem propriam turpitudinem non eſſe audiendum: Quia regula illa fallit in pluribus caſibus congeſtis à Felino *in cap. Tertio loco*, 13. *de præſumptionibus*, à *nu.* 6. inter quos eſt ille, quando quis alterius nomine agit, ut *in præſenti*, Prælatus Eccleſiæ nomine; notat Abb. *n.* 12. Berojus *n.* 46.

8 Sextò, obſtabit dicere, quod nemo alterius nomine in judicio ſine mandato admitti debet, *l. Pomponius*, §. *final. ff. de Procuratoribus*; *l. licet*, *Cod. eodem*; *cap.* 1. *de Procuratoribus*; *cap. cauſam quæſt.* 9. *de judiciis*: Ergo non rectè in præſenti quilibet Clericus ſine mandato ad repetendum admittitur. Sed breviter reſpondeo quod licet verum ſit, neminem in judicio ſine mandato admitti poſſe, ex juribus *ſuprà* adductis: tamen regula illa fallit, quando quis populari actione experitur, ut *in præſenti*: nam tunc abſque mandato agere poteſt: Notant Hoſtienſis & Cardinalis *in præſenti*, *n.* 5. Imola *n.* 13.

9 Septimò, obſtabit principium illud, quo docemur eum, quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio; *l. vendicationem*, *ff. de evictionibus*; *l. exceptione*, *l. ob cauſam*, *Cod. ejuſdem tituli*; ſed Prælatus de evictione tenetur, quia venditor fuit, *l. non dubitatur*, *Cod. de evictionibus*; *capit. final. de emptione & venditione*: Ergo ſi repetat, exceptione repelli poterit; quod omnino contrarium refert textus noſter. Sed reſponderi ſolet, regulam *dictæ l. vindicationem*, cum *ſimilibus* procedere, quando contractus nullo jure valuit; ſecus, ſi fuit nullus, juxta textum *in l. item ſi mulier*, *ff. ad Senatuſconſultum Velleianum*: unde cum *in præſenti* alienatio fuerit nulla, meritò repetenti non obſtat exceptio; ita ſentit Gloſſa final. *in præſenti*. Sed hæc interpretatio improbatur ab Antonio Contio *in præſenti*, *n.* 25. quia etiam ubi contractus eſt nullus, alienans tenetur de evictione, *cap. Vulierenæ*, 12. *q.* 2. Quare verior interpretatio eſt, regulam illam obtinere, quando quis nomine proprio agit: nam tunc exceptione repellitur; *l. exceptionem*, *Cod. de evictionibus*; ſecus, ſi alterius nomine, & alienam utilitatem egerit, ut in *textu noſtro*: nam tunc exceptione non repellitur, juxta textum, *in l. final. Cod. de evictionibus*: Notat Abbas *in præſenti*, *n.* 12. Berojus *n.* 46.

10 Octavò, adverſus ultimam noſtri textus partem, dum in ea aſſeritur, reſtitutionem cum fructibus fieri debere: Obſtabit textus *in l. bonæ fidei* 48 *ff. de adquirendo rerum dominio*; *l. qui ſcit*, §. *final. ff. de uſuris*: §. *ſi quis à non domino*, *Inſtitut. de rerum diviſione*; ex quibus juribus conſtat bonæ fidei poſſeſſorem non teneri fructus reſtituere: ſed in textu noſtro emptor bonæ fidei poſſeſſor erat, cum titulo emptionis poſſideret, & pretium ab eo ſolutum eſſet, argumento textus *in l. bonæ fidei* 100. *ff. de verborum ſignificatione*. Ergo abſque fructibus reſtitutio fieri debuit. Cujus dubii ſolutio cum altiorem diſputationem exigat, conſultò omitto in his, quæ retuli *in capit. gratis*, *de reſtitutione ſpoliatorum*: & quæ refert Covarru. *lib.* 1. *variarum*, *cap.* 3. *n.* 6. Et quamvis fateamur, bonæ fidei poſſeſſorem non teneri fructus reſtituere, tamen *in præſenti* non ita reputatur: cum alienatio nulla ſit, & inde fructus ſunt reſtituendi; *l. jubemus*, §. 1. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*. Notat Berojus *in capit. ſi quis presbyterorum* 14. *hoc titulo*. Cenedus *dicta collectanea* 71. *n.* 4. nam cum tunc emptor in jure erraret, malæ fidei poſſeſſor præſumitur, cum ei jus reſiſtat, & titulus ille pro non titulo habeatur: Notat Covarru. *lib.* 1. *variarum*, *cap.* 3. *n.* 8. cum traditis à Barboſa *in collectaneis ad noſtrum textum*, *n.* 13.

11 Nonò, prædictis valde obſtat textus *in cap. ad noſtram* 11. *hoc titulo*, ubi reſtitutio fit ſine fructibus. De cujus textus interpretatione, videre oportet ea, quæ infrà dicemus *in dicto capit. ad noſtrum* 11. *hoc noſtro titulo*.

Granna in Decret.

Ad textum in capit. Ad aures 7. cap. Ut ſuper 8. §. poſſeſſiones, hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Terra non fertilis Eccleſiæ, dari poteſt in emphyteuſim ei, cujus ſtudio reducatur ad culturam.*
2 *Eccleſia grata debet eſſe eis, à quibus beneficio aliquo fuit affecta.*
Eccleſia in alienatione rerum ſemper debet meliora proſpicere.
3 *Eccleſiæ bona in emphyteuſim concedi non poſſunt.*
4 *Interpretatur textus in* cap. 2. verbo, liberè, *juncto* verſiculo, poteris, de feudis.
5 *Emphyteuſis eſt contractus per quem utile dominium rei immobilis transfertur; directum tamen penes dominum remanet.*
Emphyteuſis perpetuæ contractus differt à temporali.
6 *Exponitur textus* in extravag. Ambitioſæ, verſiculo, nullius momenti, *de rebus Eccleſiæ*: *juncto* verſiculo, ſi vero.
Leges generaliter loquentes, non cenſentur improbare id quod aliis legibus ſpecialiter erat permiſſum.
7 *Declaratur textus in* cap. conſtitutus 6. de religioſis domibus.
Cenſualis contractus differt ab emphyteutico, licet aliquando promiſcue accipiantur.
8 *Refertur ratio ad textum in* l. poſſeſſores 12. C. de fundis patrimonialibus. lib. 11.

CONCLUSIO.

TErra non fertilis Eccleſiæ dari poteſt in emphyteuſim ei, cujus ſtudio reducatur ad culturam. 1
Conſonat textus *in cap. per tuas* 5. *de donationibus*: *cap.* 2. *de feudis*: *cap. terrulas*, 12. *quæſt.* 2. *cap. ut ſuper*, §. *poſſeſſiones*, *hoc titulo*; *l.* 5. *titulo* 14. *partita* 1. Exornant Rebuffus *reſponſo* 111. & 112. Quaranta *in ſumma Bullarii*, *verbo*, *Alienatio rerum Eccleſiæ*, *n.* 14. Caldas Pereira *de nominatione emphyteut. quæſt.* 23. *n.* 55. *cum ſequentibus*, Guido Papa *deciſione* 185. Paulus de Caſtro *conſilio* 142. *vol.* 2. *num.* 2. Joannes Garcia *regula* 316. *num.* 39. Covarru. *lib.* 2. *variarum*, *cap.* 16. *num.* 5. Julius Clarus *receptarum ſententiarum*, §. *Emphyteuſis*, *quæſt.* 43. Antonius Gabriel. *lib.* 3. *communium opinionum*, *tit. de jure emphyteutico*: Sarmiento *lib.* 3. *ſelectarum*, *cap.* 7. Pichardus *in* §. *adeo autem*, *Inſtitut. de locatione & conductione*, *num.* 29. & 44. Amaya *in l. ultima*, *Cod. de venditione rerum Fiſcalium lib.* 10. *ex nu.* 46. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi*, *parte* 3. *allegat.* 95. *nu.* 24. & in *collectaneis ad textum noſtrum*, *n.* 1. & 2. Cenedus *in collectaneis ad Sextum*, *collectanea* 32. *n.* 4.

Ratio quare terra ſterilis reducenti ad culturam concedi poteſt in emphyteuſim, ea eſt; quia Eccleſia grata debet eſſe eis, à quibus beneficio aliquo fuit affecta; argumento textus *in cap. cum officiis*, *de teſtamentis*; *l.* 1. §. *permittitur*, *ff. de aqua quotidiana*, & *æſtiva*; *l. congruit*, & *l. ultima*, *Cod. de locatione prædiorum civilium*, *lib.* 11. Cultoribus tamen illa conceſſio denegatur, ſi melior Eccleſiæ conditio non extiterit: quia Eccleſia in alienatione rerum ſuarum ſemper debet meliora proſpicere: *cap. ſine exceptione*, 12. *q.* 2. *cap. tua nuper*, *de his*, *quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli*. 2

Primò, obſtat textus *in dicto cap. nulli*. 5. *ſupra*, *hoc titulo*: *capit.* 2. *hoc titulo lib.* 6. ubi generaliter ſtatuitur, quod Eccleſiæ bona in emphyteuſim concedi non poſſint. Verùm reſpondendum eſt, textum *in dicto cap. nulli*, cum *ſimilibus*, obtinere, quando in conceſſione emphyteuſis, non intervenit juſta cauſa, & ſolemnitas debita: nam cum ex hujuſmodi contractu transferatur dominium utile, ut dictum eſt, *alienationis* 3

appellatione continetur: & inde si fiat sine causa, & solemnitate, nulla erit: at verò textus noster loquitur, quando concessio facta fuit cum causa & solemnitate; quæ justa causa in *textu nostro* reputatur, reduxisse ad fertilitatem terram sterilem Ecclesiæ: & inde, si de sterilitate prius constet, & postea de fertilitate, & culturæ industria, & quod nemo pensionem auget, his intervenientibus rectè confertur emphyteusis; nec poterit postea revocari: ut noster textus probat: Notant Barbacia, & Abbas *in præsenti*, *n.* 2.

4 Secundò, solutioni obstat textus *in cap.* 2. *de feudis*, in illis verbis: *liberè*, *&c.* juncto versiculo, *poteris*: Ex quo deducitur hujusmodi contractum fieri posse absque ulla solemnitate. Sed respondendum est, verbum illud *liberè*, in specie illius textus, non excludere solemnitatem, ut benè animadvertit Barbacia, *ibidem*, *n.* 2. Berojus *in cap.* 1. *n.* 42. *de precariis*: Sed secundum subjectam materiam denotat libertatem seu liberationem à vinculo juramenti ibidem præstiti, de non infeudando inconsulto Pontifice, de quo *ibidem* dubitabatur: & ita sensus illius textus est, quod ubi Prælatus viderit expedire Ecclesiæ, poterit non obstante juramento, rem in feudum liberè concedere, hoc est absque perjurii periculo: & hæc est solida illius textus interpretatio, quam nulli hucusque perceperunt.

5 Tertiò, obstabit dicere, quod etiam si terra Ecclesiæ non sit sterilis, dari potest in emphyteusim, siquidem emphyteusis est contractus per quem tantum utile dominium rei immobilis transfertur; directum tamen remanet penes dominium, ut latè refert Valascus *de jure emphyteutico*, *quæst.* 1. *nu.* 2. Unde cum in emphyteusi dominium directum adhuc à domino retineatur, dicendum videtur non esse prohibitum, rem Ecclesiæ in emphyteusim dare; maximè, quia *in l.* 1. *Cod. de jure emphyteutico*, expressè constitutum est, contractum emphyteuticum inter alienationis titulos non esse recensendum. Pro cujus dubii solutione adnotandum est, discrimen versari inter emphyteusim perpetuam, & inter temporalem: temporalis enim emphyteusis contractus dicitur, quando respectu temporis, vel personarum permittitur: perpetuus verò quando sine temporis, vel personarum præfinitione constituitur: *Authentico, de non alienandis*, §. *emphyteusim*: *Authentico, de alienatione emphyteusis*, §. *licentiam*: Parladorius *in sesquicenturia*, *differentia* 71. Emphyteusis autem perpetuæ contractum omnino in rebus Ecclesiæ sine debita solemnitate prohibitum esse docet textus *in dicto cap. nulli* 5. *suprà*, *hoc titulo*: *Extravag. Ambitiosæ*, *hoc titulo*: *Authentico, de non alienandis*, §. *nos igitur*; *cap. constitutus*, *de religiosis domibus*: Notat Covarru. *lib.* 1. *variarum cap.* 17. Barbos. plures referens, *de potestate Episcopi*, 3. *part. allegatione* 95. *n.* 26. Ratio est, quia inter species alienationis, emphyteusis perpetua connumeratur, *cap. nulli*, *l. ultim. Cod. de rebus alienis*; *l.* 1. §. *qui in perpetuum*, *ff. si ager vectigalis*: *l. possessiones* 12. *Cod. de fundis patrimonialibus*: Notat Pichardus, *ubi supra*, *n.* 31. temporalis autem emphyteusis contractus permissus est, *dicta l.* 1. *Cod. de jure emphyteutico*; *Authentico*, *de non alienandis*, §. *emphyteusim*: *Authentico*, *de alienatione emphyteusis*, §. *licentiam*: ubi concessio emphyteusis Imperatorum constitutionibus omnibus Ecclesiis permissa fuit, dummodo ultra filios, vel nepotes, aut etiam ultra uxorem non prorogetur: perpetua verò non ita, nisi in prædiis ruinosis, & inutilibus; ut in *textu nostro*: quam legem civilem observare debemus: cum contrarium non reperiatur dispositum in jure Canonico, *c.* 1. *&* 2. cum similibus, *de novi operis nunciatione*: cum dispositio tradita *in dicto cap. nulli*, tantum de emphyteusi perpetua loquatur: atque ideo ad temporalem non est extendenda. Quo supposito, ad argumentum respondendum est, emphyteusis contractum esse prohibitum, etiam si directum dominium apud Ecclesiam remaneat: quia videtur res Ecclesiæ perpetuo alienata; sicut usufructu civitati relicto, dixit Jurisconsultus *in l. an ususfructus* 56. *ff. de usufructu*, *l. si ususfructus* 8. *ff. de usufructu legato*; & posset evenire, ut si ad longum tempus non esset locata, utilior terra esset Ecclesiæ: & in effectu fraus fieret prohibitioni *nostri tituli*, si eo modo intentio ejus eluderetur, ut his verbis noviter animadvertit Amaya *in l. unica Cod. de venditione rerum Fiscalium*, *lib.* 10. *n.* 56. quæ ratio cessat in emphyteusi ad tempus, ut constat ex juribus, & rationibus *suprà* adductis.

Quartò, distinctioni *suprà* adductæ obstat textus *in* 6
dicta extravag. Ambitiosæ, *versiculo*, *nullius momenti*; ubi emphyteusis contractus de rebus Ecclesiæ nullius momenti est. Verùm respondendum est, textum illum intelligi debere respectu temporis illiciti, non verò liciti: nam leges generaliter loquentes non censentur improbare id, quod aliis legibus specialiter erat permissum; *l. sciendum* 15. *in principio*, *ff. qui satisdare cogantur*: Notat Molina *de justitia & jure*, *tractatu* 2. *disput.* 467. *versiculo*, *cui opinioni*; ubi eodem modo respondit *ad dictam authenticam*, *de non alienandis*, §. *emphyteusim*, *collatione* 2.

Nec obstabit, si replices ex *dicta authentica*, *in versiculo*, *si vero*; quo movetur *Covarru.* ad contrariam sententiam amplectendam, *lib.* 2. *variarum*, *cap.* 16. *n.* 5. *versiculo tandem ut liberè*: Quia respondetur, quod textus ille potius pro nostra opinione facit; cùm ibi emphyteuta privetur jure suo, scilicet emphyteusi pro tempore legitimo per viam pœnæ ab ea lege impositæ. Unde apparet de jure, non ex eo nullam esse emphyteusim pro annis præcedentibus, quod ultra tempus legitimum fuerat concessa: & ita textus ille non probat prædictam concessionem esse de jure in totum invalidam: sed tantum in perpetuum, juxta textum *in dict. Authentic. de non alienandis*, §. *quod autem in fine*: & ita tenet Molina *ubi supra*, *n.* 28. *versiculo*, *in secunda specie*; & versiculo, *quid intelligendum*: cum traditis à Barbosa *de potestate Episcopi*, *part.* 3. *allegatione* 95. *n.* 15. *&* 16. & per totam.

Quintò, prædictis valde obstat textus *in cap. constitutus* 7
6. de religiosis domibus: ex quo probatur, quod per concessionem emphyteusis, translatum censetur dominium rei Ecclesiæ in accipientem, quoad omnes effectus: Ergo dominium directum non servatur penes concedentem rem, hoc est penes Ecclesiam. Verùm respondendum est, quod licet *in dicto cap. constitutus*, mentio habeatur de contractu emphyteusis: Tamen præcipuè loquitur de censu reservativo; in quo quidem contractu verissimum est, quod transfertur in censuarium utrumque dominium, tam utile, quàm directum; & utraque possessio tam civilis, quàm naturalis; & nullum jus præter annuam pensionem apud concedentem remanet: quæ differentia inter contractum censualem, & emphyteuticum, deducitur ex textu *in l. final. Cod. de rerum permutatione*, *& ex dicto cap. constitutus*. Quæ interpretatio dimanat ex verbis illius textus, ibi, *sub annua octo denariorum usualium*, *&c.* Notat Barbos. *in collectaneis ad eundem textum*, *n.* 1. *&* 10. Avendanno *de censibus*, *cap.* 11. *n.* 11. Tum etiam quia novum non est in Jure nostro, quod aliquando census pro emphyteusi, & è contra accipiatur, ut patet ex textu nostro *in vers. sub annuo censu*; & quod emphyteusis sit, probatur ex eo, quia hæreditario jure conceditur: ut patet ex verbis nostri textus, ibi, *eis hæreditario jure poteris concedere*; notat Glossa *ibidem*, per textum *in capit.* 2. §. *hoc jus*, *versiculo perpetuum* 1. *quæst.* 2.

Sextò, prædictis obstabit textus *in l. possessores* 12. 8
Cod. de fundis patrimonialibus, *lib.* 11. in quo emphyteuta appellatur verus dominus; & tamen dominium non potest esse penes duos in solidum, *l. si ut certo* 15. §. *si duobus vehiculum*, *ff. commodati*. Sed respondendum est, textum illum loqui in emphyteuta fundi patrimonialis, qui pleno jure dominus est si fundum illum patrimonialem eidem à Principe pro certo pretio datum esse constiterit: ut latè refert Valascus *de jure emphyteutico*, *quæst.* 3. *in principio*, Avendanno *de censibus*, *cap.* 11. *n.* 11. *ad finem.*

Ad

Ad textum in cap. Ut ſuper 8. cap. Poſſeſſiones 10. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Prælatus jurans non alienare bona quæ ſunt de menſa Epiſcopali, non poteſt alienare bona illa de quibus dubium eſt an ſint de menſa.*

2 *Juramentum de non alienando, utiliſſimum eſt Eccleſiæ.*

Tutior via in dubiis eſt eligenda.

3 *Exponitur textus in* capite finali de Eccleſiis ædificandis.

Juramentum ſtricti juris eſt, meritò debet intelligi ſecundum juris diſpoſitionem.

4 *Declaratur textus in* c. 2. de feudis, cap. per tuas §. de donationibus.

5 *Interpretatur textus in* cap. final. de rerum permutatione, *& conciliatur cum* capit. ut ſuper 8. de rebus Eccleſiæ.

6 *Latè exponitur textus in* capit. terrrulas, 12. quæſt. 2. cap. ſi fundus 13. ff. de rebus eorum.

CONCLUSIO.

1 PRælatus *jurans non alienare bona, quæ ſunt de menſa Epiſcopali non poteſt alienare bona illa, de quibus dubium eſt, an ſint de menſa.* Quæ concluſio comprobatur ex *dicto cap. poſſeſſiones* 10. *hoc titulo c. pervenit* 2. *c. intellecto* 13. *de jurejurando; c.* 2. *de feudis, c. per tuas* 5. *de donationibus*: Gloſſa *in Clement. unica, verbo, ad menſam, de exceſſibus Prælatorum*, cum ſupra traditis *in dicto cap. nulli* 5. *hoc titulo.* Exornant præter Doctores omnes ſuprà traditos *in dicto cap. nulli*, præcipuè Menochius *de arbitrariis, caſu* 433. *nu.* 2. Idem *Conſilio* 70. *n.* 10. *&* 11. Curtius junior *de feudis, quæſt.* 5. Guttierrez *conſilio* 15. Moneta *de Decimis, cap.* 5. *n.* 128. cum traditis à Barboſa in *collectaneis ad noſtrum textum, n.* 2. & in *dicto cap. poſſeſſiones, n.* 10.

2 Ratio eſt: quia interdictum alienationis rerum Eccleſiæ proditum eſt ad conſulendum Eccleſiis, & ad arcendas injuſtas alienationes, ut diximus *in dicto cap. nulli*, & juramentum de non alienando, utiliſſimum eſt Eccleſiæ. Notat Gloſſa in *cap. final. de rerum permutatione*: meritò cum in ejus obſervantia, nec peccatum, nec iniquitas extet, juſta de cauſa debet obſervari; *cap. ſi vero* 8. *cap. cum contingat* 18. *de jurejurando.* Siquidem juramentum aliquid operari debet, *l. cum pater* 79. §. *filius matrem ff. de legatis* 2. *cap. quanto* 8. *de jurejurando.* Et ſimiliter caſum dubium comprehendit: nam licet contingere poſſit, bona illa non eſſe de menſa, poſſibile tamen eſſet, de menſa eſſe, ac proinde ſervandum erit ad vitandam excommunicationis pœnam, & perjurii periculum, & ejus pœnam de qua in *l. ſi quis major, Cod. de tranſactionibus, cap. querelam* 10. *de jurejurando.* Quare nec bona de quibus dubitabatur de menſa eſſe, alienare poterit: ſiquidem in dubiis tutior via eſt eligenda, *cap juvenis* 3. *de ſponſalibus c.* 2. *de ſecundis nuptiis. c. literas* 13. *de reſtitutione ſpoliatorum: c. ad audientiam* 12. *de homicidio.* Nec hæc ultima decidendi ratio turbatur ex textu noſtro *in verſiculo, conſultius*: quia verbum illud in ambiguis, præceptum non conſilium inducit, *cap.* 3. *c. commiſſum* 16. *de ſponſalibus*: quod idem dices de verbo *tutius, verius*, ex Divo Thoma *quodlibeto* 8. *articulo* 13.

3 Primò, obſtabit textus in *cap. final. de Eccleſiis ædificandis*: ex quo deducitur permiſſum eſſe bona Eccleſiæ alienare ei, qui juravit non alienare. Verum diſtinctione adhibita reſpondendum eſt: nam aut Prælatus jurat ſimpliciter non alienare inconſulto Pontifice? Priori caſu, ſolum excluditur illicita alienatio, & inde ex cauſa utilitatis vel neceſſitatis Eccleſiæ, alienare poterit abſque periculo juramenti: nam cùm juramentum ſit ſtricti juris *c. pen. de jurejur.* meritò debet intelligi ſecundum juris diſpoſitionem; ita ut non alienet illicitè prout jura diſponunt: ſed juſta cauſa interveniente, non obſtante juramento rectè poterit alienare: & ita procedit textus in *dicto cap. final. de Eccleſiis ædificandis*, argumento textus in *cap. ex parte* el ſecundo, *de Clericis non reſidentibus, cap. petitio, de jurejurando*, & probatur expreſſè ex textu noſtro *in* §. *poſſeſſiones.* Secundo verò caſu, quando Prælatus jurat non alienare inconſulto Pontifice, non tantum excluditur illicita, verum etiam licita alienatio ut juramentum aliquid operetur: argumento textus in *cap. adverſus, de immunitate Eccleſiarum*, & inde licet alienatio cum cauſa inconſulto Pontifice valeat & teneat, ſecundum veriorem ſententiam; cùm juramentum illud non recidat alienationem ſemel licitam nullam; tamen Prælatus inconſulto Pontifice alienans, perjurus erit: Notat Redoanus *ubi ſupra, quæſt.* 3. §. *videtur etiam, num.* 15. Antonius Gabriel *tertio tomo communium, titulo, de jurejurando, concluſione* 1. *num.* 15.

Secundò, ſolutioni obſtat textus in *capite ſecundo*, 4
de feudis, ex quo conſtat quod ſi Prælatus juraverit rem Eccleſiæ in feudum non dare, poterit tamen non obſtante juramento abſque perjurii nota inconſulto Pontifice infeudare. Sed reſpondendum eſt, textum illum non obſtare, ex eo videlicet, quia non loquitur, quando de novo res in feudum datur, ut in ſpecie *noſtri textus*: ſed potius loquitur, quando res jam erat conſueta in feudum dari: nam tunc etiam inconſulto Pontifice abſque perjurii metu poterit mortuo vaſſallo, ſi feudum revertatur ad Eccleſiam, ſecundo vaſſallo feudum concedere ſeu alienare, & de feudo ejus filium inveſtire: Quod ſimiliter etiam dicendum erit, ſi Epiſcopus feudum alienatum per ſe recuperare non potuerit: nam tunc poterit infeudare alicui laico, qui illud recuperet Guido Papa *deciſione centeſima quadrageſima quinta*, Navarrus *de alienatione rerum Eccleſiæ, n.* 11. & *conſilio undecimo, numero ſecundo, ſub titulo de rebus Eccleſiæ non alienandis*, cum traditis à Barboſa *in collectaneis in capite ſecundo, de feudis, num. primo*, verſiculo, *& hic textus.* Idem *de poteſtate Epiſcopi parte tertia, allegatione ſexageſima nona num.* 29. Sic ſimiliter interpretatur textus in *cap. per tuas* 5. *de donationibus*, ubi Prælatus non obſtante juramento de non infeudando, de novo poterit integrare feudum conceſſum, ſi non fuit integratum, ſicut fuit permiſſum cum de læſione in pretio, & quantitate agitur: Notat Covarr. *practicarum quæſtionum, capite tertio, n.* 3. & 8. cum traditis à Barboſ. in *collectaneis, ad eundem textum.*

Tertiò, adverſus *noſtrum textum* dum aſſerit poſſe ali- 5
quid temporale dari Eccleſiæ ut prædium, pro eximendo abonere decimarum: dummodo ad id Superioris auctoritas cum Eccleſiæ utilitate accedat: ut refert Moneta *de Decimis, cap.* 3. *num. centeſimo trigeſimo*, Obſtabit textus in *capite finali de rerum permutatione*: ubi prohibetur, ne detur aliquid temporale per viam permutationis pro Decimis; ſed permutatio, de qua *in præſenti* mentio habetur, fuit de re temporali pro Decimis: ut ex litera textus conſtat: ergo fieri non poterat, & quod magis eſt dubitari non potuit, an ad menſam bona illa pertinerent. In cujus textus difficultate omiſſa *Gloſſ.* interpretatione *in præſenti*, Abbatis, *num.* 6. Imolæ *num.* 4. Barbaciæ *num.* 10. dum aſſerunt ſimoniam eſſe pro Decimis futuris poſſeſſiones temporales dare, & ita obtinere textum in *dicto capit. final.* ſecus pro præteritis; ut in *textu noſtro.* Quæ interpretatio defendi non poteſt, ex eo quod ſimonia realis eſt, pro jure decimandi, ſive præterito, ſive futuro poſſeſſiones dare, ex *dicto cap. finali*: Quare omiſſa prima interpretatione, quam refert Barboſ. *in præſenti numero quinto*, dicendum eſt, *textum noſtrum* obtinere eo in caſu, quo pro ipſis Decimis, hoc eſt, fructibus, poſſeſſiones permutantur: nam ſicut fructus vendi, & locari poterunt: *capit. final. ne Prælati vices ſuas: extrav. g.*

Ambitiosæ, *hoc titulo*, etiam cum possessionibus permutari poterunt. Vel aliter dicere poteris, non posse laicum dando unum prædium Ecclesiæ, liberare aliam ab onere decimandi, hoc est, si id facere velit propria auctoritate sine causa, & solemnitate: ut *in dicto capite finali*, *hoc titulo*, secus cum ea; ut in *textu nostro*, notat Barbosa *in dicto num.* 5. *apud finem.*

6 Quartò, impugnatur textus noster in §. *possessiones*, dum asserit posse Prælatum, solemnitate intervenient, possessiones Ecclesiæ minus utiles pro utilibus permutare, seu alienare: Obstabit textus in *cap. terrulas*, 12. *quæst.* 2. Ex quo deduci videtur, absque ulla juris solemnitate, posse Prælatum terrulas, seu possessiones exiguas, vel infructuosas absque ulla juris solemnitate alienare. In cujus textus difficultate, omissa nonnullorum interpretatione asserentium id obtinere speciali ratione in terrulis exiguis & infructuosis: quia confunditur ex textu in *l. si fundus* 13. *ff. de rebus eorum*; *vers. sterilis*; ubi nec tutor, qui Prælato æquiparatur, sine debita solemnitate potest terrulas exiguas alienare; & ex textu in *cap. casulas*, 10. *quæst.* 2. *cap. quidquid* 36. 12. *quæst.* 2. *cap.* 1. 17. *quæst.* 4. *Authentic. item prædium*, *versic. inutile*, *Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis.* Ratio est, quia si damnum causa sit ad alienandum, numquam tamen solemnitas excluditur: ut notat Berojus *in dicto cap. nulli*, *hoc titulo*, *nu.* 42. Menochius *de arbitrariis*, *casu* 171. *n.* 60. Quare omissa interpretatione Glossæ Rebuf. *in d. c. prædio*, *n.* 60. Abbatis *n.* 5. Berolii *in d. c. nulli*, *n.* 42. Duareni *lib.* 76. *de Sacris Ecclesiæ ministeriis*, *cap.* 9. verius dicendum est, ideo in *dicto cap. terrulas*, sine solemnitate alienationem valuisse: quia instabat necessitas expectandi solemnitatem, nec differri poterat alienatio, ut patet ex *eodem textu* ibi, *si necessitas fuerit*; quæ postea ratificari cum solemnitate poterit, cum etiam in magnis solemnitatibus, cum protestatione ratificationis & solemnitatis adhibendæ, id fieri posse in praxi observatum est.

Ad textum in cap. Ad audientiam 9. hoc titulo, de rebus Ecclesiæ.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus in perpetuum prædium Ecclesiæ locare non potest.*
2 *Locatio in perpetuum*, *alienatio censetur.*
3 *Exponitur textus in* cap. final. ne Prælati vices suas; *& conciliantur cum* extravag. Ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ.
Locatio rerum Ecclesiæ tantum usque ad triennium fieri potest.
4 *Elucidatur textus* in capit. 2. versiculo liberè, de locato.

CONCLUSIO.

1 CAnonicus *prædium Ecclesiæ in perpetuum locare non potest.* Consonat textus in *Clem.* 1. *hoc titulo*: *extravag. Ambitiosæ*, *hoc titulo*: *dicto cap. nulli* 5. *hoc titulo*: Concilium Tridentinum *sessione* 25. *de reformatione*, comprobari etiam potest ex textu in *l. si pecuniam* 3. § *si jus* 4. & §. *final. ff. de rebus eorum*: *cap. vulteranæ* 25. 12. *quæst.* 2. exornat Rebuffus *in compendio alienationis*, *n.* 26. Riccius *decisione* 23. & 234. Molina *de primogeniis lib.* 1. *cap.* 21. Mynchaca *de successionum creatione*, §. 10. *n.* 78. Covarruvias *lib.* 2. *variarum*, *cap.* 16. *n.* 3. Bonacina *de sulpensione in particulari*, *disp.* 3. *q.* 8. *punct.* 7. Idem *de alienatione bonorum Ecclesiæ*, *puncto* 2. *n.* 24. Richardus *in principio*, *Institution. de locato*, *n.* 15. Amaya plures referens in *leg.* 1. *Cod de fide*, *& jure hastæ Fiscalis*, *lib.* 10. *n.* 31. præcipuè in *l. unica*, *Cod. de vendatione rerum Fiscalium*, *lib.* 10. ex *n.* 43. *cum sequentibus*, cum traditis à Barbosa *in collectaneis ad nostrum textum*, *n.* 2. Idem *in Clem.* 1. *hoc titulo*, *n.* 8. & 11. præcipuè *de potestate Episcopi* 3. *parte allegatione* 95. ex *n.* 16. Cenedus *in collectaneis ad Decretales*, *collectanea* 71. *num.* 1.

Ratio est; quia locatio in perpetuum alienatio censetur: ut constat *ex textu nostro*, & ex *dicto cap. nulli hoc titulo*; cum ex locatione ipsa transferatur utile dominium in conductorem, *l.* 1. & 2. *ff. si ager vectigalis*; *l.* 1. §. *quod autem*, *ff. de superficiebus*: Glosa in *Clem.* 1. *verbo*, *locationes*, *hoc titulo*, Covar. *lib.* 2. *variarum*, *cap.* 16. *n.* 1. cum traditis à Barbosa *in dicta Clem.* 1. *hoc titulo*, *n.* 2. 2

Primo, obstat textus in *cap. final. ne Prælati vices suas* ubi locatio in hac specie liberè potest ad septennium fieri. Augetur difficultas ex textu in *extravag. Ambitiosæ*, *hoc titulo*: ex quo apparet tantum usque ad triennium locationem illam esse permissam. In qua jurium contrarietate omissa interpretatione, seu potius correctione, quam refert Cenedus *in collectaneis ad Decretales*, *collectanea* 76. *num.* 1. Verius dicendum est, illam *Pauli II.* Constitutionem prohibuisse locationem rerum Ecclesiæ ultra triennium, ita quidem ut ipsas res prohibeat locare, non ipsos fructus, & reditus Ecclesiasticos: cum sæpissimè contingat locari non ipsos fundos, nec ipsa Ecclesiarum prædia; sed fructus, & reditus, ad aliquod beneficium pertinentes. Et ita de hac fructuum locatione est interpretandus textus *in d. cap. final. Ne Prælati vices suas*: quam quidem fructuum locationem fieri posse resolvit Covar. *lib.* 2. *variarum*, *cap.* 16. *num.* 6. *in fine*: Cenedus *dicta collectanea* 32. *num.* 2. quam interpretationem refert Barb. *in collectaneis ad textum in dicto c. final. Ne Prælati vices suas*: *num.* 2. qui asserit aliter in puncto juris observandum esse; & plura refert *de potestate Episcopi*, *parte* 3. *allegatione* 96. *num.* 20. 3

Secundò, obstat textus in *c.* 2. *de locato*, *vers. liberè*; ex quo deducitur, Prælatum liberè sine ulla juris solemnitate posse Ecclesiæ terras locare. Sed respondendum est, textum illum obtinere non in locatione perpetua, sed in temporali, hoc est usque ad triennium tantum; juxta textum *in dicta Clement.* 1. *hoc titulo*; *dicta extravag. Ambitiosæ*: Concilium Tridentinum *sess.* 25. *de reformatione*, *cap.* 11. omitto plura ad hunc textum, quæ latè scripsit, Barbosa *in dicta allegatione* 96. Amaya *ubi supra.* 4

Ad textum in *cap. Possessiones* 10. *hoc titulo.*

DE materia hujus textus *supra* diximus *in cap. ut super* 8. *hoc titulo*, quæ omnia in præsenti sunt referenda.

Ad textum in cap. Ad nostram 11. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia restituitur adversus alienationem per quam enormiter læditur.*
2 *Alienatio rerum Ecclesiæ facta cum causa*, *& solemnitate*, *jure directo valet.*
3 *Ordinario remedio stante cessat extraordinarium.*
4 *Ecclesia intra quadriennium tantum restitui potest non ultra*, *nisi justa subsit causa.*
5 *Interpretatur textus in* capite, ad nostram 11. versiculo cum sibi fructus percepti, de rebus Ecclesiæ.
Restitutio sui natura fructus comprehendit.

CONCLU-

CONCLUSIO.

Reſtituitur Eccleſia adverſus alienationem per quam enormiter læditur. Conſonat textus in *cap.* 1. *cap. cum veniſſent* 2. *cap. auditis* 3. *cap. conſtitutus* 8. cum aliis, *de in integrum reſtitutione minorum, cap.* 1. *eodem titulo, lib.* 6. *Clem. unica, eodem titulo.* Comprobari etiam poteſt ex textu in *l.* 1. *l. fundus, l. intra utile, l. quod ſi minor,* §. *non ſemper,* cum aliis, *ff. de minoribus, l.* 1. 8. *& final. titulo* 19. *part.* 6. exornant Covarru. *lib.* 1. *variarum, cap.* 3. *ex nu.* 3. Pinellus *in l.* 2. *Cod. de reſcindenda venditione, parte* 2. *cap.* 4. *num.* 14. *cum ſequentibus*: Morla *in emporio, titul.* 5. *quæſt.* 1. Caſtillo *lib.* 3. *quotidianarum quæſtionum, cap.* 23. *num.* 51. Garcia *de Nobilitate, gloſſa* 6. §. 1. *nu.* 47. *cum ſequentibus*, Mendoza *uſufrequentium, cap.* 71. *num.* 9. Oſualdus ad Donellum *lib.* 21. *commentariorum, cap.* 9. *litera Q.*

2 Ratio eſt: quia etſi alienatio rerum Eccleſiæ facta cum cauſa, & ſolemnitate jure directo valeat, *dicto cap. ſine exceptione,* 12. *quæſt.* 2. cum ſimilibus *ſuprà* adductis: tamen ſi Eccleſia læſa reperitur, in integrum reſtitui poterit, *dicto cap.* 1. *de in integrum reſtitutione minorum*; ſiquidem Eccleſia fungitur jure minoris, *dicto cap.* 1. *cap. auditis, de in integrum reſtitutione minorum*; & cum minori læſo competat in integrum reſtitutio, *l.* 1. *cum ſequentibus, ff. de minoribus*, ſic ſimiliter & Eccleſiæ debet competere, notat Henricus Boich. *in præſenti.*

3 Primò, obſtabit principium illud, quo docemur, quod ſtante remedio ordinario ceſſat extraordinarium, *l. in cauſa* 17. *in principio, ff. de minoribus, l. in Provinciali,* §. 1. *ff. de novi operis nunciatione*; *l.* 2. *l. ſiquidem. Cod. de prædiis minorum*: at Monaſterium in præſenti adverſus injuſtam alienationem poterat intentare remedium ordinarium nullitatis, de quo *in dicto cap. ſive exceptione,* 12. *quæſt.* 2. *cap. nulli*, cum ſimilibus, *hoc titulo*: ergo ceſſare debet extraordinarium reſtitutionis. Verùm huic dubio reſpondendum eſt, regulam ſuprà adductam in ſpecie *noſtri textus* locum non habere. Ratio eſt, quia *in præſenti* alienatio non fuit nulla, ſed potius valida; cùm in ea conſtet de cauſa, & ſolemnitate, quæ omnia ad validam alienationem rei Eccleſiæ deſiderantur, *dicto cap. ſine exceptione* 52. 12. *quæſtion.* 2. *cap.* 1. *hoc titulo lib.* 6. *Clem.* 1. *&* 2. *eodem titulo.* Et de cauſa ſatis conſtat ex *textu noſtro*, ſiquidem Eccleſia ære alieno erat oppreſſa: de ſolemnitate etiam conſtat, quia Abbas, de quo *in præſenti* exemptus erat, & alienare poterat abſque Epiſcopi licentia, juxta textum in *cap. Abbatibus,* 12. *quæſt.* 2. Nec obſtabit quod Eccleſia in pretio eſſet decepta: nam deceptio illa nullitatem non inducit, licet Eccleſiæ læſæ competat in integrum reſtitutio, *dicto cap.* 1. *de in integrum reſtitutione minorum.* Notat Decius *conſilio* 202. Morla *ubi ſupra*, *num.* 21. *&* 22.

4 Secundò, adverſus textum noſtrum *in verſiculo, poſt multos poſtmodùm annos*, ex quo deducitur etiam poſt quadriennium Eccleſiam læſam reſtitui poſſe, obſtabit textus *in cap.* 1. *cap. ſi adverſus, final. de reſtitutione in integrum, lib.* 6. *Clement.* 1. *eodem titulo, l. final. C. de tempor. in integrum reſtit.* ex quibus deducitur Eccleſiam intra quadriennium tantum à tempore læſionis reſtitui poſſe: ergo in præſenti Eccleſia audiri non debuit. Qua in difficultate, omiſſa Gloſſæ, *in præſenti*, interpretatione, quæ improbatur ab Hoſtienſi, & Innocentio, *num.* 4. Verius reſpondendum eſt, quod etſi Eccleſia ultra quadriennium non poſſit reſtitui, ex juribus *ſuprà* in argumento adductis: tamen regula illa ceſſat, quando juſta cauſa aliter poſtulaverit, ut conſtat ex *dicto cap.* 1. *de reſtitutione in integrum, lib.* 6. & juſta cauſa eſt, quando Eccleſia enormiter fuit læſa: nam tunc etiam ultra quadriennium audienda eſt. Notat Gloſſa final. *in dicto cap.* 1. *verſiculo, aut alia rationabilis cauſa*: Menchaca *illuſtrium tractatuum lib.* 1. *c.* 31. *n.* 25. Barb. *in collectaneis ad textum, in dicto c.* 1. *de reſtitutione in integrum lib.* 6. *n.* 26. *&* 27. & Judex arbitrabitur, quodnam ſit damnum enormiſſimum, ut refert Covarru. *lib.* 1. *variarum, cap.* 3. *n.* 11. Menochius *de arbitrariis, caſu* 71. Barboſ. *ubi ſupra*: hodie tamen jure Regio, receptum eſt, damnum illud enormiſſimum dici, quod excedit dimidiam juſti pretii partem, *l. final. titulo* 9. *partita* 6. ubi Gregorius Lopez. Unde cum damnum in textu noſtro enormiſſimum fuerit, meritò etiam ultra quadriennium Eccleſiæ reſtitutio competit.

5 Tertiò, adverſus textum noſtrum *in verſiculo, cum ſibi fructibus percepti ſufficere debeant pro labore*, ex quibus verbis deducitur reſtitutionem fieri debere ſine fructibus: Obſtabit textus in *cap. ſi quis presbyterorum* 6. *hoc titulo, cap. non liceat Papæ, cap. Diaconi,* 12. *q.* 2. *cap.* 1. *de in integrum reſtitut. cap. quiſquis,* 35. *quæſt.* 9. *l. quod ſi minor,* 25. §. *reſtitutio, ff. de minoribus, l. videamus* 38. §. *in Fabiana, ff. de uſuris*; in quibus juribus apparet, reſtitutionem ſui natura fructus comprehendere: ergo in præſenti Eccleſia ſimul cum fructibus debuit reſtitui. Sed reſpondendum eſt, veriſſimum eſſe, reſtitutionem ſimul cum fructibus fieri debere ex juribus *ſupra* adductis. Nec obſtat textus noſter, in cujus intellectu valde laborant Interpretes, ut conſtat ex Garcia *de nobilitate, gloſſa* 6. §. 1. *n.* 47. ubi ſex præſtat interpretationes; & Pinellus undecim *in l.* 2. *Cod. de reſcindenda venditione,* 2. *parte, cap.* 4. *nu.* 14. Coſta *in l. Gallus,* §. *quod ſi tamen, ff. de liberis, & poſthumis*, 2. *parte, n.* 75. Menchaca *lib.* 3. *Controverſiarum Illuſtrium, cap. final. n.* 6. Covarruvias *lib.* 3. *variarum, c.* 3. *n.* 1. *cum ſequentibus*: pluresque refert Morla *in emporio titulo* 5. *quæſt.* 1. *n.* 32. *cum ſequentibus*, Barboſ. *in collectaneis ad noſtrum textum, n.* 2. ſed nonnullorum communis interpretatio eſt, fructus eo caſu non eſſe Eccleſiæ reſtituendos, cum eos obtineat conductor pro mercede laboris impenſi in fructibus colligendis, & propter ipſius rei curam, & adminiſtrationem, ut conſtat ex verbis noſtri textus, ibi, *cum ſibi fructus ſufficere debeant pro labore*: argumento textus *in l. ſi à non domino,* §. *fructus, ff. de petitione hæreditatis.*

Sed hæc interpretatio ex eo convincitur: quia Romanus Pontifex aſſerit fructus integros dimittendos eſſe ei, à quo res aufertur per in integrum reſtitutionem, etſi excedant labores, & impenſas ab eo factas; ut notat Coſta *ubi ſupra, in dicto* §. *& quid ſi tantum, ſecunda parte, nu.* 75. adverſus Panormitanum *in præſenti, numero penultimo*, exiſtimantem tantum pro compenſatione laboris retinere poſſe: reliquos tamen reſtituendos eſſe: cujus ſententia convincitur; quia Summus Pontifex indiſtinctè affirmat ipſos fructus ad eum, à quo res evincitur, pertinere; etſi omnino ipſe Pontifex ſciret, eos fructus mercedem juſtam laboris exceſſiſſe. Quapropter eam noſtri textus deciſionem intelligemus, ſi maturè penſitemus, Pontificem, dum juſſit fructus Eccleſiæ non reddi, ſenſiſſe de fructibus à rei poſſeſſore ante petitionem reſtitutionis in integrum perceptis, & ita conſumptis, ut nec ex his fructibus locupletior fuerit factus: qui fructus juſta ratione non ſunt etiam per in integrum reſtitutionem re evicta, Eccleſiæ reddendi, cum poſſeſſor eos bona fide percepiſſet, utens ſanè de re ſua, quam ex legitimo contractu habuerat: Atque ideo juſtè, & licitè eos fructus conſumere poterat, juxta textum *in l. ſed & ſi lege, digeſtis, de petitione hæreditatis*; meritò ea, quæ ſupra diximus, rem evictam per in integrum reſtitutionem fructus comprehendere; non procedunt in fructibus, ante petitionem reſtitutionis in integrum perceptis conſumptiſque; ita ut ex eis conſumptis patrimonium auctum non ſit; & hanc veriorem eſſe exiſtimo ſententiam noſtri textus. Conſulendus tamen eſt Mendoza *uſufrequentium, cap.* 71. *num.* 6. Morla *ubi ſupra titulo* 5. *quæſtione prima, num.* 31. ubi ſimiliter exponit textum in *cap.* 1. *de in integrum reſtitutione minorum*, meritò & conſultò omitto.

Ad

Ad textum in cap. Cum laicis, final. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Alienatio rerum Ecclesiæ non valet sine Clericorum consensu, licet approbetur per constitutionem laicorum.*

2 *Laici lege divina incapaces sunt quoad spiritualia. Constitutio laicorum contra Ecclesiæ libertatem, est nulla ex potestatis defectu.*

3 *Exponitur textus in* cap. 1. de in integrum restitutione minorum.

4 *Ecclesia, & minor æquiparantur. Tutor non potest prædium pupilli absque juris solemnitate in dotem dare.*

Interpretatur textus in l. cum hi 8. §. transactionem, ff. de transactionibus.

Jurisconsulti legem interpretandi, non verò legis condendæ auctoritatem habent.

5 *Exponitur textus in* l. ob æs alienum 12. Cod. de prædiis minorum.

Dictio taxativa, tantum, *excludit similes casus.*

6 *Expenditur textus in* cap. cum venissent, de eo qui mittitur in possessionem.

7 *Illustratur textus in* cap. ut eorum 3. de donationibus.

Interpretatur textus in cap. non liceat Papæ, 12. quæst.

CONCLUSIO.

1 *Non valet alienatio rerum Ecclesiæ sine Ecclesiasticorum consensu, licet approbetur per constitutionem Laicorum.* Pro nostri textus interpretatione breviter adnotandum est, duplicem in rerum Ecclesiæ alienatione solemnitatem fuisse inventam: unam, quæ variis modis, diversisque temporibus in Jure Pontificio observabatur: aliam verò in Cæsareo jure.

Quoad solemnitatem Juris Canonici præter eas, quæ in textu nostro referuntur, plures solemnitates extant in *cap. placuit* 51. 12. *quæst.* 2. *cap. nullus* 39. 17. *quæst.* 4. *cap. casellas*, *cap. hujusmodi* 10. *quæst.* 2. *cap. Episcopus* 73. *cap. quicunque* 66. 12. *quæst.* 2. in quibus juribus olim consensus Primatis, & Episcoporum comprovincialium desiderabatur. Sed, quia illa solemnitas commodè servari non poterat, sublata fuit, & nova solemnitas introducta est à Leone I. relata *in cap. sine exceptione* 52. 12. *quæst.* 2. per quam in alienatione requiritur utilitas, necessitas, atque consensus totius Cleri: quam solemnitatem firmant Pontifices in *cap.* 1. *hoc titulo, libro* 6. *& in Clem.* 1. *&* 2. *hoc titulo*: *Extravag. Ambitiosæ, eodem titulo.*

De Jure Civili, alia solemnitas reperitur *in l. jubemus, cum suis* §§. *Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*, quam confirmavit Justinianus in *Authentico, de non alienandis: sive in Authentic. hoc jus porrectum, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*: quæ solemnitas non debet observari, sed Canonica tantum, juxta textum in *cap.* 1. *&* 2. *de novi operis nunciatione*, ut referunt Doctores omnes in *dicto cap. nulli, hoc titulo.* Quæ omnia licèt latè disputari possint, tamen ea omitto, cum instituti nostri non sit. Exornant Duaren. *lib.* 7. *de Sacris Ecclesiæ ministeriis, cap.* 9. Castillo *de usufructu, lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 15. Sarm. *de redditibus Ecclesiæ, lib.* 1. *cap.* 2. Mascard. *de probationibus, conclusione* 75. *nu.* 12. Covar. *lib.* 2. *variarum*; *cap.* 17. *nu.* 1. cum à me traditis *in dicto cap. nulli* 5. *supra, hoc titulo.*

2 Ratio primæ partis conclusionis, eadem est, quæ à nobis scripta reperitur *in dicto cap. nulli* 5. *supra, hoc titulo*: meritò eam repetere non est necesse. Ratio verò secundæ nostri textus partis, ea est: quia laici legi divina incapaces sunt, quoad spiritualia: quoad temporalia verò Ecclesiæ, lege positiva, ut jam diximus in *cap.* 2. *de judiciis.* Et inde, quia constitutio laicorum contra Ecclesiæ libertatem, est nulla ex potestatis defectu, *cap. quæ in Ecclesiarum, cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de constitutionibus*; Quæ si de facto fiat, penitus non subsistit: *Authentic. Cassa, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*, & statuentes excommunicationem incurrunt, *cap. gravem, de sententia excommunicationis, cap.* 1. *de immunitate Ecclesiarum, lib.* 6. qua de causa, constitutio laicorum, de qua in præsenti mentio habetur circa alienationem rerum Ecclesiæ, non valuit. Notat Glossa final. *in præsenti.* Abb. *nu.* 2. cum traditis à Barbos. *in collectaneis ad nostrum textum, num.* 2.

3 Primò, obstat textus in *cap.* 1. *de in integrum restitutione minorum*: ubi alienatio rei Ecclesiæ absque utilitate, & solemnitate fuit facta; & nihilominus valuisse Romanus Pontifex affirmat: siquidem restitutionis auxilium ad eam annullandam desideratur. In cujus textus difficultate omissa *Glossæ* interpretatione *ibidem*, Covarru. *in dicto cap.* 17. *num.* 2. cum congestis à Morla *ubi supra, titulo* 5. *quæst.* 1. *num.* 21. Carrocii *de exceptionibus, exceptione* 48. Verius dicendum est, in specie illius *textus* validam fuisse alienationem rei Ecclesiæ: quia utilitas, & solemnitas intervenerant: nec contrarium ex litera illius textus colligitur; sed restitutionis auxilium necessarium fuit, quia læsa fuerat Ecclesia circa pretium rei alienatæ: quod remedium, & si utilitas, & solemnitas interveniant, Ecclesiæ conceditur, si ex alio capite læsa reperiatur, ut suprà diximus in *dicto cap. ad nostram* 11. *hoc titulo.*

4 Secundò, adversus textum nostrum obstabit dicere, quod Ecclesia, & minor æquiparantur; *cap.* 1. *cap. auditis, de in integrum restitutione*: sed alienatio minori utilis etiam minus solemnis valet, *l. cum hi*, §. *eam transactionem, ff. de transactionibus, l. non eo minus* 14. *Cod. de Procuratoribus, principio, Institutionum, de auctoritate tutorum*: Ergo alienatio Ecclesiæ utilis, etiam sine solemnitate facta, valere debet. Quam difficultatem ut diluamus, adnotandum est, verissimum esse alienationem rerum Ecclesiæ, vel minoris sine solemnitate celebratam, etiam utilem non valere, cum utilitas simul, & solemnitas in alienatione rerum Ecclesiæ, vel minoris desiderentur, *cap.* 1. *hoc titulo, lib.* 6. *Extravag. Ambitiosæ, eodem titulo, Clementina* 1. *eodem, cap. sine exceptione*, 12. *quæst.* 2. *l. jubemus, cum authentic. hoc jus, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, dicta l. cum hi* 8. *in principio, ff. de transactionibus.*

Hoc adeo verum est, quod nec tutor posset prædium pupilli in dotem, vel donationem propter nuptias alienare absque illa juris solemnitate intervenient: poterit tamen si decretum Prætoris interveniat, juxta textum *in l. lex quæ* 22. versiculo, *vel in donationem*, juncto versiculo, *per inquisitionem Judicis, & probationem causæ, interpositionemque decreti, Cod. de administratione tutorum*: & causam simul & solemnitatem desiderari expressè refert textus in *l.* 1. *titulo* 14. *partita* 1. Notat Covarr. *lib.* 2. *variarum, cap.* 17. *n.* 2. Decius *consilio* 141. *n.* 14. Gratianus *tomo* 5. *disceptationum forensium, cap.* 415. *n.* 1. *&* 2. Antonius Faber *in Rationali, ad textum in dicta l. cum hi* 8. §. *transactionem, digestis, de transactionibus.*

Nec obstat textus in *dict. l. cum hi* 8. §. *eam transactionem, ff. de transactionibus*; ubi transactio alimentorum minoris sine decreto facta valet: Quia omissa interpretatione Bartoli, Baldi, Jasonis, Antonii Fabri *in Rationali, ad eundem textum*, & Felini *in c. causam quæ, n.* 8. *de judiciis*, dum asserit, quod ideo alienatio rerum Ecclesiæ non valet sine solemnitate, etiamsi utilis sit; quia in alienatione illa solemnitas pro forma desideratur, sed in transactione alimentorum non requiritur pro forma, sed ex mero favore alienantis: & ita asserit, intelligendum esse textum *in dicto* §. *eam transactionem.* Cujus interpretatio apertè convincitur

ex

ex *dict. leg. cum hi, in principio, & §. ſ. tutor.* Quare Paulus Caſtrenſis *in dicto §. eam tranſactionem, in fine*, ita fuit oppreſſus, quod exiſtimet, ibi tranſactionem ſine ſolemnitate factam valuiſſe: quia Iuris conſultus eam approbavit; aliàs namque minimè valeret: ſed rejicitur à Tiraquello *poſt leges connubiales, gloſſa* 16. *n.* 63. quia Iuris conſultus *ibi* procedit interpretando orationem *Divi Marci* ſcriptam *in principio illius legis*; non autem ſtatuendo: nam ſi ſtatuere vellet, id non poſſet: quia Iuris conſulti interpretandi, non verò legis condendæ auctoritatem habet: quamvis aliquando illorum interpretationes Iudices ſequi deberent *leg.* 2. *ff. de origine juris, in fine*, §. *reſpõſa, Inſtit. de jure naturali*: Connan. *lib.* 1. *commentariorum, c.* 15. *n.* 3. & 4. Corraſ. *de Iure civili in artem redigendo*, 2 *p. c.* 17.

Quare omiſſa etiam interpretatione, quam refert Sarmiento 1. *p. de redditibus*; *c.* 2. *n.* 6. Verius dicendum eſt, textum *in d. l. cum hi* 8. §. *eam tranſactionem ff. de tranſactionibus*, cum *ſimilibus*, agere de actu in quo minor non ſe, ſed alium obligat; quo in caſu à lege non requiritur ſolemnitas, §. *pupillus*: *Inſtit. de inutilibus ſtipulationibus*: *d. principio Inſtitutionum, de auctoritate tutorum*: *l. non eo minus* 14. *C. de Procuratoribus.* Quod idem obſervatur in Eccleſia, quæ ſi ſe ipſam non obligat, ſed ei alius obligatur, veluti quia ei donatur, vel ſtipulatur, actus ille etiam ſine ſolemnitate celebratus valebit; ſi verò minor, vel Eccleſia alteri obligatur, vendendo, locando, vel tranſigendo, tunc actus ille etiam utiliter geſtus, nullus erit, ſi ſolemnitas deficiat: quia utrumque requiritur, ut Eccleſia obligetur, ut ſuprà diximus, juxta veram noſtri textus ſententiam, ut rectè animadvertit Sarmiento *ubi ſuprà num.* 13.

5 Tertiò, adverſus ea, quæ ſuprà diximus, ſcilicet tutorem, juris ſolemnitate, & decreto Prætoris interveniente, poſſe prædium pupilli in dotem, vel propter nuptias dare, juxta textum in *l. lex quæ* 22. verſiculo, *vel in donationem, vel in* juncto verſiculo, *interpoſitionémque decreti, C. de adminiſtratione tutorum.* Valde obſtabit text. *in l. ob æs alienum* 12. *C. de prædiis minorum*: cujus hæc ſunt verba: *Ob æs alienum tantùm, cauſa cognita Præſidis decreto, prædium ruſticum minoris, provinciale diſtrahi permittitur*: ergo cum dotis conſtitutio non ſit æs alienum etiam ſi in ejus donatione interveniat Prætoris decretum, & juris ſolemnitas, illa dotis conſtitutio nullius momenti erit. In cujus *text.* difficultate, omiſſa interpretatione Accurſ. *in d. l. lex quæ* 22. verbo *vel in dotem*; & emendatione Duareni *ad titulum C. ſi adverſus dotem, fol. mihi* 135. dum aſſerit dictionem illam *tantum*, in *dicta l. ob æs alienum*, collocandum eſſe ad ſequentia verba, hoc eſt *cauſa cognita*: non verò ad præcedentia, hoc eſt, *ob æs alienum*: quaſi ſenſus illorum verborum ſit, ob cauſam cognitam, & Prætoris decretum tantum, prædia minorum alienari poſſe: quæ quia correctoria eſt, meritò reſpuenda; juxta textum *in c. cum expediat, de electione lib.* 6. Omiſſa ſimiliter emendatione Cuiacii *in tit. C. de prædiis minorum*, dum aſſerit verbum illud, *tantum*, delendum eſſe, quaſi ſenſus eſſet ob æs alienum cauſa cognita, & Prætoris decreto interveniente, prædium minoris diſtrahi poſſe: Veriſſimè eſt dicendum alienationem prædii minoris cauſa dotis factam Prætoris decreto interveniente valere, ex *dict. l. lex quæ* 22. Nec obſtat textus in *d. l. ob æs alienum*: quia ita interpretari debet; ut non ſolum ob æs alienum tantum res minoris alienari poſſit, ſed etiam ob alias ſimiles cauſas: ut eſt dotis datio, quæ cauſa pia eſt: nam dictio taxativa, *tantum*, non excludit ſimiles cauſas: cum plerumque in Iure noſtro, etiam ſi taxativa illa dictio, *tantum*, ſit interpoſita, ampliari poſſit à legibus, ex novis cauſis emergentibus, cùm jus paulatim creſcat; & ita quod tantum deciſum eſt in *d. l. ob æs alienum*, reputatur ampliatum *in d. l. lex quæ* 22. ut non tantum ob æs alienũ, ſed etiam ob aliam juſtam cauſam, hoc eſt *dotis*, poſſit res pupilli alienari decreto Prætoris interveniente, ut rectè animadvertit Alciat. *lib.* 3. *parergon. c.* 5. reliqua vide apud Fachin. *lib.* 1. *contr. cap.* 9. & *lib.* 2. *c.* 2.

Granna, in Decret.

Quartò, adverſus ſecundam noſtri textus partem, dum aſſerit approbationem laicorum circa rerum Eccleſiæ alienationem, inutilem eſſe ex ratione ſuprà adducta; ultra ea, quæ ſuprà diximus in *c. cum Apoſtolica* 7. *de his quæ fiunt à Prælat.* Obſtabit text. in *c. cum veniſſent, de eo qui mittitur in poſſeſſionem*, dum affirmat Clericorum cauſas terminari debere ſecundum jus, & bonam terræ conſuetudinem. Sed breviter reſpondendum eſt, *text.* illum loqui in conſuetudine mixta Clericorum, & laicorum, quæ Clericos ligat: quia cenſetur introducta per Clericos ſecundum communem interpretationem, & ſententiam, quam reſolvit Fel. *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de Conſtitutionibus*; *n.* 8. & ea, quæ *ſupra* retulimus *in c.* 2. *de judiciis, n.* 11.

Quintò, adverſus ea, quæ *in præſenti* notant omnes, 7
videlicet, nec per conſuetudinem juris ſolemnitatem auferri poſſe, juxta text. *in c. cum cauſa* 8. *de re judicata.* Notat Barb. omnino conſulendus, qui plura, & plures refert, in *collectaneis ad text. in d. c. cum cauſa* 8. *de re judicata, n.* 7. *cum ſequentibus*: Obſtabit text. *in c. cæterum* 3. *de donationibus*; ex quo apparet, Prælatum ex conſuetudine poſſe rem Eccleſiæ alienare, ſolemnitate omiſſa. In cujus text. difficultate rejecta interpretatione Gloſ. & Abbat. *in d. c. cæterum* 3. *de donation.* veriſſimè eſt dicendum, textum illum eſſe intelligendum, quando res eſt modica; quæ ex conſuetudine abſque ſolemnitate alienari poteſt, juxta text. *in dict. c. terrulas* 12. *q.* 2. Notat Gloſſa *in d. c. cum cauſa, de ſententia, & re judicata*: ſiquidem modica omiſſio præcepti, non violat præceptum: *unum horarium, verſ. quoties*, 25. *diſt.* Notat Divus Thomas, 2. 2. *q.* 63. *art.* 6.

Sextò, adverſus ea, quæ *in præſenti* notant omnes, 8
videlicet juſta interveniente neceſſitatis cauſa, ſolemnitate adhibita, poſſe Prælatum res Eccleſiæ alienare: ut conſtat ex his quæ ſuprà retulimus, *n.* 1. Obſtabit text. in *c. non liceat Papæ*, 12. *q.* 2. ubi probatur non licere Pontifici pro aliqua neceſſitate res Eccleſiæ alienare. Sed reſpondendum eſt, *textum* illum non eſſe intelligendum de neceſſitate Eccleſiæ, ſed de neceſſitate propria, & perſonali ipſiuſmet Pontificis. Notat Navar. *ibid.* §. 2. *n.* 5. Vide etiã, quæ *infra* dicemus *in c.* 1. *de precariis*: præcipuè *in* 6. *dubio.*

TITULUS XIV.
De Precariis.

Ad textum in cap. Precariæ 1. cap. De Precariis 2. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Precariæ de quinquennio ad quinquennium revocari debent.*

2 *Luſtralem fundum Romani de quinquennio ad quinquennium locare conſueverunt.*
Precariæ cœperunt inſtitui ex pluribus donationibus à Principibus Eccleſiæ propter victorias factis.

3 *Precarii poſſeſſores nullo tempore præſcribunt.*
Probationes a rerum natura facile pereunt.
Poſſeſſor, qualiſcunque ſit, non compellitur rem reſtituere niſi de jure ſuo docenti.

4 *Precarii natura eſt, ut pro cõcedentis arbitrio revocetur. Precarium, & Precaria, inter ſe plurimùm differũt.*
Laudatur Doctor D. Garcia de Porres.

5 *Exponitur textus in* leg. in rebus 4. §. final. *cum* l. ſequenti, ff. de precario.
In precariis tacita revocatio ſufficit, in Precaria verò ſolemnis deſideratur.
Illatio à diverſis non fit.

6 *Solemnitas in Precaria alienatione deſideratur, non verò in ejus renovatione.*

Solemnitas, quæ requiritur ad actum faciendum, requiritur etiam in eo reficiendo.

7 *Expenditur textus in* c. Clerici: 16. q. 3. c. fæpe: 12. q. 2.

8 *Interpretatur textus in* cap. Precariæ 44. 12. q. 2. *verſ.* cum auctoritate Eccleſiaſtica, vel Civili: & c. Precariæ, §. final. 10. quæſt. 2.

9 *Ratio ponitur ad text.* in c. de precariis 2. de precariis. *Precaria, vel ad breve tempus, hoc eſt uſque ad triennium; vel ad longum, hoc eſt uſque ad quinquennium contrahi poteſt: inter quas plurima extat differentia. Exponitur textus in* cap. precariæ 4. 10. q. 3.

CONCLUSIO.

1 PRECARIÆ *de quinquennio ad quinquennium renovari debent.* Conſonat text. in *d. c.* 1. & 2. *c. final.* §. *porro precariæ, hoc noſtro tit. c. precariæ* 44. *cap. hujuſmodi. cap. ſæpe* 72. 12. *q.* 2. *cap. precariæ.* 1. *cap. precariæ* 2. 10. *q.* 2. *cap. Clerici*: 16. *quæſt.* 3. argumento textus *in l. jubemus, la ſegunda* §. *ſane* 5. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, cap. poſſeſſionis* 61. 16. *quæſt.* 1. Exornant Bartolus *in l. ſi finita* §. *ſi de vectigalibus, num.* 10. *ff. de damno infecto*: Imola *in l. ex facto*, §. *ultimo, ff. ad Senatus Conſultum Trebellianum*, Valaſcus *de jure emphyteutico, quæſt.* 34. *n.* 9. Molina *de juſtitia, & jure, tract.* 2. *diſput.* 298. *num.* 22. Mantica *de tacit. & ambiguis conventionibus, lib.* 22. *titulo* 4. *num.* 20. Cuiacius *lib.* 4. *obſervationum. cap.* 7. Idem *in poſthumis ad noſtrum titulum*: Jaſon *in l.* 1. *Cod. de jure emphyteutico*; Idem Cuiacius *de feudis, lib.* 1. *c.* 5. Covarruvias *lib.* 3. *variarum, cap.* 15. *& c.* 17. *n.* 4. *&* 5. Hotomannus *de verbis juris*, verbo, *Precariæ*; Petr. Greg. *lib.* 27. *ſyntagmatum, c.* 2. Parl. *rerum quotidianarum, differentia* 134. *n.* 7.

2 Ratio quare revocatio de quinquennio ad quinquennium fieri debet, ea eſt, ne temporis longitudine pereat memoria contractus, & inde Eccleſiæ fiat præjudicium; *cap. ſæpe*, 12. *quæſt.* 2. notat Gloſſa final. *in præſenti*, Abbas, Barbacia, & Beroius, *ibidem*; quod ab Eccleſia fuit factum ad exemplum locationum luſtralium Romanorum, qui de quinquennio ad quinquennium luſtralem fundum locare conſueverunt: cujus rei exempla extant *in leg. ſi quis* 9. §. 1. *leg. item* 13. §. *final. ff. de rebus creditis; leg. ſi quis* 49. *ff. de actionibus empti. leg. ſi quis* 9. §. 1. *leg. item* 13. §. *final. leg. ſi in leg.* 24. §. 1. *& 2. ff. locati. l.* 7. *Cod. eodem*; quem contractum ex lege, & conſuetudine de quinquennio ad quinquennium renovabant: notat Petrus Gregor. *lib.* 47. *ſyntagmatum, cap.* 16. Robertus *lib.* 4. *variarum, cap.* 17. Precariæ enim cæperunt inſtitui, ex pluribus donationibus à Principibus Eccleſiæ propter victorias factis; à quibus Eccleſiis petebatur, ut terras illas Eccleſiæ donatas liceret precariò retinere in ſignum remunerationis: argumento textus *in leg. Aquilius Regulus, ff. de donationibus*, ut prædia tantum naturaliter precarii nomine liceret poſſidere ſub onere certo, ad tempus certum; vel in perpetuum: Notat Cuiacius *in poſthumis ad noſtrum textum*: qui quidem precarii contractus à Jure Civili incognitus fuerat: arg. text. *in l. jubemus*, la ſegunda, §. *ſane, C. de Sacroſanctis Eccleſiis*: cum tantùm ab Eccleſia in rebus Eccleſiaſticis celebretur: Notat Barb. *in rubrica hujus tituli, n.* 7.

3 Primò, huic decidendi rationi obſtabit dicere, quod revocatio, ſeu renovatio illa de quinquennio ad quinquennium inutilis eſt, cum Eccleſiæ ex illa concelſione nullum præjudicium generetur: ſiquidem precarii poſſeſſores nullo tempore præſcribunt; expreſſus eſt textus *in dicto cap. Clerici*: 16. *q.* 3. *c. poſſeſſiones* 13. *q.* 1. *& in Synodo Eupanienſi, cap.* 18. *l. male agit. Cod. de præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum*: cum proprietas maneat apud Eccleſiam, & ſolus uſusfructus tranſeat ad poſſeſſores, *l.* 2. *Cod. de præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum; l. nec. Cod. de uſufructu.* Sed reſpondendum eſt, quod licet præſcriptio in ſimilibus contractibus ceſſet, tamen ideo renovatio deſideratur, ne forte ſcriptura pereat; cum probationes à rerum natura facilè pereant, ſeu cadant; *l. generaliter, Cod. de rebus creditis; c. ſæpe, de reſtitutione ſpoliatorum*: & poſſibile eſſet, ut propter defectum probationis Eccleſia rebus ſuis defraudaretur: cùm longi precarii poſſeſſores, negantes rem ad Eccleſiam pertinere, ſuæ poſſeſſioni adhærentes ſe dominos eſſe prædicarent: cum unusquiſque, quantumcumque injuſtus poſſeſſor ſit, non compellatur rem reſtituere niſi de jure ſuo docenti, *l. final. Cod. de rei vindicatione*; & ſic niſi Eccleſia dominium probet, ſuccumbet; *cap.* 3. *de probationibus*: meritò, ut origo poſſeſſionis detinentis rem precariam ſemper pateat, facta recognitione in inſtrumento publico, rectè renovatio in præſenti de quinquennio ad quinquennium deſideratur: Notat Gloſſa final. *in textu noſtro*: Covarruvias *lib.* 1. *variarum, cap.* 15. Cuiacius *lib.* 4. *obſervationum, cap.* 17. Hotomannus *de verbis feudorum*, verbo, *Precaria*: Petrus Gregor. *lib.* 27. *ſyntagmatum, c.* 2. Brab. *in collectaneis ad noſtrũ text. n.* 3.

Secundò, obſtabit dicere, quod Precarii natura eſt, 4
ut pro concedentis arbitrio revocetur; *leg.* 1. *ff. de precario*: *cap. final. hoc titulo*: ergo non de quinquennio in quinquennium, ſed pro tempore, quo Eccleſia voluerit, revocare precarias poterit. Pro cujus dubii ſolutione, animadvertendum eſt, plurimam differentiam verſari inter Precarium, & Precariam: nam Precarium eſt nomen neutrum; Precaria fœmininum; Precarium eſt conceſſio uſusfructus ad vitam tantum; Precariæ verò etiam ad heredes tranſeunt: rurſus Precarium revocatione non indiget; Precaria verò revocari debet. Deinde, quia Precaria de quinquennio ad quinquennium fit, Precarium autem conditionem illam non expoſcit, *cap. hujuſmodi*: 10. *quæſt.* 2. *c. ſæpe* 27. 12. *quæſt.* 2. *cap. Clerici*, 16. *q.* 3. ideoque Precariæ in plurali numero denominantur, quia plures conceſſiones ſunt cum poſt quinquennium revocentur, & renoventur: in Precario autem unica tantum conceſſio præſumitur: Notat Beroius *in præſenti, n.* 10. Petrus Gregorius *lib.* 23. *ſyntagmatum, c.* 2. Precariæ enim etſi in aliquibus æquiparentur emphyteuſi; tamen differunt in multis: differunt enim in origine; quia Precaria cæpit propter frequentes donationes Eccleſiæ factas in ſignum remunerationis inſtitui: argum. textus *in l. Aquilius Regulus ff. de donationibus*: At emphyteuſis non propter remunerationem, ſed propter publicam agrorum culturam, & utilitatem inventa eſt; cum ad agrum deſertum colendum non facile coloni invenirentur, meritò ſub annua penſione inventus eſt emphyteuſis contractus: Notat Cuiacius *lib.* 4. *obſervationum, cap.* 7. Briſſonius & Hotomannus verbo, *Emphyteuſis*: Gothofr. *in* §. 3. *Inſtit. de locatione, & conductione*. Differunt etiam in tempore; nam emphyteuſis Zenonis tempore fuit introducta *d.* §. 3. *Inſtitut. de locatione, & conductione*: Precaria verò illo Zenonis tempore incognita erat; argumento textus in *leg. jubemus*, la ſegunda, §. *ſane, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*. Deindè, quia emphyteuſis non ſoluto canone perditur; non ita Precaria. Denique emphyteuſis non renovatur; Precariæ tamen quinquennio ad quinquennium renovari debent: aliàſque differentiæ rationes refert Barb. *in collectaneis ad noſtrum text. n.* 8.

Ex quibus omnibus facilis jam apparet ſolutio ad dubium *ſuprà* adductum: nam textus *in dictal.* 1. *ff. de precario*, cum *ſimilibus*, procedit in precario; quod ſua natura pro arbitrio concedentis revocari poteſt; meritò non indiget revocatione: at verò textus noſter procedit in Precaria, quæ non finitur niſi poſt quinquennium, & ideo renovatio de quinquennio ad quinquennium neceſſaria eſt: ne origo contractus, & jus Eccleſiæ temporis diuturnitate pereat: Notat Gloſſa *c. final. infra, hoc titulo*, ut benè diſcipulis recitavit eruditiſſimus *Doctor Dom Garcia de Porres*, olim Majoris Collegii Conchenſis Togatus, & in hac Salmantina Univerſitate Verſpertinæ Decretorum Cathedræ digniſſimus Moderator, & in Pinciana Curia Senator meritiſſimus; nunc verò Sacræ Aulæ Quæſtor meritiſſimus, qui ad majora (ut confido) propter ejus ingenium, & literarum peritiam breviter aſcendet.

Tertiò

Tertiò, solutioni obstabit textus in *l. in rebus* 4. § *final.* cum *lege sequenti, ff. de precario*; argumento etiam textus *in l. quæritur* 13. § *qui completo.* cum *lege sequenti, ff. locati. l legem* 16. *Cod. eodem.* Ex quibus omnibus deducitur, quod renovatio in Precariis ipso jure tacitè facta censetur: ergo si in Precariis inducitur tacita renovatio, frustra expressa desideratur; aut saltem necessaria non est. Cui dubio respondendum est, jura *suprà* in argumento adducta procedere in casibus, quibus solus consensus est necessarius ad celebrationem contractus: nam tunc ex lapsu temporis, & taciturnitate contrahentium inducitur tacita reconductio, & tacitum precarium: at verò *textus* noster procedit in Precaria Ecclesiastica, in qua ultra consensum, est necessaria aliqua solemnitas, utpote scriptura; & Ecclesiæ consensus expressus in ea desideratur, qui ex lapsu temporis, & taciturnitate contrahentium renovatus non præsumitur, juxta textum *in dicta l. item quæritur*, §. *in urbanis, ff. locati*: meritò cùm periculum, & damnum Ecclesiæ ex tacita renovatione inductum reparari non possit, justa de causa expressa, authentica, & solemnis renovatio de quinquennio ad quinquennium in Precaria desideratur.

Nec obstat textus *in dicta l. in rebus*, §. *ultimo*, cum *similibus, ff. de precario*: Quia ut *suprà* diximus, hi contractus inter se differunt, & à diversis non fit illatio: *l. Papinianus exuli, ff. de minoribus*: nam Precariæ renovatio fit, ne memoria illius contractus, & beneficii pereat: & ideo authenticè per scripturam fieri debet: at in Precario hoc periculum non est, cùm ad libitum expressè, vel tacitè revocari possit, *dicto cap. final. hoc titulo*: cum *ibidem* referendis; cùm quilibet rei propriæ diligens administrator præsumatur, *l. cum de indebito, ff. de probationib.* Ecclesiæ verò res, utpote communiter possessæ, negligi præsumuntur; argumento textus *in l. meminimus* 1. *Cod. quando, & quibus quarta pars debeatur.* Quod similiter dicendum est in locatione, ex *dicta l. legem quidem* 16. *Cod. de locato*: ubi tacita reconductio sufficit, nisi expressa fuerit oppositа; *l.* 13. *in fine, ff. locati*: at verò in Precaria, ultra consensum requiritur illa expressa solemnitas, & voluntas in scriptis redacta; de qua *in dicto capit. precariæ* 42. 12. *quæst.* 2. videndus est Gutierrez *de juramento confirmatorio*, 1. *parte*, *cap.* 49. Nam cum contractus requirat aliquid ultra patientiam, ipsa sola patientia nihil operatur; notat Menoch. *l.* 3 *de præsumptionibus. præsumpt.* 85. *n.* 28. *& cõs.* 121. *num.* 101. Barbos. *in collectaneis ad nostrum textum, n. fin.*

6 Quartò, adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes, videlicet, quod licet in prima Precariæ concessione sit necesse, ut interveniat solemnitas requisita ad alienationem rerum Ecclesiæ, de qua *in titulo præcedenti*, & in *cap.* 2. *infra, hoc titulo dicto cap. precariæ*, 12. *quæst.* 2. at in renovatione Precariæ quæ de quinquennio ad quinquennium fit, non est necesse ut talis adhibeatur solemnitas; quia non est nova Precariæ constitutio, sed antiquæ recognitio, ne pereat notitia juris Ecclesiæ, argumento textus in *cap. si vero, de jure patronatus*, *in fine*: obstabit textus in *l. si ut proponis* 7. *Cod. de nuptiis*; ex quo deducitur, solemnitatem requisitam ad actum faciendum, requiri etiam in eo reficiendo, vel reparando. Sed respondendum est, textum *in dicta l. si ut proponis*, obtinere, quando per reparationem, vel renovationem actus vim recipit: nam tunc solemnitas, quæ intervenit in actu faciendo, debet etiam intervenire in eo reficiendo: at verò textus noster procedit, cùm per renovationem, actus non recipit vim: nam tunc non est necesse, ut fiat solemnitas in renovatione contractus, quæ fit in ejus celebratione; siquidem renovatio non inducit ipsam Precariam, nec vim ei tribuit: sed fit dumtaxat, ut Precariæ recognitio, & probatio appareat: Notat Imola *in præsenti, in fine*: Beroius *n.* 47.

7 Quintò, prædictis obstat textus *in cap. Clerici*, 16. *quæst.* 3. *cap. sape*; 12. *quæst.* 2. Ex quibus deducitur solùm Episcopos has Precarias posse concedere. Sed breviter est respondendum, jura illa, & similia non esse intelligenda ita, ut absque justa causa, & solemnitate à principio adhibita Precariæ illæ concedi possint; sed dumtaxat justa causa, & solemnitate interveniente: nam habilia præsupponere, juris vaticinio non est; argumento textus in *l qui testamento* 20. *ff. de testamentis.*

Sextò, his omnibus valdè obstat textus in *cap. precariæ* 44. 12 *quæst.* 2. ex quo deducitur Precarias faciendas esse Civili authoritate, vel Ecclesiastica; ergo non ea solemnitas in Precaria requiritur, quæ in rerum Ecclesiæ alienatione desideratur. Pro cujus *textus* vera elucidatione, & responsione, adnotandum est, Reges olim maximas, & frequentes Ecclesiæ donationes fecisse, ut constat ex *Novella* 7. Justiniani, *cap.* 2. *cap. Constantinus* 33. & 34. 96. *distinct.* Notat Menchaca *lib.* 1. *controversiarum, cap.* 5. *num.* 25. Baroni. *Anno* 324. *num.* 117. quorum Regum Ecclesiæ donatio ea lege fiebat, ut irrequisito Regum consensu bona alienari non possent, *cap. ea ergo* 2. §. *hoc jus porrectum*: 10. *quæst.* 2. *authentic. hoc jus porrectum, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*: ex quorum donatione originem sumpsit Precaria, ut suprà retulimus; meritò necesse fuit, ut lex, & pactio illa observaretur; ita ut si Ecclesia de rebus illis Precarias facere velit, Civili, & Regia auctoritate, seu permissione uteretur: & ita est interpretandus textus *in dicto cap. precariæ* 44. 12. *quæst.* 2. ut notat Glossa *ibidem*, communiter recepta; sicque verba illa, *cum auctoritate Ecclesiastica, vel civili, si faciendæ sunt, fiant*: ita debent intelligi, ut Precariæ de rebus Ecclesiæ fiant cum auctoritate Ecclesiastica: quæ verò fiunt de rebus à Principe donatis, fieri etiam debent, simul cum civili auctoritate: eodémque sensu accipiendus est textus *in cap. precariæ*, §. *fin.* 10. *q.* 2. in illis verbis: *sine licentia, & consensu Regio facere præsumat*: Notat Gloss. & Turrecremata, *ibid.*

Septimò, prædictis obstat textus in *cap. de precariis* 9
2. *hoc titulo*: ubi constat successorem absque ullo penè metu, posse Precariam irrationabiliter factam ab antecessore revocare. In cujus textus difficultate, Glossa *ibidem*; Imola *in principio*: Beroius, *num.* 24. existimant ideò Precarias *in dicto cap.* 2. *hoc titulo* irritas esse: quia factæ fuerant in casu non permisso: nam ut valeant, non solum solemnitas observanda est, de qua in *titulo præcedenti*; verùm etiam evidens utilitas concurrere debet: ut docet Imola *in dicto c.* 2. Covar. *lib.* 2. *variar. c.* 17. *n.* 2. quæ cum *in dicto c.* 2. *defecerit*, meritò Precaria irrationabilis dicitur, & absque pœna à successore revocari potest: argumento textus *in l. non dubium, Cod. de legibus.*

Verùm hæc interpretatio convincitur ex *versic. illius textus*, ibi, *præcipimus*; quod verbum aliquid novi importat: juncto *vers. ad jus Ecclesiæ revocentur*: quæ verba ostendunt jus aliquod translatum fuisse apud eum, qui Precariam accepit: argumento textus in *l. decem, ff. de verb. oblig. c. ad dissolvendum, de desponsatione impuberum.*

Quare pro vera illius *textus* interpretatione adnotandum est, Precariam duobus modis posse celebrari, vel ad breve, vel ad lõgum tempus: nam quando ad breve, hoc est usque ad triennium tantum, (non ad quinquennium,) cùm per eam nullum dominium transferatur alienario non dicitur, nec necessaria erit solẽnitas, & à solo Prælato fieri potest, ad exemplum locationis, juxta textum *in c. ult. ne Prælati vices suas: Clem.* 1. *de rebus Ecclesiæ*: & de hac brevi Precaria est interpretandus textus *in dicto c. hoc titulo*; cùm tamen solemnitas in Precaria ad quinquennium desideretur: quia tunc alienatio præsumitur; ut suprà retulimus; meritò Precariæ *in dicto c.* 2. etsi valuissent ad breve tempus, aliqua solemnitate, sola scilicet Prælati authoritate interveniente cùm casus ille esset permissus, tamen indigent rescissione, cum contractus illæ Ecclesiæ pernicious, & minus utilis appareret, meritò absque ulla pœna, etiam ab antecessore Prælato imposita, poterit successor absque metu pœnæ Precariam illam revocare: cum illa pœnæ impositio Ecclesiæ esset nociva; cum aliàs successores non auderent timore pœnæ Precarias illas minus utiles Ecclesiæ revocare: quæ quidem pœnæ *in præsenti* sublatæ sunt, cum absque illarum metu, successores adversus contractus illos Ecclesiæ nocivos venire possint, ut constat ex *dict.*

cap. 2. verſic. *præcipimus, ut nemo ſucceſſor*; ſicque *in d. cap.* 2. tantum de pœna eſt diſpoſitum: circa contractum verò nihil diſponit; ſed ſecundum juris principia, vel remedium nullitatis, vel reſtitutionis in integrum impugnandum relinquit, ut eruditè adnimadvertit Barb. *in collectaneis ad eundem textum, num.* 4. cum *ſequentibus.*

10 Octavò, adverſus ea quæ *in præſenti* notant omnes, videlicet has Precarias conceſſiones ita ab Eccleſia faciendas eſſe, ut major ſit remuneratio, quàm fuit beneficium acceptum: ne aliàs detrimentum patiatur, meritò ſi quis pleno jure rem Eccleſiis donaverit, poterit Eccleſia ſuarum rerum Precarias concedere, quarum uſusfructus tanti valoris ſit, quanti res donata æſtimari poſſit: ſi verò quis non plenè rem donavit Eccleſiæ, hoc eſt proprietatem tantum retento tamen uſufructu rei donatæ: ita ut Precariæ rei uſumfructum retinere velit tunc pro beneficio proprietatis donatæ, dari ei poterit ab Eccleſia uſusfructus alterius rei Eccleſiæ quæ æquivaleat proprietati; ita ut pro re donata, nunquam donator ex rebus Eccleſiæ in uſufructu amplius quàm duplum habere poſſit, ut ſic proprietas ſemper apud Eccleſiam permaneat: juxta textum *in leg. jubemus*, §. *final. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*: *Authentic. de non alienandis aut permutandis rebus Eccleſiæ*; §. *hoc igitur*: notat Turrecremata *dicto cap. precariæ*: 10. *quæſt.* 2. Obſtabit textus *in dicto cap. precariæ* 4. 10. *quæſt.* 2. Ex quo conſtat, quod ſi quis pleno jure quoad proprietatem, & uſumfructum Eccleſiæ rem donaverit, poterit Eccleſia in recompenſationem triplum uſumfructum concedere: ſi verò donatæ rei uſusfructus apud donantem remaneat, de illis vel aliis rebus æquivalentibus uſumfructum ab Eccleſia in Precariam accipiat. Ex cujus deciſione deducitur pro una re donata, non tantum duplum, ſed etiam triplum concedi poſſe. Cui difficultati ſolent Interpretes reſpondere, diſcordiam eſſe inter jus Canonicum, & Civile; ita ut de jure Civili non niſi duplum ex *dicta leg. jubemus*, §. *final. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*: jure verò Canonico etiam triplum concedi poſſe, juxta textum *in dicto cap. precariæ* 4. & concludunt, jus Civile magis Eccleſiæ favere, quàm Canonicum: ita Gloſſa *in dicto cap. precariæ* 4. Hoſtienſis *in ſumma hujus tituli, n.* 1. Beroius *in præſenti, n.* 17.

Sed, ne dicamus magis conſulere Eccleſiarum indemnitati leges, quàm Canones, aliter huic difficultati Interpretes occurrere ſolent, ita ut deciſiones illæ non contrariæ, ſed diverſæ ſint: nam leges *ſuprà* adductæ, regulariter procedunt; at verò textus in *dicto cap. precariæ* 4. accipitur quando ſeni, vel debili perſonæ Precaria ob remunerationem conceditur, ut placet Gloſſæ *in dicto cap. precariæ*, verbo, *duplum*; redditque rationem: quia hujuſmodi hominibus ſenibus, & debilibus propter donationem, etiam de ſuo proprio Eccleſia ſubvenire debebat: Notat Gloſſa *in cap. Epiſcopi*, 12. *quæſt.* 2. *cap. quoniam*, 16. *quæſt.* 2. Beroius autem *in dicto cap. precariæ* aliter dicendum eſſe exiſtimat; dum aſſerit ideo triplum deberi, quando Precaria ſeni, vel debili perſonæ conceditur: quia Precariæ uſusfructus æſtimandus eſt cum beneficio accepto: ſiquidem brevior eſt, cum brevem vitam debiles, & ſenes patiantur, argumento textus in *leg. cum hi* 8. §. *modus, ff. de tranſactionibus*, *leg. ſi quis in cauſa* 15 *ff. de fideicommiſſariis libertatibus*; cujus Beroii ſententiam amplectimur: nam ſi propter paupertatem triplum concederetur, ut exiſtimat Hoſtienſis *in præſenti, apud finem*, non deſignaretur certus largitionis modus: ſed prudenti arbitrio pro modo bonorum Eccleſiæ, & accipientis neceſſitate ſubveniretur.

Ad textum in cap. Precarium 3. & final. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Precarium dicitur, quod precibus petenti utendum conceditur: & tàdiu durat, quàdiu is, qui conceſſit, patitur.*
Precarium eſt contractus medium obtinens inter locationem, & donationem; ſed inter ſe differunt, ut ibi exponitur.
2 *Commodatum ſola voluntate concedentis non revocatur; & ideo precarium, & commodatum inter ſe differunt,*
Precarium ſimpliciter, vel ad tempus certum concedi poteſt: in primo, expreſſa revocatio deſideratur; in ſecundo verò tacita ſufficit.
3 *Precarium finitur obitu eius, cui conceſſum eſt; non verò concedentis.*
4 *Precarii poſſeſſio petèti, non verò hæredi cõceſſa videtur.*
5 *Pauli ſententia* lib. 5. ſententiarum, *verſ.* hæres, *exponitur; & l. cum heres* 11. ff. de diverſis, & temporalibus præſcriptionibus.
6 *Interpretatur textus in* leg. Quæſitum 6. §. final. ff. de precario, *& conciliatur cum dict.* Pauli *ſententia.*
7 *Dilucidatur textus in* l. penultima ff. de precario.
8 *Voluntas morte cuiuſque extinguitur; in precario tamen perſeverare præſumitur, cum in eo expreſſa revocatio deſideretur.*
9 *Ratio redditur ad textum in* l. locatio 14. ff. locati.
Precarium ſimpliciter conſtitutum differt à precario conceſſo cum hac clauſula à concedente adiecta, quoad ipſe volet.
Exponitur textus in c. ſi gratioſè, de reſcriptis, lib. 6.
10 *Interpretatur textus in* l. Lucius, *verſ.* hoſpitio illo, ff. de donationibus.
11 *Declaratur text. in* l. Aquilius 27. ff. de donat. *& conciliatur cum* dicta l. Lucius 32.
Donatio ſimplex differt à remuneratoria.
12 *Precarium finitur ſi dominus rem alienaverit.*
Venditione ſola abſque legitima traditione dominium non transfertur.

CONCLUSIO.

PRo hujus textus dilucidatione adnotandum eſt, 1
quod Precarium dicitur, *quod precibus petenti utendum conceditur: & tamdiu durat, quandiu is, qui conceſſit patitur.* Quæ diffinitio deducitur ex primis noſtri textus verbis, quam deduxit *Gregorius IX.* ex Ulpiano in *leg. 1. ff. de precario, leg. ait Prætor, leg. & habet, ff. eodem*: notat Covarruvias *lib. 3. variarum: cap.* 15. *num.* 1. cujus diffinitionis verba ſigillatim explicat Barboſa *in collectaneis ad rubricam hujus tituli, n.* 4. Ratio eſt; quia cùm hæc liberalitas ex precibus petentis & ex voluntate concedentis pendeat, & tandiu duret, quandiu à concedente non revocetur, *d. leg.* 1. *ff. de precario*, mirum non eſt, quod ultra voluntatem concedentis accipiens uti non poſſit, niſi quandiu patitur, qui conceſſit: cum id æquitas, & ratio poſtulet, juxta textum *in l. ait Prætor: leg. & habet. ff. de precario*; ſiquidem in conventionibus, partium voluntas pro lege obſervari debet, *leg. veteribus* 39 *ff. de pactis; leg. contractus* 23. *ff. de regulis juris*: meritò revocata voluntate à concedente, vel ejus ſucceſſore, precarium extingui debet. Notat Gloſſa *in præſenti*, Abbas *num.* 10. Cuiacius *ad Iulium Paulum lib.* 5. *tit.* 6. Menoch. *conſilio* 37. *num.* 14. *volumine* 5. Covarruvias *ubi ſupra*, Vela *in repetitione ad textum in leg. contractus, ff. de regulis juris*, cum infrà referendis in confirmationem concluſionis: eſt namque Precarium, contractus medium obtinens inter locationem, & donationem, ſed differunt, nam in donatione aliquid datur, ita ut qui donat, nequeat poſtea recipere: qui verò precario conceſſit rem aliquam, ſic dat, ut poſſit quandocunque liberè revocare: à locatione etiam differt in eo, quia precarium gratis fit; locatio verò mercede conſtituitur, ut conſtat ex *dicta l.* 1. *ff. de precario.*

Verùm diffinitio ſupra adducta turbari vide tur 2
ex

ex eo, quod precarium ſimile eſt commodato *dicta l. 1. ff. de precario*: ſed commodatum ſola voluntate concedentis non revocatur, *l. incommodato* 17. §. *ſicut, ff. commodati, c. unico, infra de cõmodato*: ergo nec precarium ſola concedentis voluntate revocari poterit. Sed reſpondendum eſt, quod licet precarium in multis ſit ſimile commodato, ex *dicta l. 1. & 2. ff. de precario*, tamen in multis differunt: quia commodatum revocari non poteſt ante impletum uſum vel tempus uſui deſtinatum, *dicto cap. unico de commodato*: Precarium tamen pro arbitrio revocari poteſt, ſive ad certum uſum, vel tempus detur: Notat Gloſſa *in præſenti*. Deinde, quia commodatarius non poſſidet, ſed tantum habet nudam detentionem, *l. rei. ff. commodati*; qui verò precario rem habet, poſſidet, quandiu non revocatur: *l. 2. in fine l. 4. verſiculo meminiſſe, l. cũ precario, & final. ff. de precario*, nam civilis poſſeſſio remaneret penes dantem: naturalis verò transfertur ad rogantem; quod non eſt contra deciſionem textus *in l. ſi ut certo* 5. §. *ſi duobus ff. commodati*. Connanus *lib. 4. commentariorum, cap.* 10. Cuiacius *lib. 9. obſervationum, c.* 33. & plures differentiæ rationes refert Barboſ. *in Rub. hujus tituli, nu.* 5. Azor. *inſtitutionum moralium parte* 3. *lib.* 7. *de precario, cap.* 1. *quæſt.* 1. Covar. *lib.* 3. *variarum cap.* 15. *num.* 7. Oſualdus ad Donellum *libro* 14. *commentariorum*, *capite trigeſimo quarto, littera C.*

Nec obſtabit, ſi dixeris fruſtra precarium ad certum tempus, ſeu uſum conſtitui, cum etiam ſi ſimpliciter conſtituatur, utroque modo revocari poterit, ut ſuprà diximus. Quia reſpondendum eſt multum intereſſe: quia ſi precarium ad certum tempus concedatur, tempus illud adiicitur in gratiam ipſius concedentis ad eum finem, ut finito tempore ipſius jure precarium finiatur; etſi expreſſè antea revocatum non fuerit: quod non accidit in precario ſimpliciter conſtituto: in quo quidem, ut finiatur, ut ſtatim dicemus, neceſſaria eſt expreſſa concedentis revocatio: Notat Antonius Faber *de erroribus, decade 77. errore 2. apud medium.*

Hoc adeo verum eſt, quod etiam ſi apponatur pactum de non revocando uſque ad certum tempus, eo non obſtante intra præfixum tempus revocari poterit: juxta textum *in l. cum precario 12. ff. de præcario*. Ratio eſt, quia conventio illa facta præſumitur contra ſubſtantiam cõtractus precarii. Notat Oſualdus ad Donellum *lib.* 14. *commentariorum, cap.* 34. *littera C.* Antonius Faber *in rationali ad textum in l.* 7. *ff. de pactis*; ſed non ita revocatio conceditur, ſeu permittitur, ut confeſtim atque res conceſſa eſt repeti poſſit, ne beneficium ſtatim collatum, ſtatim etiam corrumpatur: ſed datur aliquod temporis ſpatium, *l.* 17. §. 3. *in fine ff. commodati*: Notat Covar. *lib.* 3. *variarum. capite decimo quinto, num.* 3 Oſualdus *ubi ſupra*, & pro interpretatione ad textum *in dicta l. cum precario*, 12. *ff. de precario*, videndus eſt Duarenus *ad titulum, ff. de precario: cap.* 3. Covarr. *in* 4. 2. *parte*, §. 1. *num.* 7. Menochius *de arbitrariis, caſu* 69. *num. decimoquinto*, Antonius Faber *de erroribus, decade* 77. *errore* 3. Pichardus *in* §. *item* 2. *inſtitut. quibus modis re contrahitur obligatio*: Vela *in dicta l. contractus, ff. de regulis juris, c.* 3. *n.* 12. Quo ſuppoſito jamjam elucidanda eſt noſtri *textus* concluſio.

Concluſio. *Precarium finitur obitu ejus cui conceſſum eſt, non verò concedentis.* Quæ concluſio duas in ſe continet partes. *In prima* aſſeritur, morte rogantis, precarium finiri. *In ſecunda* verò, quod morte concedentis non extinguitur, ſed adhuc durat: quarum unaquæque clarioris explicationis gratiâ ſigillatim à nobis erit examinanda.

3 Prima concluſionis pars comprobatur ex textu *in c. cum precario* 12, §. 1. *l. quæſitum*, §. *quod à Titio, ff. de precario, & in titulo* 2. *&* 3. per totum, *partita* 5. Exornant Bartolus *in Authentico, de non alienandis* ;; §. *emphyteuſim, num.* 4. Azor, *inſtitutionum moralium* 3. *parte, lib.* 7. *de precario, capite tertio*, in principio Antonius Gomez *tomo* 2. *variarum, cap.* 7. *nũ.* 1. *verſiculo, ex prædictis*, Covarr. *libro tertio, variarum, cap.* 15. Didacus Perez *gloſſa* 1. *poſt principium, in l.* 2. *titulo* 13. *lib.* 3. *Ordinamenti*: Antonius Faber *de erroribus, decade* 77. *errore* 2. Oſualdus ad Donellum *lib.* 14. *Commentariorum, c.* 34. Cujac. *in poſthum. ad noſtr. text. apud finem.*

Ratio quare precarium extinguitur obitu recipientis, nec conſervatur in ipſius hærede, ea eſt; quia perſonæ tantum conceſſum cenſetur, cum hæres nullas preces adhibuiſſet, ut patet ex precarii ſubſtantia, cum precibus petentis conceſſum videatur. *d. l.* 2. *ff. de precario*. meritò precarii poſſeſſio petenti, non verò hæredi conceſſa videtur: *l. cum precario, in fine, ff. de precario*, & ad hæredes non tranſit, *l. cum heredes* 25. *ff. de acquirenda poſſeſſione.* Unde fit, quod licet ab hærede concedentis precarium revocari poſſit, ſicut à concedente, *l. cum precario, l. hujus* 33. *ff. de precario*, tamen ab hærede rogantis continuari non poteſt, ut conſtat ex *textu noſtro*. nam aliàs nimis extenderetur concedentis beneficium, ut notat Gothofredus *in d. l. cum precario* §. 1. *ff. de precario: lit. S.* quam ob rem in præſenti conſtitutum eſt, Precarium morte rogantis finiri, & ad eum, qui conceſſit, redire.

Primò obſtabit, quod precarium tamdium durat, quam 4
diu patitur qui conceſſit, ut conſtat ex principio *noſtri textus*, ac ideo ad hoc ut finiatur, neceſſe requiritur expreſſa concedentis revocatio, qua non interveniente, adeo durat, ut etiam obitu ipſius concedentis non expiret, imo ad hæredes ejus tranſeat, *l.* 8. §. *qui à Titio ff. de precario*. ergo multo magis dicendum videbatur, precarium morte rogantis finiri non debere, ſed potius ad ipſius heredes tranſire, durareque uſque ad expreſſam concedentis revocationem.

Verùm dubium hoc diluitur ex decidendi ratione *ſuprà* adducta, nam cum precarium ei tantum, qui rogavit, & preces adhibuit, & non alii ſit conceſſum, ſiquidem non creditur concedentem, alteri quàm roganti voluntatem ſuam accommodaſſe, & liberalitatem conceſſiſſe; juſta de cauſa morte rogantis precarium finitur, nec ad hæredes tranſit. Quod quidem diverſimodè accidit in concedentis morte, nam cum nulla antea expreſſa revocatio præceſſiſſet, adhuc precarium durat. Siquidem concedens cum eadem voluntate deceſſiſſe videtur, ut ſtatim dicemus: ex quo principio venit interpretandus *Pauli* locus *lib.* 5. *ſẽtentiarum, tit.* 6. *verſ. heres*. ubi apparet, quod ſi hæres rogantis rem retineat non poteſt uti interdicto de precario, de quo in *l.* 2 §. 1. *ff. de precario*, quod eſt inductum ut res precario conceſſa reſtituatur; cum nulla eo nomine juris civilis actio ſit, *l. interdictum* 14. *ff. eodem.* nam cum morte rogantis precarium finiatur, & ejus heres precario non poſſideat, ideo interdicto de precario non tenetur: ſed tantum adverſus eum competit interdictum, quod vi, aut clam. Notat Cujac. *in notis ad Paulum in dicto verſic. heres.*

Similiter etiam eſt interpretandus textus *in l. cum heres* 11. *ff. de diverſis, & temporalibus præſcriptionibus*, ubi heres illius, qui precario rogavit interdicto de precario non tenetur, quia cum precarium ad hæredem tranſmitti nequeat, licet res precario conceſſa ab eo detineatur, interdictum tamen *de precario* locum non habet; ſed, *quod vi, aut clam*, vel ſimili, ut *ſupra* retulimus.

Secundò prædictis obſtat textus *in l. quæſitum* 8. §. 5
final. digeſtis de precario, ubi Iuris Conſultus Ulpianus affirmat hæredem ejus, qui precario rogavit, interdicto *de precario* teneri: ſicuti & ipſe defunctus tenebatur, ita ut ſive rem habeat, ſive dolo fecerit, quo minus haberet, vel ad ſe perveniret, omni caſu interdicto *de precario* teneatur, ſicut & ipſe defunctus teneretur. Qua in difficultate Iacobus Cuiacius *in notis ad Paulum in dicto verſiculo, heres*, affirmat heredem ejus, qui precario rogavit, non teneri interdicto *de precario* ex perſona ſua, ſed teneri ex perſona defuncti, cui ſucceſſit.

Sed exploſa ejus ſententia, veriùs dicendum eſt cum Ant. Fabro *de errorib. deeade* 79. *errore* 9. dum aſſerit illa jura in concordiam adhibita diſtinctione reducenda eſſe, hoc eſt inter hæredem ſcientem, & ignorantem:

rantem : quam diſtinctionem refert Papinianus *in dicta l. cum hæres* 11. *ff. de diverſis, & temporalibus præſcript.* ut ſcilicet ſi agatur de hærede ignorante rem precario conceſſam, indiſtinctè conſtituatur, ut nullo interdicto tam *de precario*, quàm *quod vi, aut clam*, teneri poſſit ; ſi verò hæres rogantis ſciens proponitur, multum intereſt, an ipſe ſolus ſciat rogantem defunctum eſſe, & apud ſe rem precario conceſſam manere, & non is, qui conceſſit ; quo in caſu, cum ipſe rem precario non habeat, & voluntas concedentis deficiat, cum nullæ ab hærede preces ſint adhibitæ, & quia ita clam incipiat poſſidere, eo quod dominum celet, qui dominus ſi ſciret forte poſſeſſionem avocaret : ideo ita hac ſpecie non interdicto *de precario*, ſed interdicto, *quod vi aut clam* hæres tenetur : quomodo procedit *Pauli* reſponſum *in dicto verſiculo, hæres.* Diverſum tamen eſt, quando uterque tam concedens, quàm hæres rogantis ſciunt rem precario conceſſam detineri : nam tunc ex patientia concedentis, novum precarium præſumitur in ipſius hæredis perſonâ, atque ita, cùm hæres eo in caſu rem jam precario habeat, non ex perſona defuncti, quia precarium ad hæredes non tranſmittitur ; ſed potius ex novo, & tacito concedentis conſenſu ; ut contingit in precario ad certum tempus conſtituto, quod etſi finito tempore finiatur, tamen ex patientia concedentis quaſi ex novo conſenſu novum inducitur precarium, *l.* 4. *cum ſequentibus, ff. de precario.* Atque ideo mirum non eſt, quod in hac ſpecie hæres teneatur interdicto *de precario* ſicuti ipſe defunctus tenebatur : & ita eſt interpretandus textus *in dicta l.* 8. §. *final. ff. de precario.*

Eodemque modo eſt interpretandus textus in *l.* 2. *Cod. hoc titulo* : ubi hæres precario habitans, tenetur interdicto *de precario* reſtituere habitaculum : quia imperatores *ibidem* loquuntur, quando uterque tam concedens, quàm hæres, ſciebant rem precario fuiſſe conceſſam, hoc eſt habitaculum ; quo in caſu ex utriuſque ſcientia, & patientia, novum precarium conſtitutum videtur : atque ideo nihil mirum, ſi adverſus hæredes habitantes interdictum *de precario* competat.

7 Tertiò, ſupra dictis obſtat textus *in l. penultima, ff. de precario*, in cujus textus ſpecie proponitur, quod ſi quis precario rogavit, ut ſibi in fundo morari liceret ; non ſolum ſibi, ſed etiam ſuis, hoc eſt hæredibus petiiſſe videtur : ac per conſequens dicendum erit precarium ad hæredem rogantis tranſire. Cui difficultati reſpondendum eſt, *in dicta l. penult.* non probari habitationem precario conceſſam ad hæredes etiam rogantis tranſire, ſed tantum, quod quando quis ſibi, & ſuis habitationem petit, non ſolum ſibi, ſed etiam ſuis, hoc eſt domeſticis, & familiaribus petiiſſe videtur : Notat Oſualdus ad Donellum *li.* 14. *comment. c.* 34. *litera C.*

8 Quartò, adverſus noſtrum textum, *in verſic. non etiam concedentis*, ex quo deducitur, Precarium morte concedentis non extingui, ſed durare, *l. quæſitum* 8. §. *quod à Titio, ff. de precario, l. cum precario* 12. §. 1. *ff. eodem* referunt Covarruvias *libro tertio, variarum, c.* 15. *n.* 1. *cum ſequentibus*, Valaſcus *de jure emphyteutico, c.* 54. *numero ſecundo, l. centeſimis* 46. §. *fi. ff. de verbor. oblig. cap. ſi gratioſè, de reſcriptis, l.* 6. *cap. ſi delegato, de officio delegati, l.* 6. Gonzales *ad regulam* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 11. *in principio, n.* 35. Menochius *de arbitrariis, li.* 1. *qu.* 69. *n.* 17. Afflictis *deciſione* 335. *numero quinto, & decimo*, Riccius *in praxi, deciſione* 75. Maſcardus *de probationibus, concluſione* 188. *n.* 22. Antonius Faber *decade* 77. *errore* 1. Pichardus *in* §. *actionum, quæſtione prima. Inſtit. de actionibus*, cum traditis ab Oſualdo ad Donellum *lib. decimo quarto, comment. c.* 34. *litera C.* Barboſ. *in collectaneis ad noſtrum textum, numero quarto.* Obſtabit principium, illud, quo docemur voluntatem cujuſcunque, ſicuti cætera omnia, per mortem extingui, & finiri : *Authentico, de nuptiis*, §. *deinceps, collatione* 4. §. *recte quoque Inſtitut. de mandato*, ubi latè *Pichardus*; ergo precarium morte concedentis finiri debet : ſiquidem voluntas per mortem finitur.

In qua difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Accurſius *in dicta l.* 8. §. *quod à Titio, digeſtis, hoc titulo* : verius dicendum eſt, ideo Precarium morte concedentis non finiri, quia, etſi per mortem voluntas hominis ſicut cætera omnia expirare videantur, tamen in precario præſumendum eſt, morientem in eadem perſeverare voluntate : argumento textus in *cap. majoris, in fine, de Baptismo, cap. prælatum* 1. *de his, quæ vi* : *l. eum qui, ff. de probationibus, l. Lucius, in fine, ff. de legatis* 2. nam, ut precarium revocatum videatur, nova, & expreſſa contraria voluntas deſideratur : ut aſſerit Ulpianus *in l.* 2. §. 2. *hoc titulo*, his verbis : *æquum eſt tamdiu te liberalitate mea uti, quandiu ego velim* : quaſi diceret Conſultus, quo uſque nolim : unde, cum expreſſa illa contraria voluntas deſideretur, rectè infertur decedentem abſque nova voluntatis mutatione, primam non revocaſſe : ſiquidem in eadem voluntate durare creditur, meritò poſt ejus concedentis mortem non finitur, ſed ad ejus hæredes tranſmittitur : *dicta l.* 8. §. *quod à Titio, l. cum precario* 12. §. 1. *ff hoc titulo.* Quæ ratio cum in cæteris contractibus ceſſet, ceſſant etiam ea, quæ *ſuprà* in argumento adduximus. Notat Covarruvias *dicto libro* 3. *variarum, c.* 15. Antonius Faber *de erroribus, decade* 77. *errore* 1.

Quintò, his omnibus valde obſtat *Pomponii* reſponſum *libro decimo ſexto, ad Sabinum*, relatum *in l. locatio* 4. *ff. locati* : cujus hæc ſunt verba : *Locatio, Precariive rogatio ita facta, quod is, qui eam locaſſet, dediſſetve, vellet, morte ejus qui locavit tollitur.* Ex quibus verbis manifeſtè apparet, precarium morte concedentis ex defectu voluntatis extingui, & finiri.

Pro cujus dubii ſolutione diſtinguendum eſt inter 9
Precarium ſimpliciter conſtitutum : & Precarium conſtitutum quoad durationem voluntatis, veluti cum clauſula illa, *quoad ipſe volet*, ut in *dicta l.* 4. *ff. locati* : nam in primo caſu, cum Precarium ſimpliciter conſtituitur, neceſſariò requiritur ad hoc ut precarium finiatur, expreſſa concedentis revocatio per aliquem actum poſitivum novæ voluntatis ; qui ſi non intervenerit, precarium non finitur morte concedentis : quinimo ad hæredes ejus tranſmittitur, ut ſuprà diximus. In ſecundo verò caſu, cum ſcilicet precarii conceſſio fit cum clauſula illa à concedente adjecta, *quoad ipſe volet*, tunc cùm Precarium egrediatur terminos hos, & in perſeverantia tantum pendeat, hoc eſt ex exiſtentia voluntatis, non verò ex revocatione, meritò his de cauſis in *dicta l.* 4. *ff. locati*, morte concedentis ob clauſulam illam Precarium ceſſat : cùm per eam, ejus voluntas ceſſare videatur : argumento textus in *l.* 1. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Notat Antonius Faber *de erroribus, decade* 77. *errore* 1. Menochius *de arbitrariis, libro primo, quæſtion.* 69. *numero decimo octavo*, Sarmiento, *libro ſecundo, ſelectarum, capite ſexto, numero quinto*, Covarruvias *ubi ſupra, dicto cap.* 15. *num.* 3.

Et cum eadem doctrina eſt interpretandus textus difficilis *in cap. ſi gratioſè, de reſcriptis, lib.* 6. ubi, ſi Romanus Pontifex gratioſè conceſſerit Titio, ut beneficia, hoc eſt ſibi incompatibilia obtineret, ad ipſius Romani Pontificis beneplacitum, ſeu voluntatem, dubium fuit, an gratia illa morte Pontificis concedentis expiraſſet ? Quo in dubio Pontifex diſtinguit inter eum caſum, quo voluntas refertur ad ipſum hominem Pontificiam dignitatem obtinentem, & inter eum, qui refertur ad ipſam dignitatem, hoc eſt, ad quemcunque alium Sedem Apoſtolicam occupantem, ut in primo caſu, ex doctrina textus *in dicta l.* 4. *ff. locati* : morte concedentis gratia illa extinguatur ; ſecus in ſecundo, in quo durare debet quouſque expreſſè à ſucceſſore fuerit revocata : nam quando actus ſimpliciter geſtus eſt, etſi liberè ab agente revocari valeat, tamen morte non extinguitur, nec revocatus cenſetur.

Expreſſus

Expreſſus eſt textus in *cap. ſi delegatus, de officio delegati, libro ſexto*, ut latè refert Covarruvias *dicto libro tertio, variarum, capite decimo quinto, numero quarto*, cum traditis à Barboſ. *in dicto cap. ſi gratioſè, numero ſecundo.*

10 Sextò, his omnibus acriter obſtat textus in *l. Lucius* 32. *ff. de donationibus, verſiculo, hoſpitio illo, quamdiu volueris, utaris*: ex quo conſtat habitationem per Epiſtolam fuiſſe conceſſam. Sed dubium fuit, an morte concedentis extingueretur? An verò adhuc duret, ita ut ab hæredibus ejus habitatio illa revocari poſſit? & Conſultus Scævola aſſerit durare, & ſic poſſe ab hæredibus defuncti revocari. Ex cujus textus deciſione manifeſtè colligitur, quod ſi Precarium ſit conceſſum ſub illa clauſula expreſſa, *ut retineat, quouſque voluerit concedens*, nihilominus ab ejus hæredibus revocari poteſt.

In cujus textus difficultate, omiſſa interpretatione, quam refert Covarruvias *dicto libro tertio, variarum, cap.* 15. *numero quinto.* Verius eſt dicendum, textum *in dicta l. Lucius* 32. *ff. de donationibus*, non loqui de habitatione precario conceſſa; ſed potius de donatione: & conſtat ex eo, quod ejus deciſio inſerta, & ſcripta eſt ſub titulo, *de donationibus.*

Nec obſtabit, ſi inſtes, quod ſi de donatione loqueretur, ab hæredibus ejus revocari non poſſet: cum donatio ſemel perfecta, nec à donante, nec ab ejus hæredibus revocari poſſit, *l. penult. ff. de donationibus.* Quia reſpondendum eſt, textum *in dicta l. Lucius*, loqui in donatione habitationis, remanendi cauſa, quæ ab hæredibus donantis revocari poteſt: ut patet ex *dicta l. Lucius*: notat Pacius *legum conciliatarum centuria 6. quæſt.* 31. Alciatus omnino conſulendus *in l.* 1. *ff. de rebus creditis.*

11 Septimò, ſolutioni obſtat textus *in l. Aquilius*, 27. *ff. de donationibus*, ubi in eadem ſpecie *Papinianus* aſſerit hoſpitium magiſtro donatum, non poſſe ab hæredibus revocari, ac per conſequens dicendum videtur textum *in dicta l. Lucius*, loqui de precario: nam ſi de donatione intelligeretur, non poſſet ab hæredibus revocari, juxta textum *in dicta l. Aquilius*, 27.

In quorum jurium contrarietate Cuiacius *lib.* 17. *obſervationum, cap.* 33. *& lib.* 29. *quæſt. Papiniani, in dicta l. Aquilius*, aſſerit eſſe diſcrimen conſtituendum inter donationem ſimplicem, vel remunerationem: nam ſimplex donatio habitationis ab hæredibus donantis revocari poteſt: & ita aſſerit eſſe intelligendum textum *in dicta l. Lucius*: ſecus verò, quando donatio habitationis remuneratoria eſt, ut *in dicta l. Aquilius*, ut conſtat ex ipſius textus verbis, ibi: *quia cum pater meus fuiſti, & me eloquentia, & diligentia tua, meliorem reddidiſti.* Unde cum in remunerationem doctrinæ, & magiſterii fuiſſet facta, nihil mirum, quod ab hæredibus donatoris revocari nequeat: quæ ratio ceſſat *in dicta l. Lucius*, cuius deciſio procedit in mera liberalitate: quæ donatio ex lege *Cincia* reſtricta eſt, & ex ea modum accepit, prohibuit enim, ne hæredes donantis ex illis donationibus tenerentur, ſeu obligati manerent.

Sed hæc *Cuiacii* interpretatio, quoad textum in *dicta l. Lucius*, improbatur ab Antonio Fabro *de erroribus, decade 77. errore* 8. *cum ſequentibus*: primò, quia illius legis Cinciæ mentio in libris noſtris non habetur, ſed tantum *in Inſtitutionibus Caii.* Secundò, quia lex illa Cincia modum tantum donationibus impoſuit circa quantitatem, ne ſcilicet ultra certam ſummam fieri poſſent.

Quam ob rem ipſe *Antonius Faber* exiſtimat, ideò *in dicta l. Lucius*, potuiſſe hæredes donationem revocare, quia talis rei donatio facta proponitur, cujus dominium penes ipſum donatorem remaneret, ac ideo potuiſſe ejus hæredes, tanquam domini proprietatis illam revocare. Quæ quidem *Anton. Fabri* interpretatio id ipſum reſpicit: quod *ſuprà* diximus, nempe donationem habitationis ſola dantis voluntate factam, ab hæredibus poſſe revocari: ſic notat Gifanius *in dicta l. Lucius* 32. *ff. de donationibus.*

Octavò, adverſus textum noſtrum, *in verſicul. aut* 12 *cum ipſum alienari contingit.* Ex quo deducitur Precarium finiri, ſi concedens precariam rem alienaverit. Ratio aſſignatur *in præſenti*: quia ſcilicet per hujuſmodi conventionem, non licet rem alienam invito domino poſſidere, quam rationem deduxit Gregorius IX. *in præſenti ex dicta l. cum precario* 12. *apud finem principis, ff. de precario*: Obſtabit dicere, quod ex ſola venditione, abſque legitima traditione, dominium non transfertur, *l. traditionibus, Cod. de pactis, §. per traditionem, & §. vendita, Inſtitut. de rerum diviſione*, at in præſenti dominus, qui precario rem dedit, & vendidit, non poſſidebat rem, ſed Tertius, qui precario rogavit: & inde emptor non fuit dominus factus; ac per conſequens ex ſola venditione Precarium revocatum non præſumitur. Sed reſpondendum eſt *in præſenti*, venditionem, & revocationem valuiſſe: quia emptor ſe conſtituit nomine alterius poſſidere, quo in caſu ex titulo Conſtituti, poſſeſſio civilis, quæ erat penes venditorem tranſlata fuit in ipſum emptorem, & ideo in eum tranſlatum fuit dominium, *l. quædam mulier, ff. de rei vindicatione, l. certe 6. ff. de precario, l. quod meo, ff. de acquirenda poſſeſſione*: Notant Hoſtienſis, Ioannes Andreas, Cardinalis, *in præſenti*: Abbas *numero octavo*, Imola *numero ſexto*, & Anania *numero ſeptimo.*

TITULUS XV.

De Commodato.

Ad textum in cap. Cum gratia, unico, hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Commodatarius ſui gratia tenetur de leviſſima culpa, non tamen de caſu fortuito; niſi ex culpa, pacto, vel mora: & commodatum ante uſum completum non revocatur.*

2 *Commodatum puræ libertati concedenti tribuitur.*
Fortuitus caſus extra hominum poteſtatem exiſtit, & nullo eorum ingenio provideri poteſt.
Commodatarius de caſu fortuito tenetur, quando ejus culpa præceſſit, & ad alium uſum, præter deſtinatum utitur.

3 *Refertur ratio ad textum in* l. ſi ut certo 5. §. interdum, l. ſi mea culpa 12. digeſtis, commodati, l. 1. §. is quoque ff. de actionibus, & obligationibus.
Commodatum tripliciter celebrari poteſt. Primò, gratia dantis; ſecundò, cauſa recipientis, tertiò, gratia utriuſque, ut in exemplis ibi poſitis.

4 *Commodatum aſſimilatur Precario, ſed in multis differunt, ut ibi declaratur.*

5 *Fortuitus caſus quis dicatur, ibi exponitur.*
Expenditur textus in l. ſi ut certo 5. §. nunc videndum, verſiculo, ſi forte, ff. commodati.
Interpretatur textus in cap. cum gratia, unico, verſic. niſi culpa, de commodato, cap. ſignificante, de pignoribus.

6 *Commodatum, & Precarium in multis differunt.*

7 *Species proponitur ad textum* l. 1. §. penultimo, ff. depoſiti.
Pactum contra depoſiti naturam factum, non tenet.

8 *Refertur ratio ad textum in* l. ſi quis alicui 27. §. 1. ff. mandati.
Commodanti, vel Commodatario, quæ actio competat, remiſſivè ponitur.

CONCLU-

CONCLUSIO.

1 *COMMODATARIUS sui gratia tenetur de leviſſima culpa, non tamen de caſu fortuito, niſi ex culpa, pacto, vel mora; & commodatum ante uſum completum non revocatur.* Conſonat textus *in l. 1. §. 1. l. ſi ut certo 5. §. nunc videndum, l. in commodato 17.* cum aliis, *ff. commodati, l. 1. 2. & 6. Cod. hoc titulo, l. contractus, ff. de regulis juris, l. 1. §. is quoque, ff. de obligationibus, §. item 2. Inſtit. quibus modis re contrahitur obligatio, l. 2. §. ſi eo tempore, ff. de adminiſtratione tutorum, l. quæ fortuitis, Cod. de pignoratitia actione, l. mora 88. Cod. de verborum obligationibus, l. in conventione, §. unicuique, ff. de regulis juris, cap. mora, eodem titulo, libro ſexto, l 1.* & per *totum titul. 2. part. 5.* Exornant Antonius Gomez 2. *tomo variarum, capite ſeptimo, numero primo,* Connanus *libro ſeptimo, commentariorum, capite tertio,* Mẽchaca *Illuſtrium tractatuum, capite vigeſimo octavo, numero decimo nono,* Cardoſo *in praxi Judicum, verbo, commodatarius, num. 13.* Cardinalis Mantica *de tacitis, & ambiguis convẽtionibus, libro nono, titulo 2.* Azor. *inſtitutionum moralium parte 3. libro ſeptimo, de commodato, capite ſeptimo,* Molina *de Juſtitia, & Jure, tract. 2. diſput. 293. numero quarto,* Cujacius *in notis, ff. ad hunc titulum, & libro undecimo, obſervationum, cap. 37.* Duarenus *in commentariis ad hunc titulum,* cum traditis à Barboſ. *in collectaneis ad noſtrum textum, numero ſecundo,* Oſualdus ad Donellum *lib 14. commentariorum, cap. 2. & 3. litera C.* Pichardus *in §. Item is cui, Inſtitut. quibus modis re contrahitur obligatio, num. 2.* Vela *in l. contractus, ff. de regulis juris, cap. 4. num. 5.*

2 Ratio triplex ad triplicem noſtri textus partem depromitur. Prima eſt, commodatarium ſui gratia recipientem, teneri de leviſſima culpa: ratio eſt quia cum in hujuſmodi conceſſione interveniat pura liberalitas concedentis, & ſola utilitas recipientis, naturalis ratio dictat, ut commodatarius ſui gratia recipiens de leviſſima culpa teneatur: ne ejus culpa prægravetur liberalitas, & beneficium concedentis, *l. 1. in principio, ff. de alienatione judicii, l. rem hæreditariam 65. ff. de evict. onibus, cap. damnum 36. de regulis juris libro ſexto.* Quæ ratio etiam militat in textu noſtro, & conſtat ex textu *in l. ſi ſervus, §. quod verò, verſiculo, multò tamen æquius, ff. de furtis, l. ſi ut certo, in principio, ff. hoc titulo*: notat Gloſſa *in præſenti, verbo, de leviſſima*: Hoſtienſis, & Imola, *num. 1.* Abb. *num. 1.* Menochius *de arbitrariis, caſu 390. num. 8.* Petrus Gregor. *lib. 23. ſyntagmatum, cap. 1.*

Secundæ partis ratio eſt, videlicet commodatarium non teneri de caſu fortuito: quia cum caſus fortuitus extra hominum poteſtatem exiſtat, nulloque eorum ingenio, atque induſtria provideri, ſeu excuſari poſſit, *l. 2. §. ſi eo tempore, ff. de adminiſtratione rerum ad Civitatem pertinentium*: Ideo circa ejus culpam commodatarius obligari non poteſt: *dicta l. ſi ut certo, §. quod verò ſenectute, l. in rebus 18. ff. commodati, l. 1. Cod. eodem, l. quæ fortuitis, Cod. de pignoratitia actione, l. 3. titulo 3. & l. 22. titulo 8. partita 5.* Medices *in tractatu de caſibus fortuitis, in principio.* Limitatur hæc deciſio in tribus caſibus: Primò, quando culpa commodatarii præceſſit caſum fortuitum, utpote, quando commodatarius utitur ad alium uſum præter deſtinatum; nam tunc tenetur de caſu fortuito: *dicta l. ſi ut certo, §. ſed interdum, ff. hoc titulo, l. in rebus, Cod. eodem.* Secundò, quando intervenit pactum commodatarii, in quo periculum caſus fortuiti in ſe ſuſcepit, *l. 1. Cod. commodati.* Ratio eſt; quia cum contractus ex conventione partium legem accipiat, *l. contractus 23. digeſtis, de regulis juris*: ideo pactum quo periculum caſus fortuiti ſuſcipit, ſervandum eſt; ut docet *textus noſter.* Tertiò ex mora: quia completo uſu, commodatarius rem reſtituere debet; aliàs ſi poſt moram res pereat, ſeu deterioretur, perit periculo commodatarii, *l. ex mora 88. ff. de verborum obligationibus, l. in conventione, §. unicuique, ff. de regulis juris, cap. mora, eodem titulo libro ſexto,* notat Antonius Gomez 3. *tomo de contractibus, capite ſeptimo,* Navarrus *in Manuali, cap. 17. num. 98.* Quod procedit, etiamſi res eſſet eodem modo peritura penes dominum: quia poſt moram commodatarius tenetur de caſu fortuito, *l. cum res 49. §. final. ff. de legatis 1. l. 49. titulo 9. partita 6.* Abb. *in præſenti, num. 20.* Covarru. *in regula, peccatum, 2. parte §. 6. num. 1.* Navarrus, & Gomezius, *ubi ſupra.*

Tertia decidendi ratio eſt: nam ideo commodatum revocari non poteſt ante impletum uſum; quia commodantem liberalitate, & beneficio juvare, non verò decipere oportet: decipere autem, ſi ante impletum uſum, vel ante tempus, commodatum revocaretur; ut conſtat ex textu noſtro *in fine, l. in commodato 17. §. ſicut, ff. hoc titulo*: Gomezius, *ubi ſupra, dicto cap. 7.* Navarrus *in Manuali cap. 17. num. 83.*

Primò, obſtabit textus *in l. ſi ut certo 5. §. interdum,* 3 *l. ſi mea vauſa 12. ff. commodati, l. 1. §. is quoque, ff. de actionibus, & obligationibus*: in quibus juribus cavetur, commodatarium re perempta ex dolo, & lata culpa tantum teneri: ergo non de leviſſima, ut *textus* noſter in prima ejus parte affirmat. Pro cujus nodi ſolutione adnotandum eſt, commodatum tripliciter celebrari. Primò, gratia donantis, ut pote cùm maritus commodat uxori jocalia, vel ſimilia, ut ornatior, & pulchrior ad ſe veniat: quo in caſu commodatarius dumtaxat de dolo, & lata culpa tenetur: *l. ſi ut certo, §. interdum, l. ſi mea, ff. hoc titulo.* Vel ſecundò celebratur gratia recipientis; utpote cùm equus alicui conceditur pro itinere: quo in caſu commodatarius tenetur non ſolum de dolo, & lata culpa, ſed etiam de levi, & leviſſima culpa: *dicta l. ſi ut certo, §. commodatum, ff. commodati.* Tertiò commodatum celebratur gratia utriuſque, utpote cum alicui multa commodãtur ad invitandum, vel parandum hoſpitem, communi amico, quo in caſu commodatarius tenetur dumtaxat de dolo, lata, & levi culpa; non verò de leviſſima, quam diſtinctionem agnovit textus in *l. in rebus, ff. commodati, l. ut certo 5. §. nunc videndum, &. §. interdum, ff. hoc titulo, l. contractus, ff. de regulis juris*, textus in *dicto §. is cui*, Gloſſa, *verbo, exactum, Inſtitut. quibus modis re contrahitur obligatio*, Antonius Gomezius, & Navarrus, *ubi* Pichardus *in dicto §. is cui, num. 70.* Duarenus, *hoc titulo, cap. 8.* cum traditis ab Oſualdo ad Donellum *lib. 14. commentariorum, cap. 3. littera A.*

Quo ſuppoſito, non obſtabunt jura pro dubitandi ratione adducta: quia procedunt quando commodatum gratia dantis, vel gratia utriuſque fuit celebratum; quo caſu non tenetur commodatarius de leviſſima culpa: Noſter verò *textus* procedit, quando commodatum gratia recipientis tantum fuit celebratum, de quo tantum locutus eſt tanquam de frequentiori, argumento textus in *l. num ad ea, ff. de legibus*: notat Pichardus, *ubi ſupra, num. 70.*

Secundò, obſtabit dicere, quod commodatum 4 aſſimilatur Precario, *l. 1. in fine, ff. de precario, l. 1. ff. commodati*: Sed accipiens precarium, perempta re, ſolum de dolo, & lata culpa tenetur, *l. quæſitum 8. §. eum quoque ff. de precario*: Ergo commodatarius de illis, non autem de leviſſima culpa tenetur. Verùm reſpondendum eſt, quod etſi precarium, & commodatum in multis æquiparentur; tamen in aliis differunt, ut conſtat ex Bartolo *in l. quod Nerva, in fine, ff. depoſiti*, Abbate *in cap. final. num. 12. de pactis.* Cuiacio *lib. 33. obſerv. cap. 21.* Covarruvias, Barboſ. Illigero, *locis ſuprà citatis in dicto cap. final. de precario*, & hæc præcipua eſt, quia cum tam in principali, quàm in progreſſu precarii, ſola liberalitas, & beneficium exerceatur, & nullum negotium geſtum, nullaque obligatio ſuſcepta cenſeatur, *l. interdum 14. ff. de precario*; meritò cum nulla obligatio civilis competat, cum nullum negotium geſtum videatur, mirum non eſt, quod is, qui precario rogavit, nulla obligatione teneatur, & ſolum dolum præſtare debeat,

l. qua

l. quæſitum, verſiculo, cum quiſque, ff. de precario; at verò commodatarius, cujus gratia commodatum fuit celebratum, non ſolum de dolo, & lata culpa, ſed de levi, & leviſſima culpa tenetur: quia licet in conceſſione commodati, beneficium, & liberalitas fuerit exercita; poſtea vero quàm commodatum fuit conſtitutum, non ſolum liberalitas, & beneficium, ſed etiam neceſſitas eſt non revocare illud intempeſtivè ante uſum completum, cùm cenſeatur negotium contractum, & obligatio invicem ſuſcepta inter commodantem, & commodatarium; ex quo contractu actio civilis oritur, *l. ex commodato* 17. §. *Titio. ff. commodati*; & ideo commodatarius tenetur de leviſſima culpa, cùm ipſius gratia fuit factum commodatum: Notat Capicius *deciſione* 116. Everardus *in loco de commodato ad precarium*; Covarru. *lib.* 3. *variarum*, *cap.* 15. vide etiam textum difficilem *in l. qui* 53. §. 1. & 2. *ff. de furtis.*

5 Tertiò, adverſus noſtrum textum, *in verſiculo, niſi culpa*: obſtabit dicere, quod omne periculum contingens caſu fortuito pertinet ad commodatarium: *l. ſi ut certo* 5. §. *nunc videndum, verſiculo, ſi forte, ff. hoc titulo*; etiam ſi non adſit culpa, vel mora: *cap. ſignificaſti, de pignoribus*: ergo etiam extra tres caſus in præſenti expreſſos, commodatarius de caſu tenebitur.

Pro cujus dubii ſolutione adnotandum eſt, caſum fortuitum eſſe, qui inopinatè evenit, & per diligentiam humanam evitari non potuit: *dicta l. in rebus, Cod. commodati*: cum ſupra traditis: Oſualdus ad Donellum, *lib. 9. commentariorum*, *cap. 4. litera R.* Medices *ubi ſuprà 1. parte, quæſt.* 12. Seraphinus *de privilegiis juramenti, privilegio* 106. Pichardus *in* §. *qui pro uſu 6. n. 7. Inſtit. de locatione, & conductione*; & caſus fortuiti regulariter non imputantur: *dicta l. quæ fortuitis, dicto* §. *is quoque.*

Cæterum, hæc regula tripliciter limitatur in *textu noſtro*, ut ex ejus litera conſtat, & rationibus *ſuprà* adductis; quo ſuppoſito communiter reſponderi ſolet: ideo *in dicta l. ſi ut certo* 5. §. *nunc videndum; verſiculo, ſi forte*: commodatarium teneri ad præſtandum omne periculum, etiam ſi fortuito caſu contingat: quia rem commodatam recipit æſtimatam, quæ æſtimatio fecit emptionem: argumento textus in *l. plerumque* 10. *ff. de jure dotium*, cum adductis à Covarru. *in practicis, cap.* 28. & ideo transfertur omne periculum, & caſus fortuiti in commodatarium, tanquam in verum dominum; & in hoc caſu limitari noſtri textus verba aſſerunt Paulus, & Fulgoſius *in dicto verſic. ſi forte*: Gomezius *tom. 2. c. 7. n. 1.*

Sed convincitur: quia ſi æſtimatio *ibidem* feciſſet emptionem, non eſſet commodatum, ſiquidem dominium tranſiret in commodatarium, quod à commodato alienum eſt; *l. rei* 8. *ff. eodem*: quare verius eſt dicendum æſtimationem ibi factam fuiſſe, non ut emptionem faceret, ſed ad cognoſcendum rei valorem: ne commodator neceſſe habeat illud probare, ſi forte res pereat: quo caſu verum commodatum eſt, nec dominium tranſit in accipientem; *l. æſtimatis* 51. *ff. ſoluto matrimonio*; *l. ſcienter, Cod. de jure dotium.* Et ratio quare *in dicto verſiculo, ſi forte*, commodatarius ad periculum contingens caſu fortuito tenetur, ea eſt: quoniam ipſe ſe obligavit ad reddendum æſtimationem: quo caſu tacitè actum videtur, ut omnem caſum in ſe ſuſpiciat debitor æſtimationis: ſiquidem quantitatis debitor non liberatur caſu fortuito, juxta textum in *l. incendium, ff. ſi certum petatur*; notat Joannes Andreas & Abb. *in præſenti, n.* 23.

Nec obſtat textus in *l. ſi quis fundum*, §. *Imperator, ff. locati*; ubi conductor neceſſe habet probare caſum fortuitum abſque ſua culpa accidiſſe: Quia procedit in caſibus, in quibus, ut plurimum ſolet, contingere culpa illius, qui rem accepit, veluti furtum, & incendium, ut notat Gomezius *in dicto cap. 7. n. 22.* Neque ſimiliter obſtat text. *in dicto c. ſignificante, de pign.* Quia loquitur in mutuo in quo transfertur dominium in accipientem, ut *ibidem* dicemus; ac proinde non ſufficit nuntium mittere: ſiquidem ſolutione dumtaxat liberatur, & indè ſi pereat etiam caſu fortuito abſque culpa, periculo domini peribit; noſter vero *text.* obtinet in commodato, in quo caſus fortuitus non venit niſi in tribus caſibus, de quibus *in præſenti*, Abb. *n.* 8. Imola *n.* 20. Barbacia *num.* 20.

Quartò, adverſus textum noſtrum, *in verſiculo, niſi poſt uſum completum*; ex quo deducitur ante uſum completum commodatum revocari non poſſe, *dicta l. ſi ut certo* 5. §. *ſed interdum*, *l. in commodato* 17. §. *ſicut* & *l. final. ff. commodati*: obſtabit textus in *l. Lucius* 33. *ff. de donationibus*: *l. ſi uno* 17. §. *item cum quidam, ff. locati*: *l.* 1. junctо §. *final. ff. de precario*; *l.* 2. §. 1. *ff. eodem*: ex quibus conſtat, quod ex conceſſione facta ad certum uſum, vel tempus, non impeditur ſpontanea revocatio: ergo ante uſum vel tempus completum, commodatum revocari poterit. Sed reſpondendum eſt, jura illa, & ſimilia obtinere in Precario, de cujus ſubſtantia eſt (ut ſupra diximus in *cap. final. de precariis*) ut tamdiu duret, quamdiu patitur is qui conceſſit: noſter vero *textus* loquitur in commodato, quod ante uſum completum revocari non poteſt; notat Bartolus *in dicta l. ſi ut certo* 5. §. *nunc videndum, hoc titulo*: argumento textus in *l. item illa* 18. *ff. de conſtituta pecunia*: Fulgoſius, *ibidem*, Imola & Abb. *in præſenti*, *num.* 7. Baldus in *l. penultim. Cod. locati*: Rebuffus *de privilegiis Scholaſticorum privilegio* 16. 6

Quintò, prædictis obſtabit textus in *l.* 1. §. *penult. ff. depoſiti*, ubi *Ulpianus* docet quod ſi pecuniam apud te depoſuero ut poſt mortem tuam reddas, vel poſt mortem meam; nihilominus poſſum voluntatem mutare, & ante mortem depoſitum repetere: cujus deciſio prima fronte verbis noſtri textus, & his, quæ ſupra diximus valde refragari videtur. Sed ejus ſolutio ex natura contractus depoſiti petenda eſt: nam cum depoſitum gratiâ dumtaxat deponentis celebretur, *l.* 5. §. 1. *ff. commodati*, §. *præterea*, *Inſtit. quibus modis re contrahitur obligatio*; ubi late Pichardus *num.* 7. & 33. repugnat ejus naturæ, ut quandocunque deponentis interſit, nequeat revocari; atque ideo pactio, ſive conventio contra depoſiti naturam facta, viribus carebit: unde cum deponens non ſit virtute illius conventionis depoſitario obligatus, cujus nihil intereſt; nihil mirum ſi prædictam conventionem ſervare non teneatur: aliter atque eſt in commodato, in quo ea res utenda datur commodatario intra certum tempus cum ſua interſit ne ante tempus commodatum revocetur, juſta de cauſa ante præfinitum tempus revocari nequit; notat Pichardus *in* §. *præterea 3. num. 33. Inſtit. quibus modis re contrahitur obligatio.* 7

Sextò, obſtat *Gaii* Juriſconſulti reſponſum in *l. ſi quis alicui* 27. §. 1. *ff. mandati*, ubi apparet, quod ſi ſervum tibi ea lege tradidero, ut poſt mortem meam manumitteres, poſſum pœnitentia ductus ſervum revocare, quamvis obligatio conſtiterit inter dantem & accipientem: ergo manifeſtè deducitur, quod quamvis in re commodata ad certum tempus, inter dantem, & accipientem obligatio ſteterit, res commodata revocari poteſt. Sed pro ſedanda hujus *textus* difficultate, animadvertendum eſt, quod quoties ſervus ea lege traditur, ut manumittatur, contractus innominatus dicitur, hoc eſt do ut facias; *l. naturalis* 5. §. *at cum do ut facias, ff. de præſcriptis verbis*: quæ ſententia vera eſt, licet aliter ſenſerit Antonius Faber *in Rationali ad textum in l. ſi hominem* 30. *ff. mandati*; cujus ſententia manifeſtè convincitur ex *dicta l.* 5. §. *at cum do*: unde fit, quod cum contractus innominatus ante implementum revocari poſſit, *dicta l.* 5. §. *at cùm do, verſic. quod ſi*: nihil mirum quod *in dicta l. ſi quis alicui* 37. §. *ff. mandati*, ante tempus impletum liceat ſervum revocare: quæ ſolutio manifeſtè confirmatur ex textu in *l. dedi*, 3. §. 1. *ff. de condit. cauſa data.* 8

Nec intereſt *in dicta l. ſi quis alicui*, §. 1. obligationem inter dantem, & accipientem ſtetiſſe: nam cum obligatio, illa ejus conditionis ſit, ut liceat ante

implementum revocare, conſtitit cum ſua conditione, & natura; at verò cùm commodatum ſit contractus nominatus, in quo ſicut in aliis ſimilibus, ſemel ſuſcepta obligatione, quantumvis ſponte reſilire non liceat, juxta noſtrum textum: & *dictam l. ſicut 5. Cod. de oblig. & action.* cum negotium, & contractus nominatus celebratus ſit inter dantem & accipientem, qui eſt efficax ad agendum, traditione facta uſque ad certum tempus, intra illud revocari nequit: argumento textus in *l. in traditionibus. ff. de pactis; l. ſi domibus. ff. de præſcriptis verbis*: Unde viciſſim Paulus in *l. commodato* 17. §. *ſicut ff. hoc titulo*, actionem commodati, vel contra, conceſſit: & an ſit civilis, vel prætoria? latè refert Antonius Faber *in rationali ad textum in l. 1. ff. hoc titulo*: & quæ actio competat commodanti, vel commodatario? latè diſputat Pichardus *in dicto* §. *item is* 1. *Inſtitut. quibus modis re contrahitur obligatio*: & in §. *quæ de fullone* 15. *Inſtitut. de obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur*; quæ omnia conſultò omitto, cum in *textu noſtro* nulla mentio de actione illa habeatur.

TITVLVS XVI.

De Depoſito.

Ad textum in cap. Gravis illa 1. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia non tenetur ex depoſito apud Eccleſiæ Clericum facto, niſi in ejus utilitatem ſit verſum.*
2 *Nemo alterius culpa prægravari debet.*
3 *Exponitur* authentica, hoc jus porrectum, C. de Sacroſanctis Eccleſiis, cap. quod quibuſdam, de fidejuſſoribus.
Mutuatarius probare debet mutuum verſum fuiſſe in Eccleſiæ utilitatem.
Eccleſia locupletari non debet cum alterius jactura.
4 *Depoſiti actio, ut competat, oportet, ut de cuſtodia conventum ſit.*
5 *Expenditur textus in* cap. pervenit 2. de fidejuſſoribus.
6 *Judex cum plenè de delicto conſtat, non poteſt ad torturam procedere.*
Exponitur textus in cap. gravis illa 1. verſic. ſub quæſtionibus, depoſito: juncto n. 7.
7 *Homo liber pro debito civili torqueri non poteſt.*
Clericus eſt miles cœleſtis, & terreſtri æquiparatur.
8 *Depoſitum qui negat, duplum præſtare debet.*
Depoſitum eſt in triplici differentia, voluntarium, neceſſarium, & judiciale, ſed inter ſe differunt.
9 *Tranſactio debet fieri de re dubia, & lite incerta.*
10 *Unuſquiſque ex ſuo delicto plecti debet, nec ex alieno puniri poteſt.*
Delicta ſuos debent ſequi auctores, & pœnæ: atque adeo nec filius pro patre, nec pater pro filio puniri poterit.
Expenditur textus in l. quiſquis, C. ad Juliam Majeſtatis.
11 *Interpretatur textus in* l. crimen, verſic. idque Divi Fratres, ff. de pœnis.
Fruſtra per reſcriptum indulgetur, quod communi jure conceſſum eſt.
Laudatur D. Petrus de Villalobos.
12 *Exponitur textus in* l. 2. C. de libertis, & eorum liberis.
13 *Expenditur textus in* l. 1. §. 1. ff. ſiquis aliquem teſtari prohibuerit, l. unica, ff. de quibus non competat bonorum poſſeſſio.
14 *Interpretatur textus in* l. 3. §. ſi emancipatus, ff. de bonorum poſſeſſione contra tabulas.

CONCLUSIO.

1 EX *depoſito apud Clericum, Eccleſiæ facto, non tenetur Eccleſia; niſi in ejus utilitatem ſit verſum.* Conſonat textus in *cap. penultim. de fidejuſſoribus*; *cap. venerabilis*, §. *licet autem*, *de exceptionibus*: *cap. nihil prodeſt, de præſcriptionibus*: *cap. ſane, cap. ad aures, de temporibus ordinandorum*: *cap. cum teneamur, de præbendis*: *cap. non debet* 22. *cap. ſine culpa* 38. *cap. delictum perſonæ* 76. *de regulis juris*, *lib.* 6. *cap. fraternitatem, de donationibus*: *cap. crimen*, 1. *quæſt.* 4. *cap. requiſivit, de reſtitutione ſpoliatorum*; *cap. pertractandis, de juramento calumniæ*; *cap. ſi Epiſcopum* 3. 16. *quæſt.* 5. *capit. quow quibuſdam* 4. *de fidejuſſoribus*; *l. eleganter, in princ. ff. de dolo*; *l. non debet, ff. de regulis juris*; *l. crimen* 26. *ff. de pœnis*; *l. Sancimus* 22. *Cod. de pœnis*: *cap. Felicis, qui ſiculo, cæterum, &* §. *illud autem, in fine, de pœnis* [illegible] 6. *l.* 3. *titulo* 3. *partita* 5. Exornant Corraſius *in tract. hujus tituli, parte* 2. *quæſt.* 1. *num.* 1. Cardoſo *in praxi Judicum*; *verbo, Depoſitum, n.* 9. Molina *de juſtitia, tractat.* 2. *diſput.* 525. *n.* 4. Riccius *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſione* 2. *n.* 5. Paz *in praxi, tom.* 3. *cap.* 6. §. 6. *num.* 10. Navarrus *in Manuali, tom.* 1. *cap.* 17. *num.* 177. Bernardus Diaz *in praxi Criminali, cap.* 125. ubi Salcedus in *additionibus, litera A.* Cujacius *in l. poſſideri*, 3. §. *illud quoque*, 19. *ff. de acquirenda poſſeſſione*: Oſualdus ad Donellum, *lib.* 15. *comment. cap.* 29. *litera C. & cap.* 50. *litera H.* & I. Thomas Sanchez *ad præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 29. *& lib.* 2. *cap.* 27. *per totum*: Doctor Fernandus Arias de Meſſa, *lib.* 2. *variarum, cap.* 34. *nu.* 14. *cum ſequentibus*, cum traditis à Barboſa *in collectaneis ad noſtrum textum, num.* 4. Cenedo *in collectaneis ad Decretales, collectanea* 24. Tuſcus *litera A. concluſione* 313. *num.* 7.

Ratio aſſignatur ex litera *noſtri textus*: nam ideo ex depoſito facto penes Clericum Eccleſiæ, Eccleſia non tenetur; niſi quatenus Eccleſiæ utile fuerit, quia non Eccleſiæ, ſed perſonæ ipſius Clerici depoſitum illud fuit commendatum: quæ ratio naturali ratione nititur; quia ipſa poſtulat, ut alterius culpa nemo prægravari debeat: *dicta l. non debet* 74. *ff. de regulis juris*; *cap. non debet* 22. *cap. delictum* 96. *de regulis juris lib.* 6. nam culpa ſuos debet tenere auctores, *dicta l. Sancimus* 22. *Codic. de pœnis*, *l.* 1. *& per totum tit. Cod. ne filius pro patre*; *& l.* 1. *Cod. ne uxor pro marito*: *Ezechielis, cap.* 18. ibi, *anima quæ peccaverit*: relato in *cap.* 1. §. *is ita*, 24. *q.* 3. 2

Primò, obſtabit dicere, quod ſpeciale eſt in mutuo, quod Eccleſiæ mutuatum eſt, ut probare debeat is, quod mutuavit, in Eccleſiæ utilitatem verſum fuiſſe, ut colligitur ex *authentica, hoc jus porrectum, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*: *cap. ea enim*, §. *hoc jus porrectum*, 10. *quæſt.* 2. *capit. quod quibuſdam de fidejuſſoribus*: ergo non rectè idem in depoſito *in præſenti* ſtatuitur. Pro cujus dubii ſolutione adnotandum eſt, ſpeciale eſſe in mutuo Eccleſiæ facto, ut probari debeat in ejus utilitatem verſum fuiſſe, ex juribus *ſuprà* adductis: quæ ſpecialitas etiam reperitur in mutuo facto civitati: *l. civitas, ff. ſi certum petatur*; & in mutuo facto minori, *l.* 2. *Cod. ſi adverſus creditorem*: notat Gloſſa final. *in dicta authentica, hoc jus porrectum*, Innocentius, & Imola *in præſenti, num.* 17. Abb. *num.* 9. Covarru. *lib.* 2. *variarum, cap.* 17. *num.* 3. Menchaca *controverſiarum uſufrequentium, cap.* 6. Sed hoc verum eſt, quando tantum fuit, datum Prælato, Syndico Civitatis, œconomo dumtaxat; ſecus verò ſi Prælato ſimul cum Capitulo, vel Præſide civitatis, ſimul cum Decurionibus fiat: nam tunc non eſt neceſſe probare prædictam verſionem: notat Gloſſa final. *in dicta authentica, hoc jus porrectum*, & Gloſſa *in dicto cap. quod quibuſdam, de fidejuſſoribus*; Covarru. *ubi ſupra*. Sed hoc verum eſt, quando mutuum datum Eccleſiæ ſolvi po- 3

teſt

teſt de redditibus ipſius Eccleſiæ, ſecus verò ſi ad ipſius ſolutionem ſunt diſtrahenda bona immobilia, vel mobilia pretioſa; quia tunc, etiam ſi concurrat prædicta ſolemnitas, mutuatarius probare debet verſum fuiſſe in Eccleſiæ utilitatem: ne alienatio unâ viâ prohibita, aliâ permittatur ſine juſta cauſa: notat Abb. *in præſenti*, *num.* 9.

Unde ſolutio difficultatis *ſuprà* adductæ, in eo conſiſtit; in reddenda ſcilicet ratione, quare *in præſenti* oportet probare pecuniam depoſitam converſam fuiſſe in Eccleſiæ utilitatem; cum tamen in *textu noſtro* non de contractu mutui, ſed depoſiti agatur. Sed reſpondendum eſt, depoſitum *in præſenti* factum fuiſſe, non apud Eccleſiam, ſed apud particularem Canonicum Eccleſiæ: quo in caſu ſi in Eccleſiæ utilitatem non fuerit verſum, Eccleſia non tenetur, cum ex facto unius particularis perſonæ ipſius Eccleſiæ, Eccleſia teneri non debeat: argumento textus in *cap. ſi Epiſcopum*, 16. *q.* 6. docet Gloſſa *in præſenti*, verbo, *perſona*: ſi verò depoſitum ita factum converſum fuerit in Eccleſiæ utilitatem, Eccleſia tenebitur, ex *textu noſtro*, & ex *dicto capit. quod quibuſdam*, *de fidejuſſoribus*. Ratio eſt; quia Eccleſia locupletari non debet cum alterius jactura: *capit. locupletari*, *de regulis juris in* 6. quemadmodum tenebitur pupillus ex depoſito ſine ſolemnitate, & tutoris authoritate facto, ſi in ejus utilitatem fuerit verſum, *l.* 1. §. *an in pupillum*, *ff. quod cum eo*: argumento textum in *l. ei*, *qui*: *Cod. eodem*: & ita eſt interpretandus textus noſter. Notat Abbas *in præſenti*, *num.* 9. Cardinalis, & Ancharranus, *num.* 16. Idem Abbas *in dicto cap. quod quibuſdam*, *num.* 16. Barboſa, *in collectaneis ad noſtrum textum*, *num.* 4. Cenedus, *dicta collectanea* 24.

4 Secundò, ſolutioni obſtabit dicere, quod *in præſenti* actio depoſiti contra Eccleſiam non potuit competere, etiam ſi probetur in ejus utilitatem verſum fuiſſe: ſiquidem ad hoc, ut illa actio competat, oportet, ut de cuſtodia conventum ſit: *l.* 1. *ff. depoſiti*; *l. ſi ego* 10. §. *final. ff. de jure dotium*, cum traditis à Pichardo *in* §. *præterea* 3. *Inſtitut. quibus modis re contrahitur obligationum*. 4. & 5. Oſualdo ad Donellum *lib.* 14. *cap.* 3. ſed Eccleſia *in præſenti*, numquam ſuſcepit cuſtodiam; ut ex noſtri textus litera conſtat: ergo adverſus eam actio depoſiti exerceri nequit, etiam ſi in ejus utilitatem verſum fuerit.

In qua difficultate Gloſſa *in præſenti*, verbo, *utilitatem*, & Abbas, *num.* 12. aſſerunt Eccleſiam *in præſenti* conveniendam eſſe non actione depoſiti, ſed de in rem verſo: verum hæc interpretatio apertè convincitur ex verbis noſtri textus, ibi, *præcisè intentare juſſionis inſtantiam*: juncto verſiculo, *perſonæ*, *non Eccleſiæ commendatum*; quæ verba propriè ad actionem depoſiti referenda ſunt. Quare ea omiſſa, verius eſt dicendum adverſus Eccleſiam actionem depoſiti exerceri poſſe, ſi in ejus utilitatem verſum fuerit: quia licet cum ea non fuerit conventum de cuſtodia, tamen ab ipſo, quod probatur verſio in ejus utilitatem, intelligi debet depoſitum receptum fuiſſe ab Eccleſiæ miniſtro, nomine ipſius Eccleſiæ, & ſic Eccleſiam ipſam ratum habuiſſe: argumento textus in *cap.* 1. *de reſtitutione ſpoliatorum*.

5 Tertiò, obſtabit textus in *capit. pervenit* 2. *de fidejuſſoribus*: ex cujus textus deciſione deducitur, Eccleſiam ſaltem ex fructibus compelli poſſe ad ſatisfaciendum debitum à Clerico celebratum; ergo & *in præſenti* potuit Eccleſia compelli ad ſatisfaciendum pro depoſito Clerici. Verum reſpondendum eſt, quod *in dicto cap. pervenit* 2. *de fidejuſſoribus*, Eccleſia ipſa non fuit obligata, ſed tantum de fructibus beneficii debitoris creditoribus ſatisfieri jubetur: de quo *in præſenti* actum non fuit: ut ſentit Gloſſa final. in *cap. Odoardus*, *de ſolutionibus*: ſed cum Clericus depoſitum aſportaſſet, & de furto, & fuga infamatus extitiſſet, ut demonſtrant verba noſtri textus, & ex ejus *integra* conflat, relata ab Ant. & Auguſtino *in* 1. *collectione hujus tituli*, *cap.* 2, & in *Scholiis ad noſtrum textum*: idcirco cenſet Summus Pontifex Canonicum illud, penes quem Epiſcopus pecuniam ſuam depoſuit, vinculis, & tormentis coërcendum eſſe à Judicibus Eccleſiaſticis; notat Cujacius in *poſthumis*, *ad noſtrum textum*.

6 Quartò, adverſus textum noſtrum *in verſic. ſub quæſtionibus*; obſtabit dicere, quod cum plenè de delicto conſtat, judex non poterit ad torturam procedere: *l.* 1. §. *ad torturam*, *l. edictum* 8. *ff. de quæſtionibus*: at *in præſenti* de delicto plenè conſtabat, ut ex ejus litera conſtat; ergo Clericus non rectè torturæ ſupplicio ſubjicitur. Sed reſpondendum eſt, quod cum delicto conſtat non poteſt procedi ad torturam, ex juribus *ſuprà* adductis: nam etſi fateamur, etiam *in præſenti* de delicto conſtare, tamen *in præſenti* Clericus non torquetur, ut furtum rei depoſitæ confiteatur, ſed dumtaxat ut manifeſtet pecuniam furatam, ad quem locum tranſportaſſet; ut conſtat ex textu noſtro: ibi, *ut audivimus*, *loculos habet*, & ibi, *pecuniam reddere compellatur*. Unde cum hoc non ſit à jure prohibitum, rectè potuit Clericus ad hujuſmodi effectum torqueri: quo recepto, ceſſat difficultas ſuprà adducta. Notat Hoſtienſis *in præſenti*; Imola *num.* 9. & 20. Abb. & Barbacia *n.* 9.

7 Quintò, prædicta *noſtri textus* verba impugnantur ex eo, quod Canonicus *in præſenti* ſive cauſa civilis, ſive criminalis eſſet, torqueri non poterat. Si civilis, quia homo liber pro debito civili torqueri non poteſt: *l. Divus*, *ff. de quæſtionibus*: Si criminalis; quia miles terreſtris torqueri non poteſt: *l. miles*, *l. Divo Marco*, *Cod. de quæſtionibus*; *l. nullus*, *Cod. ad legem Juliam Majeſtatis*, *l.* 3. §. 1. *ff. de re militari*; ſed Clericus eſt miles cœleſtis, & terreſtri æquiparatur: notat Gloſſa, *verbo*, *facere*, in *l. miles* 6. *ff. de re judicata*: Everardus *in Topicis legalibus*, *loco* 56. Cujus toga dignior eſt terreſtris argumento textus in *cap. ſolitæ*, *de majoritate*, & *obedientia*; *cap. ſi Imperator*, *cap. bene quidem*, 96. *diſtinct.* Ergo quocumque modo agatur, Clericus *in præſenti* torqueri non poterat.

Sed reſpondendum eſt, veriſſimum eſſe hominem liberum pro civili debito torqueri non poſſe: ex *dicta l. Divus*, *ff. de quæſtionibus*. Nec contrarium docet *textus* noſter: quia licet à principio cauſa illa civilis eſſet, tamen propter iniquam depoſiti ſubreptionem, & furti diffamationem, in criminalem fuit converſa, & indè tortura locum habuit: notat Antonius *in præſenti*, *numer.* 6. Imola *num.* 8. Barbacia *numer.* 13. & quamvis miles cœleſtis terreſtri æquiparetur, tamen ſicut miles terreſtris plerumque ex cauſa torqueri poteſt; *l. miles*, *ff. de quæſtionibus*; *l.* 3. *Cod. ad legem Juliam Majeſtatis*, veluti in ſeptem caſibus comprehenſis à Cifuentes in *l.* 79. *Tauri*, ſic etiam cœleſtis miles multoties torqueri poteſt: *cap. cum in contemplatione*, *de regulis juris*, in *Decretalibus*; *cap. degradatio*, *de pœnis lib.* 6. notat Salcedus ad Bernardum, *cap.* 125. *litera A.* Julius Clarus *lib.* 5. *cap. final. quæſt.* 64. Simancas latiſſimè *de Catholicis inſtitutionibus*, *titulo* 65. *in principio*, *cap.* 46. meritò propter furti diffamationem juſta de cauſa Alexander III. decrevit, Canonicum torturæ, & vinculis compellendum eſſe ad declarandum ubi depoſitum aſportavit: notat Gloſſa penult. *in præſenti*; Hoſtienſis, & Imola *n.* 9. & 20. Abb. *n.* 9. Barbacia *n.* 6.

8 Sextò, obſtabit textus in *l.* 1. §. *ait prætor*; *l. ſi quis* 13. & 18. *ff. depoſiti*: in quibus juribus probatur, duplum præſtare debere eum, qui depoſitum negat; ergo malè *in præſenti* Canonicus tantum in ſimplum, hoc eſt ad ſolam pecuniæ reſtitutionem compellitur. cujus dubii ſolutione adnotandum eſt, depoſitum eſſe triplici differentia, voluntarium ſcilicet, neceſſarium, & judiciale; de quibus ſigillatim diſputant Doctores omnes *in Rub. hujus tituli*: Pichardus in §. *præterea* 3. *num.* 15. *Inſtit. quibus modis re contrahitur obligatio*; differunt tamen inter ſe: quia in voluntario, ſi depoſitarius depoſitum negat, tantum in ſimplum tenetur; & de hoc voluntario

loquitur *textus noſter*; in neceſſario tamen in duplum tenetur, & ita procedit textus in *dicta leg.* 1. §. 1. *ff. depoſiti*: §. *rei perſequendæ*, *Inſtit. de actionibus*: & ita, de neceſſario veluti in caſu incendii, naufragii, & ſimilibus ſunt interpretanda jura *ſupra* in argumento adducta; cum ex negatione ipſa crimen illud augeatur, & publica vindicta ſit dignum: *dicta leg.* 1. §. *ait Prætor*, *leg. ſi quis* 13. & 18. *digeſtis depoſiti*, *l. qui depoſitum* 10. *Cod. eodem*, *l.* 8. *titulo* 3. *partita* 5. Ratio differentiæ eſt, quia cum quis voluntate deponit, ſponte etiam fidem depoſitarii eligit, & ſic ſi negaverit, eſſe debet contentus ſimplo, cùm ſibi imputare debeat, ex eo quod diligentiorem non elegit: *dicto* §. *præterea*, *in fine*, *Inſtitut. quibus modis re contrahitur obligatio*: at vero cum neceſſitate aliqua quis deponit, cum perturbato animo periculi cauſa rem deponat, voluntati ejus imputari non poteſt cum electionis voluntatem integram non habuerit & creſcit perfidiæ crimen, & ideo majori odio, pœnaque dupli plectendus eſt, cum gravius ſit fidem frangere ei qui ex neceſſitate deponit, quam qui ex voluntate, §. *rei perſequendæ*, *Inſtit. de actionibus*: & quod tunc dupli pœna teneatur, demonſtrat textus in *l.* 1. & per *totum tit. ff. de incendio*, *ruina*, *& naufragio*, ut rectè animadvertit Duarenus *lib. animadverſionum*, *c.* 11. Paz *in praxi tom.* 3. *cap.* 6. §. 6. *n.* 13. *&* 17 Antonius Gomez 2. *tom. variarum*, *cap.* 7. *num.* 2. Pichardus *in dicto* §. *præterea* 3. *Inſt. quibus modis re contrahitur obligatio*, *n.* 16. Idem *in* §. *in duplum* 23. *Inſt. de actionib.*

9 Septimò adverſus noſtrum textum *in verſiculo*, *ſi autem*, tranſactio de re depoſita à Pontifice comprobatur: Obſtabit dicere quod tranſactio fieri debet de re dubia lite incerta, *l.* 1. *digeſtis de tranſactionibus*: *capite ſuper eo*, *eodem titulo*: at in præſenti certum erat Clericum ex depoſito teneri non autem Eccleſiam, ut ex ejus litera conſtat, *in verſiculo*, *cum enim*, juncto verſiculo *quo circa* ergo non recte tranſactio ſuadetur à Pontifice.

In qua difficultate omiſſa interpretatione, Hoſtienſis, Ancharrani, & Abb. *in præſenti*, *n.* 9. Innocentii Imolæ *n.* 19. dum exiſtimant compoſitionem *in præſenti* valuiſſe, ex ſpeciali Pontificis confirmatione: quorum interpretatio convincitur; quia ſpecialitas ſine cauſa, & neceſſitate admittenda non eſt: meritò cùm certum ſit apud Canonicum pecuniam fuiſſe depoſitam, ſpecialitas illa ex certitudine, quæ extabat, admitti non poterat, cum ex certitudine tantum Pontifex ſuaderi poſſet.

Quare ſolida interpretatio erit, ea ratione compoſitionem *in præſenti* valuiſſe: quia Canonici ſcientes ſe non teneri, ſponte, & amicabiliter ſe compoſuerunt, & ex propriis redditibus donarunt Epiſcopo tantum, quantum apud Belial Canonicum, uti perſonam privatam fuerat depoſitum: notat Cardinalis *in præſenti*, *oppoſitione* 1. *in fine*, Imola *n.* 12. & inde textus noſter intelligi debet, non de neceſſaria juris tranſactione, ſed de amicabili compoſitione ad quam Judex ex cauſa, ſcilicet, ad evitandum ſcandalum, & pro bono pacis poteſt partes inducere; *l. æquiſſimum* 17. *ff. de uſufructu*, *cap final. de tranſactionibus*, *cap. pervenit*, *de arbitris*, quæ interpretatio deducitur ex *integra noſtri textus*, ab Antonio Auguſtino *ibidem relata*. Hæc ſunt ſpecialiter adverſus ſingula noſtri textus verba adduci poterant: nunc jam adverſus generalem noſtri textus decidendi rationem nonnulla diſcutere neceſſe eſt.

10 Octavo, adverſus ea, quæ generaliter *in præſenti* deducunt omnes, videlicet unumquemque ex ſuo ſolo delicto plecti debere, nec puniri poſſe ex alieno, cum delicta ſuos debeant tenere auctores, *dicta l. Sancimus* 22. *Cod. de pœnis. l.* 2. *Cod. ne uxor pro marito*, *l.* 1. §. *plane*, *l. ſi ex duobus* 25. *ff. de tutelis*, *& ratio. diſtrahen. l. jure proprio* 46. §. *item*, *l. item contra ff. de procuratoribus*. *l.* 4. *ſi communis* 9. *ff. de noxalibus*, *l. inter cohæredes* 45. §. *quod ex facto*, *ff. familiæ erciſcundæ*, *c. quæſivit*, *in fine*, *de his*, *quæ fiunt à majore parte Capituli*, & ideo nec filius pro patre, nec pater pro filio puniri nec infamia ulla maculari poteſt, *leg. crimen*, *digeſtis de pœnis*: *cap. crimen*, *prima quæſtione*, 4. *l.* 2. §. *in filiis*, *ff. de Decurionibus* Ezechielis, *capite decimo octavo*, Deuteronom. *capite vigeſimo quarto*, Robertus *libro ſecundo*, *rerum judicatarum capite nono*, Duarenus *ad titulum*, *ff. de pœnis*, *capite primo*, Merillius *libro quarto*, *obſerva. capite tertio*, Petrus Greg. *lib.* 31. *ſyntagmatum*, *cap.* 4. *n.* 4. *& lib.* 35. *cap.* 8. Thomas Sanchez plures referens *ad præcepta moralia*, *capite vigeſimo ſeptimo*, *uſque ad* 31. obſtabit textus *in l. quiſquis* 5. *Cod. ad legem Juliam Majeſtatis*: ubi, ſi pater crimen leſæ Majeſtatis commiſerit, ejus infamiâ filii maculantur, & variis pœnis plectuntur. Sed reſpondendum eſt, id peculiare, & ſpeciale eſſe in crimine leſæ Majeſtatis, quod admiſſum eſt in deteſtationem tanti criminis: tum etiam, ut exemplis illis ſimile delictum committere terreantur; tum etiam, ut ex liberorum ſupplicio valde doleant, patres, & opprobrium poſt obitum maneat: Notat Oſualdus ad Donellum *lib.* 18. *comment. cap.* 8. *litera XX. apud medium.* Ita ſimiliter eſt interpretandus Ciceronis locus, *lib.* 1. *ad Brutum*, *Epiſtola* 12. *& Epiſtola* 14. de quarum ſolutione videndus eſt, Duarenus *ad titulum*, *ff. ad legem Juliam Majeſtatis*, Vveſembecius *in paratitlis ad eundem titulum* Oſualdus *dicto capite octavo*, *litera XX.*

11 Nonò prædictis obſtat textus in *leg. crimen*, *digeſtis de pœnis*, *verſiculo*, *idque Divi Fratres Hieropolitanis reſcripſerunt*: ubi calliſtratus ad confirmationem ſuæ ſententiæ, ſcilicet, ut filius ex delicto, vel infamia patris non maculetur, reſcripto Divorum Fratrum utitur, ex quo conſtat ex Romanorum jure filios ex delicto paterno puniri: etſi ex æquitate, & benignitate ſuadente, aliud reſcriptum noviter reperiatur: nam ſi jure certum erat, filios non puniri ob crimen patris, quare reſcriptum neceſſarium fuit? ſiquidem fruſtra per reſcriptum illud indulgetur, quod communi jure conceſſum eſt: juxta textum in *l. unica*, *Cod. de theſauris*, *lib.* 10. *l.* 1. *digeſtis ad municipalem*: *leg. Imperatores* 14. *de privilegiis creditorum*: ergo tali reſcripto utens *Calliſtratus* non dubiè ſignificat Romanis legibus filios ob paternam pœnam plecti.

Pro cujus dubii ſolutione adnotandum eſt, in Aſiæ Regionibus, imo & in ipſa Syria, quæ una earum eſt, talis erat conſuetudo, ut filii ob crimen parentum punirentur; & ne Hieropolis in ipſa Aſia locum haberet, neceſſarium fuit, reſcripto Divorum Fratrum morem illum infringere, ſcilicet, ne ob crimen vel pœnam paternam ulla macula filiis infligeretur: cum Hieropolitanæ leges adverſus Romanum morem obſervarentur, ut liberi ob delictum parentum etiam punirentur. Notat Merillius *libro quarto*, *obſervationum*, *cap.* 3. Quam quidem interpretationem noviter in lucem prodidit, & diſcipulis recitavit *in dicta l. crimen*, *ff. de pœnis*. Eruditiſſimus Doctor *Petrus de Villalobos*, Primariæ Juris Cæſarei Cathedræ digniſſimus Anteceſſor, & ejus facultatis Decanus, cujus fæcunda doctrina in acerrimo Licentiaturæ examine (utpote Patroni) laureandi omnes tutiſſime foventur, quod collegæ noſtri ſæpiſſime experti ſunt.

12 Decimò, obſtat textus *in l.* 2. *c. de libertis*, *& eorum liberis*, ubi quemadmodum ingratus libertus in ſervitutem redigitur, ita etiam filii ejus poſt commiſſam ingratitudinem nati reducuntur. Sed reſpondendum eſt, textum illum tantum eſſe intelligendum, quoad ſtatum libertatis, non quoad alia: qtia in ſtatu libertatis ſemper ſpectatur tempus conceptionis, ſcilicet, an pater reperiatur ſervus, vel liber; merito non eſt mirum ſi ingratus libertus ad ſervitutem revocatus futuris filiis noceat, qui concepti ſunt poſt ingratitudinem, & libertatis revocationem, non autem jam natis tempore libertatis. Ita ſimiliter eſt interpretandus textus difficilis in *l. Divi Fratres* 17. *ff. de jure patronatus*. Notat Covarru. *libro ſecundo*, *variarum capite decimo octavo*, *num.* 5.

13 Undecimò, obſtat textus in *l.* 1. §. *primo*, *digeſtis ſi quis aliquem teſtari prohibuerit*: *leg. unica*, *digeſtis quibus competat bonorum poſſeſſio*, ubi ſcriptum eſt, quod ſi pater

vetitus

vetitus fuerit mutare teſtamentum, in quo aliquid filiis eſt relictum, etſi nihil filii ingratum admiſerint; tamen ob crimen patris, tanquam ab indignis id eis aufertur: quod etiam demonſtrat textus in *l.* 23. *titulo* 1. *partita* 6. Sed reſpondendum eſt ibi relicta filiis in teſtamento, quod pater mutare prohibitus fuit, ab eis tanquam indignis auferuntur: non ob crimen patris, quod iniquum rectè foret; ſed quia jam non habent ſupremam, & liberam defuncti voluntatem: ut ſcripſit Papinianus in *l. cum quidam* 12. *ff. de his, quibus ut indignis*: qui teſtator, ſi prohibitus non fuiſſet, teſtamentum mutaſſet, ut rectè animadvertit Cujacius *lib.* 28. *Digeſtorum Juliani, in dicta l. unica, ff. quibus non competat bonorum poſſeſſio.*

14 Duodecimò, obſtat textus in *l.* 3. §. *ſi emancipatus, ff. de bonorum poſſeſſione contra tabulas*, ubi, ſi filius contra voluntatem avi ignominioſam uxorem duxerit, poterit avus nepotem ex dicto matrimonio natum exhæredare: ita ut nepos ex delicto patris non admittatur ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas, adverſus avi teſtamentum: quod eſt admiſſum, ut ſic juvenes à prædictis nuptiis ſe abſtinerent, & avo id liberè permittitur, ut ſic proſpiciendum videatur nepotis meritum, & patris delictum, ut *in fine illius*, §. aſſeritur; de quo late Alciatus, *libro ſecundo, parergon, capite vigeſimo ſecundo*, Sarmiento *libro ſexto, ſelectarum, capite undecimo*, Robertus *libro ſecundo, rerum judicatarum, capite nono*, Cujacius *libro tertio, obſervation. capite quinto*, Antonius Faber *de erroribus* 2. *parte decade* 29. *errore* 4. *&* 6. *per totum*: videndus eſt etiam textus *in l. Divo Marco* 9. *Cod. de quæſtionibus*, textus in *cap. ſtatutum, de hæreticis*, cum à me traditis in *cap. nihil prodeſt*, 2. *de præſumptionibus, numero ſeptimo, cum ſequentibus.*

Ad textum in cap. Bona fides, final. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Depoſitarius tenetur de dolo præſumpto; non vero de culpa niſi ſe depoſito obtulerit, vel pro eo mercedem receperit; neque de caſu fortuito tenetur, niſi pactum, culpa, vel mora præceſſerit.*
Compenſatio in depoſito non admittitur.
2 *Depoſitum bonæ fidei contractus eſt, & lege naturali ad rerum cuſtodiam inventum.*
Lata culpa dolo comparatur.
Depoſitum pro arbitrio deponentis revocari poteſt.
5 *Charitas bene ordinata à ſeipſo debet incipere.*
Dolus non præſumitur, ſed de eo conſtare neceſſe eſt.
4 *Exponitur textus in* l. 1. §. ſæpè 35. digeſtis, depoſiti.
5 *Depoſitum gratis fieri debet; ſed ſi poſtea depoſitarius aliquid receperit, non depoſitum, ſed locatio erit.*
6 *Expenditur textus in* l. ſi plures 14. §. final. ff. depoſiti, l. ſi verberatum 15. §. 1. ff. de rei vindicatione.
7 *Interpretatur textus in* l. 1. §. eſt autem 22. digeſtis, depoſiti.
8 *Compenſatio in omnibus bonæ fidei contractibus admittitur.*
9 *Refertur ratio ad textum in* l. actione 23. digeſtis, depoſiti.
10 *Conciliatur Pauli ſententia*, libro ſecundo, ſententiarum, titulo, de depoſito: *cum* l. final. verſic. ſecundum noſtram ſanctionem, Cod. de compenſationibus.
Remiſſivè interpretatur textus in l. Lucius 24. digeſtis, depoſiti.

CONCLUSIO.

1 *Depoſitarius tenetur de dolo præſumpto; non verò de culpa, niſi ſe depoſito obtulerit, vel pro eo mercedem receperit: nec de caſu fortuito tenetur, niſi pactum, culpa, vel mora præceſſerit: quod pro voluntate deponentis revocatur, nec compenſationi locus eſt.* Conſonat textus in *l.* 1. §. *ſi veſtimenta, in fine*, §. *in conducto*, §. *ſi res depoſita*, §. *ultim. l. ſine dolo* 20. cum aliis, *ff. depoſiti, l.* 1. *in principio, ff. ſi certum petatur, l.* 8. §. *eum quoque, ff. de precario, l.* 1. *Cod. hoc titulo, l. ſi ut certo*, §. *nunc videndum, ff. commodati, l. contractus, ff. de regulis juris* §. *præterea* 3. *Inſtitut. quibus modis re contrahitur obligatio, cap. jus naturale, in fine*, 1. *diſtinctione*, §. *in bonæ fidei, Inſtitut. de actionibus, l.* 1. 2. *&* 3. *titulo* 3. *partita* 5. *l.* 27. *tit.* 14. *partita* 5. *l. ultima, Cod. de compenſationibus*: Paulus *lib.* 2. *ſententiarum, titulo, de depoſito*. Exornant Azor. *inſtitutionum moralium, parte* 3. *li.* 7. *cap.* 6. Petrus Gregorius 3. *parte ſyntagmatum, libr.* 23. *cap.* 3. Petrus Nicolaus Mozius, *lib. de contractibus, tract. de depoſito*: Vincentius Carrocius, *eodem tract.* Antonius Gomez 2. *tomo, cap.* 7. *n.* 2. Connanus *libro ſeptimo, comment. cap.* 4. Cujacius *in poſthumis ad textum noſtrum, & lib.* 22. *obſervationum, cap.* 30. *& tract.* 7. *ad Africanum in l. ſi is apud quem, ff. depoſiti*, & ad *Julium Paulum ſententiarum, titulo de depoſito*, §. *in cauſa depoſiti*, Donellus *lib.* 14. *comment. cap.* 2. Oſualdus, *ibidem, litera F. G. H.* & *lib.* 16. *cap.* 7. Maſcardus *de probationibus, concluſione* 508. Farinacius *in pravi, parte* 6. *quæſtione* 169. *n.* 37. Mantica *de tacitis, & ambiguis conventionibus, libro decimo, titulo* 10. *num.* 4. Caſtillo *lib.* 3. *quotidianorum, cap.* 16. *n.* 11. Vela *in repetitione ad textum, in dicta l. contractus* 23. *ff. de regulis juris, capite tertio, num.* 9. *cum ſequentibus*, ubi Petrus Faber; Pichardus *in dicto* §. *præterea* 3. *Inſtitut. quibus modis re contrahitur obligatio*, & in §. *ſi is, apud quem* 16. *Inſtit. de obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur*; & in §. *actionum* 28. *de actionibus, quæſt.* 20. Antonius Faber *in Rationali* fere per *totum titulum, ff. depoſiti* noviſſimè Doctor Ferdinandus Arias de Meſa, *libro ſecundo, variarum, cap.* 35. *numero ſecundo, & libro primo, cap.* 34. *numero duodecimo*, cum traditis à Barboſ. *in collectaneis ad noſtrum textum, num.* 5

2 Ratio, quare depoſitarius de dolo præſumpto tenetur, ea eſt: quia depoſitum, bonæ fidei contractus eſt, à lege naturali ad rerum cuſtodiam inventum: *Exodi* 22. *cap. jus naturale, l.* 1. *diſtinct. l.* 1. §. *hanc actionem*, cum aliis, *ff. depoſiti*: Duarenus *ad eundem titulum, cap.* 1. & cum frequentiàs in gratiam deponentis fieri ſoleat, ut ejus res cuſtodiatur, ideò ſi res pereat, de dolo dumtaxat tenetur: *dicta l. contractus, ff. de regulis juris*; ſicuti incommodato gratiâ commodantis reſolutum eſt *in dicto cap. unico, de commodato*. Tenetur tamen de lata culpa: quia lata culpa dolo comparatur, *l.* 1. *ff. ſi menſor falſum modum dixerit, l. magna negligentia, ff. de verborum ſignificatione*; & lata culpa præſumitur, cum ſalvis rebus propriis depoſitæ res amittuntur; qui dolus ex judiciis, & argumentis præſumitur, *l. dolum, Cod. de dolo, l. dolus, Cod. de rei vindicatione*. Notat Oſualdus ad Donellum, *lib.* 16. *comment. cap.* 7. *litera V.* non tamen tenetur, ſi ex levi, vel leviſſima culpa res perierit: quia ſibi imputare debet, qui rem ſuam negligenti, & parum induſtrio, vel ſolicito cuſtodiendam commiſit: argumento textus *in dicto* §. *præterea* 3. *Inſtitut. quibus modis re contrahitur obligatio*, §. *final. Inſtitut. de ſocietate*: Antonius Gomez 2. *tomo variarum, cap.* 7. *num.* 2. Petrus Gregorius *lib.* 23. *ſyntagmatum, capite tertio, numero decimo ſeptimo*, Connanus *libro ſeptimo, commentariorum, cap.* 3. Donellus *dicto libro decimo ſexto, capite ſeptimo*, Pichardus *in dicto* §. *præterea, numero decimo ſexto*. Pro arbitrio enim depoſitum revocari poteſt: quia depoſitum ad cuſtodiam tantum proditum eſt: & inde invito domino rem depoſitam detinere nefas eſt; & contra

bonæ fidei æquitatem, *l.1.§.penultimo,& final.ff.depositi*, Glossa, *verbo, revocare, in præsenti*: Osualdus ad Donellum *lib.15.comment.cap.29.litera C.& lib.15.cap.9. litera D.* Nec compensatio admittitur, ne contractus, qui ex bona fide oritur ad perfidiam reducatur, ut ex litera *nostri textus* deducitur: reduceretur autem, si depositum, quod ad custodiam bona fide datum est, domino invito compensationis prætextu detineretur. Notat Abbas *in prætextu, numero sexto*, Duarenus *ad titulum, digestis, depositi, capite quarto*, Osualdus ad Donellum, *lib.16. comment. cap.15.* fere *per totum*. Reliqua scilicet, quando depositarius se obtulit, vel accepit, quare teneatur de levi culpa, & similia, sunt petenda ex his quæ statim dicemus.

3 Primò obstabit dicere, quod nulla lege quis obligatur, ut rebus alienis priùs consulat, quàm propriis: quinimò jure divino, & naturali ad suarum defensionem inducitur, *capite secundo, de homicidio*, cùm Charitas bene ordinata à se ipso debeat incipere, *c.qui vult, de pœnitentia, distinct.5.* ergo injustè, *in præsenti*, Gregorius condemnat eum qui proprias res conservat, quamvis depositæ perierint. Sed huic dubio breviter est respondendum, scilicet, verissimum esse proprias potius, quàm alienas res, quemlibet jure naturali defendere debere, si utrasque non facile uno eodemque tempore tueri non potuit: argumento textus in *l.præses, Cod. de servitutibus*, quod in præsenti non negatur: sed tantum asseritur, ut non minorem adhibeat diligentiam in depositis conservandis, quàm in propriis rebus adhibere poterat: ut notat *Celsus* in *l.quod Nerva 32.digestis, depositi*: quod quidem Judicis arbitrio relinquitur. Notat Glossa, *verbo, salvas*, in *l.si ut certo 5.§.nunc videndum, digestis, commodati*. Sed si rebus suis salvis, depositas amiserit, cum posset eas similiter salvas habere, dolus, & culpa præsumitur, ut constat ex primis *nostri textus* verbis, Glossa, verbo, *salvas*, in *l.si ut certo 5.§.nunc videndum, ff.commodati*: Notat Glossa, *verbo, de culpa in dicta l.quod Nerva*, Barbos. *in collectaneis ad nostrum textum, numero secundo*, Mascardus *de probationibus, conclusione 508.* Picardus *in dicto §. præterea 3. numero quarto, & 27.* Hostiensis, & Abbas, *in præsenti, numero secundo*, & Barbacia.

Nec obstabit, si instes, quod dolus non præsumitur, sed de eo constare necesse est, *l. dolum, Cod. de dolo, l. dolus 10. Cod. de rescindenda venditione, l.quoties 8. §. qui dolo.ff. de probationibus*: Osualdus ad Donellum, *lib. 15.comment. cap.40. litera D.* Ergo quamvis proprias conservet, dolus in depositis non præsumitur: Quia respondendum est, quod quamvis de dolo constare debeat, & si de eo constat, depositarius audiri non debet, argumento textus in *l. tutor 14.§. non est audiendus, ff. de administratione tutorum*: tamen, si de eo non constat, de eo inquiritur: argumento textus in *l. qui servandarum 15.ff.de præscriptis verbis*; & præsumitur, ut de eo inquiri possit, quando salvis propris, depositas amisit: nam dolus etiam ex argumentis & indiciis manifestis probari potest, *dicta l. dolum*: de quibus debet intelligi textus noster. Notat Osualdus *dicto cap.40. litera D.* Menochius *dicto casu 207.& 208.*

4 Secundò, adversus textum nostrum, *in versiculo, si te ipsum depositi obtulisti*. Ex quo deducitur, depositarium, qui se depositi obtulit, de dolo, lata culpa, & custodia teneri; licet non teneatur de casu fortuito, nec de levissima: Obstabit textus in *l.1.§.sæpe, ff.depositi*. Ex quo deducitur, quod is, qui se depositi obtulit, periculo rei adstrictus est, ita ut non solum de culpa, verum de custodia teneatur, hoc est de levissima: nam verba textus *in dicto §. sæpe, versic culpam*: Paulus Castrensis, *ibidem*, interpretatur *levem*, & verbum, *custodiam*, id est *levissimam*. Hoc adeo verum est, quod etiam de periculo, & casu fortuito teneatur, juxta textum in *l.si quis 4.versic. hoc depositum periculo ejus est, digestis, si certum petatur*, ut sentit Gothofredus *in notis ad eundem textum, litera D.*

Sed respondendum est ideo *in dicto §. sæpe 35.* is, qui se obtulit depositi, non tantum tenetur de levi, sed etiam de levissima culpa, hoc est de periculo, & custodia; ex eo videlicet, quia tantum pro sua utilitate depositi se obtulit: cæterum si absque ejus utilitate se obtulit, nempe solum ex amicitia, tunc quia gratia utriusque depositum factum est, tantum de levi teneretur, ut in *textu nostro*, non verò de levissima. Ratio differentiæ est: quia is, qui se obtulit actui, suspectus præsumitur, *l. quæ omnia 25.§.1. ff. de procuratoribus, l.scire oportet 21.§. final.ff.de tutoribus, & curatoribus, l.culpa 36.ff.de regulis juris, cap.non est in culpa, eodem titulo, lib 6.* Et quæ levissima culpa dicatur, refert Osualdus ad Donellum, *lib. 16. comment. cap.7. litera F.* Tum etiam: quia quando depositum lucro & gratia depositarii factum est, non verò deponentis, depositum illud loco mutui est; cujus natura est, ut periculum in accipientem transire videatur, §. *is, Instit. quibus modis re contrahitur obligatio*: notat Pichardus *in dicto §. præterea, num. 33.* Carrocius *de depositi, titulo, de culpa depositarii*: *ex num. 10.*

Tertiò, contra nostrum textum, *in versiculo, vel si aliquid pro custodia recepisti*, ex quo constat, quod si depositarius aliquid pro custodia recepit, de dolo, & lata culpa tenetur. Obstabit dicere quod de natura depositi est, ut gratis fiat, & inde si aliquid receperit, transit in contractum locationis, *l. 1. §. si quis servum, & §. si vestimenta, ff.depositi, §. item is cui, Instit. quibus modis re contrahitur oblig. §. final.institut. mandati, l. 2. titulo 3. partita 5.* Ergo non rectè in præsenti pro depositi mercedem accipi statuitur. Pro cujus dubii solutione animadvertendum est, multum interesse, an is, qui locat operas suas, solitus sit eas locare, aut non. Priori casu recepta mercede pro custodia, est locatio, si à principio mercedem receperit; & ita obtinent jura *supra* in argumento adducta; si verò non sit solicitus, sed tantum absque conventione aliquid acceperit in remunerationem depositi pro ejus custodia, depositum dicitur, & ita procedit textus noster: Notat Glossa in *l. si pecuniam, ff. de condictione causa data*, Jason, *ibidem, numero decimo.* Et in hac ultima nostri textus specie, si depositi res pereat, depositarius tenetur de dolo, lata, & levi culpa: quia etsi non propriè, quodammodo locator conductori assimilatur, & suam industriam tacitè videtur locasse: argumento textus in §. *final. Institut. de locatione, & conductione*: Abbas *in præsenti*: Bartolus *in dicta leg. quod Nerva, numero trigesimo*, Pichardus *in dicto §. præterea, num. 32.* 5

Quartò, adversus nostrum textum *in versiculo, vel mora*, obstabit textus in *l. si plures 14. §. final. ff. hoc titulo, l.item si verberatum 15.paragrapho primo, ff.de rei vindicatione.* Ex quibus apparet, etiam post moram casum fortuitum non imputari depositario: ergo licet mora præcesserit, non imputabitur ei casus fortuitus, quod contrarium omnino refert textus noster *in dicto versiculo, vel mora.* Pro cujus dubii solutione plures adduci solent sententiæ, & opiniones, quas referre instituti nostri non est; meritò breviter, & verissimè dicendum esse censeo, quod cum expressè constat, rem peremptam apud depositarium, eodem modo naturaliter perituram apud deponentem, etiam post moram non imputari depositario; & ita obtinent jura *suprà* in argumento adducta: si verò dubium est, an esset peritura nec ne, regulariter etiam post mortem depositarius tenetur: & ita est interpretandus *textus noster*, juxta textum in *l. item 14.§. quod si homo, digestis, quod metus causa, l. quod te mihi 5.ff. si certum petatur, l. item si verberatum 15.§. ultimo.ff.de rei vindicatione*: notat Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum*, & in *dicta l. quod te mihi*, Paulus Castrensis, Fulgosius, & Jason latè *in dicta l.quod te mihi, ff. si certum petatur.* 6

Quintò, adversus textum nostrum, *in versicul. fanè depositori licuit.* Obstabit textus in *l.1. §. est autem 22 ff. depositi*, 7

depoſiti, *l. ſi oleum* 10. *ff. de dolo.* Ex quibus deducitur depoſitum ſemel factum non poſſe ad libitum revocari. Sed reſpondendum eſt regulariter depoſitum ad libitum revocari poſſe, ut conſtat ex *illis noſtri textus verbis*; ſed plerumque evenire poteſt, ut depoſitarius non reſtituendo depoſitum de dolo non teneatur, veluti ſi non habeat reſtituendæ rei facultatem condemnationis tempore, ut puta ſi conveniatur Romæ, & res ſit depoſita in provinciis, vel in horreis tam clauſis, quorum aperiendorum facultas depoſitario nulla ſit, & ita eſt interpretandus textus *in dicta l.* 2. §. *eſt autem* 22. *digeſtis*, *hoc titulo*; vel depoſitum factum ſit ſub conditione, quæ nondum extiterit; quod ſub conditione fieri poteſt, ut conſtat ex textu *in dicta l. oleum* 10. *digeſtis*, *de dolo*; notat Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum in dicta l.* 1. §. *eſt autem* 22. *ff. depoſiti.*

8 Sextò, adverſus textum noſtrum, *in verſicul. contra quod compenſationi.* Ex quo deducitur compenſationem in depoſito non admitti, *Paulus libro ſecundo, ſententiarum, titulo de depoſito, l. ultim. Cod. de compenſationibus*; obſtabit dicere, quod compenſatio in omnibus bonæ fidei contractibus admittitur, *l. conſtat*, *l. final. Cod. de compenſationibus*, §. *bonæ fidei*, *Inſtitut. de actionibus*; ſed depoſitum bonæ fidei contractus eſt, *l.* 1. §. *hanc actionem*, *digeſtis*, *depoſiti*, *l. contractus*, *ff. de regulis juris*: ergo in depoſito compenſatio admitti debet. Sed reſpondendum eſt, quod quamvis fateamur depoſitum eſſe contractum bonæ fidei, & licèt in cæteris bonæ fidei contractibus compenſatio admittatur; tamen in depoſito non admittitur: quia adverſus naturam ipſam, & conventionem depoſiti eſſet; & ad perfidiam reverteretur, ſi compenſatio admitteretur, ut conſtat ex *textu noſtro*, notat Oſualdus ad Donellum *lib.* 16. *comment. cap.* 15. *litera L.* meritò exequutionem paratam habet, *dicta l. ultima*, *Cod. de compenſationibus.*

9 Septimò, prædictis obſtat textus in *l. actione* 23. *digeſtis*, *depoſiti*, ubi is, apud quem ſervus eſt depoſitus, cibarium ſervo datum compenſare poterit cum ſervi reſtitutione; argumento textus in *l. ſufficit* 56. *digeſtis*, *de conditione indebiti.* Cui dubio reſpondendum eſt, textum *in dicta l. actione* 23. eſſe intelligendum de depoſitario, qui ſervum reſtituit: ideoque Cujacius *libro ſecundo, ſententiarum Modeſtini*, ibidem aſſerit legendum eſſe *de ſervo reſtituto*, non quomodo legitur *conſtituto*: meritò *ibidem* non utitur juris compenſatione, ſed tantum uti poterit apud eundem Judicem contraria depoſiti actione adverſus deponentem, ad conſequenda, & repetenda cibaria, quæ in ſervum depoſitum impendit: notat Antonius Faber *in Rationali*, *ad textum in dicta l. actione* 23. *digeſtis*, *depoſiti.*

10 Octavò, adverſus ea, quæ *in præſenti* notant omnes videlicet compenſationem olim in depoſito ante Juſtinianum fuiſſe prohibitam, ut conſtat ex *Paulo libro ſecundo ſententiarum*, *titulo de depoſito*, *l. cum aliter* 11. *l. poſtea quam* 11. *digeſtis*, *de compenſationibus*: Cujacius, *libro octavo obſervationum*, *capite decimo ſexto.* Obſtabit textus in *l. final. verſic. ſecundum noſtram ſanctionem*, *Cod. de compenſationibus*, §. *in bonæ fidei* 30. *verſiculo*, *ſed noſtra conſtitutio*, *Inſtit. de actionibus*, ubi Juſtinianus Imperator aſſerit illam compenſationis prohibitionem, noviter in depoſito à ſe fuiſſe ſtatutam. Sed reſpondendum eſt id noviter à *Juſtiniano* non fuiſſe inductum, ſed à Paulo in *dicto libro ſecundo ſententiarum*, *titulo de depoſito*, ut conſtat ex Cujacio *dicto libro octavo*, *obſervationum*, *capite decimo ſexto.* Nec contrarium demonſtrat *Juſtinianus* in verbis traditis *in dicta l. ult.* & in *dicto* §. *bonæ fidei*: ſed ita ſcripſit; quia idem Juſtinianus contra jus vetus compenſationis beneficium extenderat ad omnes actiones: *dicta l. ultim. in principio*, & ideo nominatim excipit compenſationem in depoſito non admitti; atque ita in illis verbis oſtendit ſe depoſitum in illo veteri jure reliquiſſe, nec in eo naturam ejus immutaſſe, ut rectè animadvertit Oſualdus ad Donellum *libro decimo ſexto*, *comment. cap.* 15. Cujus *Juſtiniani* ſententiam, etiam ſequutus eſt Gregor. IX. *in textu noſtro*, *in dicto verſic. contra quod*; qui omnino deſumptus ex *dicta l. final.* ut bene animadvertit Gloſſa *in præſenti*, verbo, *contra quod*, & mihi placet; licet contrarium ſenſerit Antonius Pichardus *in dicto* §. *in bonæ fidei*, *Inſtit. de actionibus*, *numero* 47. ubi latè de hac re ſcripſit, & conſultò omitto.

Pro interpretatione autem ad textum in *l. Lucius*, cum aliis, *digeſtis*, *depoſiti*: vide, quæ latè ſcripſit Pichardus *in principio*, *Inſtitut. quibus modis re contrahitur obligatio*, *ex num.* 60. *cum ſequentibus*, & in §. *præterea* 3. *Inſtitut. eodem*; & *in* §. *ſed is*, *apud quem Inſtitut. de obligationibus*, *quæ ex delicto naſcuntur*; & in §. *actionum*, *Inſtitut. de actionibus*, *quæſtione vigeſima*, *per totam*, Donellus *lib.* 14. *comment. cap.* 2. Oſualdus *ad eundem litera H.*

TITULUS XVII.
De Emptione, & Venditione.

Ad textum in cap. Placuit 1. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus cogit tranſeuntibus hoſpitalitatem obſervari, & carius non vendi, quàm in mercato.*
2 *Hoſpitalitatem erga tranſeuntes & peregrinos ſervare, officium pium eſt; cujus obſervantia ad Epiſcopum ſpectat.*
3 *Clerici officium hoſpitalitatis præſtare debent.*
Interpretatur textus in capite primo, de emptione, & venditione.
4 *Hoſpitia in Eccleſia, vel domibus Clericorum, non ſunt aſſignanda.*
5 *Exponitur textus in* l. 1. §. 1. verſiculo, non eſt, ff. nautæ, caupones, & ſtabularii; *& conciliatur cum* l. unica, §. final. ff. furti adverſus nautas.
6 *Opera miſericordiæ niſi in extrema neceſſitate nemo compellitur exercere.*
7 *Juriſdictio Eccleſiaſtica, & temporalis, ſeparatæ ſunt.*
Victualium adminiſtratio privativè ad ſeculares Judices ſpectat.
8 *Vendere rem ſuam nemo cogitur: hujus regulæ limitationes ibi ponuntur.*
Interpretatur textus in capite primo, de emptione, & venditione.
9 *Expenditur textus in* l. final. ff. ad l. Juliam de annona, l. decuriones, ff. de adminiſtratione rerum ad civitatem pertin.
10 *Res tantum valet, quantum pro juſto pretio vendi poteſt.*
Voluntati alicujus, quod committitur, non ſubjacet juris neceſſitati.
11 *Contrahentibus licitum eſt ſe ſe ad invicem decipere.*

CONCLUSIO.

COgit Epiſcopus tranſeuntibus hoſpitalitatem obſervari, & cariùs non vendi, quàm in mercato. 1
Conſonat textus in *cap. ſi quis Romipetas*, *cap. illi*, 24. *quæſt.* 3. *cap. quieſcamus*, *cap. nulli*, cum aliis, 42. *diſtinct. cap. gloria Epiſcopi*, 12. *quæſt.* 2. *cap.* 1. 82. *diſtinct. cap.* 1. & 2. 87. *diſtinct. capit. ſi hæredes*, *de teſtamentis*, *Clem. ad noſtrum*, *de cenſibus*;

sibus : Concilium Tridentinum *sessione 22.de reformatione, cap.3.Authent.omnes peregrini, Cod. communia de successionibus,l.nauta,l.debet 7.ff.nautæ caupones: l. 1. §. final.ff. de furti adversus nautas, l.1.Cod. de Episcopali audientia, cap. 2. & final. 16.quæst. 1.l. 1. Cod.de Sacrosanctis Ecclesiis Authent.Omnes peregrini,Cod.de Episcopis, & Clericis, cap.de Monachis,de præbend.cap.2. de supplenda negligentia Prælatorum,l. 1.titulo 11.partita 5.l.27.titulo 8. partita 5.l.15. titulo 13. libro octavo, recopilationis* : Exornant Covarru. *libro secundo,variarum,capite tertio,numero quinto,& libro tertio,capite decimo quarto,numero quinto,* Menochius *de arbitrariis,casu* 182. *num.* 43. Chassaneus *in catalogo gloriæ mundi, parte* 6.*consideratione* 46.Mexia *in tract.tassæ panis,conclus.*4.*num.*14. *&* 21. Rebuffus *tomo* 2. *ad leges Galliæ, titulo de hospitibus,numero decimo quarto,* Avendaño *de exequendis mandatis,libro secundo,capite octavo,* Paulus Fuscus *de visitatione,lib.2.cap.*13.Guttierrez *in practicis lib.*2.*quæst.*180.Navarrus *in cap. novit, de judiciis, notabili* 6.*num.*57.Acuña *ad primam Decreti partem,in principio* 42.*distinctione* Bobadilla *in Politica , lib.3. capite tertio, num.*32.*litera L. & cap.*63. *& lib.*4. *cap.*3. *num.* 35. Morla latè *in emporio , titulo* 9. *quæst.* 2. *&* 6. *per totam* : cum traditis à Barbos. *in collectaneis ad nostrum textum, num.*2. *&* 6. Cenedus *in collectaneis ad Decretales , collectanea* 118.Azevedo *in l.*7. *titulo* 3. *lib.* 1. *Recopilationis, num.*1. *&* 5. Ximenez *in concordantiis, in textu nostro,* plures referens.

2 Ratio est : quia hospitalitatem erga transeuntes , & peregrinos servare , officium pium est, ut colligitur ex Sacræ Scripturæ testimoniis , relatis *in principio* 42. *distinct.* & hæc charitas non solum Clericis competit , *capite secundo, & final.* 16.*quæstione prima, dicto capite octavo, Concil. Trident.* Verùm etiam laicis, & inde ad bonum publicum pertinet *dicta l.*1. *Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis.* Unde fit quod iter agentibus cariùs vendere inhumanum , & pietati contrarium sit,*dicta l.*1.*Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*,& patet ex eo : quia cum hoc ad alimenta pertineat, *l. verbo , Victus* 43. *ff. de verborum significatione,* pia causa reputatur: juxta communem interpretationem in *l.cum hi,ff. de transactionibus*,& cum certum sit ad Ecclesiæ Prælatos,& Episcopos pertinere , ut opera charitatis exerceantur , & peccata eviten-tur, *cap.si quis de potentibus,dicto cap.si quis Romæ*,24. *quæstione quinta,capite tertio,cap.si hæredes,de testamentis* , quod etiam apud Gentiles observabatur , cum ad Pontificem pietatis causa cognitio deferebatur, *l.hæreditas* 53.*in fine.ff.de petitione hæreditatis*: rectè in præsenti in Concilio Valent. definitum fuit, Episcopum admonere debere eos , quibus ex officio incumbit hospites recipere , quod humano pretio eisdem vendant : quod si non fecerint , poterit ad hoc eos compellere ex *textu nostro* : quinimo non observantes eos excommunicare; juxta textum in *cap. si quis* ,§. *hinc etiam*,42. *distinct.* Notat Glossa *in præsenti* , cum in similibus piis causis , Episcopus habeat etiam inter laicos jurisdictionem ; notat Tiraquellus *de privilegiis piæ Causæ , privilegio* 49. Covarruvias *in cap. relatum,de testamentis, num.*2.

3 Primò , obstabit dicere , quod Clerici dumtaxat ad hospitalitatem adstringuntur, *capite primo*, 42.*distinct. capite secundo,de supplenda negligentia Prælatorum,cap. de Monachis, de præbendis*,cùm ad hoc inter alia sint institura beneficia Ecclesiastica , ut scilicet hospitalitatem exerceant , *cap. mos est , cap. aurum , cap. gloria Episcopi, 12.quæstione secunda*,Concilium Tridentinum *sessione* 25.*de reformatione,capite octavo*,ergo non rectè *in præsenti* statuitur dumtaxat laicorum plebem ad eam teneri. In quo dubio diluendo Interpretes in varias sententias divisi sunt. Prima fuit Hostiensis, & Joannis Andreæ *in præsenti* asserentium, textum nostrum *in* 1. *parte*, intelligi debere de Clericis , qui hospitalitatis officium exercere debent. In secunda verò,de laicis ne cariùs vendant. Quorum interpretatio convincitur ex ipsomet *textu*, cum onus illud plebi sit injunctum ut hospitium præbeant : nam *plebis* nomine potius laici, quam Clerici continentur, *cap. si sententia,de sententia excommunicationis.*

Secunda fuit Archidiaconi,*in cap.hoc jus porrectum*, 10.*quæstione secunda*, dum asserit textum nostrum sic intelligendum in foro conscientiæ, non verò in foro fori exterioris. Sed convincitur ; quia etiam in foro exteriori cum necessitas urget , compellitur quis ad hospitalitatem , *capit. si quis* , *paragraph. hinc etiam* , 42. *distinct.*

Aliter verò Innocentius *in præsenti* asserit textum nostrum *in prima parte* , quoad hospitalitatem , loqui de consilio , cùm verbis precatoriis utatur , quæ inducunt consilium,non præceptum,*cap. Archidiaconum*, 85.*distinct.in fine, cap. nec enim*, 28.*quæstione secunda.* Cæterum in secunda parte loqui de præcepto , cum utatur verbo illo, *jussu* , quod coactionem inducit,*l. si quis ex argentariis* , §.*Prætor ait,l.veluti*, juncto, §. *cogentur , l.Prætor,ff. de edendo.*Sed hæc etiam displicet, quia cum utrumque membrum sit sub eadem dispositione , non debet diverso jure censeri, *l.eum,qui ædes, ff.de usucapionibus.*

Quare his, & aliis omissis , verissimè est dicendum, in *textu nostro* Patribus placuisse , Episcopum admonere debere , ut omnes tam Clerici , quàm laici, pii, & hospitalarii sint erga viatores , & transeuntes , tam in præstando hospitio , quam in vendendis rebus justo pretio ad iter peragendum necessariis : & si non obtemperaverint , rectè ab Episcopo compelli possunt ad hospitium , & justum pretium ; cum in hoc pietas, & publica utilitas consistat : *dicto cap. si quis Romipetas* , quæ interpretatio deducitur ex *integra nostri textus* , quàm restituit Antonius August. *in notis ad primam collectionem , ad hunc titulum , capite secundo* , & quod in utroque casu possint compelli,refert Covarr. *lib. 3. variarum , cap.*14.*num.*5. cum traditis à Cenedo *in dicta collectanea* 118. *num.* 1.

Secundò , prædictis obstat textus in *capite primo,de* 4 *immunitate Ecclesiarum,l.*1.*Cod.de Episcopis,& Clericis, l.8.titul.2.l.7. tit. 3. libro primo.Recopilationis* : ex quibus deducitur quod in Ecclesia, vel domibus Clericorum non sunt assignanda hospitia, nec ad id compelli possunt ; quod est omnino contra decisionem textus in *Summa* 42.*d.c.*2. *de supplenda negligentia Prælatorum, c. de Monachis, de præbendis.*

Verum respondendum est,jura in argumento adducta esse intelligenda de hospitio præstando , quod vicem servitutis, & sordidi muneris sustinet, *l.*3.§.*munus hospitii , ff. de muneribus, & honoribus , l.*1.*Cod.de metatis, & epidemeticis, libro duodecimo, l.unica,C.de salgamo hospitibus non præstando,libro duodecimo,*quia ab hoc onere immunes sunt Clerici , cæterum à charitativo hospitio , quod continet officium pietatis , non sunt immunes , ut constat ex textu *in summa* sic intellecto *in dicta* 42.*distinct.* Glossa, *verbo, hospitalitatem, in dicto cap.* 2. *de supplenda negligentia Prælatorum,* Glossa *in dicto cap.*1. verbo, *hospitium , de immunitate Ecclesiarum,*Matth.*cap.*25.ad Hebræos,*cap.*13.Joannis *cap.*13.*cap.offerebatur,*32.*quæst.*7.Concilium Trident. *dicto c.* 8. plures refert Petrus Gregor. *lib.*15.*syntagmatum, cap.*8. *num.*33. *&* 37.

Tertiò , obstat textus *in l.* 1. §. 1. *versic. Nam est in* 5 *ipsorum arbitrione quem recipiant,ff. nautæ,caupones,& stabularii* : ex quibus verbis deducitur hospitium gratuitum esse , nec ad receptionem cauponem, vel nautam , compelli posse : quod omnino contrarium refert textus in *l. unica,* §. *final. ff. furti adversus nautas* : ex quo constat , nautas , & stabularios compellendos esse ad recipiendos hospites transeuntes, & iter agentes, & eorum jumenta. Cui dubio respondendum est, quod textus in *dicta l.* 1. *versicul.nam est in ipsorum arbitrio;* est intelligendus quando non habet publicè officium , seu hospitium, nec incæpit hospites recipere: nam tunc compelli non potest, nec per Prætorem,nec per Episcopum:planè cum semel hospitii officium susceperint, nec

possint

possint se exonerari, nisi consentientibus his, quibus obligati esse cæperunt; tunc ad hospitium compelluntur: juxta textum ita intelligendum in *l.* 3. §. *munus hospitii, ff. de muneribus, & honoribus*: quia quod ab initio est voluntatis, ex post facto est necessitatis: *l. sicut* 5. *Codic. de obligationibus, & action. l. in commodato* 18. §. *sicut, ff. commodati*; notat Glossa *verbo, arbitrio, in dict. l.* 1. §. *ff. nautæ, caupones, & stabularii*: Anton. Faber. *in Rationali ad eundem textum*, Covarr. *lib.* 3. *variarum, cap.* 14. *num.* 1. Menochius *de arbitrariis, casu* 16. *numer.* 19.

6 Quartò, prædictis obstabit dicere, quod nemo est cogendus ad opera misericordiæ exercenda, neque ad eleemosynam, & hospitalem *cap. quiescamus*, 42. *distinct.* juncta Glossa, *ibidem*, verbo, *postulat*; cum juribus ab ea relatis, & Navarro *in manuali, cap.* 4. *num.* 7. Ergo non sunt cogendi ad hospitalitatem. Quod dubium ut diluatur, petit illam insignem quæstionem breviter, prout moris est, discutiamus, scilicet an dare eleemosynam, & exercere opus pium, seu misericordiæ, sit omnino præceptum esse obligans ad lethalem reatum omnes consentiunt. *Primus* est, in extrema, vel quasi extrema necessitate, *capit. pasce.* 86. *distinct. capit. immolans*, 14. *quæst.* 5. *l. necare. ff. de liberis agnoscendis.* Secundus est, quando pauperes sunt in necessitate communi, & non extrema: nam tunc tenemur illis eleemosynam dare de superfluis, & non de necessariis; *cap.* 1. *in summa*, 42. *distinct.* argumento textus in *cap. non satis*, 86. *distinct.* Unde si hospitium necessarium est, illud denegare, peccatum erit: & plura de necessitate eleemosynæ; & an officium Judicis ad eam elargiendam divitibus sterilitatis tempore implorari possit tradunt Benecas. *in tractat. de paupertate, quæstion.* 7. *in principio, in* 5. *specie Judicii, num.* 17. Tiraquellus *de pœnis temper. causa* 44. *num.* 10. Mexia *in tractat. taxæ panis, conclusione* 1. *num.* 5. Surdus *de alimentis, titulo* 3. *q.* 3. *num.* 27. cum traditis à Barb. *in collectaneis ad nostrum textum num.* 3. & 4. Qua quidem quæstione sic breviter perpensa, facilè jam apparebit solutio ad dubium *suprà* in argumento adductum.

7 Quintò, adversus nostrum textum *in versic. & non carius vendat*: obstabit dicere, quod jurisdictio Ecclesiastica, & temporalis, separatæ sunt: *cap. quoniam* 10. *distinct. cap. novit, de judiciis*: sed victualium administratio ad seculares pertinet, *l.* 1. §. *cura carnis, ff. de officio præfecti urbis*; ergo ad Episcopum pertinere non poterit. In cujus textus difficultate, omissa *Glossæ* interpretatione, quam reprehendit Abb. *in præsenti, num. final.* Antonius de Butrio, *num.* 8. Imola *num.* 11. verissima est, quæ colligitur ex ratione decidendi *supra* adducta: nam licet, taxationes mercium victualium justis pretiis pertineant ad secularem Principem, ex *dicta l. annonam, ff. de extraordinariis criminibus*: cum traditis à Guttierrez *in practicis, lib.* 2. *quæst.* 180. tamen quando intervenerit pietatis ratio, & correctio peccati, etiam pertinet ad Episcopum, & est quasi mixti fori, & sic secularem jurisdictionem, quam Episcopus his in casibus habet in habitu, & potentia, justa subsistente causa, hoc est, vitandi peccati, poterit ad actum reducere: *cap. novit, de judiciis*: notat Abb. *in præsenti numer.* 12. Covarr. *in regula, peccatum, 2. parte* §. 9. *num.* 2. Unde cum in hac specie peccatum consistat, ut diximus in ratione decidendi; rectè Episcopus poterit ratione peccati laicos ad id coercere; ut constat ex *textu nostro*. Nec repugnat, specialiter hoc ad laicos pertinere, ex *dicto* §. *cura carnis*: Quia respondendum est, in *textu nostro*, nihil esse sublatum seculari jurisdictioni: quia Episcopis cumulativè tantum, non privativè hæc potestas concessa est; ut similiter patet in *cap. final. de foro competenti, lib.* 6. Quo fit ut Judex hoc in casu ex vi jurisdictionis ordinariæ cognoscere possit, & Episcopus ratione pietatis, & peccati: quomodo est intelligendus textus *in dicto* §. *cura carnis*: & textus in *l. final.* §. *item Episcopi. ff. de muneribus, & honoribus.*

8 Sexto, his omnibus obstabit dicere, quod nemo cogitur rem suam vendere, *l. invitum* 11. *Cod. de contrahenda emptione*: *possessores* 12. *Cod. de fundis patrimonialibus, lib.* 11. *l. nemo* 8. *Cod. de Judæis, l. nec emere, Codic. de jure deliberandi*, cum traditis à Barbos. *axiomat. juris, littera V. num.* 10. Morla *in emporio titulo* 9. *quæstion.* 1. ferè *per totam*, Osualdo ad Donellum *lib.* 9. *comment. capit.* 9. *littera G. & lib.* 26. *cap.* 9. *litera F.* Ergo *in præsenti* non poterunt cogi vendere transeuntibus.

Sed respondendum est, quod licet fateamur (generaliter loquendo) neminem invitum compelli posse ad rei suæ venditionem; cæterum ex regula pluribus modis limitatur, ubi notat Covarr. *lib.* 2. *variarum. cap.* 3. *num.* 5. Antonius Gomez 2. *tomo variarum, cap.* 2. *num.* 51. Gregor. Lopez *in l.* 3. *titulo* 5. *partita* 5. & præcipuè limitatur, ubi adest publica, pia, & religiosa causa: nam tunc vendere quis compellitur; *l.* 1. *Cod. de Episcopali audientia*: *l.* 15. *tit.* 13. *lib.* 8. *Recopilationis*: meritò in textu nostro potest quis compelli rei suam distrahere certo, & æquo pretio sibi constituto, & hac ratione viatoribus consulere, quia non solum opus pium est, hospitium transeuntibus præstare, *d. c. si quis Romipetas, c. alli*, 24. *q.* 3. sed etiam ad bonum publicum spectat, & ad hoc compelli potest, juxta textum in *l. nauta, l. debet, ff. nautæ, caupones, & stabularii*, & de hac necessitatis causa est interpretandus *textus* noster. Quod adeo verum est, ut si Judex deficiat, poterit iter agens necessaria capere præsentibus duobus vicinis justo pretio oblato vel deposito, eo casu, quod dominus vendere recuset, juxta textum in *l.* 15. *titulo decimo tertio, lib.* 8. *Recopilationis.*

Septimò, prædictis obstat textus in *l. final. ff. ad legem Juliam. de annona; c. decuriones, ff. de administratione rerum.* Ex quibus deducitur, nec ad taxam, aliquem compelli posse rei suam vendere. Quod dubium distinctione adhibita dilues; nam aut quis rem venalem exposuit victui necessariam, aut non exposuit. Primo casu omnino cogitur vendere taxato pretio per Prætorem, vel Decuriones; & sic procedit textus *in dicto* §. *cura carnis, & l.* 1. *&* 2. *ff. ad legem Juliam de annona*; *l. annonam, ff. de extraordinariis criminibus*, Secundo verò casu, non compellitur vendere taxato pretio; & ita est interpretandus textus *in dicta l. final. ff. ad legem Juliam de annona*, nisi in casibus *suprà* adductis, & in specie *nostri textus*, quem ita accepit *Butrius in præsenti, num.* 4. *Imola num.* 12. *Abb. n.* 6. *Barbacia n.* 10. *Covarru. ubi supra*: *Barb. in collectaneis ad nostrum textum, num.* 9. *Morla in emporio, titulo* 9. *quæst.* 1. *num.* 12. Nec obstat, si objicias, textum *in dicta l. final.* & in *dict. l. decuriones*, agere de re frumentaria ad victum necessaria, & viliori vendere pretio, quàm exigit annona, iniquum dicitur: Quia respondendum est, jura illa non negare, pretio justo rem vendendam esse, sed ad prætoris arbitrium, ut sentit *Glossa, ibidem*: *Mexia in Pragmatica frumentaria, in principio, num.* 3.

Octavò, adversus nostrum textum, *in versic. Quam* 10 *in mercato vendere possunt*; obstabit principium illud, quo docemur, quod tantum valet res, quantum vendi potest, *l. si servus, la segunda, ff. de condict. furtiva*; *l. quærebatur, ff. ad legem Falcidiam*: *Glossa* in *cap. in civitate, de usuris*: sed quod committitur alicujus voluntati, non subjacet juris necessitati, *l. non quidquid* 4. *ff. de judiciis*: ergo non sunt cogendi vendere in mercato. Qua in difficultate, omissis plurimis interpretationibus traditis à Covarru. *lib.* 2. *variarum, cap.* 3. *numer.* 4. Matiençø *in l.* 1. *glossa* 2. *titulo* 11. *lib.* 5. *Recopilationis*: Soto *de justitia & jure, lib.* 6. *quæst.* 2. *art.* 3. Verius dicendum est, regulam *suprà* adductam, esse intelligendam juxta nostri textus sententiam, hoc sensu adhibito, scilicet, ut res tantum valeat, quantum vendi possit, hoc est pro justo pretio, quod in mercato communiter reperitur, & ad hoc celebris reputatur textus noster in verbis illis, *quam in mercato vendere possunt*: *l.* 15. *titulo* 13. *lib.* 8. *Recopilationis*, ibi, *segun que allí en la comarca suelen valer*: notat Abb. *in præsenti, num.* 3. Maxia, *ubi suprà, conclusione* 4. *numero vigesimo sexto*,

Granna, in Decret.

Matienço, *ubi ſuprà*: Morla *in Emporio tit. 9. qu. 6. num. 6.*

11 Nonò, hucuſque reſolutis obſtabit dicere, quod contrahentibus licitum eſt, ſeſe ad invicem decipere, *l. in cauſæ* 17. §. *idem Pomponius, ff. de minoribus; leg. item ſi pretio*, §. *final. ff. locati; leg.* 2. *Cod. de reſcindenda venditione; cap. cum dilecti, cap. cum cauſa, hoc titulo*, ubi ultra dimidiam decepto actio denegatur: ergo tranſeuntes in pretio rectè decipi poterunt intra dimidiam. Verum reſpondendum eſt, jura *ſuprà* in argumenta adducta, locum habere in venditione jam facta, & reſcindenda: at verò textus noſter loquitur de venditione nondum facta, parte contradicente, quæ petere poteſt, præcipuè ſi viator fuerit, ne injuſto, ſed humano pretio res ſibi vendatur. Notat Ant. de Burgos *in præſenti, n.* 1. de quare plura dicemus in *c. cum dilecti*, *infra, hoc tit.*

Ad textum in capit. Ut menſuræ 2. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Fraudans pondera & menſuras, triginta diebus in pane, & aqua pœniteat.*

2 *Fraus in menſuris omni jure prohibita eſt.*

3 *Pœnitentia adverſus fraudantes menſuras, pendet ex Sacerdotum arbitrio.*

Pœnitentia olim pro quolibet peccato certa; hodie verò incerta eſt, & arbitrio Sacerdotis relinquitur.

4 *Fraudans pondera, & menſuras*, leg. Cornelia de falſis *coërcetur.*

Fraudans menſuras reo, parti, & reipublicæ fraudem facere videtur, & ideo omnibus ſatisfacere debet.

5 *Exponitur text.* in l. Imperatores 71. ff. de contrahenda emptione, cap. ex parte, de cenſibus.

Menſuræ cum ſunt diverſæ, partium conventio attenditur.

6 *Fraudis nomine ut quis teneatur, nihil intereſt an ignorantia, vel calliditate id fiat.*

7 *Refertur ratio ad textum* in l. ſi quis à me 32. ff. de actionibus empti.

CONCLUSIO.

1 *Fraudans pondera, & menſuras, triginta diebus in pane, & aqua pœniteat.* Conſonat textus in *cap. omnis qui*, 45. *diſtinct. cap. non auferamus* 20. 24. *quæſt.* 1. *c.* 1. *ne Clerici, vel Monachi*: Concilium Turonenſe 4. *cap.* 45. Arelatenſe, *cap.* 15. Toletanum 3. *c.* 16. Deuteronomii, *cap.* 25. Levitici, *cap.* 19. Proverbiorum *cap.* 10. 16. & 20. Matth. *cap.* 6. Ezechielis *cap.* 20. Pauli 1. *ad Theſſalonicenſes, cap.* 4. Comprobari etiam poteſt ex textu in *l. annonam, ff. de extraordinariis criminibus; l. modius, & fin. C. de ſuſceptoribus li.* 10. *l.* 1. *C. de ponderatoribus*: *Auth. de collatoribus*, §. *eos, collatione* 9. *l. in dardanarios* 37. *ff. de pœnis, l. penult. ff. ad legem Corneliam de falſis*; *leg. ſi uxori* 53. §. *ſi majora, ff. de furtis, leg.* 7. *titulo* 7. *partita* 7. *leg.* 1. *titulo* 10. *lib.* 3. *fori; leg.* 2. cum *ſequentibus, tit.* 13. *lib.* 5. *Recopilationis*: exornant Mexia *in tract. taxæ panis, concluſione* 5. *num.* 30. cum *ſequentibus*: Matienzus *in l.* 2. *gloſſa* 5. & 6. *titulo* 13. *lib.* 5. *Recopilationis*: & *l.* 1. *gloſſa* 9. *titulo* 14. *lib.* 6. *Recopilationis*: Martha *de juriſdictione* 4. *parte, caſu* 3. *num.* 16. & 17. Salas *de legibus, diſputat.* 14. *ſectione* 9. *num.* 106. Diana *reſolutionum moralium parte* 1. *reſolutione* 76. Maranta *de ordine judiciorum*, 4. *parte diſt.* 11. *titulo, judicii ſecularis, & Eccleſiaſtic.* ex *num.* 44. Guido Papa *deciſione* 490. Menochius *de arbitrariis. caſu* 217. Azevedus *in dicta l.* 1. *titulo* 13. *lib.* 5. *Recopilationis*, Petrus Gregor, *li.* 36. *ſyntagmatum, cap.* 1. *num.* 13. & *lib.* 15. *cap.* 12. *num.* 37. Cenedus *in collectaneis ad Decretales collectanea* 9. *n.* 1. Barb. *in collectaneis ad noſtrum textum, num.* 3. & *in Rubric. de crimine falſi, num.* 11.

Ratio eſt: quia hoc crimen omni jure divino, naturali, Canonico, Civili, & Regio prohibitum, & execrabile eſt: divino, *Deuteronom. cap.* 15. Proverbiorum, *cap.* 16. & 20. & ad Theſſalonicenſes 1. *cap.* 4. cum ſuprà traditis: naturali; quia naturæ æquum & conſentaneum eſt, neminem locupletari cum alterius jactura, *l. nam hoc natura* 14. *ff. de condictione indebiti*: *c. locupletari, de regulis juris lib.* 6. Civili: *l. annonam. ff. de extraordinariis criminibus*: *l. modios, & final. Cod. de ſuſceptoribus, & arcariis*: Pontificio, ex *textu noſtro*, & *cap. non afferamus*, 24. *q.* 1. Regio, *l.* 7. *tit.* 7. *partita* 7. *l.* 1. cum *ſequentibus, tit.* 13. *lib.* 5. *Recopilationis*. Cum igitur omni jure in foro exteriori crimen illud acriter puniatur, juſta de cauſa Sancti Patres in *textu noſtro* in Concilio Maguntinenſi decreverunt, ita delinquentes pœnitentia triginta dierum in pane, & aqua, quoad Deum pœnitere debere; quæ ponitentia uti æqualis delicto ſimiliter atque in aliis criminibus imponi ſolet, in *c. ſi quis ſacerdos*, 30. *qu.* 1. *cap. presbyter*, 82. *diſtinct.* notat Hoſtienſis *in ſumma, titulo de pœnitentiis*, §. *qua pœna*: Divus Thomas 2. 2. *qu.* 67. *articulo* 2. *ad ſecundum*, Sotus *lib.* 6. *de Juſtitia & Jure, q.* 3. *art. ultim.* Men. *de arbitrariis, caſu* 317. 2

Primè, obſtabit dicere, quod pœnitentia adverſus fraudantes pondera, vel menſuras, debet pendere ex Sacerdotis arbitrio, juxta textum in *cap. tempora* 2. *cap. de his* 32. 6. *quæſt* 7. *cap. in actione* 83. cum *ſequentibus, de pœnitentia, diſtinct.* 1. *capit. Deus qui de pœnitentiis, & remiſſionibus*. Ergo non debet aſtringi intra triginta dies. Augetur difficultas ex eo, quod quilibet pro mortali crimine ſeptem annos pœnitere debet, *cap. hoc ipſum*, 33. *quæſt.* 2. ſed fraudans menſuras grave crimen committit: ergo illa triginta dierum pœnitentia non æqua pœna dicitur, contra regulam textus in *cap. non afferamus* 21. 24. *quæſt.* 1. In qua difficultate Joannes Andreas *in præſenti* aſſerit veriſſimum eſſe, pœnitentiæ impoſitionem ex arbitrio ſacerdotis pendere *dicto cap. tempora* 2. cum aliis 26. *quæſtione ſeptima*, ſed affirmat, omnes Canones pœnitentiales, de quibus mentio habetur *in fine Decreti* imponentes pro criminibus certam & deſtinatam pœnitentiam, ut in *textu noſtro & in dicto cap. hoc ipſum* de uno mentio habetur in *Canone Apoſtolorum*, in fine Decreti, *Canone* 24. & 25. loqui de jure antiquo. 3

Verum hæc interpretatio apertè convincitur: quia licet hodie non ſit neceſſarium imponere pœnitentias in dictis canonibus inſertas; tamen Sacerdos illas imitari debet, & ideo illi imponitur obligatio ſciendi canones pœnitentiales, *capit. quæ ipſis*, 38. *diſt.* 4

Quare verius dicendum eſt, quod liceat antiquitus pœnitentia pro quolibet peccato mortali imponi ſoleret, imo & pro veniali graves pœnitentiæ imponi ſolerent, ut refert Doctor Balboa *in cap. omnis utriuſque ſextus*, verſic. *fideliter*, *de pœnitentiis, & remiſſionibus, num.* 54. Bellarminus *lib.* 4. *de pœnitentia*, *cap.* 11. *verſicul. ſextum argumentum*, Barboſa *in collectaneis ad noſtrum textum num.* 5. tamen hodie omnes pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, & arbitrio Sacerdotis relinquuntur; cum majorem, vel minorem poſſit imponere, juxta qualitatem criminis, & diſpoſitionem pœnitentis, *capit. quæſitum*, *capite Deus qui, de pœnitentiis, & remiſſionibus, cap. tempora*, *cap. de his*, 26. *q.* 7. *c. menſuram, de pœnitentia, diſt.* 2. notat Rebuffus in dicto, *cap. omnis utriuſque ſexus*, verſic. *injunctam ſibi pœnitentiam*: Nav. *in Manuali, c.* 26. *n.* 18. Doct. Balb. *ubi ſuprà, num.* 54. nam licet verum ſit prædictos canones pœnitentiales eſſe imitandos, qui omnes habentur *in fin. Decreti*: tamen ex prudentia Confeſſoris ſunt moderandi, & augendi, in foro pœnitentiali juxta varias circumſtantias, ſicuti pœnæ per leges ſtatutæ in foro exteriori mitigari, & minui poſſunt per Judicem ſecularem 5

juxta

juxta textum in *l. quid ergo*, §. *pœna gravior*, *ff. de his qui notantur infamia*; *leg. & si severior*, *C. ex quibus causis infamia irrogetur*, *l. respuendum* 11. *l. hodie*, *ff. de pœnis*; notat Anton. Faber *in Rationali ad textum in d. l. qui ergo*, §. *pœna gravior*, Covar. *lib. 2. variar. c. 9. n. 8.* Avendanno *in cap. pratorii 2. parte, cap. 16. num. 3.* Ita similiter in foro pœnitentiæ minui poterunt, prout ratio expostulaverit, ut suprà diximus, & refert Barb. *in collectan. ad nostrum textum, num. 5.*

Secundò, prædictis obstabit dicere, quod is qui frau- 4
dat mensuras, & pondera, lege Cornelia de falsis coërcetur, *l. annonam*, *ff. de extraordinariis criminibus*, *leg. in dardanarios* 37. *ff. de pœnis*; *l. penult. ff. ad leg. Corneliam de falsis.* Imo & furti tenetur, *l. si quis uxori*, §. *si majora*, *ff. de furtis*: ergo non debet tam levi pœna puniri. Sed respondendum est fraudantes pondera, & mensuras, Deo, parti, & Reipublicæ fraudem facere; ideo omnibus satisfacere debere, & sic pœna seu pœnitentia *in præsenti* imposita procedit in foro interiori animæ quoad Dei satisfactionem ut prædiximus: at verò jura in argumento adducta procedunt in foro omnino exteriori pro punitione iniquitatis ponderum, & mensurarum in humanis commerciis; de quo crimine dupliciter agi potest Civiliter, vel Criminaliter; & in quolibet casu diversæ sunt statutæ pœnæ, notat Glossa *in l. arbitrio*, §. *de dolo*, *verbo*, *traderetur*, Matiençus *in leg. 2. glossa 6. titulo 13. Recopilationis*: nam si Civiliter fuerit actum; quia fraus, & dolus intervenit in pondere, vel mensura: tunc agitur ad id quod plus datum est per condictionem indebiti: *dicta l. arbitrio*, §. *de eo*, vel actione ex empto seu venditio, *l. 2.* §. *causa*, *ff. de ædilitio edicto*. Quod si is qui fraudavit in pondere, vel mensura, non est solvendo, datur actio de dolo contra dantem iniqua pondera, & mensuras, *dict.* §. *de eo*, *l. si quis uxori*, §. *si majora*, *ff. de furtis*: nisi in agrimensore, in quo servatur dispositio *legis*, *si duobus*, §. *competit*, *ff. si mensor falsum modum dixerit*. Covarruv. *in practicis cap. 3.* Menochius *de arbitrariis*, *casu 317.* Si verò agitur Criminaliter, tunc locum habet decisio textus in *l. penult. ff. ad legem Corneliam de falsis*, vel de furto, *dicta l. si quis uxori*, §. *si majora*, *ff. de furtis*, vel extra ordinem punitur, *l. in dardanarios*, *ff. de pœnis*; *l. annonam*, *in principio*, *ff. eodem.* Hodie tamen per *legem 2. titulo 13. lib. 2. Recopilationis*, pro prima, & secunda vice imponitur pœna pecuniaria; & pro tertia, pœna falsi; & insuper quod pondera, & mensuræ falsæ frangantur, & apponantur in publico; quod etiam jure communi erat dispositum in *leg. item quæritur*, §. *si quis mensuras*, *ff. locati*: ut rectè explicat Matiençus, & Azevedus *in dicta l. 1. & 2. titulo 13. lib. 5. Recopilationis*: Bobad. *in Politica 2. parte, li. 3. cap. 4. nu. 80.* Anton. Fab. *in Rationali, ad textum in d. l. item* 13. §. *si quis mensuras*, 8. *ff. locati.*

Tertiò, hæc omnia impugnantur ex eo, quod in ar- 5
bitrio contrahentium situm est, quibus ponderibus, vel mensuris uti debeant, *l. Imperatores* 71. *ff. de contrahenda emptione*; *cap. ex parte*, *de censibus*: ergo puniri non debet. Cui dubio respondendum est, jura in argumento adducta obtinere, ubi diversæ sunt mensuræ: nam tunc partium conventio observari debet, Glossa *in dicta leg. Imperatores* 71. Matiençus *ad legem 1. tit. 13. lib. 5. Recopilationis*, *glossa 1. n. 2.* & ita est interpretandus textus in *leg. arbitrio*, §. *de eo ff. de dolo*, argumento textus in *leg. semper in stipulationibus*, *ff. de regulis juris*: quod tamen locum non habet, quando taxa, vel mensura una à Principe, vel Republica imposita est; quorum est, hujusmodi taxas imponere in mensuris, libris, & ponderibus; *leg. modios*, *Cod. de susceptor. lib. 10. leg. 2. Cod. de frument. lib. 11.* Nam hoc in casu non licuit aliis ponderibus, vel mensuris contrahere ut in hoc Regno: *dicta leg. 1. & 2. titulo 13. lib. 5. Recopilationis*, ubi Matiençus *glossa 1. num. 2.* Si verò non constat de qua mensura convenerint contrahentes, & plures sunt mensuræ, tunc si destinatus est locus ubi metiendum, vel appendendum sit, servatur mensura illius loci, ubi destinatur traditio; *leg. vinum*, 22. *digestis si certum petatur*: *l. si prædium*, *Cod. de prædiis minorum*; *cap. ex parte*, *de censibus*, *Clementin. 2. de decimis*, Alciatus *consilio* 697. Si verò nihil dictum sit de loco ubi appensio, vel mensuratio fieri debet, intelligitur de mensura loci contractus, argumento textus in *leg. si fundus*, *ff. de evictionibus*; *leg. quod si nolit*, §. *quia assidua*, *ff. de ædilitio edicto*: *dicta leg. semper in stipulationibus*, notat Octavianus *decisione Pedemontana* 114. Petr. Gregor. *lib. 36. syntagmatum*, *cap. 1.* Matiençus *ubi supra*, *glossa 2. num. 3.*

Quartò, adversus textum nostrum *in versic. lucri causa*, 6
obstabit dicere, quod ut quis fraudis nomine teneatur, nihil interest, an ignorantia, vel calliditate id fiat, *leg. 1.* §. *causæ*, *ff. de ædilitio edicto*; *l. sed adest* 19. §. *si quis dolo*, *ff. locati*: ergo licet non lucri causa fraudaverit, pœnitentiam agere debet. Verum respondendum est, jura in argumento adducta procedere in foro exteriori, quoad partis damnum, vel interesse, à quo non excusat ignorantia: at verò textus noster procedit in foro interiori quo ad Deum, in quo si non lucri causa, nec dolo id fecerit, tunc cum cesset peccatum, debet etiam pœnitentia cessare. Et ita sunt interpretanda jura Canonica *supra* in confirmationem nostri textus adducta. Notat Sotus *de justitia, & jure*; *lib. 5. q. 3. art. 3.* Covar. *lib. 1. variarum, cap. 3. num. 12.* Mexia *in d. Pragmatica, concl. 2.* Idem Covar. *in regula peccatum*, 3. *parte*, *num. 3.*

Quintò, obstabit textus in *leg. si quis à me*, 32. *ff. de* 7
actionibus empti; *cap. per tuas de donationibus*, ubi apparet quod is, qui mensuris, vel ponderibus fraudatur, poterit ad supplementum ex empto agere: ergo supplementum absque ulla pœnitentia satisfaciet. Sed respondendum est, quod etsi ad supplementum ex empto agi possit, *leg. 2. dicta l. si quis à me*, *ff. de actionibus empti*; & si reus non sit solvendo actio de dolo detur contra tertium dantem iniquam mensuram, *d.* §. *de eo*, & contra agri mensorem honoraria in factum, *l. 1.* §. *1. ff. si mensor falsum modum dixerit*: *dicto cap. per tuas*, *de donationibus*, tamen exinde Dei satisfactio non auferetur; & ideo pœnitentia injungitur, ut *suprà* resolutum est.

Ad text. in cap. Cum delicti 3. c. cum causa 6. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Venditio tenet, licèt in ea intervenerit deceptio ultra dimidiam partem justi pretii; poterit tamen deceptus agere, ut vel res restituatur, vel pretium suppleatur.*

2 *Venditionis substantia consistit in consensu, re, & pretio.*

Venditionis contractus bonæ fidei est ultro, citroque obligatorius.

Emptionis contractus est institutus ad hominum commercia conservanda.

Plus petere quando quis dicitur, ibi exponitur.

3 *Venditio Ecclesiastica ex solemnitatis defectu nulla est.*

Interpretatur text. in c. cum dilecti 3. de emptione, & venditione.

4 *Merita rei sua quisque scire præsumitur.*

Venditor, qui tempore contractus justum rei valorem sciebat, an possit agere remedio l. 2. C. de rescindenda venditione, *ibi exponitur: & jura plura pro utraque parte ad concordiam reducuntur.*

5 *Expenditur text. in* l. & ideo 23. ff. locati; *& conciliatur cum* l. 22. §. ultimo, ejusdem tituli.

Locatio emptioni similis est.

6 *Interpretatur textus in* l. à Divo Pio, §. si pignora 3. ff. de re judicata.

7 *Illucidatur textus in l.* si quis eum aliter 36. ff. de *verb. oblig.*

8 *Ratio redditur ad textum* in l. in bona fide 54. ff. de contrahenda emptione.

9 *Interpretatur textus* in l. si res æstimata, §. *si mulier, versic.* enim vero ff. de jure dotium.

10 *Species ponitur ad textum in l.* Lucius 39. ff. familiæ erciscundæ.

11 *Refertur ratio ad textum in* l. 1. §. siquid in fraudem 12. patroni: *juncto* paragrapho, sed si emerit, ejusdem legis.

12 *Textus in* l. sed si vir 31. §. si duo, ff. de donationibus inter; *conciliatur cum* l. si sponsus 5. §. circa venditionem, ff. eodem.

13 *Contrahentes sese ad invicem decipere possunt, cum circumventio in foro exteriori non puniatur, & à jure gentium permittatur.*

14 *Ratio redditur ad textum in* l. si quis 16. C. rescindenda venditione.

Unusquisque rei suæ sine alterius injuria arbiter, & moderator est.

15 *Ecclesia enormiter læsa habet remedium restitutionis in integrum contra alienationem rei suæ factam.*

Interpretatur textus in cap. cum dilecti 3. de emptione, & venditione.

Ecclesia neminem fraudare debet.

16 *Venditio rescinditur, vel mensura suppletur, quoties deceptio in mensura & quantitate etiam intra medietatem justæ mensuræ consistit.*

Deceptio in pretio, differt à deceptione in mensura, vel quantitate: & ratio differentiæ redditur.

17 *Unum si est in obligatione, & alterum in solutione, illud rectè petitur, quod est in obligatione; licet alter habeat facultatem illud, vel alterum solvendi: & quomodo libellus concipiatur in alternatis? ibi exponitur.*

CONCLUSIO.

1 TEnet venditio, licet in ea intervenerit deceptio ultra dimidiam justi pretii partem. Poterit tamen deceptus agere, ut vel res restituatur, vel pretium suppleatur, aliàs si alterum præcisè petit succumbit. Consonat textus in *l. 2. l. si voluntate l. quisquis* 15. *l. siquidem* 16. *Cod. de rescind. venditione, l. 1. l. si major factus, l. superstite, Codic. de dolo, l. si circumscripta, Codice soluto matrimonio, l. siquidem* 11. *Codice de prædiis minorum; l. majoribus* 3. *Codic. communia utriusque judicii, l. in omnibus, Codic. ex quibus causis majores, l. jure succursum* 6. *l. si res* 18. *ff. de jure dotium, l. Lucius, ff. familiæ erciscundæ, l.* 1. §. *sed si emerit* 13. juncto §. antecedenti *ff. si quid in fraudem patroni; l.* 56. *titulo* 5. *l.* 4. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordinamenti, l.* 5. *titulo* 11. *lib.* 5. *recopilationis*, exornant Pinellus *in dicta leg.* 2. 1. *part. cap.* 1. *Cod. de rescindenda venditione.* Cujacius *in præsenti, & in dicta leg.* 2. *& in l.* 1. *Codic. si major factus*: Connanus *lib.* 7. *cap.* 9. Antonius Gabriel *lib.* 3. *communium, titulo de emptione, & venditione, conclusione prima*, Fachineus *libro secundo, controversiarum, cap.* 16. *cum sequentibus*: Mantica *de tacitis: lib.* 4. *tit.* 12. Antonius Gomez 2. *tomo variarum, cap.* 3. *num.* 22. Covarruvias *lib.* 2. *variarum cap.* 2. 3. *&* 4. Gaspard. Rodriguez *titulo primo, de annuis redditibus, quæstione undecima.* Avendanno *de censibus lib.* 1. *quæst.* 35. Sotus *lib.* 6. *de Justitia, & jure qu.* 3. *articulo primo*, Navarrus *in cap. novit. de judiciis, notabili* 6. *num.* 46. *cum sequentibus*, Antonius Faber *in Rationali, ad textum in causa* 2. §. 2. *ff. de minoribus*, Idem *de erroribus, decade* 8. *errore* 7. Donellus latè *in dicta l.* 2. *Cod. de rescindenda, & in l.* 1. *Cod. si major factus.* Osualdus *ad eundem lib.* 21. *c.* 13. *littera M.* Morla *in empor. tit.* 9. *quæst.* 8. *&* 18. *cum sequentibus*, Parladorius *lib.* 2. *rerum quotidianarum cap.* 16. Gutierrez *lib. practicarum quæstionum, quæst.* 134. Cevallos *communium contra communes, quæst.* 171. Fernandus Arias de Messa *lib.* 3. *variarum, cap.* 14. *num.* 1. cum traditis à Cenedo *in collect. ad Decretales, collectanea* 158. *n.* 1. 2. *&* 4.

Ratio primæ partis est videlicet venditionem valere, 2
licet deceptio sit ultra dimidiam justi pretii: quia non deficit in substantia, siquidem consistit in consensu, re & pretio, quæ in emptione desiderantur, ut constat ex ejus diffinitione communiter à Doctoribus *in Rubrica hujus tituli* recepta: Cum contractus bonæ fidei sit ultro, citroque obligatorius; qui consensu, re, & pretio perficitur, *leg. in venditionibus* 9. cum aliis *digestis de contrahenda emptione, lege secunda, Codice eodem lege sexta, octava, vigesima, & vigesima prima, titulo quinto, partita tertia, lege nec emptio octava, lege domum quinquagesima septima, digestis, de contrahenda emptione, lege ex empto undecima, & decima tertia, digesto eodem.*

Secundæ partis ratio ea est: scilicet venditorem ul- 3
tra dimidiam justi pretii deceptum, agere posse ut emptor rem restituat, vel pretium suppleat, quia emptionis contractus est institutus ad hominum commercia conservanda maximè necessarius & frequentissimus, ac bonæ fidei est, cujus bonæ fidei contractus natura est, ut æquitas observetur; *l. si dolo l. dolus, Cod. de rescindend. l. contractus, digestis de regulis juris, l. bonam fidem, Codic. de actionibus, & obligationibus, cap. bona fides, de deposito*: ac proindre propter hujus contractus frequentiam magnas deceptiones arcere, & decepto consulere, æquitatis, & humanitatis ratio postulat: quare novum remedium ex eadem ratione ab Imperatoribus proditum est *in dicta l.* 2. *Codic. de rescindenda*, & ab Alexandro III. *in præsenti*, & ab Innocentio III. *in dicto cap. cum causa* 6. *hoc titulo, cum similibus.*

Tertiæ partis ratio est: scilicet quia si unum præcisè circumventus petat, succumbit in cæteris, cum plures petere videatur; & Decani sententia *in præsenti* revocatur ab Alexandro III. & comprobatur ab Innocentio *in dicto cap. cum causa*: quia plus petit, quàm ei debitum erat: non sicut plus petit is qui majorem quantitatem, vel ante diem, vel alio in loco petit, *l.* 2. §. *final. digestis de eo quod certo loco, paragrapho si quis agens, Institut. de actionibus, leg. unica, Codice de pluspetitionibus, capite unico, eodem titulo*, ut plura diximus; ita similiter plus petit is, cui aliquid in genere sibi vel sub alternativa debetur, & specialiter petit: ut optimum exemplum refert Gregorius *in dicto capite unico, de pluspetitionibus.* Unde cum alternatim *in dicta leg.* 2. in præsenti remedium sit editum, alternatim petendum est, ut noviter exponendo textum *in dicta lege secunda, Codic. de rescindenda*: Alexander III. *in præsenti* decrevit, & Innocentius *in dicto cap. cum causa* 6. *hoc titulo.*

Primò, obstabit dicere quod venditio Ecclesiastica ex solemnitatis defectu nulla est: *cap. sine exceptione.* 12. *quæstione secunda, capite nulli, de rebus Ecclesiæ*, cum aliis *ibidem* à me traditis, sed consensus Capituli est de solemnitate, *dicto capite sine exceptione, capit.* 1. *de his quæ fiunt à Prælato*, Ergo in præsenti venditio, quæ ignorante Capitulo fuit facta, ut ex litera textus constat, ibi, *ignorante Capitulo*, nulla erit ipso jure.

Verùm huic dubio, omissa interpretatione Glossæ *in præsenti*, verbo; *reddendam*: Hostiensis, Joannis Andreæ, Innocentii, Imolæ *numero decimo secundo*, Abbatis *num.* 4. Barbaciæ *nu.* 9. Beroij *num.* 3. verissimè est dicendum, quod licet fateamur venditionem rei Ecclesiasticæ, absque debitis solemnitatibus celebratam, ipso jure nullam esse, *dicto capite sine exceptione*: tamen Alexander III. non annullavit contractum venditionis, sed potius infirmavit sententiam Decani ex eo, quod venditionem illam nullam esse pronunciavit; cùm Canonici coram ipso Decano non egissent, ut venditio declararetur nulla propter defectum formæ & consensus Capituli: sed principaliter tantum egissent, ut rescinderetur venditio propter læsionem, licet nullitatis remedio ex defectu solemnitatis agere possent; atque ideo cum ipse Decanus de re non petita non posset pronuntiare; meritò non debuit declarare

clarare venditionem nullam esse, quæ mero jure valebat: nec condemnare nisi de eo, quod petebatur; *cap. cum dilectus, de ordine cognitionum*: quia sententia debet esse conformis libello, *cap. licèt Heli, de simonia, l. final. Codic. de fideicomiss. ariis libertatibus*; meritò igitur, cum Canonici de nullitate venditionis non egissent; nec ipsam in judicium deduxissent, justa de causa Decani sententia ut nulla fuit declarata ab Alexandro III. *in præsenti*, salva quæstione Canonicis super deceptione pretii, vel consensu Capituli in venditione non habito; ut *in fin. nostri text.* apparet, ut notat Cujac. *ibid.*

4 Secundò, nostri textus decisio difficilis redditur ex eo, quod quisque rei suæ merita scire præsumitur, & sic ejus rei pretium nosse, nec ipsi creditur si dicat ejus æstimationem ignorasse, cùm eam vendidit; *l. quisquis, Codic. de rescindēda vēditione*, & sic pro minori pretio vēdens, donare videtur id, quod amplius erat: argumento textus in *l. Campanus. ff. de operis libertorum*; *c. final. de solutionibus*; ac per consequens venditionis contractus prætextu deceptionis rescindi non debet; argumento textus in *l. cum donationis, Cod. de contrahenda emptione*. Igitur minus rectè Alexander III. *in præsenti* decrevit, venditorem deceptum agere posse ad rei venditæ repetitionem, vel supplementum justi pretii.

Quod dubium ut breviter discutiamus illam difficilem quæstionem, utrum scilicet venditor, qui tempore contractus justum rei valorem sciebat, possit agere remedio *nostri textus*? Et ferè omnes Interpretes communiter resolvunt, venditorem ita à principio scientem, remedio illo agere non posse; quos refert Covarru. *lib. 2. variarum, c. 4.* Pinellus *in dicta l. 2. 1. parte, c. 1. n. 11.* juvantur namque ex juribus *juprà* in argumento adductis: tum etiam, quia scienti venditori non fit injuria, nec dolus: *l. nemo videtur, ff. de regulis juris; cap. scienti, eodem titulo; lib. 6.* ergo cum venditor non sit læsus, hoc remedio uti non poterit, cum solum læsis sit concessum, ex *dicta l. 2.* cum similibus.

Sed contrariam sententiam Christianis moribus veriorem esse putamus, scilicet remedium hoc non negari læsis ultra dimidiam, & si probetur eos fuisse conscios justi pretii: quæ probatur ex generalitate *nostri textus*, & *dictæ legis 2. l. si voluntat. Cod. de rescindenda* quæ cum generaliter absque distinctione scientiæ vel ignorantiæ æstimationis loquantur, sic nec nos distinguere debemus; *l. 1. §. generaliter, ff. de legatis præstandis*. Suadetur etiam hæc sententia ex eo, quod æquitatis ratio qua nititur remedium illud, etiam militat in eo, qui verum rei suæ valorem sciebat, cum potuisset moveri ad venditionem illam propter necessitatem, vel aliam justam causam. Deinde quia jura semper succurrere volunt hominibus dissipantibus bona sua. Denique quia si prima sententia vera esset, fere nunquā locus esse remedio *nostri textus*, cum regulariter unusquisque sciat rei suæ valorem: *dicta l. quisquis, Cod. de rescindenda*. Quibus fundamentis hanc sententiam amplectitur Pinellus, *ubi supra. n. 10.* cum *sequentibus*: Morla *in emporio, d. tit. 9. q. 24.* Covar. *dicto cap. 4. num. 16.* cum multis ab eodem relatis.

Cui sententiæ non obstat fundamentum pro cōmuni opinione *supra* adductum: Quia respondetur, quod licèt jus præsumat venditorem rei venditæ pretium scire; illa tamen præsumptio eliditur, & confunditur ex alia fortiori præsumptione: argumento textus in *cap. literas, de præsumptionibus*; *l. divus, ff. de in integrum restit. l. non solum, ff. de ritu nuptiarum*: Menochius *de præsumptionibus, lib. 1. quæst. 30. num. 1.* cum *sequentibus*; ex eo orta quia quis non præsumitur propriū jactare patrimonium, *l. cum de indebito 25. ff. de probationibus*, cum in dubio non est præsumenda donatio; *dict. l. cum de indebito 25. §. si vero, l. final. Cod. de novationibus, l. Campanus ff de operis libertorum*: nam licet venditor fuerit in culpa ignorando pretium rei suæ, emptor tamen ita enormiter cum decipiendo, præsumitur in dolo fuisse: dolus enim, & iniquitas præponderatur culpæ læsi: ideoque scientia læsi impedire non debet hoc remedium: docent post Glossam, *in dicta l. quisquis* Albericus *in dicto cap. cum causa 6. n. 4.* Pinellus, *ubi supra, n. 13.*

Nec obstat textus *in dicta l. cum donationis, Cod. de contrahenda emptione*. Quia procedit eo in casu, quo venditor in contractu ipso id quod amplius est, donat emptori, seu ei remittit: nam eo ipso, quod id fecit, satis hujus beneficii actionem remisit, ac proinde nec eo utitur, cum perinde habeatur, ac si id, quod deficit, ab emptore accepisset; cum satisfactio illa pro solutione habeatur, *leg. satisfacto, digestis de solutionibus*: Notat Donellus *in dicta leg. 2. Codic. de rescindenda*: *n. nono*, licet aliter senserit Panormit. *in dicto capite cum causa 6. hoc titulo, num. quarto*, Covar. *ubi supra* Morla *d. q. 24. n. 7.*

Tertiò, obstat textus in *l. & ideo 23. ff. locati*: nam cùm 5 *in §. ult. legis antecedentis*, Paulus dixisset in locationis contractu licitum esse quod plus est minoris conducere, vel quod minoris est pluris locare; statim in *l. & ideo 23.* Hermogenianus Consultus asserit prætextu minoris pensionis, si nullus dolus adversarii probetur, locationem rescindi non posse, siquidem verba illius textus, *minoris pretii*; similiter etiam reperiuntur *in dicta l. 2.* ibi, *majoris*, & ibi, *minoris*, & similiter asserit locationem non posse rescindi ob læsionem ultra dimidiam: Ergo verum non est dicere, rescindi venditionem cum læsione ultra dimidiam celebratam, cum locatio emptioni simillima sit *l. 2. ff. locati, §. 1. Institut. de locatione, & conductione*, atque ideo lætionis prætextu rescindi non poterit.

Cui difficultati respondendum est, nostrum textum, & dictæ *leg. 2.* remedium noviori jure Imperatorum Diocletiani, & Maximiniani inventum esse, & tempore Juris Consultorum fuisse incognitum: Constat primò ex verbis textus *dictæ legis 2.* ex quibus apparet remedium hoc solum æquitate, & humanitate fundari; Unde non obscurè significant diversum jus antea fuisse, juxta ea, quæ antea scripta sunt, scilicet nullum remedium læsis in pretio competere: Argumento textus in *l. placuit, Cod. de judiciis. l. 1. Cod. de legibus*. Præterea, quia in Juris Consultorum responsis nullum extat verbum, quo certa læsionis qualitas distinguatur; quod apud Cæsares, & Pontifices distinctum est, ut apparet *in dicta l. 2.* & in nostro *textu*, cum *similibus*: nec in *toto tit. ff. de rescindenda venditione*, ullum hujus rei vestigium reperitur. Cum ergo Imperatores noviter hoc jus & remedium, seu beneficium introduxissent, mirum non est Hermogenianum *in dicta l. & ideo 23. ff. locati*, sentire locationem, prætextu minoris pensionis rescindi non posse, cessante adversarii dolo, cum suo tempore remediū hoc non viguisset; ut bene animadvertit Pinellus *in dicta l. 2. Cod. de rescindenda*: *1. parte, c. 2. n. 2.* cum *sequentibus*, Antonius Faber *in Rationali ad textum, in dicta l. & ideo 23. ff. locati.*

Quartò, obstat textus in *l. à Divo Pio, §. si pignora 3. ff. de re judicata*, ubi verbis geminatis traditur, creditorem non posse circumventionem, vel acceptionem pignorum pro re, vel quantitate sibi debita, etiamsi longe minus acceperit, petere; ut constat ex verbis illius textus, ibi, *non posse eum quod amplius sibi debetur, petere*: quæ verba apertè probant, læso ultra dimidiam creditori in pignorum acceptione, quæ ipsi in solutum data fuerunt, remedio nostri textus succurrendum non esse. In cujus textus difficultate, Jason *ibidem n. 3.* Socinus *regula ducentesima trigesima sexta, & quadringentesima trigesima sexta*, asserunt beneficium *dictæ l. 2.* locum non habere, quando res creditori adjudicatur, & in ea adjudicatione speciale jus esse ob auctoritatem Judicis, in eo actu intervenientem. Sed verius est dicendum, *Ulpianum* Juris Consultum non fuisse assequutum novum remedium, *dictæ legis 2.* Cum apud illos incognitum esset: potuit etiam in specie illius textus in remedium illud creditori denegari; quia cum non invitus, sed volens rem in solutum accepisset post discussionem, & alia solemnia, residuum debiti, veluti si pacto transegisset remisisse videtur: argumento textus in 6

l. si intra, ff. de pactis: docet Pinellus, *ubi supra, n.5.*

7 Quintò, prædictis obstat textus in *l. si quis cum aliter 36. ff. de verborum obligationibus*: nam cum in prima textus parte Consultus egisset de stipulatione, dolo, & calliditate stipulantis concepta, qui dolus tempore initi contractus intervenit, doli mali exceptione summovetur. In secunda verò parte Consultus subdit idem juris esse, etsi nullus dolus stipulantis intercesserit, si res ipsa in se dolum habeat, ex quo *Ulpianus* respexisse videtur jus, & remedium *dictæ legis 2.* cum ob læsionem ultra dimidiam rescindi stipulationem illam affirmet: quam læsionem appellat *dolum re ipsa*, ad differentiam doli ex machinatione: igitur ætate, & temporibus Juris Consultorum cognitum erat remedium *dictæ legis secundæ.*

Cui difficultati, omissa interpretatione Glossæ, *ibidem*, verius respondendum est, Juris Consultum in ea lege de remedio *legis secundæ* locutum non fuisse; quod apertè ostenditur in *secũda parte dictæ legis, si quis cum aliter*: dum in ea apparet dolum illum tempore conventionis non fuisse; sed solùm versari cùm postea ex ea stipulatione ãgitur: quod manifestè indicant verba Consulti *in dicta l. si quis*: quæ ad decisionem, & remedium *dictæ legis secundæ* nullatenus applicari possunt; cùm in ea fraus, & læsio non attendatur, nisi tempore contractus, *l. si voluntate, Cod. de rescindenda*: merito verior sensus *dictæ legis si quis cum aliter*, is est, quod in utraque ejus parte agens, in dolo erat: in prima parte fuerat dolus à principio conventionis: in secunda verò, tempore judicii: ideoque pariter doli exceptio adversus agentem datur. Exemplum autem secundæ partis extat in *l. 2. §. circa, ff. de doli exceptione.* Cum ergo Consultus in *dicta l. si quis cum aliter*, de remedio *dictæ legis 2.* nihil sentiat, consequens est, eam decisionem superioribus traditis non repugnare.

8 Sextò, prædicta solutio impugnatur ex textu in *l. bona fide 54. ff. de contrahenda emptione.* ubi Paulus Consultus affirmat rem bona fide venditam propter minimam causam non rescindi: ergo videtur Consultus distinguere inter modicam, & magnam læsionem in pretio; quasi diceret, ob modicam læsionem, venditionem non rescindi; propter magnam verò, hoc est ultra dimidiam justi pretii, rescindi posse: igitur ætate, & temporibus *Pauli* hujus remedii ratio habebatur.

In qua difficultate, omissa Glossæ interpretatione *ibidem*, quam sequitur Connanus *lib. 7. comment. cap. 9.* Verius respondendum est, *textum* illum accipi non posse de venditore in pretio læso: nam verbum illud, *causam*, pretio applicari non potest; *l. si quis donationis 38. ff. de contrahenda emptione*: nam ibi nulla mentio habetur certæ quantitatis, nec electionis, de quibus specialiter loquitur *textus noster*, & textus *in dicta l. 2.* Quare verior illius textus sensus est; quod ibi nullatenus fuerat dolus ex parte venditoris, emptor autem volebat emptionem irritare ob levem causam; quod ei denegatur: quia cessante dolo venditoris, non rescinditur contractus, sed tantum datur actio quanto minoris; *l. quoties 61. ff. de ædilitio edicto: l. Julianus 14. ff. de actionibus empti*: ut constat ex inscriptione *dictæ legis, in bona fide*, quæ est Pauli *lib. 1. ad edictum Ædilium Curulium*: itaque illius textus sensus est, venditionem rei bona fide celebratam, ex edicto ædilitio non rescindi, propter levem aliquam causam; docet Pinellus *ubi supra, n.9.* Antonius Faber *in Rationali, ad eundem textum*, ubi plura refert.

9 Septimò, suprà dicta impugnantur ex textu in *l. si res æstimata 13. §. si mulier, versic. enim vero, ff. de jure dotium*; ubi si mulier, quæ dotem marito constituit, dixerit se circumventam & minoris servum æstimasse; in ea specie *Ulpianus* distinguit, quod si mulier non tantum in minori servi æstimatione circumscripta est, sed in eo quoque, quod servum dedit, aget mulier ad servi restitutionem; si verò circa æstimationis modum circumventa fuerit, in arbitrio mariti est justam æstimationem, vel servum præstare, si servus vivit; si verò mortuus est, æstimationem, quæ facta fuerit, præstabit maritus. Ex qua specie colligitur, mulierem, quæ res æstimatas in dotem marito tradidit, & consequenter ipsas vendidit ex *leg. plerumque*, cum *vulgatis, ff. de jure dotium*, si in venditione læsa sit, agere posse ad rei venditæ restitutionem, vel ad justæ æstimationis supplementum: ejusque rei electionem marito emptori præstari: igitur apertè textus ille probare videtur, decisionem *nostri textus, & dictæ legis 2. Cod. de rescindenda*, ætate Consultorum cognitam omnino fuisse.

Cui difficultati, omissis variis interpretationibus traditis à Glossa *in l. jure succursum 7. ff. de jure dotium*; & in *dicta l. si res*, §. *si mulier*, verissimè est respondendum, textum illum in hac læsione ultra dimidiam justæ partis dotis intelligi non posse. Cum Jurisconsultus *ibi*, nihil de certa quantitate læsionis distinguat, sed specialiter procedit in causa dotis, in qua illa læsio major, vel minor, quæ in æstimatione rerum dotalium inveniatur, debet emendari, nec tanta læsio requiritur, ut apertè probare videtur Consultus *in dicta l. si res*, §. 1. *ff. de jure dotium.* Tum etiam, quia simpliciter emendatur læsio, nulla adhibita distinctione, an magna, vel modica sit: atque ideo Jurisconsulti verba non sunt accipienda de læsione ultra dimidiam, juxta regulam textus in *l. de pretio, ff. de publiciana.* Deinde, quia causa dotis, æquitatis, & beneficio minoris ætatis æquiparatur; ut constat ex *eodem textu*, ibi, *& in minore circumventa*; sed minori viginti quinque annis succurritur in minori læsione, nec requiritur hæc ultra dimidiam deceptio, ut omnes agnoscunt, cum Glossa, *in l. in causa*, §. *idem Pomponius, ff. de minoribus; l. scio 4. ff. de in integrum restitutione minorum.* Igitur non obscurè sentit Consultus, æstimationem rerum dotalium emendandam esse, non solum maximam læsionem, sed etiam modicam: ob quod etiam in dote observatur, merito conjugi læso in æstimatione rerum dotalium semper succurrendum est, non solum ubi læsio excedit dimidiam justæ æstimationis, sed etiam ubi minor læsio est; cujus specialis juris ratio maximam æquitatem habet: nam quoties res æstimata in dotem datur, non simplex venditio fit, sed dotis causa, *l. quoties 17. ff. de jure dotium*, in qua multa ex sinceritate, & bona fide, inter conjuges in causa dotis specialia occurrunt, juxta regulam textus in *l. eas obligationes, in fine, ff. de cap. minutis* Glossa *in Authentica de æqualitate dotis*, verbo, *negociatione*: docet Pinellus *ubi supra, n.10. cum sequentibus.*

Eodemque modo est interpretandus textus in *l. jure succursum 7. §. si in dote, ff. de jure dotium*: ubi Pomponius affirmat, quod si in dote circumventus sit alteruter, etiam si major viginti quinque annis reperiatur, ei succurritur, quia bono & æquo non convenit aliquem lucrari cum damno alterius, aut damnum sentire pro alterius lucro: cujus textus decisio remedio *dictæ legis 2.* minimè congruit: nec secundum eam intelligi potest: quia non probat conjugem in æstimatione rerum dotalium ultra dimidiam læsum, hoc remedio agere posse, cum nullam læsionis quæstionem exprimat; cùm de dote ad alias species extensio juridica non sit: procedit ergo illius *textus* sententia in causa dotali, in qua speciale, & singulare jus servatur propter æquitatem supra resolutam; quæ facit, ut omnis læsio in ea rerum dotalium æstimatione interveniens, emendari debeat; ut docet Pinellus, *ubi supra, n.13.*

10 Octavò, prædictis obstat textus in *l. Lucius 39. ff. familiæ erciscundæ*, ubi cum duo fratres à patre emancipati curatores accepissent, & hi bona singulorum administrarent, eaque divisissent, post distributionem soror fratri suo quæstionem movit, quasi amplius accepisset, quàm ipsa acceperat, in hac specie quæsitum fuit an sorori adversus fratrem actio competeret? Respondit

pondit *Paulus* nullam ſorori adverſus fratrem actionem competere, ſi frater non amplius ex redditu prædiorum communium accepit, quàm pro hæreditaria portione ei competeret. Idem reſpondit, ſi Judex fratribus alimenta decreverit, & ex decretis alimentis frater amplius quàm ſoror accepiſſet; non tamen ultra partem dimidiam: ex qua ſpecie manifeſtè deprehenditaria cauſa cõmunia bona habentes diviſerint, frater, qui amplius, quàm dimidiam partem accepit, poteſt ab altero fratre conveniri, ut inſinuant illa textus verba ibi: *non tamen ultra partem dimidiam*: ſed diviſio bonorum vicem emptionis obtinet, *l.* 1. *Cod. communia utriuſque judicii*: igitur & ætate Conſultorum læſis ultra dimidiam ſubveniebatur; & conſequenter remedium *dictæ legis* 2. eo tempore jam cognitum erat.

Sed reſpondendum eſt, illius textus ſententiam ad deciſionem *dictæ legis* 2. referi non poſſe; atque ideo ejus expoſitio facilis erit, ſi ſeriem, & contexturam *legis* attentè inſpiciamus: loquitur ergo Conſultus de fratre, & ſorore, communia bona habentibus, frater autem ad alimenta aliquid plus accepit: reſpondit ergo Conſultus non ideo actionem dari adverſus fratrem, ſi is non ultra dimidiam partem acceperit, id eſt non ultra redditus ſuæ partis, quæ dimidia erat; ad eum enim etiam fructus ſpectant, ad quem bonorum pars pertinet; *l. non ambiguum, Cod. familiæ erciſcundæ*: igitur cum de remedio *dictæ legis* 2. non tractetur, ſuperiorem animadverſionem non perturbat: notat Pinellus *ubi ſupra n.* 20.

Nonò, hucuſque reſoluta turbari videntur ex tex- 11
tu difficili in *l.* 1. *paragrapho ſi quis in fraudem* 12. *digeſtis ſi quid in fraudem Patroni*, ubi ſi libertus in fraudem patroni rem vendiderit, *Ulpianus* dubitat quale ſit arbitrium Judicis? Reſpondit conditionem emptori deferri debere, virum malit rem emptam juſto pretio habere, an verò pretio recepto à re diſcedere; ex qua *Ulpiani* deciſione apertè colligitur, quod ſi libertus, qui fraudandi ſui Patroni cauſa rem vendidit, & in pretio læſus ſit, arbitrium, & electio emptoris eſt, utrum malit emptionem ratam eſſe, juſto, & legitimo pretio; an verò ab emptione diſcedere, pretio quod dedit, recepto; quod omne deciſum eſt in *dicta l.* 2. *Cod. de reſcindenda*: ergo remedium *dictæ legis* 2. Ulpiani temporibus fuit obſervata. Augetur difficultas ex *paragrapho ſed ſi emerit*, ſtatim *ſequenti*, ubi ſi libertus in fraudem Patroni rem magno pretio emerit ipſi emptori electio non datur, an velit ab emptione diſcedere; ſed venditori, utrum malit de pretio remittere, an potius rem, quam vendidit ſoluto pretio recipere: quod eſt omnino contra ea, quæ proximè tradiderat, & contra noſtri textus deciſionem, in qua electio non venditori, ſed emptori potius tribuitur.

Cui difficultati reſpondendum eſt, Ulpianum *in dicto paragrapho ſi quis fraudem* 12. loquutum non fuiſſe de remedio *dictæ legis* 2. cum ejus deciſio maximè differat à Cæſarum conſtitutione *in dicta lege ſecunda*. Nam Ulpianus loquitur eo caſu in quo libertus in fraudem Patroni dolo malo rem vendidit, & in pretio læſus eſt, nulla læſionis, ſeu deceptionis quantitate expreſſa: tunc enim venditio reſcindi non debet, quaſi dolo malo liberti celebrata: ne emptor, qui fraudis, vel doli conſcius non fuit, pretio ſuo fraudetur: nam licet alienationes dolo malo factæ actione Fabiana omnimodo revocentur, *l. ſi alienatio* 1. *digeſtis ſi quid in fraudem patroni*; tamen hoc procedit in alienationibus lucrativis, gratiſve factis; non verò in oneroſis, veluti emptionis, & venditionis, in quibus receptum eſt, eum, qui rem à liberto in fraudem Patroni dolo malo venditam, bona fide accepit, pretium, quod dedit, amittere non debere, ſed Patronus reddere tenetur; cùm tractet de lucro captando, vel emptori conditio deferatur utrum malit rem emptam juſto pretio accipere, an vero à re diſcedere pretio recepto: quæ electio ei tribuitur: quia bona fide emit, & de dolo ejus non diſputatur, ſed de dolo liberti, ut conſtat ex *d.* §. *ſi quis in fine*: at verò *in* §. *ſequenti*, liberto, qui in fraudem Patroni rem magno pretio emit, conditio non defertur, ſed venditori: quoniam ipſe libertus dolo malo rem emit, & ne ex dolo ſuo commodum conſequatur, amittit eligendi facultatem, an velit ab emptione diſcedere. Venditor verò, qui bona fide vendidit, & dolo caruit, ideo ei datur electio, utrum malit pretium remittere, an potius rem, quam vendidit, recipere pretio ſoluto. Imperatores verò in *dicta l.* 2. *Cod. de reſcindenda*: loquuntur de venditione bona fide facta, quæ in ſe læſionem continebat, eaque expreſſa, & determinata ſtatutum eſt, ut, ſi dimidiam juſti pretii partem excedat, contractus reſcindi poſſit, vel quod juſto pretio deeſt ſuppleri debeat. Igitur *Ulpianus* de remedio *hujus legis* minimè tractat: conſequenter reſolutioni *ſupra* adductæ non obſtat.

Decimò hucuſque tradita dubia redduntur ex textu 12
in *l. ſed ſi vir* 31. §. *ſi duo, ff. de donationibns inter.* Ubi *ſi duo mancipia fuerint, ſingula quinis digna, ſed utrumque unis quinque donationis cauſa à viro, mulieri, vel è contra venierint*, reſpondit Paulus, *communia eſſe mancipia pro portione ſpectandum eſſe quanti mancipia ſint, ſed quantum ex pretio donationis cauſa ſit remiſſum*: ex qua deciſione deſumitur, venditionem minori pretio inter virum, & uxorem celebratam, non valere, ex *dicta l.* 2. *C. de reſcindenda*, quæ ſtatuit irritari poſſe venditionem ob læſionem, & deceptionem ultra dimidiam juſti pretii: ergo jam vigebat *Pauli* temporibus iſtud remedium. Augetur difficultas ex textu in *l. ſi ſponſus* 5. §. *circa venditionem, ff. eodem*, ubi ſi maritus animum vendendi non habens, idcirco in venditione conventum ſit ut donaret uxori, nullius momenti venditio eſt: ſed ſi vendendi animum habens, ex pretio ei remiſerit, venditio valet; remiſſio autem hactenus non valet, quatenus locupletior facta eſt: itaque ſi res quindecim valens, venit quinque, nunc autem ſit decem, quinque tantum præſtanda ſunt: quia in hoc locupletior videtur facta, ut ipſiſmet verbis *Ulpianus* ſcribit. Ex qua ſpecie manifeſtè deducitur venditionem majori pretio inter conjuges factam validam eſſe: pretii verò remiſſionem non valere quatenus locupletior redditur uxor.

Sed reſpondendum eſt, textum in *dicta leg. ſed ſi vir* 31. *paragrapho ſi duo*, de remedio *dictæ legis* 2. non tractare, nec ibi invalidare venditionem: quia venditor ultra dimidiam læſus eſſet, cum nulla ibi hujus læſionis mentio fiat: nec de certa deceptionis quantitate exprimatur; ſed hujus venditionis nullitas alia diverſa ratione nititur, quæ ex eo petenda eſt; quia maritus mancipia digna quindecim, quinque vendidit, & ſic minori pretio uxori donationis cauſa vendidit, quæ donatio cùm locupletiorem redderet uxorem, ipſo jure non valet, ex regula textus in *l.* 1. cum *ſequentibus ff. de donationibus inter.* At verò *in dicto* §. *circa* maritus pretio legitimo rem uxori vendidit, licet donationis cauſa aliquid ei ex pretio remiſerit: Unde mirum non eſt, validam & ratam venditionem manere, remiſſionem verò ex qua uxor locupletior efficitur, non valere, ex regula textus *in dicta l.* 1. cum *ſequentibus, ff. de donationibus inter vir.* & ſic quinque ſunt præſtanda: quia in hoc uxor locupletior facta eſt. Unde conſtat Conſultum *in dicto paragrapho ſi duo*, non agere de remedio *dictæ legis* 2. Nam ſi de eo ibidem loqueretur, decem uxori præſtanda eſſe affirmaret; quia res quindecim digna, quinque tantum venit, nec ſpectaretur pretium rei tempore judicii cœpti, ut affirmat Conſultus in ea ſpecie.

Undecimò, adhuc textus noſter difficilis redditur 13
ex illo juris principio, quo docemur licitum eſſe contrahentibus ſeſe ad invicem decipere, *l. in cauſa* 17. §. *idem Pomponius, ff. de minoribus, l. item pretio*, §. *final. ff. locati*: ergo remedium deceptionis ultra dimidiam, in ſpecie *noſtri textus* locum habere non potuit. Cui dubio omiſſis pluribus interpretationibus quas refert Pinellus *in dicta l.* 2. 1. *parte, cap.* 1. *n.* 35. Verius dicendum eſt, circumventionem in pretio in foro exteriori licitam eſſe

eſſe, id eſt, non inhoneſtam, vel injuſtam, & humano jure non puniri, cùm naturaliter permiſſa ſit, hoc eſt jure gentium: nam ſecundum exactiſſimam illam priorem æquitatem naturalem, non licebat contrahentibus invicem ſe ſe in pretio, nec in alia re circumvenire: cum ſecundum eam naturalem rationem omnes homines cognationis, & dilectionis lege contineantur: *l. ut vim, ff. de juſtitia, & jure*: *l. jure ſuccurſum* 7. §. *final. ff. de jure dotium*: ſed poſtea humana ratione gentium judicio compertum eſt, permittendam eſſe eam læſionem in pretio, ne ex nimia æqualitatis obſervatione commercia turbarentur, cùm aliàs venditio nulla ſecura permaneret, quod eſſet contra Reipublicæ tranquillitatem; & magis conſentaneum fuit, cùm venditio illa à minore facta valeret, juſta de cauſa reſtitutio in integrum ei fuit neceſſaria; ſecus verò erit dicendum, ſi ultra dimidiam juſti pretii læſio fuerit, etiam apud majores facta: nam tunc licet venditio valeat, tamen reſcinditur ex *noſtri textus* ſententia, & ex *dict. l.* 2. notat Antonius Faber *in Rationali ad textum in dicta l. in cauſa* 17. §. *idem Pomponius, ff. de minoribus*; de qua re plura refert Divus *Thom.* 2. 2. *q.* 77. *art.* 1. Soto *de Juſtitia*; *lib.* 6. *q.* 2. *art.* 3.

14 Duodecimò, prædictis obſtat textus in *l. ſi quos* 16. *Cod. de reſcindenda venditione*: ubi ſi exactor, qui à fiſco præfectus eſt in tributis & aliis publicis præſtationibus exigendis, propter publicas penſitationes res debitorum fiſci, ob ceſſationem tributorum, ſub auctione, ſeu ſubhaſtatione publica, non juſto pretio, ſed viliori rem illam diſtraxerit, recta venditio non eſt, nec dominium in emptorem transfertur, ſed actiones dominis integræ ſervantur: ergo venditio reſcindi poteſt etiam ſi res viliori pretio vendita ſit: & etiam ſi intra dimidiam juſti pretii deceptio appareat. Sed reſpondendum eſt, noſtri textus deciſionem ad eas ſolum venditiones pertinere, in quibus quis rem ſuam, aut pro ſua vendit, non verò ad venditionem rerum privatarum, quas fiſcus de bonis debitorum ſuorum vendidit, ob ceſſationem tributorum vel aliarum: nam in hujuſmodi venditionibus æſtimanda eſt qualitas rei venditæ, & quantitas fructuum, & ſecundum hæc juſtum pretium ſtatui debet; aliàs autem, ſi aliter res venditæ fuerint, venditio non valet: Et ratio exprimitur *illius textus ne plus exactor ex gratia, quam debitor ex pretio conſequatur*. Ratio diverſitatis, quare in venditionibus fiſcalibus exigitur potius, ut res juſto pretio vendatur, quàm cum veri domini res ſuas vendunt, ſtatuere poteſt ſine alterius injuria, *l. in re mandata, Cod. mandati*, cum unicuique liceat conditionem ſuam deteriorem facere non alienam; *l. ſolvendo ff. de negotiis geſtis*: quæ ratio ceſſat in re, pro fiſcali debito, minori pretio vendita; ſiquidem aliena negotia exactiori, & diligentiori officio ſunt gerenda; ut latè refert Donellus *in dicta l. ſiquos* 16. *C. de reſcindenda*.

Decimo tertiò, adverſus noſtrum *textum* obſtabit di-
15 cere, quod Eccleſia enormiter læſa habet remedium reſtitutionis in integrum, contra alienationem ſuæ rei factam, *c.* 1. *de in integrum reſtitutione*; *cap. ad noſtram, de rebus Eccleſiæ*: ergo rectè pronunciavit Decanus venditionem illam non tenere, & conſequenter videtur minus rectè ab Alexandro II. revocatam fuiſſe.

Sed omiſſis plurimis interpretationibus, veriſſimè reſpondendum eſt, ideo in *præſenti* Decani ſententiam fuiſſe ab Alexandro III. revocatam, nec in integrum reſtitutionis beneficium locum habere potuiſſe: quia in ſpecie noſtri *textus*, reſtitutio in integrum adverſus contractum non fuit petita, ut ex litera textus conſtat: nam ſi petita fuiſſet, optimè Decanus pronuntiaſſet rem reſtitui; fuit tamen in præſenti intentatum remedium *dictæ legis* 2. *Cod. de reſcindenda*: atque ideo, cùm venditio illa mero jure valeret: ut diximus in ratione decidendi, meritò non rectè Decanus judicavit venditionem illam propter læſionem nullam fuiſſe.

Nec obſtabit, ſi inſtes ex illo juris principio, quo docemur, Eccleſiam neminem fraudare debere, *cap. per tuas, de donationibus*; *capit. de judiciis, decima ſeptima quæſtione, primo capite, conſtituit.* 20. *quæſtione tertia*, Gloſſa *in cap. hoc jus porrectum*, verbo, *ut plus, decima quæſtione, ſecundo capite, cum dilecti, de his quæ vi*: ergo cum *in præſenti* Monaſterium decepiſſet, debuit contractus reſcindi etiam ſi læſio fuiſſet intra dimidiam: Quia reſpondendum eſt, id verum eſſe in foro interiori, ita ut Eccleſia teneatur juſtum pretium ſupplere ei quem deceperit etiam intra dimidiam: Notat Berojus *in præſenti, num.* 20. Matienço *in dicta gloſſa* 8. *num.* 11.

Verùm hæc ſententia licet æqua, & rationabilis ſit in foro interiori; tamen in contentioſo recipi non poteſt ex noſtri textus deciſione, & ex *dicto capit. cum cauſa, hoc titulo*, cum deciſio textus *in dicta lege ſecunda*, ſit approbata à Jure Canonico ex noſtri textus deciſione: Notat Pinellus *in dicta l.* 2. *prima parte, capite ſecundo, numero trigeſimo quarto*, Matienço *ubi ſupra, numero decimo*, ſiquidem ratio, quæ Imperatores movere potuit ut venditio valeret etiam ſi intra dimidiam deceptio fuiſſet, ſcilicet ne multiplicentur lites, ea etiam procedit de Jure Canonico, juxta textum in *cap. finem litibus*, cum vulgatis, *de dolo, & contumacia*.

Decimo quartò, ſolutio ſuprà adducta impugnatur 16
ex eo, quod quoties deceptio contingit menſura, & quantitate; etiam intra medietatem juſtæ menſuræ, & quantitatis venditio reſcinditur, vel menſura ſupletur: *cap. per tuas, de donationibus*: *l. ſi circum, paragrapho ſi modus, digeſtis de actionibus empti*; *l. ſi in emptione digeſtis eodem*: *l. qui fundum, paragrapho qui agrum, digeſtis de contrahenda emptione*, *l. ſi ſervus, paragrapho qui quinque, digeſtis de legatis* 2. ergo & idem in pretio admitti debet.

In qua difficultate, Gloſſa, verbo, *invenerunt*, in *dicto capite per tuas, de donationibus*, aſſerit diſcrimen verſari inter deceptionem in pretio, & inter deceptionem in quantitate, vel menſura, ita ut in pretio uſque ad dimidiam ſuſtineatur: ſi verò in quantitate, vel menſura deceptio fuerit, omnino ſuppleri debeat, ex *dicto capite per tuas*; cum ſimilibus *ſupra* adductis: ſed rationem differentiæ aſſignare difficile eſt, ut refert Covarruvias *in practicis quæſtionibus capite tertio numero octavo*.

Sed veriorem eſſe exiſtimo, quam refert Pinellus *in dicta l.* 2. 3. *parte, cap.* 2. *num.* 2. dum affirmat eam eſſe: quia cum deceptio in pretio contingit, uterque contrahens ſatisfacit in his quæ conventa ſunt: nam venditor rem integram tradit, & emptor pretium conventum, ideoque non ita facile læſis in pretio ſubvenitur: at verò cum res in quantitate minor, vel major invenitur non ſatisfactum eſt conventioni, nec contractui, & ita minor deceptio ſufficit, ut ſuccurratur, cum major defectus ſubſtantiæ, vel quantitatis, quàm pretii cenſeatur: argumento textus in *l. demum, ff. de contrahenda emptione*. Et pro interpretatione ad textum in *l. ſi ſuperſtite* 5. *C. de dolo*, verſic. *Sanè ſi læſa eſt immodicè*, juncto verſic. *propter paternam reverentiam*: videndus eſt Pinellus *ubi ſupra*, 1. *parte, c.* 4. *n.* 22. videndus eſt etiam textus in *l.* 3. *Cod. ſi venditor pignore agatur*; & *l. ſi ſervus*, §. *quod ſi ſervus ff. de ædilitio*.

Decimo quintò, impugnatur noſtri textus deciſio 17
ex illo juris principio, quo docemur, quod ſi unum ex obligatione, & alterum in ſolutione, illud rectè petitur, quod eſt in obligatione; licet alter habeat facultatem, illud, vel alterum ſolvendi: juxta textum in *l. miles*, §. *decem. ff. de re judicata*; *l. item veniunt* 22. §. *idem rectè, ff. de petitione hæreditatis*. Sed in præſenti, in obligatione erat rem reſtituere, ut docet Gloſſa verbo *judicis*, in *l.* 1. *Cod. de reſcindenda*: argumento textus in *l. ſi ex legati cauſa, digeſtis de verborum obligationibus*; *l. ſi res æſtimata* §. 1. *ff. de jure dotium*: Ergo rectè potuit peti res, & Decanus judex pronuntiare eam reſtitui: licet ipſe reus haberet electionem ſolvendi alterum.

Cujus dubii ſolutio pendet ex illa difficili quæſtione: utrum ſcilicet rei reſtitutio ſit in obligatione, ſupplementum

mentum autem pretii in solutione; an verò utrumque sit in obligatione? cùm multum interfit; ad id scilicet, utrum re perempta cesset hujusmodi capitis remedium: nam si utrumque est in obligatione, etiam re perempta, adhuc ad pretium agi poterit, *l. si emptione, §. si emptio. ff. de contrahenda emptione, l. Stichum, aut Pamphilum, ff. de solutionibus.*

In qua quæstione nonnulli affirmant utrumque esse in obligatione, tam rei restitutio, quàm pretii supplementum: Ita sentiunt Covarruvias *libro secundo, variarum, capite quarto, numero decimo tertio*, Pinellus, *ubi supra, 3. parte, c. 3. numero secundo*, Berojus *in præsenti, n.* 73. & 79. Sed verissima est interpretatio, quam referunt Baldus, Bartolus, & Salicetus, *in dicta l. 2.* dum asserunt solam rei restitutionem esse in obligatione: at verò supplementum pretii tantum in solutione. Quæ doctrina suadetur ex textu in *l. si res æstimata, §. 1 ff. de jure dotium*; & sic re perempta, emptor non tenetur ad supplementum pretii. Et secundum hanc sententiam est interpretandus textus *in dicta l. si ex legati, ff. de verborum obligationibus, l. illud aut illud, ff. de constituta pecunia*: quæ sententia magis placuit Covarruvias *ubi supra*, Matienzo *in dicta glossa 5. num. 2.* Atque ita libellus in hac actione rectè concipitur cum petitione rei sine electione, ut notat Baldus *in dicta l. 2. n. 19.* Matienzo *dicta glossa 5. n. 2.* licèt consultius sit petere rem, vel supplementum pretii: notat Gregorius Lopez *in l. 56. tit. 5. partita 5. glossa* verbo *quæ culpa*: Antonius Gomez *dicto 2. tomo, cap. 2.* Nec obstat textus noster ubi contrarium videtur decisum. Quia licèt libellus simpliciter formetur petendo rem; tamen sententia debet esse alternativa, hoc est ad rem, vel pretium, ut servetur forma nostri textus: argumento textus *in §. 1. Instit. de officio Judicis*: meritò hac de causa ab Alexandro III. *in præsenti*, fuit Decani sententia revocata; notat Berojus *in præsenti, n.* 79. Antonius de Burgos, *n.* 62.

Ad textum in capit. Placuit 4. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Uxori, si ex mariti bonis potest consuli, rem propter nuptias sibi donatam, eaque consentiente venditam, non poterit postea repetere ab emptore triginta annis possidente, maximè si pretium in communes usus versum fuit.*

2 *Dos, sicut soluto matrimonio ad uxorem redire debet, ita ad maritum, vel ejus successores donatio propter nuptias.*

3 *Exponitur textus in* authentica, five à me, C. ad S. C. Velleianum.

4 *Maritus prædia dotalia inæstimata neque alienare, neque pignorare poterit.*

5 *Impedito agere non currit præscriptio.*
Ejus est nolle, cujus est velle.

6 *Marito pertinet matrimonii onera subire, atque ideo rerum dotalium, & earum fructuum dominus dicitur.*

7 *Perfectum unum ex plurimis imperfectis fieri non potest.*

8 *Solemnitas extrinseca non præsumitur, sed specifisè probanda est.*

CONCLUSIO.

1 *Si ex mariti bonis potest consuli uxori, rem propter nuptias sibi donatam, eaque consentiente venditam non poterit postea repetere ab emptore triginta annis possidente, maximè si pretium in communes usus versum fuit.* Quæ conclusio comprobari potest ex textu in *c. etsi necesse, cap. nuper, cap. final. de donationibus inter, cap. Gramma in Decret. Sanctorum, cap. naviganti, de præscriptionibus, authent. dos data, l. final. Cod. de donationibus propter nuptias, authent. æqualitas, l. morte, Cod. de pactis Conventis: Authent. ut immobilia, in principio, collatio 7. §. authen. sive à me, Cod. ad Velleianum, l. cum cæterum, l. si absponso, Cod. de donationibus propter nuptias, l. 2. & 3. titulo 11. partita 4. l. 3. titulo 15. partita 6. l. 52. Tauri, l. 4. titulo 2. libro quinto, Recopilationis, l. 1. titulo*, de las Arras, *libro tertio.* Exornant Mascardus *de probationibus, conclusione* 1371. Mantica *decisione* 101. Seraphinus *decisione* 1125. *num. tertio, & decis.* 2307. *num. septimo*, Surdus *decis.* 231. *num. decimo nono*, Suarez *titulo*, de las Arras, *n.* 44. Barb. *in l. 1. ff. solut. Matrimonio. parte quinta, n.* 50. Cevallos, *quæst.* 717. *n.* 40. Julius Clarus §. *donatio, quæstione undecima*, Afflictis *decis.* 313. Montalvus *titulo*, de las Arras, *numero secundo*, Baëza *de non meliorandis filiabus, cap.* 29. *n.* 4. Antonius Gomez *in l.* 50. *Tauri, n.* 9. Covarruvias *in* 4. 2. *parte, cap.* 3. §. 7. *n.* 12. Idem in *cap. quamvis pactum*, 2. *parte*, §. 1. *n.* 10. *& in practicis, c.* 12. *n.* 7. cum à me traditis in *c. cum contingat* 28. *de jurejurando*: Osualdus ad Donellum, *lib.* 14. *comment. cap.* 9. *litera A.* Barb. *in collectaneis ad nostrum textum, num.* 2. & 3.

Ratio quare Celestinus III. pro emptrice judicavit, ea est, Primò quia alienationis tempore maritus erat solvendo, & pretium in communes usus fuerat versum, & per triginta annos emptor possederat, ut constat ex *textu nostro*, in versic. *si vera sunt, quæ proponuntur*: quæ singulæ rationes, etsi videntur exiguæ per se, multum tamen coacervatæ, & connexæ proficiunt emptori: notat Cujacius *in postbumis, ad nostrum textum.* Cum rationi consentaneum sit, ne post illud antiquissimum tempus possessores inquietentur, *cap. Sanctorum, cap. naviganti, de præscriptionibus.* Deinde, quia mulier illa donationem propter nuptias lucrari non poterat. Nam sicut dos soluto matrimonio debet redire ad uxorem, ita & donatio propter nuptias ad maritum, vel ejus hæredes, *l. penult. & ultim. Cod. de pactis conventis super dote.* Rursus præcipua, & vera ratio est: quia ex tanti temporis cursu, & ejus mora, præsumitur solemnitas extrinseca: argumento textus in *cap. cura, de jure Patronatus, l. si filius, Cod. de petitione hæreditatis*: notat Glossa, *in præsenti*, verbo *fatigari, in fine*, Abb. *num.* 7. *apud finem*, Barb. *in collectaneis ad nostrum textum, numero secundo*, Mascardus *de probationibus, conclus.* 1371. *num.* 92. Covarruvias *in dicto cap. quamvis pactum, num.* 10. & in *practicis, dicto cap.* 11. *num.* 7. 2

Primò, obstabit textus in *authentic. sive à me, Cod. ad Senatus Consultum Velleianum*: ubi alienatio rei propter nuptias donatæ, non tenet, nisi post biennium mulier consenserit: sed *in præsenti* non constat de secundo consensu à muliere post biennium interposito: Ergo alienatio nulla erit, ac per consequens uxor repetitionem habebit. Pro cujus dubii solutione adnotandum est, prædia dotalia inæstimata virum alienare, vel pignori obligare non posse; nec consentiente quidem muliere, *l. 1. § & cùm lex 5. Cod. de rei uxoriæ actione*: & ideo liberum est muliери, ut vel ea vindicet, per vindicationem, quasi sua, vel per hypothecariam, quasi aliena: idemque dicendum est in prædiis propter nuptias à marito donatis, ut nec consentiente muliere obligari, seu alienari possint, nisi iterum, seu semel post biennium mulier consenserit, dummodo ex aliis mariti bonis possit satisfieri, ut constat ex *Novella Justiniani* 61. ubi latè Cujacius. 3

Secundò, prædictis obstat textus in *authentica, si qua mulier, Cod. ad Senatus Consultum Velleianum Novella* 134. ubi apparet, quod etiamsi post biennium multoties uxor in alienatione consenserit, adhuc ei subvenitur. Sed respondendum est, jura illa procedere in fidejussione pro marito, in qua etiam multiplicatus consensus, non impedit Velleianum; at verò textus in *dicta authentic. sive à me*, & *dicta Novella* 62. 4

obtinet in donatione propter nuptias, & ita est interpretandus textus *in dicto Authentic. Ut immobilia*, §. 2. *collatione* 5. versic. *consensus*: notat Rodericus Suarez *ubi supra, num.* 43. Cujacius *in dicta Novella* 61. *apud medium.*

Quo supposito, omissis plurimis interpretationibus traditis à Glossa, *verbo, fatigari. in præsenti*, Barbacia, Suarez, & Covarruvias, *ubi supra*: Verius est dicendum, *textum nostrum*, nihil statuisse contra textum *in dicta authentic. sive à mes* siquidem *Justinianus* à Celestino III. *in præsenti* explicatur, dum asserit idem esse observandum in consensu præsumpto post longissimum tempus, ut mulier, quæ ita post longum tempus tacitè consensit non audiatur; si ex mariti bonis satisfieri poterit: quæ est vera *nostri textus* sententia.

5 Tertiò, solutioni obstabit dicere, quod impedito agere non currit præscriptio, *authentic. nisi tricennale, Cod. de bonis maternis, capite primo*: cum aliis, *de præscriptionibus, cap. quia diversitatem, de concessione præbendæ*: sed uxor constante matrimonio impedita est; siquidem actio ei non competit nisi soluto matrimonio, *l. in rebus, Cod. de jure dotium, capite primo, & final. de donationibus inter virum*: ergo non rectè tricennalis præscriptio constante matrimonio contra uxorem allegatur. Augetur difficultas; quia ejus patientia non potuit operari tacitum consensum: siquidem ejus est nolle, cujus est velle, *l.* 3. *ff. de regulis juris*, *l. pater Severinam* 100. *ff. de conditionibus; & demonstrationibus*, sed uxor constante matrimonio non potuit contradicere, cum agere non possit, ut *suprà* diximus: Ergo tacendo non videtur acquiescere. Sed respondendum est, quod licet verum sit, impedito præscriptionem non currere, ex *dictis juribus*, Menochius *de arbitrariis, casu* 118. & *casu* 153. tamen textus noster non disputat de præscriptionis cursu, sed de consensus præsumptione ex tempore, & aliis adminiculis conficienda: qui quidem tacitus consensus præsumitur ex illa temporis diuturnitate, ut non possit agere; notat Abbas *in præsenti, numero octavo*, præcipuè *in decimo.*

6 Quartò, obstabit dicere, quod ad maritum pertinet matrimonii onera subire, *l. ex anno, l. si stipulata*, §. 1. *ff. de donationibus inter: l. pro oneribus, Cod. de jure dotium, cap. salubriter, de usuris*; atque ideo maritus rerum dotalium, & earum fructuum dominus dicitur, *capite primo, de donationibus inter*: Ergo frustra contra uxorem allegatur pretium in communem usum versum fuisse, cùm tantùm in mariti lucrum versum videatur.

Sed respondendum est, quod id etiam simul cum aliis circumstantiis attenditur, siquidem ex pretio illo mulier alitur, & ex eo lucra constante matrimonio adquisita augeri potèrant; præcipuè quia *in præsenti* de eo non agitur, nisi de secundo consensu, quem Celestinus III. præsumit uxorem ex illis tribus requisitis præstitisse; siquidem tempore alienationis maritus alia bona habebat: & quia pretium in communes usus versum fuit; tum etiam ex illo longissimo temporis transcursu; ex quibus omnibus omnia solemniter facta præsumuntur, ut constat ex Mascardo, & Barb. *locis supra citatis.*

7 Quintò, prædictis obstabit principium illud, quo cavetur ex plurimis imperfectis unum perfectum fieri non posse, *l. Spadonem*, §. *qui jura, ff. de excusationibus tutorum, cap. quorumdam*, 23. *distinct.* Ergo etiamsi simul concurrant illa tria imperfecta, mulier condemnari non poterat. Sed respondendum est *in præsenti* non fieri perfectum unum, sed ex illis inducitur præsumptio ad defendendum contractum ad alienationem sufficientem, sicut in Jure nostro, ex probationibus imperfectis conficitur una sufficiens, *l. admonendi* 31. *digestis, de jurejurando, cap. final. eodem titulo, c. final. de probationibus*: notat Julius Clarus *in praxi, qu.* 63. *n.* 9. Menochius *de arbitrariis, casu* 87. *n.* 66. Ita similiter ex illis tribus imperfectis motus fuit Celestinus ad præsumendum secundum consensum uxoris in alienatione illa interveniss̃e.

Sextò, prædicta solutio impugnatur ex eo, quod 8
extrinseca solemnitas non præsumitur, sed specificè probanda est, *l. quæcunque, ff. de Publiciana, cap. sine exceptione* 51. 12. *quæstione secunda, cap. solicitè, de restitutione spoliatorum*: ergo si in præsenti non fuisset expressè illa alienationis rei dotalis solemnitas probata, mulier condemnari non poterat. Sed respondendum est, quod ex illo longissimo temporis cursu, non solum probatur intrinseca solemnitas, *l. is qui* 6. §. *sed & si, ff. de adquirenda hæreditate, l. si filius, Cod. de petitione hæreditatis*; verum etiam extrinseca, cum ex illo longissimo temporis cursu omnia solemniter facta præsumantur: quod etiam in alienatione rerum Ecclesiæ observatur, ut notat Barb. plures referens in *collectaneis ad nostrum textum, num.* 3. & 4.

Ad textum in *cap. Ad nostram* 5. *hoc titulo.*

DE hujus textus materia plura diximus in *cap. c. debitores, cap. ad nostram 7. de jurejurando*: infra dicemus in *cap. illo vos* 4. *de pignoribus*, & plura de eo refert Cenedus *in collectaneis ad Decretales, collectanea* 28.

Ad textum in *cap. Cum causa* 6. *hoc titulo.*

QUoad hujus textus sententiam, sunt repetenda ea omnia, quæ *supra* retulimus in *cap. dilecti* 3. *hoc titulo.*

Ad textum in cap. Si venditori, final. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Evicta re, contra venditorem agit emptor, nisi fuerit in denunciatione negligens, vel sententia propter ipsius contumaciam, vel per Judicis injuriam fuerit lata.*

2 *Emptionis & venditionis contractus, ad conservandam politicam hominum societatem, à jure gentium est institutus.*

Contractus emptionis & venditionis est ultrò, citróque obligatorius.

3 *Evictionis actio, ut emptori competat, requiritur, ut omnino res, & possessio ab eo auferatur; neque sententia condemnatoria sufficit.*

Exponitur textus in l. utique 16. ff. de rei vindicatione.

4 *Interpretatur textus in* l. Stipulatio 36. §. si quis forte, ff. de verborum obligat.

5 *Expenditur textus in* l. si emptori 30. ff. de evictionibus: *& conciliatur cum* l. 4. ff. de actionibus empti.

6 *Evictionis actio emptori competit, etiamsi de ea nihil actum sit, sed ex stipulatu in duplam non competit, nisi de ea mentio sit habita.*

Exponitur textus in l. 2. C. de evictionibus.

7 *Evictionis actio ante testium publicationem proponenda est.*

Interpretatur textus in l. qui Concubinam 29. §. si hæres, ff. de legatis 3.

Judicium multoties pro sententia accipitur.

8 *Refertur ratio ad textum in* l. Herennius 63. in principio, ff. de evictionibus.

9 *Evictio*

9 *Evictione nunciata, tam emptor, quàm venditor, tenetur rem defendere.*

10 *Exponitur textus in* l. exceptione 67. ff. de fidejussoribus.

11 *Elucidatur textus in* l. sed & si 25. §. item rem, ff. de petitione hæreditatis.

CONCLUSIO.

1 RE evicta, *contra venditorem agit emptor, nisi fuerit in denunciatione negligens, vel sententia ex ipsius contumacia, vel Judicis injuriâ, fuerit lata.* Consonat tex. in *l. servi* 5. *l. si per imprudentiam* 51. *l. si ab emptore* 49. *l. fundo* 53. §. 1 *ff. de evictionib. l. actore* 7. *l. emptore, l. si controversia* 9. *l. si cum quæst.* 19. *l. si ideo* 55. *Cod. de evictionibus, l.* 1. *Cod. de pericul. & commodo rei venditæ, l.* 33. *&* 36. *titulo* 5. *partita* 5. Exornant Covarruvias *li.* 3. *variarum, c.* 17. *per totum*, Antonius Gomez 2. *tomo variarum, capite secundo*, Duennas *regula* 242. Guttierrez *de Juramento Confirmatorio*, 1. *parte, cap.* 61. *numero tertio*, Fachineus *libro secundo, controversiarum, c.* 35. *cum sequentibus*, Caballinus *de evictionibus*, §. 1. 2. *&* 3. Gratianus 2. *tomo disceptationum, cap.* 205. Caldas Pereira *de emptione, c.* 31. Donellus, *lib.* 13. *comm. cap.* 2. Osualdus, *ibidem* fere *per totum*, cum traditis à Pichardo *in* §. *finium regundorum* 6. *Instit. de officio Judicis, capite decimo, num.* 127. *cum sequentibus*, Barbos. *in collectaneis ad nostrum textum. num.* 2. 5. 7. *&* 16. Conradus *in collectaneis ad Decretum, collectanea* 37. *n.* 8. Idem ad *Decretales, collectanea* 141.

2 Ratio, quare venditor, re evicta, de evictione tenetur, ea est: quia cum hic contractus emptionis, & venditionis, ad conservandam civilem, & politicam hominum societatem à jure gentium sit institutus, *l. ex hoc jure, ff. de justitia, & jure, l. juris gentium* 7. *ff. de pactis*: similiter ex eisdem juribus, & rationibus evictio consistit, cum inutile esset contractum celebrare, nisi ejus securitas, & veritas tuta esset. Idcirco de primæva, & originali actionis ex empto natura evictionem esse docemur, *in l. in vendendo* 66. *l. pacta* 62. *digestis, de contrahenda emptione*: *l.* 1. *l. empto* 11. *l. Titius* 43. §. *final. digestis, de actionibus empti*: *l.* 1. cum *sequentibus, digestis, de evictionibus*: siquidem utraque Pars cum effectu contractum adimplere debet: quod equidem ex æqualitate conventionis resultat; cum emptionis, & venditionis contractus ultrò citroque sit obligatorius, *l. Labeo* 19. *digestis, de verborum significatione*, & emptor solvere pretium teneatur, *dict. l. ex empto*, §. *& in primis, digestis, de actionibus empti*, venditor verò tenetur rem tradere, ita ut si dominus sit, transferat dominium, sin minus usucapiendi conditionem præstet, *l. Clavibus* 74. *ff. de contrahenda emptione*: meritò his omnibus de causis receptum est, ut re evicta, & ablata, venditor emptorem præstet indemnem: aliàs actio ex empto emptori adversus venditorem dabitur, *l. venditor* 8. *l. si venditione, l. evicta* 70. cum aliis, *ff. de evictionibus.*

Non tamen venditor tenebitur de evictione ex defectu denunciationis litis motæ, juxta textum in *leg. emptor* 8. *Cod. de evictionibus*: quia cum in evictione agatur de maximo venditoris periculo, qui ut suprà diximus tenetur emptorem indemnem præstare, meritò ipsa defensionis ratio postulat, ut in jus pro sua defensione vocetur; argumento textus in *l. de unoquoque* 47. *ff. de re judicata, capite primo, de causa possessionis, & proprietatis*: *Clement. Pastoralis*, §. *caterum*, cum vulgatis, *de re judicata*: nam cum emptor suum tutamen principaliter adipiscatur ex jure venditoris, meritò ne de eo parum instructus ad judicium veniat, ad venditorem recurrere debet, ut causam defendat; qua nunciatione omissa, tam subtilitas Civilis, quàm Pontificia æquitas exposcit, venditorem non teneri; cùm non ex juris defectu, sed ex propria culpa emptorem succubuisse videatur, seu præsumatur, quæ venditori damnosa esse non debet, *l. si pro fundo* 53. §. 1. *ff. de evictionibus, l.* 6. §. *ultim. ff. de actionibus empti.* Notat Antonius Gomez 2. *tomo variarum, capite secundo, numero decimo nono.*

Similiter etiam emptor, qui tempore sententiæ contumaciter abfuit, de evictione agere non potest, *l. emptor, Cod. de evictionibus, l. si ideo* 55. *in principio, digesto eodem.* Ratio est; quia venditor tunc demum de evictione tenetur, cum res emptori evincitur ex juris defectu, *l. si non injuria, Cod. de evictionibus*: sed cum per contumaciam emptoris non sit defectus juris in ipsa re, sed in persona emptoris; ejus defectus non debet venditori imputari: *cap. non debet, de regulis juris li.* 6. sed ipsi emptori, cujus est delictum, & culpa, *l. contumacia, ff. de re judicata, cap.* 1. *de judiciis*, cùm culpa dumtaxat authorem comprehendat, *l. Sancimus* 22. cum vulgatis, *Cod. de pœnis.*

Quod si emptor diligentissimus, & præsens fuerit, adhuc movetur Pontifex *in* 3. *nostri textus parte*, de evictione agere non valere, si per injuriam, aut errorem Judicis condemnatus sit, ut constat ex textu in *l. Servi* 5. *l. si per imprudentiam* 51. *digestis, de evictionibus, l.* 15. *Cod. eoaem.* Ratio est, quia cùm Judicis injuria inter casus fortuitos enumeretur, *l. ad eos, digestis, mandati*, venditori non debet nocere, cùm hoc periculum ad emptorem tantum pertineat, *l. necessario* 8. cum similibus, *ff. de periculo, & commodo rei venditæ*: notat Abbas *in præsenti*, Connanus *libro tertio, variarum, capite septimo, numero nono, & decimo*, Gomezius *supra, n.* 39. Antonius Pichardus, plura, & plures refert *in dicto* §. *si finium regundorum, Instit. de officio Judicis, cap.* 10. *num.* 123. *cum sequentibus.*

Primò, adversus communem Doctorum sententiam 3
in præsenti communiter receptam, videlicet, quod ad hoc ut res evicta dicatur, omnino requiritur ut possessori auferatur, eique cum effectu adimatur, *l. qui rem* 3. *l. si cum* 17. *Cod. de evictionibus, l. si plus* 74. §. *mota, digestis, eodē, l.* 4. *in fine principii, digestis, de contrahenda emptione*: qua propter nec sufficit, emptorem condemnatum esse, cùm omninò effectiva executio, non verò judicis sententia desideretur, ut res evicta dicatur: Notat Gomezius *ubi supra, capite secundo, n.* 39. Cujacius *in l. stipulatio* 38. *digestis, de verborum obligationibus*: Obstabit textus in *l. utique* 19. *ff. de rei vindicatione*, ubi si lis cum emptore possidente servum, fuerit contestata, etiamsi servus fuerit mortuus, *Paulus* asserit ferendam esse sententiam de proprietate servi, & si alienus pronunciatus sit, stipulatio evictionis committitur. Ecce speciem, ubi tantum post sententiam evictio locum habet: quod fieri non poterat, siquidem res perempta evinci non possit, cùm res quæ non est in rerum natura, auferri nequeat: argumento textus in *l. si stipulor*, 35. *l. si homo* 69. *ff. de verborum oblig.*

Cui difficultati respondendum est, omnia *supra* in argumento adducta vera esse, si omnimodo res non extaret: at verò *in dicta l. utique* 16. *digestis, de rei vindicatione*, quamvis servus decessisset, & in natura amplius non extaret, tamen cùm per litis contestationem reus morosus efficiatur, *l. sed & si* 25. §. *si ante, digestis, de petitione hæreditatis*, & per contestationem actio perpetuetur, *l. si ex legati* 25. *digestis, de verbor. oblig. & dict. l. sed & si* 25. §. *si ante, digestis, de petitione hæreditatis*; ideo justa de causa quodam juris intellectu servus extare præsumitur, cum peti possit, *l. si servum* 91. §. *effectus, digestis, de verborum obligationibus.* Ex quo evenit, ut de proprietate servi eo tempore mortui jam lata sententia perinde habeatur, ac si extaret, unde nihil mirum si contra venditorem detur regressus, & evictionis actio committatur, ut *in dicta l. utique* 16. *digestis, de rei vindicatione, l. si servus* 11. *digestis, judicatum solvi*: emptor verò qui possidebat, immunis servatur: quia cùm initio justè litigasset, moram fecisse non videtur, *l. si quis solutione, ff. de usuris*: notat Donellus *lib.* 20. *comment. c.* 1. siquidem evictionis conservandæ causa justè litigari poterit; docet Paulus, *in l. si servus* 11. *ff. judicatum solvi.*

Secundò, solutioni obstat textus in *l. stipulatio* 38. §. 4
si quis

ſi quis forte, ff. de verborum obligationibus, ubi eo ipſo quod controverſia emptori mota ſit, non expectata rei ablatione, nec condemnatione; ſtipulatio ob evictionem committitur. Sed reſpondendum eſt controverſiam ibi cum effectu ita eſſe accipiendam, ut non ſolum ea, nec lis, imò nec ſententia, ſed ſimul cum illis effectiva rei evictio deſideretur, ut ſtipulatio evictionis locum habeat: Ita ſentit Accurſius, Paulus de Caſtro, & Cujacius *in dicto §. ſi quis forte*: Donellus *in l. ſi cum tibi* 22. *Cod. de evictionibus*: argumento textus *in l. evictio* 35. *ff. eodem.*

5 Tertiò, prædictis obſtat textus in *l. ſi emptori* 30. *ff. de evictionibus*, ubi probatur, re judicio nondum evicta, ſtipulationem evictionis incipere. Sed ſatisfacies, ſi dixeris duplicem eſſe duplæ ſtipulationem, unam de evictione, quæ ut ſupra retulimus, dari non poteſt, niſi re jam evicta, *dicta l. non tamen* 24. *ff. de evictionibus*; alia verò dicitur de vitiis, aut noxiis rei venditæ, in qua venit duplum ejus, quanto minoris res eſt, ob id, quod aliquo morbo, noxa, vitióve non detecto in edicto comprehenſo, laboret, *l.* 3. *l. Lucius* 11. §. *ult. l. evicta*, 16. §. *ult. l. ſi ita* 31. *ff. de evictionibus*: hæc equidem committitur etiam re non evicta, dummodo verum ſit ſervum noxiis, furtiſvè ſolutum non fuiſſe: & de ea eſt accipiendus textus in *dicta l. ſi emptori* 30 *ff. de evictionibus*. Notat Cujacius *tractat.* 6. *ad Africanum, in dicta l. non tamen* 24. *ff. de evictionibus.*

Nec hæc interpretatio turbatur ex ultimis textus verbis *in dicta l. ſi emptori*, ex quibus deducitur, quod ut hæc ſecunda ſtipulatio committatur, neceſſarium eſt, ut etiam aliquid emptori abeſſe videatur: quia verba illa fuerunt addita, ut evitaretur ſcrupulus: ſcilicet quomodo potuit intereſſe pro furtis, & noxis ſervi æſtimari, juxta textum in *l. evicta* 16. §. *ſi ſervus, in fine, ff. de evictionibus*, in illa ſpecie propter confuſionem actoris, & rei, ſcilicet emptoris nullum imminneret periculum; ideò ſubjunxit hoc æſtimari, tanquam ſi hæres alii ſervum tradidiſſet; eo quod ob eam rem minor ad eum hæreditas perveniſſe intelligitur, *l. ſi ei* 41. §. 2. *ff. de evictionibus*. Nec me latet textus prima facie contrarius in *l.* 4. *ff. de actionibus empti*: Sed ibi de ſtipulatione primæ evictionis agitur, non de ſecunda nuper tradita. Notat Cujacius *in dicta l.* 4. *ff. de actio-*
6 *nibus empti.*

Quartò, adverſus ea, quæ *in præſenti* notant Doctores omnes; videlicet actionem ex empto contra venditorem competere, ſi res evicta fuit, etiam ſi nihil de ea dictum ſit, juxta textum in *l. exempto* 11. *in principio, ff. de actionibus empti*, *l. non dubitatur* 6. *Cod. de evictionibus*. Similiter actionem ex ſtipulatu dari in ſimplum, triplum, vel quadruplum, pro ut conventum eſt, ſi res evincatur; juxta textum in *l. evicta* 16. *l. ſi dictum* 56. *digeſtis, de evictionibus, l. ſi donare* 36. *ff. de donationibus inter*: Sed differunt, quia prima actio ex empto ex contractu naſcitur, etiamſi nihil expreſſum de ea caveatur, *dicta l. non dubitatur* 6. *Cod. de evictionibus*, cum ſupra traditis: actio verò ex ſtipulatu, ut competat neceſſarium eſt, ſtipulationem ſpecialiter interponi, *l. ſi tibi* 27. verſic. *ex cauſa ſtipulationis*, *ff. de evictionibus*. Notat Vveſembecius *in paratitlis, ad eundem titulum*: Caldas *de emptione, cap.* 31. *num.* 34. Cujacius, *tractat.* 6. *ad Africanum, in l. non tamen* 24. *ff. de evictionibus*, & in *Cod. ad eundem titulum*; Donellus *in l. ſi tibi* 25. *Cod. eodem, numero* 77. obſtabit textus in *l.* 2. *ff. de evictionibus*, ubi probatur duplam deberi etiam ſi dupla non ſit promiſſa.

Verùm reſpondendum eſt, *textum* illum eſſe intelligendum de emptore agente ex empto, ut venditor duplam ei promittat: & ſi venditor recuſaverit, condemnandus eſt, ut de duplo caveat, ad quod tenetur, *l. quod ſi nolit*, §. *quia aſſiduam, ff. de ædilitio edicto*, & ſi contumax fuerit, ſtatim duplum emptori præſtabit, argumento textus in *l. locum*, §. *condemnato, ff. de tabulis exhibendis*. Notant Accurſius, & Bartolus *in dicta l.* 2. *ff. de evictionibus*: Donellus *in l. ſi tibi* 25. *Cod. eodem*, *n.* 12. & *in l.* 5. *ff. de verborum obligationibus, num.* 27.

Quintò, adverſus ea, quæ *in præſenti* notant Interpretes omnes ſcilicet hanc denunciationem tempore congruo fieri debere: Id eſt tempore, in quo exceptiones proponi, & probari poſſunt, hoc eſt ante teſtium publicationem, juxta textum in *l. ſi rem* 29. §. *ult. ff. de evictionibus*, *l.* 36. *tit.* 5. *part.* 5. Obſtabit textus in *l. qui Concubinam* 29. §. *ſi hæres, digeſtis, de legatis* 3. ubi conſtat legatarium, cui de ſervo legato facta fuerit controverſia, debere ante litem conteſtatam denuntiare hæredi, ut liti aſſiſtat. 7

In cujus *textus* difficultate communiter dici ſolet, diverſam eſſe cauſam emptionis, & legati: nam in emptione, re tradita, incipit res, & cauſa emptoris eſſe, *l.* 1. §. *impropria, ff. quando appellandum ſit*, cùm commodum, & incommodum rei ad illum pertineat, §. *non ſolum, Inſtit. de emptione, & venditione*: quo circa, ſi ei quæſtionem moveatur, ſuo Jure utitur, ſi cauſam proſequatur; dummodo defenſionem integram venditori ante ſententiam relinquat. Alia autem eſt cauſa legatarii, qui titulum lucrativum habet, cujus nullum periculum agitur, cum pro re nihil ei abfuerit; meritò ideo tota cauſa hæredi relinquitur, ut à principio eam ſuo arbitrio defendat, cum integrum periculum ad eum pertineat: ita ſentit Bartolus *in dicta l. qui Concubinam*, §. *ſi hæres, ff. de legatis* 3. Donellus *in dicta l.* 8. *Cod. de evictionibus*, *num.* 11. Qua ſubtiliſſima interpretatione admiſſa, non rejicimus, nec impugnamus, quam refert Accurſius in *l. hæres* 58. *gloſſa ult. ff. de evictionibus*, & in *dicto* §. *qui hæres*, qui exiſtimat verba illa, *prius quam judicium accipiatur, denunciari hæredi*, intelligenda eſſe, id eſt, antequam ſententia pronuncietur; cùm inſolens in jure non ſit *judicium* pro *ſententia* accipi *dicta l.* 8. *Cod. de evictionibus*, à qua non differt Cujacius *in l. ex his* 5 *in fine ejuſdem tituli*: Pacius *Centuria* 9. *quæſtion.* 72. Si verò res empta in plures ſucceſſores ſingulariter tranſierit, quilibet ſuo immediato actori controverſiam debet nunciare, & adverſus illum agere poterit, niſi actiones contra primum ei ceſſæ fuerint. *l. ſi res* 59 *ff. de minoribus*. Mortuo verò venditore, ſi plures hæredes reliquerit, ſingulis denunciatio facienda eſt, *l. in executione* 55. §. *in ſolidum, digeſtis, de verborum obligationibus*: nam cum obligatio defendendi emptorem in facto conſiſtat, & individua ſit; in ſolidum hæredes promiſſoris, aut venditoris obligantur, *l. final. ff. de ſervitutibus*, *l. ea, quæ* 192. *digeſtis, de regulis juris*. Quam ſubtilem juris diſputationem omittimus; quia de ea plura ſcripſit Antonius Pichardus *in* §. *ſi finium regundorum, Inſtit. de officio judicis*; *cap.* 10. *per totum.*

Sextò, ſupradictis obſtabit textus in *l. Herennius* 64. *in principio, digeſtis, de evictionibus*, ubi venditor etiam ſine nuntiatione de re evicta tenetur. Verum reſpondendum eſt, nunciationem illam, de qua *textus noſter* loquitur, & jura ſimilia ceſſare, quoties pacto à venditore fuit remiſſa: Notat Rebuffus *ad conſtit. Reg.* 3. *tomo, titulo de dilationibus, numero quinto*, ſiquidem remittentibus actiones ſuas non datur regreſſus, *l. quæritur*, §. *ſi venditor. ff. de ædilitio edicto*, *l. final ff. de remiſſ. pignorum, cap. ex tranſmiſſa, de renunc.* notat Cov. *lib.* 2. *variar. cap.* 4. *num.* 1. quod verum eſt, licèt aliter ſenſerit Caballinus *de evictionibus*, §. 3. *n.* 114. 8

Septimò, hucuſque reſoluta turbari videntur ex ſequenti conſideratione, videlicet, ſi nunciatio ſufficeret, ſequeretur emptorem rei defenſionem in venditorem transferre, ut ſignificat *textus noſter*, in verſiculo illo, *ut rem tibi venditam defenderet*: ſed defenſio ad emptorem pertinet, juxta textum in *l. ſi ideo* 55. *digeſtis, de evictionibus*: ergo fruſtranea eſt nunciatio; ac per conſequens ſimiliter fruſtranea erunt illa noſtri textus verba. 9

Sed reſpondendum eſt, quod licet emptor teneatur evictionem nunciare venditori, ut de evictione teneatur, non tamen exinde ſequitur in venditorem ex

nuncia-

nunciatione illa in totum fuisse translatum onus defendendi: quoniam etsi ipse teneatur defendere, similiter etiam & emptor defendere debet, cum possideat rem: *l.1.Cod.de evictionibus*; atque ideo similem diligentiam, & procurationem adhibere debet. Notat Caballinus, *de evictionibus*, §.2.*num.*147.Covarr.*dicto lib.3.variarum,cap.17.num.5.*Idem *in prælicis,cap.15. num.* 4. Cum venditor emptori teneatur litis expensas solvere: notat Fachineus *lib.2.controversiarum,cap.*38. Donellus,*in l.si statua* 18.*Cod.de evictionibus* Gomezius, *lib.2.variarum, cap.* 2. *num.* 38. idem Donellus *lib.* 13. *comment. cap.* 2.

10 Octavò, adversus ultimam nostri textus partem, quatenus in ea Gregorius IX. asserit, emptorem de evictione agere non posse, nec venditorem de ea teneri, si per injuriam, aut per errorem Judicis fuerit condemnatus, ut constat ex textu *in dicta l. servi* 5. *l. si per imprudentiam* 52. *ff de evictionibus*: valde obstabit textus in *l. exceptione* 67.*ff. de fidejussoribus*, ubi apparet, si fidejussor injuria Judicis fuerit condemnatus, non sufficit, ut ei mandati actio denegetur; sed necessarium etiam est, ut simul illius culpa interveniat.

Quæ difficultas adeo torsit Cujacium *tractat. 6. ad Africanum, in dicta l.24.ff.de evictionibus*, ut affirmet ultima verba *dictæ legis,Exceptione* 67.delenda esse tanquam ab aliquo perperam adjecta, concluditque solam injuriam Judicis contra fidejussorem sufficere, ut mandati actio impediatur: quæ interpretatio antea fuit Accursii *in dicta l.exceptione*: Qua omissa verius respondendum est, diversam causam esse emptoris, vel fidejussoris: nam emptione contracta, omne periculum ad emptorem pertinet: ac per consequens Judicis injuria ei nocebit, non venditori: at verò fidejussor, vel quilibet alius, qui cum mandato alienum negocium gerendum suscipit,culpam tantum,& diligentiam, ut in re aliena, præstare debet;*l.contractus* 23.*ff. de regulis juris*: quapropter sola injuria Judicis ei non nocebit, *l. si sine* 22. §. *cum autem ff. rem ratam haberi*: notat Paulus de Castro *in dicta l. exceptione*: Donellus *in l. emptor* 8.*n.* 18.*Cod de evictionibus.*

11 Nonò, generalis nostri textus sententia impugnatur ex textu in *l.sed & si* 25.§.*item rem,ff. de petitione hæreditatis*,ubi apparet bonæ fidei possessorem, qui rem hæreditariam distraxit, nec de pretio quidem emptori teneri si res evincatur.

Sed respondendum est,Ulpianum *ibi* tantum docuisse, rebus à bonæ fidei possessore venditis, ita ut non sit factus locupletior, non posse petitorem res ab emptoribus vindicare, si ipse ad bonæ fidei possessorem regressum habent, ne obliquè fiat præjudicium petitionis hæreditatis, cum directò bonæ fidei possessor in ea specie non teneatur: *l.utrum* 23.*ff.de petitione hæreditatis*: merito enim, cum ille bonæ fidei possessor hæreditatis sine dolo consumpsisset, ita ut ex eo non sit factus locupletior, non tenetur de pretio, etiam si res evicta sit: de qua re plura congerit Antonius Faber *in Rationali*, *ad textum in dicta l. sed & si*, §. *item ff.de petitione hæreditatis*: Donellus *lib.* 19. *comment. cap.*14. Osuald.ad eundem, *litera S.* Pacius *Centuria* 7. *quæst.* 100. Pichardus plura refert *in dicto* §. *si finium regundorum*, *Instiut. de officio Judicis*, *capit.* 10. *per totum.*

TITULUS XVIII.
De Locato, & Conducto.

Ad textum in cap. Ex relcripto 1. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Magistri, & Scholares Bononienses, qui ante tempus conductionis conducunt hospitia aliorum Magistrorum,vel Scholarium, sine eorum consensu, excommunicantur.*

2 *Magistris, & Scholasticis est favendum, ut ad studia exercenda, & ad scientias adipiscendas excitentur.*

3 *Scholastici possunt domum pro eodem pretio, etiam finito conductionis tempore habere, & laicis præferuntur.*

Exponitur textus in l.ne cui, Cod. de locato & conducto.

Dominus domus finito locationis tempore, potest invito inquilino alteri,cui voluerit locare.

4 *Expenditur textus in* l.congruit,& l.final. C. de locatione prædiorum fiscalium.

Interpretatur textus in l. locatio 9. §. 1.ff.de publicanis, & vectigalibus.

CONCLUSIO.

EXcommunicati sunt *Magistri, & Scholares Bononienses, qui ante tempus conductionis conducunt hospitia aliorum Magistrorum, vel Scholarium sine eorum consensu.* Consonat textus in *cap. final. de Magistris; l. congruit,& l.final.Cod.de locatione prædiorum fiscal.li.*11. argumento textus in *l.ne cui liceat,Cod.de locato,& conducto; l.* 2. *titulo* 9. *partita* 1. *l.* 5. *titulo* 31. *partita* 2. & in *statutis* hujus nostræ Salmantinæ Universitatis, id privilegium Scholaribus observatur, ut constat ex *constitutione* 25. & 26.& ex *Privilegio Regis Hispanorum*, relato *in eodem statutorum libro*, *folio* 358. Exornant hanc conclusionem Sylvester *in Summa*, verbo, *Excommunicatio, illatione* 9.*num.*8. Suarez *de Censuris,disput.*23.*sect.* 3.*n.*3. Bonacina *de Censuris extra Bullam, disput.* 2. *quæst.* 2. *puncto* 27. Antonius Gomez 2. *tomo variarum, c.* 3.*n.*5. Rebuffus *de privilegiis Scholarium, privilegio* 9. Paz *in praxi,* 3.*tomo folio* 95.*n.* 11. Cujacius *in posthumis ad nostrum textum*, Navarrus *in Manuali c.*27.*num.*114.*versic.*4. Vincentius Carrocius *in tract.de locato.parte* 2. *titulo, de sententia excommunicationis*,cum traditis à Barbos.*in collectaneis ad Decretales, collect.* 36. 1

Ratio est; quia Magistris, & Scholaribus est favendum,ut ad studia exercenda, & ad scientias adipiscendas excitentur,ac in civitatibus,& locis,ubi studia publica sunt, quieti degant,& inter se pacificè se gerant, cum Bononiæ vigeat studium generale, ad quam Universitatem ex diversis mundi partibus Scholastici perveniunt,& cùm ibi sæpè in præjudicium Magistrorum & Scholarium inhabitantium, alii Magistri & Scholares ante tempus conductionis lapsum, conducebant illorum hospitia, & ex improviso illis expellebant, ut constat ex litera *textus*; ideo justa de causa ob evitandum præjudicium illud, fuit imposita pœna excommunicationis contra Magistros, & Scholares, ibi hospitia aliorum Magistrorum, vel Scholarium habitantium conducentes; nisi prius constiterit tempus conductionis esse elapsum,vel inquilini in hoc præstiterint suum favorem,& consensum: notat Abb. *in præsenti,n.*10. 2

Primò, adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes, videlicet,quod Magistri,& Scholares conductores possint rem seu domum pro eodem pretio etiam finito tempore conductionis habere, seu retinere, juxta textum in *l.* 5. *titulo final. partita* 2. notat Barbos. *in præsenti, nu.*2.Gomezius *tom.* 2.*variarum,cap.* 3.*n.*5. obstabit textus in *l.ne cui,Cod.de locato, & conducto*: ubi expressè constat, dominum domus finito locationis tempore posse invito inquilino alteri, cui voluerit locare. Sed huic dubio respondendum est, textum nostrum specialiter esse intelligendum in Universitate Bononiensi, in qua privilegium illud est concessum pro- 3

pter rationes ſuprà in decidendi ratione adductas: & id intelligendum eſt quando antiquus Scholaris vult præferri novo conductori non Scholari; ſecus quando antiquus, & novus conductor ſunt Scholares; quia tunc poterit dominus eandem locare ei, cui voluerit. Notat Carocius *de locato, parte 3. titulo, de libertate*, ſuper materia *dictæ legis, ne cui, Cod. de locato, qu. 1. n. 15.* Barboſ. *in collectaneis ad noſtrum textum, n.*

4 Secundò, obſtat textus in *l. congruit, & l. final. Cod. de locatione prædiorum civilium, lib. 11.* Ubi habetur, quod conductor prædiorum fiſcalium poteſt alteri præferri in eis pro eodem pretio. Sed reſpondendum eſt id eſſe ſpeciale in illis conductoribus: quia aliquando inviti detinentur in conductione: ut docent DD. omnes *in dicta l. congruit, & d. l. final.* præcipuè Gomezius *dicto 2. tom. variarum, c. 3. n. 5.*

5 Tertiò, ſolutioni obſtat textus in *l. locatio 9. §. 1. ff. de publicanis, & vectigalibus*: Ex cujus textus deciſione expreſſè deducitur, quod finito tempore conductionis, poterit fiſcus ei, cui voluerit, locare. Quod dubium dilues, ſi dixeris textum *in dicto §. 1.* non aſſerere, quod conductor vectigalium finito tempore pro eodem pretio non poſſit vectigal retinere: ſed tantum aſſerere, quod ei invito non poterit, finito tempore, fiſcus relocare, ſed tantum conductor ei conſentienti poterit fiſcus locare, nec compellitur primus fundum ſuſcipere, niſi maximos fructus publicanus inde collegiſſet, & poſtea tantidem vectigal locari non poſſet: nam tunc etiam, finito tempore, reconducere compellitur, juxta textum in *l. cotem ferro 11. §. ultim. ff. de publicanis, & vectigalibus*. Notat Cujacius *lib. 5. ſententiarum Pauli in dicta l. locatio 9.* Pacius *Centuria 6. qu. 79.* reliqua, quæ ad hunc textum trahi poterant, ſunt repetenda ex his, quæ inferius dicemus in *cap. propter ſterilitatem 3. §. verum, hoc titulo*; & ex his, quæ refert Morla *in Emporio, titulo, de locato, q. 2.*

Ad textum in cap. Veſtra 2. hujus tituli.

DE materia hujus textus *ſuprà* diximus, *in cap. cauſam quæ 7. de præſcriptionibus*; quæ omnia in præſenti repeti poterunt.

Ad textum in cap. Propter ſterilitatem 3. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Conductori propter gravem ſterilitatem ſine ſua culpa contingentem, pro rata remittitur penſio, niſi poſſit cum ubertate præcedentis, vel ſequentis temporis compenſari.*

2 *Locatio & conductio eſt bonæ fidei contractus, ultro citroque obligatorius.*
Contractus ex conventione legem accipiunt.
Commodum qui ſentit, etiam incommodum ſentire debet.

3 *Locatio eſt quaſi emptio, & eiſdem fere regulis celebratur, atque ipſa emptio.*
Emptione perfecta omne periculum ad emptorem ſpectat.
Locatio, in quo differat ab emptione ibi exponitur.
Emptio, & venditio eſt titulus habilis ad transferendum dominium.

4 *Expenditur textus in* l. ex conducto 15. §. ſi vis 2. verſic. idem dicendum, ff. locati.

5 *Ratio redditur ad textum in* l. penultima, §. navem ff. locati; *& conciliatur cum* l. ex conducto, §. item cum quidam, ff. eodem.

6 *Interpretatur textus* in l. penult. Cod. de condictione ob cauſam data.

7 *Ratio redditur ad textum* in l. ex conducto, §. cum quidam 5. ff. locati.

8 *Remedium* legis 2. Cod. de reſcindenda: *non conceditur, niſi læſo in initio contractus; non vero ſi ex poſt facto læſio contingat.*

9 *Declaratur textus* in l. quicumque, Cod. de fundis patrimonialibus, lib. 11.

10 *Expenditur textus* in l. ex conducto 15. §. Papinianus, *aliàs* l. ſi uno 17. verſiculo hoc idem, ff. locati.

11 *Exponitur textus* l. ex conducto 15. §. ſi vis, verſiculo, ſi qua tamen, ff. locati.
Laudatur DD. Franciſcus Ramos del Mancano.

12 *Ratio redditur ad textum* in l. merces 25. §. vis major, ff. locati.

13 *Textus* in l. cum certus 15. ff. de tritico unico, vel oleo legato: *conciliatur cum* l. ex eo, ff. eodem.

14 *Colono quando caſus fortuitus renunciavit, ſi poſtea caſu fortuito fructus perierint, non fit penſionis remiſſio.*
Contractus formam accipiunt ex conventione.
Remiſſivè ponitur textus in l. licet 8. Cod. locati.

CONCLUSIO.

1 PROpter ſterilitatem gravem conductori ſine culpa ſua contingentem remittitur penſio pro rata, niſi poſſit cum ubertate præcedentis, vel ſequentis temporis compenſari. Conſonat textus in *l. ex conducto, 15. §. 1. l. ſi merces 25. §. vis major, l. Itẽ quæritur, §. exercitu, ff. hoc titulo: l. licet 8. l. excepto. 18. Cod. eodẽ; l. ff. de jure emphyteutico; l. 22. & 23. titulo 8. partita 5.* Exornant Antonius Faber *in Rationali ad textum in d. l. ex conducto*, cum ſimilibus, *ff. locati*: Morla *in Emporio, titulo 10. quæſt. 1.* Covarru. *in practicis, cap. 30.* Menochius *de arbitrariis, centuria 1. quæſt. 76. 78. & 80.* Menchaca *quæſtionum uſu frequentium lib. 3. cap. 14.* Garcia *de Expenſis, & meliorationibus, cap. 13. num. 19.* Maſcardus *de probationibus, tom. 3. concluſione 1339.* Surdus *manuductione 326.* Riminaldus, *Conſilio 282.* Cevallos *communium opinionum, quæſt. 57.* Azevedo *in l. 3. titulo 9. lib. 9. Recopillationis*; Cujacius *li. 15. obſervationum, c. 26.* Fachineus *li. 2. controverſiarum, c. 89* Donellus, *li. 13. comment. c. 7.* Oſualdus, *ibidem, litera A. & B.* Amaya *lib. 3. obſervationum, cap. 3.* Pichardus, plures referens in §. *actionum, Inſtitut. de actionibus, quæſt. 17. num. final.* Cened. *in collectaneis ad Decretales, collectanea 116.* Barboſ. *in collectaneis ad noſtrum textum, n. 2.*

2 Ratio depromitur ex eo: quia locatio, & conductio ſunt contractus bonæ fidei, §. *actionum, Inſtit. de actionibus*: ubi latè Pichardus *quæſt. 1.* ultro citroque obligatorius, *l. juris gentium 7. ff. de pactis*, in quo negocium mutuum geritur, cum alter alteri obligetur propter eam mutuam, & reciprocam obligationem, & præſtationem, quam unuſquiſque adverſus alterum præſtat: ut res ſibi ex bona fide geratur, & omnia ſecundum æqui, bonique regulas fiant: ut, quod quiſque alii deſiderat, & ipſe teneatur exhibere, *l. 1. ff. quod quiſque juris*; & hoc quod docet textus in *l. bona fides 31. ff. depoſiti*: itaque cum hic contractus juxta bonam fidem procedat, id eſt æquitatem, & æqualitatem contineat, *l. & ſiquis 14. §. hæc actio. ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum; l. mandato 22. §. Julianus, ff. mandati: l. 2. §. 1. ff. de precario*; naturali æquitati conſentaneum eſt, ut colono, qui fundum antea conduxit, ut inde fructus perciperet, & ea mente ad penſionem ſolvendam ſe obligavit, ſi nullos percipiat abſque propria culpa, ſed fatali, & majore vi, penſio remittatur. Notat Caſſiodorus *lib. 2. variarum, Epiſtola 38. & 50.* quod maximè convenit æquitati illi naturali, & bonæ fidei, quæ in contractibus locationis deſideratur, *dicta l. ex conducto, ff. hoc titulo*: ſiquidem in contractibus bonæ fidei multa veniunt, de quibus nec dictum nec cogitatum fuit, *l. 2.* ubi Gloſſa final. *Cod. de actionibus empti*; ſi verò conductor fuerit in culpa, non fit illa remiſſio: quia quando culpa præcedit caſum, ille caſus imputatur culpæ: *cap. unico,*

unico, de commodato; l. ſi ut certo, & ibi Gloſſa, *d. tit.* Nec fit deductio, quando conductor recipit in ſe periculum, *l. licet, Cod. hoc titulo.* Ratio eſt; quia contractus ex conventione legem accipiunt, *cap. contractus, de regulis juris, lib. 6. l. ſi quis fundum. ff. hoc titulo.* Ceſſat autem remiſſio, ſi cum ubertate præcedentis, vel ſequentis temporis damnum compenſari poſſit; quia in negotiis lucrum cum damno eſt compenſandum; *l. ſi negotia, ff. de negotiis geſtis*; & qui ſentit commodum, ſentiat incommodum, & è contra; *cap. qui ſentit, de regulis juris li. 6.* ſiquidem ita facta compenſatione, nullum notabile damnum conductor patitur: notat Gloſſa *in dicta l. licet, Cod. hoc titulo.*

3 Primò, obſtabit dicere, quod locatio eſt quaſi emptio: nam conductor aliàs emptor dicitur, cùm eiſdem ferè regulis celebretur locatio conductio, atque emptio venditio; *l. 1. & 2. §. 1. l. ſicut 20. ff. hoc titulo: & principio Inſtitutionum eodem*: ſed poſt perfectum contractum emptionis, & venditionis, omne periculum ad emptorem, non ad venditorem pertinet: etiam ſi majore vi fundus venditus perierit, *l. id quod 7. l. ſi poſt 9. §. ultim.* cum *l. ſequenti, ff. de periculo, & commodo rei vēditæ*; *§. cum autem, Inſtitut. de emptione & venditione.* Quæ difficultas diluitur ex eo; quia licet locatio & conductio in quibuſdam cū emptione & venditione conveniat, in quibuſdam tamen differt; convenit enim in exemplis traditis in *d. l. 1. & 2. ff. hoc titulo*, cum ſimilibus adductis, ſed in pluribus differt: & præcipuum diſcrimen eſt, quod emptio & venditio eſt titulus habilis ad transferendum dominium, *l. nunquam nuda, ff. de adquirendo rerum dominio*: Nam quamvis non ſtatim fiat dominus niſi traditio ſit ſecuta, *l. traditionibus, Cod. de pactis*, & pretium ſolvatur, aut ſatisfactum fuerit, vel fides habita de pretio, *l. quod ſi 19. ff. de contrahenda emptione, §. venditio. Inſtitut. de emptione & venditione.* Tamen in poteſtate emptoris eſt, ut quærat dominium quandocumque oblato pretio, *l. Julianus 13. §. offerre. ff. de actionibus empti.* Unde evenit, ut re perempta periculum ad emptorem ſpectet, *dicta l. id quod 7. ff. de periculo, & commodo*: cum ſimilibus *ſuprà* adductis. Cùm in ejus poteſtate ſit oblato pretio dominium rei venditæ conſequi, *dicta l. Julianus 13. §. offerri, ff. de actionibus empti*: At in locatione, & conductione diverſum jus ſervatur: nam locatio non transfert dominium rei locatæ, *l. locatio 29. ff. locati; l. item ſi pretio 22. §. inſulam, l. in navem, ff. eodem*: ergo nec fructuum dominium transferri poteſt, cum fructus percipiantur, non jure ſeminis, ſed jure dominii; *l. qui ſcit 25. §. ff. de uſuris*; & ideo colonus eos percipere non poteſt niſi voluntate domini; *l. ſi ſervus 61. §. locatio, ff. de furtis*: quibus addo, quod in venditione ſolvitur pretium pro re, quæ contractus tempore præſens eſt: At in locatione non promittitur penſio pro re præſenti, ſed potius tanquam pretium rei futuræ, ſcilicet, uſus, vel fructuum percipiendorum: nec id agitur, ut dominium in conductorem transferatur, *l. non ſolet 39. ff. hoc titulo*, atque ideo ad dominum locatorem periculum, & ſterilitas ſpectat: ut conſtat ex noſtri textus deciſione, juxta textus *in l. item quæritur 13. §. exercitu 7. ff. hoc titulo*: ubi apparet, quod ſi fundus locatus ab ingrediente exercitu fuerit devaſtatus, ita ut à colono prohibere non poſſit, damnum hoc ad locatorem ſpectare Juriſconſultus affirmat.

4 Secundò, huic ſententiæ valde obſtat textus in *l. ex conducto 15. §. ſi vis 2.* verſic. *idemque dicendum ſi exercitus præteriens per laſciviam aliquid abſtulerit: ff. locati.* Ex quibus verbis, *junctò verſiculo præcedenti*, apparet damnum hoc non ad dominum, ſed ad colonum pertinere. In cujus textus difficultate, omiſſa interpretatione Accurſii *ibidem*, dum aſſerit textum illum eſſe intelligendum de modico damno, quod ſemper ſpectat ad colonum, juxta textum *in dicto §. vis major*, & ita intelligit illud *Ulpiani* verbum, *aliquid*, id eſt *parvum damnum*, cujus ſententia non admittitur: atque ideo verius dicendum eſt, Ulpianum *ibi* potius voluiſſe etiam hoc in caſu, damnum domini eſſe, & non coloni; ut ex *caſu præcedenti, & ſequenti* apparet: nam deceptus fuit Accurſius, dum verba illa, *idemque dicendum*, ad primum verſiculum præcedentem refert, & adaptat: ſiquidem verba illa non ſunt cum immediatè præcedentibus conjugenda, ſed cum ſuperioribus in verſiculo *ſed ſi vero*: ita ut ſenſus ſit, quemadmodum ad dominum pertinet quod uredine aut ſolis fervore non aſſueto acciderit, ita id quod exercitus ſuſtulerit. Notat Antonius Faber *In rationali, ad textum in dicta l. ex conducto 15. §. ſi vis, infra*; cui addo in jure non eſſe novum, ut poſteriora verba referantur ad ſuperiores caſus, & non ad proximè præcedentes: Argumento textus in *l. novatio 21. ff. de novationibus*, ubi Accurſius notat & Antonius Faber, *in Juriſprudentia, titulo 2. principio 5. illatione 3.* Oſualdus ad Donellum *lib. 6. comment. c. 2. litera F.*

Tertiò, prædictis obſtat textus in *l. penult. §. navem, in fine. ff. locati*; ubi Jureconſultus Schola aſſerit, quod caſus fortuitus contingens, non ad locatorem navis, ſed ad conductorem pertinet. Siquidem dominus vecturas, quas convenit ſecundum locationem navis, exigere poterit; quod omnino contrarium refert *Ulpianus in dicta l. ex conducto 15. §. item cum quidam, ff. hoc titulo*: ubi ſi quis navem locaverit, ut merces in ea illatæ tranſvehantur, & fortuito caſu acciderit, ut navis amiſſa ſit, & munere vehendi functa non ſit navis, conductor repetit datam mercedem: quia ex regula *noſtrè textus*, caſus fortuitus contingens non ad conductorem, ſed ad locatorem pertinet. In quorum jurium contrarietate reſpondendum eſt, multum intereſſe, an ipſius nautæ culpa acciderit, ut vehendi munere functa non ſit, an verò culpa ipſius conductoris, nam in primo caſu conductor mercedem repetit; & ita eſt interpretandus textus in *dicta l. ex conducto, §. item cum quidam, ff. hoc titulo*: Secus verò dicendum eſt, ſi culpa ipſius conductoris; ut *in dicta l. penultim. §. navem.* ſiquidem conductorum culpa navis non fuit munere vehendi functa, qui merces illicitas, & contra prohibitionem legis contulerant, *l. cotem ferro 11. §. dominus, ff. de publicanis, & vectigalibus*, quapropter recto jure pretium mercedis locator à conductore petit: quam ſolutionem refert Accurſius *in dicto §. navem*, & in *dicto §. item cum quidam*: Antonius Faber, *in Rationali, in dictis juribus*, Julius Pacius *Centuria 5. q. 18.*

Quartò, his omnibus obſtat textus in *l. penultim. Cod. de condictione ob cauſam dat.* ubi apparet, quod cū cauſa, ob quam pecunia data eſt, fortuito caſu non eſt ſecuta, repeti non poteſt; ſed in ſpecie textus *in dicta l. ex conducto, §. item*, caſu fortuito nave amiſſa, factum eſt ne navigaretur: ergo pecunia navigandi cauſa data à conductore repeti non poterat. Cujus ſolutio pendet ex eo, quia *in dicto §. item*, tractatur de contractu nominato locationis; at verò *in dicta l. penult.* agitur de contractu innominato: tum etiam quia *in dicta l. penult. Cod. de condictione ob cauſam dat.* caſus fortuitus contingit ob cauſam dantis pecuniam; at verò *in dicto §. item*, extitit ob cauſam nautæ, qui pecuniam accepit, & navem amiſit, ut ratiocinatur Julius Pacius *in dicta centuria 5. quæſt. 18.*

Quintò, his omnibus obſtat textus *in dicta l. ex conducto, §. cum quidam 5. ff. hoc titulo*, ubi generaliter eſt aſſertum, quod etiam ſi quis de exiguitate fructuum quæratur, non eſt ei ſubveniendum in remiſſione penſionis. Quod dubium dilues ſi dixeris, multum referre, an quis quæratur de exiguitate fructuum, an verò de eorum ſterilitate: quia ſterilitas remiſſioni mercedis locum facit, cum iniquum, & contra bonam fidem eſſet, ut conductor nullos omnino fructus perciperet, nec eo minus tamen totam locationis mercedem ſolveret; Argumento textus in *l. ex empto, 11. §. ultim ff. de actionibus empti*: cum locator præſtare debeat conductori ut fruatur, quod in caſu ſterilitatis nullo modo poteſt; nam vis major impediri non poteſt; dicta *l. ex conducto, 15. §. ſi vis tempeſtatis, ff. hoc titulo.* At exi-

guitas

guitas fructuum non impedit fruitionem, nec is, qui locat se obligat ad certam fructuum quantitatem: sed sub incerto futuri eventus ita contrahit, ut nec lucrum certum sperare conductor debeat, sed si magnum damnum sit, & intolerabile; veluti ultra dimidiam, tunc æquitatis ratio suadet, ut conductori consulatur, & ut remissio pensionis fiat: juxta textum *in l. si merces* 25.§.*vis major*, *ff. hoc titulo*: Argumento textus in *l.*2.*Cod.de rescindenda venditione*: ut latè ratiocinatur Antonius Faber *in Rationali*, *ad textum in dicta l. ex conducto*, 15.§.*cum quidam* 5.*ff.hoc titulo*, Covar.*in practicis*, *tom.* 2. *c.* 30. Carrocius *de locato & conducto*, 3. *parte*, *titulo de remissione pensionis*, *quæst.* 1. Antonius Pichardus plures referens in §. *Actionum*, *Institut. de actionibus*, *quæst.* 17.*n.final.* Pinellus, *in dicta l.* 2.*Cod. de rescindenda venditione.* 1.*parte*, *n.* 21. Barbos. *in Collectaneis ad hunc textum*, *n.* 3.

8 Sextò, huic doctrinæ obstabit dicere, quod colonus remedio *dictæ legis* 2. *Cod.de rescindenda vend.* non poterit sibi consulere: quia remedium illud non conceditur nisi læso in initio contractus, non verò quando læsio contingit ex post facto: notat Covarruvias *in practicis*, *dicto c.* 30. *n.* 2. Pinellus *in dicta l.* 2. *Cod. de rescindend.* 1. *parte*, *cap.* 3. *& num.* 21. *&* 34. Cui difficultati respondendum est cum Paulo de Castro *in dicta l.ex conducto*, §.*si vis*, *n.*4. *ff. hoc titulo*, & cum Gomezio *de contractibus*, *cap.* 3. *n.* 8. scilicet emptionem & venditionem simul atque de pretio, & re conventum fuerit perfici, & instanti certam esse: *l. empti fidei* 9. *l. idcirco* 12. *Cod. de emptione & venditione*; *l.in venditionibus* 9.*l.* 1.§.*final.ff.de contrahenda emptione*, *principio Institutionum*, *eodem*; ita in initium contractus inspicitur, ut læsus judicetur, sed contractus locationis, & conductionis habet contrarium successivum, & est, quasi venditio facultatis, & juris percipiendi fructus cujuscunque anni, & pensio est, quasi pretium fructuum percipiendorum: qui si non omnino percipiantur sine culpa coloni, ex bona fide est, ut cesset pensionis solutio, ad instar emptionis fructuum futurorum; quæ emptio resolvitur si non nascantur: juxta textum in *l. lanæ emptio* 8.*ff.de contrahenda emptione*; & per consequens, si nonnulli percipiantur, & non sufficiant ad solvendam dimidiam pensionis partem, poterit colonus uti remedio *dictæ legis* 2. quasi læsus in contractu locationis ipsius anni.

9 Septimò, his omnibus obstat textus in *l.quicunque*, *juncta* Glossa, *verbo*, *desertas*, *Cod.de fundis patrimonialibus*, *lib.* 11. in quo apparet, quod etiam si sterilitas magna sit, non excusat emphyteutam à solutione integræ pensionis, & tamen contractus emphyteuticus idem cum locatione & conductione judicatur, §.*adeo Institut.de locato*: ergo colonus similiter propter sterilitatem, ut emphyteuta excusari debet. Qua in difficultate respondendum est, fatendo in contractu emphyteutico remissionem pensionis non admitti propter sterilitatem, nisi tota res penitus extinguatur, *l.* 1. *Cod. de jure emphyteutico*: §.*adeo*, *Institut. hoc titulo*, in quo sicut in pluribus differt à locatione, ex congestis à Glossa in §.*adeo Institut.de locato*. Jason *in l.* 1. *Cod. de jure emphyteutico*, *n.* 7. Valascus *de jure emphyteutico*, *quæst.* 20. Et ratio præsentis differentiæ ea est; quia in contractu emphyteutico pensio venit solvenda in recognitionem dominii directi remanentis penes dominum dantem in emphyteusim, potius quàm in recompensationem fructuum, & sic fere semper pensio præstatur non æquivalens fructibus percipiendis: quæ recognitio, etiam re emphyteutica diminuta, vel fructibus non collectis, remanet, & necessaria est; quod secus est in locatione: ut in *textu nostro* apparet: Notat Valascus, *ubi supra*, *quæst.* 27. *n.*6. Jason *in dicta l.* 1. *Cod. de jure emphyteutico*, *n.*17. Morla *in emporio titulo* 10. *q.* 1. *n.*22. Pichardus *in d.* §. *adeo*, *hoc titulo*.

11 Octavò, solutioni traditæ ad textum *in dicta l. quicumque*, *Cod.de fundis patrimonialibus*, *lib.* 11. valde obstabit textus in *l.ex conducto*, §.*Papinianus*, aliàs *l.si uno* 17.*versic.hoc idem*, *ff. hoc titulo*: ubi scriptum est, regulam remittendæ pensionis propter sterilitatem, nisi cum fertilitate pensetur, admittendam etiam esse in damno vectigalis; & tamen vectigalis fundus, emphyteuticarius dicitur: ut constat ex *Rubrica*, *& l.* 1. *ff. si ager vectigalis*, *vel emphyteuticarius petatur*; *l.sciendũ* 15.§.1.*ff.qui satisdare cogantur*. In cujus textus difficultate, omissa interpretatione *Cujacii*, *& Giphanii in dicta l.*1.*&* 2.*Cod.de jure emphyteutico*, quam probat Valascus *de jure emphyteutico*, *dicta quæst.* 17. *n.* 8.& alia Fachinei *lib.* 1. *controversiarum c.* 89. quorum omnium interpretationes convincuntur ex textu *in hoc tractatu* à nemine excogitato in *l.*1.§.*qui fidejusserit*, *&* §.*final.ff.de administratione rerum ad Civitatem pertinentium*: quare his, & aliis omissis, verius est dicendum textum in *dicta l.ex conducto*, §.*Papinianus*, versic. *hoc idem*, alias *l.si uno*, non tractare de fundo vectigali, seu emphyteutico, sed potius de redditibus, & de damno fortuiti casus, quo redditus publici vectigalis, seu tributi graviter minuuntur, aut consumuntur, quo casu conductori vectigalis pensionem remittendam esse, nisi postea alio eventu redditus augeantur, Papinianus respondit, exemplo scilicet sterilitatis prædiorum, à quibus ad vectigalia argumentari solet: *l.*3. §. 1. *ff.de administratione rerum ad Civitatem pertinentium*, ita præsensit Bartolus *in dicta l. cotem ferro* 11. §. *qui maximos*.*ff.de publicanis*, *& vectigalibus*, quæ remissio propter damnum in omnibus tributorum conductoribus observatur, *l. forma*, §. *illam*, *ff.de censibus*: notat Bossius *titulo de remissione mercedis publicanorum*. Narbona *in l.*7.*glossa unica*, *n.* 73. *titulo* 4. *lib.* 2. *Compilationis*.

Hodie verò eo jure utimur, ut conductores vectigalium, & omnium Regiorum reddituum, numquam pensionis remissionem petere possint, etiam si fortuito casu bellis à Principe motis damnum patiantur; *l.* 2. *titulo* 9. *lib.* 9. *Compilationis*; latè Castillo *lib.* 3. *controversiarum*, *cap.* 3. *ex n.* 46. Guttierrez *de gabellis*, *quæst.* 136.

Nonò, adversus textum nostrum *in versic. vitio rei*, 12
dum ibi notant omnes justam remissionis pensionis causam esse vitium rei, & sic inter casus fortuitos connumerari, & vitium rei dicitur in animalibus mors: *l. contractus* 23.*ff.de regulis juris*: in rebus inanimatis, si vinum acuerit, si frumentum putrescat, si fruges nimia ubertate pereant. Obstabit textus difficilis *in dicta l. ex conducto* 15.§. *si vis*, versic. *si qua tamen*, *ff. hoc titulo*, ex cujus decisione manifestè apparet, damnum propter vitium rei non ad locatorem, sed ad conductorem potius pertinere. In quorum jurium contrarietate, omissâ emendatione, quam refert Cardinalis *in præsenti*, dum asserit textum nostrum intelligendum esse cum negatione, hoc est, *non vitio rei*, & Cujacii *in præsenti*, dum existimat esse legendum *vitio cœli*; omissa etiam interpretatione, quam refert Glossa *in præsenti*, verbo, *vitio rei*, quam sequitur Gregorius Lopez *in l.* 22. *titulo* 8. *partita* 5. *glossa final.* & Morla *in emporio*, *titulo* 10. *n.* 23. Veriorem esse existimo, quam refert Doctissimus Amaya *lib.* 3. *observationum*, *c.* 3. *n.* 23. dum asserit Jure Canonico, & Civili certum esse sterilitatis causam committi; quando damnum ex ipsa re oritur, nulla coloni culpa interveniente, veluti si pecora, quæ quis conduxit, moriantur: *dicta l.contractus*, *ff.de regulis juris*: vel si uvæ ita putruerunt, ut minimè ad fructum possint prodesse, vel si vitibus, aut olivis scabies contingat, vel inarescant: Nam his in casibus, absque dubio est, sterilitatem causari, & consequenter remissionem dandam esse: quia hujusmodi vitia naturalia, & interna, non minus inducunt sterilitatem, quàm accidentalia, & extrinseca; & sic de eo vitio, & morbo est intelligendus *textus noster*, in quo nulla culpa ex parte coloni intervenit; & ideo *in sequenti versic.* rectè dixit Pontifex, *sine culpa coloni*: quia licet morbus ex ipsamet re potuit oriri; causari quoque potuit culpa ipsius coloni: veluti si in vineis

malè

malè ſe geſſerit, vel negligenter egerit; quo caſu eſt dicendum quòd culpa coloni ſterilitas provenerit; & tunc remiſſio penſionis fieri non debet; juxta quam ſententiam eſt interpretandus textus *in dicta l. ex conducto*, §. *ſi vis*, verſic. *ſi qua tamen*: quia generaliter non eſt accipiendus, ſed tantum ſecundum ſubjectum exemplum ibi poſitum *ſi vinum coacuerit*, in qua ſpecie rectè ait coloni damnum eſſe, ut diſertè de hac re plura ſcripſit in his, quæ diſcipulis recitavit in *l. licet* 8. *Cod. de locato*, eruditiſſimus *Doctor D. Franciſcus Ramos del Mançano*, olim in hac noſtra Salmantina Univerſitate Juris Cæſarei Primariæ Cathedræ digniſſimus Anteceſſor; nunc in Supremo Italiæ, & Cameræ Regens, & Conſiliarius digniſſimus, qui (ut ſperamus) propter ejus maximam virtutem, prudentiam, ingeniique præſtantiam, ad majora culmina breviter perveniet: Doctor Amaya *dicto lib. 3. obſervationum, cap. 3. nu. 23. cum ſequentibus*, videndus eſt etiam textus in *d. l. conducto* 15. §. *cum quidam* 3. *l. opus* 36. & 37. *ff. hoc titulo*: cum *l. ſi alius* 7. §. *eſt & alia, ff. quod vi aut clam.*

12 Decimò, adverſus textum noſtrum *in verſic. niſi cum ubertate præcedentis*: ex quo deducitur, quod ſi ſterilitas unius anni cum ubertate aliorum compenſari poſſit, remiſſionem penſionis fieri non debere: juxta textum in *l. ex conducto* 15. §. *Papinianus, l. ſi uno* 2. *ff. hoc titulo*; *l. legatum* 17. §. 1. *ff. de annuis legatis*; *l. ex eo* 13. *ff. de tritico, vino, vel olco legato*: *l.* 23. *titulo* 8. *partita* 5. Quod verum eſt ſive compenſari ſterilitas poſſit cum ubertate anni proximè præcedentis, vel ſubſequentis, aut prioribus etiam interpolatis, & longè diſtantibus: dummodo ſint ejuſmodi locationis, non diverſarum. Notat Valaſcus *de jure emphyteutico, quæſt.* 27. *n.*48. Carrocius *de locato, titulo de remiſſione mercedis, quæſt.*8. *n.*47. Morla *titulo* 10. *quæſt.*1. *n.*18. Antonius Faber *in Rationali ad textum in dicta l. ex conducto*, §. *ſi uno, ff. hoc titulo*: Idem *de erroribus, decade* 8. *n.*6. cum traditis à Barboſ. *in collectaneis ad hunc textum, n.*28. Obſtabit textus in *l. merces* 25. §. *vis major, ff. hoc titulo*: ubi ſcriptum eſt, lucrum immodicum perceptum à colono ei auferendum non eſſe, & conſequenter penſionem non augeri propter fructuum ubertatem: ergo nec propter ſterilitatem penſio remittenda eſt, nec propter ubertatem compenſanda erit cum ſterilitate: cum lucri, & damni ratio ſemper ſit habenda: *l. unica*, §. *pro ſecundo, Cod. de caducis tollendis*; *l. ſi non fuerint* 29. §. *ult. ff. pro ſocio.*

Sed ut paucis hanc rem explicemus fatendum eſt, ex juris ratione penſionem non augeri, etiam ſi immodicum nimis lucrum ex fructibus capiat colonus, ſive id eveniat ex induſtria meliorem fundum faciente: ut in *l.* 2. *Cod. de prædiis naviculariorum, lib.* 11. *l.* 2. *Cod. de fundis rei privatæ, lib.* 11. *l.* 3. *de alluvionibus*; *l. penultim. Cod. de omni agro deſerto*; ſive contingat benignitate inſolita cœli, & Solis, ſive alio extrinſeco fortuito caſu: ut generaliter docet textus in *l. merces* 25. §. *vis major, ff. hoc titulo.*

Nec ad rem pertinet regula æqualitatis lucri, & damni, quam expendimus: Nam regula illa ceſſat, quoties diverſa inter utrumque ratio eſt: ut in quæſtione noſtra, in qua propter ſterilitatem penſionem remitti æquiſſimum eſt: quoniam inopinata colono, & improviſa fuit ea calamitas: contra verò penſionis augmentum non rectè petitur propter fœcunditatem: quoniam ea tam locatori, quàm colono optata, ſperata, atque proviſa fuit: ut conſiderat Cujacius *lib.*2. *obſervationum, cap.* 33. Tum etiam quia ut notat Faber *in Rationali ad textum in dicta l. ſi merces*, §. *vis major*, in caſu ubertatis, uterque certat de lucro captando: in caſu verò ſterilitatis ſolus colonus de damno vitando.

13 Undecimò, ſuprà traditis obſtabit textus in *l. cum certus* 5. *ff. de tritico, vino, vel oleo legato*; ubi appareret, quòd ſi legatum fuerit certus numerus amphorarum vini, quod ex fundo productum eſſet, & minus ex fundo colligitur, non plus debetur, quàm quod natum, ſeu perceptum fuerit: quod omnino contrarium refert textus in *l. ex eo, ff. eodem titulo*: *l. legatum* 17. §. *vini ff. de annuis legatis*; *l. Lucius* 18. *ff. de alimentis, & cibariis legatis*: ex quibus omnibus deducitur, quod tota quantitas debetur ita, ut quo minus ex uno anno ſit perceptum, ex redditu aliorum annorum ſuppleatur. Quæ jura ita ad concordiam reduces, ſi dixeris multum referre, an legatum in ſingulos annos ſit relictum, an verò ſemel tantum in uno anno: nam in hoc ſecundo caſu tantum debetur, quod natum eſt, nec ex cæteris ſuppletur, cum ita teſtator præſumatur ſenſiſſe, niſi contrarium expreſſerit: & ita interpretandus textus *in dicta l. cum certus* 5. *ff. de tritico, vino, vel oleo legato*: ſecus ſi in ſingulos annos legaverit: nam tunc id, quod deficit, ex ſuperſtitibus redditibus ſuppletur, cum teſtator non unius anni fructus reſpexiſſet, ſed omnes; & ita ex omnibus legatum deducitur: & quod uno anno deeſt, ex aliis ſuppletur: notat Gloſſa *in dicta l. cum certus*, Cujacius *lib.*2. *obſervationum, cap.*12. Oſualdus ad Donellum *lib.*8. *Comment. cap.* 19. *litera C.* Julius Pacius *Centuria* 6. *q.*34.

Duodecimò, his omnibus obſtat textus in *l. ſi quis domum* 9. §. *Julianus*, aliàs *ſi quis fundum* 10 *l. item quæritur* 13. §. *ſi gemma, ff. hoc titulo*; *l. licet* 8. *Cod. eodem*; *l.* 13. *titulo* 8. *partita* 5. in quibus omnibus juribus apparet, quod etiam ſi caſu fortuito fructus perierint, colono non fit remiſſio. Verùm reſpondendum eſt jura illa procedere, quando colonus ipſe caſibus fortuitis renunciavit, & periculum in ſe ſuſcepit: nam tunc etiam ſi fructus pereant, non fit penſionis remiſſio. Ratio eſt; quia nihil magis bonæ fidei congruit, quàm ſervare quod inter contrahentes conventum eſt, *l. Lucius* 24. *ff. depoſiti*: *l. ex empto* 11. §. 1. *ff. de actionibus empti*; contractus enim formam accipiunt ex conventione; *l. in conventionalibus* 52. *ff. de verborum obligationibus*: Ergo ſi conductor periculum in ſe ſuſceperit, & caſibus fortuitis renunciaverit, periculum ad eum pertinebit; cùm hæc conventio non ſit contra bonos mores, nec contra leges; & ea ratione, quia periculum in ſe ſuſcepit, videtur viliori pretio conduxiſſe: notat Gloſſa *in l. ſed ſi quis*, §. *quæſitum, ff. ſi quis cautionibus*. Paulus de Caſtro, & Alexand. *ibidem*, Antonius Faber *in Rationali ad textum in dicta l. item quæritur*, §. *ſi gemma*; Menchaca *controverſiarum illuſtrium, lib.*3. *cap.* 54. *nu.*5. Barboſ. *in Collectaneis ad hunc textum, n.*7. & pro interpretatione textus *in dicta l. licet* 8. *Cod. hoc titulo, in verſic. ſi tamen expreſſum non eſt*, videndus eſt Cujacius *in l. certi, Cod. eodem*; *& lib.* 16. *obſerv. c.*24. Gifanius *in l. ſi olei* 21. *Cod. eodem*: Oſualdus ad Donelium *lib.* 13. *comment. c.*7. *litera C.* Morla *dicto titulo* 10. *q.*1. *per totam.*

---

§. Verum.

SUMMARIUM.

1 *Inquilinus, etiam invitus ante tempus locationis finitum multis de causis licitè expelli poteſt.*

2 *Locationis contractus eſt bonæ fidei, in quo tacitè ineſt, ne inquilinus poſſit refectionem domus impedire.*
Dominus ſi velit domum habitare poterit inquilinum expellere.
Habitatio eſt pars alimentorum.
Inquilinus ſi malè domum tractat, vel per biennium à ſolutione ceſſaverit, poterit ante tempus expelli.

3 *Textus in* l. æde, Cod. de locato: *conciliatur cum* l. quæro 54. §. inter locatorem, ff. locati.

4 *Expenditur textus in* cap. querelam 10. de Jurejurando.

5 *Redditur ratio ad textum in* cap. conſtitutus 6. verſiculo, cum non quadraginta annos, de Religioſis domibus.

6 *Emptor rei locatæ poteſt ante tempus conductionis colonum expellere.*

Succeſſor alicujus compellitur ſtare locationi antea factæ.

7 *Species ponitur ad textum in* l. filio familias 25. §. final. ff. ſoluto matrimonio.

8 *Exponitur textus in* l. ſi tutelæ 9. ff. de adminiſtratione tutorum.

Minor finita tutela recedere non poteſt à locatione facta per tutorem.

9 *Species redditur ad textum in* l. final. ff. de jure fiſci.

10 *Exponitur textus in* l. ſi quis domo 9. §. 1. ff. locati.

CONCLUSIO.

1 *INquilinus etiam invitus ante tempus locationis finitũ multis de cauſis licite expelli poteſt.* Conſonat textus in *cap. potuit* 4. *hoc titulo*; *cap. hoc jus* §. *qui rem* 10. *quæſt.* 2. *l. æde, Cod. hoc titulo*; *l. quæro* 54. §. *inter, l. Inſulam, l. cum domini* 56. cum aliis, *ff. hoc titulo*; *l. ſi duo* §. *cum inquilinus, ff. uti poſſidetis*; *l.* 6. *titulo* 8. *partita* 5. *l.* 2. *titulo* 17. *lib.* 3. *fori*; §. *adeo* 3. *Inſtitut. de locatione & conductione.* Illuſtrant Covarru. *lib.* 2. *variarum, cap.* 15. *n.* 4. Gomezius *tom.* 2. *variarum, cap.* 3. *n.* 6. Antonius Gabriel *lib.* 3. *titul. de locato, concluſione* 3. Pichardus *in dicto* §. *adeo, Inſtitut. hoc titulo, num.* 53. Connanus *lib.* 3. *comment. cap.* 11. Morla *dicto titulo* 10. *in principio, num.* 24. cum traditis à Barboſ. *in collectaneis ad noſtrum textum*, *n.* 1. 30. & 34. Cujacius *in Novella* 7. & ad *titulum Cod. de locato*: Sarmiento, *lib.* 3. *Selectarum, cap.* 6. *per totum*: Cenedus *in collectaneis ad Decretales, collectanea* 144. *n.* 4.

2 Ratio eſt: quia inquilinus videretur poſſeſſionem domini ædium turbare, ſi poſſet impedire, ne ipſe domum ſuam reficeret; *l. ſi duo*, §. *hoc interdictum, ff. uti poſſidetis*: ſiquidem contractus locationis eſt bonæ fidei, §. *actionum, Inſtitut. de actionibus*; in quo tacitè ineſt, ne inquilinus poſſit refectionem domus impedire: dicta *l. qui Inſulam ff. locati*: & ſimiliter, ſi dominus velit propriam domum habitare, poterit inquilinum expellere: quia æquitas id poſtulat, ut quis re ſua uti poſſit: *dicta l. æde, Cod. hoc titulo*: ſiquidem habitatio eſt pars alimentorum: *l. verbo victus, ff. de verborum ſignificatione*: & ſimiliter ſi inquilinus malè domum tractat, poterit ante tempus expelli: quia dominus in domo non debet ſentire damnum ex culpa inquilini, cum non cenſeatur cum tam gravi conditione contraxiſſe: notat Gloſſa final. *in dicta l. æde.* Sic etiam ſi non ſolvit penſionem intra biennium, ante tempus conductionis poteſt expelli. Ratio eſt: quia inquilinus, qui per biennium penſionem non ſolvit, nec moram purgavit, apparet in culpa eſſe; & cum fidem non ſervet, non eſt fides ei locationis ſervanda, *l. quæro*, §. *inter, ff. locati*; *l. qui fidem, ff. de tranſactionibus*; *l. eum qui*, §. 1. *ff. de inofficioſo teſtamento.*

3 Primò, obſtat textus in *l. æde Cod. hoc titulo*: ubi apparet, quod ſi colonus in penſione ceſſaverit, ſtatim expelli poteſt, nec biennium eſt expectandum: quod omnino contrarium refert textus *in dicta l. quæro* 54. §. *inter locatorem*; *dicta l. cum domum* 56. *ff. hoc titulo.* In quorum jurium conciliatione omiſſis plurimis interpretationibus traditis à Gloſſis *in dicta l. æde*, & Jaſone, *ibidem, n.* 23. Valaſc. *de jure emphyteutico, quæſt.* 21. *num.* 5. Verius reſpondendum eſt in ſimplici locatione uſque ad quatuor annos facta, conductorem penſionem non ſolventem ſtatim expelli poſſe; & ita eſt interpretandus textus *in dicta l. æde, Cod. hoc titulo*; ſecus in locatione quinque, vel ſex annorum: quia tunc expectandum eſt biennium, & ita eſt intelligendus *textus noſter*; & textus *in dicto* §. *inter locatorem*, cum ſimilibus *ſupra* adductis: notat Abbas *in præſenti, n.* 10. & ita ſimiliter ad concordiam reducuntur textus in *l.* 5. cum *l.* 6. *titulo* 8. *partita* 5. ut illuſtrat Gomezius, *tom.* 2. *variarum, cap.* 3. *num.* 6. Pichardus *in* §. *adeo autem* 3. *num.* 52. *cum ſequentibus*: & quid dicendum in emphyteuta? videndus eſt Pichardus *in tractat. de Mora, num.* 99. *cum ſequentibus*, Cujacius *in recitationibus ad titulum, Cod. de locato, in principio.*

Secundò, prædictis obſtat textus difficilis, & extraordinarius in *cap. querelam* 10. *de jurejurando*, ubi ſola ceſſatio ſolutionis penſionis per biennium non ſufficit ad privationem, niſi juramentum ſit interpoſitum ſe non ceſſare in ſolutione: quod omnino contrarium refert *textus noſter*; ſiquidem ſola ceſſatio cenſus, ſeu penſionis non ſufficit, ut privatio fiat, juxta textum *in cap. conſtitutus, in fine, de Religioſis domibus*, atque ideo de perjurio, conſulendus eſt Pontifex: nam aliàs ſola ceſſatio per biennium ſufficiens erat ad privationem: ut rectè animadvertit Abb. *in dicto cap. querelam* 10. *de jurejurando, n.* 2. 4

Tertiò, adverſus ea, quæ communiter in præſenti notant omnes, videlicet emptorem rei locatæ poſſe expellere colonum ante tempus conductionis, juxta textum in *l. qui fundum, l. merces*, §. *qui fundum, ff. locati*; *l. nihil* 122. §. *final. ff. de legatis* 1. §. *mortuo, Inſtitut. hoc titulo l.* 17. *titulo* 8. *partita* 1. Obſtabit principium illud, quo docemur, quod ſucceſſor alicujus compellitur ſtare locationi antea factæ, juxta textum *in l. viam veritatis, Cod. hoc titulo*; *l. cum in plures, verſic. ſi hæredem, l. ſedem*, §. *ſi quis mulierem vehendam, ff. locati*; ſed emptor in re vendita ſuccеſſor eſt venditoris, & poſſeſſionis ejus, *l. Pomponius* 13. §. *præterea*, & §. *quæſitum, ff. de adquirenda poſſeſſione*: *l. ſi duobus*, 6. & *l. de acceſſionibus* 14. *ff. de diverſis, & temporalibus præſcriptionibus*; §. *inter venditorem, Inſtitut. de uſucapionibus*: ergo quemadmodum hæres compellitur adimplere locationem à defuncto antea factam: ita & ſimiliter emptor compelli debet, qui vicem hæredis, & ſucceſſoris retinet. 5

Verùm dubium hoc dilues, ſi dixeris plurimam differentiam verſari inter emptorem, & hæredem: hoc eſt inter particularem, vel univerſalem ſucceſſorem: quia particularis ſucceſſor, hoc eſt emptor, nondum finito tempore poterit conductorem expellere, & ita eſt interpretandus textus in *dicta l. merces*, §. *qui fundum, ff. locati*; cum ſimilibus *ſuprà* adductis. Ratio differentiæ in eo conſiſtit: quia emptor poſt traditionem, ſi pretium ſolverit rei emptæ, dominium conſequitur: §. *per traditionem*, §. *venditæ, Inſtitut. de rerum diviſione*; *l. traditionibus, Cod. de pactis*; & conductor nullum jus reale conſequitur ex conductione, ſed tantum actio perſonalis ex conducto illi competit, *l. ex conducto, ff. locati*: *principio Inſtitut. eodem titulo*: quam perſonalem actionem fundi poſſeſſor non conſequitur, *l. final.* §. *final. ff. de contrahenda emptione*: atque ideo emptor ante finitum tempus conductionis poterit colonum expellere: ſiquidem jus, quod conductor habet in re locata, facta venditione extinctum fuit; *l. ex vectigali, ff. de pignoribus.* Quæ ratio ceſſat in hærede, qui eſt univerſalis ſucceſſor, & locationi ſtare compelletur, ex eo, quia hæres ejuſdem juris, & poteſtatis eſt, cujus fuit defunctus; *l. hæredem, ff. de regulis juris*: & ideo una, & eadem perſona cum eo cenſetur, *Authentic. de jurejurando à moriente præſtito, in fine principii, collatione* 5. Deinde, quia actio perſonalis in hæredem tranſmittitur, *l. pro hæreditariis, l. debitores, Cod. de hæreditar. action. l.* 1. *Cod. ſi certum petatur.* Præterea quia cum hæres ex perſona defuncti lucrum capiat, ejus factum improbare non poterit, *l. ex qua perſona, ff. de regulis juris*; *l. cum à matre, Cod. de rei vindicatione*, notat Cujacius *in recitationibus ad titulum Cod. de locatione*: *in principio, apud medium*, Morla, *ubi ſupra, dicto titulo* 10. *quæſt.* 2. *num.* 4. *cum ſequentibus*, Duennas *regula* 240. *limitatione* 1. Carracius *de locato*, 4. *parte titulo de ſucceſſore quæſt.* 3. Pichardus *in* §. *mortuo* 7. *Inſt. hoc titulo, n.* 7. & 18.

Quartò, adverſus textum noſtrum valde obſtabit textus in *cap. conſtitutus* 6. *de Religioſis domibus*; verſiculo, *cum per quadraginta annos*: ex cujus textus 6

deciſione

cisione apparet, quod etiam si pensio per quadraginta annos non fuerit soluta, Ecclesia non cadit à jure, & tamen Ecclesia si cessaverit à solutione Canonis per biennium, vel triennium, cadit à jure suo: notat Abb. *in dicto cap. constitutus*; *num.* 18. Cui dubio respondendum est, multum interesse, an agatur de contractu emphyteuticario, an verò de censuali: nam in emphyteuticario res cadit in commissum, si pensio non solvitur: ut in *textu nostro*: at verò in contractu censuali reservativo, jus non perditur, sed tantum potest censuarius compelli ad solutionem; & ita obtinet textus *in dicto cap. constitutus* 6. Ratio differentiæ est: quia in contractu emphyteuticario tantum transfertur dominium utile in emphyteutam, directo remanente apud dominum: nam res videtur concessa sub conditione si pensionem solverit: argumento textus in *l. quæ* 20. §. *inter locatorem*, *ff. locati*: at verò in contractu censuali transfertur dominium in recipientem, tam utile, quàm directum, ita ut nihil juris super re illa remaneat penes concedentem; & quod *in dicto cap. constitutus* 6. fit actum de contractu censuali, colligitur ex eo, quod Episcopus transtulit in monasterium quidquid juris habebat in illis Ecclesiis, quæ transmissio licet per censum fieri poterat, non tamen per emphyteusim: siquidem spiritualia non possunt concedi in emphyteusim, cum quodammodo viderentur vendi; sed ad censum possunt concedi, quia census retinetur non in compensationem juris concessi, sed potius in memoriam libertatis concessæ, seu in signum præteritæ subjectionis, & sic *in dicto cap. constitutus*, pro illo verbo, *pensionis*, legendum est, *census*: notat Glossa, *ibidem*, verbo, *pensionis*: Abb. *num.* 18. Barbos. *in collectaneis ad Decretales*, *in dicto cap. constitutus*, *n.* 3. & 13. ubi plures refert.

7 Quintò, adversus distinctionem *supra in 4. dubio*, de successore universali, vel particulari, adductam; obstabit textus in *l. si filio familias* 25. §. *final.* §. *soluto matrimonio*: ubi in locatione fundi dotalis à marito facta in quinquennium, si post primum forte locationis annum divortium fuerit factum, scriptum est, non aliter fundum mulieri reddi debere, quàm si marito caveat de indemnitate, ut quidquid colono expulso solvere maritus sit condemnatus, restituat: Ex qua sententia convincitur distinctio *suprà* adducta: siquidem mulier, quæ divortio facto, successor particularis est in re dotali, & præcisè compellitur locationem à marito factam adimplere, ita ut sine cautione illa non possit colonum ante tempus conductionis expellere: ut docet Glossa, in *l. divortio* 8. *in principio*, *ff. soluto matrimonio*: Abb. in *cap. ultimo*, *nu.* 8. *ne Prælati vices suas*, Lasarte *de decima venditionis*, *cap.* 18. *n.* 98. Barbos. plures referens *in dict. l. si filio*, §. *ultim. num.* 1. *ff. soluto matrimonio*. Sed quidquid Doctores *supra* adducti reluctentur, verius dicendum est ex distinctione *suprà* adducta, singularem successorem non teneri locationem adimplere, sed posse expellere conductorem ante impletum tempus. Nec contrarium docet textus *in dicto* §. *final.* siquidem, ibi mulier præcisè non compellitur stare locationi à marito factæ, sed causativè tantum, hoc est nisi cautionem indemnitatis marito præstiterit: notat Accursius *in l.* 2. §. *ultim. ff. de dote prælegata*; Barbos. *in dicta l. si filio*, §. *ultim. ff. soluto matrimonio*; *nu.* 2. & 13. Cujacius *lib.* 36. *Pauli ad edictum*, *ibidem*, *titulo* 10. *quæst.* 2. *nu.* 8. 9. & 10. Pichardus *in* §. *mortuo* 7. *Institut. hoc titulo*, *numero final.* Carrocius *de locato*, *titulo de jure dotium*, *n.* 4. & 5. Anton. Faber *de erroribus*, *decade* 24. *errore* 4.

8 Sextò, solutioni *suprà* adductæ obstat textus in *l. si tutelæ* 9. *ff. de administratione tutorum*: ubi minor finita tutela recedere non potest à locatione facta per tutorem. Verum respondendum est, *textum* illum procedere in locatione facta à tutore, qui contractus cum ad rem pupilli pertineat, ejus nomine factus censetur; *l. post mortem*, §. *tutor.* & *l. final. ff. de institoria actione*: Unde cū locatio nomine pupilli sit facta per tutorē, ex quadam juris fictione ab ipso pupillo facta censetur, *l. si pater*, *ff. manumissis vindicta*: *l.* 1. §. *dejecisse*, *ff. de vi*, & *vi armata*; *l. ita tamen*, §. *quæsivisse*, *ff. de administratione tutorum*. Unde minor succedens post finitam tutelam, locationem servare tenetur, tamquam ipsius nomine factam: quæ quidem ratio cessat *in dicto* §. *si vir*: nam cum maritus dotis dominus sit, *l. dotale prædium*, *ff. de fundo dotali*; *principio Institutionum*, *quibus alienare licet vel non*: ideo locatio ab eo facta, potius ipsius nomine, quàm uxoris facta censetur; argumento textus in *l.* & *magis* 4. *ff. de solutionibus*.

Septimò, prædictis obstat textus difficilis in *l. final.* 9
ff. de jure fisci, ubi, cùm prædia fiscalia locata essent, eadémque postea à Procuratore fisci vendita, & emptori adjudicata essent, deinde alio emptore meliorem conditionem, seu majus pretium offerente intra tempora licitationis, quæ servatur in rebus fiscalibus, *l.* 1. *Cod. de vendend. rebus Civitat. lib.* 11. *l.* 4. *Cod. de fide*, & *jure hastæ fiscalis*, *lib.* 10. primus emptor tantumdem offerens prædia retinuit, & in possessionem inductus est; quæritur de fructibus medio tempore perceptis inter primam, & secundam venditionem? Quibusdam placuit ad fiscum, qui vendiderat, fructus pertinere; quia emptio pro infecta habetur, *l. item* 6. §. *ultimo*, cum *legibus sequentibus*, *ff. de in diem adjectione*; nonnulli affirmabant fructus perceptos ad emptorem pertinere, ex regula textus in *l. Julianus* 13. §. *si fructibus*, *ff. de actionibus empti*; *l. videamus* 38. §. *si ex causa*, *ff. de usuris*. Papinianus verò existimavit prædiorum locatorum fructus colonum percipere debere, nec ab emptore expelli posse, si pensionem ei solvat, ne alioquin colono expulso fiscus actione locati conveniatur. Ex cujus textus decisione colligitur, emptorem fundi fiscalis stare debere locationi factæ à fisco, & percipere pensiones rei locatæ. Verum huic dubio verissimè est respondendum textum *in dicta l. final.* procedere speciali ratione in prædiis à fisco venditis, ut sic fiscus exoneretur, ne teneatur conductori actione locati, si ei frui non licuisset: notat Cujacius *in recitationibus ad titulum Cod. de locato*, *apud finem*: Idem in *l. ultima*, *ff. de jure fisci*, Gisanius in *l. emptorem*, *Cod. hoc titulo*: Barbos. *in dicta l. si filio familias*, §. *ultimo*, *ff. soluto matrimonio*: Carrocius *de locato*, *titulo de successore*, *quæst.* 24. *num.* 3. Merillius *lib.* 2. *observationum cap.* 20.

Octavò, his omnibus obstat textus in *l. si quis domum* 10
9. §. 1. *ff. locati*: ubi apparet, quod si usufructuarius locaverit fundum in quinquennium, & ante tempus elapsum decesserit, ejus hæres, hoc est proprietarius non tenetur primæ locationi ab usufructuario factæ stare. Quæ difficultas ex eo diluitur; quia cum usus-fructus sit servitus personalis, & finiatur morte, & cum persona extinguatur, §. *ultimo*, *Institut. quibus modis usus fructus amittatur*, consequens est locationem à fructuario factam ejus morte finiri, & extingui: *l. locatio* 4. *ff. locati*, cùm resoluto jure dantis resolvatur etiam jus accipientis, ex textu vulgari in *l. lex vectigali* 31. *in fine*, *ff. de pignoribus*; *l. peto* 69. §. *prædium*, *ff. de legatis* 2. notat Antonius Faber *in Rationali*, *ad textum in dicta l. si quis domum*, §. 1. *ff. hoc titulo*: Morla *in emporio*, *dicto titulo* 10. *quæst.* 2. *num.* 12. de qua re plura scripsimus in 1. *tom.* in *cap. quia U.* 11. *de judiciis*. De ultima nostri textus parte, *in versiculo*, *si sibi satisfactione celeri non providit*, videri oportet ea, quæ infrà dicemus in *cap. potuit* 4. & *final. hoc titulo*.

Ad textum in cap. Potuit 4. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta Ecclesiæ meliorationes suas vendere non potest, nisi servatis his de quibus mentio habetur*

in cap. potuit 4. de locato; *& ſi contra fecerit, vel Canonem per biennium non ſolverit, neque moram poſtea celeriter purgaverit, rectè poteſt expelli.*

Moræ emendatio, etiam die, & pœna adjecta non excluditur, ibid.

2 *Dominium utile transfertur in emphyteutam; directum verò remanet apud concedentem.*

Pacta inter contrahentes ſervari debent.

3 *Expenditur textus in* l. 2. §. ſin autem Cod. de jure emphyteutico: authent. qui rem, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.

4 *Refertur ratio ad textum in* l. trajectitia 22. in principio, juncto §. de illo, ff. de obligation. & actionibus.

5 *Impugnatur ſolutio tradita ad textum* in dicto §. de illo, *& vera refertur.*

6 *Explicatur textus* in l. magnum 11. Cod. de contrahenda, & committenda ſtipulatione.

Quiſque quod ſpopondit, in memoria tenere debet.

7 *Exponitur text.* in l. Celſus 27. ff. de receptis arbitris.

Pœna in compromiſſis quare imponitur.

8 *Declaratur textus in* l. ſi fundus 4. §. Marcellus, ff. de lege commiſſoria.

9 *Species ponitur ad textum in* l. 1. verſic. niſi forte, ff. de penu legata.

Latiſſima interpretatio in ultimis voluntatibus ſemper facienda eſt.

Moræ emendatio tam in ultimis voluntatibus, quàm in contractibus admittitur.

10 *Refertur interpretatio ad textum* in l. Thais 41. §. intra certa, ff. de fideicommiſſariis libertatibus.

11 *Intelligitur textus in* l. cum hæres, 4. §. item Caſſius, l. ſervus, qui teſtamento 14. §. ſervus, de ſtatu libertis.

12 *Mora modica nocere non ſolet, cum in ea magnum præjudicium non eſſe poſſit.*

13 *Mora poſt litem conteſtatam emendari non poteſt.*

Refertur ſententia textus in l. 3. §. final. & l. 4. in fine, ff. judicatum ſolvi.

Res inter alios acta, aliis non nocet.

15 *Expenditur textus in* l. fidejuſſor. 15. ff. de doli, metusve exceptione.

Æſtimationem qui præſtat, rem ipſam præſtare videtur.

16 *Intelligitur deciſio textus in* l. hoc judicium 5. verſic. ſed tamen abſolvendum eſt, ff. de publicanis, & vectigalibus.

CONCLUSIO.

1 *Emphyteuta Eccleſiæ meliorationes ſuas vendere non poteſt, niſi ſervatis his, de quibus in textu noſtro mentio habetur, & ſi contra fecerit, vel canonem per biennium non ſolverit nec moram poſtea celeriter purgaverit, juſtè poteſt expelli.* De prima hujus textus parte jam *ſupra* ſcripſimus, *in cap. propter ſterilitatem 3. hoc noſtro titulo.* Nunc verò à nobis tantum agendum eſt de ultima ejus parte in verſiculo, *niſi celeri ſatisfactione*, ex quo talis deducitur diſputanda concluſio; *moræ emendatio etiam die, & pœna adjecta, non excluditur.* Quæ concluſio comprobatur ex textu *in cap. propter ſterilitatem, hoc titulo, in fine cap. ſi quis Presbyterorum, de rebus Eccleſiæ alienandis, vel non*: argumento textus in *cap. quod ſicut in fine de electione, capit. mora* 25. *cap. non eſt in mora, de regulis juris, lib. 6. l. interdum,* §. *ultimo, l. qui Romæ* 122. §. *Flavius Hermes, l. ſi ita quis* 155. *ff. de verborum obligationibus, l. & ſi poſt tres* 8. *ff. ſi quis cautionibus; l. Lucius Titius* 48. cum *l. ſequenti, ff. de actionibus empti: l. Sancimus* 47. *Cod. de fidejuſſoribus, & mandatoribus, l. commiſſaria* 4. *Codic. de pactis inter emptorem, & venditorem: l. Æmilius Largianus* 39. *ff. de minoribus: l. Papinianus,* §. *meminiſſe, digeſt. de inofficioſo teſtamento; l. Amplius hoc digeſt. rem ratam haberi: l. promiſſor,* §. 1. *digeſt. de conſtituta pecunia; l. ab hoſtibus,* §. *ſed quod ſimpliciter, digeſt. ex quibus cauſis majores: l. unica, Codic. de pluſpetitionibus:* cum traditis à Gloſſa *in præſenti, verbo, cæteri: l. 3. tit.* 14. *partita* 5. *l.* 28. *tit.* 8. *partita* 5. Exornant ultra Ordinarios in præſenti, & in *l. inſulam* 84. *digeſt. de verborum obligationibus*, Æmilius Ferretus *tractat. de Mora, columna undecima, numero trigeſimo*, Joannes Saporta *eodem tract. c.* 4. *n.* 135. Joannes Robertus Aurelianenſis, *lib.* 2. *ſententiarum, c.* 18. Valaſcus *quæſtione quinta, numero decimo tertio*, Ludovicus Peruſius *deciſione* 90. *numero ſexto*, Ovidius de Amicis *in repetitione, ad noſtrum textum, quæſt.* 28. Antonius Pichardus in *tractat. de Mora, n.* 98. Azor. *inſtitutionum moralium parte* 3. *lib.* 10. *de emphyteuſi, c.* 7. *quæſt.* 7. Connanus *lib.* 7. *comment. c.* 12. *n.* 9. Covar. *lib.* 3. *variar. c.* 17. *n.* 4. Sarmiento *lib.* 3. *Selectarum, c.* 5. Julius Clarus, §. *emphyteuſis, qu.* 8. *n.* 15. Menochius *de arbitrariis, caſu* 7. Idem *de præſumptionibus, præſumpt.* 112. *n.* 11. Afflictis *deciſion.* 174. Cujacius *tractat.* 7. *ad Africanum in l. trajectitia* 23. *ff. de obligationibus, & actionibus, & action.* Robertus *lib.* 3. *rerum judicatarum, cap.* 8. Amaya plures referens, in *l.* 1. *Cod. de fide, & jure haſtæ fiſcalis lib.* 10. Donellus *in tract. de Mora*, ferè *per totum*, idem in *l. ſi ſervum* 91. §. *ſequitur, digeſt. de verborum obligationibus*, Oſualdus ad Donellum, plures referens, *lib.* 16. *comment. cap.* 13. *litera E.* cum traditis à Cenedo *in collectaneis ad Decretales collectaneæ* 144. *nu.* 6. Barb. *in collectaneis ad noſtrum textum, nu.* 13.

Ratio eſt: quia per contractum emphyteuticum transfertur utile dominium in emphyteutam, ſed dominium directum remanet apud ipſum concedentem, cui aliquid ſingulis annis ſolvitur in ejus recognitionem, juxta conventionem inter eos initam, *l. 1. ff. ſi ager vectigalis*: & ſicut providendum eſt domino directo, ne ejus conditio fiat deterior per alienationem in alium emphyteutam, ſed quod cæteris paribus ipſe præferatur in alienatione; ita eſt conſulendum emphyteutæ, ne prohibeatur frui ſuis meliorationibus in caſibus ſibi emergentibus, uti ſiquidem eſt cavendum, ut pacta inter eos ſerventur, *cap. 1. de pactis, cap. hoc jus* §. *perpetua* 10. *quæſt.* 2. Ideo in præſenti habita utriuſque ratione ſtatuitur, ut emphyteuta Eccleſiæ poſſit vendere ſuas meliorationes, dummodo primò requirat Eccleſiam, an ipſa velit illas emere, & ei denunciet, quantum habere poteſt ex illis; & ſi ipſa dixerit ſe nolle emere, tunc ille poterit jus ſuum aliis vendere: vel ſi ipſa nihil dixerit; ille debet Eccleſiam per duos menſes expectare, quibus elapſis poterit emphyteuta meliorationes alii vendere, dummodo talis venditio fiat perſonis, quæ ab hujuſmodi emptione non ſint prohibitæ: & ſi emphyteuta contra fecerit, vel per biennium in ſolutione ceſſaverit, licitè poteſt expelli: quia moram commiſit, & in culpa eſt ſiquidem legem contractus fregit, *l. quæro,* §. *inter ff. hoc titulo*, & non eſt neceſſe ſervare fidem in locatione conventa, *l. Julianus*, §. *offerri, ff. de actionibus empti*: ſiquidem tunc dies ſtatuta, pro domino interpellet, & debitorem in mora conſtituat: *l. final. Cod. de jure emphyteutico, l. magnam* 12. *Cod. de contrahenda, & committenda ſtipulatione, l. pecuniæ funebris* 9. §. *uſurarum: ff. de uſuris: l. libertis* 18. §. *manumiſſis, ff. de alimentis, & cibariis legatis*, cum traditis à Pichardo *in tr. de mora n.* 67. purgatur autem ſi celeriter fuerit ſatisfactum. Communiter autem celeris ſatisfactio dicitur, ſi ante litem conteſtatam penſio fuerit oblata: argumento textus in *l. amplius non peti* 15 *ff. rem ratam haberi: l. unica, Cod. de pluſpetitionibus, cap. unico, eodem titulo, l. Inſulam* 84. *ff. de verborum obligationibus.* Aliquando dicitur uſque ad decem dies: nam tunc abſque arbitrio Judicis purgari poterit, juxta textum ita intelligendum in *l. promiſſor* 21. §. *ſi ſine die, de conſtituta pecunia; l.* 28. *tit.* 8. *partita* 5. Sed ejs tranſactis, celeris ſatisfactio arbitrio judicis relinquitur, *l. ſi ita promiſerit, paragrapho Seja cavit, Cod. de verborum obligationibus* tenet Bernardus *in præſenti, verbo, celeri*, cujus doctrina hodie jure Regio obſervatur in *l.* 3. *titulo* 14. *partita* 5. ibi, *è ſi acaceieſſe cõtienda ſobre eſta por poco tiẽpo demos de*

2

de dos annos, debe ser librado por el albedrio del Juez. Quas leges Regias ita ad concordiam reducimus, etsi Gregorius Lopez, *ibidem* existimet vix ad concordiam reduci posse.

Primò, adversus conclusionem desumptam ex illa ultima nostri textus parte valde obstabit textus in *l.* 2. §. *sin autem*, *Cod. de jure emphiteutico*: *authent. qui rem*, *Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*: *Authent. de non alienandis*, *aut permutandis rebus Ecclesiæ*, §. *scire autem emphyteutas collatione* 2. *Authent. de alienatione emphyteus.* §. *si vero*, *collatione* 9. Ex quibus juribus constat, quod si à solutione canonis per biennium emphyteuta Ecclesiasticus cessaverit, aut per triennium, omni modo moram emendari non posse, quin statim à jure suo cadat: ergo die, & pœna adjecta, mora non emendatur. Quo in dubio communiter dici solet, esse discrimen constituendum inter jus Cæsareum, & Pontificium, ita ut de jure nostro Pontificio emphyteuta si cessaverit à solutione per tempus præfinitum, ad moræ emendationem postmodum admittatur: juxta textum nostrum in versic. *si celeri in dicto capit. propter sterilitatem*, *in fine*; *hoc titulo*: jure verò Civili emendationem non admitti, ex *dicta l.* 2. versicul. *Sed omnimodo eo repellendo*, cum juribus supra adductis: quam tenet Covarr. *lib.* 3. *variarum*, *cap.* 17. *numer.* 4. Connanus *lib.* 7. *comment. Juris Civilis*, *cap.* 11. *nu.* 9. Afflictis *Decis. Neapolitana* 174. *per totam*, Julius Clarus *lib.* 3. *receptarum sententiarum*, §. *emphyteusis quæst.* 8. Gregorius Lopez *in l.* 28. *titulo* 8. *partita* 5. Joannes Guttierrez *de juramento confirmatorio*, *cap.* 31. quorum opinio licet in judicando, & consulendo admitti poterit, tamen in puncto juris, quia institutum nostrum est jus Pontificium defendere ex nostri textus decisione contrariam sententiam amplectimur. Nec obstant jura *suprà* in argumento adducta: quia licet ex illis constet per lapsum biennii, vel triennii, sine alia interpellatione moram committi, non tamen negant ejus moræ emendationem admitti posse ante domini declarationem, vel eo permittente, vel celeri satisfactione admissa, juxta *nostri textus* sententiam. Quæ doctrina similiter etiam comprobatur ex *dicta l.* 2. §. *sin autem*, *Cod. de jure emphyteutico*, *versic. volenti ei.*

4 Secundò, valde obstat textus *in l. trajectitia* 22. *in principio*, juncto §. *de illo*, *ff. de obligationibus*: ubi Jurisconsultus affirmat, quod ubi dies, & pœna adjecta est, mora purgari non potest. In cujus textus difficultate Angelus in *l. post tres* 8. *ff. si quis cautionibus*, Ripa *in dicta l. si Insulam*, *n.* 37. arbitratur, ideo *in dicto* §. *de illo*, moram non emendari, quia duplex fuit; una per diei lapsum, altera per interpellationem: quæ geminatio emendationem impedit, juxta *Bartoli* doctrinam *in dicta l. si Insulam*, *n.* 16. Jason, *ibidem*, *nu.* 15. quorum sententia adaptari non potest ad textum *in dicto* §. *de illo*; siquidem interpellatio, de qua ibi mentio habetur, ante diem facta fuit; quæ debitorem in mora non constituit, juxta veram moræ diffinitionem traditam ab Hotomanno, *lib.* 2. *observationum*, *cap. final.* meritò cùm unica tantum mora fuerit ab unica interpellatione producta, emendatio impediri non debet.

Sed hæc *Angeli*, & *Ripæ* interpretatio apertè convincitur ex eo, quod præter divinationis vitium, quod continet, violat etiam verbum *interpellatus*, de quo ibi mentio habetur, quod de opportuna, & congrua interpellatione accipiendum est; juxta textum in *l. mora*, versicul. *si interpellatus opportuno loco non solverit*, *ff. de usuris*. Tum etiam quia verius est multiplicem intervenisse: ita defendit *Bolognetus* contra Bartolum *in dicta l. si Insulam*, *num.* 19.

Quare his, & aliis omissis, verissimè respondendum est, *in dicto* §. *de illo*, non propter diem, & pœnam, sed propter interesse stipulationis moræ emendationem excludi. Quod ex eo constat: quia *textus* ille, in trajectitia pecunia loquitur, in qua tunc stipulatio committitur, cum stipulator damnum passus est, propter operas servi amissas: quod quidem extrinsecum interesse impedit moræ emendationem, juxta textum *in dicta l. si post tres* 8. *ff. si quis cautionibus*; *l. utique* 17. *ff. receptis arbitris.*

Tertiò, solutioni obstabit dicere, quod secundum 5
regulam *suprà* adductam admittenda videtur in obligationibus faciendi moræ emendatio; cùm in illis semper post moram succedat obligatio ad interesse, *l. stipulationes non dividuntur* 72. *versiculo*, *Celsus*; *l. cum stipulatus sim.* 113. §. *final. l. si fundum* 114. *ff. de verborum obligationibus*; *l. si quis ab alio* 13. *ff. de re judicata.* Quæ in difficultate respondendum est, textum *in dicta l. trajectitia* 22. §. *de illa*, *ff. de obligationibus*, *& actionibus*, procedere in interesse extrinseco, quod est ultra rei valorem; nec unquam præsumitur in obligationibus faciendi, nisi postea extrinsecè de eo constiterit, de quo mentio habetur in *l.* 1. *versiculo*, *hoc autem*, *ff. de actionibus empti*: cujus exempla sunt in *l. venditor* 8. *ff. de evictionibus*; *l. si sterilis* 22. §. *cum per venditorem*, *ff. de actionibus empti*; siquidem *in dicto* §. *de illo*, loco lucri pœna præstabatur, quæ ob opus ejus, qui eam pecuniam peteret, in stipulationem erat deducta. Notat Baldus *in l. magnam* 11. *Cod. de contrahenda*, *& committenda stipulatione*: Bolognetus, *in dicta l. si Insulam*, *n.* 108. Robertus *lib.* 4. *Sententiarum cap.* 18. *littera* G. At verò jura in argumento adducta procedunt in interesse intrinseco, quod quantitas rei appellatur, ad differentiam extrinseci, quod in obligationibus faciendi post moram semper adest; ut constat ex *Bolognetto*, & *Roberto* locis *suprà* citatis.

Quartò, obstat textus in *l. magnam* 12. *Cod. de con-* 6
trahenda, *& committenda stipulationes* in cujus textus specie apparet, quod si quis certo tempore facturum se aliquid, vel daturum stipulatur, &, nisi id illo certo tempore perfectum fuerit, certam pœnam se daturum adjiciat: etsi nullus eum admoverit, pœnæ fiet obnoxius; cum in memoria quisque quod spopondit tenere debeat, nec expectare ab alio admonitionem. Ex cujus textus decisione apertè constat, quod ubi est dies certa pœnalis, post lapsum diei mora purgari non potest. Cui dubio respondendum est, textum *in dicta l. magnam*, non tractari de emendanda mora, sed tantum utrum ea sine interpellatione committatur: nam videbatur non committi, nisi ea facta, juxta textum in *l. mora*, versic. *interpellatus non solvit*, *ff. de usuris*; cum ante eam creditor indulgere debitori videbatur: sed cum dies quasi admonere ipsum videatur, statuit Justinianus Imperator *in dicta l. magnam*, aliam interpellationem necessariam non esse ad constituendum in mora debitorem, & ad hoc ut pœna committatur: non tamen negat, quin semel commissa stipulatione, mora emendari possit.

Sed adhuc obstabit, quod hoc jam erat ante Imperatorem Justinianum decisum ab Africano *in dicta l. trajectitia* 22. §. *de illo*: Unde superflua erat Justiniani nova decisio *in dicta l. magnam*, si ulterius aliquid novi non statuit. Qua in difficultate omissa interpretatione, quam refert Robertus *dicto lib.* 2. *sententiarum*, *c.* 18. Baldus *in repetitione* ad textum *in dicta l. post tres*, *numer.* 2. Joannes Saporta *in tract. de Mora*, *cap.* 4. *num.* 187. Verius dicendum est Justinianum *in d. l. magnam*, ad concordiam reduxisse pristinam illam antiquorum Juris Consultorum decisionem: nam *Antistius Labeo*, item *Sextus Pomponius* in *l. Labeo ait* 2. & in *l. trajectitiæ pecuniæ* 9. *ff. de nautico fœno.* affirmant pœnam sine interpellatione non committi: at verò *Africanus* in *dict. l. trajectitiæ* 22. §. *de illo*, affirmat nullam interpellationem desiderari, ut pœna committatur. Sicque Justinianus, *in dicta l. magnam*, noviter secutus fuit, & confirmavit Salvi Juliani, & Sexti Cæcilii Africani sententiam: quæ interpretatio comprobatur ex *dicta l. magnam*, ibi, *magnam veterum obscuritatem.*

Quintò, obstat textus in *l. Celsus* 27. *ff. de receptis ar-* 7
bitris, ubi, *Ulpianus* ostendit, quod si quis intra Kalendas

dare jussit, si non dederit, nec Arbitri sententiæ paruerit postea offerendo, moram emendare non poterit: quoniam semper verum est intra Calendas datum non esse. In cujus textus difficultate communiter dici solet, textum *in dicta l. Celsus* procedere in judiciis in quibus ne lites fiant immortales, adversus communem Reipublicæ utilitatem, admissum est ut mora non emendetur. Quæ solutio manifestè convincitur ex Caii sententia *in dicta l. post tres* 8. *ff. si quis cautionibus*: ubi apparet in judicis moram emendari etiam die, & pœna adjecta: quare *Bartolus in dicta l. si Insulam, n.* 9. Baldus *in dicta l. si post tres n.* 20. distinguunt inter præparatoria judicia, & litis decisoria, ut in illis admittatur moræ emendatio post diem, & pœnam, *dicta l. & si post tres*: secus in his: *dicta l. Celsus.* Reddunt rationem: quia occasio protrahendarum litium concedi non debet; maximè, cum jam Judex functus est officio suo *l. properandum* 11. *C. de judiciis*; *l.* 4. *C. de fructibus, & litium expensis*; *c. finem litibus* 5. *ff. de dolo, & contumacia.*

Quorum interpretatio primò convincitur: quia ea retenta, nec in litibus decisoriis admitteretur emendatio, ubi dies adjectus non est, contra decisionem textus in *l. si cum dies*, §. *final. ff. de receptis arbitris.* Præterea, quia etiam in litibus decisoriis, die, & pœna adjecta, moram emendari posse probat textus in *l. mancipiorum* 6. *ff. de optione legata.*

Quare omissa *Angeli* interpretatione *dicta l. si Insulam n.* 15. Roberti *dicto lib.* 2. *Sententiarum*, *cap.* 18. Joannis Saportæ in *tr. de Mora*, *cap.* 4. *n.* 140. ut verius illius difficillimi loci eniteat sensus, observandum est Arbitri pronunciationem non esse sententiam, *l. quid ergo* 13. §. *ex compromisso, ff. de his, qui notantur infamia*: quare ex ea nec actio, nec exceptio oritur; *l. ex compromisso*, 2. *ff. de receptis arbitris*: quare in compromissis semper pœna imponitur, ut ejus metu litigantes pronuntiationi pareant; *l. litigatores* 11. §. *quod ait prætor, ff. eodem l.* 1. *Cod. eodem: l.* 23. 26. *&* 35. *titulo* 4. *partita* 3. & si sententiæ non pareatur, victor agit ad pœnam: *dicta l. ex compromisso*: & soluta pœna poterunt litigatores noviter jure suo uti: *l. si quis* 35. *ff. de arbitris*: *l.* 30. *titulo* 4. *partita* 3.

Quibus observatis dicendum est, quod cum *in dicta l. Celsus*, debitor non solvit intra diem ab Arbitro designatum, certum est eum sententiæ non paruisse, & sic pœnam commissam esse; quæ non resolvitur, licet post diem, condemnationem offerat: quia creditoris interest, & pœnam consequi, & litem vel denuo incipere, vel prosequi coram ordinario; quod speciale est in Arbitri sententia ex *dicta l. Celsus*. nec id procedit in sententia Ordinarii, aut in partium conventione: quia in his casibus non datur facultas consequendi utrumque: *l. si pacto quo pœnam* 14. *C. de pactis.*

8 Sextò, obstat textus in *l. si fundus* 4. §. *Marcellus, ff. de lege commissoria*: ubi Ulpianus Marcellum *lib.* 20. *Digestorum* dubitasse refert, utrum commissoria locum habeat, si quis interpellatus non solvat; an verò si non obtulerit; & ipse Marcellus arbitratur offerre eum debere, si vult legis commissoriæ potestate solvi: quod si non habeat, cui offerat, posse securum esse: ergo si habuerit, nec obtulerit, legis commissoriæ potestate solutus non erit; & inde re incepta, moram in solutione commissam, propter diem, & pœnam, *Ulpianus* præsensit. Cujus textus difficultas facillimè expeditur, si dicamus, ibi non agi de moræ emendatione: sed utrum appositio pacto legis commissoriæ necesse sit interpellare emptorem? & interpellationem non requiri ex *Marcello* docet *Ulpianus*: quia ipse pretium offerre debet non expectata venditoris admonitione, cum satis cum dies à lege præscripta interpellaret: argumento textus in *l. magnam* 12. *C. de contrahenda, & committenda stipulatione.* Quo etiam sensu interpretandus est African. *in d. l. trajectitiæ* 22. §. *de illo*, vers. *hocidem videtur, ff. de obligat. & action.*

9 Septimò, obstat textus in *l.* 1. *versiculo, nisi forte. ff. de penu legata*: ubi idem *Ulpianus* asserit, quod, si testator jusserit heredem uxori testatoris aliquid penûs dare; & si non dederit nummos; heredem habere optionem penus præstandæ tandiu lis cum eo de pecunia non contestetur: nisi forte aliud mente, vel verbis testator constituerit: quo in casu, non penum legatam, sed pecuniam testatoris uxori dare cogetur propter diei adjectionem: quæ adjuncta pœna moræ emendationem impedit. In cujus textus difficultate communiter dici solet, id esse admissum favore ultimarum voluntatum: nam tunc hæres moram emendare non potest: sed præcisè omni modo compellitur, penu non præstita, ex defuncti sententia nummos dare: Siquidem in ultimis voluntatibus semper latissima interpretatio facienda est, ut sic felicem exitum habeant: *l. in testamentis* 12. *ff. de regulis juris*: cum in testamentis voluntas potius, quàm verba spectentur, §. *nostra. Instit. de legatis*: *l.* 1. *Cod. communia de legatis*; *l. in conditionibus* 19. *ff. de cond. & dem. c. placuit.* 13. *q.* 2.

Sed hæc interpretatio apertè convincitur ex eo, quod validissimum est argumentum de contractibus ad ultimas voluntates; *l. servum filii* 48. §. *eum, qui chirographum ff. de legatis* 1. *l. Jure Civili* 24. *ff. de condit. nib. & demonst. l. pactum inter heredem* 47. *ff. de pactis*; *l. quæ de legato* 48. *ff. de legatis* 1. Unde cum differentiæ ratio reddi non possit quare in contractibus moræ emendatio admittatur, in ultimis voluntatibus è contra; quinimo magis admitti ex voluntate defuncti videatur, qui prius penum dari voluit, eaque non præstita solutione, in subsidium, seu in defectum, quantitatem pendi jussit, ideoque heres, qui moram eluere desiderat, penum dando, non pecuniam, quam secundario dari testator optavit, censendum est magis ei parere; atque ideo utroque casu tam in ultimis voluntatibus, quàm in contractibus emendatio admittitur: meritò nec aliquod speciale jus in ea *lege* dari defendendum erit.

Quare hac, & aliis omissis, verissimè respondendum est, *in dicta l.* 1. *versicul. nisi forte, ff. de penu. legata*, tempus ad solvendum appositum non fuisse, sed tantum ad impediendam moræ emendationem, ut constat ex *dicta l.* 1. in illa dictione, *nisi*, quæ casum à præcedenti excipit, in hoc sensu; ut mora usque ad contestationem elui possit, nisi testator aliud tempus ad ipsius emendationem assignaverit, qui est illius *legis* verissimus sensus: ut constat ex verbo illo, *habebit*: igitur hæres optionem habebit tamdiu, quamdiu lis cum eo de pecunia contestetur: nisi forte aliud tempus vel mente, vel verbis testator præstiterit. Ex quibus apparet nullum ibi jus speciale versari. Cum idem & in contractibus dicendum sit, ut usque ad litem contestatam, quo tempore mora sit, possit quis ab illa liberari: nisi forte aliud tempus à contrahentibus præstitutum sit: quia tunc eo elapso, si jus alicujus deterius factum sit, inexpiabilis mora redditur, dicta *l. si Insulam* 84. *ff. de verborum obligationibus.*

Octavò, obstat textus in *l. Thais* 41. §. *intra certa, ff.* 10 *de fideicommissariis libertatibus*: ubi constat, quod si libertas servis sit relicta sub conditione, si intra certum tempus rationes redderent, & per eos steterit, quominus intra præscripta tempora conditioni parerent, non idcirco, quod postea rationes velint reddere, liberos fore, Consultus scribit; quod nulla alia ratione contingit, nisi quia tempus præscriptum fuit. Item & pœna; quia conditioni non parentes, servi manent, & inde moram emendare non poterunt. In qua difficultate communiter dici solet nostri textus sententiam tantum procedere, quotiescunque quis emendatione damnum vitare vult: Secus tamen, si lucrum captare velit: Notant Bartolus *in dicta l. si Insulam*, *numero* 24. Alexander, *ibidem*, *num.* 44. Jason *num.* 39. Unde cum *in d.* §. *intra certa*, de libertate consequenda statu liberi agerent, nihil mirum, si emendatio moræ eis denegetur.

Verùm sententia quod attinet ad textum *in dicta l. Thais*, §. *intra*, mihi non placet; cum ad actionẽ quærendã emendatio

emendatio permitti videtur juxta textum in *leg. ſi ita* 135. §. *Seja cavit*, *digeſt. de verborum obligationibus*, *leg. mancipiorum* 6. *ff. de optione legata*: *l.* 1. §. *ſi frater*, *ff. de collatione bonorum.*

Quare aliis omiſſis veriſſimè dicendum eſt, Conſultum *in dicto* §. *intra certa*, non agere de moræ emendatione, ſed an conditione impleta, poſſint nihilominus, ſi poſt tempus præſcriptum ſervi ei parere velint, ad libertatem pervenire: namque in *eo textu* libertas ſervis ſub conditione relicta, ſi intra certa tempora rationes redderent, intra quæ conditioni non paruerunt: poſt defectum conditionis, rationes reddere parati erant: quæſitum fuit, an ad libertatem pervenirent? reſpondit Scævola, ſi per ipſos ſtetiſſet, quominus intra diem præſtitutam conditionem adimplerent, non ideirco, quod poſtea rationes vellent reddere liberos fore. Ratio eſt; quia diſpoſitio conditionalis debet in forma ſpecifica adimpleri, & ſic in termino ſtatuto, non ulterius: *leg. Mævius*, *leg. qui heredi*, *ff. de condition. & demonſt.* Notat Alexander *in dict. l. ſi inſulam*, *num.* 24.

11 Nonò ſolutioni obſtat textus in *l. cum heres* 4. §. *item Caſſius*: *l. ſervus qui teſtamento* 14. §. *ſervus*, *ff. de ſtatu liberis*, ubi ſervus liber eſſe juſſus, ſi hæredi operas annorum ſeptem dediſſet, ſi fugiat, & annum in fuga faciat, poteſt poſt ſeptem annos conditioni parêre. Quæ jura diſtinctione adhibita, compones ſi ſeparet tempus oneris quantitativum à tempore quantitatis limitativo: nam in primo, mora emendatur, non ſic in ſecundo. Ratio differentiæ eſt: quia ubi tempus quantitativum in conditione adjectum eſt, conditio illa reperitur ſine aliquo termino præfixo: ideo mora, ſi qua eſt emendari poteſt; cum diſpoſitio, & voluntas adhuc duret: ſed ubi tempus limitativum in conditione adjectum, tunc tempore lapſo deficit conditio, & poteſtas eam adimplendi: & per conſequens ipſa diſpoſitio, & voluntas ſic diſponentis; ideoque poſt illud tempus ex defectu poteſtatis mora non emendatur: ut in textu *in dicto* §. *intra certa*, quæ jura ad concordiam reduxit Salicetus *de Mora*, *quæſt.* 1. *num.* 3.

12 Decimò, prædictis obſtat ſequens conſideratio; nam, ſi ubi non eſt dies, nec pœna, non emendatur mora; à fortiori, his adjectis, ejus expiatio impedietur. Antecedens probatur ex *l. ſi in lege* 27. §. *Colonus*, *ff. locati*; *l. ſi ita quis promiſerit* 135. §. *Seja cavit. ff. de verborum obligationibus*; ubi Julius Paulus, & Quintus Scævola, aſſerunt ſolum intra medium tempus arbitrio judicis declarandum, moræ emendationem eſſe admittendam: ergo longo tempore maximoque intervallo elapſo, etiam ſine die, & pœna, mora non eluetur. Conſequentia autem per ſe patet; nam ſi jura illa poſt modicum tempus moræ emendationem non admittunt, multo minus poſt diem, & pœnam, quo caſu magnum intervallum exiſtere neceſſe eſt.

Cui dubio reſpondendum eſt, negando priorem partem: cum multo verius ſit, moram tunc ſemper emendari, ut conſtat ex his quæ *ſuprà* retulimus. Nec contrarium probant jura *ſuprà* in argumento adducta, imò potius noſtram hanc ſententiam confirmant; dum emendationem, ſi actoris nihil interſit, admittunt, ut in *dicto* §. *Colonus* verſic. *omniaque colono integra ſunt*. Et in *d.* §. *Seja*, verſic. *nec mulieris quidquam propter eam moram intereſſet*: nam modica mora nocere non ſolet, cùm in ea magnum damnum eſſe non poſſit: ſiquidem parva mora non dicitur: Notat Tiraquel. *de judicio in rebus exiguis ferendo*: *n.* 77. Idem *de retractu linagier*, §. 8. *gloſ.* 2. *n.* 9.

13 Undecimò obſtabit ſequens conſideratio, videlicet certum eſſe poſt litem conteſtatam moram non poſſe emendari, *l. ſi inſulam* 82. *ff. de verborum obligationibus*: at eadem ratio, quæ poſt litem conteſtatam moræ emendationem impedit, eſt etiam in die, & pœna: ergo expiatio moræ, die, & pœna adjecta, rejicitur: Minor probatur: nam ratio propter quam poſt litem conteſtatam moræ emendatio excluditur, ea eſt; quia per litis conteſtationem quaſi contrahitur, *l.* 3. §. *idem ſcribit*, *ff. de peculio*: Gloſſa, *verbo*, *ex parte*, *in l.* 2. §. *fin. ff. de Prætoriis ſtipulationibus*: & ideo amplius ab eo, ſuper quo lis eſt conteſtata, recedi non poteſt, cùm novus contractus celebratus videatur; & ſic ſuccedit regula textus in *l. ſicut* 5. *Cod. de obligationibus*, *& actionibus*. Sed hæc ratio etiam militat, die, & pœna adjecta; cùm initio conventionis in id partes conſentiant, ut ſtatuto tempore contractu principali non impleto pœna præſtetur: ergo pars contumax ex ſuperioribus non evitabit pœnam, quæ ab initio inter ipſos contrahentes adjecta fuit, & de ea alius quaſi ſecundus contractus celebratus, à quo contumax, altera parte invita, reſilire non poterit.

Cui dubio breviter, & veriſſimè reſpondendum eſt, negando Minorem: nam licet partes à principio in id conſentiant, ut pacto, vel contractu non obſervato pœna præſtetur, æquitate tamen ſuggerente, ex noſtri textus deciſione, ſi jus actoris deterius factum non ſit, explоſo juris rigore emendatio admittitur: quod quidē ſēper & attentè conſiderandum eſt in hac moræ diſputatione, ſecus verò ſi ex emendatione alterutri damnum inferatur: nam tunc mora non emendabitur: ſin minus, ſemper ejus expiatio amplectenda eſt: quia hic eſt finis, & ſcopus emendationis, ut contractus implementum accipiant, & omnia ad æquitatē & bonitatem reducantur.

Duodecimò adverſus id, quod ſuprà retulimus ſcilicet moram poſt litem conteſtatam emendari non poſſe, valde obſtabit textus in *l.* 3. §. *final.* & *l.* 4. *in fine*, *ff. judicatum ſolvi*, in quorum ſpecie, reo, qui judicatum ſolvi ſatisdederat, copiam ſui non faciente, nec ſe defendente, actum erat cum fidejuſſore ob rem non defenſam; & nihilominus placet, adhuc licere reo (quamvis poſt litem cum fidejuſſore ſuo conteſtatam) ſuſcipere defenſionem, de qua ſuſcipienda ſatisdando caverat, non ſolum ut non præſtet quod intereſt actoris, quod in judicium prius cum fidejuſſore deductum erat, ſed etiam ut fidejuſſorem ipſum ab ejus præſtatione liberet.

Sed reſpondendum eſt, nihil hìc offerri poſt litem conteſtatam, cujus quidem litis ratio haberi debeat: defenſionem enim offert reus: ſed offert ante litem. Nec ad rem pertinet, quod erat conteſtata cum ejus fidejuſſore: hoc enim inter alios actum eſt, quod perinde habetur, ac ſi actum non eſſet: ſiquidem inter alios acta, aliis non nocet: *toto titulo C. res inter alios acta*, *l. de unoquoque*, §. *ſæpe ff. de rejudicata*, *l. inter alios acta ff. de regulis juris*: at enim liberatur fidejuſſor ea defenſione, ab obligatione judicati: & quidem poſt litem conteſtatam hoc non fit; quia moram hic purgat aut ipſe, qui nihil offert, aut reus pro eo: cùm reus ſuo nomine defenſionem ſuſcipiat, non alieno; ſed acceſſionis natura, neceſſariò hoc evenit, ut ab obligatione ejus, quod intereſt liberato reo, ſimul etiam liberentur acceſſiones, & fidejuſſores: *l. in omnibus ſpeciebus*, *ff. de ſolutionibus*: ita præſenſit Donellus *in l. ſi ſervum* 91. §. *ſequitur*, *ff. de verb. obligat.*

Decimo tertiò prædictis obſtat textus in *l. fidejuſſor.* 15. *de doli mali*, *& metus exceptione*: ubi, ſi quis fundum vendiderit, de evictione promiſerit, fidejuſſorem-que dederit, ſi fundus ſit evictus & emptor egerit contra fidejuſſorem evictionis nomine, ſi fidejuſſor lite conteſtata offerat fundum emptori, & quidquid ſua intereſſet, etſi poſtea conveniatur ex ſententia, habebit exceptionem doli ad evitandam dupli pœnam ob evictionem: Ex cujus textus deciſione probari videtur, etiam poſt litem conteſtatam, moram purgari poſſe.

Sed huic dubio reſpondendum eſt, fidejuſſorem, ibi moram non commiſiſſe: quia ſatis eſt quod dixerit litem conteſtando ſe obligare in id, in quo condemnabitur ex ſententia Judicis, hoc eſt, in id quod actoris intereſſet, nec ex inde actio ſemel quæſita per litis conteſtationem creditori aufertur, cum aliud offeratur: quia in ſententia ipſa comprehenſa eſt rerum æſtimatio: ſiquidem, qui æſtimationem præſtat, rem ipſam præſtare videatur, cujus nomine æſtimatio venerat in Judicium, quod quidem præcipuè agebatur ab emptore, etſi alia damna à Judice æſtimentur, ut pro eis fidejuſſor

ſatisfa-

satisfaciat actori: ut latè refert Donellus in *l. si servum* 91. §. *sequitur, ff. de verborum obligat.*

16 Decimo quartò obstabit textus in *l. hoc judicium* 5. *in fine, ff. de publicanis & vectigalibus*; versic. *sed tamen absolvendus est etiam, qui post acceptum judicium restituere paratus est*: ubi pœna in duplum, quæ competit adversus publicanum, qui rem fisco ademerit, & non restituerit, purgari potest post litem contestatam, si paratus est rem restituere: ergo lite jam semel contestata, mora purgari poterit.

Pro cujus dubii solutione adnotandum est, Prætorem actionem in duplum adversus publicanum polliceri, si res adempta restituta non fuerit, sed actio illa arbitraria est: nam etsi verba illa, *arbitrio Judicis*, in hoc edicto non fuerint addita, tamen conditio illa, *si ademptum restitutum non fuerit*, hanc actionem arbitrariam faciunt.

Nec obstant verba illa, *post acceptum judicium pœnam durare*: Quia sic accipi debent ex natura moræ, ut verba scripta sunt; ut non possit evitari rei oblatio post litem contestatam: ex mente autem, & sententia Prætoris conditio ita debet accipi, si res restituta arbitrio Judicis non fuerit, sub qua conditione eveniet, quod *Cajus* subjicit, ut absolvendus sit reus, etiam qui post acceptum judicium restituere paratus est: notat Donellus *in dicta l. si servum* 91. §. *sequitur, in fine. ff. de verborum obligationibus.*

In præsenti etiam discuti poterat illa difficilis quæstio, an juramentum impediat moræ emendationem? de qua videndus est Guttierrez *de Juramento confirmatorio*, 3. *parte cap.* 17. *ex num.* 1. *cum sequentibus*, Bartolus *in dicta l. si Insulam*, *num.* 20. Alexander *n.* 37. Jason *num.* 35. & fere ordinarii omnes, *ibidem*; Pichardus latè *in tract. de Mora*, *ex num.* 186. Similiter de quæstione illa, scilicet, an duplex mora emendationem impediat? videndus est Pichardus *ubi supra*, *num.* 211. Sed licet plura de moræ emendatione, & commissione, in præsenti disceptari poterant: tamen hæc quæ magis proprie ad textum nostrum spectant, dicta sufficiant.

TITULUS XIX. DE *rerum permutatione.*

Ad textum in *capit. si Princeps* 1. *hujus Tituli.*

DE hujus textus materia plura scripsimus *in cap.* 1. *apud finem*, & in *cap. qui res* 2. *de rebus Ecclesiæ.* quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

Ad textum in *cap. Ut commutationes* 2. *cap. Mancipia* 3. *cap. Injustum* 4. *hoc Titulo.*

OMitto commentaria ad hæc Jura, quia plura de illis scripsimus in *cap. si quis Presbyterorum* 6. *de rebus Ecclesiæ.* quæ iterum & sæpius inculcare, fastidium pareret.

Ad textum in cap. Quæsitum 5. cap. Ad quæstiones 6. cap. Cum olim 7. cap. Cum universorum 8. cap. exhibita 9. & final. hoc Titulo.

SUMMARIUM.

1 *Permutatio Beneficiorum partium conventione inita inutilis est; tenet tamen si Superioris judicium, & utilitas Ecclesiæ intercedat.*

2 *Miles non potest stationem, seu locum ab Imperatore sibi assignatum relinquere, neque Sacerdos, qui in Christo militat, beneficium.*
Auctoritas Superioris omne vitium simoniæ purgare solet. Permutatio beneficiorum contractus est.
Sacerdotes non sunt domini beneficiorum, sed administratores tantum.

3 *Lex cum duos diversos casus proponit, & unum prohibet, & de altero tacet, illum, de quo tacet permisisse videtur.*
Exponitur textus in cap. majoribus, de præbendis.
Ratio ubi eadem viget, eadem quoque dispositio debet procedere.

4 *Venditio sine pretio non consistit.*
Spiritualis res neque pretium, neque æstimationem recipit.
Simonia contrahitur, cum aliquid temporale pro spirituali datur.

5 *Conciliatur textus* in capit. inter cætera 17. de præbendis, *cum* cap. quæstionum 5. de rerum permutatione.

6 *Impugnatur solutio tradita ad textum in* dicto cap. inter cætera 17. de præbendis.

7 *Refertur ratio ad textum in* capit. ad quæstiones 6. de rerum permutatione.
Consequens qui vult, necessariò & antecedens, sine quo illud existere non potest, velle videtur.
Correctio in jure nostro semper est evitanda.

8 *Iterum exponitur textus in* dicto cap. ad quæstiones 6. de rerum permutatione, *versiculo*, sic tamen quod illi tractatus nequaquam sibi invicem misceantur.
Decimæ, & primitiæ à titulo beneficii separatæ, verè res temporales sunt.

9 *Refertur species ad textum in* cap. cum universorum 8. de rerum permutatione, *& conciliatur cum* cap. cum olim 7. ejusdem tituli.
Decepto jura subveniunt, & simplicitati veniam tribuunt.

10 *Iterum exponitur, & impugnatur textus in* dicto cap. cum universorum 8. de rerum permutatione.

11 *Refertur ratio ad textum* in dicto cap. exhibita, final. de rerum permutatione.
Permutatio de spiritualibus ad temporalia improbatur, de re verò spirituali pro alia spirituali, si Episcopi auctoritas intercedat admittitur.

12 *Conciliatur textus in* cap. nisi essent 21. de præbendis *cum* cap. exhibita, final. de rerum permutatione.
Remissivè interpretatur textus in cap. unico, de rerum permutatione, lib. 6. Clementina unica, ejusdem tituli, cap. dilectus 23. de præbendis, cap. ex parte 12. de officio delegati.

CONCLUSIO.

BEneficiorum permutatio partium conventione inita, inutilis est: tenet tamen si Superioris judicium, & utilitas Ecclesiæ intercedat. Consonat textus in *cap. quæsitum* 5. *cap. ad quæstiones* 6. *cap. cum olim* 7. *cap. cum universorum* 8. *c. exhibita* 9. *& final. hoc titulo; cap. pactiones, final. de pactis: cap. non sine* 2. *de arbitris, cap. constitutus* 4. *cap. de cætero* 5. *cap. super eo* 7. *cap præterea* 9. *&* 10. *de transactionibus*; *cap. tua nos, de simonia: cap. majoribus*, 8 *cap. inter cætera* 17. *cap. nisi* 21. *de præbendis cap. unico hoc titulo, libro sexto, Clem. unica, eodem titulo c.* 2. *de electione lib.* 6. *cap. venerabilis* 6. *de exceptionibus; cap. quam pio*, 1. *quæst.* 2. *Extravag. cum detestabile, de simonia*, Concilium Colonienſe, *cap.* 34. Trid. *sessione* 25. *cap.* 15. *l.* 6. *titulo* 16. *partita* 1. *l.* 3. *titulo* 17. *partita* 1. *l.* 2. *titul.* 2. *partita* 5. Exornant, & explicant ultra ordinarios in *dictis juribus*, præcipuè Navarrus *in cap. accepta de restitutione spoliatorum, oppositione* 5. *num.* 14. & 20. Idem in *cap. si quando, exceptione* 4. *de*

de reſcriptis: & in *Manuali, cap.* 23. *num.* 107. Mandoſius *de ſignatura gratiæ, titulo, Regreſſus, verſic. cum clauſula*; & *in regulis Cancellariæ, regula* 44. *quæſt.* 2. Flaminius *de reſignationibus lib.* 1. *quæſt.* 3. Rebuffus *in praxi titulo de reſignatione expreſſa, pura, & conditionali*: Idem in *titulo, de pura reſignatione*; & in *titulo de reſignatione conditionali*, quam *in favorem* vocant; Duarenus *de ſacris Eccleſiæ miniſteriis, lib.* 8. *cap.* 2. Pariſius *conſilio* 130. *columna* 1. & 2. *volumine* 4. Selva *de Beneficiis*, 3. *parte, quæſt.* 18. Soto *de Juſtitia, & jure, lib.* 9. *quæſt.* 7. *art.* 2. Covarru. *lib.* 1. *variarum, capit.* 5. *num.* 3. Gonçalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ gloſſa* 14. *nu.* 34. *cum ſequentibus*, Suarez *de Religione, tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 31. *cum ſequentibus*: Nicola. Garcia *de Beneficiis, parte* 11. *cap.* 4. Bonacina *de ſimonia, quæſt.* 4. §. 12. *num.* 7. *verſic. aliis vero*: Doctor Balboa latè in *repetitione ad textum in cap. Pactiones, final. de pactis*, Idem in *cap. venerabilis* 6. *de exceptionibus, numer.* 66. Barb. *de poteſtate Epiſcopi, parte* 3. *allegatione* 69. *num.* 9. *cum ſequentibus*, Idem *lib.* 3. *de controverſo jure Eccleſiaſtico*, 2. *parte, cap.* 15. §. cum ab eo traditis *in collectaneis ad noſtrum textum*, & in *cap. unico, hoc titulo, lib.* 6. Morla *in emporio, tit.* 9. *quæſt.* 19. *num.* 5. Corr. *in paraphraſi Sacerdotum*, 4. *parte, titulo, quibus modis beneficia Clericis conferantur*, Tuſcus *concluſ.* 303. & *concluſ.* 304. *littera P.*

2 Rationes plures à Doctoribus adduci ſolent. Prima eſt, ſcilicet, ideo permutationem partium conventione fieri poſſe, quia permutatio illa etiam ſi promiſcua, & ſpontanea ſit, non poteſt fieri niſi ſuperioris authoritate, qui juſta ſubſiſtente cauſa eam comprobare poterit, à quo admiſſio, & collatio dependet, juxta textum in *cap.* 1. *hoc titulo, lib.* 6. *Clement. unica, eodem titulo, cap.* 1. *verſic. monemus*: *cap. niſi cum pridem*, §. *alias, de renunciatione*: Notant Garcia *ubi ſupra, dicto cap.* 4. *num.* 2. Idem *de beneficiis, parte* 11. *c.* 3. §. 3 Barb. *de poteſtate Epiſcopi, parte* 3. *allegatione* 69. Cum ergo ex *dictis juribus*, hujuſmodi permutationes non niſi prævia, & ſpontanea renunciatione coram Superiore celebrari queant, proprio permutantium arbitrio, & voluntate fieri non debent, ſed Superioris authoritate expediri neceſſe eſt, conſiderata utilitate & & neceſſitate Eccleſiarum. Eſt & alia; quia quemadmodum miles non poteſt relinquere ſtationem, ſeu locum ſibi ab Imperatore commiſſum, l. 3. §. *qui ſtationem, ff. de re militari*: notat Divus Auguſtinus *de civitate Dei, cap.* 18. Sic ſimiliter, nec Sacerdotes qui in Chriſto militant, poſſunt pro ſuæ voluntatis arbitrio locum, in quo poſiti ſunt, relinquere, & beneficia dimittere, adhibito permutationis contractu: argumento textus in *cap. non debere*, 80. *diſtinct. cap. Sanctorum*, 70. *diſtin. cap. niſi cum pridem, de renunciatione*: ſed Epiſcopi authoritas, & ſolicitudo expetenda eſt, ut permutatio abſque ulla ſimoniæ labe, & vitio expediatur: ſiquidem Superioris authoritas omne vitium purgare ſoleat: *leg. niſi, ff. de his, qui notantur infamia*: tum etiam quia ſi deficiente Epiſcopi authoritate poſſent beneficia liberè permutari, ſequeretur, quod poſſent obtineri abſque collatione, & inſtitutione Canonica, contra deciſionem textus in *cap.* 1. *in fine, de Capellis Monachorum, cap. ex frequentibus, de inſtitutionibus, regula, beneficium* 1. *de regulis juris lib.* 6. Petrus Gregorius *in cap. conquerente, de officio Ordinarii*; *cap.* 8. Barb. *de poteſtate Epiſcopi*, 3. *parte, allegatione* 57. Petrus Gregor. *de benef. cap.* 38. Gonçalez *in regula* 8. *Cancellariæ* §. 1. *proœmiali*: Covarruvias *lib.* 1. *variarum, cap.* 16. Cõfirmatur etiam: quia cum permutatio bonæ fidei contractus ſit, nec cum alio quàm cum domino, vel cum eo, qui loco domini habetur, valeat celebrari, *l.* 1. §. *ultimo, ff. hoc titulo*; *cap. venerabilis* 6. *de exceptionibus*; & Beneficiati non ſint domini beneficiorum, cum beneficia in titulum, vel commendam habeant, œconomi tantum, procuratores, & adminiſtratores ſint; *cap. fraternitatem, cap. cæterùm de donationibus*; *cap. ultimo*, 12. *quæſtione* 1. *cap. caſellas*, 10. *quæſt.* 2. meritò non poſſunt beneficia propria authoritate permutare, cum non permutet is, qui alienam rem non dat, cum ſit neceſſe, ut dominium transferat: *l.* 1. §. *ideoque, ff. de rerum permutatione*; *l. ultima, ff. de conditione cauſa data*. Rurſus quia permutatio affinis eſt emptioni, *l.* 1. *ff. de contrahenda emptione*; *l.* 2. *Cod. de rerum permutatione*; cui permutationi emptio ſucceſſit, *l.* 1. *ff. hoc titulo*: beneficia autem Eccleſiaſtica, utpote ſpirituales res, vendi prohibentur, *cap. qui ſtudet*, cum aliis, 1. *q.* 1. *c. querelam, de ſimonia*; *l. inter ſtipulationem*, §. *Sacram* cum vulgatis. *ff. de verborum obligat.* ergo nec permutare fas erit; & ſi de facto permutatio fiat, irrita erit: quam rationem inſinuare videtur textus in *cap. quæſitum* 5. *cap. cum olim.* 7. *hoc titulo*, notat Gloſſa, *verbo diffinitivam*: in *capit. cum olim, hoc titulo*, Abbas *in cap.* 1. *de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, notabili* 4. Alciatus *lib.* 3. *paradoxorum, cap.* 4. Tiraquellus *poſt leges connubiales, gloſſa* 2. *in principio, & num.* 8.

Primò adverſus concluſionem *ſuprà* traditam ob- 3
ſtabit dicere, quod in Turonenſi Concilio, cujus mentio habetur in *cap. majoribus* 8. *de Præbendis*; & in *capit. quæſitum* 5. *hoc titulo*: ſola dignitatum permutatio prohibita eſt; ut conſtat ex *dicto capit. majoribus* 8. verſiculo, *aut dignitatum permutationem fieri prohibemus*; & in *dicto capit. quæſitum* 5. ibi, *cum commutatio dignitatum in Turonenſi Concilio fuerit interdicta*: ergo in eo Concilio, Præbendarum, & Beneficiorum permutatio permiſſa cenſetur: quod patet ex eo, cùm enim lex duos diverſos caſus proponit, & unum prohibet, & de altero tacet, illum, de quo tacet, permiſiſſe videtur: argumento textus in *capit. nonne, de præſumptionibus, cap. cum Apoſtolica, in fine, de his, quæ fiunt à Prælatis*; *capit. qualis* 25. *diſtinct. cap. qui ſpiritualem*, 30. *quæſt.* 4. Sed Concilium Turonenſe proponit permutationem Dignitatum, & præbendarum, quæ diverſa ſunt; *cap. ad aures* 8. *de reſcriptis*: *cap. quia ſæpe, de Præbendis lib.* 6. notant omnes in *Rubrica, de Præbendis, & dignitatibus*, & ſolum prohibuit commutationes Dignitatum, ut conſtat ex *dicto capit. majoribus*: ergo Præbendarum, & beneficiorum permutationem tacendo, permiſiſſe videtur.

Sed reſpondendum eſt, quod licet in Turonenſi Concilio in *dicto cap. majoribus, de Præbendis*: tantum Dignitatum permutatio ſit interdicta; & de ea ſolummodo mentio habeatur: tamen ex eadem ratione, ad omnia beneficia prohibitio illa extenſa fuit, in *dicto capit. quæſitum*, cum aliis, *hoc noſtro titulo*, ſiquidem ubi eadem viget ratio, eadem quoque diſpoſitio debet procedere: *l. illud, ff. ad legem Aquiliam*; *l. ſi poſtulaverit*, §. 2. *ff. ad legem Juliam de adulteriis*: *l. Nauta*, §. *final. ff. nautæ, caupones, & ſtabularii*; *l. illud, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*: notat Suarez *de Religione, tract.* 3. *lib.* 4. *capit.* 31. *num.* 6. Barb. *in collectaneis ad textum in dicto cap. quæſitum* 5. *hoc titulo, num.* 4.

Secundò, generaliter adverſus concluſionem *ſuprà* adductam, & ejus rationem, obſtabit ſequens 4
dubium: nam ſi ob aliquam rationem hujuſmodi permutationes inutiles eſſent, maximè propter ſimoniæ vitium, ut ſuprà diximus in decidendi ratione: at impoſſibile eſt, ut talis ſimoniæ modus exiſtat, niſi pretium interveniat, cum venditio ſine pretio non conſiſtat: *principio Inſtitutionum, de emptione & venditione*; *l.* 1. §. *final. ff. de contrahenda emptione*; *l.* 2. *Digeſto eodem*; & res ſpiritualis, quæ pro alia ſpirituali permutatur, nec pretium, nec æſtimationem recipere poteſt, cum non ſit res pretio æſtimabilis, quæ nec ex jure poſitivo pretio æſtimari poterit: ergo nec ex jure poſitivo poteſt effici ut commutatio rerum ſpiritualium ſit ſimoniaca: ſiquidem ad ſimoniam committendam deſideratur, ut aliquid temporale pro ſpirituali detur; nec ſufficit, ut res ſpiritualis pro ſpirituali

præſletur: ut conſtat ex illo *Actorum cap.* 8. ibi, *pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtim aſti pecunia poſſideri.*

Verùm huic dubio reſpondendum eſt, non repugnare permutationem rei ſpiritualis pro ſpirituali, proprio conſenſu, & ſine Superioris authoritate factam, eſſe ſimoniacam, ex eo ſolum, quod contra Eccleſiæ prohibitionem commutationes illæ factæ cenſeantur: juxta textum in *cap. ex parte 1. de officio delegati: dicto cap. quæſitum 5. hoc titulo; cap. majoribus 8. de præbendis; cap. final. de pactis*; ſed ex eo ſimoniaca pactio dicitur, quia prohibita eſt, ut expreſsè probat textus in *cap. quæſitum, de rerum permutatione*: ibi, *præſertim pactione præmiſſa, quæ circa ſpiritualia, vel annexa ſpiritualibus labem ſemper continet ſimoniæ*; non tamen ex eo dicitur ſimonia, quia videtur aliquid dari temporale, hoc eſt fructus beneficiorum pro ſpirituali: ut latè refert Covarru. *lib. 1. variarum, cap. 4. num. 4. & 5.* Sed ex eo præcipuè ſimoniaca dicitur, quia à jure prohibita ſemper tanquam ſimoniaca dicitur: ut latè ratiocinatur Doctor Balboa *in dicto cap. pactiones, final. de pactis; n. 9. cum ſequentibus.*

5 Tertiò, prædictis obſtabit difficile Innocentii III. Decretum relatum in *cap. inter cætera 17. de Præbendis*: ubi, cum duo Canonici G. & H. unus Laudunenſis, alter Siculenſis Eccleſiæ Præbendarum permutationes deſiderarent facere, eas in manibus Celeſtini Pontificis reſignarunt, qui reſignationem acceptans mandavit Decano Remenſi, ut Præbendam Hieronymi viciſſim conferret Henrico; & Henrici, Hieronymo: Epiſcopus loci, cujus Præbenda Guillelmi erat, intelligens eam quaſi vacantem, contulit cuidam Magiſtro ſimplici Clerico, qui inductus inter cæteros Canonicos ſedit in Choro, & Capitulo: Unde orta lite inter Guillelmum, & Magiſtrum, Romanus Pontifex præfatam reſignationem irritavit, & utrique beneficium ſuum reſtituit; & ne Magiſter ſpe ſua fruſtratus maneret, mandavit Epiſcopo, ut donec idem Magiſter in eadem Eccleſia fuerit præbendale beneficium aſſequutus, nulli alii Præbendam aſſignare præſumat, quod ſi præſumpſerit, id irritum decernit, & inane: docet etiam, ut quia Præbendam ei, quam de jure non potuit aſſignavit, quam de jure potuerit, aſſignet. Ex cujus textus deciſione duo contra concluſionem ſuprà adductam, & contra textum in *dicto cap. quæſitum*, deducuntur. Primum eſt reſignationes Præbendarum ex cauſa permutationis factas in jure receptas eſſe: ergo minus rectè, *Urbanus III. in dicto cap. quæſitum 5. hoc titulo*, aſſerit permutationes Præbendarum generaliter eſſe prohibitas, in illis verbis: *generaliter teneas, quod permutationes Præbendarum de jure fieri non poſſunt.* Alterum eſt hanc permutationem Præbendarum in manibus Pontificis factam fuiſſe: ergo textus ille innuere videtur, Epiſcopum non poſſe in hiſce beneficiorum permutationibus expediendis authoritatem ſuam interponere: quod omnino contrarium refert textus *in dicto cap. quæſitum.*

Cui dubio reſpondendum eſt, *Urbanum III. in dicto cap. quæſitum 5.* non prohibuiſſe generaliter omnes beneficiorum permutationes: nam beneficia permutari poſſe, totius Eccleſiæ uſus obſervat, & demonſtrant decreta Pontificis in *toto hoc noſtro titulo*: Sed eas ſolas generali prohibitione damnat, quæ fiunt, & perficiuntur ſola partium conventione: cum ergo propria permutatio ſit, quæ pactio partium perficitur, re propria ab utraque parte data, quæ accipientis fiat, quod ut ſuprà diximus in beneficiis contingere non poteſt; non immeritò Pontifex *in dicto cap. quæſitum 5.* abſolutè loquitur, beneficia permutari non poſſe; hoc eſt, propria authoritate, prout temporalia bona permutantur; cum pars potiſſima in permutatione beneficiorum Superioris authoritati tribuenda eſt, qui reſignationem ex cauſa admittit, & reſignata viciſſim confert; atque ideo cùm tranſlationi ſimilis videatur: rectè *Urbanus III. in dicto cap. quæſitum*, tranſlationem potius, quam permutationem eſſe demonſtrat, quæ Superioris authoritate fit: nam permutatio, quæ propria, & privata partium conventione fit, in beneficiis valere non poteſt: non tamen ex inde ſequitur non poſſe de jure fieri permutationes ſi juſta cauſa, & authoritas Superioris interveniant: quæ permutatio etiam dicitur, cum ex partium conventione originem ſumat, & reſignatio, ex Superioris authoritate confirmetur. Cum ergo permutatio præbendarum, de qua *in dicto cap. inter cætera*, agitur, non privata partium conventione perficeretur, ſed adhibita Superioris authoritate, meritò recta, & valida fuit. Neque ſimiliter obſtabit, Apoſtolicam auctoritatem huic permutationi adhibitam fuiſſe: nam Pontifex *in dicto c. inter cætera*, non negat Epiſcopum, Abbatem, & alios Prælatos Epiſcopalem juriſdictionem exercentes, poſſe illas beneficiorum permutationes, & reſignationes admittere, & confirmare: Notat Corraſius *dicto c. 9. num. 3.* Suarez *ubi ſupra, cap. 32. numer. 9. & 10.* Barboſ. plures refert, *de poteſtate Epiſcop. parte 3. allegat. 69. n. 2. & 3. cum ſequentibus.*

6 Quartò, ſolutioni traditæ ad textum *in dicto cap. inter cætera 17. de Præbendis*; dum in eo aſſeritur, facta reſignatione, ſeu permutatione præbendarum coram Pontifice, non potuiſſe Epiſcopum præbendam illam Magiſtro conferre: &, ſi contulerit, ea privandum eſſe: Obſtabit dicere, quod cum præbenda illa ex cauſa permutationis vacaſſet, debuit valere collatio illi Magiſtro ab Epiſcopo facta, cum conferendi poteſtatem haberet: nec ex hac cauſa collatio debuit retractari, nec Magiſter ea privari: argumento textus in *cap. dilectus el 2. de Præbendis.*

Cujus difficultatis ſolvendæ gratia, varias ſolutiones tradiderunt *ibidem* antiquiores omnes; quorum inhærentes veſtigiis, ſic dubium ſolvimus: nam Pontifex, ibi collationem Epiſcopi irritavit: quia non ſolum ex ea contemnebatur proviſio Pontificis, & ejus mandatum fruſtrabatur: verum etiam fraudabatur, qui ex cauſa permutationis præbendam reſignavit: nam cum reſignationem conditionaliter feciſſet, ſub ſpe aliam conſequendi, & poſtea ſibi alia, quam ſperabat, non fuiſſet aſſignata, jure optimo Pontifex huic decepto providit, & beneficium ſuum, quod amiſerat renunciando, argumento textus in *cap. quam periculoſum, 7. quæſt. 1.* ex officio reſtituit, irritam decernens collationem præbendæ ab Epiſcopo factam: quia acceptando renunciationem, & mandando alteri collationem fieri, totum permutationis negotium ad ſe avocavit, & juriſdictionem Ordinario eripuit: argumento textus in *cap. ut noſtrum, de appellationibus; cap. licet, de officio delegat. cap. dudum, 3. quæſt. 6.* docet Innocentius *in dicto cap. inter cætera, n. 3.* Hoſtienſis *n. 2.* & Panormitanus *n. 5. &* ne Magiſter, cui Epiſcopus Præbendam aſſignavit ex eo, quod Canonicus receptus eſt, Præbenda careat: argumento textus in *c. relatum, cap. dilectus, el. 1. §. penult. de Præbendis*; præcepit Epiſcopo, ut præbendale beneficium ei conferat: quia cum præbendam, quam de jure non potuit, aſſignaſſet, ea evicta, quam de jure poteſt, aſſignare tenetur: ne præbendam ei fraudulenter viſus ſit aſſignaſſe: argumento textus in *c. præſentium, 7. q. 1.* Notat Gloſſa *in d. c. inter cætera*, verbo, *aſſignavit*: Argumento textus in *l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pignoratitia actione; l. ſi filius, §. ſi quid, ff. de leg. 1. l. mortuo, §. Labeo, ff. de leg. 2.* ſequitur Innocentius *ibid. n. fin.* Panorm. *n. 2.* Hoſtienſis *n. 6.* Cujacius *in poſthumis, ad textum in dicto c. inter cætera*, Covar. *lib. 3. variar. c. 16. n. 8.*

7 Quintò, prædictis valde obſtat *Clem. III. conſtitutio*, quæ extat *in dicto c. ad q. 6. hoc noſtro titulo.* In cujus textus deciſione apparet, Eccleſiarum permutationem ad invicem permiſſam, & licitam eſſe; etiam interveniente pecunia, uſq; ad compenſationem qualitatis utriuſque: ut ſatis ex ejus hypotheſi deducitur. Cujus textus difficultas adeo gravis viſa eſt Interpretibus, ut eos coëgerit in varias abire ſententias: *Ab b.* itaque *in eo textu, num. 3.* exiſtimat textum illum procedere in permutatione redituum, & bonorum temporalium duorum beneficiorum

ciorum inæqualium, in qua potest licitè intervenire pecunia, non pro jure spirituali obtinendo, sed pro compensandis amplioribus alterius beneficii redditibus. Sed hæc solerter sollicitatis morbo laborat, & convincitur ex textu in *cap. si quis objecerit*, 1. *quæst.* 3. cum negari non possit in hoc casu pecuniam dari pro ipso beneficio, quod est jus administrandi spiritualia, & percipiendi temporalia propter illud, nec alterum ab altero separatur; nam qui pro fructibus, vel bonis temporalibus beneficii, quod absque spirituali titulo occupari non potest, pecuniam dat, utrumque necessariò eo pretio comparare intendit, ac per consequens simoniam committit: nam qui vult consequens, vult necessariò antecedens, sine quo illud existere non potest; *l. ad rem mobilem, ff. de Procuratoribus*, cum adductis à Mantica *lib.* 4. *de conjecturis*; *titulo* 1. *num.* 16. & consequenter dicendum est pinguius beneficium non posse permutari cum beneficio tenui, vel minus pingui interveniente pecunia.

Quare Cujacius *in recitationibus ad eundem textum*, asserit verba illius textus *per se queat permutatio celebrari*, mendosa esse, & non affirmativè, sed negativè legenda fore, hoc est *per se nequeat permutatio celebrari*; cum perperam ab Interpretibus verbum illud *queat*, pro *nequeat* usurpetur, quasi sensus esset, quod Ecclesia, cum Ecclesia, pecunia interveniente permutari non possit: at tamen si prædia Ecclesiæ ad invicem permutentur, id quod deficit possessioni alterius, pecuniâ refundi potest, ut sic separatim Ecclesia commutetur cum Ecclesia sine pecunia, & separatim possessio cum possessione, etiam interveniente pecunia. Sed hæc interpretatio apertè convincitur ex rationibus nuper assignatis: Tum etiam, quia correctoria est, & correctio in jure nostro semper est evitanda; *cap. cum expediat, de electione*: latè refert Osualdus ad Donellum *lib.* 8. *comment. cap.* 11. *litera L.* Petrus Faber *lib.* 2. *Semestrium, cap.* 13.

Quare his, & aliis omissis, verissimè est dicendum; ideo in specie textus *in dicto cap. ad quæstionem*, 6. permutationem illam sub ea forma factam valuisse; quia decisio illa tractat de permutatione Ecclesiarum quoad earum bona temporalia, non quoad titulum, juravè spiritualia: quo in casu cum jus spirituale nullum fuisset permutatum, nihil mirum si reddita pecunia ad æqualitatem circa possessiones, contractus ille fieri potuisset: quæ interpretatio apertè deprehenditur ex ipsius capitis contextura, in qua sermo est de Ecclesiis, quæ habebant Abbates Conventuales, sicque erant suis Monasteriis unitæ; in qua unione, vel titulus beneficii uniti penitus extinctus est, ita ut nihil aliud, quàm sola proprietas reddituum, & bonorum temporalium amplius consideretur, prout resolvunt Doctores in *Clement. final. de rescriptis*; aut unio ita fit, ut perpetuus Vicarius in beneficiis unitis relinquatur, prout jure fieri debet: *cap. de monachis cap. extirpandæ*, §. *qui vero, de præbendis*: Concilium Trident. *Sessione* 7. *de reformatione, cap.* 7. & hoc etiam casu temporalia tantum transferuntur, & jus spirituale penes Vicarium perpetuum remanet: sicque quocunque modo, in specie illius *textus* Ecclesiæ fuerint unitæ apud Abbates, quasi res temporales permutatæ censentur, ac proinde licitum fuit sub ea forma pecuniam dare: docet Zabarella *in eo textu*, *numer.* 2. Ancharranus *num.* 3. Covarru. *lib.* 1. *variarum*, *cap.* 5. *num.* 9.

8 Sextò, solutioni obstabunt verba postrema *ejusdem capit. ad quæstionem*: ibi, *sic tamen quod illi contractus nequaquam sibi invicem misceantur*: Ex quibus Pontifex caveri jubet, ne contractus misceantur, præcipitque, ut per se Parochiales Ecclesiæ permutentur: per se autem possessionum permutationis contractus ineatur refusa pecuniæ quantitate ad æqualitatem contractus; ergo innuere textus videtur in ea Ecclesiarum permutatione, jus aliquod spirituale fuisse, propter quod non poterat contractus conjungi: nam si Ecclesiæ, quoad proprietatem permutabantur, & quasi redditus, & bona temporalia erant pene Monasteria, procul dubio uno eodemque contractu Ecclesiæ illæ cum suis bonis, refusa pecunia, ad æqualitatem permutari potuissent absque ulla simoniæ labe, cum sola pars fructuum Monasteriorum permutata fuisset, nec necessaria erat contractus distinctio: ergo dicendum videtur Ecclesias Parochiales, quoad titulum, & jus spirituale permutatas fuisse: non verò quoad proprietatem.

Cui dubio respondendum est quod quamvis in permutatione Ecclesiarum jure proprietatis, nec titulus beneficii, nec jus aliquod spirituale transferatur, sed quædam pars fructuum, & bonorum temporalium utriusque Monasterii reperiatur, tamen in ea permutatione duplicia genera omnino distincta sunt, scilicet decimæ & primitiæ, quæ Ecclesiarum nomine possidentur, in eo textu significantur, & bona illa stabilia, quæ *Possessiones* appellantur: *cap. ut super*, §. *possessiones*, *de rebus Ecclesiæ*. Inter hæc autem bona illud interest, quod decimæ, & primitiæ, quamvis à titulo beneficii separatæ, verè temporales sint, nihilominus tamen cùm natura sua ad alimoniam Sacerdotum, & Ministrorum Ecclesiæ sunt deputatæ, *cap.* 1. *cap. decimas*, 16. *quæst.* 7. & à Sacris Canonibus quasi res spirituales censentur, ita ut laici jus percipiendi decimas possidere non possint: *cap. causam quæ, de præscriptionibus*; *cap. prohibemus, de decimis*: possessiones autem, & bona mobilia, & immobilia temporalia omnino judicantur, atque ideo possunt pretio vendi, & permutari ex justa causa, & debita solemnitate intervenientè: *capit. sine exceptione*, 12. *quæst.* 1, *cap. ultim. de rebus Ecclesiæ*; *cap.* 2. *hoc titulo*. Ex quibus infertur in *dicto capit. ad quæstionem*, Ecclesias, quoad proprietatem permutari: sed quia decimæ, & primitiæ ob rationem *suprà* adductam Jure Canonico pro spiritualibus habentur, jubet Summus Pontifex, ut à possessionibus separentur, & per se fiat Ecclesiarum permutatio, ne contra jus Canonicum pro jure decimandi pecunia data videatur, possessiones verò diverso contractu permutentur; quoniam pretio æstimari possunt: exigitur tamen Superioris auctoritas propter alienationem juris Ecclesiæ, quæ intervenit in permutatione: *dicto cap. sine exceptione*, *cap. nulli*, *de rebus Ecclesiæ*. notat Panormit. *ibidem*, *num.* 5. latè Barbos. *in collectaneis ad textum in dicto capit. ad quæstionem*, 6. *num.* 1. juxta vers. *ego vero*: Morla *in Emporio titulo* 9. *quæst.* 19. *num.* 5.

Septimò, adversus ea quæ *in præsenti* communiter 9
notant omnes: videlicet, quod hi qui sua & propria auctoritate beneficia commutant, beneficia, & dignitates amittunt: juxta textum in *cap. cum olim* 7. *hoc nostro titulo*: *Extravag. cum detestabili, de simonia*: notat Nicolaus Garcia *de beneficiis. parte* 11. *cap* 4. *numero* 58. Barbos. *in collectaneis ad textum in dict. cap cum olim*: obstabit textus in *cap. cum universorum* 8. *hoc titulo*: quo loci proponitur, quod cum G. Canonicus & P. Clericus de permutatione suarum præbendarum tractare cæpissent, G. præbendam suam Petro resignavit, quam ipse Petrus cuidam consanguineo suo contulit; sed suam præbendam, sicut promiserat, noluit resignare: quare causa ad Sedem Apostolicam fuit delata, super qua Pontifex scribit quibusdam Judicibus, mandans eisdem, quatenus si constiterit dictum Hieronymum ita fuisse deceptum, amoto consanguineo à præbenda, vel quolibet alio detentore, eam Hieronymo restitui faciant: redditque rationem, quia licet de jure non possent beneficia permutare, tamen deceptis jura subveniunt, & simplicitati veniam tribuunt. Ex cujus decisione manifestè constat, permutationem factam propria auctoritate, non inducere privationem beneficiorum; quod omnino contrarium refert textus *in dicto cap. cum olim* 7. *hoc titulo*.

Cui difficultati communiter respondere solent ferè Interpretes omnes; scilicet feminum jus in hac re ab æquitate distinguendum fore inquiunt:

namque *ibidem* ex æquitate potius, quàm ex juris rigore ſubveniendum fore reſignanti ex cauſa permutationis, qui in reſignatione deceptus fuit, reſtitutione beneficii Eccleſiaſtici ſibi factæ cui gratiæ æquitati cauſam dedit malitia alterius, qui de permutatione tractaverat; in cujus deceptionis odium, ne ex dolo ſuo commodum reportaret, voluit Pontifex illum ad præbendam ſuam reſtitui motus ſimplicitate, qua ductus beneficium reſignavit; quamvis ſummo jure ſuſpecto non eſſet reſtituendus, cum jam ſemel per renunciationem beneficium amiſiſſet, & privari deberet: *dicto cap. cum olim*: quia pactio illa quaſi ſimoniaca videbatur, utpote facta privata auctoritate. *c. quæſit. 5. ſuprà, hoc titulo*: nam quamvis privatim poſſint de illa beneficiorum permutatione tractare, tamen ejus concluſio, & perfectio ad Epiſcopum ſpectat. Notant Abb. Imola, & alii *in dicto cap. cum univerſorum*: Cardinalis *in dicto cap. 5. hoc titulo, num. final.* Joannes Andr. *in cap. unico, hoc titulo, lib. 6.* cum traditis à Doctore Balboa *in cap. final. de pactis, num.* 84. Covarru. *lib. 1. variarum, cap. 5. num. 3.*

10 Octavò, ſolutioni obſtabit ſequens conſideratio, videlicet in ſpecie textus *in dicto cap. cum univerſorum*, neceſſariam non fuiſſe æquitatem, ſed ex ſummo rigore juris reſtitutionem fieri debuiſſe ex eo, quod Hieronymus ex cauſa permutationis præbendam reſignavit, quæ ſubſecuta non fuit propter malitiam alterius, qui reſignavit: Unde cum permutatio completa non fuiſſet, ſiquidem ex parte unius tantum fuit cæpta, dicendum videtur, beneficium reſignanti ſummo jure reſtitui debere.

Cui dubio reſpondendum eſt, Hieronymum beneficium ſuum amiſiſſe: quia conſenſum permutationi præſtitit, & ad actum reſignationis produxit, reſignando beneficium ſua propria auctoritate, & conventione facta, ut aliud beneficium conſequeretur: qua de cauſa reſpondit Pontifex, veniam ſimplicitati dandam eſſe: nam ſi legitimè omnia fuiſſent facta, de jure potuiſſet ille ad ſuum beneficium redire: ſiquidem alius ſuum beneficium reſignare nollet, juxta textum in *cap. ſi propter, de reſcriptis, lib. 6. cap. unico, hoc titulo eodem lib. 6.* docet Gloſſa, *verbo, ſimplicitati, in dicto cap. cum olim*: Joannes Andreas, Innocentius, & Panorm. *ibidem, num. 7.* Butrius *in cap. cum olim, hoc titulo*, cum traditis à Barboſ. *ibidem, n. 1. & 2.*

11 Nonò, prædictis obſtat textus in *cap. exhibita, final. hoc titulo*, ubi inter Abbatem, & Conventum Sancti Martini de Pannonia ex una parte, & Præpoſitum Albanenſem ex altera, ſuper quibuſdam decimationibus quæſtio vertebatur, quæ commiſſa fuit cuidam Capellano Pontificis in Ungaria commoranti. Tandem ſuper quæſtione illa compromiſſum fuit factum in dictum Capellanum, & Magiſtrum, qui ita ſunt arbitrati, quod ſi dictus Præpoſitus obtineret decem millia ſolidorum Regalium à Rege Ungariæ (à quo fortè ipſe cauſam poſſidendi decimas habebat) ut ſic Monaſterio concederet, tunc Monachi ceſſarent ab earum decimarum petitione: quæſitum fuit à Gregorio IX. an talis permutatio valeret? qui ita conſultus, quibuſdam mandavit, quatenus ſi præmiſſa vera eſſe conſtiterit prædictum arbitrium, & quidquid ſecutum eſt ex eo, irritum decernant: cujus deciſionis eam rationem reddit *Gregor.* quia permutatio de ſpiritualibus ad temporalia improbatur. Quæ deciſio palam oſtendit, eam tantum jure improbari permutationem, quæ fit de ſpiritualibus pro temporalibus, & è converſo: ergo beneficiorum permutatio prohibita non erit, cum tunc de ſpiritualibus ad temporalia permutatio non fiat.

Cujus difficultatis ſolvendæ gratia, diſcrimen conſtituo inter permutationem rei ſpiritualis pro alia re ſpirituali, etiam in beneficiis Eccleſiaſticis; & in his, quæ illa concernunt; & inter eam permutationem, quæ de re ſpirituali pro alia re ſpirituali, extra beneficiorum materiam fit: Prior enim permutatio, ſi propria auctoritate fiat, etiam ſi ſine interventu pecuniæ, vel alterius rei temporalis æquivalentis celebretur, Eccleſiaſtico jure prohibita eſt, ut conſtat ex *dicto cap. cum olim, cap. quæſitum, hoc titulo; cap. majoribus, de præbendis*: Secunda verò permutatio ſpiritualis rei pro alia ſpirituali extra beneficiorum materiam, jure poſitivo ſpecialiter prohibita non eſt, *quam pio, 1. quæſt. 2.* Unde inhoneſtæ pactiones, quæ ſunt inter ſpiritualem, & temporalem rem prohibentur: permittuntur verò honeſtæ, quæ inter ſpiritualia verſantur: docet poſt Gloſſam *ibi*, verbo, *pactio*: Præpoſitus, & Turrecremata *ibidem*: probat etiam textus in *cap. 2. cap. ſuper eo, de tranſactionibus; cap. cum pridem, cap. pactiones, de pactis.* Quæ deciſiones generaliter loquuntur de pactis, in quibus temporale pro ſpirituali datur; quæ permutationes omnino improbantur ex textu in *cap. exhibita, hoc noſtro titulo*: ubi permutatio prohibetur, per quam aliquid temporale pro jure decimandi datur: Notat Moneta *de decimis, cap. 5.* Barboſ. *in Collectaneis ad eundem textum, n. 2.*

Decimò, adverſus reſolutionem traditam *in dicto cap. exhibita, final. hoc noſtro titulo*, dum in eo damnat arbitrium, quo Abbas, & Conventus coguntur liti ſuper decimis cedere, eo adjecto, quod adverſarius impetret à Rege quantitatem decem millium ſolidorum ſolvendam eidem monaſterio; obſtabit textus in *cap. niſi eſſent 21. de præbendis*, ubi validum eſt arbitrium quo alter ex litigatoribus ſuper Prioratu liti cedere cogitur, pro bono, & utilitate pacis, receptis annuatim viginti libris pro redditibus Capituli, & quadraginta de proventibus Prioratus. 12

In quorum jurium contrarietate, omiſſa interpretatione, quam refert Butrius in *cap. 2. de arbitris*; & alia quam ſcripſit Suarez *de Religione, tom. 1. lib. 4. de ſimonia, cap. 34. num. 10.* & in *cap. 15. nu. 17.* quas omnes expreſſit Barboſ. *in collectaneis ad textum in dicto cap. final. num. 3. cum ſequentibus*, veriorem eſſe exiſtimo, quam ipſe refert *ibidem, num. 7.* dum aſſerit dupliciter poſſe contingere, quod temporale detur adverſario ut liti cedat, vel à gravamine deſiſtat: nam aut is, qui dat jus habet quæſitum in ſpirituali, vel annexum, vel nullum eidem jus quæſitum eſt; nam primo caſu pro bono pacis, vel alia juſta cauſa licita eſt datio temporalis; & in eo loquitur textus *in dicto cap. niſi eſſent 21. de præbendis*: ut patet ex verbis illius textus, ibi, *habeat Prioratum*: juncto verſic. *ſecundum juſtitiam videtur eſſe ſtatutum.* In ſecundo verò caſu, quando nullum jus quæſitum eſt, tunc nec etiam ex judicum inferiorum auctoritate licitum erit. Quo in caſu procedit textus *in dicto cap. final. hoc titulo*: nam cum in eo non conſtet jus decimandi ad Præpoſitum pertinere, & res ſit dubia, ſimoniacum fuit arbitrium. Ratio differentiæ eſt, quia quando jus quæſitum eſt, qui temporale dat pro bono pacis, non dicitur ſpirituale emere pro temporali: nam cum ſibi jam ſit quæſitum, ſolum remanere videtur gravamen poſtea ſibi illatum pro ſpirituali, quod ſuum eſt; ac proinde cum temporale non detur pro ſpirituali, nullo ſimoniæ vitio involvitur, quod in ſecundo caſu longè extat: quia cum dans temporale, ſpirituale ipſum de novo conſequatur, nullumque antea jus habuerit, jam propriè dicitur emere jus ipſum ſpirituale pro temporali: quod quidem vitium, Judicis præſentia cohoneſtari non poteſt: ut conſtat *dicto cap. final. hoc titulo*. Quam ſolutionem refert Barboſ. *in collect. ad textum in dicto capit. final. num. final.* de quo plura ſcripſimus *in dict. cap. niſi eſſent 21. de præbendis*. Et de interpretatione ad textum in *cap. unico, hoc titulo, & Clemen. unica, hoc titulo. & cap. dilectus 23. de præbend. cap. ex parte 12. de offic. delegati.* videndi ſunt plures Auctores quos refert Barboſ *in collect. in dictis juribus*, Sahagun *in dicto cap. ex parte, de officio delegati*. Vide etiam quæ ſcripſi in *cap. nulli, de rebus Eccleſiæ, in 15. dubio.*

TITULUS

TITULUS XX. DE Feudis.

Ad textum in cap. Insinuatione 1. hujus Tituli.

SUMMARIUM.

1 *Dominus si à vasallo recepit fendum in pignus abstinendo ab ejus servitio, non tenetur computare fructus in sortem.*

2 *Dominium directum remanet penes dominum infeudantem; utile verò transit in feudatarium.*
Res facile revertitur ad suam naturam.

3 *Creditor tenetur fructus rei pignoratæ in sortem principalem imputare.*
Possessio pignoris, non dominium ad creditorem transit.
Exponitur textus in cap. in æstimatione 1. de feudis, & cap. 1. de usuris.

4 *Refertur ratio ad textum in* l. 1. §. 4. ff. de pignoribus, l. placuit 29. ff. de usuris.
Antichresis pactum quid sit.

5 *Expenditur textus in* l. cùm debitor 8. ff. in quibus causis pignus.
Antichresis pactum de Jure Civili est permissum; sed Pontificio improbatur.

6 *Interpretatur textus in* cap. salubriter, de usuris.

7 *Declaratur textus in* l. creditor 60. §. si inter maritum, ff. mandati.
Secundum naturam est commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda.

8 *Exponitur textus in* cap. ad nostram 7. versic. deinde, de jurejurando.
Compensatio vim solutionis retinet.

CONCLUSIO.

1 *SI dominus à vasallo recipit feudum in pignus abstinendo ab ejus servitio non tenetur computare fructus in sortem.* Quæ conclusio licet singularis sit, tamen discutitur in *cap. 1. in fine, cap. conquestus, in fine, de usuris, cap. ad nostram, de emptione, & vendit. cap. illo vos, cap. cum contra, de pignoribus, l. 1. & 2. Cod. de pignoratitia actione, l. 1. Cod. de distractione pignorum, l. ex prædiis 11. Cod. de usuris, l. 2. Cod. de partu pignorum. l. si dominum, Cod. de pignor. l. Titia 48. ff. de solutionibus, cap. 1. de vasallo milit. qui bell. arma depos. in usibus feudorum, cap. de forma, 22. quæst. 5. l. 2. titulo 13. partita 5. l. 1. titul. 2. lib. 8. Ordinamenti, l. 4. titulo 6. lib. 8. compilationis.* Exornant Negusan. *de pignoribus, 5. parte, membro 5. nu.* 14. Navarrus *in Manuali cap. 17. num.* 218. Covarruvias *lib. 3. variarum, cap. 1. num.* 4. Cujacius *lib. 2. de feudis, titulo 3. ad finem.* Molina *tractat. 1. de Justitia, disput.* 32. Lessius, *eodem tract. lib. 2. cap. 20. n.* 139. Mantica *lib. 12. de tacitis, titulo 8. num.* 30. Morla *in Emporio titulo 5. quæst. 1. n.* 34. Sylvester *verbo, Feudum, num.* 29. novissimè Doctor Ferdinandus de Mesa, *lib. 3. variarum resolutionum, cap.* 46. *num.* 31. cum traditis à Cenedo *in Collectaneis ad Decretales, Collectanea 6. num. 1. & 2.* Barbos. *in Collectaneis ad nostrum textum, num. 1. 2. in fine.*

2 Ratio est: quia in feudo dominium directum remanet penes dominum infeudantem, sed utile est penes feudatarium, *lib. 2. feudorum tit. de feudi cognit.* & cum vasallus fundum in pignus vero domino tribuit, dominium utile, quod in feudo habebat, in dominum transtulisse videtur: & sic utile dominium videtur consolidatum cum ipsa feudi proprietate: ita dominus feudi non dicitur percipere fructus ex re aliena, sed ex propria: atque ideo nihil mirum quod dominus durante utroque dominio retineat fructus rerum feudalium in solidum, & tanquam ex re propria lucretur, siquidem vasallus interim liberatur ab obligatione servitii, qua domino tenetur: cum res facilè revertatur ad suam naturam, *l. si unus, §. pactus, ff. de pactis*; & consequenter cum dominus proprietatis, & fructuum sit, non tenetur illos in sortem sibi à vasallo debitam computare: ut tenent Abb. & Hostiensis *in præsenti.* Quæ quidem ratio ampliari etiam poterit ex his quæ statim dicemus.

3 Primò, obstabit dicere, quod tam de *Jure* Civili, quàm Canonico, exploratum est, creditorem teneri fructus rei pignoratæ in sortem principalem imputare; *l. 1. & 2. Codic. de pignorat. actione, capit. 1. & 2. cap. conquestus, de usuris; cap. ad nostram 7. de jurejurando; capit. cum contra, de pignoribus.* Cujus traditionis duplex ratio est. Prima; quia cum fructuum adquisitio dominii causam respiciat. *l. qui scit 25. §. 1. versiculo, porro ff. de usuris; l. bonæ fidei 48. ff. de adquirendo rerum dominio,* & per pignus sola possessio ad creditorem transfertur, *l. cum & fortis 35. §. ultim. ff. de pignoratitia actione*; non verò dominium, cum id penes debitorem maneat; *l. pignus, Codic. de pignoratitia actione*: Ideo ad eum quoque rei pignoratæ fructus, & cætera alia commoda pertinere debent. Est & alia ratio; quia creditor usuram committeret, si fructus rei pignoratæ non imputaret in sortem, cum perciperet emolumentum ultra sortem: *dicta l. 1. & 2. Cod. de pignoratitia actione: dicto cap. 1.* cum similibus *de usuris*: ergo cum Ecclesia loco pignoris rem feudalem à vasallo recepit, fructus rei pignoratæ in sortem debet imputare, ne videatur usuraria pravitate labefactari: à quo quidem turpi luero Ecclesia semper abstinere debet: Argumento textus in *capit. fuam, de pœnis.*

In quorum jurium contrarietate, primò Gl. *in Summa, in pr. 14. q. 3.* intelligit nostrum *text.* contra ordinarias juris regulas, specialiter Ecclesiæ favore introductum fuisse, ut fructus pignoris in hoc casu non computentur. Cujacius *lib. 2. de feudis, titulo 3. in fine*, affirmat textum nostrum procedere in conceptione inter Ecclesiam, & vasallum celebrata, ut durante pignore fructus feudi lucro Ecclesiæ cedant. Qua conventione stante, ambo scilicet Ecclesia, & vasallus consentiunt in cessatione servitiorum, quorum prætextu fructus ultra sortem ab Ecclesia retinentur. Quare omissa etiam interpretatione, quam refert Chassaneus *in consuetudinibus Burgundiæ, titulo 6. §. 1.* Sylvester, *verbo, feudum, nu.* 29. Navarrus *in Manuali cap. 17. num.* 218. Covarruv. *lib. 3. variarum capit. 1. nu.* 11. Morla *in Emporio titulo 5. quæst. 1. num.* 34. qui quidem intellectus literæ textus non conveniunt, vel divinant: in quibus refutandis moram non facio, ne longius progrediar. Verius dicendum est, quod, quamvis regulariter de Jure Civili, & Pontificio, creditor teneatur, fructus in sortem principalem computare, tamen aliquando creditori permittebatur eos lucri facere: veluti in specie nostri *textus*; & in *capit. in fine de usuris*: sed separandæ sunt species nostri *textus*, & *dicti capitis 1. de usuris*: nam quamvis utrobique idem jus statuant, tamen ex diversis rationibus procedunt: nam quod attinet ad nostrum *textum*, & textum *in dicto capit. conquestus, de usuris*, ideo fructus ex re feudali pignorata, Ecclesia non imputat, quia id singulare in feudo reperitur, quæ singularitas in eo est posita, quod feudum dari solet propter servitia, quibus cessantibus feudum quoque cessare debet. Unde dominus, cui à vasallo res feudalis pignori data est, non tenetur integros fructus in sortem computare, quandiu vasallus à servitio cessat: cum tunc non ratione mutui, aut dilatæ solutionis, sed cessantium servitiorum fructus percipiat: notat Barb. *in collect. ad nostrum textum*: & ante eum Cenedus *dicta collectanea 6. num.* 2. Morla *in emporio*,

tit. 5. quæst. 1. num. 34. quos sequitur Doctor Arias de Mesa *lib. 3. variarum, cap. 46. numero 31.* At verò, quod attinet ad textum *in dicto cap. in 1. fine, de usuris*, diversum sensum, & rationem habet; quoniam Pontifex *ibi* loquitur de beneficio, id est de feudo injustè à laico vassallo detento. In qua specie, etsi ab Ecclesia jus haberet, tamen commodè recuperare non posset, ideo si vassallus feudum injustè ab eo occupatum pignori obligaverit, potest Ecclesia fructus percipere in sortem non computandos sine metu usuræ: quia tunc Ecclesia nihil alienum recipit, quod imputare vel restituere teneatur, sed potius suum ab alio detentum: quæ interpretatio apertè deducitur ex *dict. c. 1. versi. nisi, de usuris*, ibi: *nisi forte Ecclesiæ Beneficium fuerit*: quæ verba manifestè indicant, injustam feudi detentionem interveniisse: quæ quidem injustum titulum facit, quòd etiam si vasallus obsequia Ecclesiæ præstaret, posset Ecclesia fructus percipere: cum tunc potius ratione injusti tituli, quàm obsequiorum fructus percipiat. Diversum tamen est, cum justus titulus adest, ut in specie nostri *textus*: nam tunc, ut fructus lucro Ecclesiæ cedant, oportet, quod vasallus à servitiis se abstineat, ut notat Glossa *verbo beneficium, in dicto cap. 1. de usuris*; Innocentius, Butrius, & Panorm. *ibidem*; quos sequitur Doctor Arias de Mesa *dicto lib. 3. variarum, cap. 46. numero 35.* Nec obstabit, si dixeris feudum in pignus dari non posse, juxta textum in *cap. 1. quibus modis feudum amittatur.* Quia textus ille procedit, quando feudum extraneæ personæ pignoratur: Secus verò si ipsi domino; ut in textu nostro notat Curtius junior *in tract. de feudis, 4. parte tituli ex quibus causis feudum amittatur.*

4 Secundò adversus id, quod *suprà* retulimus, scilicet regulariter creditorem teneri fructus in sortem principalem computare, excepta specie in nostro textu comprehensa: obstabit dicere, quod extra *textum nostrum* plures sunt casus, in quibus permittitur creditori rei pignoratæ fructus lucrifacere: *Primus est*, qui refertur in *l. 1. §. pacto, ff. de pignoribus*: *l. placuit 29. ff. de usuris*: ubi apparet, quod si pactum simpliciter fuerit celebratum inter contrahentes, ut si debitor usuras stipulatas ad diem certum non solverit, pignoris fructus creditor compensaret, & in vicem usurarum retineret, dummodo legitimum modum non excederent: & tunc creditor poterit rei pignoratæ fructus absque ullo usurarum metu percipere. *Secundus* est, cum expressa antichresis contrahebatur videlicet cum specialiter ulla usuræ in stipulationem deducebantur, & eo in casu agebatur, ut fructus in vicem usurarum cederent, juxta textum in *leg. si ea lege 17. leg. oleo 24. C. de usuris*, *l. si servus, C. quod cum eo: l. cum debitor 8. ff. in quibus causis pignus vel hypotheca tacitè contrah. l. his qui 11. §. 1. ff. de pignor.*

Verùm respondendum est, contractus illos à Jure Civili fuisse permissos, ita ut fructus pignoris in vicem usurarum cederent. Notat Brissonius, *lib. 3. selectarum, cap. 1.* Petrus Gregorius *lib. 2. syntagmatum, c. 3.* Hotomanus *disput. de usuris, cap. 9.* Gaspar Rodriguez, *de annuis redditibus, quæstione 4. num. 8.* Antonius Faber *de erroribus pragmaticorum, Decade 10. errore 1.* & hic *Antichresis* contractus adeo Jure Civili permissus erat ut quamvis illo anno fructus excedere finem legitimæ usuræ, retentio permissa erat creditori propter incertitudinem fructuum: juxta textum in dicta *l. si ea lege 17.* cum similibus: *Cod. de usuris*: erat autem dicta *Antichresis*, quasi *contrafruitio*: nam sicuti debitor ea pecunia fruitur, quæ fuit creditoris; ita vicissim creditor eo pignore, quod est debitoris: Notat Antonius Faber *de erroribus, decade 9. errore 7.* & in *suo Codice lib. 4. tit. 33. de actionibus empti, definitione 7. n. 2.* Cujacius *lib. 3. observationum, cap. 35.* Gaillius *lib. 2. observatione 3. nu. 1.* Gaspar Rodriguez *de redditibus cap. 11. num. 1.* qui quidem contractus, etsi in effectu ad idem tendant, adhuc tamen illa differentia inter eos cernitur; quod primum pactum interponebatur in judiciis strictis, antichresis verò in bonæ fidei judiciis quia in strictis non aliter usuræ debentur, quàm interposita stipulatione: *l. Titius 24. versicul. respondit, ff. de præscriptis verbis*: *l. 3. Codic. de usuris*: in judiciis verò bonæ fidei etiam sine stipulatione usuræ debentur à die moræ: *l. Lucius 24. ff. depositi*: *l. initio 5. Cod. de pactis*: *l. cum quidam 17. §. ex locato, l. mora 32. §. in bonæ fidei, ff. de usuris*, licèt fructus omnino sine mora præstentur, *l. videamus 38. in fine, ff. de usuris*: notat Corrasius *lib. 2. miscellanearum, cap. 7.* Anton. Faber *de erroribus, decade 11. errore 1.* latè Pichardus *in paragrapho, actionum, quæstion. 8. Instit. de actionibus.* Cum ergo in his bonæ fidei judiciis ex sola conventione absque stipulatione usuræ debeantur, in his dumtaxat antichresis celebratur; *l. is qui 11. §. 1. ff. de pignoribus*: notat Cujacius *lib. 11. responsorum Papiniani, in l. 1. §. pacto. ff. de pignor.*

Tertiò, differentiæ supra adductæ valde obstabit textus difficilis in *l. cum debitor 8. ff. in quibus causis pignus*, ubi Paulus de contractu stricti juris apertè loquitur, scilicet de mutuo, & tamen ait creditorem fructus rei sibi pignoratæ ad modum usurarum legitimum retinere posse nec ulla stipulationis mentio ibi habetur, ut debitæ censerentur. Quam difficultatem primo præsensit Accursius *ibidem*, qui, ut eam effugiat asserit *Paulum* ibi agere de pecunia depositа, & ita de judicio bonæ fidei; quam interpretationem rejecit Fulgosius *in l. 2. Cod. de pignoratitia actione*: Mudeus *de pignoribus, capite primo, de pactis pignorum numer. 57.* 5

Quare omissis aliis interpretationibus traditis à Bartolo, Saliceto, & Angelo *ibidem*; explosa etiam emendatione Hotomani *lib. 2. observationum, capit. 4.* verissimè dicendum est, *Paulum* illam speciem tractare, qua debitor creditam pecuniam gratuito acceperat: quo casu videtur tacitè fructus pignoris creditori in vicem usurarum concedere usque ad modum legitimum, ut ita in compensationem collati beneficii à creditore, intelligatur tacite aliud usurarū à debitore collatum: argumento textus in *l. si vero 12. §. inde Papinianus ff. mandati*; & non sine mysterio *Paulus* scripsit, creditorem posse retinere fructus usque ad modum legitimum. Ratio est, quia *textus* ille procedit in tacita antichresi: nam in expressa aliud observaretur ut suprà retulimus. Notat Cujacius *lib. 8. observationum, cap. 17.* Idem in *l. 14. Cod. de usuris*, Anton. Faber. *ubi supra, decad. 9. errore 5.* Mudeus *ubi supra, num. 56.*

Est tamen animadvertendum, quod licet pactum antichresis, de jure civili esset permissum: at verò de jure Pontificio omnino est prohibitum, siquidem in eo generaliter est statutum rei pignoratæ fructus in sortem principalem computare debere; alias autem usurarius fierit: juxta textum *in dicto capite primo, & secundo, de usuris*: quæ sententia apertè comprobatur ex textu *in cap. cum contra, 6. de pignoribus*, in versi. *nos igitur, ibi secundum Canonicas sanctiones fructus restitui, & in sortem debeant computari*; quæ Pontificis verba ibi, *secundum Canonicas sanctiones*, non sine ratione sunt scripta, cum supponant id antea jure Civili esse permissum: juxta textum in *l. 1. & 2. Cod. de pignoratitia actione*: notat Abb. *in cap. 1. nu. 2. de usuris*: Baldus *in l. 1. Cod. de distractione pignorum*: Robertus *lib. 2. rerum judicatarum, cap. 8.* cum traditis à Doctore Arias de Mesa *dicto lib. 3. variarum, cap. 46. num. 12.* Reliqua quæ ad pactum Antichresis spectant, sunt petenda ex his quæ scripsi in *1. tom. in cap. ad nostram, de jurejurando, num. 11.* cum *sequentibus.*

Quartò adversus id, quod *suprà* retulimus: videlicet de jure Canonico creditorem teneri fructus in sortem principalem computare: valde obstabit textus in *cap. salubriter, de usuris*: ubi gener dotis creditor fructus rei pignoratæ non cogitur in sortem imputare. 6

In cujus textus difficultate, omissis nonnullorum interpretationibus traditis à Covarru. *libro tertio, variarum*

variarum, cap. 1. *n.* 3. Capicio *deciſione* 183. Neguſando *de pignoribus.* 5. *parte, membro* 5. *num.* 16. Petro Gregorio *de uſuris, lib.* 2. *cap.* 12. Feliciano *de cenſibus, tomo primo, lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 20. Gaſpar. Rodriguez *lib.* 3. *de redditibus, quæſt.* 7. *num.* 41. verius dicendum eſt in genere permitti pro matrimonii oneribus quæ ſubit, ad ſocerum ſpectantibus, dum dotem non ſolvit: *l. ult. Cod. ad ſenatuſconſultum Velleianum*, merito ideo in compenſationem illorum gener ultra ſortem fructus percipit, non quaſi alienum accipiens, ſed tanquam ſibi debitum; nec quidquam lucratur ex pignore, quod reſtituere, aut imputare teneatur: quam interpretationem præſentire videntur Pater Molina *de juſtitia, tract.* 2. *diſp.* 321. *n.* 8. & 9. Leſſius *eodem tract. lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 141. Quæ ſolutio ex eo juvatur; quia maritus, cui dos promittitur, & non exolvitur, onera matrimonii ſubire non tenetur, ſed potius pater uxoris, aut is, qui promiſit: *l. ſi filia* 20. §. 1. *l. ſi maritus* 47. *ff. familiæ erciſcundæ: l. ſi is, qui* 56. §. *ibi dos ff. de jure dotium*: Accurſius, *in Authentico de non eligendo ſecundo nubentes*, §. *ult. verbo, onera*, Thomas Sanchez *lib.* 9. *de matrimonio diſput.* 5. *nu.* 2. Surdus *de alimentis, titulo* 7. *quæſt.* 17. *nu.* 3. meritò cum *in dicto cap. ſalubriter*, ſocer dum dotem remoratur, cum onera matrimonii ſubire cogatur, dum non præſtat, ſed ejus loco gener, rectè fit conſequens, ut ex bonis ſoceri abſque uſuræ labe poſſit gener ex re pignorata fructus ſuos facere: præcipuè quia *in dicto cap. ſalubriter*, Socer præſentem dotem promiſiſſet: ut colligitur ex verbis illius textus: ibi *quæ ſibi à ſocero ſunt pro numerata dote obligatæ*: notat Butrius *ibid.* Covarru. *lib.* 3. *variarum, cap.* 1. *n.* 3. non, *pro numeranda*, ut legit Cujacius *in recitationibus ad noſtrum textum.* Quæ verba propriè indicant dotem fuiſſe præſentem, ſed non ſolutam, ad *totum titulum, Cod. de dote cauta.* Unde juſtum videtur, quod tempore moræ, in qua ſocer fuit qui de jure civili uſuras dotis dilatæ ſolvere tenetur, *l. ſi pater* 17. *ff. de doli exceptione*: *l. inſulam* 42. §. *uſuras, ff. ſoluto matrimonio*: ſaltem teneatur ad eam quantitatem, quam pro oneribus matrimonii gener expendit; atque in ejus compenſationem rectè Pontifex reſcribit, fructus perceptos non eſſe imputandos in ſortem: notat Gratianus *diſceptatione* 143. *n.* 1. Unde evenit, quod ſi fructus, quos maritus percepit ex re pignorata, redditus dotis excedant; tunc eos, qui exceſſerint, in ſortem principalem computare tenebitur: nec eos percipere liberè poterit ultra dotem promiſſam: etiam ſi majores expenſas, quàm dotis quantitas expoſtulat, fecerit, cùm non poſſit facere niſi eas, quæ ſecundum ſortem principalem fieri debere appareat, notat Covarruvias *libro tertio, variarum capite primo, numero tertio.*

7 Quintò huic ſolutioni, & ſententiæ obſtabit textus in *l. creditor* 60. §. *ſi inter maritum, ff. mandati*: ubi ſi ſocer genero interim, dum dos non fuerit ſoluta, integras dotis uſuras promiſerit, & gener non integras uſuras in uxoris ſuſtentationem conſumpſerit, id quod ſupereſt, ſocer non repetit, nec in ſortem principalem gener computare tenetur.

Sed huic dubio veriſſime eſt dicendum, id fuiſſe admiſſum propter expreſſam partium conventionem; nam etſi ex ſtricto juris rigore, ſi pactio facta non fuiſſet, ad quod ex uſuris ſupereſſet, gener in ſortem principalem computare deberet, ut uſurarum labe immunis remaneret: tamen cum ex pacto illo onus matrimonii in ſe gener ſuſcepiſſet, & quemadmodùm, ſi quid deficeret, ipſe ad ſupplementum teneretur; ita ſimiliter, quod ſupereſt, illius lucro cedere debet, quod uſura non eſt: ſiquidem ſecundum naturam eſt commoda cujuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda: *l. ſecundum naturam* 10. cum vulgatis *digeſt. de regulis juris.*

Nec ſolutioni obſtant ultima illius textus verba, ibi, *ſi ſocer mandaverit marito uxorem alere, & ei præſtiterit integras dotis uſuras pater mandati actione repetere poterit omne id, quod maritus ex uſuris percepe-rit ultra uxoris ſuſtentationem.* Quia reſpondendum eſt, diſcrimen verſari inter primam, & ſecundam conventionem: nam in prima, ſocero repetitio non competit: quia maritus onus alendæ uxoris in ſe ſuſcepit: in ſecunda verò repetit: quia maritus non ſuo, ſed patris nomine onera matrimonii ſubit, tanquam illius procurator: quare cùm tunc ad patris periculum onus alendi pertineat, conſequens eſt, quod uſuras ſuperſtites poſſit repetere: notat Cujacius *libro primo, reſponſorum Scævolæ, in dicta l. creditor*, § *ſi inter digeſt. mandati*, Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum.*

Sextò prædictis obſtat textus in *cap. ad noſtrum* 7. 8
verſic. *deinde de jurejurando*: ubi, ſi debitor ſub juramento promittit pecuniam debitam ſe ſoluturum, adeo is tenetur eam ſolvere ut fructuum perceptorum ex re pignorata compenſationem objicere nequeat, quaſi ex vi juramenti fructuum perceptio creditoris lucro cedere videatur.

Cui difficultati reſpondendum eſt, illam fructuum compenſationem à creditore objectam, fuiſſe à debitore admiſſam, ſed ſuſpenſam donec debitum vere fuiſſet ſolutum; & ideo ibi uſuræ crimen non committitur: quia creditor ſemper fuit proteſtatus ſe pecunia, quam mutuaverat, contentum eſſe; & ſic fructus non auferentur creditori, ſed differentur tantum dum juramentum, in ſpecifica forma adimpleretur; hoc eſt, donec pecunia numeraretur, & ſic uſura non contrahitur: quia non conſiſtit in ſola fructuum perceptione interim facta, ſed in mera fructuum adquiſitione: notat Auguſtin. Barboſ. *in collectaneis ad textum in dicto cap. ad noſtram* 7. *n.* 6.

Cruciantur namque valde interpretes in inquirenda ratione quare *in dicto cap. ad noſtram* debitor non potuit compenſationem objicere antequam verè debitum ſolveret: nonnulli aſſerunt eam eſſe, quia juramentum compenſationem excludit: ut docent Hoſtienſis, Abbas, Imola, *ibidem*; Guttierrez *de juramento*, 3. *parte capite ſexto, num.* 3. Verùm hæc ratio convincitur ex eo, quod magis receptius ſit, juramentum ſolvendi non præcludere viam compenſationi: cùm compenſatio vicem ſolutionis obtineat: *l.* 4. § *ſolviſſe, ff. de re judicata*: *l. ſi debitor, digeſt. qui pauciores in pignore*: *l.* 2. *digeſt. de compenſationibus*; *l.* 2. *Cod. eodem*: Notat Fachineus *lib.* 1. *Controverſiarum, capite ſeptimo*, Thomas Sanchez *lib.* 3. *ad præcepta Decalogi, cap.* 17. *num.* 15. Quare dicendum eſt in ſpecie textus *in dicto capit. ad noſtrum*, ideo non fuiſſe ab initio compenſationem admiſſam, quia tempore objectæ compenſationis erat illi quædam fructuum perceptio: ut ſentit Covarruvias *in cap. quamvis pactum*, 1. *parte*, §. 4. *num.* 9. & 10. vel quia debitor juravit ſolvere pecuniam in ſpecifica forma, quo caſu fructuum compenſatio non admittitur, *l. ſolutam* 49. *ff. de ſolutionibus*, *l.* 1. §. *ait prætor, ff. de re judicata*; notat Cenedus *in Collectanea* 155. *n.* 2. vel denique quia, ibi juramentum à debitore fuit interpoſitum, ne creditor moleſtaretur ſuper pignore, donec credita pecunia ſolveretur: quo caſu videtur renunciatum compenſationi, quaſi ſuper ea fuerit juramentum impoſitum: notat Abb. Innocentius, & Felinus, *ibidem* Thomas Sanchez *dicto lib.* 3. *ad præcepta Decalogi, cap.* 17. *n.* 15. Reliqua ſunt petenda ex his quæ *ſup. lib.* 2. ſubſcripſimus *in dicto capite ad noſtram, de jurejurando*, & in *capit. cum Bertoldus miles* 18. *de re judicata, numero tertio.*

Ad textum in *c. Ex parte* 2. *& fin. hoc Titulo.*

COmmentaria hujus textus omitto: quia de ejus in- 1
terpretatione latius ſcripſimus in *cap. ut ſuper* 8. *de rebus Eccleſiæ*: interim tamen videndi ſunt plures Doctores, quos refert Cenedus *in Collect. ad Sextum, collect.* 82. *n.* 8. Barb. *in collect. ad hunc textum. n.* 1. & 3. Doctor Amaya *in l. unica, Codic. de venditione rerum Fiſcalium*

Fiscalium cum privatis communion. n. 43. cum *sequentibus.*

TITULUS XXI. DE pignoribus & aliis cautionibus.

Ad textum in capit. Nullus 1. cap. Ex præsentium 3. hujus Tituli.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesiæ res nisi ex necessitate, & rationabili causa pignorari non debent.*

2 *Reipublicæ expedit, ut res Ecclesiæ conserventur. Perpetuitas supponit conservationem: rei verò alienatio translationem.*

Semel Deo dicatum ad humanos usus transferri non debet.

3 *Exponitur textus in* c. præsentium 3. de pignoribus,

4 *Impugnatur solutio tradita ad textum in* dicto c. præsentium.

5 *Interpretatur textus in* l. in modicis 34 ff. de contrahenda emptione, c. cùm Bertoldus, de sententia, & re judicata.

Jus patronatus in universali pignore non continetur.

6 *Conciliatur textus in* l. Sancimus 21. Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, *cum* l. in rem, §. 1. ff. de rei vindicatione.

7 *Exponitur textus in* cap. ea enim 2. §. hoc jus porrectum, 10. quæst. Auth. hoc jus, C. de Sacrosanctis Ecclesiis.

8 *Vasa Sacra si ex necessitate Ecclesiæ vendita sunt desinunt esse sacra.*

Remissivè interpretatur textus in l. æde sacra 37. Digest. de contrahenda emptione, l. cùm loca 36. l. ossa 8. §. 1. ff. de Religiosis, & sumptibus funerum; *& conciliatur cùm* l. officii 61. §. 1. ff. de contrahenda emptione, l. pacta conventa, §. Papinianus, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum.

CONCLUSIO.

1 RES *Ecclesiæ pignorari non debent, nisi ex necessitate, & rationabili causa.* Consonat textus in *capite, nulli* 5. *de rebus Ecclesiæ; capite secundo, eodem titulo, libro sexto, capit. si quis Episcopus,* 10. *quæstione secunda, capit. ea enim, versicul: hoc jus porrectum, eadẽ causa quæstion. capit. Abbatib. capit. Apostolicos, cap. Sanctorum, cap. sicut, capit. aurum, cap. gloria Episcopi,* 12. *quæstion.* 2. *Clement. final. de decimis; cap. ligna. capit. Altaris palla, capit. vestimenta, de consecratione, distinct.* 2. Concilium Aurelianense 3. *cap.* 1. Danielis *cap.* 5. Apostolorum *Canone* 72. *l. Sancimus, Codic. de Sacrosanctis Ecclesiis l. hoc jus porrectum, Codic. eodem, Novella* 17, *cap.* 1. *Novella* 120. *de alienatione & Emphyteusi, rerum sacrarum: authentic. præterea, C. de Sacrosanctis Ecclesiis: l.* 4. *l. hanc legem, l. qui officii* 62. §. 1. *ff. de contrahenda emptione. Novella de non permutandis rebus Ecclesiæ, cap.* 7. 8. *&* 10. *l.* 7. *titulo* 2. *lib.* 1. *Recopilationis*, Covarru. *lib.* 2. *variarum, cap.* 16. *numero octavo*, Azor. *institutionum moralium, parte* 3. *lib.* 7. *cap.* 6. *quæst.* 4. Selva *de Beneficiis, quæst.* 7. *parte* 1. *nu.* 7. Antonius Faber *in authent. hoc jus, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*; Gutierrez *in practicis, lib.* 3. *quæst.* 8. *n.* 2. Surdus *de alimentis, titulo* 8. *privilegio* 46. *num.* 9. Morla *in Emporio titulo* 1. *quæst.* 16. *num.* 26. Azevedus *in dicta l.* 7. *titulo* 2. *lib.* 1. *Recopilationis*, cum traditis à Barbos. *in Collectandis ad nostrum textum*, Osualdus ad Don. *l.* 2. *Comm. c.* 4. *litera C.*

2 Ratio communiter deducitur ex eo: quia Reipublicæ expedit, ut res Ecclesiarum conserventur, & earum splendor non obscuretur, quod esset, si redditus deficerent, quibus illustrantur, & ædificia reparantur ministrique aluntur, & sumptibus perpetui erogantur, ut sic sacra ministeria decenter celebrentur; quæ si deficerent, sordidè nimis, & sine decore fierent. Cui perpetuitati contraria est omnino alienatio: siquidem perpetuitas supponit conservationem; rei verò alienatio translationem; quæ ratio nimis generalis est, & propriè, meo videri, ad rerum immobilium alienationem pertinet. Quare alii affirmat, ideo in *textu nostro*, vasa sacra, vestimenta, & libros obligari prohibitum esse: quia extra commercium, & usum hominum sunt: siquidem quod semel Deo dicatum est, ad humanos usus transferri non debet: *cap. ligna, de consecratione, distinct.* 1. Quæ ratio similiter eodem morbo laborat: quia etiam ad generalem rei sacræ alienationem spectat. Quare nonnulli affirmant, ideo res illas pignoris nexui dari non posse; quia per constitutionem pignoris facilè pervenitur ad distractionem rei differente solutionem debitore; *l.* 1. §. *eam rem ff. quæ res pignori obligari possunt*: & quemadmodum res Ecclesiæ alienari prohibentur *in dicto cap. nulli, de rebus Ecclesiæ*: ita nec debent pignorari: *cap.* 2. *de precariis*: siquidem aliquo prohibito, omne id prohibetur, per quod pervenitur ad illud: *capit. cum qui d, de regulis juris, lib.* 6. *l. oratio, ff. de sponsalibus.* Quæ rationes cum generalissimæ etiam sint, nec mirificè textui nostro conveniant, cum in eo asseratur hujusmodi res non tabernariis, non fœminis, non laico obligandas esse, meritò alia specialis ratio inquirenda est. Quare verius dicendum censeo; ideo personis illis alienationem seu obligationem faciendam non esse, quia res Ecclesiæ laicorum, & fœminarum manibus tractari non debent: juxta textum in *dict. capit. ligna: cap. palla, cap. vestimenta, de consecratione, distinct.* 1. quia indecens nimis esset, ut laicus Sacerdotalia vestimenta, & vasa apud se haberet: necessitate tamen, & rationabili causa pignorari poterunt: nam quemadmodum ea existente, vendi, & alienari possunt; *cap. sine exceptione, cap. aurum.* 12. *quæst.* 2. & similiter multo magis justè necessitate urgente, poterunt pignorari: *c. hoc jus,* 10 *q.* 2. nam cui licèt quod est plus, licet utique quod est minus *c. cui licet, de regulis juris l.* 6.

Primò, obstat textus in *cap. præsentium* 3. *hoc titulo*; ubi quidam Sacerdos Calicem argenteum, & medietatem unius Breviarii pro sua necessitate pignori obligavit, & cum morte præventus, ea minimè recollegerit, mandat Pontifex Exoniensi Episcopo, quatenus filium ejus, qui ex successione ipsius patrimonium ejus dicitur obtinere, moneat, & compellat ut ea redimat, & restituat Ecclesiæ. In cujus *textus* specie supponitur, Calicem illum argenteum, & medietatem Breviarii utiliter pro necessitate Prælati pignori obligari, cum hæres cogatur luere, & Ecclesiæ restituere: nam si pignus inutile esset, Ecclesia posset res illas pignoratas vindicare: *c. si quis* 6. *de rebus Ecclesiæ: c. hoc jus*, §. *qui vero.* 10. *q.* 2. 3

In cujus textus difficultate, Glossæ *ibidem verbo necessitate*, plures solutiones refert Abb. *ibidem, num.* 7. primò asserit ideo ibi pignus rei sacræ valuisse, quia creditor ignorabat rem esse Ecclesiæ; quæ ignorantia facit, ut jus pignoris constituatur in præjudicium domini argumento textus in *l. & liberi; ff. de contrahenda emptione.* Quæ interpretatio convincitur ex textu in *l. in civile, Codic. de furtis*, ubi apparet, quod dominus potest vindicare rem suam venditam à fure, pretio non oblato: quod furti vitium semper in re sacra malè alienata extat, ex *juribus suprà adductis.*

Quare *Innocentius* asserit textum illum procedere in re pignorata propter Ecclesiæ necessitatem, servata debita solemnitate: sed non constabat pecuniam fuisse conversam in utilitatem Ecclesiæ. Quæ interpretatio etiam convincitur ex verbis illius textus, ibi, *pro sua necessitate*: id est Clerici.

Quare

Quare his & aliis omissis, verius est dicendum in ipsius Ecclesiæ electione esse, rem illam à creditore vindicare: *dicto cap. si quis 6. de rebus Ecclesiæ*: vel heredem cogere, ut pignus luat, & restituat: ut *in dicto cap. ex præsentium*; meritò *ibidem*, ut facilius res ad Ecclesiam pervenirent, Prælatus hæredem elegit: notat Glossa *verb. necessitate, in dicto cap. ex præsentium, hoc titulo.*

4 Secundò, solutioni obstabit dicere, quod hæres non poterat compelli rem sacram ita pignoratam redimere, siquidem Clericus ille pro sua necessitate rem sacram pignoravit, & cum Clericus patrimonium non haberet, unde posset de rebus Ecclesiæ vivere argumento textus in *cap. cum secundum Apostolum, de præbendis*, notat Innocentius *in cap. Episcopus eod. tit. de præbendis*. Abb. *in dicto cap. ex præsenti* 3. *hoc titulo*, *n.* 4. Ac per consequens dicendum videbatur, rem sacram, ita pro necessitate Sacerdotis pignorari valuisse. Cui dubio respondendum est, rem sacram *in dicto cap. ex præsentium*, non fuisse pignoratam pro necessitate, & sustentatione ipsiusmet Sacerdotis, sed potius pro necessitate sui patrimonii conservandi, hoc est reparandi suas proprias domos; quo in casu vel etiam si pro necessitate personæ fiat, si proprium patrimonium habuerit, illa rei sacræ pignoris constitutio non tenet; & si de facto fuerit pignorata, poterit hæres compelli eam luere: ut rectè animadvertit Abb. *in dicto cap. ex præsentium, num.* 4. Barb. *in collect. ad eundem textum, nu.* 2.

5 Tertiò, prædictis obstat textus in *l. in modicis* 24. *ff. de contrahenda emptione*; ubi venditio rei sacræ, vel religiosæ, valet, cum actio ex empto competat. In cujus textus difficultate Accursius, *ibidem, verbo, accessit*, asserit, quod quamvis res sacræ specialiter pignori obligari non possint, poterunt tamen generaliter obligari: quia transeunt cum universitate bonorum. Quam sententiam secutus est Gothofredus *in authentico, non alienandis, aut permutandis rebus Ecclesiæ, cap.* 6. *litera O.* Redditque rationem; quia facilius generalis obligatio, quàm specialis conceditur: quia major expressi, quàm taciti vis est. Notat Cujacius *lib.* 17. *observationum*, *cap.* 39. argumento textus in *cap. in litteris, de jure patronatus.* Nec obstat textus in *c. cum Bertoldus, de sententia, & re judicata*: ex quo communiter probatur, in universali pignore jus patronatus non contineri. Cujus conciliationem omitto: quia de ejus interpretatione plura diximus supr. *in comment. ad eundem textum, numero* 3.

Quare hac, & aliis omissis, verius dicendum est, *in dicta l. in modicis* 24. *ff. de contrahenda emptione*, venditionem valuisse, scilicet tantum ad hoc, ut venditor ex ea venditione obligetur, & actio ex empto emptori competat, ut quanti eo nomine sua interfit ex re sacra evicta consequatur, non tamen ad hoc ut dominium rei sacræ in emptorem transferatur, ut si res sacra profana fiat: atque ideo decisio textus in *l. hanc legem* 22. *ff. de contrahenda emptione*, est conjungenda cum expositione textus *in dicto l. in modicis* 24. *ejusdem tituli*, ut rectè ratiocinatur Antonius Faber *in Rationali, ad textum in l. in modicis* 24. & in *dicta in l. hanc leg.* 22. *ff. de contrahenda emptione.*

6 Quartò, prædictis obstat textus in *l. Sancimus* 21. *C. de Sacrosanctis Ecclesiis*; in cujus *textus* decisione constat vasa sacra vindicari posse: ergo dominio nostro subijci, ac per consequens in illis pignus constitui posse; quod est omnino contra decisionem textus in *l. in rem*, §. 1. *ff. de rei vindicatione*: ubi apparet in rebus sacris rei vindicationem dari non posse.

In quorum jurium contrarietate, omissa interpretatione, & conciliatione Julii Pacii, *legum conciliatarum Centuria* 3. *quæst.* 42. dum asserit res illas non posse quasi nostras vindicari, ut *in dicta l. in rem*, §. 1. poterunt tamen vindicari ratione qualis qualis juris actori competentis: Verius tamen dicendum est, Episcopos non suo nomine eas vindicare posse, sed Ecclesiæ; in cujus potestate quasi quoddam patrimonium existunt *Novella* 120. & sic verbum illud, *vindicari*, non denotat persecutionem judicialem, sed quandam exemptionem, ac liberationem ab humanis usibus, quibus hæres non jure quidem, sed hominum abusu, atque de facto detinebatur: notat Osualdus ad Donellum *lib.* 20. *comm. c.* 4. *littera C.* & antè eum Vvesembecius *in paratitlis ad tit. C. de Sacrosanctis Ecclesiis.*

Quintò, adversus ea, quæ noster textus refert, videli- 7
cet Calicem, Patenam, & similes res sacras tabernario, vel negociatori, seu fœminæ in pignus dari non posse; nisi ex justa, & urgente necessitate, qua interveniente dari posse affirmant *textus noster*, & docet textus *in dicta l. Sancimus* 21. *C. de Sacrosanctis Ecclesiis, cap. sicut omnino, cap. aurum, cap. gloria Episcopi*, 12. *quæst.* 2. Glossa *in præsenti*, Hostiensis, *ibidem.* Glossa *in cap. ea enim*, §. *hoc jus.* 2. *D. Thomas* 2. 2. *quæst.* 100. obstabit textus in *capit. ea enim*, 2. §. *hoc jus porrectum*: 10. *quæst.* 2. *dicta authentic. hoc jus, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis.* In quorum jurium decisione constat, quod si magna urgeat necessitas, vasa Ecclesiæ superflua; aliis locis venerabilibus oblata dentur, vel conflata cuilibet alii Ecclesiæ committantur: ergo nullo casu permittit jus pignoris apud profanos esse. Nec obstabit si dixeris emptionem & venditionem etiam recipere pignoris dationem, *dicto cap. nulli*, cum vulgatis, *de rebus Ecclesiæ*: Quia in themate nostro differunt; nam in venditione franguntur vasa, & conflantur, atque ita desinunt esse sacra: *l. Julianus*, §. *si quis, ff. ad exhibendum*: atque ideo non sacra, sed profana venduntur: quod secus est, cum pignori obligantur.

In cujus textus difficultate cõmuniter dici solet, multum interesse an vasa sacra pignoris causa alienentur, ita ut ad aliam Ecclesiam ad usum divinum transferantur, an verò ad laicos: nam primo casu in eadem forma, & figura alienari, & pignorari poterunt solemnitate adhibita: si vero non Ecclesiæ, sed extra Ecclesiam veluti laicis pignorentur, tunc fracta, & conflata dari debent; ex ratione tradita à *Divo Ambrosio* translata à Gratiano *in c. aurum*, 12. *quæst.* 2. videlicet ne vasa sacra ad cultum divinum deputata, ad profanos usus protrahantur: & juxta hunc sensum asserunt intelligenda esse verba textus *in dicto cap. ea enim*, §. *hoc jus porrectum*, versic. *integra vel aliis locis venerabilibus dentur*; quæ verba debent referri ad pignus Ecclesiæ datum, & verba illa *conflata cuilibet alii vendantur*, sunt interpretanda cum alii laico pignorantur: nam tunc semper ex ratione supra adducta debent frangiã, & conflari.

Sed licet hæc interpretatio communiter sit recepta; verius tamen dicendum arbitror, absque ulla distinctione in pignoribus confractionem rerum sacrarum necessariam non esse: sed in eadem forma posse dari: quod expressè patet ex nostri textus decisione, dum asserit, quod vasa laicis, & fœminis in pignus dari non possunt, nisi urgente maxima necessitate. Ergo planum est, quod ea urgente in eadem specie absque confractione dari possunt laicis, vel fœminis, & patet ex eo: nam si per confractionem, & conflationem fierent profana, atque mutarent speciem, frivola esset exceptio, cum ejus sensus esset, quòd res sacræ pignori obligari non possent: at profanæ ex justissima ea causa possunt; quod ridiculum est: atque ideo admitti non debet. Nec obstat textus *in dicto cap. ea enim*, §. *hoc jus porrectum*, 10. *quæst.* 2. quia procedit quoties vasa sacra vendi necesse est, quo in casu ut eorum dominium in emptorem transferatur, omnino desideratur, ut vasa sint fracta, & conflata. Quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi, *vel conflata cuilibet alii vendantur.*

Sextò, solutioni obstabit sequens consideratio, 8
videlicet Res sacræ prohibentur alienari nisi ex justissima causa, sed quoties venduntur, jam non sunt sacræ, ut *suprà* diximus: ergo in his omnibus frustranea erit *nostri textus* exceptio. Cui considerationi respondendum est, exceptionem illam non esse frustraneam; siquidem cavetur, ne ad illas fractionis, & conflationis angustias perveniatur; nisi urgentissimæ illæ

rationes pietatis, & neceſſitatis accederent: nam illis cõcurrentibus, ſolemnitate ſimul adhibita, poterit Prælatus res ſacras conflatas vendere: notant Doctores omnes *in præſenti*; videndus eſt etiam textus in *ade ſacra* 37.*ff. de contrahenda emptione*, cum *l.cum loca*, 36. *l.oſſa*, 8.§. 1. *ff.de Religioſis & ſumptibus funerum*. Cui obſtat *l.officii* 62.§. 1. *ff.de contrahenda emptione*: de quorum conciliatione videndus eſt Julius Pacius *legum conciliatarum Centuria* 5.*quæſt.* 7.*& l.pacta conventa* 72.§. *Papinianus*, *ff. de contrahenda emptione*: textus difficilis in *l. quod ſi locus* 11.*ff.de Religioſis*, *& ſumptibus funerum*; de quo latè Anton. Faber *in Rationali ad eundem textum*: Textus in *l.ſtipulatio iſta*, *& l.*38.§.*ultim.ff. de verborum obligationibus*, ubi apparet ædem ſacram ædificari, ſtipulari poſſe: ergo ejus commercium non interdicitur. Sed reſpondendum aliud eſſe ſtipulari rem ſacram dari, aliud verò fieri: Primo caſu rei ſacræ ſtipulatio prohibetur, non verò in ſecundo. Ratio differentiæ eſt quia in primo, ejus dominium conſequi volumus, non in ſecundo.

Ad textum in cap. Lator 2. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Homo liber, etiam ſi non habeat unde creditoribus ſolvat pignorari non poteſt.*

2 *Homo liber in commercio hominum non exiſtit. Libertatem onerare durum, & iniquum eſt.*

3 *Refertur ratio ad textum in* lege 6. lege liberum 11. leg. commercio 16. Codice de captivis, & poſtliminio reverſis, leg. in bello 2. §. ſi quis ſervus, ff.eodem.

4 *Exponitur textus, in* l.grege 13.§.ſtatu liber, ff.de pignoribus: *& conciliatur cum* l.1. §.quid tamen, ff. ſi quis teſtamento liber eſſe juſſus.

Statu liber quandoque ut liber judicatur, & punitur.

Conditio perſonæ, delicti tempore, non ſententiæ attenditur.

Conciliatur textus in l. ſtatu liberum 9. §. illud, ff. de ſtatuliberis, *cum* leg. Neratius 67. de condictione indebiti.

5 *Interpretatur textus in* cap. ex reſcripto 9. de jurejurando.

Oſtagium promittentes, & recipientes quando excommunicantur.

Homo liber in obſidem pro bono pacis dari poteſt.

6 *Redditur ratio ad textum* in Authentic. ut judices, §.ſciant, & §. neceſſitatem, collatione 2.

Judex poſt finitum officium debet ſtare per quinquaginta dies in provincia, ut rationem officii reddat.

7 *Declaratur textus in* l.ſi uſumfructum 13. ff. de liberali cauſa.

Argumentum de majori ad minus validum eſt.

8 *Proponitur ratio ad textum* in leg. final. ff. quibus ad libertatem proclamare non licet.

9 *Ad concordiam reducitur textus in* l.liberis 7. §.ſi duo ff. de liberali cauſa *cum* dicta leg.final.ff.quibus ad libertatem.

10 *Expenditur textus in* l.ſi uſumfructum 23. §.in ſumma, ff. de liberali cauſa.

11 *Declaratur textus* in leg. 1. ff. de ordine cognitionum, leg.1.§.per hanc, ff. de rei vindication. leg.ſed & ſi §.ſed ſi directo, ff. de fideicommiſſariis libert.

12 *Interpretatur text.* in l. in ſuis verſ. Quos occidere licet, ff. de liberis & poſthumis.

13 *Declaratur text.* in l. 1.verſ. proinde, ff. de libero homine exhibendo.

14 *Remiſſivè exponitur text.* in l.ſi Procuratorem 8. §. ſi quis mandaverit, ff. mandati, l.ſed & ſi 19.§. ſi homo liber, ff. de evictionibus.

CONCLUSIO.

1 HOmo liber *etiam ſi non habeat, unde creditoribus ſolvat, vel ſatisfaciat, pignorari non poteſt.* Conſonat textus in *l. per eam rem, leg.ultim.ff. quæ res pignori*: *leg.*2.*& leg. qui filios* 6.*Cod. eodem tit. leg.ob æs alienum, Cod. de obligationibus, & actionibus: Authentic. ut nulli judicum*, §.*quia vero, collatione* 9.*leg.* 1. §.*ſed cum liber.ff.de his qui deiecerunt*; *leg. liber.ff.ad leg. Aquiliam*: *leg.liberi* 7. *leg. inter ſtipulantem* 83. §. *ſacram, ff. de verborum obligationibus*; *leg. uſucapionem, l. ſi in emptione, ff.de contrahenda emptione*; *leg. Senatus*, §. *ultim. ff. de legatis* 1. *leg.* 2.*ff.ad l.Flaviam de plagiariis. Authentic. ut nulli judicum*, §.*quia*, *&* §.*final. Inſtit.de empt.& vend.l.*3.*tit.*13. *partita* 5. *leg.* 26.*titulo* 6.*partita* 1. *l.*12. *titulo* 20. *lib.* 3. *ſori.* Exornant Berojus *in cap. nulli, de rebus Eccleſiæ*: *num.*25. Anton. Faber *in Rationali ad textum in dicta leg.* 1. *& final. ff.quæ res pignori*: Felicianus *de cenſibus lib.*1.*cap.* 8. *num.* 8. Bartolus *in leg.obſides* 11.*ff.de teſtamentis*: Covarruvias *lib.*2.*variarum, cap.*1. *num.*1. Connanus *lib.*4. *comment.cap.*14. Donellus *in dicta leg.ob æs alienum*, Idem, *lib.*4. *comment. cap.* 6. Oſualdus *ibidem*; *littera A*, Idem, *lib.* 12. *cap.* 20. *litera B.* Navarrus *in Manuali, cap.* 17.*num.*88. Gomezius *tomo* 2. *variarum*, *capit.*11.*num.*52.*ad finem*, Sylveſt. *in Summa, verbo, pignus, num.* 3. Baeza *de inope debitore, cap.*1.*num.* 4. Hoſtienſis *in Summa, titulo de pignoribus*, §.*quæ res, num.* 6. cum traditis à Cenedo *in Collectaneis ad Decretales*, *Collectan.* 79. Barb. *in Collectan. ad noſtrum textum, num.* 1. 2. *& 3.*

2 Ratio autem, quare pignoris obligatio in libero homine non conſiſtit, ea eſt: quia cum liber homo in commercio noſtro non ſit, *dicta leg. inter ſtipulantem*, § *ſacram, ff.de verborum obligationibus*; *dicta l.liber*, cum ſimilibus, *ff.ad l. Aquiliam*, & cum res, quæ extra commercium hominum eſt, pignori obligari non poſſit, *dicta l.* 1. §.*cam rem, ff.quæ res pignori*: meritò liber homo pignoris nexui dari non poteſt, cum libertatem onerare durum, & iniquum ſit: *leg.* 1. §. *quæ onerandæ, ff.quarum rerum actio non detur*: docet Donellus *lib.*1. *comment. cap.* 18.

3 Primò, obſtabit textus in *leg.* 6. *leg. liberum* 11. *leg. commercio* 17.*Cod. de captivis, & poſtliminio reverſis*: *leg. in bello* 2.§ *ſi quis ſervus, ff.eodem*: *l.ſi patre redempto* 15.*ff. eodem, leg.ſi convenerit*, §.*ultim.ff. de pignoratitia actione.* In quibus juribus cavetur, liberum hominum jure pignoris detineri poſſe. Sed reſpondendum eſt prædicta jura favore libertatis procedere, cum magna utilitas ſit captivo ex eo, quod jure pignoris detineatur à redimentibus, ut ſic ſpe conſequendi redemptionis pretium homines invitentur ad captivos redimendos: quia ſi redempti pro pignore non detinerentur, redimentes non haberent ſpem conſequendi redemptionis valorem, ac per conſequens pauci, aut nulli captivos redimere vellent: & ſi aliter eſſet, libertatis favor impediretur. Confirmatur etiam ex doctrina *noſtri textus*; ſiquidem ratio propter quam Pontifex aſſerit liberum hominem jure pignoris detineri non poſſe, ea eſt, ut liberi homines ſua fungantur libertate, & ne tanquam ſervi detineantur, & libertas, quæ tam æſtimabilis res eſt, pro re vili fruſtretur; præcipuè quia, cum quis ab hoſtibus redimitur, non ſit ſervus de novo ob pignoris detentionem, ſed manet, ut erat, in hoſtium poteſtate, & cum eiſdem qualitatibus, ita ut ſoluto pretio jure poſtliminii rediſſe videatur: ut conſtat ex *dictis juribus.*

4 Secundò, obſtat textus in *leg.grege* 13.§.*ſtatu liber, ff. de pignoribus*, ubi conſtat ſtatu liberum pignorari ſimiliter & vendi poſſe: juxta textum in *l.ſtatu liberos* 25.*ff. de ſtatu liberis*: & tamen ſtatu liber, ut liber judicatur & punitur, juxta textum in *leg. ſtatu liber* 14.*ff. de quæſtionibus*: *leg. moris* 9.§. *ultim.ff.de pœnis*: ergo ſi ſtatu liber, qui ut liber judicatur pignoris nexui dari poterit; ſic ſimiliter & homo liber pignorari poterit.

poterit. Verùm reſpondendum eſt, ſtatuliberum pendente conditione adhuc ſervum eſſe, *l. 3. Cod. de fideicommiſſariis libertatibus, l.ſtatu libera* 16. *ff.de ſtatu liberis*, atque ideo,cùm pendente conditione ſervus ſit, rectè interim in pignus dari poterit, licet conditione exiſtente evaneſcat pignus: & ſimiliter ab hærede ſalva libertatis cauſa valeat vendi, notat Gothofredus, *in notis ad textum in dicta l. grege* 13. *§.ſtatu liber, litera B.* & in *dicta l.ſtatu liberos* 25. *litera L.*

Nec obſtat textus *in dicta l. ſtatu liber* 14. *ff. de quæſtionibus*: nam ideo ibi ſtatu liber pendente conditione uti liber punitur, quia delictum commiſit tempore, quo jam ſtatu liber erat: & ſic ob ſtatus incertitudinem,& libertatis ſpem ut liber punitur.

Nec obſtat textus in *l.* 1. *§. quid tamen, ff. ſi is, qui teſtamento liber eſſe juſſus*: ubi ſtatu liber ut ſervus puniendus eſt: quia textus ille procedit eo caſu in quo ſervus deliquit,antequam eſſet ſtatu liber. Differentiæ ratio eſt; quia perſonæ puniendæ conditio ſpectatur tempore delicti, non ſententiæ, *l.* 1. *ff.de pœnis*: notat Accurſius in *d.l. ſtatu liber, verbo, pœnas, ff.de pœnis*: *& in d.l. mori, ff. ultim. ff. eodem*: & ſi hæc interpretatio non placuit, videndus eſt Bartol. *in l.* 1. *num.* 1. *ff. de pœnis*: Gothofredus *in notis ad textum in dicta l.* 1. *§. quod tamen, ff. ſi is, qui teſtamento liber eſſe juſſus erit*: *litera T.*& præcipuè de illorum jurium conciliatione, videndus eſt Pacius *legum conciliatarum Centuria* 7. *queſt.* 76. & de interpretatione ad textum in *l. ſtatu liberum* 9. *§. illud, ff.de ſtatu liberis*: *cum l. Neratius* 63. *ff. de conditione indebiti*: videndus eſt Pacius *ubi ſuprà Centuria* 4. *queſt.* 15. Antonius Faber *lib.* 2. *conjecturarum, c.* 6. Cujac. *tract.* 7. *ad Africanum, in l. cum qui* 38. *§. qui hominem, ff. de ſolutionibus.*

3 Tertiò obſtat textus in *cap. ex reſcripto* 9. *de jurejurando*. Ex cujus deciſione conſtat ratione juramenti poſſe Monachos & liberos homines in oſtagio,& quaſi pignoris nexu detineri, interim dum debitum non fuerit ſolutum; qui quidem actus ex noſtri textus deciſione nullam poteſt inducere obligationem, cum ſpeciem ſervitutis contineat, quæ in libera perſona non conſiſtit, *l.* 1. *&* 2. cum ſimilibus, *ff. de libero homine exhibendo*: Tum etiam quia juramentum illud eſſet vinculum iniquitatis,contra deciſionem textus *in cap. quanto* 18. *de jurejurando*: ſiquidem tam is, qui jurat, manere in oſtagio, excommunicationem incurrit, *cap. contingit* 36. *de ſententia excommunicationis*; quàm is etiam cui juratur, *cap. nuper* 29. *in principio*, verſic. *nos igitur: ejuſdem tituli*: notat Navar. *in Manuali, cap.* 15. *num* 11. Præterea, quia juramentum illud eſſet contra ſubſtantiam profeſſionis,ſiquidem manendo in oſtagio non poſſent intra clauſtrum monaſterii morari contra deciſionem textus in *cap. ſicut ex literis* 13. *de jurejurando.*

In cujus *textus* difficultate, omiſſis plurimis interpretationibus traditis à Gloſſa, *ibidem*; Gloſſa 2. *in cap. ſuppliciter*, 23. *quæſt.* 8. Gloſſa ultima *in cap. expoſita* 11. *de arbitris*: Covarru. *lib.* 2. *variarum, cap.* 1. *num.* 1. Baëza *de inope debitore, cap.* 1. *num.* 24. *cum ſequentibus*, Feliciano *de cenſibus, lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 8. Verius eſt dicendum ideò *in dicto cap. ex reſcripto* 9 *de jurejurando*, oſtagium in Monachis potuiſſe conſiſtere, juramentumque valuiſſe: quia non ſimpliciter & abſolutè dati fuerunt, ſed liberum erat eiſdem recedere, dummodo alii loco ipſorum remanerent, idque ipſi quantum in illis erat efficere conati fuerunt, ut conſtat ex formula juramenti, *in verſic. ut ſi ipſi deficerent alii*, *&c.* Siquidem juramentum ſub ea forma conceptum ſolum obligat Monachos ne per eos ſtet,quominus ſervetur conventio ſatisfacereque dicuntur, ſi quantum in illis eſt, curaverint, ut alii ſubſtituantur, juxta doctrinam Gloſſæ ultimæ *in dicto cap. ex reſcripto*, & ſic liber homo in obſidium dari poteſt pro bono pacis, ut ita melius pax publica conſervetur, quod quidem obſidium juramento firmatum valet: argumento text. in *l. obſides, ff. de teſtamentis; c. expoſita, de arbitris; l.* 13. *tit.* 13. *part.* 5. notat Barb. *in l. alia §. eleganter, n.* 38. *ff. ſoluto matrimonio.* Auguſt. Barb *in collect. ad textum in dicto cap. ex reſcripto, n.* 2. Baëza, *ubi ſuprà.*

Quartò, ſolutioni obſtabit textus *in Authent. Ut Judices. §. ſciant, & §. neceſſitatem, collatione* 2. ubi ſtatuitur, 4
Judicem debere poſt officium depoſitum quinquaginta dies in provincia commorari uſque dum rationem officii reddat;& ſi prius quàm eam reddat aufugerit, capiatur, & detineatur: ut ſic exigi poſſit quidquid furtivè receperit. Verum reſpondendum eſt, Judicem *ibi* non quaſi pignoris jure detineri, ſed potius Reipublicæ favore,ut ſic eo detento,publica delicta patefiant, ne occaſio malè adminiſtrandi Judicibus detur: non enim eſt in jure novum poſſe quem detineri, ſeu capi, ut ſecuritas ſequatur; etiam ſi ex juris Civilis ratione id fieri non poſſit: *l. ait Prætor, §. ſi debitorem, ff. quæ in fraudem creditorũ.* notat Abb. *in præſenti, n.* 8. Decius *conſ.* 75. Rebuff. *de literis obligatoriis, tit.* 6. *n.* 7. *gloſſa* 3.

Quintò, obſtat text. in *l. ſi uſumfructum* 23. *ff. de liberali cauſa*: ubi apparet, hominem liberum vendi poſſe: 5
ergo & pignorari; cum argumentum de majori ad minus validum ſit, ex regula text. in *cap. cui licet, de regulis juris, lib.* 6. Sed reſpondendum eſt, textum illum loqui de eo,qui cum liber eſſet,diſſimulato ſtatu ſuo, pro ſervo dolo malo ad pretium participandum ſe venundari paſſus eſt, & is qui bona fide emit deceſſit, & poſtea ejus hæres uſumfructum bona fide vendidit, quo in caſu quinque concurrentibus traditis ab Accurſio, *in §. final. Inſtit. de jure perſonarum*, ſervus de jure civili efficitur in pœnam tam improbi facti,adeo ut ad ſervitutem proclamare non poſſit; quæ pœna meritò plectitur ex eo,quod libertatem tam parvi æſtimavit, *l. liberis* 17. *ff. de liberali cauſa*: *dicta l. ſi uſumfructum, §. in ſumma. ff. eodem*: videndus eſt Cujacius *lib.* 50. *Pauli ad edictum, in dicta l. ſi uſumfructum* 23. *ff. de liberali cauſa.*

Sextò, ſolutioni obſtabit dicere unum ex requiſitis 6
neceſſariis, ut ad libertatem proclamari non poſſit, eſt, ut emens ejus conditionem ignoret, ut ſuprà eſt reſolutum: ſed ſi duo liberum hominem emant, etiam ſi unus liberum eſſe ſciat, nihilominus ſervus manet, etiam ſi alter ignoret: ergo ſolutio ſuprà adducta ſuſtineri minimè poterit. Minor probatur ex *l. final. ff. quibus ad libertatem proclamare non licet.* Cui difficultati reſpondendum eſt, textum *in dicta l. final.* procedere eo caſu, in quo duo in ſolidum liberum hominem emerunt: nam tunc ille homo liber, qui pro pretio libertatis propriæ participando ſe venundari paſſus eſt, fit ſervus ejus, qui ignoravit eum liberum eſſe; non autem ejus, qui liberum eſſe ſciebat. Unde ſequitur quod in hac emptione jam intervenit ementis ignorantia, licèt alterius interveniſſet ſcientia.

Septimò, ſolutioni obſtat. *l. liberis* 7. *§. ſi duo, ff de liberali cauſa*; ubi aſſeritur, quod ſi duo liberum hominem 7
emant alter ſciens, alter ignorans, unius ignorantia adeo prodeſt alteri ſcienti, ut utriuſque ſervus ille efficiatur. Cui difficultati diſtinctione adhibita reſpondendum eſt, multùm intereſſe inter eum caſum quo alter ſciens alter ignorans liberum hominem in ſolidum emerunt; & inter eum caſum quo pro parte tantùm emerunt: nam primo caſu ignorantia unius alteri non prodeſt; cum liber homo totus bonæ fidei emptori adquiratur: juxta textum *in dicta l. final. ff. de liberali cauſa: l. non ſolum, §. ſed, & ſi, ff. eodem.* In ſecundo verò caſu, ignorantia unius alteri prodeſt: & ita eſt intelligendus textus *in dicta l. liberis* 7. *§. ſi duo, ff. de liberali cauſa*: nam qui ignoravit, majorem partem in ſervo habere non poteſt, quàm ipſe emit: cum emptio & venditio liberi hominis pro parte conſiſtere non poſſit: qua de cauſa pars ſcienti adquiritur: quia æquius eſt ut ſcienti quæratur, quàm ut propter ejus ſcientiam ignorans pœna afficiatur: ut benè animadvertit Cujacius, in *l. iniquiſſimum videtur* 5. *ff. de juris, & facti ignorantia.* Nec ſolutioni obſtat textus in *l. non ſolus* 22. *§. ſed & ſi plures, in fine, ff. de liberali cauſa*, ubi apparet, quod etiam ſi duo in ſolidum emerint, ſcientia, vel ignorantia unius, alteri non nocet nec prodeſt: Quia reſpondendum eſt, tex-

tum illum loqui in actione in duplum ad intereſſe, propter fraudem venditoris; non verò ut ad libertatem proclamare non poſſit, de quo noſter eſt ſermo.

10 Octavo, prædictis obſtat textus in *l. ſi uſumfructum* 23. §. *in ſumma ff. de liberali cauſa.* Ubi liber homo, etiam ſervus efficitur, ſi pignori ſit datus, vel donatus: & tamen his in caſibus non poteſt eſſe particeps pretii; quod tamen omnino requiritur ut ſervus efficiatur: *dicta l. liberis 7. ff. de liberali cauſa.* Quod dubium dilues, ſi dixeris ſatis eſſe, quod in prima venditione ſit particeps pretii etſi in ſecunda non ſit, ſi bona fide fuerit emptus, & poſtea donatus; vel pignori datus; nam tunc non poterit ad libertatem proclamare propter dolum antea in prima venditione contractum, in qua particeps pretii fuerat: ſicque ſententia textus *in dicto* §. *in ſumma*, referenda eſt ad caſum, ſeu ſpeciem à Paulo *in principio textus* propoſitam, videlicet, cum jam antea bona fide fuerat emptus, & particeps pretii, etſi poſtea in donatione, ſeu pignoris datione non fuiſſet; quod apparet ex verbis *illius tex.* ibi, *& in ſumma.*

11 Nonò, his omnibus repugnat text. in *c. 1. de ordine cognitionum*, ubi Pontifex teſtatur, mulierem vindicare poſſe maritum: ergo ex eo, quia maritus in dominio uxoris erat. Conſequentia probatur; nam ad vindicationem dominium ex parte actoris, poſſeſſio verò ex parte rei conventi deſideratur; *l. officium, l. in rem actio, ff. de rei vindicatione*: quod neutiquam poteſt cadere in libera perſona, ſiquidem nec in dominio nec in poſſeſſione alterius eſſe poteſt cum in commercio noſtro non ſit *dicta l. ſi in emptione* 34. *ff. de contrahenda emptione.*

Cui difficultati reſpondendum eſt, mulierem adhuc in ſpecie illius *textus* maritum vindicare poſſe: nam jura in contrarium allegata loquuntur de vindicatione directa, quæ non cadit in homine libero: at vero textus *in dicto cap. 1. de ordine cognitionum*, procedit in vindicatione utili, quæ à jure Canonico uxori conceditur ex juſta cauſa, vel ratione poteſtatis, quam habet in corpus viri; ut conſtat ex *cap. 7. Apoſtolorum*: ibi: *vir non habet poteſtatem ſui corporis ſed mulier*: relato in *cap. ex publico 3. de converſione conjugatorum.* Qua ratione maritus etiam poteſt uxorem vindicare, *cap. illud, de præſumptionib.* qui textus hac interpretatione, luce donatur; notat Abb. *in dicto cap. 1.* Ita ſimiliter eſt interpretandus textus in *l. 1. §. per hanc, ff. de rei vindicatione*: de quo nos plura diximus ſupr. *in dicto c. 1. de ordine cognitionum, n. 7. cum ſequent.*

Similiter Abbas eadem utili vindicatione Monachum vindicare poterit: ſiquidem facta profeſſione, ſubjicitur Abbati, & transfertur in poteſtatem monaſterii, *cap. multos, 54. diſt. cap. non dicatis. 22. q. 2. cap. final. de teſtamentis, lib. 6.* Eodemque modo Epiſcopus vendicare poterit Clericos ſubditos ratione obedientiæ: argumento textus in *cap. inter quatuor, de majoritate, & obedientia; cap. dilectus 55. de appellationibus.* Sic etiam Patronus ratione juris patronatus, quod habet in Eccleſia, poterit illam vindicare; *cap. examinata de judiciis.* Qua etiam utili vindicatione poterit mater filios vindicare; etiam ſi eos in poteſtate non habeat: juxta textum ita intelligendum in *l. ſed & ſi*, §. *ſed ſi directo, ff. de fideicommiſſariis libertatibus*: Notat Pichardus *in* §. *interdum 9. num. 14. Inſt. de obligationibus, quæ ex quaſi delicto naſcuntur.* de cujus intellectu plura ſcripſimus *in dicto c. 1. de ordine cognitionum nu. 10.* Eodemque modo eſt interpretandus text. in *l. ſi poſtulaverit 27. §. ſi liber homo, ff. ad l. Juliam de adulteriis*: ubi ſi liber homo pro ſervo fuerit tortus, conſequitur utili actione ejus rei æſtimationem & intereſſe, non directa: quia liber homo æſtimationem non recipit. Eodemque modo eſt interpretandus textus in *l. liber homo 13. ff. ad exhibendum*, ubi utilis actio competit, ut liber homo exhibeatur: & in *l. de eo 12. ff. eodem.* de quibus latè notat Antonius Faber *in rationali, in dictis juribus.*

12 Decimò, obſtat textus in *leg. in ſuis 11. digeſt. de liberis, & poſthumis*, verſicul. *quos occidere licebat*; ex quibus vebis probatur patres filios ſuos occidere poſſe: ergo multo melius pignori dare: augeturque difficultas ex *l. 1. Codic. de patribus qui filios diſtraxerunt*, ex qua conſtat, tempore urgentis neceſſitatis licere parentibus filios vendere. Sed reſpondendum eſt, quod licet olim patribus licuiſſet filios occidere, hodie tamen ſecus eſt; ut colligitur ex verbis *dictæ legis, in ſuis*, ibi, *quos & occidere licebat*: quæ verba ſignificant olim hoc parentibus ex leg. *duodecim tabularum* permiſſum fuiſſe hodie tamen abrogatum eſt ex *l. final. C. de patria poteſtate.*

Vndecimò, obſtat textus in *l. 1.* verſic. *proinde digeſt. de libero homine exhibendo*: Ex quo colligitur liberum hominem pro noxa aliis poſſe dari: ergo & pignorari. Sed reſpondendum eſt, *textum* illum procedere juxta jus antiquum, quo licitum fuerat pro noxa dare filium, vel filiam in poteſtate conſtitutos. Sed nova hominum converſatio hujuſmodi aſperitatem reſpuendam eſſe decrevit & ab uſu communi hoc penitus receſſit: ne pater poſſit filium ſuum, & maximè filiam alii in noxam dare: ſiquidem ex filii corpore pater magis quam alius periclitetur, ut ſcripſit Juſtinianus in § *ſed veteres, inſtit. de noxalibus actionibus*, Cujacius *tractatu ſecundo, diſſinitionum Papiniani, ad l. Sanctio 41. ff. de pœnis.* 1

Duodecimò, obſtat textus in *l. ſi Procuratorem 8. §. ſi quis mandaverit, digeſt. mandati*: de quo videndus eſt, Antonius Faber *in Rationali ad eundem*: obſtat etiam textus in *l. ſed & ſi 19. § ſi homo liber, digeſt. de evictionibus*, & textus in *l. ſi poſt mortem 88. §. final. digeſt. de legatis 1.* cum *l. peculium 65. §. Titio, ff. de legatis 2. l. pacta conventa*, §. *final. ff. de contrahenda emptione*: textus in *cap. 2. de fidejuſſoribus*: quæ omnia conſultò omitto, & alia plura jura à Doctoribus in *l. inter ſtipulantem*, §. *Sacram ff. de verborum obligationibus*: quia eorum commentaria potius ſpectant ad juris Civilis profeſſores, quam ad Sacrorum Canonum Interpretes, ſeu Doctores.

Ad textum in c. Illo vos 4. c. Cum contra 6. cap. Significante 7. hoc Tit.

SUMMARIUM.

1 *Uſurarius, ſi emit rem eo pacto, quod poſt tempus reſtituat eam venditori, recipiendo aliquid ultra ſortem fructibus in ea computatis, judicatur contractus fœneratitius.*

2 *Pactum de retrovendendo quomodo cognoſcatur.*

3 *Remiſſive interpretatur textus in* cap. ſalubriter, de uſuris; l. creditor, §. inter maritum, ff. mandavit; c. ad noſtram 7. verſic. deinde jurejurando; cap. 1. de feudis; l. Stichum 95. §. ſi creditor 8. ff. de ſolut.

4 *Pactum de retrovendendo omni jure permiſſum eſt.*
Contractus, ita eſt judicandus qualis in forma ipſa apparet.
Exponitur textus in cap. ad noſtram 5. de emptione, & venditione.

5 *Interpretatur textus* in cap. illo vos de pignoribus.
Talis quis in eodem malo præſumitur, qualis eſſe ſolebat.

6 *Redditur ratio ad textum* in l. ſi feudum 2. Cod. de pactis inter emptorem, & venditorem.

7 *Expenditur textus in* l. ſi pretium 4. Cod. de ædilitiis actionibus.

8 *Retrovenditio nihil aliud eſt, quam ſecunda venditio.*
Pactum de retrovendendo per verba obliqua conceptum, non habet vim reſolutionis contractus.

9 *Redditur ratio ad textum* in l. ſi cum venderet 13. ff. de pignoratitia actione.

10 *Dominia rerum non nudis pactis, ſed per traditionem adquiruntur.*

11 *Refertur interpretatio ad textum* in l. ſi quis ea lege 3. C. de pactis inter emptorem.

12 *Diluci-*

12 *Dilucidatur textus in* l. si quis hac lege 41. in principio, ff. de rei vindicatione.

Pactum legis commissoriæ, & additionis in diem, in quo differant, exponitur.

13 *Species ponitur ad textum* in l. si fundus 4. ff. de lege commissoria.

CONCLUSIO.

1 *Si usurarius emit rem eo pacto quod post tempus restituat eam venditori, recipiendo aliquid ultra sortem, fructibus tamen in ea computatis, judicatur contractus fœneratitius.* Consonat textus in *cap. cum contra 6. cap. significasti 7. hoc titulo; cap. 2. cap. constitutus 8. cap. salubriter 16. de usuris; cap. ad nostram, de emptione, & venditione: l. 1. & 2. Codice de pignoratitia actione: libro primo, Codic. de partu pignorum; l. si domum 9. Cod. de pignoribus; l. Titia 48. ff. de solutionibus; l. si cum venderet 13. ff. de pignoratitia actione. l. si creditor 7. de distractione pignorum; l. voluntate 10. ff. quibus modis pignus solvitur; l. 2. l. si à te 7. Cod. de pactis inter emptorem; l. si vir uxori 13. ff. de præscriptis verbis; l. 42. titulo 5. partita 5.* Exornant Corrasius *lib. 3. miscellanearum, cap. 2. & 9.* Menochius *lib. 3. de præsumptionibus, quæst. 112. num. 19.* Cardinalis Mantica *de tacitis, & ambiguis conventionibus, lib. 8. titulo 20. num. 34.* Valascus *consilio 36. num. 2.* Tiraquellus *de retractu conventionali, in principio, num. 4. & §. 5. glossa 4.* Menchaca *controversiarum usufrequentium, cap. 69.* Conradus *de contractibus, quæst. 84. conclusione 5.* Felicianus *lib. 1. de censibus, cap. 9.* Donellus *in l. 2. Cod. de pactis inter emptorem:* Osualdus ad eundem, *lib. 16. comment. c. 17. litera D. cum duabus sequentibus.* Hotomanus *lib. 6. observationum cap. 14.* Gaillius *lib. 2. observationum, c. 16.* Covarru. *lib. 3. variarum, cap. 8. per totum, & cap. 9. num. 2.* Fachineus *lib. 2. controversiarum, cap. 12. cum sequent.* Antonius Gomez. *lib. 2 variarum, cap. 2. n. 27.* Antonius Faber *de erroribus Decade 9. errore 10. & Decade 10. errore 2. & Decade 22. errore 2. 3. 4. & 6.* cum traditis à Cenedo *in Collectaneis ad Decretales, Collect. 28. n. 3.*

2 Ratio, quare *in præsenti* contractus ille de retrovendendo fœneratitius judicatur, ea est: quia in cognoscenda specie alicujus contractus, magis attendi debent pacta in eo apposita, quam nuda verba ipsius contractus, juxta textum *in l. 2. & 3. Cod plus valere quod agitur quam quod simulate concip.* nam licet cùm vera venditio sit in illo pacto de retrovendendo, fructus percepti non computentur in sortem *l. 2. Cod. de pactis inter emptorem;* tamen, quando est contractus pignoratitius, fructus sunt computandi in sortem; *cap. cum contra, infra, hoc titulo;* & in eo aliquid ultra sortem recipere, est usura; *cap. conquestus, de usuris.* Notat Divus Thomas, *2. 2. quæst. 78. art. 1.* & facile præsumitur contra aliquem ex eo, quod facere consuevit: quia consuetudo fœnerandi vehemens est conjectura quod talis contractus sit pignoratitius. *l. vel universorum, ff. de pignoratitia actione.* Notat *Barb.* plures referens *Collect. ad hunc textum. num. 3.* nam contractus ille præsumitur simulatus sub specie emptionis ad recipiendum aliquid ultra sortem; præsertim, cum sit initus cum eo, qui usuras consuevit exercere; meritò cum re vera sit pignoratitius, per talem emptionem ultra sortem aliquid recipiendo, usurarius judicatur: juxta textum in *capit. ad nostram, de emptione & venditione.*

3 Primò, obstabit textus in *cap. salubriter, de usuris: l creditor. §. inter maritum. ff. mandati:* textus in *c. ad nostram 7.* versic *deinde: de jurejurando.* textus in *c. 1. de feud. s; l. Stichum 95. §. si creditor 8. ff. de solutionibus; l. is qui 11. §. 1. ff. de pignoribus, l. si ea lege. C. de usuris; l. si ea pactione, Cod. eodem,* quorum commentaria consultò omitto: quia de illorum interpretatione plura scripsimus supr. *in cap ad nostram 7. de jurejurando,* & in *c. 1. de feudis.*

4 Secundò, obstabit dicere, quod pactum de retrovendendo omni jure licitum est ex Cæsareo, in *l. 2. & 7. Cod. de pactis inter emptorem, & venditorem: l. si cum venderet 13. ff. de pignoratitia actione l. si creditor 7. ff. de distractione pignorum; l. voluntate 10. ff. quibus modis pignus solvitur;* de Jure Pontificio, argumento textus in *cap. ad nostram 5. de emptione & venditione.* de jure divino, *Levitici cap. 25.* versic. *cuncta Regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur.* de jure Regio, *l. 42. titulo 5. partita 5.* Ergo neutiquam *in præsenti* pactum illud de retrovendendo, usurarium debet judicari, etiam si accedat pretii modicitas: siquidem læsio circa pretium non sit à jure improbata: *l. in causa, §. penultimo. ff. de minoribus, l. item si in pretio, §. quem admodum. ff. locati; l. fundi partem 79. ff. de contrahenda emptione.* Augetur difficultas; quia contractus ita est judicandus, qualis in forma ipsa apparet, *l. cum precibus, Cod. de probationibus; l. si tantum ff. ad Senatus Consultum Macedonianum.* Præterea quia in dubio contractus præsumitur verus non simulatus, nec fœneratitius; *dicta l. cum precibus:* quia numquam præsumitur illicitus, nisi id manifestè appareat, *l. prævaricationis: §. ultimo ff. de prævaricat. cap. ultimo, 32. quæstione ultima; cap. præterea, 13. distinctione.* Ergo contractus de quo *in præsenti* agitur, suspicione carere debet, & verus est præsumendus, non fictus, seu simulatus, nec fœneratitius.

In qua jurium contrarietate, verissimè est dicendum quod licet nonnulli existiment pactum retrovendendi simul cum pretii modicitate usurarium esse; tamen verius dicendum censeo neutiquam usurarium, sed omnino permissum, & absque suspicione esse: siquidem emens sub eo pacto de retrovendendo, adeo verus dominus efficitur, ut fructus interim perceptos sibi acquirat ex juribus nuper citatis, Notat Barbos. in *Collect.* ad textum *in dicto cap ad nostram 5. de emptione & venditione, numero 7.* Nec huic sententiæ quidquam obstat textus *in dicto cap. ad nostram 5. de emptione, & venditione.* Ubi Innocentius III. docet, quod si venditio tali pacto fuerit facta, ut si venditori placuerit à septennio usque ad novennium modico pretio oblato emptori ipsa res vendita restituatur venditori, contractus fœneratitius judicatur: Quia respondendum est, ibi pactum non fuisse de retrovendendo, sed de restituenda re, quæ diversa sunt: nam pactum de retrovendendo contractum emptionis respicit, cum secunda emptio celebretur, & fructus in sortem non computentur; cum sibi adquirat emptor: at vero cum pactum est factum de restituenda re, potius respicit naturam mutui, quam contractu emptionis, cujus natura est, ut sine alia nova conventione res pignorata oblato juridicè debito restituatur. *l. si rem, §. nimis, & §. final. de pignoratitia actione: l. item 6. §. 1. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca solvitur;* in quo fructus in sortem computantur, *cap. ad nostram 7. de jurejurando:* ideoque pactio, de qua ibi agitur, majorem simulationem arguit, ut contractus usurarius sit, cum in illo septennii tempore emptor certus sit ex fructibus rei pignoratæ debitum principale, & aliquid ultra sortem consequi posse, cùm mutuator emptionem simulasset pacto illo, ne puniretur pœnis adversus usurarios positis in Concilio Lateranen. relato in *cap. quia in omnibus 3. de usuris;* merito non tantum ex modicitate pretii, sed simul ex facti relatione, & temporis restrictione Summus Pontifex *ibidem* contractum illum usurarium judicavit, ut indicant verba illius textus, ibi: *cum re vera contractus usurarius ageretur:* juncto versiculo, *quod patet ex eo.* Notat Covarru. *lib. 3. variarum, c. 8. n. 3. & 4.* Antonius Faber *de erroribus: Decade 9. errore 9. Corrasius lib 3. Miscellaneorum, c. 9.*

Tertiò, prædictis valde obstat textus noster, in cujus specie agitur de pacto de retrovendendo, modico pretio oblato; & tamen usurarius, seu fœneratitius, & illicitus appellatur. In cujus textus difficultate nonnulli existimant ideo in specie nostri *textus*, contractum ita celebratum, usurarium etiam præsumi ex adiectione illius conditionis, & legis, quòd fructus in sortem computentur; cùm esset omnino contra substantiam ipsius contractus retrovendendi: in quo fructus ad emptorem pertinent; *dicta l. 2. Cod. de pactis inter emptorem;* & sic legem illam 5

in pacto appositam, suspicionem usurarum inducere; cum nimis durum esset, emptorem velle fructus in sortem principalem computare, nisi ut usurarum crimen contegeret, cùm nemo quod suum est facile amittere, & jactare velle videatur; *leg. cum de indebito* 25. versiculo, *quod si nolit, ff. de probationibus*; *cap. Super eo, de renunciatione.* Atque ideo contractum illum potius accedere ad contractum pignoratitium, quàm ad pactum retrovendendi; cujus pignoratitii contractus natura est, ut fructus in sortem computentur, *cap. ad nostram* 7. *de jurejurando.* Præcipuè etiam, quia emptor solitus erat fœnerari; siquidem talis quis præsumitur in eodem malo, qualis esse solebat; *leg. universarum* 12. *ff. de pignoratitia actione*; *leg. semisses* 13. §. 1. *ff. de usuris*; *leg. item* 7. §. *quod dicitur* 13. *ff. ad Macedon. leg. non omnes*, §. *à Barbaris, ff. de re militari*; *cap. semel malus, de regulis juris, lib.* 6. meritò enim cum in *dict. cap. ad nostram de emptione & venditione*, & in *textu nostro* illa tria concurrant, scilicet, pretii modicitas, pactum retrovendendi, & consuetudo fœnerandi, mirum non est quod ex illis tribus conjecturis contractus ille fœneratitius à Pontifice judicetur: notat Covar. *lib.* 3. *variarum cap.* 8. *num.* 4. *& c.* 9. *n.* 2. Fachin. *lib.* 2. *controv. c.* 12. *apud finem.*

6 Quartò, adversus sententiam *in præsenti* communiter receptam, ubi ferè omnes affirmant ex pacto retrovendendi verbis directis per se indicantibus resolutionem contractus, veluti, *inemptus sit fundus*: non tamen obliquis, dominium rei venditæ, resoluto contractu, ad emptorem ipso jure citra aliam traditionem transire, juxta textum in *leg. voluntate* 10. §. *ultim. ff. quibus modis pignus vel hypotheca solvitur*; versicul. *Sed in pristinam causam res redit, resoluta venditione*: juncto vers. *creditor*: ejusdem legis *leg. si à te, leg.* 7. *Cod. de pactis inter emptorem*, ubi apparet, quòd si venditio fuerit eo pacto celebrata, ut si pretium redderetur, inemptus foret fundus, hactenus durat penes emptorem dominium, quatenus illi pretium non restituitur, vel non obsignatur, seu deponitur: Ergo soluto, aut deposito pretio, dominium statim ad venditorem redit, ita hanc sententiam tenent Covar. *dicto lib.* 3. *variarum, cap.* 8. *num.* 3. Tiraquellus *de retractu, lib.* 2. §. 1. *glossa* 7. Fachineus *lib.* 2. *controversiarum, cap.* 15. Obstabit textus in *leg.* 2. *C. de pactis inter emptorem*, ubi Imperator Alexander asserit, quod si venditio sit facta sub illo pacto, ut oblato quandocumque, vel intra certum tempus pretio, fundus venditus emptori restituatur, tunc oblato pretio competit venditori actio ex vendito, vel præscriptis verbis, quæ ambæ personales, & non reales sunt.

Sed respondendum est, textum *in dict. leg.* 2. procedere in pacto verbis obliquis, non directis concepto; ut constat ex verbo illo, *restitueretur*; quod operationem ex parte emptoris desiderat: juxta textum in *leg. si vir uxori. ff. de præscriptis verbis*: notat Fachineus, *ubi supra, dicto cap.* 15. præcipuè, quia *in dicta leg.* 2. non agitur de pacto de retrovendendo, sed de restituendo; quod dissimile est à pacto de retrovendendo obliquè concepto: nam in hoc, facti obligatio extat, ut revendatur; & si emptor nolit retrovendere, obligatio reducitur ad factum ad interesse, *leg. si quis ab alio* 13. *ff. de re judicata*: at verò in illo pacto restituendi inest causa bonorum; *leg. in conventionibus* 52. §. *final. ff. de verborum obligationibus*: ex quo fit, quod ex die moræ debeantur à venditore fructus, *dicta leg.* 2. de qua re latè tractat Antonius Faber *de erroribus*: *Decade* 10. *errore* 2. *& Decade* 22. *errore* 2. Corrasius *lib.* 3. *Miscellanearum*, *c.* 9. *n.* 2.

7 Quintò, obstat textus in *l. si prædium* 4. *Cod. de ædiliticiis actionibus*: ubi ex pacto sic facto, ut si fundus venditus displicuisset, esset inemptus; tantum emptori competit redhibitoria actio quæ personalis est, & solum competit adversus venditorem, *leg. actionem* 25. versicul. *in personam, ff. de obligationibus, & actionibus.* Sed huic dubio respondendum est, textum *in dicta leg. si prædium* 4. procedere non in pacto revenditionis, sed in redhibitoria actione, quæ sanè dissimilis est, cum non competat venditori adversus emptorem, sed potius emptori adversus venditorem, juxta textum in *l. quod si nolit* 31. §. *si quid* 22. *ff. de ædilitio edicto*: qua de causa ibidem rei vindicatio competere non potest: notat Fach. *ubi supra.*

Sextò, prædictis obstabit *Antonii Fabri* consideratio 8
adducta *in dicta Decade vigesima secunda, errore secundo, numero quarto*, asserentis retrovenditionem nihil aliud significare quàm secundam venditionem, in qua necessariò debemus supponere, ut is, qui antea fuerat emptor, postea in secunda venditione restituto pretio venditor existat: Ergo dici non potest, contractum oblato pretio perinde haberi, ac si nunquam fuisset celebratum; ac per consequens similiter dici non potest, quod oblato pretio ipso jure dominium transferatur in primum venditorem, cùm ad id omnino desideretur, ut primus contractus evanescat, ac si numquam fuisset celebratus. Quibus fundamentis contrariam sententiam tenet Anton. Faber *Decade* 22. *errore* 2. *n.* 4.

Sed huic considerationi respondendum est, quod cùm pactum de retrovendendo verbis directis ita sit conceptum, ut soluto, vel restituto pretio, res sit inempta, seu venditio ita sit nulla, ac si nunquam fuisset celebrata, nihil mirum, quòd non impediat dominii translationem in venditorem; quemadmodum ex pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diem: præcipuè cum hoc pactum ita frequens sit in venditionibus, ac illud; nec major ratio in eo, quàm in hoc possit haberi, testante ipso Fabro *dicta Decade* 22. *errore* 2. negamus equidem in hoc casu esse secundam venditionem supposita prima, ut ipse *Faber* existimat: nam id tantum est verum, cum venditio de retrovendendo verbis obliquis est celebrata: nam si directis verbis est concepta, oblato pretio, & ablata prima venditione, perinde res ad pristinum statum revertitur, ac si venditio nunquam fuisset celebrata: & sic inutilis remanet dicta *Antonii Fabri* consideratio.

Septimò, adversus ea, quæ *suprà* retulimus vide- 9
licet pactum de retrovendendo per verba obliqua conceptum non operari resolutionem contractus, nec translationem dominii obstabit text. in *l. si cum venderet* 13. *ff. de pignoratitia actione*: ubi si pactum à creditore cum emptore pignoris, vel hypothecæ, fuerit factum, ut si debitor solverit pecuniam seu pretium emptori liceret ei recipere rem suam: & ex hac conventione poterit debitor rem suam vindicare; & tamen verbum illud, *recipere* obliquum est, quemadmodum verbum *revertere*; cùm in utroque traditio ex parte emptoris desideretur. Cui difficultati communiter dici solet, in specie illius *textus* non competere debitori actionem in rem directam, sed tantum utilem, seu prætoriam, quæ potest concurrere cum actione personali in factum: siquidem tantum actio realis excludit personalem, quando directa est, non quando utilis; *l. si mortis causa* 19. juncta *l. sequenti, ff. de donationibus causa mortis*: Notat Covarruvias *dicto lib.* 3. *variar. c.* 8. *n.* 3. Anton. Faber *in Rationali, ad text. in dicta leg. si cum venderet* 13. *ff. de pignoratitia actione.* Sed omissa hac, Alex. *in consil.* 10. *lib.* 1. & Cumani interpretatione in *l.* 1. *ff. de donationibus*, quam inprobat Covarruvias *ubi suprà, num.* 3. verius dicendum esse existimo, quod etsi fateamur verbum illud, *recipere*, per se tantum esse obliquum, cum requirat traditionem, tamen junctum, & conjunctum cum verbis illis *rem suam*, directum efficitur; nam cum hæc clausula referatur ad tempus, quod debitor pretium emptori solverit, & non possit per solam solutionem res ejus fieri nisi resolvatur contractus, nec iste resolvi possit nisi factus per verba directa; tamen exinde deducitur, conventionem illam non obliquè sed directè fuisse conceptam.

Nec obstabit si instes resoluto contractu ex pacto illo, & translato dominio in debitorem non posse

ei competere actionem in factum, sed potius in rem directam: Quia respondendum est, quod cum illud pactum non fuerit factum ab ipso debitore cum creditore, sed à creditore cum alio extraneo, videbatur dicendum non posse debitorem agere ex eo, cùm nemo actionem per liberam personam, quæ ejus juri subjecta non est, valeat adquirere, *l.stipulatio* 48. §.*alteri* 6.*ff. de verborum obligationibus*; ideo justa de causa adversus emptorem, ut stet pacto, datur ipsi debitori actio utilis in factum ex persona creditoris cessa, notat Donellus *lib.*12.*comment.cap.*8. Osualdus *ibidem litera F.* Cujacius *tract.* 11.*Digestorum Juliani in l.si creditor* 7.*ff. de distractione pignorum.* Unde ex his apparet ineptam esse *Antonii Fabri* emendationem, *Decade* 22. *errore* 9. *n.* 3. & *in Rationali ad textum in dicta l.si cum venderet* 13.*ff. de pignoratitia actione*: dum existimat verba illius textus ibi, *sed ipse debitor, aut vindicare rem poterit, aut in factum actione contra emptorem agere*, à Triboniano contra juris rationem fuisse addita.

10 Octavò, prædictis obstat textus in *l. traditionibus*, *Codic.de pactis*, *l.qua ratione* 9. §. *hæc quoque res*, *ff. de adquirendo rerum dominio*; §. *per traditionem instit. de rerum divisione*: ex quibus deducitur rerum dominia non nudis pactis, sed per traditionem adquiri. Ergo ex solo pacto de retrovendendo, etiam oblato pretio, dominium ad venditorem non transfertur: præcipuè, cum nuda traditio sufficiens non sit ad dominii translationem, cum necessariò causa requiratur; *l.nunquam ff.de adquirendo rerum dominio.* Sed hoc dubio non obstante, verissima sunt hucusque resoluta. Nec obstat textus *in dicta l. traditionibus*, cum *similibus*: Quia respondendum est, quod conditio illa de retrovendendo, quæ resolvit contractum, retrotrahitur ad tempus ipsius appositionis, *l. qui balneum* 9. *l.potior* 11.*ff.qui potiores*: & quemadmodum emptor sine titulo emptionis non fit dominus rei traditæ; sic deficiente titulo ex prima emptione necesse est, ut ad pristinum dominum venditorem ipso jure revertatur, siquidem tamdiu traditio prodest ad translationem dominii, quandiu emptio subsistit; & sic resoluta venditione, desinit traditio causam habere: nec unquam habuisse videtur: notat Glossa *in dicta l.traditionibus*: Antonius Faber *lib.* 22. *errore* 1. Osualdus ad Donellum *lib.*16.*comment.cap.*18. *litera C.*

11 Nonò, obstabit textus in *l. qui ea lege* 3. *Codice de pactis inter emptorem*, ubi apparet, quod si venditio ita fuerit celebrata, ut si reliquum pretium intra certum tempus non sit restitutum, res vendita ad venditorem revertatur, adveniente conditione, venditori rei, vendicatio non competit: sed tantum actio ex vendito, quæ personalis est, & cum reali concurrere non potest: argumento textus in *leg. final. digest. de usufructu, quemadmodum caveat*; *paragrapho sic utraque*, *instit. de actionibus.* Cui difficultati verissimè est dicendum, textum *in dicta leg. qui ea lege*, non loqui in pacto de retrovendendo, sed in pacto legis commissoriæ: & licèt affines sint tamen in multis differunt, ut latè refert Antonius Faber *dicta Decade vigesima secunda, errore primo & secundo*, nec adveniente conditione rei vindicatio competit, quia pactum illud commissorium verbis obliquis fuit conceptum; ut constat ex illo verbo, *revertatur*: atque ideo non sufficit, ut retro dominium transferatur sine nova traditione, cum sint necessaria verba directa per se ipsa indicantia & inducentia resolutionem contractus, qualia sunt, *in emptus sit fundus*, aut, *nulla sit emptio*, & similia. Notat Covarruvias *ubi supra*, *numero primo*, Gothofredus *in l.* 2. *de lege commissoria*, *litera* Z. Cujacius omnino videndus, *libro decimo sexto*, *observationum*, *capite vigesimo nono.*

12 Decimò, solutioni obstat textus *in leg. si quis hac lege* 41. *in principio, de rei vindicatione*, ubi etiamsi pactum addictionis in diem verbis obliquis sit conceptum, adeo resolvit contractum, ut non solum emptorem dominio rei emptæ privet, sed etiam venditorem dominum ipsius rei constituat, nulla alia expectata traditione: ut rectè sentit Covarruvias *dicto libro tertio*, *variarum, capite octavo*, *numero primo.* In cujus textus difficultate adeo fuit oppressus Bartolus, *ibidem*, quod existimet emptorem ibi non posse uti actione in rem adversus venditorem, aut habentem causam ab eo, cum exceptione pacti repelli possit: at posse contra alios quasi posset esse dominus adversus unos, & non esse adversus alios: ut considerat Anton. Faber *in Rationali ad eundem textum.* Quæ interpretatio plurimis rationibus convincitur à Covarruvias *dicto libro tertio*, *variarum capite octavo*, *numero primo.* Nonnulli autem asserunt verbum illud, *revertatur*, esse directum, & non obliquum: atque idem nihil mirum quod dominium impleta conditione ad venditorem transferatur, ut insinuat Covarruvias *ubi suprà dicto numero primo*, *apud finem.* Quæ interpretatio ex eo convincitur; quia quemadmodum verbum, *revertatur*, est obliquum, ut ipse Covarruvias fatetur, sic similiter erit verbum, *recedatur*, cum utrumque aliquam extrinsecam requirat operationem.

Quapropter his & aliis omissis, verius est dicendum discrimen esse inter pacta addictionis in diem, & legis commissoriæ; ita ut in hoc legis commissoriæ pacto verba obliqua non sufficiant ad resolutionem contractus, nec ad translationem dominii sine nova traditione: at verò in illo addictionis in diem pactum sufficiat: ejus differentiæ rationem à nemine observatam licèt à Covarruvias *ubi supra* brevibus indicatam, eam esse existimo; quia pactum legis commissoriæ, etiam si conceptum sit in favorem vendentis, tamen præcipuè concipitur in odium mentis, qui intra tempus pretium non solvit, ad quod tenebatur: at pactum in diem addictionis nunquam est conceptum in odium seu ad pœnam alicujus licet verum sit, regulariter concipi in favorem venditoris; & cum odia sint restringenda, & favores ampliandi, *cap. odia*, *de regulis jur. lib. 6.* mirum non est, quod ex pacto addictionis in diem licet verbis obliquis concepto, retro dominium in venditorem transferatur: è contra in pacto legis commissoriæ non transferatur, cum odiosum sit: quod secus esset, si pactum legis commissoriæ verbis directis fuisset conceptum, ut rectè animadvertit Covarruvias *ubi supra*, *n.* 1.

13 Undecimò, solutioni obstat textus in *l.si fundus* 4. *ff. de lege commissoria*, ubi apparet, quod si fundus hac conditione sit venditus, quod si intra certum tempus pretium non fuerit absolutum, inemptus esset, si pretium intra diem non fuerit solutum, tunc venditori tantum competit actio ex vendito: Ergo apparet ex pacto legis commissoriæ non retro transferri dominium etiam si concipiat verbis directis, ut constat ex illis verbis, ibi, *inemptus sit*, quod etiam probat textus in *l.sed Celsus* 6.§.1.*ff.de contrahenda emptione.*

Pro cujus nodi solutione adnotandum est, pactum legis commissoriæ & addictionis in diem, tunc inducere resolutionem contractus, & dominii translationem in venditorem, si in continenti appositum est: nam quando ex intervallo apponitur, non poterit sufficere ad resolvendas pristinas actiones, & obligationes, nec ad inducendam ex ea causa translationem dominii; *l.ab emptione* 58.*ff.de pactis*, *l.emptio* 3.*l.cum emptor* 5. cum sequentibus, *ff.de rescindenda venditione*: §. *ultim. Instit. quibus modis tollitur obligatio.* Quo supposito, dicendum est, pactum legis commissoriæ *in dict.l.si fundus* 4. *& in dicto* §.1. non fuisse in continenti appositum, sed ex intervallo: ideo nihil mirum, quod etiam si verbis directis sit conceptum, quod ipso jure venditio non rescindatur, nec dominium transferatur, cùm tunc magis novam obligationem producat, quàm veterem deleat: juxta textum *in dicta l. ab emptione* 58. *in fine*, docet Covar. *dicto c.*8.*n.*1. Donellus *lib.*16.*comment.c.*18. Osualdus *ibidem*, *& locis supra citatis*

Ad

Ad textum in capit. Ex literis 5. hujus Tituli.

SUMMARIUM.

1 *Mulier agit pro dote contra quemlibet detinentem bona mariti.*

Hypothecata res tranſit cum ſuo onere.

2 *Mulier in dote præfertur aliis creditoribus non expreſſam, ſed tacitam hypothecam habentibus.*

3 *Expenditur textus in* leg. à Divo Pio, §. ſi pignora, ff. de re judicata.

4 *Mulier conſtante matrimonio, niſi maritus ad inopiam pervenerit, non poteſt dotem petere.*

Conciliatur textus in leg. 2. leg. quoties 30. ff. ſoluto matrimonio, *cum* leg. ubi adhuc Codic. de jure dotium.

5 *Libellus alternativus vitiatur, cum debeat eſſe clarus, & certus.*

6 *Actio cum intentatur, & competit, tunc ceſſat Judicis officium.*

Officium Judicis eſt in triplici differentia, ut ibi exponitur.

7 *Dotis cauſa, & ejus cognitio principaliter ad Judicem ſecularem ſpectat: ad Eccleſiaſticum vero cum incidenter occurrit.*

Expenditur text. in cap. ex literis 5. de pignoribus, c. per veſtras, de donat. inter.

8 *Actio hypothecaria non poteſt experiri contra tertium poſſeſſorem, niſi facta prius executione in bonis principalis debitoris.*

9 *Uxor Primipili ob maleficium viri obligatur: & ibi exponitur text.* in l. ſatis, Cod. in quibus cauſis pignus, vel hypothec.

Primipilus quis dicatur, ibi declaratur.

CONCLUSIO.

1 *MUlier agit pro dote contra quemlibet detinentem bona mariti.* Conſonat textus in *leg. mulier* 19. *ff. qui potiores in pignore: leg. ſi fundus*, §. *in venditione, digeſt. de pignore: leg. ſi fundus*, §. *in venditione, digeſt. de pignoribus: leg. actionis gratia* 24. *digeſt. de obligationibus, & actionibus; leg. olim*, in fine, *digeſt. de rei vindicatione; leg.* 1. *digeſt. ſoluto matrimonio; leg. aſſiduis* 6. *ff. qui potiores in pignore habeantur; leg. rei uxoris, C. de donationibus inter: leg.* 2. *C. ne uxor pro marito; leg. quiſquis*, §. *uxoris, Cod. ad legem Juliam Majeſtatis; l. ſi quis, Cod. de bonis damnatorum; leg. unica*, §. *& plures, Cod. de rei uxoriæ actione; leg. in rebus, Cod. de jure dotium; leg. ubi adhuc* 29. *Cod. eodem*, §. *fuerat antea* 29. *Inſtit. de actionibus leg.* 33. *titulo* 13. *partita* 5. Exornant Palacius *in repetitione Rubricæ de donationibus inter virum*: §. 66. *num.* 19. Antonius Gomez *in leg.* 50. *Tauri, num.* 39. Idem in *l.* 76. Julius Clarus *lib.* 5. §. *final. quæſt.* 78. *num.* 15. Chaſſaneus *in conſuetudinibus Burgundiæ, folio* 98. §. 2. *num.* 3. Neguſantius *de pignoribus*, 2. *parte, membro* 4. *num.* 24. Covarruvias *lib.* 1. *variarum, cap.* 7. *num.* 1. *cum ſequentibus*, Simancas *de Catholicis inſt. cap.* 9. *num.* 70. Repertorium, verbo, *dotes* & Doctores omnes in *leg.* 77. *Tauri*: Oſualdus ad Donellum *lib.* 14. *comment. cap.* 7. *littera H.* cum traditis à Barb. *in Collect. ad noſtrum textum*, Pichardo *in* §. *quædam actiones* 20. *Inſt. de actionibus, art.* 5. *num.* 15. *cum ſequentibus*, Idem in §. *fuerat antea* 29. *Inſtit. de actionibus, n.* 3. *cum ſequentibus.*

2 Ratio depromitur ex *textu noſtro* nempe: quia mulieribus circa dotem maximus favor debetur, *leg.* 1. *digeſt. ſoluto matrimonio*, & inter alios favores ille præcipuus eſt, quod habeant tacitam hypothecam pro dote; cum tranſeat res hypothecata cum onere ſuo, *leg. unica*, §. *& ut plenius, Codic. de rei uxoriæ actione*; §. *fuerat antea, Inſtitut. de actionibus.* Notat Neguſantius *de pignoribus*, 2. *parte, membro* 4. *num.* 24. & aliis præferatur etiam anterioribus creditoribus habentibus etiam tacitam hypothecam, *l. aſſiduis, Cod. qui potiores in pignore*; *dicto* §. *fuerat antea*: ſecus verò eſt dicendum, quando anteriores creditores expreſſam hypothecam retinent: quia tunc non eſt locus prælationi dotis, cùm ſervanda ſit regula, *Qui prior eſt tempore.* Notat Gloſſ. *in præſenti, verbo, favor*; quam ſequitur Imola *n.* 19. Covar. *lib.* 1. *variar. c.* 7. *n.* 1. Gomezius in *l.* 59. *Tauri, n.* 3. qui plura, & plures refert.

Primò, adverſus ea quæ *textus noſter* refert, videli- 3
cet Rodericum fratrem delinquentis, compellendum eſſe retinere pro certa pecuniæ quantitate poſſeſſiones illas; quia non fuit inventus alius emptor: Obſtabit textus in *leg. à Divo Pio*, §. *ſi pignora, ff. de re judicata*, ubi apparet, quod quando emptor non invenitur, res debitoris adjudicantur creditori pro debito: Ergo frater delinquentis non erat compellendus ea bona accipere. Cui dubio reſpondendum eſt, quod juxta deciſionem textus *in dicta leg. à Divo Pio*, §. *ſi pignora*, Judex potius debet dare in ſolutum poſſeſſiones ipſi offerenti, quàm compellere fratrem eas emere: Notat Paquellus *de retractu*, §. 1. *gloſſa* 14. *num.* 2. qua de cauſa, cum in textu noſtro Judex minus rectè proceſſiſſet, ſicut in captura quam fecit, rectè reprehenditur; ut apparet ex verſ. *mandamus.*

Secundò, obſtabit dicere, quod mulier conſtante 4
matrimonio non poteſt dotem petere, *leg.* 2. *leg. quoties* 30. & per *totum tit. ff. ſoluto matrimonio*: ſed in præſenti nondum erat matrimonium ſolutum: ut ex litera *textus* conſtat: Ergo mulier non potuit petere dotem. Verùm reſpondendum eſt quod licet regulariter verum ſit, quod mulier conſtante matrimonio non poſſit dotem petere, ut in *juribus ſuprà allegatis*; tamen fallitur ubi maritus vergit ad inopiam: ne mulier maneat indotata, *leg. ſi conſtante, ff. ſoluto matrimonio*; *leg. ubi adhuc, ff. de jure dotium*: *Authent. de æqualitate dotis.* §. *illud quoque, collatione* 8. *cap. per veſtras, de donationibus inter, leg.* 29. *titul.* 11. *partita* 4. & intelligitur vergere ad inopiam, ubicumque ejus bona publicantur, ut *in præſenti* fuit factum: notat Abbas *n.* 6. Berojus *n.* 8. nec requiritur conſummata inopia, ſed ſufficit, quod incipiat vergere ad inopiam, *cap. per veſtras* 7. *de donationibus inter.*

Nec obſtat textus *in dicta leg. ſi conſtante, ff. ſoluto matrimonio*: ubi conſummata inopia deſideratur: Quia communiter dici ſolet, deciſionem textus *in dicta leg. ſi conſtante*, hodie jure noviſſimo correctam eſſe per textum in *leg. ubi adhuc, Cod. de jure dotium*: *Authent. de æqualitate dotis*, §. *illud quoque: collatione* 8. *& dicto cap. per veſtras*: in quibus juribus hodie ſufficit, quod maritus incipiat vergere ad paupertatem, ut mulier poſſit dotem petere: notat Gloſſa, verbo, *non ſufficere*, in *dicta leg. ſi conſtante*: Alexander, *ibidem, n.* 6. Jaſon *n.* 206. Sed reprehenditur ex eo quod correctio juris ſemper eſt vitanda, *l. non eſt novum, Cod. de legibus*; *cap. cum expediat, de electione lib.* 6. Quare verius eſt dicendum, prædicta jura non eſſe contraria: ſed unum ex aliis ampliatur: ſiquidem deciſio textus in *dicta leg. ſi conſtante*, ampliatur per deciſionem textus *in dicta l. ubi adhuc: & dicta Authent. de æqualitate dotis: dicto cap. per veſtras*, in quibus juribus declaratur non ſufficere conſummatam paupertatem mariti; ſed ſatis eſſe, quod ad inopiam incipiat vergere, ut mulier poſſit dotem petere, docet Bartolus *in dicta leg. ſi conſtante, num.* 2. Abb. *in dicto cap. per veſtras, de donationibus inter. num.* 12. Corraſ. *in l. qui liberos, num.* 210. *ff. de ritu nuptiarum*: Palatius Rubeus *in dicto cap. per veſtras*, §. 4. Gomezius *in dicta l.* 50. *Tauri, n.* 33. Covar. *lib.* 1. *variar. c.* 7. *n.* 3. *& 4.*

Tertiò, contra noſtrum textum *in verſ. vel in poſſeſſio-* 5
nis: Obſtabit dicere, quod libellus alternativus vitiatur, *leg. Prætor, ait* §. *quod autem, ff. de injuriis*: *leg.* 7. §. *qui autem, ff. quorum legatorum*: Sed in præſenti fuit alternativus, ut ex *dicto verſic.* conſtat: ergo admitti non debuit. Sed reſpondendum eſt, quod licet regulariter

regulariter libellus alternativus non admittatur, *d.l.Prætor.§ quod autem*: quia libellus debet esse clarus, & certus, *capit. final. de libelli oblatione*, tamen ubi unum est in obligatione, & aliud in facultate solvendi, tunc libellus alternativus admittitur, *cap. cum dilecti, cap. penult. de emptione & venditione, l.2.C. de rescindenda venditione; l. miles* 6. §.1. *ff. de re judicata*, latè Pinellus *in dict. leg.2. Codic. de rescindenda*, 3. *parte*, *cap.*3. *num.*8. Unde cum in obligatione *in præsenti*, solum sit rem restitui, & facultate solventis debitum solvere, rectè potuit alternativus libellus sustineri *d. c. pen.* cum *juribus supra adductis*.

6 Quartò, adversus textum nostrum, *in versicul. æstimationem dotis*, ex quo deducitur mulierem intentasse actionem hypothecariam pro dote: Obstabit dicere, quod cum actio intentatur, & competit tunc cessat Judicis officium: quod, cum præstatur, non præsumit actionem, nec obligationem; *l. qui per collusionem* 51.§.1. *ff. de actionibus empti*; sed in præsenti officium Judicis fuit imploratum, ut constat ex *eodem textu*, ibi: *Ex officio delegantis*: ergo nostri textus verba admitti non debent.

Pro cujus dubii perfecta solutione animadvertendum est, Judicis officium esse in triplici differentia, ut docet Bartolus *in l. 1. num.*12. *ff. de jurisdictione omnium judicum*: Jason *in §. præterea Institut. de actionibus*, *numero* 17. & 39. Nam aliud est nobile, aliud mercenarium, aliud verò adversarium: Nobile dicitur, quod per se stat, & nulli servit, quod exerceri poterit motu proprio, vel ad partis pietatem, ut inquirendo, dando tutores, vel concedendo restitutionem: in quo procedunt jura supra in argumento adducta. Mercenarium officium est, quod servit actioni, & per se non datur, & de hoc mercenario officio est intelligendus textus noster: Adversarium verò est, quod non deservit actioni, sed ipsi actioni adversatur, & contradicit, in quantum potest: veluti, quando proponitur loco exceptionis directæ: juxta textum in *l. plane, l. final. ff. de petitione hæreditatis*, & in *toto titulo*, *digest. de exceptionibus*. Sed quamvis illa officii Judicis divisio communiter sit recepta; verius tamen est dicendum duplex tantum esse; scilicet nobile, & mercenarium Notat Abbas *in cap. fin. de officio Judicis*, *n.*51. Imola *n.* 19. Nam superflua est illa tertia species *Adversarii*: quia in aliis duobus comprehenditur, ut docent Doctores *supra* citati: videndus Bartolus *in l. jubere cavere, l. fin. ff. de jurisdictione omnium judicum*.

7 Quintò, contra nostrum textum *in versicul. Ex officio delegationis*, ex quo constat, illam dotis causam apud judicem Ecclesiasticum fuisse discussam: Obstabit textus in *l. ubi adhuc* 29. *l. in rebus* 30. *Cod. de jure dotium; l. quemadmodum* 47.§. *traditione, ff. eodem.* Ex quibus deducitur, dotis causam ad Judicem secularem pertinere: Ergo non rectè *in præsenti*, Judex Ecclesiasticus de dote cognoscit.

Pro cujus dubii solutione adnotandum est, verissimum esse Judicem Ecclesiasticum non posse principaliter cognoscere de causa dotis; poterit tamen si incidenter occurrat: notat Glossa, *verbo*, *accessoriæ*: *in capite tertio*, *de donationibus inter*: & in *capit. plerumque*, *ejusdem tituli*.

Nec obstat tex. in *cap. ex parte de foro competenti; cap. pervenit, de emptione & venditione, cap. nuper, de donationibus inter*. In quibus juribus constat judicem Ecclesiasticum posse principaliter cognoscere de causa dotis. Quia procedunt, quando vidua litigat: quo in casu privilegium habet ut si fuerit oppressa, vel data negligentia judicis secularis, ut in *cap. ex tenore de foro competenti*, possit de ea judex Ecclesiasticus cognoscere: quia vidua miserabilis persona judicatur, *Exodi* 22. ibi, *vidua & pupillo non nocebitis*. Esaiæ *capite primo*, ibi, *defendite viduam* latè Fel. *in c. significantibus, de officio delegati*.

Nec etiam obstat textus noster, ubi mulier illa, quæ litigabat coram judice Ecclesiastico, non erat vidua siquidem maritum vivum habebat. Quia respondendum est, quod mulier, quæ maritum inutilem habet, vidua censetur; maximè si ejus vir sit imbecillis docet Glossa in *l. final. Cod. ad l. Flaviam de plagiariis*, *cap. inter corporalia de translatione Episcopi*, notat Tiraquell. *lib.*6. *legum connubialium cap.*2. tum etiam, quia in præsenti mulier illa erat oppressa, ut ex *principio nostri textus* constat.

Nec similiter obstat textus in *cap. per vestras de donationibus inter*: nam ideo ibi Judex Ecclesiasticus principaliter cognoscit de dote, quia Magister Clericus, contra quem de dote agebatur erat Ecclesiastica persona, cujus forum sequi tenetur: *c. cum sit generale, de foro competenti*.

Nec tandem obstat textus in *c. de prudentia, de donationibus inter*, ubi Pontifex committit Judicibus qui antea cognoverant de matrimonio, ut postea cognoscerent de dote; & tamen dici potest non fuisse accessorium, cum Judex ille jam fuisset functus officio suo: ut advertit Gl. *ibidem*, verbo, *accessoriè*, *in fine*. Quia respondendum est, quod ideo *ibi* Pontifex potuit dotis causam committere, quia mulier illa antea coram ejusdem judicibus, pendente judicio matrimoniali petiit dotem sibi restitui, & cum Judices noluissent cognoscere, ideo reprehenduntur per Pontificem, & eis de novo causa committitur: quare propter gravamen illud, quod ei Judices fecerunt, non diffiniendo de causa dotis, rectè mulier illa potuit vel per appellationem, vel per querelam recurrere ad Pontificem: ut in *c. 1. de officio delegati*; & Pontifex similiter potuit causam illam de novo committere: nam aliàs si prius dos non esset petita, dum causa matrimonialis pendebat, frustra Pontifex diceret quod accessoriè potuissent cognoscere, & diffinire dotis causam; notat Antonius Augustinus *Collectaneæ 2. n. 4. tit. 14. cap. 1.*

8 Sextò, obstabit textus in *authentic. hoc si debitor*, *Codic. de pignoribus*: *authentic. sed hodiè, Codic. de obligationibus*, & *actionibus*: ex quibus juribus apparet, actionem hypothecariam non posse expediri contra tertium possessorem, nisi facta prius executione in bonis principalis: Ergo malè in præsenti executio fuit facta contra Rodericum Fratrem malefactoris.

In cujus textus difficultate, omissa communi interpretatione asserentium textum *in dicta authent. hoc si debitor*, non habere locum, cum debitor principalis habetur loco executionis; quam tenet Aretinus *in titulo de executione bonorum*, *numero decimotertio*, & Doctores omnes *in dicta authentic. hoc si debitor*. Verius tamen dicendum est, quod in specie *nostri textus* non fuit necessaria executio: quia secundum jus commune habens hypothecam poterat agere reali actione contra quemlibet possessorem, absque eo, quod agere compellatur personali contra debitorem *leg. distractis*, *leg. prosecutione*, *Codic. de pignoribus*; & tempore nostri textus servabatur jus commune, quod est antiquius textu *dictæ authenticæ, hoc si debitor*: & constat ex eo; quia *textus noster* est Innocentii III. ut apparet ex ejus inscriptione, qui fuit electus Pontifex Anno 1198. ut refert Franciscus Longius *in eodem Anno*: Platina *in vita ejusdem Pontificis*. & habetur inter gesta *Innocentii III. tomo 1. Conciliorum p.* 733. At verò decisio textus *in d. auth. hoc si debitor*, fuit facta *anno* 1551.

9 Septimò, obstat textus in *leg. satis*, *Codic. in quibus causis pignus*: Glossa, *verbo*, *alienat*, in *c. ex parte, de consuetudine*; ubi constat quod uxor Primipili ob maleficium viri obligatur. Sed pro hujus dubii solutione sciendum est, quid sit *Primipilus*? Contius in *Rubrica Codic. de Primipilo*, *lib.* 12. asserit, quod Primipilus est idem, quod administrator; & Panormitan. *in cap. ex parte, n. final. de consuetudine*, asserit, quod *Primipilus* est is, qui in bello defert tela, & primus in eo est: Baldus *in d. l. satis in fine*, asserit, quod est collector pecuniarum quæ solvuntur Cameræ Apostolicæ, vel

Imperiali. Sed verius eſt, quod *Primipilus* erat centurio, qui Aquilæ in legione præerat: & is ducebat quadringentos milites auctore Vegetio *de re militari lib. 2. cap. 8.* docet Parejus, *de verbis juris* verbo, *Primipilus*. Covarru. *lib. 1. variarum, cap. 16. num. 7.* erat enim *Aquila* apud Romanos ſignum vexillare, *como bandera de Alferez.* in qualibet legione: latè refert Covarru. *ubi ſuprà*: Ex quibus jam deducitur verus ſenſus ad ſuprà addu&ta in *d.l. ſatis C. in quibus cauſis pignor.* nempe ideo bona uxoris Primipili eſſe obligata ob malam adminiſtrationem viri: quia totius Reipublicæ ſalus, & nervus totius exercitus dependebat à militari fide, & hæc tam publica utilitas præferebatur utilitati privatæ ipſius uxoris ut probat textus in *l. 3. Cod. de Primipilo*, *lib. 12.* quam interpretationem veriorem eſſe exiſtimo: licet aliter ſenſerit Panormit. *in dicto cap. ex parte, de conſuetudine, numero 5.* Reliqua vide apud Abbatem *in præſenti numero 4.* Covarruviam *libro primo, variarum cap. 8. numero primo*, Antonium Pichard. *in dicto §. fuerat antea; 29. Inſtitut. de actionibus, numero quinto & 29. cum ſequentibus*, Idem in §. *quædam actiones 20. Inſtit. de actionibus, articu. 5. num. 15.*

Ad textum in c. Cum contra 6. hujus Tituli.

COmmentaria hujus textus omitto; quia de eo plura ſcripſimus in *cap. ad noſtram 7. de jurejurando*, & in *cap. 1. de feudis*; quæ omnia in præſenti ſunt repetenda.

Ad textum in cap. Significante 7. huius Tituli.

SUMMARIUM.

1 *Pacto legis commiſſoriæ, ſi quis rem ſuam pignoraverit & juraverit non contravenire, ſi juſtè impeditus intra diem ſtatutum non redemerit, poſt diem redimere poterit.*

2 *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus improbatur.*

3 *Juramentum etiam ſuper actis nullis præſtitum, debet obſervari.*

4 *Exponitur textus in* l. Apud Labeonem, §. fi. ff. præſcriptis verbis: l. arg ntum, ff. commodati.

5 *Pactum legis commiſſoriæ in venditionibus permiſſum eſt, & an olim in pignoribus permitteretur, ibi declaratur.*

6 *Expenditur textus in* l. cum dominam 13. C. de pig. l. Titius, C. de pignoratitia actione.

7 *Explicatur textus in* l. quamvis, ff. de ſolutionibus.

8 *Declaratur textus in* l. Titius, final. ff. de contrahenda emptione.

9 *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus admittitur, cum factum eſt, ita ut pro juſto pretio pignus maneat emptum.*

CONCLUSIO.

1 *SI is, qui ſub pacto legis commiſſoriæ pignoravit rem ſuam, & juravit non contravenire, juſtè impeditus intra diem ſtatutum non redemit, poſt diem redimere poterit.* Idem probat textus in *leg. 1. l. final. Cod de pactis pignorum*; *leg. 41. titulo quinto, partita 5. leg. 12. Eodem titulo, & partita*, & ferè omnia jura à me tradita *in dicta ad noſtram 7. de jurejurando*, & in *d. c. illo ſuper 3. hoc titulo*, & *in capite primo, de feudis.* Exornant Tiraquellus *de retractu ad finem, numero centeſimo vige-ſimo, cum ſequentibus, & in præfatione, num. 7.* Covarru. *lib. 3. variarum, cap. 2. num. 7. cum ſequentibus*, Paſchalius *in Rubric. Cod. de reſcindenda vend. 2. parte, cap. 1. num. 26.* Didacus Perez *in l. 1. titulo 2. lib. 8. Ordinamenti*, Connanus *lib. 4. cap. 14.* Cujacius *in l. Emilius, ad finem, ff. de minoribus*; Guttierrez *de juramento confirmatorio, 1. parte, cap. 33.* Neguſantius *de pignoribus*; *parte 4. in principio*: Antonius Faber *de erroribus, Decade 21. errore 6. & 9* Cujacius *lib. 7. ad Africanum, in l. 23. ff. de obligationibus, & actionibus*: Oldaldus ad Donellum *lib. 16. comment. cap. 19. littera A. B.* Azor. *inſtitutionum moralium parte 3. lib. 7. capit. 19. in principio*: Leſſius *de juſtitia, & jure, lib. 2. cap. 20. dubitatione 15. n. 133.* Mantica *de tacitis, & ambiguis conventionibus, lib. 4. titulo 19. num. 4. & lib. 11. titulo 9. num. 2.* cum traditis à Morla *in emporio titulo 9. quæſt. 10. numer. 6.* Duarenus *ad titulum de lege commiſſoria.* Doctor Larrea *novarum deciſionum Granatenſium 1. tomo diſput. 47. n. 30.* Antonius Faber *in Rationali: ad titulum ff. de leg. commiſſoria*, cum à me traditis *ſupr. ad cap. Quintavallis 23. de jurejurando, num. 1. & 5.*

Ratio eſt: quia illud pactum legis commiſſoriæ in pignoribus improbatur, *l. fin. C. de pactis pignorum*, ſi quidem pactum illud, veluti ſi debitum intra certum tempus non ſolvatur, pignus creditori adquiratur, & pleno jure dominus fiat, *l. 1. ff. de lege commiſſoria* ex eo improbatur; quia obligatio pignoris pro minori quantitate, quam res valet, ſolet fieri: *cap. ad noſtram, de emptione & venditione*: nam ſi pactum illud valeret, debitor maximè deciperetur, ſiquidem cupiditate habendi mutuum facilè iniret omne pactum, & ſic creditores nimiam ſuam avaritiam exercerent: quod contineret crimen uſurarum: ſiquidem aliquid ultra ſortem lucraretur; juxta textum in *c. conſuluit*, cum vulgatis *de uſuris*: Notat Gloſſa *in dicta l. 1. ff. de lege commiſſoria*: Quare illo pacto non ſtante poterit debitor ſuum pignus redimere, ex *textu noſtro*, & ex *dicta l. final. Cod. de pactis pignorum*. Nec in præſenti is, qui juravit, ſi impeditus erat, videtur contravenire: quia is, qui impeditus eſt, non intelligitur (licet dies ſit tranſacta intra quam pignus redimere juravit) juramentum frangere; ſed adhuc pignus redimere poterit, *capit. ad noſtram*, el primero, *de jurejurando*. Obſtaret autem ei juramentum, ſi non fuiſſet impeditus. Ratio eſt, quia illud juramentum fuit præſtitum ſuper actu à lege infirmato principaliter in favorem juran.is, ſecundariè tamen in favorem publicum proinde obſervandum eſt, ſi non vi, nec dolo fuerit præſtitum; *cap. cum contingat, capit. ſi verò, de jurejurando.* 2

Primò, obſtabit dicere, quod pactum hoc fuit juratum, & juramentum etiam ſuper actis nullis præſtitum, debet obſervari: *Cap. cum contingat, de jurejurando*; *cap. debitores, eodem titulo*; *cap. quamvis pactum, de pactis lib. 6.* Ergo *in præſenti*, pactum legis commiſſoriæ ſaltem propter juramentum valere, & obſervari debuit. Sed reſpondendum eſt veriſſimum eſſe, ut ſuprà diximus in ratione decidendi, *in præſenti* juramentum valuiſſe: nam aliàs non deberet debitor ſe excuſare ex eo, quod nuntium miſit, & quod fuit detentus ab Imperatore, ut tradit Innocentius *in præſenti*, quæ ſententia vera eſt; licet *Anania*, & *Butrius, num. 9.* exiſtiment non valuiſſe juramentum, ex eo videlicet quia fructus computantur in ſortem, & poſſeſſiones, ſeu pignora jubentur reſtitui: & quod ſi valuiſſet juramentum, non computarentur fructus, nec redimeretur pignus. Quia reſpondendum eſt, quod cenſetur debitor ſolvere intra tempus illud diffinitum: ſiquidem per eum non ſtetit propter impedimenta de quibus in *textu* mentio habetur: & ſic non fuit pœna pacti commiſſa; argumento textus in *l. quæ ſub conditione, §. quoties, ff. de conditione indebiti*; *l. in jure Civili digeſt. de regulis juris*: & de hac noſtri textus interpretatione, omnino ſunt vidēnda quæ ſcripſimus *ſupra, in capit. Quintavallis 23. num. 5.* 3

de

de jurejurando:quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

Secundò, adversus textum nostrum *in versicul. satisfacere non potuit, ut debebat*: ex quo constat, Rodericum liberatum fuisse ab obligatione juramenti: quia per fidelem nuntium pecuniam creditori misit; non verò fuisse liberatum ab obligatione solutionis: Obstabit textus in *l. Apud Labeonem*; §. *final. ff. de præscriptis verbis*: *l. Argentum, ff. commodati*: Ex quibus juribus constat, periculum ipsius pecuniæ non ad debitorem, sed potius ad creditorem spectare debere: ergo debitor *in præsenti*: ex eo, quod nuntium misisset, non solum à juramento, sed etiam à debiti solutione liberari debebit. Cui dubio respondendum est, multum interesse, an debitor sit speciei an verò quantitatis: nam si est speciei, & debitor misit rem cum nuntio suo, vel nuntio creditoris, si casualiter perit, perit periculo creditoris, ut in juribus *supra* in argumento adductis: quod est verum: præterquam si debitor mitteret rem illam cum nuntio suo minus fideli, & idoneo; quia tunc sibi esset imputandum, ut constat ex textu in *l. eum, qui, paragrapho final.* cum *l. sequenti, digest. commodati*: *l. 4. titulo 2. partita 5.* Ratio est, quia quando debitor debet speciem, creditor manet dominus: *l. commodatæ, ff. commodati*: & sic periculum spectat ad eum: quia debitor non tenetur de casu, si non præcessit culpa; *capit. final. de commodato.* Cæterum *textus noster* procedit in debitore quantitatis: nam tunc periculum spectat ad debitorem mittentem quantitatem: quia, ex quo sibi fuit mutuata pecunia, est factus dominus, & durat in eo dominium, quousque pecunia illa, vel quantitas creditori tradatur; *l. 2. §. appellata, ff. si certum petatur*; & ideo petit periculo debitoris, licet nuntius existimaretur fidelis; notat Butrius *in præsenti, num.* 19. Ancarranus *num.* 4. Abbas *num.* 8. Imola *num.* 10. Antonius Gomez 2. *tomo variarum capit.* 7. *numero primo, cum sequentibus.* Sed si creditor misit certum nuntium ad recipiendam pecuniam quam mutuaverat, si tunc pereat, perit periculo creditoris: quia ex eo quod pecunia tradita fuit ipsius nuntio, pertinet dominium ad creditorem; *leg. quod mihi donatur, digest. de donationibus*, Bartolus *in leg. eum, qui, ff. commodati*: Glossa *in cap. presbyteri, 95. distinct.*

5 Tertiò, obstabit dicere, quod in contractu emptionis & venditionis, est licitum, & approbatum pactum illud legis commissoriæ, *l. 4. l. commissoriæ, Cod. de pactis inter emptorem*: Ergo non debet improbari in pignoribus. Cui dubio respondendum est, verum esse in emptione & venditione pactum illud legis commissoriæ esse permissum. Ratio est, quia in emptionibus cessat illud usurarum periculum; siquidem in venditionibus ut plurimum, res justo pretio solent alienari, quæ tantum valent, quantum vendi possunt: *l. 1. §. hæres præcepto, ff. ad S. C. Trebellianum*: quod in pignoribus secus observatur: quia regulariter res viliori pretio, quam valet, pignoratur: ut supra diximus in decidendi ratione.

Nec solutioni obstabit text. in *l. Titius 34. ff. de pignoratitia actione, l. quamvis 45. ff. de solutionibus*; *l. si fundum*, §. *præstet, ff. de pignoribus*: ex quibus juribus deducitur pactum hoc legis commissoriæ etiam in pignoribus esse approbatum. Quia respondendum est, olim apud Juris Consultos pactum illud in pignoribus non fuisse prohibitum: ut docet Pinellus *in Rubrica Cod. de rescindenda venditione, cap 1. 2. part. n.* 27. at verò hodie pactum illud in pignoribus jam est prohibitum per Constantinum Imperatorem in *l. final. Codic. de pactis pignorum*, in versic. *in posterum*, & de interpretatione textus *in l. 3. Cod. plus valere quod agitur*; est videndus Beroius *in cap. ad nostram, numero 13. de emptione & venditione.*

6 Quartò, obstat text. in *l. cum dominam 13. C. de pignoribus*; *l. Titius, ff. de pignoratitia actione*; ubi apparet quod si non in continenti, sed ex post facto pactum hoc in pignoribus sit adjectum, valet. In quorum jurium difficultate, omissa interpretatione, quam refert Glossa *in dicta l. Titius*, Abbas *in præsenti num.* 6. Imola *num.* 10. Beroius *in capit. dilecti, numero sexagesimo octavo, de arbitris*: Gregorius Lopez *in leg. 41. titulo 5. partita 5.* Covarruvias *libro tertio, variarum capite secundo*, dum asserunt id permissum esse: quia non versatur tanta asperitas, quando ex post facto apponitur hoc pactum: quæ convincitur ex eo quia non solum tanta, sed major asperitas, & eadem ratio captionis resultat, si ex post facto fiat, ut notat Baldus in *titul. de pacto legis commissoriæ, n.* 22. Pinellus *in Rubric. Cod. de rescindenda 2. parte, cap. 1. num.* 29. & 30. Verius igitur dicendum est, textum *in dicta l. Titius*, non procedere in pacto legis commissoriæ, sed potius in datione in solutum, quæ habetur instar emptionis, *l. si prædium, Cod. de evictionibus*: & ita procedit textus *in dicta l. cum dominam* 13. Notat Covarru. *ubi supra*; Balduinus *de pignoribus, c.* 17. videndus est etiam Pinellus, *ubi supra n.* 29. qui aliter interpretandam esse decisionem text. *in d. l. Titius*, existimat.

Quintò solutioni obstat textus in *l. quamvis ff. de solutionibus*, ubi probatur quod si mulier stipulata est à viro, ut soluto matrimonio daret ei prædia, quæ erant obligata pro dote; liberatur offerendo dotis quantitatem: & sic videtur, quod etiam sit improbata in pignoribus datio in solutum, & pactum legis commissoriæ de jure communi. Cui dubio respondet Bartolus *ibidem*: Budæus *de pignoribus, titulo, de pact. legis commissoriæ, n.* 23. *cum sequentibus*, textum illum loquitur in pacto legis commissoriæ, quod est improbatum inter conjuges: quia poterat donationem contrahere in fraudem edicti: de quo in *leg. 1. ff. de donationibus, inter vir.*: Sed hic intellectus rejicitur; quia in dubio cessat præsumptio fraudis *l. merito* 51. *ff. pro socio*: *cap. estote, de regulis juris, in Decret.* & quia textus concedit marito facultatem restituendi dotem; quod non faceret, si esset fraudis præsumptio: & supponit, quod possit prædia dare si vellet: & quia illo jure non erat prohibitum in pignoribus, ut *supra* diximus. 7

Quare hac, & aliis omissis, verissimè est dicendum, text. illum loqui de pacto de futura datione in solutum quod pactum valet, sed debitor potest offerendo debiti quantitatem moram purgare. nam quoties datur creditori facultas vendendi pignus potest debitor re integra moram purgare, *l. si residuum, l. prius quam, C. de distractione pignorum*: Cov. *l. 3. variarum, c. 2. n.* 8. vers. *secundo infertur*. Sed text. *in d. l. Titius*, suprà adductus, loquitur in datione in solutum de præsenti, quæ amplius revocari non potest, si fortita est suum effectum, *l. cum dominam. C. hoc tit. l. successores, l. pen C. de solutionibus*: & sic gravis est differentia inter dicta pacta: notat Gl. fin. *ad finem in d. l. Titius*: Jas. *in l. in bonæ fidei. n. 3. ff. de eo, quod certo loco*: Tiraq. *de retractu conventionali, ad finem tit. n.* 42.

Sextò obstabit tex. in *l. Titius, si ff. de contrahenda emptione*; ex quo constat pactum illud legis commissoriæ permissum esse inter debitorem, & fidejussorem: Ergo similiter erit permissum inter debitorem, & creditorem. In cujus tex. difficultate, omissa Gl. interpretatione *d. l. 1. C. de pact. pignorum*: Abb. *in præsenti, n.* 6. Imo. *n.* 10. dum asserunt id speciale esse in pacto legis commissoriæ facto inter debitorem, & fidejussorem, ut valeat: quia ibi non datur tanta asperitas, nec præsumptio fraudis, vel captionis: quorum interpretatio convincitur ex eo; quia tanta asperitas, & fraus præsumitur inter debitorem, & fidejussorem, sicut inter debitorem, & creditorem. Deinde specialitas illa admitti non potest; siquidem eo tempore in pignoribus non erat hoc pactum prohibitum, ut suprà retulimus; & considerat Pin. *in Rub. C. rescind. 2. p. c. 1. n.* 31. Unde verius est dicendum, text. illum loqui in pacto simpliciter facto ut maneat emptum pignus, non pro debito, sed pro justo pretio; ut docet Cov. *l. 3. var. c. 2. n.* 7. & ante eum, Bart. *in l. quamvis, ff. de solutionibus.* 8

Septimò, obstabit dicere, quod si conventio inter debitorem, & creditorem fit facta, quod pignus maneat emptum

intelligitur pro juſto pretio, ne præſumamus delictum; *l. merito* 51. *ff. pro ſocio*; *l. quoties, ff. de rebus dubiis c. eſtote, de regulis juris in Decr.* ſed hoc pactum cum adjectione, quod pro juſto pretio pignus maneat emptum, valet, juxta tex. *l. ſi fundus*, §. *final. ff. de pignoribus*: ergo etiam ſimiliter *in præſenti* debuit valere. Sed huic dubio reſpondendum eſt, veriſſimum eſſe valere pactum legis commiſſoriæ cum illo temperamento, ut pignus maneat emptum pro juſto pretio: Notant Gloſſa, Bartolus, & Doctores omnes *in dicta l. ſi fundus*, §. *final. ff. hoc titulo*: Gloſſa 1. *in fine, Cod. de pactis pignorum*: Covarru. *lib.* 3. *variarum, cap.* 2. *num.* 8. *l.* 12. *titulo* 13. *l.* 40. *titulo* 5. *partita* 5. Sed in textu noſtro non fuit adjectum, quod pro juſto pretio maneret emptum pignus nec ſimpliciter quod maneret emptum; quo caſu intelligeretur pro juſto pretio, ut ſuprà diximus; ſed tantum fuit factum ne ulterius debitor moleſtaret creditorem: quod idem eſt ac ſi diceret, ut maneret emptum pignus pro debito: Et licet ſupra dicta in ſe ſint vera, obſtat tamen quod tempore *illius legis*, *ſi fundus*, §. *final. ff. hoc titulo*, nondum erat improbata lex commiſſoria in pignoribus: Unde textus ille potius intelligitur de conventione dandi in ſolutum pro juſto pretio. Reliqua, quæ magis propriè ſpectant *ad titulum*, *de lege commiſſoria*, omitto: quia de ea latè Anton. Fab. omnino videndus *in rationali ad eundem tit.*

Ad textum in cap. Cum conſtet, final. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Uſufructuarius cavet, quod fruetur rebus immobilibus ſalva rerum ſubſtantia; & pecuniam, & æſtimationem mobilium, quæ conſumuntur uſu, finito uſufructu reſtituet.*

2 *Uſusfructus multis modis finitur, & revertitur ad proprietatem.*

3 *Vera ſpecies proponitur ad text.* in c. cum conſtet, fin. de pignor.

4 *Conciliatur textus* in Authentic. de nuptiis: paragrapho, hinc nos: collatione 4. *cum* Authentic. de hæredibus ab inteſtato venientibus, §. 1. collatione 9.

5 *Pœnæ omnes propter ſecundas nuptias olim impoſitæ, hodie jure Pontificio ſublatæ ſunt.*

6 *Species refertur ad textum in* l. ſi uſusfructus 9. §. plane, digeſt. uſufructuarius quemadmodum caveat.

7 *Refertur ratio ad textum in* l. ſi tibi 8. verſiculo ſed ſi mihi, ff. uſufructuarius quemadmodum caveat.
Fiſcus ſemper idoneus ad ſolvendum cenſetur.

8 *Inſcribitur deciſio ad textum* in l. omnes 3. paragrapho, deſinere 1. ff. uſufructuarius quemadmodum caveat.

9 *Declaratur textus in* l. Titio uſusfructus 96. ff. de cond. & demonſt.

10 *Uſusfructus an in pecunia, & rebus mobilibus uſu conſumptibilibus dari poſſit.*

11 *Perpenditur textus in* paragrapho, conſtituitur. Inſtit. de uſufructu, *& conciliatur cum* l. ſi uſusfructus 9. §. ſi veſtro 3. ff. uſufructuarius quemadmodum caveat.

CONCLUSIO.

1 *USufructuarius cavet, quod fruetur rebus immobilibus, ſalva ipſarum ſubſtantia; & pecuniam, & æſtimationem mobilium, quæ conſumuntur uſu, finito uſufructu reſtituet:* Conſonat textus in *l.* 1. cum *ſuis* §§. *l. ſi uſusfructus* 8. *ff. uſufructuarius quemadmodum caveat*: *l.* 1. *l. uſufructu, Cod. de uſufructu*: *l. vini*, *l.* 8. cum *l. ſequenti*, *ff. de uſufructu earum rerum*, *quæ uſu conſumuntur*; *l. ſi cui* 13. *l. ſi uſusfructus*, cum *ſequenti ff. de uſufructu*; *l. die* 8. §. *tutor*, verſicul. *item*, *digeſt. qui ſatisdare cogantur*, *l. final. ff. ſi cui pluſquam per legem Falcidiam*: §. *conſtituitur*, cum §. *ſequenti*, *Inſtitut. de uſufructu*: *l.* 20. *titulo* 31. *partita* 13. Exornant Petrus Gregor. *lib.* 4. *ſyntagmatum*, *capit.* 3. *numero* 20. Pinellus *in l.* 1. *parte* 2. *ex numer.* 5. *Cod de bonis maternis*: Antonius Theſaurus *deciſione Pedemontana* 8. *per totam*: latè Caſtillo *de uſufructu*, *cap.* 14. cum *quinque ſequentibus*: Cujacius *lib.* 9. *obſervationum, cap.* 39. Antonius Gomez *tomo* 2. *variarum, cap.* 15. *n.* 3. Seraphinus *de Privilegiis juramenti, Privilegio* 8. *n.* 29. Fachineus *lib.* 8. *controverſiarum*, *cap.* 40. 41. & 43. Matienço *in l.* 3. *gloſſa* 2. *num.* 16. *titulo* 1. *lib.* 5. *Recopilationis*: Donellus *lib.* 10. *commentar. cap.* 14. cum traditis ab Oſualdo, *ibidem*, *Litera A. B.* Richardus in *Rubric. Inſtitut. de uſufructu*: Antonius Faber *in rationali ad text. in dicta l.* 1. *& per totum tit. ff. uſufructuarius quemadmodum caveat.*

Ratio, quare uſufructuarius *in præſenti* tenetur de illis rebus cautionem præſtare, ea eſt: quia aliàs ei daretur occaſio delinquendi, & proprietatem extenuandi; & ſic inutiles remanerent proprietates, cum uſusfructus multis modis extinguatur, & revertatur ad proprietatem; *l. omnium, ff. de uſufructu*: ſiquidem uſusfructus eſt jus alienis rebus utendi, & fruendi, ſalva rerum ſubſtantia: §. 1. *Inſtit. de uſufructu*: atque ideo in rebus immobilibus tenetur cavere, quod illis fruetur arbitrio boni viri, hoc eſt ſe non deteriorem cauſam proprietatis redditurum, cæteràque facturum, quæ quiſque diligens paterfamilias in re ſua faceret, & quod bona, in quibus uſumfructum habet finito uſufructu, reſtituet: *dict. l.* 1. *in principio*, *& l.* 2. *ff. uſufructuarius quemadmodum caveat*: at verò in rebus mobilibus, cum, ſalvæ remanere non poſſint; ſiquidem uſu conſumuntur, *l.* 1. *ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur*, & non poſſit cautio illa dari de utendo ſalva rerum ſubſtantia, tenetur ille, cui datur uſusfructus rerum mobilium, ſatisdare ſe reſtituturum tantam pecuniam, quantam accepit, ſi pecuniam accepit; vel æſtimationem aliarum rerum, ut in *l. ergo. ff. de uſufructu earum rerum*: ſiquidem pretium ſuccedit loco rei, *l. ſed ſi quis, ff. de peculio.* 2

Primò, noſtri textus deciſio valde difficilis redditur ex eo, quia ſecundum juris regulas vix dari poſſit, quod mater filio ſuccedat in uſufructu bonorum, quorum proprietas ad aliam perſonam pertinet: nam ſi filius uſufructuarius erat, ejus morte procul dubio extinctus fuit uſusfructus, ut ſatis conſtat ex *textu noſtro*, *in finalibus verbis*, & ex *l.* 3. §. *morte*, cum *vulgatis ff. quibus modis uſusfructus amittatur*: ſin autem ipſe uſufructuarius non erat, ſed habebat plenam bonorum proprietatem, tunc mater in ſolidum ſuccedit: & ſi cum parentibus fratres, & ſorores defuncti exiſtant, ſuccedunt in virilibus portionibus: Quod verum eſt, ſi teſtator abſque liberis ab inteſtato deceſſerit: nam ſi cum teſtamento abſque liberis deceſſerit, non poterit matrem exheredare, juxta textum in *Authent. in teſtamento*, *Authent. defuncto*, *Cod. ad S. C. Tertullianum.* Cujus difficultatis ſolutio pendet ex vera, & genuina noſtri textus hypotheſi: quare omiſſa *Gloſſæ* ſententia *in præſenti* relata, quam ſequitur Cardinalis *numero* 2. omiſſa etiam, quam refert Abb. & Hoſtienſis *in præſenti num.* 1. quos omnes improbat Zabarella *in præſenti*, *num.* 4. Verius eſt dicendum, *textum* noſtrum loqui, quando mater filium, & filiam habebat ex primo matrimonio, quæ ad ſecundas nuptias tranſierat, & mortuo filio ſuccedit ei cum ſorore in viriles portiones: nam in bonis, quæ ad filium obvenerunt ex parte, mater illa non habet niſi uſumfructum. Soror autem habet proprietatem tamquam heres proximior: *Authentic. de nuptiis*; §. *hinc nos alia evocat ratio*: *collatione* 4. qua de cauſa mater illa cautionem *in præſenti*, ſorori fratris defuncti præſtare 3 debet,

debet ut *in præsenti* statuitur. In qua specie supponere oportet, Mariam uxorem Caii fuisse sororem defuncti filii: quæ species non obscurè suadetur; tum ex eo quod aliàs frustra judicaretur in *textu nostro* Joannam fuisse uxorem Ogerii: tum etiam, quia succedere filio quoad usumfructum propriè dicitur, quando quoad proprietatem succedere nequit: quo themate retento, nihil mirum, quod mater teneatur cautionem præstare sorori defuncti fratris.

4 Secundò, solutioni obstabit dicere, quod tempore Gregorii IX. de quo in *textu nostro* jam erat antiquata, seu abrogata *dicta Authentica, de nuptiis, §. hinc nos collatione* 4. per textum in *Authentico de heredibus ab intestato venientibus: paragrapho primo, collatione* 9. ubi mater pleno jure adquirere videtur: Ergo neutiquam species illa ad textum nostrum figurari poterit. Cui dubio facilè respondetur, si animadvertimus, respectu matris ad secunda vota transeuntis nihil cautum fuisse in *dicto §. 1.* atque ideo intactam, atque illæsam remansisse decisionem *dictæ Authenticæ de nuptiis §. hinc nos*, quod luce clarius nos docet Imperator ipse, in *l. final. Codic. ad Senat. Consult. Tertullianum*, ibi: *omnibus, quæ de mulieribus ad secundas nuptias migrantibus sancita sunt in suo statu durantibus*: facit etiam textus in *l. mater 5. Cod. eodem: l. fœminæ 3. l. generaliter 5. & leg. 6. cum Authentic. ex testamento, Cod. de secundis nuptiis: l. 2. Codic. de indicta viduitate tollenda*, quibus docemur, mulierem succedentem uni filio ex procreatis in primo matrimonio, pleno jure bona illius adquirere, si post mortem filii secundas nuptias non contraxit; sin autem ad illas transierit usumfructum dumtaxat paternorum bonorum illius; reservata proprietate sororibus, & fratribus, si superstiterint.

5 Tertiò, universis resolutionibus, quas ex textu nostro, & ex juribus supra dictis deduximus obstare videtur principium illud, quo docemur, quod reservatio proprietatis prædictorum bonorum, tantum inducta fuit in pœnam secundi matrimonii: sed omnes pœnæ propter secundas nuptias impositæ, sublatæ, & abrogatæ sunt nostro Jure Pontificio, juxta textum in *capit. final. de secundis nuptiis*: Notat Menchaca *de successionum progressu, libro tertio, paragrapho vigesimo septimo, numero vigesimo nono*, & de jure Hispano apparet in *l. 3. titulo primo, libro quinto, Recopilationis*: ergo neutiquam species suprà adducta ad textum nostrum figurari poterit. Cui difficultati respondendum est in *dicto cap. final.* tantum abrogatas fuisse pœnas impositas adversus contrahentes nuptias intra annum luctus, de quibus mentio habetur in *l. 1. l. genero 8. ff. de his, qui notantur infamia*: sed textus *in dicto cap. final.* non abrogavit leges quæ post annum luctus contrahentibus pœnas imponunt: nam eas & Jus Canonicum, & Regium illæsas reliquit, quod ratione comprobatur: quia leges, quæ pœnas post annum luctus in contrahentes matrimonium statuunt, non sunt abrogatæ, cùm de illis nulla mentio sit habita *in dicto cap. final.* siquidem illas Jus Canonicum, & Regium illæsas reliquit, præcipuè, quia pœnæ illæ post annum luctus statutæ, non sunt meræ pœnæ, sed est quædam filiorum provisio, quæ consonat æquitati naturali, & voluntati defuncti; ne scilicet bona proprio ipsius labore quæsita, cedant in vitrici utilitatem, aut filiorum vitrici, ut bene animadvertunt Butrius, Andreas, & Præpositus *in dicto cap. final* Glossa, *verbo, honorarias, in l. 1. Cod. de secundis nuptiis*: Gregorius Lopez *in l. 3. glossa, verbo*, fasta un año, *titulo 12. partita 3.* Matiençó *in l. 3. glossa 2. numero secundo, titulo primo, libro tertio, Recopilationis*, Sarmiento *libro primo, Selectarum, cap. 4. n. 4.* Cevallos *practicarum communium quæst. 742. n. 5.*

6 Quartò, prædictis obstat textus in *leg. si ususfructus 9. §. plane 2. ff. usufructuarius quemadmodum caveat*: ubi apparet. quod si alicui proprietas sit relicta ex die, & ususfructus purè, non tenetur fructuarius cautionem præstare. Augetur difficultas ex eo, quia interim dum dies proprietatis venerit, poterit fieri, ut ususfructus morte, vel capitis diminutione finiatur. Verùm respondendum est cautionem illam in specie illius textus fructuario remitti: quia cum certum sit proprietatem ad hæredem perventuram, & præsumptio sit eam diligenter tanquam propriam pertractaturum, tum etiam, quia nemo ipsi sibi cavere debet: juxta text. in *l. Imperator 16. digest. de furtis*: meritò interim non cavet; quia præsumitur quod citius veniet dies proprietatis, quàm finiatur ususfructus morte, vel capitis diminutione, vel alia simili causa; *l. post §. quod si in diem, digest. de legatis 1.* Notat Glossa *in dicto §. plane*, verbo *hanc actionem*: Antonius Faber *in Rationali ad eundem text.*

Quintò, solutioni obstat textus in *l. si tibi 8.* versic. *sed si mihi. ff. usufructuarius quemadmodum caveat*, ex quo deducitur, quod si alicui proprietas sub conditione sit relicta, alteri verò ususfructus purè relinquatur, 7
hæc cautio usufructuario non remittitur: ergo multo minus debet remitti ei, cui in diem ususfructus est relictus: cum similiter interim finiri, & extingui possit. Sed respondendum est, ideo *in dicta l. si tibi 8.* cautionem non remitti; quia minus debetur ei, cui sub conditione proprietas legatur, quàm ei, cui in diem legatur. Ratio differentiæ est; quia id quod in diem legatur statim debetur, statimque cedit, ut ad hæredes transmittatur: at verò quod sub conditione debetur, non cedit statim, nec ad hæredes transmittitur, nisi adveniente conditione: *l. cedere diem 213 ff. de verborum significatione, l. Sempronius 26. ff. de usufructu legato*; atque ideo ei, cui sub conditione proprietas legatur, cautio non remittitur: secus verò ei cui in diem, ut *supra* resolutum est. Similiter hæc cautio fisco remittitur, quando ei ususfructus relictus est. Ratio est; quia fiscus semper idoneus ad solvendum censetur, *l. 1. §. si ad fiscum, ff. ut legatorum nomine caveatur.* Similiter & patri habenti usumfructum in rebus adventitiis filii si ad secundas nuptias non transierit, *l. cum oportet, §. non autem, C. de bonis quæ liberis.* Notat Glossa *in præsenti*, verbo, *immobilibus*, Hostiensis *num. 4.* & quando hæc cautio remitti possit? plura refert Gothofredus *in l. tribus 8. litera T.* cum *sequentibus ff. de usufructu earum rerum, quæ usu consumuntur.*

Sextò, adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes, videlicet hanc cautionem publicam esse. *Prima* est, quod usufructuarius rerum immobilium caveat se usurum 8
arbitrio boni viri, & uti quisque diligens paterfamilias in re sua faceret. *Secunda* est se usurum salva rerum substantia, hoc est se restituturum bona, in quibus usumfructum habet, finito usufructu: ita ut prior pars hujus cautionis seu stipulationis statim committatur, atque aliter fuerit usus: secunda verò committitur finito jam usufructu, juxta textum in *l. 1. §. habet ff. usufructuarius quemadmodum caveat*: Osualdus *ad* Donellum *lib. 10. comm. cap. 14. litera F.* Obstabit textus in *l. omnes 3. §. desinere ff. usufruct. quemadmodum caveat*, ubi generaliter statuitur usufructuarium cautionem committere, etiam si usufructus non cœperit ad usufructuarium pertinere: nam si hæc cautio committitur, cum ususfructus ad legatarium pertinere desinit, juxta textum in *l. 1. ff. eodem*: ergo hæc cautio neutiquam committi potest si ad legatarium usufructuarium numquam ususfructus pervenit, siquidem non potest esse, quod nunquam esse cæpit; nec finem habere quod initium nunquam habuit: *l. Sempronius 26. vers. & ideo ff. de usufru. legato, l. non potest 208. ff. de reg. jur. l. Titio, 96 ff. de condit. & demonstrationib. l. Sempronius 26. ff. de usufructu legato.*

In quorum jurium contrarietate, distinguendum esse censeo inter propriam, & strictam amissionem ususfructus, & inter interpretativam: nam propriè & strictè loquendo amitti non potest ususfructus, qui nunquam cæpit pertinere: at verò interpretativè amitti dicitur quasi desinat pertinere, qui non cæpit: & ita de hac interpretativa amissione est intelligendus textus, *in dicta lege tertia, paragrapho desinere primo, digest. usufructuarius quemadmodum caveat*: ita etiam interpretativè finitum dicitur matrimonium, quod nunquam contractum

fuit, *leg. ſi extraneus. ff. de conditione cauſa data*: nam ſatis deſinit legatarius uſumfructum habere, eum deſinit habere ſpem obtinendi ipſum, juxta textum in §. *ex his* 23. *quæſt.* 1. notat Antonius Faber *in Rationali ad textum in dicta l. omnes*, §. *deſinere*, *ff. uſufructuarius quemadmodum caveat.*

9 Septimò ſolutioni obſtat text. in *leg. Titio uſusfructus* 96. *ff. de conditionibus*, *& demonſtrationibus*, ubi etiam ſi libertatis cauſa favorabilis ſit, non admittitur hujuſmodi interpretativa amiſſio. Sed reſpondendum eſt in ſpecie illius *textus*, ideò non fieri prædictam interpretationem: quoniam legatarius ille non ſolum non habuit uſumfructum, ſed etiam quia nec illum ex teſtamento capere poterat: ac per conſequens, cum nec in ſpe illum haberet legatarius, non poteſt videri deſiiſſe uſusfructus, qui nec fuit, nec futurus ſperabatur: at verò textus *in dicta l.* 3. §. 1. procedit, cum ſaltim in ſpe erat uſusfructus, veluti ex tempore datus, vel relictus; *l.* 4. *ff. de uſufructu*, ut rectè animadvertit Albericus *in dicta leg.* 3. §. 1.

10 Octavò, adverſus textum noſtrum *in verſic. pecuniam vero*: dum in eo Gregorius Pontifex docet, matrem in uſufructu filio ſuccedentem, teneri etiam cautionem, ſeu indemnitatem filiæ præſtare pro pecunia, & rebus mobilibus uſu conſumptilibus, quæ in hæreditate filii fuerant inventæ: Obſtabit dicere, quod in pecunia, & in cæteris rebus, quæ uſu conſumuntur, non poteſt dari uſusfructus: cum repugnet ejus naturæ, & definitioni: ſiquidem uſusfructus eſt jus utendi, & fruendi alienis rebus ſalva earum ſubſtantia, *leg.* 1. *ff. de uſufructu principio Inſtit. eodem*: Donellus *lib.* 10. *comment. cap.* 1. & rei mobilis, quæ uſu conſumitur, non poteſt remanere ſalva & illæſa ſubſtantia, ita ut reſtitui poſſit: *l.* 5. §. 1. *ff. de uſufructu earum rerum*, & ſic conſtat proprietatem rei ad dominum non poſſe reverti, *l. ſi vini* 7. *& final. ff. eodem*: atque ideo res illæ quæ uſu conſumuntur, uſumfructum non admittunt; §. *conſtituitur*, *Inſtit. de uſufructu.*

Cui dubio reſpondendum eſt, quod, quamvis verum ſit in rebus mobilibus uſumfructum verum dari non poſſe, tamen ex *S. C.* datur quaſi uſusfructus, ita ut earum rerum uſusfructus conſtitui, & legari poſſit, eo nomine utiliter caveatur, *l.* 1. 2. 3. & per *totum tit. ff. de uſufructu earum rerum*; §. *conſtituitur*, *Inſtit. de uſufructu.* Qui quidem quaſi uſusfructus eſt ſimilis uſufructui, *leg. patrimoniis* 12. *ff. de uſufructu legato*; *leg. cum in rem* 64. *ff. de rei vindicatione*. Notat Gloſſa *in præſenti*, verbo, *pecunia*: Cardinalis, *num.* 3. Ancarranus *num.* 4. Qua de cauſa in ſpecie noſtri textus rectè cautio illa à matre deſideratur, juxta textum in *leg.* 2. *&* 4 *ff. de uſufructu earum rerum*: quæ cautio non fit de eiſdem rebus reſtituendis; ſiquidem id natura non patitur, cum utendo, & fruendo conſumantur? ſed de aliis ejuſdem generis, qualitatis, & quantitatis; *leg. vini* 7. *ff. de uſufructu earum rerum*, niſi de æſtimatione rei reddenda fuerit cautum: quia tunc æſtimatio rei reddi debet, & de ea cautio præſtatur; ut conſtat ex *textu noſtro*, & in *dicta l. ſi vini* 7. latè refert Donellus *lib.* 10. *commen. cap.* 4. Oſual. *ibidem.*

11 Nonò, adverſus ea, quæ *in præſenti* notant omnes, ut pro rebus, quæ uſu conſumuntur, aut veteraſcunt, veluti vaſa, veſtimenta, & ſimilia, dandam eſſe ordinariam cautionem de utendo boni viri arbitrio, ut in rebus immobilibus datur, juxta textum in *leg.* 1. §. *hæc ſtipulatio* 1. *ff. uſufructuarius quemadmodum caveat*; *leg. vaſorum*, *leg. ſi uſusfructus* 9. §. *ſi veſtis* 3. *ff. eodem*: ex quibus conſtat, in uſufructu veſtimentorum non eſſe dandam cautionem ex S. C. extraordinariam de reddenda rei æſtimatione, ſed tantum ordinariam de utendo arbitrio boni viri: quod etiam docet textus in *leg. ſed & ſi* 15. §. *& ſi veſtimentorum*, *ff. uſufructuar. quemadmodum.* Quæ doctrina etiam ratione fulcitur: quia in illis rebus proprietas non tranſit ad uſufructuarium: argumento textus in *leg. eum*, *qui*, *ff. commodati.* Quam ſententiam tenet Abbas *in præſenti*, *num.* 3. Imola *n.* 24. Fachineus, *lib.* 8. *controverſiarum*, *cap.* 41. Donel. *dicto lib.* 10. *cap.* 4. Obſtabit text. in §. *conſtituitur*, *Inſtit. de uſufructu*, ubi inter cæteras res, quæ cautionem ex Senatus Conſulto deſiderant, Juſtinianus enumerat veſtimenta: Ergo in uſufructu veſtimentorum non ordinaria, ſed extraordinaria cautio Senatus Conſulti deſideratur.

In qua jurium contrarietate, omiſſa interpretatione, quam refert Caſtillo *de uſufructu*, *cap.* 51. *n.* 8. Donel. *ubi ſupra*, diſtinguendum eſt inter veſtes ſcenicas, aut lugubres, aliasvè ſimiles relatas in *l. veſtes* 127. *ff. de verborum ſignificatione*, quarum veſtium uſus cum rarus ſit, non tam uſu frequenti conſumuntur; & inter alias veſtes quotidianas, quarum uſus frequens eſt: & quæ ipſo brevi uſu conſumuntur: nam in prioribus, cum conſtet propriè uſumfructum conſtitui, cautio ordinaria à fructuario præſtatur: & ita de illis eſt intelligendus textus *in dicta leg. ſi uſusfructus* 9. §. *ſi veſtis*, *dicta leg.* 15. §. *ſi veſtimentorum*, cum *ſimilibus*: at verò cum in poſterioribus dumtaxat detur quaſi uſusfructus, juſta de cauſa in illis tantùm extraordinaria cautio Senatus Conſulti deſideratur, juxta *textum* ita intelligendum *in dicto* §. *conſtituitur*, *Inſtitut. de uſufructu*: Notat Federicus *conſilio* 45. Anania *in præſenti*, *n.* 7. Cardinalis *num.* 4. Ancarranus *num.* 16. Hotomanus *in dicto* §. *conſtituitur*, verbo, *veſtimenta*: Fachineus, *lib.* 8. *controverſiarum*, *cap.* 41. Et utrum cautio illa in rebus, quæ uſu conſumuntur à teſtatore remitti poſſit? latè tractat Fachineus *lib.* 8. *controverſiarum. cap.* 40. *uſque ad* 43. videndus eſt etiam text. in *leg.* 10. *ff. de præſcriptis verbis*. Cui obſtat *l. hoc S. C.* §. *ſi pecuniæ. ff. de uſufructu earum rerum*: cum *l.* 69. §. *penult. ff. de legatis* 2.

TITULUS XXII. DE Fidejuſſoribus.

Ad textum in cap. Clericus 1. hujus Tituli.

SUMMARIUM.

1 *Clericus fidejuſſionibus inſerviens, eſt abjiciendus.*
2 *Fidejuſſores ſæpe in judiciis conveniuntur, & à creditoribus inquietantur.*
3 *Clericis omnis litium occaſio eſt vitanda: ne à rebus divinis diſtrahantur.*
4 *Fidejubere licitum eſt ei, qui, ut principalis obligari poteſt.*
Fidejubere pro alio eſt opus charitatis, & perfectionis.
Juramentum de non fidejubendo eſt illicitum.
Interpretatur text. in c. Clericus 1. de fidejuſſoribus.
5 *Pretium ob fidejuſſionem recipere licitum eſt.*

CONCLUSIO.

CLericus fidejuſſionibus inſerviens, eſt abjiciendus. 1
Conſonat textus in *cap. te quidem*, 11. *quæſt.* 1. *leg.* 45. *titulo* 6. *partita* 1. *leg.* 1. *titulo* 18. *lib.* 3. *fori*, *leg.* 8. *tit.* 10. *lib.* 9. *Recopilationis*. Exornant Guttier. *de Juramento Confirmatorio*, 1. *parte*, *cap.* 72. *n.* 2. Morla *in Emporio*, *tit.* 8. *q.* 25. *n.* 34. Sylveſter *in Summa*, verbo, *fidejuſſor*: Anton. Gomez *tomo* 2. *variar. c.* 13. *n.* 18. Marta *de Juriſdictione*, *part.* 4. *caſu* 105. Menoch. *de Arbitrariis*, *caſu* 431. *n.* 1. Idem *de præſumptionibus lib.* 2. *præſumptione* 46. *num.* 2. Cujac. *in poſthumis ad noſtrum textum*: Cenedus plures referens in *collect. ad Decretales*, *collectan.* 164. Barb. *in collect. ad noſtrum textum.*

Ratio eſt, quia cum fidejuſſores ſæpe conveniantur 2
in judiciis, & à creditoribus inquietentur, *Authent. de fidejuſſoribus*, *paragrapho* 1. *collatione* 1. & Clericis ſemper ſint evitandæ occaſiones, per quas eis lites poſſent

possent inferri, ne earum occasione à verbo Dei distrahi videantur, *dicto cap.te quidem*, 11.*quæst.*1. ideo Clerici non debent facile, & indifferenter fidejussionibus se immiscere: *Authent. de Sanctissimis Episcopis, collatione* 9. quia aliàs negociatione illa perplexi ab oratione & sacris ministeriis desisterent, juxta illud *Apostoli ad Timotheum, cap.*9. versic. *quinimo militans: c.*1. & *per totum tit. ne Clerici, vel Monachi*: cum à me traditis in *c. final. de vita & honestate Clericorum.*

3 Primò, obstabit dicere, quod is, qui potest ut principalis obligari, aut conveniri, potest etiam fidejubere, *l.* 3. *ff. hoc titulo. leg.* 2. *titulo* 12. *partita* 5. Notat Antonius Gomez *dicto cap.* 13. *n.* 16. Sed Clericus tanquam principalis efficaciter obligatur, *cap. Odoardus, de solutionibus*: Ergo & obligari poterit tanquam fidejussor. Cui dubio respondendum est regulam suprà adductam veram esse, nisi à jure specialiter alicui sit prohibitum fidejubere, quamvis possit principaliter obligari, ut sunt Clerici, secundum interpretationem *infra ad textum nostrum* referendam. Item mulieres quæ licet principaliter obligari possint, tamen fidejubere non poterunt, cum Senatus Consulto Vellejano inhibeantur, *l.* 1. & *per totum tit. ff. & Cod. ad S.C. Vellejanum, l.* 2. & 3. *tit.* 12 *partita* 5. Similiter & minores cum effectu non fidejubent, cum auxilio restitutionis juventur, *l. Titius, & Seja, ff. hoc tit. l. ait Prætor*, §. *non solum, ff. de minoribus*, notant Gomez. & Guttier. *locis supra citatis.*

4 Secundò, obstabit dicere, quod pro alio fidejubere est opus charitatis, & perfectionis, cum subveniatur necessitati proximi, *l. omnes* 31. § *in hoc, C. de Episcopis, & Clericis*; atque ideo Clericum, & Monachum posse fidejubere constat ex textu in *cap. pervenit* 2. *cap. quod quibusdam* 4. *infra hoc tit.* & fidejussiones Ecclesiasticis permissas fuisse, patet ex Concilio Chalcedonensi *actione* 4. *cap.* 30. Sed hujusmodi opera sunt præcipuè per Clericos adimplenda, juxta textum *c. quoniam*; cum materia, 16. *quæst.* 1. Ergo pro illo actu fidejubendi non sunt Clerici puniendi, seu deponendi; ut textus noster asserit: præcipuè cum depositionis pœna non nisi pro gravi crimine est infligenda; *cap. tuæ, de pœnis: cap. at si Clerici*, §. *de adulteriis, de judiciis*: cum relatis à Julio Claro *in praxi, quæst.* 24. & 36.

Sed huic dubio respondendum est, fatendo actum fidejussionis, esse actum charitatis, & consilii: atque ita juramentum de non fidejubendo, cum sit operis illius charitatis impeditivum, tanquam turpe, & illicitum, non est obligatorium: argumento textus in *cap. final. ad finem*, 12. *q.* 4. resolvit Covar. *in cap. quamvis pactum*, 2. *parte* §. 6. *n.* 7. Guttierrez *de Juramento confirmatorio*, 2. *parte cap.* 72. Quo supposito dicendum est, quod quamvis Clericus prohibeatur esse fidejussor in secularibus negociis, ex rationibus *suprà* adductis; tamen si fidejubeat, bene tenebitur cùm opus charitatis sit, nec ob id erit puniendus: Notat Guttierrez *de Juramento Confirmatorio* 1. *par. cap.* 72. *in principio, n.* 2. Anton. Gomez *dicto* 2. *tomo variarum, cap.* 13. *n.* 18. Nec obstat textus noster, cui plures adduci solent interpretationes, ut constat ex *glossa* 1. & 2. *in dicto cap.* 1. Cardinalis, *n.* 2. Barbacia *num.* 3. Imola *num.* 4. dum asserunt textum nostrum procedere in Clerico, qui frequenter fidejussionibus se offert. Sed hæc interpretatio ex eo convincitur, quia si fidejussio ex charitate sit, quantò frequentior fiat, tantò laudabilior erit: arg. text. *in c. final. de consuetudine.*

Quare hac, & aliis omissis traditis ab Abbate *in præsenti*, verius dicendum est, ideo in specie *nostri textus* fidejussionem Clericis fuisse prohibitam, non ex eo, quod ipsi fidejussores esse non possent, nec opus hoc charitatis exercere; sed ex eo, quod principaliter spe lucri fidejussores se præbebant: & sic quasi fidejussionibus inservientes, seu debitorum proxenetæ, quod illicitum Clericis, & animadversione dignum erat; ideo justa de causa illa tam gravi pœna puniebantur: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi, *fidejussionibus inserviens*, quod idem est, ac si text. diceret, *fidejussionibus pro lucro se offert*, ut eleganter animadvertit Morla *in emporio tit.* 8. *q.* 25. *n.* 34. *apud finem.*

Tertiò, solutioni obstabit dicere, licitum esse pretium ob fidejussionem recipere, juxta textum in *leg. hoc jure*, §. *I. abeo. ff. de donationibus; leg. si remuneranda*, §. *final ff. mandati; l. antiquæ in principio, Cod. ad S.C. Vellejanum*, resolvit Covarruvias *lib.* 3. *variarum. cap.* 2. *num.* 6. Sed respondendum est, jura illa procedere in laicis, quibus hæc, & aliæ negotiationes sunt permissæ; non tamen Clericis quibus negotiatio prohibita est, ut suprà diximus: ex quibus patet, Clericum pretatis causa posse fidejubere, veluti si pro inope etiam laico ob æs alienum in carcere detento, juxta textum in *c.* 2. *hoc titulo, cap. ex rescripto, de juramento calumniæ, c. ex rescripto. de jurejurando* at verò si Clericus pro publicano, qui conducit publica vectigalia, vel conductore alienarum possessionum, & similium fidejusserit, tunc fidejussio non valebit; ut rectè animadvertit Cujacius *in posthumis ad nostrum textum*, & plura de hac re notatu digniora refert in *cap. te quidem*, 11. *quæst.* 1. Glossa, verbo, *ac fidejussor.*

Ad textum in capit. Pervenit 2. hujus Tituli.

SUMMARIUM.

1 *Clericus compellitur servare fidejussorem indemnem, etiam per assignationem suorum redditunm.*
2 *Fidejussio est opus charitatis, & misericordiæ. Mandans, ut quis pro se fidejubeat, videtur etiam mandare, ut pro eo solvat.*
3 *Remissive interpretatur textus in* cap. 1. de fidejussoribus.
4 *Fidejussor non potest conveniri, antequam reus, qui præsens est, conveniatur.*
5 *Interpretatur textus in* leg. Moschis, 47. ff. de jure fisci.
6 *Exponitur textus in* cap. ex rescripto, de jurejurando.
Declaratur textus in c. pervenit 1. de fidejussoribus.
7 *Executio in stipendiis militum fieri non potest. Clericus dominus est fructuum beneficiorum.*
8 *Expenditur text.* in l. ii remunerandi, §. ii passus: l. si viro, §. adolescens, ff. mandati; Marcellus, l. in fine, ff. de fidejussoribus.
9 *Fidejussor si pro reo principali solverit, actionem mandati adversus eum habet.*
Redditur ratio ad textum in leg. ex commodato 20. § 1. ff. mandati.
10 *Debitor, qui usuras, etiam cum juramento promisit, eas repetere potest.*
11 *Sententia lata contra reum quemadmodum non habet executionem paratam contra fidejussorem, ita similiter lata contra fidejussorem, non habet executionem paratam contra reum.*
Exponitur text. in l. final. §. final. Cod. de usuris rei judicatæ.
12 *Fidejussori primum remedium est mandati actio. secundum cedendarum actionum, vulgo, carta de lasto. Solutione facta videtur sublata omnis obligatio.*
13 *Cessio actionum variis de causis prohibita est.*
14 *Perjurus Clericus suspendendus est.*
Refertur ratio ad textum cap. 2. de rescriptis; cap. Querelam, de jurejurando.

CONCLUSIO.

Clericus compellitur servare fidejussorem indemnem etiam per assignationem suorum redituum Confirmat textus *in leg. indebitum, ff. de conditione indebiti: leg. si fidejussor, Codice mandati; leg. ex mandato, leg. inter causas*, §. *is qui, ff. hoc titulo; leg. inter cau[illegible] impendia*,

impendia, leg. idemque 10. §. *fidejussores leg. quæ mutuum, in fine, ff. mandati*: §. *penult. Inst. de fidejussoribus, l.* 11. *&* 12. *titulo* 12. *partita* 5. *l.* 8. *&* 18. *lib.* 3. *fori leg.* 8. *titulo* 10 *lib.* 9. *Recopilationis*. Exornant Franeus *tract. de fidejussoribus, cap.* 5. *n.* 508. Henricus Boich. latè *in præsenti*; Navarrus *de redditibus Ecclesiasticis, quæst.* 1. *num.* 61. Sarmiento *parte* 4. *cap.* 1. *in principio*, Baeza *de inope debitore, cap.* 12. *num.* 18. Guttierrez *de juramento confirmatorio*, 1. *parte, cap.* 23. *per totum*: Dueñas plures referens, *regula* 335. *limitatione* 11. præcipuè in *regula*, 337. Felicianus *de censibus lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 9. Pichardus *in* §. *si quis autem* 6. *Instit. de fidejussoribus*; Gomezius 2. *tomo variarum. cap.* 3. *num.* 13. Donel. *lib.* 13. *comm. c.* 13. cum traditis ab Osualdo *ibid. litera T.* Barb. *in Collect. ad nostrum textum, n.* 2. *&* 19. Cenedo *in Collect. ad Decret. Collect.* 164.

2 Ratio depromitur ex textu nostro, *vers. ne igitur*: videlicet, quia cum fidejubere sit opus charitatis, & perfectionis, & inde meritorium, non debet ex eo fidejussor dispendium pati, ex quo præmium videtur meruisse: *cap. sane, de renunciatione; leg. si servus,* § *quia ff. de furtis*, cum traditis à Glossa *in præsenti*, verbo, *dispendium*. Qua de causa pluribus modis consulendum est fidejussorum indemnitati, *Primò*, ut recuperet fidejussor à reo, quod pro eo solvit, actione mandati, §. *penult. Instit. de fidejussoribus; dicta leg. inter causas,* §. *is qui. ff. hoc titulo*, cum similibus *suprà* adductis: quod verum est, sive fidejussor sponte solverit, *leg. idem*, §. *fidejussores ff. hoc titulo*; sive coactus à Judice etiam per injuriam, dummodo ipse culpa careat, *leg. exceptione, ff. hoc titulo: leg venditor*, §. *licet, ff. de hæreditate vel actione vendita; l. nam & Servius*, juncta Glossa, *verbo, judicium*, in fine, *ff. de negotiis gestis*: quinimo, & recuperat sumptus in ipsa lite factos. *l. si mandatum, paragrapho si fidejussor, ff. hoc titulo*. Similiter & recuperat omnia damna & interesse, ex *textu nostro*: notat Abbas *in præsenti*; atque ideo consequitur usuras à reo juramento promissas, & pro eo solutas: Notat Glossa *in præsenti*, verbo, *indemnem*: Abb. *n.* 10. Ratio est, quia reus principalis mandans, ut pro eo fidejussor intercedat, videtur etiam mandare, ut pro eo solvat: *d. l. indebitam, ff. de condictione indebiti*.

3 Primò, obstat textus in *cap.* 1. *hoc titulo*, ubi cavetur, & Clericis prohibetur fidejubere; sed fidejussio facta lege prohibente nulla est, *leg. cum lex ff. hoc titulo; leg. non dubium, Cod. de legib.* Ergo Clericus fidejussor *in præsenti* non potuit compelli ad pecuniæ solutionem. Verùm hujus dubii solutio petenda est ex his, quæ *suprà* retulimus in *c.* 1. *hoc tit.* quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

4 Secundò, obstabit principium illud, quo docemur, quod fidejussor non potest conveniri antequam reus principalis, qui præsens est, sit conventus, & repertus minùs idoneus in toto, vel in parte: *Authen. præsente, Cod. de fidejussoribus*; sed in *textu nostro* principalibus non solventibus statim compulsus est Rodericus fidejussor, ut constat ex verbis nostri textus, ibi, *illis non solventibus*: Ergo minùs rectè nostri textus decisio sustineri poterit. Pro cujus dubii solutione adnotandum est, olim jure *Digestorum*, & *Codicis*, licuisse creditori convenire principalem debitorem, vel ejus fidejussorem, *leg.* 3 § *final ff. de duobus reis: l. non rectè, l. jure nostro, Cod. de fidejussoribus*: hodie verò de jure novo *Authent.* fidejussor non potest conveniri antequam debitor principalis; nisi fiat executio in bonis principalis debitoris, & reperiatur non solvendo, juxta formulam traditam in *Authent. de fidejussoribus, & mandatoribus*: §. 1. *collatione* 1. *Authent. præsente, C. eodem: leg.* 9. *titulo* 12. *part.* 5. Nec obstabit si dixeris, hanc excussionem inductam videri de jure *Digestorum*, juxta textum in *leg. decem, in fine. ff. de verborum oblig. leg. fidejussor obligari.* §. *final. leg. si fidejussores, ff. hoc tit. leg. libertus, in principio*, & Glossa, *ibi*, verbo, *ex persona ff. ad municipalem*. Quia respondendum est, jura illa procedere in fidejussore indemnitatis, qui numquam potest conveniri ante excussum principalem debitorem, etiam si renunciaverit beneficio *dictæ Authenticæ, præsente, C. de fidejussoribus*: notat Covar. *in cap quamvis pactum*, 1. *par.* §. 4. *n.* 4. Guttierr. *de Juramento Confirmatorio*, 1. *p. cap.* 13. *num.* 22.

Tertiò, supra dictis obstabit textus in *leg. Mosebis* 5
47 *ff. de jure fisci*, ubi etiam de jure *Digestorum* inventa videtur excussio illa principalis debitoris, ante quàm conveniri possint tertii possessores hypothecæ. Cui dubio respondendum est, textum illum procedere in tacitis hypothecis, quarum possessores ante excussionem principalis debitoris non conveniebantur, etiam de jure *Digestorum*: ut notat Glossa, *ibidem*; siquidem negari non potest, specialem, & expressam hypothecam plus juris tribuere, & magis affieere rem hypothecatam, quàm generalem: argumento textus in *cap. nulli, de rebus Ecclesiæ*: juncta Glossa, *verbo, specialis, in Authent. de non alienandis, aut permutandis*: §. *Sancimus*; notat Rebuffus 2. *tom. ad leges Regias, titulo de constitutione reddituum, art.* 4. *per totum*. Cujacius omnino videndus in *Novella* 4. Quibus sic breviter prælibatis, cum jam appareat jure *Authenticorum*, excussionem illam fuisse inductam, instat jam dubitandi ratio *supra* adducta, scilicet quare in specie *nostri textus*, non servata *illius Authenticæ* formula conventus fuit fidejussor? Cui dubio primo satisfacit Glossa *in præsenti*, dum asserit ideo fuisse conventum, quia renunciavit remedio *dictæ Authenticæ, hoc ita, Cod. de duobus reis stipulan.* Notat Abbas *in præsenti, num.* 8. Sed convincitur: quia divinatoria est, cùm de fidejussoris renunciatione in nulla *nostri textus* parte constet. Omissa etiam, quam refert Barbacia *in præsenti n.* 5. & Imola *n.* 23. dum asserunt, ideo in textu nostro fidejussorem conveniri; quia ab eo non fuit petitum tempus ad principales reos absentes conveniendos, juxta formulam *dictæ Authenticæ, præsente*: Jason. *in* §. *item si quis in fraudem, Instit. de actionibus, n.* 76. asserit beneficium excussionis, de quo *in dictis Authenticis* mentio habetur, procedere de Jure civili; secus verò de Jure Pontificio ex *textu nostro*: & in *c. ex rescripto, de jurejurando*: redditque rationem differentiæ; quia exceptio excussionis censetur esse de apicibus juris: juxta Glossam in *leg. si mancipium*, §. 1. *ff. de evictionibus*: at verò de jure canonico, sola veritas attenditur, & quod bonum, & æquum est: Notat Glossa, *verbo, subtiliter, in cap. dilecti, de judiciis*.

Sed his, & aliis omissis, verius est dicendum, beneficium excussionis etiam de jure canonico procedere, & constat ex Glossa 1. *in præsenti*, quæ excussionem ideo negat, quia à fidejussore remedium illud fuerat renunciatum: Ergo supponit de jure canonico competere, renunciatione non facta comprobatur etiam ex regula textus in *cap.* 1. *&* 2. *de novi operis nunciatione*. Nec obstabit textus *in dicto cap. ex rescripto*: Quia omissa interpretatione, quam tenent Gomezius *dicto cap.* 13. *num.* 4. & Guttierrez *dicto cap.* 23. *num.* 26. dum asserunt ideo ibi excussionem cessare, quia juramentum ex parte fidejussoris fuit interpositum, quod tollit beneficium excussionis. Verius tamen dicendum est, excussionem etiam *in dicto cap. ex rescripto*, faciendam esse: nam quod dicitur conventionem juratam esse observandam, id tamen intelligitur servato ordine compulsionis, hoc est ut prius principalis, deinde fidejussores compellantur: ita sentit Barbac. *Consilio* 43. *columna penult. lib.* 2. quam sequitur Covar. *in dict. c. quamvis pactum*, §. 4. *n.* 4.

Quartò, supra dictis obstabit expressa *nostri textus* 6
decisio, ubi contrarium scriptum reperitur. Pro cujus interpretatione nonnulli affirmant, exceptionem excussionis dilatoriam esse, atque ita ante litem contestatam proponendam fore: argumento textus *in leg. filius familias*, §. *veterani, leg. Procuratorem ff. de Procuratoribus; leg. licet. l. ita demum, Cod. eodem: cap. Pastoralis, de exceptionibus*. Atque ita ea à principio non opposita valebit processus contra fidejussorem non excusso principali

cipali factus: Notat Glossa, *verbo, restitui*, *l. 2. Codic. communi dividundo*: Gloss. *in l. si mancipium*, §. 1. *ff. de evictionibus*. Notat Gutierrez *ubi supra n.* 14. atque ideo cum fidejussio *in præsenti* exceptionem excussionis legitimo tempore non opposuisset, rectè solvere compulsus fuit: quæ interpretatio ex eo convincitur, quia licet à principio processus valeret, & judicium procedat exceptione non opposita, tamen actor non vincet nisi ante sententiam prius sit excussus principalis debitor, aut notoriè constet eum non esse solvendo: ut tenet Baldus *in leg. 1. Cod. communi dividundo*; quem sequuntur Paulus, & Salicetus, *ibidem*, Gregorius Lopez *in l. 9. titulo 12 partita* 5. verbo, *primeramente*.

Quare his, & aliis, omissis, verius dicendum est, Rodericum *in præsenti* compulsum fuisse satisfacere post legitimam excussionem adversus principales factam. Nec obstant verbo nostri textus ibi, *illis non solventibus*, quæ denotant effectum solutionis non factæ: Quia respondendum est, quod licet id significent, non tamen expresse aperiunt, qua de causa id contigerit, atque ita ut juri conveniant, referenda sunt ad impotentiam debitorum, ut sit sensus, *illis non solventibus, qui solvendo non erant*: atque ideo coactum fuisse fidejussorem. Nec huic solutioni obstabit, si dixeris, principales debitores habuisse beneficia ex quorum redditibus satisfieri poterat creditor: Quia respondendum est, quod fortè tempore excussionis non superarent fructus, & proventus, meritò dicendum videtur non esse solvendo, cum exactio facilis, & præsens non esset, ut in jure desideratur: argumento textus *in dicta Authent. præsente* notat Baëza *de inope debitore*, *dicto c. 5. n. 36. & 37.*

Quintò obstat, quod stipendiis militum non potest fieri executio, *leg. stipendia, Codic. de exceptione rei judicatæ*. Sed beneficia dantur Clericis in stipendium, & mercedem servitii, & laboris; *cap. cum secundum Apostolum, de Præbendis, capit. final. de rescriptis libro sexto*. Ergo redditus beneficiorum *in præsenti* non poterunt creditori assignari; ut asserit *textus noster*. Cui dubio respondendum est, quod quamvis Glossa *in dicta leg. stipendia*, tenuerit in Præbendis Clericorum non fieri executionem, cui etiam similis est Glossa, *verbo, proventus in capit. de multa, de Præbendis*: tenet Panormitanus, *ibidem numero septimo*. Rationem reddunt; quia Clerici non videntur esse domini fructuum suæ Præbendæ, & beneficii; *capit. ex parte*, *final.* 16. *quæstione prima*, tamen verius est, Clericos dominos esse fructuum beneficiorum, ut constat ex *textu nostro*, & tenet Sarmiento *de redditibus*, 4. *parte*, *cap.* 1. & ita recto jure in fructibus beneficiorum executionem fieri, ubi alia bona non supersunt, probat textus *in dicta l. stipendia*; & Glossa *in leg. commodis*, *ff. de rei vindicatione*: Antonius Gomez 2. *tomo variarum*, *cap.* 13. *num.* 18. Covarruvias *libro* 2. *variarum*, *cap.* 1. *n.* 9. Guttierrez *de juramento confirmatorio*, 1. *parte*, *c.* 17. Baëza *de inope debitore*, *cap.* 27.

7 Sextò prædictis obstat textus in *leg. si remunerandi*, §. *si passus*, *l. si viro*, §. *adolescens*, *ff. mandati*: *leg. Marcellus, in fine, ff. hoc titulo*. In quibus juribus appareret, fidejussorem non recuperare id, quod pro reo solvit; Ergo fidejussor non semper servatur indemnis. Sed respondendum est, regulam nostri textus variis modis limitari, ut constat ex *dicto* §. *si passus*, ubi quatuor limitationes traduntur, in quibus fidejussor non recuperat id, quod pro reo solvit; quas etiam refert textus in *lege duodecima*, *titulo duodecimo*, *partita* 5. Gregorius Lopez, *ibidem*; Gomezius *dicto cap. decimotertio*, *numero quinto*, Dueñas *dicta regula* 377. qui enumerant plures casus, in quibus mandati actio fidejussori denegatur; difficile tamen est quod tradit Consultus, *in dicta leg. si vero* 12. §. *adolescens*, *ff. mandati*, quatenus textus ille actionem denegat eo, qui mandato adolescentis meretrici credidit, aut pro eo fidejussit; si quidem quilibet in re propria sit moderator, & arbiter, *l. 1. C. de Sacrosanctis Eccles. leg. in re mandata*; *C. mandati*; etiam abstendo, *l. sed & si*, §. *consuluit*, *ff. de peti-*

tione hæreditatis; & ita prodigus ante bonorum interdictionem à Prætore factam validè contrahit etiam si bona sua profundat. Notat Gloss. in *l. is, cui bonis*, *ff. de verbor. obligat.* Bartolus, Jason & Ripa *ibidem*; ac per consequens insufficiens videtur ratio Ulpiani *ibidem*, quæ denegat actionem ex eo, quod perdituro pecuniam credatur. Cui difficultati non satisfacit Glossa *ibidem*, dum asserit textum illum esse intelligendum in adolescente minore viginti quinque annorum; quam tenet Bart. *in leg. si quis cum sciret* 8. *ff. pro emptore*; Quia convincitur ex eo quod quamvis adolescentia usque ad viginti quinque annos dicatur, quos refert Menochius *de arbitrariis libro secundo, casu* 57. & Sfortia *de Restitutione in integrum, prima parte*, *quæstione secunda*, *articulo secundo*. Tamen secundum aliam computationem ætatis, adolescentia dicitur à decimo quarto, usque ad quinquagesimum annum, ut explicat Connanus *lib.* 5. *comment. cap.* 11. *in principio*, ubi contendit textum *in dicto* §. *si adolescens*, accipiendum esse in adolescente majore.

Quare omissa interpretatione, quam refert Ripa *in l.* 8
is, cui bonis ff. de verb. obligat. verius est dicendum, textū *in dicto* §. *si adolescens*, esse intelligendum, prout jacet in pecunia credita, vel fidejussione facta pro meretrice alterius mandato; quia faciens contractum illum voluntate sua videtur sic datum perdere, & rursus ad malos mores incitare, ut constat ex textu, ibi *contra bonam fidem*, id est, *contra bonos mores*: ut explicat Connanus *li. 7. comment. c.* 14. & ita tanquam mandatum de re turpi non inducit obligationem, ut sentit Glossa *ibidem*, verbo, *adolescens*; meritò, cum talis fidejussio, & pecuniæ numeratio sit voluntaria, mirum non est, quod mandati actio fidejussori denegetur. Cæterum si pecuniæ numeratio fieret ex necessitate contractus, velati emptionis, tunc succurrendum esset emptori saltem quoad usucapionem, & bonam fidem, etiamsi sciat in malos usus distracturum venditorem, juxta textum ita intelligendū in *l. si quis cum sciret* 8. *ff. pro emptore*. Notat Antonius Faber *in Rationali ad textum, in dicto* §. *si adolescens*; difficilior tamen est textus in *l. Marcellus*, *ff. hoc titulo*, de quo ultra ordinarios *ibidem* videndi sunt Ripa, Cujacius, Donellus, & Duarenus *in dicta l. is, cui bonis*, Connanus *lib.* 6. *Comment. c.* 6. Robertus *libro* 2. *receptarum. cap.* 37. Revardus *lib.* 2. *variarum*, *c.* 9. cujus commentaria omitto, ne longius progredi videar.

Septimò, adversus ea, quæ *supra* retulimus, videli- 9
cet fidejussorem pro reo principali solventem, actionem mandati adversus reum principalem habere; juxta textum in §. *si quid autem* 6. *inst. hoc titulo*; *d. l. indebitam* 47. *digest. de condictione indebiti*; Obstabit textus in *l. ex mandato* 20. *paragrapho primo*, *ff. mandati*, ubi non actio mandati, sed negotiorum gestorum actio competit. Cui difficultati respondendum est, multum interesse, an fidejussor interveniat pro absente absque ejus mandato, & solvat; an verò præsente, vel absente, ejus rei voluntate præcedente; nam in primo casu competit actio negotiorum gestorum, non verò mandati, cum mandatum non præcesserit; & ita est intelligendus textus *in dicta leg. ex mandato* 20. §. 1. *ff. mandati*. In secundo verò casu, actio mandati competit; quia præcessit mandatum; & ita est interpretandus *textus noster*, & textus *in dicto* §. *quid autem* 6. *instit. hoc titulo*, cum similibus *supra* adductis.

Octavò, adversus nostrum textum *in versic. seriem* 10
indemnem, ex quo deducunt Doctores omnes; & Glossa *ibidem* etiam fidejussorem indemnem esse quoad usuras, si eas creditori solverit; Abbas *in præsenti*, *num.* 10. Henricus Boich. *n.* 7. Obstabit textus in *cap. debitores*, *de jurejurando*, cum aliis *ibidem* à me relatis; ubi debitor, qui usuras etiam cum juramento promisit, repetere potest; & hoc adeo verum est, quod etiamsi exceptio fuerit opposita, & per injuriam Judicis reus fuerit condemnatus, eas non tenetur solvere, juxta textum in *l. exceptiones*, *ff. de fidejussoribus*; *l. si per imprudentiam*, *ff. de evictionibus*. Quod dubiū dilues distinc-

ctione adhibita ſcilicet, multum intereſſe, an fidejuſſor juravit ſortem & uſuras ſolvere de expreſſo, vel tacito rei principalis conſenſu : nam ſi ſolvit antequam abſolutionem juramenti impetraſſet, tunc fidejuſſor poterit eas à debitore actione mandari per modum damni, ſeu intereſſe repetere; & ita eſt intelligendus *textus noſter*; ubi fidejuſſor etiam cum conſenſu debitoris, juravit debitum & uſuras ſolvere, ut conſtat ex integra *noſtri textus*: ſecus verò, ſi abſolutionem, ſeu relaxationem juramenti impetraſſet; juxta textum in *cap. ex adminiſtrationis, de jurejurando*, & ſolviſſet: nam tunc ſi ſolvit, non repetit : quia indebitum ſolvit; & perinde eſt, ac ſi non juraſſet. Si verò reus nominatim mandat fidejuberi pro uſuris, multum intereſt, an fidejuſſor ſolvat uſuras, quas debitor non promiſit : & tunc fidejuſſor eas non repetit : quia aut ſolvit voluntariè, & tunc imputet ſibi; aut coactus in judicio, vel extra; & tunc de cogentibus conqueratur, & non de debitore : nam injuria Judicis, vel alterius, non poteſt debitori imputari : & ita eſt intelligendus textus *in dicta leg. exceptiones, ff. de fidejuſſoribus; leg. ſi per imprudentiam, ff. de evictionibus*, ut latè refert *Henricus Boich*, omnino videndus *in com. ad noſtrum text. n. 7. uſque ad* 11. ubi plura notatu digniora refert: Abb. *in præſenti*, *num.* 10. nam licet fidejuſſor teneatur excipere exceptionem competentem contra creditorem *l. fidejuſſorem, & l. ſi fidejuſſor, ff. mandati*: non tamen tenetur agere; & relaxatio illius juramenti, vicem actionis continet, *c. 2. de officio judicis* : ut rectè adnotavit Henricus Boich *in præſenti, n. 9.* de qua re plura ſcripſit Donel. *in leg.* 10. *C. de fidejuſſoribus.*

11 Nonò, adverſus ea, quæ *in præſenti* notant omnes, videlicet ex confeſſione rei, vel creditorum aſſerentium fidejuſſorem ſolviſſe debitum, poſſe via ordinaria, novo inchoato proceſſu, actione mandati conſequi, juxta textum in *leg. ſi ex cautione, Cod. de non numerata pecunia.* Ratio eſt; quia quemadmodum ſententia contra reum lata non habet executionem paratam contra ejus fidejuſſorem, *leg. à ſententia, ff. de appellationibus*: *leg. final. verſic. adjicientes, Cod. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt*: Gloſſa *in cap. unico. de injuriis, li. 6.* Ita ſimiliter, nec ſententia lata contra fidejuſſorem habet executionem paratam contra reum; ut rectè animadvertit Innocentius *in præſenti, n.* 22. Obſtabit *textus noſter*, in verſic. *moneatis*, juncto *verſ. reſtituant*, ex quo deducitur, quod ſtatim facta fide de ſolutione per fidejuſſorem, poteſt reus principalis compelli actione mandati, ut id, quod fidejuſſor ſolvit, reſtituat. Quia reſpondendum eſt, *textum noſtrum* eſſe intelligendum ſuppoſitis terminis habilibus, hoc eſt, ſi prius via ordinaria reus principalis fuerit à fidejuſſore condemnatus : Notat Innocentius *ubi ſupra n.* 22. Nec ſolutioni obſtat textus in *l. final. §. final. Cod. de uſuris rei judicatæ*, ubi ſolvente fidejuſſore, ſtatim reus via executiva compellitur ei ſatisfacere : Quia textus ille procedit in fidejuſſore judicatum ſolvente, qui via executiva à reo recuperat, pro eo ſolvit; argumento textus in *leg.* 1. *ff. judicatum ſolvi.* Notat Innocentius *ubi ſupra, num.* 22. quod ſpeciale eſt, tum propter finiendas lites, tum etiam ex natura ſtipulationis judicatum ſolvi, quæ ad judicatum rei debitoris refertur : ſiquidem illa conventio in judicio facta executionem meretur, *leg. tale pactum* 40. *§. qui provocavit, ff. de pactis.*

12 Decimò, adverſus principium à Doctoribus *in præſenti* receptum, videlicet Primum remedium fidejuſſori ex ſua perſona competere ex actione mandati abſque ulla actionum ceſſione : Secundum verò cedendarum actionum, vulgò, *Carta de laſto*, ut poſſit compellere creditores ei actiones cedere, juxta textum in *leg. cum alter, Cod. de fidejuſſoribus, leg. fidejuſſoribus, leg. ut fidejuſſor, leg. fidejuſſores, §. final. ff. hoc titulo*: Obſtabit dicere, quod ſolutione facta, videtur ſublata omnis obligatio : *principio Inſtit. quibus modis tollitur obligatio, leg. ſolvere, leg. ſolutionem, ff. de ſolutionibus*: *leg.* 3. *§. final. ff. de duobus reis*: ac proinde cùm actio ſit extincta, cedi non poteſt, *leg. Modeſtinus, ff. de ſolutionibus.* Sed reſpondendum eſt, ideo creditorem poſſe actiones cedere, quia fidejuſſor ſuo proprio nomine ſolvit; ac proinde, cum non videatur reum in totum liberare, nec actionem contra eum extinguere, *l. cum is: ff. hoc tit. l. Papinianus. ff. mandati*: mirum non eſt, quod illa actionum ceſſio fieri poſſit: notat Gloſſa *in d. l. Papinianus, l.* 11. *tit.* 12. *partita* 5.

Undecimò, prædictis obſtabit principium illud, 13
quo docemur actionum ceſſionem variis de cauſis eſſe prohibitam, ut in *l.* 1. & per *totum tit. Cod. ne liceat potentioribus* : *l. penult. & final. ff. de alienatione judicii*: *c.* 1. *& 2. eodem titulo, cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, ut lite pendente: l. penult. & final. Cod. mandati.* Ergo creditor non poterit actiones cedere fidejuſſori adverſus reum principalem. Cui dubio facilè ſatisfacies, ſi dixeris, jura in argumento adducta procedere, quando illa actionum ceſſio fit voluntariè, fraude, & dolo, in potentiorem actorem, ſeu perſonam: quæ actionum ceſſio à jure prohibita eſt; at verò nos loquimur in actionum ceſſione, quæ abſque ulla fraude, ex ipſa juris neceſſitate à creditore fidejuſſori fit, quæ in jure noſtro permiſſa eſt: nam ceſſiones neceſſariæ, & non fraudulentæ, legibus permittuntur, juxta tex. in *l.* 1. per *totum, tit. ff. & C. de hæreditate, vel actione vendita*: & in *l. penult. C. mandati*: de qua re congerit Donel. *in leg.* 10. *C. hoc titulo, n.* 4.

Duodecimò, adverſus textum noſtrum *in verſicul.* 14
præfatos, dum aſſerit, Clericum perjurum, tantum eſſe ſuſpendendum: Obſtabit textus in *cap.* 2. *de reſcriptis cap. querelam, de jurejurando*, quibus in juribus probatur Clericum perjurum privandum eſſe beneficiis. Sed reſpondendum eſt, jura *ſuprà* adducta procedere, quando de perjurii crimine principaliter eſt actum : ſecus, ſi incidenter, ut *in præſenti*: notat Panormit. *num.* 14. Barbacia *n.* 5. Innocentius *num.* 28. argumento textus in *cap.* 1. *de exceptionibus*; *cap. cum dilectus, in fine. de ordine cognitionum*: & de pœna perjurii videndus eſt Bernardus Diaz *in practica, cap.* 36. Julius Clarus *lib.* 5. *receptarum, verbo, Perjurium*: Menochius *de arbitrariis, caſu* 329. Covarr. *in cap. pactum*, 1. *parte* §. 2. & 7.

Ad textum in cap. Conſtitutus 3. c. Eum, pro quo, final. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Fidejuſſor tribus de cauſis poteſt agere contra debitorem ante quam ſolvat, ut ibi exponitur.*
2 *Fidejuſſor non debet damnum reportare à debitore, in quem contulit beneficium.*
Melius eſt ante tempus occurrere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere.
3 *Interpretatur textus in* cap. 2. verſiculo, pecuniam, de fidejuſſoribus.
4 *Fidejuſſori imputari debet, ſi fidejuſſit pro eo, qui minus idoneum debitorem judicavit.*
5 *Conciliatur tex. in* l. ſi mandato 45. §. item 12. *cum* §. ſi judicio 3. ejuſdem legis, ff. mandati.

CONCLUSIO.

FIdejuſſor tribus de cauſis poteſt agere contra debitorẽ antequam ſolvat, ut illum à fidejuſſione liberet: Prima ſi diu ſteterit in obligatione. Secunda, ſi debitor incipit diſſipare ſua bona. Tertia, ſi ipſe fidejuſſor fuit condemnatus. Conſonat textus in *dicto capite constitutus* 3. *& final. hoc titulo* : *leg. Lucius Titius* 38. *§. final. leg. ſi mandatu* 45. *§. ſi judicio* 3. *& leg. qui mutuam* 56. *§. fidejuſſor, ff. mandati*: *leg. fidejuſſor* 45. *ff. hoc titulo*: *leg. ſi quis mandato Titii* 28. *ff. de negotiis geſtis* : *leg.* 1. *&* 4. *titulo* 12. *partita* 5. *leg.* 8. *titulo* 18. *lib.* 3.

lib. 3. fori. Exornant Antonius Gomez *tomo 2. variar. cap. 13. n. 10.* Menochius *de Arbitrariis, casu 141.* Hippolytus de Marsiliis *in Rub. ff. de fidejussoribus, n. 216.* Felicianus *de censibus, lib. 3. cap. 3. num. 16.* Mantica *de tacitis, & ambiguis conventionibus, tomo 1. li. 16. titulo 22. n. 26.* Donel. *lib. 13. comment. c. 13.* Duennas *regula 336.* Cardoso *in praxi Judicum*, verbo, *fidejussor, num. 21.* Gaillius *lib. 2. observationum, cap. 29.* Antonius Faber *in Rationali, ad textum in dicta leg. Lucius Titius*, §. *final.* cum similibus, *ff. mandati*: Barb. plures referens *in Collect. ad nostrum textum, n. 3. 5. & 8.* Cenedus *in Collect. ad Decret. Collect. 152.* Donel. latè in *l. si pro ea 10. C. mandati.*

2 Ratio est, quia his in casibus habet justam causam metuendi ne ipse pro debitore solvere cogatur, *leg. si pro eo, Cod. mandati*: meritò fidejussori ante solutionem in dictis casibus competit actio mandati adversus reum, ut eum liberet, siquidem non debet damnum reportare à debitore, in quem contulit beneficium pro eo fidejubendo: *dicto cap. pervenit. 2. supra, hoc titulo.* Cum melius sit ante tempus occurrere, quam post causam vulneratam remedium quærere, *l. final. C. in quibus causis in integrum restitutio*: meritò, si is pro quo quis fidejussit, diu in debiti solutione cessavit, aut dissipare bona sua cæpit, seu super hoc fidejussor fuerit condemnatus, rectè poterit reum convenire, ut à fidejussione liberetur juxta textum *in d. l. Lucius, ff. mandati*: cum similibus *suprà* adductis.

3 Primò, obstabit principium illud, quo docemur, fidejussorem nullum regressum habere contra debitorem nisi prius debitum solverit, *cap. 2.* versicul. *pecuniam, quam pro eis solvit*: *hoc nostro titulo, leg. 1. Cod. eodem; leg. fidejussor, 6. leg. si pro ea, Cod. mandati; leg. Lucius, ff. mandat.* Ergo fidejussor, etiam si se obligaverit pro debitore, non habebit mandati actionem contra debitorem. Cui dubio respondendum est, quod licet regulariter fidejussor ante solutionem non possit agere contra debitorem, ut ex *dictis juribus* constat; tamen id non est perpetuum: nam temperandum est, si justa aliqua subsit causa: cujus generis est, si debitor diù, hoc est decem annos cessaverit in solutione: siquidem nemini officium suum damnosum esse debet: *c. 2. hoc titulo; l. servus*, §. *quod verò, ff. de furtis; leg. sed & si quis. ff. quemadmodum testamenta aperiantur; l. inter officium, de rei vindicatione; leg. post legatum*, §. *Advocatum, ff. de his, quibus ut indignis*; & licet ei nihil absit, cum nondum solverit; tamen cùm sit obligatus, aliquod jus ei abesse videtur, cum ejus patrimonium ex fidejussione, & obligatione ipsa diminutum censeatur; *leg. si quis 28. de negotiis gestis.* Unde iniquum erit cogere fidejussorem, expectare, ut in carcerem detrudatur, vel solvat debitum, prius, quàm solutum repetere, *leg. stipulatus 15. ff. hoc titulo: leg. 3. ff. de compensationibus*: notat Marsiliis *in Rubric. ff. hoc tit. num. 429.* Donellus *lib. 13. comment. cap. 13. & in dicta leg. si pro ea 10. Cod. mandati: num. 13.*

4 Secundò, contra secundum nostri Pontificis responsum, dum asserit fidejussorem habere actionem mandati contra debitorem, si cæperit bona sua dilapidare: Obstabit dicere, quod is, qui fidejussit, sibi ipsi imputare debet, si pro eo fidejussit, quem minus idoneum debitorem judicavit: argumento textus in *leg. si is, à quo 3.* §. *final. l. plane*, cum sequentibus, *ff. ut in possessionem legatorum; l. si creditores 16. de privilegiis creditorũ; l. si tamen 82. ff. de solutionibus*: Igitur etiã si debitor bona sua dilapidaverit, seu dissipaverit, nondum soluto debito non debuit conveniri à fidejussore. Verum respondendum est, quod cùm fidejussor semel jam suscepta obligatione teneatur mandatum pro reo adimplere, meritò si debitor post susceptam fidejussionem cæperit bona dilapidare, poterit à fidejussore conveniri, ne exinde officium suum, & mandatum ei sit damnosum: quia post dilapidationem, periculum est fidejussoris; cum nec creditori post bonorum dissipationem possit satisfieri, meritò æquum est in tempore subvenire fidejussori, ut res ei in tuto collocetur; quod ita fit, si ante solutionem agat adversus debitorem, ut à fidejussione liberetur: constat ex *textu nostro*, cum similibus *suprà* adductis. Requiritur etiam, ut debitor dilapidare cæperit bona post fidejussionem; nam si ante eam debitor jam dilapidasset bona sua, & in id perseveret, tunc ante solutionem fidejussor non poterit mandati actione adversus eum agere: cum fidejussor id potius debeat imputare facilitati suæ, quàm culpæ debitoris: & damnum debet pati in eo, quod sciens fidejussit: argumento textus in *leg. 3.* §. *ultim.* cum *l. sequenti, ff. ut in possessionem legatorum; l. inter 22.* §. *abesse, ff. mandati*; ubi latè *Cujacius*; notat Donellus *in d. l. si pro ea 10. C. mandati.* Similiter etiam poterit fidejussor reum ante solutionem convenire, si ita ab initio mandatum fuerit susceptum, ut tantum usque ad certum diem fidejussio valeret, *dict. l. si pro ea*, vers. *nec*: *ff. mandati*, ubi latè Donel *n. 11.*

5 Tertiò, adversus ea quæ *in præsenti* notant Doctores omnes, videlicet *nostri textus* remedium competere etiam ei, qui intercessit judicio sisti, ita ut ante solutionem possit contra debitorem agere, si causæ suprà adductæ intervenerint: aliàs autem si non interveniant, non poterit ante solutionem agere: juxta textum in *leg. si mandato 45.* §. *Item, ff. mandati*: Obstabit textus in §. *si judicio*, sequenti, *ejusdem legis*, ubi ei, qui promisit se aliquem judicio staturum, statim datur actio mandati absque aliqua conditione. Quæ jura ad concordiam reduces, si dixeris textum *in dicto* §. *si judicio* procedere in obligatione ad faciendum, non verò in obligatione, in qua fidejussor promisit solvere, vel quid dare pro debitore: nam in obligatione ad faciendum, agit fidejussor ante solutam pecuniam; §. *quoties 5. ejusdem legis.* Differentiæ rationem tradit textus *in dicta l. mandato, in principio, ff. mandati*; de qua re omnino est videndus Anton. Faber *in Rationali, in dictis juribus*: Donellus *in dicta l. 10. Cod. mandati*; ubi plures alias causas refert, ob quas fidejussor ante solutionem poterit reum convenire, ut eum liberet à fidejussione; ubi similiter refert casum *nostri textus*; videlicet, si fidejussor fuerit condemnatus, ex *num. 6. cum sequentibus.*

Ad textum in *cap. Quod quibusdam 4. hujus tituli.*

DE materia hujus textus, vide quæ infrà dicemus in *cap. 1. de solutionibus*, & quæ suprà retulimus in *cap. 1. de deposito.*

Ad textum in *cap. Eum pro quo, final. hujus tituli.*

COmmentaria hujus textus sunt petenda ex his, quæ suprà scripsimus in *cap. constitutus 3. hujus tituli.*

TITULUS XXIII.
De solutionibus.

Ad textum in cap. Ad hoc 1. cap. Si quorundam 2. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Successor in beneficio tenetur solvere debita prædecessoris pro necessitate Ecclesiæ contracta.*

2 *Filius quemadmodum tenetur debita patris ſolvere, ita Prælatus ſui prædeceſſoris pro Eccleſiæ neceſſitatibus contracta.*

Beneficium tranſit in ſucceſſorem cum ſuo onere.

Moleſtari nemo poteſt pro alienis debitis.

3 *Succeſſio in beneficium non admittitur.*

Succeſſor qui non habet cauſam à prædeceſſore, non tenetur ejus debita ſolvere.

4 *Refertur ſpecies ad textum* in cap. ſignificavit 36. de reſcriptis.

5 *Conciliatur textus* in cap. dilecti filii 17. de foro competenti: *cum* cap. ſignificavit 36. de reſcriptis.

6 *Reſcriptum adeo ſui natura ſtricti juris eſt, ut non ſit extenſibile ad alias perſonas, quam in eo nominatas.*

Succeſſor non poteſt conveniri reſcripto impetrato contra anteceſſorem, niſi ſucceſſor in vitium defuncti ſuccedat.

7 *Ratio redditur ad textum* in l. unica, Cod. ut nullus ex vicaneis pro alio vicaneo: lib. 11.

8 *Succeſſor in majoratu tenetur ſolvere debita prædeceſſoris inſtitutoris, etiam ſi ipſius nomine ſint contracta.*

Bona fideicommiſſi alienari prohibita, poterunt propter debita alienari, ſi ſunt contracta ab eo, qui fideicommiſſum reliquit.

9 *Succeſſor in regno an teneatur debita prædeceſſoris ſolvere? ibi exponitur.*

Interpretatur textus in l. 4. titulo 15. partita 1.

10 *Expenditur textus* in cap. licet, de voto.

11 *Refertur ratio ad textum* in l. final. ff. de exercitoria actione.

Creditor, qui mutuum Eccleſiæ, vel minori dedit tenetur probare in ejus utilitatem verſum fuiſſe ut petere poſſit.

12 *Interpretatur textus* in cap. ad hoc, verſiculo, ſicut filius, de ſolutionibus.

Dictio, ſicut, *non importat omnimodam ſimilitudinem.*

CONCLUSIO.

1 *SUcceſſor in beneficio tenetur ſolvere debita prædeceſſoris pro neceſſitate Eccleſiæ contracta.* Conſonat tex. in *c. quod quibuſdam, de fidejuſſoribus, cap. dilecti filii*, juncta Gloſſa, *de foro competenti, cap. cum ſecundum Apoſtolum*, verbo, *ſucceſſores, de Præbendis, cap. licet, de voto; cap.* 3. à contrario ſenſu, *de pignoribus, cap. ſignificavit* 36. *de reſcriptis, cap.* 1. *cap. gravis, de depoſito, cap. final. ne Prælati vices ſuas, cap. in hoc jus*, & §. *is creditor, cap. de precariis*, 10. *quæſt.* 2. *l. domos* 58. *ff. de legatis* 1. *l.* 1. §. *hæres l. mulier* 22. §. *ſedem. ff. ad S. C. Trebellianum; l. Civitas* 27. *ff. de rebus creditis; l. ult. ff. de exercitoria actione; leg. ſi Pupilli* 6. §. 1. *ff. de ne negotiis geſt. l.* 4. *Cod. de executorib. & exactorib. l. ſi quis in ſuo* 33. § *legis. Cod. de inofficioſo teſtamento; l.* 1. & 3. *in fine Cod. ne uxor pro marito; l. hæres* 15. *l. ſi patri* 24. *Cod de donationib. l. final. Cod. de hæreditariis actionib. l.* 1. *Cod. ne de ſtatu defunctorum: Authent. habita*, verſic. *nec ob alterius, C. ne filius pro patre, l. providendum* 23. *C. de Decurionib. l.* 9. *tit* 17. *partita* 2. *gl.* 1. *in l.* 4. *tit* 15. *partita* 2. *gl.* 1. & *in l.* 10. *tit.* 26. *partita* 4. Exornant Cov. *l.* 2. *variarum. c.* 15. *in principio*, cum ſequentibus, & *c.* 17. *n.* 3. Nav. *lib.* 3. *Conſiliorum, de Regularibus, conſilio* 14 *n.* 4. & 14. Molina *li.* 1. *de primogeniis, c.* 10. *n.* 24. Gomezius *in l.* 40. *Tauri, n.* 72. Sarmiento *li.* 8. *Selectarum, in l. unum ex familia*, §. *ſi de Falcidia, num.* 3. *ff. de legatis* 2. Menochius *de arbitrariis, caſ.* 432. *n.* 32. Stephanus Gratianus *diſceptationum forenſium, c.* 94. *num.* 3. Morla *in Emporio, titulo* 4. *qu.* 3. *n.* 15. *cum ſequentibus*, Idem *titulo* 10. *quæſt.* 2. *num.* 2. *cum ſequentibus*, & *titulo* 1. *quæſt.* 21. *n.* 9. Garcia *de expenſis, cap.* 16. *num.* 12. & 14. Felicianus de la Vega *in dicto cap. dilecti filii* 17. *de foro competenti, n. vigeſimo primo, & vigeſimo ſecundo*, Fachineus *libro ſecundo, controverſiarum, capite ſeptuageſimo ſeptimo, & ſeptuageſimo octavo*, Bobadilla *in Politica, libro tertio, capite octavo, numero ſeptuageſimo ſecundo, cum ſequentibus*; Valençuela *in dict. l. providendum* 23. *Cod. de Decurionibus, num.* 2. ubi Doctor Amaya *num.* 7. *cum ſequentibus*, cum traditis à Barboſ. *in Collect. ad noſtrum textum*, Cenedo *in Collect. ad decretales, Collect.* 75. *numero quinto, & Collect.* 86. Tuſcus *verbo, Succeſſor, concluſione* 875. & 876. Queſada *diverſarum quæſtionum, quæſt.* 32.

Ratio depromitur ex verbis *textus*: nam ſicut filius debita patris ſolvere tenetur, ita Prælatus ſui prædeceſſoris pro Eccleſiæ neceſſitatibus contracta; & non ex eo, quod in Eccleſia, ſeu beneficio, ſit hæres ſui prædeceſſoris, ſed quia in ipſa Eccleſia, ſeu beneficio, quod debito obnoxium eſt ſuccedit: *cap. convenior*, 23. *quæſt.* 8. Cujus doctrinæ ratio eſt; quia cum beneficium ſit corpus fictum, & repræſentativum, ut Civitas, & hæreditas. *l. mortuo* 23. *ff. de fidejuſſoribus; l. proponebatur, ff. de ſolutionibus; l. non minus* 3. *ff. de hæredibus inſtituendis, l.* 1. §. *Scævola. ff. ſi is, qui teſtamento liber eſſe*, & ſemper duret, & una ſit: quia dignitas nunquam moritur; *c. gratioſe, de reſcriptis, lib* 6. & ſi per diverſos ſucceſſores, & beneficiatos repræſentetur: argumento textus *in dicta l. proponebatur, de ſolutionibus*, cum à Prælato negotium illud geritur, quod in beneficii utilitatem verſum eſt, juſta de cauſa ipſum beneficium obligat; quemadmodum Civitas, quæ eſt corpus fictum, obligatur ex debito contracto in ejus utilitatem, *l. Civitas. ff. ſi certum petatur*: notat Garcia *ubi ſupra, numer.* 12. ita Eccleſia ex ipſo contractu obligatur, & ſimiliter ejus ſucceſſor debita ſolvere tenetur, atque ipſum beneficium obligatum eſt, cum beneficium tranſeat in ſucceſſorem cum illo obligationis onere, *cap. ex literis, de pignoribus; cap. dilectus, de donationibus*; ea mens, & intentio ejus qui debitum contraxit, ea ſit, ut pro utilitate Eccleſiæ, officii, aut dignitatis cederet, meritò attenditur quod principaliter actum eſt, non verò quod contractum fuit: *dicta l. Civitas* 27. *ff. de rebus creditis, l. eum qui* 13. *C. eodem*: cum traditis à Doctore Amaya *in dict. l. providendum* 23. *C. de Decurionibus, num.* 8. 2

Non tamen tenebitur ſucceſſor debitũ ſolvere, quod anteceſſor contraxit proprio nomine, non Eccleſiæ, ſeu Dignitatis. Ratio eſt, quia non ſolum grave, verum etiã æquitati naturali contrarium eſt, ut pro alienis debitis alius moleſtetur, *l. unica, Cod. ut nullus ex vicaneis*; *l. hac diffinitione* 12. *C. de omni agro deſerto: dicta l.* 1. & 3. *in fine, C. ne uxor pro marito*, cum traditis à Doctore Amaya *in dicta l. providendum* 23. *C. de Decurionibus, n.* 2. & à me traditis *in dicto c.* 1. *de depoſito.*

Primò, obſtabit dicere quod beneficiis non præſtatur ſucceſſio, *de Præbendis*, ubi latè ſcripſimus, ſed tantũ ex collatione, & canonica inſtitutione conferuntur, *c. beneficium*, cum vulgatis, *de reg. jur. l.* 6. *c. ex frequentibus, de inſtitutionibus*: ergo ſi ſucceſſor non habet cauſam à prædeceſſore, non tenebitur ejus debita ſolvere, juxta tex. in *l. eum qui*, 3. *verſ. quæ vero, ff. de interdict. & relegatis.* Cui dubio reſpondendum eſt, quod licet in beneficiis non detur ſucceſſio, tamen cum poſſeſſor beneficii in eo ſuccedat gravato, & onerato debitis contractis à prædeceſſore in beneficii utilitatem, quo caſu, ut diximus, beneficium obligatur, ideo tenetur ea debita ſolvere: *c. qui ſentit, de reg. jur. li.* 6. *rationi congruit. eod. tit. & li. l. ſecundum naturam, ff. eod. c. Paſtoralis*, §. *præterea, de officio Ordinarii*; & cum beneficium ſit obligatum ad debita, & dignitas nunquam pereat, *l proponebatur, ff. de judiciis c. ſi gratioſè de reſcriptis, l.* 6. meritò is, qui in eo ſuccedit, etiã ſuccedit cum onere, ad quod ipſum beneficiũ, obligatum eſt. quod cum reale ſit, transfertur in quemcũque ſucceſſorẽ: *l. fin ff. de contrahenda emptione; l. vitia, C. de acquirenda poſſeſſione; c. quoniam Abb. de officio Delegati*: ubi de legatio facta dignitati, tranſit in ſucceſſorẽ dignitatis. Notat Covar. *in c. requiſivit, n.* 1. *de teſtamentis*, & DD. omnes *in d. c. quoniam*, & *in d. c. ſi gratioſè.* 3

Secundò, obſtabit textus in *c. ſignificavit* 36. *de reſcriptis*, ubi apparet, quod etiam ſi ſucceſſor ſit univerſalis, 4

lis, & debitũ ab anteceſſore ſit contractum pro utilitate Comitatus, ſucceſſor ille non poteſt conveniri pro debito illo. Cui dubio reſpondendum eſt, ideo *in dicto c.ſignificavit.* Comitiſſam illam non potuiſſe conveniri pro debito à prædeceſſore fratre facto, (non quidem ex defectu obligationis, quaſi non eſſet obligata) ſed potius ex defectu jurisdictionis: quod patet ex eo quia reſcriptum de quo ibi, tantum fuit impetratum contra Epiſcopum Tullenſem cum clauſula illa, *& quoſdam alios*, & virtute illius clauſulæ creditores intendebant Comitem convenire, & Comes re integra, antequam citatus eſſet, deceſſit, & ei ſucceſſit ſoror, tanquam ſucceſſorem convenerunt; & reſpondit Pontifex non potuiſſe convenire ea ratione; quia jurisdictio delegata non habuit ſubjectum contra Comitiſſam; nec contra eam ex reſcripto procedi poterat, cùm reſcripta delegatoria de ſe limitata ſint, nec ad perſonas alias, niſi in reſcripto comprehenſas extendantur; nec natura illius clauſulæ aliud patitur: juxta textum *in cap. Paſtoralis* 14. §. *final. de reſcriptis*; tenet gloſſa *in dicto cap.ſignificavit*, Abb. *n.* 4. Capella Toloſana *deciſione* 266. Felicianus de la Vega *in c.qui V.* 11. *de judiciis*, *n.* 31. Idem *in dicto cap.dilecti filii* 17. *n.* 81. *de foro competenti*, cum à me traditis ſuprà, *in dicto cap. quia V.* 11. *de judiciis.*

5 Tertiò, ſolutioni obſtat textus *in dicto cap.dilecti filii* 17. *de foro competenti*: ubi reſcriptum contra anteceſſorem Epiſcopum Dulmenſem impetratum à quibuſdam Civibus Romanis, ſuper quodam debito ab eo contracto, & etiam ſi prius quàm creditores Epiſcopum conveniſſent, deceſſerit, etiam re adhuc integra, nihilominus Gregorius Pontifex affirmat, reſcriptum illud etiam nondum intimatum anteceſſori, prorogandum eſſe adverſus ſucceſſorem noviter electum, & confirmatum; quod omnino contrarium eſt deciſum *in dicto cap. ſignificavit* 36. *de reſcriptis.*

In cujus *textus* difficultate, omiſſis plurimis interpretationibus, veriſſimè eſt dicendum, ideo ſucceſſorem Epiſcopum Dulmenſem cum reſcripto illo poſſe conveniri, etiam ſi re adhuc integra anteceſſor deceſſerit: quia anteceſſor, & ſucceſſor pro una, eademque perſona reputantur; & ſic quamvis in reſcripto anteceſſor tantum ſit nominatus, ſimiliter etiam ſucceſſor comprehenſus intelligitur, cum principaliter reſcriptum illud non ſit directum ad perſonam, ut particularem, ſed ad ejus officium ſeu dignitatem; quæ delegatio potius realis, quàm perſonalis dicitur, & ſic tranſmiſſibilis in ſucceſſorem, cùm debitum ſit receptum ab Epiſcopo Dulmenſi pro utilitate ſuæ Eccleſiæ; atque mirum non eſt, quod actio illa adverſus poſſeſſorem exerceri poſſit; & cùm reſcriptum illud potius reale, quàm perſonale ſit; ut colligitur ex ſubjecta materia, cui adjungitur; argumento textus in *l. meminiſſe* 10. *de officio Proconſulis*, *cap.veritatis* 14. *de jurejurando. Clement.exivi de paradiſo*, §. *cum autem*, *de verborum ſignificatione*; notat Bonacina *in tract.de legibus.diſput.*1. *quæſt.*3. *de privilegiis.puncto* 8. §. 1. *n.* 5. Baſilius *de Matrimonio*, *lib.*8. *diſp.*18. §. 1. Quæ rationes ceſſant, & ſimiliter illa Pontificis intentio non præſumitur ex illa reſcripti clauſula, *& quoſdam alios*, de qua mentio habetur *in dicto cap. ſignificavit* 36. *de reſcriptis*; quam interpretationem latè ſcripſit Doctor Felicianus de la Vega *in dicto cap.dilecti filii* 17. *de foro competenti*, *num.* 50. *cum ſequentibus.*

6 Quartò ſolutioni obſtabit dicere, quod reſcriptum ſui naturâ adeo ſtricti juris eſt, ut non ſit extenſibile ad alias perſonas, quàm in eo nominatas; ut docet textus *in cap.P.& G* 40. *de officio Delegati.* Unde ſucceſſor non poteſt conveniri ex reſcripto contra anteceſſorem, niſi ſucceſſor in vitium defuncti ſucceſſerit, juxta textum *in dicto cap.quia V.*11. *de judiciis*; notat Morla *ubi ſupra*, *dicto titulo*, 2. *quæſt.*21. *num.* 6. Verum huic difficultati reſpondendum eſt, quod quamvis reſcripta perſonalia ſint, nec ad alias perſonas, quàm in reſcripto comprehenſas extendantur, ex *juribus ſuprà adductis*; tamen quando ſunt re lia, & concurrunt cum officio, & dignitate, ſeu Eccleſia, ut in *textu noſtro*, & *ſuprà* traditis; nullum eſt inconveniens, ut fiat tranſitus de una ad alteram perſonam: cùm tunc expreſſio nominatis anteceſſoris judicetur pro ſucceſſore; ut notat Gloſſa *verbo*, *contra*, in *dicto cap. dilecti filii* 17. *de foro competenti*, Felicianus de la Vega *in comment. ad eundem textum num.* 82.

Quintò, prædictis obſtat textus in *l. unica*, *Cod.* 7 *ut nullus ex vicaneis pro alieno vican.* 11. Ex quo apparet ſatis iniquum eſſe, ut ſucceſſor conveniatur pro ſolutione debiti contracti ab anteceſſore, ut paret in *verſic. illius textus*, ibi, *grave eſt non ſolum legibus.verum etiam æquitati naturali contractu pro alienis debitis moleſtari*; conſtat etiam ex *l. hac diffinitione* 12. *Cod.de omni agro deſerto.lib.* 11. *l.nullam* 12. *Cod.de executoribus*, *& exactionibus*, *libro* 12. ergo contra rationem eſt, quod ſucceſſor in Eccleſia teneatur pro contractu ſui prædeceſſoris. Quibus omnibus reſpondendum eſt, quod jura illa procedunt in debitis contractis proprio nomine, & non intuitu officii, vel dignitatis; nam in primo caſu, debita illa prout extranea, & aliena judicantur, ut non tranſeant ad ſucceſſores, propter rationes in *dictis juribus* traditas; ſecùs verò eſt dicendum in *textu noſtro*, ubi debitum Eccleſiæ nomine contractum eſt; notat Narbona in *l.*11. *ti.*5 *li* 7. *Recopilationis.gl.*3. *n.*5. Felician. de la Vega *in d. c. dilecti filii* 17. *de foro compet. n.*85. Bobadilla *li.*2. *Polit.c.*21. *n.*250. Doctor Amaya *in dict.l providendum* 23. *Cod.de Decurionibus.num.*23. *&* 24.

Sextò, ſolutioni obſtabit dicere, quod ſucceſſor in 8 majoratu tenetur ſolvere debita præceſſoris inſtitutoris etiam ſi ipſius nomine ſint contracta, ſive ſucceſſor ſit mediatus, ſive immediatus, juxta textum in *l.* 2. juncta ejus gloſſa, *Cod. ad S. C. Trebel. l.ſi quis ſervum*, cum *l. ſequenti ff. de legatis* 2. *l. filius familias* 114. §. *Divi*, *el ſegundo*, *verſic.nam ſi hæres ff. de legatis* 2. Gomezius *in l.* 40. *Tauri*, *n.*72. Molina *lib.*2. *de primogeniis*, *cap.* 10. *per totum*, Garcia *de Expenſis*, *c.* 16. *n.* 17. cum traditis ab Amaya, *ubi ſupra*, *num.* 10. Cenedo *dicta Collect.* 76. & 86. Quod dubium dilues, ſi dixeris, ideo mediatum, vel immediatum ſucceſſorem in majoratu, teneri debita etiam nomine anteceſſoris contracta ſolvere. Ratio eſt, quia ſucceſſor univerſalis majoratus repræſentat defunctum, quoad univerſum patrimonium; & ideo nihil mirum, ſi ad ejus debita teneatur, cùm æs alienum ad univerſum patrimonium ſpectet: *l.ſi fideicommiſſum* 50. *paragrapho tractatum*, *digeſt.de judiciis*, *leg.hæreditas*, cum ſimilibus, *digeſt. de legatis* 3. nam ſicut inſtitutori licebat majoratum diſſolvere, ſi irrevocabiliter non fuiſſet factum; ità debitis contractis licebit minuere; argumento textus in *l.juris gentium* 7. § *adeo*, verſic. *igitur*, *ff. de pactis*; notat Garcia *ubi ſupra*, *n.* 7. Guttierrez. *lib.*2. *practicarum.quæſt.*53. *n.*2. cum traditis à Barb. *in Collectan.ad hunc textum*, *n.* 8. & 9. ſiquidem bona fideicommiſſi alienari prohibita, poterunt nihilominus propter debita alienari, ſi ſunt cõtracta abeo, qui fideicommiſſũ reliquit; *l. cum fidei heredis*, *fideicommiſſariis*; *libertatibus l.peto*, § *prædium ff. de legatis* 2. *l.alienat. ones ff familiæ erciſcundæ*; *l. Senatus*, *in principio*, *ff. de legatis* 2. non tamen ſucceſſor tenebitur debita prædeceſſoris ſolvere, niſi contracta ſint pro majoratus utilitate; notant Gomezius, Amaya, & Molina, *ubi ſupra.* Ratio eſt, quia in bonis majoratus non ſucceditur ultimo poſſeſſori, ſed primo inſtitutori; *l. coheredi*, §. *cum filiæ*, *ff. de vulgari*; *l.unum ex familia* §. *ſi de familia*, *ff. de legatis* 2. Cùm in illis non ſuccedatur jure hæreditario, ſed jure ſanguinis; notat Molina *ubi ſupra*, *c.*8. *per totum*; & quando bona vicem perſonæ non repræſentant, ex his bonis nulla in ſucceſſorem tranſit obligatio, *l. ſervus communis*, *in principio. ff de ſtipulatione ſervorum*; *l. mulier bona. ff. de jure dotium.*

Septimò, ſolutioni valde obſtat textus in *l.* 4. *ti* 9 *tulo* 15. *partita* 2. ubi aſſeritur ſucceſſorem in Regno

teneri debita prædeceſſoris ſolvere. In cujus textus difficultate, Robles *de præſent. lib. 3. cap. 16. num. 47. & 48.* Molina, *ubi ſupra, cap. 10. num. 30.* aſſerunt textum *in dicta leg. 4.* loqui de ſucceſſore Regni, qui eſt hæres in bonis liberis prædeceſſoris, ut indicant verba ibi, *porque finca en ſalugar hereda ſus bienes*; Alii autem affirmant, textum illum loqui de honeſtate, non verò de neceſſitate. Sed utraque interpretatio rectè impugnatur à Valençuela *in dicta l. providendum 23. Cod. de Decurionibus, num. 7.* verſic. *Ego tamen*; & Amaya *ibidem, num. 14.* dum affirmant divinatorium eſſe dicere, textum *in dicta leg. 4.* loqui in ſucceſſore hærede, cui bona libera relicta ſunt: tum etiam, quia verba illa non ſolum honeſtatem, ſed obligationem præciſam continent: ut conſtat ex verbis illius textus, ibi *tenudo es por derecho, è por bien eſtanca de hazer eſtas coſas por el Rey finado*; ex quo conſtat verba illa magis neceſſitatem præciſam, quàm honeſtatem continere. Quare hac, & aliis omiſſis, verius eſt dicendum, *text.* illum ſpecialiter obtinere in Regno Hiſpaniæ: cujus ſucceſſio jure ſanguinis ita in Regno conjuncta eſt cum ſucceſſione hæreditaria, ut una ab alia ſeparari nequeat; atque ideo cum Rex ſucceſſor ſimul, & hæres ſit in ipſo Regno, non in bonis liberis (ut perperam *in dicta leg. 4.* nonnulli exiſtimarunt) mirum non eſt, ut tanquam hæres prædeceſſoris debita ſolvere teneatur, ſiquidem Regnum Hiſpaniæ hæreditarium eſt, cùm in eo, jure hæreditario ſuccedatur; ut conſtat ex multis legibus *Partitarum*, præcipuè in *leg. 2. & 4. titulo 15. partita 1. leg. 7. titulo 4 partita 3. leg. 12. tit. 1. partit. 2. l. 8. tit. 1. partit. 2.* notat Garcia *ubi ſupra, n. 16.* Valençuela, & Amaya *locis ſupra citatis, n. 7.*

10 Octavò, ſuperiori reſolutioni obſtat textus in *cap. licet, de voto*: ubi probatur, ſucceſſorem in Regno teneri ſolvere debitum prædeceſſoris: & ſic adimplere votum peregrinationis, quod omiſit prædeceſſor; & tamen in Regni utilitatem verſum fuiſſe non conſtat. De cujus *textus* interpretatione latè agunt Covarruv. *in cap. ſi heredes, num. 9. de teſtamentis*, Molina *dicto lib. 1. cap. 9. num. 3.* Garcia *dicto cap. 16.* Cenedus plures referens in *Collect. ad Decretal. Collectanea 90. n. 2.* Ex quibus verior interpretatio deducitur, videlicet ideo in ſpecie illius *textus*, filium teneri votum paternum adimplere. Ratio eſt; quia ad illud adimplendum ipſe hæres propria obligatione ſe aſtrinxit, ut conſtat ex *eodem textu*, ibi, *ſe adimpleturum promiſit*: & ibi, *ne ſi onus à patre injunctum, & à te ſponte ſuſceptum*: ex quibus apertè probatur in ſpecie *illius text.* filium non aſtringi ex paterna obligatione, ratione ſucceſſionis, votum adimplere; ſed ex propria illius obligatione, qua tenetur votum illud adimplere; de qua re plura, & plures refert Barboſ. *in Collectan. ad eundem textum, num. 4. 5. & 9.*

11 Nonò, adverſus id, quod communiter *in præſenti* notant omnes, videlicet creditorem probare debere, debitum illud in ejuſdem Eccleſiæ utilitatem fuiſſe converſum, juxta textum in *cap. 1. de depoſito*: ubi latè ſcripſimus; *c. quod quibuſdam, de fidejuſſoribus*; *l. Civitas, ff. ſi certum petatur*: & in *text. noſtro*: in quibus omnibus juribus conſtat non aliter Eccleſiam, vel Civitatem ad debiti ſolutionem teneri, niſi in ejus utilitatem evidenter converſum eſſe conſtiterit, conſtat etiam ex textu in *Authent. hoc jus porrectum*, in fine, *l. emptor, C. de prædiis minorum*; & in *l. 1. C. ſi adverſus venditionem: c. 2. §. hoc jus, 10. qu. 2.* ubi ſimiliter in alienatione minoris illa utilitatis probatio deſideratur: quam ſententiam tenent Gloſſa, verbo, *neceſſitatem*, in *dicto c. 1. de depoſito*: & in *dicto cap. quod quibuſdam*, verbo *locupletiorem*; & in *l. 1. Cod. ſi adverſus vendit.* Covar. *lib. 1. variarum, c. 17. num. 3.* Molina *ubi ſupra, num 21.* Fachineus *lib. 2. controverſiarum, c. 77.* Obſtabit textus in *l. final. ff. ne exercitoria actione*, ubi apparet, Magiſtrum navis obligari ex mutuo, quod in refectione navis contraxit præpoſitus, ſi modo probetur, mutui tempore, refectione navim indiguiſſe, etſi in ejus utilitatem, mutuum verſum non fuiſſet: idemque probat textus in *l. final. ff. eodem*: *l. libero, in principio, ff. de negotiis geſtis.* Augetur difficultas: quia ſi creditor in probatione defecerit, locupletaretur Eccleſia cum alterius jactura, quod naturalis ratio non patitur, *leg. nam hoc natura, ff. de condictione indebiti*; præterea quia ſi creditor ad hoc adſtringeretur Eccleſia, quemquam non inveniret, qui cum ea, veluti cum minore, vellet contrahere: quare ut inveniant multoties denegatur reſtitutio *l. verum 12. §. locupleti, l. quod ſi minor. §. non ſemper. ff. de minoribus.*

Cui difficultati reſpondendum eſt, ſingulare jus verſari in Eccleſia, & minore, ut mutuum cum illis contractum creditor teneatur probare in eorum utilitatem adverſum fuiſſe: Ratio ſpecialitatis eſt; quia Eccleſia, vel minor, contrahendo non obligantur, lege prohibente, niſi meliorem ſuam faciant conditionem; de minori eſt textus in *l. contra juris, ff. de pactis, §. 1. Inſtit. de authorit. tutorum*: & *§. pupillus, Inſtit. de inutilibus ſtipulationibus*, Eccleſia jure minoris fungitur, *cap. 1. de in integrum reſtitutione*, quare ex contractibus cum eis geſtis nulla adverſus eos oritur obligatio, niſi quatenus in eorum utilitatem verſum ſit: quare optima ratione requiritur, ut hæc utilitas probetur, ad hoc ut naſcatur obligatio, quæ aliàs ex contractu orta non erat: ex utilitate tamen oritur, & hoc caſu diſtinguendum eſt: eam quando ad ſolutionem debiti bona univerſalia, vel immobilia pretio Eccleſiæ diſtrahenda ſunt, tunc creditor probare tenetur ſuum creditum converſum fuiſſe in Eccleſiæ utilitatem, ea ratione, quia abſque evidenti Eccleſiæ utilitate talis alienatio fieri non poteſt, quantumcunque conſenſus Prælati accedat: *c. ſine exceptione, decima ſecunda, quæſtione ſecunda*, & ideo neceſſariò requiritur, ut utilitas à creditore probetur: in qua ſpecie loquitur textus *in d. Authentic. hoc jus porrectum*, & in *dicto §. hoc jus porrectum, dict. l. 1.* cum *ſimilibus*: ſi verò ſolutio fieri poteſt ex pecunia, vel ex fructibus: quia debitum probatum eſt, ad cujus ſolutionem Eccleſia bona immobilia diſtrahere non habet neceſſe, tunc actor non tenetur probare ſuum creditum converſum fuiſſe in Eccleſiæ utilitatem; quæ reſolutio locum habet, quando debitum contractum ſit à particulari nomine Eccleſiæ, veluti à Monacho, vel Canonico tunc indiſtinctè creditor probare tenebitur verſum fuiſſe in Eccleſiæ utilitatem, & ita interpretandus eſt textus *in d. c. 1. de depoſito: d. c. quod quibuſdam.* Ratio eſt quia cum ipſa Eccleſia non contraxerit, non poterit obligari, niſi in ejus utilitatem debitum ſit converſum: Argumento textus in *leg. 1. ff. de in rem verſo.* Nec ſimiliter obſtat textus *in dicta l. ultim. ff. de exteritoria actione*: quia ſpecies illa longe eſt abſimilis: ſiquidem ibi agitur de privatis perſonis, quæ ex mutuo oligantur, in qua neceſſe non eſt probare pecuniam verſam fuiſſe in utilitatem: ſecus tamen dicendum eſt in Eccleſia, vel Civitate, atque ideo ſi quis præpoſuerit quemquã navi, tenetur, ſi modo cum pecunia crederetur, quod navis in ea cauſa fuiſſet, ut reſici deberet, nec lex requirit, ut in eam cauſam verſio probetur: at in quæſt. *ſuprà* adducta, nominatim id requiritur: notat Fachineus *leg. 2. controverſiarum, quæſtione ſeptuageſima ſeptima, in fine.*

Decimò, adverſus textum noſtrum, *in verſicul. ſicut filius*, dum aſſerit, quod quemadmodum filius tenetur debita patris ſolvere, ita & Prælatus, ſi in Eccleſiæ utilitatem debitum ſit controverſum; & Alexander *ibidem* æquiparat filium Prælato: & tamen ſi filius hæres patris ſit, ut textus noſter eſt interpretandus, tenetur ſolvere patris debita proportione hæreditaria etiam ſi in patris utilitatem non ſint verſa. Ratio eſt quia hæreditas æri alieno obligata remanet: *leg. qui in aliena 6. in principio*; *l. moræ 8. ff. de adquirenda hæreditate*; *l. æris alieni, C. de donationibus*: & ideo filius, quia hæres ea debita ſolvere tenetur, cum defuncti perſonam repræſentet; *Auth. de jurejurando à moriente præſtito,* 12

præstito, *in principio*; & sic hæres si inventarium non fecerit, pro debitis obligatus existit, quemadmodum ipse defunctus, quia aditione hæreditatis quidam quasi contractus celebratur, quo hæres creditoribus, & legatariis tenetur: *l. apud Julianum*, §. *final. ff. ex quibus causis in possessionem*: §. *hæres*, *Instit. de obligationibus, quæ ex quasi contractu.* Hinc est quod ad hoc ut creditor possit filium pro debito patris convenire, non sufficit probare esse filium, sed & hæredem.

Cui difficultati respondendum est, similitudinem in præsenti inter filium, & Prælatum factam, non in omnibus procedere: nam in multis differunt; & ea ratione textus noster utitur dictione illa, *sicut*, quæ non importat omnimodam similitudinem, sed in aliquo tantum juxta Gloss. *verbo*, *sicut*, in *c. 1. de Sacra unctione*: Glossa in *c. Inquisitionis*, *de accusationibus*; & verba, *aliqua*, in *c. ex ore*, *de privilegiis*. Glossa final. *in l. si cum venderet*, *ff. de pignoratitia*; in eo tantum consentire poterit similitudo illa; ut quemadmodum filius si hæres est, tenetur solvere debita partis, ita & Prælatus debita suæ Ecclesiæ, si tamen in Ecclesiæ utilitatem conversa sunt *suprà* retulimus. Et an successor in beneficio, vel majoratu teneatur stare locationi factæ per prædecessorem? videndus est Covarru. *lib. 1. variarum. c. 15. n. 6.* Tiraquellus *de retractu convent.* §. 3. *glossa unica.* Morla *in Emporio*, *titulo* 10. *qu. 2.* fere *per totam*; præcipuè *n. 20.* & in *tit. 5. q. 3.* Fach. *lib. 3. controversiarum*, *c. 29.* & 30. qui plura notatu digniora referunt, cum traditis à Cen. *in d. Coll.* Barb. *in præsenti*, *n. 5.*

Ad textum in capit. Odoardus 3. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Clericus, si non habeat, unde satisfaciat suis creditoribus, non debet excommunicari, neque aliter molestari; præstabit tamen cautionem saltem juratoriam de solvendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam.*

2 *Milites cœlestes æquiparantur militibus terrestribus. Milites, in plus quam facere possunt, condemnari non debent.*

Locupletari quis non debet cum alterius jactura.

3 *Exponitur textus in* capit. Archidiaconus 5. de officio Archidiaconi: *Archidiaconus de jure communi censuram Ecclesiasticam imponere non potest.*

4 *Declaratur tex. in* c. cum tu 5. de usuris.

5 *Exponitur textus in* c. finem litibus, de dolo, & contumacia.

6 *Species proponitur ad tex. in c.* 1. de depósito.

7 *Expenditur textus* in c. ex rescripto 9. de jurejurando.

Pactum ostagii illicitum est, & obligationem non producit.

8 *Refertur D. Paulini factum, Nolanæ urbis Episcopi, de quo meminit Paulus Diaconus* in Martino.

9 *Declaratur Concilium Tridentinum* sessione 25. de reformatione, c. 3.

Judices Ecclesiastici in executionibus realibus, vel personalibus, à censuris Ecclesiasticis ferendis abstinere debent.

10 *Interpretatur textus* in c. unico, de Clericis conjugatis, lib. 6.

11 *Exponitur textus* in c. nullus, de foro competenti.

12 *Declaratur textus* in l. ex contractu 3. C. de bonis auctoritate Judicis possidentis.

Beneficium cessionis prodest debitori cedenti; non vero ei, qui post cessionem contraxit.

13 *Exprimitur ratio ad textum in* l. fin. §. fin. ff. quæ in fraudem creditorum.

14 *Conciliatur textus* in leg. debitoris septima, digest. de cessione bonorum, cum dicta leg. final. digest. quæ in fraudem creditorum.

15 *Ad concordiam reducitur textus* in l. divortio 35. ff. de negotiis gestis, *cum* l. non tantum 20. ff. de re judicata.

Socer nisi in id, quod facere possit, non condemnatur.

16 *Redditur ratio ad tex.* in l. sicut 21. ff. de re judicata; l. ex diverso 17. ff. soluto matrimonio.

17 *Expenditur tex.* in l. pen. ff. de jure dotium.

18 *Socius, nisi in quantum facere possit, non condemnatur.*

Ad concordiam reducitur text. in l. verum, ff. pro socio; *cum* l. sunt qui 16. ff. de re judicata.

Donator condemnari non potest, nisi in id, quod facere possit.

19 *Conciliatur tex. in* l. si extraneus 33. ff. de jure dotium; Nesennius 41. ff. de re judicata.

CONCLUSIO.

SI Clericus non habeat unde satisfaciat suis creditoribus, non debet excommunicari, nec aliter molestari, præstabit tamen cautionem, saltem juratoriam de solvendo cum venerit ad pinguiorem fortunam. Quæ conclusio licet singularis sit, tamen comprobari poterit ex textu in *capit. dilectis*, *de appellationibus*; *capit. ut famæ*, *c. sacro*, *de sententia excommunicationis*; *capit. si Clericus*, *eodem titulo li. 6. c. quemadmodum*, *de jurejurando*; *cap. gravis*, *de pœnis*; *capit. olim*, *de restitutione spoliatorum*; *cap. 2. de pignoribus*; *capit. pervenit*, *de fidejussoribus*; *cap. Duibertum 1. 2. qu. 7. c. faciat*, 22. *qu. 2. cap. ad falsariorum de crimine falsi*; *c. novimus*, *de verborum significatione*; *cap. non satis*, *apud medium* 86. *distinct. cap. studeat*, 50. *distinct. c. impossibilium*, *de regulis juris lib. 6. leg. impossibilium*; *leg. in condemnatione*, *ff. eodem*; *leg. mulier 6. leg. sunt qui 16. leg. item miles 18. ff. de re judicata*; *l. 1. Cod. qui bonis cedere possunt*; *l. is qui*, *ff. de cessione bonorum*; §. *final. Instit. de actionibus*; *l. 23. titulo 7. partita 1. l. 3. titulo 15. partita 5.* Exornant Guttierrez *de juramento confirmatorio*, *1. parte cap. 17.* & 18. Covarru. *lib. 2. variarum*, *cap. 1. num. 5.* & 9. Menochius *de arbitrariis*, *casu 183. n. 29.* & 39. Marta *de jurisdictione*, *5. parte casu 144.* Paz *in praxi tomo 2. parte 3. cap. unico*, *n. 4. cum sequentibus*, Antonius Gomez 2. *tomo variarum*, *cap. 13. n. 18.* Baëza *de inope debitore*, *cap. 17. per totum* Didacus Perez *in l. 1. titulo 3. lib. 1. Ordinamenti*, *glossa 1.* Parladorius *li. 2. rerum quotidianarum capit. final.* §. 76. *n. 24.* Antonius Faber *in Jurisprudentia*, *titulo 6. principio 4. illatione 4.* Osualdus ad Donellum *lib. 19. comment. cap. 9. littera H. H.* Pichardus *in d.* §. *fin. inst. de actionibus*, fere *per totum*; Gratian. *disceptationum forensium*, *cap. 222. n. 8.* cum traditis à Barbos. *in Collect. ad nostrum textum. n. 1.* & 2.

1

Ratio quare Clericus pro debitis civilibus non teneatur in plus quam facere possit, ea est: quia milites cœlestis militiæ æquiparantur militibus terrestribus, *capit. reprehensibile*, 23. *quæst.* 8. Notat Everardus *in Topicis legalibus*, *c. 22. in principio*; Guttierrez *ubi supra*, *numero septimo*, & quemadmodum militibus hoc privilegium conceditur ne deserant militiam, *l. miles* cum *supra* adductis, multo fortius cælesti militi hoc privilegium debet competere; ne à divinis ministeriis se abstineat, & ne in Ordinis opprobrium cogatur mendicare, *cap. Diaconi. 93. distinct.* notat Cov. *ubi supra*, *numer. 9.* præstabit tamen cautionem saltem juratoriam de solvendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam. Ratio est, quia non debet quis locupletari cum alterius jactura, vel injuria; *cap. locupletari de reg. juris li. 6.* quia cessante causa cessat effectus; *Cap. cum cessante*, *de appellationib.* Ideo si in pinguiorem fortunam pervenerit, solvere tenetur: argumento textus in *l. 1. C. qui bonis cedere possunt.*

2

Primò, adversus textum nostrum, dum asserit sententiam excommunicationis ab Officiali Archidiaconi Rhemensis contra Odoardum Clericum prolatam valuisse

3

valuiſſe. Obſtabit textus *in cap. Archidiaconus 5. de officio Archidiaconi.* Ex cujus deciſione apparet, Archidiaconum ex Eccleſiaſtica inſtitutione non poſſe excommunicationis ſententiam imponere: ergo in præſenti injuſtè ab officiali Archidiaconi Rhemenſis fuit promulgata adverſus Odoardum Clericum.

Pro cujus dubii ſolutione adnotandum eſt, valde inter Doctores controverſum eſſe, an Archidiaconus ex jure communi, an verò ex conſuetudine poſſit excommunicationis ſententiam ferre, cùm hac in re jura inter ſe valde repugnantia reperiantur, conſtat ex textu *in dicto cap. Archidiaconis 5. cap. dudum 54.* verſic. *tandem de electione, cap. ad hæc, cap. cum ſatis, de officio Archidiaconi; capite 1. de eo qui furtivè ordines.* conſtat ex Hoſtienſi, *in ſumma, titulo de officio Archidiaconi, §. quid ſit ejus officium*: Azorio *inſtitutionum moralium parte 2. li. 3. capite 14. quæſtion. 2. verſiculo, atque hæc quidem.* Sed multis omiſſis, verius dicendum eſt, Archidiaconum cenſuram Eccleſiaſticam de jure communi ferre non poſſe: niſi ex Epiſcopi permiſſu, ut conſtat ex *dicto cap. Archidiaconis 5. de officio Archidiaconi, in verſiculo, ex Eccleſiaſtica conſtitutione*: notat Barb. *in Collect. ad eundem textum.* Nec obſtat *text. noſter*: Quia in præſenti Archidiaconus Rhemenſis potuit adverſus Clericum illum, illam excommunicationis ſententiam proferre: quia id ſpecialiter Archidiacono Rhemenſi ex privilegio ſibi conceſſo permiſſum eſt, ut inſinuare videtur tex. *in cap. Romana 5. de ſententia excommunicationis lib. ſexto*, ubi notat omnes: de qua re plura, & plures refert Barboſa *in Collectanea ad textum in dicto capit. Archidiaconis 3. de officio Archidiaconi.*

4 Secundò, obſtabit textus in *cap. cum tu 5. de uſuris* ubi Alexander III. in impiiſſimos, & deteſtabiles uſurarios, ob pecuniam ex ea cauſa debitam, ſi nota fuerit eorum paupertas, non eſſe vinculo excommunicationis plectendos aſſerit; ergo multo minus in præſenti Clericus, qui propter adverſas fortunas bona amiſit, illa excommunicationis ſententia plecti debuit, cum ejus paupertas Officiali Archidiaconi nota fuerit: ut conſtat ex verbis illius textus, ibi; *ſed propter rerum inopiam ſolvere non valentem*; atque ideo illa excommunicationis ſententia ligari non poterat: cùm, niſi propter inobedientiam, de qua in ſpecie *noſtri textus* non conſtitit, nemo excommunicari poſſit: *cap. nemo Epiſcoporum*, cum aliis, 11. *quæſtione 3.*

Verum huic dubio reſpondendum eſt, in ſpecie textus *in dicto cap. cum tu 5. de uſuris*, notoria erat inopia uſurariorum, atque ideo non poterant excommunicationis pœna innodari, cum illa notoria paupertatis cauſa eos excuſet, argumento textus in *l. 6. ff. de dolo*; ideo illa excommunicationis ſententia tanquam injuſta proferri non poterat: argumento textus in *cap. erit autem autem lex, 4. diſtinctione, cap. ſi dominus, capite Julianus, cap. qui reſiſtit undecimo, quæſtione 3.* at verò in ſpecie noſtri textus, ideo excommunicationis ſententia à principio valuit, quia Archidiacono Remenſi de illius Clerici inopia non conſtitit, ut ex ejus contextura apertè colligitur. Præcipuè ex verbis illis, *mandamus quatenus ſi conſtiterit*, ſic de ejus contumacia apparuit, ac proinde nihil mirum ſententiam illam excommunicationis à principio prolatam vires obtinuiſſe; licet veritate comperta, relaxari debeat præſtita prius idonea cautione, de qua in præſenti mentio habetur. Nec obſtant verba illa *propter rerum inopiam*: quia tantum fuerunt inſerta in facti narratione, & partis allegatione poſtquam jam excommunicationis ſententia fuiſſet prolata, quo in tempore nondum de paupertate conſtabat.

Tertiò, prædictis obſtabit vulgaris textus in *ca-*
5 *pite, finem litibus, de dolo, & contumacia*, ubi patet, quod ſi Clericus adeo pauper ſit, quod ſolvere non poſſit, illa debiti ſolutio arbitrio judicis commutari poteſt in pœnam corporalem; & quod ibi de Clericis ſit actum, patet ex verbis illius textus ibi, *præſertim cum de beneficiis Eccleſiaſticis litigatur.* Augetur difficultas ex illa vulgari regula, qua docemur, quod qui non habet in ære, luat in corpore: *l. final. ff. de in jus vocando, l. ſi quis id, §. in ſervos autem, ff. de juriſdictione omnium judicum; l. 1. §. final. ff. de pœnis. l. quicumque, Cod. de ſervis fugitivis*; cum traditis à Farinacio 1. *parte praxis criminalis, quæſt. 16. num. 1.*

Sed huic dubio reſpondendum eſt, in ſpecie noſtri textus privilegium illis ſolis fuiſſe conceſſum, quibus calamitate adverſa, & injuria temporis deperditæ & exhauſtæ fuerant facultates; non verò illis, qui ob maleficium, & perpetratum delictum conveniuntur: ut reſolvit Baëza *de inope debitore, c. 11. per totum.* Quo ſuppoſito non obſtat textus *in dicto cap. finem litibus, de dolo, & contumacia*: Quia ideo ibi ob expenſarum condemnationem, & paupertatem, arbitraria corporalis pœna in Clericum fuit impoſita: quia Clericus ille malitioſè, & ſolùm animo calumniandi, & morandi, falſas exceptiones in judicio propoſuit: notat Abb. *in præſenti, num. 5.* Cujacius *in dicto cap. finem litibus, de dolo, & contumacia*: Covarru. *ubi ſupra, num. 8.* quam quidem diſtinctionem inter cauſam civilem, & criminalem, ita ut Clericus æquiparetur laico, in criminali, ut luat in corpore, ſi non habet in ære: ex *dicto cap. finem litibus. de dolo, & contumacia*: tenet Baëza plures referens, *de inope debitore, c. 11. n. 13.*

Quartò, huic doctrinæ valde obſtabit textus in 6
cap. 1. de depoſito: ubi apparet, quod ſi Canonicus depoſiti actione ſit conventus (quæ civilis eſt, ut pote ex contractu, & civili obligatione deſcendens, *§. præterea, Inſt. quib. modis re cõtrahitur obligatio l. contractus 14. ff. de reg. jur.*) non ſolum ultra quam facere poſſit condẽnatur, contra noſtri textus privilegium, ſed etiam vinculis, donec ſolvat, detineri debet: igitur nulla inter Seculares, & Eccleſiaſtici ordinis perſonas poteſt differentia conſtitui.

Sed illius textus difficultas facile diluitur, *Primò*; quia in ſpecie illius textus nullo modo de illius Canonici inopia apud Judicem conſtitit; imo potius ad aures Pontificis pervenit loculos habuiſſe: ut conſtat ex verbis illius textus, ibi, *quod, ut audivimus, loculos habet.* Unde nihil mirum quod noſtri textus privilegium ei non indulgeatur, cùm tantum egenis, & miſeris Sacerdotibus ſit indultum. Prætereà omnis ſcrupulus removetur ex eo, quod Clericus ille pecuniam apud eum depoſitam aſportaſſet, in quo grave furti crimen commiſit; ut conſtat ex eodem textu, *in verſiculo, quocirca; l. 1. §. ſi rem, l. ſi ſacculum 29. ff. depoſiti l. 3. l. qui depoſitam, Cod. eodem*: meritò non ob debitum ex civili, ſed ex criminali cauſa, recto jure, illa torturæ corporali pœna plectitur: ut bene animadvertit Barboſ. plures referens, *in Collect. ad eundem textum, numero 6.*

Quintò, prædictis valde obſtat textus difficilis 7
in *capite. ex reſcripto 9. de jurejurando*, ubi ob debita contracta inter Abbatem Tremenſem, & quendam P. pro ſecuritate mutui Abbas ille quoſdam ex ſuis Monachis obſides dedit, qui de obſervanda conventione juraverunt, ut latiùs ex *litera textus* patet; jubetque in hac ſpecie, ut Abbas, & Monachi juratam conventionem cenſura Eccleſiaſtica, & modis omnibus adimplere cogantur, non obſtante eo, quod de eorum ſumma inopia appareret: nam ſi locupletes eſſent, & facultatibus idonei, nec in oſtagio Monachos dediſſent, nec fidejuſſores adhibuiſſent: ergo ſi Monachis privilegium noſtri textus denegatur, multo fortius Sacerdotibus, in quibus minor ratio militat: ut docet Baëza *de inope debitore, c. 17. n. 17.* ubi aſſerit noſtri textus privilegium, etiam Monachis competere.

Sed huic dubio reſpondendum eſt, in ſpecie illius textus privilegium noſtri textus ceſſare. Ratio eſt quia *in dicto cap. ex reſcripto*, nec evidenter, nec ullo alio modo de illius Monaſterii inopia conſtabat; & quamvis de ea apparuiſſet, tamen extraordinarium noſtri

textus

textus beneficium illis non poterat competere; cum adjecti fuissent fidejussores laici, qui locupletes, & solvendo facultatibus idonei erant; & similiter idem promiserant, & ad illos spectabat solvendi necessitas, principalibus debitoribus deficientibus. Nec adhuc obstabit, si dixeris pactum illud ostagii turpe, & illicitum fore, ac obligationem non producere, cum speciem servitutis in libera persona contineat, contra decisionem textus *in capite secundo, de pignoribus, l. 1. & 2. ff. de libero homine exhibendo*: Quia huic dubio, omissis aliis, respondendum est cum his, quæ suprà retulimus *in d.cap. 1. de pignoribus*, in *tertio dubio*: de quo similiter videndus est Barbos. *in Collect ad textum in d.cap. ex rescripto, n. 1. & 2.*

8 Sextò, prædictis obstat illud Divi Paulini factum, Nolanæ Urbis Episcopi, de quo meminit Paulus Diaconus *in Martino*, his verbis: *inter has procellas vir piissimus Paulinus Nolanæ Urbis Episcopus, postquam quid habere potuit in captivorum redemptionem expendit, novissimè nihil aliud, nisi ipse sibi solummodo superesset, pro cujusdam viduæ filio maternas non valens ferre piis visceribus lacrymas, cum eadem ad Africam proficiscens, sese barbaro vice vicaria in servitium tradidit: cujus sanctitas, cum apud eadem barbarã gentem Dei metu cognita fuisset demum cum omnibus suis Civibus ad Urbem propriam remeavit.* hæc sunt Paulini Diaconi verba: ex quibus conflat, quod etsi Paulinus nihil præter mutuam charitatem deberet, sese tradidit in servitium Barbari, ut proximum à captivitate liberaret. Verùm huic dubio respondendum est, quod Episcopus ille id non fecit coactus, sed sponte, summa charitate motus, quod exemplum ad juris consequentiam trahi non debet: ut refert Baeza *de inope debitore; c. 17. n. 5.*

9 Septimò, prædictis obstat Concilium Tridentinum, *sessione vigesima quinta, cap. 3. de reformatione*, ubi cavetur quod in causis judicialibus omnes Iudices Ecclesiastici, cujuscunque dignitatis sint in executionibus realibus, vel personalibus, ab ipsis faciendis, se abstineant à censuris Ecclesiasticis. Consideratio est ergo executio in Clericorum personis fieri poterit, ac per consequens privilegio nostri textus derogatum videtur ex dicto *Concil. Trid. c. 3.*

Sed respondendum est *in dicto cap. 3.* non fuisse sublatum beneficium Clericis concessum *in textu nostro.* Ratio est; quia *in dicto capite tertio*, non mandatur judicibus Ecclesiasticis, ut capiant Clericos pro debitis civilibus, sed tantum illud dicitur de captione personali, quæ in multis casibus Iudicibus permissa est: veluti, quando Clericus est conductor Regii vectigalis quo in casu in carcerem mitti poterit: ut constat ex *leg. stili* 118. de qua meminit Baëza *ubi supra, num. primo, & decimo quinto*, plures alios casus ex quibus Clericus in carcerem pro debito civili detrudi possit, referunt Baeza, & Guttierrez *ubi supra*, præcipuè Barbos. *in Collectan. ad nostrum textum*; & in illis est intelligendus textus *in dicto cap. 3.* prout ipse apertè, & manifestè asserit; & sic ex eo non fuisse correctum nostri textus privilegium, cum correctio juris semper sit evitanda ubi expressè non sit facta, *cap. cum expediat*, cum vulgatis *de electione*: quam interpretationem refert Guttierrez *de Iuramento Confirmatorio, dicto capite decimo-septimo, numero nonagesimo primo*, Salzedo *in praxi, cap.* 123. *folio* mihi 387. Paz *in praxi: 2. tom. 3. partis, cap. unico, num. 6.*

10 Octavò, adversus communem Doctorum sententiam *in præsenti receptam*, videlicet nostri textus decisionem tantum obtinere in Clericis Sacris Ordinibus initiatis, vel in illis, qui altari, aut Ecclesiæ proprio ministerio serviunt, vel beneficium obtinent; non verò in illis, qui tantum minoribus Ordinibus decorantur, juxta Concilium Tridentinum *sessione 26. cap. 6.* tenent Covarruv. *lib. 2. variarum, cap. 1. num. 9.* Baeza, *ubi supra cap. 17. num. 20.* Guttierrez *ubi supra cap. 17. num. 8.* cum traditis à Barbos. *in Collectan. ad hunc textum numero octavo*, obstabit textus *in capit. unico, de Clericis conjugatis, lib. 6.* ubi Bonifacius VIII. privilegium *Canonicis, si quis suadente 17. quæstione 4.* concedit Clericis in minoribus Ordinibus constitutis; qui tantum Tonsuram, & vestem Clericalem habent.

Verùm respondendum est, decisionem textus *in dicto capite unico*, & ejus privilegium in minoribus Ordinibus constitutis concessum, tantum locum habere, quoad causas criminales, sive de illis criminaliter, sive civiliter fuerit actum: non verò, quoad civiles pecuniarias, cum de illis in *textu illo* non solum nulla fuerit facta mentio, imo potius expressè fuerint exclusæ; ut constat *in verticulo, in cæteris*: notant Covarruvias, Baeza & Guttierrez, *ubi supra*, Barbosa *in Collectan. ad textum, in dicto capite unico, de Clericis conjugatis, libro sexto numero octavo, & nono*, & sic *in dicto capite unico*, Clericum conjugatum tantum duobus in casibus gaudere privilegio Clericali. Primo in privilegio textus *in dicto capit. si quis suadente diabolo, 17. quæstione quarta.* Secundò in excessibus eorum Clericorum respectu fori: in aliis verò non gaudere, ac proinde pro debito civili à Iudice laico carcerari poterunt: ut docet Guttierez *ubi supra, numero decimo, apud finem.* Nec solutioni obstant verba textus *in dicto cap. unico, in verticulo, criminaliter, aut civiliter*: quis debet intelligi non de causa civili, sed criminali, quæ civiliter intentatur: notat Thomas Sanchez *lib. septimo, de Matrimonio, disputatione quadragesima sexta, num.* 22. Suarez *in tractat. de defensione Fidei Catholicæ, lib. 4. de immunitate Ecclesiastica, cap. 27. num. 16.* Riccius *in praxi variarum resolutionum, secundo tomo, resolutione* 391. Felicianus de la Vega *in comment. ad textum in cap. nullus 2. foro competenti, n. 9.*

Nonò, solutioni suprà adductæ obstat in *cap. nullus* 12 *2. de foro competenti*, ubi probatur, quod nullus Iudex secularis potest condemnare, nec procedere contra Diaconum, vel Clericum ullum, sine permissu Pontificis: ergo nec contra Clericum in minoribus Ordinibus constitutum, etiam ex civili causa poterit procedere, ponderando verbum illud, *etiam si Ecclesiæ non serviat*, juncto verticulo, *minores*, cum ejus Glossa, *verbo, minores.*

Sed respondendum est textum illum esse intelligendum cum decisione textus *in dicto cap. unico, de Clericis conjugatis libro sexto*, hoc est non posse laicum cognoscere in excessibus, factis ab illis Clericis in minoribus Ordinibus constitutis, non verò in debitis civilibus; & licet *textus* ille loquatur in debitis, tamen debet intelligi in Clericis minoribus alligatis servitio Ecclesiæ, quia licet incedant in habitu, & Tonsura, non gaudent immunitate illa, nisi inserviant Ecclesiæ, ut constat ex *dicta sessione 26. capit. 6.* argumento textus in *capit. exceptionem, de privilegiis, lib. 6.* Quam interpretationem sequitur Guttierrez *ubi supra, dicta cap. 17. num. 12.* Felicianus de la Vega *in dicto cap. nullus*, ferè *per totum.*

Hæc dicta sufficiant de Clerico in Sacris Ordinibus constituto, cui absque cessione bonorum subvenitur cum remedio *nostri textus*; ne conveniatur ultra id, quod facere possit, præstita cautione, de qua *in præsenti* mentio habetur. Aliud verò observatur inter laicos: nam ut laicus utra id quod facere possit, non conveniatur, necesse est, ut priùs bonis cedat, & post cessionem bonorum, in eo, quod postea adquisierit, similiter non potest conveniri nisi in id, quod facere possit juxta textum in §. *final. Institut. de actionibus*; *leg. is qui bonis 4. leg. qui bonis 6. & 7. digest. de cessione bonorum, leg. cum & filii 7. Codic. qui bonis cedere possunt; leg. ex contractu 3.* verticulo, *aut tunc demum, Codic. de bonis authoritate judicis possidendis; lege prima, & tertia, titulo decimo quinto, partita 5.* tenent Richardus *in dicto §. final. per totum, Institut. de actionibus.* Petrus Gregorius *tertia parte, syntagmatum lib. 22. capit. 8. cum sequentibus*, Covarruvias, *lib. 2. variarum, capit. 1.* Baeza *de inope debitore, capite 1. per totum.* Guttierrez *de juramento confirmatorio, 1. parte, cap. 16.* Barbosa *in leg.*

maritum 13. *ex numero* 1. *& in lege. alia*, §. *Eleganter*, *ex numero* 50. *ff. soluto matrimonio*; Paz *in praxi* 1. *tomo* 4. *parte*, *cap.* 5. *numero* 8. *& 3. parte secundi tomi*, *cap. unico*, cum traditis à Pichardo *ubi supra*, *numero* 2. *& in manuductionibus ad praxim*, §. 9. *per totum* Osualdo ad Donellum *lib.* 27. *comment. cap.* 9. *littera P.*

12 Decimò, huic resolutioni obstabit textus in *l. ex contractu* 3. *C. de bonis authoritate judicis possidendis*, ubi Gordianus scripsit, eum qui bonis cessit ex contractu, qui cessionem antecessit, non conveniri; rectè tamen ex contractu ex post facto celebrato, etsi ampliorem non sit consecutus fortunam. Sed huic dubio respondendum est, verissimum esse beneficium cessionis prodesse debitori cedenti, non verò ei, qui post cessionem contraxit: nam etsi in bonis quæsitis tantum conveniri possit à creditoribus ante cessionem factam obtentis; tamen à creditoribus post cessionem factam obtentis in solidum convenitur: & ita obtinet textus *in dicta l.* 3. *C. de bonis authoritate judicis possidendis*. Notat Pichardus *in dicto* §. *final. Instit. de actionibus*, *num.* 42.

13 Undecimò, prædictis obstat textus in *l. final.* §. *final. ff. quæ in fraudem creditorum*: ex quo constat, quod etsi quis bonis cedat, si tamen ante cessionem bona alienaverit, nihilominus in solidum poterit conveniri. Verum respondendum est, textum *in dicto* §. *final.* procedere speciali ratione in eo, qui alienavit bona sua in fraudem creditorum, qua de causa, illa bonorum cessio non admittitur, sed in solidum condemnatur & propter dolum, & culpam ab eo commissam amittit privilegium illud; notat Glossa *in dicto* §. *final.* Bartolus *in l. alia*, §. *eleganter*, ad finem, *ff. soluto matrimonio*; Pichardus *in dicto* §. *final. Inst. de actionibus*, *n.* 44.

14 Duodecimò, obstat textus in *l. debitoris*, 7. *ff. de cessione bonorum*: ubi Modestinus asserit, quod si debitoris bona venierint, postulantibus creditoribus, permittitur rursus ejusdem debitoris bona distrahi, donec suum consequantur; quod utique expressè repugnat decisioni textus *in dicto* §. *final. Instit. de actionibus*: siquidem ibi in bonis postea quæsitis tantum hæc distractio permittitur, quatenus debitor facere possit, non ultra.

Cui dubio rectè satisfacit Accursius *in dicta l. si debitoris* 7. dum asserit, quod *ibi* Modestinus *in fine*, satis apertè explicat, quod à principio scripserat: scilicet iterum licere creditoribus debitoris, qui bona cessit ea distrahere, donec suum consequatur: quod ita accipiendum est, si tales sunt adquisitæ facultates debitori, quibus Prætor, aut Iudex, cujus de ea re notio est, ut movere possit ad distrahenda bona, sicque illa potius ex quantitate quàm ex qualitate æstimanda, ut vendantur, ita ut debitori misericordiæ, & sustentationis causa aliquid relinquatur, cum alimentis fraudari non possit: notat Pichardus *in dict.* §. *final. Inst. de actionibus*, *num.* 45. Osualdus ad Donellum, *lib.* 27. *comment. capite* 9. *litera P. F.* idem Pichardus latè in *manuductionibus ad praxim*, §. 9. *num.* 4. Est enim animadvertendum, quod plures sunt personæ, quibus cessio bonorum non permittitur nec similiter pro debito incarcerari possunt, nec in solidum conveniri, sed tantum quantum facere possint: veluti maritus, uxor, pater, patronus, socius, socer, dotator, donator, cum multis aliis, de quibus mentio habetur in *l. sunt qui*, 16. *l. Patronus* 17. *l. item miles* 18. *l. inter eos* 19. §. *is quoque*, *l. non tantum* 20. *l. sicut* 21. cum aliis, *ff. de re judicata*; *l. si maritum* 13. *l. maritus* 3. *ff. soluto matrimonio*; *l. in condemnatione* 173. *ff. de reg. juris*, §. *item si de dote* 37. *Inst. de actionibus*, *l. Divus* 18. *ff. de regul. juris*, cum traditis ab Osualdo ad Donellum, *lib.* 17. *comment. cap.* 9. *per totũ*; Antonio Pichardo *in manuductionibus ad praxim*. §. 9. Baeza *de inope debitore*, *cap.* 3. *&* 17. *n.* 34. *cum sequentibus.*

15 Decimo tertiò, principiis suprà adductis valde obstat textus in *l. divortio* 35. *ff. de negotiis gestis*: ubi apparet in solidum uxori adversus maritum actionem competere, si dotis nomine non agat; quod omnino contrarium refert textus *in dicta l. non tantum* 20. *ff. de re judicata.*

Quæ jura primò ad concordiam reduxit Accursius *in dicta l. non tantum*, verbo, *condemnandus*, & in *l. uxori marito* verbo, *judicio*, *ff. de donationibus inter*, dum asserit actionem uxori, etiam ex quocunque contractu agenti adversus maritum non in solidum, sed quatenus maritus facere possit competere, si tamen uxor constante matrimonio agat; secus, si post divortium: quia tunc, etiam si contractus constante matrimonio sit initus, in solidum agit.

Verùm hæc interpretatio apertè convincitur ex eo, quod ob honorem, & reverentiam matrimonii ex contractu antè inito, beneficium *dictæ legis sunt qui*, 16. *ff. de re judicata*, marito debet competere, ut constat ex textu in *l. quod si maritus* 3. *de constitutæ pecunia*; licet aliud senserit Cuiacius *lib.* 3. *differentiarum Modestini*, in *dicta l. non tantum* 20. *ff. de re judicata*; Duarenus *prælatione* 24. *in dicta l. sunt qui*: & in *dicta. l. non tantum*; qui difficultatem aliter diluit, existimans illam Divi Pii constitutionem relatam *in dicta l. non tantum*, accipiendam esse cum exceptione illa, de qua mentio habetur *in dicta l. divortio facto*; hoc est nisi contractus sit initus soluto matrimonio, ponderando illa Scævolæ verba, ibi, *divortio facto*, argumento textus in *l. non est novum* 25. *ff. de legibus*. Sed hæc Duareni interpretatio dilucidè impugnatur ab Antonio Pichardo *in manuductionibus*, *dicto* §. 9. *n.* 55.

Quare omissa interpretatione, quam refert Antonius Faber *in Rationali*, *ad textum in dicta l. divortio facto*, *ff. de negotiis gestis*; verius est dicendum, constitutionem illam Divi Pii relatam *in dicta l. non tantum*, meminisse solum contractus, non verò delicti: nam, si maritus ex delicto conveniatur, veluti judicio rerum amotarum, tunc in solidum condemnabitur; *leg. si verum* 52. *ff. de re judicata*; & huic delicto pertinet Scævolæ responsum *in dicta l. divortio*, ex eo, quod agi poterat ad restitutionem dotis, non dotis nomine, seu actione, sed negotiorum gestorum, & delictum in administratione commisit, qui à se non exegit: Notat Accursius *in dicta l. divortio*, Glossa, *verbo*, *facere*, in versiculo, *hinc evenit istud*, *propter delictũ*, *quod in administratione cõmisit*, *quia à se non exegit*: quam interpretationẽ latè scripsit, & admisit Pichardus *in manuductionibus ad praxim in dict.* §. 9. *n.* 56. & de mariti condemnatione in solidum, quoad interpretationẽ textus *l. unica*, §. 7. *C. de rei uxoriæ actione*, videndus est Osualdus *dicto lib.* 27. *comment. cap.* 9. *litera O. O.*

16 Decimo quartò, adversus id quod *suprà* retuli-mus, videlicet socerum, nisi in id, quod facere possit, condemnari non posse, juxta textum in *l. re judicata* 15. §. *socero*, *ff. soluto matrimonio*; *l. ex diverso* 17. *ff. eodem.* Obstabit textus in *l. sicut* 21. *ff. de re judicata*; ubi apparet, quod pater uxoris in solidum à marito conveniri poterit.

Pro cujus dubii solutione adnotandum est multum referre, an pater uxoris à nuro conveniatur soluto matrimonio, an verò eo constante, nam si constante, tunc non in solidum, sed quatenus facere possit, est conveniendus; & ita est intelligendus textus *in dicta l. ex diverso* 17. *ff. soluto matrimonio.* Si verò soluto matrimonio socer conveniatur tunc in solidum condemnari potest; & ita est intelligenda illa Neratii sententia *in dicta l. sicut* 12. in fine, *ff. de re judicata.* Quæ interpretatio apertè deducitur ex Papiniani sententia in *sequenti l. sed & hoc* 22. *ff. de re judicata*; & constat ex verbis illius textus *in principio*, ibi, *sed hoc ita accipitur.* Ratio differentiæ est, quia constante matrimonio amor, & affinitas durat: & si privilegium, de quo *in dicta l. sunt qui*, *ff. de re judic.* at verò illo soluto, amor finitur simul, & affinitas, & sic privilegium. Notat Gl. *in d. l. sed hoc* Osuald. ad Donell. *l.* 17. *commen. c.* 9 *litera S. T.* Antonius Faber *lib.* 2. *coniecturarum*, *cap.* 14. Duarenus *in dicta l.* 17. *ff. soluto matrimonio.*

17 Decimo quintò, solutioni obstat textus in *l. penul. ff. de*

ff. de jure dotium: ex quo probari videtur, quod etiam soluto matrimonio, hoc privilegium socero competit, nisi dolus ejus arguatur: quia sciens se non esse solvendo promisit dotem genero, illum decipiendo: nam tunc ab hoc privilegio arcebitur: Ergo eo cessante, tuebitur illo, etiam soluto matrimonio; ac per consequens solutio *suprà* adducta sustineri nequit.

Sed huic dubio respondendum est, textum *in dicta l. penult.* non probare simpliciter, & generaliter soluto matrimonio hoc privilegium socero competere; sed existimat ex justa causa, & ratione personæ, hoc privilegium, etiam soluto matrimonio, socero concedi posse: quasi sensus sit, quod licet constante matrimonio propter solam personam soceri hoc privilegium tribuatur, tamen eo soluto propter solam personam ei non tribuitur, nisi ulterius accedat causa, propter quam Judex ei hujusmodi beneficium, seu privilegium tribuat. Quæ quidem interpretatio deducitur ex *eadem leg. penult.* versic. *ex causa*; quod quidem verbum simpliciter prolatum denotat causam justam, & rationabilem, juxta textum in *cap.* 1. §. *porro, de statu Regular. lib.* 6. Notant Duarenus, Anton. Faber, & Osualdus, *locis suprà citatis.*

Decimò sextò, adversus, ea quæ *suprà* retulimus, vi-
18 delicet socios in plus conveniri non posse, nisi quatenus facere possint, ut Ulpianus asserit *in dicta leg. sunt qui*, 16. *ff. de re judicata*, veluti si socii omnium bonorum sint: valde obstabit textus in *l. verum ff. pro socio*, ubi privilegium hoc socio competit, etiam si socius omnium bonorum non sit, hoc est etiam si in re tantum particulari sit socius. In quorum jurium contrarietate, omissa interpretatione, quam refert Accursius *in dicta leg. verum*, verbo, *vnius rei*, Idem *in dicta leg. sunt qui*, verbo, *accipiendus*, verissimè est dicendum, jura illa non esse contraria: nam cum eiusdem Authoris Ulpiani sint, non est verisimile credendum idem contrarium sensisse: siquidem, quod Ulpianus scripsit *in dicta l. sunt qui*, 19 *ff. de re judicata*, scilicet, privilegium illud locum habere in socio omnium bonorum, similiter addidit, & explicuit *in dicta leg. verum. ff. pro socio*: hoc est, idem esse in socio unius rei; & si hæc essent scripta in eodem loco, nulla repugnantia reperiretur, & sic Ulpianus supplet *in dicta leg. verum*, quod *in dicta l. sunt qui*, omissum est: idque evidenter probatur ex ratione tradita ab Ulpiano *in dicta l. verum*, ibi, *ad summam rationem habere: quia societas jus quodammodo fraternitatis in se habet*: quæ ratio, cum tam in socio particulari, quàm in universali locum habeat; meritò hoc privilegium utrique indistinctè tribuendum est. Notat Duarenus *in dicta leg. sunt qui*, 16. *ff. de re judicata*: Iason, *ibidem, num.* 6.

Decimo septimò, adversus id quod suprà retulimus,
19 videlicet donatorem condemnari non posse, nisi in id, quod facere possit, juxta textum in *l. inter eos* 19. *ff. de re judicata*, ac proinde, si extraneus mulieri dotem donaverit, & mulier extraneum dotatorem, seu donatorem marito delegaverit, maritus extraneum dotatorem convenire non potest, nisi in id, quod facere possit; nam parcendum est marito, qui condonavit dotatori, & ad solutionem non præcipitavit, si defectus sit facultatibus; ac proinde de dote non petita soluto matrimonio non tenetur: juxta textum in *l. si extraneum* 33. *de jure dotium*. Obstabit Pauli responsum in *leg. Nesennius* 41. *ff. de re judicata*: ubi apparet, quod si extraneus dotator ab uxore marito fuerit delegatus, in solidum marito condemnatur, non verò in quantum facere possit: in qua jurium contrarietate, omissa interpretatione, quam refert Cuiacius, *lib.* 4. *quæstionum Pauli*, in *dicta l. Nesennius*: veriorem esse existimo, quam tradit Antonius Faber *lib.* 2. *conjecturarum, cap.* 13. dum asserit Ulpianum *in dicta leg. si extraneus*; loqui, quando extraneus dotem uxori finiul, & marito donavit, meritò, cùm maritus non possit eùm tanquam donatorem in solidum condemnare, nec convenire, mirum non est, quod ei non imputetur dos, si fuerit perempta ex eo, quod donator pauperior fuit factus: at verò in specie textus *in dicta l. Nesennius*, extraneus tantum dotem uxori donavit, non verò marito; & cùm maritus non titulo lucrativo ex donatione, sed oneroso propter onera matrimonii dotis delegationem retineat, mirum non est, quod donatorem in solidum condemnare possit. Nec solutioni obstabunt verba textus *in dicta l. si extraneus*, in *fine*; ibi: *adquiri autem mulieri accipiemus*; ex quibus probari videtur, mulieri solummodo dotem fuisse donatam: Quia verba illa non sunt intelligenda ad hoc, quod donatio doris solummodò mulieri sit facta: siquidem cum marito etiam esset celebrata, sed ad hoc tantum, quod quamvis utrique sit donata, tamen mulieri magis, quàm marito adquiritur: nam si mulieri solummodo fuisset donata, nulla esset dubitatio, quod mulieri adquireretur; nec Sabini interpretatio esset necessaria: sed ex eo fuit, quia primò marito donatio fuit facta, siquidem forte donator non donasset, si nuptiæ non fuissent secutæ, ut rectè ratiocinatur Antonius Faber *dicto libro secundo, conjecturarum, capite decimo tertio*. Reliqua videre oportet apud Osualdum *libr.* 27. *Commentar capite nono*, *litera GG. PP.* Antonium Pichardum *in manuductionibus ad praxim*, §. 9. *per totum*, Baezam *locis suprà citatis.*

Ad textum in cap. Is qui: final. huius Tituli.

SUMMARIUM.

1 *Probare debetis, qui agit seu conqueritur.*

2 *Actoribus ubi non est præsumptio in contrarium onus probandi incumbit.*
Actore non probante, res etsi nihil probaverit, est absolvendus.

3 *Exponitur textus in* leg. cum de indebito 25. ff. de probationibus.

4 *Refertur ratio ad textum* in cap. si cautio, de fide instrumentorum.
Donare in dubio nemo præsumitur.
Reus probatam habet intentionem, quandiu de falsitate causæ non apparet.

5 *Expenditur textus in* cap. 1. de clandestina desponsatione.
Probatio matrimonii clandestini marito an mulieri incumbat, ibi exponitur.

6 *Ratio redditur ad textum in* leg. non est necesse 11. ff. de probat.
Tutor idoneus à Magistratu est nominandus.

7 *Declaratur textus in* leg. quingenta 12. ff. de probation. *& conciliatur cum* l. cum pater 29. de jure dotium.

8 *Species refertur ad textum in* l. sive possidetis 16. C. de probationibus.

9 *Declaratur textus in* leg. cum de lege Falcidia, ff. de probat. leg. si mortis 5. Cod. ad leg. Falcidiam.

10 *Declaratur textus in* l. ab ea parte 5. in principio, ff. de probat.
Specialiter, qui non est prohibitus, regulam juris pro se habet, ut admittatur.

11 *Refertur ratio ad textum* in leg. si filius 8. ff. de probat.

12 *Interpretatur textus in* leg. ubi falsi, Cod. ad leg. Corneliam de falsis, l. final. in fine, C. de abolitionibus criminum.

13 *Discutitur decisio textus* in l. si quis domum, §. Imperator, ff. locati.

14 *Actori probanti indebitè solvisse, repetitio competit.*

Ratio petitur ad textum in leg. cum quis 10. Cod. de juris, & facti ignorantia; leg. error, Cod. ad leg. Falcidiam.

15 *Expenditur textus in* l. qui exceptionem 40. in principio, ff. de condictione indebiti.

16 *Civilis ratio naturalem vincere non potest.*
Novum non est, ut æquitas cum æquitate pugnet, & fortior ratio vincat infirmiorem.

17 *Ad concordiam reducitur textus* in leg. domus 52. versiculo, ut etiam, digestis, de condictione indebiti, *cum* leg. Eleganter 23. in principio, ff. eodem.

18 *Interpretatur textus in* l. sed & si me 22. §. cum inter ff. de condictione indebiti.

19 *Ad concordiam reducitur text.* in l. cum is 32. §. ult. ff. de condictione indebiti, *cum* l. si is, cui 16. ff. de legatis 2.

20 *Ratio traditur ad textum* in l. si quis 39. ff. de condictione indebiti.

21 *Species traditur ad textum in* leg. si in area 33. ff. de condictione indebiti.
Ædificium cedit solo.

22 *Iterum declaratur textus* in dicta l. si in area 33. vers. sed is, ff. de condictione indebiti.
Meum quod est, amplius meum fieri non potest.

23 *Conciliatur textus* in leg. repetitio 44. de condictione indebiti, l. de hereditate 5. C. de petitione hereditatis, *cum* l. si pœna 19. §. quamvis, ff. de condictione indebiti.

24 *Species traditur ad textum* in l. cum indebitum 57. ff. de condict. indebiti.
Interpretatur textus in l. si dominus, in fine, ff. de condictione indebiti, l. 2. §. si quid, l. 3. 4. & 5. ff. de condictione indebiti.

CONCLUSIO.

1 COnquerens se indebitè solvisse, *hoc probare debet, nisi in casu hic posito.* Ex prima nostri textus parte illa generalis regula deducitur, quod is, qui conqueritur, & qui agit, probare tenetur. Quæ conclusio comprobatur ex textu, *in cap. final.* §. *ultim. de jurejurando*: *cap.* 1. *ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur*; *cap. inter dilectos, de fide instrumentorum*; *c. accusator, ult.* 6. *quæst.* 5. *leg. quoties* 1. *leg. ei incumbit* 2. *l. emptorem* 4. *leg. ab ea parte* 5. *leg. Patronum* 6. *l. verius* 1. *leg. cum de indebito* 25. *ff. de probationibus*; *l. ut creditor* 1. *leg. possessiones* 2. *l. frustra* 8. *l. actor* 23. *Cod. eodem*: *leg. final. Cod. de rei vindicatione*; *l. qui accusare, C. de edendo*; *leg. negantes* 9. *Cod. de oblig. & actionibus*; §. 1. *Cod. de alienatione judicii*: *l. extat* 25. *ff. de jure fisci*: *vers. & verius, in* §. *non solum, Inst. de legatis*: §. *retinenda, Instit. de interdictis*: cum traditis à Gothofredo *in dicta leg.* 2. *ff. de probationibus*, *littera N. leg.* 1. *titulo* 4. *partita* 3. *leg.* 6. *titulo* 14. *Partita* 3. *leg.* 29. *tit.* 14. *partita* 5. Exornant latè Cuiacius *lib.* 3. *quæstionum Pauli, in dicta leg. cum de indebito* 25. *ff. de probationibus*; Idem in *leg.* 1. *Cod. eodem*: Pacianus, *lib.* 1. *de probationibus, cap.* 6. Julius Clarus *in Practica Criminali, lib.* 5. §. *final. quæst.* 66. fere *per totam*: Covarruvias *lib.* 1. *variarum, cap.* 1. *num.* 8. Menochius *de arbitrariis, casu* 98. *num.* 16. Mascardus *de probationibus, conclusione* 36. Surdus *de alimentis, titulo* 9. *quæst.* 12. *num.* 7. Cardoso, *in praxi Judicum & Advocatorum, verbo*, Actor, *num.* 4. Tuschus *tomo* 1. *litera A, conclusione* 117. Seraphin. *de privileg. privilegio* 27. *num.* 1. Menochius *de præsumptionibus, lib.* 1. *q.* 87. *num.* 4. Decius *consil.* 1. *ex num.* 6. Rolandus *Consilio* 60. *volum.* 1. *num.* 13. *& Consilio* 67. *volumine* 61. *n.* 7. *& Consilio* 58. *volun.* 2. *num.* 7. *& Consilio* 90. *volum.* 3. *ex num.* 2. Duarenus *lib.* 1. *disputat. cap.* 27. Donellus *in leg.* 1. *Cod. de probationibus*: Idem *lib.* 19. *comment. cap.* 15. *& 25. cap.* 2. *& 3. & in recitationibus ad titulum ff. de probationibus*: cum traditis à Cenedo *in Collect. ad Decretal. Collect.* 125.

2 Ratio primæ partis est; quia actoribus, ubi non est præsumptio in contrarium, onus probandi incumbit; non autem reis conventis. Quoniam regula traditur, quod in judiciis, is qui dicit probare debeat; *l.* 1. *&* 2. cum suprà traditis, *ff. de probationibus*: nam si actor in probatione deficit, victoriam judicii reportare non potest; & in ea causa succumbere debet: *l. negantes* 9. *Cod. de obligation. & actionibus*: *dicta l. qui accusare, C. de edendo*: *l. final. Cod. de rei vindicatione*: nam actore non probante, reus etsi nihil probaverit, est absolvendus: *dicto cap. final.* §. *ultimo, de jurejurando*: *dicto cap. cum Ecclesia Sutrina* 3. *in fine, de causa possessionis, & proprietatis*, cum à me *ibidem* traditis, *n.* 3. merito is, qui asserit indebitè solvisse, ut ei credatur, probare tenetur: quia nemo præsumitur jactare suum patrimonium, *c. super hoc, de renunciatione*: *d. l. cum de indebito. ff. de prob.* nam reo, qui negat, nulla incumbit probationis necessitas: quia negantis factum, per rerum naturam, jus directam probationem non admittit, *c. quoniam contra* 11. *de probationibus*: *d. l. actor, in fine, C. eodem*: *l. asseveranti, C. de non numerata pecunia.*

Primò obstabit textus in *l. cum de indebito* 25. *ff. de probationibus*: ex quo colligitur, quod in condictione indebiti soluti per errorem facti, aliquando onus probandi imponitur actori repetenti, quamvis neget debitam fuisse pecuniam, quam solvit: aliquando reo, à quo pecunia postulatur, quamvis ipse recuset. Sed huic dubio respondendum est, sententiam *illius textus* non repugnare nostri textus decisioni, sed potius illi convenire. Ratio est; quia onus probandi in judicio condictionis indebiti, reo, aut actori imponitur, quando adversarius probatam ostendit suam intentionem, aut per legitimam & ordinariam probationem, aut præsumptionem à jure comprobatam, juxta textum in *cap. final.* §. *ult. de jurejurando*: *leg. final. in principio, ff. de eo, quod metus causa.* Notat Menochius *lib.* 1. *de præsumptionibus, præsumptione* 33. quas omnes species in condictione indebiti refert Consultus *in dicta leg. cum de indebito.*

Prima est, quando is, qui solvit, repetit pecuniam indebitam; reus autem negat solutam ei pecuniam: nam si convictus fuerit illam accepisse, tunc reus cogitur suscipere sibi onus probandi debitam fuisse; ut inquit *text. ille in principio*, & refert *textus noster in fine*: quia hæc est pœna mendacii. Declarat Cuiacius *in d. l. cum de indebito*: *& lib.* 3. *quæstionum Pauli*, ibidem Donel. *lib.* 25. *commentar. cap.* 3.

Secunda species est, quando actor repetit indebitum, reus fatetur pecuniam accepisse, sed dicit sibi debitam in qua specie reus, quamvis exceptione utatur, & præterea affirmet debitam sibi pecuniam, actor autem neget debitum, officio actoris incumbit, ut probet indebitum solvisse: quod vel juramento rei obtinebit: ut in §. *in omnibus* 3. *ejusdem legis, cum de indebito* 25. vel circumscribendo causam tempore obligationis, *l. optimam*, in fine, *Cod. de contrahenda & committenda stipulatione*, aliàs autem, si hoc non offenderit, nullam repetitionem habebit. Et hæc est sententia textus *in dicta l. cum de indebito*, §. *sin vero*, quæ conformis est textui nostro: nam præsumptio est pro reo, siquidem nullus intelligitur jactare, & profundere suum patrimonium, *leg. Campanus ff. de operis libert.* Menochius *lib.* 3. *de arbitrariis, quæst.* 83. Cuiacius *in dicta leg. cum de indebito*: Donellus *in leg.* 1. *Cod. de probationibus*: *num.* 12. *& lib.* 25. *comment. c.* 3. Quod idem dicendum est, si pro parte indebita pecunia petatur: quia tunc similiter actor onus probationis suscipere debet, *d. l. cum de indebito.* § *sed hæc vers. sin autem pro parte.*

Tertia species est, quando is, qui condictione indebiti experitur, ignarus est rerum forensium, veluti miles, mulier, agricultor, minor; in qua specie distinguit Consultus: nam si omnem pecuniam tanquam indebitè solutam repetit, seu condicit, transfert in reum onus probandi, qui reus debet ostendere pecuniam sibi debitam ne ab eo repetatur: quia propter conditionem personarum nulla præsumptio est contra

actorem

actorem, sed adversus reum, & sumitur ex vi negativæ actionis, & ab onere probandi actor relevatur; si verò partem solutæ pecuniæ personæ illæ privilegiatæ debitam agnoscant, aliam autem partem, tanquam indebitè solutam repetant; probationis onus suscipere debent: quoniam cessat ignorantiæ, & suspicionis conjectura propter quam in priori specie onus probationis in reum transferebatur, ut dicitur in §. *fin autem, eiusdem legis.*

4 Secundò, obstat textus in *capit. si cautio, de fide instrumentorum*: *dicta l. cum de indebito* 25. §. *final. ff. de probationibus*; *l. final. titulo* 11. *partita* 3. cum à me traditis *in dicto capit. si cautio*, ubi apparet, quod si cautio in instrumento sine causa expressa fuerit facta, & actor repetat tunc onus probandi reo incumbit quam ob causam debitum sit; & si in probatione deficiat, actor obtinebit, ut cautio sibi restituatur.

Verùm huic dubio respondendum est, ideo reo onus probandi in prædicta specie incumbere, quia præsumptio inest pro actore, cum nulla obligatio sine causa facta vires obtineat, *l. juris gentium* 7. §. *sed cum nulla, ff. de pactis*: *l.* 2. §. 1. *ff. de dolo exceptione*, & in dubio nullus donare præsumitur, *dicta l. cum de indebito*, in principio, *versic. sin vero*: nam ubi non est causa, non potest esse causatum: *l. manumissiones, ff. de justitia & jure*; & ubi non est consensus, obligatio esse nequit *dicta l. juris gentium* 7. §. *adeo, ff. de pactis*; *l. obligationum substantia, ff. de oblig. & act.* nam, qui confitetur debere non adiecta causa, non habet consensum, cum potius præsumatur id errore fecisse, notat Baldus *in l. sed & si quis*, §. *item quæritur. ff. si quis cautionibus*. Ergo nec obligari potuit, cum nihil tam contrarium sit consensui, quàm error; *leg. per errorem*, cum aliis, *ff. de jurisdictione omnium judicum*. Sed si in eadem cautione causa exprimatur, et si falsa sit, ut actor obtineat in repetitione, probare debet falsam fuisse causam: nam reus fundatam habet intentionem, quamdiu de falsitate causæ non apparet: quia cessat præsumptio, de qua *supra*, cum reus ex confessione actoris intentionem probatam habeat, & tunc debet constare de falsitate evidentissimis probationibus in scriptis habitis, ut docet Consultus *in dicta l. cum de indebito*, §. *final.* hoc est instrumentis, ut declarat Glossa *ibidem*; nec admittuntur testes juxta textum *in leg. si alterius* 3. *Codic. si minor se majorem dixerit*: quia oportet, ut jurati non producantur ab eo, qui semel confessus est legitimam causam interveniisse, ne ipsi testes offendant falsam esse causam, quam ipse producens veram agnovit, & sic periuri fiant: quod locum habere non potest in ea probatione, quæ fit per instrumenta: nam tunc potius ex errore cautio facta intelligitur: sed si solutione, aut pacto, obligationis causa sublata dicatur, tunc per testes probari poterit: argumento textus in *l. final. in fine, ff. quod metus causa*; *leg. final. C. de rei vindication*; *l.* 1. §. *si ex cautione, C. de numerata pecunia. l.* 9. *titulo* 1. *partita* 5.

5 Tertiò obstat textus in *cap.* 1. *de clandestina desponsatione*: ubi in quæstione illa, cui incumbat probatio quando controversia vertitur super probando matrimonio clandestino, an viro, an uxori? Affirmat textus hoc onus marito incumbere, non habita distinctione, an ipse actor sit, vel reus. In cuius textus difficultate Glossa *ibidem*, verbo, *probatio*, asserit, ideo hoc probationis onus viro competere, quia caput est mulieris, *c. si quis uxorem*, 33. *q.* 1. *c. cum cap.* 33. *q.* 5. Sed convincitur, quia etiam uxori virum petenti onus probandi imponi solet: *c.* 1. *de ordine cognitionum.*

Quare hac, & aliis omissis, verius est dicendum, ideo marito onus probandi incumbere matrimonium fuisse legitimè celebratum, quia vir ipse affirmabat eam sibi legitimè desponsatam esse; fœmina autem negabat: meritò, cum maritus uxorem peteret, & actoris officio fungeretur, justa de causa ei onus probandi incumbit: siquidem is qui dicit, non qui negat, probare debet; *l.* 2. *ff. de probationibus*; & sic legendus est textus ille: scilicet, *si quis clam desponsaverit aliquam, & mulier negat huiusmodi desponsationem*; non verò, *& mulier, vel vir*, ut rectè animadvertit Cuiacius *in notis in eundem textum*, Glossa, & Hostiensis, *ibid.*

Quartò, prædictis obstabit textus in *l. non est necesse* 6
11. *ff. de probationibus*: ubi apparet, quod etiamsi pupillus egerit contra Magistratum, qui non idoneum tutorem nominavit, cum idoneum nominare deberet, *l.* 1. §. *si magistratus. ff. de magistratibus conveniendis*; *l. pen. C. eodem*: reo, hoc est Magistratui incumbit onus probandi, tutores idoneos fuisse tempore nominationis, non verò actori, scilicet non fuisse idoneos: quod etiam docet textus *in dicta l.* 1. §. *probatio, ff. de Magistratibus conveniendis.*

In cuius textus difficultate, omissa *Glossæ* interpretatione *in dicta l. non est necesse*: Cuiacii *ibidem in recitationibus ad eundem titulum*: Duar. *l.* 1. *disp. c.* 17. Verius dicendum est cum eodem Consulto Cellio ideo Magistratum reū contra regulam nostri textus probationis suscipere debere; quia cum ratione officii idoneum tutorem nominare, aut approbare debuisset, ex *iuribus supra adductis*, officio satisfeciisse non videtur, nisi prius monstraverit eum idoneum elegisse; ac ideo, quando agit pupillus contra Magistratum pro indemnitate, perinde est, ac si rationem administrationis ab eo exigat, cur tutorem ita nominavit, aut approbavit non idoneum; sufficitque ad suæ intentionis implementum, quod probet Judicem tutorem approbasse, ut Magistratus facti sui rationem reddat: meritò reus magistratus ostendere debet tutorem idoneum tempore approbationis; sed cum ab aliquo administratore rationes suscepti officii postulantur, sufficit ostendere bona administrasse, & id ipse reus exhibere cogitur: aliter enim contra eum in litem juratur: *l.* 1. §. *officio, ff. de tutela, & rationibus distrahendis.* Nec obstabit si dixeris, unumquemque idoneum præsumi: juxta tex. in *l. cum pater* 77. §. *rogo, ff. de legat.* 2. Quia hæc præsumptio quoad mores procedit, non verò quoad facultates: ut declarat Alciatus *in regula* 3. *præsumptione* 2. & idcirco nullus dives, aut pauper præsumitur: sed hoc probandum est ab eo, qui id affirmat. notat Masc. *de probationibus, to.* 2. *conc.* 1258. Men. *lib.* 6. *de præsumptionibus, præsumptione* 25. *num.* 12.

Quintò, obstat textus in *l. quingenta* 12. *ff. de probationibus*: ubi ab hærede probatio postulatur, si legatarius ex duplici scriptura testamenti simul, & codicillorum, eandem quantitatem sibi legatam petat, & ipse hæres respondeat simplici præstatione voluntatem testatoris adimplere: quia ipse testator legatum repetere voluit, non duplicare. Sed huic dubio respondendum est, Juris Consulti sententiam ea ratione defendi: quia legatarius ex duplici scriptura legatum petens, fundatam habet intentionem, ut is exigat: Notat Alexander *Consilio* 4. *num.* 3. *volumine* 1. Cum autem hæres obiiciat non fuisse legatum relictum animo duplicandi, sed repetendi, idcirco etiam cum excipiat, probare debet: quia in exceptionibus reus actor efficitur; *leg. in exceptionibus, digest. de probationibus*: longe aliud observatur, si in eodem testamento eadem quantitas sæpius eidem sit legata: quia ex una scriptura facilè præsumitur, testatorem animum repetendi, non duplicandi habuisse, oblitus potius legati quàm coheredem sæpius onerare noluisse: merito onus probandi incumbit legatario: scilicet testatorem animum duplicandi legatum habuisse: juxta textum in *leg. clam* 34. §. *sed si non corpus, ff. de legatis* 1. Notat Cujacius *in dicta l. quingenta*, 12. *ff. de probationibus.* Idem *lib.* 14. *observationum, cap.* 19. Donel. *lib.* 15. *comment. cap.* 2. quam distinctionem non impugnat Consultus in *l. cum pater* 29. *ff. de jure dotium*, dum asserit semel tantum marito deberi quantitatem dotis sibi promissæ per socerum, & postea in testamento repetitæ; quia dicendum est, ideo unica præstatione maritum contentum esse debere, licet duplici scriptura eadem quantitas sibi data fuerit: quia cum dotis nomen adjectum præsumitur testatorem demonstrationis causa legatum in testamento reliquisse, & perinde he-

betur, ac ſi creditori, quod ei deberet, legaverit: quod legatum inutile eſt, niſi plus in legato, quàm in debito exiſtat, §. *ſi quis creditori, Inſtit. de legatis*: quapropter ſuperior diſtinctio, & expoſitio ad text. *in d. l. quingenta*, 12. *ff. de probationibus*, tuta remanet.

8 Sextò, obſtat textus in *l. ſive poſſidetis* 16. *C. de probationibus.* Vbi quæſtio proponitur ſuper diviſione bonorum paternorum inter duos fratres, alterum in poteſtate patris retentum, alterum emancipatum, qui prædia ſibi donata, non à patre, contendebant: in qua ſpecie Imperator affirmat emancipato incumbere onus probandi, ſive ipſe petat prædium donatum, quod à fratre poſſidetur; ſive etiam alter frater petat ab emancipato in commune conferri prædium quod ad ipſo poſſidetur, quæ deciſio rectè procedit in prima parte: quia emancipatus prædium à fratre poſtulat, unde ipſe actor eſt, &, ut vindicans, probare debet ſe eſſe dominum; *l. fi. C. de rei vindicatione.*

In ſecunda autem parte, quando emancipatus prædium poſſidet, quod ab alio fratre commune fieri poſtulatur mirum non eſt, cur emancipatus cogatur probationem oſtendere donationis à patre factæ, cum ipſe reus ſit, & propterea poſſeſſor ejuſdem prædii invenitur, qui titulum ſuæ poſſeſſionis regulariter exhibere non compellitur, *l. cogi* 11. *Cod. de petitione hæreditatis.* Sed huic dubio reſpondendum eſt, cum Donel. *lib.* 25. *comment. cap.* 2. in hac ſpecie filio emancipato imponi neceſſitatem probandi prædium ſibi à patre donatum, etiam ſi reus ſit: quia cum ab eo peteretur, affirmavit illud quaſi à patre donatum poſſidere. Vnde ipſe emancipatus agnovit prædium quondam partis extitiſſe, ſine cuius facto ad ipſum filium pervenire non potuit, *l. id quod noſtrum, ff. de regul. juris*: imo ex perſona patris, ſi de donatione non conſtat ad hæredem ipſius translatum eſſe intelligitur: juxta textum in *l. heres, ff. de adquirenda hæreditate*; id circo, quia emancipatus frater exceptionem dominii oppoſuit, quæ datur in titulo donationis, eam probare cogitur. Nec obſtat, quod nullus compellendus eſt exhibere titulum ſuæ poſſeſſionis, *dicta l. cogi* 11. Quia regula illa ceſſat, quando exhibitio neceſſaria eſt ad fundandam poſſeſſionis exceptionem: Notat Don. *in d. l. ſive poſſidetis, n.* 5.

9 Septimò, obſtat textus in *leg. cum de lege Falcidia* 17. *ff. de probationibus*, *leg. ſi mortis*, *Cod. ad l. Falcidiam* ex quibus colligitur, quod onus probandi legata diminuenda per legem Falcidiam incumbit heredi, à quo legata petuntur: non autem legatario, qui ea poſtulat quamvis actor ſit. Quod dubium dilues, ſi dixeris ideo legatarium ab onere probandi immunem eſſe in *præditis juribus*, quia ipſe habet intentionem ſuam fundatam non ſolum in ſcriptura teſtamenti, ſed etiam in præſumptione, quæ reſultat ex facto teſtatoris, qui intelligitur vires ſui patrimonii ignoraſſe: Argumento textus in *leg. quiſquis*, *Codic. de reſcindenda venditione*: Notant Hotomanus, & Jaſon *in paragrapho, ſi agens.* in fine, *inſtitut. de actionibus*: & heres qui excipit diminutum eſſe teſtatoris patrimonium, exceptionem opponit, quam probare debet, ut *ſupra* retulimus: Notat Covarru. *lib.* 1. *variarum cap.* 6. *num.* 3. *&* 4. Baeza *in tract. de non meliorandis*; *cap.* 36. *num.* 13. Guttierrez *lib.* 2. *practicarum, cap.* 15. Menochius *lib.* 6. *præſumptione* 16. Maſcardus *concluſione* 904. Hodie autem heres liberatur ab illo probationis onere propter beneficium inventarii, de quo mentio habetur in *leg. final.* §. *licentia, Cod. de jure deliberandi*: ſiquidem inventarium continet veram, & legitimam probationem patrimonii defuncti, tam pro debitoribus, quàm pro legatariis, & eo exhibito heres liberatur ab onere probandi, ut tradunt Maſc. *concl.* 205. Gutt. *lib.* 2. *practicarum*, *quæſt.* 15. *numer.* 2. *&* 4.

10 Octavò, obſtat textus in *leg. ab ea parte* 5. *in principio*, *ff. de probationibus*, ubi imponitur neceſſitas probandi ei, qui dicit aliquem eſſe prohibitum, hoc eſt, qui negat aliquid permitti. Pro cuius textus difficultate, dum quæritur, utrum neganti incumbat probatio, tres ſpecies negationis diſtinguit Pacianus, *lib.* 1. *de probationibus. cap.* 5. *cum quatuor ſequentibus.* Prima eſt negativa juris: Secunda negativa facti: Tertia negativa qualitatis: & affirmat negativam juris probandam eſſe ab eo, qui negat; & ita obtinere deciſionem textus *in dicta leg. ab ea parte* 5. de quibus omnibus latè ſcripſi *ſupra*, *in capit. quoniam contra*, *de probationibus.* Sed licet hæc diſtinctio circa negativas probationes magiſtralis ſit, tamen aliter explicandam cenſeo deciſionem textus *in dicta leg. ab ea* 5. meritò dicendum eſt, ideo in ſpecie illius textus negativam probationem incumbere ei, qui negat. Ratio eſt quia adverſarius juris regulam pro ſe habet; & is, qui negat à jure eſſe permiſſum, veluti ſi neget aliquem poſſe fungi advocatione, in ea negativa fundamentum ſuæ intentionis dum facit, meritò eam probare tenetur: nam jure permiſſum & factum quodque præſumitur, niſi contrarium probetur, *l.* 17. *ff. de ſervitutibus ruſticorum*: Notat Gothofredus *in notis ad tex. in d l. ab ea parte* 5. *litera A.* cuius deciſionis exemplum ita ſe habet, ſcilicet, ſi quis Titium à poſtulando, judicando, accuſando, vel teſtificando repellendum eſſe dicat, re ipſa affirmat jus accuſandi, teſtificandi, aut judicandi denegandum eſſe: quamvis negationem objicere videatur, ipſe id probare debet, quod obiicit. Ratio eſt; quia omnis, qui ſpecialiter non prohibetur, regulam juris pro ſe habet, ut admittatur, *l. mutus* 45. §. *cum quæritur, ff. de Procuratoribus*; *leg. qui accuſare.* 8. *ff. de accuſationibus*: & ideo qui negat illum poſtulare, accuſare, vel teſtificare poſſe, re ipſa affirmat illud delictum commiſiſſe, aut defectum habere, propter quem ab ipſis officiis ſit repellendus: & ſive excipiat, ſive agat dum hæc obiicit, probationis onere gravatur: Ita Donellus *in dicta leg. actor* 23. *Cod. probationibus, numer.* 13. Idem *lib.* 25. *comment. cap.* 2. quod ſenſu ſimiliter eſt interpretandus textus *in dicta l. ab ea parte*, verſic. *idem reſpondit*, ſcilicet quando quis negat emancipationem ritè factam: ſiquidem re ipſa affirmat emancipationem irritam eſſe, vel ex defectu ſolemnitatis, aut poteſtatis Judicis, aut propter ſimilem cauſam: & in hac allegatione, ſive actoris, ſive Rei officio fungatur, utroque in caſu onus probationis accipere debet: Notat Donellus *dicto lib.* 25. *cap.* 2. Oſualdus, *ibidem, littera N.* Vel aliter dici poteſt ideo iniungi onus probandi ei, qui emancipationem rite factam negat: quia contradicit decreto Judicis, cuius tanta eſt auctoritas, ut rite, & rectè interpoſitus præſumatur *l.* 1. *in fine principii, ff. de rebus eorum*: *l. ſi quis, Cod. de officio civil. judicum, l. lex quæ tutoris*, verſic. *præcipimus*, ibi, *inquiſitionem, Cod. de adminiſtratione tutorum*, & qui contra decretum Judicis allegat, onere probandi gravatur: Notat Alciatus *regula* 3. *præſumptione* 9. Decius *in c. quoniam contra*, *de probationibus*, *numer.* 42. Menochius *l.* 2. *de præſumptionibus*, *præſump.* 75.

Eodemque modo eſt interpretandus textus in *l. nec Codicillis* 5. *Cod. de Codicillis*, in quo aparet agentem, & excipientem contra codicillos, eo colore, quia non ſanæ mentis erat, qui illos confecit, onere probationis gravari debere duplici ex cauſa: *Prima*, quia creditur, unumquemque ſanæ mentis eſſe, dum contrarium non oſtenditur: quia eſt qualitas naturalis, quam quiſque habere præſumitur. *Secunda*; quia qui agit, aut excipit ſanæ mentis teſtatorem non fuiſſe, re ipſa affirmat furioſum extitiſſe, cum codicillos ordinavit; & propterea infirmandos, ex regula textus in §. *item furioſi, Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum*, quæ probatio licet difficilis ſit, ex Decio *Conſilio* 438. tamen poſſibilis eſt: & probatur furor præſumptionibus & ſignis, de quibus per Maſcard. *de probationibus concl.* 826. Menochium *l.* 6. *de præſumptionibus*, *c.* 45. Manticam *l.* 2. *de coniecturis ultimarum voluntatum, tit.* 5.

Nonò, obſtat textus in *leg. ſi filius* 8. *ff. de probationibus*, ubi filio reo neganti ſe eſſe in poteſtate patris, potius incumbit onus probandi, quàm patri aſſerenti illum

illum in potestate habere. Sed respondendum est, Consultum *ibi* procedere eo casu, in quo filius ex possessione subjectionis paternæ asserit se liberum esse ab eadem potestate, tunc autem rectè affirmat filium ostendere debere liberum esse. *Primo*, quia cum probare onus sit pietatis paternæ, ratio postulat, ut filio potius quàm patri imponatur. *Secundo*; quia sicut servus ex possessione servitutis in libertatem proclamans subit onus probationis, *leg. libertis* 7. §. *ultim. ff. de liberali causa*: *leg. licite* 14. *leg. eam* 21. *Codic. eodem leg. vis ejus* 16. *Cod. de probationibus*, ita filius negans patris potestatem re ipsa affirmat se liberum esse, quod legitimis instrumentis emancipationis exhibitis probare cogitur: sed si in possessione libertatis filius esset, & pater eum cognitione prætoria sibi vindicasset de qua in *leg.* 1. §. *per hanc, de rei vendicatione* tunc ipsi patri incumberet onus probandi: notat Glossa *verbo, denegandam, in l. Titia* 34. *ff. soluto matrimonio*; Bartolus, *ibidem num.* 1. In superiori autem casu sufficit, patrem ostendere filium ex justis nuptiis procreatum, ut constet eum in potestate retinere, quamdiu contrarium non ostenditur: *principio Instit. de patria potestate*: notat Menochius *lib.* 6. *de præsumptionibus, præsumptione* 55. *n.* 7. & 18.

12 Decimò, obstat textus in *leg. ubi falsi* 22. *Cod. ad leg. Corneliam de falsis, finali in fine, C. de abolitionibus criminum*: in quibus juribus constat non solum accusatoribus, sed etiam reis accusatis necessitatem probandi imponi. Cui dubio dicendum est, textum, *in d. l. ubi falsi*, speciale jus continere; ut aliquando actor, aliquando reus subeat onus probationis in crimine falsi. *Primò* propter detestationem ejusdem criminis. *Secundo*: quia probationis onus difficile est, cujus inquisitio fieri debet scripturis, argumentis, testibus, & aliis omnibus vestigiis veritatis: *dist. leg. ubi falsi, in principio*, unde Iudex etiam potest necessitate probationis relinquendo judicare: veluti cum aliqua judicia contra accusatum apparent, ex quibus falsitatis suspicio notatur: ut animadvertit Glossa, *verbo, probat.* in *l. majorem* 4. *C. ad l. Corneliam de falsis*: notat Donellus *dicto lib.* 25. *Comment. cap.* 2. Osualdus *ibidem litera H.* Quoad textum verò in *dicta l. ultima in fine c. de abolitionibus criminum*, dicendum est, sententiam illius decisionis, imponere necessitatem reis accusatis, scilicet purgandi se ab objectis criminibus: & restringi specialiter ad certa crimina scilicet læsæ majestatis, patriæ impugnatæ, aut proditæ, peculatus, & desertæ militiæ, quæ gravissima sunt crimina, in quibus rei accusati compurgare se onerantur, hoc est, ut excusentur ab his delictis: quia compurgatio est quædam delicti excusatio, ut Iudex æstimare possit, quid veri, aut quid falsi probationes contineant: argumento textus in *l. is qui reus* 5. *ff. de publicis judiciis*. Unde reus ibidem non urgetur ad probanda quæ negat, sed ad purganda: ut refert Donellus *dict. lib.* 25. *comment. c.* 2. Osualdus *ibid. litera H.*

13 Undecimò: obstat text. in *l. si quis domum* 9. §. *Imperator, ff. locati*: ubi reus conductor probare debet gregem, quem conduxerat, sine suo dolo fuisse à latronibus ablatum. Augetur difficultas ex eo, quia probandi onus ei incumbere debet, qui dolum, vel culpam allegat: *l. in exceptionibus* 19. §. 1 *ff. de probationibus, l. si prætor* 75. *ff. de judiciis*; *l. dolum* 6. *Cod. de dolo*. Cui dubio respondendum est ideo conductorem *in dicto* §. *Imperator*, dolum abesse probare debere: quia ipse hoc asserit, tanquam fundamentum suæ exceptionis, vel actionis, tenetur enim actione ex locato: quia gregem conduxit, & si excipiat se amisisse gregem nihilominus condemnabitur: nam amissio gregis eum non liberat: igitur exhibere, & per consequens probare debet, se dolo carere, sed si actor de dolo replicaverit, illud probare debet: si quidem, qui dolum arguit, sive agat, sive excipiat, dolum probare tenetur: *l. quoties* 18. §. *qui dolo, ff de probationibus*: quâ interpretationem tenet Iulius Pacius *Centuria* 5. *quæst.* 17. licet aliter senserit Antonius Faber *in Rationali ad text. in dicta l. si quis domum* 9. §. *Imperator ff. locati.*

Duodecimò, adversus ea quæ ex *textu nostro* deducunt omnes: videlicet, quod si actor probaverit se indebitè solvisse ei competit repetitio ex condictione indebiti quæ ex bono, & æquo introducta est adversus recipientem, sine justa causa rem habentem, & solventis damno se locupletantem juxta textum in *leg. hæc condictio* 66. *ff. de condictione indebiti*; *l.* 2. *l. quod indebitum, l. si non sortem*, §. *Indebitum. paragrapho adeo autem, leg. qui exceptione*: cum aliis, *ff. eodem*; *l. si quis operas*, §. *ultim. ff. de præscriptis verbis l.* 1. *& per totum tit. Cod. de condictione indebiti*; *l. si quis absentis* 5. §. *is quoque, ff. de obligationibus, & actionibus*; *leg. cum quis* 10. *Cod. de juris, & facti ignorantia*; *l. cujus per errorem* 53. *ff. de regulis juris* §. *is quoque* 1. *Instit. quibus modis re contrahitur obligatio*: §. *item is cui*: *de oblig. quæ ex quasi contractu nascuntur*; *l.* 19. *titulo* 36. *l.* 42. cum aliis, *titulo* 14. *partita* 5. Obstabit textus in *leg. cum quis* 10. *in principio, Codic. de juris, & facti ignorantia, leg. error, Codic. ad leg. Falcidiam*, ubi asseritur solventem per ignorantiam indebitam pecuniam, repetere non posse.

In qua difficultate communiter dici solet, discrimen esse constituendum inter eum casum, quo quis pecuniam civiliter, & naturaliter indebitam, ignorantia ductus solvit; & inter eum, quo soluta per ignorantiam, naturaliter erat debita, non verò civiliter: nam in primo casu, si quis solvat quod utroque jure, vel saltem naturali indebitum est, quocumque errore solvat, sive juris, sive facti, repetere poterit: juxta *textum nostrum*, & in *dicto paragrapho rectè quoque Instituit. quibus modis re contrahitur obligatio*. Ratio est; quia error juris in damno amittendæ rei suæ nemini debet esse nocivus, *leg. juris* 7. *leg. error* 8. *paragrapho final. ff. de juris & facti ignorantia*: nam is qui indebitum repetit, agit de vitando damno rei suæ amittendæ; si verò indebitum sit civiliter, debitum verò naturaliter tunc, si errore facti soluerit, repetere poterit; secus verò si juris errore solverit, & ita asserunt obtinere textum *in dicta l. cum quis*, in principio, *Codic. de juris, & facti ignorantia, leg. error, Cod. ad leg. Falcidiam*, notat Accursius *in dicta leg. cum quis, glossa* 1. & Glossa magna *in l.* 1. *ff. de condictione indebiti*.

Sed ea omissa dicendum est, quod si debitum est naturale, quocumque errore, sive juris, sive facti solvatur, semper repetitio cessat: juxta textum in *leg. naturaliter* 13. *leg. frater à fratre* 38. *ff. de condictione indebiti*: ubi indistinctè apparet propter naturalem obligationem repetitionem denegari. Deinde quia hæc condictio indebiti, ut *supra* diximus ex æquo, & bono, propter æquitatem naturalem nascitur, *dicta leg. hæc condictio* 66. *leg. indebiti* 15. *ff. de condictione indebiti*; & competit, cum recipiens sine justa causa rem habet, & cum solventis damno locupletatur; quæ ratio cessat cum quis id, quod sibi naturaliter debetur, recipit: etiam per errorem facti solutum, cum id sine justa causa apud eum non remaneat, cum re vera debitum sit, *leg. hoc jure* 10. §. *si quis servo, ff. de donationibus*, ergo quocumque errore sive juris, sive facti, naturaliter debitum solvatur, repetitio deneganda est. Notat Corrasius *in d. l. cum quis, num.* 6.

Quare omissa etiam interpretatione, quam refert Pichard. *in d.* §. *rectè quoque, Inst. quib. mod. re contrahitur obligatio. n.* 37. verius dicendum est, ideo, *in d. l. cum quis, & in d. l. error* 9. *C. ad l. Falcidiã*, pecuniæ indebitè solutæ repetitionẽ non admitti: quia tunc ex illo juris errore non agitur de damno vitando, sed de recuperando, quod jam remissum erat ab eo, qui indebitam pecuniam solverat: quo casu cum potius studeat lucrum captare quàm dãnũ futurum auferre, ad quod vitandum solum ignorantia juris prodest, *d. l.* 7. *l. errore* 8. *in fine. ff. de jur. & facti ignorantia*; non verò ad illud, quod jam contigit, *l. si fideiussor*, §. *non male ff mandati*: argumento text. in *l.* 1 *ff. ut in possessionem legatorum*: *l. penult.* §. *ult. ff. de juris, & facti ignorantia*, nisi de causa in certis juribus repetitio denegatur. Notat Cuiacius *lib.* 1. *definitionum, in d. l. error facti. ff. de juris & facti ignorantia*. Osuald. ad Donell. *l.* 14. *comment.*

comment.cap. 14. *litera F.* Julius Pacius *Centuria* 4. *quæstione* 5. Ex quo principio infertur interpretatio ad textum in *l.3.ff.ad S.C.Macedonianum; l.2.ff. de confessis*; ubi juris ignorantia ad excusationem damni non prodest, siquidem jura illa sunt intelligenda de damno quod jam contigerat;non verò de futuro,ad quod vitandum semper ignorantia juris excusat:*dicta l.7.& 8.infine, ff. de juris & facti ignorantia.*

15 Decimo tertiò, solutioni obstat textus in *l. qui exceptionem* 40. *in principio,ff.de condictione indebiti*, ubi mulier, quæ intercedendo propter consensum saltem naturaliter obligatur ; & si solverit, repetere poterit : ergo etiam si naturalis obligatio præcedat repetitio competit, ac per consequens solutio *suprà* adducta sustineri non potest. Sed respondendum est ; Ideo ibi mulierem posse repetere; et si naturaliter esset obligata : quia exceptionem perpetuam habet : in cujus favorem introducta est, quæ exceptio inutilem reddit naturalem obligationem, *l. creditores* 10. *l. creditor.* 55. *ff.de verborum significatione* : Antonius Faber *in Rationali ad textum in l. si quis* 24. *in principio,ff. de condictione indebiti*: Argumento textus in *l.nihil interest* 113. *ff. de reg juris.*

Solutioni obstant verba ejusdem textus *in fine*, ubi apparet, quod etiamsi filius exceptionem perpetuam Macedoniani habeat, si tamen paterfamilias factus solverit, repetere non potest. Pro cujus dubii solutione adnotandum est multum interesse, an exceptio perpetua,quæ ante solutionem competebat, sit inducta favore ejus, cui datur, ut est exceptio Velleiani, ut repetitio competat; an verò odio ejus, contra quem datur, qualis est Macedoniani: nam in primo casu inducitur exceptio perpetua repetitionis, non autem in posteriori; *l.sed si paterfamilias 9.ff. ad S.C. Mace.* In primo casu loquitur textus *in dicta l.exceptionem*, in *principio.* In secundo verò,*in fine*,rationem differentiæ reddit Antonius Faber *in Rationali ad textum in dicta l.qui exceptionem* 40.*ff.de condictione indebiti.*

16 Decimo quartò, huic distinctioni stabit dicere, quod facilius permittendum videbatur mulieri, ut renunciet juri suo in favorem suum introducto, quàm ut renunciet filius cum odio alterius introductum sit; & sic potius filius ex illa exceptione perpetua S.C. Macedoniani, quàm mulier ex Velleiani,repetere debebat.Pro cujus dubii solutione adnotandum est, quod exceptio perpetua, quæ non tam favore excipientis, quàm odio adversarii inducta est, non tam naturali aliqua æquitate nititur, quàm civili, ut est Macedoniani; quæ civilis ratio non potest naturalem vincere : ideoque cum filius ex consensu naturaliter esset obligatus, si solverit repetere non poterit, cum necesse sit, ut illa naturalis obligatio contraria etiam æquitate potentiori debilitetur ; qualis est æquitas illa quæ perpetuam exceptionem in favorem excipientis inducere potest: itaque, quibus mulier, quæ contra Velleianum intercessit perinde naturaliter sit obligata, atque filiusfamilias, qui contra Macedonianum mutuam pecuniam accepit : tamen non prohibetur, quin quod per errorem solvit repetere possit:quoniam naturalis æquitas,quæ favore mulierum inducit ex authoritate S. C. perpetuam Velleiani exceptionem, facit, ut nulla supereste intelligatur naturalis obligatio mulieris, cum ejus vinculum contrariæ æquitatis vinculo sublatum sit: ut in *l. Stichum*, *aut Pamphilum* 95. §. *naturalis,ff.de solutionibus* : siquidem novum non est ut æquitas cum æquitate pugnet, & fortior vincat infirmiorem *dicto* §. *naturalis*: at Macedoniani exceptio, quamvis æquè perpetua sit, tamen cum non tam naturali, quàm civili æquitate nitatur, & vincere non possit naturalem obligationem ; ideo impedire non potest, quin creditor retinere possit: ut ratiocinatur Anton. Faber *in Rationali ad textum in dicta l. qui exceptionem* 40.*ff.de condictione indebiti.*

Ita similiter est interpretandus textus in *l. Julianus* 60.*ff.de condictione indebiti*: ubi,si verus debitor à justo creditore conventus per imperitiam, amicitiam, inimicitiam, vel sordes à Judice sit absolutus, licet illa exceptio rei judicatæ perpetua sit, si debitor solverit : repetere non poterit. Ratio est; quia exceptio rei judicatæ non tam naturali æquitate nititur,quàm civili ; ac proinde naturalem obligationem tollere non potest; Et sic repetitionem denegandam fore refert Julianus *in dicta l. Julianus* 60.*ff.de condictione indebiti.* Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum*,& in *dicta l.qui exceptionem* 40.*in fine,ff.de condictione indebiti*: Cujacius *li. 3.quæst.Pauli,in dicta l.Julianus.*

Decimo quintò, adversus *textum nostrum* obstabit 17
textus in *l.domus* 52. *versic. ut etiam ff.de condictione indebiti.* Ex quo deducitur, quod si quis ex falsa causa dederit, repetitio cessat : quod omnino contrarium refert textus in *l. eleganter* 23. *in principio*, *ejusdem tituli.* Pro quorum jurium conciliatione adnotandum est, quod causa præterita obligationis, potest esse duplicis generis. Una est obligatoria, quæ dimanat ex causa efficiente, veluti stipulationis, transactionis, vel alterius contractus: Altera verò est, quæ obligatoria impulsiva vocatur,veluti ut beneficium accipiatur ; de prima est intelligendus textus *in dicta l. eleganter* 23.*ff. de condictione indebiti*; de secunda verò loquitur textus *in dicta l. domus* 25.*ff. de condictione indebiti*: siquidem non debet prodesse ei, qui indebitum solvit, quod putabat debere ex causa præterita, non obligatoria, si dicat se non fuisse soluturum si causam falsam esse putasset; siquidem condicere non potest is, qui ante solutionem perpetua exceptione tutus non fuerat : meritò cum id, quasi sponte datum videatur, non repetitur : Notat Antonius Faber *in Rationali ad textum in dicta l.damus*:52.& in *dicta l.eleganter*,in principio,*ff.de condictione indebiti.*

Decimo sextò,obstat text. in *l.sed & si me*, 22.§. *cum* 18
inter,ff. de condict.indebiti,ex quo deducitur etiam si fundus ex venditione deberetur, repeti potest, si absque itineris servitute fuerit traditus : ergo non est necesse quod indebitum sit ut repetitio competat. Sed respondendum est, quod quoties quis fundum venditum liberum tradidit, quem retenta servitute tradere debebat,verum est debitum, & indebitum aliquid tradidisse; debitum quatenus fundum tradidit, quem ex causa venditionis tradere debebat; indebitum verò quia tradidit fundum liberum, quem itineris servitute affectum tradere debebat: itaque fundum condictione indebiti condicere non potest: quia sic fieret,ut condiceret debitum, nec similiter potest condicere iter, quod non tradidit, cum numquam penes eum fuisset, igitur supereste, ut venditor contra emptorem agat ad hoc, ut iter venditori restituatur, id est ut servitus itineris ei constituatur : quam servitutem haberet, si retenta ea, fundum ita tradidisset: meritò, cum haberet retentionem perpetuam rei venditæ, donec servitus in ea constitueretur, justa de causa indebitè tradidisse videtur : nam qui fundum errore ductus liberum tradidit, quem cum servitute tradere potuit, aliquid plus debito solvisse videtur : *dicta leg. qui exceptionem* 40. *paragraph. si pars*, *ff. de condictione indebiti*, notat Antonius Faber *in Rationali ad textum in dicta l. sed & si vigesima secunda in fine,ff.de condictione indebiti*

Decimo septimò, solutioni obstabit textus in *leg.* 19
cum is 32. §. *ult. ff. de condictione indebiti*; ex quo deducitur; quod etiam si quis non habeat retentionem, sed omnino solvere deberet, potest solutum repetere, veluti, si debeat Stichum, aut Pamphilum, si per errorem credens se debere Stichum,& Stichum solverit,potest illum repetere, quod omnino contrarium refert textus in *l. si is, cui* 19. *ff. de legatis* 2. ubi is, qui hominam certum scilicet Stichum,aut decem debet, si putans se Stichum præcisè debere,& Stichum solverit, non potest eum repetere : quia verum est eum solvisse, quod debebat.

Pro quorum jurium conciliatio ne omissa interpre-
tatione,

tatione, quam refert Accurſius, & Bartolus *in dicta leg. cum is, §. ultimo, digeſt. de condictione indebiti*, Pacius *Centuria 4. quæſtione 6.* Cujacius *libro octavo, cap. 35.* Adnotandum eſt, quod is, qui hominem generaliter promiſit, ſimilis eſt ei, qui hominem æquè in genere, & incertum, aut decem promiſit; & is debitor perinde electionem habet, quem ex hominibus ſolvere velit ac ſi omnes eos certos ſub alternatione promiſerit, *l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig.* & cum in obligatione generis nullius certæ ſpeciei debitor ſit: meritò, ſi cum exiſtimaret Stichum promiſiſſe, cum hominem generaliter promiſiſſet, ſi Stichum ſolverit, repetere poterit; & ita eſt intelligendus textus *in dicta leg. cum is 32. §. ultimo ff. de condictione indebiti*, ſecus verò dicendum eſt in alternativa obligatione, non generis, ſed ſpeciei: veluti ſi quis Titium, aut Pamphilum promiſerit, licet ſolum Titium debere ſe crediderit, ſi tamen eum ſolverit, non repetit; & ita eſt intelligendus textus *in dicta leg. ſi is, qui 19. ff. de legatis 2.* Ratio eſt; quia verum eſt eum debitum fuiſſe, cum in obligatione alternativa utraque ſpecies ponatur ad obligationem, *l. ſi duo 128. ff. de verborum obligationibus*; quod in obligatione generis diverſum eſt, cum nullius certæ ſpeciei debitor ſit: ut *in dicta l. cum is 32. §. ult. ff. de condictione indebiti.* Notat Antonius Faber *in rationali ad eundem textum.*

20 Decimo octavò, putat textus in *l. ſi quis 89. ff. de condictione indebiti*, ex quo deducitur, quod etiam ſi fideicommiſſum debeatur, ſi fuerit ſolutum repeti poterit. Sed reſpondendum eſt, indebiti condictionem non ſolum locum habere ſiquid omnino indebitum ſolutum ſit, ſed etiam, ſiquid plus debito: quia & illo caſu ex parte indebitum eſt, & cum illa cautio Mutiana pro fideicommiſſo debito totum fideicommiſſum afficiat, & proinde antequam præſtetur, nulla fideicommiſſi pars debeatur; cum ibi hæredi non ſit præſtita, mirum non eſt, quod totum fideicommiſſum ante cautionem præſtitam ſolutum, tanquam indebitum, condicatur interim: id eſt, quouſque cautio præſtita ſit: quæ repetitio ſit tantum ad hoc, ut illa Mutiana cautio præſtetur, cum ſit relictum: ſub condit one de non faciendo, atque ita repetitur, quaſi plus debito ſolverit: ut rectè animadvertit Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum.*

21 Decimo nonò, obſtat textus in *l. ſi area 33. ff. de condictione indebiti*: ubi ſi quis in area Titii ædificaſſet, & Titius ædes poſſideret, is qui ædificavit condicere non poterit, qui omnino, cum jactura ædificantis, contra naturalem æquitatem locupletatur; ob cujus rationem condictio indebiti introducta eſt: *l. nam hoc natura 14. l. hæc condictio 66. ff. de condictione indebiti.* Cujus dubii ſolutio pendet ex eo, quod Julianus, *ibidem* notat; videlicet, nam cum condictio indebiti naſcatur ex quaſi contractu ex negotio geſto, vel ex quaſi mutuo, *l. 5. §. is quoque, ff. de obligationibus, & actionibus; §. penult. Inſt. de obligat. quæ ex quaſi contractu*; & is, qui area aliena, fortaſſis domino abſente, & ignorante, (ut credibile eſt) ædificaverit, cum nullum negotium inter eum, & dominum geſtum eſſe videatur, mirum non eſt, quod condictio indebiti locum non habeat cum ædificium cedat ſolo, *l. qui res 98. §. aream, ff. de ſolutionibus; l. 2. ff. de ſuperficiebus*: Diverſa ratio extat, quando quis pecuniam indebitam ſolvit: quia tunc negotium aliquod geritur inter dantem, & accipientem: at cum in ædificio in area tua perſona tua non interveniat, nullum negotium inter nos contractum videtur: ſiquidem res tua incapax ſit ullius contractus, juſta de cauſa in ſpecie propoſita repetitio denegatur, ut bene animadvertit Cujacius *lib 39. Digeſt. Juliani in dicta l. ſi in area 39. ff. de condictione indebiti*; Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum.*

22 Vigeſimò ſolutioni obſtant verba textus *in dicta l. ſi in area 83. ff. de condictione indebiti, in verſiculo, ſed is*: ubi is, qui in aliena area ædificavit, ſi ipſe poſſeſſionem tradidit, repetere non poteſt: in qua ſpecie negari non poteſt, quin inter eum, & qui accepit aliquod negotium contractum videatur: ſiquidem quidquam tradi non poteſt, niſi ſit aliquis, qui accipiat. Cui dubio reſpondendum eſt, quod licet verum ſit negotium aliquod fuiſſe geſtum inter eum, qui ædificium tradidit, & eum, qui accepit: tamen cùm negotium ſit ipſius naturæ, ex eo fiat aliquid accipientis, cùm jam ex ædificatione fuiſſet factum, & adquiſitum domino areæ: *d. l. qui res 98. §. aream, ff. de ſolutionibus*: cum ſuperveniens traditio quidquam adjicere non poſſit dominio jam antea quæſito, ex regula illa, qua docemur, quod id, quod meum eſt, amplius meum fieri non poteſt: §. *ſic itaque diſcretis, Inſtit. de actionibus*; *l. in bello 12. §. ſi quis ſervum, ff. de captivis & poſtliminio reverſis*: mirum non eſt, quod ei qui ædificavit, & tradidit, repetitio non competat, cùm nihil accipientis fecerit, cùm poſſeſſio ædificii etiam ad eum, qui ſolum poſſidet ſpectet, ſiquidem qui ſolum poſſidet, etiam ædificium poſſidere intelligitur: *l. 3. §. ſed ſi ſupra ædes, ff. uti poſſidetis*: Notat Antonius Faber *in Rationali ad textum in dictæ l. in area 33.* Julius Pacius *Centuria 4. quæſt. 8.* Et pro interpretatione ad textum *in dicta l. ſi in area 33.* in verſic. *& ideo conſtat*, videndus eſt Julius Pacius *Centuria 3. quæſtion. 99.* Antonius Faber *in Rationali ad eundem textum, in eodem verſic.*

Vigeſimo primò, obſtat textus in *leg. repetitio 44. ff. de condictione indebiti: l. de hæreditate 5. C. de petitione hæreditatis*, ubi is, qui ſolvit, quod ipſe non debebat, non repetit, quod omnino contrarium refert textus in *l. ſi pœnæ 19. §. quamvis, ff. de condictione indebiti.* In quorum jurium contrarietate, omiſſa Accurſii, & Pauli de Caſtro interpretatione *in dicta l. repetitio, 44.* & Cujacii *lib. 8. obſervationum, cap. 9.* veriſſimè eſt dicendum multum intereſſe, an quis ſuo nomine ſolvat, quaſi ipſe debeat, quod alius debet; an verò alio nomine, illius ſcilicet, qui verus debitor eſt: nam primo caſu repetitio competit; quia indebitum eſt, & ita eſt intelligendus textus *in dict. l. ſi pœnæ 19. §. quamvis ff. de condictione indebiti*: poſteriori verò caſu repetitio nulla eſt, ſiquidem cum alieno nomine ſolvit, verum debitorem etiam invitum, abſentem & ignorantem liberat; *l. ſolvendo 39. ff. de condictione indebiti*: & in hoc ſecundo caſu eſt intelligendus textus *in d. l. repetitio 4. ff. de condict. indebiti*; *l. de hæreditate 5. C. de petitione hæreditatis.*

Nec obſtabit, ſi dixeris, quod in *dicta leg. repetitio 44.* nec *in d. l. 5.* conſtat, utrùm nomine debitoris, an ſuo nomine ſolverit. Quia reſpondendum eſt ex eo conſtare nomine debitoris fuiſſe ſolutum; quia *textus* aſſerit non habere repetitionem à creditore, qui ſuum recepit: ſiquidem ſuum debitum dici non poteſt, niſi quod à vero debitore, vel ab alio ejus nomine ſolutum eſt: & patet ex illo verbo *recepit*, à cujus propria ſignificatione in re dubia recedendum non eſt: Notat Donellus *lib. 14. comment. cap. 13.* Oſualdus, *ibidem littera A.* Anton. Faber. *in Rationali ad textum in dicta leg. repetitio 44. dicta leg. ſi pœnæ 19. paragraph. quamvis digeſt. de condictione indebiti.*

Vigeſimo ſecundò, obſtabit text. *in l. cum indebitum 57. ff. de condictione indebiti*, ubi apparet, quod ſi tutor impuberis nomine debitum numeravit impuberis condictio eſt non tutoris: & tamen condictio indebiti danda eſt ei, qui dominium amiſit tradendo rem, aut pecuniam, quam non debebat: ſiquidem cum eo negotium geſtum eſt, *l. ſi in area 33. ff. de condict. indeb.* Meritò cum ipſe tutor geſſiſſet, & dominium amiſiſſet, licet pupilli nomine ſolviſſet, repetitionem habere debebat, non pupillus. Sed reſpondendum eſt, ideo pupillo, non tutori condictionem competere; quia cùm pupilli nomine ſit ſolutum, perinde adquiritur condictio pupillo, ac ſi pupillus ipſe ſolverit. Nec intereſt an tutor ſuis nummis, an pupilli ſolverit: cum tutor in omnibus fere pupilli negotiis vicedominus ſit, *l. is qui puteum 11. §. agnoſcitur. ff. de condict. indebiti*: nam id, quod à tutore geſtum eſt, ſi bona fide factum ſit perinde habetur ac ſi ab ipſo pupillo non ab alio ſit factū: in quo plus juris habet tutor, quam

procurator: tum etiam, quia verum eſt nec tutorem, nec curatorem, nec procuratorem ſolventes repetere poſſe; juxta textum in *leg. ſi procurator* 8. §. *ult. ff. de condictione indebiti.* Nec intereſſe an ſua, vel pupilli pecunia ſolutio ſit facta, dummodo non ſuo, ſed pupilli nomine fiat; *leg. indebitum quadrageſimo ſeptimo, digeſtis, de condictione indebiti.* notat Antonius Faber *in Rationali ad textum in dicta leg. cùm indebitum* 57. *ff. de condict. indebiti.*

2 Vigeſimo tertiò, ſolutioni obſtabit textus in *leg. dominus* 53. *in fine, ff. de condictione indebiti*, ubi procurator, qui mandato ſervi ſolvit, repetit; non verò ipſe ſervus. In cujus textus difficultate omiſſa interpretatione, & emendatione, quam refert Anton. Faber, *in Rationali ad eundem textum*: Verius eſt dicendum, id procedere ex æquitate, quando ob cauſam ſolutio facta eſt; quo in caſu, cauſa non ſecuta, is repetit, qui ſolvit; non verò is cujus nomine ſolutum eſt, cum potius intelligatur datum nomine illius, qui dedit, quàm illius, cujus nomine datum eſt.

Nec prædictis obſtat textus in *l.* 2. §. *ſi quid, l.* 3. 4. & 5. *ff. de condictione indebiti*, ubi hæres, qui proprio nomine ſolvit, ſi ab eo hæreditas evincatur, repetere non poteſt: Quia reſpondendum eſt, ideo non poſſe repetere, quia eo ipſo, quod hæreditas ad alium cæpit pertinere, videtur ſolviſſe nomine veri hæredis: atque ideò vero hæredi condictio competit; non tamen poſſeſſori ſolventi: de quibus latè tractat Ant. Faber *in Rationali ad dicta jura.* Omitto enim alia plura, quæ in præſenti adduci poterant, ne hoc opus faſtidioſum videatur; præcipuè quia de hac ſecunda noſtri text. parte latè tractat Anton. Faber *in Rationali ad titulum, ff. de condictione indebiti.*

TITULUS XXIV. DE Donationibus.

Ad textum in cap. Prudentes 1. hujus Tituli.

SUMMARIUM.

1 *Liberalis, in donando, exiſtimat ſe debere, quod donat.*

2 *Donatio ex quadam liberalitate nullo jure cogente proficiſcitur.*
Nobilitas homines magnificos, & liberales facit.
Liberalis virtuoſus eſt, & delectatur, cum operatur ſecundum regulam propriæ virtutis.
Beatius eſt dare, quam accipere.

3 *Exponitur textus in* cap. intellecto 33. de jurejurando.
Perpenditur textus in cap. Conſtantinus, *el ſegundo*, 96. diſtinct.

4 *Conſtantinus Imperator omnem temporalem poteſtatem, & univerſa Imperii jura Eccleſiæ Romanæ donavit.*
Conſtantinus Imperator à lepra per baptiſmatis lavacrum fuit liberatus.

5 *Declaratur textus in* cap. grandi, de ſupplenda negligentia Prælatorum, lib. 6.
Portugalliæ Regis Hiſtoria refertur.

6 *Nemo præſumitur ſuum donare.*
Tria in donationibus ſunt attendenda.
Expenditur textus in cap. cum dilecti 6. de donationibus.
Remiſſivè elucidatur textus in l. filius 7. §. nonnunquam, ff. de donation. l. final. C. de prædiis Decurionum, lib. 10.

CONCLUSIO.

1 *Liberalis in donando exiſtimat ſe debere, quod donat.* Conſonat textus in *c. non ſatis*, 86. *diſtinct. cap. cum ſicut* 8. *de conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris; c. prædicator*, 16. *q.* 1. *c. cum Martiæ, de celebratione Miſſarum; c. Conſtantinus*, 96. *diſt. c. ſedes*, 15. *in principio, de reſcriptis, c. cum dilecti* 6. *hoc tit. Actu. Apoſt. c.* 25. ibi, *beatius eſt dare, quàm accipere: c. & ſi q.* 18. *de ſimonia; cap. grandi, de ſupplenda negligentia Prælatorum, lib.* 6. *cap. jam nunc*, 28. *q.* 1. *l. cedere*, §. *munus, ff. de verbor. ſignific. l. ſi quis rogatus*, §. *ult. ff. ad S. C. Trebel. l. cum multa, C. de bonis quæ liberis; l.* 1. *in fine, Cod. de caducis tollendis; l.* 1. *l. filius*, §. 1. *ff. de donat.* Gloſſa *in l. uxori, ff. de legatis* 3. *l. donari, ff. de regul. juris; l. Campanus* 47. *ff. de operis libert. l. qui fundum* 7. §. *ſervus meus, verſicul. ultimo: ff. pro emptore; l. donare* 29. *ff. de donat. leg. filius familias*, §. 1. *verſicul. nonnumquam, ff. eodem; l. penult. Cod. de donationibus inter virum, & uxorem; leg.* 2. *Cod. de Conſulibus, lib.* 12. *leg.* 2. *Cod. de præpoſitis agentium in rebus eorum, lib.* 12. *l.* 1. *titulo* 4. *partita* 5. *leg.* 8. *titulo* 9. *partita* 2. Exornant Tiraquellus *de Nobilitate, cap.* 37. *nu.* 34. Maſcardus *concluſione* 555. *n* 58. *& concluſ.* 982. *n.* 5. Chaſſaneus *in Catalogo Gloriæ Mundi, parte* 5. *conſideratione* 8. *& parte* 8. *conſideratione* 35. Palacios Rubios *in repet. Rubrica de donat. inter.* §. 9. *n.* 1. *cum ſequentibus.* Thomas Sanchez *de Matrimonio, lib.* 6. *diſput.* 25. *n.* 19. Mantica *de tacitis, & ambiguis conventionibus, lib.* 13. *titul.* 17. *n.* 7. Surdus *de alimentis, titulo* 6. *quæſt.* 11. *n.* 46. Matienço, *in leg.* 1. *titulo* 10. *gloſſa* 1. *n.* 2. *lib.* 5. *Recopilationis*: Otalora *de Nobilitate*, 5. *parte, cap. final. n.* 14. Didacus Perez *in leg.* 1. *titulo* 1. *lib.* 4. *Ordinamenti, columna* 1315. Bobadilla *in Politica*, plures referens *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 4. *litera C.* & plura Sacræ Scripturæ teſtimonia refert Pater Torres *in Philoſophia Morali Principum, lib.* 22. *cap.* 1. & 3. Oſualdus ad Donellum *lib.* 5. *Comment. cap.* 2. *litera B. & lib.* 20. *cap.* 8. *litera C.* Antonius Pichardus *in Rubrica Inſt. de donationibus: cap.* 1. *n.* 16. Hermoſilla 1. *tomo in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopilationis, gloſſa* 2. *n.* 8. Menchaca *de ſucceſſionum creatione, lib.* 3. §. 26. *n.* 44. cum traditis à Barb. *in Collect. ad noſtrum textum.*

Ratio eſt: quia donatio ex quadam liberalitate nullo 2
jure cogente proficiſcitur: ut demonſtrat textus noſter: ibi, *quod ſponte tribuit: & leg.* 1. *in principio: leg. donari, ff. de donationibus: leg. donari. ff. de reg. juris, leg. rem legatam, ff. de adimendis legatis*: nobilitas autem homines magnificos, & liberales facit: docet Tullius *in oratione pro Rege Dejotaro*, & hanc ſibi quodammodo nobilitas legem imponit, ut debere ſe, quod ſponte tribuit, exiſtimet; & niſi in beneficiis creverit, nihil ſe præſtitiſſe putet: nam liberalis virtuoſus eſt, & delectatur, cum operatur ſecundum regulam propriæ virtutis; notat Ariſtoteles 4. *Ethic. cap.* 1. ideo cum liberalitas ſit virtus ſecundum quam quiſque liberalis operatur ex debito virtutis, & putat ſe teneri ad taliter donandum, juxta textum in *leg.* 1. *ff. de donationibus*; quare ſuperabundantia divitiarum datur aliquibus à Deo, ut meritum virtutis bonæ diſpenſationis adquirant; ideo liberalis plura laudabiliter in alios expendit, quàm in ſe ipſum; Notat Divus Thomas 2. 2. *quæſt.* 117. *art.* 1. Præterea quia quemadmodum hominis virtus eſt quædam ſimilitudo divinæ bonitatis, notat Divus Thomas, *ubi ſupra art.* 6. & cum Deus ſemper in nos quotidie effundat & multiplicet beneficia; & affirmet, quod beatius ſit dare, quàm accipere; ut conſtat, *ex actuum Apoſt. cap.* 20. ideo juſta de cauſa liberalis virtuoſus maximè laudatur, & gaudet ex donatione: notat Divus Th. *ubi ſupra art.* 4. Sed quamvis liberalis exiſtimet ſe debere, quod donat per legem virtutis, quam ſibi ſponte imponit; tamen, ſi aliquid dat caſu, in quo per legem extrinſecam cogitur illud dare, ab hujuſmodi actu non dicitur liberalis; *l. rem legatam, ff. de adimendis legat.*

ſiquidem

ſiquidem tunc tantum quis donare videtur, quando nullo jure cogente dat, non verò, quando ex neceſſitate facit: *dicta leg. donari, ff. de reg. juris; leg. donare, ff. de donationibus*: Notat Abb. *in præſenti numero primo, & ſecundo.*

Primò noſtri textus concluſio difficilis redditur ex 3
text. in cap. intellecto 33. *de jurejurando*, ubi, illuſtris Hungariæ Rex alienationes quaſdam, & donationes fecit jurium Regni ſui, & rerum ad honorem Regiæ Coronæ ſpectantium, & juramentum de non revocandis eiſdem fecit; & tamen decernitur donationes illas, & alienationes illicitas, invalidas eſſe: ergo donationes factæ ab Imperatoribus, qui in ſupremo nobilitatis gradu conſtituti ſunt, valere non debent, & ſic Nobilium propria virtus non eſt, liberalitates exercere, & donationes facere.

Sed reſpondendum eſt, quod licet Imperatori ratione ſupremæ nobilitatis major munificentia, & liberalitas conveniat, ob id ejus donationes latiſſimam recipiant interpretationem: *cap. olim de verb. ſignific. cap. ex parte, de decimis, cap. quia circa de privilegiis, leg. beneficium, ff. de conſtitutionibus Principum* eum infrà referendis, in *cap. 2. hoc titulo*, & ita vires accipiant, ut non poſſint ab ejus ſucceſſore revocari: *c. Abbate ſane, de re judicata, lib. 6. l. pen. C. de donat. inter*: Notat Bartolus in *l. 1. §. cum urbem, n. 4. ff. de offic. præfecti urbi*: Decianus, *lib. 1. conſilio*, 25. *n. 4.* Mantica *ubi ſupra, n.* 16. tamen jurium Regni, & rerum Regiæ Coronæ afferunt detrimentum, & multum lædunt Imperii dignitatem, à Principe fieri non poſſunt: & ideò improbantur, & irritæ judicantur ab Honorio III. *in dicto capite intellecto trigeſimo tertio de jurejurando*; ibi, *in præjudicium Regni ſui, & contra Regis honorem*: docet Covarruvias *cap. quamvis pactum, ſecunda parte; paragrapho ſecundo, numero quarto*, Suarez *ſecundo tomo, de Religione, libro ſecundo, de juramento, capite trigeſimo, numero nono*, Guttierrez *de juramento, capite trigeſimo, numero nono*, Cenedus plures referens *in Collectaneis ad Decretales, Collectanea* 109. Præcipuè cum Rex ille in ſua coronatione juraſſet jura Regni ſui, & honorem Coronæ, illibata conſervare: meritò, ſi poſtea juramentum præſtitiſſet ſe non revocaturum donationes ab ipſo factas, illicitum profecto juramentum cenſetur, & propterea penitus non eſt ſervandum: notant Covarruvias, & Guttierrez *locis ſupra citatis*. Barboſa *in dicto cap. intellect. 33. de jurejurando, n. 2. & 3.* Acunna *ad primam Decreti partem, in dicto capit. Conſtantinus* 2. 96. *diſtinctione, numero undecimo*. Poterit tamen imperator ex juxta cauſa in ordine ad ſui Regni utilitatem modicas, vel immodicas prædictorum bonorum donationes facere: juſta textum in *l. 2. & 3. titulo 9. libro 5. Recopillationis*: notat Antonius Gabriel *libro 3. Communium, titulo de jure quæſito non tollendo, concluſione 5. numero* 48. Molina *de juſtitia, & Jure tractatu 2. diſputatione* 25. *verſicul. cum autem*: Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, 1. part. titul. 8. cap. 2. num.* 71. & 72.

Secundò ſolutioni obſtat textus in *cap. Conſtantinus* 4
el ſegundo, *nonageſima ſexta diſtinctione*, ubi Conſtantinus Imperator deſiderans Apoſtolicam Romanam Sedem temporali adjutorio, ac Majeſtate ſplendeſcere, in pluribus Terris, & Provinciis, omnem temporalem poteſtatem, dominium, & univerſa Imperii jura Eccleſiæ Romanæ donavit, quæ Conſtantini Imperatoris donatio, etſi totius Imperii ſit facta, non revocatur imò potiùs laudatur, & approbatur in *cap. fundamenta, de electione, lib. 6. & in Clementina 1. de jurejurando*; *cap. ego Ludovicus*, 63. *diſtinctione, Clem. 1. de jurejurando*; *cap. futuram*, 16. *quæſtion. 1.* & hanc donationem, contra hæreticorum opinionem, firmam fuiſſe latiſſimè defendit Turrecremata, *lib. 2. de poteſtate Eccleſiæ: cap.* 42. Pelagius, *lib. 1. de immunit. Eccleſiæ cap.* 43. *& lib. 2. cap.* 29. Hieronymus de Monte *de finibus regundis, cap. 11. n. 11.* cum traditis ab Acunna *ad primam partem: in dicto cap. Conſtantinus*, el ſegundo, 98. *diſt. cap. 1. num. 1.*

Cui dubio reſpondendum eſt, donationem illam ab Imperatore Apoſtolicæ Sedi factam valuiſſe: quia nullum præjudicium attulit Imperio, ex eo, quod rerum Eccleſiæ donatarum optima menſura eſt immenſitas: quia etſi plura dent Imperatores Deo, ejuſque Eccleſiæ, multò majora ab eo accipiunt: ut eleganter refert textus *in authent. de non alienandis rebus Eccleſiæ, §. ſi minus, collatione 2.* nam quod Eccleſiæ donatur, Deo redditur, à quo omne bonum, & donum optimum provenire Apoſtolus docet; & ideo cum Davide 1. *Paralipomen. cap. ultimo*, dicere potuit Conſtantinus: *Tua ſunt omnia, Domine*; & *quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi*, & divino ardore promotus fuit Conſtantinus ad donationem illam peragendam, propter lepræ curationem, à qua in Baptiſmatis lavacro fuit mundatus; & propter victoriam contra Maxentium feliciter obtentam; quare Divus Petrus Conſtantino Imperatori apparuit, ut refert Acunna *in dicto capite Conſtantinus, n.* 8. qua de cauſa Principes omnes, qui in Eccleſias magnifici, & liberales extiterunt, de hoſtibus ſuis fæliciter triumphum ſunt conſecuti, & Imperium, ſeu Regnum ad longiſſimam poſteritatem traduxerunt: ut latè proſequitur Boſſius *de ſignis Eccleſiæ, tomo tertio, libro 20. capite* 89. Bellarminus *tomo primo, controverſiarum lib. 4. de Eccleſia Militante, capit.* 18. Tum etiam valida cenſetur illa Conſtantini donatio Romanæ Eccleſiæ facta: quia hoc modo dominus ſuccurrere voluit Eccleſiæ ſuæ in miſero rerum ſtatu exiſtenti, ut ſic opibus opulenta facilius poſſet contrariis omnibus reſiſtere, qui eam tanquam omni auxilio deſtitutam oppugnabant: juxta textum in *capite fundamenta, de electione, lib.* 6. Præterea, quia apparet hujuſmodi donationem non à ſolo Conſtantino fuiſſe factam, ſed ab eo ſimul cum Satrapis, Optimatibus, Senatu, ac Populo; ut conſtat ex *dicto cap. Conſtantinus, vera ſiculo, una cum omnibus Satrapis noſtris, capite fundamenta, de electione, lib.* 6. qui quidem Populus, conſentiente Imperatore, in quem omnem poteſtatem tranſtulit, *leg. 1. ff. de conſtitution. Principum*, rectè poterat ipſam poteſtatem, & dominium in alium transferre: argumento textus in *cap. de regulis juris, in Decretalibus* ut recte ratiocinatur Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi, parte 3. titulo 3. capite ſecundo num.* 82. & fundamentis omnibus, quibus hæretici impugnare conantur illam Conſtantini donationem, eruditè ſatisfacit Acunna *ad primam Decreti partem, in d. cap. Conſtantinus* el ſegundo, 96. *diſt. ferè per totum*; atque ideo conſultò omitto.

Tertiò prædictis valde obſtat textus in *cap. grandi,* 5
de ſupplenda negligentia Prælatorum, lib. 6. ubi Summus Pontifex Portugalliæ Regi nobilem virum Comitem Bolonienſem ipſius Regis fratrem coadjutorem dedit, ut Regnum ipſum maturiùs reformaret, curam, & adminiſtrationem generalem ac liberam, tam prò dicti Regis, quàm ipſius Regni utilitate ei conceſſit; ut Eccleſias, ac perſonas Eccleſiaſticas, quas ipſe vexabat, & vexari permittebat, defenderet, & donationes omnes ab ipſo factas revocaret, & donata ſalubriter repararet, ut conſtat ex eodem textu ibi: *ac deperditorum inibi recuperationem*, juncta ejus Gloſ. *verb. liberam.* Ex quo *textu* expreſsè deducitur, donationes à Rege Portugalliæ factas, inutiles, & invalidas eſſe, ab ejuſque Coadjutore revocari debere. Ergo Nobilium peculiaris liberalitas, & munificentia non eſt in eo, quod donant, cum donationes ab ipſis factæ perpetua ſtabilitate non gaudeant, ſed ab eorum ſucceſſoribus revocentur.

Sed reſpondendum eſt in ſpecie illius textus minimè probari, non poſſe Reges, qui primum, & ſummum nobilitatis gradum tenent, donationes facere, & liberalitates exercere: quia id eſſet expreſsè contra noſtri textus ſententiam: ſed tantum ibi irritæ decernuntur donationes, quas prædictus Portugalliæ Rex fecit: quia eas contulit de juribus Regni, & rebus Coronæ in præjudicium ipſius, & Regalis dignita-

tis, ad instar furiosi, & prodigi, non servata rectitudine, & meta liberalitatis: Quo in casu, donationes illæ ipsis Regibus interdictæ sunt: *dicto cap. intellecto, de jurejurando.* Et quod de illis donationibus sit locutus Innocentius IV. *in dicto cap. grandi*, manifestè constat ex verbis illius textus semel, atque iterum repetitis, ibi, *ac deperdito*, & ibi *eidem Regno destructioni oppositi.* siquidem donationes illæ, quæ non servatis circumstantiis ad rectitudinem, & mediocritatem actionis liberalis requisitis fiunt, potius perditiones, & prodigalitates, quam donationes appellari debent: juxta text. in *l. filius, ff. de donationibus*; *l. contra juris, ff. de pactis*: & ea de causa merito *in dicto cap. grandi*, revocantur: ut docent Archidiaconus *ibid. n.* 1. Barb. *in Collect. ad eundem textum, n.*5. Difficultatem autem, quam hujus textus contextura involvit, ea est, scilicet quare pro dando Coadjutore Regi Portugalliæ ad Summum Pontificem recursum fuit? & eam nec ponimus, nec exponimus: quia nostræ notitiæ non est, nec his, quæ discutimus, concinit. Interim tantum consulendus Barb. *de potestate Episcopi*, 1. *parte, tit.* 3. *c.* 2. *n.* 51. Parladorius *lib.* 2. *rerum quotidianarum*, *cap.* 21. qui varias, ac diversas, ad eum textum assignant rationes.

6 Quartò, prædictis obstat vulgare illud principium, quo docemur, quod nemo præsumitur suum donare, *l. cum de indebito* 25. §. *si vero, ff. de probationibus*; *l. final. C. de donat. l. Campanus, C. de operis libertorum*; *l. si cum aurum. ff. de solutionibus*; nam regulariter donatio non præsumitur, cum nemo credatur velle suum patrimonium jactare: *c. super hoc, de renunciatione*; notat Mascar. *de probationibus*, *conclus.* 555. Surdus *de alimentis*, *tit.* 6. *q.* 5. *n.* 7. Flaminius *de resignatione*, *lib.* 8. *q.* 1. *n.* 5. Richardus *in principio Inst. quibus non est permissum facere testamentum*, *n.* 66. nam lex omnibus modis præsumptioni donationis resistit, & interpretatio prudentum captiosam liberalitatem fregit: *l. cum Aquiliana, ff. de transactionibus*: & ideo in dubio dicimus magis favendum esse repetitioni, quàm adventitio lucro; *l. non debet*, §. *in re dubia, ff. de regul. juris*; docent, & illustrant Mantica *de contractibus*, 2. *tomo*, *lib.* 13. *tit.* 9. *per totum*: Tiraq. *de Nobilitate*, *c.* 37. *n.* 47.

Pro cujus dubii solutione adnotandum est, in donatione tria maximè esse attendenda: scilicet persona dantis, accipientis qualitas, quantitas muneris, & donationis tempus: ut refert Alexander III. *in c. & si quæstionem* 18. *de Simonia*: ubi latè explicant requisita illa, Abb. & Barbos. *n.*2. Unde apparet regulam *suprà* adductam cessare, si persona quæ donat, nobilis est; quia Nobiles in dubio ex nostri textus decisione animum donandi habent, & semper liberales existunt: ut expressè demonstrat Scævolæ sententia relata in *leg. uxori* 33. *ff. de legatis* 3. ubi, maritus pro uxore centum aureos creditori solvit, & ornamentum pignori positum fuit: postea testamento facto uxori suæ legavit quidquid ad eum, in stipulatum ei conceserat, & amplius vicenos aureos annuos: quæsitum fuit in hac specie, an hos centenos aureos hæredes viri ab uxore, vel hæredibus ejus repetere possent? respondit Scævola, si donationis causa creditori solvisset, teneri hæredes ex causa fideicommissi repetere, atque etiam petentes exceptione submoveri, quod præsumptum esse debet (inquit *Scævola*) nisi contrarium ab hæredibus probetur. Cujus ratio ex eo provenit; quia vir ille, qui creditori uxoris centum solvit, nobilis erat, & uxor conjuncta persona: *dicto cap. & si quæstionem*, *de Simonia*: quia cum ex nobilitate ipsa liberalis, & munificus sit, ad donationes faciendas se reputet obligatum, ex *textu nostro* cum *similibus*, solutio illa, potius præsumitur donationis causa facta, quàm animo obligandi uxorem; & ea de causa hæredes, si centum repetant, ex causa fideicommissi restituere tenentur uxori, vel ejus hæredibus; & si non repetant, exceptione summovendi sunt: docet Glossa *ibi*, *verbo*, *quod præsumptum*; & post eam Bart. *ibid.* Tiraquellus, *dicto cap.* 87. *num.* 47.

Ex eodemque fonte dimanat interpretatio ad textum in *cap. cum dilecti*, 6. *hoc titulo*, *de donat.* ubi proponitur, Nobilem virum quasdam terras purè, & simpliciter Monasterio donasse, item aliam terram eidem Monasterio concessisse sub conditione pensionis, ut si forte pensio non solveretur, redigere posset terram illam in forestam, quo defuncto, filius terras illas violenter in forestam redigere cupiebat; Judices, quibus causa commissa fuit, discusso negotio, dubitarunt pro qua parte sententiam ferrent? & ideo causam instructam cum instrumento donationis ad Pontificem remiserunt: rescribit Pontifex eisdem Judicibus mandans, ut sententiam pro Monasterio, appellatione remota proferant: quia ex tenore instrumenti evidenter apparet, quod hæc fuit mens, & intentio donatoris, ut clausula de foresta, quæ in fine instrumenti ponitur, non ad superiorem donationem, sed ad inferiorem concessionem, quæ pensionem habet insertam, referatur; redditque rationem, quia in contractibus plena, in testamento plenior, in donationibus plenissima interpretatio facienda est; ex quo loco manifestè deducitur, donationem à Nobili viro Ecclesiæ factam, plenissimè accipiendam & interpretandam esse, adeo quod, licèt clausula in fine instrumenti adhibita ad omnia præcedentia soleat referri, *cap. Apostolus* 32. *quæst.* 7. *cap. Secundi requiris* 41. *de appellationibus*, cum *infra* tradendis *in dicto cap. cum dilecti* 6. *hoc titulo*; tamen in hac specie, post duas donationes à Nobili viro factas, onerosa clausula appolita posteriorem donationem tantum respicit, siquidem verba cujusque dispositionis sunt ampliandæ, vel restringendæ, secundum mentem disponentis, *cap. humanæ aures*, 22. *quæst.* 5. *cap. intelligentia*, *de verborum signific.* quæ mens in dubio colligitur ex ratione expressa in dispositione, vel ex aliis verisimilibus conjecturis: verisimile autem non est, quod per onus impositum in una re, nobilis ille donator voluerit gravare priorem donationem purè, & liberè factam, ne in continenti corrigat liberalitatem à se factam: & sibi ipsi videatur esse contrarius: quia ex nostri textus sententia Nobilis donans, propter nullam aliam causam dat, quàm ut liberalitatem, & munificentiam exerceat, cujus se ipse existimat debitorem, & ideo in dubio præsumendum est, quod sicut Nobilis ille fuit magnificus in concedendo, ita etiam voluit verba sua plenissimè esse interpretanda, & donationem etiam plenissimum sortiri effectum: qua de causa clausula onerosa in fine posita, in dubio refertur tantum ad ultimam donationem, non ad priorem: docent Abb. & Hostiensis, *ibidem*, *nu.* 6. de quo nos latè supra agemus *in dicto cap. cum dilecti* 6. *hoc titulo*, videndus est etiam *textus in leg. filius* 7. §. *nonnunquam*, *ff. de donationibus*; & textus difficilis *in leg. final. Codice de prædiis Decurionum*, *lib.* 10. De cujus interpretatione latè scripsimus in *cap. nulli* 5. *de rebus Ecclesiæ*; in *decimo dubio.*

Ad textum in cap. Fraternitatem 2. cap. Cæterum 3. capit. Apostolicæ, 9. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1 *Donatio non valet, quam facit Prælatus inconsulto Capitulo.*

2 *Episcopus, & quilibet Prælatus rerum Ecclesiasticarum Procurator est, non dominus; & ideo conditionem Ecclesiæ meliorem facere potest, non deteriorem.*

Donator præsumitur rem perdere.

3 *Interpretatur textus in* cap. Cæterum 3. de donationibus.

Prælati, Decuriones, Tutores, de rebus Ecclesiæ, Civitatis, vel pupilli parvas donationes, vulgo aguinaldos,

aguinaldos, *ſine debita ſolemnitate facere poſſunt.*

Exponitur textus in capit. ad hæc 8. de teſtamentis.

4 *Declaratur textus* in cap. cum olim 14. verſ. præterea, de privilegiis.

5 *Ratio redditur ad Concilium Toletanum* 9. cap. 5. *relatum* in cap. bonæ 74. 12. q. 2.

6 *Diluciditur Concilium Toletanum* 3. cap. 4. *relatum* in cap. ſi Epiſcopus 73. 12. quæſt. 2.

7 *Ad concordiam reducitur textus* in cap. ad audientiam 3. de Eccleſiis ædificandis, *cum* d. c. ſi Epiſcopus 73. 12. quæſt. 2.

8 *Expenditur Concilium Cabilonenſe relatum* in c. Eccleſiæ 43. 16. quæſt. 1.

9 *Inveſtigatur ratio ad Concilium Aurelianenſe* 4. cap. 33.

10 *Solutio deponitur ad textum in* c. quicumque 66. 12. q. 2. c. ult. 16. q. 6.

11 *Alienatio licet Curialibus ſit prohibita, non tamen cenſetur donatio.*

Remiſſivè interpretatur text. in l. final. C. de prædiis Decurionum, lib. 10.

CONCLUSIO.

1 NOn valet donatio, *quam facit Prælatus inconſulto Capitulo, & in damnum Eccleſiæ.* Conſonat textus *in cap. nulli* 5. *verſic. donationem, de rebus Eccleſiæ; cap. ſine exceptione* 52. 12. *quæſt.* 2. *cap.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælatis; cap.* 1. *de in integrum reſt. minorum; cap. quod autem, de jure patronatus; cap. præſenti*, juncta ejus Gloſſa *de officio Ordinarii; lib.* 6. *cap. ſi quis presbyterum, de rebus Eccleſiæ*: *cap. Paſtoralis* 7. *cap. Apoſtolicæ* 9. *hoc titulo; Extravag. ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ*: c. 2. *de precariis; cap.* 2. *de rerum permutatione; l. ignorantis, ff. de Procuratoribus; cap. ult.* 12. *quæſt.* 2. *l. contra* 18. §. *ultim. ff. de pactis, l. pactis* 22. *ff. eodem: l.* 1. §. 1. *ff. quæ res pignori: leg. ſicut* 8. §. *an pacifci ff. quibus modis pignus: l.* 3. §. *ſi ſervus, ff. de donat. inter: l.* 1. *verſic. denique. ff. de officio Procuratoris Cæſaris: l.* 3. §. *plane. ff. quod vi aut clam: leg.* 1. *Cod. de bonis maternis: l. ult. C. de Curatore furioſi; l. tutor* 22. *leg. Lucius* 46. §. *ultim. ff. de adminiſt. tutorum, leg. ſi quis* 42. §. *ſi ſervus meus. ff. de furtis; l.* 1. *in fine principii. ff. de rat. & ration. diſtrahen leg.* 4. *tit.* 14. *leg.* 8. *titulo* 21. *partita* 1. Exornant Navarrus *de reditibus Eccleſiæ, quæſt.* 1. §. 21. *n.* 1. *&* 3. Duennas *regula* 220. Tiraquellus *in leg. ſi unquam, verbo, donatione, n.* 174. Gutierrez *in practicis, lib.* 2. *quæſt.* 114. *n.* 13. Eſcobar *de ratiociniis, cap.* 24. *n.* 1. *&* 8. Molina *lib.* 2. *de primogeniis, cap.* 10. *n.* 42. *&* 49. Garcia *de Expenſis, cap.* 20. *n.* 9. *verſic. inde Prælatus*: Puteus *deciſione* 304. *parte* 1. *in antiquis*: Tuſchus *tomo* 3. *litera E, concluſione* 687. Menochius *de arbitrariis, caſu* 434. Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi, parte* 3. *alleg.* 114. *n.* 33. cum ab eo traditis *in collect. ad noſtrum textum, n.* 1. *&* 2.

2 Ratio eſt: quia cum Epiſcopus & quilibet Prælatus Eccleſiaſticarum rerum ſit procurator, & non dominus, conditionem Eccleſiæ meliorem poteſt facere, non verò eam deteriorare: juxta textum *in capite primo de in integrum reſtitut. capite ſecundo, de locato*; & cum donatio ſit ſpecies alienationis, *capit. nulli, de rebus Eccleſiæ*: quia per eam donator dicitur perdere, *leg. filius, ff. de donat.* & res Eccleſiæ non poſſint per prælatum ſine conſenſu Capituli, & non niſi in evidentem Eccleſiæ utilitatem intercedente Superioris licentia alienari, *capit ſine exceptione*, 12. *quæſt.* 2. ideo donatio facta à ſolo Prælato de rebus Eccleſiæ non tenet, & per ipſum, vel ejus ſucceſſorem eſt revocanda: juxta textum *in capit.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælato*: notat Cujacius *in poſthumis ad noſtrum textum.*

3 Primò, obſtare videtur textus *in cap. cæterum* 3. *hoc titulo*, ex quo deducitur ratam eſſe donationem rei Eccleſiæ ſine ulla ſolemnitate factam. Sed reſpondendum eſt, textum *in dicto cap.* 3. non abſolutè donationem permittere, ſed tunc demum ſi rei donatæ parva quantitas ſit, & mobilis, ſuffultaque conſuetudine loci, nec Eccleſiæ damnum afferat: notat Cujacius *in poſthumis ad noſtrum textum*, Eſcobar *de Ratiociniis, cap.* 24. *n.* 8. qua conſuetudinis ratione receptum eſt, Prælatos, Decuriones, Tutores de bonis Eccleſiæ, Reipublicæ, vel minoris, prædictas parvas donationes vulgò *aguinaldos* poſſe facere; *l. cum plures tut.* 12. §. *cum tutor. ff. de adminiſtratione tut.* vel modo, *ſolemnia munera, l. ſed & ſi,* §. *ſi vir uxori ff. de donat. inter*: Cujac. *lib.* 38. *Pauli, ad edictum, in d.* §. *cum tutor*, Eſcobar, *d. cap.* 24. *num.* 21.

Unde infertur interpretatio ad textum in *cap. ad hæc* 8. *de teſtamentis*, ubi nonnulli aſſerunt, ideo permitti Clericis ægrotis donationem modicam facere contemplatione eleemoſynæ: quia donatio illa facta fuerat de bonis ipſius Eccleſiæ; juxta textum *in dicto cap. cæterum* 3. *hoc titulo.* Notat Abb. *ibidem*: Molina *lib.* 1. *de primogeniis, cap.* 10. *n.* 42. Sed hæc expoſitio apertè repugnat menti, & verbis illius *textus*, ubi de bonis intuitu beneficii quæſitis fit mentio; ſed tunc acriter urget, quod ſi donatio eſt de his bonis, utique rata habenda erit, ſive modica, ſive immodica fuerit, quaſi facta ab eo, qui verus dominus bonorum eſt; ex traditis à Molina *dicto cap.* 10. *n.* 33. Pater Molina *de Juſtitia, & Jure, diſput.* 148 *n.* 6. Fachineo *lib.* 5. *controverſiarum, cap.* 89. Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi, 3. parte, allegatione* 114. *n.* 4 Cujus difficultatis vitandæ cauſa variæ ſolent adduci interpretationes ad textum *in d. c. ad hæc*: ſed frequentius obtinuit, ideo ibi in ægritudine donationes immodicas improbari, quia fraudandæ legis Canonicæ cauſa, de qua in *c. cum in officiis, 7. de teſtamentis*, factæ præſumuntur: Argumento *leg. filiæ* 59. *ff. ſoluto matrimonio: l. ſi filiæ* 59. *ff. de divortiis*, ac per inde haberi debent, ac ſi in teſtamento fierent: Argumento *text. in c. de his, de ſepulturis.* notat Covar. *in dicto cap. ad hæc, de teſtamentis*: Sarmiento *de reditibus*, 4 *parte, c.* 4. *n.* 7. Barb. *de poteſtate Epiſcopi*, 3. *p. alleg.* 114. *n.* 35. Idem *in Collect. ad eundem textum, n.* 4.

Ego verò (licet aliquando aliquid ex his mihi placeret) nunc re maturiùs conſiderata mihi perſuadeo, Clericos etiam in ægritudine poſitos poſſe facere donationes immodicas de his bonis, ſi modò nulla fraus interveniat. Nec me movet, aut mutat deciſio textus *in dicto cap. ad hæc*: ex quo nihil aliud deducitur, quàm argumentum à contrario ſenſu; quod videtur donationes immodicas excludere, cum tantum modicas permittat: quoniam hoc argumentum nihil contradicit ſtantibus juris principiis in contrarium: ut rectè docet Molina *de primogeniis, dicto cap.* 20. *n.* 24. Ex quibus conſtat non admitti vulgarem ſolutionem diſtinguentem inter donationes modicas, & immodicas à Doctoribus traditam in bonis intuitu beneficii quæſitis; ſed tantum in bonis Eccleſiæ: juxta *text. noſtrum*, & text. *in d. c. cæterum* 3. *hoc tit.*

Secundò ſolutioni obſtat text. in *cap. cum olim* 14. *verſicul. præterea, de privilegiis*: ubi conſtat, donationem ab Epiſcopo in ægritudine conſtituto factam, etiam de bonis intuitu Epiſcopatus quæſitis improbari: quia immodica fuerat: ut ſentiunt Joannes Andreas, *ibidem num.* 8. Abbas *num.* 8. *&* 15. Butrius *n.* 25. Verum eorum ſententiis omiſſis, dicendum eſt, ideo ibi irritam fuiſſe donationem, non quia immodica fuerat: nam cum facta fuiſſet de bonis intuitu Epiſcopatus quæſitis, nihil intereraat an modica, vel immodica eſſet ut *ſuprà* retulimus; ſed ex eo præcipuè, quia Epiſcopus non erat donator ſecularis, quo caſu donatio valeret. Notat Gloſſa verbo, *reſervari*, in *cap. ultimo de officio Ordinarii lib.* 6. ſed erat Regularis, qui cum poſſ Epiſcopatum adhuc maneret Regiolus in his, quæ non obſtant executioni muneris Epiſcopalis, & cum incapax ſit dominii bonorum, quæ quæſivit; notat Sanchez *lib.* 6. *ad præcepta Decalogi, cap.* 6. *n.* 8. Barb. *dicta* 3. *parte, allegatione* 114. *n.* 18. mirum non eſt, ut bona illa donare non

4

possit; cum potius suæ Ecclesiæ, quàm sibi ea comparasset, *cap. unic.* 18. *quæst.* 1. docet Abb. *in cap. in præsentia, num.* 67. *de probationibus*, Emmanuel Rodriguez *tomo* 3. *Regularium, quæst.* 69. *art.* 4. Molina *d. cap.* 10. *num.* 28. Azor. *lib. instit. moralium, cap.* 10. *quæst.* 6. Cardinalis *in dicto capit. cum olim, oppositione* 9. Butrius *ibidem, num.* 55.

5 Tertiò, prædictis valde obstat *Concilium Toletanum* 9. *cap.* 5. relatum in *capit. bonæ* 74. 12. *quæstione* 2. ubi Episcopo permittitur donare Monasterio constituēdo dotis nomine quinquagesimam partem redituum suæ Ecclesiæ, & aliquando centesimam, quam constitutionem servari præcipitur in *capit. Pastoralis* 9. *versic. ad quod: de his, quæ fiunt à Prælatis: lege* 14. *titulo* 14. *partita* 1. dummodo detractio quinquagesimæ, vel centesimæ partis non afferat grave detrimentum Ecclesiæ: *c. Apostolicæ* 9. *hoc titulo.* Sed respondendum est, his in juribus jus singulare contineri, ex eo, quod introductum est in Concilio Toletano 9. *cap.* 5. in favorem sacrorum Templorum: ut ita Episcopi invitarentur ad fundandas Ecclesias, quæ alioquin sine dote ædificari non debent: *cap. nemo, de Consecratione, distinct.* 1. *cap.* 1. *de Ecclesiis ædificandis*; *cap.* 2. *de censibus.* Quæ donationes, cum jure singulari permittantur illis Episcopis, sui Capituli consensum non desiderant: docet Glossa *verbo elargiri*; & verbo *non debeat in dicto cap. Apostolicæ* Glossa verbo, *Salva, in d. c. Pastoralis*, observant Hostiensis Cardinalis, & Cujac. *ibidem.*

6 Quartò, huic resolutioni obstat Concilium Toletanum 3. *cap.* 4. relatum in *cap. si Episcopus* 73. 12. *quæst.* 2. ubi Patres Concilii Toletani in hac eadem specie, consensum Capituli desiderant. Sed respondendum est, illius Canonis verba attentè inspecta, duos diversos casus continere: primus est, quando Episcopus vult Ecclesiam Parochialem in Monasterium transferre, quo in casu cum minor æquitas sit in mutatione status Ecclesiæ, quàm in constructione novæ Ecclesiæ; & translatio fieri non possit sine Capituli consensu: notat Moneta *de commutat. ultimarum voluntatum*: *cap.* 1. *num.* 59. Ideo in hoc primo casu, consensus Capituli desideratur. Secundus casus est, quando Episcopus eidem Ecclesiæ constructæ aliquid donat sine detrimento suæ Ecclesiæ; quo in casu donationem utilem esse cavetur: quod Ego accipio sine Capituli consensu; ut apertè significant ultima illius verba: ibi, *rei enim bonæ statuendæ Sanctum Concilium dat consensum*: alioquin si adhuc in ea donatione Capituli consensus requireretur, supervacua esset potestas Episcopo data in *eo Canone.* Ad quos duos casus reducenda est distinctio, quam probant Joannes Andreas, Abb. & Doctores omnes *in dict. c. Pastoralis, de his, quæ fiunt à Prælatis sine consen. Capit.*

7 Quintò adversus solutionem traditam ad textum *in dicto cap. si Episcopus* 73. 12. *quæst.* 2. *dicto cap. bonæ* 74. 12. *quæstion.* 2. obstat textus in *cap. ad Audientiam* 3. *de Ecclesiis ædificandis*, ubi non alias licet Episc. novam Ecclesiam ædificare ratione distantiæ Parochiarum, quam si prius venia Pontificis accedat: quæ licentia prima fronte videtur supervacua, si verum esset, quod ante *in dicto capit. si Episcopus*, & in *dicto cap. bonæ*, primo esset receptum, nullam juris solemnitatem in prædicta specie desiderari. Quam difficultatem nonnulli evitare existimant, asserendo textum *in dicto cap.* 3. *accipi* oportere juxta decreta *in dicto cap. si Episcopus*, & in *dicto cap. bonæ*, quasi sensus sit, Episcopum denuo ædificare posse novam Ecclesiam propter distantiam Parochialis, sine consensu Clericorum. Sed hæc interpretatio difficultatem non excludit: quia ibi non agitur de consensu Clericorum inquirendo, vel non; sed tantum de Pontificis venia: quare verius est dicendum, illa Toletani Concilii tantum pertinere ad donationes Ecclesiarum ex reditibus Ecclesiæ propriæ Cathedralis, non verò res alterius Ecclesiæ nor Cathedralis, in quibus tantum servato modo quinquagesimæ, vel centesimæ, constructio, vel ædificatio permittitur: Notat Abb. post Innocentium *in dicto cap. Apostolicæ* 9. *hoc titulo, num.* 5. *in fine*: si verò aliam Ecclesiam velit de rebus Parochiæ construere cessante permissu, de quo in *dicto cap. bonæ*, necessaria est nova Pontificis indulgentia, qua interveniente, novæ Ecclesiæ à se constructæ poterit adjudicare possessiones alterius, licet centesimam excederent; quam potestatem etiam produxit textus in *cap. ultimo, de Ecclesiis ædificandis*, ad eum casum, quo ipsi Episcopi (ut solent) jurassent se nihil de rebus Ecclesiæ alienaturos: ut constat ex Concilio Tridentino *sess.* 21. Notat Barb. *de potestate Episcopi*, 2. *parte, allegatione* 64.

8 Sextò, his omnibus valde obstat Concilium Cabilonense relatum in *cap. Ecclesiæ* 43. 16. *quæst.* 1. ubi cavetur Ecclesias antiquas non esse privandas decimis, nec ullis possessionibus, ut novis oratoriis, seu Ecclesiis donentur. In cujus textus difficultate, omissa *Glossæ* interpretatione *in dicto cap. Ecclesiæ*, verbo, *ut nobis*: dicendum est, textum *in dicto cap. Ecclesiæ* sumptum fuisse ex Concilio Cabilonensi, si fides Gratiano habenda est, quod juxta juris veteris regulas id decrevisset; sed cum postea in *Concilio Toletano* 3. & 9. *in dicto cap. si Episcopus*, & in *dicto cap. bonæ*, privilegium illud Episcopis fuisset concessum, dicendum videtur non obstare. Subsisto namque in variis hujus textus interpretationibus traditis per Archidiaconum *in dicto cap. Ecclesiæ*, de quo etiam videndus est Suarez *tomo primo, de Religione, lib.* 1. *de decimis, cap.* 17. *num.* 27.

9 Septimò, conclusioni nostræ obstat auctoritas *Concilii Aurelianensis* 4. *cap.* 35. ubi videtur permissam fuisse donationem factam ab Episcopo Clerico extraneo, etiam sine ulla juris solemnitate. Sed respondendum est *eo in Canone* Patres donationem illam Clerico alterius Episcopatus factam uno casu tantum ratam habuisse: in altero verò inutilem: rata autem dicitur, quando Episcopus aliquid donavit Clerico extraneo de facultatibus suæ Ecclesiæ fortè eleemosynæ causa; cum Clericus pauper esset, quod Episcopis permissum est in *Concilio Toletano* 4. *cap.* 37. docet Imola *in dicto cap. Pastoralis, de his, quæ fiunt à Prælat.* Alciatus *in cap.* 2. *hoc titulo, limitatione* 1. *numero* 22. *versicul.* 5. inutilem verò donationem asserunt post Clerici mortem, ex illa ratione; quia iniquum est, ut sub specie donationis piæ, Ecclesia damno afficiatur, quæ multis subvenit; cujus differentiæ exempla refert textus *in cap. possessiones*, 61. 16. *quæst.* 1. argumento textus *in leg. jubemus* 14. §. *ultim. Codic. de Sacrosanctis Ecclesiis, cap.* 2. §. *œconomus*, 10. *quæstion.* 2. videndus est Mantica *lib.* 4. *de tacitis conventionibus, titulo* 7. *num.* 98.

10 Octavò, obstat textus in *cap. quicumque* 66. 12. 10 *quæstion.* 5. *capit. ultim.* 16. *quæstion.* 6. ubi videtur permissa rei Ecclesiasticæ donatio sine ulla solemnitate. Cui difficultati responderi solet, ea jura non de mera, sed de remuneratoria donatione intelligenda esse: Unde nihil mirum, si alienationis interdicto talis donatio non contineatur. Quod agnovisse videtur Gratian. *in cap. liberti* 65. *versiculo pro remuneratione*, 12. *quæstione* 5. & idco libertas data servo bene merito sustinetur in *cap. si quis* 52. 12. *quæstion.* 2. Docet Redoanus *hoc titulo, quæstion.* 51. *capit.* 21. & alia donatio de qua in *capit. per tuas, hoc titulo*, sicut minori, ex eadem remunerationis causa permittitur, servum suum manumittere; *leg. etiam* 15. §. *ex pretio*, *ff. de manumissis vindicta*; Quæ species donationis similiter tutori sine decreto permittitur; *leg. cum plures* 12. *paragrapho cum tutor digest. de administrat. tutorum*; prosequitur Tiraquellus *in leg. si unquam, verbo, donatione, numero vigesimo quinto*, Escobar *de ratiociniis, capite vigesimo quarto, numero vigesimo quarto.*

Nonò

11 Nonò, obſtat textus in *l. final. C. de prædiis Decurionum lib.* 10. ubi apparet, quod licet alienatio Curialibus ſit prohibita, non tamen cenſetur prohibita donatio. De cujus ſolutione, plura ſcripſimus in *cap. nulli 5. verſic. donationem, de rebus Eccleſiæ dubio* 10. Omitto prolixam illam quæſtionem: ſcilicet, an repudiatio hæreditatis, vel legati, ſit donatio? ita ut Prælatus poſſit ſine ſolemnitate hæreditatem repudiare; quia de ea tractant Doctores omnes *in dicto cap. nulli, de rebus Eccleſiæ*; qui omnes conſulendi ſunt, cum ad inſtitutum noſtrum id non pertineat. Reliqua ſunt petenda ex his quæ *ſupra* retulimus in *c. qui res* 2. *c. conſenſus* 3. *de rebus Eccleſiæ*; & ex his, quæ ſcripſit Abb. *in c. Apoſtolicæ 9. hoc tit. c. Paſtoralis 9. de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli.*

Ad textum in cap. Cœterum 3. hujus Tituli.

COmmentaria ad hunc textum ſunt petenda ex his quæ *ſupra* retulimus in *cap. fraternitatem* 2. *hujus tit.*

Ad text. in c. Conſultationibus 4. hujus Tituli.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia non vacans in beneficium concedi non poteſt, ſed in proprietatem ſic de auctoritate Epiſcopi, & ſine præjudicio Prælati.*
2 *Titulus ſemel obtentus per Rectorem viventem, non poteſt eſſe penes alium.*
Duo ſicut non poſſunt habere unam uxorem carnalem, ita neque ſpiritualem.
Occaſio captandæ mortis aliena vitanda eſt.
Epiſcopus cum conſenſu Capituli poterit unam Eccleſiam alteri unire.
3 *Remiſſivè referuntur jura omnia tradita in titul.* de conceſſione præbendæ.
4 *Exponitur text. in* c. ex inſinuatione 14. verſ. liberaliter contuliſſet: de jure patronatus.
5 *Interpretatur tex.* in c. illud 8. verſ. licet Religioſo loco: de jure patronatus.
6 *Laici, neque cum conſenſu Epiſcopi poterunt Eccleſiam donare, cum eam poſſint.*
7 *Refertur ratio ad textum in* c. cura 11. de jure patronatus.
8 *Donatio Eccleſiarum ex diuturni temporis præſcriptione, cum conſenſu Epiſcopi facta præſumitur.*
9 *Poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribit, & ibi iterum exponitur textus in* dicto cap. cura 11. de jure patronatus.
10 *Conciliatur textus in* c. 1. de rebus Eccleſiæ, *cum* Cl. 2. eodem tit.

CONCLUSIO.

1 *ECcleſia non vacans in beneficium concedi non poteſt, ſed in proprietatem ſic, de auctoritate tamen Epiſcopi, & ſine præjudicio Prælati.* Conſonat textus *in capit. Paſtoralis 7. hoc titulo; capit. noverit,* 10. *quæſt. 7. cap. cauſam quæ, de præſcriptionibus; Clement. 2. de rebus Eccleſiæ, capit. ſicut unire, de exceſſibus Prælatorum; cap. Daibertum,* 1. *quæſt. 7. cap. cum veniſſet 9. de reſtitutione ſpoliatorum; cap. 1. de rebus Eccleſia, lib. 6. cap. ſi quis deinceps, cap. ſi quis Epiſcopus, cap. ſi quis Clericus per laicos,* 16. *quæſt. 6. cap. cum & plantare, de privilegiis; cap. expoſuiſti, de Prabend. cap. quod autem 5. cap. illud 8. cap. cum laici* 10. *cap. cura* 11. *cap. cum ſeculum* 13. *cap. ex inſinuatione* 14. *cap. conſuluit* 15. cum aliis, *de jure Patronatus; capit. unico, eodem titulo, lib. 6. cap.* 1. 2. 3. & 4. cum aliis, *de conceſſione Prabendæ l. 5. & 6. titulo* 14. *partita* 1. Spino *in Speculo Teſtamentorum, gloſſa* 27. *in principio, num. 62.* Rebuffus *in Praxi Beneficiali, regula de unione, gloſſa* 11. *numero* 8. Idem *in titulo de reprobata Beneficii non vacantis impetratione, num.* 59. Nicolaus Garcia *de Beneficiis, parte* 12. *cap.* 1. *num.* 214. Moneta *de commut. ultimarum voluntatum, capit.* 11. *nu.* 331. Selva *de Beneficiis, parte* 3. *quæſtion.* 11. *num.* 126. Thomas Sanchez *in præcepta Decalogi, tomo* 2. *lib. 7. cap. 29. num.* 148. Azor. *inſtit. moralium parte* 2. *lib. 28. num.* 19. Lambertinus *de jure Patronatus lib.* 1. *parte* 2. *quæſtion.* 1. *art.* 9. cum traditis à Barb. *de poteſtate Epiſcopi,* 3. *parte, allegatione* 66. *num.* 3. *& in Collect. ad hunc textum, & in cap. illud* 8. *de jure Patronatus, cap. unico, eodem tit. lib.* 6. & in Cl. 2. *de rebus Eccleſiæ*; Tiraquellus *in l. ſi unquam, verbo, donatione largitus, n.* 253.

Ratio quare Eccleſia non vacans in Beneficium con- 2
cedi non poteſt, ea eſt, quia titulus ſemel obtentus per Rectorem viventem non poteſt eſſe penes alium, *cap. majoribus, de Præbend.* nam ſicut duo non poſſunt habere unam uxorem carnalem *Matth. cap.* 19. ita nec ſpiritualem: *cap. inter corporalia, de tranſlatione Epiſcopi; cap. cum non ignores, de Præbend.* nam ſi donationes illæ Eccleſiarum fierent privatis perſonis, viventibus ipſis, qui eas Eccleſias poſſident, daretur occaſio captandæ mortis: *dicto capite ſecundo, de conceſſione Prabend.* quæ omnino deteſtanda eſt, *cap. deteſtanda, de conceſſione Præbend. lib.* 6. In perpetuum tamen quoad proprietatem, cum Epiſcopi auctoritate concedi poteſt: quia tunc non transfertur titulus, qui eſt penes Beneficiatum; ſed jus proprietatis quod eſt penes concedentem: ſiquidem ex cauſa poterit Epiſcopus cum conſenſu Capituli unam Eccleſiam alteri Eccleſiæ unire, & jus unius cum jure alterius permutare: *cap. ad quæſtiones, de rerum permutatione, cap. una de his, quæ fiunt à Prælatis*; cum omnes Baſilicæ ad eum Epiſcopum pertineant, in cujus territorio ſunt poſitæ: *cap. omnes* 16. *quæſt.* 7. & ſi ſine Epiſcopi auctoritate illa fuerit facta, non tenet: quia pro non dato habetur, quod ab alio datur, qui non poteſt de jure dare: *cap. Daibertum,* 1. *quæſt.* 7. *cap. noverint* 10. *quæſt.* 1. *cap. cauſam quæ de præſcriptionibus*: & id fieri debet ſine præjudicio viventis: quia nemo eſt jure ſuo ſine culpa privandus *c. diſcreta, de eo, qui cognovit conſanguineam*: *Cl.* 2. *de rebus Eccleſiæ*: Notat Lambertinus *ubi ſupra, lib.* 1. *c.* 2. *q.* 1. *art.* 9. *num.* 38.

Primò obſtabunt omnia jura, quæ pro dubitandi ra- 3
tione *ſuprà* retulimus in *c.* 1. & 2. *de conceſſione Præben.* quæ omnia ad hunc tex. referri poterunt, ac merito conſulto omitto.

Secundò, obſtat textus in *cap. ex inſinuatione* 14. 4
verſiculo liberaliter contuliſſet, de jure Patronatus: ex quibus verbis conſtat, donationem juris Patronatus non loco Religioſo, ſed fratri Clerico ſine Epiſcopi auctoritate factam valere. Cui difficultati, ob ſtis plurimis interpretationibus, veriſſime eſt dicendum, textum illum procedere caſu, in quo Patronus remittit potius, quàm donat compatrono ſuum jus Patronus, vel, ut clarioris doctrinæ gratia loquar impropriè, partem ſuam, id eſt, actionem, quæ illi competit, fratri cedit: nam tunc non eſt neceſſarius Epiſcopi conſenſus: Ita docet Gloſſa *verbo, contuliſſet, in dicto cap. ex inſinuatione.* Ratio eſt; quia tunc non eſt proprie alienatio, ut rectè animadvertit Barb. *in Collect. ad eundem textum*: Lambertinus, *ubi ſupra,* 2. *parte, lib.* 1. *q.* 4. *lib.* 1. & 2. ſiquidem ex donatione illa facta compatrono, non videtur factus alius novus patronus. Unde cum ex donatione illa non videatur facta alienatio, nec Eccleſia læſa, juſta de cauſa abſque Epiſcopi auctoritate ſit.

Tertiò, obſtat textus *in capit. illud* 8. *de jure Patro-* 5
natus; in verbis illis; *licet Religioſo loco jus Patronatus conferendi liberam habeat facultatem*: quæ verba manifeſtè probant, religioſo loco ſine Epiſcopi auctorita-

te

te jus Patronatus donari posse: siquidem verbum illud, *libere*, significat donationem illam fieri posse sine alterius consensu, vel auctoritate: Notat glossa, *ibidem*, verbo, *libere Clement. dudum, de privilegiis*; Glossa *verbo, libere*.

Pro cujus dubii solutione, omissa emendatione *Glossæ*, verbo: *licet Religioso*, in *dicto cap. illud*: animadvertendum est, multum referre an Patronus velit donare Ecclesiam ipsam alicui loco Religioso, an verò tantum simpliciter velit donare jus Patronatus alicui privato laico, vel Clerico: nam primo casu, si velit donare Ecclesiam ipsam alicui loco Religioso, vel Ecclesiæ, tunc id non poterit facere absq; Episcopi auctoritate, juxta text. nostrum, *c. quod autem* 5. *cap. cum laici* 10. *de jure Patronatus*; ex ratione textus *in dicto cap. quod autem*, in fine, ibi, *quia pro non dato habetur, quod ab alio datur, qui non potest de jure donare*. si verò tantùm velit donare jus Patronatus, tunc si donatio fiat laico, vel Clerico, sine Episcopi auctoritate, donatio non valet: si absque ejus auctoritate fiat: siquidem Episcopus debet prospicere, & examinare, an illa donatio expediat Ecclesiæ, necnè, cum fortè debilior Patronus esset is, cujus Patronatus donatus est: tum etiam, ut fraus venditionis, seu simoniæ evitetur: secus verò dicendum est, si tantum jus illud Patronatus velit donare Ecclesiæ, vel alii Religioso loco: nam tunc id poterit facere sine Episcopi auctoritate, & ita est intelligendus textus *in dicto cap. illud* 8. verficulo, *licet*: juxta textum *in cap. unico, de jure Patronatus, lib.* 6. Ratio est: quia ex donatione illa, melior fit Ecclesiæ conditio: notat Abb. *in dicto cap. illud, n.* 4. Henricus Boich. *in dicto cap. illud, de jure Patronatus, n.* 2. & 3. Barb. *in Collect. in dicto cap. illud, n.* 1. Lambertinus de *jure Patronatus, lib.* 1. *parte* 2. *quæst.* 6. *articulo quarto, numero, tertio, & quæstione prima, numero tertio*, & Glossa, *verbo, nemini, in capite, nemini* 11. 16. *quæstione septima*, Thomas Sanchez *ad præcepta Decalogi, tomo secundo, lib.* 7. *cap.* 9. *n.* 146.

6 Quartò, solutioni obstabit dicere, quod laicus, nec cum consensu Episcopi possit donare Ecclesiam: cum laicus non possit eam possidere: *capite, causam, de præscriptionibus*; *capite quod autem* 5. *de jure Patronatus*: ergo nec *in præsenti*, nec in *dicto capite, illud*, laicus poterit etiam cum consensu Episcopi Ecclesias donare. Sed respondendum est, *textum nostrum, in dicto capit. illud*, esse intelligendum, quando Ecclesiæ de facto à laicis potentioribus tyrannicè detinebantur: argumento textus in *capite, Ecclesiis, de censibus*: Unde ut eripiantur à manibus eorum, jura concedunt, quod interveniente auctoritate Episcopi valeat donatio facta loco Religioso, vel alteri Ecclesiæ, argumento textus in *cap. cum Apostolicæ de his, quæ fiunt à Prælat.* Quod verum est, dummodo donatio illa fiat quoad proprietatem: nam si quoad titulum fuerit facta, inutilis redditur; juxta textum in *capite*: *si quis deinceps*, 16. *quæst.* 7. Notat Abb. *in dict. cap. illud* 8. *de jure Patronatus, num.* 2.

7 Quintò, his omnibus valde obstat textus in *cap. cura* 11. *de jure Patronatus*, ex cujus textus decisione manifestè constat, Ecclesiarum donationem à laicis Clericis, seu Religiosis sine Episcopi auctoritate factam, juris præscriptione munitam, firmam, & validam manere. Augetur difficultas ex eo, quod ex præscriptione illa, titulus adquiri non possit, cum solum ex Canonica institutione beneficia obtineri possint, *cap.* 3. *de inst. cap.* 1. *de reg. juris lib.* 6. In cujus textus difficultate, Glossa *final.* apud medium, *in cap. contingit, de dolo, & contumacia*; & Glossa *in cap.* 1. *de reg. juris lib.* 6. afferunt in specie textus *in dicto cap. cura* 11. Ecclesiam non præscribi quoad titulum spiritualem provenientem ex collatione, vel institutione Canonica, id est ut præscribens ex illa laici donatione efficiatur Rector, vel Prælatus Ecclesiæ: sed solum in *eo textu* præscribitur Ecclesia quoad ipsam proprietatem, & etiam quoad bonorum temporalium subjectionem: Notat Barb. *in collect. ad eundem textum.*

Sextò, solutioni obstabit dicere, in illa Ecclesiæ donatione, quoad proprietatem non præcessisse Episcopi consensum, atque ideo ex *suprà* traditis valere non potuisse. Sed respondendum est, quod ex illa præscriptione & cursu tanti temporis, tacitè præsumitur Episcopi consensum interveniss̃e. Notat Glossa *in cap. pervenit, de emptione, & venditione*: Abb. *in dicto cap. cura, de jure Patronatus, num.* 4. nam eo, quod Episcopus permittit donatarium, qui Ecclesiam à laico accepit, tanto tempore eam pacificè possidere, titulum possidendi, & præscribendi illi præstitisse videtur: argumento textus in *cap.* 2. *&* 3. *de his, quæ fiunt à Prælat.* & ideo in præsenti tacitus consensus pro titulo habetur: *cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possessionis, proprietatis*. Notat Henricus Boich. *in dicto cap. cura, n.* 1. *in fine*. 8

Est etiam similiter animadvertendum, quod textus *in dicto c. cura*, est intelligendus, ut intelligitur *in dicto c. illud*: scilicet quandò laici de facto Ecclesias tenebant, & erant ita potentes, ut ab eorum manibus eripi non possent; & eas dispensatione & consensu Episcopi interveniente poterant loco Religioso donare, vel ex præscriptione, de qua *in præsenti*: Notat Abb. *in dicto cap.* alias autem laicus conferre, vel donare Ecclesiam non posset, quantuncumque intervenerit Episcopi consensus: *dicto cap. si quis deinceps*, 16. *q.* 7. *dicto cap. quod autem, de jure Patronatus*: notat Vivianus *in Rationali ad textum in dicto cap. cura.*

Septimò, solutioni obstabit dicere, quod præscriptio illa nullo modo potuit supplere Episcopi consensum, cum jure novo Pontificio possessor malæ fidei, nullo tempore præscribat: *cap. possessor, de reg. juris, lib.* 6. *cap. final.* cum *vulgatis, de præscriptionibus*; & Religiosi *in dicto cap. cura*, ex illa donationis causa non poterant habere bonam fidem, cum fuisset facta sine Episcopi auctoritate, contra decisionem textus *in dicto cap. quod autem*, cum similibus *suprà* adductis: quæ mala fides semper eo in casu præsumitur intervenisse: argumento textus in *capite, qui contra, de reg. juris lib.* 6. quæ procedit ex juris ignorantia, *l. error, l. juris ignorantia, C. de juris, & facti ignorantia*. Quam difficultatem ut solvat Glossa *in dict. cap. cura*, varias assignat interpretationes maximè Berojus *ibidem n.* 6 qui sex interpretationes refert Rebuffus *in tract. de decimis, quæst.* 13. *n* 93. Covar. *in regula, possessor*, 2. *parte* §. *decimo, numer. octavo*, inter quas placet, quam refert Glossa *in dicto cap. cura*, verbo, *legitimas* dum asserit, quod Religiosi illi, qui Ecclesiam acceperunt de manu laicorum sine Episcopi consensu, non poterat præscribere, cum contra jus eam accepissent, malamque fidem habuissent; sed tantùm eorum successores, de quibus est intelligendus textus *in dicto capite cura*, rectè potuerunt præscribere, justè existimantes consensum Episcopi in donatione illa interveniss̃e: Notat Glossa *in c. de quarta, de præscriptionib.* atque ea de causa rectè bonam fidem habere, & per consequens præscribere potuerunt: siquidem, qui in alterius locum succedit, justam ignorantiæ causam habere præsumitur; *l. qui in alterius ff. de reg. juris*; de qua re omnino est videndus Vivianus *in Rationali ad textum in dicto cap. cura, de jure Patronatus*. 9

Octavò, adversus ea, quæ *textus noster* refert, videlicet Episcopum posse Ecclesiam non vacantem alteri Ecclesiæ donare, seu unire, etiam primo Rectore vivente, & non citato, siquidem ex donatione illa, seu unione, illi in sua vita nullum fiat præjudicium: cùm unio illa, seu donatio, in vita ejus suspendatur: quod etiam locum habet, si Ecclesia vacaverit; cùm eo in casu etiam non dato nec vocato successore, illa donatio, seu unio ab Episcopo fieri poterit: ut expressè docet textus *in Clement. 2. de rebus Ecclesiæ*. Notat Abb. *in præsenti, n.* 2. obstabit textus in *cap.* 1. *de rebus Ecclesiæ, lib.* 6. ex quo deducitur, Episcopum etiam de consensu Capituli non posse partem decimarum vacantis Ecclesiæ alteri pauperi Dignitati donare, seu unire, nisi prius dato, & vocato 10

defensore

defensore ipsius Ecclesiæ vacantis: quorum jurium conciliationem omitto, quia de eis latè scripsimus in *cap. 1. de rebus Ecclesiæ in 6. dubio, cum sequentibus*, quæ omnia jura dubitandi rationes *in præsenti* sunt repetenda: Reliqua videre oportet in his quæ refert Barb. *in dicta allegat.* 66. Thomas Sanchez *dicto li. 7. ad præcepta Decalogi, cap. 29.*

Ad textum in cap. per tuas 5. hujus Tituli.

DE materia hujus textus plura scripsimus in *cap. fraternitatem 2. hujus tituli*: Interim videre oportet ea quæ refert Covar. *in practicis, cap. 3. num. 3. & 4.* cum traditis à Barbos. *in Collectan. ad hunc textum numer. 3. & 4.*

Ad textum in cap. Cum delicti 6. hujus Tituli.

SUMMARIUM.

1 *Plenissima in donationibus fit interpretatio: & ob hoc, clausula onerosa post multas donationes apposita, proximam tantum donationem respicit.*

2 *Una eademque res non debet diverso jure censeri.*
Verba cujuscunque dispositionis sunt amplianda, vel restringenda secundum mentem disponentis.

3 *Donatio est contractus stricti juris, atque ideo strictè est interpretanda, sed intentio donantis excludi non debet.*

4 *Species ponitur ad textum* in l. Titiæ 38. §. Scia, ff. de auro, & argento legato.

5 *Declaratur textus* in cap. ex parte 27. de decimis.
Majus ubi conceditur, minus concessum esse videtur.
Frustra precib. impetratur, quod à jure cõmuni cõceditur.

6 *Declaratur textus* in c. tua 25. §. fin. de decimis.
Donatio decimarum an extendatur ad novalia? ibi exponitur.

7 *Perpenditur textus* in c. quia circa 22. de privilegiis.

8 *Privilegium lata significatione sumptum, multoties accipitur pro quacunque Superioris concessione.*
Privilegium propriè sumptum, dicitur, quod concessum est contra jus commune.
Refertur interpretatio ad textum in cap. ad audientiam 12. de decimis.

9 *Decimarum concessio de laboribus comprehendit novalium decimas.*
Remissivè interpretatur textus in cap. dudum 31. de privilegiis, c. 2. de decimis lib. 6. c. ex multiplici 3. de decimis. l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico.

10 *Expenditur textus in* cap. secundo requiris 41. de appellationibus.
Clausula, appellatione remota, *in quacumque rescripti parte opposita, ad omnia rescripti capita referri debet.*
Conciliatur textus in cap. inquisitioni 71. de appellat. *cum* dicto cap. secundò requiris 41. eodem titulo.

11 *Exponitur textus in* l. talis scriptura 30. & 31. de legatis. 1.
Protestatio simpliciter facta refertur tam ad actum præsentem, quàm ad illum, qui in continenti fit.

12 *Refertur interpretatio ad textum* in c. uxori 33. §. 1. ff. de leg. 2.
Interpretatur textus in capite ei cui vigesimo nono, de præb. lib. 6.
Plenior interpretatio in testamentis debet fieri.

CONCLUSIO.

1 *IN donationibus plenissima fit interpretatio, & ob hoc, clausula onerosa post multas donationes apposita proximã donationem respicit.* Prima nostri textus in *c. olim, de verb. signif. c. visis*, 16. *q.* 2. *c. frater noster*, 16. *q.* 1. *ex parte, de decimis, c. si quem* §. *notandum*, in fine, 2. *q.* 3. *c. quia circa, de privilegiis, c. hodie* 15. *de reg. juris. lib.* 6. *l.* 3. *ff. de constit. Principum, l. quod vero. ff. de legib. l. si quando, C. de inofficioso testamento. l.* 2. *Cod. de noxalibus actionibus*; *l. cum multa C. de bonis, quæ liberis; l. beneficium, ff. de constitut. Principum; l.* 2. *C. de bonis vacantibus; l. Gallus*, §. 1. versic. *qui ex verbis concipi possit. ff. de lib. & posthumis, l. immunitates. ff. de jure immunitatis; l. ex facto. ff. de vulgari, & pupillari substit. l. quando. ff. de bonis vacantibus; l.* 28. *tit.* 34. *partita* 7. Exornant Azevedo *in l.* 10. *tit.* 8. *lib.* 9. *Recopilationis*; Sarmiento *lib.* 3. *Selectarum. c.* 3. *in principio*; Tiraquellus *in l. si unquam, verbo, donatione largitus, n.* 46. Idem *de nobilitate, c.* 37. *n.* 3. Suar. *de Relig. tr. de voto lib.* 4. *c.* 7. *n.* 12. Menoc. *de præsumpt. lib. q.* 103. *n.* 31. Alvarus Valascus *consultat.* 58. *n.* 11. Thom. Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 1. *n.* 4. Sarmiento *lib.* 3. *Selectarum, c.* 3.

In secunda nostri textus parte asseritur, quod clausula onerosa post multas donationes apposita, proximam tantùm donationem respicit. Quæ comprobatur ex textu *in c. Inquisitioni* 71. *de appellationibus; cap. secundo requiris* 41. *eod. tit. l. si quis legata ff. de conditionibus, & demonstrat.* Argumento textus *in l. talis*, §. *final. ff. de legatis* 1. *l.* 1. *in fine, C. de liberis præteritis; l. quisquis. C. si certum petatur; l.* 3. §. *filius ff. de liberis, & posthum.* Exornant Acunna *ad* 1. *Decreti partem, in c. si Rectori* 1. *n.* 6. 43. *dist.* Portius *in suis regulis, lib.* 2. *concl.* 38. *per totam*, Joannes Gratianus *in regul. utriusque juris litera S. regula* 412. Navar. *in c. si quando de rescriptis, exceptione* 2. *n.* 1. novissimè Doctor Ferdinandus Arias de Mes, *lib.* 3. *variarum cap.* 3. *per tot.* Menoch. *consilio* 130 *n.* 5. Marta *de clausulis, part.* 4. *clausula* 23. Alvarus Valascus *consultatione* 113. *num.* 3. Cevallos *communium contra communes, quæst.* 228. *num.* 131. cum traditis à Barbos. *in Collect. ad textum in dicto cap. inquisitioni* 71. *de appellat. & in dictionibus, & clausulis, clausula* 119. Cujacius *in l. si mihi* 12. §. *ultim. ff. de legatis* 1. Guttierrez *lib.* 3. *practicarum quæstionum, quæst.* 29.

Ratio primæ partis est; quia cum donans propter nullam aliam causam donet, quàm ut suam liberalitatem, & munificentiam exerceat, *l. ff. de donation.* & quoniam una, eademque res non debeat diverso jure censeri: *cap. quia de privilegiis, capite primo*, §. *divinæ*, 16. *quæst.* 2. idem in dubio est præsumendum, quod sicut donans fuit largè in concedendo, ita largus videtur, ut ejus verba largè interpretentur, cum si vellet, posset donationem illam restringere: *cap. cum olim, de verb. significatione*: nam ut textus asserit in beneficiis, & donationibus plenissima est facienda interpretatio. Quod verum est, cum tantum agitur de præjudicio concedentis; secus verò cum alteri nocivum esse appareat: juxta textum *in cap. ex authoritate, & usu pallii l.* 2. *paragraph. si quis, ff. ne quid in loco publico.* Notant Innocentius, & Abb. *in præsenti*: Clausula autem onerosa post multas donationes in fine posita proximam tantum respicit. Ratio est; quia verba cujuscunque dispositionis sunt amplianda, vel restringenda secundum mentem disponentis: *cf. cap. secundo requiris, de appellationibus*; quæ mens in dubio colligitur ex ratione expressa in dispositione, vel ex aliis verosimilibus conjecturis: Notant Jason Alexander *in l.* 2. *C. de liberis præteritis*, cum traditis à Barbos. *in Collectaneis ad hunc text. num* 4. cum non sit verò simile, quod onus impositum in una re, donator voluerit extendere ad priores donationes liberè factas, ne videatur in continenti corrigere liberalitatem à se factam, & exinde appareat, sibi se esse contrarius juxta text. in *l. non ad ea* 89. adjuncta Gl. *præsens ff. de condit. & demonstr.*

2 Primò, contra primam nostri textus partem obstabit dicere, quod donatio est contractus stricti juris,

atque ideo ſtrictè eſt interpretanda: juxta textum in *l. eum qui*, 22. *ff. de donationibus*; *l. ſi quis argentum*, §. *final. C. eodem*: *l. Campanus ff. de operis libertorum*; *l. cum de indebito*, *ff. de probationibus*: Notat Gothofredus *in notis ad textum in dicta l. eum*, *qui* : *litera H.* Ergo perperam in præſenti *Innocentius* III. generaliter aſſerit in donationbuis plenisſimam fieri interpretationem. Qua in difficultate omiſſa *Gloſſæ* interpretatione in præſenti, *Imolæ*, *Abb.* & *Hoſtienſis*; veriſſimè eſt dicendum, quod licet donatio etiam Eccleſiæ facta ſit ſtricti juris, & ſtrictè interpretanda; tamen non adeo ſtrictè interpretari debet, ut excludatur intentio, etiam ſi verba quodammodo repugnent; juxta textum in *l. final. Cod. de donat. quæ ſub modo*, ubi donatio facta ſub conditione, *ſi emancipetur*; adimpletur abſque emancipatione, ſi morte patris filius ſui juris efficiatur. Vnde cum in *textu noſtro* intentio donantis ſatis apertè appareat, etiamſi verba contractus, hoc eſt donantis repugnent, mirum non eſt, quod latiſſimè fiat interpretatio: quod expreſſè deducitur ex *textu noſtro* ubi evidenter conſtat, quod hæc fuit mens, & intentio donatoris: nam licet donationis contractus ſit ſtricti juris, & ſtrictè interpretandus, tamen intentio donantis excludi non debet: nam tunc, cum de ea conſtet, latiſſima debet fieri interpretatio: itaque, ſi aſſumimus donationem abſque intentione donantis, ſtrictè; ſi verò ultimam voluntatem, plenè; ſi tandem beneficium, latiſſimè hoc eſſe interpretandum deducitur ex *textu noſtro* : ex qua vera interpretatione apparet verbum illud *beneficium*, de quo in textu noſtro, non pro donatione accipiendum eſſe, ſed pro beneficio Principis, quod bonam fidem recipit, & latiſſimè interpretari debet: juxta textum *in dicta l. beneficium. ff. de conſtitution. Principum.* Notat Gloſſa in *l. Princeps bona*, *ff. de verborum ſignificatione.* Vnde apparet communiter Doctores omnes *in ſummario noſtri textus* erraſſe, cum affirment in donatione pleniſſimam fieri interpretationem: ſiquidem textus noſter id non aſſerit: quare potius, & melius ita ſummari poteſt: *In donationibus*, *etiam ſi ſtricti juris ſint*, *plena eſt facienda interpretatio*, *ut intentio donantis non excludatur*: ſiquidem nulla diſpoſitio reperiatur etiam ſtricti juris, & odioſa, quæ interpretationem, & intentionem ponentis non admittat: Argumento textus in *leg. tale pactum*, *ff. de pactis*; *leg. ſi quis adulterium*, *ff. ad legem Juliam de adulteriis*; *leg. ſed Julianus*, *paragraph. mutui datione*, & *leg. quartæ. paragrapho penultimo*: *ff. ad Senatus Conſultum Macedonianum*; *capite ſi Civitas*, *vel Caſtrum*, *de ſententia excommunicationis*, *libro ſeptimo*, verſiculo *expedit interpretationem fieri latiorem*, cum traditis à Sarmiento, *libro tertio*, *Selectarum*, *capite* 3. *numero* 5.

Secundò, ſolutioni ſuprà adductæ valdè obſtat textus in *leg. Titia* 38. §. *Seia*, *ff. de Auro*, & *Argento legato* : ubi teſtator juſſit, ut in æde Sacra ab hæredibus ſuis poneretur ſignum Dei, ex centum libris: quæſitum fuit, an ex auro, argento, vel ære ſignum illud poni deberet; & reſpondit Scævola, quod ſi in illa æde ſunt ærea, vel argentea, ſignum argenti ponendum ſit: ecce ſpeciem, ex qua deducitur, in donatione ampliſſimam fieri interpretationem.

In cujus textus difficultate nonnulli aſſerunt, in donationibus favore Religionis factis, in dubio, latiſſimam interpretationem fieri debere: illic tamen intellectus defendi poſſet, ſi *in dicto* §. *Seia*, admitteremus vulgarem literam, *æream*, *aut argenteam*, ut in ſpecie ſupra propoſita: ſed hac lectura exploſa, verius legendum eſt, non *ærea*, ſed *Aurea*, *aut Argentea*, ut legit Gothofredus *in notis ad eundem textum*, *littera* R. qua admiſſa lectione, ceſſat difficultas illius textus, ut ſupra dictis concordet: ſiquidem ex eo conſtat, quod ſi in æde Sacra tantum ſigna eſſent Auri, vel Argenti, tunc in donatione illa, quæ ſtricti juris eſt, etiam ſi loco Religioſo fiat donatio, illa non latiſſimè, ſed ſtrictè eſt interpretanda, quoties aliter non conſtet de voluntate donantis; atque ideo cum ibi tantum reperiantur ſigna Auri, vel Argenti, tantum Argenti donatio facta præſumitur: quæ interpretatio, ultra quod textus illi ſit conſona, cum oſtendat ſtatuam æream non eſſe ponendam, cùm æreæ ſtatuæ ibi non reperiantur; præcipuè etiam juri conſonans eſt, & comprobatur ex textu in *cap. ex parte* 18. *de cenſibus*, ubi votum Divo Iacobo factum de ſolvenda menſura tritici, intelligitur de minori menſura: nam licet id exigant perſonæ Eccleſiaſticæ ut Abbas *ibidem* exiſtimavit; exigunt tamen in utilitatem Eccleſiæ, in cujus favorem eſt emiſſum: & eo non obſtante, cùm ſit donatio, non latiſſimè, ſed ſtrictè eſt interpretanda. Et ſi velis tenere literam, quam antiquiores agnoverunt, ut textus dicat *cum in eo templo non niſi ærea*, *aut argentea ſint dona*: poſſumus etiam dicere, quod non obſtat ſupra traditis, cum reſponderi poſſit, ideo ibi, quod majus eſt, debere ſolvi: quia ex mente teſtatoris hoc colligitur, quod apparet ex præfatione illius textus: ibi: *ſi mihi per conditionem humanam contigerit*, *ipſa faciam*; *ſin minus autem ab hæredibus meis fieri volo*: ex qua conſtat ejus intentionem eſſe, magnam rem hoc eſt, Argenti potius, quàm æris legare. Conducunt etiam verba illius textus, ibi, *cum ſubſcriptione nominis mei*, quod honoris cauſa legatum videtur, & in parvo legato magis foret in contumeliam; juxta textum in *leg. at ſi quis*, §. *judex*, *ff. de Religioſis*, & *ſumptibus funerum*; quam interpretationem latè ſcripſit Sarmiento *lib. 3. Selectarum*, *cap.* 3. ferè *per totum.* Qua interpretatione admiſſa, videntur fruſtra Doctores laboraſſe pro interpretatione & conciliatione textus *in dicta leg. Titio* 40. §. *Seia*, *ff. de Auro*, & *Argento legato*: cum *dicto capite*, *ex parte* 18. *de cenſibus*: præcipuè Covarruvias *in capite judicante*, *numero* 4. *de teſtamentis.* Menochius *de præſumptione* 106. Suarez *de Religione*, *tomo* 2. *tractat. de voto*, *libro quarto*, *capite ſeptimo*; *num.* 8. & *capite undecimo*, *numero ſeptimo*, Thomas Sanchez latè *in præcepta Decalogi*, *tomo primo libro quarto*, *capite decimo tertio*, *numero ſexto*, cum traditis à Barboſ. *in Collect. ad textum in dicto cap. ex parte* 18. *numero* 2. & 3.

Tertiò, prædictis valde obſtat textus in *cap. ex parte* 27. *de Decimis*, ex quo deducitur, quod ſi Eccleſiaſticæ perſonæ ſit conceſſum, ut poſſit percipere decimas ſuorum prædiorum, conceſſio, ſeu donatio illa extenditur ad novalia, quæ poſtea ſurrexerunt, redditque rationem *textus* : quia ubi majus conceditur, minus conceſſum eſſe videtur; & ſic conceſſionem illam, ſeu donationem largè eſſe interpretandam. In cujus textus difficultate omiſſa nonnullorum interpretatione aſſerentium, ideo ibi conceſſionem illam eſſe ampliandam, quia id conſtat ex mente concedentis, ut in *textu noſtro*, quos refert Covar. *lib. 1. variarum*, *c.* 17. *n.* 13. Rebuf. *de Decimis q.* 4. *per totam*, Guttier. *lib.* 2. *Canonicarum quæſtionum. c.* 21. *n.* 116. Suarez *de Religione*, *tom.* 1. *tract.* 2. *li.* 1. *c.* 23. *n.* 4. Barb. *in Collect. ad eundem textum*, *n.* 4. Sed hæc interpretatio apertè convincitur, ex eo, quod ſi conceſſio illa eſſet facta de percipiendis decimis in aliena Parochia, reſtringenda, non verò amplianda eſſet, jutxa tetxum in *cap. olim*, *de verb. ſignif. c.* 2. *de decimis*, *li.* 6.

Quare verius eſt dicendum, textum illum agere de conceſſione juris communis percipiendi decimas ab eo, cui jure communi & ordinario decimæ debebantur ex propria Parochia: quo in caſu mirum non eſt, quod conceſſio illa, quæ à jure communi ſibi debebatur, comprehendat etiam novalium decimas: argumento textus in *capite ad decimas*, *de reſtitutione ſpoliatorum*: quæ interpretatio apertè deducitur ex verbis illius textus, ibi *de laboribus terræ Parochiarum tuarum cum integritate percipias*, quæ verba apertè denotant Abbatem illum, Parochum eſſe illius Eccleſiæ, de qua decimarum quæſtio habebatur; tum etiam quia conceſſum propriè loquendo dicitur quod à jure communi

ni tribuitur, ex illo juris principio, fruſtra precibus impetratur, quod à jure communi conceditur; *leg. 1. in principio, ff. ne quid in loco publico*: quæſtio enim, ſeu dubitandi ratio in *textu illo* erat, ſcilicet novalium decimas ad Abbatem illum non poſſe pertinere, vel, quia eas non poſſidebat, vel præſcriptione eas amiſerat & ſic ad Epiſcopum devolvi: vel quia Epiſcopus ipſas novalium decimas cuidam Canonico conceſſerat, exiſtimans ad Abbatem illum non pertinere: quia plures Parochias habebat; ut conſtat ex verbis illius textus, ibi *Parochiarum tuarum*. Cui dubio Innocentius III. reſpondit ad Abbatem pertinere cum ex privilegio poſſet plures Parochias habere; & cum ei liceat, quod majus eſt, hoc eſt decimas laborum in propria Eccleſia percipere, licebit etiam quod eſt minimum, hoc eſt, decimas novalium etiam percipere, ut rectè animadvertit Covarr. *dicto lib. 1. variarum, c. 17. n. 13.* Rebuffus, & Guttierrez, *ubi ſupra*. Barb. latè *in coll. ad text. in d. cap. ex parte 27. de decimis, n. 3. cum ſequentibus.*

5 Quartò, ſolutioni obſtat textus in *c. tuæ 25. §. final. de decimis*, ubi conceſſio, ſeu donatio laicis facta percipiendi decimas, etiam ſi in feudum decimæ illæ ſint datæ quibus feudationis jure competeret jus percipiendi decimas, conceſſio illa non comprehendit, nec extenditur ad novalia.

Cui dubio communiter reſponderi ſolet illam decimarum conceſſionem laicis factam non comprehendere novalium decimas, nec ad eas eſſe extendendam, quia illa decimarum donatio fuit facta laico, quæ odioſa eſt; *c. cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt à Prælatis*: atq; ideo non eſt extendenda, ſed reſtringenda, ut ipſe textus aſſerit, *c. hodie, de reg. juris lib. 6.* Notat Gloſſa *verbo, conceditur*, in *d. c. ex parte 27. de decimis*. Notat Vivianus *in Rationali ad eundem textum.*

6 Quare hac & aliis omiſſis, verius eſt dicendum illam decimarum conceſſionem non extendi ad novalia: quia textus ille non agit de conceſſione decimarum ſimpliciter, & abſolutè facta: ſed tantum de illa, per quam decimæ antiquæ, quas Eccleſia poſſidebat, alicui laico in feudum cõcedebantur. In qua ſpecie non includuntur decimæ novalium; ſiquidem ad novalium decimas alia nova, & ſpecialis conceſſio deſideratur, juxta textum *in cap. 2. in principio*, & §. 1. *de decimis, libro ſexto*, argumento *textus in cap. prohibemus, de decimis* quæ interpretatio apertè deducitur ex verbis textus *in dicto cap. tua 25. §. final. de decimis*, verſic. *occaſione decimationis antiquæ*: juncto verſic. *non extendenda licentia, ſed reſtringenda*. Notat Barb. *in Coll. ad text. in d. c. ex parte, 27. de decimis, n. 7.*

7 Quintò, obſtabit textus in *cap. quia circa 22. de privilegiis*, ex quo deducitur, quod ſi Epiſcopus ſimpliciter, & indefinitè remiſerit decimas Epiſcopales, non ſolum remiſiſſe videtur præſentes, & præteritas, ſed etiam futuras: & ſic remiſſio illa non ſtrictè, ſed largè eſt interpretanda: quamvis remiſſio ſpecies donationis ſit, *l. ſi mulier ff. de condictione cauſ. data* cum traditis à Duennas *regula 22. ampliatione 1.* Cui dubio reſpondendum eſt, ideo illam decimarum remiſſionem comprehendere non tantum decimas præſentes, ſed etiam futuras, hoc eſt, poſſeſſionum adquirendarum. Ratio eſt, quia illa decimarum remiſſio fuit facta generaliter & indefinitè, id eſt, ſine temporis, aut prononinis adjectione: ſiquidem indefinita diſpoſitio æquipollet univerſali, *leg. ſi ſervitus ff. de ſervitutibus Urbanorum*; *leg. pluribus 45. ff. de legatis 2.* quæ interpretatio deducitur ex verbis illius text. ibi, *cum nihil exceperit, cum potuerit excepiſſe*: ex quibus conſtat, quod quando generaliter, & indefinitè proferuntur ab eo, qui aliquid excipere potuit, & non excepit, omnia venire intelliguntur, quæ venire poſſunt, & continentur in illa lata verborum ſignificatione: Argumento textus in *cap. ad audiendam 12. de decimis; l. veteribus 40. ff. de pactis*. Notat Barb. *in Collect. ad eundem text. n. 6.* Doctor Ferdinandus Arias de Meſa *lib. 3. variarum reſolutionum Granna in Decret.* *c. 13. n. 13. cum ſequentibus*, Covar. *in practicis, c. 1. n. 1. in fine; & lib. 1. variarum cap. 13. in fine.*

Sextò ſolutioni obſtabit dicere, quod illa decimarum remiſſio fuit facta in vim privilegii, quod emanavit ex perſona Archiepiſcopi, ut conſtat ex verbis illius textus, ibi *privilegium prædeceſſoris tui*: at privilegium illud, cum maximè præjudicet Eccleſiæ, & ſucceſſori tantum ad Pontificem ſpectare debet, *cap. 2. de decimis, libro ſexto, capite dudum 21. de privilegiis.* Deinde, quia decimæ illæ à Pontifice aſſignatæ ſingulis Eccleſiis ſunt, *cap. 1. 13. quæſtione 1.* Præterea, quia in Concilio Cabilonenſi ſtatutum fuit, ne Eccleſiæ antiquitus conſtitutæ decimis privarentur, *cap. Eccleſiæ, 16. quæſt. 1.* Rurſus, quia Epiſcopus decimarum & aliarum rerum Eccleſiaſticarum nudus adminiſtrator eſt, non Dominus, & ideo eas donare non poteſt: *cap. 2. de donat.* Notat Rebuffus *in tract. de decimis. quæſt. 5. num. 28. & 32.* Atque ideo dicendum videbatur, privilegium illud remiſſionis decimarum ab Epiſcopo factum non valuiſſe, & ſi valeret (quod non poteſt) non largè, ſed ſtrictè eſſet interpretandum, *c. Porro, c. ſanè, de privilegiis; c. dilecti, 8. c. licet, 11. de decimis.* 8

Sed huic dubio veriſſimè eſt reſpondendum, illam decimarum remiſſionem ab Epiſcopo illo fuiſſe factam non per modum privilegii, ſed per modum remiſſionis, & beneficii: atque ideo ampliandam. Nec huic interpretationi obſtant priora illius text. verba, ibi *privilegium prædeceſſoris tui*: quia dupliciter reſponderi poterit: *Primo* quod verba illa non ſunt referenda ad facti deciſionem ſed ad ejus narrationem, ex quibus jus non ſumitur. *Deinde*, quia illud verbum, *privilegium*, lata ſignificatione ſumptum, multoties accipitur pro quacunque Superioris conceſſione. Notat Barb. *in coll. ad text. in d. c. quia circa, n. 10.* merito Celeſtinus III. in ſpecie illius textus oſtendit remiſſionem illam habere naturam beneficii: in quo ampliſſima debet fieri interpretatio, ut conſtat ex *textu noſtro in fine*; *capite, Paſtoralis, hoc titulo*: notat Covarru. *libro primo variarum, cap. 13.* Quæ interpretatio etiam confirmatur ex eo: quia privilegium propriè dicitur, quod conceſſum eſt contra jus commune, ut conſtat ex ipſius diffinitione tradita per Doctores *in Rubrica de privilegiis*, ſed in *dicto capit. quia circa*, illud beneficium remiſſionis decimarum fuit factum ſecundum Canonicas Sanctiones: ſiquidem intervenit Capituli auctoritas, & juſta Eccleſiæ neceſſitas, ſimul & utilitas, ut conſtat ex verbis illius textus ibi, *ſi illa decimarum remiſſio facta fuit ſecundum Canonicas Sanctiones*; quæ verba ſupponunt omnia ſolemniter fuiſſe facta, ut illud remiſſionis decimarum beneficium valeret; quo ſuppoſito mirum non eſt, quod cum non ſit privilegium ſed beneficium, quod extendatur ad omnes decimas præſentes, præteritas, & futuras, ut rectè animadvertit Barb. *in Coll. ad eundem text. n. 3. & 4.* 9

Septimò, prædictis valde obſtat textus in *cap. ad Audientiam 12. de decimis*, ex quo deducitur, quod ſi Monachi Ciſtercienſes privilegium fuerint conſecuti non ſolvendi decimas de laboribus, quos propriis manibus, aut ſumptibus colunt, privilegium illud non tantum comprehendit novalium decimas, ſed etiam ea, quæ non ſunt novalia; & tamen, ut ſuprà retulimus; privilegium Pontificis, ſi alteri nocivum eſt, non largè, ſed ſtrictè interpretari debet: *d. c. Porro, c. ſanè de privilegiis c. dilecti 8. c. licet 11. de decimis.* 10

Cui dubio reſpondendum eſt, quod licet verum ſit, Pontificis privilegium in Tertii præjudicium impetratum, ſtrictè eſſe interpretandum; tamen, quando verba privilegii generalia ſunt, & conſtat ex intentione Pontificis concedentis, ſe velle eximere Ciſtercienſes à decimarum ſolutione, cum illa generali formula, *ne de laboribus, quos propriis manibus, vel ſumptibus excolunt, decimas ſolvant*: tunc ſatis intendit Pontifex jus commune, & Eccleſiis Parochialibus præjudicare velle: ut notat Gl. 3. *c. cum olim 12. de privilegiis*; ac proinde extenditur tam ad novalia, quàm non novalia: ſiquidem in

ſub illo verbo, *de laboribus*, omnes decimæ comprehenduntur : nam ſi Pontifex tantum intenderet eos eximere à novalium decimis, non fuiſſet uſus illa generali verborum formula, *de laboribus*; ſed alio ſtrictiori, hoc eſt, *de novalibus*; ideo in præſenti repellitur illorum prava interpretatio exiſtimantium; privilegium illud ad ſolas novalium decimas referendum eſſe, cum omnino pervertant verba privilegii, & Pontificis mentem, notat Barboſ. *in Collect. ad eundem textum*, *num.* 2. ubi plura, & plures refert. Et de interpretatione ad textum in *leg. ſi ſervitus* 23. *ff. de ſervitutibus Urbanorum* : *& l. quidam* 7. *ff. de tritico, vinoque legato*; *& leg. cum aurum* 20. *ff. de auro, & argento legato*; vide, quæ latè ſcripſit Doctor Ferdinandus Arias de Meſa *dicto lib.* 3. *variarum reſolutionum*, *cap.* 13. *num.* 3. *cum ſequentibus*. Poterit etiam in præſenti interpretari textus in *cap. dudum* 31. *de privilegiis*, *cap.* 2. *de Decimis*, *lib.* 6. *cap. ex multiplici* 3. *de Decimis* : *leg.* 2. §. *merito*, *& §. ſi quis à Principe*, *ff. ne quid in loco publico*, & alia jura, quæ refert Bernardus Diaz *regula* 66. & conſtat in regulis Doctorum *verbo*, *Beneficium*.

10 Octavò, adverſus ſecundam *noſtri textus* partem, dum in ea aſſeritur, clauſulam oneroſam poſt multas donationes poſitam, proximam tantum donationem reſpicere: obſtabit textus in *cap. ſecundò requiris* 41. *de appellationibus* in cujus textus deciſione traditur, quod ſi clauſula, *appellatione remota*, in quacunque reſcripti parte ſit appoſita, referri debere ad omnia reſcripti capita tam præcedentia, quàm ſequentia; & tamen apparet, clauſulam illam, *appellatione remota*, eſſe oneroſam, & odioſam, cum per eam tollatur appellationis defenſio, quæ regulariter indulgetur; *cap. ut debitus honor*, *de appellationibus*; *leg.* 1. *ff. quibus appellare non licet*. Tum etiam quia odia ſunt reſtringenda. Deinde, quia juxta deciſionem textus in *cap. inquiſitioni* 71. *ejuſdem tituli*, *de appellationibus*, ſi clauſula illa *appellatione remota*, in medio literarum ſit appoſita, reſpicit tantum præmiſſa, & præcedentia, quibus annectitur non ſequentia, niſi in fine literarum repetatur.

Verùm hæc jura facillimè ad concordiam reduci poſſunt, ſi animadvertamus deciſionem textus *in d. cap. 2. requiris*, procedere, quando unum erat negotium quod plures articulos continebat, qui connexi, & dependentes erant à principali; merito, ſi clauſula illa, *appellatione remota*, ſit appoſita poſt unum, intelligitur appoſita tam ad præcedentia, quàm ad ſequentia: ſiquidem intentio Pontificis apponentis clauſulam; *appellatione remota*, eſt ut de omnibus articulis, qui in commiſſione ponuntur, juſtitia ſuum conſequatur effectum: ſiquidem verba debent intentioni deſervire: ut conſtat ex *eodem textu*, *in verbo intentioni deſerviant*: *cap. humanæ*, 22. *quæſt.* 5. notat Vivianus *in Rationali*, *ad eundem textum*. Barboſ. *num.* 2. & textus in *cap. inquiſitioni* 71. *de appellationibus*, loquitur quando omnino diverſa, & ſeparata ſunt negotia, ſe ſe minimè contingentia; ideoque nihil mirum, quod clauſula in uno negotio poſita ad alia diverſa referatur; quæ interpretatio deducitur ex verbis *illius textus*, ibi, *ſi ſunt plura negotia*. Notat Cardinalis *in dicto cap.* 2. *requiris* : Idem *conſilio* 124. Jaſon. *in l.* 3. §. *filius*, *ff. de liberis*, *& poſthumis nu.* 27.

Nec obſtabit, ſi dixeris, textum *in dicto cap. requiris* procedere, quando clauſula in uno tantum negotio eſt interpoſita: ut conſtat ex verbis illius textus : ibi, *in uno tantum contingit atque ideo ad alios articulos extendi non poteſt*. Argumento textus in *l.* 3. §. *filius*, *ff de liberis*, *& poſthumis* : quia reſpondendum eſt, verba illa *in uno tantum contingit*, intelligi debere ſub hac mente; veluti quando ſtatim illa clauſula poſt primum articulum ad cæteros ex eo dependentes, in continenti fuit poſita; nam tunc etiam ad cæteros ejuſdem negotii articulos extendi debet : ſiquidem ea, quæ in continenti fiunt inelle videtur, *leg. lecta*, verſic. *dicebatur ff. de rebus creditis*, ut rectè animadvertit Jaſon. *in dicta leg.* 3. §. *filius*, *ff de liberis*, *& poſthumis*, *num.* 27.

Nonò prædictis valde obſtat textus in *l. talis ſcriptura* 11
30. *& 31. ff. de legatis* 1. Ex quo dedicitur, quod, ipſi in teſtamento illa vulgaris, & generalis clauſula ſit in priori parte ſcripta, ſcilicet, *quas pecunias legavi*, *quibus dies appoſitus non eſt*, *eas hæres meus annua*, *bima*, *trima die dato*; ſed teſtator poſtea legavit quædam purè, die illa non repetita; quæritur, utrum ſint purè legata, an verò ſub illa clauſula, hoc eſt, *in diem annuam bimam*, *trimam?* & reſpondet Ulpianus *in dicta l. talis* 30. §. *ult.* & Paulus *in dicta l.* 31. non eſſe pura, ſed in diem, & ſic clauſulam illam ad omnia legata eſſe referendam: quamvis legata illa noviſſimo loco ſint purè relicta. Verum huic dubio, omiſſa interpretatione, quam refert Mantica *lib.* 3. *de conjecturis tit.* 21. *n.* 20. veriſſimè eſt reſpondendum ideo ibi noviſſimam ſcripturam non eſſe ſequendam : ſed clauſulam illam tam præcedentia, quàm ſequentia legata comprehendere; quia ſecundum voluntatem defuncti, clauſula illa comprehendit univerſa legata, quæ in teſtamento, ſeu codicillis ſcripta, vel relicta ſunt; ut rectè animadvertit Cujacius *in dicta leg. ſi mihi*, *& tibi* 12. §. *final. ff. de legatis* 1. Tum etiam quia proteſtatio ſimpliciter facta, refertur tam ad actum præſentem, quàm ad illum, qui in continenti fit : *leg. lecta* 40. *ff. de rebus creditis*; & cùm omnia ſcripta in teſtamento ineſſe videantur, & in continenti adjecta, quia teſtamentum non recipit intervallum, *leg. cum Antiquitas*, *Codic. de teſtamentis*; merito clauſula illa generaliter concepta, *quæcunque legavi*, intelligitur de omnibus, quæ in eodem teſtamento vel antè, vel poſt illam clauſulam ſcripta ſunt: ut rectè animadvertit D. Ferdinand. Arias de Meſa *li.* 3. *var. reſolutionum*, *c.* 11. *nu.* 9.

Decimò, ſolutioni valde obſtat textus in *cap. uxor.* 12
33. §. 1. *ff. de legatis* 3. ex quo conſtat, quod ſi illa vulgaris, & generalis clauſula ſit ſcripta, *quæ vivus donavi uxori*, *vel uſibus ejus comparavi*, *lego* : ſi poſt teſtamentum maritus, uxori quædam donavit, quæſitum fuit an ita donata ex illa clauſula generali debeantur, ita ut ad poſtea donata clauſula illa referatur : & Scævola *lib.* 15. *Digeſtorum* ſcribit *in dicto* §. 1. minimè deberi : igitur, ſi illa clauſula non pertinet ad ea, quæ poſtea donata ſunt, nec etiam ſimiliter *in dicta l.* 30. *& 31.* pertinebit ad ea, quæ poſtea legata ſunt.

Verum huic dubio reſpondendum eſt, clauſulam illam non pertinere ad ea, quæ poſtea donata ſunt, licet pertineat ad ea, quæ poſtea legata ſunt : ut *in d. l.* 30. *& 31.* Ratio differentiæ in eo conſiſtit; quia aliud eſt dicere, *quæ vivus donavi*, aliud verò quæ *hoc teſtamento legavi* : quia ſub illa generali clauſula, *quæ vivus donavi*, non continentur quæ poſt teſtamentum teſtator donavit: quia id omne, quod in teſtamento continetur, uno fit contextu, & pro uno actu habetur, cùm unus ſit actus; quæ ratio ceſſat in clauſula illa, *quæ vivus donavi*; nam ſi poſtea donaſſet, diverſi actus cenſentur, atque ideo ad poſtea donata referri non debet, niſi appareat teſtatorem, contrarium ſenſiſſe : notat Gl. *verbo proponetur*, in *dicta l. uxori* 33 §. 1. *ff. de legatis* 3. Cujac. latè *in dicta l.* 12 §. *final. ff. de legat.* 1. D. Arias de Meſa *d. l.* 3. *variar. c.* 11. *n.* 9.

Similiter pro interpretatione ad textum in *cap. ei*, *cui* 29. *de præbendis*, *lib.* 6. videndus eſt idem Doctor Arias de Meſa *ubi ſuprà*, *c.* 4. *n.* 16. De hac enim clauſula in fine poſita, an ad præcedentia, vel ſequentia pertineat? plura videat, qui velit, apud Philipum Portium *lib.* 2. *concluſionum*, *concl.* 38. Gratianum *lit. S. regula* 412. Acunnam *ad* 1. *Decreti partem*, *in dicto c. ſi Rector*, 1. 43. *diſtinct.*

De altera verò *noſtri textus* parte, in qua aſſeritur, quod in teſtamentis plenior debeat fieri interpretatio, videndus eſt Ceval. *communium contra communes*, *q.* 126.

De ultima verò, in qua refertur in beneficiis Principum pleniſſimam fieri interpretationem, videndus eſt Henricus Boich. *in comment. ad noſtrum textum*, ferè *per totum* : Azevedo *in rubric. titul.* 2. *lib.* 6. *Recopilationis*, *num.* 238.

*n.*238. cum traditis à Ximenez *in Concord. ad Decretales*, in *textu noſtro.*

Ad textum in cap. Paſtoralis 7. hujus Tituli.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus ſi in Eccleſia, quam de conſenſu Capituli pio loco conceſſit, percipiebat certos proventus, illos donaſſe videtur : alioquin omnes proventus, præter Cathedraticum, cedunt pio loco.*

2 *Verbum*, concedo, *licèt ſit generale, tamen reſtringitur ſecundum naturam contractus, cui adhæret.*

Donationes potius, ut valeant, quàm pereant, debent interpretari.

3 *Exponitur textus in* c. Paſtoralis, verſ. quod ſi ex ipſius proventibus de donat.

4 *Epiſcopus nullam portionem in Eccleſiâ inferiori ſibi reſervare poterit, quemadmodum neque Patronus aliquid ex ea ſibi appropriare valebit.*

Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione debent conferri.

5 *Cathedraticum quid ſit? ibi refertur.*

Expenditur textus in cap. inter cætera 8. verſ. Monaſterium: 10. quæſt. 3. *& conciliatur cum* cap. 1. de Præbend. lib. 6.

Monaſteria quoad legem juriſdictionis, ſunt ſub poteſtate Epiſcopi.

6 *Redditur ratio ad textum* in c. conſtitutus 6. de Religioſis domibus.

7 *Cathedraticum in ſignum obedientiæ debitum, præſcribi non poteſt.*

Jura Epiſcopalia, ut plurimum præſcribi poſſunt: non tamen omnia, ut ibi exponitur.

8 *Præſcriptio prohibetur, quæ juri publico nocet.*

8 *Romanus Pontifex eſt Vicarius Chriſti, & caput omnium Eccleſiarum.*

9 *Declaratur textus* in cap. cum olim el 2. in fine, de privilegiis.

10 *Expenditur textus in* cap. cum perſonæ 7. de privilegiis lib. 6.

11 *Præſcriptio reprobatur, per quam jus inſtituendi contra Epiſcopum uſurpatur.*

Refertur interpretatio ad textum in cap. ex frequentibus, de inſtitut.

12 *Exponitur text. in* cap. olim 20. de cenſibus.

Synodaticum eſt idem, quod Cathedraticum.

13 *Dilucidatur textus in* c. ea noſcitur, in fine, de his quæ fiunt à Prælatis.

Declaratur textus in cap. ex literis, de Jure Patronatus.

CONCLUSIO.

1 *SI Epiſcopus in Eccleſia quam de conſenſu Capituli pio loco conceſſit percipiebat certos proventus, illos donaſſe videtur : alioquin omnes proventus, præter Cathedraticum, cedunt pio loco. Et ſi Epiſcopus conceſſit de conſenſu Patroni, intelligitur Patronus donaſſe jus Patronatus.* Quæ concluſio comprobatur ex textu in *cap. cum olim* 19. *cap. cùm venerabilis* 21. *cap. venerabili* 24. *de cenſibus; cap. quod autem*, §. *de cetero, de Jure Patronatus, cap. unico, eodem titulo, lib.* 6. *cap.* 2. *de ſuppleuda negligentia Prælatorum : cap. cum nos, cap. tua. cap. Paſtoralis, de his, quæ fiunt à Prælatis : cap. ſi una, de rebus Eccleſiæ: cap. final. de Precario; cap. Paſtoralis, de privilegiis : Clement. 2. de rebus Eccleſiæ ; c. 1. c. viſis*, 16. *quæſt. 2. c. final.* 12. *quæſt.* 3. *c. quicunque.* 16. *quæſt.* 7. *c.* 1. 12. *quæſt.* 3. *c. conquerente*, verbo, *duos ſolidos, de officio Ordinarii: Novella Juſtiniani* 123. *l. qui tabernas, ff. de contrahenda emptione; l. ſi domus,* §. *ult. ff. de legatis* 1. *leg. Cajus, ff. de pigneratitia actione; leg. final. titul.* 12. *partita* 1. juncta ejus Gloſſa 8. *&* 10. *leg.* 6. *tit.* 14. *partita* 1. *gloſſa* 2. Exornant Riccius *in praxi, reſolutione* 181. Cerda *in praxi Epiſcopali, parte* 1. *verbo, jus Cathedraticum* §. 1. Pacianus *tract. de viſitatione, parte* 1. *quæſt.* 15. *num.* 13. Antonius Gomez *tomo* 1. *c.* 12. *num.* 15. verſic. *Ex quo infertur* ; & *tomo* 2. *c. num.* 35. Azevedo *in l.* 1. *tit.* 25. *lib.* 8. *Recopilationis, n.* 66. Gratian. *diſceptationum forenſium tomo* 4. *c.* 620. *num.* 10. *&* 11. Suarez *allegatione* 7. *num.* 3. Rochus de Curte *de Jure Patronatus* verbo, *de Diœceſani, q.* 10. *n.* 23. & verbo, *honorificum, quæſt.* 43. *n.* 35. & verbo, *vel is, à quo: q.* 21. *n.* 38. cum traditis à Barb. *de poteſtate Epiſcopi*, 3. *p. allegatione* 86. *n.* 40. cum ſequentibus, *& allegatione* 89. *&* 127. *per totam*, cum ab eo traditis *in collect. ad noſtrum textum.*

Ratio quare ſi Epiſcopus in Eccleſia, quam de conſenſu Capituli pio loco conceſſit, percipiebat certos proventus, qui forte impoſiti erant tempore dedicationis, juxta textum in *cap. Eleutherius*, 18. *quæſt.* 2. illos donaſſe videtur, ea eſt: quia licet verbum, *concedo*, ſit generale, tamen reſtringitur, & accipitur ſecundum naturam contractus, cui adhæret. Notat Gloſſa *in c.* 1. *verbo, titulo, de uſuris lib.* 6. & cum talis conceſſio de Eccleſia videatur facta pio loco ad illius miniſtrorum ſuſtentationem : Argumento textus in *c.* 1. *de præben. lib.* 6. & quis donando, tantum cenſetur donaſſe quod ſuum eſt, *dicto cap. quod autem* §. 1. *de Jure Patronatus: l. qui tabernas, ff. de contrahenda emptione: l. ſi domus.* §. *ultimo ff. de legatis* 1. *leg. ſi ita. ff. de uſu, & habitatione*: & donationes potius, ut valeant, quàm pereant, debent interpretari : *c.* 1. *c. cum dilecti* 6. *hoc titulo* : *c. in his, de privilegiis, cap.* Abbate, *de verb. ſignificatione: c. inter dilectos de fide inſtrumentorum* : ideo ne conceſſio illa ex parte Epiſcopi fruſtratoria reddatur, in dubio tantum debet referri ad jus, quod Epiſcopus in Eccleſia habet; *c. conſultationibus* 4. *hoc titulo* : ſi verò Epiſcopus in Eccleſia illa nullam portionem retineat, tunc omnes proventus cedunt pio loco. Ratio eſt; quia ut *ſupra* retulimus donatio eſt interpretanda, ut potius valeat, quàm pereat : *dicto c. in his, de privilegiis*, ſicut & quilibet actus, *leg. quoties*, la ſegunda, *ff. de rebus dubiis* : & ſi Epiſcopus, per conceſſionem illam, nullos proventus pio loco daret, donatio illa fruſtratoria appareret : non tamen videtur conceſſiſſe Cathedraticum : quia Cathedraticum eſt ſubjectionis, vel obedientiæ ſymbolum, quod Clerici ſuo Epiſcopo quotannis Cathedralis Eccleſiæ cauſa pendunt, id-eſt, duos ſolidos, quos Epiſcopo debent, & vertitur in Eccleſiæ reparationem, non in honorem Cathedræ ſuæ ; *c. conquerente. de officio Ordinarii: cap. Eccleſiæ de cenſibus, cap. placuit*, 10. *quæſt.* 3. Notant Abbas, & Cujacius, *in præſenti*, & ſi Epiſcopus Eccleſiam conceſſit, de conſenſu Patroni, intelligitur Patronum donaſſe jus Patronatus. Ratio eſt ; quia conſenſus ille in conceſſione illa debet aliquid operari ne fruſtratorius redderetur : nam Patronus quod ſuum eſt, hoc eſt, jus Patronatus conceſſiſſe videtur : *dicto cap. quod autem, paragrapho de cætero, de jure Patronatus* : argumento textus *in leg. Cajus, digeſtis, de pignoratitia actione* : ſiquidem donatio interpretanda eſt ſecundum qualitates donantium, & eorum qui donationem accipiunt : Notat Gloſſa 1. *&* *penultim.* Abbas & Innocentius, *in præſenti* ; & in conceſſione illa deſideratur Capituli conſenſus. Et ratio quare Epiſcopus non poteſt ſine conſenſu Capituli, jus, quod habet in Eccleſia inferiori, quam ſi jus illud conſtet in perceptione temporalium, in alium locum pium transferre, ea videlicet; quia conceſſio illa eſt quædam jurium Eccleſiæ alienatio, quæ Epiſcopo non permittitur ſine conſenſu Capituli, *c. ſine exceptione*, cum vulgatis, 12. *q.* 2. *c. cum eos, de his, quæ fiunt à Prælatis. c. cum Apoſtolica, de rebus Eccleſiæ*: notat Abb. *in præſenti, n.* 5. Henric. Boich. *n.* 5.

2

Primò, adverſus *noſtrum textum* in verſ. *quod ſi ex*

3

eſt, ex quo deducitur, ſi Epiſcopus ſimpliciter Eccleſiam conceſſit, tantum jus, quod habet ſcilicet portionem temporalem conceſſiſſe videtur: obſtabit *idem textus* in verſic. *quod ſi ex ipſius proventibus*, ex quo conſtat, quod ſi nullam in Eccleſia illa portionem habet, omnes proventus conceſſiſſe videtur, ac proinde intelligitur plus dediſſe, quando minus in Eccleſia, quàm quando aliquid habet, & ſic videtur textus ſibi ipſi contrarium aſſeruiſſe.

Sed huic dubio reſpondendum eſt, ideo in illa ſimplici Epiſcopi conceſſione tantum jus quod Epiſcopus habet conceſſum intelligi, quia verbum *concedo*, in ſuo proprio ſignificatu non inducit omnimodam tranſlationem dominii, atque ideo in dubio refertur ad jus ſingulare, quod Epiſcopus in Eccleſia habet: *cap. final. de precario*, meritò, ne conceſſio ex parte Epiſcopi fruſtratoria ſit, tantum conceſſio illa quoad jus, quod habet, admittitur; ſi verò nullum jus ſingulare in Eccleſia retinet, eadem ratione, ne conceſſio ſit fruſtratoria, videtur conceſſiſſe omnes redditus Eccleſiæ in uſus proprios Monachorum; cùm non appareat ratio, quare magis debeat concedere certa jura, cum omnia ſint ejuſdem conditionis & qualitatis: Argumento textus in *capit. cum in tua Diœceſi Decimis*: & ſic ex his deducitur ſingularis doctrina, quod, quando non poteſt operari ſingularis tranſlatio, operatur univerſalis: ut rectè animadvertit Abb. *in præſenti numero ſecundo*, *& octavo*, Henricus Boich. *numero ſecundo*.

4 Secundò, prædictis obſtabit textus in *capite primo, & ſecundo*, 10. *q.* 3. *cap. conquerente, de officio Ordinarii*, ex quibus conſtat, Epiſcopum nullam portionē in Eccleſia inferiori ſibi reſervare poſſe, quemadmodum etiam Patronus nihil poteſt ſibi appropriare, vel vindicare de redditibus Eccleſiæ juxta textum in *cap. filii, vel nepotibus*, 16. *q.* 7. *cap. final.* 16. *quæſt. prima, capite primo*, & *per totum, ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur*: ergo non rectè in præſenti aſſeritur, Epiſcopum ex Eccleſia inferiori poſſe ceriam fructuum portionem exigere.

Verùm huic dubio reſpondendum eſt, quod licet de jure communi Epiſcopus nullam portionem ex aliena Eccleſia ſibi vindicare poſſit, *dicto capite primo*, *& ſecundo*, 10. *quæſtione* 3. tamen jure ſingulari quandoque eos percipere poteſt: veluti ſi fundationis tempore conditio illa ſit impoſita, juxta textum in *c. Eleuterius, penultimo*: 18. *quæſtione* 2. vel ex antiqua conſuetudine à Pontifice comprobata, juxta text. *in c. ſervitium, ultimo, eadem cauſ.* 18. *quæſtione* 2. Notat Abb. *in præſenti, numero quarto*, Henricus Boich. *num.* 2. *apud medium*. Similiter Patroni licet ab Eccleſia illa aliquid temporale exigere non poſſint, tamen poterunt, ſi fundationis tempore Epiſcopi auctoritate interveniente id fuerit reſervatum, juxta textum in *cap. præterea vigeſimo tertio, de Jure Patronatus*. Notat Barboſ. *in Collect. ad eundem textum*.

Tertiò, adverſus *textum noſtrum*, in verſic. *Præter* 5 *Cathedraticum*; ex quo conſtat, quod quamvis Eccleſia ab Epiſcopo ſit unita Monaſterio, vel alii pio loco, non videtur conceſſum Cathedraticum: quia Cathedraticum, eſt quoddam jus Epiſcopale, quod debetur, in ſignum ſubjectionis, vel obedientiæ, quod inter jura Epiſcopalia connumeratur in *capite conſequente decimo ſexto, de Officio Ordinarii*: Obſtat textus in *cap. inter cætera* 8. *verſi. Monaſterium*, 10. *quæſt.* 3. Ex quo colligitur, Baſilicas Monaſteriorum exemptas eſſe à juribus Epiſcopalibus. Augetur difficultas ex textu in *capite primo, de Præb. lib.* 6. verſic. *Epiſcopalia jura perſolvere*, ex quo deducitur Eccleſiam Monaſterio unitam jura Epiſcopalia ſolvere debere.

Sed reſpondendum eſt, textum *in dicto cap. inter cætera* 8. procedere in Baſilicis Monaſteriorum, id eſt in ipſiſmet Monaſteriis, quæ quidem Monaſteria exempta ſunt à juribus Epiſcopalibus: ut habetur in *capite primo*, 10. *quæſt.* 1. At verò *textus noſter*, & textus *in dicto c.* 1. *de Præb. lib.* 6. loquitur in Eccleſiis ſæcularibus Monaſterio unitis, quæ Baſilicæ unitæ ex conceſſione illa, vel unione, non eximuntur à juribus Epiſcopalibus, Notat Gloſſa *in dicto cap. conquerente*, verbo, *duos ſolidos*: *de officio Ordinarii*, Hoſtienſis *in Summa, titulo, de ſtatu Monachorum. §. ult.* 8

Nec ſolutioni obſtabit ſi dixeris Monaſteria etiam de propriis Eccleſiis jura illa Epiſcopalia ſolvere debere, ſiquidem Monaſteria etiam ſunt ſub poteſtate Epiſcopi; juxta textum *in cap. quædam* 10. 18. *quæſtion.* 2. Quia reſpondendum eſt, illud verum eſſe, quantum ad quæ ſunt de lege juriſdictionis, ſecus in his quæ ſunt de lege Diœceſana, ut *in dicto cap.* 1. 10. *quæſt.* & in *dicto c. inter cætera, quæſt.* 13. Notat Gloſſa *in cap. dilectus, de officio Ordinarii*, & Doctores omnes in *cap.* 1. *de ſtatu Monachorum*: Imola, & Abb. *in dicto cap. dilectus, de officio Ordinarii*: & quæ ſint de lege juriſdictionis, vel lege Diœceſana? rectè explicat Gloſſa *in principio* 10. *quæſt.* 1.

Quartò, prædictis obſtat textus in *capite conſtitutus* 6 *ſexto, de Religioſis domibus*, ex quo deducitur, Epiſcopum poſſe Eccleſiam Religioſis concedere, ſeu donare, & in totum ab ejus juriſdictione, etiam quoad Cathedraticum eximere. Verùm reſpondendum eſt, donationem illam ab Epiſcopo Religioſis factam, quoad Cathedraticum valuiſſe; quia fuit confirmata ex certa ſcientia per Romanum Pontificem: quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi, *quod ab ea factum fuerat confirmavit*: Notat Gloſſa *in præſenti, verbo, Cathedraticum*, Barboſ. *in Collectan. ad textum in dicto capite conſtitutus, numero ſexto*, idem Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi, tertia parte, allegation.* 89. *num.* 3. *apud finem*. 9

Quintò, adverſus ea quæ *in præſenti* notant omnes, 7 præcipuè Henricus Boich. *num. ſexto, & ſeptimo*, Abb. *numero ſexto*, videlicet Cathedraticum in ſignum obedientiæ debitum præſcribi non poſſe: Argumento textus in *cap. non licet*, verſic. *præſcriptione temporis non obſtante*: *de præſcriptionibus, gloſſa* 4. *in cap. auditis, eodem titulo*: Gloſſa ultim. *in cap. cum inter, de conſuetudine* Gloſſa, *verbo, conſuetudine, in cap.* 2. *de pœnitentiis, & remiſſionibus, lib.* 6. Obſtabit dicere, quod Cathedraticum connumeratur inter jura Epiſcopalia, *dict. cap. conquerente, de officio Ordinarii*: ſed jura Epiſcopalia præſcribi poſſunt, *cap. auditis, cap. de quarta* 4. *C. cum olim* 18. verſic. *quia, de præſcriptionibus; c. ultimo, de officio Archidiaconi*, cum traditis à Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi, parte tertia, alleg.* 12. Ergo perperam Doctores *in præſenti* affirmant, Cathedraticum præſcribi non poſſe.

Cui dubio reſpondendum eſt, fatendo jura Epiſcopalia, ut plurimum præſcribi poſſe non tamen omnia: quia excipiuntur nonnulla ſpeciali jure prohibita in quibus diverſa ratio, & graviſſimum præjudicium ita ſuadet, ut in *cap. officii, de præſcriptionibus*. Unde licet ſubditi præſcribere poſſint exceptionem, & libertatem à nonnullis oneribus, in quibus ſubiiciuntur Epiſcopi, juxta textum *in d. cap. auditis*, cum ſimilibus, *de præſcriptionibus*; non tamen præſcribere poterunt exemptionem ab obedientia, quæ in Cathedratico conſiſtit, ut in *textu noſtro*, ſi quidem præſcribi prohibetur propter graviſſimum præjudicium, repugnantiam, confuſionem, & abſurditatem, quæ in eo conſiſtit, ne membra à ſuo capite diſcedant, & ut ſubditi Superiorem agnoſcant; juxta textum *in dicto capite cum non liceat, de præſcriptionibus*; tum etiam quia omnis preſcriptio prohibetur, quæ confuſionem continet, & juri, ſeu bono publico nocet, & nervum Eccleſiaſticæ diſciplinæ infringit: *lege præſcriptio, Codic. de operibus publicis*: *capit. licet*, in principio, *verſiculo, confuſio naſceretur*, 16. *quæſt.* 2. *dicto capit. cum inter de conſuetudine*; ſed præſcriptio omnino extinguens obedientiam Epiſcopo Diœceſano debitam quæ in Cathedratico conſiſtit, nocet juri, & bono publico; ut conſtat ex *textu noſtro, & c. ſciendum*, verſiculo, *obedientia*: 8. *quæſt.* 1. *c. ultimo, in principio*, 23. *quæſt.* 1.

quæst. 1. Ergo Cathedraticum, in quo consistit obedientia, neutiquam prascribi poterit: juxta ea, quæ eruditè refert Barbos. *de potestate Episcopi*, 3. *parte allegatione* 128. *per totam.*

8 Sextò, prædictis obstabit dicere, quod ratio *suprà* adducta, de qua mentio habetur *in dicto cap. cum non liceat*, in principio, *de præscriptionibus*, non videtur sufficiens, imo nec vera: siquidem licèt subditus obedientiam contra Episcopum præscribat, non tamen propterea recedit à capite, cum adhuc remaneat subjectus Romano Pontifici, qui est Vicarius Christi, & caput omnium Ecclesiarum, juxta illud Pauli *ad Ephesios* 1. *Clement.* 1. *in principio, de jurejurando.* Sed eo non obstante, dicendum est verissimam rationem esse *suprà* adductam. Nec obstat consideratio illa. Quia procedit in universali subjectione, non in particulari, de qua in *textu nostro*, & in *dicto cap. cum non liceat*: quia ad hoc, ut quis possit præscribere specialem subjectionem contra Episcopum, & dicatur subditus immediatus Ecclesiæ Romanæ quoad ea, in quibus Episcopo subiiciebatur, requiritur, quod ab ipsa Ecclesia Romana habitus sit, & tractus tanquam ita subditus, & immediatus, per quam præscriptionem Ecclesia Romana adquirit illam specialem subjectionem: quia quoad universalem, non erat necessaria præscriptio, cum hujusmodi universalis subjectio semper maneat, & auferri non possit: Notat Barb. *de potestate Episcopi, dicta* 3. *parte, allegatione* 128. *num. final.*

9 Septimò, obstat text. in *c. cum olim, el* 2. *in fine, de privilegiis*, ex quo constat, omnimodam exemptionem à potestate, & subjectione Episcopi, & ita ab obedientia posse præscriptione adquiri. Verùm respondendum est, textum illum non agere de præscriptione, per quam hujusmodi obedientia omni modo extinguitur; sed per quam ab Episcopo transfertur ad Ecclesiam Romanam, cui se Monasterium subjecerat: quæ interpretatio comprobatur ex *dicto c. cum olim*, versic. *nos igitur*: juncto versic. *quia vero*, ex quo deducitur Pontificem admisisse præscriptionem continentem id ipsum, quod privilegia concedebant, & in privilegiis, concedebatur exemptio à subjectione Episcopi, ita ut Monasterium quoad illam subjiceretur Ecclesiæ Romanæ; ut sentit Barb. *de potestate Episcopi*, 3. *parte*, *alleg.* 128. *num.* 13.

10 Octavò, obstat textus in *cap. cum personæ 7. de privilegiis*, *lib.* 6. ubi similiter apparet jura Episcopalia, etiam ad subjectionem pertinentia, præscribi posse. Sed respondendum est, *textum* illum procedere in præscriptione illa, quæ secundum jus commune admitti potuit contra obedientiam, & subjectionem Episcopi; veluti, quando eximitur ab Episcopo Diœcesano, non ut omnino extinguatur obedientia; sed ut per præscriptionem adquiratur alii, cui se subditi subjecerunt: Argumento textus in *cap. cum ex officii*, versic. *quamvis alius, de præscriptionib.* Unde constat non in totum præscribere obedientiam, sed propriè loquendo alius illam præscribit in subditis contra Episcopum, & in ejus præjudicium: Notat Glossa, *verbo, præscripsisset*, in *dicto cap. cum olim* meritò; cum obedientia remaneat, & subditi non sint Acephali, *cap. nulla*, 93. *distinct.* nec absolutè recedant à Capite; mirum non est, quod præscriptio illa translativè admittatur, licet extinctivè non permittatur: Notat Barbos. *ubi suprà, dicta quæst.* 128. *n.* 8. & 14. Ex quibus deducitur, quod cum in cæteris juribus Episcopalibus, quæ consistunt in jurisdictione, videlicet eligendi, instituendi, decimandi, & similibus, absurditas suprà relata non reperiatur, nec in eis tollatur intrinseca ratio superioritatis, nec membra à capite recedant, mirum non est, quod præscribi possint: juxta textum in *c. auditis, c. de quarta, cap. cum olim* 18. versic. *quia*: *de præscriptionibus*: *capit. ultim. de officio Archidiaconi*: Notat Covar. *in cap. alma mater*, 1. *parte*, §. 12. *n.* 3. cum traditis à Barbos. *de potestate Episcopi*, 3. *parte*, *alleg.* 127. *n.* 3.

11 Nonò, prædictis obstat textus in *cap. ex frequentibus*, *de institutionibus*, ubi consuetudo, vel præscriptio reprobatur, per quam jus instituendi contra Episcopum usurpatur. Cui difficultati respondendum est, textum illum tantum reprobare consuetudinem, vel præscriptionem, per quam Clerici recipiebant beneficia ab eis id est à laicis: qui potestatem non habebant, intrudentibus eos sine auctoritate alicujus legitimi Superioris, ad quem de jure pertinebat institutio: atque ita sunt interpretanda verba illius textus, ibi, *sine consensu Episcopi Diœcesani, vel Officialium*; quæ verba non excludunt alios, qui privilegio, vel præscriptione legitima instituendi potestatem habuerint, ut latè refert Barbos. *de potestate Episcopi*, 3. *parte*, *allegat.* 127. *num.* 10. *cum sequentibus tribus allegationibus*, ubi plura de præscriptione jurium Episcopalium refert: præcipuè *in collect. ad textum, in dicto cap. ex frequentibus* 3. *de institutionib. n.* 1. & 2.

Decimò, prædictis obstabit textus in *c. olim* 10. *de censibus*; ex cujus textus decisione deducitur, Synodaticum, quod est idem, quod Cathedraticum, præscribi posse. Verùm respondendum est, in specie *illius textus*, in totum non fuisse præscriptum Cathedraticum, sed in parte tantum, hoc est, ut si per spatium quadraginta annorum Synodatici, seu Cathedratici quantitas in una moneta pro alia fuerit soluta, præscriptio valeret: siquidem modus solvendi videlicet in pecunia, aut in alia materia, præscribi potest contra Ecclesiam per spatium quadraginta annorum: Notat Balb. *de præscriptionibus*, 4. *parte, in principio, n.* 2. Rodericus *de Annuis redditibus, lib.* 1. *quæst.* 17. Aretinus *consilio* 112. *n.* 2. & 3. Barb. *in collect. ad textum in dicto c. olim* 20. *de censibus*, *n.* 2.

12

Undecimò, adversus ea, quæ in præsenti notant omnes, præcipuè Abb. *num.* 5. Henricus Boich. *num.* 5. videlicet, Episcopum non posse jus, quod habet in Ecclesia inferiori, transferre, etiam in alium locum pium, sine consensu Capituli, etiam si illud jus consistat in perceptione temporalium, nec consuetudinem in contrarium valere, cùm esset Ecclesiæ onerosa: juxta textum in *cap.* 1. cum *suprà* traditis, *de consuetudine*: notat Glossa *in Clement. si una, de rebus Ecclesiæ*: obstabit textus in *cap. ea noscitur*, in fine, *de his quæ fiunt à Prælat.* in cujus textus specie in prima parte asseritur, quod quando Ecclesia habet jus, Prælatus præsentabit de consensu Capituli, vel majoris, & sanioris partis, & aliter præsentatio facta non valebit: in secunda verò probatur, Prælatum absque consensu Capituli posse præsentare, si ipse pro se probet præscriptionem, consuetudinem, vel privilegium.

13

In cujus *textus* difficultate, omissa interpretatione, quam refert Henricus Boich. *in præsenti, n.* 5. dum asserit, valere illam Episcopi concessionem sine consensu Capituli, sed non valere quoad transferendum jus licet valeat quoad transferendum titulum præscribendi, veriorem esse existimo, quam refert Abb. *in præsenti, num.* 5. dum affirmat textum illum procedere in collatione Ecclesiæ jure tituli: quo in casu potest præscribi consensus seu consilium Capituli; secus verò in *textu nostro*, ubi præscriptio non admittitur. Ratio differentiæ est; quia in collatione illa, non fit rerum Ecclesiæ alienatio, ut in *text. nostro.* Nec prædictis obstabit textus in *cap. ex literis, de Jure Patronatus*, ubi sola Abbatissæ præsentatio admittitur. Quia dupliciter respondeti potest: *primò*, verba illa esse narrativa, quæ dispositionem non includunt; juxta textum in *c. dilectus trigesimo quarto*, *de Prabendis*: Secundò, præsumi præsentationem ab Abbatissa, legitimè fuisse factam, nempe cum majoris partis Conventus consensu: Notat Lambertinus *de Jure Patronatus. lib.* 2. *parte* 1. *q.* 1. *articulo* 12. *n.* 3. & 4. Thom. Sanchez *ad præcepta Decalogi*, *tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 7. Barb. *in Collect. ad textum in dicto cap. ea noscitur, n.* 2.

Ad

Ad textum in cap. Inter dilectos 8. hujus Tituli.

SUMMARIUM.

1 *Hospitalarii possunt in præjudicium suum se, & domum suam alteri Religiosæ domui subjicere, & donare.*

2 *Favori, & juri suo quisque renuntiare potest.*
Donatio, renuntiatio, & submissio, etiam per Procuratores facta, tenet.
Allegantes propriam turpitudinem, non sunt audiendi.

3 *Redditur ratio ad textum in* cap. tertio loco, de probat.

4 *Unio, & submissio non potest fieri sine Episcopi auctoritate.*
Exponitur textus in cap. Inter dilectos 8. de donation. b.

5 *Iterum declaratur textus in* d.c.inter dilectos 8. *vers.* Domini, de don.

6 *Depromitur ratio ad text.* in c. lator 7. de sententia, & re judicata.

7 *Declaratur text.* in c.si quis Presbyterorum 6.de rebus Ecclesiæ.

8 *Expenditur text. in* l.1.C.de liberali causa.
Factum contra legem, pro infecto habetur.
Dilucidatur textus in l. jubemus 41. in fine, C.de liberali causa.

9 *Refertur ratio ad textum* in c.cum super 8. de concessione præb.

CONCLUSIO.

1 POssunt hospitalarii *in præjudicium suum, se, & domum suam alteri Religiosæ domui subjicere & donare.* Hæc nostri textus littera comprobatur ex textu in *c. Pastoralis, de causa possessionis, & proprietatis; capit. significaverunt, de testibus; cap. si diligenti, de præscriptionibus; cap. accedens, de præb.* cum traditis à Glossa *in præsenti*, verbo, *dissimilibus*: & quod allegans turpitudinem non sit audiendus, quæ regula ex altera nostri textus parte deducitur, & comprobatur ex textu in *cap. forte*, 14. *quæst.* 5. *capit. legi*, 16. *quæst.* 1. *cap. non sanè* 27. *quæst.* 2. *capit. perlatum*, 29. *quæstion.* 1. *capit. dictum*, 29. *quæst.* 2. *cap. veniens, de testibus; capit. super quæstionem, de concessione Præb. capit. propositum, de eo, qui duxit in matrimonium; cap. inter dilectos, de donationibus l. filios, Cod. de his, quæ in fraudem creditorum; l. transactione, Cod. de transaction. l. si creditoribus, Cod de servo pignori dato, l. Marcellinam, Cod. de condictione ob turpem causam, leg. cum profiteris, Cod. de revocandis donat. l. si servus plurium*, §. 1. *digest. de legatis* 1. cum traditis à Glossa *in præsenti*, verbo, *turpitudinem, l. penult. titulo* 22. *partita* 6. *leg* 6. *titulo* 9. *lib.* 8. *Recopilationis.* Exornant Bernardus Diaz *Regula* 24. *versicul.* 5. Tiraquellus *de retractu linag.* §. 1. *glossa* 11. *numero* 20. & 24. Surdus *decisione* 196. *num.* 6. & *decisione* 309. *n.* 16. Cardoso *in praxi Judicum & Advocatorum*, verbo, *allegatio, num.* 5. Sarmient. *lib.* 3. *Selectarum, capit.* 13. *num.* 5. & 11. Gratianus *Regula* 477. Didacus Perez *glossa* 1. *pag.* 136. *columna* 2. *in principio*; & *glossa* 2. *pag.* 142. *columna* 2. *post medium, in l.* 1. *titulo* 6. *lib.* 1. *Ordinamenti*, cum traditis à Cenedo *in Coll. ad Decret. Coll.* 10. *n.* 4. Barb. *in Coll. ad hunc text. n.* 2. Tuscus *littera T. concl.* 404.

2 Ratio, quare Hospitalarii in præjudicium suum, se, & domum suam alteri Religiosæ domui poterunt subjicere, & donare, ea est: quia favori & juri suo quisque renunciare potest: *cap. ad Apostolicæ, de regularibus*, 5; *l. penult. Cod. de Episcopis, & Clericis; l. penult. C. de pactis; c. si de terra, de privilegiis*, cum renuncianti non detur regressus, *l. quæritur.* §. *si venditor, ff. de ædilitio edicto; capit. ex transmissa, de renuntiatione; cap. ex ore, de privilegiis*; & sic Patroni jus, quod habebant, donasse videntur: ut *supra* latè diximus *in cap. præcedenti*; & renunciatio illa per Procuratores facta admittitur: quia donatio, renunciatio, vel submissio, etiam per Procuratores facta tenet: *capit. accedens, de Præbend. cap. si diligenti, de præscriptionibus.* Nec admittitur exceptio Hospitaliorum Sancti Allutii, asserentium donationem illam non valuisse ex eo, quod facta fuerat à fratribus paucioribus perjuris, & excommunicatis: *Primo* quia donatio illa simpliciter, & purè ab ipsis fuerat facta: tum etiam, quia allegantes propriam turpitudinem, non sunt audiendi: *dict. cap. forte*, 14. *q.* 5. cum suprà traditis. Præterea quia licet essent excommunicati, & perjuri, poterant donare, *cap. veritatis, de dolo, & contumacia*: Notat Innocentius *in præsenti, num.* 2. *in fine*: Deinde quia deceptis, non decipientibus jura subveniunt: *c. cum universum, de rerum permutatione; l.* 2. §. *sed ita demum, & §. verba ff. ad Senatus Consultum Velleianum, l. si fine* 5. *Cod. eodem*: nec donatio, vel sententia illa poterit præjudicare Episcopo Diœcesano de Piscia: quia res illa fuerat inter alios acta, atque ideo aliis, nec Episcopo nocere poterat: *cap. inter dilectos, de fide instrumentorum, cap. penultimo, de re judicata*; ubi latè scripsimus: siquidem à jurisdictione sui prælati quis non potest se eximere; *cap. si diligenti, de foro competenti*: cum *supra* traditis in *c.* 7. *hoc titulo.*

3 Primò, obstabit dicere, quod exceptio illa proposita, quod à paucioribus de Capitulo donatio fuerat facta, esset admittenda, cum ex eo donatio nulla reddatur, juxta textum *in cap. tertio loco, de probation.* Cui dubio respondendum est, quod licet exceptio illa tanquam legitima admitti possit; tamen cum tantum fuisset objecta, & non probata, rectè contra Capitulum Sancti Allutii fuit judicatum: Notat Innocentius *in præsenti, numero secundo, in fine*: Abb. *num.* 4.

4 Secundò, obstabit dicere, quod Hospitalarii illi Sancti Allutii non poterant se submittere, nec unire alteri Hospitali, cum unio, & submissio illa non possit fieri sine Episcopi auctoritate: *cap. sicut unire, de excessibus Prælatorum; cap. sicut, de supplenda negligentia Prælatorum*; *cap. cum dilectus, de consuetudine.* In qua difficultate, Glossa *in præsenti* verbo, *adiudicare*, asserit, quod licet subjectio illa quoad Episcopum non valuerit, cum subjicere, & unire unam Ecclesiam alii, ad eum pertineret *dicto cap. sicut, de supplenda negligentia Prælatorum*; tamen, quoad eos valuit, cum eis obstet, nec contravenire possint; *cap. quod in dubiis, de renunciatione, cap. si quis*, 12. *quæst.* 2. Sed hæc interpretatio ex eo convincitur, quia si hoc esset verum, Summus Pontifex non adjudicasset Hospitali cum suis pertinentiis, sed tantum facultatem contradicendi adversariis abstulisset, vel eis tantum silentium imposuisset; ut bene animadvertit Innocentius *in præsenti, n.* 2.

Quare hac, & aliis omissis, verius est dicendum, ideo donationem illam absque consensu Episcopi factam valuisse, quia Hospitale illud Sancti Allutii adhuc non erat Religioni deputatum, cum personæ, quæ illud regebant, poterant esse seculares; & sic locus ille quasi à propriis Dominis rectè poterat in quascunque personas alienari: Argumento *textus* in *cap. ad hoc de Religiosis domibus*: Notat Innocentius *in præsenti, n.* 2. Abb. *n.* 7.

5 Tertiò, solutioni obstabit dicere, quod ibi erat Ecclesia Sancti Allutii: ergo erat locus Religiosus, ac per consequens ejus cura ad Episcopum petinebat. Cui dubio respondendum est, ibi non fuisse Ecclesiam quæ dignitatem Ecclesiasticam obtineret; sed tantum erat Oratorium deputatum orationi, & celebrationi Missarum, sicut ferè est in omnibus Palatiis Magnatum & Principum: quod privilegium Hospitalariis Hierosolymitanis seu Sanctis fuerat concessum; ut bene animadvertit

madvertit Innocentius *in præsenti, n. 2. & final.* Abbas *num. 7.*

Nec similiter obstabit, si dixeris, quod si hoc esset verum, frustra ibi Rector,& Fratres appellarentur: Nam respondendum est, ideo ibi Rector & Fratres appellantur, quia eorum Collegium licitum erat, cùm hospitalitati intenderent: siquidem Fratres illi per fundatorem Hospitalis, jus in Hospitali haberent, ut tempore vitæ suæ ibi deservirent, & necessaria haberent, & eorum consilio omnia facerent: notat Innocentius & Abb. *ubi suprà*.Præterea obstabit,quod, si locus non esset Religiosus, fortè *Domini*, & non *Patroni*, ut textus asserit,appellari deberent.Sed respondendum est *in præsenti* largo modo *Patronos* appellari propter spiritualia ad quæ locum deputaverunt: notant Innocentius & Abbas *ubi supra.*

6 Quartò, adversus generalem nostri textus regulam, dum affirmat allegantem propriam suam turpitudinem audiendum non esse: ut constat ex juribus, & Doctoribus *suprà* adductis, obstabit textus in *cap. lator 7. de sententia, & re judicata*, ubi vir, qui matrimonium contraxit, etiam si agat contra ejus separationem, ut indicant verba illius textus, ibi, *demum utriusque studio interveniente, audiendus est*: sed juxta regulam *nostri textus*, ex post facto, tanquam contra proprium factum veniens, & turpitudinem allegans audiri non debebat. Sed respondendum est, ideo maritum *in dicto cap. lator*, contra proprium factum venientem, & propriam turpitudinem allegantem audiri: quia periculum animæ & peccatum vertebatur, in quo maritus persistebat, siquidem per eum, matrimonium legitimè fuerat contractum, & illegitimè dissolutum, in quo liberam potestatem dissolvendi non habebat; & regula *nostri textus* procedit in materia, in qua turpitudinem allegans, liberam habet potestatem, & potest de jure illam exponere: nam tunc ne eidem turpitudo patrocinetur contra regulam nostri textus, & in *cap. ex tenore 15. de rescriptis*, non admittitur illam turpitudinem allegans: notat Glossa *verbo, insinuatione in dicto cap.lator*.Glossa.*verbo,turpitudinem,in præsenti*: Felin.*in dicto cap.lator*:Bernardus *regula 24.vers.* 5. Tu etiam, quia maritus agebat contra principem ejusdem criminis: ut constat ex *dicto cap.lator, versiculo, utriusque studio interveniente*: juxta *textum* ita intelligendum, *in leg. de tutela, Cod. de in integrum restitutione minorum*: notat Barbos. *in Collect. ad textum in dicto c. lator, num.* 8.

7 Quintò,obstabit textus in *cap.si quis presbyterorum 6. de rebus Ecclesiæ*, ex quo deducitur, quod si quis Presbyterorum, Diaconorum, seu Defensorum, alienationi rerum Ecclesiæ subscripserit, poterit rem alienatam repetere, & contra proprium factum, & turpitudinem venire, ut constat ex versiculo illius textus, ibi, *nisi forte, & alienator.* Verùm respondendum est, regulam nostri textus limitari, quando præjudicium, quoad Ecclesiam extat: nam tunc poterit quis contra propriam turpitutudinem venire: quod favore Ecclesiæ admissum est, juxta textum *in cap. quod quis commisit, 35. quæst. 9.* Nam tunc nomine Ecclesiæ poterit contractui contravenire, quem ipsemet fecit, etiam si proprio juramento firmaverit se non repetiturum, aut alienationem illam numquam revocaturum: notat Gutierrez *de Iuramento confirmatorio*; *parte 1. capit. 1. num.96.*

Nec huic sententiæ obstabit noster *textus*, ubi Hospitalarii allegabant turpitudinem suam in alienatione, seu donatione facta propter Ecclesiæ favorem: Quia respondendum est, quod *in præsenti*, Hospitalarii non allegabant turpitudinem ob Ecclesiæ favorem, sed favore eorum, scilicet ne subjicerentur Hospitalarii Sancti Allutii, Hospitali Sancti Sepulchri, ac proinde cum potius favore personarum, quàm Ecclesiæ turpitudo allegaretur, nihil mirum cur non admittatur: notat Abb. *in præsenti,num.5.*

8 Sextò, obstat textus in *l. 1. C. de liberali causa*, ubi si quis proprios filios ingenuos turpiter uti servos vendiderit, poterit contra proprium factum, & turpitudinem venire, & competentem Iudicem adire, ut causa agatur secundum juris ordinem. Cui dubio respondendum est, id fuisse admissum favore libertatis: nam cum venditio, & factum illud sit contra legem factum, pro infecto habetur:argum.tex. *in l.quemadmodum,C.de agricolis,& censitis,lib.11.*

Sic similiter interpretatur tex. in *l. interrogatam 24. C. de liberali causa*, ubi si quis coram Iudice ab aliquo fuerit interrogatus, an sit servus suus? & responderit suum servum esse, ejus confessio favore libertatis ei non nocet quo minus possit contra propriam confessionem venire.

Nec solutioni obstat *textus in leg. jubemus 41. in fine ejusdem tituli, Cod. de liberali causa*; ex quo constat, quod si quis propria voce apud Iudicem confiteatur se alicujus servum esse, ejus confessio sibi nocet. Quia respondendum est, textum *in dicta l. interrogatam*, loqui quando quis extra judicium apud Iudicem, non in judicio confitetur se alicujus servum esse, quæ confessio sibi non præjudicat, cum ei nulla controversia status sit mota. Nec obstant verba illiustex *apud acta*: Quia non debent intelligi de actionibus judicialibus in liberali causa, sed de alia dissimili ab ea; at verò *textus* in *dict. l. jubemus,in fin.* procedit, quando confessio facta est in judicio apud Iudicem, apud quem controversia status jam mota fuerat, & liberalis causa disceptabatur; quo in casu, mirum non est, quod confessio ei noceat. Notat Glossa,*verbo,confessus;in cap.final.de confessis*;Glossa *verbo,apud acta*;in *dicta l.interrogatam 24.C. de liberali causa*:& Glos.*verbo,ad aliud judicium*,in *dicta l. jubemus,C.eodem* Abb.*in præsenti.n.5.in fine.*

9 Septimò, obstat textus in *cap. cum super 8. de concessione Præb.* ex quo deduceitur, quod si Canonici in fratrem & Canonicum sine Præbenda receperint, si postea receptus Præbendam petat, Canonici admittuntur excipiendo, & allegando propriam turpitudinem,scilicet ab eis fuisse receptum contra Lateranense Concilium,ut patet in vers.*licet receptionem tuam,&c.* quamvis excludantur, quia in exceptionis probatione defecerunt.

In cujus textus difficultate communiter dici solet, allegantem propriam turpitudinem tunc admitti posse cum allegat eam per modum replicationis, non principaliter in modum actionis, ad fundandam ejus intentionem; sed ad coadjuvandam, contra eum, qui etiam fuit particeps criminis: quia agit de lucro captando, & eam opponens de damno vitando; & de hac turpitudine in modum replicationis de damno vitando, & contra participem criminis objecta interpretandus est textus *in dicto cap.cum super 8. de concessione Præbendæ* de quo *Abb.* latissimè tractat, *ibid. n. 9.* Felinus *in cap. lator, de sententia, & re judicata,n.1.*Bartolus *in l. Iusiurandum,quod ex conventione*,§. *Procurator,ff. de Iureiurando.*

Subsisto jam in hac nostri textus regula: quia valde generalis est; & ejus limitationes latissimè scriptæ reperiuntur apud Bernardum Diaz *regula 24. per totam* Gratianum *lit. T. regula 477.* Interea videndus ex tex. *in cap.cum non ignores,de Præb.& dignitatibus: cap.quoniam,de testibus c.extraordinaria 35.q.3.c.si quis putaverit,80.dist.c.2.11.q.1.in principio* §. *verum l.Titio.ff.ad municipalem:l. viro,ff soluto matrimonio,l.filium,C.de liberali causa.*

Ad textum in *cap. Apostolicæ 9. hujus Tituli.*

DE materia hujus textus plura scripsimus in *c. fraternitatem 2.hujus Tituli.*

Ad textum in cap. Propter, final. hujus Titul.

SUMMARIUM.

1 *Donatio poteſt per donatorem, non per hæredem ejus, qui donavit, ob ingratitudinem donatarii revocari.*

2 *Donationis finis eſt, benevolentiam, & amicitiam inter donantem, & accipientem conciliare.*
Ingratitudo eſt ventus urens, & ſiccans fontem miſericordiæ.
Ingratitudo, legum, & Canonum authoritate coërcetur.

3 *Donatio ſemel perfecta, niſi ob ingratitudinẽ revocari non poteſt.*

4 *Legitimè quod factum eſt, retractari non poteſt.*
Contractus omnis, licèt ab initio ſit voluntarius; ex poſt facto tamen neceſſarius efficitur.

5 *Species traditur ad textum* in cap. quicunque 5. 50. diſtinct.
Libertatis donatio ſemel ſervo facta, an revocari poſſit? ibi exponitur.

6 *Conciliatur textus* in cap. nullus, 4. de ſervis non ordinandis, *cum* dicto cap. quicunque 5. 50. diſtinctione.

7 *Perpenditur ratio ad textum* in capit. qui ex familiis 4. 54. diſtinct.
Expenditur textus in cap. octava diſcuſſio 62. 12. quæſt. 2.

8 *Species proponitur ad textum* in cap. final. §. Clericus, de poſtulando.

9 *Interpretatio textus in* cap. gravem 15. de exceſſibus Prælatorum.
Donatio licet propter ingratitudinem revocari poſſit; tamen in multis caſibus, etiam ſi ingratitudo exiſtat non revocatur.

CONCLUSIO.

1 *Donatio poteſt per donatorem, non per hæredem ejus qui donavit, ob ingratitudinem donatarii revocari.* Quæ concluſio confirmatur ex textu *in cap. de famulis, §. quibus, cap. nullus. c. eo libentius, de ſervis non ordinandis; cap. ultimo, de poſtulando; cap. gravem, de exceſſibus Prælatorum; cap. ad aures, cap. in quibuſdam, §. ſacri & ibi* Gloſſa, *verbo, prorſus, in fine, de pœnis; cap. qui ex familiis 4. cap. quicunque 5. 54. diſtinct. cap. Epiſcopus 7. 15. qu. 7. cap. liberti 61. cap. octava diſcuſſio 62. cap. Epiſcopus 58. verſ. hujuſmodi: 12. qu. 2. cap. ſi Imperator, 96. diſtinct. c. 1. 1. qu. 7. leg. final. Cod. de revocandis donationibus: authent. hoc quoque, Cod. eodem: l. 2. Cod. de libertis & eorum liberis: l. 1. l. poſt legatum, §. is vero. ff. de his, quibus ut indignis: l. qui cum major, §. ſed & ſi ff. de bonis libertorum; l. penult. §. Seia, ff. de adimendis legatis; l. ſi maritus 10. Cod. de donationibus inter virum: leg. donationes, §. ſpecies, ff. de donationibus, l. ſi dotem 14. Cod. de jure dotium; leg. fideicommiſſum, Cod. de fideicommiſſis; leg. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inofficioſo teſtamento; §. ſciendum. Inſtit. de donationibus; l. 67. titulo 18. part. 3. leg. penultim. tit. 4. part. 5.* Exornant Covar. *li. 1. variarum, c. 11. nu. 8.* Guttierrez *de Juramento Confirmatorio, 1. parte, c. 10.* Julius Clarus, §. *donatio, qu. 21. n. 1.* Petrus Murius *de contractibus, titulo de donation. §. quomodo annulletur, & revocetur donatio:* Molina *li. 1. de primogeniis, c. 9. num. 31.* Tiraquellus *in l. ſi unquam verbo, ſuſceperit liberos, n. 215.* Matiençó *l. 5. Recopilationis, tit. 10. l. 7. gloſſa 5. ex n. 5.* Azevedo *li. 1. Recopilationis tit. 1. l. 2. n. 2.* Antonius Gomez 2. *tomo variarum, c. 64. n. 14.* Petr. Greg. *li. 39. Syntagmatum. cap. 1. n. 16. & lib. 29. cap. 15. num. 7.* Cardinalis Tuſchus *tomo 2. litera D. concluſione 711.* Oſualdus ad Donellum *lib. 14. comment. cap. 27. cum ſequentibus,* cum traditis à Cenedo *in Collect. ad Decretal. Collect. 57.* Barb. *in Collect. ad noſtrum textum, num. 2.*

Ratio eſt; quia cum finis donationis ſit, benevolentiam, & amicitiam inter donantem, & accipientem conciliare: nam qui donat, ob id virtutem illam liberalitatis exercet, ut multos amicos ſibi comparet, comparatos retineat, & inimicos conciliet, cum propter amicitiam, & benemerita donatio concedatur: Argumento textus *in l. nec adjecit, ff. pro ſocio:* ideo liberalitas ſic dicta eſt, *cap. 1. hoc titulo,* ibi: *quod ſponte tribuit:* & in *noſtro cap. final.* ibi, *liberalitas eſt collata: l. non poteſt, l. hoc jure, ff. de donationibus.* Proinde ſi fundamenta hæc amicitiæ, & benevolentiæ corruerint, corruere etiam debet liberalis conceſſio tanquam deſtituta ſuâ ſubſtantia; illa enim provocat donatoris munificentiam, quam ſi donatarius, aut comtempſerit, aut ingratus ei fuerit, ut indignus beneficiis ſpoliari debet: ingratitudo enim excæcat oculos benefacientis, & eum ad benefaciendum tardiorem reddit: ut ex Divo Bernardo *de contemplatione mundi* notat Petrus Murius *ubi ſupra, num. 21.* Palacios Rubios *ad Rub. de donationibus inter* §. 78. *num.* 18. Eſtque ventus urens, ſiccans fontem miſericordiæ, rorem pietati, & fluenta gratiæ: quæ ex ſuperbia provenit: quia plerumque ingrati putant omnia ſervitia ſibi eſſe debita: ut ex Divo Bernardo *Sermone 2. de ſeptem panibus,* tradit Petr. Gregor. *lib. 44. Syntagmatum, cap. 4. num.* 18. quibus de cauſis in ſpecie *noſtri textus,* ſancitum fuit, donationem poſſe propter ingratitudinem donatarii revocari, ne ſit cuiquam licentia & alienas res capere, & frugalitatem irridere donantis, & ipſum donatorem ſuaſque res perdere; & hujuſmodi malis ab ingrato donationis acceptore affici; cùm magis in donatarium collata liberalitas ad obſequium inclinare deberet, quàm ad inſolentiam erigere *leg. 1. Cod. de revocandis donationibus;* qui enim in alios res contulerunt, non debent ab his injuriam & jacturam pati: ut ſcripſit Imperator *in §. ſciendum, Inſt. de donationibus:* & quia conveniens eſt, ut quis puniatur in eo, in quo deliquit; *cap. literas;* cum vulgatis, *de temporibus ordinandorum;* & per ea torqueatur, per quæ peccavit, *Sapientiæ cap. 11.* Ideo licet generaliter omnes donationes legitimè confectæ debeant firmæ illibatæque manere, ſi tamen donationis acceptor ita ingratus circa donatorem inveniatur, ut injurias atroces in eum effundat, vel manus impias inferat, vel jacturæ molem ex inſidiis ſuis ingerat, quæ non leve damnum ſubſtantiæ donatoris imponat, vel vitæ periculum aliquod ei intulerit, cùm in his caſibus maxima arguatur donatarii ingratitudo, ex his cauſis, ſi fuerint in judicium dilucidis argumentis cognitionaliter probatæ, poterunt donationes illæ everti, & rerum donatarum amiſſione multatur donatarius. Quare legum, & Canonum authoritate, ejus ingratitudo coercetur; nam ob eam, filius emancipatus in patriam poteſtatem redigitur; *l. unica, C. de ingratis liberis.* Libertus in ſervitutem; *c. Diaconi 35. in fine, cap. Epiſcopus qui: c. liberti,* & ſequentibus, 12. *q.* 2. *l.* 2. *& final. C. de libertis & eorum liberis;* & filius privatur legitima bonorum patris ſucceſſione, *cap. Quintavallis.* & ibi Gloſſa *verbo, ex hæredare, de jurejurando; Authẽ. ut cum de appellatione cognoſcitur, §. aliud; & §. cauſas;* ſimiliter cliens ex ingratitudine adverſus Patronum commiſſa privatur beneficiario prædio; *cap. de forma,* 22. *q.* 5. & denique donatio de rigore juris revocatur, licet ex miſericordiæ ingratitudinem remittere potuerit donator Argumento text. in *c. tuam,* 45. *diſt. c. ſi vir inſciens, de adulteriis;* notat Hoſtienſis *in præſenti. n.* 3.

2

Non autem poteſt ob iſtas ingratitudinis cauſas, per hæredem ejus qui tacuit, donatio revocari, quia jus revocandi competit ratione vindictæ propter injuriam illatam donatori; ideo ſicut actio injuriarum, quæ datur ad vindictam, non tranſit ad hæredem injuriati, ſi moriatur ante litis motionem, nec

etiam

etiam transit contra hæredem injuriantis, si nihil ad eum pervenit ex injuria: *l. injuriarum actio ff. de injuriis*; ita etiam hoc jus revocandi quod datur nomine vindictæ ad hæredem donatoris, qui tacuit, non extenditur: siquidem taciturnitate ipsa censetur donator injuriam ingratitudinis remisisse: docent Imola *in præsenti num.* 44. Osualdus ad Donellum *lib.* 14. *commentar. cap.* 29. *litera A.*

3 Primò obstabit dicere, quod donatio semel perfecta revocari non potest, *cap. inter. dilectos* 8. *hoc titulo*: versiculo, *ab eis Hospitalariis factam puram, ac simplicem extitisse*; *cap. visis*, versiculo, *quomodo professionis jura cognoscantur & suarum rerũ sibi tributa reddantur*: 18. *q.* 2. *cap. sacrarum* 15. ibi, *ne hoc quod datum est à vobis quolibet tempore repetatur*: 12. *cap. sunt qui opes* 3. 17. *q.* 4. *l.* 2. *C. de revocandis donationibus*; *l. Aristo, ff. de donat.* tradit Iulius Clarus, §. *de donatio. lib.* 4. *q.* 1. *num.* 3. adeo ut nec prætextu Imperialis rescripti revocari possit, *l. si donationem, C. de revocandis donat.* Nec ex sola pœnitentia revocatur, *l.* 2. 3. *& 4. leg. velis, nec ne* 6. *C. eodem.* Nec recipit conditionem postquam perfecta est, *l. perfecta, C. de donationibus quæ sub modo*: ergo cum donatio pura, & simplex, ex quo perfecta est, revocari non possit; videtur dicendum non posse donatorem semel in donatarium donationem liberaliter collatam revocare, etiam si ipse suo donatori ingratus existeret.

Sed huic dubio breviter, & verissimè respondendum est cum decidendi ratione supra adducta: nam licet verum sit, quod donatio perfecta sui natura sit contractus irrevocabilis, ut *supra* retulimus; tamen revocabilis ex justa causa efficitur, scilicet propter ingratitudinem donatarii; quod quidem optima ratione sancitum est, ne liceat alicui bona aliena capere, & post ea irridere donatorem, & ei malefacere, cum donatio sit facta propter benevolentiam, & amicitiam. Proinde si fundamenta hæc amicitiæ, & benevolentiæ corruerint ob ingratitudinem, corruere etiam debet illa liberalis concessio destituta sua substantia: notat Iul. Clar. *lib.* 4. *sententiarum, q.* 21. *num.* 1.

4 Secundò, obstabit regula qua docemur, quod id, quod legitimè factum est, retractari non debet, & si postea casus evenerit, à quo non potuerit incipere, seu inchoare; *cap. factum legitimè, de reg. juris lib.* 6. *cap. quemadmodum, de jure iurando*: *cap. penult. & final. de adulteriis*: *l. Patre furioso, ff. de his, qui sunt sui vel alieni juris.* Præcipuè quia licet ab initio omnis contractus sit voluntarius, ex post facto tamen necessarius efficitur: *l. si cum ab initio, C. de oblig. & actionib. l. contractu, C. de rescindenda venditione*: & nemo proprium factum impugnare valet, *l. si post mortem, ff. de adoptionibus*: *l. & per fundum, ff. de servitutibus rusticorum prædiorum*: *l. sicut. C. de actionibus.*

Verùm respondendum est, regulam textus *in dicto c. factum legitimè*, procedere in contractu matrimoniali, qui si semel perfectus fuerit non revocatur: nam matrimonium, si legitimè est contractum, propter supervenientem furorem, vel affinitatem, non retractatur; *l. Patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni juris, cap. penult. de eo qui cognovit consanguineam uxoris suæ.* At verò textus noster loquitur in contractus donationis, qui superveniente causa ingratitudinis, revocatur, ex juribus, & rationibus *supra* adductis; & licèt nemo possit proprium factum impugnare; tamen hæc regula cessat, quando actus ille eo facto annulari, revocarivè potest à lege ipsa, postea superveniente justa causa hoc est ingratitudinis, quod est admissum, tum propter publicam utilitatem, tum etiam in favorem donantis, & in odium recipientis: notat Valascus *consultatione* 69. *num.* 14.

5 Tertiò, obstat Decretum Concilii Toletani 4. *cap.* 75. relatum *in cap. quicunque* 5. 54. *dist.* ubi servi, qui à Dominis suis ita libertatem acceperunt, ut nullum in eis obsequium Patronus retineat, ad Clericatus ordinem liberè suscipiuntur, quia directa manumissione absoluti noscuntur: qui verò retẽto obsequio manumissi sunt pro eo, quod adhuc Patronis servitute tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad Ecclesiasticum ordinem suscipiendi, ne quando voluerint eorum Domini, fiant ex Clericis servi, ut constat ex ultimis *illius Canonis* verbis ibi, *ne, quando voluerint eorum Domini, fiant ex Clericis servi.* Ex quibus constat posse Dominum libertatis donationem in servum collatam liberè revocare; ita ut quando velit, possit eum in servitutem absque ulla ingratitudinis causa redigere, ea ratione; quia cum retento obsequio servi manumittuntur, ad Ordines promoveri non possunt; igitur necessaria non est ingratitudo, ut donatio possit revocari. Sed respondendum est, in specie *illius textus* minimè probari, servos retento Patrocinio manumissos, posse à Dominis absque ingratitudinis delicto in servitutem redigi: nam verba *illius Canonis* ita sunt intelligenda, hoc est, ut servi, retento obsequio manumissi, Clerici non fiant, quoniam Dominus potest probata causa ingratitudinis, eos in servitutem redigere, & ex Clericis servos facere: aliàs id Dominus facere non posset, ut expressè probat text. in *cap. Episcopus Sacerdotibus* 7. 15. *q.* 7. docet Glos. *in d. c. quocunque, verbo, ex Clericis.* Quam difficultatem agnovit Turrecrem. & Archidiaconus, *ibid.* Acunna *ad Decreti partem, in dicto c. quicunque* 54. *dist.* 6

Quartò, solutioni valde obstat textus *in cap. nullus* 4. *de servis non ordinandis*, ubi apparet, quod si Dominus servo suo donaverit libertatem, & eum Presbyterum fecerit ordinari, si ille in superbia elatus domino suo Canonicas horas psallere noluerit, accusatus apud Episcopum, qui ordinavit eum, in servitutem propter inobedientiam & contemptum, & ingratitudinem redigere porerit: ergo etiam, si directò servià dominis fuerint manumissi, & Clerici facti, adhuc à dominis absolvi non dicuntur: siquidem etiam si directò sint manumissi, & liberi facti, adhuc propter ingratitudinis delictum erga dominum patratum, poterit dominus libertatis donationem revocare, & in servitutem eos reducere. Quod omnino contrarium refert textus in *d. c. quicunque*, in prima ejus parte.

Cui difficultati nonnulli Interpretes respondent, quod servus à domino manumissus, ut Presbyter fiat, adhuc etiam si Ordinem adeptus fuerit, tenetur obsequium spirituale domino præstare: quod, si in superbiam elatus, non præstiterit, ut ingratus reputatur; & in servitutem reduci potest, juxta textum *in dicto c. nullus*: At verò, retento patrocinio à domino suo servus manumissus ita ut vi illius juris retenti domino temporale obsequium præstare cogatur, non potest ad Ordines promoveri; juxta textum *in dicto cap. quicunque*, in secunda illius textus parte. Sed hæc solutio defendi minimè potest ex eo, quod dominus nihil juris in servo, quem ad Ordines suscipiendos manumittit, retinere potest: sed directa manumissione absolutus esse debet, ut ad Ordines valeat promoveri; juxta text. *in dicto cap. quicunque* in *prima parte*; ergo nec obsequium spirituale ab eo dominus exigere potest, nec propter id non præstitum libertus id servitutem redigi debet.

Quare ea, & aliis consultò omissis, verissimè respondendum est, in specie textus *in dicto cap. nullus*, servum à domino suo sub hac conditione fuisse manumissum, ut domino in horis Canonicis deserviret, & eas ipsi psalleret; alioquin in servitutem redigeretur: quæ conditio non in Ordinis susceptione, sed in manumissione fuit adjecta, nam ordinatio condictionem aliquam non admittit: Argumento textus *in cap. quam pio*, 1. *quæst.* 2. *cap. final. de pactis*, debet autem imponi in manumissione, vel in continenti post manumissionem nam quæ in continenti fiunt, inesse videntur: *leg. ut juri jurãdi. ff. de operis libertorum, l. final. ff. de liberali causa*; *l. lecta, ff. de rebus creditis*; quare cum sub honesta conditione primo manumissus, & postea ordinatus fuisset servus, quia propter superbiam, & contumaciam fidem promissam non servavit, degradatur, ut servus

domini fiat, & ipsi redditus nullo privilegio Clericali gaudeat ulterius: ut docet textus *in dicto cap. nullus*, ubi licet solum legatur *degradetur*; in antiqua tamen compilatione ita legitur, *degradetur ut servus fiat domini*. Refert Antonius Augustinus *Collect. 1. Decretal. lib. 1. titulo 10. cap. 3.* notat Hostiensis *in eodem textu*, *num. 4.* tradunt post Glossam *ibi*, & in *dict. cap. quicunque*, antiquiores omnes *in dictis juribus*, quos refert Suarez *de Censuris, disp. 51. sectione 3. num. 6. per totum*; Acunna *ad 1. Decreti partem, in cap. qui. ex famulis 4. n. 2. 54. dist.* Ad cujus rei reformationem expendo *textum in c. libentius 6. de servis non ordinandis.* ubi expressim probatur, posse servos à dominis suis ea conditione manumitti, ut Clerici facti obsequium spirituale ei præstare cogantur: & si non impenderint, in servitutem redigantur; ut Notat Glossa, *ibi*, verbo, *impendere*: Hostiensis, & Panormitanus, *ibid.*

7 Quintò, suprà traditis valde obstat Concilium Toletanum 9. *cap.* 11. relatum *in cap. qui ex familiis 4. 54. dist.* ubi de servis Ecclesiarum decernitur, quod ordinari non debent, nisi prius ab Episcopis libertatis percipiant donum: & si honestate vitæ claruerint meritis majoribus, tunc demum fungantur officiis; & si postea fuerint ingrati, in perpetuam servitutem redigantur; ut constat ex verbis *illius Canonis*, ibi, *quos verò flagitii sordidaverit incorrigibilis noxa, perpetua servitus conditionis religet in catenam*; ex quibus verbis deducitur, servos, qui libertatis donationem acceperunt, & ad Ordines promoti sunt, posse propter ingratitudinem in servitutem redigi, & accepta donatione libertatis privari: Igitur minus rectè pro explicatione *capitis*, *quicunque*, superius diximus, quod illi servi ad Ordines promoveri debent, qui à Dominis suis plenam fuerint libertatem consecuti, ita quod ipsi non teneantur suis Dominis obnoxii; ne probata causa ingratitudinis fiant ex Clericis servi: & donatione libertatis priventur.

Sed huic difficultati respondendum est, distinctionem constituendo inter servos Ecclesiæ, & servos alicujus privati hominis; servi enim Ecclesiæ ab Episcopis secundum modum, quem *Canones* antiqui dant licentiam, manumissi ordinari possunt: sed si postea ingratitudinem commiserint, possunt in servitutem revocari ex speciali jure, quod in ipsis libertis servatur. Privatorum verò servi ordinari non possunt: nisi omne jus quod in eis habent, prorsus remittant, & nullum obsequium retineant: & ideo propter ingratitudinem non possunt collatam libertatis donationem revocare; juxta textum *in dicto capite quicunque*; nisi ea fuerint conditione manumissi, ut Dominis si obsequium spirituale exhibeant: nam tunc si in superbiam elati illud præstare noluerint, donatione libertatis privati in servitutem revocantur *dicto c. nullus*, *de servis non ordinandis*: hoc enim speciali jure in servis manumissis, & Clericis factis gaudet Ecclesia, ut propter ingratitudinem possit ipsis donatam libertatem revocare, juxta textum *in dicto cap. qui ex familiis 4. 54. dist.* qui textus de ipsis expressè loquitur quemadmodum, & alia jura specialia in ipsis libertis Ecclesia habere noscitur. Siquidem potest etiam eos, si operas admoniti non præstiterint, in servitutem revocare: etiam si impositæ non sint, & per inobedientiam & contemptum ingrati actione tenentur, *cap. liberti 61. cap. octava discussio 62. cap. de libertis 63. 12. quæst. 2.* quod in aliis privatorum libertis cautum est, *leg. 1. C. de operis libertorum*, & non tantum in servis, quos manumisit, jus patronatus retinet, sed etiam in progenitis ab eis; quia licet ingenui sint, à patrocinio Ecclesiæ discedere non debent: *dicto cap. de libertis 63. 12. q. 2.* & ideo ne naturalem ingratitudinem obtinentes se se ab Ecclesiæ patrocinio subtrahant, professionem Episcopo facere debent, per quam ex familia Ecclesiæ libertos effectos esse fatentur, ejusque patrocinium non relinquant, sed juxta virtutem suam obsequium ei, & obedientiam præbeant: *cap. longinquitate 64. d. c. de libertis 63. 12. quæst. 2.* tenent superiorem interpretationem post Glossam *verbo, redigat, in dicto c. qui ex familiis 54. dist.* Glos. *in d. c. de libertis verbo non recedat*, Turrecremata, Archidiaconus, & Acunna *ad Decreti partem, in d. c. qui ex familiis 54. dist.*

Similiter ex superiori resolutione interpretandus est textus *in cap. octava discussio 62. 12. quæst. 2.* ubi cum quidam servus Ecclesiæ Agabrensis Elisæus nomine ab Episcopo suo traditus fuisset libertati, & de libertate confestim ad contumaciæ morbum transivit, & per superbiam non solum ejusdem Episcopi veneficis artibus salutem lædere voluit, sed etiam Patronam Ecclesiam libertatis immemor prædamnavit, quæ rebatur, quam pœnam libertus iste pati deberet? Responderunt Patres in *Concil. Hispal. 2. cap. 8.* ex quo desumptus est *textus ille*, quod ingrati actio, Canonum, & legum auctoritate, adversus eum justè dirigi debet, scilicet ut immeritæ libertatis damno multatus ad servitutis nexum revocetur, ut cujus libertas perniciosa est, sit salutifera servitus: & qui superbire novit, adepta libertate proditus, discat obedire subjectus: Cujus decisionis ratio petenda est ex *nostri capitis* decisione: nam cum servus ille donum libertatis ab Episcopo acceperit, ingratus ei & Ecclesiæ esse non debet; sed potius obsequium & obedientiam præbere, *c. Diaconi 35. 12. q. 3.* quod si facere comtempserit ad proprium servitium revertatur, donatione libertatis ob ingratitudinem revocata, cujus status propter ingratitudinem potius extingui, quàm conservari debet: ut notat Turrecremata *in dicto cap. octava discussio 62. 12. quæst. 2. num. 1. cum sequentibus.*

Sextò, conclusioni *suprà* adductæ obstabit textus 8
in cap. final. §. Clericus, de postulando: Ex quo deducitur, quod si Clericus contra Ecclesiam, à qua beneficium obtinet, pro extraneis Advocatus, vel Procurator esse præsumit, tanquam ingratus potest, maximè si ejusdem Ecclesiæ Clericus sit hujusmodi beneficio spoliari; cujus *textus* decisio insinuat, collationem beneficii Clerico factam revocari non posse propter illam ingratitudinem, non Ecclesiæ, sed Episcopo collatori factam: & tamen apparet collationem ab Episcopo factam, donationem esse: *c. collatos 16. de Præbendis*, vers. *liberaliter cõcedas*; *c. final. de officio Vicarii, lib. 6.* notat Petrus Greg. *de beneficiis, c. 39.*

Sed respondendum est, Episcopum beneficii collatorem non posse revocare donationem ob ingratitudinem in ipsius personam commissam: quia licet aliquo respectu collatio, donatio dicatur, scilicet in eligendo personam, cui beneficium conferat; tamen cùm non magis teneatur isti, quàm alii allud conferre, *d. cap. Prælatum, de Præbendis: c. final. de officio Vicarii, lib. 6.* in substantia donatio non est: quia necesse habet illud beneficium alteri conferre, & non potest pro se reservare, siquidem illam potius facit ex necessitate officii, quàm ex liberalitate, *d. c. relictum*; cum intra tempus à jure præscriptum conferre teneatur, aliàs potestate conferendi privabitur: *c. 2.* cum vulgatis, *de concessione Præbendæ*; meritò cum non sit purus, & merus donator, non notatur tanta ingratitudine ille, qui spirituale beneficium recepit, sicut ille, qui donum ex mera liberalitate donantis percepit, quapropter non habet jus revocandi, licet contra ipsum ingratitudo committatur: & hac de causa textus *in dicto cap. final.* meminit solum de ingratitudine contra Ecclesiam commissa, non contra collatorem propter quam Clericus, qui contra Ecclesiam, in qua beneficium obtinet, advocationis, vel procurationis officium exercet, per Iudicem competentem concesso beneficio spoliatur; quia licet ingratus Ecclesiæ fuisset, ipso jure donatio beneficii non revocatur, ut in *textu nostro*, ibi, *de rigore juris poterit revocari*; & quia illa beneficii collatio, propriè donatio non est, ideo Clericus beneficio privatur, non autem revocatur collatio: docent Butrius *ibi, n. 6.* Imola *n. 30.* Iul. Clar. *dict. §. donatio, q. 21. n. 6.*

Septimò, solutioni valde obstat text. *in c. gravem 15.* 9
de

de exceſſibus Prælatorum, ubi Archidiaconus quidam contra fidem homagii præſtiti, & debitam reverentiam ſemel & ſecundò Epiſcopum proprium ſuum Dominum eſſe negavit, & in foro ſeculari contra eum ſuper rebus ſpiritualibus depoſuit quæſtionem; item invaſoribus Epiſcopi & ſociorum ejus, cauſam, vel conſilium præbuit; unde mandat Pontifex quibuſdam, quatenus ipſum, tanquam membrum putridum ab Ambianenſi Eccleſia perpetuò abſcindant, & beneficia ſua faciant per illos, ad quos donatio pertinet, perſonis idoneis aſſignari; ex qua deciſione conſtat; Archidiaconum propter ingratitudinem contra Epiſcopum commiſſam beneficio ſuo privari poſſe; igitur collatio beneficii revocatur, etiam ſi in collatoris perſonam ingratitudo committatur.

Sed reſpondendum eſt, in hac ſpecie non probari, Epiſcopum beneficii collatorem propter ingratitudinem in ipſius perſonam commiſſam poſſe beneficii donationem revocare : nam cum ipſe purus donator non ſit, nec plenam liberalitatem exercere dicatur, jus hoc revocationis non habet, ut nuper diximus, pro interpretatione ad *textum in dicto c. final. de poſtulando*: ſed illud tantum ibi decernitur, ſcilicet Archidiaconum beneficio ſpoliandum, quia contra Epiſcopum ingratus extitit : & quidem meritò: nam cum ipſe beneficium ab Epiſcopo recipiens juraſſet ſibi non ſolùm obedientiam, ſed etiam fidelitatem præſtaturum, argumento textus *in cap. cum Clerici, de verborum ſignificatione; cap. nullus, cap. Ego, de jurejurando; cap. legebatur 3. de majoritate, & obedientia*; & poſtea præſtiti juramenti fidem frangens, cum Dominum ſuum eſſe negaſſet, & invaſoribus, & complicibus contra eum, auxilium, & conſilium præbuiſſet, indignus eſt beneficio, quod ab eo habet: Argumento textus *in cap. de forma*, 22. *quæſt. ultima*. Quare rectè beneficio privari ab eo Iudice debet, ad quem ipſius donatio noſcitur pertinere, tanquam juramenti tranſgreſſor : argumento textus *in c. querelam*, cum vulgatis *de jurejurando*; & ingratus Epiſcopo, cui, ut Domino ſuo, juraverat obedire: notat Gloſſa, *ibidem, verbo, caſus*: Butrius *in noſtro cap. final. n.* 6. Panorm. *n.* 9.

Supereſt ut nonnullos caſus animadvertamus, in quibus deciſio noſtri textus locum habere non poſſit: & *Primò* ejus regula, quæ docet donationem propter ingratitudem revocari, locum non habet in donatione remuneratoria, quæ propter merita præcedentia facta fuit: nam hæc propter ingratitudinem non revocatur, *leg. ſi Pater, ff. de donationibus*. Ratio eſt; quia non eſt vera, & propria donatio, ſed compenſatio, aut permutatio: *l. Aquilius Regulus, ff. de donat.* unde omnia, quæ de ſimplici, & mera donatione ſcripta ſunt non poſſunt commodè ad ipſam applicari ſalva recta juris ratione; ut docent Iulius Clarus *in dicto §. donatio, quæſt.* 2. *num. penul.* Garcia *in tract. de donatione remuneratoria, n.* 8. & 9. Tiraquellus *in l. ſi unquam, verbo donatione largitus, num.* 13. & ideo, cum revocatio ob ingratitudinem dumtaxat locum habeat in donatione propriè ſumpta, non poteſt hæc donatio remuneratoria ſecuta ingratitudine, revocari: notat Abbas *in præſenti, num.* 11.

Nec etiam locum habet *noſter text.* in donatione facta Eccleſiæ, quæ præter ingratitudinem Prælati, vel Capituli, non poteſt revocari : quia donatio facta Eccleſiæ cenſetur Deo facta; Argum. text. *in c. verum, de conditionibus appoſitis*: qui non poteſt eſſe ingratus, cum ſit omnium gratiarum liberaliſſimus largitor. Et hoc verum eſt, etiam ſi in ipſa donatione expreſſerit donator, quod poſſit propter ingratitudinem revocari. Docent Iul. Clar. *ubi ſupra. n. ult.* Ripa *lib.* 2. *reſponſorum, c.* 28. *n.* 20. Henr. Boich. *in præſenti*, cũ traditis à Barb. *in Collect. ad hunc textum, n.* 15. qui alias plures limitationes proſequitur. Reliqua, quæ ad jus Cæſareum ſpectant omitto; quia de eis latè ſcripſit Oſual. ad Donel. *lib.* 14. *comment. cap.* 27. *cum ſequentibus*, qui omnino conſulendus eſt.

TITULUS XXV. De Peculio Clericorum.

SINGULA *hujus tituli* jura pertinent ad ultimas Clericorum voluntates, meritò cum hucuſque ſit actum de contractibus, ejus commentaria omitto, & remitto ad ea, quæ de eo latiùs dicemus infrà ad *titulum de Teſtamentis.*

TITVLVS XXVI. De Teſtamentis, & Ultimis voluntatibus.

Ad textum in cap. Quorundam 1. cap. Cum in officiis 7. cap. Ad hæc 8. cap. Quia nos 9. cap. Relatum 12. cap. Requiſiſti 15. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopi, & Clerici, teſtari non poſſunt de bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis, ſecus de patrimonialibus.*
2 *Clerici ſunt domini fructuum beneficiorum, & quomodo intelligatur; pluraque jura invicem contraria conciliantur.*
3 *Exponitur textus* in cap. quorundam, de teſtamentis.
4 Cap. requiſiſti 15. de teſtamentis.
5 Cap. Epiſcopi 19. 12. quæſt. 1. cap. 1. cum ſequentibus.
6 Cap. ad hæc 8. de teſtamentis.
7 Cap. cum olim 14. verſicul. Prætereà, de privilegiis.
8 *Diſpoſitio per viam teſtamenti, facilius admittitur, quàm per viam contractus, & quid obſervetur in bonis beneficialibus.*
9 *Clerici hodie, ex Eccleſiæ conſuetudine, de omnibus bonis teſtari poſſunt*, cap. relatum 12. verſ. Licèt, de teſtamentis.
10 *Prohibitio teſtandi de fructibus beneficiorũ, à jure poſitivo provenit.*
11 *Expenditur* cap. 1. 12. quæſt. 5. *& ejus veralectio refertur.*
12 Cap. Epiſcopus, 34. q. 2. *& infrà n.* 13.
13 Cap. monemus, cap. Diaconi, 12. q. 2. c. fin. de peculio Clericorum.

CONCLUSIO.

DE *bonis intuitu Eccleſiæ adquiſitis, Epiſcopi, & Clerici teſtari non poſſunt; de bonis verò patrimonialibus, & aliunde quæſitis, diſponere non prohibentur.* 1
Comprobant jura infrà adducta, *cap. 1. de ſucceſſionibus ab inteſtato; cap. Epiſcopi* 19. *cap. ſint manifeſtæ*, 21. 12. *quæſt.* 1. *cap. placuit* 1. *cap. quicumque*, 12. *quæſt.* 3. *cap. fixum*, cum aliis, 13. *quæſt.* 5. *cap.* 1. & per *totam* 12. *q.* 4. *cap.* 1. *&* 2. 12. *quæſt.* 5. *cap. fin. de his quæ fiunt à majori parte Capituli; cap.* 3. 23. *quæſt.* 4. *cap. exiit, de verborum, ſignificatione in* 6. *Extravag.* 4. *de verborum ſignificatione cap. cum olim* 14. *verſicul. fin de donationib. leg. fin. tit.* 11. *part.* 1. exornat Spino *de teſtament gloſſ.* 14. *rubricæ, num.* 1. Molina *de juſtitia, & jure, tract.* 2. *diſput.* 147.

Garcia *de beneficiis*, 2. *part. cap.* 5. *num.* 8. Barbos. plures referens *de potestate Episcop.* 3. *part. allegat.* 114. D. Thom. 2. 2. *quæstion.* 185. *artic.* 7. Soto *lib.* 3. *de just. quæst.* 4. *artic.* 2. Gutierrez *lib.* 2. *practicar. quæstion.* 114. Fachineus *lib.* 5. *controversiarum, cap.* 89. Duarenus *lib.* 2. *de sacris Ecclesiæ ministeriis, cap.* 1. Cuiacius *in posthumis ad textum in cap.* 1. *de peculio Clericorum*, Anastasius Germonius *de sacrorum immunitatibus; cap.* 3. *num.* 45. Covarru. *in præsenti, & in aliis juribus, hujus tituli, supra adductis*, cum multis traditis à Cenedo *in collectan. ad Decretales, collectan.* 135. *& collectan. decima secunda*, Barbosa *in collectaneis ad nostrum textum, & in juribus supra adductis*, Noguerrol. *allegatione* 26.

2 Quæ conclusio, cum duplicem contineat partem duplici etiam indiget decidendi ratione: & primo, de prima, & postea de secunda, agendum est. Et quoad primam communiter dici solet: quod ratio propter quam Clerici, & Episcopi bona, intuitu Ecclesiæ quæsita, nec ex testamento, nec ab intestato ad alios transferre possunt, ea est, quia Clerici non sunt domini fructuum beneficiorum; sed administratores tantum, cum eorum bona sint pauperum, *cap.* 3. *de præbendis, cap. ultima*, 16. *quæstion.* 1. & dominium penes duos esse non potest in solidum, *leg. si ut certo* 5. §. *Si duobus, ff. mandati*: sicut nec possessio *leg.* 3. §. *Ex contrario*, cum vulgatis, *ff. de adquirend. possessor. cap. Episcopis* 7. 10. *quæstion.* 2. *capit. duo* 7. versic. *Illi enim, capit. res* 12. *cap.* 26. 12. *quæstion.* 2. ubi apparet, Episcopos, & Clericos non posse amplius ex bonis Ecclesiasticis percipere, quàm quoad victum, & vestitum fuerit satis. Notat Gloss. *verb. Testamentum, in capit. quia nos, hoc titulo* Gloss. *verb. Obitus, ultimo, de peculio Clericorum*, Duarenus *lib.* 2. *de sacris Ecclesiæ ministeriis, cap.* 4. Marsilius *tractatu de redditibus*, 3. *part. cap.* 23. *&* 34. quia fructus, & reditus beneficiorum, ea lege, & intentione à Clericis percipiuntur, ut sibi necessaria pariant, & pauperibus subveniant; quia bona Clericorum, bona pauperum appellantur. Nam licèt laici, ex præcepto misericordiæ teneantur eleemosynam pauperibus erogare: tamen Clerici, ex præcepto justitiæ, tenentur illis subvenire, *cap. decimæ*, 16. *quæst.* 1. *cap. quia nos, cap. cum in officiis, hoc titulo*: *capit. fixum*, 12. *quæstion.* 5. Ac proinde mirum non est, quod ex defectu dominii de hujusmodi bonis testari non possint: ad exemplum filii familias, qui ob hanc causam testari prohibentur, Ulpianus *in fragmentis, tit.* 20. vers. *Filius Familias.*

3 Sed hæc ratio, licèt communis, admitti non debet & improbatur ex eo, quia magis verius, & receptius est, Episcopos, & Clericos dominos esse fructuum beneficiorum; notat Glossa celebris, *in capit. duo*, vero, *Proprietatem*, 12. *quæstion.* 1. *cap.* 2. *fidejussoribus* ubi proponitur, quod ex redditibus beneficiariis, creditoribus satisfiat; & supervacuo fieret, si dominium illorum non haberent, *cap. unico*, versicul. *Qui verò aliter: de Clericis non residentibus lib.* 6. ubi à contrario sensu manifestè affirmat, beneficiarios residentes dominium distributionum adquirere, ut sentiunt Sarmiento *de redditibus*, 4. *part. cap.* 6. *&* 12. Marsilius *ubi suprà cap.* 3. Molina *de primogeniis, lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 33. Barbos. plures referens, *dict. allegat.* 114. *num.* 4.

Nec obstant jura pro prima decidendi ratione *supra* adducta, non primum *ex dict. capit.* 1. *de Præbendis*, nam quod ibi dicitur, scilicet, quod pro communi utilitate datum est, privatis usibus applicari non debet; non est ita accipiendum, ut Pontifex velit dominium fructuum Clericis denegare: sed est potius ita exponendum, ut ea quæ in communes usus Ecclesiæ destinata sunt, in privatos usus & commodum non licet Prælatis, aut Clericis, convertere; ut in exemplis, de quibus *in cap. prædia* 5. 12. *quæst.* 2. *c.* 2. 10. *quæst.* 3.

Nec similiter obstabit text. *in dict. cap. fin.* 16. *quæst.* 1. Nam licet ibi dicatur, *bona Clericorum, bona pauperum esse*, per hoc tamen verum dominium in his bonis pauperes non habent, Sarmiento *de redditibus, cap.* 1. *n.* 15. sed tantum charitatis lege, Spino *ubi supra, gloss.* 14. *num.* 13. & sic quæ illis supersunt, debent pauperibus erogare.

Nec similiter obstabit text. *in cap. Episcopis* 7. 10. *quæstion.* 2. *capit. duo* 7. 12. *quæstion.* 2. *cap. Episcop.* 23. 12. *quæstion.* 1. Nam dum jura illa asserunt Clericos tantum posse percipere ex bonis Ecclesiæ, quantum ad suos usus indigent: debent intelligi, & referri ad primum, & priscum Ecclesiæ morem, ex *Canonibus Apostolorum* deductum; quo tempore non erant adhuc instituta beneficia (ut infrà dicemus) nec amplius Clericis percipere permittebatur, quàm quod ad suos usus satis esset; quod cessavit post tempora, quibus jam beneficia instituta sunt, meritò jam hodie domini fructuum suorum beneficiorum sunt.

Nec similiter obstat textus *in cap. ultimo*, 12. *quæst.* 1. *cap. sine exceptione* 52. versic. *Episcopus*, 12. *quæstion.* 1. *capit.* 2. *de donationibus*, in quibus cavetur, Episcopos, & Clericos non dominos, sed tantum Procuratores rerum Ecclesiasticarum esse. Nam jura illa non debent intelligi de fructibus beneficiorum, de quibus noster est sermo; sed de bonis immobilibus ipsius Ecclesiæ: quæ bona in Clericorum dominio non sunt; sed tantum in administratione, & procuratione, ad instar Tutoris, & Curatoris, *Clementina, quia contingit*, §. *Ut autem*, versic. *Illi etiam, de Religiosis domibus*, Sarmiento *ubi supr.* 4. *part. cap.* 6. *num.* 12.

4 Primò, adversus ea, quæ huc usque retulimus, videlicet Clericos dominos fructuum beneficiorum esse, & sic de illis ad libitum testari posse, *argumento text. in leg. verbis legis* 120. *ff. de verborum significatione*: *leg. in re mandata, Codic. mandati*: Valde obstabit nostri textus conclusio, in qua asseritur de illis bonis Clericos testari non posse. Cujus dubii solutio pendet ex vera nostri *text.* decidendi ratione, quæ (aliis omissis) illa certissima est: Quod ideo Episcopi, & Clerici de his bonis testari prohibentur, quia id expressè lege Pontificia, & positiva sancitum est, ut insinuat textus *in capit. cum in officiis*, textus *in capit. ad hæc* 8. *cap. quia nos* 9. *hujus tituli*; in quibus omnibus juribus valdè notanda sunt illa verba, ibi: *De jure testari non possunt*, in quibus significatur id à lege humana, sed divina testari prohiberentur: & absolutè, absque illo verbo, *de jure* Pontifex dixisset, *testari non possunt*, quemadmodum dixit *in cap. filius noster, hujus titul.* & ratio rationis hujus prohibitionis fuit, quæ refertur *in dicto cap. cum in officiis, hujus titul.* quia cum ex officiis charitatis, primo loco illis teneamur obnoxii, & grati, à quibus nos beneficium agnovimus accepisse, & Episcopi, ac Clerici à suis Ecclesiis multa beneficia recipiant: idcirco intuitu Ecclesiæ adquisita, in alios, quàm in suas Ecclesias transferre prohibentur: Meritò licet domini fructuum censeantur; tamen ob has causas in alios transferre non possunt. Quod similiter in majoratibus fere observatur, quia licet possessores majoratus fructuum domini sint, *leg. non ideo* 66. *ff. de rei vendicatione*, tamen de bonis majoratus disponere non possunt, *leg. quædam* 25. *paragrapho si quis filium*; *l. deducta* 58. §. 1. *ff. ad S. C. Trebellianum*, Molin. *lib.* 1. *de primogeniis, cap.* 19. *num.* 4.

5 Secundò, adversus ea, quæ in præsenti notant omnes, videlicet nostri textus prohibitionem, etiam comprehendere beneficiarios, simplicia beneficia habentes, ut expressè constat *ex dicto cap. cum in officiis, cap. relatum* 12. *in fine, hoc titulo*, ubi dicitur bona ejus, qui plura beneficia in diversis Ecclesiis possidet, ejus morte, inter ipsas Ecclesias esse dividenda: quibus verbis planè significat testari posse de fructibus simplicis beneficii; obstabit textus *in cap. requi-*

sisti.

ſiſti: §. *ultimo*, *hoc titulo* ubi aſſeritur prohibitionem *textus in dicto cap. cum in officiis*, non comprehendere beneficiarios ſimplices, hoc eſt ſui beneficii adminiſtrationem non habentes: cujus textus authoritate Hoſtienſis *in cap. ultimo, de peculio Clericorum*, & Gl. *verb. Reſervari, in cap. præſenti, de officio Ordinarii, lib.* 6. exiſtimarunt beneficia habentes, non eſſe comprehenſos ſub noſtri textus prohibitione, quam ſequitur Iulius Clarus *in* §. *Teſtamentum, num.* 8. Sed reſpondendum eſt, diſcrimen conſtitutum in *dicto cap. requiſiti*, §. *ultimo*, inter beneficiarios adminiſtrationem habentes: & illa carentes, ad rem propoſitam, de qua agimus, non pertinere, ſed ad aliam quæ eſt ſcilicet an legatum beneficiario relictum, contemplatione Eccleſiæ, videatur ſuæ perſonæ datum. In qua quæſtione, etſi Pontifex ibi ſcribat multum differri beneficiarios, cum adminiſtratione à beneficiariis ſimplicibus, ex ea tamen differentia, non rectè deducitur, idem in re propoſita obſervari debere; nam aliud eſt dicere, Clericum ſibi, aut Eccleſiæ bona adquirere: aliud verò Clericum de adquiſitis teſtari poſſe. Unde non eſt mirum, quod ex diverſis non fiat illatio, *leg. Papinianus* 20. cum vulgatis, *ff. de minoribus.*

Tertiò, prædictæ ſententiæ obſtant text. *in capite, Epiſcopus* 19. 12. *quæſtione prima, capite primo, cum ſeqq.* 12. *quæſtione quinta*, in quibus juribus ſolis Epiſcopis, & aliis Prælatis interdicitur teſtandi facultas: Ergo cum Pontifex *in dict. cap. cum in officiis* 7. *hoc tit.* Antiquorum Canonum veſtigiis inhærendo id aſſerat; ſatis videtur jubere ad hos ſolos prohibitionem conferre velle, quaſi verbum, *Clerici*, quod utitur, ſtrictè accipi debeat de Epiſcopo, aut alio Prælato; quemadmodum eodem ſenſu uſurpari ſolet verbum, *Sacerdos*, aut *Preſbyter*, *capit.* 1. 12. *quæſtion* 3. *cap. ultimo* 12. *quæſtion.* 4. *cap.* 1. 12. *quæſtion.* 5. Sed reſpondendum eſt, quod licet antiquitus in illis juribus teſtandi prohibitio ſolis Prælatis fieret: quia tunc ipſi ſoli bona Eccleſiaſtica adminiſtrabant, qua de cauſa Alexandrum III. *in dict. cap. cum in officiis*, ad antiquorum Canonum verba non ſolum attendiſſe, ſed potius ad illorum mentem, & ſententiam, quæ ipſi dictabat teſtandi facultatem omnibus Clericis fuiſſe ademptam, non perſonæ, ſed bonorum Eccleſiaſticorum comtemplatione; idcirco hac cauſa motus Pontifex juſta ratione omnes Clericos beneficiarios teſtari prohibuit, ſivè curata, ſivè ſimplicia beneficia poſſiderent.

Nec pro ſententia Oſtienſis, quidquam facit text. *in dict. cap.* 1. 12. *quæſtion.* 3. *cap.* 1. 12. *quæſtion.* 4. *cap.* 2. *de peculio Clericorum*; nam & ſi in illis juribus ſolis Prælatis, rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem habentibus fit interdictum, proprio, vel alterius nomine, quàm Eccleſiæ, bona comparare; licet ea prohibitio ad alios beneficiarios adminiſtratione carentes producta non fuerit, tamen non inde rectè colligitur, idem diſcrimen obſervandum fore in prohibitione teſtandi; quippe ratio prohibitionis emptionis nomine proprio viget tantum in Prælatis adminiſtrationem habentibus, propter periculum rei Eccleſiaſticæ, intervertendæ, aut fraudandæ, quæ tamen ratio ceſſat in cæteris beneficiariis; cæterum prohibitionis ratio teſtandi in omnibus beneficiariis (ut ſuprà diximus) vim ſuam retinet.

6 Quartò, adverſus id, quod in præſenti notant omnes, videlicet quoſcunque Clericos poſſe de bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis, in vita donare, & diſponere etiam immodicè, non tamen in teſtamentis, notat Marſilius *dict.* 3. *part. cap.* 29. Sarm. *dict.* 4. *part. cap.* 1. Molin. *de juſt. tit.* 2. *diſp.* 144. *num.* 8. D. Thom. 2. 2. *quæſtion.* 185. *artic.* 7. obſtabit text. *in cap. ad hæc* 8. *hoc titulo*, ubi apertè ſcribitur, Clericos viventes, & in ægritudine conſtitutos, poſſe aliquid moderatum in uſus proprios errogare, non ratione teſtamenti, ſed intuitu eleemoſynæ. Conſonat de jure Regio, *leg. ultima, titul.* 21. *part.* 1. ſententia magis difficilis redditur ex eo, quod donatio in ægritudine facta ſine mortis cauſa fiat inter vivos donatio dicitur, *l. Seia*, §. *ultimo, ff. de donationib. cauſa mortis*; Covarru. *in rubr. hujus titul.* 3. *part. num.* 36. Julius Clarus, §. *Donaſſe, quæſtion.* 4. *num.* 3. Ergo Clerici non immodicas, ſed tantum modicas, *ex dicto cap. ad hæc*, facere poterunt. Cui dubio reſponderi ſolet: Ideo Clericos donationes immodicas, tam pias, quàm prophanas, in ægritudine facere non poſſe, quia fraudandæ legis Canonicæ animo factæ præſumuntur, *argument. leg. filiæ* 59. *ff. ſolut. matrim. leg. ſi filiæ* 5. *ff. de divortiis*, *cap.* 2. *de renuntiatione, lib.* 6. Ideoque donationes illæ perinde habentur, ac ſi fierent in teſtamento; *argument. text. in capit. de his, de ſepulturis*, quam interpretationem ſequitur Covarr. *in d. cap. ad hæc* 8. *n.* 1. *hoc tit.*

Sed ea omiſſa, & aliis traditis à Molin. *dict. cap.* 1. *num.* 20. verius dici poteſt, Alexand. III. *in dict. cap. ad hæc*, immodicas donationes in ægritudine factas, fuiſſe comprehenſas ſub illa teſtandi prohibitione, nec aliter prohibitio Lateranenſis Concilii *in dict. cap.* 7. eluderetur, eiſque manifeſta fraus fieret; *arg. tex. in cap. tua de procur. c. conſtitutus, de conceſſione præbendæ*: & ſic apparet, donationes immodicas bona fide ad pias cauſas factas non valere, quia tex. *in d. c. ad. hæc*, non fraudis præſumptione nititur, nec qnidquam novi ſtatuit, ſed tantum Lateranenſis Concilii ſententiam declarat: Ideoqne nihil refert an fraus, vel dolus abſit necne.

Sed quæret aliquis, quænam ſit differentiæ ratio? Cur ſcilicet magis permittatur Clericis in ægritudine conſtitutis intuitu Eccleſiæ eleemoſynæ aliquid donare, quàm teſtari; ut in *dict. cap. ad hæc*; cum in utroq; caſu eadem pietatis cauſa vigeat. In qua difficultate rejecta communi differentiæ ratione, quam refert Abb. *ibidem, n.* 3. Covarr. *num.* 1. verius dicendum eſt, Clerici jus teſtandi fuiſſe ademptum, ex ratione *ſup. n.* 2. adducta; facultatem verò donandi, ideo eis non fuiſſe ſublatam; quia domini fructuum eſſent, & iniquum videbatur, ſaltem in vita, diſponendi facultatem, quoad illos, illis eſſe ademptam quæ ratio non porrigitur ad donationes immodicas in ægritudine factas, quia lex Canonica, quæ teſtari prohibuit, etiam eas interdixit: non verò donationes modicas, intuitu eleemoſynæ factas, per quas, nec Lateranenſi Concilio fraus fit, nec ejus intentio, vel ratio eluditur, Noguer. *alleg.* 26.

Quintò, ſuprà traditis obſtabit text. *in cap. cum olim* 14. verſic. *Prætereà, de privilegiis*, ex quo deducitur donationem ab Epiſcopo inter vivos factam non valere, qui textus prima fronte ſatis difficilis eſt, ſiquidem pugnare videtur cum *ſuprà* traditis. 7

Sed huic dubio reſponderi ſolet: ideo *in d. c. cum olim* donationem inutilem fuiſſe, quia nimis immodica, & maximæ quantitatis erat: Ita Joan. And. & Abb. *ibid. n.* 8. & 18. Burt. *n.* 25. quæ interpretatio confirmari poteſt ex eo, quia Marapetini, de quibus in *eo textu*, temporibus illis Alphonſi, Henrici, & filii Sanctii non æris ſeu metalli, ſed ex auro erant, & valorem habebant qualem hodie habent aurei (hoc eſt ſcuti) notat Barb. *in coll. ad eundem tex. n.* 12.

Sed ea omiſſa, & alia Innocentii, & Hoſtienſis *ibid.* verius dicendum eſt: ideo *in d. c. cum olim.* 14. verſ. *Prætereà, de privilegiis*, nullam fuiſſe donationem, quia fuit facta ab Epiſcopo Regulari notat Gl. *ibid.* verbo *Reſtitutionem*, Zab. *opp.* 9. & ideo donatio ibidem non valuit, ut repetitio rei donatæ Eccleſiæ competat, ſiquidem illa maxima extat differentia inter Epiſcopum ſæcularem, vel regularem; nam ſæcularis poterit inter vivos donare, quia interim dum vivit dominus fructuum eſt, ſecus Regularis; quia etiam ſi fiat Epiſcopus, adhuc verus remanet Religioſus, in his, quæ non obſtant executioni muneris Epiſcopalis: cum efficiatur incapax, propter votum paupertatis, notat D. Th. 2. 2. *quæſt.*

quæſt. 185. *art.* 8. Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 6. *n.* 8. *&* 9. ſed textus ille, ſi attentius perpendatur, non tractat de bonis quæſitis à Prælatis regularibus, ex fructibus Epiſcopatus, ſed magis de donatione bonorum Eccleſiæ in qua ſpecie, ut donatio firma maneat, præcipit *text.* eſſe attendendan Eccleſiæ conſuetudinem, & alia, de quibus ipſe ſcripſit; & ſic ceſſat omnis ejus difficultas.

8 Sextò, ſupra traditis obſtabit ſequens conſideratio, videlicet, quod faciliùs in jure permittitur diſpoſitio per viam teſtamenti, quàm per viam contractus, *l. Aurelius* 21. §. *Gajus, de liberat. legat. l. unica, C. de leg. Fuſia Caninia tollenda; l. ſi curatorem habens* 3. *C. de in integr. reſtit. minorum*; cum nihil magis hominibus debeatur, quàm ut ſupremæ eorum voluntates ſerventur; *l.* 1. *C. de Sacroſanct. Eccleſiis*, cum igniominioſum ſit aliquem inteſtatum decedere, *l.* 1. *& per tot tit. Cod. de neceſſariis ſervis hæredibus inſtituendis*: Ergo cum Clerici poſſint de fructibus beneficii per viam contractus diſponere veluti, locare, donare, vendere, pignori dare, *cap.* 2. *de locato*; *cap. ultimo, de fide juſſorib. toto tit. de donation. & tit. de pignorib.* faciliùs etiam poterit de rebus ipſis intuitu Eccleſiæ quæſitis per viam teſtamenti diſponere.

Cui dubio reſpondendum eſt, quod etſi in aliquibus caſibus jus facilius permittat diſpoſitionem per viam ultimæ voluntatis, quàm per viam contractus; non tamen exindè ſequitur illud in aliis diverſis terminis; ubi lex juſtis de cauſis prohibuit teſtari, cui pro arbitrio contrahere conſenſit, veluti in noſtro themate; nam licet Clericis ſit permiſſum, de redditibus beneficiorum, ratione contractus diſponere, non tamen eis licet de illis teſtari. Ratio diſparitatis in eo conſiſtit, quia cum beneficiarii teneantur ſuperflua pauperibus erogare, & erogationis maximum impedimentum ſit avaritia, propterea Eccleſia, antiquis Sacris Canonibus, ut indemnitatibus illis conſuleret, ſtatuit, ut de fructibus beneficiorum Clerici teſtari non poſſent, ne exindè ad theſaurizandum Sacerdotes invitarentur, ut ſic videntes, illo elargiendis modo eſſe impeditos, invitarentur ad erogandum inter pauperes eleemoſynam: quare inter vivos contrahere potiùs ex illo contractu donationis, vel alio quovis modo, ſibi ipſis detractio, & præjudicium fiat: in teſtamento verò, non ſibi ipſis, ſed Eccleſiæ, & pauperibus præjudicare videntur, *l. libertus, ff. quæ in fraudem patroni. leg. unum ex familia* 69. *in princ. ff. de legatis* 2.

Nec obſtabit, ſi replices quod milites, etiam ſi filiifamilias ſint, de bonis Caſtrenſis teſtari poterunt, ut conſtat *ex toto titulo*, ff. *& C. de militari teſtamento; & de teſtamento militis.* Sed Clerici milites ſunt, & militibus æquiparantur, & eorum bona quaſi caſtrenſia appellantur, *gloſ.* 2. *apud medium, in l. miles* 6. *ff. de re judicata*; Covar. 2. *tom. variar. cap.* 1. *n.* 9. Ergo quemadmodum, milites de bonis militaribus, ſic etiam Sacerdotes de beneficialibus teſtari poterunt. Quia huic conſiderationi reſpondendum eſt, jura illa procedere in militibus terreſtris militiæ; non verò loquimur de militibus cœleſtis militiæ; inter quos plurimæ ſtant differentiæ, & præcipua eſt illa teſtandi prohibitio, ex rationibus, & juribus *ſuprà* adductis.

9 Septimò, adverſus ea, quæ in præſenti notant omnes, videlicet omnia hucuſque dicta procedere de jure communi, hodie verò ex conſuetudine in tota Hiſpania recepta captum eſt, ut Clerici poſſint teſtari, etiam tuta conſcientia de omnibus bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis, tam ad pias, quàm ad prophanas res; quibus etiam ab inteſtato ſuccedunt conſanguinei, *l.* 13. *tit.* 8. *li.* 5. *Recopilat.* Quæ conſuetudo comprobari videtur, ex text. *in cap. præſenti, de officio Ordinarii*; *Extrav. ſuſcepti de electione*; Joannis 22. *c. cum tibi de verborum ſignificatione*; & decreto Concilii Lateranenſis, *p.* 29. *c.* 6. Sed hæc conſuetudo, quoad Epiſcopos non eſt recepta quibus etiam hodie de illis rebus teſtari prohibentur, notat Covar. *in dict. cap. cum in officiis, hoc tit. n.* 23. Marſilius *dicta* 3. *part. c.* 36, Barboſa *dicta allegat.* 114. *n.* 6. obſtabit text. *in cap. relatum* 12. *verſ. Licet, hoc titulo*; ubi illa tantum conſuetudo comprobata videtur, quæ permittit Clericis teſtari ad pias cauſas.

Sed huic dubio, omiſſis variis interpretationibus, reſpondere poteris, Alexandrum III. *ibi* de ſola conſuetudine teſtandi ad pias cauſas caviſſe; ex generali verò noſtra conſuetudine poſteà introducta, nihil decidiſſe. Et quamvis probata conſuetudine ad pias cauſas, videatur improbare conſuetudinem ad prophanas; tamen noſtra conſuetudo generalis vi ipſa omnes comprehendit, ex eo quod lex conſuetudines præſcriptas probat, ad futuras tamen non porrigitur, quarum cauſa ignorare poterat; deinde quia conſuetudo ex lege damnata, etiam ex cauſa ſuſcitari poteſt, notat Covar. *li.* 3. *variar. c.* 13. *n.* 4.

Octavò, doctrinæ huic obſtabit dicere; hanc conſue- 10
tudinem, non legitimam, ſed corruptelam eſſe; & ſic abſque lethali culpa ſervari non poſſe, cùm ex ea magnopere lædantur Eccleſiæ; ſiquidem ea obtenta, bona ipſius Eccleſiæ paulatim inter extraneos diſſiparentur, quod furtum eſt: merito tanquam juri divino, & ſeptimo Decalogi præcepto contraria, obſervari non poterit, *cap.* 1. *& finali, de conſuetudine.* Cui dubio reſpondendum eſt, quod cum lege poſitiva illa prohibitio teſtandi de fructibus beneficiorum ſit introducta, ſic ſimiliter hodie contraria conſuetudine auferri, & amoveri potuit; nec ex illa fructuum teſtatione bona Eccleſiæ diſſipantur, ſiquidem ex illis fructibus jam perceptis bona Eccleſiæ, nec diſſipantur, nec diminuuntur; cum in illis (ut ſuprà retulimus) jam ſit Sacerdotibus dominium adquiſitum: meritò furtum non committitur, quod ſolùm in alienis, non verò in bonis propriis ſit: & plura alia jura invicem contraria videnda ſunt in his, quæ refert Abbas *in d. c. cum olim* 14. *de privilegiis, num.* 15.

Nonò, his omnibus obſtabit textus *in cap.* 12. *quæſt.* 11
5. ubi Conſtantius Epiſcopus Luminoſæ filiæ fratris ſui, legati nomine quædam mobilia poſt Epiſcopatus aſſecutionem quæſita teſtamento relinquit; quare ejus ſucceſſor in Epiſcopatu conqueſtus fuit Divo Gregorio, aſſerens legatum illud inutile fuiſſe, tanquam relictum de rebus poſt Epiſcopatus aſſecutionem quæſitis: Gregorius reſpondit: Luminoſam fratris Epiſcopi filiam in legati poſſeſſione inquietari non poſſe, niſi Epiſcopus ſucceſſor probaverit, legatum illud fuiſſe quæſitum de rebus poſt Epiſcopatus aſſecutionem acquiſitis: Augetur difficultas ex eo, quia bona Epiſcopi ſemper præſumuntur quæſita fuiſſe ex fructibus Epiſcopatus, & contraria approbatio non Epiſcopo, ſed hæredibus, ſeu legatariis competit, *cap.* 1. *de peculio Clericorum.* Ex cujus *capitis primi* deciſione, duplex dubium contra juris principia deducitur: Primum eſt, Epiſcopum bona quæſita de fructibus Epiſcopatus teſtamento legare poſſe: Secundum eſt, onus probandi eſſe quæſita de fructibus Epiſcopatus, incumbere Epiſcopo ſucceſſori, nec præſumptio pro Eccleſia eſt.

Sed ut hujus dubii viam aperiamus, animadvertendum eſt, *illius capitis primi* inſcriptionem, non ita eſſe accipiendam, ut in *vulgatis* legitur; ſiquidem vera illius Canonis hiſtoria reperitur apud Divum Gregorium *lib.* 10. *Epiſtolarum, epiſt.* 43. ad Deodatum Epiſcopum Mediolanenſem, & in *decreto Gratiani*, illa Epiſtola non refertur ad Deodatum, ſed ad Lucidum Epiſcopum: Deindè improbata eſt deciſio illa, quia apud *Gratianum* legitur, *Luminoſæ Ancillæ Dei, & fratribus ſuis*: at verò in originali Epiſtola D. Gregorii legitur *Luminoſæ Ancillæ Dei filiæ fratris ſuis*, cum de ſola legataria Luminoſa, non verò de pluribus fratribus legatariis tractetur. Præterea deciſio illa depravata videtur, cum in originali *Divi Gregorii* reperiatur, Epiſcopum illum Luminoſæ, bona immobilia legati cauſa reliquiſſe: at verò apud *Gratianum*, mobilia bona reliquiſſe legitur: quibus ſuppoſitis veriſſimè eſt dicen-

dum

dum, generaliter bona à Prælato prælum quæſita ex bonis, & fructibus Epiſcopatus, etſi relicta fuerint à Prælato in teſtamento; contraria probatio incumbit ſucceſſoribus, & legatariis, *ex dict. cap. 1. de peculio Clericorum.*

Nec obſtat illa Divi Gregorii Epiſtola *in d. cap. 1. 12. q. 5.* Quia in ejus deciſione, non tantum præſumptio poſſeſſionis rei legatæ pro ipſa Luminoſa legataria eſt, ſed etiam fama fuit delata ad Divum Grego rium, bona illa, de quibus controverſia erat, non in Epiſcopatu, ſed ante Epiſcopatus affecutionem ex bonis patrimonialibus, vel ſimilibus fuiſſe adquiſita: quæ quidem vera illius textus interpretatio deducitur ex ultimis *illius textus* verbis, verſ: *Nec ei, ſine cognitione de his, quæ poſſidet, quidquam auferre*: undè ex præſumptione illa Pontifici nota, mirum non eſt, quod in illis bonis patrimonialibus legatariæ poſſeſſio non auferatur; notat Covar. *in præſenti n. 11.*

12 Decimò, adverſus ſecundam *noſtri textus* partem, in qua aſſeritur Clericum de bonis patrimonialibus, jure hæreditario donatione, vel àlio quovis modo quæſitis, poſſe teſtari. Ratio eſt, quia hæc bona ad Clericum, non tanquam ad Eccleſiaſticum, ſed tanquam ad Laicalem, & privatam perſonam deveniunt, cùm in illis, etiam cum Laicis Clerici æquales ſint, *c. Epiſcopi 19. cap. ſint manifeſtæ 21. 12. quæſt. 1. cap. 1. 12. quæſt. 3. cap. fixum, 12. quæſt. 4. cap. 1. de peculio Clericorum*; *c. 1. de ſucceſſionibus ab inteſtato*; notat Covar. *in præſenti, n. 5.* Molina *lib. 2. de primogeniis, cap. 10. n. 25.* Obſtabit textus *in cap. Epiſcopus 34. 12. quæſt. 2.* ubi ſi Epiſcopus non habuerit filios, aut nepotes, alium extraneum, quam Eccleſiam, in bonis patrimonialibus hæredem inſtituere non poteſt. Augetur difficultas ex eo, quia omninò contrarium eſt deciſum *in dicto cap. ſint manifeſtæ 12. quæſt. 1.* ubi quomodocunque voluerit, etiam inter extraneos poterit de bonis illis teſtari. In quorum jurium contrarietate, Covarr. *in præſenti, n. 6.* aſſerit, textum *in dicto cap. Epiſcopus*, potiùs loqui de conſilio, quàm de præcepto, quaſi diceret, & ſenſus illius textus eſſet; quod ſi Epiſcopus propinquos hæredes non habuerit, tutius erit, non relicta Eccleſia, eam hæredem inſtituere: & licèt hæc interpretatio ab aliquibus ſit recepta; tamen ea omiſſa, verius dicendum eſſe exiſtimo, quod etſi ex illa vulgari lectione, & ejus literæ inſcriptione, præpoſiti negatione, *non*, reſtrictam eſſe conſtet Epiſcopis poteſtatem, circa teſtamenti factionem; etiam in patrimonialibus, quoad extraneos, extra propriam Eccleſiam: attamen ſecundum ejus originalis veram lecturam, *ut in Polycarpo lib. 1. tit. 12.* legitur abſque illa negatione, *non*, hoc eſt Epiſcopus filios, aut nepotes non habens, alium quàm Eccleſiam reliquit hæredem: qua lectione retenta, nulla ſupereſt difficultas; ſiquidem illorum verborum ſenſus eſt, quod ſi Epiſcopus nepotes non habens, alium extraneum, Eccleſiam, ſimulque hæredes ſcripſerit; ſi quid appareat Eccleſiæ eſſe, inſtitutio illa quoad extraneum inutilis redditur: ſicque illa negatio, *non*, convertenda eſt in affirmationem *æquè* quædam ſimilis lectio reperitur *in Hiſpalenſi Concilio, cap. 1.*

13 Undecimò, huic ſolutioni obſtabunt ultima illius text. verba ibi: *Qui verò filios habet de bonis, quæ reliquit, ab hæredibus ejus indemnitatibus Eccleſiæ conſulatur.* Ex quibus apparet totum contrarium, quod antea in prima illius textus parte fuerat ſcriptum: ſiquidem ex illis deducitur, Epiſcopum poſſe de bonis Eccleſiæ inter filios, vel nepotes diſponere, dummodo ab hæredibus indemnitatibus Eccleſiæ conſulatur. Sed huic conſiderationi ſuccurrendum eſt cum eodem Agathenſi Concilio, *cap. 49.* relato *in cap. ſi quis qualibet, 12. quæſt. 2.* Quo tempore Epiſcopis permiſſum erat, etiam rem Eccleſiæ alienare, dum tamen de ſuo tantundem Eccleſiæ conſulerent, hoc eſt, quantum viſum fuerit ei fuiſſe ſublatum. Sic ſimiliter eis fuit permiſſum, ob filiorum favorem, ut bona intuitu Eccleſiæ quæſita filiis relinquere poſſent; dummodo id, quod ab Eccleſia ablatum fuerit, ab hæredibus ejus Eccleſiæ conſuleretur: quod etiam in Eccleſia ſervorum manumiſſione obſervatur; nam manumiſſio eorum Epiſcopis permiſſa eſt; dum tamen tantundem Eccleſiæ præſtent; *cap. ſi quis 57. & 58. 12. quæſt. 2. cap. 3. de rebus Eccleſiæ*, ubi latè ſcripſimus.

Sed adhuc ſolutioni obſtabit *text. in cap. monemus, cap. Diaconi, 12. quæſt. 2.* in quibus juribus conſtat Epiſcopis, Presbyteris, vel Diaconis eſſe prohibitam rerum Eccleſiæ alienationem, ſub pœna excommunicationis, nec ab ea liberantur, etiam ſi Eccleſiæ tantundem præſtiterint, quod eſt omninò contra deciſionem textus *in cap. Epiſcopus 34. 12. quæſt. 2. c. ſi Epiſcopus 5. 12. quæſt. 5.* Sed in hac jurium contrarietate, eſt diſcrimen conſtituendum, inter eum caſum, an ſcilicet, ante res diſtractas, donatas, vel legatas, Prælatus tantundem Eccleſiæ dederit eo animo, ut facta compenſatione nihil ab Eccleſia abeſſe videatur; an verò ſimpliciter eas donaverit, vel legaverit fraudandi animo; nam primo caſu legatum & donatio valet, abſque excommunicationis, vel depoſitionis pœna, & ita eſt intelligendus textus *in dicto cap. Epiſcopus 34. 12. quæſt. 2. cap. ſi Epiſcopus 5. 12. quæſt. 5.* At vero ſi ſimpliciter legaverit, abſque ullo pacto, vel conventione, legatum non tenet, nec à pœna excommunicationis liberatur; etiam ſi poſteà tantundem præſtiterit, cum jam præſumptio, & animus fraudandi appareat: & obtinet ita textus *in dicto cap. ſtatuimus, cap. monemus cap. Diaconi, 12. quæſt. 2.* notat Turrecremata, & Barboſa *in collectaneis, in dictis juribus*, videndus eſt etiam textus *in cap. fin. de peculio Clericorum*, pugnans cum *cap. quodcumque, 12. q. 5. & c. Epiſcopus, 12. q. 2. cap. ſint manifeſtæ, 12. q. 1. cap. ſi quis qualibet, 12. q. 2. c. bene, 12. q. 2.* cum *c. Apoſtolicos, 12. q. 2. & c. 9. de officio Ordinarii, lib. 6.* cum *cap. 4. de elect. lib. 6.*

Ad textum in cap. Quia ingredientibus 2. hoc Titulo.

SUMMARIUM.

1 *Abbatiſſa teſtari non poteſt, etiam ſi nunquam induiſſet habitum Monachalem.*
2 *Religionem profitentes tranſeunt in Monaſteria ſimul cum omnibus ſuis bonis.*
3 Cap. quia ingredientibus 2. de teſtamentis, *noviter interpretatur.*
4 Dict. cap. 2. hoc titulo, *verſic.* Per annos plurimos, *exponitur.*
5 *Quilibet ad libitum de propriis bonis teſtari poteſt.* c. fin. qui Clerici, vel voventes.
6 Lex, hæreditatis 5. ff. de petitione hæreditatis: *exponitur.*
7 Cap. de lapſis, 16. quæſt. 6.
8 Cap. ſtatutum, 18. quæſt. 1.
9 *Solemnitas, quæ requiritur in actus conſtructione, deſideratur etiam in ejus deſtructione.*
L. ſed ſi mors 13. ff. de donationibus inter virum, & uxorem.
10 *Textus* in cap. 2. *verſic.* Quibus; *& verſic.* Ordinata, de teſtamentis, *quomodo intelligantur.*

CONCLUSIO

ABbatiſſa teſtari non poteſt, etiam ſi nunquam induiſſet habitum Monachalem. Conſonat textus *in Authen. ſi qua mulier, C. de Sacroſanctis Eccleſiis; c. 2. de ſtatu Monachorum cap. quia ingredientibus, 19. q. 3. cap. ex parte, c. ſtatuimus, de Regularibus: c. 1. eodem tit. lib. 6. Authen. de Monachis, § Illud col. 1. l. 37. tit. 6. f. 6.* Exorrant Navar. *in cap. non dicatis, 12. q. 1. n. 75.* Julius Clarus *lib. 3. receptarum, §. Teſtamentũ. q. 28.* Petr. Greg *lib. 42. ſyntagmatum,* 1

ſyntagmatum, c. 8. n. 8. Duennas *reg.* 473. Covar. latè *in præſenti.* Idem Duennas *regula* 4. & 76. cum traditis à Barb. *in collectaneis ad noſtrum textum*, n. 2.

2 Ratio eſt, quia Religionem profitentes tranſeunt in poteſtatem Monaſterii, ſeque ipſos cum omnibus ſuis bonis Deo dedicant, ut probant omnia jura *ſuprà* adducta, nam Monachatus adoptioni æquiparatur; notat Gloſſ. *in l. ſi pariter, ff. de codicillis*, & quemadmodum in patrem adoptantem tranſeunt jura, & poſſeſſiones, *leg. qui ex liberis*, §. *Teſtamento, ff. de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas*; *leg. ſi adoptavero, ff. de precario*; ita ſimiliter, etiam in Monaſterium, *d. cap. cum ad Monaſt. in fin. de ſtatu Monachorum*, ſiquidem, ut teſtamentum valeat, requiritur quod teſtator habeat bona, de quibus teſtari poſſit, *l. obſides* 11. *ff. hoc tit.* deindè, quia Monachi, ex *dictis juribus*, ſui juris non ſunt; & qui ſui juris non ſunt teſtari prohibentur, *principio Inſtitutionum quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum*; Navarrus *in Manuali, cap.* 27. *num.* 270. cum traditis à Barb. *in præſenti*, *num.* 4.

3 Primò, obſtabit ſequens conſideratio; videlicet, quod ad hoc, ut ratione Monachatus quis teſtari prohibeatur, requiritur, ut tacitè, vel expreſsè fuerit Religionem profeſſus, *dict. Authentica, ingreſſi, C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, at in præſenti, non conſtat Abbatiſſam profeſſionem feciſſe; imò potius apparet, nunquam induiſſe habitum Monachalem, ut ex litera *noſtri textus* conſtat; ergo teſtandi jus ſemper obtinuit. Cui difficultati reſponderi ſolet, Abbatiſſam *in præſenti* tacitè profeſſionem feciſſe; & colligitur ex eo, quia plures annos in Monaſterio permanſit, ut conſtat ex *textu noſtro*. Quæ interpretatio ex eo convincitur; quia ea attenta, Gregorius Pontifex non ponderaret, quod per multos annos in Monaſterio permanſit, cum tempore noſtri textus ad id ſufficeret, habitum gerere per anni ſpatium, ubi habitus profeſſorum, & novitiorum eſſet diſtinctus; juxta text. *in cap. ex parte, cap. ſtatuimus de regularibus, cap.* 1. *eodem titul. lib.* 6. Deindè quia ex *textu noſtro* conſtat, Abbatiſſam illam, nunquam habitum Monachalem induiſſe, atque ideò non poteſt intelligi de tacita profeſſione, ex habitus geſtione. Quare alii exiſtimant, ideò in præſenti Abbatiſſam teſtari non potuiſſe, quia illa expreſsè conſenſit ſe eligi in Abbatiſſam, & eo ipſo videtur tacitam profeſſionem feciſſe, tanquam neceſſarium præambulum ad Prælaturam. Quæ interpretatio ſimiliter ex eo convincitur: quia in Abbatiſſam eligi non poterat, niſi prius tacitè, vel expreſsè profeſſa fuiſſet, *cap. cum cauſa* 27. *cap. cum in Magiſtrum* 49. *de electione.* Quare his, & aliis omiſſis, veriſſimè reſpondendum eſt, ſecundum veram noſtri textus originalem lecturam Divi Gregorii, *lib.* 6. *Epiſtolarum*, *indictione* 2. *epiſt.* 7. ſcilicèt, Abbatiſſam in præſenti, ante ejus electionem ſolemniter profeſſionem feciſſe, ut conſtat ex verbis *noſtri textus* ibi: *Solemni more ab Epiſcopo Abbatiſſa ordinata eſt*: quæ verba ſupponunt, rite, & ſolemniter electionem fuiſſe factam, hoc eſt, expreſſam priùs profeſſionem interveniſſe, nam cum de aliquo quæritur, omnia legitimè fuiſſe facta præſumuntur: *leg. qui teſtamento, in principio, ff. de teſtamentis.*

4 Secundò, ſolutioni obſtabunt verba *noſtri textus*, verſic. *Per annos plurimos*, ex quibus ſequens dubium deducitur, videlicèt, nam ſi Abbatiſſa in præſenti profeſſionem expreſſam feciſſet, fruſtra illa verba, *Per annos plurimos*, ſcripta eſſent, ſiquidem potiùs ad probandam tacitam, quàm ad expreſſam profeſſionem adaptari debeant: *cap.* 1. *de Regularibus, lib.* 6. *Clementina* 1. & 2. *eodem tit.* Cui dubio veriſſimè eſt dicendum, illa noſtri textus verba, *ibidem* non fuiſſe poſita, ita ut ex illis deciſio fiat; ſed tantum, ut factum magis apertiùs appareat, & ſic non ad deciſionem, ſed ad facti ſpeciem referenda ſunt: cum fuerint poſita ex parte Abbatiſſæ ad excludendum illud Epiphanii dictum, cum aſſereret Abbatiſſam nunquam habitum induiſſe: cujus Epiphanii allegationem rejicit Pontifex in verſic. *Veſtis*, illud ad culpam Epiſcopi referendo, nec in damnum Monaſterii redundare debere: ſiquidem ex profeſſione potiùs, quàm ex habitus delatione, Monachus quis efficiatur: *cap. porrectum, de Regularibus*: *cap. ſaluberrimum*, 1. *q.* 7. notat Vivianus *in Rational. ad noſtrum textum.* 8

Tertiò, adverſus decidendi rationem *ſupra* adductam, 5
obſtabit regula illa, qua docemur quemlibet ad libitum de propriis bonis teſtari poſſe, *l. verbis legis* 112. *ff. de verborum ſignificatione*: ſed monialis, etiam profeſſa, poteſt bona habere (ut per ſe patet, & experientia docet:) ergo teſtari poteſt, & per conſequens, non rectè *ſuprà* diximus, illam teſtandi prohibitionem provenire ex defectu bonorum, & permiſſionem conſiſtere in eorum dominio. Sed huic dubio dicendum eſt, quod quamvis cuilibet ſit permiſſum, de rebus ſuis teſtari, *dict. leg.* 112. *ff. de verborum ſignificatione*: nihilominus tamen illa ampliſſima teſtandi facultas ità intelligi debet, ut omnibus permittatur, quibus à jure non eſt prohibitum: arg. text. *in l. metus* 45. *ff. de procuratoribus.* Quæ teſtandi facultas, cum à jure expreſsè monialibus prohibeatur ex defectu bonorum (ut ſuprà diximus) mirum non eſt, quod regula illa nihil repugnet. 9

Nec ſolutioni obſtabit textus *in c. finali, qui Clerici voventes*: ubi mulier illa, quæ habitum ſuſcepit, poteſt proprium retinere. Quia *ibi* votum illud non fuit ſolemne Religionis, ſed ſimplex caſtitatis, ſeu continentiæ emiſſum in manibus cujuſdam Monachi Divi Auguſtini, ubi mulier illa promiſit ſe ſervaturam caſtitatem, dummodo remanere poſſet in domo cum omni ſua ſubſtantia: & quod illud votum eſſet ſimplex, conſtat ex eo, quia ſolemnitate repugnat habere proprium: ut apparet ex ejuſdem text. verbis, ibi: *Conſilium accepit ab eis, ut votum emitteret caſtitatis*, de quo latè Aug. Barb. *in collectaneis ad eundem textum*: & nos inferius, *in tit. de Regularibus, & tranſeuntibus ad Religionem.*

Quartò, prædictus obſtabit *text. in l. hæreditas* 50. *ff.* 6
de petitione hæreditatis, ubi conſtat, hæreditatem, etiam ſine bonis, & ullo corpore, ſed tantum juris intellectu eſſe poſſe: quare Bartolus *in l. ſi infanti* 18. *n.* 9. *Cod. de jure deliberandi*, aſſerit, quod etiamſi hæreditas nulla bona habeat, nihilominus hæreditas eſt: adducens textum *in leg.* 3. verſic. *Hæreditas, ff. de bonorum poſſeſſionibus, leg. hæreditatis appellatione, ff. de verborum ſignificatione.* Sed hoc dubio non obſtante, non eſt recedendum à ratione decidendi ſuprà adducta. Nec obſtat textus *in dict. leg hæreditas*, cum *ſimilibus*; quia locum habent in his, qui quamvis actualiter bona non habeant, tamen habere poſſunt, cum capaces dominii eſſent; quia etſi in corpore hæreditatem non reliquerint, potuerunt tamen juris intellectu relinquere, hoc eſt jus ſuccedendi: cum hæreditas etiam in juribus incorporalibus conſiſtat, *leg.* 1. *verſic. Hæreditas, ff. de bonorum poſſeſſion.* At verò textus noſter loquitur in Abbatiſſa, quæ nulla bona habet, nec jus ſuccedendi habere poteſt actu, nec in habitu, vel potentia; notat Bartol. *in dict. Auth. ingreſſi, C. de Sacroſ. Eccleſiis.*

Quintò, adverſus *textum noſtrum*, in verſic. *Sed res* 7
ipſius, eidem loco, ex quo illic ingreſſa, & Abbatiſſa conſtituta eſt, de jure competere: Ex quo conſtat, bona Abbatiſſæ omninò pertinere ad Religionem, ubi primo ingreſſa eſt: *cap. in præſentia* 8. *de probationibus*; *cap. quanto* 3. *de officio Ordinarii: dicta Authentica, ingreſſi, C. de Sacroſanctis Eccleſiis*: Obſtabit textus *in cap. de lapſis*, 16. *q.* 6. *c. ſi quis rapuerit, in fine*, 27. *q.* 1. ubi conſtat, quod ſi Monachus, ſeu Monialis, de primo ad ſecundum Monaſterium tranſmigravit, quidquid adquirit, vel habere viſum fuerit, ſecundo Monaſterio adquirit. Sed huic dubio dicendum eſt, veriſſimum eſſe, bona primo Monaſterio ſemel adquiſita, ad ſecundum non tranſire. Nec obſtat textus *in dicto cap. de lapſis*, & *dict. cap. ſi quis*: quia jura illa procedunt in caſu quo Religioſus pacis perturbator delinquit, & detruditur

in

in extraneum Monaſterium, ad pœnitentiam peragendam, meritò ei alimenta deſignantur, reſervata prius proprietate primo Monaſterio, cui jam ſemel quæſita fuerat; Covar. *in c. 1. hoc tit. n. 11.*

8 Sextò, ſolutioni obſtat text. *in cap. ſtatutum* 18. *q. 1.* ubi ſpes ſuccedendi Monacho competens tempore, quo primum Monaſterium fuerit ingreſſus, tranſit etiam cum Monacho, ſi ad Epiſcopatum pervenerit. Sed huic dubio dicendum eſt; ideò ibidem ad primam Religionem jus illud ſuccedendi non tranſire, quia pater non obiit tempore, quo filius erat in prima religione, ſed poſteà, cum jam Epiſcopus fuiſſet creatus; nam illa ſpes ſuccedendi, quæ primo Monaſterio fuerat quæſita, evaneſcit, ex eo quod Monachus ab illa diſceſſit ante veram, & realem acquiſitionem, ſiquidem ſpes ſuccedendi non tranſmittitur ad hæredes, *l. cum hæredes, ff. quando dies legati, cedat*, notat Covar. *in præſenti, num. 28.*

9 Septimò, adverſus ea quæ in præſenti notant omnes, videlicèt, quod quemadmodum Monachus, nec Monialis, poſt profeſſionem non poſſunt teſtari; ita nec revocare teſtamentum, quod ante profeſſionem fecerant, Covarruvias *in præſenti n. 9.* Navarrus *in cap. non dicatis, 12. quæſt. 1. n. 81.* & probatur ex textu *in Authentico, de Monachis*, §. *Illud quoque* ubi dicitur, Quod poſt profeſſionem, non licet de bonis ullo modo diſponere: ergo nec revocando teſtamentum; maximè quia ſolemnitas, quæ requiritur in actus conſtructione deſideratur etiam in ejus deſtructione, *leg ſi ut proponis, C. de nuptiis*: præſertim, quia tunc Monachus, nec velle, nec nolle habet, *cap. non dicatis, 12. quæſt. 1. cap. ſi Religioſus, de electione; lib. 6.* quæ voluntas in teſtamenti revocatione deſideratur: §. *Poſteriore, Inſtitut. quibus modis teſtamenta infirmentur.* Obſtabit textus *in leg. ſi mors 13. ff. de donationibus inter virum, & uxorem: leg. res uxori, C. eodem*, ubi, deportato, qui uxori donaverat cauſa mortis conceditur, ut poſſit eam donationem revocare. Sed huic dubio communiter dici ſolet, aliud eſſe in Monacho; quoniam æquiparatur ſervo; notat Gloſſa *in dicto cap. non dicatis, leg. cum hæredes*, §. *fin. ff. de acquirenda poſſeſſione*: Sed hæc ſolutio congrua non eſt, quoniam Monachus ſecundum veriorem ſententiam, æquiparatur deportato, notat Bartolus *in l. cum patre*, §. *Hæreditate 1. ff. de legat. 1.* meritò quærenda erit diſcriminis ratio inter ſupra traditos: & quidem illa efficax videtur: nam deportatus non amittit libertatem, nec voluntatem, ſiquidem retinet ea quæ ſunt juris gentium, *leg. quædam. ff. de pœnis: leg. ſi tibi mandavero 22.* §. *is cujus, ff. mandati*: Monachus verò, nec habet velle, nec nolle; ſed omnia tranſfert in poteſtatem Abbatis, *dict. c. non dicatis*, cum ſimilibus *ſupra* adductis. Idcoque poſt profeſſionem nihil facere poteſt. Cæterum ſi Monachus ante profeſſionem liberos habuerit, poterit poſt profeſſionem teſtari inter liberos, ſervata forma textus *in dicta Authentica, ſi qua mulier, 19. quæſtion. 3. leg. 17. titulo 1. part. 6.*

10 Octavò, hæc omnia turbari videntur ex *textu noſtro* verſic. *Quibus utuntur loci illius Presbyter permanſiſſe*, ex quo deducitur, Abbatiſſam prædefunctam ſemper virorum habitum induiſſe, quod non ſolùm indecorum eſt, ſed etiam prohibitum, ut diverſificetur genus maſculinum à fœminino, & habitu illo profeſſio facta non præſumitur: notat Barboſa *in præſenti numero 2.* Sed reſpondendum eſt, in *textu noſtro*, in verſic. *Presbyteri*, legendum eſſe, *Presbyteræ*, ut conſtat ex originali Antonii Auguſtini *in 1. collectione, in notis ad hunc textum*, dicens: *Quod olim ſic appellabantur Presbyterarum uxores in Religione degentes, hoc eſt*: Presbytera, Epiſcopa, Diaconiſſa, *ut in cap. Presbyteræ, 32. diſtinctione*, ubi latè Acunna, & nos *& in cap. 1. de vita, & honeſtate Clericorum*, vel aliter dici poteſt, Presbyteram non appellari à virorum Sacerdotio, ſed ab ætate ſenili, vel ratione miniſterii, cui arbitrio Epiſcopi deputatæ erant, ut aliis junioribus fœminis præſiderent; de quibus *in cap. mulieres, 32. dist.* Medina *de ſacrorum omnium origine; & continentia, lib. 3. c. 2. & lib. 4. controverſia 6. cap. 7.* Barboſ. *in præſenti, num. 2.* Nec ſolutioni obſtant verba *noſtri text.* ibi: *Ordinatæ*, ſiquidem mulier eſt incapax Ordinis, *c. novas de pœnitentiis, & remiſſionibus*: Quia huic dubio reſpondendum eſt cum Gloſſ. *in præſenti*, verbo *Ordinata*, id eſt, *benedicta*, ſeu *inſtituta*; quia Abbatiſſa, vel Monialis, non recipit Ordinem propter rationem traditam *in d. c. nova*: quare, nec etiam conſecratur, ſed tantum benedicitur, *c. cum contingat, de ætate, & qualitate*: Zabarella *in præſenti, num. 7. apud finem.* Videndus eſt etiam textus *in cap. quicumque, fin. 12. quæſt. 5.*

Ad textum in *cap. Nos quidem 3. hoc titulo.*

DE materia hujus textus infra dicemus, *in cap. tua nos 17. hujus tituli.*

Ad textum in cap. Filius noſter 5. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Legari poſſunt, non ſolùm, res teſtatoris, vel hæredis, verum etiam alienæ.*

2 *Publicè expedit ſuprema hominum judicia exitum habere.*
Teſtator, cum rem alienam legat, ejus hæres tenetur, vel rem redimere, vel ſaltem legatario æſtimationem præſtare.
Dominus invitus, non compellitur rem ſuam vendere.

3 Cap. filius noſter 4. de teſtam. *verſ.* Sed quia nos, *exponitur, & ejus hypotheſis proponitur.*

4 L. ſtichus 39. ff. de manumiſ. teſtam.
Legatum vindicationis, vel damnationis, in quo differant.
Lex, propemodum 88. verſic. Non idem, ff. de verbor. ſignific. expenditur.

5 L. Pomponius 13. §. Sed & legatario, ff. de acquir. poſſeſſione.

6 L. ſervum 44. in principio, ff. de legat. 1. l. ult. ff. de caſtrenſi peculio.

7 *Legatum valet, etiam ſi teſtator rem eſſe alienam ignoraverit, dum tamen conjunctis perſonis fuerit relictum.*

7 L. cum pater 77. §. Evictis, ff. de legatis 2.

8 L. Sticho 36. ff. de uſufructu legato.

9 L. Paulus 39. in principio, ff. de fideicommiſſariis libertatibus.

10 L. unum 67. §. Si rem, ff. de legatis 2.

11 L. falcidiæ 24. paragr. ultimo, digeſt. ad legem falcidiam.
Fructus ex re hæredis alteri legata, non computantur in falcidiam.

12 Lex, ſi tibi 86. paragraph. Si fundus, digeſt. de legatis 2.

13 Lex, ſi fundum 81. §. Si libertus, digeſt. de legatis 1.

14 Lex, Mævius 66. §. Fundo, ff. de legat. 2. *conciliatur cum* leg. ſervi 5. §. ult. ff. de legatis 1.

15 Lex, qui habebat 101. ff. de legatis 3. *ad concordiam reducitur cum leg. teſtatorem 68. ff. eodem.*
Poſſideo, *verbum, interdum ad proprietatem refertur.*

16 Lex, ſi res 52. ad Senatuſconſultum Trebellianum *conciliatur cum* leg. planè 34. §. Indè, verſic. Planè, ff. de legatis 1.

17 Lex, ſi ſic 75. §. ultimo, verſicul. Proindè, ff. de legatis 1.

18 L. ſervum filio 44. §. 1. ff. de legatis 1.

CONCLUSIO.

1 QUæ ex textu communiter disputari solet, hæc est; *Non solùm testatoris, vel hæredis res; verum etiam alienæ legari possunt.* Consonat textus *in* §. *Non solùm*, *Instit. de legatis*: *leg. conservus* 39. §. *Constat*, *ff. de legatis* 1. *leg. unum* 67. §. *Si rem*, *ff. de legatis* 2. *leg. non dubium* 14. §. *ultim. leg. qui quatuor* 30. §. *ultimo*, *ff. de legatis* 3. *leg alienus* 61. *ff. ad leg. falcidiam*; *l. cum alienam* 10. *C. de legatis*; *cap. si quis quælibet*, 12. *quæst.* 2. *cap. Episcopus*, 12. *quæst.* 5. *l.* 10. *tit.* 9. *partit.* 6. exornant Mantic. *de conjecturis*, *lib.* 9. *titul* 5. Menochius *de præsumptionib.* 2. *part lib.* 4. *præsump.* 116. Spino *in speculo testamentorum*, *glossa* 8. *numero quadragesimo quinto*, Anton. Faber. *Jurisprudentia*, *titul.* 12. *principio* 8. *illatione* 60. Antonius Gomez *tom.* 1. *variarum*, *capit.* 12. *n.* 13. & 14. Cævallos *commun. contra communes*, *quæstion.* 29. *tom. primo*, & *quæstione* 747. *n.* 6. & 10. cum traditis à Pichardo *in d.* §. *Non solùm*, *instit. de legatis*, Covar. *in præsenti*, & Barbos. *in collectaneis ad textum nostrum*, *n.* 1. & 2. Osuald. *ad Donellum lib.* 8. *comment. cap.* 10.

2 Ratio est, quia publicè expedit suprema hominum judicia exitum habere: *leg. vel negare* 5. *ff. quemadmodum testamenta aperiantur*, *l.* 1. *Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis.* & semper præsumitur testator velle suam dispositionem effectum sortiri, *leg. si quando* 112. *digest. de legatis* 1. *leg. quoties decimo tertio*, *ff de rebus dubiis*: & cùm testator rem alienam legat, ejus mens, & voluntas est, quod hæres sit gravatus, vel rem redimere, vel saltem ejus æstimationem legatario præstare, *leg. non dubium* 12. §. *fin. leg. qui concubinatu* 29. §. *fin. ff. de legatis* 3. *leg. alienus* 61. *ff. ad legem falcidiam.* Ratio rationis, est quia cum gravare possimus quem honoramus, *leg. ab eo*, *Codic. de fideicommissis*; meritò cùm hæres à testatore honoretur, potest etiam gravari alienam rem redimere, & legatario præstare: nec exinde videtur testator de re aliena disponere, & sine domini facto in legatarium transferre contra regulam textus *in leg. id quod nostrum Undecima*, *digest. de regulis juris*, *leg. conficiuntur* 8. *ff. de jure codicillorum*: nec dominus compellitur invitus rem suam vendere contra Regulam textus *in leg. invitum* 11. *Cod. de contrahenda emptione*: *leg. nec emere*, *Cod. de jure deliberandi*: Siquidem solum hoc modo, hæres compellitur rem redimere; & si dominus eam vendere noluerit, saltem ejus æstimationem legatario præstare, *l. ab eo* 9. *C. de fideicommissis*: Quæ ratio etiam fulcitur ex eo, quia si contractus emptionis & venditionis rei alienæ valet, *l. rem alienam* 28. *ff. de contrahenda emptione*: *leg.* 19. *tit.* 5. *part.* 9. à fortiori, & legatum rei alienæ valere debet: *argument. text. in l. sicut* 8. §. *Venditionis. ff. quibus ex causis pignus*, *vel hypotheca solvitur*; siquidem in ultimis voluntatibus latissima interpretatio facienda est: *cap. cum dilecti* 6. *de donationibus*; *leg. in testamentis* 12. *ff. de regulis juris*: cum argumentum valeat, de contractibus ad ultimas voluntates, *leg. servum filii* 46. §. *Eum qui*, *ff. de legatis* 1. *l. pactum inter hæredem*, *ff. de pactis*: *l. fin. C. de legatis.*

3 Primò adversus conclusionem, & ejus decidendi rationem supra adductam obstabit *textus noster*, in versiculo, *Sed quia nos*, ubi Gregorius Pontifex asserit, quod licèt legatum rei alienæ, de jure civili utile sit, tamen de jure Canonico invalidum reputatur. Cui difficultati varias interpretationes referunt Antiquiores, & Abbas *in præsenti*, *numero* 5. Covarruvias *n.* 4. Jason *in leg. cum alienam numero decimo Codic. de legatis.*

Nonnulli asserunt, Pontificem in *præsenti*, non damnare legatum rei alienæ, cùm jure Canonico, etiam utile sit, *cap. si Episcopus*, 12. *quæst.* 5. sed tantum affirmat, invito domino, legati nomine rem alienam detineri non posse, sed domino esse restituendam: Ita Paulus de Castro *in dicta leg. cum alienam*, *n.* 4.

Secunda interpretatio est quod Gregorius Pontifex, nihil circa legatum rei alienæ immutavit, sed specialiter diffinivit, quod quando testator Ecclesiæ legavit rem alterius Ecclesiæ, sepulturæ suæ gratia, & illos hæredes instituit, quibus non amplum patrimonium reliquit, hoc in casu nec rem legatam deberi, nec ejus æstimationem: præsertim cum res legata sacra esset, scilicet, Calix Electrinus, & puer Ecclesiæ serviens: ita Covarr. *in præsenti*, *numero* 14. Mantica *de conjecturis*, *lib.* 9. *titulo* 10. *n.* 7. Fachineus *lib.* 5. *controversiarum*, *capit.* 68. Pichardus *in dicto* §. *Non solum*, *nu.* 4. Sed hæc expositio nostri textus sententiæ non convenit; quia juxta illas interpretationes, Gregorius Pontifex non constituisset discrimen inter leges Dei, & leges sæculi; cùm lex sæculi non tantum probibeat alienam rem à legatario detineri, antequam ab hærede redempta sit; sed etiam inutile facit legatum rei, cujus nullum est commercium: *leg. cum servus trigesima nona*, *paragraph. Constat*, *digest. de legatis* 1. *dicto* §. *Non solum*, versiculo, *Sed si talis Instit. de legatis.*

Quare his, & aliis omissis, interim dum alia meliora occurrant, dici fortasse non malè potest, differentiam inter leges Dei, & leges sæculi, à Pontifice in præsenti traditam, non respicere ad legatum rei alienæ, sed potiùs ad jus fori, & Poli, in specie ibi proposita: quod ut dilucidiùs appareat, sic ponenda, & exponenda est. Testator rem alienam legavit, quam ipse, seu alius bona fide possidebat, eamque hæres defuncti filius legatario, legati nomine, etiam bona fide tradidit, & ab eo post modum petit, ut eam vero domino scilicet petenti redderet, ut constat *ex textu nostro*, versiculo, *Conquestus est*, quæ verba ad hæredem referuntur. Legatarius autem eam restituere nolebat, motus ex decisionibus juris civilis, in quibus cavetur, hæredem, rem alienam legatam possidentem, teneri rem illam legatario præstare; *dicta leg. cum alienam*, *Cod de legatis*: & sic legatarium eam restituere non teneri. Sed eo non obstante Canonica dispositione attenta, qua cavetur alienam detinentem, ad earum restitutionem teneri, *cap. in literis* 5. *de raptoribus cap. peccatum* 4. *de regulis juris*, *lib.* 6. quia nos, non legibus sæculi, sed legibus Dei vivere debemus; legatarius ille, invito vero domino, rem alienam detinere non potest; Meritò Pontifex *in præsenti* justè disponit, injustum esse, ut à legatario detineatur: & sic constat, *textum nostrum*, non constituisse differentiam inter jus Canonicum, & civile, quoad legatum rei alienæ; sed tantum quoad ejus detentionem in foro conscientiæ, cùm legatarius rem alienam detinens, nec in foro conscientiæ defendi poterat, ex eo quod legatum rei alienæ, ex utroque jure valeret; & sic Pontificem in præsenti, non condemnasse legatarium, propter invaliditatem legati rei alienæ quod ex utroque jure valeret; sed præcipuè propter injustam ejus rei alienæ detentionem: quæ interpretatio deducitur ex *textu nostro*, versiculo *Qui aliena retinere*, *&c.*

Secundò, conclusioni suprà adductæ obstabit textus 4
in l. ff. Stichus 39. *ff. de manumissis testamento*, ubi scribitur. *Libertatem inutiliter dari*, *si in id tempus conferatur*, *quo servus alienus sit.* Idemque esse dicendum, textus ille asserit in legato rei alienæ. Pro cujus dubii solutione adnotandum est, quod jure veteri stabat insignis differentia inter legatum damnationis, & vindicationis; nam per damnationem, res aliena utiliter legabatur: dum tamen testator rem alienam esse cognosceret, *l. cum servus* 39. §. *Constat*, *ff. de legatis* 1. *l. alienus* 61. *ff. ad leg. falcidiam*, Ulpianus *in fragmentis*, *tit.* 24. vers. *Per damnationem*; si verò aliena per vindicationem fuisset legata, inutile erat legatum, quia oportebat & testamenti, & mortis tempore, quod res legata in domino testatoris esset; ita Ulpianus *dicto cap.* 24. versic. *Per vindicationem*, Cujacius *lib.* 14. *Observationum cap.* 39. ex qua antiqua differentia, facilè intreprotari potest textus *in dicta l Stichus* 39. *ff. de manumissis testamento.* Nam cum in prima parte textus ille loquatur de hæreditate directè servo alieno relicta, quæ directè servo alieno legari non potest, *leg* 2. §. 1. *ff. de jure codicillorum*; *l. si servus* 108. §. *Si servus*, *ff. de legatis* 1. Ita etiam

nec

nec res aliena per vindicationem rectè legatur Pichard. *dicto* §. *Non ſolum, Inſtitut. de legatis, num.* 27. nec obſtabit, quod Paulus Author *dictæ legis Stichus.* 39. floruiſſet multo poſt S. C. Neronianum, quo res aliena utroque modo utiliter legari poterat, ut Auctor eſt Ulpianus *dicto tit.* 24. verſic. *Per præceptionem*: nam reſponderi poterit 1. in illo S. Conſ. non apertè fuiſſe exæquatam differentiam illam, ſed tantum conſtitutum ut ſi res aliena per vindicationem legaretur, perindè eſſet ac ſi per damnationem fieret: vel ſecundò, & melius dici poteſt, Pauli ſententiam *in dicta l. ſtichus*, ut in ejus Epigraphe ſatis oſtenditur, referendam eſſe ad jus antiquum, quod obſervabatur tempore *Plautii Conſulti* ad cujus libri notas *Paulus* ſcripſit, qui Plautius floruiſſe videtur ante Senatus Conſultum Neronianum, qui veroſimilius eſt temporibus Tiberii, aut paulo citer vixerit, ut notat Balduinus *in principio Inſtitutionum, de hæredibus inſtituendis*; Antonius Auguſtinus *lib.* 1. *Emendationum, cap.* 6. eodemque modo eſt intelligendus textus *in l. propemodum* aliàs *tantum* 88. verſic. *Non idem, ff. de verborum ſignificatione*, ubi dicitur: *Fundum alienum legatum, quamquam hæreditaria pecunia comparari poſſit, legatario non deberi.* Quia omiſſa *Cujacii* emendatione *ibidem* qui delet verbum illud, *alienum*, veriſſimè eſt dicendum, Textum illum eſſe intelligendum de legato rei alienæ, per vindicationem relicto: quo caſu ex ſuprà traditis, rectè dicitur legatum inutile eſſe, quamvis pecunia redimi poſſet; ſiquidem ex parte legati, deficiebat fundi dominium, quod utroque tempore intervenire oportebat; unde rectè apparet, Celſum *ibidem*, aliud reſpondiſſe in legato certæ pecuniæ; nam licèt in hæreditate non inveniatur, adhuc tamen debetur; quia ſi ex bonis relictis redigi poteſt, perindè eſt, ac ſi ipſam pecuniam relinqueret, *l. pecunia* 12. *in principio, ff. de legatis* 2. *l. hæredes* 25. §. *ultimo, ff. familiæ herciſcundæ*, Caſtillo *libr.* 2. *controverſ. cap.* 14.

5 Tertiò, cum eadem differentia exiſtimat Cujacius *lib.* 25. *obſervationum, cap.* 33. eſſe interpretandum textum *in l. Pomponius* 13. §. *Sed & legatario ff. de acquirenda poſſeſſione*, ubi ſcribitur; Acceſſionem temporis quo res legata apud teſtatorem fuit, ſemper legatario prodeſſe, ſi *modo legatum verè fuit, vel fideicommiſſum*: quam particulam, *Vere*, de legato per vindicationem accipit *Cujacius*: quia cum Ulpianus *ibi*, de re aliena legata tractaret, hæc non poterat relinqui niſi per damnationem, aut per fideicommiſſum, non verò per vindicationem. Sed licèt hæc *Cujacii* intepretatio acutiſſima ſit, diſplicet tamen ex eo, quia à re propoſita ab Ulpiano *ibidem*, remotiſſima videtur. Quare interim dum alia meliora occurrent, veriùs dicendum eſſe exiſtimo, Ulpianum *ibi*, aliud reſpexiſſe, ſcilicet de re, de qua tractabatur; ita ut particulam illam *Vere*, uſurparet pro *bona fide*, ut in *leg. ſticho* 40. §. *Pamphilus, ff. de ſtatu liberis*, notat Briſſonius *lib.* 10. *de verborum ſignificatione*, verbo *Verè*; ita ut ſenſus ſit, quod teſtatoris poſſeſſio, ad uſucapionem legatario ſemper accedat; ſi modo legatum verè, id eſt, bona fide à legatario ſit acceptum; nam ſi mala fide, ſeu rei alienæ ſcientia recipiat, ſeu capiat, uſucapio non procedit; *l.* 2. §. *Si eam rem, ff. pro emptore*; licèt aliud ſit in hærede, *l. hæres* 43. *in principio ff. de uſucapionibus.*

6 Quartò, ex doctrina, & differentia ſuprà adducta, infertur interpretatio ad Ulpiani reſponſum, *in l. ſervum* 44. *in principio. ff. de legat.* 1. ubi ſi pater ſervum Caſtrenſis peculii legat, non aliter dicitur legatum conſiſtere, quàm ſi vivo patre, filius inteſtatus decedat. Unde per contrarium *textus ille* non obſcurè ſignificat, legatum inutile eſſe, ſi filius teſtatus moriatur; quæ *Ulpiani* ſententia omnino accipienda eſt de legato per vindicationem relicto, ut rectè Duarenus, & Cujacius *ibidem* interpretantur: quo caſu cùm teſtamenti tempore, pater ſervi Caſtrenſis dominus non eſſet, non potuit legatum per vindicationem conſiſtere; planè ſi filius vivo patre inteſtatus decedat, ſervus à patre legatus, ſemper in ejus dominio fuiſſe videtur, *l. proponebatur* 9. *l. de hæreditate* 19. §. *Pater, ff. de caſtrenſi peculio*, atque ideo cum utroque, & teſtamenti, & mortis tempore ſervi Caſtrenſis dominus eſſet, non eſt mirum, quòd per vindicationem legare potuiſſet; quæ eſt illius text. vera & genuina interpretatio Pichard. *in d.* §. *Non ſolùm, n.* 15. Ita ſimiliter accipiendus eſt text. *in l. ult. ff. de caſtrenſ. peculio* quam malè Titboniano tribuit Antonius Faber *in Juriſprudentia*; *tit.* 11. *principio* 6. *illat.* 12.

Sed licèt hæc omnia obtinerent de jure veteri, in quo ſtabat illa differentia, inter legatum vindicationis, & damnationis; hodie verò ex nova Juſtiniani conſtitutione, ſublata eſt, *in l.* 1. *C. communia de legatis*, §. *Ex contrario, Inſtitut. de legat.* Quare hodie utroque modo res aliena utiliter legari poteſt; dummodo teſtator ſciverit rem eſſe alienam: quo caſu, ejus animus eſſe videtur, ut hæres eam redimat, & legatario præſtet; aut ſi non poſſit, juſtam ejus æſtimationem conferat. Cæterum ſi ignorans, rem alienam legavit, ut ſuam, legatum non valet: quippè quòd ſi ſciſſet eſſe alienam, forte non legaſſet; *l. cum alienam* 10. *C. de legat. d.* §. *Non ſolùm, Inſtit. eodem*: Certis tamen perſonis exceptis, quibus ſivè ſciens, ſivè ignorans teſtator legaverit, legatum valebit; quia creditur, quod etiam ſi ſciviſſet eſſe alienam, legaſſet; veluti filio, fratri, uxori, aliiſque conjunctis perſonis, de quibus Menoch. *de arbitrar. caſu* 146. quorum numero, ratione affectionis, etiam continetur alumnus, *argum. text. in l. ſi in teſtamento* 38. *ff. de fideicomm. libertatib.* quod ſimiliter eſt dicendum, ſi res aliena legata, hæredis ſit, juxta text. *in l. hæres* 72. *ff. ad S. C. Trebellianum.*

Quartò, huic traditioni obſtabit textus difficilis in 7
l. cum pater 77. §. *evictis, ff. de legatis* 2. ubi pater uni ex filiis aliena prælegavit, ſua eſſe exiſtimans, & in hoc caſu *Papinianus* aſſerit filiorum fratribus nullam eſſe actionem: Quibus verbis apertè ſignificat legatum rei alienæ, etiam conjunctæ perſonæ relictam, non valere, ſi modo teſtator alienam eſſe ignoraverit. Sed in hac difficultate, omiſſis variis interpretationibus, quas referunt Donellus *in d. l. cum alienam. n.* 7. Petrus Gregorius *lib.* 42. *ſintagmatum, cap.* 32. *num.* 18. ſcribentes *Papiniani* ſententiam jam eſſe abrogatam, *d. l. cum alienam*; magis nobis placet interpretatio, quam refert Cujacius *lib.* 8. §. *reſponſorum Papiniani, in d.* §. *Evictis, & in recitationibus ad titulum C. de legatis, columna* 8. dum aſſerit *Papinianum*, ibi Filio non denegare fideicommiſſi petitionem, adverſus cohæredes, aut ſi nondum præſtitum eſt, ſaltem ad æſtimationis præſtationem, ſed ſolum probare, quod ſi prædia prælegata filio fuerint præſtita, & poſteà à vero domino evicta, nullam actionem evictionis nomine, filio, contra hæredes, competere; & meritò, quia hæres regulariter legatario rei certæ, de evictione non tenetur; *l. ſi à ſubſtituto* 45. § *ultimo, in fin. l. legati* 56. *l. legatum* 116. §. *ultimo, ff. de legat.* 2. utpotè rei lucrativæ poſſeſſori; refert *Paulus lib.* 5. *ſententiar. tit.* 11. licèt aliud obſervetur in re aliena generaliter legata, *l. qui concubinam* 29. §. *Si hæres, ff. de legatis* 3. *l. hæres* 58. *ff. de evictionib. l. ſi domus* 71. §. 1. *ff. de legat.* 1.

Sextò, obſtabit textus difficilis *in l. Sticho* 36. *ff. de* 8
uſufructu legato, ubi etiam legatum rei alienæ, conjunctæ perſonæ non videtur utiliter relictum, quamvis teſtator dicat ſe illa re jus proprium habere, idque teſtatoris legatum inutile eſſe ſignificat. Sed reſponderi ſolet ſententiam *d. l. cum alienam* 10. *C. de legatis*, procedere, quando teſtator ſimpliciter rem alienam, credebat eſſe propriam, quo caſu in dubio, res legata conjunctæ perſonæ indiſtinctè debetur, ſive ſciat, ſivè ignoret teſtator; diverſum autem eſſe, quando reſpectu alicujus cauſæ jam extinctæ, proprium eſſe exiſtimabat ut in ſpecie *d. l. ſticho* 36. ubi fundi Tuſculani uſusfructus liberto fuit relictus, ejus verò proprietas Sempronio, poſt cujus mortem, ſi libertus fundum no-

9 Septimò ſuperioribus objicitur text. *in leg. Paulus* 39. *in princip. ff. de fideicomm. libertatib.* ubi nulla habita diſtinctione, ſcientiæ, vel ignorantiæ rei alienæ legatum valet. Sed reſponderi ſolet, id rectè procedere favore fideicommiſſariæ libertatis, alieno ſervo relictæ, quando ut ſuum teſtator manumitti voluit: qua favoris ratione, libertas etiam ſervatur, *in leg. quidam* 29. §. *Si quis, ff. ad Senatuſconſultum Trebellianum*: quorum jurium argumento receptum eſt, legatum rei alienæ ad pias Cauſas etiam ab ignorante relictum valere; Tiraquellus *de pia cauſa, privilegio* 66. Menochius *de præſumptionibus, lib. 4. præſumption.* 116. *num.* 29

10 Octavò, obſtat textus *in leg. unum* 67. *paragrapho, Si rem, ff. de legatis* 2. ubi legatum rei alienæ, indiſtinctè hæres præſtare tenetur. Sed reſpondendum eſt, multum intereſſe, inter rem alienam extranei, & inter rem hæredis: primo caſu, non aliter conſiſtit legatum quàm ſi teſtator alienam eſſe ſciat, ex rationibus ſupra traditis; cæterum in re hæredis legata, ſcientia teſtatoris non ſpectatur; nam utroque modo, ſivè ſciens, ſivè ignorans, rem hæredis legaverit, tenetur omnino hæres rem præſtare, non æſtimationem; quia ut Papinianus ait *in dicto paragrapho, Si rem* ſunt magis faciliores voluntates, in rebus ſuis legandis, quàm in alienis comparandis: quæ ratio rectè procedit in hærede, quia facilius hæres rem ſuam, quàm alienam præſtare poteſt: notat Donellus *libro* 8. *commentariorum, cap.* 11. Cujacius *in dicto* §. *Si rem*, Gomezius *libro primo, variarum, cap.* 12. *numer.* 15. Menochius *de præſumptionibus, lib.* 4. *præſumptione* 117.

11 Nonò, ſolutioni obſtat textus *in leg. falcidiæ* 24. §. *ultimo, ff. ad legem falcidiam*, ubi ſcribitur: *Fructus ex re hæredis legata perceptos, nec poſt diem legati cedentem fideicommiſſario reſtituendos eſſe, nec in quartam falcidiam ipſi hæredi imputandos*: & tamen conſtat, rem hæredis à teſtatore legatam, perindè æſtimari, ac ſi teſtatoris eſſet. Qua de cauſa videbatur, & fideicommiſſario reſtituendos fructus, & in quartam computandos fore. Sed reſpondendum eſt, hujus reſponſi illam rationem ſingularem, & veram eſſe, quam tradit Cujacius *lib.* 22. *obſervat. cap.* 12. dum aſſerit; quod licet legatum rei hæredis, medium tenere videatur, inter rem propriam teſtatoris & alienam extranei, *dicto* §. *Si rem*, §. *Non ſolum, Inſtitut. de legatis*, re tamen vera, aliena eſt, quia teſtatoris propria non eſt, argumento *legis ultimæ, Cod. unde vi*: undè fit, fructus ab hærede perceptos, ex re ſua alteri legata, nec poſt diem legati cedentem, fidei commiſſo contineri; quia hæres, non jure hæreditario, ſed jure proprio eos recipit: quæ ratio etiam facit, ut ipſe hæres, nec ipſos fructus in quartam imputare teneatur, *argumento textus in leg. pater* 24. *leg. in quartam* 91. *ff. ad legem falcidiam.*

12 Decimò, ſupra dictis obſtare videtur textus *in leg. ſi tibi* 86. §. *Si fundus, ff. de legatis primo*, ubi res hæredis legata à teſtatore, non debetur, ita ut tota ab hærede præſtetur: quod eſt omnino contra id, quod ſuprà diximus, pro interpretatione ad textum *in dicto* §. *Si rem.* Sed reſpondendum eſt, multum differre; an teſtator unum ſolum, an verò plures hæredes ſcripſerit? Primo caſu, hæres rem ſuam totam præſtare tenetur, *dicto* §. *Si rem.* Secundo vero caſu, aut res legata præſtanda eſt ab hærede, cujus res eſt, & tunc ab eo ſolo præſtanda eſt: At verò ſi ab omnibus hæredibus, res unius hæredis legata eſt; tunc pro portionibus tenebuntur ſinguli rem præſtare, juxta textum ſic accipiendum *in dicto* §. *Si fundus*, ubi licet Julianus non exprimat quas partes hæredes præſtare teneantur, an ſcilicet hæreditarias, an verò viriles; eſt tamen ejus ſententia ex aliis locis ſupplenda, ſcilicet, ut tantum in hæreditariis teneantur, cum hæredum nomina appellativa, etiam in virilibus contineantur, *leg. turpia* 54. §. *ultimo, leg. ſi hæredes* 124. *ff. de legatis* 1. *leg. quoties* 23. & 24. *ff. ad Senatus Conſultum Trebellianum.* Quibus obſtat textus *in leg. ſive* 17. *ff. de duobus reis*, de quorum conciliatione videndus eſt Antonius Faber *libro* 11. *conjecturarum, capit.* 19. Madera *libro ſingulari animadverſionum, capite vigeſimo nono.*

Undecimò, ſolutioni obſtabit textus *in dicta leg. ſi tibi* 86. §. 1. *ff. de legatis* 1. ubi proponitur rem fuiſſe legatam, & tamen ab uno hærede in ſolidum præſtari debere. Sed huic dubio facilè ſatisfacies, ſi animadvertas ibi tractari, de re legata ab uno ſolo hærede præſtanda; quo in caſu, cum ipſe ſolus fuiſſet oneratus, nihil mirum, ſi in ſolidum teneatur. Idem ſcribitur, *in leg. Mævius* 66. §. *Eum qui, ff. de legatis* 2. qui magnopere digladiatur textus *in leg. ſi fundum* 81. §. *Si libertus, ff. de legatis* 1. ubi etiam res legata ab uno ex cohæredibus, non in ſolidum, ſed pro parte hæreditaria præſtatur. Cujus dubii componendi cauſa, Accurſius *in dicta leg. ſi tibi, paragrapho primo, & in dicto* §. *Si libertus* 2. exiſtimat plurimum differre, an vero aliena, aut hæredis; primo caſu procedere, textum *in dicto* §. *Si libertus*: ſecundo verò textum *in dicta leg. ſi tibi*, §. 1. *& dicto* §. *Eum qui*: differentiæ rationem aſſignat, quia hæres in re hæreditaria oneratus tantum intelligitur obligatus pro ea parte, quam conſequitur: cæterum, cum in re hæredis, aut in aliena ipſe hæres hæreditariam partem non habeat conſequens eſt, ut ſolidi legati præſtatione obſtrictus videatur. 13

Sed hæc interpretatio, ultra quam manifeſto vitio laborat, non congruit *dicto* §. 1. nec *dicto* §. *Eum qui*, in quibus juribus, *vindicationis* verbum, quo Juris conſulti utuntur, ſatis oſtendit ibi tractari non de re aliena, aut hæredis, ſed de re propria teſtatoris.

Quare, omiſſa alia ſolutione Accurſii *in dicto* §. *Si libertus*; & Cujacii *libro decimo ſeptimo, quæſtionum Papiniani, in dicto* §. *Eum qui*: verius dici poteſt cum eodem Cujacio *lib.* 32. *digeſtorum Juliani in dicto* §. *Si libertus*, in hac re multum differre, an legatum ab uno hærede per vindicationem fuerit relictum, an verò per damnationem? nam ſi per vindicationem, non poteſt hæres pro majori parte teneri, quàm hæreditaria. Ratio eſt, quia non poteſt res vindicari à ſingulis, niſi pro ea parte, qua domini in re ipſa futuri ſunt; & hoc in caſu accipiendus eſt textus *in dicto paragrapho, Si libertus*, ubi cum ſervi per vindicationem legati proponantur, ut indicat formula verbi, *lego*, & demonſtrant verba *Illius textus*, ibi: *Titium, non amplius quincuncem in ſervis vindicare poſſe*, nihil mirum ſi cohæres in ſolidum non teneatur. Planè, ſi per damnationem legatum relinquatur ab uno hærede, ipſe in ſolidum tenetur: quia teſtator eum in ſolidum, ſalva falcidia, obligare potuit: & hoc in caſu intelligendus eſt textus *in dicta leg. ſi tibi, paragrapho primo & dicta leg. Mævius* 66. *paragrapho, Eum qui. ff. de legatis* 2.

Duodecimò, obſtabit textus *in leg. Mævius* 66. §. *Fundo, digeſt. de legatis* 2. ubi proponitur, fundum fuiſſe legatum, cujus uſusfructus alienus erat: & tamen Papinianus ſcribit, uſumfructum, etiam ab hærede indiſtinctè peti poſſe. Sed reſpondendum eſt, Papiniani reſponſum, ibi excipiendum eſſe, ſuppoſitis principiis ſuprà relatis, ſcilicèt, quando uſusfructus eſſet alienus, hoc eſt hæredis non vero extranei; quo caſu æquiſſimum eſt uſumfructum ab hærede non retineri, *l. is cujus vigeſima ſexta, leg. cum filius* 76. *paragrapho, Dominus. digeſt. de legatis* 2. ita Bartolus *in dicto paragrapho, Fundo, numero primo*, Baldus & Caſtrenſis *numero ſeptimo*, Cumanus *numero quarto.* Sed huic ſolutioni opponitur textus *in leg. ſervi* 5. *paragrapho ultimo*; *leg. quod in rem* 24. *paragrapho primo leg. domus* 71. *paragrapho ultimo, digeſt. de legatis* 1. in quibus juribus probatur, cum, qui rem aliquam legat, in qua jus aliquod alterius eſt, in dubio, id dumtaxat, quod ipſe habet legaſſe videtur; undè cum 14

in

in dicto §. Fundo, legatus fundus ſit in quo uſusfructus alienus eſt, videtur hæres obtemperare defuncti judicio ſi fundum legatario præſtet, nec eſt cogendus ad uſusfructus præſtationem.

Cui difficultati reſponderi ſolet illorum jurium ſententiam ita demùm locum habere, quando res erat communis inter teſtatorem, & extraneum; tunc enim in dubio ſolum partem, non rem omnem, in qua jus habet, legaſſe videtur, ex ratione textus *in dicto paragrapho*, *Si rem*. Aliud tamen eſſe, quando res erat communis inter teſtatorem, & hæredem, quo caſu propter facilem rei præſtationem, totam rem ipſam legaſſe intelligitur & in hoc caſu accipiendus eſt textus *in dicto §. Fundo*, *dicto paragrapho*, *Dominus*, ita Bartolus *in dicta leg. ſervi*, §. *ultimo*, *ff. de legatis 1. numero 3.* Gomezius *libro 1. variarum*, *capit. 12. nu. 15.* Covarruvias *in præſenti*, *numero 4.* Oſualdus *ad Donellum libro 8. commentar. capit. 19. littera O.* plura de interpretatione ad textum *in dicto §. Fundo legato*, adduci poterant, quæ omitto; quia inſtituti noſtri non eſt: interim videndus eſt Cujacius, & Oſualdus *locis ſupra citatis*, Antonius Faber *libro quinto*, *conjecturarum*, *capite octavo*, Duarenus *in dicto §. Fundo legato.*

15 Decimò tertio ſuperioribus obſtare videtur textus *in leg. qui habebat 101. digeſt. de legatis 3.* ubi proponitur, teſtatorem legaſſe prædia omnia quæcumque poſſidebat; & tamen Scola reſpondit, legato non contineri ea prædia, quæ teſtator pignori habebat. Sed reſpondendum eſt, ibi, ideo prædia pignori obligata, legatum non continere, non quia legatum rei alienæ inutile ſit; ſed quia verisimile eſt teſtatorem de his dumtaxat prædiis ſenſiſſe; quæ ſua eſſe putabat, non verò de his, quæ ſua non erant: *leg. ſuos 73.* verſic. *Eos*, *ff. de legat. 3. l. legata 9. §. ultimo*, *ff. de ſupellectili legata*: Tum quia uſus eſt verbo illo, *adjudico*, quod dominii tranſlationem importare ſolet; §. *ultimo*, *Inſtitut. de officio judicis*: Ulpianus *in fragmentis*, *titul. 19.* verſiculo, Adjudicationi: Tum etiam, quia verbum, *poſſideo*, quo utitur teſtator, interdum ad proprietatem refertur, *leg. interdum 78. ff. de verborum ſignificatione*, *leg. uxorem 41. §. Legaverat*, *ff. de legatis 3.* Tum denique, quia ea ratione credendum non eſt, voluiſſe teſtatorem hæredes ſuos ad prædiorum comparationem obligare, *leg. unum 67. §. Si rem*, *ff. de legatis 2.*

Nec huic ſolutioni obſtabit textus *in leg. teſtatorem 78. ff. de legatis 3.* ubi contrarium eſt deciſum. Quia reſponderi ſolet; ideo ibi fundo legato, contineri partem fundi pignorati, quia teſtator uſus eſt particula illa univerſali, *omnia*, quo caſu, mirum non eſt, ſi legata videatur etiam pars pignorata, ita Bartolus, & Duarenus *in leg. ſervi 5. §. ultimo*; *ff. de legatis 1.* Gomezius *lib. 1. variarum*, *cap. 12. n. 15.* Quod tamen legatum valebit non in damnum juris debitoris, ſed hæredis, ut à debitore partem pignoratam redimat, & præſtet.

Nec huic interpretationi obſtabit, ſi quis dixerit; etiam *in dicta leg. qui habebat 10. ff. de legatis 3.* teſtatorem particula illa univerſali, *omnia*, uſum fuiſſe: & tamen non continentur in legato prædia pignorata. Quia reſpondendum eſt, multum intereſſe, an dictio illa, *omnia*, apponatur uni rei, & ita procedit textus *in dicta leg. teſtatorem*: an verò pluribus rebus generaliter, & in hoc ſecundo caſu habet locum ſententia *dictæ legis*: in cujus ſpecie, teſtator & alia multa expreſſit, ex quibus evidens conjectura fuit de prædiis pignoratis non ſenſiſſe; notat Julius Pacius *legum concialiatarum cent. 6. q. 24.*

16 Decimo quartò, ſuperioribus etiam obſtabit, *Papiniani* ſententia *in leg. ſi res 52. ff. ad Senatus Conſultum Trebellianum*, ubi proponitur, quod ſi Titio res aliena legata fuerit, qui Titium dominum rei hæredem inſtituit, eumque rogavit, ut Mævio hæreditatem reſtitueret: in hac ſpecie, Papinianus aſſerit, Mævium inutiliter legatum petere; & tamen ab initio hoc legatum, ſaltem quoad æſtimationem, utile fuit; *dicto §. Non ſolum*, *Inſtitut. de legatis*. Movit difficultatem Accurſius, ibi, verbo, *Legatum*, Cui dubio *Accurſius ibidem*. & Donellus *lib. 7. commentariorum*, *cap. 25.* verſic. *Excipimus*, reſpondent, idcirco legati nomine omnimodo inutiliter acturum Mævium; quia is fideicommiſſarius, non plus juris poteſt habere in legato, quàm ipſe hæres, qui rogatus eſt, atque ideò hæres habere non poteſt utilem petitionem ejus rei, qua ſua erat, *paragrapho*, *Sed ſi rem*, *Inſtitut. de legatis*: §. *Sicitaque*, *Inſtitut. de actionibus*. Igitur, nec etiam Mævius fideicommiſſarius. Sed hæc ſolutio dumtaxat eo in caſu erit admittenda, quo fideicommiſſarius legatum rei alienæ, præſtari velit ab hærede legatarii: tunc enim locum habebit ratio, qua Papinianus utitur *in dicta l. ſi res*, quod legatum fideicommiſſarius conſequi non poteſt ab hærede legatarii, cum illud ad dominum rei inſtitutum pertinere non potuit.

Quare Bartolus, Angelus, Albericus, & Caſtrenſis *ibidem*, aſſerunt, Papinianum non negare ab hærede primi teſtatoris legantis rem alienam actione, ex teſtamento peti poſſe, ut ſic hæres rem illam redimat, & præſtet: quia cum ab initio legatum illud ſemel conſiſteret in perſona Titii: ſatis eſt, ut poſtea Mævio fideicommiſſario petitio æſtimationis adverſus hæredem legantis competat *argumento textus in leg. planè 34. §. Inde*, verſicul. *Plene*, *digeſt. de legatis 1.*

Sed licet hæc Bartoli, & antiquorum interpretatio magis nobis placuiſſet, re tamen altius perpenſa, ſuperiori *Accurſii* interpretationi magis accedo, atque exiſtimo in ſpecie *dicta legis*, *ſi hæres 52.* fideicommiſſarium, legatum petere non poſſe; non ſolum ab hærede legatarii; ſed etiam nec à primo hærede legantis, idque propter rationem à *Papiniano*, ibi adductam, quæ, meo judicio, ſic eſt amplianda, ſcilicet, quod ſicut hæres legatarii inutiliter rem ſuam ab hærede legantis peteret, legati nomine; tamen quia legatum ad eum caſum pervenit, à quo incipere non poteſt, ita quoque eam rem ab eodem hærede inutiliter fideicommiſſarius petet, ſiquidem ei tantum actiones dantur, quæ hæredi inſtituto competebant. Nec huic ſolutioni refragatur textus *in dict. leg. planè 34. paragrapho*, *Inde*, verſiculo, *Planè*, ubi ſi a Titio hærede fundus duobus legatus ſit, & alter ex his poſtea hæres Titio exiſtat legatum tamen pro ſua parte valet, quamvis ad eum caſum perveniat, à quo incipere non potuit. Nam præterquam ſatis diſſimilis utriuſque legis ſpecies eſt ut elegantèr contendit Cumanus *in dict. leg. ſi res*: malè ab Alexandro *ibi* reprehenſus: reſpondendum eſt, *in dicto verſiculo*, *Planè* idcircò legatum perſeveraſſe, ne ſuperveniens ratio juris voluntatem teſtatoris impediat: quia omnino voluit partem ad legatarium pervenire; ut rectè conſiderat Cujacius omnino videndus, *libro ſexto*, *quæſtion. Pauli*, *in leg. in ambiguis 38. digeſt. de regulis juris*: quæ ſanè ratio omnino ceſſat *in dicta leg. ſi res*: quippè ibi non fuit voluntas ejus, qui legavit, nec eſſe potuit, ut legatum ſecundo hæredi vellet eſſe præſtandum; alioquin ſi ea fuiſſet, utique legatum non infirmaretur, & ab hærede legatarii ex Trebelliano Senatus Conſulto ad fideicommiſſarium tranſiret: notant Cumanus & Cujac. *in d. l. ſi rem.*

Decimò quinto, obſtabit textus *in l. ſi ſic 75. §. ultimo*, verſic. *Proindè*, *ff. de legatis 1.* ubi ſi ſtipulatori 17
Stichus, aut decem debeantur, is qui legaverat Titio, v. g. Stichum: in hac ſpecie ex Juliani ſententia ſcribitur, legatario adverſus hæredem actionem competere, ut eum compellat experiri contra promiſſorem; per quam actionem, ſi ſtichum conſequatur, legatario præſtabit; ſi verò decem, legatarius nihil conſequetur: & in hoc poſteriori caſu dicendum videbatur, hæredem teneri ſtichum redimere, & præſtare, cum teſtator

ſcierit

ſcierit ſuum non eſſe, ex regula textus *in dicto paragrapho, Non ſolum*. Pro cujus vera interpretatione adnotandum eſt, Ulpianum *ibi*, duos caſus propoſuiſſe: prior eſt, quando electio alternativa, erat ſtipulatoris, de quo *principio dicti paragraphi ultimi*: ſecunda eſt, quando electio erat promiſſoris, de quo in *verſiculo*, *Proindè*: quo poſito; rectè Ulpianus in hoc poſteriori caſu affirmat, in poteſtate promiſſoris, ut potè ſtipulationis, debitoris eſſe, an decem, vel ſtichum præſtet, meritò, cum electio promiſſoris eſſet, & ideo per electionem decem, conſumitur legatum ſtichi, ut nec hæres cogatur eum redimere, nec legatario præſtare, ſiquidem Stipulator legavit ſtichum habito reſpectu ad jus Alternativæ, quod in eo habebat; quo legatum evaneſcat: notat Accurſius *ibidem*, verbo, *Si ſtychum* Bartolus *numero primo*; Cumanus *numero tertio*: quæ ſolutio comprobatur ex textu *in leg. ut hæredibus quinquageſimo, paragrapho primo, digeſtis de legatis* 2. ex cujus deciſione manifeſtè depromitur ſolutio, & doctrina *ſupra* adducta.

18 Decimò ſexto, ſuperioribus obſtabit textus *in leg. ſervum filii* 44. §. 1. *ff. de legatis* 1. ubi ſi quis ſciens rem alienam legaverit, & poſt à cognoverit à domino ſibi eſſe legatam, & voluerit ad ſe pertinere, ſcribitur legatam valere; ſi verò repudiaverit, non obſcurè ſignificat inutile fieri legatum, etiam reſpectu æſtimationis præſtandæ ab hærede. Quam difficultatem, ut effugiant antiquiores, valdè ſe torquent; nam Bartolus, Albericus, Salicetus, & Caſtrenſis, *ibidem* exiſtimant, legatum rei alienæ, quod poſtea eſt repudiatum, licet inutile ſit, tanquam de re propria teſtatoris, conſiſtere tamen poteſt reſpectu æſtimationis ab hærede præſtandæ. Quod tamen ajunt, non negare Ulpianum, *ibidem*; aliter verò exiſtimant Baldus Cumanus, & Jaſon *ibidem*, dum aſſerunt poſt repudiationem rei legatæ, adeo legatum extingui, ut nullo modo conſiſtat, nec reſpectu rei propriæ, nec reſpectu æſtimationis: quia cum is, qui rem alienam legavit, ignorans ſibi eſſe legatam, & poſteà repudiat repudiando videtur rem legatam alienare; *leg. magis puto* 5. §. *Fundum, ff. de rebus eorum*, & per alienationem voluntariam, legatum revocari ſolet: *leg. fideicommiſſa* 11. §. *Si rem, ff. de legatis* 3. *leg. rem legatam* 18. *ff. de adimendis legatis*; unde nihil mirum quod *in dicto* §. 1. legatum non debeatur, cum per repudiationem revocatum intelligatur, ut conſtat ex illo verbo adverſativo, *ſi vero*, quo utitur *Ulpianus*, quod ſignificat primo caſu, poſt agnitu ſemel legatum, utile fieri aliud legatum; in ſecundo verò caſu poſt repudiationem, non ita.

Sed his omiſſis, magis veriſſima eſt interpretatio Duareni, & Cujacii *in dicto* §. 1. dum aſſerunt Ulpianum, *ibi*, tractare de legato per vindicationem, ut ita hæc ſpecies meritò conjungatur ſuperiori; de qua *in principio illius legis*, hoc itaque legati genere poſito, rectè *Ulpianus* ait, intereſſe an is, qui legavit rem alienam, poſtea ſciens à domino ſibi legatam agnoverit, hoc enim caſu legatum valet, quia agnitio illa retrotrahitur, & perinde eſt, ac ſi res utroque tempore virtute fictionis, in ejus dominio eſſet; *leg. ſi fundum* 80. *paragrapho ſi Titius, leg. hujuſmodi, paragrapho, Cum ſervus, digeſt. de legatis* 1. an verò repudiaverit, quo caſu cùm retro creditur eſſe hæredis, non legatarii, *lege prima, paragrapho, Utrum digeſt. ſi quid in fraudem patroni*, mirum non eſt, ſi legatum inutile fiat, quia tempore teſtamenti non videtur propter repudiationem fuiſſe in bonis teſtatoris legatarii. Alia plura jura omitto; quia trita, & vulgaria ſunt: & de legato rei ſacræ, vel Reipublicæ, plura adduci poterant; ſed hæc ſatis pro genuina noſtri textus ſententia.

Ad textum in capit. Cum eſſes 10. capit. relatum 2. capit. Indicante, de teſtamentis.

SUMMARIUM.

1 *Teſtamenta, quæ fiunt coram Presbytero Parochiali, & duobus, vel tribus teſtibus, valent, & qui talia reſcindit excommunicatus eſt.*

2 *Verbum omne ſtat in ore duorum, vel trium*, Matthæi cap. 18.
Jus publicum juri divino non præjudicat, nec contraria conſuetudo admittitur.

3 Lex, hac conſultiſſima 2. C. de teſtamentis.
Teſtamenta in ſcriptis ſeptem teſtes requirunt.
Piæ cauſæ favore plura permittuntur, quæ aliàs repellerentur.

4 Cap. cum eſſes, de teſtamentis, *verè interpretatur.*
Divinum jus immutabile eſt.

CONCLUSIO.

1 *TEſtamenta, quæ fiunt coram Presbytero Parochiali, & duobus, vel tribus teſtibus, valent, & qui reſcindit talia teſtamenta, manet excommunicatus, non obſtante contraria conſuetudine.* Conſonat textus *in cap. indicante* 4. *cap. relatum* 11. *hoc titul. capit. licet univerſis; & cap. in omni negotio: de teſtibus*, ubi plura, & plures retuli: *Deuteronomii capit.* 17. & 19. *Matthæi capit.* 18. *cap. forus, de verborum ſignificatione; cap. novit, de judiciis; leg. ubi numerus, ff. de teſtibus*: exornant Covarr *in præſenti*, Connanus *lib.* 9. *comment. cap.* 2. *n.* 47. Oſualdus ad Donellum, *lib.* 3. *commentariorum, cap.* 7. *littera F.* Gomezius *in l.* 3. *Tauri, n.* 18. Valaſcus *tom.* 1. *conſultatione* 74. *n.* 2. Fachineus *lib.* 6. *controverſiarum, cap.* 47. Julius Clarus, §. *Teſtamentum, quæſtion.* 57. Spino *in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ.* 31. *principali, numero trigeſimo quarto*, Menochius *de præſumptionibus libro primo, præſumptione* 80. *numero vigeſimo primo*, cum traditis à Cenedo *in collectaneis ad Decretales, collectanea* 91. & 195. Barb. *in præſenti, nu.* 2.

2 Ratio eſt, quæ in præſenti refertur; ſcilicet, quia juxta dictum Chriſti Domini *in ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum, Matthæi* 18. *capit.* & quoniam rigor juris Civilis requirentis ſeptem teſtes in teſtamentis, *leg. hac conſultiſſima* 21. *leg. ſi unus, Codic. de teſtamentis, leg. final. Codic. de fideicommiſſ. paragrapho, Sed cum paulatim. Inſtitut. de teſtamentis*, ſæpe eſt in cauſa, ut teſtamenta remaneant imperfecta, & piæ defunctorum voluntates negligantur. Nec poteſt jus publicum juri divino præjudicare, *capit. Julianus*, 11. *quæſtion.* 3. nam in his quæ pietatis cauſa relinquuntur, ſufficit voluntas minus ſolemnis, quàm in aliis, *dict. capit. relatum, capit. finali, hoc titulo; leg. ſunt, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum*; & propria Sacerdotis præſentia deſideratur ad hoc, ut præſumatur quod illi duo teſtes non commiſerint falſitatem: nec valet contraria conſuetudo. Ratio eſt, quia juri naturali, & divino, contraria conſuetudo derogare non poteſt, *capit. final. de conſuetudine*, meritò, cum de jure divino, in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum, *Matthæi dicto capite decimo octavo, Deuteronomii decimo tertio*, Ideo conſuetudo contraria eſt irrationabilis, & non tenet, *c. fin. de præſcriptionibus.*

3 Primò, obſtabit text. *in leg. hac conſultiſſima, Codic. de teſtamentis*; §. *Sed cum paulatim, Inſtitut. eodem*; *leg.* 2. *titul.* 1. *part.* 6. *leg.* 3. *Tauri, leg.* 2. *titul.* 4. *lib.* 5. *Recopilationis*: in quibus juribus conſtat, quod in teſtamentis in ſcriptis requiritur, quod teſtator ſua manu ſcribat, vel aliena, dummodo ſignum interponat in

in ſcriptura clauſula, & ſigillata, & in ea interveniant ſeptem teſtes maſculi, liberi, puberes, rogati, & ſubſcripti, coram quibus teſtator manifeſtet, illud velle eſſe ſuum teſtamentum, & ſic ſcribere ſciat, manu propria ſubſcribat: ſi verò neſciat tunc illis ſeptem teſtibus, alius eſt addendus, qui pro teſtatore ſcribere debet. Ergo, cum tot, tantæque ſolemnitates obſerventur in teſtamentis, dicendum videbatur non ſufficere, ut coram Parocho, & duobus teſtibus fiat. Sed hujus dubii ſolutio pendet ex vera noſtri textus interpretatione, in qua enodanda varii varias referunt interpretationes, & ſolutiones. Nonnulli aſſerunt, textum noſtrum eſſe intelligendum in relictis favore Eccleſiæ, vel piæ Cauſæ, & ſic tunc ſufficere, ut coram Parocho, & duobus teſtibus voluntas teſtatoris exprimatur; quod ſpeciali favore Eccleſiæ, & ratione, vel piæ Cauſæ, eſt receptum; ſiquidem novum non eſt, quod plura favore Eccleſiæ, vel piæ cauſæ permittantur, quæ aliàs repellerentur. Notat Tiraquellus *de privilegiis piæ Cauſæ in præfatione; cap. relatum* 11. *hoc tit.* Sed hæc interpretatio apertè convincitur ex eo quod textus noſter ſpecialiter non loquitur de relictis ad pias Cauſas; ſed generaliter procedit: quare etſi ad textum, *in dicto cap. relatum* 11. *hoc titulo* poſſit adaptari: tamen textui noſtro non convenit. Alii aſſerunt textum noſtrum procedere in foro conſcientiæ, non verò in judiciali: ita Alciatus *in cap. novit, num.* 47. *de judiciis*, pro qua ſolutione expendit illa noſtri textus verba, *penitus reſcindantur*: quaſi diceret, iniquum eſſet teſtamenta ad pias Cauſas, abſque juris civilis ſolemnitate condita reſcindi, quæ ſaltem debebant ſuſtineri per ſolemnitatem denuntiationis Evangelicæ, de qua *in dicto cap. novit, de judiciis.* Rurſus, quia Summus Pontifex, jam ſupponit conſuetudinem, per quam cavebatur, ne teſtamenta fierent niſi coram ſeptem, vel quinque teſtibus: ergo loquitur de foro conſcientiæ; ſiquidem in foro contentioſo, teſtamenta, abſque illa ſolemnitate facta, non per conſuetudinem, ſed per legem ipſam reſcindebantur; *leg. ſi unus, Cod. de teſtamentis.* Juvatur etiam illa *Alciati* interpretatio, ex ratione qua nititur textus noſter; ſcilicet, quia ex lege divina, in ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum: quæ ratio, cum à lege divina ſit introducta, potiùs ad forum interiorem, quàm exteriorem, debet adaptari. Sed hæc *Alciati* interpretatio apertè convincitur ex eo, quia textus noſter expreſsè, & generaliter decernit teſtamenta coram Parocho, & duobus teſtibus facta, utilia eſſe, & ſub anathematis pœna prohibet, ne quis audeat teſtamenta illa reſcindere: ergo nemo poterit contrarium, etiam in foro exteriori facere: præcipuè, quia Canonum ſtatuta omnes ligant, *cap. de conſtit.* Cenedus *Canonicarum quæſtionum q.* 29. Nec obſtat textus *Alciati* fundamenta ſupra adducta: non primũ ex illis verbis; *penitus reſcindantur.* Quia verba illa ſunt enunciativa, non verò deciſiva, ſiquidem poſtea Pontifex aſſerit, teſtamenta illa reſcindi non debere, ſed firma manere. Nec etiam obſtat ſecunda ratio conſuetudinis: quia abſque dubio dicendum eſt, conſuetudinem illam juri fuiſſe conſentaneam; ut conſtat *ex eodem textu*, ibi: *ſecundum quod leges humanæ decernunt.* Nec ſimiliter obſtat ultimum fundamentum, ex authoritate *noſtri textus* deſumptum. Quia ratio illa, in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, non ſolum ad forum animæ, verum etiam ad contentioſum pertinet, *dicto cap. in omni negotio.*

Quare omiſſa, etiam interpretatione, quam refert Cenedus *in Collectaneis ad Decretales, collectanea* 159. *ad textum noſtrum*, verius eſt dicendum; noſtri textus deciſionem procedere, tàm in foro contentioſo, quàm animæ; ſed tantum obtinere, & obſervari debere in Religionibus, & Provinciis Romano Pontifici, quoad utramque juriſdictionem, ſpiritualem & temporalem ſubjectis: non verò in terris Imperii, ſeu alterius Principis ſæcularis, in quibus de jure Civili, numerus ſeptem teſtium deſideratur: & ſic Pontificem in præſenti, in terris quoad temporalia ſibi ſubjectis voluiſſe recedere à ſolemnitatibus juris civilis, circa teſtium numerum: quamvis in Epiſcopatu illo, de quo in *textu noſtro* agitur, juris Civilis ſolemnitas etiam ex conſuetudine fuiſſet recepta: itaque mens hujus textus eſt, ut utrumque jus in ſuo foro ſervetur, & neutrum, per alterum abrogatum cenſeatur: ſcilicet, ut textus noſter in terris, quoad temporalia etiam Pontifici ſubjectis ſervetur, non verò in illis, quæ in dominio, & juriſdictione Imperatoris, vel alterius Principis ſunt, apud quos juris Civilis ſolemnitas debet obſervari: ita Covar. *in præſenti, n.* 12. Barb. *in collectaneis ad text. noſtrum, n.* 2. Fachin. *lib.* 6. *contr. cap.* 47.

Secundò, ſolutioni obſtabit dicere, quod noſtri textus deciſio apud omnes obſervari debet, ſiquidem ejus forma in teſtamentis ſervanda radicatur, in lege divina & naturali, *dicto cap. novit. de judiciis*, quod eſt immutabile, §. *Sed naturalia, Inſtit. de jure naturali*: *cap. ſunt quidam dicentes*, 25. *quæſt.* 1. ac per conſequens, non rectè in Hiſpania in teſtamentis juris Civilis ſolemnitas obſervari debet. Cui dubio reſpondent Spino *de teſtamentis, gloſ.* 21. *principali, n.* 34. Anton. Gomez. *in dict. leg.* 3. *Tauri, n.* 24. dum aſſerunt, quod ex juſta cauſa, & communi utilitate, poteſt lex humana, & poſitiva diſtinguere, & declarare jus divinum: Meritò enim, cum in teſtamentis, & ultimis voluntatibus tractetur de probanda defuncti voluntate poſt ejus mortem, & eam cum non poſſit declarare, nec ſe, & bona ſua defendere, ſi de ea dubitetur, cum falſitas faciliùs committi poſſit; meritò, ut hæc omnia evitentur, prædicta ſolemnitas juris Civilis in teſtamentis deſideratur; quæ ratio depromitur ex *l. fin. de fideicommiſ.* 4

Sed ea, omiſſiſque aliis interpretationibus, veriùs eſt dicendum, legem divinam, non improbare numerum ampliorem, quàm duorum vel trium teſtium: cum multoties plures teſtes multis in caſibus deſiderentur: ſed tantum aſſerere ſufficere duos, vel tres teſtes in terris illis, ſibi quoad temporalia ſubjectis, utens auctoritate legis Evangelicæ, ut in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum: notat Barboſ. *in collectaneis ad textum noſtrum; num.* 3. & 5. Sic lex divina tantum vetat, nequis unico, & ſingulari teſtimonio damnetur: non tamen prohibet, ut quandoque, ex negotii qualitate, plurium fides ſit neceſſaria: ut latè ratiocinatur Covarruvias *in præſenti, num.* 7. ubi plures quæſtiones refert, quas omitto: quia inſtituti noſtri non eſt: vide etiam, quæ infrà dicemus, *in capit.* 1. *de ſucceſſionibus ab inteſtato, num.* 12.

Ad textum in cap. Cum tibi 13. de teſtamentis.

SUMMARIUM.

1 *Ultima voluntas non poteſt ex alieno arbitrio penè dere.*
2 *Teſtamenti definitio proponitur.*
3 *Interpretatur textus* in cap. cum tibi, de teſtamentis.
4 Cap. non præſtat impedimentum, de regulis juris, lib. 6.
Inteſtatus decedere quis dicatur.
5 *Subſtitutionis formula proponitur.*
L. ſi quis 98. ff. de hæredib. inſtituend.
6 L. 2. ff. de condit. & demonſtrat. & leg. 1. ff. de legat. 2.
7 L. Senatus 45. §. Legatum, ff. de legatis 1.
8 *Legatum ita relictum*, ſi legatarius voluerit, *an purum, vel conditionale ſit.*
9 Lex, fideicommiſ. 11. §. Fideicomm. verſ. Hoc autem; l. uxorem 41. §. Scævola. ff. de legat. 3.

Conditio ſi hæres voluerit, *differt ab illa*, cum hæres voluerit.

10 L. centeſimis, §. ultimo, ff. de verbor. obligationibus.

Argumentum valet de contractibus ad ultimas voluntates.

L. quodcumque 45. §. finali, ff. de verbor. obligationibus.

Dictio, ſi, & *dictio*, cum, *in quo differant.*

11 L. fideicommiſſaria libertas 46. in principio, ff. de fideicommiſſariis libertatibus.

12 L. fideicommiſſa 11. §. Fideicommiſ. 5. ff. de legatis 3.

13 L. fideicommiſſa 11. §. Quamquam 7. ff. de legatis 3. l. Lucius 14. ff. de fideicomiſſariis libertatibus, *cum* leg. cum proponas 8. Codice eodem, conciliantur.

L. quod ſæpè 35. paragrap. 1. ff. de contrahenda emtione.

CONCLUSIO.

1 QUæ communiter à Doctoribus, ex materia noſtri textus deduci ſolet, hæc eſt: *Ultima voluntas non poteſt ex alieno arbitrio pendere*, Conſonat textus *in l. illa inſtitutio, l. ſi quis Sempron.* 68. cum aliis, *ff. de hæred. inſtituend. l. nonnunquam* 51. *ff. de conditionibus & demonſtrationibus; l. fideicommiſ.* 11. *ff. de legatis* 3. *l. fideicommiſſaria* 46. verſ. *Quod ſi ita, ff. de fideicommiſſar. libertatib. l. cum quidem* 8. *alias l.* 7. §. 1. *ff. de rebus dubiis; l.* 11. *ti.* 3. *l.* 29. *ti.* 9. *part.* 6. exornant Sarmiento, *li.* 2. *Selectar. cap.* 6. Azevedus *in l.* 5. *tit.* 4. *lib.* 1. *Recop.* Cujac. *in l. Senatus*, §. *Legatum, ff. de legatis*; Roderic. Suar. *de captatoria voluntate*, *numer.* 1. Julius Clarus 3. *l.* 2. *receptarum*, §. *Teſtamentum, n.* 5. Fac. *l.* 5. *controverſiarum, cap.* 58. Covarruvias *in præſenti*, Morla *in Emporio, tit.* 9. *n.* 4. & 15. Duarenus, *ti. de hæredibus inſtituendis*, 2. 3. Oſuald. ad Donell *lib.* 8. *commentariorum, c.* 15. Pich. *in* §. *Pretium*, verſ. *Alioquin, n.* 28. *Inſtit. de empt. & vend.*

2 Ratio eſt; quia cum teſtamentum ſit voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit, *leg.* 1. *ff. de teſtamentis*; meritò teſtamentorum jura per ſe firma eſſe debent, hoc eſt, ut diſpoſitio ipſius, ab ipſo inſtituente, & non alio firmitatem obtinere debeat; *leg. illà inſtitutio*, 32. *ff. de hæredibus inſtituendis*, quod etiam lege duodecim tabularum compertum eſt, *in leg. verbis legis* 120. *ff. de verborum ſignificatione, l.* 1. §. *Ad legem Falcidiam; princip. Inſtitutionum, eodem*: meritò teſtamentorum jura, ex alieno arbitrio non poſſunt pendere; quia non eſſet juſta ſententia de eo, quod teſtator poſt mortem ſuam fieri vellet; ſed potius ſententia illius, cui voluntas, aut diſpoſitio committeretur, quod eſſet contra ſubſtantiam teſtamentorum; nam alias, ſi teſtamentum pendere poſſet ex alieno arbitrio non eſſet voluntatis noſtræ juſta ſententia, ſed alienæ: contra regulam tex. *in d. l.* 1. *ff. de teſtamentis*: quod hodie jure Regio non parum mutatum eſt, *in l.* 31. & 32. *Taur.* quæ hodie eſt *l.* 5. & 6. *Recop.*

3 Primò, concluſioni ſuprà adductæ valde obſtabit Innocentii III. reſcriptum relatum *in cap. cum tibi*, *de teſtamentis*, ubi apparet extremam voluntatem in alterius diſpoſitione committi poſſe. Cujus text. difficultatem ſalvare conatur Gloſſ. *in præſenti*, verbo, *Diſpoſitionem*, dum exiſtimat noſtri textus deciſionem procedere ex benignitate, contra juris regulas. Cujus interpretatio multis rationibus impugnatur à Covarruvia *in præſenti* Cenedo *in Collectaneis ad decretum, collectanea* 67. Tiraquello, *de privilegiis piæ cauſæ, privilegio* 64. Petro Gregorio, *lib.* 2. *Syntagmatum, capit.* 2. *num.* 4. Fachineus *lib.* 5. *controverſ. c.* 57. Antonio Fabro, *de errorib.* 3. *part. decad.* 51. *errore* 4. & 5. omiſſa etiam Innocentii interpretatione in præſenti, quam ſimiliter improbat Covarru. *ibid. n.* 13. Pro vera ejus interpretatione adnotandum eſt, *textum noſtrum* deſumptũ fuiſſe ex epiſtola decretali Innocentii III. *l.* 3. *epiſt.* 38. quam integram refert Sarmient. *lib.* 2. *ſelect. c.* 6. *num.* 34. Fachin. *d. l.* 4. *cap.* 57. ex qua conſtat, cuidam Epiſcopo à Sede Apoſtolica fuiſſe indultum, ut de Clericorum bonis ab inteſtato decedentium liberè diſponere poſſet: circa quod privilegium, Epiſcopus de duobus dubitavit, primo an in eo privilegio, appellatione *Clericorum* Canonici etiam contineantur? cui dubio Pontifex reſpondit, Canonicos etiam ſub eo fuiſſe comprehenſos, juxta text. *in cap. cum tibi* 18. *de verb. ſignif.* qui textus eſt prima noſtri textus pars. Secundum fuit, an Clerici, qui ultimam ſuam voluntatem in alterius diſpoſitionem conferrent, viderentur deceſſiſſe inteſtati ut locus eſſet privilegio, & Pontifex in præſenti reſpondit, non videri inteſtatos deceſſiſſe. Quibus ita breviter propoſitis verius dicendum eſt, textum noſtrum eſſe intelligendum juxta illius Epiſcopi interrogationem; ſcilicèt, ut Clerici, qui ſub illa forma diſponunt, abſolutè non videantur inteſtati deceſſiſſe, ſed dumtaxat, ad eum effectum, ne Epiſcopus privilegio illo utatur: quoad cæteros verò effectus, ſcilicet, ut legitimi hæredes admittantur, verè inteſtati erant: cui interpretationi mirificè conveniunt verba, quæ integra noſtri textus extant; eum tenet Abb. *in præſenti*, Ancharran. *n.* 3. Imola *n.* 4. & Fachin. *ubi ſup.*

4 Secundò ſolutioni obſtat dicere quod ſi in ſpecie *noſtri text.* agnoſcimus inutile fuiſſe legatum, conſequens erit non potuiſſe excludere Epiſcopi privilegium, ex vulgari regula, de qua *in cap. non præſtat, de regul. jur. lib.* 6. Cui dubio reſpondendum eſt: ideo in præſenti teſtamentorum inutile privilegium excludere, quia cum odioſum ſit, quaſi in præjudicium Eccleſiarum, ad quas bona Clericorum pertinebant. *c. cum in officiis* 7. *hoc tit.* ſic interpretari debet, ut tantum locum habeat in Clericis, qui propriè inteſtati deceſſerunt; nec novum, aut inſolens eſt, ut quod nullum eſt, aliquando impediat id quod fieri poteſt, *ut in cap. nuper, de bigamis capit.* 1. *de eo, qui duxit in matrimonium; cap. acceſſit, de deſponſatione impuberum; cap.* 1. *de ſponſalib. lib.* 6. Secundò, quia is propriè dicitur inteſtatus, qui aut teſtamentum non fecit, aut fecit injuſtum; aut irritum aut ex quo hæreditas adita non eſt; *l.* 1. *ff. de ſuis, & legitimis hæredibus, l. inteſtatus, ff. de verbor. ſignif. principio Inſtitutionum, de hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur*; & quia omnis diſpoſitio, quantumvis odioſa complectitur illam, quæ ſub verborum ſignificatione continetur, *l. cum lege* 26. *ff. de teſtamentis, c. ad audientiam, de decimis.* Igitur ſi in ſpecie *noſtri textus*, teſtamentum nullius momenti fuit, Clerici ſic teſtantes, quoad omnes effectus, inteſtati deceſſiſſe ſunt intelligendi: ut etiam locum habeat Epiſcopi privilegium. Sed reſpondendum eſt illum, qui injuſtum, aut invalidum teſtamentum fecit, juſta ſermonis proprietate inteſtatum non eſſe, ſed inteſtatum videri: ut ſcilicet hæreditas ad legitimos hæredes deferatur; in quo ſenſu intelligendus eſt textus *in dicta lege* 1. *ff. de ſuis, & legitimis hæredibus*; atque ideo juſta de cauſa Innocentius Pontifex *in præſenti* ſcripſit verba illa, *non videtur decedere inteſtatus*, quæ verba meram improprietatem denotant, *l. naturaliter* 12. ubi Accurſius, *ff. de acquirend. poſſeſſione; l. oſſa, in fine, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum; leg.* 1. §. *dejeciſſe, ff. de vi & vi armata*; ſed ne præfatus Epiſcopus diſpoſitionem illam abriperet, finxit Innocentius Pontifex, proindeque eum habere voluit, ut tantum privilegium excluderetur, ac ſi teſtatus verè deceſſiſſet, quæ meo videri eſt genuina, & vera noſtri textus interpretatio.

5 Tertiò concluſioni ſupra adductæ, objicitur ſubſtitutionem eſſe ſecundam hæredis inſtitutionem & tamen ſubſtitutio quæ hoc modo fit, *Titius hæres eſto, & ſi hæres eſſe noluerit; vel non potuerit Sejus hæres eſto*; ex voluntate inſtituti pendet. Cui dubiõ

bio reſpondendum eſt, cum Oſualdo *libro ſexto, commentar. capit.* 25. *littera A.* dum aſſerit ſubſtitutionis jus non pendere ex libera voluntate primi inſtituti, ſed ex tacita; *leg. fideicomm.* 11. §. *Si ſic fidei, ff. de leg.* 3. & ſic totum ſubſtitutionis jus ex defuncti voluntate pendere, illiuſque judicio potiſſimum niti, ac proinde mirum non eſt, vulgarem ſubſtitutionem ſupra dicta formula conceptam, validam eſſe; ſcilicèt, ut in hæredis tacito arbitrio conferatur, quo ſenſu accipiendus eſt tex. *in l. ſi quis* 68 *ff. de hæred. inſtituend.* ubi cavetur, ſubſtitutionem ſub illa conditione conferri poſſe; *ſi Titius in Capitolium aſcenderit*: quia reſpondendum eſt; hoc in caſu inſtitutionem non pendere propriè ex voluntate Titii, ſed potius ex facto involuntario ejuſdem Titii, ut rectè animadvertit Coſta *lib.* 1. *ſelectar. c.* 21. *num.* 5. Donell. *lib.* 8. *comment. c.* 15. conditio enim, *ſi voluerit*, non niſi à ſciente & volente impleri poteſt; conditio verò; *ſi in Capitolium aſcenderit*, in facto conſiſtit, & non in ejus libera voluntate collata cenſetur. Nec huic ſolutioni obſtabit text. *in l.* 2 *ff. de condit. & demonſtration.* ubi apparet conditionem, *ſi in Capitolium aſcenderit*, non niſi à ſciente impleri poſſe, non verò ab eo, ex cujus facto conſiſtit. Quia reſpondendum eſt cum Sarmiento, *dicto cap.* 6. *n.* 31. textum *in d. l.* 2. accipiendum eſſe; ſcilicet, quando conditio illa adjecta eſt ei, qui inſtitutus dicitur, vel legatum accepit: nos verò loquimur, quando hæc conditio ponitur in perſona Tertii: quo caſu, cum caſualis efficiatur, ſatis eſt, ut facto impleatur.

6 Quartò, obſtabit text. *in l.* 1. §. 1. *ubi* in arbitrium alterius conferri legatum, veluti conditio poteſt; *ff. de legat.* 2. Ex quibus verbis conſtat, legatum in alterius arbitrio poni poſſe. Cui difficultati Bartolus, & Caſtrenſis *ibidem* adhibita diſtinctione reſpondent: Scilicet, aut legatum relinquitur per conditionem expreſſam, *ſi Titius voluerit*, aut per tacitam, *ſi Sempronius in Capitolium aſcenderit*. primo caſu negant legatum valere, non utique in ſecundo. Rationem differentiæ reddunt; quia expreſſa nocent, non expreſſa non nocent: *l. nunquam ff. de conditionibus & demonſtrationibus*, *l. ſi quis Sempronium* 68 *ff. de hæredib. inſtituend.* ita Cujacius *lib.* 2. *obſervat. cap.* 2. Duarenus, & Oſuald. *ubi ſuprà*, ver. *Quid enim intereſt ſi Titius in Capitolium aſcenderit; mihi legetur, an ſi voluerit*: *ff. de legat.* 2. quæ verba, cum ſcripta videantur interrogatione adhibita, ſignificare videntur, nihil intereſſe inter hæc verba, *ſi Titius in Capitolium aſcenderit*, *mihi legetur*, & illa, *ſi voluerit*. Cui dubio reſpondent Accurſius, & Bartolus *ibidem*, dum aſſerunt verba illa affertivè legenda eſſe, non verò interrogativè: quaſi *Ulpianus* dixiſſet, aliquid intereſſe. Quæ ſolutio rejicitur ex eo, quia illa lectio expreſſè eſt ſcripta per interrogationem, non verò per aſſertionem, ut prædicti exiſtimarunt. Quare Donellus, & Oſualdus *locis ſupra citatis*, aſſerunt ſententiam Ulpiani, *ibidem*, non fuiſſe, hoc eſt, nihil intereſſe inter hujuſmodi legata ita ſcripta, & ſic aſſerunt verba illa ita eſſe legenda, *multum intereſt, ſi Titius in Capitolium aſcenderit, mihi legetur*, an ſi *voluerit*: nam in primo caſu legatum valere debet, non utique in ſecundo: pro qua ſolutione facit text. *in l. Mævius* 54. *verſ. Quid enim intereſt ff. de conditionib. & demonſtrationib.* quæ verba ſunt legenda, *multum enim intereſt*, ut refert Oſuald. ad Donel. *lib.* 8. *commentarior. cap.* 32.

Sed his, & aliis omiſſis, verius dicendum eſt, nihil intereſſe, an legatum relinquatur ſub conditione expreſſa, an verò tacita, ſaltem quoad hoc, ut ex voluntate Titii legatum pendere dicatur, quod autem attinet ad effectum utriuſque legati multum intereſt; ſiquidem legatum in expreſſam Titii voluntatem relictum, non valet, in tacitam verò tenet. Ratio differentiæ eſt, quia in tacita conditione voluntas non committitur principaliter alterius diſpoſitioni, ſed per conſequentiam; ſecus in expreſſa, in qua non valet: ita Cov. *in præſenti*, *numer.* 10. Coſta *lib.* 1. *Sele-*

Granna in Decret.

ctarum, cap. 21. *numer.* 11. & 13. Oſuald. *in dict. lib.* 8. *cap.* 32.

Quintò huc uſque traditis obſtabit text. *in leg. Se-* 7
natus 43. §. *Legatum*; *ff. de legat.* 1. ubi legatum in aliena voluntate poni poteſt; in hæredis non poteſt. Cui dubio Accurſius *ibidem* reſpondit, textum illum eſſe intelligendum de aliena voluntate, hoc eſt legatarii veluti ſi teſtator dixiſſet, *lego Titio ſi ipſe voluerit*: juxta tex. *in leg. ſi ita legatum*, §. *Illi, ſi volet, ff. de legatis* 1. non tamen valere in hæredis voluntatem collatum veluti ſi teſtator dixerit, *lego Titio centum, ſi hæres voluerit*: quæ interpretatio rejicitur; quia Paulus *in dicto* §. *Legatum*: generaliter loquitur de aliena voluntate cujus verba non ſunt reſtringenda tantum ad legatarii voluntatem.

Quare omiſſa *Bartoli, & Caſtrenſis interpretatione ibidem*, verius dicendum eſt, ex principiis *ſuprà in n. antecedenti* traditis; ſcilicet legatum in alienam tacitam voluntatem poni poſſe, in hæredis verò tacitam voluntatem conditionalem poni non poſſe: ratio differentiæ eſt, quia tacita in extraneo conſiſtit ex rationibus ſuprà adductis: in hæredis verò utique; quia cum illa ſive tacita conditio, ſivè expreſſa, ſemper pendeat ex voluntate hæredis præſtare legatum, ſemper ille diceret, ſe nolle; ac proinde nunquam extitura eſſet conditio, *arg. tex. in l. cum de indebito, ff. de probationibus*, notat Cov. *in præſenti*, *n.* 11. Oſu. *d. l.* 8. *c.* 15.

Sextò adverſus id, quod in præſenti notant omnes & 8
videlicet, legatum in legatarii voluntate poni poſſe, juxta textum, *in l. ſi ita* 65. §. 1. *ff. de legat.* 1. *ſi ita* 69. *ff. de conditionib. & demonſtrationib. l.* 30 *tit.* 9. *p.* 6. Ratio eſt, quia cum in legatarii poteſtate ſit agnoſcere, aut repudiare legatum, cum invitus ad illud accipiendum cogi non poſſit; idcirco, quod tacitè inſit, etiam expreſſa conditione relinqui poteſt, quæ conditionis expreſſio facit legatum conditionale, non purum, *dicta leg. ſi ita* 69. & 65. §. 1. obſtabit dicere, quod legatum ita relictum, *ſi legatarius voluerit*, potius purum, quàm conditionale dicitur, ſiquidem fruſtrà exprimuntur, quæ tacitè inſunt, & ſubintelligantur. nam fruſtrà fiunt per plura, quæ poſſunt fieri per pauciora; *l.* 1. *ff. quod metus cauſa*: *l.* 1 §. *in rem verò*, *C. de appellat.* Auguſt. Barb. *in axiomat. jur. lit. F.* verb. *Fruſtra*, *num.* 179.

Sed huic dubio reſpondendum eſt, multum intereſſe, an legatum purè, & ſimpliciter ſit relictum; an verò ſub illa conditione, *ſi voluerit*: nam primo caſu, etiam ignoranti legatario legatum adquiritur, *leg. cum pater* 77. §. *Surdo* 3. *l. legatum* 89. *ff. de legatis* 2. *l. ſi tibi* 86. §. *cum ſervus, ff. de legatis* 1. cum eo ipſo, quod non repudiat, retro legatarii fuiſſe intelligitur, *leg. ſervum* 44. §. 1. *ff. de legatis* 1. *l.* 1. §. *ſed utrum*, *ff. ſi quid in fraudem Patroni*: at verò expreſſa illa conditio, ſi legatarius velit, maximi effectus, & utilitatis eſt; & ſic ſupervacua non dicitur, cum ea adjecta efficiatur, ut legatum ignoranti non quæratur, nec conſiſtat antequam legatarius exponat ſe velle: & ſic antequam declaraverit voluntatem deceſſerit, non tranſmittit, ad ſuum hæredem: ita Oſualdus *dict. lib.* 8. *capit.* 15. Antonius Gomez *in leg.* 31. *Tauri numer. tertio.* Unde conſtat conditionem illam; *ſi legatarius volet*, amplius continere, quàm tacitam; nam tacita eam habet ſententiam, *ſi voluerit*, expreſſam verò, *ſi declaraverit ſe velle legatum habere*, meritò quid amplius habet quam ante non habebat, hoc eſt declarationem voluntatis, quæ ſola efficit legatum conditionale, atque ita alio modo exprimitur, & alio modo ineſt.

Septimò, adverſus id, quod ſuprà retulimus; videlicet 9
in hæredis voluntate legatum relinqui non poſſe, *dict. l. Senatus* 45. §. *Legatum ff. de legatis* 1. *leg. fideicommiſſa* 11. §. *Quamquam. ff. de legat.* 3. *l. fideicommiſſaria* 46. §. *Quod ſi ita ff. de fideicommiſſar. libertatibus*: quod ſumma cum ratione ſancitum eſt; ſiquidem in arbitrium debitoris conferri non poteſt, an ſit ad-

ſtrictus, necne; *l. ſub hac 7. ff. de obligationibus, & actionib. l. ſtipulatio 17. & 18. § ultimo. ff. de verb. obligat.* obſtabit text. *in l. fideicommiſſa 11. §. Fideicommiſſum*, verſ. *Hoc autem, l. uxorem 41. §. Scævola. ff. de legat. 3.* ubi ſcribitur in voluntate hæredis poni poſſe ut ipſe legatum præſtet, *cum voluerit.*

Sed reſpondendum eſt, multum intereſſe inter hanc conditionem; *ſi hæres voluerit*, & inter illam, *cùm voluerit*; nam in prima non valet legatum, quia totum committitur in diſpoſitionem hæredis: In ſecunda verò valet, quia ſolum committitur executio ipſius diſpoſitionis, quæ jam eſt manifeſtata; nam in conditione, *ſi voluerit*, tota diſpoſitio pendet ex voluntate ipſius, cui imponitur; in conditione verò, *cum voluerit*, ſola temporis conditio ex ipſius voluntate pendet; notat Morla *ubi ſup. numer.* 13. Oſuald. *dict. cap.* 15. unde evenit, quod ſi in legato, *cum voluerit*, *legatarius* deceſſerit, antequam hæres declaraverit ſe velle legatum præſtare, ad legatarii hæredes transferatur, quaſi in diem incertum relictum, *l. dies incertus, l. hæres 79. in princip. ff. de conditionib. & demonſtrat. l. 4 ff. quando dies legati cedat.* Si verò ipſe hæres decedat, antequam præſtare velit; tunc hæres hæredis legatum præſtare tenetur, *dicta l. fideicommiſſa 11. §. Hoc autem, dicta l. uxorem 41. §. Scævola, ff. de legat. 3. l. ſervus 20. ff. manumiſ. teſtament.* idque favore ultimarum voluntatum receptum eſt; notat Coſta *lib. 2. ſelectar. c. ultimum, n. 8.* Menoch. *de præſumption. lib. 4. præſumptione 90.*

10 Octavò, huic ſententiæ valde refragatur tex. *in l centeſimis 46. §. ultimo. ff. de verbor. obligationibus*, ubi Paulus ſcribit, hanc ſtipulationem, *cum promiſſor voluerit*, inutilem eſſe, ſi antequam ipſe conſtituat, moriatur: ergo idem in legatis dicendum eſt, ſiquidem valet argumentum, de contractibus ad ultimas voluntates; *l ſervum filii 41. §. eum qui. ff. de legatis 1.* quam difficultatem licèt Accurſius tetigerit. *in l. ultim.* verbo *Moriente*, *ff. qui ſine manumiſſione ad libertatem perveniunt*: tamen inſolutam (ut ſolet) reliquit. Quare nonnulli adeo ſe difficultate illa implicant, ut mendum ſubeſſe credant *in dict.* §. *Ultimo*, ut ſic pro illo verbo, *quod verum eſt*, exiſtiment legendum eſſe, *quod verum non eſt*; ita ut idem eſſet obſervandum in contractibus, atque in ultimis voluntatibus; ita Sarmiento *in d. lib. 2. ſelectar. cap. 6. n. 24.*

Quare hac, & aliis omiſſis, verius dicendum eſt, in hac parte diſcrimen verſari inter contractus & ultimas voluntates; nam hæ plenius interpretantur, *l. in teſtam. ff. de reg. juris*; in contractibus verò, verba ſtrictè accipiuntur, & ſic contra ſtipulatorem, *l. ſtipulatio 38. §. in ſtipulationibus. ff. de verborum obligationib.* quamobrem ſtipulatio concepta, *cum volueris*, continet in ſe tacitam conditionem, *ſi volueris*; & ita neceſſe eſt, quod promiſſor ſe velle declaret; alioquin ſtipulatio inutilis erit; quod ſecus eſt in legato, *cum hæres voluerit*; notat Coſta, *lib. 1. ſelectar. capite fin.* quod ſecus obſervatur in libertate ob ejus favorem, juxta textum *in l. fin. ff. qui ſine manumiſſione*; notat Morla, *in emporio, dict. titulo 9. num. 13. in fin.*

Nec ſolutioni obſtabit text. *in l. quodcumque 45. §. fin. ff. de verborum obligationibus*, ubi non ſolum ſtipulari poſſumus cum hac formula, *cum morieris*, verum etiam cum illa *ſi morieris*: ex cujus deciſione apparet, nullum diſcrimen verſari inter dictionem, *Si*, & dictionem, *Cum*. Quia huic difficultati reſpondendum eſt, verba Ulpian. *in d l. quodcunque, §. fi.* hoc modo eſſe intelligenda, ſcilicet, nullum diſcrimen verſari inter dictionem *Si*, & dictionem *Cum*; hoc eſt, quoad inducendam conditionem, quia utraque dictio continet conditionem; ſecus verò, quoad effectum inducendi obligationem: quia in eo differunt, nam dictio *Si*, principaliter conditionem inducit, ſecundariò verò tempus; ſed dictio, *Cùm*, è contra; ita Caſtrenſis *in dict. l. quodcumque*, §. *finali*, Morla *ubi ſuprà*, *numero* 24. Donellus *in dicta l. centeſimis*, §. *fin.* Coſta *dict. lib. 1. Selectarum*, *cap.* 17.

Nonò, ſupra dictis obſtabit textus *in l. fideicommiſ-* 11
ſa libertas 46. in principio ff. de fideicommiſſar. libertatibus ubi apparet valere libertatem ſervo relictam, *ſi hæres voluerit*, cum tamen juxta principia ſuprà adducta, aliud dici oportebat, ut ipſemet Ulpianus *in eadem l. fideicommiſſa*, §. *Quod ſi ita*: apertè demonſtrat. Sed huic difficultati reſponderi ſolet, Ulpianum, *ibi* ſeipſum corrigere, & quod in principio propoſuerat, poſtea pœnitentia ductus, *in dict.* §. *Quod ſi ita*: improbavit. Nec diſſimilis eſt *Connani* interpretatio, *lib. 10. commentariorum*, *cap. 6.* cum aſſerit *in principio illius textus* legendum eſſe interrogativè. Aliter autem Coſta *lib. 1. Selectar. cap. 22. numer. 1.* exiſtimat textum *in dict. leg. fideicommiſſa in princip.* accipiendum eſſe de fideicommiſſaria libertate, ut conſtat ex illis verbis *fidei tuæ committo*, quam libertatem Ulpian. *ibi* affirmat valere ſub conditione, *ſi hæres voluerit*; at verò, *in dict.* §. *Quod ſi ita*, textum illum accipiendum eſſe de libertate directa, ut indicant illius textus verba, ibi *Stichum liberum eſſe volo*, & hanc aſſerit inutilem eſſe ſub conditione, *ſi hæres voluerit*; differentiæ rationem refert Coſta *ubi ſuprà*, quia in libertate fideicommiſſaria hæres conſequitur jura patronatus, §. *Quod autem, Inſtit. de ſingulis rebus per fideicomm.* qua de cauſa veriſimile eſt, hæredem velle manumittere quæ ratio ceſſat in libertate directa, atque ita exiſtimat libertatem fideicommiſſariam ſub conditione, *ſi hæres voluerit*, valere; non tamen deberi quo uſque hæres declaret ſe velle; quo caſu incipit deberi, impleta ſcilicet conditione; & in hoc ſenſu accipiendum eſſe affirmat quod Ulpianus *in dicta l. fideicommiſſaria*, *in principio*, aſſerit pendere ex nutu hæredis; at verò directam libertatem, *ſi hæres voluerit*, non ſolum deberi interim dum hæres non conſtituit ſe velle; ſed nec etiam valere, ſi hæres ſe velle declaret, quaſi ab initio hujuſmodi legatum inutile ſit. Sed quamvis hæc *Coſtæ* interpretatio ſubtiliſſima ſit, everti tamen videtur ex traditis à Sarmiento, *dict. libro ſecundo, Selectar. capite ſexto, numero decimo quinto.*

Quare verius dici poſſe exiſtimo, ſententiam *dictæ legis fideicommiſſaria, in princ.* cum *duobus paragraphis ſequentibus*, non aliam eſſe, quàm affirmare valere libertatem in voluntate hæredis, ſeu legatarii, ſeu Tertii poſitam, ſi modo voluntas in vim conditionis accipiatur; quaſi ille verſiculus, *Quia conditio potius eſt*, ad omnes caſus præcedentes referatur; quod verò ſubjungit, *in* §. *Quod ſi ita 3.* ſic accipiendum eſt, ut ſi non in vim conditionis hæredis voluntas accipiatur, ſed in plenum ejus arbitrium conferatur; tunc etiam legatum libertatis inutile ſit.

Nec obſtabit ſi objicias, legatum in hæredis arbitrium, etiam in vim conditionis collatum, non conſiſtere, *dicta leg. Senatus 43. §. Legatum. ff. de legatis 1.* Quia reſpondere poteris, id locum habere jure ſingulari in libertate fideicommiſſaria; de qua *in principio dictæ leg. fideicommiſſa*, & id ſignificare voluit *Ulpianus* in illis verbis, *quamvis nihil aliud in teſtamento poteſt valere ex nutu hæredis.* Ratio ſolutionis eſt, quia quando legatum in hæredis voluntate, tanquam conditio confertur, non ideò præcipuè vitiatur, quia in alienam voluntatem confertur; ſed potius ex ratione *legis*, *ſub hac 7. ff. de obligationibus*, *& actionibus*: quæ ratio ceſſat in libertate fideicommiſſaria; cum enim libertas cauſa pietatis ſit, facilè intelligi poteſt hæredem præſtare velle: *argumento text. in l. cum his 32. §. Mulier, ff. de conditione indebiti.* Deinde, quia cum fideicommiſſa ſola hæredis fide nitantur, *principio Inſtitutionum*, *de fideicommiſſariis hæreditatibus*: Idcirco non multum repugnat, fideicommiſſariam libertatem in arbitrium hæredis conferri poſſe; ita Sarmiento *ubi ſuprà*, *capite 6. numero* 10. Cujacius *libro ſecundo, obſervation. capit. 2.* licèt

aliter

elit r ſenſerit Fachineus, *lib. 3. controverſiarum; cap. 59.*

12 Decimò obſtabit text. *in l. fideicommiſſa* 11. §. *Fideicommiſſum* 5. *ff. de legatis* 3. ubi apertè cavetur, valere legatum hoc modo relictum, *niſi hæres voluerit*; & tamen videtur ex hæredis voluntate pendere. Cui dubio communiter dici ſolet, valorem hujus legati ex arbitrio hæredis non pendere, ſed tantum ejus reſolutionem; quaſi ſola illa teſtatoris voluntas ſit, adimere legatum, caſu quo hæres nolit, ſeu contradicat: ita Peralta, *in lege* 1. *numer.* 81. *ff. de legatis*, 2. Covarruvias *in præſenti*, *numer.* 12. Coſta *lib.* 1. *Selectarum*, *capit.* 24. *num.* 1. Sarmiento, *dicto cap.* 6. *num.* 18.

Sed ea interpretatione omiſſa, verius eſt dicendum, quod licet verba illa *Niſi hæres noluerit*, idem ſignificent, ac *ſi hæres non contradixerit*, & per ſe ferant contrariam conditionem in legato; non tamen proinde intelligitur legatum ſub conditione relictum, *ſi hæres voluerit*, nec pendebit ex arbitrio hæredis; nam inter velle, & nolle, datur medium; ſcilicet, nec velle, nec nolle, ut videre eſt in ignorante, & furioſo notat Sarmiento, *in d. c.* 2. *n.* 2. atque ita verba illa in propoſito, *niſi hæres noluerit*, locum habent, cum hæres adita hæreditate furore cœpit, vel ignorans legatum, vel nulla facta declaratione voluntatis deceſſit: tunc enim extitiſſe videtur conditio & legatum debebitur: de qua re plura refert amantiſſimus concollega noſter DD. Joſep. Fernandez de Retes Veſpertinæ Cathedræ digniſſimus anteceſſor; *lib.* 4. *opuſculorum*, *in l. uxorem* 41. §. *Hæc verba*, *ff. de legat.* 3.

13 Undecimò, obſtabit tex. *in leg. fideicommiſſa* 11. §. *Quamquam* 7. *ff. de legat.* 3. *l. ſi ſic* 78. *ff. de legat.* 1. ubi apparet legata, & fideicommiſſa, ex aliena voluntate pendere; ſiquidem hoc nomen, *arbitrium*, liberam, atque expreſſam voluntatem comprehendit; *leg. illa inſtitutio*, *ff. de hæredibus inſtituend.* Sed reſpondendum eſt, jura illa eſſe intelligenda, quando non confertur legatum in meram voluntatem hæredis, ſed quaſi in arbitrium boni viri; quod diſſimillimum eſt: ſiquidem ipſe hæres non facit, quod ipſe voluerit, ſed quod vir bonus arbitraretur, unde ſi vir bonus arbitretur, legatum debebitur, & hæres, etiam ſi nolit, tenetur ad legati præſtationem, *l. Thais*, §. *Sorore ff. de fideicommiſ. libert. leg.* 29. *tit.* 9 *p.* 6. ubi Greg. Lop. *gl.* verb. *Mi heredero*, Caſtr. *in dict.* §. *Quamquam. n.* 2. & 3. Covar. *in præſenti*, *n.* 10. Roderic. Suar. *ubi ſup. n.* 17. D.D. Joſeph. de Retes, *ubi ſup. n.* 4. Eodemque modo eſt interpretandus tex. *in l. Lucius* 14. *ff. de fideicommiſ. libert.* ubi probari videtur poſſe legatum libertatis poni in hæredis voluntate, ut inſinuant verba *illius textus*, ibi: *Si uxori meæ placeat.* Quia reſpondendum eſt, ſententiam *d. l. Lucius*; non eſſe accipiendam de libero hæredis arbitrio, ſed quaſi de boni viri arbitrio, *l. ſi ſic* 75. *in princip. ff. de legat.* 1. *d. l. fideicommiſ.* §. *Quamquam ff. de l.* 3. Idque ſignificare videtur verbum illud, *placeat*, quo utitur Modeſtinus *ibi*: ut notant Bart. & Gothofr. *ibid.*

Sed huic ſententiæ apertè repugnare videtur tex. *in l. cum proponas* 8. *C. de fideicom. libert.* ubi in eadem ſpecie reſpondet, ſervum libertatem petere poſſe, ſi modo non refragaverit voluntas uxoris ipſius teſtatoris: ergo ſi refragaverit, petere non poteſt. Cui difficultati reſpondent Accurſius, & Antiquiores *ibidem*, qui aſſerunt *in d. l. cum proponas*, addendum eſſe particulam illam, *maximè*: quaſi ſenſus ſit, quod tunc planè libertas impeditur, propter diſſenſum uxoris, cum juſtam cauſam habuerit refragandi: *l. ſervus* 20. *ff. de manumiſ. teſtam. l. cum pater*, 77. §. *Rogo*, *ff. de l.* 2.

Illud tamen non omittendum cenſeo, non ſolum legata in arbitrium hæredis, tanquam boni viri conferri poſſe, ſed etiam ſtipulationes, cæteroſque contractus *l. hæc venditio* 7. *ff. de contrahenda emption* Nec obſtabit tex. *in leg. qui ſæpè* 35. §. 1 *ff. eodem*, ubi dicitur imperfectam eſſe venditionem ita factam, *quanti æquum putaveris, tantum emptum habebis*: Quia reſpondendum eſt cum Cujacio *in l. ſtipulatio* 17. *ff. de verb. oblig.* text. *in d.* §. 1. accipiendum eſſe de pretio emptionis, quod uſque adeò certum eſſe oportet, ut dubitatum non admittatur, §. *pretium*, *Inſtitut. de emption. & vendit.* notat Barboſ. *in leg.* 1. *part.* 3. *num.* 33. & 36 *ff. ſolut. matrim.* Hæc delegato in alterius voluntate poſito ſufficient, de quo ſpecialiter in textu noſtro agitur: reliqua verò, quæ ad hæreditates ſpectant, referunt juris Civilis Interpretes, in captatoriis inſtitutionibus, permulta jura diſperſa, & inſerta *in tit. ff. de hæredib. inſtituend.*

Ad textum in cap. Officii 14. & cap. Requiſiſti 15. de Teſtamentis.

SUMMARIUM.

1 *Debitor creditori legando ſimpliciter, non cenſetur compenſandi animo id facere.*
2 *Creditor legatum agnoſcens animo compenſandi, à debito repellitur.*
3 *Intelligitur tex.* in cap. requiſiſti 15. §. ſecus: de teſtamentis.
4 Lex, ſi quando 35. §. finali, C. de inofficioſo teſtamento.
5 *Nemo poteſt rogari reſtituere plus quam accepit.*
6 *Interpretatur tex.* in leg. cum quis 2. ff. de dote prælegata.
7 *Intelligitur text.* in leg. ſi cum dotem 22. §. Pater, ff. ſoluto matrimonio.
8 *Interpretatur tex.* in l. pater 14. in principio, ff. ad legem Falcidiam.
9 *Enodatur textus* in leg. cum pater 29. ff. de jure dotium.
10 *Interpretatur text.* in l. qui dotem 46. ff. ſoluto matrimonio.

CONCLUSIO.

QUando quis legat Epiſcopo certam portionem, & alia multa legata Monaſteriis relinquit, poteſt Epiſcopus portionem legatam accipere, & de aliis legatis quartam deducere, niſi compenſandi animo teſtator legatum Epiſcopo reliquiſſet: probat text. *in cap. requiſiſti, hoc tit. leg. creditorem* 85. *leg. ultim.* §. *penult. ff. de legat.* 2. *leg. quacumque* 50. *ff. de procuratorib. leg. cum dotem* 23. §. *ſi pater. ff. de jure dotium*: *l. hujuſmodi* 84. §. *cum pater*, *l. Titia* 34. §. *quia in vita*; *l. cum pater* 77. §. *qui dotales*, *de legat.* 2. *l. creditori* 6. *C. de legat. l. ſi compenſandi* 6. *Cod. de hæredib. inſtituend. leg. unica*, §. *ſciendum*, *C. de rei uxor. actione*; *l. libertus* 41. *ff. de bonis liber. l. ſi legatario* 22. *ff. de fideicommiſ. libertatib.* illuſtrant Menoch. *de præſumption. lib.* 4. *præſumpt.* 19. *numer.* 64. Molina *lib.* 2. *de primog. cap.* 16. *num.* 5. Mantica *de conjectur. lib.* 10. *tit.* 2. Barboſ. *in leg. ſi cum dotem* 23. §. *ſi pater. ff. ſolut. matrimon.* Robertus *lib.* 2. *animadverſionum*, *cap.* 19. Acoſta, *in cap ſi pater*; verb. *Legaverit*, *num.* 15. *de teſtament.* Anton. Gomez *in l.* 4. *Tauri*, *n.* 85. Matienço *in leg.* 5. *tit.* 9. *li.* 5. *Recopilat.* Cujac. *l.* 3. *obſerv. c.* 16. Anton. Fab. *lib.* 4. *conjecturarum*, *cap.* 9. Donellus *lib.* 14. *commentariorum*, *cap.* 6. Fordeguerus, *lib.* 2. *diſp. tract.* 13. *qu.* 2. Doct. Melchior de Valencia, *ad tit. de legatis*, *cap.* 2. *num.* 9. cum traditis à Barb. *in collect. ad textum noſtrum.* 1

Ratio eſt: nam cum legatum ſit donatio, & liberalitas *l. legat.* 36. *l. unum ex familia* 65. § *ſi de Falcidia*, *ff. de legat.* 2. *l. cum non facilè* 6. *ff. ſi cui pluſquam per legem Falcid.* ex ipſius legati eſſentia & definitione ſuadetur, ut præſumamus teſtatorem noluiſſe compenſationẽ induci; cum alia ſit mens donantis, alia ſolventis, *leg. cum ab uno* 59. *ff. de legat.* 2. *leg. unica*, § *ſciendum*, *Cod. de rei uxoriæ actione*, unde cum hæc præſumptio ceſſet, quando ſpecialiter expreſſit teſtator, ut compenſatio admit- 2

teretur, *d. l. cum ab uno*, meritò in *prima* noſtri textus *parte*, Epiſcopus præter legarum conſequitur quartam ſibi debitam: in *ſecunda* verò, eam cum legato compenſare tenetur, quia ita expreſsè teſtator cavit: & cum Epiſcopus ſemel legatum agnovit, debet illud in quartam funeralem ſibi debitam compenſare, *argument. legis ſi legatario* 22. *ff. de fideicommiſ. libertatib. l.* 4. *&* 5. *ff. de legat.* 2. *l. ſi legatarius* 35. *ff. de leg.* 1. Quod adeo verum eſt, ut ſi Epiſcopus agnitum legatum reſtituere paratus eſſet, audiri non deberet, *leg. Imperator* 70. §. *Si centum digeſt. de leg.* 2. Accedit alia ratio, quod voluntas teſtatoris in legato ita relicto, ut Epiſcopus illo ſolo contentus eſſet, videtur illud relinquere cauſa compenſandi cum legitima portione; quemadmodum docet tex. *in leg ſi debitor. ff. ad leg. Falcid.* Mantic. *li.* 10. *de conject. tit.* 2. *n.* 15. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 110. *n.* 35. Fab. *in ſuo Codice. lib.* 6. *tit.* 15. *definit.* 9.

3 Primò obſtabit tex. *in cap. requiſiſti* 15. §. *Secus de teſtament.* ubi cavetur, conditionem, ne Canonica portio præſtetur Eccleſiæ, cui legatum relictum erat, nullius momenti eſſe: ergo, etſi tacitè Epiſcopo legatum relinquatur, compenſandi animo, vel ad quartam non admittatur, nihilominus portionem legitimam petere poterit. Cui difficultati ſatisfaciendum eſt, conſtituendo diſcrimen inter ſpeciem *noſtri textus*, & *dicti capit. requiſiſti*: nam in textu noſtro ex conditione appoſita compenſationis à teſtatore, ſoli Epiſcopo præjudicium irrogabatur, cui propria voluntate renuntiare poterat, *leg. penult. Codic. de pact.* At verò conditio, de qua *in dicto capite requiſiſti*, non contra jus privatum Epiſcopi, ſed contra jus publicum, & Canonicum, appoſita fuit; cui privata conventione derogari non poteſt, *l. nemo digeſt. de legat.* 2. *c. ſi diligenti de foro competenti*, notant Doctores omnes *in dicto capite requiſiſti* 15. *hoc titul.*

4 Secundò, contra illam *noſtri textus* partem, in qua aſſeritur Epiſcopum, cui legatum relictum erat animo compenſandi, non poſſe agere ad id, quod ratione portionis Canonicæ ſibi debetur, obſtabit text. *in leg. ſi quando* 35. § *ult. C. de inoffic. teſtam.* ubi conſtat, filium ſimpliciter agnoſcentem legatum à patre relictum, cum onere, ut illo pro ſua legitima contentus eſſet, non videri renunciare juri Legitimæ, & ſic ad eam agere poſſe: ergo ſimiliter in *textu noſtro* dicendum videtur, Epiſcopum poſſe ad Canonicam portionem agere; etiã poſt agnitionem legati. Cui difficultati reſpondendum eſt, dicendo, multum referre inter onus, quod ipſo jure nullum eſt; & inter onus, quod ipſo jure conſiſtit: primo caſu accipiendus eſt tex. *in dict. leg. ſi quando*, ubi cùm onus in legitima ipſo jure rejiciatur, *l. quoniam* 32. *Codic. de inof. teſtam.* filius non intelligitur legati perceptione onus comprobare: Secundo verò caſu, quia onus conſiſtit; tunc is, qui ſimpliciter legatum agnoſcit cenſetur onus amplecti, ut in *textu noſtro*, ubi onus Epiſcopo inpoſitum, cum ipſo jure utile ſit, idcirco creditur renunciare Quartæ: notat Caſtren. *in dict. §. ultim. & in cap. quod de bonis*, §. *cur fideicommiſ. ff. ad leg Falcid. & conſ.* 193. *n.* 3. Mantica *de conject. tit.* 2. *n.* 19. Guttierrez *de tutel.* 3. *part. cap.* 5. *n.* 13.

5 Tertiò ſupra dictis refragatur illa juris regula, qua docemur, non poſſe gravari quemquam reſtituere, vel remittere pluſquam ei relictum eſt; *leg. filius fam.* 14. §. *apud Marcel. ff. de legat.* 1. *l. ſi legatarius*, 8. *ff. de legat.* 3. *l.* 1. § *ſi is qui l. ex facto* 17. §. *non tantum. ff. ad Senat. Conſult. Trebell. Imperator* 70. §. *ſcientem ff. de legat.* 2. §. *hoc ſolum, Inſtit. de ſingulis rebus per fideicommiſſũ relictis*, adeo ut cum nihil relictum eſt, non poſſit rogando obligari: *leg. ab eo, Codic. de fideicommiſſar.* Donellus *lib.* 8. *commentar. cap.* Ant. Fab. *lib.* 7. *conjectur. c.* 6. *&* 7. ergo Epiſcopus in præſenti, qui modicum legatum accepit, non poteſt onerari remiſſione integræ portionis Canonicæ. Cui difficultati ut reſpondeamus, ſciendum eſt, multum intereſſe inter legatum quantitatis, cum onere amplioris quantitatis, & inter legatum quantitatis, cum onere ſpecici majoris pretii: Primo caſu explorati juris eſt, ab hinc agnito legato, legatarium non teneri ultra modũ quantitatis legatæ, *d.* §. *Si centũ in princ.* Secundo verò caſu, cogitur legitarius, percepto legato rem propriam præſtare, etſi majoris pretii ſit, quàm quantitas relicta: *dict.* §. *Si centum* verſ. *Enimvero.* Differentiæ ratio eſt, quia in priori caſu, cùm quantitatis certam habeat æſtimationem, facilè apparet legatarium in plus nolle, quàm accepit, onerari. Secundò verò caſu, cum res, ſeu ſpecies incertam, & variam habeat æſtimationem, idcircò legatarius, qui legatum percepit, tenetur ad proteſtationem rei ſuæ, etſi majoris pretii: quia videtur tanti æſtimaſſe: *leg. ſed ſi non ſervus* 30. *ff. ad legem Falcidiam leg. ſi mihi* 97. *ff. de legat.* 1. Anton. Faber. *dict lib.* 17. *conjecturarum, capit* 7. unde cùm in textu noſtro onus fuiſſet ſpeciei, non quantitatis, etſi plus fuiſſet in ea, quàm in legato recipiendo, Epiſcopus cenſetur pro legato remiſiſſe jus, quod habebat.

Quartò obſtabit tex. *in leg. cum quis 2. in principio*; 6
veſic. *Sed etſi. ff. de dote prælegata*: ubi proponitur, maritum uxori certam quantitatem legaſſe nulla facta compenſatione: Quæſtio eſt, an pro dote cenſeatur quantitas legata & reſpondit *Conſultus* dotẽ legatã cenſeri, & compenſationem fieri debere dotis, cum legato, ita *textus*, ubi nulla facta compenſationis mentione nihilominus compenſatio inducitur: ergo etiam in *textu noſtro*: Augetur difficultas, ex intellectu à Doctoribus *ibi* aſſignato: diſtinguunt enim inter debitum voluntarium, & neceſſarium; nam licet omne id, quod deberur, ſit neceſſarium cum obligatio ſit juris vinculum, neceſſitatemque contineat, *l.* 3. *digeſt. de obligationibus & actionibus*: *principio Inſtitutionum, eodem*; in hac tamen quæſtione, Voluntarium debitum appellant Interpretes, quod initium habuit voluntarium, & ex contractu, & conſenſu proceſſit, licèt poſteà ad obligationem & neceſſitatem perveniat: *leg. in commodato* 17. §. *ſicut, ff. commodati*; *leg. ſicut Cod. de obligationibus & actionibus*. Neceſſarium verò illud dicunt, quod ex cauſa, & principio neceſſario ortum fuit, quâ debitor, non facto aliquo ſuo, ſed legis diſpoſitione obligatus fuit: *leg. obligamur.* §. *Lege ff. de obligationibus, & actionib.* hac diſtinctione adhibita aiunt DD. *in dict. l.* 2. ideo fieri compenſationem, quia debitum erat neceſſarium, & ſic compenſationem admitti, tunc enim difficilior redditur *textus noſter*, ſiquidem in eo, etiam debitum erat neceſſarium, ex legis Canonicæ diſpoſitione ortum: ergo debebat compenſatio admitti, etſi à teſtatore non injungeretur. Quare verius reſpondendum eſt, ideò in *eo textu* compenſationem admitti, quia quantitas fuit legata pro dote, & non eſt veriſimile teſtatorem duplici proteſtatione dotis hæredem gravare voluiſſe, *l. penultima. ff. de dote prælegata, leg. Titius* 88. §. *impuberum. digeſt. de legatione ſecunda*, & ſic cum expreſſa fuerit à teſtatore compenſatio, nil mirum ſi admittatur.

Quintò, obſtabit textus difficilis *in leg. ſi cum dotem* 22. §. *Si pater. ff. ſoluto matimonio*, ubi proponitur 7
patrem filiæ legatum reliquiſſe, nulla compenſationis cum dote facta mentione. Quæſtio eſt an filia accepto legato, poſſit exercere actionem de dote; & reſpondet *Conſultus*, nullo modo poſſe de dote agere: ergo ſimiliter in *textu noſtro*, nulla etiam facta compenſationis mentione Epiſcopus debebat, cum legato portionem debitam compenſare: agnoverunt difficultatem Barboſa *in dicta leg ſi cum dotem, num.* 35. *&* Menochius *lib.* 4. *de præſumptionibus, præſumptione* 19. qui reſpondent, ideo legatum à patre filiæ ſimpliciter relictum, eſſe cum dotis debito cõpenſandum; quia cum pater ex legis diſpoſitione cogatur filiæ dotem conſtituere, *leg. qui liberos* 19. *digeſt. de ritu nuptiarum*; *leg. ultim.* verſic. *Nec. Codic. de dotis promiſſione*, neceſſarius potius, quàm voluntarius debitor cenſetur, & ita quod mirum ſi in dubio, compenſationi dotis, & legati, locus fiat.

Sed hæc ſolutio facilè convincitur ex ſequentibus: nam

nam in ſpecie *illius textus*, nullo modo pater erat debitor dotis filiæ, ſed potiùs debebat genero, cui ſi nondum dotem ſolvit, ex promiſſione debet: *leg. cum pater in principio, ff. de jure dotium*; vel ſi eam jam exegit, condictione reddere cogitur genero, *leg. qui hominem* 34. §. *ſi gener, ff. ſoluto matrimonio*; adeo ut his caſibus, filia contra patrem actionem de dote non habeat, nec contra ejus hæredem; ſed tantum contra maritum *leg. ſi ſocer* 44. §. *Lucius, ff. ſoluto matrimonio*: Cujacius *lib. 3. obſervat. cap.* 16. Antonius Faber *lib. 4. conjecturarum cap. 9. in fine.*

Quare hac, & aliis omiſſis, probabiliter dici poteſt cum Fabro *dict. cap.* 9. ideò *ibidem* dotis actionem filiæ denegari; quia ſemel legato accepto, judicium patris agnoſcere, & probare videtur; quod poſteà improbare non poteſt, dotem petendo; *leg.* 1. *ff. ſoluto matrimonio*, ſi modo in legato tantum acceperit, quantum doti ſatis erat, aliter diceretur ſi filia ſimul, & eodem tempore, à marito dotem ſuo jure, & legatum ab hæredibus patris peteret; tunc enim legati, & dotis compenſatio non fieret, *leg. 4. ff. de collation. dotis.* Quod autem ſubjicit Ulpian. *in dicto* §. *Si pater*, verſ. *Lucro filiæ cedere legatum*: quem mendoſum putant Cujacius *ibidem*; & Fab. *ubi ſuprà*: ſed his omiſſis, dici poteſt, illa verba referri poſſe ad commodum repræſentationis, *le.* 1. *ff. de dote prælegata*, cum actione ex teſtamento, ſtatim legatum conſequatur: quod non idem eſt in actione dotis quâ non niſi annua, bima, trima die dotem nanciſcitur, *dicta leg.* 1.

8 Sextò, refragatur textus *in leg. pater* 14. *in principio, ff. ad legem falcidiam*, ubi proponitur, filiam à patre hæredem ex parte inſtitutam, & rogatam fratri reſtituere ſuam portionem fuiſſe: & deciditur, Quartam jure hæreditario, & dotem ſuo jure filiam habituram, etiamſi judicium patris agnoverit, & ſimul pater animo compenſandæ dotis cum Quarta filiam inſtituerit: ergo etiam ſi Epiſcopus in præſenti legatum, ſibi animo compenſandæ portionis relictum agnoverit: poterit ad Quartam ſibi debitam agere. Cui dubio reſpondendum eſt: ideo ibi dotis, & Quartæ compenſationem non fieri, quia patet in vita dotem, conſentiente filia non petierat (ut ibi proponitur, *l. inſulam* 42. *in principio, ff. ſoluto matrimonio*) unde cum dos tempore matrimonii in bonis patris non inveniretur, nec in ejus hæreditate: ideo actio ad filiam inſolidum pertinet jure proprio, ut exprimitur *in dicta leg. pater* 14. & *l. ſi ſocius* 81. §. *Nam ſi, ff. pro ſocio*; *leg.* 4. *ff. de collatione bonorum*: quia ratione dos ipſa cum Quarta compenſari non potuit, quia teſtator facere non poteſt, ut hæres in Quartam imputet, quod nec ex bonis, nec ex judicio defuncti capit, *leg.* 90. *ff. ad legem falcidiam.* Meritò mirum non eſt, etiam patre volente, compenſationem admitti, non impediri filiam dotem, & Quartam conſequi: Cujacius *lib.* 9. *reſponſorum Papiniani, in dicta l. pater*, Barboſa *in dicto* §. *Pater num.* 28. Planè, ſi in *dict. leg. pater* 14. ex diverſo, ſi dos à patre exacta eſſet, compenſatio dotis, & Quartæ fieret; quia tunc cum dos in bonis patris inveniretur, *leg. ſed ſi Titio. ff. de bonis damnatorum*, de dote, quaſi de ſuis bonis pater diſponere poſſet: undè cum in *textu noſtro* teſtator legat de propriis bonis, rectè admittitur compenſatio legati, & debitæ portionis.

9 Septimò, obſtat tex. *in l. cum pater* 29. *ff. de dotium*, ubi pater, qui pro filia dotem promiſit, cum teſtamentum faceret ipſi legavit: quæſtio eſt, an filia habeat dotem, & legatum? *Conſultus* reſpondit, ad utrumque filiam admitti: Enubi debitor legando creditori, non præſumitur compenſare: igitur, & in *textu noſtro* Epiſcopus legatum & Quartam habebit. Cui difficultati faciendum eſt dicendo, patrem legando dotem generaliter, animo compenſendi, id facere præſumi ſivè jam à genero, non conſentiente filia exegerit, ſivè dos adhuc à genero debeatur: ita ut filia alterutro contenta ſit, Ut vel dotem à marito, vel legatum ex teſtamento petat; juxta textum ita intelligendum *in leg. Titia* 37. *ff. de legatis* 2. *leg. hujuſmodi* 84. §. *Cum pater ff. de legatis* 1. etiam ſi in legato amplius ſit, quàm in dote, id quod adhuc ſupereſt, quamvis dos electa ſit, conſequi poteſt: *dict. l.* 37. §. *Qui in vita*: *leg. virilis* 8. §. *ultim. ff. de legatis præſtanais.* Unde *in dict. l. cum pater* 29. tunc compenſatio non admittetur, cùm filia probaverit animo duplicandi dotem legatum ſibi relictum fuiſſe: & onus probationis incumbit filiæ: tamen cum ipſa dos legata proponatur, ſatis apertè oſtenditur, animo compenſandi cum dote legatum fuiſſe relictum: & ideò, ut filia utrumque habeat, debet probare noluiſſe patrem cum dote legati compenſationem facere: Si verò pater *in dicta leg.* 29. non dotem juſtam legaſſet, ſed ſimpliciter quantitatem, compenſatio ceſſabit: & tunc ad hæredem probatio contraria pertinet, *l. Lucius* 23. *ff. de legatis* 1.

Octavò, contra textum noſtrum, expendo text. *in* 10 *leg. qui dotem* 46. *ff. ſoluto matrimonio*, ubi proponitur maritum ſtipulanti uxori, dotem promiſiſſe, & poſtea ei legaſſe quædam ſub conditione, ne dotem peteret: quæſtio eſt, an mulieri deneganda ſit actio ad dotem? & reſpondet *Paulus*, actionem non eſſe denegandam ad dotem: ex quo textu colligitur, quod etiam ſi expreſsè relinquatur legatum, animo compenſandi, nihilominus dari priorem crediti actionem. Cui difficultati reſpondendum eſt, ideo ibi actionem de dote dari: quia mulier non pervenit ad legatum, ſiquidem non petierat, propter *leg. Juliam, & Papiam*: tunc enim, cum legatum non capiat, juſtè aſſeritur, denegandam pro dote, non obſtante conditione poſita à teſtatore, notant Barboſa, & Cujacius *ibidem.*

Ad text. in cap. Raynuncius 16. c. Raynaldus 17. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Filius gravatus reſtituere hæreditatem ſub aliqua conditione, detrahit legitimam portionem, jure naturæ debitam: & inſuper Trebellianicam.*

2 *Legitima filiis debetur jure naturæ.*
Legitima & Trebellianica differunt: nam prima provenit jure naturæ, altera verò ratione fideicommiſſi.

3 Cap. Raynaldus 18. *de teſtamentis: expenditur.*
Filius, quoad nobilitatem, vel ad alia, an denominetur à patre, an verò à matre.

4 *Teſtamentum patris, ut valeat, oportet filium nominatim inſtituere, vel exheredare.*
Cap. Raynuntius, de teſtamentis, *& in num.* 6. *declaratur.*

5 *Inſtitutus in re certa, dato cohærede univerſali, aliquando loco hæredis, aliquando legatarii habetur.*

6 *Conditio neceſſaria non inducit actum conditionalem.*
Filius inſtitui non poteſt niſi ſub conditione poteſtativa.

7 *Filius an debeat imputare in legitimam, quod ſibi relictum eſt ex ſubſtitutione vulgari, vel fideicommiſſaria.*

8 Relinquo, *verbum adjectum univerſitati bonorum inducit inſtitutionem: Secus ſi adjiciatur certæ rei, vel quantitati.*
Capit. Raynaldus 18. de teſtamentis, *expenditur.*

9 *Domo legata, etiam hortus in legato continetur, ſi conjunctus eſt; ſecus ſi ſeparatus.*

10 *Inſtitutio facta inter eos, in quibus ordo charitatis exiſtit, cenſentur vocati ordine ſucceſſivo.*
Lex hujus 88. paragr. Inſtituto 13. digeſt. de legatis 2.

11 *Mulier poteſt omnia bona in dotem dare: & quid in tutore pro pupilla.*

12 Lex

12 Lex unica, C. de usucapione transformanda, *cum* c. Raynutius 16. versic. Annalis præscriptio, de testamentis, *componitur.*

13 *Legitima portio debita si deducitur, an etiam deducatur Quarta Trebellianica, vel falcidia.*

14 *Filius in legitima an pupillariter substitui possit.* Lex, si pater puellæ, Cod. de inofficioso testamento.

15 *Substitutio compendiosa à Pagano verbis directis & civilibus facta, an expiret post pubertatem, vel convertatur in fideicommissariam.*

16 Lex, Jubemus, Cod. ad Senatus Consultum Trebellianum.

Fructus percepti ab hæreditate, si filius est gravatus de ea restituenda, an debeant in quartam Trebellianicam imputari.

CONCLUSIO.

1 *Filius gravatus restituere hæreditatem, sub aliqua conditione, detrahit legitimam portionem, jure naturæ debitam, quæ gravari non potuit; & insuper quartam Trebellianicam: in qua fructus computantur post litem contestatam percepti,* consonat textus *in cap. Raynutius* 16. *c. Raynaldus* 18. *hoc tit. cap. si pater, eodem tit. li.* 6. *leg. Papinianus*, §. *Si quis impubes, ff. de inofficioso testamento: Authentic. de hæredib. & falcidia*, §. 1. *collat.* 1. *leg. cũ ratio. ff. de bonis damnatorum; leg. fin. Cod. de codicillis: leg. scripto, ff. unde liberi*: exornant noviſſimè Carvallo *de una, altera quarta: in cap. Raynaldus* 18. *per totum tractatum*, Covar. *in præsenti*, Cosla *in dicto cap. si pater, hoc titul. li.* 6. Molina *li.* 1. *de primogeniis, cap.* 17. *numero* 4. Cujacius *li.* 8. *observation. capite* 3. Villalobos *communium opinionum tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 16. *n.* 74. Robertus *li.* 4. *rerum judicatarum, cap.* 17. Julius Clarus, §. *Testamentum, quæst.* 63. Fachineus *li.* 5. *controversiarum, cap.* 2. Donellus *li.* 6. *commentariorum, cap.* 12. Osualdus ad eundem, *li.* 8. *cap.* 7. *litera A.* cum traditis à Barb. *in collectan. ad textum nostrum n.* 3.

2 Ratio, quare filius, sub conditione gravatus, de restituenda hæreditate, detrahit legitimam, ea est, quia legitima filiis debetur naturali jure loco alimentorum: non verò ex voluntate testatoris, *leg.* 1. §. *Largius, ff. de successorio edicto: leg. cum ratio ff. de bonis damnatorum; leg. finali, Cod. de codicillis*: nam sicut filius à patre deducit sanguinem: ita naturalis pietas suadet, ut ex illius bonis vivere valeat, *Authent. de triente, & semisse*, §. *Quamobrem, collation.* 3. ideò legitima, tanquam æs alienum appellatur, *leg. Papinianus*, §. *Si quis impubes, ff. de inofficio testamento*: meritò pater, & mater ac reliqui ascendentes, tam paterni, quàm materni, tenentur eorum descendentibus relinquere legitimam; nisi habeant justam causam eos exhærandi: de reliquis autem bonis ad libitum disponere non prohibentur, ut in textu nostro, *dict. Authentico, de hæredib. & falcidia*, §. 1. *collation.* 1. sed in prædicta legitima, filius gravari non potest, *leg. quoniam, Cod. de inofficioso testamento*; siquidem portio illa filiis non relinquitur ex libera testatoris voluntate, sed ex necessitate naturæ, *leg.* 1. §. *Largius. ff. de successorio edicto*, & quia succedit loco alimentorum, quæ jure naturali à parentibus filiis debentur, *cap. jus naturale, distinct.* 1. *l. cum ratio, ff. de bonis damnatorum*, quod jus immutabile est; & nemo potest facere, quin leges in suo testamento locum habeant, *cap. requisisti* 15. *hoc titulo leg. nemo, ff. de legatis* 1. ubi latè *Joannes Gutierrez*, meritò justa de causa filius in legitima à patre gravari non potest, *dicta leg. quoniam in prioribus; leg.* 2. *ff. de inofficioso testamento*; & si filius institutus heres universalis, fuerit rogatus sub conditione, hæreditatem restituere, detrahit simul cum legitima, etiam Trebellianicam: Ratio est, quia jura legitimæ, & Trebellianicæ, sunt diversa; cùm unum proveniat ratione naturæ, *Authentica de hæreditate, & falcidia*, §. *Si quis, collat.* 1. & alterum ratione fideicommissi, *leg. contra, C. ad Senatus Consultum Trebellianum*, nam ubi duo jura diversa concurrunt in eadem persona, tunc ipsa vicem duarum personarum gerit, *cap. cum olim, de sententia & re judicata; leg. si Consul. ff. de adoptionibus*: siquidem Trebellianicam etiam retinet quilibet extraneus, de hæreditate restituenda gravatus, *dicto cap. Raynaldus hoc titulo*: & filius non debet esse deterioris conditionis, quàm extraneus; siquidem ei, ut extraneo, bona ex testamento obveniunt, non verò ut filio, & in Trebellianica solùm computantur ea, quæ proveniunt ex testamento: alia verò provenientia extra testamentum, non computantur, *l. in quartam, ff. ad legem falcidiam*: Merito, cum legitima filiis debeatur jure naturæ, & ad excludendam querelam inofficiosi testamenti, *leg. si pater, leg. quoniam, Cod. de inofficioso testamento*: & etiam Trebellianica, à Leone Imperatore eis debeatur, propter onus aditionis, ut sic incommodum aditionis, commodo Trebellianicæ compensetur, & invitentur ad hæreditatis aditionem, quia aliàs nemo inveniretur, qui vellet illam adire, & ob id fideicommissa extinguerentur, §. *Sed quia, Institut. fideicommissariis hæreditat. leg. jubemus, Cod. ad Senatus Consultum Trebellianum.* Meritò, justa de causa in præsenti filius utramque portionem habere debet: notat Gloss. *in præsenti*, verb. *Legitimam*, Costa *ubi supra*, verb. *Absque deductione*, *num.* 2. & in Trebellianica illa computantur fructus post litis contestationem percepti, quia post litem contestatam, talis sub conditione institutus, incipit esse malæ fidei possessor, *leg. fideicommissariam. ff. ad S. C. Trebellianum*, & malæ fidei possessor non facit fructus suos, *cap. gravis, de restitutione spoliatorum*, ubi latè scripsi, *leg. certum, Cod. de rei vindicatione*: meritò, quidquid ex eis ultra Quartam percipit, restituere tenetur, *l.* 1. cum vulgatis, *C. de petit. hæred.*

3 Primò, adversus *textum nostrum* in versic. *Raynutius*, ex quo probari videtur, quod filius in præsenti à matre denominatur, & ab ea nomen accipisse videtur; obstabit textus *in cap. Raynaldus* 18. *in princip. hoc titul.* ubi filius familiam & nomen patris, non verò matris sequitur juxta text. *in cap.* 2. *de conversione infidelium; leg. cum legitimæ; ff. de statu hominum*; *principio Institutionum, de legitima agnatorum tutela*, & ita etiam patris originem sequitur *l. assumptio* 6. §. *Filius, ff. ad municipalem.* Similiter munera, honores, & dignitates, *l.* 1. *l. si Senatus Codic. de dignitatibus, lib.* 12. *l. quoad honores, ff. de muneribus & honoribus*; *cap. dicat aliquis* 32. *quæstion.* 4. ergo non rectè in præsenti à matre *Clera* dominatur Raynutius. Cui dubio secundum Hostiensem, Joann. Andream, & Abbatem *in præsenti*, *num.* 1. communiter dici solet, ideo Raynutium à matre Clera denominatum fuisse, propter superbiam; quia mater ejus nobilior erat patre, sed falluntur, quia delictum illud, ita temere præsumendum non est, l. *merito, ff. pro socio.* Undè Imola *in præsenti*, *num.* 4. in alia videtur esse opinione, ut existimet Raynutium, post patrem defunctum, natum fuisse: & à matre educatum, & sic à nutrice nomen sumpsisse, sed divinat, & existit contra prohibitionem textus, *in Authentico de testamentis imperfectis collation.* 8. Unde tertiò alii asserunt, Raynutium fuisse illegitimum, & ideo sequi debere matris conditionem, *leg. cum legitimæ, leg. lex naturæ, ff. de statu hominum*, quam sequitur Berojus *in præsenti numero* 1. Sed hæc interpretatio etiam divinat ad textum nostrum. Quare Guillelmus *in præsenti.* verbo *Raynutius*; *numero* 14. asserit ea ratione Raynutium, denominatum fuisse à matre quia ibi universæ civitati Tusculanæ privilegium erat concessum, ut filii sequerentur familiam, & nomen maternum, *ut in leg.* 1. versiculo, *Nisi forte, ff. ad municipalem*; *leg. non tantum* §. *Ilienſibus, ff. de excusationibus tutorum*: Gloss. verbo, *Non sint, in leg. nati, Cod. de decurionibus, lib.* 10. Sed nec hæc interpretatio placet, quia in *textu nostro*, non constat de tali privilegio, & ita odiosum est, ut sit concessum singulari personæ, quod filius sequatur matris familiam, *leg. exemplo, Cod. de decurionibus*

rionibus libro 10. ubi antiquiores omnes Palatius Rubius *in repetitione rubricæ de donationibus int. vir.* §. 32. *numero primo.* Unde Abbas *in præſenti notabil.* 1. aſſerit regulariter filium à patre denominandum eſſe quando agitur de cognoſcendo ejus familiam, originem, honorem, nobilitatem, & dignitatem, & in quo loco munera ſubire debeat, ut conſtat ex juribus *ſupra* in argumento adductis: ſiquidem fœminæ filios in poteſtate non habent, *leg. illud, in fine. ff. de bonorum poſſeſſione contra tabulas*: & ratio evidens eſt, ſiquidem ſequi debet nobiliorem partem quæ formam præſtat, ut notat Baldus *in leg. final. Codic. de fugitivis*, & vir eſt caput mulieris, *capit. caput*, 33. *quæſtione quinta*, at verò cum agimus de demonſtranda perſona, ut melius de ea certificari poſſit, tunc magis per matrem certificatio ſit cum ipſa ſemper certa ſit: *leg. quia ſemper, digeſt. de in jus vocando*, meritò juſta de cauſa *in præſenti* Raynutius *de Clera* eſt denominatus, quia tantum de demonſtranda ejus perſona agebatur. Quare his omiſſis, magis veriorem eſſe exiſtimo, quam refert Barboſ. *in collectan. ad textum noſtrum, numero primo*, dum aſſerit, dubium hoc facillimè diſſolvi, ſi attendamus ad manifeſtum titulum, *Cod. de mutat. nominis*, ubi habetur unicuique ceſſante fraude, & Tertii præjudicio, licitum eſſe, quoties voluerit nomen, & cognomen mutare; ſicut à principio ante mutationem libera erat nominis vel cognominis impoſitio, *argumento textus in leg. ſi quis in fundi vocabulo, ff. de legatis* 1. §. *Si quis in nomine, Inſti. de legatis*; quo ſuppoſito conſtat liberum fuiſſe Raynutio, vel patris, vel matris nomine cognominari; quinimo abſque Tertii præjudicio, poſt aſſumptum nomen, aut cognomen adhibitum mutare, *dicta leg. unica*, *Codic. de mutatione nominis*: unde conſtat, quam ſuperfluum ſit in præſenti circa varios ejus intellectus, ut in illis tantopere Interpretes immorentur.

4 Secundò, adverſus *textum*, verſic. *In eodem teſtamento relinquens*, obſtabit dicere, quod ad hoc, ut patris teſtamentum valeat oportet filium, vel filiam nominatim inſtituere, vel exhæredare, *leg. inter cætera, ff. de liberis, & poſthumis*; *leg. maximum vitium, digeſt. de liberis præteritis*: §. *Sed quidem, Inſti. de exhæredatione liberorum*: nec ſufficere alio titulo filio relinqui legitimam, quam inſtitutionis nomine *authentico, ut cum de appellatione cognoſcitur*, §. *illud quoque, collatione* 8. *cap. ſi pater*, verſic. *Filius de teſtamentis Libro ſexto.* Sed in præſenti, Alterochæ fuit tantum relictum legatum domus, & horti, ultra dotem, nec fuit inſtituta, nec exhæredata: ergo teſtamentum Raynutii nentiquam valere potuit. Quo in dubio omitto illam latiſſimam Doctorum controverſiam, in præſenti agitatam ſcilicet, an filio jure inſtitionis, vel tantum legati, Legitima relinqui poſſit, ne de inofficioſo patris teſtamento agere valeat; nam communis ſententia eſt, omni jure, filio inſtitutionis jure, legitimam, non verò legati nomine eſſe relinquendam. Unde magis difficilis redditur noſtri textus deciſio.

Pro cujus intellectu varii varias aſſignant ſolutiones, ut conſtat ex his quas refert Covarruvias *in præſenti* §. 1. nam Hoſtienſis *in textu noſtro* aſſerit de jure Canonico ſufficere, quocumque titulo filio legitimam eſſe relictam, ne de inofficioſo adverſus patris teſtamentum agere poſſit. Sed hæc interpretatio ſuſtineri non poteſt. Primò, quia in nulla juris Pontificii parte indiſpoſitum reperitur, atque ideo à communi juris civilis diſpoſitione recedendum non eſt; *c.* 1. *&* 2. *de novi operis nunciatione; l.* 9. *tit.* 23. *p.* 3. notat Maranta *de ordine judiciorum*, 3. *part. num.* 77. Tum etiam, quia filiorum inſtitutiones, de jure Canonico ſunt approbatæ, *cap. ſi pater*, verſic. *Inſtituit, hoc titul. lib.* 6. *cap per tuas, qui filii ſint legitimi*, Covarruv. *in præſenti, paragr. primo, num.* 5.

Secundus intellectus eſt, quod in textu noſtro Innocentius Pontifex, brevitatis cauſa, clauſulam illam inſtitutionis omiſit, quia loquebatur cum doctoribus, & Juriſperitis; ſed hic intellectus, tanquam divinatorius reiicitur, ſiquidem refugium miſerorum videtur, ut notat Gloſſa *in leg. quoties, Codic. Familiæ herciſcundæ.* tunc etiam, quia non eſt credendum, quod brevitatis cauſa de ſubſtantialibus aliquid omiſerit; notat Bartolus *in l.* 1. *ff. de teſtamentis.*

Unde tertius fuit intellectus, quod id præſenti Raynutius, teſtamentum fecit inter liberos, quo caſu legitima quocumque titulo relinqui poteſt; notat Gloſſa *verbo, titulo, in Authentica, noviſſima, Codic. de inofficioſo teſtamento, leg. hac conſultiſſima*, §. *ex imperfecto, Codic. de teſtamentis, l. finali, Codic. familiæ herciſcundæ*: Tunc etiã, quia in teſtamento inter liberos cenſetur appoſita clauſula codicillaris; notat Gloſſa verbo, *Non valuit, in leg. cohæredi paragraph. Cum filiæ, de vulgari.* Siquidem, quando opponitur Clauſula codicillaris, non requiritur legitimam relinqui titulo inſtitutionis. Quæ interpretatio convincitur ex eo, quia etiam inter liberos pater teſtator tenetur legitimam jure inſtitutionis filiis relinquere, *dicto Authentico, ut cum de appellatione, paragraph. Aliud quoque* Covarruvias *in præſenti paragrapho primo*, *n.* 3. *&* 4.

Quartus intellectus eſt, quod filii Altherochæ, in præſenti, non egit contra teſtamentum patris, & ideò valuit, & ſuſtinetur, *leg. filio præterito*, juncta ejus Gloſſa *digeſt. de injuſto, rupto*: imo potius approbavit patris judicium accipiendo legatum ex ejus teſtamento, *libro tertio, paragraph finali, digeſt. de bonorum poſſeſſione contra tabulas, leg. filium. paragraph. omnibus, digeſt. de legatis præſtandis.* Sed hæc interpretatio ſimiliter improbatur ex eo, quia in *textu noſtro* non conſtat de approbatione Altherochæ ſiquidem etiamſi adhuc tacuerit nullum teſtamentum redditur *principio inſtitutionum de exhæredatione liberorum.*

Quare omiſſa N. interpretatio. in præſenti *numer.* 3. 4. 47 & 52. quam ſequitur Menchaca *de ſucceſſionum creatione* §. 20. *num.* 229. veriſſimè eſt dicendum, Pontificem in præſenti, non retuliſſe ſpecificè formam teſtamenti, & omnes ejus partes: ſed tantum id de quo dubitatur expreſsè, ſcilicet de reſtitutione hæreditatis ex fideicommiſſo ipſi Altherochæ facienda; præſupponit tamen terminos habiles, ſcilicet teſtamentum valuiſſe & legitime factum fuiſſe, juxta textum *in leg. qui teſtamento. in principio, digeſt. de teſtamentis*: & ſic Raynutii teſtamentum omnem ſolutionem, & requiſita habuiſſe; itaque Altherocham inſtitutam fuiſſe, docet Gloſſa *in præſenti*, verbo, *relinquens*, Covarruvias *dicto* §. 1. *numero ſeptimo*, Coſta *dicto cap. ſi pater*, 1. *part.* verb. *Bonis ſuis*, *num.* 14. Berojus *in præſenti*, *n.* 36. Boerius *num.* 43.

5 Tertiò ſolutioni obſtabit ſequens conſideratio, videlicet, nam ſi in præſenti aliqua inſtitutio in perſona Alterochæ eſſet facta, præcipuè fuiſſet in illa re certa; nempe in domo, & horto; ſed inſtitutus in re certa dato cohærede univerſali, habetur loco legatarii, *leg. quoties, Codic. de hæredibus inſtituendis*, ſed in præſenti *Adjecta* filia fuit cohæredes inſtituta: ergo inſtitutio Alterochæ, tanquam in re certa facta neutiquam valere potuit, cum loco legatarii habeatur. Pro cujus dubii, ſolutione adnotandum eſt, quod de *jure noſtro Pontificio*, & *Authenticorum*, filius inſtitutus in re certa, dato cohærede univerſali, non poteſt querelam inofficioſi teſtamenti intentare adverſus patris teſtamentum, textus *in cap. ſi pater hoc titul. libro ſexto. Authentico, ut cum de appellatione*: §. *Cæterum*; meritò, cum in præſenti Alterocha fuiſſet in re certa inſtituta, juſta de cauſa valuit teſtamentum. Nec obſtabit textus *in dicta leg. quoties, Codic. de hæredibus inſtituendis*; Quia reſpondendum eſt, inſtitutum in re certa, quoad aliquos effectus, aliquando hæredis, aliquando verò legatarii nomen habere: quos omnes refert Coſta *in dicto cap. ſi pater*, verbo, *In re certa, numero duodecimo*, meritò in textu noſtro illa inſtitutio Alterochæ in re certa habuit effectum hæredis, ut ſic teſtamentum inter liberos valeret notat Covarr. *in præſenti*, §. 1. *n. fin.*

6 Quartò, adversus hunc communem nostri textus intellectum obstabit dicere quod non fuit necessarium instituere Alterocham in primo gradu; quia licet in primo gradu institutionis Alterocha esset præterita, adhuc tamen testamentum valere potuit, & incipere à secundo gradu, ex eo quod filia Adjecta fuit hæres instituta, *leg. si filius* 75. *ff. de hæredibus instituendis*; *l. ex facto*, §. *Lucius*, *leg. si pater filium. ff. de vulgari.* Cui difficultati, omissa interpretatione, quam refert Gloss. *verb. Idem filio*, *in d. cap. si pater hoc titul. lib.* 6. facillimè respondendum est, quod jura illa loquuntur, quando extraneus est institutus in primo gradu & filius substitutus; nam tunc incipit testamentum valere à secundo gradu: at verò cum in præsenti *Adjecta* filia fuisset instituta, & alia filia Alterocha si esset præterita, non posset testamemtum valere à secundo gradu: Ideo justa de causa, non valeret supponendum est Altherœham, etiam in re certa fuisse institutam. Ratio differentiæ est, quia in primo casu filius substitutus est sub conditione, si extraneus hæres non erit, quæ conditio relata ad extraneum efficitur necessaria; quia extraneus, filio præterito, hæres esse non potest, *leg. inter cætera*, *ff. de liberis & posthumis*; & conditio contraria impossibili est necessaria, notat Gloss. *in leg. impossibilis*, *ff. de verborum obligationibus* Bartolus *in l. 1. ff. de conditionibus institutionum*: nam conditio necessaria non reddit actum conditionalem, *l. si pupillus*, §. 1. *ff. de novationibus*; meritò dicitur filius ita purè institutus: at verò, quando prima filia est instituta, & altera secunda substituta tunc in primo gradu reperitur secunda præterita; & in secundo gradu, etiam prima; & ideo nulla ratione valeret testamentum; siquidem una simpliciter sine alia hæres institui non poterat, cum ex præteritione alterius, ruptum maneat testamentum. Nec obstabit, si dixeris, quod filius institui non potest sub alia conditione, quam potestativa, *l. Juus quoque*, *ff. de hæredibus instituendis*; *l. si pater*, *C. de institutionibus*, *& substitutionibus*, & sic nec in casu extranei primi instituti, locum habere poterat. Quia respondendum est, eo in casu, filium quasi purè institutum esse censendum.

7 Quintò, huic nostri textus intellectui obstabit dicere, quod testamentum Raynutii potuit valere, etiam si Altherocha ejus filia non fuisset instituta in primo gradu, cum fuisset substituta sub illa conditione, si *Adjecta* ejus soror sine liberis decederet; quæ conditio tolli debet, & sic manet pura illa institutio; *leg. quoniam in prioribus*, *Cod. de inofficioso testamento*; & conducit celebris *Bartoli* doctrina *in l. in quartam*, *num.* 14. *ff. ad legem falcidiam*, Alexandri *ibidem*, *num.* 20. dum asserunt, quod filius debet imputare in legitimam, id quod habet ex substitutione vulgari, vel fideicommissaria; quia cum omnis conditio tollatur de legitima, *dicta leg. quoniam*, & sic rejecta illa conditione substitutionis, manet institutio pura, cum substitutio sit secunda institutio, *leg. quod vulgo*, *leg. in ratione*, *ff. ad legem falcidiam.* Pro cujus dubii solutione adnotandum est, quod inter cæteras limitationes illius *legis*, *quoniam*, illa est præcipua communiter recepta, quod cum lex illa procedat, quando remota conditione, simul tollitur substantia dispositionis, mutatur forma, & modus capiendi, ut exemplificat Angelus *in leg. Juus quoque*; *ff. de hæredibus instituendis*: Jason. *in dicta leg. quoniam*, *versiculo* 6. Quo supposito, jam facilis manet solutio, nam cum rejecta illa conditione vulgaris substitutionis, mutetur substantia dispositionis, & modus capiendi quia de substituto in secundo gradu, fiet institutus in primo; non tollitur illa conditio, & testamentum valet, ut advertit Costa, *in dicto capit. si pater*, verbo, *In re certa n.* 28. & verbo. *Idem filio*, *n.* 54.

Nec obstabit, si dixeris in præsenti, non vulgarem, sed fideicommissariam substitutionem fuisse (ut infrà dicemus) & notat ejus Glossa, verbo, *Absque liberis*, & conditio fideicommissariæ institutionis rejicitur, juxta tetum *in leg. scimus*, §. *Cum autem*, *Cod. de inofficioso testamento*: Quia respondendum est, hoc verum esse in hoc sensu, ut filius non obstante illa conditione, statim legitimam consequatur, sine ullo gravamine, & dilatione; sed non ex eo mutat modum capiendi; ita ut ex substituto fiat institutus, & hæres directus; imo Legitimam capit de manu hæredis ut satis probatur *in dicto* §. *cum autem*: & ita nunquam dicitur Altherocha instituta in sua legitima: notat Alb. *in d. l. quoniam*, *n.* 2.

8 Sextò contra communem nostri textus intellectum obstabit dicere, quod in præsenti nulla filia instituta reperiatur; quia cum in utriusque dispositione reperiatur verbum, Relinquo, quod potius legatum, quàm hæredis institutionem demonstrat, *argumento textus in l. cogi*, §. *generaliter*; *leg. nam quod*, §. *non omnis*, *ff. ad Senatus Consultum Trebellianum*, Antonius Gomez *in l.* 49. *Tauri*, *numero* 31. siquidem verbum, *Relictum*, significat legatum *l. præfectus*, *ff. de ritu nuptiarum*; *l.* 1. *in principio*, *ff. de usufructu accrescendo*: Ergo in præsenti nulla reperitur hæredis institutio, sed legatum tantum. Cui dubio respondendum est, verbum, Relinquo, adjectum universitati bonorum inducit hæredis institutionem, ut colligitur ex *textu nostro*; & notat Abbas *ibidem*, *numer.* 3. Imola *num.* 7. Berojus *num.* 20. Si verò adiiciatur certæ rei, vel quantitati, non inducit hæredis institutionem; etiam non dato cohærede, *Authentic. ut cum de appellatione*: §. *Aliud quoque*: juncto §. *cæterum*, *collatione* 8. & ita obtinent jura *supra* in argumento adducta. Diversum tamen esset in verbo, *Lego*, quia etiamsi adiiciatur universitati bonorum non inducit hæredis institutionem, quia verbum *Lego*, sua natura est verbum particulare obligativum, & importat legatum capiendum de manu hæredis, *l. 2. in fine*, *C. communia de legatis*: §. 1. & 2. *Inst. de legatis.*

Nec obstat textus *in capit. Raynaldus* 18. *hoc titulo*, qui contrarium suadere videtur, ubi quidam legavit patri, & filiis medietatem quorundam bonorum, & tamen ibi appellantur hæredes: notat Cardinalis *in eodem textu*, *numero* 49. & 53. siquidem verbum, *Lego*, ibidem universitati bonorum adjectum, sicut verbum, *Relinquo*, inducit hæredis institutionem. Quia respondendum est, textum *in dicto cap. Raynaldus*, esse intelligendum, quando ex mera voluntate testatoris colligitur velle hæredem instituere, ut constat ex *textu nostro*, de sorore Altherocha; quo in casu, quibuscumque verbis usus fuerit non corruit ejus testamentum, propter defectum hæredis instituti, *argumento textus in leg. quoniam indignum*, *Codic. de testamentis*, alias inducit legatum, vel fideicommissum, quando alius in testamento est hæres institutus *l. mulier*, §. *finali*, *ff. ad Senatus Consultum Trebellianum*, *l. non amplius* 26. §. *fin. ff. de legatis* 3. notat Berojus *in præsenti*, *num.* 53. *cum sequentibus*, Covarr. *nu.* 5. Peralta *in rubrica*, *ff. de hæredibus instituendis*, *num.* 153. Matienzo *in l. 1. titul.* 14. *glossa* 4. *num.* 85. *lib.* 5. *Recopilat.*

9 Septimò, adversus textum nostrum in versiculo, *Domum*, *& quendam hortum*, obstabit dicere; quod in legato domus, etiam hortus continetur, *l. prædiis* 89. §. *qui domum*, *ff. de legatis* 3. *l. testatoris*: §. *fin. ff. si servitus vindicetur*: Ergo non oportet domum, & hortum separatim exprimere. Cui dubio breviter, & verissimè est dicendum: quod quotiescumque legatur domus, non censetur legatus hortus, quando non cohæret domui, & ita oportet utrumque exprimere, juxta *textum nostrum*: & in *cap. fin.* 12. *quæstione* 3. at verò, quando hortus est cohærens, & connexus domui tunc legata domo censetur legatus hortus, quia accessorium sequitur naturam sui principalis *capit. accessorium*, *de regulis juris*, *lib.* 6. & ita procedunt jura *suprà* in argumento; & tex. *in leg Olympico*, *digest. de servitutib. urbanor.* notat Gloss. *in dict. cap. finali*, 12. *quæstion.* 2. Decius *in præsenti*, *num.* 58. & 68.

Menochius

Menochius *lib.4.de præſumptionibus, præſumptione* 103. *num.* 7.

10 Octavò adverſus *textum noſtrum*, verſicul. *Adiiciens, ut Altherocha, & Soboles, quam geſtabat in utero*: obſtabit principium illud, quo docemur, quod quando inſtitutio eſt facta inter eos, inter quos ineſt ordo charitatis; cenſentur vocati ordine ſucceſſivo; *leg. Gallus*, §. *quidam rectè, ff. de liberis, & poſthumis*; *l. cum in teſtamento, ff. de hæredibus inſtituendis*; ſed in præſenti vocatur Altherocha, & Soboles, inter quos cadit ordo charitatis, *leg. cum pater*, §. *penultimo*, *ff. de legatis* 2. & tamen non vocantur ordine ſucceſſivo, ſed ſimul admittuntur: ergo noſtri textus deciſio ſuſtineri non poteſt. Qua in difficultate dicendum eſt textum *in dict. l. Gallus*, §. *quidam*, procedere, quando fuit neceſſitas cauſativa; ſcilicèt, inſtituendi filium, & nepotes ſimul; ne filio præmortuo ante patrem, & nepotibus illius locum habentibus, cum eſſent præteriti corrueret teſtamentum; at verò in *textu noſtro*, nulla fuit neceſſitas inſtituendi filiam Altherocham, & Sobolem, cum etiam extraneum poſſet ſubſtituere, *leg. cohæredi*, §. *cum filio, ff. de vulgari*; §. *Finali. Inſt. de pupillari ſubſtitutione*; atque ideo in præſenti cenſentur vocati ſimul. Cui ſolutioni obſtabit textus *in leg. hujus* 88. §. *inſtituto* 15. *ff. de legatis* 2. ubi pater inſtituit filium, & nepotes, & cum adeſſet eadem neceſſitas caulativa, tamen adhuc ſimul admittuntur, & non ordine ſucceſſivo. Sed reſpondendum eſt; quod licet fuiſſet neceſſitas inſtituendi filium, & nepotes emancipatos, ne contra tabulas teſtamenti, jure prætorio venirent, *leg.* 3. §. *ſi emancipatos*, *digeſt. de bonorum poſſeſſionibus contra tabulas*: Tamen ideo ſimul vocati cenſentur; quia ratio ſermonis non convenit ordini ſucceſſivo: de cujus textus interpretatione plura ſcripſit Menochius *lib.4. de præſumptionibus præſumptione* 7. *num.* 34. Berojus *in præſenti, num.* 73. Julius Clarus, §. *Teſtamentum*, *quæſtione* 80. Covarruvias *in præſenti*, §. 2. *num.* 2. Molin. *lib.* 1. *de primogeniis*, *capit.* 6. *nu.* 2.

11 Nonò adverſus textum noſtrum, in verſiculo *Cum omnibus bonis*, obſtabit dicere, quod licet mulier poſſit omnia bona in dotem dare; *leg. mulier bona ff. de jure dotium*; *l. nulla, Cod. eodem.* tamen tutor, nec curator poteſt pro minore omnia bona, ſine decreto Prætoris in dotem dati permittere, *l. quæ tutorem*, *C. de adminiſtratione tutorum*, *leg. ſive generalis*, *ff. de jure dotium*; ſed in præſenti tutores propria authoritate *Adjectam*, cum omnibus bonis in matrimonium collocaverunt: ergo noſtri textus deciſio pro hac parte ſuſtineri non poteſt. Cui dubio communiter dici ſolet, quod textus *in dicta l. ſive generalis*, *ff. de jure dotium*, cum *ſimilibus*, procedunt, quando ipſe tutor, vel curator voluit alienare bona ipſius mulieris minoris, ut pro dote pecuniam daret, quia tunc requiritur Judicis decretum; at verò, quando bona publicè in dotem dedit, rectè poterit ſine decreto dare, *l. ſi filio* 41. *ff. de legat.* 3. & ita procedit textus noſter, ut notat Abbas *ibidem not.* 6. Berojus *n.* 16. Vel aliter, & melius ſolvi poterit, diſtinguendo inter bona immobilia ipſius minoris, quæ etiam ad dotem conſtituendam ſine cauſæ cognitione, & decreto Judicis alienari non poſſunt, Gl. *in leg.* 1. *C. ſi adverſus dotem*; at verò mobilia, quæ ſervando ſervari non poſſunt, à tutore, ſine ullo decreto in dotem dari poſſunt, *d. l. lex, C. de adminiſtrat. tutorum* & Covarr. eandem diſtinctionem comprobat in rebus æſtimatis in dotem datis, quando æſtimatio facit emptionem, Covarruvias *in practicis quæſtionibus capite vigeſimo octavo*, *numero decimo*, Anton. Gomez *in l.* 80. *n.* 14.

12 Decimò adverſus *textum noſtrum* in verſicul. *Annalis præſcriptio*, obſtabit dicere, quòd hæc Annalis præſcriptio ſublata eſt per Juſtinianum *in leg. unica Cod. de uſucapione transformanda*; ſed textus noſter fuit conditus ab Innocent. III. multo poſt, ſcilicet 600. annos, poſt Juſtinianum, ſiquidem Juſtinianus floruit anno 565. Innocentius verò 1129. Ergo noſtri textus deciſio in *hoc verſic.* admitti non debet. In qua difficultate, Berojus *in præſenti*, *n.* 4. & 47. novam conatur conſtituere ſolutionem, ſcilicet, textum noſtrum non eſſe conditum ab Innocentio III. ſed ab Innocentio I. qui fuit Pontifex anno 412. poſt nativitatem Chriſti, & ita multo antè Juſtinianum, qui imperavit anno 565. & incœperat ann. 527. qui fuit auctor *illius leg. unicæ, Cod. de Annali exceptione*: princip. *Inſtitutionum, de uſucapionibus*, & ita cum illo Innocentii I. tempore nondum eſſet ſublata Annalis exceptio, rectè in præſenti potuit à partibus opponi: Cujus ſententiam, eodem non relato, ſecutus eſt Menchaca *de ſucceſſion. creatione*, §. 20. *num.* 229. & antea fuit Saliceti *in l. fin. C. familiæ herciſcundæ*. Sed hæc interpretatio apertè convincitur ex eo, quia in *omnibus* Codicibus textus noſter tribuitur Innocentio III. qui floruit anno 1197. & ita multo poſt Juſtinianum: Notat Hornoſius, Platina, & Genebrardus *in ejus vita*: Franciſcus Longius, & Spondanus *in eodem anno*. Nec obſtat, quod in præſenti fiat mentio Annalis præſcriptionis: quia fuit allegatio partis, cujus nulla eſt habita ratio in deciſione ab Innocentio III. tanquam imperita, nec illa verba narrativa aliquam inducunt diſpoſitionem: notat Gl. *in l. unica, C. quando non petentium partes.*

13 Undecimò, contra *textum noſtrum*, in verſiculo *Quartam trebellianicam*, obſtabit dicere, quod cum deducitur legitima portio debita jure naturæ, non eſt deducenda quarta Trebellianica; ſed in præſenti utramque deduci jubet Innocentius, ergo non rectè illud definitur. Antecedens probatur ex eo, quia regulariter ea, quæ imputantur in quartam Trebellianicam, etiam imputantur in quartam falcidiam; *leg. in quartam, ff. ad legem falcid.* ſed filius legatis oneratus ex l. falcidia, unica tantum utitur retentione, *l. Papinianus*; §. *Quarto autem*, verſ. *Nam ſi, ff. de inofficioſo teſtam.* Ergo eadem ratione ex quarta Trebellianica. Cujus dubii ſolutio pendet ex his, quæ ſuprà retulimus in decidendi ratione, ubi latè diximus, quomodo, & quando filio quarta legitima, & Trebellianica competat? at argumentum deſumptum ex ſimilitudine Quartæ falcidiæ, cum Quarta Trebellianica eſt infirmum, eo quòd quarta Trebellianica deducitur ex fideicommiſſo univerſali, cum quis gravatus eſt reſtituere totam hæreditatem, vel illius partem; at verò falcidia deducitur ex legatis, & fideicommiſſis particularibus: ita ut dodrantem hæreditatis excedant: notat Gloſſa *in rubrica Cod. ad Senatus Conſultum Trebellianum*, Gloſſ. *in rubrica Cod. ad legem falcidiam*; Gloſſa *in leg. quoties*, *l. filium*, *Cod. familiæ herciſcundæ*; Gloſſa *in cap. ſi pater*, verbo, *Trebellianicæ. hoc titulo*, *lib.* 6. *l.* 1. *& fin. tit.* 11. *parte* 6. latè Coſta *in d. c. ſi pater*, verbo, *Trebellianicæ*, *n.* 16.

Quo ſuppoſito reſpondendum eſt, diverſum eſſe in falcidia, quam in Trebellianica, & ita ultra legitimam filius poteſt deducere Trebellianicam ex juribus, & rationibus ſuprà in decidendi ratione adductis, *dicto cap. Raynaldus*, *hoc titulo*. Sed hoc non eſt diſpoſitum de jure Canonico, quoad falcidiam, & ita obſervari debet textus *in dicta leg. Papinianus*, §. *Quarta autem*, verſiculo, *Nam ſi, ff. de inofficioſo teſtamento*, qui aſſerit quod deducta falcidia, legitima non deducatur; & ſic nec ad falcidiam noſtri textus deciſio debet extendi, ut notat Cujacius *lib.* 8. *obſervationum, cap.* 3. quia in falcidia diverſa ratio eſt; nam licet plura imputentur in Trebellianicam, quàm in falcidiam, *dicta leg. in quartam*; tamen aliquando durius agitur cum detrahente falcidiam, quàm cum detrahente Trebellianicam, *leg. jubemus*, *Codic. ad Senatus Conſultum Trebellianum*: Coſta *ubi ſupra* verbo, *Trebellianica*, *numero* 11. quam differentiæ rationem conatur reddere Boetius *in præſenti*, *num.* 33. Covarruvias *in præſenti* §. 11. *nu.* 7. de qua r videndus eſt noviſſimè Carvallo *de una & altera Quarta in cap.*

Raynaldus, hoc titulo prima parte, numer. 95. cum ſequentibus.

14 Duodecimò contra *textum noſtrum*, verſic. *In legitima non potuit gravari*, obſtabit dicere, quod filius in legitima, pupillari ſubſtitutione gravari poteſt, *dict. cap. ſi pater, hoc tit. lib. 6. l. ex tribus, Cod. de inofficioſo teſtam. leg. Papinianus, §. quis impuberi, ff. eodem.* Verùm huic dubio reſpondendum eſt, veriſſimùm eſſe, patrem poſſe in legitima filio pupillariter ſubſtituere, ex *dictis juribus*; ſed nullum ex hoc eidem filio gravamen infertur, cùm potiùs ejus utilitatem, & favorem, hujuſmodi ſubſtitutio pupillaris contineat, *l. ſi pupillus*, aliàs incipit, *Julianus, ff. de acquirenda hæreditate*; ita intelligunt Baldus, Salicetus, & omnes *in d. l. ex tribus*, Rodericus Suarez *in repetitione legis quoniam in prioribus, C. de inofficioſo teſtamento*; *li. mitatione* 1. *n.* 3.

Sed huic ſolutioni valdè obſtabit textus *in l. ſi pater puellæ, C. de inofficioſo teſtamento*, ubi valet gravamen injunctum duobus filiis ad invicem per ſubſtitutionem fideicommiſſariam. Sed dicendum eſt, textum illum locum habere, & procedere in reciproco fideicommiſſo; cui ratione non dicuntur filii gravati in Legitima, cum ratione ſpei, & futuri eventus, poſſint ſe habere ad commodum; nam ibi ex aliquo actu poteſt quis conſequi commodum, ſicut & damnum, licet caſualiter contingat afferre damnum; & non exindè dicitur quis lædi ex illo actu: notat Menchaca *de ſucceſſionum creatione*, 1. *part.* §. 10. *num.* 250. Padill. alios referens *in l. fideicommiſſo, numer.* 2. *C. de tranſactionib.* Roder. Suarez *in d. cap. quoniam, ampliatione* 6. *circa finem, & in num.* 14. ex quibus omnibus conſtat, patrem non poſſe filium in legitima, ſibi jure naturæ, & legis diſpoſitione debita, aliquo modo gravare: qua ſententia ſic retenta, ad plurium jurium interpretationem, utitur Coſta *ubi ſuprà*, verbo, *Debita, num.* 4. *cum ſeqq.* Antonius Gomez *lib.* 1. *variarum, capite.* 3. *numer.* 17. *&* 22. Carvallo *de altera quarta, in cap. Raynutius, hoc tit. n.* 551.

Decimo tertiò, adverſus noſtri textus concluſionem obſtabit dicere, quòd compendioſa ſubſtitutio à pagano verbis directis & civilibus facta, expirat poſt pubertatem, nec convertitur in fideicommiſſariam, *l. verbis civilibus. ff. de vulgari, & pupillari* argumento *legis, centuria* 14. *ff. eodem*, ab ſpeciali in mi-15 lite ſumpto; ſed in præſenti fuit ſubſtitutio compendioſa verbis directis facta, ut conſtat ex *verſiculo, Eidem impuberi ſuccederet*: Ergo non potuit poſt pubertatem ad fideicommiſſariam trahi. In qua difficultate, omiſſa nonnullorum interpretatione, exiſtimantium, compendioſam ſubſtitutionem verbis directis & civilibus à pagano impuberi factam, poſt pubertatem obliquari, & in fideicommiſſariam converti, quamvis ante pubertatem potuerit valere jure directo, & ita aſſerunt eſſe intelligendum *textum noſtrum*, & textum *in d. cap. ſi pater*; quam ſententiam tenet Joann. Andreas *in dict. c. ſi pater, num.* 9. Abbas *in præſenti, nu.* 2. Berojus *num.* 527. Verius eſt dicendum, ſubſtitutionem compendioſam, poſt pubertatem omninò extingui, nec converti in fideicommiſſariam: notat Gloſſa *in præſenti*, verbo, *Subſtitutionis*: *& in dicto cap. ſi pater?* verbo, *Abſque deductione*; & in §. *Qua ratione*, verſiculo, *Ad exemplum, in fine Inſtitut. de pupillari ſubſtitutione*, & conſtat expreſſè *ex dicta l. verbis civilibus*, verſiculo, *Fruſtra fieri convenit.* Conſideratio eſt, quod ſi jure fideicommiſſaria valitura eſſet ſubſtitutio, non fruſtra fieret. Deinde probatur *ex dicta leg. Centurio*, verſic. *Poſt eam autem ætatem*, ubi ob ſpeciale militare privilegium id ibi permittitur. Præterea facit textus *in dicto cap. ſi pater*, verſic. *Quamquam directa, ex cauſa interdum ad fideicommiſſarium trahatur*: ergo regulariter non obliquatur. Rurſus pro hac ſententia facit textus *in l. prima, l. illud.* §. *tractari, ff. de jure codicillorum*, ubi ſubſtitutio directa, facta ex teſtamento nullo, ſicut jure directo non valet, ita nec jure fideicommiſſi. Rurſus de jure Regio confirmatur ex *l.* 12. *titulo*, 5. *p.* 6. verſ. *Es ya chel.* Qua retenta in judicando, & conſulendo; non obſtat *textus noſter.* in verſic. *Succederet*, juncto verſic. *Poſtmodum*; & ibi *Ex cauſa fideicommiſſi*, dum compendioſam ſubſtitutionem, poſt pubertatem, ad fideicommiſſariam trahit; quia reſpondendum eſt, in Compendioſa ſubſtitutione verba eſſe in triplici differentia, ſcilicèt directa, & obliqua, & communia? notat Bartolus *in dicta leg. Centurio, numero* 43. Baldus *in leg. final. numero* 12. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*; ſed verbum, *ſuccederent*, de quo *in præſenti*, non eſt ſimpliciter directum, ſed commune, cum tam ad directam, quàm ad obliquam ſubſtitutionem adaptari poſſit: notat idem Bartol. allegans text. noſtrum in *d. l. Centurio, n.* 52. Imol. *in præſenti, num.* 160. & probatur *ex l. non ſolum, ff. de in integrum reſtitutione*: Ergo rectè *in præſenti* hæc ſubſtitutio ad fideicommiſſariam trahitur. Sed licet hæc ſolutio veriſſima ſit, tamen maximè repugnat literis noſtri textus; dum in dubio ait, *eidem puberi ſuccederent*, quæ verba ad perſonam filii impuberis, non autem patris referuntur; quo caſu verbum, *ſuccederent*, non reputatur commune, ſed directum; ut notat Coſta *in capit. ſi pater*, 1. *parte*, Gloſſ. verbo, *Morcretur*, *numero* 12. undè fatendum eſt verbum, *ſuccederent*, in textu noſtro, eſſe ſimpliciter directum; ſiquidem ad perſonam filii inſtituti in caſu dubio refertur. Quare his, & aliis omiſſis dicendum eſt, *textum noſtrum* ſpeciali jure procedere.

Primò, quia Raynutius *in præſenti*, non fuit uſus verbis directis civilibus, ſed verbis directis tantum, inter quæ eſt differentia, ut ſubſtitutio facta per verba illa civilia, nunquam trahatur ad fideicommiſſum; ſubſtitutio verò, per directa ſimpliciter, ad ipſum tantum per interpretationem trahatur, notat Bartolus *in dicta leg. Centurio, n.* 15. *& ſequentibus*, Coſta *ubi ſupra n.* 72.

Secundò, quia in præſenti fuit appoſita conditio illa, *Si ſine liberis deceſſerit*, quæ poſt pubertatem operatur effectum fideicommiſſi: Coſta *ubi ſupra*, 3. *parte, gloſſa, verbis, n.* 15.

Tertiò, conſtat, Raynutium teſtamentum feciſſe inter liberos, quo caſu ſemper in teſtamento ſubintelligitur clauſula illa codicillaris, ut teſtamentum valeat meliori modo, quo poſſit; *leg. coheredi*, §. *Cum filia*, verſic. *Non valuit ff. de vulgari*: Covarr. *in præſenti*, §. 1. *numero ſecundo*, & clauſula hæc codicillaris operatur, ut compendioſa ſubſtitutio verbis directis facta, poſt pubertatem obliquetur, Coſta *ubi ſupra.* 3. *parte*, 1. *gloſſa*, verbo, *Interdum*, *numero* 80. Ratio eſt, quia verba, *Quandocunque deceſſerit, vel ſine liberis moriatur*; denotant teſtatorem omni tempore ſubſtituere voluiſſe: & quando conſtat de mente, & ſenſu teſtantium, non eſt curandum de proprietate, & ſubtilitate verborum, *leg.* 3. *Cod. de liberis præteritis*; *leg. quoniam indignum, Cod. de teſtamentis*; *leg. ex facto, in principio, ff. ad Senatus Conſultum Trebellianum.*

Decimo quartò, contra *textum noſtrum* in verſiculo, 16 *Ita videlicet, quod fructus*: obſtabit dicere, quod filii primi gradus, de reſtituenda hæreditate gravati, non imputant in quartam Trebellianicam fructus perceptos hæreditate; *leg. jubemus, Cod. ad Senatus Conſultum Trebellianum*: Ergo non rectè *in præſenti* contrarium ſtatutum eſt. Sed huic dubio reſponderi poteſt, cum Gloſſa *in præſenti*, verbo, *A tempore litis conteſtatæ. in fine*, communiter approbata, dum aſſerit, textum *dict. leg. jubemus*; dumtaxat procedere in fructibus ante litem conteſtatam perceptis, quos ipſi filii primi gradus, non tenentur in quartam computare; at verò poſt litis conteſtationem perceptos in ipſam Trebellianicam computabunt, ex *textu noſtro*: notat Gloſſa, *verbo, Hæreditarii, in fine*, in *dicta leg. jubemus*, quam ſequuntur Doctores omnes *in præſenti.*

Unde deducitur, veram non eſſe propoſitionem Pauli Caſtrenſis

Caſtr. *in l. mulier. § cum proponitur n. 6. ff. ad Senatus Conſultum Trebellianum*, cui adſtipulatur Alexander *ibid. num.* 8. exiſtimantis textum *in dicta leg. jubemus*, locum non habere, quando filius ſic gravatus deducit duas Quartas; nam eo in caſu tenebitur fructus in Trebellianicam imputare: & fundatur ex verbis *dicta legis, jubemus*; dum dicit, *dodrans reſtituatur*; ex quo Imperator hoc privilegium tribuere videtur liberis primi gradus, eo caſu tantum, quando dodrans reſtituitur; at verò, quando quis detrahit duas quartas, non reſtituit integrum dodrantem, & ſic non procedit in illa ſpecie. Sed textus ille efficaciter id non probat, nam verba illa intelligi debent de ſecundo dodrante, qui reſtituitur deducta Trebellianica, non verò de primo, ex quo jam deducta erat legitima: & ita textum illum intelligunt Bald. *in l. filium quem habentem, num.* 26. *C. familiæ herciſcundæ*; Anton. Contius *in lib. diſputationum juris civilis cap.* 3.

Quare contraria opinio verior & receptior eſt, ut filius etiam tunc non teneatur fructus in Trebellianicam imputare; ut expreſsè probatur ex *textu noſtro*, in quo filia duas Quartas deducit, & tamen in Trebellianicam non imputat fructus, niſi tantum perceptos poſt litem conteſtatam: notat Angelus *conſilio* 121. Berojus *in præſenti num.* 150. Sed hic intellectus ſcrupulum patitur ex *textu noſtro*, verſiculo incipiente, *poſtmodum*, & ibi: *Super bonis ejuſdem Adiecta ſuſcitata materia quæſtionis*, & ibi: *Cœperunt litigare*: Ex quibus ſupponitur petitio, & interpellatio ex parte Altherochæ; ac proinde videbatur hæres in mora conſtituta.

Quare noviſſimè, cum Doctore Carvallho, *de una & altera Quarta, in cap. Raynaldus, hoc tit. 4. part. cap. 3. n.* 70. dicendum eſt *in præſenti* indiſtinctè Pontificem negaſſe fideicommiſſario obligationem reſtituendi, contendebat enim hæres dominium adquiſiſſe ex præſcriptione pro dote, quæ cum ſufficiat ad acquiſitionem dominii præſumitur hæres bonæ fidei poſſeſſor ante litem conteſtatam, cum ignoraret gravamen à Reynutio impoſitum; & ideò ſolùm poſt litem conteſtatam cenſetur malæ fidei poſſeſſor, ut fructus teneatur reſtituere; *l. ſed & ſi, §. ſi ante, ff. de petitione hæreditatis*; *leg. certum, Cod. de rei vind. catione*: quæ interpretatio deducitur ex *textu noſtro*, verſiculo, *Poſtmodum*, ex quo conſtat *in præſenti*, non negare hæredem, per interpellationem conſtitui in mora, etiam ante litem conteſtatam, ſed excuſari ex modo, & rationibus *ſupra* adductis.

Ad textum in cap. Tua nobis 17. cap. Nos quidem 3. cap. Si hæredes 6. cap. Joannes 19. de teſtamentis.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus poteſt compellere executores teſtamentarios, ut bona fideliter & plenariè expendant in pios uſus, ſecundum voluntatem teſtatoris, quantumvis hoc teſtator eis prohibuerit.*

2 *Teſtantium voluntates, Reipublicæ intereſt exitum habere.*

Teſtamentarius executor intra annum teſtamentum, exequi debet.

Epiſcopo competit, ut in ejus Diœceſi peccata evitentur.

Teſtatoris privata diſpoſitio, non poteſt generalem conſtitutionem legis, vel Canonis mutare.

3 Cap. prim. *cum* ſequentibus, Ne Clerici, vel Monachi: cap. generaliter, 17. quæſt. 1. cap. de teſtamentis.

Monachi, & Clerici, an poſſint eſſe executores teſtamentorum.

4 Clementina, Exivit, §. Verum, de verborum ſignificatione.

5 *Pontifici Maximo quomodò utraque poteſtas, ſpiritualis, & temporalis, ſit tributa.*

6 Cap. nos quidem 3. de teſtam.

7 Cap. ſi hæredes 6. de teſtam.

Hæres recuſans adimplere teſtatoris voluntatem, quomodo & à quo compelli poſſit.

8 Cap. Licèt univerſi 6. de voto.

9 *Concilium Carthag.* 4. c. 8. *relatum* in c. Epiſcopus, 88. diſtinctione.

10 Lex prima, Codic. de Sacroſanctis Eccleſiis, capit. cum Marthæ, verſicul. Scelerum, de celebratione Miſſarum, capit. ultima voluntas, 13. quæſt. 2.

Teſtatorum voluntas eſt obſervanda, quando juris diſpoſitioni non contradicit, l. Aurelio 21. §. ult. ff. de liberatione legata.

CONCLUSIO.

1 *Epiſcopus poteſt compellere executores teſtamentarios ad hoc, ut bona fideliter, & plenariè expendant in uſus pios. ſecundum voluntatem teſtatoris, quantumvis hoc teſtator prohibuerit.* Quæ concluſio comprobatur ex textu *in cap. nos quidem 3. cap. ſi hæredes 6. cap. Joannes 19. hoc tit. cap. fin in fine, de ſepulturis*; *cap. in literis 5. de raptoribus*: *cap. 2. hoc tit. lib. 6. Clementina unica, de teſtamentis, Clementina Exivi, §. Verum, de verborum ſignificatione*; *cap. Epiſcopus, 88. diſtinct. cap. Sylveſter* 13. 11. *quæſt.* 1. Concilium Tridentinum *ſeſſ. 22. de reformatione, cap. 8. & 9. ſeſſione 25. in decreto, de Purgatorio*; *l. nulli 28. leg. ſi quis ad declinandam 49. §. 1. Cod. de Epiſcopis & Clericis, leg. hæreditas 50. §. 1. ff. de petitione hæreditatis*: *Authentica, hoc amplius, Cod. de fideicommiſſis*; *l. 7. tit. 10. partit. 6* Exornant Franciſcus Carpio *de executoribus*, & *commiſſariis, teſt. tit. 1. c. 26.* Covar. *in præſenti*, Thomas Sanch. *lib 4. moralium conſiliorum, c. 1. dubio 53. & c. 52. & 53.* Idem *de matrimonio, lib. 8. diſp. 2. num. 10.* Gutter. *lib. 1 practicarum quæſt. 45. num 1.* Sarmiento *lib. 1 ſelectarum, c. 11. num. 13.* Spino *in ſpeculo teſtamentorum, titulo de executoribus teſtament. gloſſ. 28. numer. 20.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, 3 part. allegatione 80. & 83. & in collectaneis in dictis juribus*, Marta *de juriſdictione, 4. parte, caſu 88. num. 14. & caſu 113. num. 31.* Acunna *ad Decretum, in cap. Epiſcopus tuitionem*; *88. diſt.* Jacobus de Canibus *de executionibus ultimarum voluntum, part. 2. §. Noviſſimè*, cum traditis à Cenedo *in collectaneis ad decretales, collectanea 114. in c. nos quidem, hoc titulo.*

2 Ratio eſt, quia cùm nihil ſit, quod magis hominibus debeatur, quàm ſupremæ voluntatis eorum obſervatio, poſtquam jam aliud velle non poſſint, *l. 1. C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, & quoniam ſi ille, qui ex teſtamento exequi debet, monitus intra annum, non exequitur, negligens dicatur, *cap. nos quidem 3. hoc titulo*, & periculum ſtet, ut pia voluntas defuncti defraudetur, *Authent. de Eccleſiaſticis titulis, §. Si quis ædificationem*; *collat. 9.* & cum ad Epiſcopum ſpectet invigilare, ut in ejus Diœceſi peccata evitentur, & bona opera adimpleantur, *c. 1. de officio Ordinarii*, & præſertim, ne miſerabiles perſonæ ab iniquis opprimantur. *c. ſuper quibuſdam, de verborum ſignificatione*, debeatque curare, ut Eccleſia, & pauperes relictis piis non defraudentur, *cap. quia, 16. quæſt. 1.* nam defunctus miſerabilis pietate dignus eſt, cum poſſe, & velle ſit deſtitutus, *dicta leg. 1. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, meritò, ſi hæres non adimplet vota defunctorum; relicta à defunctis præcipuè ad pias cauſas, debent per Diœceſanum Epiſcopum executioni mandari: Trident. *dicta ſeſſione 22. c. 8.* & ſi hæres, ſeu executor teſtamentarius, recuſaverit ea adimplere, omnis res, quæ ei relicta eſt, Canonicè debet interdici, cum fructibus, & cæteris emolumentis; *cap. ſi hæres 6. hoc tit. dicto cap. Sylveſter, 11. quæſt. 1.* & ſi hæc pœna non ſufficiat, poterit contra hæredem

procedere usque ad privationem hæreditatis, *leg. fin. cum Authentica, hoc amplius, Cod. de fideicommissis*, siquidem, qui non vult onus, non debet habere munus *c. qui habet, de regulis juris, lib. 6.* Nec hæc executio testamentorum Episcopis aufertur, etiam si testator hoc prohibuerit, ut constat ex *textu nostro*, versiculo, *Licèt*; quia privata testatoris dispositio non potest generalem constitutionem legis, vel Canonis mutare, *cap. requisisti, hoc tit. leg. nemo, ff. de legatis* 1. Siquidem tam Sacri Canones, quàm Civiles leges constituunt Episcopos executores piarum voluntatum testatorum, quando executores testamentarii deficiunt, *c. Joannes, hoc tit. leg. nulli, C. de Episcopis, & Clericis*, meritò, licèt à testatoribus Episcopis interdicatur, eo non obstante Episcopus Diœcesanus providere debet de executione voluntatis testatoris, *Authentic. de Ecclesiasticis titulis*, §. *Si quis autem, collat.* 6. Trident. *sess.* 25. *in decreto de Purgatorio.*

3 Primò, obstabit textus *in cap.* 1. cum *sequentibus. Nè Clerici, vel Monachi*; *c. generaliter*, 17. *quæst.* 1. *c.* 2. *de testamentis*, *lib.* 6. in quibus juribus probatur, Religiosos, vel Clericos sæculares, omninò incapaces esse ad exercendum munus executionis testamentorum: ergo tanquam ex defectu subjecti, non rectè *in præsenti* à Gregorio IX. deciditur Religiosos, vel Clericos sæculares à proprio Episcopo compellendos esse, si non adimpleant voluntatem testatoris, fideliter, & plenariè expendendo bona in pias causas. Sed huic dubio respondendum est, quod licèt Clerici, & Monachi, non debeant se immiscere sæcularibus negotiis, tamen de licentia suorum Prælatorum possunt nominari executores ab aliis personis Ecclesiasticis, vel laicis: notat post alios Zabarella *in dicto cap. Joannes, hoc titulo*, Covarruvias *in præsenti*, & manifestè probatur *ex c.* 2. *hoc titulo*, *lib.* 6. dum asserit Religiosos posse constitui executores testamentorum, de licentia suorum Prælatorum; & Glossa *ibidem*, communiter recepta, *verbo*, *Religiosos*, Thomas Sanchez *in præcepta Decalogi*, *tomo secundo*, *libr.* 6. *c.* 11. *in principio.*

4 Secundò, solutioni obstabit textus *in Clementina*, *Exivi*, §. *Verum*, *de verborum significatione*, ubi prohibetur Religiosis minoribus; etiam de licentia suorum Prælatorum, hoc munus exercere. Sed ab hoc dubio facilè liberamur, dicendo, *textum in dicto* §. *Verum*, esse intelligendum, de Religiosis Minoribus, hoc est Franciscanis, quibus duplici ratione munus illud prohibitum est: *Prima*, quia dicti Ordinis Religiosi, non solùm à receptione proprietatis, dominii, & usus ipsius pecuniæ, verum etiam à qualibet contrectatione ipsius penitus sunt alieni: *secunda*, quia dicti Ordinis professores, pro nulla re temporali possunt in judicio experiri, & hæc ferè nunquam absque litigio, & administratione pecuniæ nequeunt experiri: & licèt hoc munus eis sit interdictum, non tamen illis interdicitur consilium dare executoribus, ut expressè probat *dicta Clementina*, *Exivi*, §. *Proindè*, versiculo, *Verumtamen in his exequendis dari consilium executoribus, ipsorum statui non obstitit.* notat Thom. Sanch. *in præcepta Decalogi*, 2. *tom. lib.* 6. *c.* 11.

5 Tertiò, adversus id, quòd textus noster refert, videlicèt Episcopum posse etiam laicos executores compellere adimplere pias testantium voluntates, obstabit dicere, quod Episcopus non possit hujusmodi executores compellere, cum suæ non sint jurisdictioni subjecti: siquidem Reipublicæ Christianæ gubernatio in duas jurisdictiones divisa reperitur, scilicet, in spiritualem, & temporalem: unam Ecclesiasticam, alteram sæcularem: quam Christus Redemptor noster divisit, & distinxit, *Luca c.* 22. versic. *Ecce duo gladii: cap. duo sunt*, 96. *distinct.* potestas enim spiritualis & Ecclesiastica Pontifici Maximo, temporalis autem & sæcularis Principi sæculari fuit assignata: *cap. pervenit*, 16. *quæst.* 1. *cap. novit, de judiciis*: *leg.* 1. *titul.* 3. *lib.* 1. *Recopilat.* ergo si una jurisdictio ab alia separata est, sequitur, Pontificem, & ejus ministros, qui de personis Ecclesiasticis cognoscunt, de sæcularibus tamen, non posse cognoscere, nec in aliquo eos coërcere, vel compellere: argumen. textus *in dicto c. novit, de judiciis, cap. licèt ex suscepto, de foro competenti*; igitur executores testamentorum non ab Ecclesiastico, sed à sæculari Judice compellendi erunt.

Pro cujus dubii solutione animadvertendum est, quòd Pontifici Maximo, utraque potestas spiritualis, & temporalis fuit tributa, mandata, & assignata: spiritualem sibi, & suis successoribus, & judicibus Ecclesiasticis tantùm reservavit: Temporalem verò, & ejus exercitium Principibus sæcularibus commisit: itaque Pontifex utramque habet potestatem, spiritualem in actu, habitu, & potentia: temporalem verò in habitu tantum, quam ad actum, & exercitium potest reducere, justa existente causa, videlicèt, ob peccatum vitandum: notant omnes *in cap. discernimus, cap. novit, de judiciis.* Secundum quam doctrinam destruitur dubitandi ratio *suprà* adducta: siquidem ratione peccati, ut est in omissionem executionis testamentorum, possit Judex Ecclesiasticus jurisdictionem temporalem, quam in habitu, & potentia habet, ad actum, & exercitium reducere: notat Covarruvias *in præsenti*; *& in cap. peccatum*, 2. *part.* §. 9. *num.* 6. *de regulis juris, lib.* 6. Meritò, mirum non est, quod in *textu nostro*, ratione peccati, Ecclesiasticus Judex possit compellere laicos executores testamentorum, ad pia opera adimplenda.

Quartò, adversus *textum nostrum* obstabit textus *in* 6
cap. nos quidem 3. *hoc titulo*, ubi Gregorius IX. qui etiam est Auctor nostri textus, asserit, quod si executores testamentorum distulerint eorum executionem intra annum adimplere à die monitionis, privantur munere executionis, & devolvitur executio ad Episcopum: igitur non rectè *in præsenti* idem Gregorius IX. asserit prævia monitione, tantum intra annum compellendos esse, ad illam testamentorum executionem. Sed huic dubio respondendum est, quòd licèt executor non exequatur intra annum, potest Episcopus, etiam intra annum, eum ad executionem compellere: cum annus non sit datus ejus favore ad solutionem: sed tantum ultimæ voluntati, & respectu executionis ad Episcopum devolvendæ: notat Vivianus *in rationali ad textum in dicto cap. nos quidem* 3. *hoc titulo*, Divus Antoninus *in summa* 3. *part. tit.* 10. *cap.* 3. §. 9. Vel aliter dici potest, quod cum Episcopo licitum sit, intra quinque menses, aliudvè tempus arbitrarium, cogere hæredes, vel executores testamentorum, etiam quoad legata prophana, per censuram Ecclesiasticam, quamvis à jure illis sit datus annus ad exequendum, *cap. si hæredes* 6. *hoc titulo*, ubi non definitur tempus: sic etiam mirum non est, quod in *textu nostro*, ante annum diffinitum compellantur executores: ita Covarruvias plures referens *in capit. si hæredes*, *hoc titulo.* Gregorius Lopez *in leg.* 6. *titulo* 10. *part.* 6. *glossa* verbo, *Lo mas ayna.*

Quintò, adversus ea, quæ *textus noster* refert, videli- 7
cet, potestatem illam Episcopis concessam ad compellendos executores testamentorum, solummodo esse intelligendam, quoad pias causas, obstabit textus *in cap. si hæredes* 6. *hoc titulo*: ubi Consultus fuit Gregorius IX. quid esset agendum de hæredibus, qui jussa, seu mandata testatorum adimplere recusant: Et generaliter respondit, ab Episcopo illius loci debere interdici omnia, quæ eis relicta sunt, cum fructibus, cæterisque emolumentis, donec votum defunctorum adimpleant, ex qua decisione apertè constat Episcopum posse executores compellere ad exequendum testamentum, etiam quoad prophana. Cui dubio respondendum est, Episcopum non solum jurisdictionem habere, quoad adimplenda bona relicta ad pios usus, sed etiam ad prophanos, ut apparet ex juribus *supra* in decidendi ratione adductis: & probatur, *ex dicto cap. si hæredes*, cum generaliter loquatur: nec contrarium

deciditur

deciditur in *textu noſtro*, ſed tantum ibi ideò fuit facta mentio de relictis ad pias cauſas; quia ita caſus accidit & de illis tantum Pontifex fuit conſultus ; notat Th. Sanch. *lib.* 4. *conſiliorum*, *c.* 54.

8 Sextò, adverſus diſtinctionem communem traditam *in dicto cap. ſi hæredes 6. hoc titulo*: dum *ibi* Authores aſſerunt, quod licèt pœna illa privationis bonorum *ibidem* aſſignata, inſpecto jure antiquo obſervaretur, & procedat tàm in extraneis, quàm in ſuis hæredibus, juxta textum *in leg. ultima, Cod. de fideicommiſſis*; *cap. Sylveſter*, 11. *quæſt.* 1. Tamen hodie ceſſat in filiis, qui quantumvis voluntatem parentum non adimpleant, privari non debent Legitima ſua : *Authentica, hoc ampliùs, Cod. de fideicommiſſis*: quia illis omni jure debita eſt: Obſtabit textus *in cap. licèt univerſi 6. de voto*; ex cujus deciſione colligitur: filium, non adimplentem patris voluntatem, privandum eſſe à ſuo Regno : ergo diſtinctio Doctorum ſuprà adducta defendi non poteſt. Senſit difficultatem Panormitanus *in præſenti*, qui ut eam diſſolvat, aſſerit ideo *ibidem*, filium privatum fuiſſe ſuo Regno, quia votum, quod non adimplebat, factum fuerat in favorem Terræ ſanctæ; ſed quantumvis hoc aliquid apparere videatur, tamen illud inſufficiens eſt ad tantam pœnam infligendam : quapropter dicendum eſt, ideò *in dicto cap. licèt* 6. filium privandum eſſe Regno, quia illud non poteſt dividi, aliàs facilè diminueretur quemadmodum Præbendæ, dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica, quæ diviſionem non patiuntur, juxta prohibitionem Concilii Turonenſis, *in cap. majoribus* 8. *capit. tua* 10. *de Præbendis* ; Lambertinus *de jure patronatus*, *lib.*2. *parte* 1. *art.*17. Garcia *de Beneficiis* 12.*part. cap.* 4. Ita ſimiliter Regnum non debet dividi, & hæc eſt ratio, cur filius inobediens privetur Regno ; ut eleganter animadvertit Covarruvias *in dicto cap. ſi hæredes*, *num.* 13. *cum ſequentibus* : & in ſpecie illius textus, Dux Andreas fuit executor prædictæ pœnæ, ex mandato, & delegatione Pontificis, ut refert Doctor Balboa *in cap.* 2. *de judiciis num.* 1. Covar.latè *ubi ſuprà*; Thom. Sanchez *dict. dub.* 56.*num.* 5. & videre oportet ea quæ nos retulimus ſuprà, *in cap.*1. *de ſolutionibus*,& quæ inferius dicemus *in dict. cap.licèt univerſis*, *de voto.*

Septimò, adverſus *textum noſtrum* obſtabit Con-
9 cilium Carthaginenſe quartum, *cap.* 8. relatum *in cap. Epiſcopus*, 88. *diſtinct.* cuius hæc ſunt verba, *Epiſcopus tuitionem teſtamentorum non ſuſcipiat* : in quibus Concilii verbis omnino Epiſcopis prohibetur tuitio teſtamentorum : ergo Epiſcopus non poterit executores teſtamentorum compellere. In cuius textus difficultate, omiſſa *Gloſſæ* interpretatione *in dict. c. Epiſcopus*,88. *diſtinct.* dum aſſerit,ſenſum illius textus eſſe,ſcilicèt, quod Epiſcopus non ſuſcipiat tuitionem teſtamentorum, id eſt, advocationem, ſiquidem per Epiſcopum debet adimpleri : quod in teſtamento relictum eſt, *cap. ſi hæres* 6. *de teſtamentis*; *leg.hæreditas*, *in fine ff. de petitione hæreditatis* ; magis meliorem eſſe exiſtimo, quam refert eadem Gloſſ. *in principio* relata ab Acunna *ad Decretum in dicto cap. Epiſcopus*, 88.*diſtinct. num.* 1. dum aſſerit, quod in *dicto Concilio* Epiſcopis non prohibetur tuitio, hoc eſt, quoad teſtamentorum executionem; ſed tantum ne coram Epiſcopo aperiantur; ſed tantum coram Magiſtratu ſeculari, quæ interpretatio apertè deducitur, ex textu *in leg.conſulta* 23. *Cod. de teſtamentis*, ubi apertura teſtamentorum Epiſcopis, & Clericis prohibita eſt; de qua re plura congerit Acunna *in dict.cap.Epiſcopus*, 88.*diſtinction.num.* 1. *cum ſequentibus*, Guttierrez *lib.*2. *practicar. quæſt.* 88. *num.* 2.

Octavò, adverſus *textum noſtrum*,quatenus ſupra di-
10 ctam poteſtatem concedit, etiam caſu, quo teſtator prohibuerit, & executionem illam Epiſcopo Diœceſano interdixerit,obſtabit textus *in l.*1. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*; *cap. cum Mart.* verſic.*Cæterum,de celebratione Miſſarum*; *cap. ultima voluntas*, 13.*quæſt.* 2.in quibus juribus cavetur, teſtantium voluntates omnimò eſſe adimplendas: Igitur cùm teſtator diſponat de ſuis rebus, poterit etiam præcipere, ne Epiſcopus compellat executores teſtamentarios, eo caſu quo voluntatem ſuam non adimpleverint, cum tunc videatur juri ſuo renuntiare, argumento textus *in l. ſi quis in conſcribendo*, *C. de pactis.* Sed huic dubio reſpondendum eſt, quod tunc debet teſtantium voluntas obſervari, quando juris diſpoſitioni non adverſatur; ſiquidem privata teſtatoris diſpoſitio non poteſt generalem legis, vel Canonis conſtitutionem mutare, *cap. requiſiſti* 3. *hoc, titulo*; *leg.nemo. ff. de legatis* 1. nam clauſula illa prohibitionis executionis, tanquam illicita, non eſt ſervanda, cum pro non ſcripta habeatur, Trident. *dicta ſeſſione* 22. *cap.* 8. *&* 9. quemadmodum etiam, quando teſtator probibet, ne executores rationes reddere compellantur ; ſiquidem eo non obſtante, eas reddere tenentur : notat Jacobus de Canibus *de executionibus ultimarum voluntatum*, *part.*2.§. *Noviſſimè*, juxta textum *in leg.* 5. aliàs incipit : *ita autem*,§. *Julianus* 7. *ff.de adminiſtratione tutorum.* Ratio eſt, quia jus publicum, quod conſiſtit in vitando dolo à partibus remitti non poteſt: Imò omnis remiſſio futuri doli nulla eſt, *leg. Senatus* 17. §. *illud*, *ff. de pactis*; Covar. *lib.*2.*variarum*, *cap.* 4. *num.* 4.

Nec huic ſententiæ obſtabit textus *in leg. Aurelio* 21 §. *ultimo*, verſiculo, *Quæſtionem*, *ff. de liberatine legata*: *leg. ſi quis rationes*, *ff. eodem*, ubi contrarium deciſum videtur. Quia omiſſa interpretatione, quam refert Padilla *in leg.cum neceſſitatem. num.* 3. *Cod.de fideicommiſſis*: veriſſimè eſt reſpondendum, in illis juribus cenſeri remiſſas rationes de futuro, hoc eſt tantum quoad illa, quæ de levi, & leviſſima culpa in ipſa adminiſtratione fortaſſis contingerre potuit : non autem ſi dolo, vel lata culpa, quæ dolo comparatur, *leg.quod Nerva*, *ff. depoſiti* : poterit etiam ita interpretari text. *in Clementinauni ca, de teſtamentis*: *c.*2.*eodem titulo*,*lib.*6. *cap. tua nos* 9.*de uſuris*, *cap. in literis*, qui mendoſus eſt *in fine.de raptoribus*: *Sylveſter* 13. 11. *quæſt.* 1. *l. conſulta divalia*, *Cod. de teſtamentis.*

TITVLVS XXVII.

De Succeſſionibus ab inteſtato.

Ad textum in cap. Sed hoc 1. cap. Sancto 2. cap. Cum dilectus, finali, huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Clericus bona propria dare poteſt, cui vult: at ſi decedat inteſtatus, & non habeat conſanguineos, ſuccedit Eccleſia.*

2 *Conſanguineis deficientibus uſque ad decimum gradum, nullo facto teſtamento, ad fiſcum ſucceſſio pertinet.*

Vxor marito, & maritus uxori, quomodo invicem ſibi ſuccedant?

Eccleſia Clerico loco uxoris eſt, ſiquidem cum ea ſpiritualiter conjugium contraxit.

Eccleſia in ſucceſſione Clerici inteſtati fiſco præfertur.

Inteſtato Clerico decedenti,in bonis patrimonialibus; quomodo aſcendentes, vel collaterales ſuccedant, & præferantur Eccleſiæ.

3 Cap. de ſucceſſionibus ab inteſtato, cap. ultimo; 12. q. 2. cap. quicumque, 12. quæſt. 3.

4 Cap. Presbyteri 2. de pœnis, cap. accuſatio 15. 2. quæſt. 7.

5 Cap.

Capit Epiſcopus 34. 12. qu. 2. capit. in præſentia 8. de privationibus.

6 L. ſi quis Presbyter, Cod. de Epiſcopis, & Clericis. *Eccleſiæ an uxori, an verò uxor Eccleſiæ ab inteſtato in ſucceſſione Clerici præferatur.*

7 *Clericus ab inteſtato decedens, & Eccleſiam non habens, eius bona an ad Epiſcopum, vel Pontificem pertineant.*

8 Cap. 2. de ſucceſſionibus ab inteſtato, *iterum exponitur num.* 9.

10 Cap. cum dilectus, fin. de ſucceſſionibus ab inteſtato, *latè exponitur.*

11 *Inſtitutio hæredis in teſtamento deſideratur.*

12 *Teſtamentum ad pias cauſas factum, an ſolemnitatem deſideret.*

An enuntiativa verba inducant diſpoſitionem, & in quo differant à diſpoſitivis.

13 Lex, hac ſcriptura, ff. de donationibus.

Sententia debet eſſe conformis libello, Singula, quæ non proſunt, multa collecta juvant.

14 *Confeſſio partis, altera præſente, an ſit plena probatio.*

15 *Voluntatem qui in vita non mutavit cum eadem deceſſiſſe videtur.*

CONCLUSIO.

1 QUÆ ex his juribus communiter deduci ſolet, ſic ſe habet: *Clericus bona propria dare poteſt, cui vult; ſed ſi decedat inteſtatus, & non habeat conſanguineos, ſuccedit Eccleſia.* Quæ concluſio in ſe duplicem continet partem. *Prima* eſt, quæ probat Clericum poſſe in teſtamento bona propria, cui vult, conferre; de qua jam à nobis eſt actum *in cap.* 1. *de teſtamentis.* Altera autem, quæ probat Clerico inteſtato decedenti, & non habenti conſanguineos, Eccleſiam ſuccedere comprobatur ex textu *in cap. ſi Epiſcopus*, verſic. *Sed ſi; cap. ſicubi defunctus; cap. quicunque.* 12. *quæſtion.* 5. *leg. ſi quis Presbyter, Cod. de Epiſcopis, & Clericis; cap. quicumque* 12. *quæſt.* 3. *cap. Presbyteri, de pœnit. capit. requiſiſti, de teſtamentis: Authentico de Eccleſiaſticis titulis,* §. *Interdicimus, collat.* 9. *l.* 4. *titul.* 21. *part.* 1. *l.* 13. *titul.* 8. *lib.* 5. *Recopilationis*: exornat Petrus Gregorius *lib.* 45. *Syntagmatum. capit.* 15. *num.* 17. Nicolaus de Ubaldis *in tractatu de ſucceſſione ab inteſtato Clericorum*, Menchaca *de ſucceſſionibus, lib.* 3. §. 70. Hoſtienſis *in ſumma ad hunc titulum, num.* 2. Socinus *conſil.* 41. *num.* 36. *volumine* 4. Rolandus *conſil.* 12. *num.* 19. *&* 62. *volumine* 4. Belletius *diſquiſition. Clerical. par.* 1. *titul. de bonis Clericorum,* §. 14. *nu.* 1. Purpuratus *conſil.* 758. *volumine* 2. Peregrinus *de jure fiſci, lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 10. Azorius *inſtitutionum moralium par.* 2. *lib.* 8. *cap.* 3. *quæſt.* 11. Guttierez *lib.* 2. *Canonicarum quæſtionum, cap.* 1. *num.* 101. Azor. *inſtitutionum moralium, part.* 1. *lib.* 12. *capit.* 3. *quæſt.* 3. Menochius *de præſumptionibus, lib.* 6. *præſumptione* 84. *numero* 3. *& conſil.* 396. *num.* 3. *volumine* 4. Fr. Emmanuel Rodriguez *quæſtion. Regularium, tomo* 2. *qu.* 80. *artic.* 2. Thomas Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 3. *nu.* 97. Caniſius latè *in notis ad hunc titulum*, Duennas *regula* 119 verſiculo, *Limita primò*, Alexander *conſilio* 190. *num.* 27. *lib.* 6. Maſcardum *de probationibus, concluſione* 346. *n.* 17. cum traditis à Barboſ. *in collectaneis ad noſtrum textum*; & in *dicto cap.* 2. *&* 3. *huius tituli.*

2 Ratio eſt, quia ſecundum juris diſpoſitionem deficientibus conſanguineis uſque ad decimum gradum, ab inteſtato ſucceſſio ad fiſcum pertinet, *l.* 1. §. *Divus. ff. de jure fiſci l.* 1. *&* 4. *Cod. de bonis vacantibus, lib.* 10. *l.* 6. *titul.* 13. *parte* 6. Sunt enim certæ perſonæ quæ fiſco præferuntur; nam jure Prætorio illis fuit conceſſa bonorum poſſeſſio, quæ appellatur, *Unde vir, & uxor*, qua mediante, uxor marito, & maritus uxori deficientibus cognatis, invicem ab inteſtato ſibi ſuccedunt, etiam excluſo fiſco; *l.* 1. *ff. unde vir, & uxor: l.* 1. *C. eodem* §. *Aliam, Inſtitut. de bonorum poſſeſſione, l.* 23. *titul.* 11. *partit.* 4. *l.* 6. *titul.* 17. *par.* 6. Matienco *in l.* 5. *Gloſſ.* 1. *numero* 20. *titul.* 3. *lib.* 5. *Recopilationis.* unde cum Eccleſia Sacerdoti loco uxoris ſit; ſiquidem cum ea ſpirituale conjugium contrahit, *capite inter corporalia de translatione Epiſcopi, cap. quia, de Clericis non reſidentibus*; ſic ſimiliter Eccleſia in ſucceſſione Clerici inteſtati fiſco præfertur, non ſolùm jure Canonum ex *textu noſtro*, cum ſuprà traditis; verum etiam & Civili, *ex dicta l. ſi quis Presbyter*; & etiam jure Regio, *dicta l.* 4. *Partitæ*; quæ ita inteſtato Clerico in bonis patrimonialibus, & aliis intuitu perſonæ quæſitis, primo loco ſuccedunt liberi, ſi quos fortè ex legitimo matrimonio habuerit; quibus deficientibus, ſecundo loco, parentes vocantur, una cum fratribus & ſororibus Germanis; qui ſi ſimiliter deficiant, tertio loco ſuccedunt Collaterales, ſecundum gradus prærogativam uſque ad decimum gradum; & his omnibus deficientibus, recto jure ſuccedit Eccleſia, vel Altare cui ſervit. *dict. c. finalis*, 12. *quæſt.* 5. cum aliis, in confirmatione concluſionis *ſuprà* adductis.

Primò, prædictæ concluſioni adverſatur litera textus *in capite* 1. *hoc titulo* ubi abſolutè deciditur, quod ſi Clerici inteſtati deceſſerint, omnia ejus bona Altari, cui inſerviunt, perpetuò ſanctificentur, & in jus ejus tradantur: ex quo manifeſtè conſtat, Clericorum ab inteſtato decedentium, non ad conſanguineos, ſed ad Altare, cui inſerviunt, pertinere debere: ergo ſivè Clerici habeant conſanguineos, ſivè non habeant, Eccleſia ſuccedet, ac per conſequens, non rectè *ſuprà* reſolutum eſt quod tunc demum ad Eccleſiam eorum bona perveniant, cum conſanguineos non habuerint. Cui difficultati reſpondendum eſt, ex communi Gloſſæ, & doctorum interpretatione *in dict. capite* 1. *hoc titulo* ſcilicèt; & ſi in eo *textu* abſolutè dicetur, ad Eccleſiam pertinere bona Clericorum ab inteſtato decedentium; hoc tamen eſt intelligendum, cum non habens conſanguineos, qui in prædicto gradu ab inteſtato eis ſuccedant, juxta textum *in dicto capite ultimo*, 12. *quæſt.* 5. ubi ſi ſine teſtamento, & ſine cognatione Clericus deceſſerit, hæreditas ejus ad Eccleſiam, cui inſervit, devolvitur; juxta cujus deciſionem, noſtri textus deciſio eſt intelligenda; notat Gloſ. *dict. cap. ultimo*, verbo, *Devolvatur* etiam intelligenda eſt deciſio text. *in dict. cap. quicunque*, 12. *q.* 3. ubi ſimiliter deciditur, quod quidquid Clericus ratione, ac intuitu perſonæ adquiſierit, ſi tempore mortis inordinatus, ſeu inteſtatus deceſſerit, Eccleſia, cui præfuit, aut cui inſervit, ſuccedat. In quo quidem textu omiſſa prima *Gloſſæ* interpretatione *ibidem*, verbo, *Vindicatur* affirmantis, quod aut tempore mortis bona Clerici poſſidentur ab Eccleſia, aut tantum ab hæredibus, hoc eſt conſanguineis; nam cum poſſidentur ab Eccleſia, ipſa vindicare id eſt, defendere bona valeat: ſin verò poſſidentur ab hæredibus, Eccleſia teneatur probare de jure ſuo, juxta textum *in capite* 1. 12. *quæſtion.* 5. verior eſt ſecunda ejuſdem *Gloſſæ* interpretatio dicentis, prædictum textum eſſe intelligendum ſecundum ſupra dictam doctrinam ſcilicet cùm Sacerdos non habuerit hæredes, juxta textum *in dict. capite ultimo*; *& in d. Authentic. de Eccleſiaſticis titulis,* §. *Si quis autem Epiſcopus, collatione.* 9. notant Doctores omnes communiter *ibidem*: Scribentes & Gloſſa. *in textu noſtro* verbo *Tradantur*, Gl. *verb. In vita ejus, in c. requiſiſti, de teſtamentis; l.* 4. *tit.* 11. *part.* 1.

Secundo obſtabit text. *in cap. Presbyteri.* 2. *de pœnis,* 4 ubi cavetur, quod ſi aliquis Presbyter ab alio fuerit interfectus, & circa ejus mortem compoſitio aliqua pecunia fuerit facta, Epiſcopo ſolvi debet, ut medietatem Eccleſiæ, cui inſerviebat, & aliam medietatem pro anima Clerici diſtribuat. Quod ex ratione ibidem Pontifex decrevit; quia nullus ei hæres proximior videtur, quàm qui ipſum Domino ſociavit, ex quibus verbis manifeſtè apparet proximiorem hæredem Eccleſiam eſſe: Igitur non rectè ab inteſtato conſanguinei Eccleſiæ præferuntur. In cuius textus difficulta-

difficultate, omiſſa ſolutione exiſtimantium, textum illum procedere juxta traditam doctrinam *ſuprà* ſcilicet in caſu quo Clericus cognatione caret, verius tamen dicendum eſt, prædictam pœnam pecuniariam non cognatis, ſed potius Eccleſiæ applicari debere; quia in homicidio Clerici, injuria ipſi Eccleſiæ facta fuit, *capit. cum deſideres*, *cap. Parochianos*, *de ſententia excommunicationis*: ſiquidem in ejus virum, & miniſtrum crimen perpetratum fuit, ex quo Eccleſia ipſa læditur, juxta illud Domini eloquium per Prophetam dictantis; ibi: *Qui tangit pupillam oculi mei*: quæ auctoritas refertur *in capit. accuſatio* 2. *quæſtion.* 7. atque ideo nihil mirum, quod pœna eo in caſu utilitatibus Eccleſiæ applicetur, ſiquidem ipſi Eccleſiæ injuria, & damnum fuit irrogatum: notat Gloſ. *verbo, Utilitatibus, in d.c. Presbyteri*, Covarruvias *l.2. variarum, cap.9. n.* 10. Barboſa *in collectaneis ad eundem textum, n.2.*

5 Tertiò ſupra dictis obſtabit dicere, quod in ſucceſſione Clerici inteſtati potius Eccleſia debet præferri cognatis, tanquam proximior; præſertim, cum Clericus filios, aut nepotes non habuerit: ſiquidem Eccleſia non ſolum uxoris loco, ſed etiam filiæ haberi debet. Nec rectè dicitur, Clericum ſine liberis deceſſiſſe, qui Eccleſiam hæredem relinquit: argumento textus *in capit. in præſentia* 8. *de probationibus* notat Hoſtienſis *in ſumma*, *ad hunc titulum, numer.* 4. Augetur difficultas ex textu *in capit. Epiſcopus* 34. 12. *quæſtione* 2. ubi in Concilio Agathenſi præcipitur, quod Epiſcopus, qui filios, aut nepotes non habuerit, alium, quàm Eccleſiam non relinquat hæredem; ergo nulla alia ratione, niſi quia Eccleſia loco filiæ haberi debet: ac per conſequens non rectè in concluſione, *ſupra* adducta, eſt deciſum ad ſucceſſionem Clerici inteſtati, poſt agnatos, Eccleſiam admitti.

Verùm huic difficultati reſpondendum eſt, Eccleſiam, non filiæ, ſed uxoris loco haberi. Nec obſtabit id quod ſcriptum eſt *in dicto capit. in præſentia* 8. Nam ibi, intelligendus eſt is non ſine liberis decedere qui monaſterium relinquit hæredem, quia illud non à Pontifice fuit ſtatutum, ſed tantum à patre legatum. Notat Tiraquellus *in l. ſi unquam*, verb. *Suſceperit liberos*, *num.* 47. *C. de revocandis donationibus*; Doctor Balboa *ibidem*, *num.* 41. Nec obſtabit argumentum ſuprà adductum, *ex dicto capit. ſi Epiſcopus.* Nam quod ibi dicitur, non eſt intelligendum de præcepto, ſed de conſilio tantum: notat Gloſſa *ibidem*, verbo *Alium*; cum certum ſit poſſe Epiſcopum in rebus patrimonialibus quemlibet, etiam extraneum hæredem inſtituere, juxta textum *in cap. ſint manifeſtæ* 12. *quæſtion.* 2. de quo latè ſcripſimus *in cap.* 1. *de teſtamentis.*

6 Quarò, hucuſque reſolutis obſtabit ſequens conſideratio; videlicet, quod Eccleſia non ſemper admittitur ad ſucceſſionem Clerici inteſtati, poſt agnatos; nam ſi Clericus uxorem ſimul, & Eccleſiam habuerit: tunc uxor Clerici Eccleſiæ præfertur; ut conſtat ex tex. *in l. ſi quis Presbyter, C. de Epiſcopis, & Clericis.* Cui difficultati reſponderi ſolet quod & ſi de jure Civili; ex *prædicta leg. ſi quis Presbyter*, id deciſum ſit, tamen aliud de Canonico obſervari; in quo abſolutè ſtatutum reperitur, ut in Eccleſia ſuccedat: cum Clericus ſine cognatione deceſſit, *dicto cap. finali*, 12. *quæſt.* 5. Marginalis *ibidem.* Sed hæc ſolutio admitti non poteſt, quia cum id à jure communi ſtabilitum ſit, non erit admittenda legum correctio, niſi id expreſſè caveatur; *l. præcipimus*, *Cod. de appellationibus*; *capit. cum expediat*, *de electione*, *lib.* 6. Quare ea omiſſa verius eſt dicendum, quod cum uxor, etſi cognata non ſit; tamen æquitate prætoria, propter affinitatem, tanquam cognata ad hæreditatem viri vocatur *l. adverſus*, *C. de crimine expilatæ hæreditatis*; & ideò non creditur abſolutè, Clericum ſine cognitione deceſſiſſe, qui relicta uxore deceſſit. Unde, & ſi quæſtio apud juris Interpretes ſit, utrum uxor Eccleſiæ an Eccleſia uxori præferatur? tamen magis vera ſententia eſt affirmantium, uxorem Eccleſiæ præferri, *ex d. l. ſi quis Presbyter.* Quod etiam ratione confirmatur, quia Eccleſia loco fiſci ſuccedit, & quemadmodum uxor fiſcum excludit; ita etiam Eccleſiam excludere debet, quæ in ejus locum ſucceſſit; ut notant omnes *in dicta l. ſi quis Presbyter*, *Cod. de Epiſcopis*, *& Clericis.*

Quintò, ſolutioni obſtabit dicere, quod ſi verum 7
eſſet, Eccleſiam in locum fiſci ſuccedere, ſequeretur, quod ſi Clericus Eccleſiam non habuerit, eo inteſtato fiſcus ſuccederet; atque verius eſt, ſecundum communem ſententiam, quod ſi Clericus Eccleſiam non habeat, bona ejus ad Epiſcopum devenire debent, ut ipſe de illis ſecundum Deum diſponat; Ita Panormitanus *in præſenti numero* 4. Gregorius Lopez *Gloſſa*, verbo *La Igleſia donde ſervia*, *ad leg.* 4. *titulo* 21. *partita* 1. Igitur non eſt verum dicere Eccleſiam ſuccedere loco fiſci. Pro qua difficultate diſſolvenda, animadvertendum eſt, quod Clericus in ſua ordinatione conjugium ſpirituale cum Eccleſia contrahit, ita ut ſi beneficium aliquod, Præbendam, aut Dignitatem in aliqua Eccleſia non habuerit, videtur contraxiſſe cum Eccleſia univerſali: quare cum Sacerdos, qui Eccleſiam non habet, inteſtatus decedit, rectè ad Epiſcopum bona devolvuntur, ut ipſe, tamquam diſpenſator, in utilitatem Eccleſiæ univerſalis, Clerici diſtribuat, ita Panormitanus *in capite ſecundo*, *hoc titulo*, *ultim. notabili*, *in fine*, ac per conſequens verum eſt dicere; quod in omni eventu Eccleſia tanquam uxor ſpiritualis, Clerico ſuccedit. Sed tunc obſtabit dicere, quod ſi hoc verum eſſet ſequeretur, quod bona Clerici inteſtati Eccleſiam non habentis, non ad Epiſcopum, ſed ad Pontificem devenire deberent, ut ipſe tanquam Paſtor univerſalis Eccleſiæ, de illis diſponeret. Cui dubio ſatisfacit Panormitanus, *ubi proximè* docens jure noſtro admiſſum eſſe, ut id quod ita venit, ſit applicandum Eccleſiæ generali, ita ut non ad Pontificem, ſed ad Epiſcopum Diœceſanum, ejus diſpoſitio pertineat. Cujus rei ea poteſt eſſe ratio; quia cum Epiſcopo in ſua Diœceſi animarum Cura in omnibus à Pontifice ſit commiſſa, ad eumque ſpectet juriſdictio circa omnes Clericos ſuæ Diœceſis, *cap. de perſona* 38. 11. *quæſtion.* 1. *cap.* 1. *de officio Ordinarii*; ita ſimiliter ad eum ſpectat, de rebus Clericorum in ſua Diœceſi exiſtentium aut decedentium agnoſcere; quare Panormit. *in dict. c.* 2. *hoc tit.* affirmat ad Epiſcopum devolui bona Clericorum ab inteſtato decedentium, non ut ſibi appropriet, ſed ut diligenter diſtribuat in uſum Eccleſiæ univerſalis: quam ſententiam ſequuntur Doctores omnes *in d. c.* 2. *hoc tit.*

Sextò, adverſus concluſionem ſuprà adductam ob- 8
ſtabit textus difficilis *in capit.* 2. *hoc noſtro titulo*, ubi proponitur, quid faciendum ſit de bonis illius Preſbyteri, qui cum ſervus antea fuiſſet, ad Clericatum pervenit poſtea, circa quod quidam laici improbè agentes partem ſibi vindicare ex vi juris patronatus intendebāt. Cui malo ut mederetur Concilium Triburienſe, decrevit, quod ſi talis Clericus inteſtatus deceſſiſſet, bona illius in quatuor partes dividantur, quarum una Epiſcopo, altera verò Eccleſiæ, tertia parentibus, & quarta pauperibus aſſignetur. Ex cujus textus deciſione manifeſtè conſtat, quod etiamſi Clericus parentes habeat non ſuccedunt ipſi, tanquam conſanguinei in totum; ſed ad unam tantum partem admittuntur, ac per conſequens omnia hucuſque dicta corruere videntur. In cujus text. difficultate, Gl. *verbo*, *Morientium*, *in fi. in d. c.* 2. affirmat prædictam deciſionem correctam eſſe; atque ideo locum non habere poſt prædicta jura, in quibus diſponitur, quod bona Clerici inteſtati, ad conſanguineos debeant pervenire. Verum hæc *Gloſſæ* interpretatio, omnino rejicitur; ſiquidem correctio juris ſemper eſt evitanda, *dicto capite*, *cum expediat*, cum

vulgatis, *de electione lib.*6. Quare verius eſt dicendum, illius textus deciſionem ſpecialem eſſe; atque ideò per eam limitanda erit noſtri textus deciſio, & omnia jura in ejus confirmationem *ſuprà* adducta: ſpecialitatis autem ratio in eo conſiſtit; quia *in dicto capite ſecundo, hoc titulo*, agitur de illis presbyteris, qui ex ſervitute ad Sacerdotium Dominis conſentientibus promoti ſunt; qui quidem cùm intuitu Dominorum libertatem conſecuti ſint, faciliùs debet eorum ſubſtantia in opera pia diſtribui; quare nihil mirum, quod in eis, aut eorum bonis aliud diſponatur, quàm in aliorum Clericorum; merito per illam textus deciſionem alia jura limitantur; ſiquidem in toto Jure, generi per ſpeciem derogatur, *capit. generi, de regulis juris, libro ſexto*, notat Panormitanus *in dicto capite ſecundo, hoc titulo, numero final.*

9 Septimò, prædictæ interpretationi, & deciſioni textus *in dicto capite hoc titulo*: graviter obſtabit ſequens conſideratio: ſcilicet, quod in ejus ſpecie non declaretur; utrum bona Clericorum, de quibus ibi agitur, eſſent intuitu Eccleſiæ; an verò intuitu perſonæ quæſita, & tamen potius præſumendum eſt; omnia bona intuitu Eccleſiæ quæſita fuiſſe; ſiquidem nihil habebat, cum ſervus antea fuiſſet, & poſtea ad Sacerdotium promotus eſt, quo caſu pro Eccleſia præſumi debet, juxta textum *in capite primo, de peculio Clericorum*: Meritò omnia ejus bona ad Eccleſiam pertinere debebant, nec aliqua pars parentibus adquiri. Prætereà, quia ſi dubium eſſet, utrum ejus bona intuitu Eccleſiæ, an intuitu perſonæ fuiſſent quæſita, tunc eo in caſu æqualiter inter Eccleſiam, & parentes diſtribui debebat juxta textum *in capite primo*, §. *final.* 12. *quæſtione quarta.* Deindè, quia ſi omnia ejus bona eſſent temporalia, non rectè parentibus, aut cognatis adimi poterant, per jus poſitivum, ex illo Concilio Triburienſi; ſiquidem jure naturali, & Divino, inteſtati ſucceſſio ad proximiores conſanguineos defertur; Divino, conſtat *ex capite vigeſimo ſeptimo Numerorum* verſiculo, *Homo cum mortuus fuerit, & Pſal.*2. ibi: *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam*: ſimiliter & naturali probatur *ex leg. fin. Codic. quorum bonorum* verſicul. *Et lex ipſa naturæ ſucceſſores eos facit*: & ſic nullo in caſu recto procedere videtur textus *in dicto capite ſecundo, hoc titulo.* Quia in difficultate veriſſimè eſt dicendum, text. *in dicto capite ſecundo*, loqui in caſu, in quo Clericus bona habeat partim intuitu perſonæ quæſita, & partim intuitu Eccleſiæ, quapropter talis diſpoſitio fuit facta, ut una pars in Eccleſiæ utilitatem, & altera quarta pars in utilitatem parentum applicetur. Nec tunc obſtabit deciſio textus *in dicto capite primo*, 12. *quæſtion.*4. nam ideo ibi, pro medietate fuit facta diſtributio: quia deciſio illa procedit ſecundum juris communis diſpoſitionem; at verò cum deciſio textus *in dicto capite ſecundo, hoc titulo*, ſpecialis ſit (ut *in numero præcedenti* diximus) nihil mirum, quod ſimiliter *ibidem* aliud ſpecialiter ſtatuatur; notat Gloſſa, *verbo*, *Morientium, in fin. in dicto capite ſecundo*, *hoc titul.* ubi communiter Repetentes Doctores omnes.

10 Octavò, ſupra dictis valdè obſtabit textus *in capite cum dilectus, fin. hoc titulo*, ubi controverſia proponitur inter Epiſcopum Eduenſem, & Abbatem Monaſterii de Bruſia, ſuper bonis cujuſdam Archipresbyteri, qui in extremis agens noluit teſtamentum condere dicens; ſe non poſſe teſtari, quia ſe, & ſua Monaſterio contulerat; virtute cujus oblationis Abbas Monaſterii intendebat bona ad ſe pertinere debere: præcipuè, quia quaſi ultimam condiderat voluntatem, & ſic prædictus Archipresbyter, eo modo Abbatem reliquerat hæredem; at verò pars Epiſcopi aſſerebat ſe velle probare, quod prædictus Archipresbyter alienatus erat mente, tanquam phreneticus, & meritò nihil valere poſſe quod expreſſiſſet: qua de re Conſultus Pontifex Innocentius III. cauſam cuidam Epiſcopo ſub hac forma commiſit, quòd niſi Epiſcopus probaverit Archipresbyterum non fuiſſe ſanæ mentis, cum ultimam voluntatem expreſſit imponatur ei ſilentium ſuper impetitione Monaſterii, & compellatur reſtituere Monaſterio, quidquid occupavit de bonis illius Archipresbyteri. Sin verò probaverit illum alienata mente prædicta dixiſſe condemnetur Monaſterium, ad faciendam Epiſcopo reſtitutionem nomine Parochialis Eccleſiæ omnium bonorum, quæ fuerãt ipſius Archipresbyteri, cum ipſe Archipresbyter ab inteſtato deceſſiſſet. Ex qua facti ſpecie gravis inſurgit difficultas adverſus concluſionem ſuprà adductam, ex eo quia ſi prædicta bona Archipresbyteri, fuiſſent quæſita intuitu Eccleſiæ, non poſſet de illis teſtari nec Monaſterio donare, ſiquidem ad Eccleſiam pertinere debent, juxta textum *in capite cum in officiis, cap. ad hæc; cap. quia nos, de teſtamentis*; atque ideo neceſſario fatendum eſt, bona illa temporalia fuiſſe, & intuitu perſonæ quæſita, & in hac ſpecie decernit Põtifex, quod ſi Epiſcopus probaverit Archipresbyterum alienata mente deceſſiſſe, bona illius tanquam ab inteſtato, ad Epiſcopum pertinere nomine Parochialis Eccleſiæ: Ergo quia Eccleſia præfertur cognatis; ſiquidem eo in textu nulla mentio fiat, utrum prædictus Archipresbyter conſanguineos haberet, necnè. Qua in difficultate Gloſſa *in dicto capite final.* verbo, *Reſtitutionem*, affirmat prædictam deciſionem intelligendam eſſe de bonis patrimonialibus, de quibus conſtat quod eſſent propria Archipresbyteri: & pro certo ſupponendum eſſe Archipresbyterum, non habuiſſe conſanguineos; quare ſecundum concluſionem noſtram, bona ad Eccleſiam pertinere debuerant: quam Gloſſæ interpretationem ſequuntur Innocent. Hoſtienſis, & Joan. Andreas *in dict. cap. fin. hoc tit.*

11 Nonò, ſolutioni traditæ ad textum *in dicto capite final. hoc titulo* quatenus diximus, quod ſi Archipreſbyter ſanæ mentis deceſſiſſet, ejus diſpoſitionem valere, & ad Monaſterium pertinere: obſtabit dicere, quod in teſtamento requiritur hæredis inſtitutio, ſcripto, vel nominatim facto; *leg. jubemus vigeſima nona, Codice de teſtamentis, leg. hæredes palam, vigeſima prima, digeſt. qui teſtamenta facere poſſunt*: vel ſaltem quod hæredis nomen ſigno aliquo, & indubitabili in eo exprimatur, ut in exemplis traditis *in leg. quoties* 9. §. 8. *l. aſſe toto* 77. *ff. de hæredibus inſtituendis*; At ſic eſt, quod in prædicta ſpecie, Monaſterium, nec nominatim, nec ſcripto, nec ſigno indubitabili fuit inſtitutus hæres: ergo etiam ſi conſtiterit ſanæ mentis fuiſſe cum dixit ſe nolle teſtari, aut non poſſe, quia bona omnia ſuo Monaſterio obtulerat, ejus bona ad Monaſterium pertinere jure teſtamenti non poterant. Sed huic difficultati reſpondendum eſt, deciſionem textus *in dicto capite finali*, procedere non ſecundum juris Civilis rigorem, ſed ex juris Canonici æquitate, qua mediante, teſtamentum ad pias cauſas, etiam ſi in eo deficiat ſolemnitas juris Civilis, valet, & tenet, juxta textum *in capite relatum, de teſtamentis*, ubi notant *Doctores omnes*: Bartolus *in leg. prima, Codice de Sacroſanctis Eccleſiis*, Tiraquellus *de privilegiis piæ cauſæ, tractatu quarto.* Prætereà, quia in dicta ſpecie, & ſi verba illa ab Archipresbytero prolata, veram non inducant diſpoſitionem, tamen tacitè vim obtinent ultimæ voluntatis, notat Gloſſa *ibidem*, verbo *Ultimam*, & ex aliis adminiculis, etiam comprobari poterat voluntas illius. Ex quibus omnibus convincitur, prædictam deciſionem non procedere ſecundum ſtrictas juris regulas, ſed potiùs ſecundum æquitatem Canonicam, notat Butrius *ibidem, num.*26. verſic. *Ex hoc habes.*

12 Decimò, adverſus deciſionem textus *in dicto capite final. hoc titulo*, ex quo communiter Doctores omnes deducunt, valere teſtamentum ad pias cauſas conditum, per verba enunciativa, etiam propter aliud prolata; maximè adverſatur principium illud, quo docemur, quòd verba enunciativa propter aliud prolata, nec jure Canonico, nec Civili inducunt diſpoſitionem, *c. ſi Papa, de privileg. lib. 6. l. non nudis l. non Epiſtolis, C. de probationibus*; nam licet Pontifex in reſcripto delegatorio incidenter aſſerat, aliquem eſſe exemptum; attamen

tamen per hæc verba enuntiativa, exemptio non probatur, quia verba illa non ſunt principaliter prolata ſuper exemptione; *ut in dicta cap. ſi Papa*, nam verba quæ ad alium finem enunciantur, dicuntur nuda, atque ita non probant enuntiationem; ut *in dictis juribus*: ſed ſic eſt, quod *in d. capit. finali, hoc tit.* Archipresbyter requiſitus fuit, utrum vellet teſtari, & ipſe, ut requiſitioni ſatisfaçeret, reſpondit ſe non poſſe teſtari, quia ſe, & ſua bona Monaſterio donaverat: ac per conſequens verba illa incidenter fuerant prolata & non animo concedendi teſtamentum: ergo non rectè procedit deciſio illa. Sed è contrario, quod verba enunciativa, etiam indirectè prolata, inducant diſpoſitionem, probatur ex textu *in l. ex ſcriptura, ff. de donationibus*, ubi ex eo, quod teſtator dixit, *talem fundum legavi Sempronio*, inducitur legatum, & Sempronius tanquam legatarius illud quod ſic relictum eſt, capit, ac per conſequens etiam *in d. c. fin.* ex eo quod Archipresbyter dixit, quod ſe, & ſua contulerat Monaſterio, & hoc per teſtes conſtaret; dicendum videbatur verba illa ſufficere ad demonſtrandum ipſius voluntatem, ut ex ea Monaſterium hæreditatem conſequeretur: & nihilominus inquit textus, quod teſtes illi non probant ſufficienter; ergo undequaque illius textus deciſio omnino juri adverſatur.

Qua in difficultate, & juſtium contrarietate, verè dicendum eſt, quod verba enuntiativa diſpoſitionem non inducunt, juxta jura ſuprà in argumento adducta, pro cujus rei elucidatione animavertendum eſt, verba teſtatoris, alia eſſe verba diſpoſitiva, alia enunciativa, diſpoſitiva ſunt illa, quæ à teſtatore ad diſponendum proferuntur, veluti *dono; lego, eligo, relinquo*, & ſimilia: enunciativa autem ſunt quæ non proferuntur ad diſponendum, ſed ut aliud incidenter referant ut in exemplis *ſupra* propoſitis: quare explicitè voluntatem diſponentis, non continent, quamvis enuntient, in quo differunt à verbis diſpoſitivis, quæ per ſe ſola ſtant, & continent voluntatem diſponentis, per orationem perfectam, non indigentem aliquo alio enunciato: ita Bartol. *in l. ex hac ſcriptura, ff. de donation.* Mantica *de conject. ultim. volunt. lib. 3. tit. 12. num. 4.* Mench. *illuſtrium tractatuum cap. 30. num. 8.* Sciendum autem eſt, quod verba enunciativa, aliquando proferuntur propter ſe, ut ſcilicet enuncient illud, & idem de quo principaliter agitur, aliquando verò, ut enuntient illud de quo principaliter non agitur. & in hoc ultimo caſu dicuntur, propter aliud prolata; docet Bald. *in l. ſi voluntate ff. de fideic. libertat.* Jaſon. *in l. is qui n. 1. ff. de teſtam. milit.* unde cùm verba enuntiativa proferuntur propter ſe, diſpoſitionem inducunt, quomodo procedit deciſio tex. *in d. l. ex hac ſcriptura*; ubi teſtator ſponte dixit, *ſciant hæredes mei, quod veſtes meas donavi libertis meis*: quæ quidem verba, etſi enuntiativa principaliter propter ſe fuerint prolata nihil mirum quod diſpoſitionem inducant, notat Panorm. *in d. cap. fin. n. 14.* qua ſuppoſita doctrina, nonnulli exiſtimant deciſionem text. *in d. cap. finali*, interpretandam eſſe ex eo, quia verba enunciativa, propter ſe fuerunt prolata; atque ideo inducere diſpoſitionem, *ut in dict. leg. ex hac ſcriptura.*

Sed hac ſententia omiſſa, verius eſt dicendum; ideo *in dicto cap. finali, hoc titulo*, verba enunciativa diſpoſitionem inducere, etiam ſi propter aliud fuiſſent prolata, quia ineſt privilegium piæ Cauſæ, ut docet Bartolus *in l. 1. Codic. de Sacroſanctis Eccleſiis*: ubi quæſtionem proponit; ſcilicet, utrum per verba enunciativa incidenter prolata, inducatur diſpoſitio ad pias cauſas? & affirmativè reſolvit; per textum *in dicto cap. fin.* cujus doctrina corroboratur ex ſequentibus: *Primo*, quia in teſtamento militis talia verba ſufficiunt *leg. ex his Cod. de teſtamento militis*: Ergo multo fortius in teſtamento ad pias Cauſas. *Secundò*, quia ex his verbis ſatis apparet conſenſus, de jure Gentium, aliàs nam, nec in milite inducerent diſpoſitionem; ſed in teſtamento ad pias cauſas ſufficit ſolemnitas juris Gentium, ut notant omnes *in leg. 1. C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, Covarr. *in cap. relatum, de teſtamentis, n. 5.* Ergo etiam hoc ſufficit ad hoc, ut ad pias Cauſas verba enunciativa diſpoſitionem inducant, notant Abb. *in d. c. fin. n. 14.* ubi DD. omnes.

Undecimò, prædictis obſtabit dicere, quod *in dict. cap. fin. hoc titul.* Abbas Monaſterii ſuam intentionem fundabat in actu inter vivos; nempè in oblatione Monaſterio facta; ac per conſequens, non poterat obtinere, etiam ſi plenam haberet probationem, prætextu ultimæ voluntatis; ſi quidem ſententia debet eſſe conformis libello; *l. ut fundus, ff. communi dividundo l. finali; Cod. de fideicommiſſ. libertatibus; cap. licet Heli, de ſimonia.* Cui doctrinæ adverſantur verba *illius textus*, ibi *Veluti ultimam exprimens voluntatem* & ibi: *Cum ultimam voluntatem expreſſit*, & ibi: *Quæ ſuper ultima voluntate.* Ex quibus deducitur, quod Abbas, non prætextu oblationis, ſed ex diſpoſitione ultimæ voluntatis bona Archipresbyteri Monaſterio adquirere intendebat: & tamen ex prædictæ deciſionis contextura apparet, quod Abbas in oblatione ſuam intentionem fundabat, & ad illam probandam unum adducebat teſtem, qui depoſuit ſe vidiſſe quando dictus Archipresbyter ſe, & ſua Monaſterio obtulerat, & etiam alios, qui dicebant ſe audiviſſe confeſſionem ab Archipresbytero factam in qua confeſſus fuit prædictam oblationem: atque per conſequens, non rectè Innocentius III. cauſam illam ſub ea forma delegavit, ſcilicet, ut Judex delegatus, inquirere deberet ex Epiſcopi probatione, utrum prædictus Archipresbyter teſtatus deceſſiſſet, necne: & ſi Epiſcopus probaſſet, non ſanæ mentis fuiſſe, cum ultimam voluntatem expreſſit; ab inteſtato deceſſiſſe intelligitur, & ſic bona ad ipſum pertinere debere. Quæ difficultas, adeo gravis viſa fuit Doctoribus, ut varios adducant intellectus, *in d. c. fin.* ut ex ipſius ſummario conſtat, quod varium eſt.

Pro cujus ſolutione Abbas *in d. c. fin. n. 5.* exiſtimat tenendum eſſe ſecundum ejus intellectum ita ut dicamus, quod Abbas obtinere cupiebat vigore oblationis, quam probaverat per unum teſtem de viſu, & per confeſſionem Archipresbyteri in extremis coram teſtibus factam: nam teſtis unus deponens de veritate actus, & duo deponentes ſuper ipſius actus confeſſione, rectè junguntur ad plenam probationem; ita Bartol. *in l. admonendi ff. de jurejur.* Sed huic intellectui repugnant textus verba; ex quibus conſtare videtur totius illius deciſionis reſolutionem pendere ex validitate, aut invaliditate ultimæ voluntatis.

Quare pro hujus dubii ſolutione *Panormitanus* exiſtimat, quod in prædicto *textu* mentio fuit facta de ultima voluntate, non ad hoc, ut per eam inducta fuiſſet teſtamenti factio; ſed quia accipitur pro finali aſſertione ipſius Archipresbyteri, ac per conſequens verba illa non propriè accipi debent. Cui interpretationi conducit verbum illius textus, ibi *Vel ut ultimam*, quod improprietatem denotat ita Gl. *ibidem* verbo, *Ultimam*. Verùm hic intellectus admitti non poteſt, ex eo, quia non ſolum prædicta verba; verum etiam tota deciſionis, & Pontificis mens illi repugnat: ſiquidem abſolutè tendit, ut cognoſcatur, utrum Archipresbyter teſtatus deceſſiſſet, necne; nam ſi teſtatus, ad Monaſterium pertinent bona, ſi verò inteſtatus, ad Epiſcopum. Præterea, quia ſi non de cauſa teſtati, vel inteſtati, in deciſione illa ageretur, non rectè ſub *hac Rubrica* collocaverunt. Quare veriorem eſſe exiſtimo primum intellectum à Doctoribus *ſuprà in numero præcedenti* traditum.

Sed pro vera ſolutione dicendum exiſtimabam, Abbatem intentionem ſuam in oblatione fundaſſe, ſed cum illam probare non poſſet, quia unum tantum teſtem ad illam induxiſſet, qui ſufficiens non erat, *dicto capit. licet univerſis, de teſtibus*: ſimulque eam fundabat in illa ultima voluntatis declaratione, quæ tanquam ultimam voluntatem continens, potuit jus teſtati tribuere; quia ad piam Cauſam ordina-

batur : quare, etsi intentio originem habuisset in oblation , tamen postea radicabatur in illa ultimæ voluntatis expressione: quare inquit Pontifex, testes plurimum adjuvasse Abbatis intentionem: & ideo cum inspectis meritis causæ, & probationibus ab Abbate factis, Pontifex cognovisset totius controversiæ rationem, in eo solo consistere ; utrum Archipresbyter sanæ mentis fuisset, necne, cùm prædicta verba dixisset; ideò Judici delegato præcepit, quod nisi Episcopus probasset Archipresbyterum non sanæ mentis fuisse, Monasterium ab impetitione illius absolvat, quasi ex illa ultimæ voluntatis declaratione, utriusque partis fundamentum pendeat: atque ita illius textus ratio pendet, quod ad fundandam Abbatis intentionem, necessarium fuit, omnia simul prospicere, & oblationem, & voluntatis expressionem: siquidem singula, quæ non prosunt, multa collecta juvant, Glossa fin. *in c. cum causam, de probationibus; l. instrumenta, C. eodem; c. præterea, & fin. de testibus* quod est intelligendum, si de unaquaque re semiplena probatio fiat.

14 Duodecimò, obstabit sequens consideratio, videlicet, secundum juris decreta, sola partis confessio sufficiens est ad probationem, præcipuè si fiat præsente parte: *leg. Publia Mævia ff. depositi: l. cum de indebito*, §. *fin ff. de probationibus: toto titul. de confessis: leg. 7. tit. 13. part.* 1. Sed sic est, quod in prædicta specie, Archipresbyter in præsentia Abbatis confessus fuit oblationem: igitur sola ejus confessio sufficiens erat ad plenam probationem. Verùm huic difficultati communiter dici solet; quod ideo *ibidem* confessio Archipresbyteri, per se solùm non fuit sufficiens: quia non erat facta principaliter, sed incidenter; scilicet, ad interrogationem alterius quærentis, utrum vellet testari necne; quare talis confessio, etsi non plenè probaret Abbatis intentionem: tamen multum adjuvat, unde talis confessio facit semiplenam probationem; *cap finali, de jurejurando: cap. super eo, de testibus*: atque ita, cum reperiantur duæ semiplenæ probationes tendentes ad eundem effectum rectè junguntur ad faciendam plenam probationem: ita Panormitanus *in dict. cap. fin. de jurejurando, num.* 7.

15 Decimo tertiò, adversus id, quod refert textus *in dicto cap. finali*, *hoc titulo*, dum asserit, quòd si Episcopus probaverit Archipresbyterum sanæ mentis non fuisse, bona ei adjudicentur: obstabit dicere, quòd si ex vi oblationis Abbas bona Archipresbyteri adquirere intendebat, nihil ei obstaret, Archipresbyterum mortis tempore, non sanæ mentis fuisse: siquidem ex eo quod in vita voluntatem suam non mutasset, cum eadem decessisse censetur, argum. tex. *in cap. majores*, §. *finali*, *in fine, de Baptismo*: atque ideò sive furor, aut dementia postea ei supervenisset, sive non, oblatio semel facta in suo robore permanere debebat. Quam difficultatem tetigit Gloss. *dicto cap. fin.* sed pro ea dissolvenda asserit, quòd Abbas non plenè probavit, donationem fuisse factam inter vivos, cum tantum unicum testem adduxisset: quæ solutio, etsi difficultatem omninò non dirimat: tamen aperit illius textus sententiam: qua solutione confirmatur opinio nostra *suprà* adducta, in qua probavimus Abbatem, non tantum ex vi oblationis inter vivos factæ: sed etiam ex vi ultimæ voluntatis illam declarantis, & sic ex utroque simul, bona Archipresbyteri ad Monasterium pertinere desideraste: Unde cum oblatio inter vivos facta, etiam si ea sola sufficeret, tamen probari non potuit nisi per unum testem, ac per consequens in ea non defecit jus, sed probatio, *leg. duo sunt Titii, ff. de testamentaria tutela*: Ideoque ex defectu plenæ probationis infirmum manebit jus in oblatione fundatum. Quapropter Abbas suam sententiam fundavit in declaratione Archipresbyteri, quam per testem probavit: quæ cum necessariò desideretur ad faciendam plenam probationem, nihil minus: quòd si Episcopus probasset, Archipresbyterum non sanæ mentis fuisse cum illam voluntatem expressit, tanquam ab intestato decedente, ejus bona, non ad monasterium, sed ad Episcopum nomine Ecclesiæ pertinerent: quam veram, & genuinam esse existimo mentem, & sententiam textus *in dicto cap. fin. hoc titul.* Alias dubitandi rationes refert Barb. *in collectaneis ad textum in cap. 2. hoc tit.* videri etiam oportet ea, quæ suprà scripsi *in c. 2. de testamentis, num.* 20.

TITULUS XXVIII.
De Sepulturis.

Ad textum in cap. Nos instituta 1. cap. Fraternitatem 3. cap. De uxore 7. cap. Cum super 8. cap. Certificari 9. capit. In nostra 10. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Mortuus potest in sepulchro Majorum sepeliri: vel ubi voluerit propriam eligere sepulturam: quam si non elegit, nec sepulchrum habet proprium, in Ecclesia Parochiali sepeliendus est, ubi vivus Ecclesiastica percepit Sacramenta.*

2 *Majorum actio, nostra debet esse instructio.*
Sepulturæ communio ex charitate, & devotione provenit.

3 C. Fraternitatem 3. cap. in nostra 16. de sepulturis, *expenduntur.*

4 Cap. ex parte 5. de sepulturis.
Appellari non potest, ne corpus sepeliatur.

5 Cap. ut privilegio 24. de privilegiis, *latè exponitur.*

6 Cap. nimis iniqua 16. versic. Si quis decedentium, de excessibus Prælatorum, cap. placuit 1. in fin. 16. quæst. 1.
Monachi in propriis Monasteriis sepeliri debent, nisi remotè à Monasterio existant.
Actus factus tempore inhabili, si ad habile referatur, an valeat?
Concilium Triburiense, cap. 15. *relatum in* c. ubicumque 6. 13. quæst. 2. *expenditur.*
Peregrini, in qua Ecclesia sunt sepeliendi.
Cap. placuit 7. 13. q. 2. c. nullus Abbas, c. mandamus, 19. quæst. 3.
Lex 3. §. Divus, de sepulchro violato: l. 2. C. de Sacrosanctis Ecclesiis.

CONCLUSIO.

MOrtuus potest in sepulchris Majorum suorum. 1
sepeliri: vel ubi voluerit propriam eligere sepulturam: quam si non elegit, nec sepulchrum Majorum habet, in Ecclesia Parochiali sepeliendus est, in qua vivus audivit Divina, & Ecclesiastica percepit Sacramenta. Prima nostri textus pars probatur ex textu *in cap. relatum* 2. *cap. fraternitatem* 3. *cap. de his* 4. *cap. ex parte* 5. *cap. cum liberum* 6. 7. 8. 9. & 10. *hoc titul. de sepulturis*: *cap. plerique, de pactis*; *cap. ut privilegia, de privilegiis*: *cap. nimis*, versic. *Et si quis decedentium, de excessibus Prælatorum*: *cap.* 1. *de pactis, lib.* 6. *cap.* 1. *cap. cum quis, cap. is qui* 3. *cap. licet, cap. fin. hoc titulo, lib.* 6. *cap. Ebron cap. unaquæque*, §. *Soror*, *cap. ubicumque* 6. *cap. placuit* 7. 13. *quæstion.* 2. *Clementina, dudum*, §. *Verum*, *hoc titul. Clementina finali*, §. *final. de pœnis; leg.* 6. *titul.* 3. *partit.* 1. Illustrant antiquiores omnes relati à Barbos. *in collectaneis ad nostrum textum, num.* 1. *Idem, lib.* 2. *de jure*

jure Eccleſiaſtico, cap. 10. *n.* 19. Petrus Gregorius *lib.* 2. *Syntagmatum, cap.* 13. *num.* 6. *& 7. & lib.* 33. *cap.* 23. *num.* 10. *& lib.* 1. *partitionum titul.* 15. *cap* 4. *n.* 2. Gutierrez *de juramento confirmatorio,* 2. *part. cap.* 4. *num.* 1. Baſilius *lib.* 5. *de matrimonio, cap.* 3. §. 2 *num.* 10. Parladorius *differentia* 66. §. 3. Julius Laborius *variarum lucubrationum, titul.* 2. *cap.* 17. Medi. *in tractatu de ſepulturis,* 2. *parte, quæſt.* 6. *num.* 1. *&* 2. Stephanus Gratianus *diſceptationum forenſium, cap.* 94. *num.* 79. Riccius *in praxi reſolutionum.* 563. Tuſchus *lit. P. concluſione* 97. *num.* 5.

2 Ratio deciſionis noſtræ, videlicet, quod decens, non electa ſepultura, ſepeliri debet in ſepulchro Majorum ſuorum, ea eſt, quia hoc fuit inductum, exemplo Patriarcharum, Abraham, Iſaac, & Jacob, qui etiam in remotis exiſtentes voluerunt ſepeliri in ſepulchro Majorum ſuorum, *Geneſis cap.* 25. *&* 49. Exodi *cap.* 4. *cap.* 3. §. *item Joſephi,* 13. *quæſt.* 2. quorum actio, noſtra debet eſſe inſtructio, *cap. ſignificaſti, de electione*, unio enim ſepulturæ ex quadam charitate, & mutua dilectione procedit, quæ fuit inter ſuos, ut quorum fuit una mens in vita, eorum quoque corpora non ſeparet ſepulchrum, *cap. unaquæque,* 13. *quæſt.* 2. quòd ita quotidiano uſu ſatis receptum eſt, nec ſine maxima ratione, ut proximi, quoties ad loca ſacra conveniunt, ſuorumque Majorum ſepulturam intuentur, recordentur eorum, & pro eis domino preces fundant, *cap. cum gratia*, 13. *quæſt.* 2. Poteſt tamen ſibi novam eligere ſepulturam, & prætermittere Majorum, inſtar Chriſti Domini; nam ſi voluiſſet, fuiſſet ſepultus in ſepulchro majorum ſuorum, tamen elegit ſepeliri in ſepulchro novo, *Matthæi cap.* 27. unde liberum eſt filiis ſepeliri in ſepulchris parentum ſuorum, vel alibi pro locorum & temporum opportunitate ſepulturam eligere.

3 Primò, contra textum noſtrum obſtabit textus *in c. fraternitatem* 3. *hoc titulo*, ubi decernitur, quòd licet minimè contradicendum ſit extremæ voluntati illorum qui ſepeliri deſiderant apud illas Eccleſias, ſeu Monaſteria in quibus Religioſorum Conventus ſint conſtituti, & orationes, atque Miſſarum ſolemnia, tam pro vivis, quàm pro defunctis celebrantur; tamen ſi quis relicto parentum ſuorum ſepulchro, contra uſum Patrum veteris Teſtamenti, qui cum patribus ſuis ſepulti fuerunt, ad novum, & minus religioſum locum ſe transferri voluerit, irrationabiliter, & contra antiquam conſuetudinem facere videtur; & ideò corpus ejus reduci debet ad Eccleſiam, in qua ſepulti ſunt patres ſui: Igitur non poteſt teſtator, dimiſſo parentum ſuorum ſepulchro, alibi eligere ſepulturam quod omnino contrarium in *textu noſtro* deciſum eſt. Augetur difficultas ex textu *in cap. in noſtra* 10. *hoc titulo*, ubi Parochiani Eccleſiæ Montis Ferrandi, propria relicta ſepultura, apud locum minus Religioſum, Hoſpitalariorum Claremontenſis Diœceſis elegerunt ſepulturam, ut conſtat ex *eodem textu*, ibi: *De cætero non recipiant Parochiani Eccleſiæ ſupra dictæ ad Eccleſiaſticam ſepulturam, niſi apud eos elegerint ſepeliri*: juncta ejus Gloſſa, verbo *Apud eos*: ergo poteſt quis dimiſſo proprio ſepulchro, alibi ſepeliri: etiam ſi locus ſepulturæ deſtinatus, ſit minùs religioſus. Agnovit difficultatem Gloſſa *ibidem*, verbo, *Apud eos*, eam tamen inſolutam reliquit.

Sed reſpondendum eſt, quòd licet liberum unicuique ſit, ſepulchro parentum relicto, & Parochialis Eccleſiæ ſepultura dimiſſa, alibi eam eligere, & ſepeliri; tamen debet ſibi magis religioſum eligere locum, apud quem corpus ſuum ſepeliatur, *c. relatum* 2. verſ. *In Monaſterio converti voluerit, cap. de his* 4. verſ. *Ad religioſa loca hoc tit.* quemadmodum etiam qui de una Religione ad aliam tranſit, ad ſtrictiorem, & religioſiorem tranſire debet, *cap ſanè, c licet, de Regularibus*, Thomas Sanchez *lib.* 6. *in præcepta Decalogi*, *cap.* 7. *per totum*; ſi enim minus religioſus locus eligatur ad corpus ſepulturæ tradendum, electio non tenet: & cùm in *dict. cap. fraternitatem*, qui relicta parochiali, & parentum ſepultura, ad minùs religioſum locum ſe tranſtulliſſet: meritò, contra antiquam conſuetudinem irrationabiliter feciſſe dicitur: notat Gloſſ. *ibidem*, verbo, *Ad novam* Panormitanus, *num. fin.* Oſtienſis *num.* 3. Nec contrarium probat textus *in dict. cap. noſtra*; nam licet, qui mavult eligere ſepulturam alteram, quàm propriam, non poſſit hoc facere, niſi ſit locus magis religioſus, ut ex *dictis juribus* conſtat: tamen ratione privilegii conceſſi illi loco, in quo eligit ſepeliri, id contingere poteſt: quod privilegium Hoſpitalarii habebant, ut omnes paſſim, præter excommunicatos, & interdictos ad Eccleſiaſticam ſepulturam recipere poſſent, qui apud illos eligerent ſepeliri, ut conſtat ex *eodem text.* verſiculo, *Quòd tam ex privilegio quàm ex indulgentia ſpeciali, licet Hoſpitalariis*: & ideo hujus indulgentiæ, & privilegii prætextu, apud ipſos Hoſpitalarios, licet minùs religioſi, quàm Monachi eſſent: argumento tex. *in cap. bonæ*, 12. *quæſt.* 2. Gloſſa in *dicto cap. in noſtra*, verbo, *Apud eos*, electio ſepulturæ facta tenet: quo ſecluſo privilegio, & aliàs jure communi minimè valeret *ex dicto cap. fraternitatem*, argument. text. *in cap. Abbate*, §. *fin. de verborum ſignificatione; leg. unica, Cod. de Theſauris lib.* 10. quod jus, Bonifacii VIII. conſtitutione abrogatum eſt, ut hodie liberè poſſit teſtator, antiqua dimiſſa, novam etiam in loco minus religioſo eligere ſepulturam, juxta textum *in cap. cum quis*, §. *fin. de ſepulturis, lib.* 6. Docet Oſtienſis *in ſumma hujus titul.* §. *Et apud quam, num.* 5. & in repetitione ad textum, *in dicto cap. in noſtra, num.* 6. Sed eâ, & aliis omiſſis, veriſimè eſt reſpondendum: quòd licet poſſet quis in minus etiam religioſo loco, antiqua, & propria ſepultura dimiſſa, ſepeliri, ut in *dicto c. in noſtra*; tamen nulla decernitur electio ſepulturæ apud minus religioſum locum facta, ut in *dicto c. fraternitatem*, quia teſtator ibi ex temeritate, vel contemptu ad eum locum tranſire voluit, vel dolo inductus fuit, ut ibi ſepulturam eligeret: notat Oſtienſis *ibid.* vel quia non reliquit Eccleſiæ debitam portionem, quo in caſu non licet propriam dimittere ſepulturam, & in alio ſepeliri loco; ita Oſtienſis *in d. c. fraternitatem.*

Secundò, concluſioni noſtræ obſtabit textus *in cap.* 4 *ex parte* 5. *hoc noſtro tit.* ubi cum quidam Parochianus cujuſdam Cathedralis Eccleſiæ, in quodam Religioſorum Conventu ſepulturam eligeret, eo defuncto, Canonici appellationem interpoſuerunt, ne Prior in ſua Eccleſia eum ſepeliret, & poſt appellationem factam ad Sedem Apoſtolicam, Prior dictum Parochianum in Eccleſia ſepelivit: in qua ſpecie mandat Pontifex, quatenus præfatus Prior, per Eccleſiaſticam cenſuram compellatur, ut memoratis Canonicis prædicti Parochiani corpus reſtituat, & cum eiſdem amicabiliter conveniat; ex qua deciſione apertè deducitur, liberam non eſſe electionem ſepulturæ; ſed unumquemque in Parochiali Eccleſia omninò ſepeliri debere: cùm corpus ejus, qui alibi ſepulturam elegit, Eccleſiæ Parochiali reſtituatur. Agnovit difficultatem, Gloſſa, *ibidem*, verbo, *Parochiarum*: & ejus ſolvendæ cauſâ, exiſtimat, in illius Canonis ſpecie, parochianum non elegiſſe ſepulturam apud Eccleſiam Conventualem, ſed corpus ipſius violenter raptum in Eccleſia ſua Monachos ſepeliviſſe, *ut in c. cum liberum* 6. *hoc titulo*: vel ſi elegerat ibi ſepeliri, dolo fuiſſe inductum à Monachis ipſis, ut in eorum Eccleſia electionem ſepulturæ faceret: quo caſu electio nullius penitus firmitatis exiſtit, argumento text. *in cap. conſtituit* 20. *quæſt.* 2. *cap.* 1. *de ſepulturis, lib.* 6. Gutierrez *de juramento confirmatorio*, 2. *part. cap.* 4. *num* 11. *cum ſequentibus*: Julius Laborius *lib.* 2. *variarum lucubrationum, cap.* 11. Gratianus *diſceptationum forenſium* 2. *tomo, cap.* 210. *num.* 19. vel quia infra annos legitimos erat conſtitutus, & ita ſepulturam eligere non poterat, *cap. de uxore*, §. *fin. cap. in noſtra* 10 *hoc titulo*; & ideo corpus debet reſtitui cum bonis perceptis occaſione illius, *dicto cap. cum liberum, in fin. hoc titul.* aliàs

tantum Canonica portio reddi deberet *capit. in noſtra, cap.certificari, hoc titulo*; maximè cum poſt appellationem factam, in Eccleſia ſua eum ſepelire minimè dubitaſſent, quæ appellatio valuit, ad hoc ut probata veritate, corpus illud Parochiali Eccleſiæ redderetur; quamvis idem forte ſi appellatum non eſſet; *dicto cap.eum liberum*, & Gloſſ. 1. *in d.cap.ex parte*, & licet in hoc caſu, non videatur admittenda appellatio, *l.finali, de ſepulchro violato: Authentico item, eodem titul. Authentico, ut defunctorum ſeu funerum, collatione* 5. Tamen rectè in præſenti fuit admiſſa; nam licet appellari non poſſit, ne corpus ſepeliatur, ubi de jure ſepeliri debet, ut in *dictis juribus*: tamen bene appellatur, ne alibi ſepeliatur, quàm in propria Parochia, ut in *hoc textu*, in quo Canonici ad Sedem Apoſtolicam appellationem interpoſuerunt, ne Monachi ipſorum jus invadentes, ad ſepulturam reciperent eum, qui apud eos non eligeret ſepulturam: notat Gloſ. *verbo*, Poſt appellationem, *in eodem textu*, Butrius *n.*3. Panormitanus. *n.*2. Oſtienſis *nu.* 1.

5 Tertiò, ex his expendo interpretationem ad text. *in c. ut privilegia* 24. *de privil.* ubi Templarii, & Hoſpitalarii, qui mittebantur per Villas, & Civitates ad eleemoſynam colligendam; aut ad accipiendas fraternitates, de quibus mentio fit *in c. cum & plantare, cap. tuarum, cap.petiſtis, de privilegiis: capit.cum deputati, de Judiciis*; de quibus latè Petrus Gregorius *lib.*15. *Syntagmatum, c.*33. Covarruv. *in c.alma mater.*2. *part.*§.2. verſic. *Eſt & Templariis* privilegium à Sede Apoſtolica conceſſum, ut hi qui fraternitatem eorum aſſumpſerint, ſi Eccleſiæ, ad quos pertinet, à Divinis Officiis fuerint interdictæ, ipſoſque mori contigerit, ſepultura Eccleſiaſtica non negetur, ſed poſſint Interdicti tempore in Eccleſia illa ſepeliri; quod de illis Confratribus intelligitur, qui vel adhuc in ſæculo manentes, mutato ſtatu ſæculari, eorum ordini, & fraternitati ſunt adſcripti, vel qui abſque habitus mutatione bona ſua illis dederant inter vivos, retento ſibi quandiù in hoc ſæculo viverent uſufructu quod ſufficit ad effectum, quòd gaudeant privilegio Eccleſiaſticæ ſepulturæ tempore Interdicti, licet quoad fori, & Eccleſiæ exemptionem, debeant ad Monaſterii confratres tranſire, & in eo inſervire, juxta text. *in cap.quidam* 32. *de privilegiis*, notat Enriquez *in ſumma, lib.* 13. *cap.* 48. §. 3. hi itaque *Oblati* dicuntur, ad differentiam Converſorum, nam Converſi ſunt, qui mutato habitu Religionem profitentur, minimè Ordine Eccleſiaſtico ſeu Clericali præditi, qui cum cæteris Religioſis infrà Monaſterii Clauſtra vitam agunt, & propterea Religioſi, propriè, & perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt; *capit. non dubium, capit. Parochianos, de ſentent. excommunicationis*; Covarru. *ubi ſuprà*, §.2. *nu.*8. & in verſic. *Qui tamen*, ejuſdem textus aſſerit, quòd hi Confratres ſepeliri debent apud ipſorum Regularium, vel aliorum, non interdictas Eccleſias, in quibus elegerunt ſepulturam. Quæ deciſio ſummè difficilis eſt, cum ſibi ipſi contraria contextura videatur; nam in initio, textus ille affirmat: quòd ſi Eccleſiæ ad quas iſti Confratres, vel Oblati pertinent, fuerint interdictæ, in eiſdem poſſe ſepeliri; & poſtea, in verſic. *Qui tamen*, idem textus ſubjungit, quod ſepeliendi ſunt apud ipſorum Regularium, vel aliorum, non interdictas Eccleſias, in quibus elegerunt ſepulturam; & ita interdictis propriis Eccleſiis, non poſſunt ſepeliri. cujus *Canonis* difficultas adeò gravis viſa eſt, ut pro ea diluenda varias DD. cogitarint ſolutiones, ut conſtat ex Panormitano *ibidem*, *numero final.*

Sed omiſſis plurimis, veriſſimè reſpondendum eſt, id, quod initio hujus Canonis expreſſum eſt, ita accipiendum eſſ; ſcilicet, quod huic Religioni Oblati, ſi deceſſerint, non electa ſepultura, tunc vigore privilegii ſepeliri poſſint in Eccleſiis, ad quas pertinent; etiam ſi interdictæ ſint; vel in Parochialibus, ſeu in his quibus majores ſui ſepeliri conſueverunt ſecluſa electione, juxta text. *in cap.* 1. *hoc noſtro titul.* at ſi ab his Oblatis electa fuerit ſepultura & Eccleſia electa ſit interdicta, non ſunt admittendi ad Eccleſiaſticam ſepulturam per eos electam; ſi verò apud non interdictas Eccleſias ſepulturam elegerint, ibi humari debent. Ratio deſumitur ex regula *noſtri textus*, in quo unicuique conceditur, ut relicta antiqua Majorum ſepultura, vel etiam Parochiali, poſſit aliam eligere: quare non debet voluntas Confratrum impugnari, ut notat Panormitanus *in dicto c.ut privilegia* 24. *de privilegiis, n.fin.* Covarruv. *in dicto c. alma mater*, 2. *part.*§.2. *n.*7. *in fine*, cum traditis à Barb. *in collectaneis ad eundem textum, num.*3.

Quartò, venit interpretandus textus *in cap.nimis iniqua* 16. verſic. *Si quis decedentium, de exceſſibus Prælatorum*, ubi plura gravamina recenſentur, quibus quietem Religioſorum, Eccleſiarum Prælati multipliciter inquietabant, & inter illa referuntur, quòd fratres ipſorum Religioſorum defunctos, apud Eccleſias ſuas compellunt ſepelire, & ſi quis decedentium fratrum alibi, quàm in ſuis Eccleſiis, eligat ſepulturam, funus ad Eccleſias ſuas deferri cogunt, ut oblatio ſuis uſibus cedat; à quibus, & aliis gravaminibus Gregorius IX. mandat, quatenus univerſi, & ſinguli Prælati deſiſtant: ex qua deciſione planè deprehenditur adeò liberam eſſe electionem ſepulturæ, ut & Religioſi poſſint eam ſibi eligere, ut conſtat ex *eodem textu*, verſic. *Alibi, quam in ſuis Eccleſiis eligat ſepulturam.* Cujus textus ſententia magis difficilis redditur ex textu *in c placuit*, 1. *in fin.* 16. *qu.*1. ubi Monachi non niſi in propriis Monaſteriis ſepeliri debent: igitur electio ſepulturæ ipſis interdicta eſt. 6

Cui difficultati reſpondet Oſtienſis *in capit. de uxore, num.*4. *de ſepulturis*, dum aſſerit, Monachum libere poſſe alibi, quàm in ſuo Monaſterio ſepulturam eligere, *ut in dicto cap.nimis iniqua*, quia electio hæc tunc ſortitur effectum tempore, quo jam ipſi Monachi à jugo obedientiæ Superioris ſolvuntur: argumento textus *in capite de uxore, hoc titulo*: quo in caſu ſepeliendi ſunt eo in loco, quem ſepulturæ ſuæ electione propria deſtinarunt; ſed ſi ea non electa deceſſerint, nonniſi in Monaſterio ſepeliri poſſunt, juxta textum ita intelligendum *in dicto, cap.placuit.* dum loquitur de Monacho illo, qui ſepulturam non elegit; ita ejus deciſio ſuppleri debeat per textum *in dicto capit.nimis iniqua*; argumento textu. *in l. non eſt novum ff. de legibus*; Sed hæc Oſtienſis ſolutio aliis non placet, ex eo quod cum Religioſi propriam non habeant voluntatem, *capit.non dicatis.*12. *quæſtion.*1. *cap. fin. de teſtamentis, lib.*6. ſepulturam eligere non poſſunt, *dict.cap.placuit, cap.Religioſi, hoc titulo, lib.*6. ſiquidem electio deſcendit à libero arbitrio, & ceſſat ubi deficit libertas, *cap.ubi periculum*, §. *Cæterum, de electione, lib.*6.

Alii verò text. *in dict.cap.nimis iniqua* accipiunt, non de Monachis Religionem jam profeſſis, ſed Confratribus Templariorum, & ſimilibus in ſæculo remanentibus; qui cum verè Religioſi non ſint, *capit quidam* 32. *de privileg.* rectè poſſunt apud quamcunque Eccleſiam ſepulturam eligere, *c. ut privilegia, eodem tit.*

Sed his interpretationibus omiſſis, verè reſpondendum eſt, Monachum Religionem profeſſum electionem ſepulturæ regulariter non habere, ſed in proprio Monaſterio ſepeliendum eſſe, *ex dict. capit. placuit.* Nam licet hujus electionis effectus conferatur in mortis tempus, quo jam ſolutus eſt à nexu obedientiæ; adhuc tamen illis eſt prohibita ſepulturæ electio, quia lex Pontificia, in hac prohibitione, non ſolum attendit effectum, ſed etiam ad initium habuit reſpectum, quo Religioſus iſte voluntatem non retinet, nec eam declarare poteſt; quandoque enim jus aliquid prohibet attento effectu, & tunc parum refert, an actus fiat tempore habili, modò effectus ad tempus habile conferatur; quandoque tamen, non ſolum attento effectu, ſed etiam initio aliquid jus prohibet, & tunc non ſufficit, quod actus ad tempus habile conferatur, tex. elegans *in l. ſi minor ff. de ſervis exportãdis*: ergo licet Religioſus abſolvatur à vinculo obedientiæ poſt mortẽ, tamen in vita non habet voluntatem, quam poſſit declarare, & ſic prohibetur ſibi electio ſepulturæ, non ſolum attento effectu, ſed etiam initio: idque verum eſt, cum Monachus in ſuo Monaſterio deceſſit; nam ſi adeò 7 8

adeò remotè à Monaſterio vitam degat, ut cum moritur commodè ad illnd nequeat transferri, tunc licitè poteſt rectè ſibi ſepulturam eligere, *dicto cap.Religioſi, hoc titul.lib.*6.Emmanuel Rodriguez,*quæſtionum Regularium; tom.* 3. *quæſt.* 60. *artic.*2. Boerius *deciſ.*185. *num.*6. in quo caſu loquitur textus *in dicto cap. nimis iniqua*: ſiquidem Gregorius IX. *ibidem*, diſtinguit illa duo gravamina, cum defunctos Monachos, apud Eccleſias ſuas Prælati compellunt ſepelire, & eorum exequias celebrare; & cum aliquis eorum alibi elegerit ſepulturam, ut funus ad Eccleſias quoque ſuas deferri cogant: ergo, ut primum gravamen à ſequenti differat, loquitur primò Pontifex de Monachis in Monaſterio decedentibus, qui ſepulturam eligere non poſſunt, qui cùm in Monaſterio humari debeant, & manifeſto gravamine afficiebantur à Prælatis, qui eorum corpora ad Eccleſias ſuas deferri faciebant: & poſtea agit de Monachis longè à Monaſterio diſtantibus tempore, quo decedunt, qui commodè ad illud reverti non poſſunt, & propterea licitè ſepulturam eligere poſſunt: quæ electio cùm à Prælatis impediretur, gravamen etiam Monachi patiebantur, à quibus abſtinere etiam præcepit Gregorius Pontifex: quam interpretationem tenet Innocentius *in dicto capite*, *nimis iniqua*, Panormitanus *numero ſecundo*, Barboſa *in collectaneis ad eundem textum numer.*2.Ancharranus & Monachus, *dicto cap. Religioſi, hoc titulo lib.* 6.

7 Quintò, noſtri text. deciſio impugnatur ex Concilio Triburienſi, *cap.*15.relato *in cap.ubicumque* 6. 13. *quæſt.*2. ubi legitur,quod ſepulturæ *apud majorem Eccleſiam, ubi ſedes eſt Epiſcopi, celebrentur; ſi autem propter temporis, vel loci aſperitatem, hoc difficile viſum fuerit, apud Eccleſiam in quæ Religioſorum Canonicorum, vel Monachorum, vel Sanctimonialium Religioſa Congregatio communiter degerit, ſepeliatur; ſi autem & hoc ineptum viſum fuerit, ubi quis Decimas perſolvebat vivus, ibi ſepeliatur & mortuus.* Ex quo Canone apertè deducitur unumquemque in Cathedrali Eccleſia ſepeliendum eſſe, vel in Religioſo Monachorum Conventu, & tandem ſi hoc fieri propter aliquam cauſam non potuerit, in Parochiali Eccleſia humari debere. Igitur, nec in ſepulchro Majorum jacere mortuus debet, nec eligi poteſt ad ſepulchrum locus, nec in Parochiali Eccleſia ſepeliendus eſt; niſi vigeat cauſa aliqua, propter quam corpus ad Cathedralem Eccleſiam, vel Religioſam domum deferri non poſſit; contra id quod in *textu noſtro* decernitur. Agnovit difficultatem Gloſſa *ibidem*, verbo, *Ubicumque*: & ſolutionis cauſa exiſtimat,hunc Canonem non prohibere, quo minus quis in ſepulchro Majorum jaceat: vel ſi illud non habeat, in Eccleſia Parochiali ſepeliatur; ſed tantum inſtruere eos qui Majorum, & Parochialis Eccleſiæ ſepultura dimiſſa, alibi eligunt ſepeliri, ita ut in electione ſepulturæ hunc ordinem ſervent, ſcilicet potiùs Epiſcopalem Eccleſiam, quàm alteram eligant: & ſi hoc propter temporis, vel loci aſperitatem, difficile viſum fuerit; tunc Religioſum Cœnobium ad ſuam ſepulturam eligant: & ſi neque hoc fieri poſſit, apud Parochianam Eccleſiam corpus condatur; non tamen ſtatuere, quòd ſi electio alio modo fiat, irrita, & nullius firmitatis exiſtat: hic enim ordo in eligenda ſepultura præſcriptus ex decentia, & honeſtate, non verò ex neceſſitate, ſervandus eſt: quam ſequitur Turrecremata *in dicto cap. ubicumque* 6. 13. *quæſt.* 2.*num.*1.Sed convincitur, quia verbis *illius textus* non congruit, ſiquidem non conſilium, ſed neceſſitatem important, ut conſtat ex verſiculo illo, *ſepulturæ celebrentur*,juncto verſiculo *Sepeliantur*, quæ verba imperativa ſunt, & obligationem inducunt: igitur ordo ſepulturæ *in dicto Canone* præſcriptus, non conſilium,ſed præceptum denotat.

8 Quare ea rejecta, veriſſimè reſpondendum eſt,illius Canonis ſententiam non eſſe generaliter accipiendam, ſed tantum ad eum caſum reſtringendam, quo viatores, vel peregrini, de Diœceſi ad Diœceſim tranſeuntes, in peregrinatione decedunt, qui propter neceſſitatem, quæ maxima occurrit,ubicumque facultas rerum & opportunitas temporis ſuppetat, apud Eccleſiam,ubi eſt Sedes Epiſcopi, ſepeliri debent: Si autem hoc propter itineris longitudinem, impoſſibile videatur, expectare eos debet terra ſepulturæ, in qua Canonicorum, aut Monachorum, ſive Sanctimonialium Congregatio ſancta communiter degit, ut eorum orationibus Deo commendati occurrant, & remiſſionem delictorum quam meritis non obtinet, illorum interceſſionibus percipiant: quòd ſi & hoc ineptum, & difficile exiſtimatur, ubi vivi, decimas perſolverunt, ſepeliantur mortui, quæ interpretatio colligitur ex Concilio Triburienſi, ſub Formoſo Pontifice celebrato, *cap.* 15. ex quo deſumpta eſt *dicti capitis* Alexandri III. deciſio; licet non eiſdem verbis expreſſa: & ſuadetur ex textu *in cap. ubicumque*, 16.*quæſt.*1.ubi ejuſdem Triburienſis Concilii, *cap.*16.hæc verba referuntur,verſic.*Ubicumque facultas rerum,& opportunitas temporum ſuppetit*, juncto verſic. *In cauſa eorum,qui de Diœceſi ad Diœceſim tranſeant*: ex quibus verbis deducitur,& originatur deciſio textus *in d.c.ubicumque* 6.13. *q.*2. quæ omnia jura agunt, & intelligenda ſunt de viatoribus, qui de Diœceſi ad Diœceſim tranſeunt,& in itinere decedunt: in quorum ſepeliendis cadaveribus ordo præfatus ſervandus eſt: notat Oſtienſis *in textu noſtro, num.*3. *& in ſumma hujus titul.*§.*Apud quam, num.* 4.

Sextò, noſtri text. ſententia impugnatur ex textu *in* 9
cap.placuit eadem 13.*quæſt.*2.ubi cùm à Melchiade Pontifice quæſitum eſſet,utrùm poſſet quis propria authoritate novam eligere ſepulturam, & antiquam parentum ſuorum deſerere? Reſpondit, quòd nullius propria voluntate aliam Eccleſiam, niſi cui uſus antiquorum parentum Canonica inſtitutione ſubjacere perhibetur, ſepulturæ cauſa adire procuret; niſi infirmitatis cauſa præpeditus in aliam fuerit Regionem quolibet negotio progreſſus; & ſi quis Prælatus contra hoc agere fategerit, Eccleſiaſtico excommunicationis vinculo innodetur; quæ deciſio probare videtur non poſſe aliquem dimiſſa parentum ſupultura, novam eligere: Igitur minùs rectè *in noſtro cap.*1.eſt deciſum, quemquam poſſe extra ſepulchrum Majorum novam eligere ſepulturam. Cui difficultati reſpondendum eſt, in decreto illo non damnari liberam ſepulturæ electionem, parentum ſepulchro dimiſſo; ſed ſolùm prohibetur, ne quis temerario caſu, ſeù proprii arbitrii temeritate, antiquam Majorum dimittat ſepulturam, & aliam eligat: quemadmodum enim Regularis Canonicus, qui ſtrictiorem Regulam eligere poteſt, *cap.ſane; de Regularibus*, Thomas Sanchez *in præcepta Decal. cap.*6. *&* 7. non poteſt propria authoritate, & levitate, ad aliam Religionem etiam ſtrictiorem tranſire, text. ita intelligendus *in cap. nullus* Abbas, *cap. mandamus* 2.19.*quæſt.*3.Azor.1. *part.moralium,lib.*12. *c.*22.*q.*8. Ita ſimiliter non poterit teſtator levitatis cauſa, & temerario auſu,antiquam parentum derelinquere ſepulturam, & aliam eligere: ut conſtat ex *eodem textu*, verſiculo, *Nullus proprii arbitrii temeritate*: Igitur, ſi novæ ſepulturæ electio, non ex temeritate,ſed ex Religione fiat, non damnabitur; ſed jure permittente in ea corpus condetur: ut in *noſtro cap.*1.decidit: notat Archidiaconus *ibidem n.*1.& de interpretatione ad text.*in l.*3.§.*Divus.ff.de ſepulchro violato*,vide quæ ſcripſi *in cap.*2. *de probationibus*: *n.*12.& de interpretatione ad tex.*in l.*2.*C.de Sacroſanctis Eccleſiis*:vide à me tradita *in cap.*1. *de vita, & honeſtate Clericorum*, *n.*11. & quæ infrà dicemus *in cap. ex literis,de jure patronatus*: de ſecunda noſtri textus parte agemus *in c.*2. *hujus tituli.*

Ad textum in cap. Relatum 2. cap. De his 4. cap. Ex parte 5. cap. cum liberum 6. hoc tit. de Sepulturis.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia illa, apud quam quis fuerit sepultus, tenetur Canonicam portionem eorum, quæ defunctus pro anima reliquit, Parochiali Ecclesiæ tradere, in qua domicilium defunctus habebat.*
2 *Quarta Parochialis, quæ dicatur, & de quibus rebus debeatur.*
Operarius dignus est mercede sua.
3 Cap. conquerente, versic. *Quartam decimationem, & mortuorum*, de officio Ordinarii.
4 C. relatum 2. hoc tit. de sepulturis.
5 Cap. liberum 6. de sepulturis.
6 Cap. in nostra 10. de sepulturis.
7 Cap. fin. de testamentis, *conciliatur cum* cap. 1. de sepulturis.
8 Clementina, dudum §. Verum, de sepulturis.
Quarta portio deducitur secundum loci consuetudinem.

CONCLUSIO.

1 *Ecclesia illa, apud quam quis fuerit sepultus, tenetur Canonicam portionem eorum, quæ defunctus pro anima sua, eidem Ecclesiæ reliquit, Parochiali Ecclesiæ tradere, in qua domicilium defunctus habebat.* Cõsonat text. *in dict. cap. relatum 2. cap. de his 4. cap. ex parte 5. cap. cum liberum 6. hoc titulo cap. fin. de testamentis cap. ex parte de verborum significat. cap. cum quis de sepulturis, lib. 6. Clementina; dudum, §. Verum, eodem tit. Extravag. 2. de sepulturis*, Concilium Tridentinum *sessione 25. de reformation. cap. 13.* Illustrant Covarruvias *in cap. officii, de testamentis; num. 1. & in cap. fin. eodem tit. num. 5.* Julius Laborius *variarum lucubrationum, tit. 2. cap. 17.* Azor. *2. p. moralium, lib. 19. cap. 13.* Barb. *lib. 3. de jur. Ecclesiastico, cap. 24.* Basilius *lib. 5. de matrimonio, cap. 13. §. 2. num. 10.* Guttierrez *de juram. confirmatorio, 2. part. cap. 4.* Petrus Gregorius *lib. 1. partitionum tit. 15. cap. 4. num. 2.* & in repetitione ad text. *in cap. conquerente, de officio Ordinarii, §. 16. num. 5.* Emanuel Rodriguez *quæstionum Regularium, 1. tom. quæst. 39. art. 2.* Menoch. *lib. 1. de præsumptionib. præsumpt. 109. num. 56.*

2 Ratio, quare hæc Canonica portio, quæ aliàs *Quarta Parochialis* dicitur, debetur, & reservanda est Ecclesiæ Parochiali, de his quæ reliquit Ecclesiæ, & sepulturæ, ea est, quia vivus in Parochiali cœlesti pabulo refici consuevit; & dignus est operarius mercede sua, *cap. cum secundum Apostolum, de Præbend.* & qui fuerunt socii passionis, debent etiam esse & consolationum, Paul. *ad Corinth. cap. 1.* & quemadmodum Parochialis Ecclesia onus sustinet celebrandi Divina Officia, & administrandi Ecclesiastica Sacramenta Parochianus in vita, propter labores quos patitur Parochus in Ecclesiis sibi commissis, in oratione, prædicatione, & Sacramentorum exhibitione, *cap. quem pœnitet, de pœnitentia, distinct. 1. cap. dictum, cap. ipsi Sacerdotes, 1. quæst. 1.* ita etiam æquum est, ut in eorum morte, de relictis Ecclesiæ sepulturæ, debeatur Ecclesiæ Parochiali Canonica portio, ut ad quam spectat onus, & emolumentum etiam spectare debeat, *cap. Ecclesiasticis, cap. charitatem, 12. quæst. 2. cap. de lapsis, 16. quæst. 6. cap. qui sentit, de regulis juris, lib. 6.* & aliter facta sepulturæ electio, sub excommunicationis pœna damnatur: ita Ostiensis *in præsenti, num. 7. & 8.* Panormitanus 3. quæ ratio expenditur *in cap. 1. hoc titul. cap. 1. & 1. eodem titul. lib. 6.* quæ Canonica portio Ecclesiæ Parochiali debita, in jure dicitur, media pars omnium bonorum, quæ pro salute animæ suæ defunctus reliquit Ecclesiæ, apud quam elegit sepulturam: *cap. relatum 2. vers. Medietatem Ecclesiæ, ad quam dignoscitur pertinere relinquat; hoc titul.* aliquando invenitur Quarta, *cap. cum super hoc titul.* interdum Tertia, *cap. 1. eodem tit.* quare in ejus diffinitione, & divisione, spectanda, & sequenda erit locorum consuetudo, *cap. certificari, de sepulturis*; Julius Laborius *d. cap. 17. num. 4.* & debetur de omnibus, quæ ratione sepulturæ, & occasione funeris ad Ecclesiam perveniunt, *cap. cum liberum, cap. in nostra, hoc titul.* Emmanuel Rodrig. *d. q. 39. ar. 2.* De his tamen, quæ pro ornamentis, seu fabrica Ecclesiæ reparationibus indigenti, vel pro Anniversario, sive aliis ad perpetuum cultum Divinum Ecclesiæ relictis, Canonica portio (dummodo in fraudem non fiat, ut Parochialis Ecclesia defraudetur) deduci non debet, *cap. fin. de testament.* quemadmodum, nec de relictis pro pauperibus, aut consanguineis pro remedio animæ, vel aliis piis legatis, *cap. ex parte vestra, cap. in nostra, de sepultur.* notat Covarr. *in d. capit. fin. de testament.* Petr. Gregor. *d. libro 1. partitionum, titulo 15. capite quarto, numero secundo*, Sylvest. *in summ.* verb. *Canonica portio*, §. 2. *numero 15.* Barbosa *ubi suprà, num. 47.*

Primò, his omnibus obstabit textus *in cap. conquerente*, vers. *Quartam decimationũ, & mortuariorum, de offic. Ordin.* ubi legitur, hanc Canonicam portionem, de omnibus mortuariis relictis Ecclesiæ, in qua sepultura electa fuit, Episcopo esse debitam; siquidem inter jura Episcopalia mortuariorum, Quarta connumeratur, *capit. de quarta, de præscriptionibus; cap. officii 14. c. requisisti 15. & fin. de testam. cap. quoniam à nobis, de decimis; cap. olim causam, de censib.* in quib. jurib. Quarta pars mortuorum vel oblationẽ, ab Ecclesiis, quib. relinquitur, præstari, & solvi debet Episcopo: igitur minus rectè dictum esse videtur portionem hanc Parochiali Ecclesiæ debitam esse, cujus fuit Parochianus is, qui eam reliquit Ecclesiæ in qua sepulturam elegit. Qua in difficultate, Beroius *in c. Raynutius, de testamentis, n. 165.* respondit, hæc jura, in quibus Quarta Parochialis Episcopo debetur, procedere, & intelligi debere, quando Episcopus dictam Quartam, adversus Ecclesiam antiquam Parochialem præscripsisset, & ita ex vi præscriptionis, non verò ex juris Pontificii dispositione Quartam portionem sibi vindicat Episcopus. Sed hæc solutio non congruit verbis dictorum jurium, in quibus nulla præscriptionis mentio habetur; sed generaliter decernitur, hujus portionis præstationem Episcopo deberi; & ideò restringenda non sunt ad causam specialem præscriptionis, sed generaliter accipi debent: *leg. de pretio, ff. publiciana in rem actione; l. 1. §. Generaliter, ff. de legat. præstandis; l. non distinguemus, ff. de receptis arbitris.* Tum etiam, quia manifestè repugnat sententiæ *dict. c. conquerente*, ubi enumerantur illa, quæ de jure pertinent ad Episcopos, inter quæ recensetur mortuorum Quarta. 3

Quare ea solutione rejecta, respondendum est, de bonis mortuorum, vel legatorum pro anima defunctorum obvenientibus Ecclesiæ, in qua testator elegit sepulturam, omissa Parochiali Ecclesia, duas Quartas portiones deduci; nam Episcopus, cui Ecclesia subdita est, debet habere suam Quartam jure Episcopali, & Ecclesia Parochialis etiam percipit suam portionem Parochiali jure, sed diverso modo; nam Parochiali Ecclesiæ debita portio integraliter solvenda est, de obvenientibus Ecclesiæ sepulturæ ab ipsis Parochianis, & in subsidium ab Ecclesia legataria, ut constat *ex cap. 1. hoc tit.* at verò Quarta, de qua *in dict. cap. conquerente*, cum similibus, de jure debita Episcopo, propter onus Episcopale, & communionem, quæ est inter ipsum, & Ecclesiam sibi subjectam, *cap. requisisti, de testamentis*, non datur illi, quasi eam exigere possit immediatè à Parochianis, sed ab ipsis Parochis; nempè ex Quarta illa portione, quæ obvenit Parochiæ, ut notat Joannes Andreas, & Panormit. *in cap. certificari, de sepulturis, num. fin.* Covar. *in cap. fin. de testament.* Petrus Gregor. *in d. cap. 16. n. 5.* Barbos. *lib. 3. de jure Ecclesiast. cap. 26. num. 11.* Priùs tamen erit de

deducenda quarta portio Parochiali Ecclesiæ debita, ut probat eleganter Abb. *in d.c. certificari, n. fi.*

Secundò, ex his infertur interpretatio *ad tex. in cap. relatum, hoc tit.* ubi decernitur, quod quicunque in Monasterio converti voluerit, sive in morte, sivè in vita, omnium rerum, & possessionum, quas pro salute animæ suæ, vel occasione sepulturæ decrevit disponere, medietatem Ecclesiæ, apud quam fidei Sacramenta percepit, relinquat: quæ decisio plenè probat portionem Canonicam Parochiali Ecclesiæ deberi, si ea omissa in Religioso Monachorum Conventu sepulturam elegerit, sivè in vita, sive in morte ad illum convertatur cujus ratio ex superioris deducitur; nam cum ille in Parochiali Ecclesia cœlesti pabulo refici consuevisset, ibique Ecclesiastica Sacramenta percepisset, non debet Parochum de hujus portionis subsidio defraudare: merito optimè in jure visum fuit, ut qui onus suscepit administrandi Sacramenta, & Verbum Dei Parochianis prædicandi, sentiat ex eorum bonis aliquod commodum; ut apparet ex *textu nostro.* Sed difficilis redditur hujus Canonis sententia, ex decisione textus *in cap. de his 4. hoc eodem titul.* ubi hi, qui in infirmitate, vel sanitate, cum bonis suis ad religiosa loca se transferunt, nihil Ecclesiis, à quibus receperunt salutis pabula, relinquant: si in ægritudine ipsa, de qua decedunt, ad Religionem transeunt, de bonis suis, Ecclesiis, à quibus assumpti fuerunt, Canonicam debent portionem exhibere; si verò ad religiosa loca, se in sanitate transtulerint, de his quæ locis ipsis conferunt, cogi non possunt aliquid præscriptis Ecclesiis impartiri; quia liberum est eis, tunc bona sua non solum Religiosis, sed etiam quibuslibet privatis personis conferre: ex qua decisione deducitur, de bonis dumtaxat illius, qui ægritudine, de qua diem suum objit, Religionem ingreditur; ut ibi sepeliatur Canonicam portionem Parochiali Ecclesiæ exhibere debere; non verò de bonis illius, qui in vita convertitur in Monasterium, de quibus quarta funeralis detrahi non potest: contra id, quod Leo Pontifex scribit *in dict. cap. relatum*, vers. *mandamus* Monasterium ingredientis, sivè in vita, sivè in morte in eo convertatur Canonica portio est Ecclesiæ Parochiali ad quam dignoscitur pertinere, relinquenda. Quam difficultatem, ut solvant Antiquiores Interpretes in varias divisi sunt sententias. Innocentius *in d. c. relatum 2. hoc tit.* existimavit de bonis ingredientis Religionem in sanitate, si in ea solemnem fecerit professionem, quartam portionem deberi Ecclesiæ Parochiali, quia mori fingitur, quando Monasterium ingreditur, & profitetur, *c. quia ingredientibus, c. si qua mulier 19. q. 2. c. placuit, 16. q. 1. Authentic. si qua C. de Sacrosanct. Ecclesiis*, & ita in hoc casu asserit procedere textum *in dicto cap. relatum 2 hoc titul.* cui non refragatur textus *in d. cap. de his 4. hoc tit.* quoniam loquitur, quando aliquis ad Monasterium transit conferendo sua bona, ut in eo degat, non ut in eo sit professus; ut in *cap. cum & plantare, §. de fratribus, c. ut privilegia, de privil. cap. in nostra 10. hoc tit.* nam si profiteatur, de omnibus, quæ daret ille Monasterio, haberet Parochialis Ecclesia suam portionem Canonicam, cum mortuus, ingressus fuisse intelligatur, *d. cap. relatum. hoc tit.* Sed ejus interpretatio convincitur, quia manifestè repugnat verbis text. *in d. cap. de his*, vers. *Se transferunt* juncto versic. *Se transtulerunt*, quæ verba important plenam translationem, *cap. si quis jam translatus, 21. q. 2.* & consequenter ostendit eos de quibus in *eo textu*, verè Religiosos effectos fuisse: qua ratione eam sibi placuisse testatur Panormitanus *in d. cap. de his, num. 4.* Ostiens. etiam *in d. cap. relatum.* Pro horum jurium concordia dicendum putavit, quod si quis in sanitate Monasterium ingrediatur, licet multo post vivat tempore, nihilominus de omnibus, quæ tunc pro anima sua dat Monasterio, ad quod transit, habebit Parochialis Ecclesia partem suam, juxta text. *in dict. c. relatum hoc tit.* de aliis autem bonis, quæ simpliciter Monasterio contulit, nullam portionem detrahere potest Ecclesiæ, à qua assumptus fuit, nisi in ægritudine ipsa, de qua moritur Monasterium ingrediatur, juxta text. *in d. cap. de his 2. hoc tit.* qui de bonis, non pro anima, vel occasione sepulturæ, sed simpliciter collatis Monasterio loquitur; de quibus quarta portio non deducitur; ita etiam Ostiens. *ibidem.*

Sed explosa hac solutione, verè satisfacit difficultati Gl. *in d. c. relatum*, verb. *Invita*, dum asserit, de bonis ingredientis Religionem in sanitate, nihil deberi Ecclesiæ Parochiali, quia talia bona tunc non intelliguntur oblata ratione sepulturæ: sed censentur data pro ipsius se offerentis sustentatione, vel pro alia ejus devotione, *c. non dicatis. 12. q. 1.* & tunc nulla injuria fit Ecclesiæ Parochiali ratione sepulturæ, cum illa oblatio non fiat ejus cogitatione, cum eo in casu cuilibet liberum sit bona sua, non solum Religiosis, sed etiam quibuslibet privatis conferre personis, *d. c. de his 4.* & ideo se ad Religiosum locum transferens in sanitate, de his quæ loco ipsi contulit, non potest aliquid Ecclesiæ Parochiali impartiri: sed si ad Monasterium transit in ægritudine, cum qua decessit, portio Canonica debetur, quia hæc bonorum oblatio intelligitur facta ratione sepulturæ, argum. *textus in leg. 2. & 3. ff. de donationibus causa mortis*, & quoniam de relictis Ecclesiæ sepulturæ debetur Parochiali Canonica portio, ut in *nostro cap. relatum*, & *similibus* atque ideo in hoc casu de his bonis, hæc Canonica portio exhiberi debet, ut docet textus *in dict. cap. de his 4.* Cui non obstat textus *in dict. cap. relatum 2.* quia est accipiendus de eo, qui ad Monasterium convertitur cum tali infirmitate, de qua decesserit, quo casu Canonica portio de bonis suis detrahitur Parochiali Ecclesiæ solvenda; cujus *Glossæ* interpretationem sequitur Panormitanus *in præsenti, n. 6.*

Tertiò, supra dictis obstabit valdè textus *in cap. cum liberum 6. hoc titul.* ubi si relicta Parochiali Ecclesia, sepultura in alia Ecclesia electa sit, Canonica portio non reservatur Parochiali Ecclesiæ. In cujus textus difficultate, omissa *Glossæ* interpretatione *ibidem*, verb. *Disposuit*; verissimè respondendum est, hujus *Canonis* sententiam procedere eo casu, in quo testator in ultima voluntate, apud aliam Ecclesiam, dimissa Parochiali ex devotione, disposuit sepeliri, & Clerici Parochialis Ecclesiæ, corpus ipsius violenter rapuerunt, & in sua sepelierunt Ecclesia; tunc enim coguntur corpus, & bona, quæ occasione sepulturæ ipsius recepisse noscuntur cum integritate Ecclesiæ, apud quam electa fuit sepultura, restituere; ita ut de cætero talia facere non præsumant, nec Canonicam deducere possunt portionem, quam amittunt propter violentiam commissam: *arg. text. in cap. cum qui, de Præbendis, lib. 6. l. extat, ff. quod motus; l. si quis in tantum, C. unde vi. l. licitatio, §. Quod illicitè, ff. de publican. & vectigalib.* nam qui irruendo aliquid occupat, etiam si Episcopus sit, causæ suæ patitur detrimentum, *cap. placuit, 16. quæst. 6.* & illud quod habet quis, debet amittere, si improba temeritate assumat, *cap. sic decet, 25. quæst. 2.* cum ergo præfati Clerici corpus illud violenter rapuissent, & in sua Ecclesia minimè dubitassent sepelire, ut in eo in quo deliquerunt (sicut fas est) puniantur, *argumento textus in cap. quanto, §. Cæterum, de translatione Episcopi*, ad omnia recepta occasione sepulturæ, nulla retenta portione, restituenda compellantur; nam licet defectum personæ, non debeat in detrimentum Ecclesiæ redundare, *cap. si Episcopus, 16. quæst. 2. cap. venerabilis, §. Intellexinus, de exceptionibus; cap. dilectum, de regulis juris, lib. 6.* & ideo portio Canonica salva esse debebat Parochiali Ecclesiæ; tamen in hac specie tota Ecclesia, id est, omnes de Ecclesiæ deliquerunt; undè cum delictum non sit unius personæ, sed personarum omnium; meritò, propter delictum suum, omnes ipsi puniuntur; argumento textus *in l. jubemus, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*: docet Ostiensis *ibidem num. 2. & 3.* Panormitanus *num. 4.*

Quartò, ex his infertur interpretatio ad text. *in cap. in nostra 10. hoc titul.* ubi Hospitalarii, quibus

ex privilegio, & indulgentia ſpeciali, licet omnes ad Eccleſiaſticam ſepulturam recipere qui apud illos elegerint ſepeliri, ſoluta Quarta Parochiali, Eccleſiæ, de cujus Parochia mortuorum corpora aſſumuntur, de oblationibus, & aliis, quæ defunctus pro anima ſua, in ultima diſpoſitione reliquit, præterquam de equis, & armis, quæ indulta ſunt ipſis in ſubſidium terræ Sanctæ, de quibus Quarta deduci non poteſt, cùm Hoſpitalarii reſiduum habeant, niſi dolo, vel fraude eorum, defunctus inductus fuerit ad diſpoſitionem hujuſmodi faciendam. Cujus deciſionis ratio eſt, quia cùm jure communi quilibet ſepeliatur in propria Parochia, vel in ſepulchro Majorum, niſi alibi elegerit ſepulturam, *dict. cap.* 1. *hoc tit.* nam facultas illa iſtis privilegiatis conceſſa ſepeliendi extraneos, qui aliàs illos ſepelire non poterant, debet intelligi cum limitatione hac: dummodo quis apud eos eligat ſepulturam, ſolvendo tamen Canonicam portionem Eccleſiæ Parochiali, quia talis portio eſt debita ab Eccleſia ſepulturæ. nam Pontifex non intendit per ſuum privilegium jus Tertii tollere, niſi expreſſione facta, *c. licèt, de officio Ordinarii*: ideò Eccleſiæ Parochiali debetur Canonica portio, quæ eſt Quarta pars, vel alia juxta conſuetudinem loci, *cap. certificari, hoc tit.* quæ debetur de oblatis, & aliis, quæ defunctus pro anima ſua in ultima diſpoſitione reliquit, docet *Oſtienſis, & Panormitan. ibidem.*

7 Quintò, prædictis obſtabit textus *in cap. fin. de teſtamentis*, ubi de relictis pro Anniverſario ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo, aut quadrageſimo die, vel quibus diebus olim mortuorum exequias pia devotione celebrare veteres conſueverunt, Auctore Alphonſo *in lib. de obitu Theodoſii*, quem refert Gratianus *in c. quia alii*, 13. *quæſt.* 2. *cap. nullus*, 44. *diſt.* Covarr. *in dict. c. finali, de teſtamentis, num.* 11. Canonica portio deduci non debet: cujus contrarium refert textus *in cap. in noſtra* 10. *hoc tit.* dum affirmat, Quartam habere Parochialem Eccleſiam de omnibus funeralibus. Quam difficultatem dupliciter ſolvit Oſtienſis *in d. c. fin. num.* 6. & primo aſſerit de oblationibus factis in prima Miſſa, die quo funus ad Eccleſiam defertur, quartam partem Eccleſiam Parochialem percipere, juxta textum *in d. c. in noſtra hoc tit.* de his verò oblationibus, quæ ſeptimo, vel vigeſimo, vel trigeſimo die fiunt, quo exequiæ mortuorum peraguntur, nihil eſſet deducendum, juxta text. *in d. c. fin. hoc tit. c. ex parte, de verborum ſignificatione.* Vel ſecundò etiam reſpondit, quòd de his, quæ relinquuntur pro oblationibus faciendis, nulla fit partis deductio *ut in dict. cap. fin de teſtamentis*; ſed de his quæ in Miſſa offeruntur hæc quarta portio deduci debet: & in hac ſpecie procedit text. *in dict. cap. in noſtra.* Sed primam expoſitionem magis approbare videtur conſuetudo, quam ſequitur Oſtienſis, & Panormitan. *in dict. cap. in noſtra, nu.* 7.

8 Sextò, huic reſolutioni valde obſtabit textus in *Clementina. dudum*, §. *Verum, de ſepulturis*, ubi Canonica portio indiſtinctè ſolvitur de omnibus obventionibus Eccleſiæ Parochiali, non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium obtenta. Sed reſpondendum eſt conſuetudinem *dicti cap. fin.* locum non habere in his, quæ legantur Monachis prædicatoribus, aut Mendicantibus ab eo, qui apud eos elegerit ſepulturam, quibus arctior definitio inducta eſt, ut quartam Parochialibus Eccleſiis ſolvere teneantur, tàm de obventionibus, quàm de funeralibus, de his etiam de quibus Canonica portio, ab aliis Eccleſiis exigi non ſolet, vel de jure non debet; nec id mirum eſt, cùm Monachis plura privilegia conceſſa fuerint, quæ præjudicium inferant Eccleſiis Parochialibus: vel nè omninò jura Parochialium Eccleſiarum extinguantur: hoc enim fuit ſtatutum *in dict.* §. *Verum*, cujus deciſio, cum à jure communi exorbitet, nullatenus ad alios, quàm ad Prædicatores, & Minores Religioſos extendenda eſt; argum. text. *in cap. quæ à jure communi, de regulis juris, lib.* 6. docent Panormitan. *in d. cap. finali, num.* 7. Albericus *in leg. ſervo aliено*, §. *Ineptas, n.* 20. *ff. de leg.* 1. Covar. *in dict. c. fin. num.* 7. Petrus Gregorius *li.* 1. *partitionum, tit.* 15. *cap* 4. *num.* 2. Moribus tamen receptum eſt, ut Eccleſiæ Parochiali quarta portio à Monachis ſolvatur, ex his tantum, quæ offeruntur tempore quo funus, ſeu exequiæ defunctorum celebrantur: ut notat Covar. *in dict. c. fin.* Molina *de juſtitia, & jure, tract.* 2. *diſp.* 20. *c.* 5. *n.* 4. Barb. *dict. lib.* 3. *c.* 24. *nu.* 36.

Ad textum in cap. Sacris 12. cap. Parochiano tuo, fin. cap. Ex parte 11. hoc titulo, de ſepulturis, cap. Conſuluiſti 7. de conſecr. Eccleſiæ, vel Altaris.

SUMMARIUM.

1 *Excommunicatus decedens in cœmeterio ſepeliri non debet, niſi in articulo mortis fuerit abſolutus: & ſi de facto ſepeliatur, exhumari debet, cum declaratione in præſenti propoſita.*

2 *Excommunicationis definitio proponitur.*
Communicatio vivis prohibita, defunctis etiam prohibita cenſetur.

3 *Crimina morte delinquentium finiuntur, & ibi plura jura exponuntur.*

4 *Excommunicatio medicinalis eſt, non mortalis, & quomodo hoc intelligatur, ibi exponitur.*

5 *Sepultura defunctis jure naturali, & divino debetur.*

6 Cap. ſuper eos 2. de raptoribus, *conciliantur, cum* c. in literis 5. ejuſdem tituli.
Cap. 1. & ult. de ſepulturis, c. 1. de torneamentis, *expenduntur.*

7 *Hæredes non conveniuntur ex delicto defuncti, niſi quatenus ad eos pervenit.*

8 Cap. ſi aliquis excommunicatus 11. 26. quæſt. 6. *conciliatur cum* c. 1. 24. q. 2.
Pœnitens moribundus qui ſignum externum dedit, an poſt mortem abſolvi poſſit.

9 *Sacrilegium committit, qui defunctorum corpora exhumat, aut ſepultura defraudat.*
Sepultura potius nocet, quàm prodeſt impio.
Cap. quibus 16. 13. quæſt. 2.

10 L. 2. C. de hæreticis, in Theodoſiano.

11 Clementina 1. de ſepulturis, *cum* cap. ſacris, hoc tit. *conciliatur.*
Cap. Eccleſiam 27. & 28. de conſecratione, diſtinctione 1.

CONCLUSIO.

QUæ ex his juribus deduci ſolet, ſic ſe habet: *Excommunicatus decedens, in cœmeterio ſepeliri non debet, niſi in articulo mortis fuerit abſolutus; & ſi de facto ſepeliatur, exhumari debet, ſi ab aliorum corporibus diſcerni poſſit, & procul debet ab Eccleſiaſtica ſepultura rejici.* 1
Comprobat text. *in c. ex parte* 11. *cap. ſacris* 12. *c. Parochianos fin. hoc tit. de ſepulturis: c.* 1. & 2. cum aliis, 24. *q.* 2. *ca. ſi aliquis* 11. 26. *quæſt.* 6. *c. ſacris*, 28. *de ſententia excommunicationis; c. is cui* 20. *eodem tit. lib.* 6. *c. conſuluiſti* 7. *de conſecrat. Eccleſiæ, vel Altaris*; *cap. Eccleſiam* 27. & 28. *de conſecrat. diſtinct.* 1. *cap. ut privilegia* 24. *de privileg. c.* 2. *de homicidio, lib* 6. *Clem.* 1. *de ſepulturis: c.* 2. & 4. *de ſtatu Monachorum*: exornat Anton. Butrius *in tractatu de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ; lib.* 4. *cap.* 60. *num.* 38. Suarez *de cenſuris, tomo* 5. *diſput.* 13. *action.* 4. *n.* 3. Duẽnas *regul.* 13 *limitatione* 12. Covar. *li.* 3. *variarum, c* 3. *n.* 7. Neguſant. *de pignoribus. parte* 2. *membro* 4. *n* 124. Caldas Pereira *ad legem unicam. C. ex delictis defunctorum; p.* 4. *n.* 9. Barb. *in lege ſi filius familias, ff. de Judiciis, n.* 139. Guttier.

lib.2.Canonicarum,c. 18. *n.* 58. Gratianus *diſceptationum forenſium,cap.*33.*n.*16.Menchaca *de ſucceſſion.progreſſu*, §.1.*num.*27.Menochius *conſil.*89.*num.*156.Zevallos *communium contra communes;quæſt.*464.verſ. *Sed contrarium* Palacius Rubius *in repetitione rubrica*, *de donationibus inter virum,& uxorem*, §.65.*n.*19.cum traditis à Barb.*in collectaneis ad noſtrum textum* : & in *Clementina unica*, *hoc tit.num.*2. Bonacina *de cenſuris extra Bullam*, *diſp.*2. *q.*2.*punct.*31. *num.*19.Emmanuel Rodriguez *quæſtionum Regularium, tomo* 3.*quæſt.*61.*art.* 3.Idem Barb. *de poteſtate Epiſcopi,part.*3.*allega.* 50.*num.*221. *& de Parochis, c.*26. *nu.*48.

2 Ratio, quare excommunicatus decedens, Eccleſiaſtica debet carere ſepultura, ea eſt, quia Sacris Canonibus conſtitutum eſt, ut Eccleſiaſtica careant ſepultura, quia priùs erant ab unitate Eccleſiaſtica præciſi; nam cum excommunicatio ſit ſeparatio, qua Chriſtiani à participatione Sacramentorum, & communione fidelium ſeparantur; recta juris ratio ſuadet, ut qui ſic ſeparatus decedit, poſt mortem non connumeretur inter eos, à quibus juſta fuerat ſententia in vita ſeparatus, nec pro eo, ſicut pro aliis fidelibus defunctis, Eccleſia debet Deo preces fundere; cum ſit ſacris Canonibus conſtitutum, ut quibus non communicavimus vivis, non communicemus defunctis, *dicto cap.ſacris* 12.*in principio*, *hoc titulo*; ſed ſi excommunicatus, in articulo mortis fuerit abſolutus, tunc rectè Eccleſiaſtica debet gaudere ſepultura, cum per abſolutionem reſtitutus ſit ad Eccleſiæ gremium, à quo fuerat per excommunicationem tantum præciſus; nam abſolutionis reſtitutio reddit, quantum abſtulit excommunicationis ſeparatio, *argumento leg. quod ſi minor*, §. *Reſtitutio,ff. de minorib.* & adeo in animarum favorem permiſſa eſt in articulo mortis abſolutio, ut Presbyter poſſit quemlibet à ſententia excommunicationis, ſive à jure, ſivè ab homine latæ abſolvere: etiam ſi abſolutio Summo Pontifici fuiſſet reſervata, ut notat Panormitanus *in dicto cap. Parochiano, hoc titulo*, *num.* 2. facit textus *in cap.ſi quis ſuadente*, 12. *quæſt.* 4. Unde cum excommunicatus, ſecundum Canonicas Sanctiones, Eccleſiaſtica debeat carere ſepultura, ſi de facto ſepultus fuerit, rectè jubetur, ſi ab aliorum corporibus diſcerni poſſit, exhumari, & procul ab Eccleſiaſtica jactari ſepultura: non enim eſt juſtum, ut contra ſtatuta Canonica inter fidelium corpora requieſcat cadaver illius, qui à communione fidelium ſeparatus diem ſuum obiit: ſed ſi ab aliorum corporibus diſcerni nequeat, exhumari non debet, ne cum excommunicatorum oſſibus corpora fidelium eximantur; quoties enim impius puniri nequit, quin ſimul juſtus etiam cum eo puniatur, potiùs debet tolerari malus, quàm ſi bonus puniatur; *c. quam magnum* 10.23.*q.*4.juri enim conſonum eſt, quod ratione boni connexi malum toleretur, *c. cum omnibus*, 81. *diſtin.cap. nolite*,11. *quæſt.*3. notat Panormitanus *in dicto cap. ſacris* 12.*hoc tit.num.*4. atque ideò rectè in concluſione noſtra cavetur, quòd ſi excommunicatorum corpora diſcerni valeant,exhumari debent; ſi autem non poſſunt, ſic manere debeant; notant omnes *in dicto c. ſacris.*

3 Primò, concluſioni ſuprà adductæ obſtabit dicere, quod regulariter in jure noſtro crimina morte delinquentium finiuntur, juxta textum *in leg.* 1. *Cod. ne ex delict.defunct.leg.ſi quis poſt*, *Codic. de bonis proſcriptorum*: §.*Non autem*, *Inſtit.de perpetuis*, *& temporalibus actionibus*, *l.* 3. *& l. defuncto, ff. de publicis* : *cap. quorundam*, 19.*diſtin.*mortuus enim à ſolo Deo cœleſti condemnari poteſt, ut notat Angelus *in leg.de qua re*,§.*Cum abſentem*, *ff. de Judiciis*; poſtquam enim homo ab hac vita mortali diſceſſit, nec ligari nec abſolvi ab Eccleſiaſtica poteſtate valet: quare Chriſtus Dominus cum poteſtatem ligandi, atque ſolvendi Petro, ipſius in [illegible]ris Vicario conceſſit, *quodcumque ligaveris ſuper* [illegible]*m*, dixit non *ſub terra*, ut ratiocinatur Innocen[illegible]III. *cap. à nobis*, 28. verſic. *Nec obſtat*, *de ſenten-*

tia excommunicationis; & cumulat Gratianus *in ſecunda Decreti parte*, *in cauſa* 24. *quæſt.* 2. Igitur non rectè jura Canonica excommunicatis illam pœnam defunctis imponit, ut ſepultura Eccleſiaſtica careant: ſiquidem poteſtatem non habeat judicandi eos, qui ſub terra ſunt: & ſimiliter, quia excommunicatus, etſi in vita propter ſuum delictum puniri debuiſſet: jam verò, poſtquam mortuus fuit, delictum morte finitum, non ampliùs pœnam meretur. Pro cujus difficultatis ſolutione verè dicendum eſt, excommunicatum Eccleſiaſtica debere puniri ſepultura: quia hoc tantum concedi debet illis, qui in unitate Eccleſiæ deceſſerunt: nam cum Eccleſiaſtica ſepultura concedi non debeat omnibus his, qui ab Eccleſia ſemoti, & ſegregati ſunt, vel his, qui nunquam de Eccleſiæ gremio fuerunt, rectè denegatur excommunicatis, quia cùm ab Eccleſia præciſi, & ſeparati ſint, non debent ad Eccleſiaſticam ſepulturam admitti, quæ tantum fidelibus in unitate Eccleſiæ decedentibus deſignatur; nam pro his tantum Eccleſia oret, ac Deo preces fundat, eis tantum ab antiquo permiſſum fuit in cœmeteriis, apud Eccleſias, & Monalteria ſepeliri, ubi orationes fiunt, & Miſſarum ſolemnia tam pro vivis quàm pro defunctis celebrantur, *capite fraternitatem* 7.*de ſepulturis*, ideo, etiam ſi regulariter loquendo, delicta morte finiantur, & Eccleſia mortuos non judicet, juxta *ſuprà* tradita: rectè tamen excommunicatis denegatur Eccleſiaſtica ſepultura: quia hoc non tam in pœnam delicti fit, quàm ob id ſcilicet, quia Eccleſia eam non concedit defunctis, qui in gremio Eccleſiæ non exiſtentes vitam cum morte commutarunt.

Secundò, obſtabit dicere, quòd ſententia excom- 4
municationis medicinalis eſt, non mortalis, *c.* 1. *de ſententia excommunicationis in* 6. Meritò ergo tantum imponi debet, ut homines corrigantur, & à peccato deſiſtant: quia & plectendo, & ignoſcendo, hoc ſolùm benè agitur, ut vita hominum corrigatur, ut teſtatur Divus Auguſtinus *in cap. prodeſt*,23.*quæſt.*5. ſicque Chriſtus Dominus: *Nolo* (inquit) *mortem peccatoris, ſed ut convertatur*, *& vivat*: Igitur, poſtquam excommunicatus vita diſceſſit, non rectè punitur, ita ut Eccleſiaſtica debeat carere ſepultura: ſiquidem excommunicatio medicinalis eſt,ut reſipiſcat peccator; non mortalis, ut condemnetur, & poſt mortem puniatur. Sed huic dubio ſatisfaciendum eſt, ex eo, quia etſi medicinalis ſit excommunicationis ſententia, tamen ſi excommunicatus, medicina illa adhibita, non reſipiſcat dignus eſt ut plectatur, qua propter id, quod dicitur *in dicto cap. prodeſt*, 23. *quæſt.* 5. ſcilicèt, *plectendo*, *& ignoſcendo*, *& cætera, hoc ſolum bene agitur*, *ut vita hominis corrigatur* : intelligendum eſt, ut dicitur in *ſequenti capit.* de illis, quos præſentia ſupplicia in melius commutant, non verò de illis, qui obſtinati ſunt; undè excommunicatus, qui obſtinatus, & impœnitens deceſſit, dignus eſt,ut tanquam de Eccleſia alienus judicetur, & ſic ei Eccleſiaſtica denegetur ſepultura.

Tertiò obſtabit, quòd ſecundum jus naturale, & 5
divinum, ſepultura defunctis dari debet: ſiquidem naturali ratione, divina, ac humana jura, nequaquam patiuntur defunctorum cadaveribus ſepulturam denegari: unde apud *Eccleſiaſticum* legitur, *c.* 7. *Mortuo non prohibeas gratiam*, *ſciens quoniam omnes moriemur*, ut refertur *in cap. in Eccleſiaſtico*, 13. *quæſt.* 2. & in *capit.* 1. *& 2. Tobiæ*, laudatur Tobias, quod plus timens Deum, quàm Regem, capiebat corpora occiſorum, & occultabat in domo ſua, & mediis noctibus ſepeliebat ea: quod etiam feliciter ſucceſſit Simonidi poëtæ, qui cùm ad litus maris navem appuliſſet, inhumatum corpus jacens ſepulturæ mandaſſet, ab eo in ſolemniis admonitus, ne proximo die navigaret, periculum naufragii evaſit: teſte Valerio Maximo *lib.* 1. *cap. de ſolemniis* : pluraque de ſepeliendi pietate, tradit Divus Auguſtinus *lib.*1.*de Civitate*

Dei, cap. 12. *&* 13. & ipſamet hoſtium corpora, quia id natura poſtulat, maximo cum honore ſepeliri debent; undè David *lib.* 2. *Regum, c.* 2. *Benedicti*(inquit)*vos à Domino, qui feciſtis miſericordiam hanc cum Domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum.* Si igitur humana pietas id expoſtulat, & naturalis ratio ſuadet, & etiam hoſtibus, & malè meritis ſepultura non denegatur, non rectè jura, & conſtitutiones Canonicæ prohibent, excommunicatorum corpora Eccleſiaſticæ dari ſepulturæ. Huic tamen, etſi difficili dubitandi rationi, facillimè ſatisfieri poteſt, ex eo quod conſtitutiones Canonicæ id non jubent; ſcilicèt, quòd excommunicatorum corpora ſine ſepultura remaneant; ſed id tantum, quod Eccleſiaſtica careant ſepultura in cœmeteriis, quibus in locis tantum ſepeliendi ſunt, qui cum de gremio Eccleſiæ fuiſſent, in ipſius unitate deceſſerunt; ſed cum excommunicati præciſi ſint à communione fidelium, nihil mirum, quod eis Eccleſiaſtica denegetur ſepultura.

6 Quartò, adverſus illam *noſtri textus* partem, qua docemur, quòd ſi excommunicatus in mortis articulo fuerit abſolutus, Eccleſiaſtica ſepultura non eſt ei deneganda; obſtabit textus difficilis *in cap. ſuper eo, de raptoribus, & incendiariis*, in cujus facti ſpecie deciſum extat, quod ſi manifeſtus raptor in morte ſecuritatem ſeu cautionem de reſtituendis malè ablatis non præſtat, etiam ſi de peccato pœnitens, abſolutus ſit, & Viaticum accipiat, nihilominus ei denegari debet Eccleſiaſtica ſepultura, prohibeturque Clericis ſepulturæ ejus intereſſe. Cujus textus difficultas augetur ex deciſione textus *in cap. in literis* 5. *ejuſdem titul. de raptoribus*; ubi in ſimili ſpecie cavetur, quod Eccleſiarum violator, etiam ſi ipſe non ſatisfaciat, nec moriens Eccleſiaſticam ſepulturam habere velit, in cœmeterio debet ſepeliri; & hæredes ejus tenentur condignè ſatisfacere. Augeturque difficultas ex eo, quia ſecundum juris noſtri decreta, cui unum Sacramentum conceditur, vel denegatur, & alia intelligitur conceſſa, vel denegata, juxta text. *c. ad ejus*, 5. *diſt. c. illud, eadem diſtinct. capite ultimo*, 13. *quæſt.* 12. igitur nulla eſt ratio, ob quam *in dict. capite ſuper eo* 2. Eccleſiaſtica denegetur ſepultura illi, cui Pœnitentia, & Viaticum non negatur? huic quidem deciſioni adverſatur textus *in capite ultimo, hoc noſtro titulo*, ubi etiam, ſi violator Eccleſiarum non ſatisfaciat, ſi tamen abſolutus ſit, in cœmeterio ſepeliri debet, & neceſſitas ſatisfaciendi pro eo hæredibus imponitur. In quorum jurium contrarietate, Gloſſa & Doctores omnes *in dicto capite ſuper eo*, affirmant quod in deciſione illa non cavetur, quod raptoribus pœnitentibus denegetur cœmeterium, ſed tantum ne Clerici ejus interſint ſepulturæ: quod quidem ſpecialiter ibi deciſum eſt in pœnam tanti delicti, atque licèt per pœnitentiam abſolvatur; attamen, quia Eccleſiæ damnum paſſæ ſatisfieri non potuit; ideò hoc genere ſupplicii punitur, ut ſcilicèt privetur præſentia Clericorum in ſuo funere. Nec tunc obſtabit deciſio *text. in cap. in literis*, *ejuſdem titul.* nam omiſſa interpretatione aſſerentium, ideò *in dicto capit. ſuper eo*, diverſum jus conſtitui, quia ſatisfieri de damno Eccleſiæ non potuit, at verò *in dicto cap. in literis*, potuit ſatisfieri per ejus hæredes. Verius tamen dicendum eſt diverſitatis rationem in eo conſiſtere, ſcilicet, quia *in dicto capit. ſuper eo*, agitur de raptore manifeſto, ut conſtat, ex verſic. *Manifeſtè fuerit deprehenſus*, quæ verba non ſine myſterio appoſita ſunt; at verò *in literis*, de non manifeſto agitur; & ideo raptor manifeſtus ſic punitur, ad horrorem & exemplum aliorum; notat Panormitanus *in dicto c. ſuper eo, n.* 4.

Nec tandem obſtabit ratio *ſuprà* adducta; ſcilicèt, quod cui conceditur pœnitentia, quæ magis eſt, non debet denegari ſepultura, quæ minus eſt; nam etſi regulariter loquendo, cui conceditur quod eſt majus, non denegatur quod eſt minus; hæc tamen regula quandoque limitatur ad varias cauſas, ob quas multoties alicui conceditur quod eſt majus, & denegatur quod eſt minus, *ut in capite Epiſcopus gubernationem*, 88. *diſtinct. capite Epiſcopi*, 80. *diſtinct. capite ſi quis Epiſcopi*, 1. *quæſtion. prima, capite latorem.* 33. *quæſt.* 2. *l. oratione, ff. de ritu nuptiarum*, & ſic in prædicta ſpecie ideo denegatur quod minus eſt, ob aliorum terrorem, & exemplum ut ſic malefactores abſtineant à ſimili delictorum genere; qua doctrina venit interpretandus textus *in cap.* 1. *de torneamentis*, ubi ſimiliter illis, qui in torneamentis deceſſerint, quamvis poſcentibus, non denegetur pœnitentia, denegatur tamen ſepultura, notat Gloſſ. *ibidem.* verbo, *careat ſepultura.* ubi communiter Doctores omnes. 7

Quintò, adverſus id quod *in dicto cap. fin. de ſepulturis* cavetur, nempè hæredes teneri ad ſatisfaciendum pro defuncto, & ad id compelli poſſe cenſura Eccleſiaſtica: Obſtabit dicere, quod ſecundum juris regulas, hæredes non poſſunt conveniri, nec tenentur ex delicto defuncti, niſi quatenus ad eos pervenit, *leg. unica, Cod. ex delictis defunctorum, in quantum hæredes conveniantur*: igitur non rectè, *in dicto cap. fin.* abſolutè cavetur, quod hæredes & propinqui teneantur pro defuncto ſatisfacere; & præcipuè, quia ut notat Gloſſa *ibidem*, verbo, *Sed ejus hæredes*; & ex *dicto cap. ſuper eo*, *dicto capite in literis, de raptoribus*, expreſſè patet, quod hæredes tenentur ex illo delicto defuncti, licèt nihil ad eos indè pervenerit.

Qua in difficultate, Gloſſ. & Doctores omnes communiter ſcribentes *in dictis juribus* diſtinguere ſolent inter jus Civile & jus Canonicum; ut ſcilicet, ſecundum jus Civile hæres conveniri nequeat ex delicto defuncti: ſecus verò de jure Canonico: quam differentiam agnovit Bartolus *in l.* 1. *ff. de privatis delictis*; qui quidem circa utrumque jus, ita diſtinguit. Et primò, reſpectu juris Civilis, dicit quod aut pœna impoſita eſt à lege, aut venit imponenda ab homine; nam in primo caſu hæres tenetur, juxta textum *in leg. commiſſo, ff. de publicanis*: In ſecundo verò caſu diſtinctionem adhibet dicens, quòd aut delictum commiſſum fuit circa contractum, aut extra contractum: & cùm commiſſum fuit circa contractum, ſubdiſtinguit dicens, quòd aut delictum purgatur actione ex eo deſcendente; veluti, quia commiſſus dolus fuit in depoſito, ſeu commodato; & tunc hæres non tenetur ex delicto, quia ſatis ei cautum eſt actione ex contractu deſcendente; ſcilicet, depoſiti, vel commodati: quòd ſi dolus dediſſet cauſam contractui tunc cum non purgetur delictum actione deſcendente ex contractu; quia contractus cum ſit nullus, non poteſt agi ex contractu contra doloſum, juxta notata *in cap. cum dilecti, de emptione & venditione*; & ſic neceſſarium eſſet agere immediatè ex tali dolo; in quo caſu non poteſt agi contra hæredem, quia delicta morte extinguuntur, *dicto capite quorundam*, 27. *diſtinct. dicto* §. *Aliquando*, *Inſtitut. de perpetuis*, *& temporalibus.* Si verò dolus commiſſus fuit extra contractum, tunc etiam diſtinguit, quod aut lis fuit conteſtata cum defuncto aut non; nam in primo caſu tenetur hæres, juxta textum *in dict. leg. unica. Cod. ex delictis defunctorum.* Cujus rei ratio eſſe poteſt, quia per litis conteſtationem, fuit initus quaſi contractus cum defuncto; ſiquidem in judicio quaſi contrahimus, *leg.* 3. *ff. de peculio.* Si verò lis non fuit conteſtata, tunc ſubdiſtinguendum eſſe docet prædictus *Bartolus*, ut ſcilicèt, ſi aliquid ad hæredes pervenit, ex illo delicto teneatur hæres in id, quod ad eum pervenit, & non ultrà: ſi verò nihil ad eum pervenit, non teneatur, juxta textum *in dicta l. unica.*

Quod autem attinet ad jus Canonicum; aſſerit diſtinctionem adhibendam eſſe inter eum caſum, quo pœna pecuniaria venit parti applicanda pro delicto: quia tunc tam ex parte rei, quàm ex parte actoris, quod petitur eſt pœna: aut pro damno aliquo dato pœna petitur; quia tunc, quod petitur pœnale eſt ex parte rei, ſed ex parte actoris eſt rei perſecutoria; nam in primo caſu utroque jure attento aſſerit Bartolus hæredem

redem non teneri ex delicto defuncti; in secundo verò servari differentiam inter utrumque jus, nam secundum jus Civile, non tenetur hæres; secundum verò jus Canonicum tenetur.

Verùm, & si hæc *Bartoli* doctrina, quam communiter Doctores sequuntur, subtilissima sit, & ad materiam de qua agimus elegans sanè, & scitu digna; veriorem tamen judico *Panormitani* sententiam, qui *in dicto cap. finali, de sepulturis*, ingenuè se semper tenuisse affirmat, nullam in hac parte differentiam esse inter jus Canonicum, & Civile quinimo certius esse, non posse agi ex delicto defuncti, contra hæredem, jure Canonico, nisi quatenus potest de jure Civili. Pro qua opinione facit notabilis Gloss. *in capit. à nobis* 2. versic. *Hæredes quoque de sententia excommunicationis*. Nec tunc obstat textus *in dicto capit. fin. hoc tit. & dicto cap. in literis de raptoribus*. Quia dicendum est; ideo in *dictis juribus*, hæredes teneri, quia ex quo defunctus contritus in morte decessit, tacite videtur mandasse satisfactionem ab hærede præstanda, & ita sensisse videtur Joann. Andr. *in additionibus Specul. in tit. de appellationibus*, §. *In quibus, in additione magna*.

8 Sextò, obstabit textus difficilis *in c. si aliquis excommunicatus* 11. 26. *quæstion.* 6. ubi ex Concilio Epaunensi legitur, quod si aliquis excommunicatus mortuus sit, antequam beneficium absolutionis consequatur, quia prius quàm ad Sacerdotem veniret, in domo, vel in via, eum mors præoccupaverit, non obstante excommunicatione possunt parentes ejus, oblationes ad Altare facere, & eleemosynas pro eo offerre, ac per consequens in cœmeterio eum sepelire, quia cum id ibi non prohibeatur, certum est ei permitti, quandoquidem & alia permittuntur, quæ excommunicatis decedentibus omnino denegantur, igitur non est verum dicere excommunicatis, qui absolutionis beneficium consecuti non fuerint, Ecclesiasticam denegari sepulturam. Sacrisque Canonibus constitutum esse, quod quibus non communicamus vivis, non communicemus defunctis. Augetur difficultas ex text. *in cap.* 1. 24. *quæstion.* 2. ubi de communione privatis, & ita de defunctis dicitur, eorum causam Dei judicio, in cujus manu sunt, reservandam esse; non verò, non debere nos communicare defunctis, quibus non communicamus vivis. Pro cujus difficultatis solutione sciendum est, quæstionem fuisse utrum illis, qui in vita signa contritionis ostenderunt deberet post mortem beneficium absolutionis conferri? qua de re consultus fuit Pontifex Innocentius III. qui respondit, posse Ecclesiæ beneficio subveniri illis, de quorum pœnitentia per evidentia signa constiterit, ut etiam mortuis beneficium absolutionis impendatur: cujus elegans extat rescriptum *in cap. à nobis* 2. *de sententia excommunicationis*: juxta quam doctrinam intelligendus est text. *in dicto cap. si aliquis*. nam ex eo quod per eum non stetit, quominus absolveretur, non debet ei nocere præmatura mors, & est etiam *in dicto cap. si aliquis*; prænotandum verbum illud, *excommunicatus*, in originali, & in libris antiquis non inveniri, sed postea additum fuisse à collectoribus: Unde illo addito verbo, necessariò respondendum est, absolutionis beneficium post mortem impendi debere ut sacrificia pro tali excommunicato mortuo offerri valeant, *cap. a nobis*, juncto ejus Gloss. *verbo*, *Confessus* 2. *de sententia excommunicationis*, Covarruv. *in cap. alma mater*, 1. p. *relectionis*, §. 11. *num.* 1.

9 Septimò, adversus id, quod *in dicto cap. sacris*, cavetur; nempe quod si de facto sepultus fuerit excommunicatus in cœmeterio, exhumari debet, & inde extrahi, obstabit dicere, sacrilegium committere, qui defunctorum corpora exhumant, aut sepultura defraudant *leg. pergit.* 6. *Cod. de sepulchro violato*, meritò violatores sepulchrorum gravibus pœnis puniuntur, *leg. qui sepulchra* 4. *Codic. eodem*, cum non solùm defuncto, sed etiam ipsi Religioni, & sepulturæ injuria fiat, in contrectatione, & extumulatione defunctorum: si ergo tantus honor pro funere, & Ethnicorum sepulchris impendebatur; quia Religio ipsa in extumulatione defunctorum lædebatur; nihil mirum, si sepulchris sacris idem honor servetur: igitur non rectè in *textu nostro* jubetur, excommunicatos extumulari debere. Augetur difficultas ex eo, quod in exhumatione nihil supplicii imponitur, excommunicato jam defuncto; siquidem ut refert Pontifex *in dicto capite*, *sacris*, *in fine*, nec impiis celebris, vel speciosa sepultura prodest, nec justis vilis, vel nulla nocet: igitur si in eo, quod excommunicatorum corpora extumulentur, nihil supplicii adversus eos consequitur, sed tantum quodammodo fit injuria loco religioso, juxta suprà tradita, non rectè in prædicta *text.* decisione cavetur excommunicatos extumulari debere. Præterea difficultas augetur ex eo, quia ut notat Panormitanus *in dicto capit. sacris*; *numer.* 5. Sepultura Ecclesiastica potius nocet, quàm prodest impio, quia puniretur à Deo, propter delictum præsumptionis: pro qua opinione facit textus *in capit. quibus* 16. *cum sequentibus*: 13. *quæstion.* 2. ubi Divus Augustinus inquit: *Quibus peccata dimissa non sunt, à sacris locis post mortem adiuvari non possunt; quia quos peccata graviora deprimunt, si se in sacris locis sepeliri faciunt, restat, ut de sua præsumptione judicentur, & cetera.* Igitur non rectè in pœnam sui delicti excommunicati extumulari debent, quando quidem potius punientur in eo, quod in Ecclesiastica sepultura permaneant. Quibus equidem difficultatibus satisfaciendum erit ex eo, quod & si verum sit neminem posse sepultura spoliari, aliovè modo illam violari, quod equidem magnopere prohibuit Religio & pia vivorum cura, sacrilegii crimen inducens adversus sepulchrorum violatores, quorum audaciam multi aliis pœnis coërcere student; quod equidem non minus cautum est constitutionibus Canonicis, circa Ecclesiasticam sepulturam, cœmeteria, & alia loca Ecclesiæ circumiacentia, *ut in cap. sicut antiquitus*, *cap. quisquis*: 17. *quæstione* 4. Hoc tamen cessat quoties constitutionibus, aut legibus ipsis, ob publicam vindictam, & aliorum terrorem inductum est; tunc enim in extumulatione nulla injuria loco religioso, aut sacro fit; imo potius in honorem, & reverentiam illius loci hoc efficitur; ut scilicet tales excommunicati, tanquam indigni Ecclesiastica sepultura spolientur, & quia multoties inhonestum funus arcere solet à criminibus, ut videre est apud Aulum Gellium *lib.* 15. *noctium Atticarum*, *cap.* 10. & Annæum Robertum *lib.* 1. *rerum judicatarum*, *cap.* 12. Quo supposito non obstat argumentum difficultatis; quia cum id à jure inductum sit, ut pœna hæc ad terrorem aliorum imponatur, nihil mirum, quod extumulatio jubeatur, *in d. c. sacris* ubi latè Barbosa, & plures, quos refert.

Octavò, obstabit difficilis, & singularis textus *in* 10
leg. 2. *Codic. de hæreticis*; *in Theodosiano*, ubi Imperator Constantinus decrevit, Novatianos Hæreticos privandos non esse Ecclesiis, aliisque locis, quæ ad eorum sepulturam destinata reperiuntur, nec in illis ab ullo inquietandos esse: Si igitur Hæretici, qui ab Ecclesia excommunicati, ac præcisi sunt, non prohibentur, nec ab Ecclesiasticis sepulturis repellantur, non rectè in conclusione nostra decidtur, excommunicatos Ecclesiastica non gaudere sepultura.

Qua in difficultate Spondanus *libro* 2. *de Cœmeteriis sacris*, 2. *part. cap.* 4. *num.* 2. *& lib.* 3. *part.* 2. *num.* 2. *cap.* 2. dupliciter respondet, dum asserit: ideo Constantinum, *in dicta l.* 2. non prohibuisse Novatianis Ecclesiasticam sepulturam, non quod crederet illam Hæreticis esse concessam, sed quia Novatiani nondum per Summum Pontificem damnati, ut Hæretici, vel declarati fuerant, vel quia ipse Constantinus ignorabat ipsorum damnationem, & condemnationem: quare cum existimaret eos nondum damnatos, nec ab Ecclesiæ unitate præcisos, rectè decrevit tuendos esse in

ſua poſſeſſione, ſcilicet, ut non privarentur Eccleſiis aut Eccleſiaſticis ſepulturis, interim dum eorum Hæreſis ab Eccleſia per Summum Pontificem damnata fuiſſet; juxta text. ita intelligendum *in cap. Epiſcopus nullum*, 67. *de conſecratione*, *diſtinct.* 1. Adeò autem Hæreticis receptatoribus, ac fautoribus eorum Eccleſiaſtica negatur ſepultura, ut per Conſtitutionem Gregorii IX. quicunque præſumpſerint ſcienter eos Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ, excommunicationis ſententia innodentur, à qua abſolvi non debent, niſi poſt condignam ſatisfactionem propriis manibus publicè extumulent, & proiiciant corpora defunctorum prædictorum: quam Conſtitutionem congeſſit Bonifac. VIII. *in ſuo l. 6. ſub tit. de Hæreticis*, ubi latè Barb. *in collectaneis ad text.*

11 Nonò, obſtabit text. *in Clementina prima*, *hujus titul. de ſepulturis*, ex cujus deciſione colligi videtur, non omnes excommunicatos privandos eſſe ab Eccleſiaſtica ſepultura, ſed eos tantum, qui publicè excommunicati ſunt; ut conſtat ex eodem textu *verſiculo*, *Vel excommunicatos publicè*, ac per conſequens non rectè *in cap. ſacris*, *hoc titulo*, abſolutè docemur, omnes omnino excommunicatos privandos eſſe Eccleſiaſtica ſepultura. Augetur difficultas ex textu *in cap. Parochiano*, *hoc titulo*, ubi excommunicatus, de quo ibi fit mentio, vinculo excommunicationis pro notoriis, & manifeſtis exceſſibus erat notatus; & quia fuit abſolutus in articulo mortis, ei non denegatur ſepultura, unde colligi videtur, quod ſi non ita notorius eſſet excommunicatus, poſſet in cœmeterio ſepeliri. Pro cujus difficultatis ſolutione ſupponendum eſt, quod ante *Extravagantem Martini V.* quæ in favorem fidelium lata fuit, ad vitanda multa pericula, & ſcandala, quæ ex participatione, & communicatione cum excommunicatis oriebantur, cum omnes omnino excommunicati vitari debuiſſent, ſivè fuiſſent publicè excommunicati: ſivè non poſt prædictam verò *Extravagantem* tantum illi debent vitari, qui ſimul excommunicati, & denuntiati ſunt, ut ex ejus tenore conſtat, quam refert Toletus *in ſumma libro* 1. *c.* 12. *num.* 2. Unde, cum ante prædictam *Martini V.* Conſtitutionem, omnes omnino excommunicati, etiam nondum publicati, vitari debuiſſent; ita ſimiliter illis negari debuerat Eccleſiaſtica ſepultura, quia quibus non communicamus vivis, nec defunctis communicare debemus, & tantum à peccato participationis liberabatur qui ignorabat eum, cum quo communicabat, excommunicatum eſſe: quod privilegium in ejus favorem, non verò in excommunicati favorem fuit indultum, quia ignorantia à participatione etiam excuſat, juxta illud; *Utile, lex, humile, res ignorata, neceſſe*: cujus verſiculi mentio habetur apud Divum Thomam *in* 4. *diſtinct.* 18. *articulo* 4. *quæſtione* 1. Qua etiam attenta ratione, *in Clementina* 1. excommunicationis pœna imponitur illis qui publicè excommunicatos in Cœmeteriis ſepeliunt prætextu privilegii: ex quo non ſequitur, nec colligitur, quod qui publicè excommunicati anteà non eſſent, poſſent utique Eccleſiaſtica gaudere ſepultura, ſed id tantum ſcilicet, quod ſi excommunicatus eſſet occultus etiam ſi ſepeliens ſciret eum eſſe excommunicatum, tamen non incurreret pœnam ibi impoſitam, ut rectè notat Gloſſa *ibidem*, verbo, *Publicè*, *circa finem*: unde cum poſt *dictam Extravagantem Martini Quinti*, non omnes excommunicati vitari deberent; ſed tantum denuntiati; rectè etiam dicemus, hodie ſolos excommunicatos denuntiatos, privandos eſſe Eccleſiaſtica ſepultura, non verò alios, quia cum quibus vivis communicare poſſumus, etiam defunctis communicare valemus: notat Toletus *in ſumma, d. l.* 1. *c.* 13. *n.* 9. videndus eſt etiam text. difficilis *in c. Eccleſiam* 27. *c. Eccleſiam* 28. *de Conſecratione*, *diſtinctione* 1.

TITULUS XXIX. De parochiis, & alienis Parochianis.

Ad textum in capit. Nullus 3. hujus tit.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus Parochianum alterius, ſine ipſius licentia ordinare non poteſt; nec eum aliter judicare.*
2 *Diœceſes ſunt diſtincta, ut ſic quilibet Epiſcopus habeat curam ſuorum ſubditorum, aliàs Eccleſiaſticus ordo confunderetur.*
Epiſcopus proprius quis dicatur.
3 *Ordinatus à non ſuo Epiſcopo remanet ordinatus; & quibus pœnis Ordines conferens, & de facto ſuſcipiens puniatur.*
4 Cap. nullum, verſ. Quod ſi, 9. q. 2. *conciliatur*, *cum* cap. Epiſcopus in Diœceſi, 1. q. 1.
5 Cap. Lugdunenſis, fin. 9. q. 2.
6 Cap. Salonitanæ 24. 63. diſt.
Injuriam ſibi illatam quis remittere poteſt.
7 Cap. veniens 19. de præſcriptionibus, *late diſcutitur & in n.* 8.
8 *Iterum exponitur tex. in* c. veniens 19. de præſcriptionibus.
9 Cap. fin. de temporibus ordinationum, l. 6. C. Monachum 10. q. 1. c. 2. de conditionibus appoſitis, *& alia jura ſummariè referuntur.*

CONCLUSIO.

1 *Epiſcopus Parochianum alterius, ſine ipſius licentia ordinare non poteſt: nec eum aliter judicare.* Quæ concluſio comprobatur ex text. *in capit. fin. hoc titulo, capit. quod translationem* 11. *de temporibus ordinar. capit.* 1. *capit. eos qui* 2. 3. *&* 4. *eodem titul. lib.* 6. *cap. final. de Clericis Peregrinis*; *capit. nullus*, *de jure Patronatus*; *capit. nullus primas* 9. *quæſt.* 2. *capit.* 1. 21. *quæſt.* 2. *capit. placuit, cum ſequentibus*, 7. *quæſt.* 1. *cap. ſi quis auſus*, 31. *diſtinction.* Concilium Nicænum Primum, *capit.* 17. Arelatenſe Secundum, *capit.* 13. Antiochenum *capit.* 13. Sardicenſe *cap.* 18. *&* 19. Carthaginenſe Tertium, *cap.* 10. 11. *&* 21. Aurelianenſe Tertium, *capit.* 15. Tridentinum *ſeſſione* 6. *de reformatione, c.* 5. *& ſeſſione* 14. *de reformatione, c.* 2. 3. *&* 8. *& ſeſſione* 23. *de reformatione, c.* 3. *&* 8.

Secunda noſtri *tex.* pars probatur ex textu *in c.* 1. *& fin. de foro competenti*; cum multis à me ibidem traditis.

Exornant primam noſtri textus partem Emmanuel Rodriguez *quæſtionum. Regularium tomo* 1. *quæſtione* 18. *articulo* 4. Paulus Comitol. *reſponſorum moralium libro* 6. *quæſtione* 18. Thomas Sanchez *libro* 7. *moralium*, *capit.* 1. *dubio* 20. *per totum*, Sotus *libro* 5. *de juſtitia, & jure*, *quæſtione* 4. *articulo* 1. Suarez *de cenſuris*: *diſputatione* 31. *ſection.* 1. *numero* 13. Salcedus *in praxi, cap.* 26. Sylveſter *in ſumma*, verbo, *Ordo* 3. *numero* 3. Enriquez *in ſumma libro* 10. *capite* 22. Rebuffus *in praxi beneficiali, de litteris remiſſorialibus, numero* 6. Riccius *in praxi fori Eccleſ. deciſione* 296. *numero* 1. Azor. *inſtitutionum moralium*, *parte* 2. *libro tertio cap.* 48. *quæſtione tertia*, Gutierrez *de matrimonio*; *c.* 63. *numero vigeſimo nono.* Zerola *in praxi*, *parte* 2. verbo. *Dimiſſoria*, Hugolinus *de officio, & poteſtate Epiſcopi, c.* 29. *paragrapho primo*, cum traditis à Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi*, 2. *parte*, *allegatione* 4. *per totam, & de jure Eccleſiaſtico, libro* 1. *c.* 33. *num.* 19. & in *collectaneis ad text. in c.* 1. cum aliis. *de temporibus ordination. libro* 6. & in *remiſſionibus ad Concilium Tridentin. locis ſuprà citatis.*

Ratio

Ratio primæ *noſtri text.* partis eſt, videlicet Epiſcopum alterius Parochiarum, ſine ipſius licentia ordinare non poſſe, quia Diœceſes ſunt diſtinctæ, ut ſic quilibet Epiſcopus habeat Curam ſuorum ſubditorum; meritò unicuique gregi proprii ſunt attributi Paſtores, & poteſtates, *cap. Eccleſias, decimo tertio, quæſtion. prima*, cum nemo debeat ponere manum in meſſem alienam, *capit. venerabilem de electione*, nam aliàs ſi juriſdictio unicuique Epiſcopo non ſervatur Eccleſiaſticus ordo confunderetur, *cap. pervenit*, 11. *quæſt.* 1. *capit. irrefragabili* 13. *de officio Ordinarii*; meritò in præſenti rectè ſtatutum eſt, nullum Epiſcopum alterius Diœceſanum, ſine ipſius licentia, ordinare poſſe, cum non poſſit Epiſcopus ordinare illum, quem judicare non poteſt: Abbas *in cap. eos qui de temporibus ordin. lib.* 8. *dict. cap. nullus*, 9. *quæſt.* 2. Trident. *de reformatione, dict. ſect.* 4. *capite* 2. *&* 3. cum ſimilibus *ſupra* adductis. Et proprius Epiſcopus, non ſolum dicitur ille, de cujus Diœceſi eſt is, qui ad ordines promoveri deſiderat; ſed etiam ille, in cujus Diœceſi talis obtinet Beneficium Eccleſiaſticum, ſeu domicilium, licèt alib. natus fuerit; meritò, à quolibet, ſeu uno ex illis tribus Epiſcopis ordinari, aut dimiſſorias petere poterit, & uno electo, ſi ab eo Ordinem ſuſceperit, non poteſt variare, & aſſumere alium; niſi Epiſcopus, qui prius illum ordinavit, judicetur ceſſiſſe cauſam ordinationis, & voluiſſe remittere ordinatum ad alium; *capite cum nullus* 3. *de temporibus ordinationum, libro* 6. *c. ſtatutum*, §. *Cum verè de reſcriptis*; latè Barboſa *de poteſtate Epiſcopi*, 2. *parte*, *allegatione* 4.

Ratio autem ſecundæ *noſtri text.* partis eſt, videlicet nec Epiſcopum poſſe alterius ſubditum judicare; quia cum Epiſcopus alienus non poſſit aliquem ordinare, quia actus eſt juriſdictionis voluntariæ, multo fortius, non poterit eum judicare, quia actus eſt juriſdictionis contentioſæ, *capite* 2. juncta ejus Gloſſa, 9. *quæſtione* 2. Siquidem ſententia à Judice non ſuo lata, non tenet; *cap. at ſi Clerici, de judiciis: l.* 2. *Cod. ſi à non competente judice.*

Primò, adverſus primam *noſtri textus* partem obſtabit ſequens conſideratio; videlicèt, nam quando Epiſcopus, qui verus Miniſter Sacramenti Ordinis eſt, in aliquem Ordinis capacem, etiam non ſubditum, Ordines confert, ordinatus remanet; propterea, quod in tali Ordine imprimatur character, & adeſt verum, & proprium Sacramentum, *capit.* 1. *de ordinatis ab eo, qui renuntiavit Epiſcopatui*; igitur cum rectè ordinatus maneat, non eſt ratio cur denegetur Epiſcopis, etiam non ſubditum ordinare poſſe. Verùm huic dubio reſpondendum eſt, Ordinum collationem, etiam in non ſubditum validam eſſe; at verò Ordinum exercitium illis ſuſpendiur, juxta text. *in capite Epiſcopatus in Diœceſi.* 7. *quæſtione.* 1. non tamen poterit Epiſcopus ordinare ſubditum non ſuum: ex rationibus *ſuprà* adductis, & ſi de facto illum ordinaverit, adeò punitur, ut conferens, & recipiens ſuſpenſi maneant, alter à collatione Ordinum, alter ab executione, donec & proprio ſuo Epiſcopo viſum fuerit, *ut dicto capit. eos qui, de temporibus ordination. lib.* 6. Concilium Tridentinum *ſeſſione* 6. *de reformatione, capit.* 5. quæ ſuſpenſio non eſt generalis in omnibus Ordinibus, ſed tantum in collatis, & ceſſabit prædicta pœna in Epiſcopo, ſi adfuerit ignorantia invincibilis: vel quando proprius Epiſcopus licentiam præſtiterit, quæ conſtare debet per inſtrumentum publicum, aut per literas dimiſſorias, quas Epiſcopi ad id dare ſolent, in quibus cauſam ob quam Ordines conferre non poſſunt ſubditis proponere debent, veluti quia infirmi ſunt, vel aliqua legitima cauſa impediti; aliàs autem deficiente licentia, qui Ordinem ſuſcipit, adeò ſuſpenſus manebit, ut ſi quis ita primam tonſuram accipiat, & virtute illius ordinationis obtinere velit Beneficium Eccleſiaſticum, non poterit, cum paria ſint non habere Tonſuram, & habere inutilem; ut rectè animadvertit Thomas Sanchez *d. lib.* 7. *moralium capite primo, dubio vigeſimo.*

Secundò, adverſus ea, quæ nuper diximus, videlicèt, ordinatum ab Epiſcopo alieno manere ordinatum, licèt ſuſpenſus remaneat, Obſtabit textus *in capite nullum*, verſiculo, *Quod ſi*: 9. *quæſtione* 2. cujus Concilii Antiocheni hæc ſunt verba: *Quod ſi nullo invitante inordinatè ſuperveniat, & aliquos, vel ordinare præſumpſerit, vel quoslibet actus illi Eccleſiæ competentes, qui ad ſe minimè pertinent, uſurpare tentaverit, vacua quidem, & inania erunt omnia, quæ geſſerit.* Ex quibus verbis manifeſtè conſtat ordinatum ab alieno Epiſcopo, non remanere ordinatum. Verùm huic dubio facilis erit ſolutio, ſi dixeris vacuum eſſe ordinem ſuſceptum, hoc eſt tantum quoad executionem Altaris, non verò quoad characterem, & conſecrationem ſeu Ordinem ſemel ſuſceptum, *dicto capite Epiſcopus in Diœceſ.* 7. *quæſtione prima*, notat Gloſſ. verbo, *Vacua*, *dicto capite nullum*: 9. *quæſtione ſecunda*, ubi latè Turrecremata.

Tertiò, noſtri *text.* deciſioni obſtabit Urbani I. decretum relatum *in capite Lugdunenſis fin.* 9. *quæſtione* 2. ubi proponitur, Archiepiſcopum Lugdunenſem, quæſiviſſe ab Urbano; utrum poſſet in ſuis Ordinibus tolerare quoſdam Clericos ſuos, ab aliis Epiſcopis ordinatos? Pontifex reſpondit, rectè poſſe, pœnitentia impoſita, ſi ſint bonæ vitæ, & famæ, ad quod adjecit exemplum S. Joan. Chryſ. quem conſtat toleraſſe quoſdam Clericos ordinatos à S. Epiphanio, quod Sanctus vir non feciſſet, ſi in Ordinis Eccleſiaſtici detrimentum fore perpendiſſet: ergo cum hoc feciſſet Chryſoſtomus videbatur dicendum, non rectè fuiſſe ſtatutum, non poſſe Epiſcopum ordinare eos, qui ſubditi non ſunt. Cujus text. difficultas adeò gravis eſt, ut Doctores varias adhibeant ſolutiones; ut Salcedus *in praxi Canonica, capite* 26. Majolus *lib.* 4. *de irregularitate, capite* 2. dum exiſtimant, ideo *in d. capite fin.* Epiſcopum potuiſſe non ſubdito Ordines conferre, quia erat ipſe ratihabitionis proprii Epiſcopi, & ſic perinde habentur, ac ſi ab ipſo fuiſſent collati: Verùm hæc interpretatio convincitur ex eo, quia ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt factum *capite ratum*, *de regulis juris, lib.* 6. deindè, quia quod ab initio vitioſum eſt, ex poſt facto non convaleſcit: *leg.* 1. *ff. de regula* Catonian. talis namque ordinatio irrita eſt quoad executionem, aliàs namque cauſam præſtaret Epiſcopis ut hoc quæſito colore alienos ad Ordines promoverent, ex quo plura damna orirentur. Undè Archidiaconus in præſenti aſſerit textum illum eſſe correctum, ad quod adducit aliqua jura, poſt prædictam deciſionem conſtituta. Cujus interpretatio etiam convincitur, quia correctoria; ſiquidem correctio in Jure noſtro ſemper eſt evitanda, *capite cum expediat*, cum vulgatis, *de elect. lib.* 6. Mandoſ. autem *in regulas Cancellar. q.* 4. *n.* 12. exiſtimat ideo *in d. capite fin.* Clericos ordinatos ab alieno Epiſcopo admittendos eſſe, quia illi erant habiles, & idonei. Quæ ratio, licet vera eſſet, non tamen ſufficit ad diſſolvendam prædictam difficultatem. Quare his, & aliis omiſſis, veriſſimè eſt dicendum, textum *in dicto capite finali*, tantum aſſerere Epiſcopum illud ſolummodo relaxare, & remittere injuriam ſibi illatam, hoc enim rectè potuit facere, præcipuè cùm ibi præceſſiſſet Urbani Pontificis Maximi authoritas; quare ſi accideret aliquem ordinari à non ſuo Epiſcopo, ut miniſtret in Ordinibus ſuſceptis, ſecurius erit recurrere ad Romanum Pontificem, ab eoque impetrare diſpenſationem, ſeu gratiam *perindè valere*; & hoc debet facere, antequam alios Ordines recipiat, & ei beneficium conferatur; aliàs namque omnia poſtea facta, inutilia erunt, quia fundamentum non eſt, nequit ſuper eo ædificari, *cap. primi, atus*: 1. *quæſt.* 1.

Quartò, cum eadem ſolatione intelligendus eſt tex- 5
tus *in capite Salonitana* 24. 63. *diſtinct.* ubi Epiſcopus Maximus Salonitanæ Eccleſiæ, cum de quatuor delictis fuiſſet accuſatus, de quibus in litera textus

con-

conſtat, inter quos fuit unum, quod irrequiſito Pontifice vel ejus reſponſali ordinatus fuerat, ſed Pontifex ad preces Principum Conſtantinopolitanæ Civitatis ratam habuit ejus ordinationem: alia verò delicta illius, indiſcuſſa relinquere noluit: ideoque præcepit illi, ut Romam venire non differret; & ſi non veniret, diſtrictione Canonica puniretur; meritò, injuria facta Superiori, ex eo, quod eo inconſulto fuerat ordinatus, illi remittitur, quoniam Romani Pontificis authoritas interceſſit; & licet ea deficeret, Epiſcopus ex poſt facto poſſet facere; quoniam ea quæ ad ipſum ſpectant remittere poterit; non verò quoad alia delicta, ut *in fine illius textus* ſtatuitur. Nec obſtabit, ſi inſtes injuriam illatam Epiſcopo Superiori cenſeri etiam Eccleſiæ fuiſſe factam, ac per conſequens in Deum, & ſic nec ab Epiſcopo Superiore remitti potuiſſe, quia reſpondendum eſt, id potuiſſe, quia talis injuria primariò, & principaliter, contra Epiſcopum Superiorem facta cenſetur: aliàs namque, ſicut alia delicta, de quibus fuerat accuſatus, non remiſiſſet; notat Gloſſa, *verbo, Laxavit, in dicto cap. Salonitanæ*, ubi latè Acunna, & Turrecremata.

7 Quintò, obſtabit textus difficilis *in cap. veniens decimo nono, de præſcription.* ubi apud Innocentium III. quæſtio proponitur, quæ vertebatur inter Abbatem S. Martini, & Epiſcopum Beſtrimenſem, ſuper quibuſdam decimis, & aliis juribus ſpiritualibus Clericorum, & Eccleſiarum ipſius Monaſterii; petebat Abbas, ut omnes exiſtentes in quadam Parochia ſolverent illi, Monaſterioque ſuo decimas, de omnibus quæ ibi haberent. Petit inſuper, ut Clerici Eccleſiarum Monaſterii, poſſent percipere chriſma, oleum conſecrationis Altarium, & quod magis eſt Ordines, à quo maluerit Antiſtite; & ad hæc conſequenda induxit privilegium Alexandri, & Clementis Pontificis: Inſuper præſcriptionem allegabat ad prædicta, Epiſcopus verò ex adverſo petit, ut decimas prædictas Abbas reſtitueret & quod Clerici Capellani prædicti Monaſterii, omnia Sacramenta, & Ordines ab Epiſcopo reciperent lite conteſtata, auditis, & intellectis meritis cauſæ, decrevit Innocentius III. quòd Clerici Eccleſiarum illius Monaſterii, qui erant in prædicta Civitate, recipiant Sacramenta, & Ordinationes à prædicto Epiſcopo, ſi fuerit Catholicus & ſi gratis ea voluerit concedere; aliàs autem à quo maluerint Epiſcopo, recipiendi prædicta, liberam habeant facultatem, non obſtante privilegio Clementis, cùm illud ſalvis conſtitutionibus Eccleſiæ Romanæ conceſſum intelligatur: non obſtante quavis præſcriptione, quoniam mala fides aderat. Ecce textum difficilem; ubi Pontifex tantum aſſerit, prædictos cives ad Epiſcopum accedere debere pro receptione Sacrorum Ordinum; Conſideratio eſt, ergo minores Ordines quilibet à non ſuo Epiſcopo recipere poterit; aliàs non diceret, Pontifex tantùm *ad Sacros Ordines*; ac per conſequens, non rectè aſſertum eſt, Epiſcopum alienum non poſſe conferre Ordines majores, nec minores ſubditis non ſuis. Pro hac difficultate varias adducunt ſolutiones antiquiores omnes; undè Oſtienſis *in dicto capite veniens*, exiſtimat addendum eſſe verbum illud *Maximè*, quaſi ſenſus ſit omnes Ordines prohibitum eſſe conferri non ſubditis, hoc eſt alienæ juriſdictionis, & *maximè* ſacros. Quæ ſolutio, tamquam correctoria, rejicienda eſt. Quare Joannes Andreas, & Panormitanus *in dicto capite veniens*, exiſtimant verba illa, *ad Sacros Ordines*, appoſita fuiſſe ad excluſionem minorum Ordinum; quaſi ſenſus ſit Epiſcopum conferre poſſe minores Ordines, etiam non ſubditis: hoc tamen abſit, quippe certum eſt, alienum Epiſcopum, nec majores, nec minores Ordines conferre poſſe, ut conſtat *ex dicto capite fin. de temporibus ordinationum, lib. 6.* Qua propter his, & aliis omiſſis, verius dicendum exiſtimo, prædicta verba, *ad Sacros Ordines*, appoſita fuiſſe, non ad excludendum minores; ſed ut demonſtraret poteſtatem, quam Abbates, ſi Presbyteri ſint, & benedicti habent illos conferendi, cùm certum ſit, eos primam Tonſuram conferre poſſe, *capite cum contingat. 11. de ætate, & qualitate; capit. Abbates, de privilegiis, lib. 6.* Tamburinus, *de jure Abbat. tom. 2. diſputatione 1. quæſtione, 1.* unde cum *in dicto cap. veniens*, controverſia eſſet inter Epiſcopum, & Abbatem circa receptionem Ordinum præcisè, de ſacris debet intelligi, cùm de minoribus non poterat controverti; ſiquidem de jure Abbatibus illa poteſtas competit, *ex juribus ſupra adductis.*

Sextò, obſtabit idem textus *in dicto capite veniens* 8
19. *de præſcriptionibus*, verſiculo, *Alioquin ab alio quem maluerint, Præſule Catholico ſuſcipiendi ea, liberam habeant facultatem.* Ex quibus verbis apertè deducitur poſſe quemlibet, etiam non ſubditum, à quovis Epiſcopo ordines ſuſcipere. Sed reſpondendum eſt, verba illa intelligenda, & referenda eſſe ad *verſiculum anteriorem*; videlicèt, quando Epiſcopus non eſt Catholicus, vel non gratis Ordines conferret; quod quidem à jure providè cautum eſt, in pœnam illius Epiſcopi, qui Catholicus non eſt; aut cùm debeat, non confert Ordines gratis; ſiquidem certum ſit pro collatione Ordinum, ſicut pro cæteris Sacramentis, nihil exigi poſſe; *cap. 10. capit. ad Apoſtolicam 42. de ſimonia*, cum traditis à Suarez *1. tom. de Religione, lib. 10. capite 5. numero 12. cum ſequentibus*: notat Panormitanus *in cap. veniens 10. de præſcriptionibus, nu. 5.* pro qua etiam facit text. *in capite eos qui 2. de temporibus ordinationum*, ubi poſtquam Pontifex Gregorius X. ſtatuit, Epiſcopos, qui ordinaverint Clericos alienæ Parochiæ, ſcienter, vel ignorantia affectata, ſuſpenſos eſſe à collatione illorum Ordinum: aſſeritque Clericos ſubjectos Epiſcopis ſuſpenſis, propter ea quòd alios extraneos ordinaverint, poſſe abſque ipſorum licentia Ordines recipere ab aliis vicinis Epiſcopis; dum tamen per Metropolitani declarationem prædicta ſuſpenſio probetur: quod decretum ea nititur ratione, quia id fieri expedit in punitionem prædictorum Epiſcoporum, ut fortaſſe ſe emendent, & alii tali metu perterriti ſimile delictum non committant: notant Salçedus *dict. cap. 26. circa finem.*

Septimò, obſtabit text. *in capite fin. de temporibus* 9
ordinationum, lib. 6. ubi ſtatuitur, Epiſcopum non poſſe primam Tonſuram conferre, nec infanti, nec illiterato, nec conjugato, deficiente proprii Epiſcopi licentia, & authoritate, niſi infans, aut conjugatus Religionem ingrediatur, quo caſu ſi ingredi voluerit, rectè poterit Epiſcopus, etiam ſi alienus ſit, primam ei Tonſuram conferre. Sed hæc difficultas facilè diſſolvitur, ſi dicamus mentem Pontificis eam eſſe, ut quemadmodum Epiſcopis infanti, nec conjugato poteſt primam Tonſuram concedere, niſi Religionem ingrediantur; ita ſimiliter non conferat ei, qui non eſt proprius ſubditus, deficiente Superioris licentia; quaſi ſenſus ſit eandem prohibitionem, quæ extat ad hoc, ut non conferantur majores Ordines non ſubditis, etiam extendit ad minores: quod certum eſt, & juſta de cauſa ſtatutum, cùm verum ſit prima Tonſura initiatum privilegiis Clericalibus gaudere. Id autem, quod *in dicto capite finali* ſtatutum eſt videlicèt, infantem ingredi poſſe Religionem, difficile videtur ex eo; quia in ea ætate conſtitutus, intelligitur is, qui non poteſt intelligere, quod facit. Sed facilè diluitur, ſi animadvertamus prædictum ingreſſum non fieri ab ipſo, ſed potiùs à patre nomine ipſius & ad ejus obſervantiam non tenebitur, niſi adveniente legitima ætate tacuerit, & non reclamaverit; quo in caſu potiùs virtute taciturnitatis, quàm prædictæ oblationis profiteri intelligitur. Quo modo intelliguntur text. *in cap. Monachum, cap. ad diſſolvendum, 10. qu. 1. capite 2. de conditionibus appoſitis*: notat Thomas Sanch. *li. 5. ad præcepta Decalogi, cap. 18. numero 8.* de quibus latè agemus *in titul. de Regularibus, & tranſeuntibus ad Religionem.*

Ad

Ad textum in cap. Super eo 4. de Parochiis, & alienis Parochianis.

SUMMARIUM.

1 *Limites Diœceſum, & Parochiarum legitimè diſtincti, & quæ illis adhærent, præſcriptionem non recipiunt.*
2 *Finium præſcriptio à Jure prohibita eſt, ne cum publico incommodo inter Prælatos, & ſubditos, confuſio oriatur.*
Fines Diœceſum, & Parochiarum ob publicam utilitatem diſtincti ſunt.
Suis terminis unuſquiſque debet eſſe contentus, ut de illis rationem reddat.
3 *Diœceſum, & Parochiarum contentio eſſe non poteſt, cum diviſio illa jure divino proveniat; & quomodo id intelligatur.*
4 *Fines antiqui quomodo probentur.*
Cap. plures 54. 16. quæſt. 1. *cum* c. cum cauſam 13. de probationibus.
5 Capit. quia indicante nono, de præſcriptionibus.
6 Cap. volumus 2. 16. quæſt. 4.
7 Cap. ex literis 3. de probationibus.
8 Cap. inter memoratos 6. cap. dilecto: 16. quæſtione 3.
Cap. 1. de præſcriptionibus.
9 Cap. cum ſint homines 18. in fine, de decimis: *cum* cap. ad aures, de præſcriptionibus; cap. dudum, de decimis.

CONCLUSIO.

1 *Limites Diœceſum, & Parochiarum legitimè diſtincti, & ea, quæ limitibus adhærent, præſcriptionem non recipiunt*: probat textus *in cap. quodcumque* 4. *in fine, cap. licèt, cap. inter memoratos, cap. dilectio tua*, 16. *quæſt.* 3. *cap. plures*, 16. *quæſtione* 1. *cap. volumus*, 16. *quæſtione* 4. *capit. cum cauſam* 13. *de probationibus*: *capit. cum olim, de cenſibus*; Tridentin. *ſeſſione* 14. *de Regularibus*; *cap.* 9. *& ſeſſione* 24. *cap.* 13. *leg. agros* 3. *Cod. de fundis Limitrophis lib.* 11. Illuſtrant Felinus *in capit. indicante, n.* 5. *de præſcriptionibus*; Oſtienſis *in ſumma hujus tituli*, §. *Cur fines, n.* 8. Turrecremata *in dicto capit. licèt*; cum ſequentibus, 16. *quæſtione* 3. Balbus *de præſcriptionibus*, 1. *part. cap.* 65. *& ultimæ partis principalis*, verſiculo, *Decimus caſus, pagina mihi* 510. Alciatus *in leg. quinque pedum, num.* 23. *Cod. finium regundorum*: Parladorius *lib.* 1. *rerum quotidianarum, capit.* 1. §. 17. Hieronymus de Monte, *tractatu de finibus regundis, capit.* 107. *num.* 2. Menochius *conſil.* 147. *num.* 44. Andreas Vallenſis *ad noſtrum titul. paragr.* 1. *num.* 9. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi*, 2. *parte, allegatione* 131. cum ab eo traditis *in collectaneis ad noſtrum textum*.

2 Varias decidendi rationes ad textum noſtrum refert Gloſſ. *in cap. quicumque*, verbo, *Provinciam*, 16. *quæſtione* 3. ſed illa potiſſima ratio eſt, ideò hujuſmodi finium præſcriptionem à jure improbatam eſſe, ne cum publico incommodo, inter Prælatos & ſubditos confuſio oriatur: quæ ratio exprimitur *in dict. cap. quicumque*, verſic. *Ne dum Diœceſis defenditur, Provinciarum termini confundantur*, & in *cap. ſint homines, in fin.* verſiculo, *Cum ex hoc Epiſcopatu, de decimis, & in cap. licèt*, verſiculo *Ne per conſuetudinem peſſimam*: 16. *quæſt.* 3. quæ ratio ſatis defendi poteſt, ſi animadvertamus, fines Provinciarum, Diœceſum, & Parochiarum, in utilitatem publicam, non verò in privatam, publica authoritate conſtitutos, & diſtinctos fuiſſe: præcipuè à Dionyſio Pontifice, anno D. 266. qui Eccleſias ſingulis Presbyteris conceſſit, dedítque Parochias, cœmeteria diviſit, & unumquemque jus proprium habere ſtatuit, ita ut nullus alterius Parochiæ terminos, aut jus invadat, ſed unuſquiſque ſit ſuis terminis contentus: ut ſic Parochiam ſibi commiſſam cuſtodire poſſit, ut ante Tribunal æterni Judicis, ex omnibus ſibi commiſſis rationem reddat, & non judicium, ſed gloriam pro ſuis actibus accipiat: *cap. Eccleſias*, 13. *quæſt.* 1, *cap. Paſtoralis, de his quæ fiunt à Prælatis*: *cap.* 1. 80. *diſtinct.* Trident. *ſeſſ.* 14. *de reformatione*, *cap.* 9. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *in fin. argument. text. in l. id quod* 7. §. 1. *ff. de periculo, & commodo rei venditæ*. Meritò, cùm immutabiles ſint, nulla poſſunt præſcriptione convelli, ne aliàs privata cujuſque præſcribentis authoritate, ſublatis antiquis, paſſim novi limites conſtituantur, & tam in juriſdictione, quàm in reliquis publicam utilitatem concernentibus, frequens detur occaſio incertitudinis, & confuſionis. Unde licèt intra fines Provinciæ Diœceſis, vel Parochiæ, admittatur præſcriptio ad effectum, ut præſcribens intra illos obtineat juriſdictionem, vel Epiſcopalia, ſeu Parochialia jura, *dicto c. quicumque* 16. *quæſt.* 3. *cap. ad aures, cap. auditis cap. cum olim, de præſcriptionibus*; *cap.* 1. *eodem tit. lib.* 6. notat Abbas *in præſenti, n.* 2. Felinus *in dicto cap. quia judicante, n.* 5. quia etſi exindè noſtri *text.* prohibitio, & ejus ratio non offenditur; tamen fines ipſi præſcribi non poſſunt ad effectum, ut deſinant eſſe, ſicut anteà erant; vel reſtringantur, ut alii porrigantur, & ut ſint ubi non erant, ut notat Barboſa *in collectaneis ad noſtrum textum, n.* 2. *& in dicta allegatione* 131. *n.* 5. & 6. explicat latè Petrus Gregorius *lib.* 16. *ſyntagmatum, cap.* 8. *num.* 33. Suarez 1. *tomo de Religione, libro* 1. *de decimis, cap.* 21. *num.* 4. Barboſa *de officio Parochi, cap.* 1. *num.* 18.

3 Primò, decidendi rationi non leviter obſtabit ſequens conſideratio; videlicèt, quòd de finibus Diœceſum, & Parochiarum contentio eſſe non poteſt, eo quòd Diœceſes, & Parochiæ fuerint limitatæ, & diſtinctæ ante adventum Chriſti, ſecundum traditionem gentium, & collationem ſuorum præſidentium, & Apoſtoli poſtmodum conſtituerunt Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, *cap.* 1. 80. *diſtinctione*, *cap.* 1. 99. *diſtinct.* & Parochiæ etiam eorum authoritate diviſæ, & limitatæ fuerunt, *c.* 1. 13. *quæſt.* 1. *cap. Paſtoralis, de his quæ fiunt à Prælatis*: igitur videbatur dicendum, non poſſe dari caſum, in quo de finibus, & limitibus contentio emergere poſſit, cum fines illi divina, & Eccleſiaſtica authoritate eſſent conſtituti. Cui difficultati reſpondendum eſt, quòd licèt Apoſtoli civitates ordinarent in quibus eſſent Epiſcopi, non tamen diſtinxerunt Epiſcopatus fines, & ſic in primitiva Eccleſia omnia confuſa, & Parochiani omnes communes erant: quare unus Epiſcopus excommunicabat, alius abſolvebat, & ſic omnes in ſolidum juriſdictionem exercebant: & licèt fuiſſet facta diviſio, tamen proceſſu temporis potuit mutari, & variari, ſæpè enim tractu temporis mutatur, & perditur, ſeu ignoratur rei, & loci origo, *cap. longinquitates* 12. *quæſt.* 2. *cap. ex literis, de probationibus: leg. in finalibus, ff. finium regundorum*: mutantur etiam, dividuntur, ac uniuntur Epiſcopatus ex juſta cauſa, Romani Pontificis authoritate intervenente, *cap. mutationes*, 7. *quæſt.* 1. *cap. ſicut, de exceſſibus Prælatorum: & cap. Et temporis* 38. *cum cap. ſeq.* 16. *quæſt.* 1. & privantur etiam Civitates quandoque Dignitate Epiſcopali, & aliis Eccleſiis ſubjiciuntur, *cap. ita nos* 25. *quæſt.* 2. & etiam de novo erigitur Cathedralis Eccleſia, ita ut nec aliis unitur, vel ſubjicitur, *c. cum inferior, de majoritate, & obedientia*, & licet uniatur, erigatur, vel ſubjiciatur, quandoque etiam illa unio poſteà revocatur, *cap.* 1. *ne ſede vacante*; ex quibus omnibus poteſt oriri limitum confuſio quæ decerni debet per probationis modos legitimos, qui præſcribuntur *in cap. cum cauſam* 13. *de probationibus: c. plures*, 16. *quæſt.* 1.

4 Secundò, adverſus ea, quæ nuper diximus, & refert textus noſter, videlicèt: quod ejus reſolutio procedit

in casu, quo fines legitima probatione, vel aliàs indubitata fide constiterit divisos esse, tunc enim nulla præscriptione evelluntur; ut constat ex *textu nostro*, vers. *Si legitima probatione, &c.* docet etiam text. *in capite memoratos*, vers. *Ob hoc*, 16. *quæstione.* 3. nam si de eorum limitibus non apparet, præscriptio admittitur; quia tunc non præscribuntur fines, ac proinde nostri textus ratio, & verba cessant; ut observat Abbas, & Ostiensis *in præsenti*, Barbosa *dicta allegatione* 31.*n.* 12. & fines antiqui probari debent per libros antiquos, adminicula testes, & famam, *capite cum causam*, 13. *de probationibus*: & meritò id procedit, quia scriptura antiquorum librorum, in quibus gesta antiqua continentur, fidem facit, *capite habeo librum*, 16. *distinctione*, *capite postulatus* 3. *quæst.* 7. *capite ex gestis*, *de Clericis non residentibus*; *l. Titius*, *ff. de actionibus empti*; *l. scripturas*, *C. qui potiores*; & quia testibus senibus in rebus antiquis fides adhibetur, *l. si chorus*, *ff. de legat.* 3. & fama in his, quorum memoria non habetur, aliquam fidem facit; *capite si duo*, 35. *quæst.* 6. *capite illud*, *de præsumptionib. l.* 3. §. *Quæ argumenta*, *ff. de testibus*; quod de adminiculis, etiam est dicendum; *l. si arbiter*, *ff. de probationibus*; *l. in summa*, §. *Item Labeo*, *ff. de aqua pluvia arcenda*; Mascard. *de probationibus*, *conclus.* 395. & *conclu.* 399. Hieronymus de Monte *in tractatu de finibus regund. c.* 51. & *cap.* 66.*n.* 1. Duennas *regula.* 299. versic. *Limitatio.* 7. obstabit text. *in cap. plures* 54. 16. *quæstione* 1. ubi Toletani Concilii decretum refertur, quo cautum est, *plures baptismales Ecclesias in una terminatione esse non posse, sed unam tantummodo, cum suis Capellis & si contentio fuerit de terminatione duarum Parochialium, plebes utriusque discernent; & si non convenerint, lis Dei judicio discernatur*: ex cujus decreti verbis deducitur, fines Diœcesum, non libris antiquis, fama, & aliis adminiculis probari, sed utriusque Parochiæ antiquis testibus: & si inter se dissentiant, Dei judicio contentio dirimitur. Cui difficultati respondendum est, text. *in dicto cap. plures*, loqui, & procedere in casu, quo erant plures Parochiæ limitatæ, sed de aliquo loco dubium emergebat infrà cujus fines situs esset, quem, & uterque litigantium se possidere dicebat; eo enim casu, probationis forma ibi tradita observanda est; at verò quando de Diœcesum limitatione contentio vertitur, libris antiquis, & aliis probationibus, de quibus *in dict. capite cum causam* 13. *de probationibus*, lis dirimenda est: Vel si tibi fortasse hæc solutio non placuerit, poteris dicere, text. *in dicto capite plures*, esse intelligendum in eodem casu, de quo agitur *in dicto capite cum causam*, *de probationibus*: sed in *dicto capite plures*, aliæ plures probationum species scriptæ, & additæ sunt, quod novum non est, *argumento text. in l. non est novum*, *ff. de legibus*: *l. unica*, *C. de inofficiosis donationibus*; ita ut sensus sit, quod de limitatione orta contentio probari debeat libris antiquis, testibus, fama, & aliis adminiculis: & si adhuc de ea non liqueat plebes utrarumque quæstionem discernant; & si non convenerint, Dei judicio contentio dirimatur; id est juramento, vel sortibus, quibus Dei voluntas ostenditur: *capite sors*, 26. *quæstione.* 2. vel Ecclesiastico judicio; ut exponit Glossa *ibidem*, verbo *Dei judicio*; & ita dubium hoc dissolvunt *Ostiensis in dicto c. cum causam*, *de probationib. n.* 7. Panormitanus *ibid. n.* 3. *in fine.*

5 Tertiò, impugnatur nostri *text.* sententia, ex decisione text. *in cap. quia indicante* 9. *de præscriptionibus*, ubi Alexander III. quæstionem inter duos Abbates ortam de finibus, agrimensorum definitione finiri præcepit, qui ad loca, de quibus contentio est, accedant, & in præsentia illorum quæstionem faciant terminari; quadraginta tantum annorum præscriptione utrique parti servata; quò loci expenduntur verba illa: *Quadraginta tantum annorum præscriptione utrique parti servata*: quæ plenè probant, Ecclesiarum fines quadraginta annorum spatio præscribi posse; igitur fines Ecclesiastica ordinatione constituti præscriptionem admittunt, contra nostri *textus* sententiam, in qua omninò contrarium disertis verbis est decisum: quam difficultatem agnovit Glossa *in dicto capit. indicante*, verbo *Quadraginta*: Cujus solvendæ gratia, duplicem tradit interpretationem; & primò existimat discrimen constitui oportere inter casum quo fines Diœcesum, sivè Parochiarum distincti sunt, & legitima probatione constitati, quæ per libros antiquos, testes, famam, & alia adminicula fit; juxta textum *in dicto capit. cum causam*, *de probationibus*, cum *similibus*; tunc enim præscribi hujusmodi fines non possunt, ex nostri *textus* sententia, & ejus ratione; & inter eum casum, quo de finibus non constat, nec eorum divisio legitima probatione distinguitur: tunc enim locum habet præscriptio; & ita asserit intelligendum esse textum *in dicto capite quia indicante*, qui dum probat quadragenariam præscriptionem in finibus; accipiendus est in ea specie, quando de finibus Diœcesum, vel Parochiarum, per testes, libros antiquos, famam, & alia adminicula deficientia conflare non potest; nam quando certa est distinctio finium, & probatio; tunc impræscriptibiles sunt: quam Glossæ interpretationem sequitur Ostiensis *ibidem*, 2. Vel aliter respondit Gloss. *ibidem* textum *in dicto capite quia indicante*; loqui de finibus prædiorum Ecclesiæ, qui à finibus Diœcesum, & Parochiarum, de quibus *text.* noster loquitur, longè differunt; quoniam fines prædiorum, etiam Ecclesiasticorum, non publici, sed privati juris sunt; & privata uniuscujusque authoritate instituuntur, & mutantur; *leg. in finalibus*, *ff. finium regundorum*: *leg.* 1. *Cod. eodem*, & confusio quæ timeri potest, non ita principaliter publicum, sed magis privatum continet detrimentum; ac proinde præscriptionem recipiunt; fines autem Diœcesum, & Parochiarum, non privata, sed publica authoritate constituti, & destinati sunt, *capite* 1. 80. *distinct. cap.* 1. 13. *quæstione* 1. & per consequens confusio, quæ ex præscriptione oriretur, publicum Prælatorum, & subditorum concernit incommodum; quare immutabiles, & impræscriptibiles sunt; docent Glos. & Ostiensis *in præsenti*, *n.* 2. Barbosa *dicta allegatione* 131. *n.* 5. Sylvester, *verb. Præscriptio* 2.*n.* 6. Balbus *ubi supr. dicto n.* 8. vers. *Decimus* & licet hujusmodi limites præscribi non possint, ea tamen, quæ sunt infrà limites limiti non adhærentia, quæ temporalia dicuntur, præscribi poterunt, *c. ad aures*, *capit. auditis*, *de præscriptionib.* Glos. & Ostiens. *ibid. num.* 3.

Quartò nostri *text.* sententia impugnatur, ex Gregorii decreto, *l.* 1. *epistolarum*, *epistola* 9. relato, *in c. volum.* 2. 19. *q.* 4. quò loci proponitur Monasterium quoddam Siciliæ Sancti Theodori possedisse spatio quadraginta annorum quasquam possessiones cujusdam Ecclesiæ, quæ erat in partibus illis sita; super quibus, cùm inter Monasterium, & Ecclesiam quæstio moveretur, præcepit Gregorius Petro Subdiacono, ut ad Panormitanam Civitatem accederet, & possessionibus apud Monasterium remanentibus, si posset probare fines, de quibus causa mota est, inconcussos quadraginta annis possedisse, nullam deinceps patiatur præfatum Monasterium sustinere calumniam, sed quietem eorum inconcussam omnibus modes procuret, etiam si quid Sanctæ Romanæ Ecclesiæ competere potuit; si verò actores Ecclesiæ non eos possedisse quadraginta annis, inconcusso jure monstraverint, sed aliquam intra tempora hæc motam aliquando fuisse quæstionem eorundem finium, electis Arbitris tranquillè, & legaliter sopiatur; in qua decisione expendo verba illius text. *fines*, *de quibus causatio mota est*, *inconcussos quadraginta annis possedisse*; ex quibus deprehenditur, fines Ecclesiarum præscriptionem recipere, cum quadraginta annorum spatio præscribi valeant, quod est omnino contra nostri *textus* decisionem. Sed respondendum est illius *text.* veram interpretationem pendere ex his, quæ suprà retulimus, pro interpretatione ad text. *in dicto c. quia indicante*; ex quibus constat, quod licèt fines Diœcesum, & 6

Pa-

rochiarum præſcriptionem non recipiant; tamen fines prædiorum, etiam Eccleſiaſticorum præſcribi poſſunt; quia non publici, ſed privati juris ſunt, & privata hominis authoritate inſtituuntur, & confuſio, quæ ex eorum præſcriptione oritur, non publicum, ſed privatum potius continet detrimentum, ac proinde præſcriptione convelli poſſunt itaque text. *in dicto cap. volumus*, finium præſcriptionem admittens, juxta hanc reſolutionem accipiendus eſt: loquitur enim de finibus prædiorum Eccleſiaſticorum, non verò Diœceſum, vel Parochiarum: & ea ratione docet, Monaſterium quadragenaria præſcriptione, illorum jus, & dominium quærere potuiſſe; docet Gloſ. *ibid.* verbo, *Fines*, Gloſ. *verbo, Quadragenariam*, circa medium, *in capit. quia indicante, de præſcriptionibus*; obſervat Archidiaconus & Turrecremata, *in dicto capit. volumus.*

Aliud etiam dubium involvit *illius capitis* contextura in illis verbis; *etiam ſi quid Sanctæ Romanæ Eccleſiæ competere potuit*: ex quibus verbis probatur in rebus, ad Romanam Eccleſiam pertinentibus quadragenariam præſcriptionem admitti: quod eſt omnino contra textum, *in capit. ultimo*, 16. *quæſt.* 3. *cap. ad Audientiam*; *cap. diligenti, in fine, de præſcriptionibus.* in quibus juribus contra Romanam Eccleſiam centenaria tantum currit præſcriptio: de cujus dubii ſolutione diſcutere nunc non licet cum jam de ea à nobis eſt actum, ſuprà *in capit. ad Audientiam* 13. *de præſcriptionibus, numer.* 4. quæ omnia in præſenti ſunt repetenda: interim videndus eſt Covarruv. *in regula, poſſeſſor*, 2. *part.* §. 2. *n.* 6. Doctor Balboa *in cap. Sanctorum nu.* 35. *& in cap. ad Audientiam, nu.* 21. *de præſcriptionibus*, Barboſ. *in collectaneis ad eundem textum*, *num.* 1. *cum ſequentibus.*

Quintò, noſtri textus deciſio difficilis redditur, ex 7
Lucii Tertii decreto relato *in c. ex literis* 3. *de probationibus*, quo loci inter Epiſcopum Bononienſem, & ejus Archidiaconum, qui confines præbendas in Villis habebant, quas ſinguli ſingulas, poſſidebant, controverſia agitabatur prætextu finium, ſeu terminorum; ex eo, quod Epiſcopus diceret Archidiaconum antiquos fines egreſſum, partemque fundi ſui occupaſſe. Archidiaconus autem in contrarium aſſerebat, ſe illam fundi partem quadraginta annorum ſpatio inconcuſſè poſſediſſe; Epiſcopus autem aſſerebat, quod per idem tempus quietè partem illam poſſederat; in qua ſpecie, cui probatio incumberet dubium erat, utrum petitori, an verò poſſeſſori? Reſpondit Pontifex, quod judicium finium regundorum tale eſt, ut in eo utraque perſona vices duarum habeat ſcilicèt actoris, & rei: undè hinc inde teſtes produci poſſunt ad cognitionem Judicis inſtruendam, quibus examinatis, Judex quos præcellere intellexerit ad fidem ſibi faciendam, admittat: & ſi teſtes ambarum partium ſint æquales, poſſeſſoris teſtes præferantur, quia promptiora ſunt jura ad abſolvendum, quàm ad condemnandum; præterquam in liberali cauſa, in qua, ſi utriuſque partis teſtes æquales fuerint, pro libertate ſententia proferenda eſt: ex qua ſpecie manifeſtè deducitur, fines, ſuper quibus contentio agitabatur, quadraginta annorum ſpatio præſcribi poſſe, eumque, qui præſcriptionem, quam objecerit, probaverit, in cauſa obtinere debere ut conſtat *ex eodem text. verſiculo, Antiquos fines egreſſum*, juncto verſiculo. *ſe partem eandem fundi poſſediſſe quadraginta annorum ſpatio inconcuſſè*: Igitur minus rectè in *text. noſtro* Urbanus III. aſſerit, fines nulla poſſe præſcriptione convelli. Sed reſpondendum eſt, text. *in dicto cap. ex litteris* 3. *de probationibus*, non loqui de finibus Diœceſum, & Parochiarum, qui impræſcriptibiles ſunt, ut in *textu noſtro*, ſed de limitibus prædiorum Eccleſiarum, in quibus locus eſt præſcriptioni; juxta ea, quæ ſuprà retulimus: quæ interpretatio ex illius *textus* verbis apertè colligitur, verſiculo, *Partemque tui fundi occupaſſe*, quæ verba de limitibus fundatorum expreſſè loquuntur; & ideo non eſt mirum, quod Pontifex eorum quadragenariam præſcriptionem admittat, motus ex jure, & ratione ſuprà relata, pro interpretatione ad text. *in dicto capit. quia indicante, de præſcriptionibus*; *capit. ſecundus*, 16. *quæſtion.* 4. notat Gloſſ. *in dicto capit. quia indicante*, verbo, *Quadragenaria*; Oſtienſis, *ibidem*, *num.* 2.

Sextò, noſtri *text.* deciſionem acriter lædit textus 8
in capit. inter memoratos 6. 16. *quæſtione* 3. ubi inter duos Epiſcopos, ſuper fines ſuarum Diœceſum diſcordia orta eſt, propter Parochiam Baſilicæ cujuſdam, quam unuſquiſque in ſuo Epiſcopatu ſitam aſſerebat: quæ contentio, ut dirimeretur, Innocentius Pontifex decrevit, *inter alternas partes, inſpectatores viros mittendos eſſe ita ut Diœceſis poſſidentis (ſi tamen Baſilicam veris ſignis limes præfixus monſtraverit) Eccleſiæ, cujus eſt jus retentionis, ſit æternum dominium: Quod ſi limes legitimus eandem Baſilicam non concluait, & tam longi temporis probatur objecta præſcriptio, interpellatio alterius Epiſcopi non valebit, quia illa tricennalis objectio ſilentium imponit. Hoc enim, & ſecularium Principum edicta præcipiunt, & Romanorum Præſulum decernit authoritas.* In qua deciſione expendo, verba illius textus, *& tam longi temporis probatur objecta præſcriptio*, juncto verſiculo, *Tricennalis objectio ſilentium imponit*; quæ verba plenè probant, poſſe Epiſcopum alterius Epiſcopatus limites tricennali ſpatio præſcribere; & conſequenter fines Diœceſum præſcriptibiles eſſe. Sed reſpondendum eſt, *illius capitis* ſententiam mirè ſuperiori convenire; quoniam procedit in his Diœceſibus, quæ certis non ſunt limitibus diſtinctæ, de quibus certa definitio olim non præceſſit, quæ præſcriptione tolluntur, hoc eſt tricennali, quæ olim Sacris Canonibus adverſus Eccleſiam ſtatuta erat, *cap. placuit*, 8. *cum cap.* 1. *&* 2. 16. *quæſt.* 3. *cap. illud, de præſcriptionibus*: Covarruvias *in regula poſſeſſor*, 2. *parte*, §. 2. *nu.* 11. *&* 12. Diœceſes enim, quæ certis finibus diſtinguuntur, nulla præſcriptione, ut in *textu noſtro*, convelli poſſunt: quæ interpretatio deducitur ex *eodem textu*, verſiculo, *Si tamen Baſilicam veris ſignis, limes præfixus monſtraverit*; juncto verſicul. *Quod ſi limes legitimus eandem Baſilicam non concludit*: quæ verba apertam diſtinctionem conſtituunt inter caſum, quo de limitibus Diœceſum legitima conſtat probatione; & inter caſum, quo nulla poſſunt fines probatione monſtrari; nam in primo caſu, præſcriptionem tollunt; in poſteriori verò eam concedunt, quia tunc non præſcribuntur fines ac proinde ceſſat ratio noſtri text. notat Gloſſa *verbo, Quadraginta*, in *dicto cap. quia indicante, de præſcript.* Oſtienſis, & Abbas *ibidem*, *num.* 16. Turrecremata, & Archidiaconus *in dicto cap. inter memoratos*, Barboſa *dicta allegatione* 131. *num.* 12. eadem doctrina, intelligendus eſt text. *in cap. dilecto*, 16. *quæſtione* 3. Expendi etiam poteſt contra *textum noſtrum*, textus *in c.* 1. *de præſcriptionibus*, ubi Epiſcopus triennio præſcribit contra Epiſcopum, locum per ſe ad Fidem Catholicam converſum, de cujus interpretatione, & conciliatione cum *capite, placuit, decimo ſexto, quæſtion. tertia*, plura ſcripſimus *in dicto capite primo, de præſcriptionib.* videndus eſt etiam Covarruvias *in regula, poſſeſſor*, 2. *part. paragr.* 11. *nu.* 8. Barboſa *dicta allegation.* 131. *nu.* 13.

Septimò, ex noſtri *text.* ſententia, & ejus decidendi 9
ratione interpretandus venit text. *in cap. cum ſint homines* 18. *in fine, de decimis*; ubi cùm quæreretur, cui Eccleſiæ decimæ perſolvi debeant ab eis, qui in Parochia unius Eccleſiæ ſunt, & in alia terras colunt. Reſpondit Pontifex, ad conſuetudinem Eccleſiæ recurrendum, & conſiſtendum eſſe, etiam ſi illæ Eccleſiæ in uno, vel diverſis Epiſcopatibus conſtitutæ ſint, quia grave nimis, & difficile foret, ſi una Eccleſia in Epiſcopatu alterius recipiat decimas; cùm ex hoc, Epiſcopatuum fines confundi, non immeritò viderentur:

quæ deciſio valdè obſcura, & difficilis redditur, quatenus probat non poſſe unam Eccleſiam in Epiſcopatu alterius decimas præſcribere, vel ex conſuetudine ſibi adquirere: contra deciſionem textus *in capit. ad aures*, de præſcriptionibus, *capit. dudum*, *de decimis*. Verùm hujus textus ſententia, ne prædictis juribus adverſetur, ex noſtri text. deciſione, & ejus ratione exponenda eſt; ſcilicet, textum illum procedere in caſu, quo Parochia, intra quam decimæ percipiuntur, in limite Epiſcopatus ſita eſt, & limiti adhæret: tunc enim decimæ, nullo modo præſcribi poſſunt, nec conſuetudine percipi quia ſic per conſequens limes Diœceſis præſcriberetur; quod fieri non poteſt, nè fines Epiſcopatuum confundantur, ut probant ultima *illius textus* verba, *cap. quicumque*, *cap. licet*, *capit. inter*, 16. *quæſt.* 3. & in *text. noſtro*: quam expoſitionem denotat verbum, *Difficili*, in eo *text.* adjectum, quod non difficultatem, ſed juris impoſſibilitatem importat, *capit. biduum* 2. *quæſtion.* 6. ita ut ſenſus ſit, jure fieri non poſſe, unam Eccleſiam in Epiſcopatu alterius decimas percipere, ex conſuetudinis, vel præſcriptionis titulo; quando Eccleſia illa, ex qua decimæ percipiendæ ſunt, extat in limite Diœceſis: & limiti adhæret, quia nec limites Diœceſis nec quæ limitibus adhærent præſcribi poſſunt; *d. cap. ſuper eo*, verſiculo, *Nec quæ limitibus cohærent*, cum ex hoc Epiſcopatus fines confunderentur: *hoc tit.* Gloſſa *in dicto*, *cap. cum ſint homines*, verbo, *Difficilè*; Panormitanus *ibidem*, *num.* 6. Oſtienſis, & Butrius *num.* 2. Si verò iſtæ decimæ percipiantur intra limites Parochiæ alicujus Diœceſis, limitibus ejuſdem non adhærentis, tunc rectè poſſunt præſcribi: & ita eſt intelligendus textus *in dicto cap. ad aures de præſcriptionibus*: *d. cap. dudum*, *de decimis*, notat Gl. verbo, *Difficilè*; *in d. c. cum ſint homines*, ubi latè Oſtienſis & Abbas.

TITULUS XXX.
De Decimis.

Ad textum in capit. Decimam partem 1. capit. Pervenit 5. capit. Nuntius 6. capit. Cum homines 7. capit. Parochianos 14. capit. Cum ſint homines 18. capit. Ad Apoſtolicæ 20. capit. Ex parte 21. capit. Non eſt 22. capit. Ex tranſmiſſa 23. capit A nobis 24. capit. Tua nos 25. capit. Tua nobis 26. cap. Paſtoralis 28. capit. Cum non ſint 33. hoc titulo de Decimis.

SUMMARIUM.

1 *Decimæ ſolvendæ ſunt integræ, ſine expenſarum deductione, de omnibus fructibus, Miniſtris Eccleſiæ; aliàs non ſolventes variis pœnis puniuntur.*
2 *Decimæ, quare Clericis debeantur.*
Decimæ, quare non deductis expenſis debeant ſolvi.
3 *Præceptum de ſolvendis, an ſit Ceremoniale.*
Præcepta veteris Legis, ſunt in triplici differentia.
4 *Decimarum obligatio tollitur privilegio, præſcriptione, aut conſuetudine.*
5 C. Parochianos 14. de decimis.
6 *Decimæ debentur Miniſtris Eccleſiæ in ſignum ſubjectionis, etiam ſi aliunde habeant, undè ſuſtentari valeant.*
C. Parochianos, *ver.* Quaſi debitum, de decimis.
7 *Tranſactio, utrum in decimis locum, & quid in amicabili compoſitione?*
Tranſactio, quid ſit?
C. ſuper eo 7. de tranſactionibus.
C. 2. de tranſactionibus.
8 C. novum genus, in principio, de decimis.
9 C. cum ordinem 6. de reſcriptis.
Generi per ſpeciem derogatur.
10 C. decimas 46. 16. q. 1.
11 Cap. cum dicat Apoſtolus 2. de Eccleſiis ædificandis.
12 C. ex tranſmiſſa 3. de decimis.
Meretrices, an ex turpi lucro decimas teneantur ſolvere.
13 *Fructus dicuntur, deductis expenſis.*
14 *Duplex decima, ſeu redecima an debeatur? & quomodo intelligatur?*
15 Cap. Paſtoralis 28. *verſiculo*, Credamus, de decimis.
Lex 15. tit. 20. parti.
16 *Decimæ perſonales, & prædiales, in quo differant.*
Actus, qui commodè ad certitudinem reduci poteſt, ſemper eſt reducendus.

CONCLUSIO.

QUæ ex his omnibus juribus deduci ſolet, ſic ſe habet *Decimæ ſolvendæ ſunt integræ, ſine expenſarum deductione de omnibus fructibus Miniſtris Eccleſiæ; alias non ſolventes variis pœnis puniuntur.* Quæ concluſio ultrà jura ſuprà adducta, comprobatur *ex Cl. hoc tit. c. ſignificavit* 5. *in fine, de Parochiis*; *c. quicumque*, *cap. omnes decimæ*, 16. *quæſt.* 7. *capit. revertimini cap. decimæ*, 16. *quæſt.* 1. *cap.* 1. & 2. § *Sanè*, *hoc titulo*, *lib.* 6. *cap. bene quidem*, 96. *diſtinct. cap. pervenit*, 1. *quæſt.* 3. *cap. cauſam quæ*, *de præſcriptionibus*; *cap. Apoſtolicæ*, *de his quæ fiunt à Prælatis*; Tridentinum *ſeſſione* 25. *de reformatione*, *capit.* 12. *leg.* 1. *titul.* 20. *part.* 1. *leg.* 2. *titul.* 5. *lib.* 1. *Recopilationis.* Exornant Suarez *tomo* 1. *de Religione*, *lib.* 1. *cap.* 33. & 35. Barboſa *lib.* 3. *de jure Eccleſiaſtico*, *capit.* 26. Azor. *inſtitutionum moralium*, 1. *part. lib.* 7. *capit.* 34. *quæſt.* 4. Bellarminus *lib.* 1. *de Clericis*, *cap.* 25. Rebuffus *in tractatu de decimis*, *quæſt.* 8. Covarruv. *lib.* 1. *variarum*, *cap.* 17. *num.* 2. Zerola *in praxi*, verbo *Decimæ*: Navarrus *in Manuali*, *capit.* 21. *numer.* 31. Tiraquellus *de retractu*, §. 15. *gloſſ.* 1. *num.* 11. Sylveſter *in ſumma*, verbo *Decimæ*, *num.* 13. §. 7. Creſpecius *in ſumma*, verbo *Decimæ*, Guido Papa *in ſuis deciſionibus*, *quæſt.* 266. & 284. Cenedo *in collectaneis ad Decretales*, *collectanea* 66. Duarenus *lib.* 3. *de ſacris Eccleſiæ Miniſteriis*, *cap.* 1. Guttierrez *lib.* 1. *practicarum*, *cap.* 15. Moneta *de decimis*, *cap.* 5. *quæſtion* 3. *n.* 57. Menochius *de præſumptionibus*, *præſumptione* 86. *num.* 2. Anaſtaſius Germonius *lib.* 3. *de ſacrorum immunitatibus*, *cap.* 9. *n.* 54. Divus Thomas 2. 2. *quæſt.* 87. *artic.* 3. cum traditis à Barboſa *in collectaneis ad noſtrum textum*, & *in dictis juribus.*

1

Ratio, quare decimæ Clericis, & Miniſtris Eccleſiæ debentur, ea eſt: primò, propter eleemoſynam pauperum, & peregrinorum acceptionem: nam licèt laici ex præcepto miſericordiæ, teneantur eleemoſynam pauperibus præbere: tamen Clerici ex præcepto juſtitiæ, ad id tenentur, *cap. decimæ*, juncta ejus Gloſſ. 16. *quæſt.* 1. Abbas *in rubrica*, *hoc tit. n.* 8. Sed præcipuè eis decimæ debentur in ſignum ſubjectionis, quia decimæ ſunt tributa egentium animarum; quarum Cura eſt Clericorum; nam Deus, cujus eſt terra, & plenitudo Orbis terrarum, & Univerſi, qui habitant in ea, non debet eſſe deterioris conditionis, quam Domini temporales, *c. tua nobis* 26. *hoc tit.* nam quemadmodum jure Romanorum uniuſcujuſque civis bona ſcribebantur, & æſtimabantur apud cenſum, ut ſic unuſquiſque decimam bonorum partem,

2

in

in ſignum ſubjectionis, Principi præſtaret, quod hodie *tributum* appellatur, *leg.* 1. & 4. §. *Cajus*, *ff. de cenſibus*: notat Dionyſius Halicarnaſſeus *lib.* 2. *Hiſtoriæ Romanæ*, *cap.* 3. Pancirola *lib.* 2. *variarum lectionum*, *cap.* 15. Emundus Merillius *lib.* 3. *obſervationum*, *cap.* 33. Ita ſimiliter multò fortius unuſquiſque civis Sacerdotibus in ſignum ſubjectionis, ex omnibus fructibus, decimas præſtare tenetur; ſiquidem Sacerdotes ſpirituale miniſterium pro omnibus Chriſtianis Deo offerunt, Divinumque Officium exercent, & Sacramenta pro animarum ſalute exhibent; meritò, in compenſationem laboris, decimæ Clericis debentur, ut ſic melius ſuſtentari poſſint; nam qui Altari ſervit, de Altari vivere debet, *cap. cum ſecundum Apoſtolum*, *de Præbendis*, cùm beneficium propter officium concedatur; ſiquidem mercenarius eſt dignus mercede ſua, *Lucæ cap.* 16. *capit.* 1. *de ſepulturis*; Sarmiento *de redditibus*, 1. *parte cap.* 1. Covarru. & Divus Thom. *locis ſuprà citatis*: debentur etiam, non deductis expenſis; quia debentur de fructibus terræ, in quantum proveniunt ex divino munere, *capit. decimo*, 16. *quæſtione* 1. & ut tales non cadunt ſub tributo, nec ſubjiciuntur expenſis, quæ fiunt in ipſis colligendis, *cap. tua nobis. hoc titulo*; *l. uſufructu legato ff. de uſufructu*, Divus Thomas 2. 2. *quæſt.* 87. *art.* 2. nam Deus cujus eſt terra, & plenitudo ejus, Orbis terrarum &c. *Pſalm.* 13. in ſua cauſa non debet eſſe deterioris conditionis, quàm Dominus temporalis, qui terram ſuam alii tradit excolendam, partem ſuam integraliter recipit à colono, ſine aliqua expenſarum deductione, *cap. tua* 26. *hoc titulo*, & nimis iniquum eſſet ſi decimæ, quas Deus in ſignum univerſalis dominii ſibi reddi præcipit, *Levitici c. ſi. Numerorum* 15. occaſione ſeminis, vel ſumptuum fraude aliqua diminuerentur. Et ſi quis decimas ſolvere recuſaverit, cenſura Eccleſiaſtica, ad earum ſolutionem compelli poteſt: quia ut diximus à Deo ſunt inſtitutæ, *Exodi* 22. nam quod eſt debitum, poteſt ab invito juſtitia mediante extorqueri, *l. fideic.* §. *ſi rem*, *ff. de legatis* 3. & ideo cum decimæ ex mera hominum liberalitate non ſolvantur, poſſunt ut debita exigi; *capit. Parochianos* 14. *cap. tua nobis*, *hoc titulo*: & qui eas dare noluerit, res alienas invadit; *cap. decimæ*, 16. *quæſt.* 1. & qui juſto Superioris præcripto contravenit, realiter peccat, *cap.* 2. *de majoritat. & obedient.* ſicut qui alienum invadit, *cap.* 1. *de furtis*; propter lethalem reatum poteſt quis excommunicari, *cap. nemo*, *cap. nullus*, 11. *quæſt.* 3. Meritò, juſta de cauſa ad ſolutionem decimarum, quis poteſt excommunicatione compelli: *cap. pervenit* 5. & 6. *hoc titulo*, *cap. ſtatuimus*, 16. *quæſt.* 1. Trident. *ſeſſ.* 45. *de reformatione*, *cap.* 12.

3 Primò, obſtabit dicere, quod præceptum de decimis ſolvendis à Deo per Moyſem in veteri Lege datum, Ceremoniale eſt, *Levitic.* 17. verſic. *Omnes decimæ terræ*, *ſivè de pomis arborum*, *ſivè de fructibus*, *Domini ſunt*; & Numerorum 18. *verſic. Filiis Levi dedi omnes decimas*, Deuteronomii *c.* 12. 14. & 16. relato *in c.* 1. § *Hiſitaq*; 13. *q.* 1. *c.* 1. *c. Parochianos* 14. verſ. *Cum decimæ*, *non ab homine*, *ſed à Domino inſtitutæ ſint*; *c. in aliquibus* 32. verſ. *Quæ debentur ex lege Divina*, *hoc titul.* Sed præcepta judicialia & Ceremonialia veteris teſtamenti, Chriſti adventu ceſſarunt, *capite tranſlato* 3. *de conſtitutionibus*, *capit. unico*, *de purificatione poſt partum*: junctò *princip.* 5. *diſtinct. cap. majores*, *de Baptiſmo*: ergo hoc præceptum de decimis ſolvendis, ut Ceremoniale, etiam hodie ceſſare debet. Sed pro hujus dubii ſolutione adnotandum eſt, præcepta veteris Legis, quædam eſſe Moralia, quædam Ceremonialia, quædam Judicialia, ſeu legalia, Gloſſa *in cap. finali*, *de conſuetudine*: Gloſſa. *in cap. finali*, §. *Ex his*, 6. *diſtinct.* Gloſſ. *in cap.* 1. *de decimis*, *lib.* 6. Divus Thomas 1. 2. *quæſt.* 99. *art.* 4. Sotus *lib.* 2. *de juſtitia*, *& jure*, *quæſt.* 5. *artic.* 4. Covarruvias *lib.* 1. *variarum*, *cap.* 17. *n.* 1. Guttierrez *in quæſtionibus Canonicis*, *lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 1. de quibus omnibus latè agemus. *in capit.* 1. *de purificatione poſt partum*, 4. *dubio*, quæ omnia in præſenti ſunt repetenda; meritò, cum ex his conſtet præcepta illa Ceremonialia decimarum, quæ non figurabant Chriſti adventum; ſed tantum ejus cultum, reverentiam & devotionem, hodie non debent ceſſare, ſed obſervantur, non ex vi veteris Teſtamenti, ſed ex vi novæ legis Evangelicæ; & ita ceſſat dubitandi ratio *ſuprà* adducta.

Secundò, ſolutioni obſtabit dicere, quod ſi aliquo jure decimæ deberentur, præcipuè ex Divino, ex quo proveniunt, ut conſtat ex juribus *ſuprà* in primo dubio adductis; quod quidem jus immutabile, ac perpetuum eſt, *cap. ſunt quidam*, 25. *quæſt.* 1. *cap. fin.* 14. *diſtinct. cap. ſi Imperator*, 96. *diſtinct. cap. ſi. de conſuetudine*; *cap. ſuper eo*, *cap. à nobis. Bigamis*; *cap. literas de reſtitutione ſpoliatorum* §. *Sed naturalia*, *Inſtit. de jure naturali*, ſed privilegio, præſcriptione, vel conſuetudine, decimarum obligatio tollitur; de privilegio conſtat *in c. ex multiplici* 3. *cap. dilecti* 8. 9. 10. 11. 14. 23. & 34. *hoc tit. cap. cum ordinem* 6. *de reſcriptis*: de præſcriptione, probat text. *in cap. cum contingat* 29. & 30. *hoc tit. cap. de quarta*, *de præſcriptionibus*; de conſuetudine, docet text. *in cap. cum ſint* 18. *cap. ad Apoſtolicæ* 20. *cap. in aliquibus* 32. §. *fin. hoc titulo*: ergo non ſemper decimæ ſunt ſolvendæ. Pro ſolutione hujus dubii plura adduci poterant; ſed quia noſtri inſtituti non eſt quæſtiones discutere, ſed tantum jura juribus concordare, breviter dicendum eſt, Decimas dupliciter conſiderari poſſe, vel conſiderantur reſpectu congruæ ſuſtentationis, vel habito reſpectu ad quotam, ſeu partem, quæ de ipſis fructibus ſolvenda eſt; inter quæ plurima eſt differentia; nam primo modo, ſi ita decimæ conſiderantur, non ſolum humano, ſed etiam Divino jure naturali poſitivo debitæ ſunt: de jure Divino, ex illo Chriſti D. *cap.* 10. verſ. *Dignus eſt operarius mercede ſua*: Paul. *ad Corinth. capi.* 6. verſic. *Nemo juis ſtipendiis militavit*: de jure naturali ſimiliter conſtat; ſiquidem evidenti ratione naturali oportet ſtipendium, ſeu ſuſtentationem accipere ab illis, quibus ſervitium aliquod neceſſarium miniſtratur? conſtat enim adminiſtrationem Divini cultus, & rerum ſpiritualium maximè eſſe neceſſarium; undè jure naturali convincitur, aliquod ſtipendium, ſeu ſuſtentationem eſſe ſolvendam ut docet *D. Paul. d. cap.* 9. verſ. *Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus magnum eſt*, *ſi nos carnalia veſtra metamus*; de jure humano conſtat ex *toto noſtro titulo de decimis*; in *antiquis Sexto & Clementinis*. Si verò decimæ poſteriori modo, hoc eſt, quoad quotam conſiderantur; ſolummodo de jure humano debitæ ſunt, *capite in quibuſdam* §. *Illæ quippè*, cum aliis, *hoc tit.* nec ulla decima pars obligat de jure naturali, aut Divino; de jure naturali patet, quia licèt jus naturale præcipiat ſolvendum eſſe ſtipendium, ſeu dandam eſſe ſuſtentationem, ut ſuprà diximus; non tamen includit decimam partem magis, quàm tertiam vel quartam eſſe perſolvendam; ſolum enim aſſerit operarium eſſe dignum mercede ſua: Nec obſtat, quòd decima jubeatur dari in Lege veteri; nam præcepta illa Ceremonialia ut ſuprà diximus, hodie non obligant; ſiquidem Chriſti adventu ceſſarunt. *dict. cap. tranſlato*, *de conſtitutionib.* Barboſa *in collectaneis ad tex. in cap. Parochianos* 14. *hoc titul. n.* 4. Unde in forma ad argumentum reſponderi ſolet; ſcilicèt, jura *ſuprà* adducta, quæ docent decimas privilegio, ſeu conſuetudine poſſe præſcribi, eſſe intelligenda, quando de redditibus Eccleſiaſticis congrua portio Parocho, vel Eccleſiæ ad ſui alimoniam remanet; non verò aliàs, quia illa congrua jure naturali, & Divino ſibi debita eſt, quæ nullo privilegio, vel conſuetudine auferri poteſt, ad cujus præſtationem, nemo excuſari debet.

Tertiò, ſuprà dictis obſtabit text. *in cap. Parochianus* 14. *hoc tit.* cujus hæc ſunt verba: *Parochianos*, *& infrà. Cum Decimæ non ab homine*, *ſed ab ipſo Domino ſint inſtitutæ*, *quaſi debitum exigi poſſunt.* Ex quibus Honorii III. verbis expreſſè conſtat, Decimas, etiam quoad quotam à Deo fuiſſe inſtitutas. In cujus *text.* difficultate, omiſſis plurimis interpretationibus, veriſſimè eſt dicendum, verba illa, *Cum decimæ non ab ipſo Domino ſint inſtitutæ*, non ſignificare decimarum præſtationem quoad quotam, à jure Divino provenire, ſed ſolummodò

per ſuaſionem Legis antiquæ, ad legem humanam obſervandam Pontificem *ibidem* inducere, & demonſtrare: quaſi ſenſus illorum verborum ſit, quod ſi Dominus noſter juſtus, & æquus, in Lege veteri, omnium fructuum decimas Sacerdotibus ſolvendas eſſe ſtatuit, multò fortiùs eodem ferè modo, & ratione, æquum eſt, quod hoc tempore novæ legis Gratiæ Pontifices ſtatuant decimas jure Eccleſiaſtico, & Pontificio, Sacerdotibus, in officii remunerationem ſolvendas eſſe, ut ſic non minus populus novæ Legis, miniſtris novi teſtamenti decimas præſtet, quàm populus veteris Teſtamenti exhibebat: cùm Miniſtri novi Teſtamenti ſint majoris dignitatis, quàm Levitæ veteris Teſtamenti; quæ verba in ſenſu morali ſic intellecta, non probant decimas, quoad quotam de jure Divino provenire. Utraque ſententia comprobatur ex textu *in cap. in aliquibus* 32. §. *Illæ quippè, hoc titul.* verſi. *Illæ quippè decimæ neceſſario ſolvendæ ſunt, quæ debentur ex lege Divina, vel conſuetudine loci approbata*; nam verba illa, *quæ debentur ex lege Divina*, ſunt intelligenda, & adaptanda in id, quatenus concernunt ad congruam miniſtrorum Eccleſiæ ſuſtentationem; & verba illa, *vel loci conſuetudine approbata*, ſunt referenda ad quotam earum, quæ per conſuetudinem taxari poſſunt; ac proindè quota earum non eſt de jure Divino, quia aliàs non poſſet conſuetudine taxari, argument. textus *in cap. fin. de conſuetud.* ad exemplum legitimæ filiorum in bonis parentum: nam quatenus concernit filiorum alimenta, eſt de jure naturæ: at verò, quoad quotam eſt de jure poſitivo: notat Palacius Rubius *in repetit. ad textum in cap. per veſtras, de donationib. inter*: §. 21. *in princip.* Molin. *lib.* 2. *de primog. cap.* 1. *num.* 16.

6 Quartò, decidendi rationi, & ſuprà dictis obſtabit ſequens conſideratio: nam ſi aliqua ratione Clerici deberentur decimæ, maximè propter eorum ſuſtentationem, *cap. decimæ* 17. *quæſt.* 1. propterea, quòd nihil proprium haberent unde ſe alere poſſent: *Numer. cap.* 8. verſi. *Nihil aliud poſſidebunt, decimarum obligatione contenti, cap. dilectiſſimis, cap. futuram,* 12. *quæſtione* 1. *cap.* 1. 13. *quæſt.* 1. *cap.* 1. *hoc tit.* Divus Auguſtinus *lib* 1. *de morib. Eccleſ. Cathol. contra Manich. capit.* 35. ſed hodie jam Clerici proprium patrimonium habent undè commodè vivere poſſint, *cap. videntes, cap. certè,* 12. *quæſt.* 1. *cap. neminem,* 70. *diſtinct. cap. ſi quis ordinaverit* 45. *de ſimonia,* Trident. *ſeſſ.* 21. *de reformat. cap.* 12. cum à me traditis *in cap.* 1. *de teſtam.* ergo ceſſante ratione ex qua decimæ miniſtris Eccleſiæ debentur, ceſſare etiam debet earum obligatio, argumento text. *in cap. cum ceſſante, de appellationib.* ac per conſequens decimæ, nec integræ, nec partim, quoad quotam ſolvendæ ſunt.

Verum huic dubio facillimè ſatisfacies, ſi dixeris decimas Miniſtris Eccleſiæ deberi, non intuitu perſonarum, ſed intuitu Dei, Divinique miniſterii, in ſignum ſubjectionis, & officii Eccleſiaſtici exercendi: itaque quantumvis Sacerdotes divites ſint, & habeant prædia, agros, & alia, ex quibus abſque inopia vivere poſſint, nihilominus decimas ipſas, ut merè & propriè debitum exigere poſſunt; nam ſicut debitor non eſt immunis à ſolutione debiti ex eo, quòd creditor dives ſit, ſic ſimiliter plebs Chriſtiana, non erit immunis à ſolutione decimarum, quamvis Clerici divites ſint, notat Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 17. *nu.* 4. ſiquidem iniquum eſſet ob divitias alicui ſua jura auferre, *cap.* 1. 24. *quæſt.* 1. Nam ſi Principi, aut Regi opulento tributa, vel pedagia non denegantur, nec creditori debitum eſt auferendum: cur, & quare Clericis divitibus decimæ propriè debitæ denegari debent? Nec ſolutioni obſtabit, text. *in dict. cap. Parochianos* 14. *hoc tit.* verſ. *Quaſi debitum exigi poſſunt*; nam verbum illud, *Quaſi*, improprietatem denotat; & ſic non propriè, ſed impropriè decimas Sacerdotibus eſſe debitas; & quod verbum illud, *Quaſi*, improprietatem denotet, docet text. *in leg. id tempus* 14. *in fine, de uſucapionibus*, Jaſ. *in l.* 1. *ff. de adquir. poſſeſſ. n.* 26. Quia reſpondendum eſt, verbum illud, *Quaſi*, ſecundum ſubjectam materiam, cui adhæret, nonnunquam meram proprietatem ſignificat, notat Barb. *de dictionib. uſufrequent. dictione, Quaſi.*

Quintò, his omnibus obſtabit dicere, quòd partium conventione, vel tranſactione effici poteſt, ut decimæ 7
non ſolvantur, *cap. ex multiplici. cap. dilecti, in fin. cap. ſuggeſtum, hoc tit. cap.* 2. *de tranſactionib.* ergo non ſemper integrè ſunt ſolvendæ, nec ipſo jure ſunt lucendæ. Pro cujus dubii expoſitione adnotandum eſt, variè controverſum eſſe, utrum in decimis tranſactioni locus ſit: ſcilicèt, ut minus ſolvatur, vel ut certo modo decimarum ſolutio fiat: & quod in decimis tranſactio admittatur, conſtat *ex dict. cap.* 2. *cap. veniens* 8. *de tranſaction.* cum *ſuprà* traditis. Contraria verò ſententia, nempè in decimis tranſactioni locum non eſſe, probatur primò. ex eo quod in re ſacra, religioſa, vel ſpirituali, tranſactio fieri non poteſt *cap. ſuper eo* 7. *de tranſactionib.* ſed cauſa decimarum ſpiritualis eſt, cum inter cauſas Eccleſiaſticas, & ſpirituales connumeretur, *Clem.* 2. *de Judiciis*, quare decimæ à laicis poſſideri non poſſunt, *cap. cauſam* 7. *de præſcriptionib. cap. prohibemus* 19. *hoc tit.* ergo ſuper decimis tranſactio fieri non poteſt, rurſus comprobatur ex text. *in cap. fin. de rerum permutat.* ubi Romanus Pontifex reprobat compoſitionem factam ſuper decimis: deindè probatur ex eo quod tranſactio eſt pactum non gratuitum ſuper re dubia, & litigioſa, Gloſſ. *in rubrica, & leg.* 1. *ff. de tranſaction.* ſed pactum in ſpiritualibus ſimoniam inducit, *capit. cum pridem, capit. fin. de pact. cap. quam pio* 1. *quæſt.* 2. ergo ſuper decimis tranſactio fieri non poteſt.

In qua jurium contrarietate communiter dici ſolet, diſcrimen verſari inter meram tranſactionem & inter amicabilem compoſitionem: in primo caſu tranſactio ſuper decimis prohibetur fieri, cum ſemper fiat dato aliquo, ſeu retento; & ita obtinet text. *in dict. cap. ſuper eo, dict. cap. cum pridem*, cum *ſimilibus*; at verò in ſecundo caſu amicabilis compoſitio rectè in decimis fieri poteſt; juxta text. intelligendum *in dicto cap. ex multiplici*, cum ſimilibus, *ſuprà in argumento* adductis, ut conſtat *ex dicto cap. ſuper eo* 7. *de tranſactionib.* verſ. *Alias, ſi gratis, & amicabiliter inter ſe litigantes componant*, & in *dicto cap. dilecti*, verſ. *Vel cum ipſis amicabiliter componatis.* Vel aliter dici poteſt, tranſactionem, *in dicto cap.* 2. *de tranſactionib.* non fuiſſe factam ſuper decimis, vel jure decimandi; ſed ſuper fructibus decimarum: qui quidem cum temporales ſint (ut per ſe patet) rectè ſuper illis tranſactio fieri potuit, notat Imol. *in dicto cap. cum pridem de tranſaction. n.* 4. Vel tertiò reſponderi poteſt compoſitionem, *in dicto cap.* 2. *de tranſactionib.* fuiſſe factam cum conſenſu, & authoritate Superioris, ut conſtat ex *eodem textu* verſiculo, *Aſſenſu Epiſcopi, vel Archiepiſcopi ſui compoſitio facta fuit*: quod ſufficit ad ejus valorem: at verò *in dicto cap. veniens, dict. cap. cum pridem*, nulla intervenit Superioris authoritas: Ideo nihil mirum quòd in illis juribus pactio illa, vel compoſitio ſit reprobata.

Sextò, prædictis obſtabit text. *in cap. novum genus* 2. 8
in princip. hoc titulo cap. queſti, 16. *quæſt.* 1. *leg.* 2. *titul.* 20. *part.* 1. *leg.* 2. *titul.* 5. *lib.* 1. *Recopilation.* in quibus juribus conſtat, Clericos Clericis decimas ſolvere non teneri: ergo decimæ non ſemper Miniſtris Eccleſiæ ſunt ſolvendæ. Augetur difficultas ex ſecunda *text.* parte *in dict. cap.* 2. *cap. nuper, de decim. cap. ſi quis laicus* 42. 43. & 44. 16. *q.* 1. in quibus juribus conſtat Clericos, & Eccleſias, Clericis, & Eccleſiis decimas ſolvere debere. In qua jurium contrarietate, Gloſſ. *in dict. cap.* 2. *de decimis* plures refert intellectus, & aſſerit, textus *in dict. cap.* 2. *de princip. hoc titul.* procedere in Clericis non recipientibus ab aliis divina Sacramenta, quia adminiſtrarent ſibi ipſis ad invicem; at verò in ſecunda *illius textus* parte procedere, quando Clericus

Clericus recipit Sacramenta ab alio Parocho, tanquam ille us Parochianus; vel aliter asserit, text. *in d. cap.* 2. *in princip.* esse intelligendum in Clericis non conjugatis; at verò in *fine illius*, in Clericis conjugatis, qui tanquam laici decimas solvunt.

Sed his, & aliis omissis, verissimè est dicendum, discrimen constituendum esse inter bona patrimonialia Clericorum, quæ ex donatione, vel emptione quæsita sunt, & inter bona beneficialia ipsius beneficii, quæ non extra Parochiam, sed in propria Parochia, seu in proprio beneficio sita sunt; nam in hoc casu, Clericus à decimarum solutione liberatur; & ita obtinet text. *in dict. cap.* 2. *hoc tit. in prima ejus parte*: si verò prædia illa non beneficialia, sed patrimonialia sunt, sive in propria Parochia, sive extra Parochiam sita sint Clericus à decimarum præstatione non liberatur, quia tunc quoad bona illa patrimonialia laicus reputatur, *cap. cum dilectus* 88. *de jur. patron.* & ita in hoc secundo casu procedere text. *in d. c.* 2. *hoc titulo, in secunda ejus text. parte*: similiter, hæc doctrina adaptanda est, quoad Ecclesias, Ecclesiis; ut notat Abbas *in dicto capit. hoc tit. nu.* 8. Barbos. *in collect. ad eundem text. num.* 2.

9 Septimò, supra dictis obstabit text. *in cap. cum ordinem* 6. *de rescrip.* ubi proponitur quoddam generale privilegium Cistercienstum, quo eximuntur à solutione decimarum: & si postea fuerit aliud rescriptum impetratum habita mentione privilegii generalis, nihilominus privilegium super decimis non solvendis durat: cujus species clarioris intelligentiæ gratiâ, sic se habet: Monachi Cisterc. à Pontifice adepti sunt privilegium; scilicet, ne decimas ex ullis prædiis solverent, & alia plura. Quod cum ægrè ferrent illi, quorum intererat decimas sibi præstari, accesserunt ad Pontificem à quo consequuti sunt aliud rescriptum, quo continebatur, ut prædicti Monachi decimas de jure debitas solverent: dubium est ortum, utrum Monachi virtute posterioris rescripti, sint obnoxii, & obligati ad decimarum præstationem; an verò virtute prioris sint liberi ab earum obligatione & præstatione? & videbatur dicendum, Monachos adstrictos esse decimas solvere; cum juris principium sit, generali privilegio per speciale derogari, *c.* 1. *de rescript. c. Pastoralis* 14. §. *ult. c. Abbatem* 40. *eod. tit. l. in toto* 80. *ff. de reg. jur. c. generi, de reg. jur. l.* 6. *c. generi* 34. *eod. tit. l.* 6. & sic ex hac ratione, Monachos ad illarum decimarum præstationem teneri. Sed nihilominus Alex. III. *ibidem* respondit, Monachos ad decimarum præstationem non teneri.

Ex cujus decisione sic conficio dubitandi rationem adversus *text. nostrum*; siquidem ex suprà dictis constat quod omnes qui privilegiati non sunt, decimas præstare tenentur: sed *in d. c. cum ordinem* 6. *de rescrip.* generale privilegium super decimis per secundum speciale debebat tolli ex *juribus supra adductis*: ergo si jam privilegium expiravit, debent decimas solvere, & nihilominus ab illarum præstatione sunt immunes: ergo illi qui nullum privilegium habent, decimas præstare non compelluntur, ac per consequens non omnes, qui privilegiati non sunt decimas solvere tenentur. Quo in dubio adeo nonnulli oppressi sunt, quod existiment regulam illam, *generi per speciem*, &c. tantum locum habere in rescriptis: non verò in privilegiis, ut tenuit Barbos. *in l.* 1. 2. *p. n.* 6. *ff. solut. matrim.* Castillo *lib.* 5. *controv. cap.* 55. *n.* 21. Sed verius est dicendum, non solum generali privilegio derogari per speciale rescriptum, sed etiam per speciale privilegium posterius; ratio est, quia cum Princeps generale privilegium tribuit, adhuc potestatem retinet mutandi priorem voluntatem, *cap. dudum* 14. vers. *Nos*, *de Præbend. lib.* 6. Hoc suppositio, omissa interpretatione, quam refert Cenedo *in collect. ad Decret. collect.* 151. Zabar. *in præsenti, n.* 1. verius dicendum est, text. illum non posse intelligi, nisi ejus integra perpendatur, quæ extat inter *decreta Alexandr. III. in Appendice Concilii Lateranensis, p.* 41. *titul. de interp. rescrip. cap.* 4. ex quo constat, Monachos Cistercienses, illud privilegium habere super decimis, aliisque rebus, ut non possint conveniri super eisdem rebus per rescripta postea impetrata; nisi prius facta mentione privilegii, ipsiusque Ordinis, unde cum *in d. cap.* 6. non servaretur forma in primo privilegio assignata, mirum non est, Cistercienses. virtute primi privilegii, quod adhuc durat, decimas præstare non teneri, cum secundum rescriptum esset inutile ex eo quod in eo non sit servata forma primi rescripti, *c. cum dilecta* 22. *de rescrip. c. nonnulli* 28. *eod. tit.* Nec obstat regula illa generalis, qua cavetur, generi per speciem derogari; Nam illud est intelligendum, cum nulla certa forma in primo privilegio, aut rescripto est assignata; qualis forma fuit assignata *in d. cap. cum ordinem* 6. *de rescriptis*, cujus virtute Cistercienses Monachi decimas solvere non tenentur, cum alias jure Canonico adstricti essent; notat Barbos. plures referens *in collectaneis, ad text. in d. c.* 6. *de rescriptis, n.* 6.

Octavò, obstat text. *in cap. decimas* 47. 16. *quæstion.* 10 1. ubi docemur, decimas à populo Sacerdotibus, ac Levitis præstandas esse: sed postea quæritur, quid de Monachis, & de Clericis communiter viventibus, prædiaque possidentibus, circa decimarum præstationem observari deberet? In qua dubitatione deciditur Monachos, & Clericos communiter viventes, nulla ratione decimas Episcopis, aut aliis Ecclesiæ Prælatis præstare teneri: Imo omnino ab hoc onere immunes esse: ubi motus forsan Paschalis Pontifex fuit authoritate & ratione Divi Gregorii, dum asserit communem vitam peragentes ab omni molestia, & Hospitalitate immunes esse debere. Ex cujus decisione apparet, Monachos, & Clericos communiter viventes, præstationi decimarum obnoxios non esse: quod quamvis partim juri consentaneum sit, tamen partim durum & æquitati contrarium videtur; nam quoad Monachos attinet, ipsamet ratio, & natura dictat, ut decimas non præstent; nam cum ipsi in observantia suæ Religionis sint occupati, & Sacramenta percipiant, & Sacra audiant in proprio Monasterio: indèque nullam curam circa eorum regimen, nullumque munus ab alio Parocho recipiant: meritò, mirum non est, quod decimas præstare non teneantur, *cap. cunctis* 41. §. *de his*: 16. *quæst.* 1. *cap. ex parte* 10. *de decimis*: Quod tamen est intelligendum de prædiis propriis: nam si prædia aliqua conduxerint Monachi, tenentur decimas de illis præstare, ne defraudetur Ecclesia; *capit. dilecti* 8. *hoc tit.* Quod verò attinet circà Clericos in communi viventes, ut ipsi non teneantur decimas præstare; iniquum, & durum videtur, cum in illis ratio Monachorum cesset, & sic decimas Ecclesiæ præstare tenebuntur Ecclesiæ, cui alias deberentur. Quam difficultatem, ut Interpretes dissolvant, plura comminiscuntur: nonnulli autem asserunt plura esse distinguenda tempora, ut eorum varietate attenta cognoscamus, quomodo Clerici decimas præstare debeant, necnè: nam in primitiva Ecclesia, nec Clerici nec laici fideles in communi, nec in particulari aliqua bona possidebant; sed perfectionem Evangelicam imitantes, omnia ad pedes Apostolorum deferebant, ut suis, & cæteris necessitatibus subvenirent, ut constat *ex Actibus Apostol. Canon.* 4. *Joan. capit.* 11. *c. scimus* 9. *cap.* 10. *cap. habebat* 17. 12. *quæst.* 1. Ratio erat, quia cum Christus D. exemplo, & verbo, Paupertatis professionem per abdicationem bonorum in particulari, & communi, aliquando ostendisset; *Extravag. cum inter, de verborum significatione*; idcirco eo tempore primitivæ Ecclesiæ fuit observatum, quod Clerici, & laici, cum in communi, nec in particulari aliqua bona possiderent, sed perfectionem Evangelicam imitantes, omnia bona ad pedes Apostolorum deferrent, de illo tempore asserunt intelligendum esse textum *in dict. cap. decimas*, 16. *quæst.* 1. Quæ doctrina, etsi in se vera sit, tamen adaptari non potest illius *tex.* decisioni; siquidem ex eo constat Clericos illos, de quibus mentio ibi habetur, nonnulla prædia possedisse; nam

eo

eo ipso, quod ibi constat Clericos immunes esse à decimarum præstatione, apparet etiam prædia propria possediſſe ex quibus fructus percipiebant; aliàs autem nulla dubitandi ratio adesset; sed cum Clerici ægrè, & molestè ferant bona propria non possidere, & similiter laici; ideò Clericis fuit concessum, ut bona patrimonialia, & aliundè quæsita possiderent; sed cum vitam communem peragerent, de prædiis propriis decimas illo tempore præstare non tenebantur; illa ratione, quia cum decimæ præstentur ministris Ecclesiæ ob servitium, & administrationem Sacramentorum, & illi Clerici, qui inter se communiter vivebant, similiter inter se haberent Presbyterum, qui illis Sacramenta ministraret, & Monachis assimilarentur; hinc evenit, ut ad decimarum præstationem non essent adstricti ex propriis prædiis, quasi hoc ex privilegio illis esset concessum: qua ratione cessante hodie, Clerici, Clericis eas solvere tenentur, *d. cap. 2. hoc tit.* docet Suarez 1. *tom. de Religione, lib.* 1. *capit.* 18. Laym. *lib.* 4. *tractat.* 2. *capite* 3. *Ecclesiasticis Beneficiis, num.* 3.

11 Nonò, supra dictis obstat text. *in cap. cum dicat Apostolus* 2. *de Ecclesiis ædificandis*, ubi in Concilio Lateranensi cavetur leprosos cum sanis habitare non debere, ne una ovis morbida, sanas inficiat, & eos exemptos esse à præstatione decimarum de fructibus ex hortis, & nutrimentis animalium suorum: cujus species sic se habet. Quidam leprosi Ecclesias construere volebant in illis locis, in quibus morabantur; utique desiderabantur; proprium in illis habere Presbyterum, impediebatur tamen, & ab hoc proposito recedere cogebantur per Rectores Ecclesiarum Parochialium. Quæsitum in Concilio Lateranensi; an leprosi illi sub communi vita conjuncti construere Ecclesiam de jure possent & in illa assignare Presbyterum: quo in dubio Patres Lateranentis Concilii statuerunt, leprosos illos, sub communi vita congregatos, construere posse Ecclesiam, & proprium designare Presbyterum; ita ut nullus eos talia facere prohibere ausus sit; quod quidem prædictis leprosis concessum est; dummodo nullum præjudicium Parochialibus Ecclesiis, ex tali concessione, circa decimarum præstationem fieret; *argument. text. in l. ex facto, ff. de vulgari, & pupillari substitutione*: & constat ex verbis *illius textus*, versic. *Quod enim eis propietate conceditur, ad aliorum injuriam nolumus redundare in d. c. 2. de Eccles. adific.* Deniq; dubitatum fuit; an de hortis, & nutrimentis animalium suorum, decimas præstare tenerentur; & decisum est ad illam decimarum præstationem leprosos neutiquam cogendos esse: ergo decimæ Ministris Ecclesiæ integrè solvendæ non sunt. In qua difficultate, omissis *ibidem* antiquorum solutionibus, verissimè respondendum est, ideo in *textu illo*, leprosos non teneri ad præstandas decimas ex hortis, & nutrimentis animalium suorum? quia ad hoc privilegium à Pontifice adepti fuerant, cujus virtute à tali præstatione erant immunes: accedit & alia ratio; nam cum illi haberent Presbyterum, à quo Sacramenta perciperent, qui Divina eis ministraret, justa de causa hæc illis fuerunt reservata, ut communi conjunctione vivere possent quia in hoc assimilantur Monachis, notat Suarez 1. *tomo de Religione, l.* 1. *c.* 18. *n.* 4. *cum sequentibus.*

12 Decimò, adversus eandem *nostri textus* partem, dum in ea asseritur decimam ministris Ecclesiæ esse solvendam de omnibus fructibus, obstabit textus *in cap. ex transmissa* 23. *hoc titulo*; ubi de illicitè quæsitis decima non est solvenda; quod etiam docet textus *in cap. non expetenda*, 1. *quæst.* 1. *cap. oblatione*, 90. *distinction.* Ergo decimæ generaliter de omnibus fructibus non debentur. Sed respondendum est, verissimum esse de bonis illicitè quæsitis decimam Deum non recipere, sed de justè obtentis, *dicto cap. ex transmissa, hoc titulo*; nam Deus de nostra substantia honorandus est, *Proverbiorum cap.* 3. versic. *Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da ei*: nec alienam reddere debemus. Ratio est, quia quædam species furti est, de alieno elargiri, *leg. si pignore* 56. *ff. de furtis*; nam alioquin deprædationibus, furtis, usuris, & similibus Deus ipse consentire videretur, quod summæ illius bonitati, & justitiæ maximè opponitur, nam si turpitudo impedit dominii translationem, vel saltem præstat causam repetendi, non debet indè decima solvi, veluti in fure; vel usurario, si verò dominium transferatur, & repetitio cessent, tunc decima solvi potest.

Sed huic principio obstabit dicere: Quod exindè meretrix, ex illicitè quæsitis, decimas solvere deberet, quia licet turpiter faciat corpus suum quæstui subjiciendo, tamen justè recipit, & in eam transfertur dominium nec repetitio competit *l.* 4. §. *Sed quod meretrici, ff. de condictione ob turpem causam.* Augetur difficultas ex illo *Deuteronomii capit.* 23. versiculo, *Non offeres mercedem prostibuli nec pretium carnis in domo Domini Dei tui*: & passim Scriptura proclamat, ne sub obtentu eleemosynæ, cum peccato aliquid accipiamus: *& Proverbiorum cap.* 21. versiculo *Hostiæ impiorum abominabiles sunt Deo, quæ offeruntur ex scelere*; quidquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, Omnipotentis Dei non placat iracundiam, sed irritat ut refertur *in cap. non est putanda*, 1. *quæst.* 1.

Sed in hac jurium contrarietate respondendum est, verissimum esse, à meretricibus decimam non esse accipiendam, hoc est, ante peractam pœnitentiam, ne Ecclesia videatur approbare ejus turpitudinem ut constat ex Sacræ Scripturæ testimoniis suprà adductis. Cæterùm post pœnitentiam, ex illis illicitè quæsitis decimam præstare tenetur, cum in illis dominium habeat juxta supra tradita ut notant Cardinalis, & Abbas *in d. cap. ex transmissa*, Abulensis *super Matth. cap.* 23. *quæst.* 76.

13 Undecimò, adversus *secundam nostræ conclusionis partem*; dum asserimus decimas, absque expensarum deductione solvendas esse: obstabit dicere quod juri consentaneum, & rationi congruum videtur, ut ex fructibus, qui decimandi sunt, expensæ, priusquam solvantur decimæ, extrahantur. Et probatur ex eo, quia decimæ prædiales tantum debentur ex fructibus, quos terra producit, *cap. cum homines* 7. *capit. ex parte* 21. *cap. cum in tua* 30. *hoc titulo*: sed in fructibus computantur expensæ, quæ in eorum cultura, & cura consumptæ sunt, quia fructus dicuntur qui supersunt deductis expensis, *leg. fructus* 7. *Cod. de fructibus, & litium expensis*; quod usque adeò verum est, ut nihil sit, quod hanc justam & rationabilem expensarum deductionem admerè possit, *leg. fundus* 51. *ff. familiæ herciscundæ*: ergo non rectè decisum est decimas, absque expensarum deductione solvendas esse.

Verùm huic dubio, ut respondeas, animadvertere debes fructus, qui ex terra colligi possunt, dupliciter considerari posse, civiliter, vel naturaliter; civiliter, id est, juris civilis interpretatione fructus dicuntur deductis expensis, qui supersunt, de quibus ita est intelligendus textus *in dicta leg. fructus* 7. cum similibus *suprà* adductis, & traditis à Chassaneo *in consuetudinibus Burgundiæ, rubrica* 2. §. 4. *Glossa finali, in principio*: qui fructus in hoc sensu considerantur, quando agitur de restitutione fructuum, seu reparatione damni illati usufructuario, vel de aliis similibus, ut notat Glossa, *verbo, Fructuum, in leg.* 1. *Cod. de fructibus, & litium expensis.* Quod quidem optima ratione fundatur, quia restitutio talis, ac tanta esse debet, quale fuit damnum, & non major; nam usufructuarius, vel dominus fundi, cui fructus restituuntur, eosdem sine expensis consequuturus non erat, quapropter, nec ipsi restitui debent, sine deductione expensarum naturales verò fructus considerantur, secundum thema nostrum, qui oriuntur ex terra, & arboribus, nulla expensarum deductione facta; & in hoc sensu accipiuntur de jure Canonico, in materia decimarum, quod indicare videtur Gloss. *verbo, Impensa, in leg. fructus, ff. soluto matrimonio*: ratio, quare fructus in decimarum solutione, non civiliter, sed naturaliter considerantur, ea est quia in præcepto decimarum

decimarum: non agitur de reſtituendo damno alicui illato nec de commoditate illius qui ad decimarum præſtationem tenentur; ſed potius de certa penſione, & tributo, quæ Deo, & ejus Sacerdotibus debetur, in recognitionem univerſalis dominii, *capit. tua nobis*, cum aliis: *hoc titulo*: & ſi ita abſque expenſarum deductione Domino temporali penſio ſolvitur, ut ſuprà in decidendi ratione diximus, nihil mirum, quod Domino Deo noſtro decimæ ſine expenſarum deductione ſolvantur; ſcilicèt, qualiter ex terra naſcuntur, & divino munere à Deo proveniunt, cum & eorum ipſe Deus eſt largitor, & conditor, notat Divus Thomas 2. 2. *q.* 87. *art.* 2. *ad* 4.

14 Duodecimò, obſtabit prædictis dicere, quod æquum non videtur, ut ante ſeminis tritici deductionem decimæ præſtari debeant; quia quantitas illa frumenti ſeminati, hordei, & ſimilium, quæ traduntur, ſemel jam decimata fuit: ergo amplius decimari non debet, ſiquidem de una, & eadem re, ſive de eodem acervo duplex decima, ſeu redecima non debetur: notat Gigas, *de penſionibus*, *quæſtione quinquageſima nona*, *num.* 3. & 4. Azevedus *in l.* 7. *in principio*, *tit.* 5. *libro primo Recopilationis*, & ſic illa impenſa frumenti ſemel decimati deducenda erit, *argument. text. in cap. ex parte* 21. *hoc titulo*, præcipuè, quia frequentius evenire ſolet, ut non plures fructus à terra percipiantur, quàm qui ſeminati fuerunt: deinde, quia ſi multoties fructus ſint uberiores; tamen ſi ſteriles annos cum abundantibus compenſemus, fere dimidiam lucri partem perciperet Eccleſia ex fructibus terræ, ſi expenſæ non deducerentur, cui tamen decima pars tantum aſſignata eſt: ergo nimia videtur decimarum exactio, quæ ſine expenſarum deductione fit. Sed huic dubio reſpondendum eſt, negando conſequentiam: quia licet verum ſit, ut granum, quod ſeminatur, ſemel jam decimatum fuerit, non tamen ſequitur; ut ſi eadem, vel major quantitas, aut inferior poſtea naſcatur, decimari non debeat; quia totus fructus, qui ex ſemine naſcitur de novo fit, & noviter à Deo provenit; nec illud jam dicitur, quod ſeminatum fuerat, ſed diverſum; cum revera jam eſſe non dicatur, cum mortuum fuerit, ut ſummæ veritatis proclamator aſſerit, *Joannes c.* 12.

15 Decimo tertiò, obſtabit text. *in cap. Paſtoralis* 28. verſic. *Credamus deducendas expenſas*, *hoc tit. de decimis*, Gloſ. *verbo*, *Perſonales*, *in cap. Apoſtolicæ*, Gloſ. *verbo*, *Antequam*, *in cap. non eſt in poteſtate de decimis*; *l.* 15. *tit.* 20. *part.* 1. in quibus juribus conſtat decimas perſonales ſolvendas eſſe deductis prius expenſis. Sed reſpondendum eſt, diſcrimen verſari inter decimas prædiales & perſonales: nam in prædialibus decimæ ſolvendæ ſunt abſque expenſarum deductione, *dicto cap. non eſt*, *cap. ex parte*, el ſegundo, *de decimis*; perſonales verò decimæ, quæ ſolvuntur, & proveniunt ex negociatione, debentur deductis prius expenſis factis in mercedibus, & in illis bonis quærendis, & vehendis; & ita obtinet textus *in dicto capit. Paſtoralis*. Sed in aſſignanda ratione differentiæ, cur de perſonalibus deducantur expenſæ, non verò de prædialibus, valde laborant Interpretes, & plures rationes refert Gloſſ. *verbo*, *Deducendas*, *in dicto capit. Paſtoralis*: Nonnulli aſſerunt quod ita in perſonalibus ſpecialiter ab Eccleſia ſtatutum eſt, ut conſtat *ex dicto cap. Paſtoralis*, verſiculo, *Sicut eſt in negotiatione conceſſum*; nam cum decimæ perſonales non à Divino jure, ſicut prædiales, ſed ab Eccleſiaſtico poſtmodum inſtitutæ fuerint, ut docet Oſtiẽſis *in ſumma*, *hoc tit.* §. 7. ideo dum illas induxit præcepit expenſis deductis ſolvendas eſſe, ne alioquin Clerici improbi exactores, cum gravi jactura aliorum maximè ditari viderentur: notat Oſtienſis *in dicto capit. Paſtoralis*; Panormitanus *ibidem*, *num.* 4. Aliter tamen Barboſa *in collectaneis ad text. in dict. cap. Paſtoralis* 28. *hoc titulo*, *num.* 2. ubi exiſtimat rationem differentiæ in eo conſiſtere; quia in negotiatione, & ſimilibus, de quibus perſonales decimæ ſolvuntur, præcipuè operatur manus hominum: in prædialibus autem præcipuè manus Dei; ita etiam Moneta *de decimis*, *dicto cap.* 6. *nu.* 32. *cum ſequentibus*. Quare his, & aliis omiſſis, magis veriorem eſſe exiſtimo, quam refert Abbas *in dicto cap. Paſtoralis*, *num.* 7. quæ etiam placuit Barboſæ *in dicta leg. fructus*, *num.* 19. *ff. ſoluto matrimonio*: dum aſſerunt eam eſſe, quia decimæ perſonales ſolvuntur de lucro, quod quid ſua induſtria adquirit, *dicto capit. ex tranſmiſſa* 23. *hoc titul.* & lucrum propriè dicitur, quod ſupereſt deductis expenſis, *l. Mutius* 30. *ff. pro ſocio*; nam ſi emi pro decem, & vendidi pro viginti, nemo dicet me lucrari viginti, ſed ſolum decem; & ideo omnes expenſæ factæ ex pecunia decimanda, prius debent deduci, & de reſiduis, tanquam de vero lucro, decima eſt ſolvenda: ſed fructus, qui proveniunt ex aliqua re naturaliter, dicitur fructus rei non deductis expenſis, & ideo de illis ſolvitur decima abſque expenſarum deductione, quia pro eis remanent apud colonum reliquæ novem partes.

16 Decimo quarto, adverſus *ultimam noſtræ concluſionis partem*, dum in ea aſſerimus, non ſolventes decimas variis pœnis puniendos eſſe: obſtabit ſequens conſideratio; ſcilicet, quod incertitudo in jure noſtro vitiat omnem actum, *l. duo ſunt Titii*, *ff. de teſtamentaria tutela*; *l.* 1. *Cod. de dotis promiſſione*; *cap.* 2. *de libelli oblatione*, ſed adverſus detinentes, vel uſurpantes decimas, & eas non ſolventes, nulla eſt in jure noſtro certa, determinata, & ſtatuta pœna: ſiquidem interdum excommunicantur, *capit. pervenit* 5. *hoc titulo*, *capit. ex parte vigeſimo primo*, *capit. in aliquibus*, *capit. cum non ſit eodem titul.* aliquando privantur Eccleſiaſtica ſepultura, *cap. prohibemus*, *hoc titul.* aliquando ſine pœna ſolvere compelluntur, *cap. cum homines*, *c. ex tranſmiſſa*, *eodem*: aliquando appellatione remota contra eos proceditur, *c. tua nobis*, *eodem*: ergo, ex incertitudine pœnæ illas non ſolventibus impoſitæ vitiari debent.

17 Sed huic dubio reſpondendum eſt, Majorem ſyllogiſmi veriſſimam eſſe: nempè ex incertitudine actum vitiari, ut probant jura *ſupra* in argumento adducta; cæterum non obtinent, quando actus commodè ad certitudinem reduci poteſt, notat Tiraquellus *de primogeniis*, *quæſtione* 17. Surdus *conſil.* 128. at pœna impoſitæ contra non ſolventes decimas, de quibus *in juribus ſupra adductis*, ad probationem Minoris hujus argumenti, non ſunt contrariæ, ſed diverſæ, & indè rectè poſſunt reduci ad certitudinem, & ſic non vitiantur; ſiquidem non ſolventes decimas ante omnia, ſemel, ſecundo, & tertio admonentur, ut ſolvant; & ſi admoniti non ſolverint, per cenſuram Eccleſiaſticam ad ſolutionem decimarum compelluntur; ita ut uſque ad congruum, & integram ſatisfactionem abſolvi non debeant; *dicto capit. pervenit* 5. & 6. *capit. tua nobis* 26. *hoc titulo*: quod quidem ſumma cum ratione fundatur, quia decimæ ex debito requiruntur, *dicto capit. Parochianos*, *hoc titulo*, cum in miniſtrorum ſuſtentationem, ab ipſo Deo ſint inſtitutæ, *capit. revertimini*, 16. *quaſtion.* 1. & is, qui Superioris præcepto non obtemperat, mortaliter peccat; *capit.* 2. *de majoritate*, & *obedientia*: quemadmodum qui aliena invadit, *capit.* 1. *de furtis*, ideoque meritò, ad decimarum præſtationem, is, qui non ſolvit, per cenſuram Eccleſiaſticam juſtè compellitur: & cum non ſolvendo lethalem reatum committat, rectè propter illud excommunicari poteſt, *capit. nemo*, *capit. nullus*, 11, *quæſtione prima*. Nec ſolum excommunicationis gladio feriuntur decimas non ſolventes; verum etiam, & hi, qui earum ſolutionem impediunt, vel non ſolvendas prædicant, Tridentin. *ſeſſione* 25. *de reformatione*, *capit.* 12. Thomas Sanchez *in ſumma*, *libro ſecundo*, *capite vigeſimo*, *nu.* 19. cum traditis à Barboſa *in remiſſionibus ad Cõcilium Tridentinum*, *dicto capit.* 12. & ſic creſcente contumacia, creſcere debet pœna, adverſus non ſolventes decimas, ſecundũ ordinem ſuprà in dubitandi ratione adductum: tandemque in pœnam perfidiæ, ſterilitatem, & famem minatur

Dominus per Malachiam, *capit.* 3. relatum *in capit. revertimini*, 16. *quæstione* 1. verſiculo, *Quia mihi non reddidiſtis decimas, & primitias; idcirco in fame, & penuria maledicti eſtis.* junctо verſic. *Ubertatem poſſeſſionum veſtrarum, & omnium frugum abundantiam perdidiſtis.* alias ſimiles pœnas refert *textus in l.* 21. *titul.* 20. *parte prima*, quas, ut brevitati conſulamus, facilè quiſque legere poterit.

Ad tex. in c. Ex parte 10. c. Ex multiplici 3. c. Licèt 11. cap. Ad audientiam 12. c. Quoniam 13. cap. Tua nos 15. §. Neque c. Ex parte 27. hoc tit.

SUMMARIUM.

1 *Privilegium ſuper decimis non ſolvendi Eccleſiaſticæ perſonæ conceſſum de laboribus ſuis, novalia comprehendit, de cæteris verò decimas præſtare tenetur.*

2 *Majus ubi conceditur, minimum etiam conceſſum videtur.*

Decimæ non poſſunt à laicis ſine animarum periculo detineri.

Privilegium ſimpliciter conceſſum, non debet ita latè interpretari, ut aliis infligat enorme præjudicium.

3 *Novalia prædia, quæ dicantur.*

Cap. quid per novale 21. de verborum ſignificatione, *conciliatur cum* leg. ſylva, §. Novalis, ff. de verborum ſignificatione.

4 C. ad audientiam 12. de decimis.

Privilegium de non ſolvendis decimis, Ciſtercienſi Religioni conceſſum, quomodo intelligatur?

5 Capit. 2. in principio, & §. 1. de decimis, libro ſexto.

Privilegium à Pontifice alicui conceſſum, non tollit jus Tertio quæſitum.

6 Capit. 2. paragrapho Statuimus, de decimis, libro 6.

Privilegium ſemper eſt interpretandum ſecundum mentem & intentionem concedentis.

7 Cap. ex part. 27. in prin. de decimis, *conciliatur cum* c. 2. §. 1. ejuſdem tit. lib. 6.

8 Cap. tua 25. §. fin. de decimis.

9 Cap. quia circa 22. de privilegiis.

Privilegium de non ſolvendis decimis, an ſolummodo comprehendat prædia obtenta tempore impetrationis; An verò etiam poſtea obtinenda?

Excipiens nihil, cum excipere potuit, totum conceſſiſſe videtur.

10 *Privilegium non ſolvendi decimas ad ſolum Pontificem ſpectat concedere.*

Privilegium propriè ſumptum frequenter dicitur contra jus commune conceſſum.

11 Cap. dudum 31. de privilegiis.

12 Cap. ex multiplici 3. de decimis.

CONCLUSIO.

1 PRivilegium *ſuper decimis non ſolvendis Eccleſiaſtica perſonæ conceſſum de laboribus ſuis, novalia comprehendit; de cæteris verò decimas præſtare tenetur.* Quæ concluſio comprobatur ex text. *in capit. ex multiplici* 3. *cap licet* 11. *capit. ad Audientiam* 12. *capit. quoniam* 13. *capit. tua nos* 25. *paragrapho, neque; cap. ex parte* 27. *cap. cum contingat* 29. *hoc tit.* 2. §. 1. *eodem tit. lib.* 6. *cap. quæſtion.* 44. *capit. decimas* 47. 16. *quæſt.* 1. *cap. cum Capella*, 16. *cap. dudum* 31. *de privilegiis; c.* 1. *c. quod per novale* 21. *de verborum ſignificatione; Clement.* 2. *in fin. cenſibus; c. licet. de officio Ordinarii. c. veniens* 19. *de præſcriptionibus; capit. quamvis, de reſcriptis, l.* 6. *l. Sylva* 30. §. *Novalis. ff. de verborum ſignificatione*: exornant Covarruvias, *lib.* 1. *variarum, capit.* 17. *n.* 14. Gutierrez *lib.* 2. *Canonicarum quæſtionum, cap.* 21. *num.* 129. Azor. *inſtitutionum Moralium part.* 1. *li.* 7. *cap.* 26. *q.* 6. Moneta *de decimis, cap.* 4. *quæſt.* 5. *n.* 5. *& cap.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 10. Rebuffus *in tractatu de decimis, quæſt.* 14. *nu.* 35. *Idem in dict. l. Sylva* 30. §. *Novalis. ff. de verborum ſignificatione* Valaſcus *conſultatione* 58. Menochius *conſilio* 36. *num.* 31. Divus Thom. 2. 2. *quæſt.* 87. *art.* 4. Suarez *de Religione, tom.* 1. *tractat.* 2. *lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 4. Barboſa *in Collectaneis ad noſtrum text.* ubi refert Bullas ferè omnium Religioſorum, quoad exemptionem decimarum: Idem in *Collectaneis in dictis juribus*: Doctor Arias de Meſa *l.* 3. *variarum, c.* 3. *n.* 18. Collant. *in prag. rei frumentariæ, & agricolarum, l.* 1. *c.* 9. *per totum.*

Ratio enim, quare in privilegio de non ſolvendis decimis, ex propriis laboribus, Religioſis conceſſo, etiam novalia comprehenduntur, ea eſt, quia ubi majus conceditur; minus etiam conceſſum eſſe videtur *cap. ex parte* 27. *hoc titulo; cap. præcipimus;* 12. *quæſt.* 1. Siquidem plus eſt concedere decimas præſentes de laboribus terræ alicujus Parochiæ, quàm decimas futuras novalium terræ exiſtentis intra eandem Parochiam, *dicto capit. ex parte* 27. *capit. ad Audientiam* 22. *hoc titul. cap. quia circa, de privilegiis.* Quod tamen non admittatur; ſi conceſſio fuerit facta perſonæ ſæculari *c. tua* 26. §. *Neque hoc tit.* quia cum decimæ à laicis ſine animarum ſuarum periculo detineri non poſſint *capit. prohibemus hoc titul.* & cum illa conceſſio ſit odioſa, non eſt aliquo modo extendenda, ſed quantum fieri poteſt reſtringenda *dicto capit. tua* 26. *hoc tit. cap. cum Apoſtolicæ, de privilegiis*: notat Vivianus *in Rationali ad textum in dicto cap. ex parte* 27. *hoc tit.* Abbas *in præſenti num.* 3. *in fine* de cæteris verò novalibus non à Religioſis ad culturam redactis, licet ad eorum dominium pervenerint, & ſimiliter de aliis excolendis datis decimas ſolvere tenentur. Ratio eſt, quia privilegia ſuper decimis non ſolvendis, ita Religioſis ſunt concedenda, ut tamen Eccleſiæ Parochiales neceſſaria ſuſtentatione non priventur: Si quidem privilegium ſimpliciter conceſſum, non debet ita latè interpretari, ut aliis infligat enorme præjudicium, *capit. dilecti* 8. *hoc tit. cap. quod per novale, de verborum ſignificatione*, cum talis non ſit mens concedentis; à quo illius validitas dependet, *cap. mandatum, de reſcriptis*, niſi hoc exprimat, *cap. dudum, de privilegiis*; unde quatenus tangit jus Tertii, privilegium ſemper eſt intelligendum ſtrictè, *cap. ex tuarum, de authoritate, & uſu pallii*: & quoniam fieret grave præjudicium & Eccleſiæ Parochiali, ſi hujuſmodi privilegiati ultra decimas non ſolvendas de prædiis propriis, & de novalibus noviter ab ipſis ad culturam redactis illa non ſolverent, & etiam de conductis, vel de novalibus ab aliis ad culturam redactis ad eorum dominium poſteà pervenientibus, à quibus ipſa Eccleſia decimas conſuevit habere: *capit. dilecti* 8. *hoc titulo*, ideo privilegium alicui conceſſum, de decimis prædialibus non ſolvendis, intelligitur de prædiis propriis, non autem de conductis: nam Religioſi, qui non habent curam animarum, de jure communi decimas ſolvere tenentur, niſi in quantum per conceſſiones eis ab Apoſtolica Sede datas, ab illis ſint immunes; nam Monachi in primitiva Eccleſia decimas ſolvebant, de prædiis laboribus ſuis cultis, tanquam laici, *argumento text. in capit. alia cauſa*, 16. *quæſt.* 1. *cap. duo* 12. *quæſt.* 1. notat Divus Thom. 2. 2. *quæſt.* 87. *art.* 4. Sed poſtea tempore Paſchalis ſecundi in Concilio Moguntino ſtatutum fuit, quod nec Monachi, nec Religioſi, nec cæteri qui communiter viverent decimas de ſuis laboribus ſolverent, *c. q. c. decimas*, 16. *q.* 1. Tempore verò procedente, Adrianus Pontifex ſolis Ciſtercienſibus, Hoſpitalariis, ſeu Templariis conceſſit privilegium in præſenti inſertum ut notat ejus Gl. verbo, *Laborum ſuorum.*

2

Primò, adverſus ea, quæ *in præſenti*, notant omnes, videlicèt novalia in privilegiis, de decimis ſolvendis, vel

3

vel non ſolvendis, eſſe agrum, ſeu fundum, de novo ad culturam redactum, de quo non extat memoria, quòd aliquando fuerit cultus, juxta *text. in capit. quod per novale* 21. *de verborum ſignificatione*; latè Barboſa *in collectaneis ad dict. jura*, Petrus Gregorius, *lib.* 1. *Symtagmatum juris, cap.* 2. *nu.* 2. Obſtabit text. *in l. Sylva* 40. §. *Novalis, ff. de verborum ſignificatione*; ubi aſſeritur, quod novalis eſt terra præciſa; id eſt antè exciſa, quæ in anno præterito ceſſavit, & ſic, quæ jam antea culta fuerat. In quorum jurium contrarietate communiter dici ſolet, diſcrimen conſtituendum inter jus Civile, & Pontificium, ita ut de jure Pontificio novale, quoad privilegium de ſolvendis, vel non ſolvendis decimis novalium, ſit ager de novo ad culturam redactus, de quo non extat memoria quod cultus aliàs fuiſſet: & ſic de illis novalibus *text.* noſtrum eſſe intelligendum; at verò de jure Civili, novalis eſt terra præciſa, hoc eſt antè exciſa, quæ anteriori, vel poſteriori anno ceſſavit, *d. l. ſylva* 30. §. *novalis* refert Auguſt. Barboſ. *in cap. conſultationi, penultimo, de privilegiis*; & in *dicto c.* 1. *c. quod per novale* 41. *de verborũ ſignificatione.*

Sed hæc, & aliis omiſſis, verius eſt dicendum nullam differentiam verſari inter jus Civile, & Canonicum: nam novale, ſivè novalis fundus, etiam de jure Civili dicitur terra, de novo ad culturam redacta; ſiquidem *novalis* à verbo *novo*, derivatur *l. fin. ff. de termino moto*; *l. utiles, ff. de petitione hæreditatis*; Nec obſtat text. *in dicta l. Sylva* 30. §. *Novalis*, verſ. *Præciſa, ff. de verborum ſignificatione.* Quia non debet intelligi, ita ut multo antea fuerit præciſa; ſed ita novalis dicitur, quia ante præciſa fuit, & anno ceſſat poſtquam præciſa eſt; ut ſic faciliùs producat, & fructus renaſcantur; quod quilibet agricola in arte peritus faciet: Notat Varro, *de re ruſtica, lib.* 1. *cap.* 29. ſic illa verba, *quæ anno ceſſat*, omiſit Pontifex *in dicto cap.* 1. *cap. quod per novale* 21. *de verborum ſignificatione*; ſed verba illa reposuit Caius *in dicta l. Sylva* 30. §. *Novalis, ff. de verborum ſignificatione*, attendens, & reſpiciens ad optimos agricolas Romanos, ut eruditè animadvertit Rebuffus *in dicta l. Sylva*, §. *Novalis, ff. de verborum ſignificatione.*

4 Secundò, adverſus *textum* noſtrum obſtabit text. *in cap. ad Audientiam* 12. *hoc titul.* ex cujus deciſione conſtat, quod ſi Monachi Ciſtercienſes privilegium à Pontifice impetraverint non ſolvendi decimas, privilegium illud extendi debet ad omnes decimas, hoc eſt tam ad novalia, quàm ad non novalia, etiam ad aliam Parochiam pertinentia. Pro cujus dubii ſolutione, adnotandum eſt, multum referre, ſeu diſcrimen verſari inter privilegium conceſſum, circa decimas novalium non ſolvendas, & inter privilegium impetratum ſimpliciter, & generaliter, ne quis decimas ſolvat: nam in primo caſu, privilegium tantum quoad novalia adaptari debet, non verò ad veteres decimas extendi poteſt: juxta *text. noſtrum*, cum *ſimilibus ſuprà adductis*; At verò ſecundo caſu, quando privilegium ſimpliciter, & generaliter eſt impetratum, quoad decimas non ſolvendas; tunc privilegium etiam comprehendit antiquas decimas, cum debeat interpretari ſecundum ejus generalia verba, cum non appareat contraria concedentis Pontificis intentio; ſiquidem tunc ſatis intendat ea in re, de qua agitur, & juri communi, & Eccleſiis Parochialibus præjudicare; Gloſſ. 3. *in cap. cum olim* 12. *de privilegiis*: & inſuper non erat major ratio, ob quam generalis conceſſio, & intentio concedentis, magis ad has, quàm ad illas decimas eſſet referenda; & inde (quod maximè notandum eſt) quod Pontifex per hujuſmodi privilegia intendens aliquem eximere ab omnibus, tam veteribus, quàm novalium decimis, utitur quadam forma verborum; ſcilicet ne, *de laboribus quos propriis manibus, vel ſumptibus excolunt, decimas ſolvant*: At verò, cum intendit non generaliter nec ab omnibus, ſed à novalium, & aliis certis quibuſdam decimis eximere, non utitur illa forma; ſed ad ejus differentiam, alia ſtrictiori; ſcilicèt, *de novalibus, & aliis certis decimis,* mentionem facit; ut conſtat *ex text. noſtro*, verſ. *Sanè* ita ut ex diverſa forma, & verbis conceſſionis colligitur in hac materia intentio concedentis. Sanè enim *in dicto cap. ad audientiam* 12. *hoc titulo*, agitur de Ciſtercienſibus, qui ea in re maximè privilegiati erant, ut conſtat *ex text. noſtro*, & in *dicto cap.* 2. §. 1. *in fine, hoc titulo, lib.* 6. & inſuper proponit privilegium ſub illa forma verborum conceſſum, *ne de laboribus, &c.* in quibus verbis Pontifex declarat ſe in eo privilegio omnes decimas comprehendere voluiſſe; reddens rationem; quia ſi non de omnibus, ſed de novalibus tantum intelligeret, ubi poſuit, de laboribus, de novalibus tantum poſuiſſe; quaſi apertiùs dicat, quod ſi noſtræ intentionis foret, de novalium tantum decimis agere, non uteretur illa verborum forma, *de laboribus, &c.* ſub qua omnes decimas comprehendere intendimus; ſed alia ſtrictiori, *ne de novalibus &c.* per quam ad differentiam illius, non omnes, ſed aliquas concedere intendit, ut rectè animadvertit Barboſa *in collectaneis ad tex. in dicto capite ad audientiam* 12. *hoc titulo num.* 2. *& in capite dudum* 31. *de privilegiis, numero* 3. ubi Abbas, *num.* 4.

Tertiò prædictis obſtabit text. *in capit.* 2. *hoc titul. in principio, lib.* 6. juncto §. 1. ex cujus deciſione conſtat quod privilegium ad decimas novalium percipiendas, non extenditur ad decimas novalium, quas tempore impetrationis alii de jure poſſidebant, niſi fiat de illis expreſſa mentio; ſimiliter, nec valet niſi pro illis locis, in quibus Monachi habebant antiquas decimas. Sed huic dubio reſpondendum eſt, text. *in dicto capit.* 2. *in principio juncto* §. 1. loqui in privilegio ſpecialiter conceſſo tantum ad decimas novalium anteà obtentas, vel obtinendas ſine Tertii præjudicio, in quo non comprehenduntur novales ab alio poſſeſſæ. Ratio eſt, quia Summus Pontifex in privilegio illo, non intendit tollere jus tertii ſemel quæſitum, niſi id expreſſum fuiſſet in privilegii conceſſione; juxta text. *in cap. licèt, de officio Ordinarii*; quia aliàs privilegium illud redundaret in maximum præjudicium poſſeſſoris; quod neutiquam præſumitur Pontifex ita conceſſiſſe, niſi expreſſum eſſet, juxta textum *in capite dudum, de privilegiis*; nam cum illud privilegium odioſum ſit, neutiquam erit extendendum, ſed quantum fieri poſſit reſtringuendum; ita ut non extendatur ad non alia ab aliis poſſeſſa impetrationis tempore; neque ad majorem portionem, ultra tempus impetrationis poſſeſſam juxta text. *in cap. tua*, el primero, *hoc titul. cap. cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt à Prælatis*; notat Covarruvias *lib.* 3. *variarum, cap.* 17. *num.* 13. Barboſa *in collectaneis ad text. in dicto c.* 2. *hoc tit l.* 6. *nu.* 6. Rebuffus *de decimis, quæſt.* 14. *n.* 16. Moneta *eodem tractatu, c.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 72.

Quartò, adverſus hanc ultimam reſolutionem, dum aſſerimus, videlicèt privilegium, de decimis, Monachis conceſſum, quoad novalia, comprehendere integram portionem decimarum tempore impetrationis privilegii poſſeſſam, *dicto capite* 2. *in fin. principiis, hoc titulo lib.* 6. Rebuffus *uti ſuprà, quæſt.* 14. *num.* 35. Moneta *dicto cap.* 4. *n.* 71. Obſtabit text. *in dicto cap.* 2. §. *Statuimus, hoc titulo, lib.* 6. dum aſſerit quod etiamſi tempore impetrationis privilegii, integraliter decimæ veteres percipiantur, privilegium illud non debet intelligi, ad integram decimarum portionem tempore impetrationis poſſeſſam, ſed tantum ad medietatem decimarum. Augetur difficultas, ex ultimis illius §. verbis, dum aſſerit, quòd Religioſi Ciſtercienſes ab illa regula excipiuntur, ita ut ſi prædicti percipiant integram antiquam, vel pluſquam dimidiam portionem, ſeu quotam, poterunt etiam de novalibus decimis integram antiquam, vel pluſquam dimidiam portionem virtute privilegii percipere, Conſideratio eſt; ergo cæteri omnes Religioſi non poterunt integram portionem percipere, etiam ſi tempore impetrationis poſſediſſent. Sed huic dubio reſpondendum eſt privilegium, quoad decimas

novalium comprehendere portionem antiquam, tempore impetrationis poſſeſſam, *dicto capit. 2. in fin. principii hoc titul. lib.* 6. Nec obſtabit text. *in dicto paragrapho, Statuimus, ejuſdem capitis*: Nam ideo *ibi* privilegium quoad novalium decimas conceſſum, non comprehendit integram portionem, etiam tempore impetrationis obtentam, ſed tantum dimidiam; quia privilegium ſemper eſt interpretandum ſecundum mentem, & intentionem concedentis, *capit. mandatum*; *capit. ſedes*, *de reſcriptis*; & Religioſis ita debet concedi, quo minus Eccleſia Parochialis lædatur; quibus Eccleſiis de jure communi decimæ competunt, *capit. ſuggeſtum*, *hoc titulo*; & non eſt veriſimile, nec credendum, quod ſi integra portio in privilegii impetratione, expreſſè, & clarè exprimeretur, quod Apoſtolica Sedes pariter, & ſimiliter decimas integras, in tam grave Parochialium Eccleſiarum diſpendium concederet, ut conſtat *ex dicto paragrapho*, *Statuimus*. Quæ quidem interpretatio comprobatur ex eo, quia nomine *portionis integræ*, omnia non comprehenduntur, ſed regulariter dimidia pars continetur; juxta text. *in leg. nomen, ff. de verborum ſignificatione*, ubi latè *Rebuffus*, unde cum in *dicto paragr. Statuimus*, de integra portione tantum ſit expreſſum, meritò privilegium illud non debet extendi ad novalium decimas, ſed tantum ſit ad dimidiam portionem, etiam ſi amplius in veteribus Religioſi haberent: à qua regula excipiuntur Ciſtercienſes, & Carthuſienſes; nam id quod alicui gratioſè, & expreſsè conceſſum eſt, non debet trahi ad aliorum exemplum, *capit. quod alicui*, *de regulis juris*: *lib.* 6. atque ideo in declaratione, *text. in dicto* §. *Statuimus*, Ciſtercienſes, & Carthuſienſes, non comprehenduntur, qui omnes etiam de novalibus ſecundum antiquam, & integram portionem, poterunt virtute privilegii decimas percipere; notant Rebuffus, & Moneta *ubi ſupra*; Barboſa *in collectaneis ad text. in d. c.* 2. §. *Statuimus*, *hoc tit. lib.* 6. *num.* 5.

7 Quintò, prædictis obſtat text. *in cap. ex parte* 27. *in principio*, *hoc titulo*; ubi aſſeritur privilegium Eccleſiaſticæ perſonæ conceſſum de percipiendis decimis etiam comprehendere novalia, hoc eſt, decimas futurorum prædiorum, quæ de novo ad culturam reducuntur: quod expreſſè prohibet textus *in dicto capit* 2. *in principio*, *& in* §. 1. *hoc titulo*, *lib.* 6. Siquidem etiam ſi aliquis habeat privilegium percipiendi decimas intra alterius Parochiam, ſeu confinia, privilegium illud non extenditur ad novalia, niſi quoad novalia fuerit conceſſum, cum privilegium, quod præjudicat Tertio, reſtringendum eſt, *cap. olim*, *de verborum ſignificatione*: nec ad futura, quæ de novo accidunt extenditur; *Clement. final. de reſcriptis*, *Clement.* 1. *in fine*, *de teſtibus*.

In quorum jurium contrarietate, veriſſimè eſt dicendum, privilegium de percipiendis decimis in aliena Parochia, non extendi ad novalia, niſi de illis ſit expreſſè impetratum; *dicto cap.* 2. *hoc titulo*, *libro* 6. Covarruvias *dicto capi.* 17. *num.* 4. Gutierrez *libro ſecundo*; *Canonicarum quæſtionum*, *cap.* 21. *num.* 120. Nec obſtabit textus *in dicto capit. ex parte* 27. *hoc tit.* Quia omiſſa nonnullorum interpretatione aſſerentium, textum illum agere privilegio generaliter conceſſo percipiendi decimas in aliena Parochia, (licet in eo, de non ſolvendo decimas mentio habeatur) atque ideo ex rationibus ſuprà adductis, cum generaliter privilegium illud ſit conceſſum percipiendi integras decimas, nihil mirum, quòd novalium decimas etiam comprehendat: quorum Interpretatio ſuadetur ex verbis *illius textus*, verſiculo *Integraliter decimas percipias*. Sed hæc interpretatio apertè convincitur ex ultimis *illius textus verbis*, verſiculo, *Quia ubi majus conceditur*, *minus conceſſum eſſe videtur*. Quare hac, & aliis omiſſis verius eſt dicendum, *in dicto capit. ex parte* 27. *hoc titulo*, non agi de privilegio percipiendi decimas in aliena Parochia, quia tunc reſtringendum eſſet; ita ut nec ad novalia extenderetur, niſi de illis ſpecialiter conceſſum fuiſſet, *dict. cap.* 2. *hoc titulo*: ſed tantum ibi agi de conceſſione juris communis percipiendi decimas ab eo, cui jure communi, & ordinario, decimæ debebantur ex propria Parochia: quæ interpretatio deducitur ex *eodem textu*, verſiculo, *de laboribus terræ Parochiarum tuarum*, *cum integritate percipias*, quæ verba apertè denotant, Abbatem illum, proprium Parochum, ſeu Rectorem fuiſſe illius Eccleſiæ, de qua decimarum quæſtio fuit habita: quo in caſu mirum non eſt, quod conceſſio illa, quæ à jure communi ſibi debebatur, comprehendat etiam novalium decimas; *argumento textus in capit. ad decimas*, *de reſtitutione ſpoliatorum*, quæ interpretatio ſatis convenit verbis *text.* ſiquidem conceſſum propriè loquendo dicitur, quod à jure communi tribuitur, ex illo principio: *Fruſtra precibus impetratur*, *quod à jure communi conceditur*: *l.* 2. *in princip. ff. ne quid in loco publico*: quæſtio enim, ſeu dubitandi ratio in *eo textu* erat novalium decimas ad Abbatem illum, non pertinere, vel quia eas non poſſidebat, ſeu præſcriptione amiſerat, vel quia Epiſcopus decimas novalium ipſius Eccleſiæ intendebat ſibi competere: ſeu quia ipſe Epiſcopus cuidam Canonico conceſſerat, exiſtimans ad Abbatem, non poſſe pertinere, quia plures Parochias habebat, ut conſtat ex verbis *illius textus*, verſic. *Parochiarum tuarum*. Cui dubio Innocentius III. reſpondit, ad Abbatem pertinere, cum ex privilegio plures Parochias haberet: & cum ei liceat quod majus eſt, hoc eſt decimas laborum percipere, licebit etiam quod eſt minimum, hoc eſt decimas novalium percipere, ut rectè animadvertit Covarruvias *lib.* 1. *variarum*, *cap.* 17. *nu.* 13. Rebuffus *de decimis*, *quæſt.* 14. *num.* 8. Gutierrez *lib.* 2. *Canonicarum quæſt. cap.* 21. *nu.* 116. Barboſa *in collectaneis ad eundem textum n.* 5.

Sextò, ſolutioni obſtabit text. *in cap. tua* 25. §. *fin. de decimis*, ubi apparet, quod etiam ſi alicui competat jus decimandi, non competit jus percipiendi decimas novalium. Sed reſpondendum eſt, textum illum procedere in diſſimili ſpecie, hoc eſt, in jure non decimandi, quod Parochis, & perſonis Eccleſiaſticis competit: ſed tantum loqui de jure decimandi, quod competit laicis jure infeudationis: quo in caſu decimæ novalium non comprehenduntur, abſque novo ſpeciali privilegio, juxta textum *in dict. cap.* 2. *in principio*, *hoc titulo lib.* 6. *& in* §. 1. *ejuſdem text.* notat Abbas *in dict. cap. tua* 25. §. *fin. num.* 5. *& in dict. cap. ex parte* 27. *n.* 7. Moneta *ubi ſupra capit.* 4. *n.* 66. Suarez *de Religione*, *tomo* 1. *tractatu* 2. *lib.* 1. *de decimis*, *cap.* 22. *n.* 9. *& cap.* 23. *n.* 4. Barboſa *in collect. ad text. in dicto cap. ex parte* 27. *n.* 7. *& in d. c. tua.* §. *fin. n.* 5.

Septimò, adverſus id, quod ſupra retulimus & refert 9
text. *in dicto cap. in principio*, *hoc tit. lib.* 6. dum aſſerit privilegium decimarum novalium concedens, non includere decimas novales per alios poſſeſſas tempore impetrationis, & loca tantum includere, ubi percipiebantur antiquæ, obſtabit textus difficilis *in capit. quia circa* 22. *de privilegiis*; ex cujus deciſione conſtat, quod ſi Archiepiſcopus Compoſtellanus conceſſit Monachis omnium Sanctorum privilegium percipiendi decimas Epiſcopales poſſeſſionum ipſius Monaſterii; ſed poſtmodum ſucceſſor Archiepiſcopi concedentis privilegium quæſivit ab Innocentio III. Utrum privilegium illud extendatur tantum ad poſſeſſiones adquiſitas tempore impetrationis privilegii, an verò ad adquirendas, ſeu novalium decimas? Cui dubio reſpondit Pontifex, quod ſi illa decimarum conceſſio fuit facta ſecundum canonum ſolemnitatem, cum prædeceſſor eas indefinitè conceſſiſſet, non ſolum intelligitur conceſſiſſe decimas prædiorum tempore impetrationis debitas: verum etiam & futuras, & per conſequens, & novales decimas conceſſiſſe videtur: Ecce ſpeciem, ubi privilegium ſimpliciter conceſſum percipiendi decimas, non

tantum

tantum comprehendit decimas, ex prædiis tempore conceſſionis obtentis; verum etiam & futuras, hoc eſt, quæ noviter ex novis prædiis veniunt: quod omninò contradicit deciſioni text. *in dict. cap. 2. hoc tit. lib. 6.* Sed huic dubio veriſſimè reſpondendum eſt, quòd ideò in ſpecie illius *textus* privilegium illud extenditur ad futuras novalium decimas, quia illa decimarum ſolutio proprio Archiepiſcopo debebatur, ſibique ipſi ſolùm præjudicaſſe cenſetur, præcipuè cum ſecundum Canonicas ſanctiones conceſſio illa facta fuiſſet, non verò in damnum alterius Parochiæ; & cum indefinitè ſit conceſſum, mirum non eſt, quod ad novalia prædia extendatur. Rationem reddit *text.* quia cum is nihil exceperit, qui excipere potuerat, totum jus proprium conceſſiſſe, & alienaſſe videtur: notat Barboſa plures referens *in collectaneis ad eundem textum, num. 7.*

10 Octavò, ſolutioni obſtabit dicere, quòd privilegium illud non ſolvendi decimas, emanavit ex perſona Archiepiſcopi, ut conſtat ex *eodem textus* verſic. *Privilegium prædeceſſoris tui*: atqui privilegium non ſolvendi decimas concedere ad ſolum Pontificem ſpectat *dicto cap. 2. hoc titulo, lib. 6. cap. dudum 31. de privilegiis*, Rebuffus *tractatu de decimis, quæſt. 5. n. 28. & 32.* præcipuè quia Epiſcopus decimarum, & aliarum rerum Eccleſiaſticarum, nudus tantùm adminiſtrator eſt, non verò Dominus, & ideò eas donare non poteſt, *cap. 2. de donationibus*: Ergo privilegium illud neutiquam valere debuit; & ſi valeret, ſtrictè eſſet intelligendum, non verò ampliandum. Sed his conſiderationibus reſpondendum eſt, remiſſionem decimarum, ab Archiepiſcopo conceſſam, *in dicto cap. quia circa 22. de privilegiis*, non fuiſſe factam per modum privilegii, ſed per modum remiſſionis, & beneficii, quod ideò ampliandum eſt. Nec obſtant verba *illius textus*, verſiculo, *Privilegium prædeceſſoris tui*: quia tantum ſunt referenda ad facti narrationem, ex qua jus non ſumitur: ſiquidem privilegium in lata ejus ſignificatione, multoties accipitur, pro quacunque Superioris conceſſione; meritò, in deciſione *illius textus*, Summus Pontifex oſtendit remiſſionem illam habere naturam beneficii: notat Covarruvias *libro 1. variarum, capite 13.* Barboſa *in collectaneis ad text. in dicto cap. quia circa 22. de privilegiis.* Deinde hæc interpretatio confirmatur ex eo: quia privilegium propriè ſumptum dicitur, quod conceſſum eſt contra jus commune, ut ex ipſius definitione colligitur, tradita per Doctores *in Rubrica, de privilegiis*, & in *dicto cap. quia circa 22.* Beneficium enim remiſſionis decimarum factum fuit ſecundum Canonicas ſanctiones: ſiquidem intervenit Capituli authoritas, & juſta Eccleſiæ neceſſitas, & utilitas, ut conſtat ex *eodem text.* verſiculo, *Si illa decimarum remiſſio facta fuit ſecundum Canonicas ſanctiones*: quæ verba ſupponunt, omnia ſolemniter facta fuiſſe, ut illud remiſſionis decimarum beneficium valeret; quo ſuppoſito, mirum non eſt, quod cum non ſit privilegium, ſed beneficium intelligatur, & extendatur ad omnes decimas, præſentes, præteritas, & futuras novales: notat Barboſa plures referens *in collectaneis ad eundem textum nu. 3. cum ſeqq.*

11 Nonò, ex his infertur interpretatio ad textum *in cap. dudum 31. de privilegiis*, ubi cum lis ſuper decimis novalium inter Priorem de Butele ex parte una, & Prioriſſam de Campeſſe, ex parte alia verteretur, lite coram judicibus pendente, Prioriſſa, & Conventus impetraverunt privilegium ſuper decimis novalium non ſolvendis, nulla de lite pendente mentione facta in illa privilegii impetratione; ſed poſteà privilegio impetrato, intendebant Moniales à lite Abbatem repellere, exhibito privilegio coram Judicibus. Judices dubitantes, quæſtionem illam ad Summum Eccleſiæ Præſulem detulerunt, Summus Pontifex reſpondit, privilegium illud nullum præjudicium generare Abbati, quoad decimas novalium perſolvendas tempore impetrationis privilegii poſſeſſas. Ex eo quod nulla mentio facta fuiſſet tempore impetrationis de lite mota, cum ejus intentio non eſſet, juri alterius præjudicare, *dicto cap. 2. hoc titulo, lib. 6. leg. quoties 3. Cod. de precibus Imperatori offerendis.* Ex cujus deciſione à contrario ſenſu apparet, quod privilegium illud, quoad novalium decimas, valiturum, ſi in reſcripto mentio fuiſſet facta de lite pendente, etiam ſi tempore impetrationis, Abbatiſſa eas non poſſediſſet, notat Gloſſa, *verbo, In quarum erat poſſeſſione, in dicto cap. dudum 31. de privilegiis*, Abbas, & Barboſa *ibidem. num. 3.*

Decimò, ex eodem ſtilo interpretationem accipit tex- 12
tus *in cap. ex multiplici 3. de decimis*: ex cujus deciſione apparet, quandam decimarum quæſtionem fuiſſe motam inter Abbatem de Brudeia, ex una parte; & ex altera quendam Presbyterum pro ſua Eccleſia, compoſitio inter eos fuit facta Monachorum ſcripto authentico roborata: ſcilicèt, quod Monachi deberent ſolvere Presbytero decimas de leguminibus, exceptis minutis decimis, hoc eſt, ſi legumina adeò in parva quantitate colligerentur: ita ut ſolùm ſufficerent ad quotidianum uſum, poſteà Abbas, & Conventus impetravit privilegium, ut de laboribus, & de prædiis, quæ propriis ſumptibus excolunt, decimas ſolvere non teneantur, nulla mentione facta de prædicta compoſitione: unde ſtatim Monachis ſuis ſumptibus poſſeſſiones, ſuper quibus compoſitio facta erat, cœperunt colere: quare Præsbyter conqueſſus eſt coram Adriano Quarto Pontifice, Pontifex reſpondit, Monachos omninò Presbytero decimas ſolvere debere, de poſſeſſionibus tempore impetrationis obtentis, in cujus poſſeſſione decimandi erat Preſbyter tempore impetrationis: rationem reddit Pontifex, quia non fuit ſua intentio per privilegium illud compoſitioni derogare, quare jubet compoſitionem illam ſervari, ex ratione text. *in dicto capite ſecundo hoc titulo libro ſexto*, videlicèt, quia tempore impetrationis privilegii, nulla fuit de compoſitione mentio facta; undè cum compoſitio illa generaliter fuiſſet celebrata, ſimiliter etiam generaliter eſt intelligenda, quoad novalium decimas, terras, ſeu poſſeſſiones, noviter poſt compoſitionem à Monachis quæſitas: notat Gloſſa *ibidem* verbo, *Quamdiù viveret*, Rebuffus *ubi ſupra, quæſt. 13. num. 16.* Moneta *de decimis, cap. 3. num. 113.* Barboſa *in collectaneis, ad eundem text. num. 2.* & plura, quæ ad noſtrum textum ſpectant, videre oportet ex his quæ *ſuprà* retulimus *in cap. cum dilecti 6. de donationibus.*

Ad textum in *cap. Quamvis 17. cap. Prohibemus 19. capit. A nobis 24. capit. Tua 25. capit. Dudum 31. de decimis.*

DE omnibus his juribus, latè ſcripſimus *in cap. cum Apoſtolicâ 7. de his quæ fiunt à Prælatis, ſine conſenſu Capituli*, quæ omnia adaptari debent juribus *ſuprà* adductis.

Ad textum in *cap. Ad hæc 15. cap. Tua 25.* cum aliis concordantibus, *de decimis.*

DE his juribus latè ſcripſimus *in cap. cauſam quæ 7. de præſcriptionib.* quæ omnia in præſenti ſunt repetenda.

Ad textum in *cap. Cum ſint homines* 28. *cap. Ad Apoſtolicæ* 20. *cap. Dudum* 31. *cap. Cum contingat* 29. *cap. cum tua* 30. *hoc titulo, de decimis.*

DE materia horum jurium plura ſcripſi in *capite Sanctorum* 3. *de præſcriptionibus*, videndus eſt etiam Doctor Balboa *cap. de Quarta, de præſcriptionibus.*

Ad textum in *cap. Ad hæc* 15. *capit. Tua* 25. *cap. Dudum* 31. *cap. interdicimus, fin.* hoc Titulo.

COmmentaria horum jurium ſunt petenda ex his quæ ſuprà retulimus *in cap. cauſam quæ* 7. *de præſcriptionibus, cap. cum Apoſtolica* 7. *de his quæ fiunt à Prælatis, &c.*

TITULUS XXXI.
De Regularibus, & tranſeuntibus ad Religionem.

Ad textum in cap. Si quis 2. cap. ſignificatum 11. cap. Cum virum 12. cap. Cum ſimus 14. hoc Titulo, de Regularibus.

SUMMARIUM.

1 *Filius impubes à patre Monaſterio oblatus, major factus ad ſæculum redire poteſt, niſi tacitè, vel expreſsè profeſſionem emiſerit.*
2 *Parentibus liberorum cura, quare competat.*
Pater pro filiis ſuis impuberibus poteſt teſtamentum condere.
Pater pro filiis impuberibus poteſt ſponſalia contrahere.
3 Cap. Monachum 3. 20. quæſt. 1.
Paterna devotio, filium Religioni offerendo, illum Monachum non facit, niſi voluntas filii, vel ejus ratihabitio interveniat.
4 *Donatio poſtquam ſemel perfecta eſt, temere revocari non poteſt.*
Bernardi *epiſtola prima, & ejus hiſtoria refertur.*
5 *Parentibus, jure antiquo, jus vendendi, & occidendi filios competebat: ſed poſteà ſublatum.*
6 C. addidiſtis 2. 20. quæſt. 1. ſeu *Concilium Vuormacienſe*, cap. 22. *expenditur.*
Lex una quandoque per aliam ſuppletur.
7 C. quem genitores 6. 20. quæſt. 1.
Cap. quicumque 4. 20. quæſt. 1.
8 C. ſignificatum 11. de Regularibus.
Cap. ſi in qualibet 20. quæſt. 2.
9 Cap. 1. de deſponſatione impuberum, *cum* cap. 1. eodem tit. lib. 6.
10 *Tridentinum* ſeſſione 25. de Regularibus, cap. 11.
11 Authentic. ſi qua mulier, Codice de ſacroſanct. Eccleſiis, & cap. ſi qua mulier: 19. quæſt. 3. *conciliantur cum* cap. cum ſimus, de Regularibus, *& num.* 12. *&* 13.

CONCLUSIO.

QUÆ ex his omnibus juribus deducitur ſic ſe habet: *Filius impubes à patre Monaſterio oblatus, major factus ad ſæculum redire poteſt; niſi tacitè, vel expreſsè profeſſionem emiſerit.* Conſonat textus *in cap.* 1. *cap. addidiſtis* 2. *cap. Monachum* 3. *cap. quicumque* 4. *cap.* 6. *&* 8. *cap. illud* 10. 20. *quæſt.* 1. *cap.* 1. *cap. puella* 2. *cap. oportet* 4. 20. *quæſt.* 2. quibus convenit Gregorii II. *epiſtola* 14. *ad Bonifacium*, quæ extat *in* 5. *tom. Conciliorum, in nova editione: Severini, pagina mihi* 455. Tridentinum *ſeſſione* 25. *de Regularibus, cap.* 17. *leg.* 4. *tit.* 7. *part.* 5. exornant Divus Antoninus, 2. *part. ſummæ, tit.* 1. *cap.* 2. §. 8. *notabili* 1. *&* 3. *part. tit.* 16. *cap.* 2. §. 4. Divus Thomas 2. 2. *quæſt. ultima, art.* 5. *in corpore*: *& Quodlibeto* 3. *art.* 11. Sylveſter *in ſumma*, verbo, *Religio*, Creſpetius *in ſumma Catholicæ fidei*, verbo, *Monachi ab infantia*, & verb. *Monachi in Monaſteriis, pagina* 633. latè Suarez *de Religione, tomo* 3. *lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 10. Thomas Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 4. *cap.* 18. Leſſius *de juſtitia, & jure, lib.* 2. *cap.* 40. *dubio* 10. latiſſimè Baſilius Legionenſis *lib.* 7. *de impedimentis voti, cap.* 5. *in tractatu de matrimonio*; Baronius *tomo* 7. *Anno Chriſti* 523. *num.* 11. cum multis traditis à Barboſa *in collectaneis in dictis juribus.*

1

Ratio eſt, quia cùm ad parentes liberorum cura pertineat, præcipuè in ætate, qua gubernare ſe nequeant, & ipſorum voluntas nihil diſcernere poſſit; meritò ideò parentibus permiſſum fuit, ut in his omnibus, in quibus agentis voluntas requiritur, pater pro filio voluntatem ſuam accommodare poſſet: & quod filius juris neceſſitate, teneretur patris voluntati obedire, eique ſtare, nec ab ea recedere; quo uſque ipſe ad pubertatem perveniens, ſuam poſſet expedire voluntatem; ob quam rationem jus Civile permiſit parentibus liberis ſuis impuberibus, quos in poteſtate habent, teſtamentum condere; quod quidem jus moribus introductum fuiſſe teſtatur Imperator Juſtinianus principio inſtitutionum, *de pupillari ſubſtitutione*: & probatur ex *leg. moribus. ff. eodem*: quod quidem teſtamentum uſque ad pubertatem durat, in qua ætate liberè teſtari poterunt, *leg. qua ætate, ff. de teſtamentis*: Eademque ratione jure Canonum, parentibus permiſſum fuit, pro filiis impuberibus ſponſalia contrahere, à quibus ſponſalibus filii recedere non poterunt, donec ad pubertatem pervenerint, *cap.* 1. *cap. de illis* 7. *de deſponſatione impuberum*: Sic ſimiliter in *textu noſtro*, cum *ſimilibus*, jure Canonum introductum fuit, licere parentibus, filios impuberes Religioni offerre, ut ſub Regulari diſciplina viverent, *dicto cap.* 2. *hoc titulo, dicto cap. puella* 20. *quæſt.* 2. à qua quidem Religione, illis neutiquam recedere licet, donec pubertatem adipiſcantur: adveniente enim pubertate, cùm jam voluntas ejus diſcerni valeat, non parentum, ſed ipſorum filiorum ſpectatur, ut ſi noluerint in Monaſterio manere, liberè poſſint reſilire, juxta text. *in dicto cap. cum ſimus, hoc titul.* niſi tacitè, vel expreſsè poſſint reſilire, juxta textum *in dicto cap. cum ſimus, hoc titul.* niſi tacitè, vel expreſsè profeſſionem emiſerint: tunc enim, cum jam ex ſuamet voluntate adſtricti maneant, Religionem deſerere nequeunt, *cap. cum virum* 12. *hoc titul.* Unde cùm patris voluntas in teſtamento pro filio condito, & in ſponſalibus pro filio adhibito, ſimiliter etiam in oblatione ad Religionem præſtita, tatum extendatur, & duret; quouſque filius major factus, & ad pubertatem perveniens, ſuam poſſit expedire voluntatem. Rectè in concluſione noſtra docemur, filium à patre Monaſterio in pupillari ætate oblatum, adveniente pubertate ad ſæculum redire poſſe niſi major factus tacitè, vel expreſsè profeſſionem emiſerit.

2

Primò, concluſioni noſtræ valde obſtabit dicere: quod poſtquam filius à patre Monaſterio fuit oblatus, nullatenus videtur poſſe à Monaſterio recedere, non magis

magis, quàm poſtquam profeſſionem emiſerit: ſiquidem, ut conſtat ex Concilio Toletano 4. *cap. quadrageſimo octavo*, ibi: *Monachum, aut paterna devotio, aut propria profeſſio fecit: & quidquid horum fuerit, alligatum tenebit.* Cujus verba referuntur, *in cap. Monachum 20. quæſt. 1. & in cap. cum virum, hoc titulo.* Igitur, quemadmodum filius poſt profeſſionem à Monaſterio reſilire nequit, *dicto cap. cum virum*; ita ſimiliter poſt oblationem à parente factam: ſiquidem juxta prædictam authoritatem, quidquid horum intervenerit, vel ſola paterna devotio, vel propria profeſſio alligatum manebit: ac per conſequens non rectè adducta docemur, poſſe filium à patre Monaſterio oblatum, adveniente pubertate reſilire, & à Monaſterio recedere. Cujus authoritatis difficultas adeò gravis eſt, ut coëgerit Doctiſſimũ Magiſtrum Baſilium Legionenſem affirmare, filium impuberem, à parentibus Monaſterio oblatum, cenſeri in mancipium Monaſterio donatum, qua exiſtente donatione, & Prælati acceptatione, nullatenus poſſe prædictum oblatum à Monaſterio recedere, ut videre eſt apud eundem Baſilium, *dicto lib. de matrimonio, de impedimento veli, cap. 5. num.* 10. Sed ſalva tanti viri pace, verius tenendum eſt, cum Doctiſſimo Gabriele Vaſquez *ſuprà*, cui in hac parte ex adverſo opponitur: dum aſſerit incredibile ſibi videri, ſola parentum oblatione filium Monachum fieri, niſi poſtea accedat oblati conſenſu, cum ad pubertatis annos pervenerit conſenſus; & aſſerit non obſtare prædictam *Concilii Toletani* authoritatem; & ſic, dicendum eſſe, quod paterna devotio, filium Religioni offerendo, Monachum non facit, niſi ſimul voluntas filii, vel ſaltem ratihabitio interveniat: nam oblatio de filiis impuberibus facta, id tantum operatur, ut impubes ſic à patre oblatus, nequeat reſilire, donec pubertatem completam adipiſcatur; qua completa liberum eſt oblatis perſeverare, aut ad ſæculum redire donec profeſſione tacita, aut expreſſa, votum emiſerint, *dict. cap. ſignificatum, cap. cum ſimus, hoc tit.* notat Thomas Sanchez plures referens, *dicto lib. 4. cap. 18. n. 9.* Unde ſenſus illius Concilii, *& dict. capitis Monachum*, eſt, ut ſcilicèt Monachum faciat paterna devotio, vel propria profeſſio, ita tamen, ut paterna devotio, non per ſe ſolùm, ſed ſimul cum tacita filii voluntate id operetur: ac ſi diceret, & Concilii ſenſus eſſet, paterna devotio filium offerendo illum Monachum facit, caſu quo filius non reclamaverit adveniente pubertate: ita ut mens Concilii, & Canonis fuerit aſſerere, duobus modis Monachum fieri filium familias, vel paterna devotione, eo non reclamante, ſed conſentiente: vel expreſſa ipſius filii profeſſione: ac ideò poſteà dixit: quidquid horum fuerit alligatum, tenebit: ut exindè inferatur, tantum poſſe ad obligandum filium Religioni oblationem à patre factam, cum tacita filii profeſſione, quantum poteſt ipſamet expreſſa filii profeſſio; ſiquidem, quemadmodum per expreſſam profeſſionem obligatur: ita etiam adſtrictus manebit per tacitam, ſi ad pubertatem perveniens, non reclamaverit, docet Suarez, & Thom. Sanch. *locis ſuprà citatis.*

4 Secundò, obſtabit dicere, quòd ex eo, quod pater filium impuberem in Monaſterio obtulit, videtur, illum Religioni donaſſe: quæ donatio, cum per eam ſit quæſitum jus Religioni, à donatore ex præcepto juſtitiæ obſervari debet; ſiquidem poſtquam ſemel donatio perfecta eſt revocari nequit: *l. ſi quis argentum, Cod. de donationibus*, §. 2. *Inſtit. eodem*: ergo filius à patre Monaſterio per oblationem donatus, non poterit à Religione exiens, jus illud à Monaſterio eripere: & quod in oblatione à patre Monaſterio facta donatio interveniat, conſtat ex illa Hiſtoria Divi Bernardi *epiſtol.* 1. cujus facti ſpecies, ſic ſe habet: Robertus proximus genere Divo Bernardo, à parentibus oblatus fuit Monaſterio Cluniacenſi; ſimulque cum eo donatus fuit fundus: ſed ipſe poſteà à Cluniacenſi Monaſterio receſſit, & Ciſtercienſem Ordinem ingreſſus fuit, in qua poſt probationis annum profeſſionem emiſit, ſed poſtea à Cluniacenſibus electus ad illos regreſſus fuit; quapropter inter Monaſteria illa lis orta ad Summum Pontificem Innocentium II. delata fuit; dubitandique ratio in eo erat, utrùm Robertus Cluniacenſibus donatus, an tantum promiſſus fuiſſet? Cluniacienſes donatum fuiſſe probarunt: Divus autem Bernardus promiſſionem tantum factam fuiſſe dicebat: Quibus utriuſque partis fundamentis adductis, Summus Pontifex, prædictum Robertum Cluniacenſibus adjudicavit. Ex qua deciſione manifeſtè conſtat, Robertum à parentibus donatum fuiſſe & patris donationem valuiſſe. Sed in hac difficultate, veriſſimè eſt dicendum, Robertum, ibi non ideò fuiſſe ab Innocentio II. Cluniacenſibus adjudicatum, quia oblatus à parentibus fuiſſet: nam etſi in tali oblatione Monaſterium ſuam intentionem fundaſſet, tamen Summus Pontifex noluit ratione illius, quæ quidem non ſubſiſtebat, prædictam quæſtionem decidere: ſed Innocentius II. conſiderans, quod Robertus poſt oblationem à parentibus factam in Cluniacenſi Monaſterio liberam profeſſionem emiſit, qua mediante jam ipſe ſe adſtrinxit; meritò Pontifex tranſlationem illam, ad Cluniacenſem Religionem comprobavit, & ex ſua intentione confirmavit; cum in jure permiſſum ſit, de una ad aliam, juſta interveniente cauſa, tranſire Religionem *c. ſignificatum 11. hoc tit.* verſ. *cum ad eandem, vel alienam Religionem, tranſire compellas.* Undè ex prædicta Innocentii deciſione, non ſequitur filium oblatum à parentibus donationis titulo Monaſterio adquiri; ſed tantum deducitur, quòd ex juſtis cauſis permittit Pontifex poſſe Monachos, de una ad aliam Religionem transferri: notat Gabriel Vaſq. 1. 2. *tomo 2. diſp. 165. c. 4.* videndus omnino Illuſtriſſimus Fr. Angelus Manriquez *tomo 1. Anno 1117. c. 2.*

Tertiò, obſtabit dicere, nulla juris ratione prohiberi, quominus donatio filii à patre facta robur, ac vires obtinere debeat, quandoquidem jus illud patribus in filios conceſſit, ut poſſent illos vendere, & occidere, *l. in ſuis 11. ff. de liberis, & poſthumis*; *leg. ultima Cod. de patria poteſtate*: *leg. 1. & 2. Cod. de patribus, qui filios diſtraxerunt.* Igitur, ſi tanta eſt à jure patribus in filios poteſtas tributa; nulla eſt ratio, ob quam oblatio filii à patre Monaſterio facta, vim donationis obtinere nequeat. Sed in hac difficultate dicendum eſt, illam parentum poteſtatem in filios, etſi initio populi Romani, adeò ampliſſima fuiſſet, ut jus occidendi liberos concederetur, poſteà tamen ipſo jure *Digeſtorum* coarctata fuit, ut conſtat *ex dicta leg. in ſuis*, verſ. *Quos & occidere licebat*, & jure *Codicis*, non ſolùm jus vitæ, neciſque, verum etiam vendendi liberos coarctatum fuit, & reſtrictum ad eum tantum caſum, quo pater extrema neceſſitate laboraret; *leg. 1. Cod. de patribus, qui filios diſtraxerant*: Imò & tunc pater tenetur, ſi ad pinguiorem fortunam pervenerit, filium redimere, & à ſervitute liberare; notat Covarruvias *lib. 3. variarum, cap. 14. num. 4.* Undè nihil mirum, quod Monaſterio filium offerendo hodie, non videatur illum Religioni donare, cum ei liberum ſit adveniente pubertate à Monaſterio recedere, *dict. cap. cum ſimus, hoc titulo.* 5

Quartò, obſtabit text. difficilis *in cap. cum addidiſtis, 20. quæſt. 1.* ubi ex Concilio Vvormacienſi, *cap. 22.* deducitur, quòd ſi pueri in infantiæ ætate à parentibus Religioni oblati fuerint, non debent cum ad annos pubertatis pervenerint à Monaſterio exire, ea ratione, ut textus aſſerit: *Quia nefas eſt, ut oblatis à parentibus Deo filiis voluptatis fræna laxentur.* Ergo non rectè hucuſque diximus, filios à parentibus Religioni oblatos, poſſe cùm ad pubertatem pervenerint, à Monaſterio reſilire. Qua in difficultate, quæ ſimiliter coëgit prædictum Magiſtrum Legionenſem, *ubi ſuprà*, affirmare filios, à parentibus in infantia oblatos Religioni, ſemper adſtrictos manere; ſed eo non obſtante, veriſſimè reſpondendum eſt, prædictam Concilii Vvormacienſis deciſionem intelligendam eſſe, 6

caſu

casu quo filii à patre oblati adveniente pubertate, non reclamaverint, & tacitè consentiendo factum patris approbaverunt; nam si posteà non consensissent, rectè ad sæculum redire posse, *ut in capite cum simus, cum sequentibus*; *hoc tit.*

Sed dices solutionem hanc divinationis vitio laborare, quandoquidem prædicta Concilii decisio generaliter loquatur. Cui objectioni fit satis, quia non est mirum in jure nostro, quia una decisio per aliam suppleatur, & interpretetur, *argumento text. in capit. si qua mulier*: 13. *quæst.* 1. *cap.* 1. *de divortiis*, ita Suarez *dicto lib.* 5. *cap.* 3. *nu.* 13. Sed adhuc instabis ex eo, quod prædicta decisio non convenit illius text. verbis, versic. *Quia nefas est, ut oblatis à parentibus Deo filiis voluptatis fræna laxentur.* Ex quibus manifestè colligi videtur, causam prohibitionis non fuisse propter consensum filii, quòd tacitè comprobavit; sed potiùs propter paternam oblationem. Quare huic difficultati dicendum est, bene verum esse, quod prædicta Concilii verba denotare videntur, Patres Concilii habuisse respectum ad paternam oblationem, cum denegant filiis libertatem recedendi à Monasterio: Sed hoc ideo esse, quia cum decisio illa procedat (ut suprà diximus) eo tantùm in casu, in quo filii non contradicentes facto parentum, illud tacitè probarunt; & ideò cum consensus filii tacitus fuisset, paterna verò oblatio expressa; meritò, si post hæc filii reclamaverint, potiùs paternæ oblationi, quàm consensui suo contradicere videntur; præsertim, quia consensus tacitus id faciat; scilicet, quòd oblatio prius facta robur accipiat; indè est, quod attendentes Patres Concilii ad oblationem paternam, jam consensu filiorum confirmatam, ac corrobatam, dixerint nefas esse, ut oblatis à parentibus Deo filiis voluptatis fræna laxentur; notat Suarez *ubi suprà*, *numero decimo tertio.*

7 Quintò, obstabit Concilium Triburiense, relatum *in capite quam genitores* 6. 20. *quæst.* 1. *capite Clericis* 6. *de vita*, & *honestate Clericorum*, in quibus juribus probatur, quod si parentes filium Monasterio tradiderunt, isque cœpisset in Ecclesia canere, postea non possit uxorem ducere, nec Monasterium deserere; & si discessit, inquit text. quod reducatur; si Tonsuram dimiserit, rursus tondeatur, & si uxorem usurpaverit, eam dimittere compellatur: Ex qua decisione evidenter colligitur, paternam oblationem ita filium Monasterio adstringere, ut ab eo resilire nequeat. In cujus *textus* difficultate, verissimè est dicendum, filium oblatum (de quo ibi agitur) non obligari Religioni, ex sola paterna oblatione, sed potius ex suomet consensu: & licèt in illa specie non exprimatur, rectè tamen præsumitur, ex eo quod prædictus oblatus, libero suo consensu cœpit canere, & legere, quos quidem actus canendi, & legendi, intelligendum est fecisse jam tempore pubertatis, quibus quidem consensum suum exprimere videtur, nam ut rectè notat Gloss. *ibidem*, nihil refert, an factis, vel dictis, quis voluntatem suam declaret, *cap. dilecti, de appellationibus*; *cap. vidua, de Regularibus*; *c. quod interrogasti*, 27. *dist. capit. cavete*, 22. *quæst.* 5. *l. de quibus, ff. de legibus*; undè cum jam ex consensu suo teneatur, nihil mirum, quòd à Monasterio resilire nequeat. Eadem etiam interpretatione intelligendus est text. *in cap. quicumque* 4. 20. *quæst.* 1. ubi cavetur, quod filii à parentibus Monasterio oblati, perpetuò ibi adesse debent, quod probatur exemplo Samuelis, quem Anna Mater sua puerum natum, & oblatum Deo, cum pietate obtulit, qui in ministerio Templi, in quo à Matre fuerat deputatus, permansit notat Gloss. *ibidem*, verbo, *Oblatum*, quod sola parentum oblatio non suffecisset, nisi ipse posteà ratam habuisset. Nec obstare, quod in Baptismo teneantur omnes servare factum parentum, nam ibi aliud est, quia recipiunt Sacramentum, quod omnino servare coguntur, *cap. de Judæis* 47. *distinct.*

8 Sextò obstat difficile Alexandri III. decretum *in Appendice Concilii Lateranensis, capit.* 10. *sub ipso cele-brati*, quod Beatus Raymundus congessit *in capite significatum* 11. *hoc titul.* cujus facti species, ex ipsius *text.* integra apertè colligitur, & sic se habet: *Significatum est nobis, & pro certo monstratum, quòd Griboldus, nondum incipiens esse quatuordecim annorum, Magistri timore, qui eum literis erudiebat, habitum Religionis susceperit in Conventu de Ressen, & indè, sicut puer infrà annum recessisset, & per sæculi vanitates, etiam sex annis, & eo amplius vagabundus discurrisset*; undè inquit Pontifex, *quoniam hujus rei veritas constat, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus rem ipsam diligenter inquiras*; decidituque quod si inveniatur prædictum Griboldum non fuisse à parentibus oblatum, & infrà quatuordecim annorum, voti facti pœnitentem à Religione recessisse; tunc à voto, quod fecit, absolvi debeat; sed si à parentibus fuisset oblatus, vel post decimum quartum annum Religionem intraverit, seu professionem à se factam ante quartumdecimum annum, postea ratam habuerit, eo in casu compellatur ad eundem, vel aliam Religionem transire. Ecce speciem in qua apertè cavetur, quod si quis à parente fuerit oblatus, & post oblationem à Monasterio recesserit, debet compelli ad idem, vel aliud Monasterium redire; igitur, quia sola paterna oblatio filium Religioni addictum facit. In cujus *text.* difficultate, qui aperto marte conclusioni nostræ adversari videtur, ex quo prædictus Magister Legionensis, suam confirmabat sententiam; sed eo non obstante, verissimè dicendum est illius *text.* decisionem, juxta doctrinam *suprà* traditam intelligendam esse; scilicet, quod filius oblatus à parentibus, non potest ante pubertatem à Monasterio discedere; nam paterna oblatio id operatur, ut filius impubes oblatus, ante pubertatem resilire nequeat; *dicto capite puellæ.* 2. *quæst.* 1. quod secus esset, si impubes non oblatus Monasterium intravisset: is namque, quandocunque ante professionem exire à Monasterio poterit, notat Panormitanus *in capit.* 2. *hoc titul. nu.* 10. Undè *in dict. capit. significatum*; ea mens Pontificis fuit; scilicèt, ut si filius à patre fuisset oblatus, & ante pubertatem à Monasterio exivisset, teneatur ad Monasterium redire, non ut ibi permaneat invitus, sed tantum ut in Monasterio existat, donec ad pubertatem pervenerit; meritò, cum in illa facti specie dubium feciisset Pontifex, ut ostenderet tres diversos casus esse considerandos, quorum primus est, cùm major quatuordecim annorum Monasterium sponte intravit; alter est cum minor quatuordecim annorum ingressus postea major factus post professionem emissam recessit; tertius denique, cum impubes intravit, & impubes recessit. Et in hoc tertio casu distinguit Pontifex quod si fuit à parentibus oblatus; ad Monasterium redire debet, donec ad pubertatem pervenerit. Si verò non fuit oblatus, rectè potuit quandocumque à Monasterio exire; ut notat Panormitanus *ubi suprà*, & in *dicto c. significatum*. Gloss. DD. & Barbosa *ibidem*, *nu.* 3. Ex qua etiam doctrina venit interpretandus text. *in cap. si in qualibet, c. puella*, 2. in quibus juribus probatur, quod filius, vel filia, ante pubertatem potest à parentibus Religioni offerri; non verò post pubertatem: & cùm à parentibus in minori ætate offeruntur, non possunt ipsi ante pubertatem recedere, nec post pubertatem; si tacitè saltem consenserint post pubertatem, sic etiam est intelligendus *text. in dicto capite si in qualibet*; notat Glossa *ibi*, verbo, *Forte*, & antiquiores omnes.

9 Septimò, adversus prædictam doctrinam, & præcipuè adversus eam, quam in decidendi ratione retulimus; nempè filios oblatos à parentibus ita esse Religioni obnoxios, dum impuberes sunt, ut nullatenus ante pubertatem resilire possint, ad instar sponsaliorum, quæ si pro filiis impuberibus à parentibus fuerint contracta, non possunt filii discedere nisi adveniente pubertate, juxta text. *in capit. de illis* 7. *de desponsatione impuberum*, ubi refertur Epistola Decretalis, quam ex antiquioribus Epistolis Decretalium, prius

prius congeſſit Gratian. *inc.* 2. 22. *q.* 2. cujus Auctor eſt Summus Pontifex, Sanctus Lælius Hormiſda, qui ſumma omnium concordia, creatus fuit Pontifex VII. Kalendas Auguſti, anno Chriſti 514. in prædicta ergo Epiſtola decidit Pontifex multum intereſſe; utrùm puberem, aut impuberem filium pater ſpondeat in matrimonium; nam in deſponſatione puberum, cujus jam eſt velle, vel nolle, filii conſenſus neceſſarius eſt, alioquin nuptiæ non teneant: *leg.* 2. *ff. de ritu nuptiarum leg. nec filium* 12. *Cod. de nuptiis*, in deſponſatione verò impuberis, cujus nulla voluntas eſt, furioſoque æquiparatur, *l.* 7. §. *planè*, *ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem*: *leg.* 2. §. *penultimo*, *l. furioſus*, *ff. de obligationibus*, *& actionibus*: patris conſenſus ſufficit: itaque ait Pontifex: *Poteſt pater filium, nondum adultum, cui vult, matrimonio tradere; & poſtquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino debet hoc adimplere*: ex quibus ultimis *illius textus* verbis manifeſtè apparet, non poſſe filium, adveniente pubertate, patris factum mutare; Igitur, ſi adinſtar juris ſponſaliorum, tenetur filius oblatus factum patris obſervare, non rectè hucuſque diximus, filium impuberem à parente Monaſterio oblatum, poſſe adveniente pubertate à Monaſterio diſcedere: ſiquidem non poteſt ab ſponſalibus à patre contractis reſilire.

In cujus text. difficultate, Gloſſ. *in dicto cap.* 1. verbo, *Debet*, quam ſequuntur Abbas, Zabarella, Butrius, Ioannes Andreas, & quos refert Barboſa *in collectaneis ad text. in dicto cap.* 1. *num* 3. affirmant, verba illa, quæ filio neceſſitatem imponunt paternum factum adimplendi, intelligi debere, non de neceſſitate præcepti, ſed de honeſtatis tantum debito: nam licèt conſenſus patris de honeſtate requiratur ad matrimonium; tamen ſine eo, jure Canonum, contractus conjugalis valet, & tenet Covarruvias *de ſponſalibus*, 2. *part. cap.* 3. §. 8. *n.* 1. Verùm hæc interpretatio admitti nequit, ex eo; quia de præcepto honeſtatis, tam filius adultus, quàm impubes tenetur patri obedire; & ſic non rectè conſtitueretur in text. illo, differentia inter filium adultum & non adultum; quapropter prædictam interpretationem impugnat Magiſter Baſilius Legionenſis *lib.* 12. *de matrimonio*, *cap.* 9. *n.* 10. & ob eandem rationem, etiam reiicit aliorum ſolutionem, exiſtimantium filio impuberi neceſſitatem imponi, ut pubes factus teneatur patris factum approbare, niſi juſtam habeat reclamandi cauſam. Cujus opinionis fuit Canizius *In dicto cap.* 1. ipſe autem Magiſter Baſilius, prædictum text. interpretatur, affirmans procedere, ſecundum jus antiquum, quo tempore prohibebatur filiis, ſine conſenſu parentum contrahere. Sed hæc *Baſilii* interpretatio, etiam admitti non debet ex eo, quia etſi ille procederet ſecundum jura antiqua; certum tamen eſt, quod etſi filii familias contrahere non poſſent ſine conſenſu parentum, in quorum poteſtate eſſent; §. 1. *Inſtit. de nuptiis*, tamen nullo unquam jure cautum eſt, ut ex ſolo conſenſu parentum, ſine ipſorum filiorum contrahentium conſenſu matrimonium valeret; quòd ſcilicet contra naturam ipſius matrimonii contractus eſſet, præterquam quod prædicta Decretalis, etſi ſit ex antiquioribus juris Canonici Decretis, tamen ſecundum jura Decretalium loquitur: nam aliàs, non ſcriberetur à Gregorio IX. inter Epiſtolas Decretalium.

Quare his, & aliis omiſſis, veriſſimè eſt dicendum, in *prædicto text.* differentiam non conſtitui inter impuberem, & puberem, ſed potiùs inter filium adultum, hoc eſt majorem ſeptennio, qui conſentire in ſponſalibus poteſt. *leg. in ſponſalibus* 14. *ff. de ſponſalibus*, & inter non adultum, hoc eſt minorem ſeptennio, cujus voluntas diſcerni non poteſt: ſcilicèt, ut in primo caſu pater niſi conſentiente filio, vel ſaltem præſente, & non contradicente, ſponſalia pro eo contrahere nequit, *cap. unico*, §. *porrò*, *de deſponſatione impuberum*, *lib.* 6. In ſecundo verò caſu, cum filius voluntatem ad ſponſalia contrahenda non habeat, rectè poteſt pater pro eo ſponſalia contrahere; & tunc cenſetur filius, adveniente ſeptennio, & non contradicens, factum patris approbare. Itaque Pontificis intentio, & mens in *eo textu* fuit, ut ſponſalia à patre pro filio infante contracta, ſi filius uſum rationis conſequutus non infirmaverit, valere debeant, & teneatur ea adimplere: Cæteri verò impuberes qui dum ſponſalia intrà pubertatem contrahunt reſilire nequeant, niſi poſt decimum quartum annum, quo tempore reclamare poterunt, ſi matrimonium contrahere noluerint: *cap. de illis* 7. *cap. à nobis* 8. *de deſponſatione impuberum*. Et ſimiliter, in ſpecie noſtra, filius impubes à patre Monaſterio oblatus, dum impubes eſt, omninò factum patris adimplere debet; ſed quemadmodum filius, pro quo pater ſponſalia contraxit, poteſt, cùm ad pubertatem pervenerit, matrimonium non contrahere: ita ſimiliter filius oblatus poteſt profeſſionem non emittere, & à Monaſterio recedere: & hæc eſt vera illius *text.* interpretatio.

Octavò, obſtat Concilii Tridentini deciſio, *ſeſſione* 10 25. *de Regularibus*, *cap.* 17. ubi ſtatuitur, ne puella ante duodecimum ætatis annum habitum Regularem ſuſcipiat. Sed hujus dubii ſolutio ſtatim ſe offert, ex eo, quòd hoc noviter cautum fuerit in *Concilio Tridentino*, contra id, quod anteà jure Canonum permittebatur; notat Emmanuel Rodriguez *tomo* 3. *quæſt. Regularium*, *quæſt.* 12. Azor. *inſtitutionum moralium*, 1. *part. lib.* 12. *cap.* 18. Barboſa *in remiſſionibus ad Concilium Tridentinum in dicto cap.* 17. Sed hac ſolutione omiſſa, verius tenendum eſt, per prædictam *Tridentini* deciſionem nihil innovari de eo, quod jure antiquo ſtatutum erat circa paternam oblationem: nam circa maſculos nulla eſt dubitatio, ſiquidem *in dicto cap.* 12. tantum de puellis mentio habetur, & contra puellas, de quibus dubitari poterat, idem dicendum eſt: ſiquidem ibi, nihil de ætate puellæ ad Religionem admittendæ decernitur, ſed tantum de examine voluntatis præmittendo, quando ingrediens fuerit minor duodecim annorum; atque ita Concilium Tridentinum conditionaliter loquitur, ſi major ſcilicet duodecim annis ſit, ex quo potiùs conſtat rectè etiam potuiſſe minores duodecim annorum ad Religionem admitti, & à parentibus Monaſterio offerri; id enim tantum ſtatuit *Concilium* ad hoc, ut ſi ad Religionem tranſire deſiderans, minor ſit duodecim annorum, ejus conſenſus in ipſo ingreſſu Religionis exploretur; notat Thomas Sanch. *d. lib.* 4. *c.* 18. *n.* 34. Hodie tamen in Hiſpania uſu receptum eſt, puellas ſemel tantum ante profeſſionem examinandas eſſe ab Epiſcopo, ſeu ejus Vicario, & nunquam ante ſuſceptum habitum: docet Barb. *ubi proximè*, plures referens, *num.* 3.

Nonò, adverſus ea, quæ refert text. *in dicto cap. cum ſimus in fin.* dum aſſerit, filium, vivente patre jam profeſſo, poſſe à Monaſterio legitimam petere, & exigere: obſtabit text. *in Authent. ſi quæ mulier*, *in fin. Cod. de Sacroſanct. Eccleſiis*; ubi patri, etiam Monacho facto liberum eſt, bona ſua quandiù vixerit ad ſuum libitum inter filios diſtribuere, ex quo *text.* apparet, patrem, poſt profeſſionem, ad legitimam filiis aſſignandam non poſſe compelli, nec filios, ante ejus mortem naturalem, legitimam petere potuiſſe, ut conſtat ex finalibus verbis *ejuſdem textus*, & in *dicto cap. ſi quæ mulier.* 19. *quæſt.* 3. ſiquidem legitima filio tantum poſt mortem patris debetur, non verò eo vivente, *leg.* 1. §. *Si impuberi*, *ff. de collation. bonor. leg. quoties. ff. ſolut. matrimon.* quod adeo verum eſt, ut peti non poſſit, etiam ſi pater bona ſua diſſipet: *l. ſed ſi* 24. §. *cõſuluit. ff. de petit. hæredit. leg. ſi quando.* §. *illud ff. de liber. agnoſc.* argumento text. *in l. unum ex familia*, *in princip ff. de legatis* 2. notat Menchaca *controverſ. illuſtriũ*, *lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 10. Idem *de ſucceſſion. creation. lib.* 3. §. 21. *num.* 175. Spino *in ſpecul. teſtam gloſſ.* 12. *in principio. num.* 32. Zevallos *commun. contra commun. quæſtione* 342. Guttierrez *libro* 2. *Canonic. capit.* 1. *numer.* 79. Franc. Emmanuel Rodriguez *quæſt. Regularium tomo* 2. *quæſt.* 80. *artic.* 2. cum traditis à Barb. *in collectan. ad*

text. in dicto cap. cum simus, num. 2. Sed huic conflictui respondendum est, non obstare decisionem *text. in dicto cap. cum simus*: Quia omissis pluribus interpretationibus dicendum est, textum illum procedere, quando pater jam mortuus erat; ideòque nihil mirum, filium successionem, & legitimam petere, & exigere potuisse: quæ interpretatio satis apertè deducitur ex ultimis *illius text.* verbis, vers. *Quæ ipsi ex successione proveniunt postulare*: juncta *leg. 1. ff. de hæredit. vendit. l. qui superstitis, ff. de adquirend. hæreditate, leg. hæreditas, ff. de verbor. signification.*

12 Decimò, solutioni obstabit sequens consideratio; nam si filius *ibidem* à Monasterio legitimam post mortem patris petiisset, nulla controversia, nec dubitandi ratio apud Pontificem extitisset, *argumento text. in leg. quod Labeo. ff. de Carbon. edict. leg. Domitius* 37. *ff. de testament.* Sed respondendum est, dubitandi rationem *ibidem* maximam fuisse; siquidem filius B. militis professus fuit Religionem, sed intra modicum tempus à Monasterio, & habitu Monachali recesserat, cum potuisset in tam brevi temporis decursu, post legitimam ætatem professionem facere, nempè secundum jus antiquum, per susceptionem habitus professorum: juxta textum *in capit. constitutionem, hoc titulo, lib.* 6. prout fuit facta *in dicto cap. cum simus*, versicul. *filium suum Habitum fecit suscipere Monachalem*, tum etiam, quia si filius non fecisset professionem, ut autiquitus: ineptè Monachi intenderent eum compellere, ut persisteret in Religione, prout ibi conabantur; sed quia illum habitum professorum, ante annos pubertatis susceperat, ut ex *ejus integra* constat; justa de causa illi conceditur, ut possit exire cum bonis suis, quæ Monasterio capaci successionis antea per patrem fuerant tradita, simul & ea, quæ ipsi filio per successionem paternam provenire poterant, exigere, ut eleganter annotavit Angulo *de meliorat. libro* 1. §. 6. *num.* 7. Menchaca *lib.* 1. *controvers. illustrium. cap.* 37. *num.* 1.

13 Undecimò prædictis obstabit dicere; quod æquum videbatur, ut, filius vivo patre, jam Monacho, & professo, suam legitimam petere posset, præsertim cùm Religionis professio mors civilis dicatur, *cap. placuit*, 16. *quæst.* 1. & morti naturali æquiparetur, *leg. Deo nobis, in principio*, versicul. *Nam & si maritus, Cod. de Episcop. & Cleric.* ubi pactum de lucranda dote à marito factum in casu mortis suæ uxoris, verificatur in professione Religionis uxoris. Sed huic confideratio-ni respondendum est, multo magis æquum esse, mortem naturalem patris expectari, ut legitima à filio petatur, cum interim patris bonis Monasterium fruatur, cum optima sit ratio, quæ pro Religione facit *leg. sunt personæ, ff. de Religios. dom.* præsertim cùm interea ex bonis paternis, pro modo facultatum alendus sit filius *argument. text. in leg. si quis à liberis, in principio. ff. de liber. agnoscend.* Nec obstabit text. *in dicta leg. Deo nobis, C. de Epis. & Cleric.* Quia licet sit verum, mortem civilem aliquando morti naturali æquiparari; id tamen provenit, quando ex mente contrahentium ita apparet, ut una mors ex illis sufficiat; & ita obtinet text. *in dicta leg. Deo nobis*, ubi casus mortis verificatur in professione Religionis, resultans ex intentione contrahentium, quæ ea est, ut maritus liberetur ab obligatione restituendæ dotis; secus verò dicendum est eo casu, in quo non constat de mente contrahentium sed, ex ipsa natura contractus solùmmodo mors naturalis desideratur, quia tunc Civilis non sufficit juxta text. ita intelligendum, *in dicto cap. cum simus de Regular.* notat Angel. *consil.* 180. Palacios Rubios *in repetition. rubricæ*, §. 7. *num.* 2. Parisius *consilio* 15. *num.* 150. Sed licet hæc sententia in Scholis, & in puncto juris sit admissa, & ab omnibus Canonistis communiter approbata *in cap. in præsentia, de probationibus*; tamen hodie in praxi probabilior illa est asserentium, statim ac parens profitetur, legitimam filiis deberi: & ita in Rota decisum esse refert Barbosa *in dicto cap. cum simus, de Regular. num.* 2. *apud finem*, ubi plures Rotæ decisiones scribit.

Ad textum in cap. Super eo 9. de Regularibus.

SUMMARIUM.

1 *Habitum recipiens professorum, ubi distincti sunt habitus, compellitur ibi, vel alibi esse Religiosus: sed si recipit habitum novitiorum, potest ad sæculum redire.*
2 *Annus probationis ad Religionem ad quid fuerit statutus, & quare ante professionem quis ad sæculum redire poterit.*
Cap. licèt de Regularibus.
3 *Concilium Tridentinum* sessione 25. de Regularibus cap. 19.
4 Cap. ex parte 22. de Regularib. *conciliatur cum* cap. super eo 9. ejusdem tit.
5 Capite insinuante septimo, qui Clericis vel voventes.
6 In Cap. Consulti sumus 20. de Regularib. verbum *quid significet.*
Cap. Gonsaldus 1. 17. quæst. 2. cap. ex transmissa 3. de renuntiation.
Protestatio in habitus susceptione, quid operetur.
7 Cap. non solum 2. de Regular. lib. 6.
8 Cap. beneficii 4. de Regularib. lib. 6.
9 Cap. postulasti 21. de Regularib.

CONCLUSIO.

QUi recipiunt habitum professorum, ubi distincti sunt habitus, compelluntur ibi, vel alibi esse Religiosi: sed si tantum recipiunt habitum novitiorum intra annum probationis ad sæculum redire possunt, vel aliter conclu- 1
sionem hanc refert Barbosa *in collectan. ad nostrum textum* omninò videndus. Consonat textus *in cap. vidua* 4. *cap. ad nostram* 8. *cap. consulti sumus* 20. *cap. statuimus* 23. *hoc tit. cap.* 1. *cap. non solum* 2. *cap. constitutionem, cap. beneficium* 4. *hoc titulo*; *lib.* 6. *Clementin. eos, eodem titul. cap. quod interrogasti*, 17. *distinct. cap. quem progenitores*, 20. *quæst.* 1. *leg.* 7. *tit.* 7. *partit.* 1. Exornant Thomas Sanchez *de matrimonio, lib.* 9. *disput.* 33. *num.* 19. *& lib.* 7. *disputat.* 34. *num.* 10. *& in præcepta Decalogi, lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 20. Barbosa *de potestate Episcopi*, 3. *parte, allegat.* 101. *num.* 37. Tiraquellus *de retractu*, §. 1. *glossa* 8. *num.* 27. Surdus *decisione* 303. Azorius *institut. Moralium, part.* 1. *lib.* 11. *capit.* 28. *& capit.* 20. *quæst.* 9. Sayrius *in Clavi Regia, lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 8. Emmanuel Rodriguez *quæst. Regularium, tomo* 1. *quæst.* 127. *articulo* 2. *tomo* 3. *quæst.* 15. *art.* 12. Antonius Augustinus *collectanea* 1. *Decretalium, lib.* 3. *titul.* 27. *cap.* 9. Zerola *in praxi Episcopali, part.* 1. verbo, *Moniales, paragr.* 3. *& parte* 2. *eodem verbo, paragr.* 11. Thomas Sanchez *de matrimonio, lib.* 7. *disput.* 34. *num.* 16. Barbosa *de potestate Episcopi, part.* 3. *allegatione* 101. *num.* 37. cum ab eo traditis *in collectaneis ad nostrum textum*. Suarez *de Religion. lib.* 1. *tractat. de Voto, cap.* 2. *num.* 15.

Ratio est: ideò Clerici, qui Religionis habitum susceperunt, & ante professionem ad statum sæcularem sunt reversi, astrigendi sunt aliam laxiorem Religionem eligere, si arctiorem retinere noluerint, ne contra votum veniant, quod Domino fecerunt, *capite consulti, hoc titulo*, nam cum per habitus susceptionem fiat tacita Religionis professio, ex Ecclesiæ decreto; meritò Clerici, etiam si à Monasterio, à quo habitum susceperunt, recedere voluerint, cogendi sunt aliam mitiorem Monasticam vitam eapessere: quod ex eo provenit; nam cùm ibi non specialiter, sed generaliter Religioni acceptæ obligati 2
sint,

sint, minimè compellendi sunt in eadem Religione persistere, sed eis permittitur ad aliam mitiorem migrare: dummodo vitam sæcularem non eligant. Ulterius ideò in decisione *nostri text.* Clericum, qui habitum Novitiorum suscepit,& in probatione est, permittitur ad sæculum redire, quia iste in Religionis ingressu nullum votum emisisse præsumitur; sed conditionaliter eo ingressu censetur voluisse observantiam regularem experiri, ita ut si intra annum probationis sibi placuerit, regulam Religionis profiteatur; si verò austeritatem ferre noluerit,ad sæculum revertatur,*d.c.consulti sumus;* quapropter, si ante susceptum Religionis habitum voluntatem mutaverit, secundum *Benedicti* regulam cum sua veste ad sæculum redire non prohibetur, ut ex nostri textus decisione constat; & notat Barbosa *in Collectaneis ad nostrum text. num.* 4. *ubi Vivianus.*

3 Primò; contra primam *nostri text.* partem obstabit text. *in cap. licèt* 18. *hoc titulo,* ex quo probatur, quod si quis ex Religione arctiori ad aliam laxiorem transire voluerit, non possit: nam Pontifex cui proponitur, quod Monachus ille absque licentia sui Prioris desid rabat transire ad aliam Religionem, respondit cum hac distinctione: Aut desiderat transire ad arctiorem, aut ad laxiorem Religionem primo casu petita, licèt non obtenta licentia Superioris, migrare poterit: in secundo verò, si ad laxiorem Religionem transire desiderat, absque licentia & authoritate Pontificis transire non potest, ex cuius decisione apparet, quòd qui habitum professorum, vel Religionis assumunt, non possunt transire ex sua Religione ad aliam, nisi ad arctiorem: ergo minus rectè in *textu nostro* permittitur Clericis ad mitiorem Religionem transire: Augetur difficultas ex Concilio Tridentino *sessione* 25.*de Regularibus, cap.*19. ubi nulli Regulari permittitur,cuiuscumque facultatis vigore, transire ad Religionem laxiorem, ac per consequens minus rectè Pontifex in præsenti affirmat de licentia Pontificis posse Regularem ad laxiorem transire Religionem. Pro cuius *text.* solutione, distinctio adhibenda est inter eos, qui specialiter habitum Religionis susceperunt, & eius regulam professi sunt; & inter eos, qui generaliter ex vi habitus susceptionis votum Religionis profitendæ emiserunt illi: namque ad alium locum, etiam ex arctioris Religionis prætextu, transire minimè permittuntur, cum secundum *Apostolum* sit, ut in ea vocatione permaneat quis, in qua dignoscitur esse vocatus; ut notat Innocentius in *dict. cap. licèt*, nisi Pontificis interveniat authoritas; at verò illi, qui per tacitam promissionem ad ingressum Religionis obligati sunt, non obstringuntur ad certam, & determinatam Religionem; sed in genere, & indeterminatè ad quamcunque Religionem adstricti remanent; undè cum in decisione *nostri text.* de generali promissione Pontifex loquatur; meritò, Clericis illis permittitur aliam laxiorem Religionem eligere,juxta text. *in cap. constitutionem, hoc titulo lib.* 6. Nec obstat difficultas desumpta ex Concilio Tridentino *dict. sess.* 25.*de Regularibus, cap.* 19. Quia respondendum est, decisionem *illius Canonis* intelligendam esse, quando quis expressè in aliqua Religione professionem emisit: tunc enim ad laxiorem transire non potest, nisi Pontificis authoritas interveniat: nam sola Prælati authoritas non sufficit: secus tamen est, quando tacitè promissionem, seu professionem emisit: quia tunc, cum Religioni non certæ adstringatur, sed generaliter omni Religioni, poterit, ad laxiorem transire.

4 Secundò, obstabit text. *in cap. ex parte* 22. *hoc tit.* ex quo deducitur, quod si nonnulli habitum Religionis suscipiant, intra annum ad sæculum redire poterunt: siquidem, ut compellantur in Religione manere, desideratur, ut post annum habitum suscipiant, cujus species sic se habet. Quidam habitum Religionis susceperunt, & ultra annum habitum Monachalem in Monasterio gestarunt, qui ad primum statum redire volebant. Et respondit Pontifex, eos ad sæculum redire non posse, sed Ecclesiastica censura in Religione remanere compellendos esse. Ex cuius decisione deducitur, quod ad hoc, ut quis compellatur in Religione persistere, non sufficit, quod intra annum habitum suscipiat, sed quod ultrà annum habitum gerat: ergo dicendum videbatur in *text. nostro*, Clericos non posse compelli ad aliam laxiorem Religionem transire, ex eo quod intra annum habitum Religionis suscepissent imò eis permittendum videbatur sæcularem vitam peragere. Ulteriùs, ex eadem decisione difficilis redditur *nostri text.* sententia, quatenus ex ea asserimus, Clericum habitum Religionis suscipientem ad laxiorem Religionis vitam transferri posse, si austeritatem Monasterii, in quo habitum suscepit, sufferre noluerit; siquidem in prædicta specie constat, quòd si qui habitum Monachorum portarunt, resilire voluerint, non ad aliam Religionem, imò in ea in qua habitum suscepere, Ecclesiastica censura compelluntur persistere: ergo non rectè in specie *nostri text.* Clericis illis permittitur ad laxiorem vitam reverti; cum potiùs in eadem Religione persistere Ecclesiastica censura compellendi erant. Sed huic difficultati respondendum est; Ideò in specie *nostri text.* Clerici illi, qui intra annum Religionem deserere voluerunt,aliam laxiorem eligere compelluntur;quia specialiter, & cum deliberata persistendi voluntate habitum Monachalem susceperunt; at verò *in d.c.ex p.* 22.hi,qui per plurimos annos habitum Monachalem gestarunt, non animo persistendi, sed potiùs probationis causa gestarunt: undè in eorum arbitrio fuit intrà annum Monasticam vitam deserere,& ad sæculum redire, præcipuè cum nulla esset in Monasterio, de quo in prædicta decisione mentio fuit facta, habitus distinctio, inter professos, & novitios: ut ostendit Panorm. *ibidem, num.* 2.

Tertiò, prædictis obstabit text. *in c. insinuante* 7. *qui* 5
Clerici, vel voventes: ubi Curiales Regis Legionensis supplicarunt ipsi Regi, ut Mariam faceret cuidam viro in matrimonium copulare,simulque à consanguineis fuit persuasa, ut nullum alium in matrimonium acciperet, ipsa verò illi nubere noluit: undè prædicti consanguinei ei consilium dederunt, ut votum castitatis emitteret; quod fecit in manibus cuiusdam de Fratribus Divi Augustini, hoc adiecto tenore, ut in domo sua cum omni substantia remaneret, & sic in habitu ejusdem Ordinis per biennium permansit: postea verò fœmina asserebat se invitam, & compulsam habitum suscepisse & eo dimisso matrimonium publicè contraxit; ex quo liberos suscepit; in qua facti contingentia, Pontifex respondit, quod cum coactio nulla, vel modica interveniisset, quam etiam patientia temporis sequentis profligavit, mulierem illam compellendam esse habitum malè dimissum reassumere, & servare quod vovit,& ad hoc (si opus fuerit) per censuram Ecclesiasticam compellendam esse. Ex qua specie illud, contra decisionem *nostri text.* infertur; scilicèt, necessarium esse, ut votum solemne in manibus Superioris sit factum, ut quis ad permanendum in Religione compellatur: ergo non sufficit sola habitus susceptio, cum proposito tantum, & intentione vitam mutandi, ut in *textu nostro* asseritur. Sed huic dubio respondendum est, text. *in dicto cap. insinuante*, non esse contrarium *nostri text.* decisioni; nam ibi non agitur de solemni professione, sed de tacita, ut in *textu nostro.* Et sola receptio habitus Religionis, & perseverantia in ea, fuit sufficiens ad hoc, quod prædicta mulier compellatur malè dimissum habitum reassumere, & quod vovit Deo servare: & quod à principio non esset solemne constat, quia illa non in manibus Superioris, sed Fratris ejusdem Ordinis Sancti Augustini cui non erat jus incorporandi in Religione votum emisit, & sic solemnizare non poterat, nec ratificari à Superiore quia suo nomine non erat gestum; sed cum votum illud, licèt principio simplex remansisset; tamen cum susceptione habitus, & proposito vitam mutandi, bene ex *nostri*

textus. decisione fuit inductum, ut quamvis mulier illa postea matrimonium contraxisset, ad dimissum male habitum resumendum compellatur, cum ex tanti temporis decursu, ex illa habitus delatione tacita professio præsumatur; notat Barbosa *in collectaneis ad eundem tex.* Abbas, & Ostiensis *ibidem.*

6 Quartò, decisioni nostræ obstabit text. *in cap. consulti fumus* 20. *hoc titulo*; ubi quidam Monasterium ingressus est, habitumque ibi novitiorum assumpsit; quæritur utrum ante professionem emissam, & intra probationis tempus, ei liceat de Monasterio exire, & absque nota apostasiæ ad sæculum migrare; In qua quæstione varii varias dixerunt opiniones. *Innocentius* tamen illius decisionis Author, distinctione adhibita opiniones illorum conciliavit; nam vel ille, qui conversus est absolutè proposuit sæcularem vitam mutare; ita ut in habitu Regulari Deo perpetuo mancipetur; vel tantum voluit Regularem observantiam experiri: primo enim casu, & si non possit ad sæcularem vitam redire; laxiorem tamen regulam eligere compellitur: In secundo verò casu, licitè poterit vitam Regularem deserendo, sæcularem eligere: dum tamen ab initio suum propositum, & intentionem protestetur, asserendo se tantum probationis causa, non animo mutandi vitam habitum novitiorum suscepisse. Ex qua decisione duplex procedit difficultas, prima ex verbis illis, *Proposuerit absolutè vitam mutare*: ex quibus deducitur, solummodo sufficere propositum mutandi vitam, & persistendi in Religione, absque eo quod interveniat votum, vel promissio: ergo non rectè in præsenti Pontifex, ideo Clericis non permittit ad vitam sæcularem transire, ne contra votum, quo Deo perpetuò se manciparunt, discedant? cùm etiam si votum non interveniisset, sed tantum propositum idem observari deberet, ut *in dicto capite consulti* 20. *hoc titulo.* Secunda difficultas nascitur ex eo, quia in *dicto capite consulti* 20. Pontifex affirmat, præcedere debere protestationem ex parte illius, qui habitum novitiorum suscepit, etiam probationis causa; cùm hæc non sit necessaria, ut constat ex *textu nostro*, & in *capit. statuimus* 23. *hoc titulo*: ergo ad hoc, ut possit novitius, qui probationis causa habitum suscepit, ad pristinum statum redire, non est necessaria voluntatis protestatio, sed solùm sufficit, quod generaliter habitum suscipiat, ut præsumatur probationis causa Religionem ingredi, ut in *dicto capit. statuimus.* Quibus difficultatibus, ut satisfaciamus, adnotandum est, primam non obstare; nam etsi Pontifex verbo illo, *Proposuerit*, utatur, non tamen est intelligendum, de proposito nudo, sed de promissione confirmata, vel vestita, seu proposito firmo: quæ promissio ex habitus susceptione deducitur; siquidem solum propositum suscipiendi habitum Monachalem, non inducit voti obligationem, nisi susceptione firmetur: Notat Thomas Sanchez *de matrimonio, libro* 9. *disputatione* 33. *numero* 18. *& in præcepta Decalogi, tom.* 1. *libro* 5. *c.* 1. *n.* 20. Barbosa *in dicto c. consulti, n.* 3. ita etiam est intelligendus text. *in c. Gonsaldus*, 17. *quæst.* 2. *c. extranssissa* 3. *de renuntiatione*; ubi probatur, quod etiam si interveniat votum Religionis, poterit novitius intra annum ad sæculum redire; nam etsi *in dicto capit. transmissa*, mentio voti fiat; non est intelligendum desiderium de propria voti significatione. ita ut votum simplex significet; sed tantum desiderium, vel votum, quod posteà proposuit emittere; ita Panormitanus, & Archidiaconus *ibidem.* Nec obstat secunda difficultas, quæ ex ultimis *illius text.* verbis deducitur; scilicèt, protestationem esse necessariam ad hoc ut quis possit ad sæculum redire, nam prima Gloss. *in dicto capit. consulti*, verbo, *Distinguendum*, ut difficultatem componat, existimat Innocentii decretum, *in dicto capit. consulti* abrogatum esse per decisionem Gregorii, *in dicto capit. statuimus* 23. *hoc titulo.* Ex quo constat illum, qui novitiorum habitum suscepit, etiam si nulla interveniat protestatio, liberè posse sæcularem vitam assumere, nisi contrarium appareat. Vel aliter poterit responderi cum Panormitano *in dicto cap. consulti*, quòd ejus decisio procedat ad hoc, ut ipse teneatur præcisè in eadem Religione permanere, nisi protestatio interveniat; non verò, ut ab Ecclesia compellatur; quæ cum non adstringat vitam Monasticam peragere, nisi probetur, cum animo persistendi habitum suscepisse, *dicto cap. statuimus*, hodie verò ex Concilio Tridentino *sess.* 25. *de Regularibus*, *c.* 15. nulla professio valet intra probationis annum facta.

Quintò, eodem modo est interpretandus text. *in c.* 7
non solum 2. *de Regularibus, lib.* 6. ubi sub excommunicationis pœna districtiùs inhibetur, intra annum probationis, quemquam impediri ad sæculum redire, sicut de sua voluntate processerit, nisi major quatuordecim annis, tacitè, vel expressè professus sit; aut evidenter constet illum vitam mutare voluisse, vel ex clara probatione, seu competentibus indiciis constiterit. Ratio est, quia quoad Ecclesiæ forum (ut supra diximus) tantum valet expressa professio, ac tacita, vel propositum mutandi vitam cum susceptione habitus Religionis, si clara probatione, vel competentibus indiciis comprobari poterit, quia cum res jam sit publica, & Ecclesiæ nota; ideo non permittitur tali personæ liberè recedere, sine legitima causa; notat Suar. *de Religion l.* 1. *tract. de voto; c.* 1. *n.* 15. Barbosa *in collectaneis ad nostrum tex in dict. c. statuimus, hoc tit.*

Sextò, ex eodem filo infertur interpretatio ad text. 8
in c. beneficii 4. *de Regular. l.* 6. ubi Bonifacius VIII. statuit, novitium intra annum probationis ante professionem emissam, non posse beneficio spoliari, quod in sæculo habebat, nisi constet absolutè vitam velle mutare; quia eo in casu etiam Pontifex voluit, ac in quibus fuit facta tacita professio, vel expressa, ut etiam ante professionem, & solemne votum, posset quis beneficio privari, ne fortè illa occasione omitteret implere obligationem suam, de qua sufficienter Ecclesiæ constabat per habitus Religionis suscepti onem, & protestationem voti, seu propositi mutandi vitam; docet Suar. *ubi supr.* Emman. Rodriguez *q. Regular. to.* 3. *q.* 15. *art.* 12. Barbos. *intellect. ad text. in c. consulti* 20. *hoc tit.*

Septimò, adversus ultimam *nostri text.* partem, quate- 9
nus docet propositum in probationis anno, non impedire quominus quis possit ad sæculum redire; obstabit text. *in capite postulasti* 21. *hoc titul.* ex quo probatur, quod ad hoc, ut quis ad sæculum redire possit intra annum probationis, necessarium est, quod sit minor; cujus species sic se habet: Quidam minores habitum Religionis susceperunt, postmodum ante factam professionem ad suas Ecclesias reversi sunt; quæstio est, utrùm debeant in suis Ecclesiis remanere? Pontifex respondit, in suis Ecclesiis remanere posse, quia minores sunt. Ecce *text.* ubi permittitur eis, qui habitum Religionis assumunt, ad sæculum redire, si minores sunt: ergo si majores fuerint, & intra annum habitum sumpserint, non poterunt ad sæculum redire, siquidem, ex illius decisione necessarium est, quod minores sint, ad hoc, ut possint ad sæculum redire. Cui dubio respondendum est, ideò in prædicta specie fuisse propositam quæstionem de minoribus quia dubium non fuit, utrum hi, qui novitiorum habitum susceperunt, probationis tantum causa, possint intrà annum pœnitere; sed loquitur de his, qui animo persistendi, & mutandi vitam, Monasterium ingressi sunt; qui licèt in ea permanere, vel aliam mitiorem eligere compellantur; minoribus tamen, ob ætatis imbecillitatem permittitur an sæculum redire; etiam si mutare vitam absolutè proposuissent; unde cum ad instar eorum, qui probationis tantum causa habitum susceperunt, prædicti minores judicentur; meritò, eos Pontifex Ecclesiastici Beneficii capaces efficit, permittitque, ut possint ad sacros Ordines promoveri notat Panorm. *in d. c. postulasti* 21. & Barbos. *in collectaneis ad eund. text.* vide à me tractanda *in cap.* 1. *de Voto, num.* 13. *& in cap.* 2. *de Testamentis*, ubi latè scripsi.

TITU-

TITULUS XXXII.
De Converſione Conjugatorum.

Ad textum in cap. Prætereà 1. cap. Quidam 3. cap. Cum ſis præditus 4. cap. Conjugatus 5. cap. Vxoratus 8. cap. Ex parte 9. capit. Conſuluit 10. capit. Placet 12. capit. Ad Apoſtolicam 13. cap. Accedens 17. Significavit 18. Cum aliis hoc tit. de Converſione Conjugatorum.

SUMMARIUM.

1 *Maritus, ſi uxore conſentiente Religionem profeſſus fuerit, ac uxori reſtitutus, & ea defuncta aliam ſuperinduxerit, debet ea dimiſſa ad Monaſterium redire.*

2 *Religionis profeſſio conſentiente uxore valida eſt, quoad maritum; ſecus quoad uxorem, ſi per metum conſenſerit.*

Profeſſio Religionis à marito facta, ſi mulier ſenex, vel juvenis eſt, quomodo admittatur? & num. 8.

3 Cap. 1. cap. ex parte 9. de converſione coniugatorum.

4 *Vxore in ſæculo remanente, an maritus poſſit ad Religionem tranſire.*

5 Capite conſuluit 10. de converſione conjugatorum.

6 Cap. qui uxorem, 33. quæſt. 5.

7 Cap. Agathoſa, 27. quæſt. 2. *conciliatur cum* cap. ex parte 9. de converſione conjugatorum

8 Capite prætereà primo, de converſione conjugatorum.

Maritus, ut Religionem profiteatur, ſi uxor juvenis eſt, illa etiam debet Religionem profiteri; ſi verò ſenex votum ſolemne caſtitatis emittere tenetur.

9 Capite conjugatus 5. de converſione conjugatorum.

Cap. Epiſcopus, 77. diſtinct.

Conjugatus quomodo, & quando conſentiente uxore, poſſit Sacros Ordines ſuſcipere.

10 Cap. cum cauſa 6. de raptoribus.

11 Cap. quidam 3. de converſione conjugat.

Cap. placuit 12. de converſione conjugat.

12 Cap. veniens 16. de converſione conjugatorum.

Conjuges ſeparantur propter adulterium, vel infidelitatem.

13 Cap. 1. de converſione conjugatorum, cap. ſi vir, & vxor, 27. quæſt. 2.

CONCLUSIO

1 QUÆ ex omnibus his juribus deduci ſolet, hæc eſt: *Si maritus uxore conſentiente Religionem profeſſus fuerit, ac uxori reſtitutus: & ea defuncta aliam ſuperinducat, debet ea dimiſſa ad Monaſterium, in quo verè profeſſus fuit redire.* Quæ concluſio ultra jura ſupra adducta, comprobatur etiam ex textu *in cap. notificaſti, cap. qui uxorem, cap. quod Deo, 33. quæſt. 5. cap. ſi vir, & uxor, cap. multorum* 20. *cap. ſi quis conjugatus* 22. *c. ſi vir, & uxor* 23. *cap. quia Agatho* 25. *cap. ſcripſit* 26. *eadem* 27. *quæſt.* 2. *leg. Deo nobis* 42. *Cod. de Epiſcopis, & Clericis, & Authentic. de nupti s, §. Secundum occaſionem; Novel.* 22. *§. Irreprehenſibile, Novel.* 167. *§. Praditis quidam, Novel.* 23. *leg.* 12. *tit.* 7. *parit.* 1. Exornant Hoſtienſis *in ſumma huius tit. num.* 2. Turrecremata, Archidiaconus, & antiquiores omnes, *in dicto cap. Agathoſa, & in dictis juribus*: Thomas Sanchez *lib.* 7. *de matrimonio, diſput.* 33. Suarez 3. *tomo de Religione, lib.* 6. *cap.* 7. *& lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 2. *& ultimo*, Enriquez *lib.* 11. *de matrimonio, cap.* 3. Bellarminus *lib.* 2. *de Monachis, cap.* 35. Guttierrez *de matrimonio, cap.* 95. Leſſius *lib.* 2. *de juſtitia, & jure, cap.* 41. *dubitatione* 3. *num.* 25. Navar. *lib.* 3. *conſiliorum, tit. de converſione conjugatorum, conſ.* 5. Petrus Gregorius *lib* 9. *ſyntagmatum, cap.* 15. *n.* 8. Sylveſter, *verbo, Matrimonium* 8. *quæſt.* 12. *dubit.* 4. Sotus *in* 4. *diſtinct.* 27 *q.* 1. *art.* 4. *columna ult* Baſilius *de matrimonio, lib.* 7. *cap.* 25. Idem *de impedimentis, c.* 30. *§.* 2. *& cap.* 9. *§.* 1. cum traditis à Barboſa *in collectaneis in dictis juribus.*

2 Ratio, quare maritus, qui conſentiente uxore in ſæculo remanente, ſi Religionem fuerit ingreſſus, ac uxori reſtitutus, teneatur dimittere ſecundam, quam ſibi temerè copulavit, & ad Monaſterium redire, ea eſt, quia mariti profeſſio valida fuit, cùm conſenſu, & voluntate uxoris facta fuiſſet, quæ utriuſque voluntas ad ejus validitatem ſufficit, *dicto cap. Agathoſa* 27. *qu.* 2. *cap. qui uxorem* 23. *qu.* 5. *cap. conſuluit* 10. *hoc titulo*; ſiquidem nulla fit injuria uxori, quæ ſpontaneam licentiam marito profitendi dedit, notat Suarez *ubi ſupra, dicto l.* 6. *c.* 7. *n.* 9. Th. Sanchez *dicta diſp.* 33. *n.* 4. Abb. *in præſent. n.* 2. *& 3. & in c. uxoratus, n.* 5. *hoc tit.* quod viri votum, licèt in ſe validum ſit, cum debitum exigere non poſſit, quia conſenſum habuit uxoris; tamen quoad uxorem, firmum, & irrevocabile non eſt, eo quod uxor, quæ in ſæculo remanſit, juvenis, & de incontinentia ſuſpecta erat, cujus ſola voluntas licitam, & firmam non reddit mariti profeſſionem; cum ejus quoque converſio deſideretur, *cap. cum ſis, cap. uxoratus, cap. ad Apoſtolicam, hoc titulo*; ideòque quoad thorum uxoris debuit revocari, ne ipſa libera in ſæculo manens relinquatur in periculo vivendi cum injuria Creatoris; undè ceſſante ſuſpicione ipſius uxoris per mortem ejuſdem, quæ ſuſpicio ſola efficaciam voti impedi bat, compellitur vir redire ad Monaſterium, & à ſecunda conjuge ſeparari; cum qua initum matrimonium nullum eſt ratione voti ſolemnis, in profeſſione illa valida emiſſi, docet Abbas *in præſenti, n.* 2. Oſtienſis *num.* 1. Thomas Sanchez *dict. diſp.* 33. *nu.* 5. Suar. *dicto cap.* 7. *num.* 9.

3 Primò, adverſus Urbanum Tertium *in dicto cap. ex parte* 9. *hoc titulo*, quatenus docet uxorem, cuius licentia, & permiſſione maritus profeſſionem emiſit, poſſe ipſum jam profeſſum repetere: Obſtabit ſequens dubitandi ratio: nam uxor in ſæculo remanens, quæ marito Monachalem habitum ſuſcipiendi licentiam præſtitit, nulla ei efficitur injuria, nec videtur maritus uxorem fraudare, quæ ſcivit, & conſenſit, *cap. ſcienti de regulis juris, l.* 6. *leg. nemo videtur fraudare. ff. eodem.*, Ergo ſi conjugi in ſæculo manenti non eſt facta injuria ſuum maritum repetendi ad uſum matrimonii non erit reddendus, nec reſtituendus; ſiquidem reſtitutio ſolummodo locum habet ubi præceſſit injuria, vel in re ipſa exiſtit. Augetur difficultas ex eo, quod uxor per ſpontaneum conſenſum marito præſtitum juri ſuo ceſſit, quod contra eum habebat quod ſtatim per profeſſionem fuit adquiſitum Deo, & Religioni: ergo privanda non erit Religio jure ſuo jam ſibi adquiſito, quod ſimul vir, & uxor, quatenus ad illos ſpectabat, illi donaverant: ergo minus rectè *in dicto cap. ex parte* 9. Urbanus III. docet, quod ſi uxor, quæ licentiam dedit, & non fuit converſa, ſuum conjugem jam profeſſum repetat, illi reddendus eſt ad uſum matrimonii. Qua difficultate antiquiores ita ſunt oppreſſi, quod exiſtiment uxorem, cuius conſenſu maritus profeſſus eſt, non poſſe virum à Monaſterio revocare: & aſſerunt non obſtare text. *in dicto c.* 1. *cap. ex parte* 9. *hoc titulo*: quia jura illa procedunt eo caſu, in quo licentia ab uxore per vim, & metum fuit extorta. quæ mariti profeſſi repetitionem impedire non poterat, *cap. accedens*

hoc titulo, Thomas Sanchez *ubi suprà*; *lib. 7. disput.* 35. Gloss. finalis *in c.* 1. & Gloss. *verbo, Consentiente; in c. ex parte 9. hoc tit.*

Verùm hæc opinio ferè omnium Interpretum placito reiicitur; quia divinationis vitio laborat, & apertè opponitur verbis textus, *in dicto capit.* 1. *cap. ex parte 9. hoc titulo*: quæ jura, etsi expressè non caveant professionem maritum sic professum mortua uxore teneri ad Religionem reverti, ad quam redire non deberet, nisi professio valida fuisset, & expressè text. *in dicto cap. ex parte* 9. significat secundum matrimonium à tali professo factum, mortua prima uxore nullum fuisse; nam separatio à secunda uxore præcipitur, & reversio ad Religionem injungitur; & ita supponit validam fuisse professionem; sed si à marito emissa fuerit de licentia uxoris per vim, & metum extorta accipi non potest, ut ex illis verbis, *de licentia, & permissione uxoris*, quæ verba validam professionem supponunt: ut notat Thomas Sanchez *dicto capite septimo*, *num.* 11.

Quare alii Interpretes existimarunt, discrimen constituendum esse inter eum casum, quo uxor manens in sæculo, quæ, licentiam dedit viro profitendi, conscia erat juris, disponentis virum non posse Religionem profiteri, nisi ipsa licentiam concedens, voveat etiam castitatem, si senex sit: si verò juvenis, pariter ingrediatur Religionem: & inter casum, quo hujus juris inscia erat: in primo enim casu inquiunt Interpretes, non posse uxorem virum professum à Monasterio revocare, sed uxor in sæculo remanens, cogitur votum castitatis emittere, vel Religionem profiteri; quia uxor manens in sæculo, dum scia juris fuit priusquam concederet illam licentiam; videtur tacitè vovere, & ad id se adstringere, quoad ipsius mariti valorem irrevocabilem; nam volens aliquid, videtur velle id omne, per quod pervenitur ad illud, *capit. prudentiam, de officio Delegati, leg. ad rem mobilium mobilem, leg. ad legatum: ff. de Procuratoribus*: cum non videatur velle actum frustraneum efficere: In secundo verò casu, quando conjux in sæculo manens jus illud ignorabat; & tunc conjugem jam professum repetendi potestatem habet, quia tunc ratione ignorantiæ, non potest in tali conjuge præsumi voluntas vovendi perpetuam castitatem, aut Religionem, & ideo vovere non cogitur: & quia permitti non debet, ut libera permaneat in sæculo sine suo conjuge, ideo illi reddendus, & restituendus est; & in hoc secundo casu asserunt procedere text. *in dicto cap.* 1. *cap. ex parte 9. hoc titulo*: ita Gloss. *in cap. qui uxorem*, 33. *quæst.* 5. Gloss. *verbo, Vel ipsa in dicto cap. Agathosa.* 27. *quæst.* 2. Panormitanus *in præsenti, num.* 4. & 8. & *in dicto cap. ex parte num.* 4. Thomas Sanchez *dicto lib.* 7. *de matrim. disputatione* 33. *n.* 14.

Sed hæc interpretatio convincitur, ex eo, quia Urbanus III. *in dict. capit. ex parte* 9. absolutè, & sine ulla distinctione affirmat, uxorem consentientem mariti professioni, illum jam conversum à Monasterio revocare posse nulla facta mentione talis ignorantiæ, & ita nos distinguere non debemus: *arg text. in l.* 1. §. *generaliter. ff. de legatis præstandis.* Præterea, quia uxor manens in sæculo non præsumitur voviſſe castitatem, aut Religionem, eo quod sciat jus, hoc præscribens; quia fieri potuit, ut ipsa voluerit implere tale jus, sed tantum dare licentiam, ut maritus videat, seu meditetur quid facere possit, vel relinquere Prælatis eam curam, ut ipsi prospiciant utrum talem professionem velint admittere, necne, ne videatur peccare uxor, quæ non inducit maritum ad professionem faciendam, sed tantum quantum in ipsa est, permittit professionem fieri, nec tenetur facere omne id, quod permissum est ad mariti licitam professionem, nec etiam debet contradicere, quia hoc ad ejus officium non spectat, nec præsumi potest, uxorem votum continentiæ, vel Religionis emisisse, nec illud sufficienter voviſſe præsumitur. Quare ad illud emittendum cogi non potest propter scientiam juris, magis quàm si illam non habuisset; imo etiamsi in eo peccaret, ad id compelli non poterat, cum pœna hæc non sit proportionata culpæ, nec ullo jure invenitur imposita; & licet uxoris licentia effectum non habeat, nisi ipsa vovente; tamen si hoc jus præcipiens servatum non est, propterea non debet compelli vovere; quia potius maritus professionem faciens, vel Prælatus, jus illud transgreditur, quàm uxor ipsa, quæ professioni mariti consensum præstitit. Si autem uxor, quæ in sæculo mansit vovere non cogitur, æquum est ut ei reddatur, ne libera in sæculo manens relinquatur in periculo vivendi cum castitatis jactura.

Quare his, & aliis omissis, magis veriorem esse existimo, quam refert eruditissimus, summaque laude dignus, mihique semper colendissimus primarius, & Collega noster Doctor D. Ioannes Rodriguez de Armenteras, *in commentariis, quæ discipulis recitavit in omnibus juribus Urbani III.* præcipuè *in dict. capit. ex parte 9. hoc titulo*, dum asserit, conjugem in sæculo manentem, quæ licentiam dedit marito, nullum ex eo votum Religionis, vel castitatis emisisse, & sic ex juris Canonici concessione suum socium, seu maritum repetere posse; nam quantumcunque illa valuerit juri suo renuntiare, Ecclesia tamen non vult, nec præsumitur illam renuntiationem acceptare: nisi sub ea conditione, ut ipsa etiam ad frugem melioris vitæ convertatur; quæ conditio ex voluntate ipsius Ecclesiæ semper pendet; & ideo si illam implere non vult, renuntiatio manet inacceptata, atque ideo non habet effectum.

Nec etiam obstat jus quod per professionem adquisitum videtur Deo, & Religioni: Quia non potuit ei majus jus adquiri, quàm quantum uxori erat quæsitum, quæ uxor, quoad usum conjugalem, præfertur: siquidem sub ea tacita conditione Deo fit; scilicet, si alter conjux converti voluerit, cum renuntiatio aliter facta non præsumatur: siquidem Religio non potest aliter professionem illam acceptare, quàm sub modo ei ab Ecclesia præscripto, nec repetitio conjugis professi recusari potest, etiam si licentia à viro, vel uxore præstita sit: cuius prætextu nulla fuit ipsi Religioni injuria facta per hujusmodi professionem; siquidem satis sit, quod non fuerit jure suo Religio privata, quia ejus renunciatio, non fuit aliter acceptata: quod quidem Ecclesia non constituit in ejus favorem pudicitiæ, & castitatis conjugalis, cuius læsione, vel morali periculo, non placet separatio alterius conjugis; meritò conjux manens in sæculo potest, non obstante licentia ab ea præstita, maritum repetere, & Monasterium similiter obligare ad eum ipsi restituendum seu liberam facultatem ei dandam, quamvis propter scandalum vitandum, egrediendi; id fieri debeat authoritate Judicis competentis; notat Suarez 3. *tomo*, *de Religione*, *libro sexto*, *capit.* 7. *numero* 13. *cum sequentibus.*

Secundò, adversus ea, quæ refert text. *in dicto capit. ex parte 9. hoc titul.* quatenus probat, maritum illum professum à Monasterio revocatum, & uxori restitutum, teneri, ea defuncta, uxorem posteà ductam dimittere, & ad Monasterium, à quo per priorem uxorem revocatus fuerat, redire: Obstabit sequens consideratio; videlicet, quod professio à marito in prædicta specie facta invalida fuit; nam uxore sua in seculo remanente, non poterat maritus ad Religionem transire, ut constat *ex dicto capit. ex parte*, versiculo, *Quia vero*; & ita ad summum, inducere potuit obligationem simplicis voti, juxta text. *in capit. quidam 4. hoc titulo*; sed votum simplex, licet matrimonium contrahendum impediat, tamen post contractum non dirimit, *capit. meminimus*, *capit. rursus qui Clerici*, *vel voventes*: Suarez 3. *tomo de Religione, libro nono*, *capite quarto.* Ergo maritus cum ibidem simplex votum Religionis emisisse credatur, prima defuncta si secundam duxerit, poterit cum ea remanere, nec

ad Monaſterium redire compellendus erit; & conſequenter minus rectè contrarium *in dicto capite ex parte 9. hoc titulo*, ſtatutum. Verùm huic dubio reſponderi debet, Religionis votum, *in dicto capite ex parte 9.* à marito emiſſum conſentiente uxore, quæ in ſæculo remanſit, validum, & ſolemne fuiſſe, quia emiſſum fuit præhabito uxoris conſenſu, qui ſolus neceſſarius eſt & ſufficiens ad valorem profeſſionis, ſed quia uxor ipſa caſtitatem non voverat; ideò illa vivente, redditus eſt ei maritus, ut ipſa ſuo jure utatur, & caſtitatem, quam non promiſerat ſervare non cogitur; illa verò mortua, non potuit ſimile jus alteri uxori adquiri; nam ſi profeſſio valida fuit, & morte uxoris impedimentum eſt ſublatum, non poteſt ab obligatione in Monaſterium revertendi excuſari; & hac de cauſa nullum, *in dicto capite ex parte nona* decernitur matrimonium cum ſecunda uxore contractum, & obligatio marito imponitur, ea dimiſſa, ad Religionem, quam profeſſus fuit, redeundi; notat Suarez *de Religione, 3. tomo; libro 9. cap. 4. numero 23.*

5 Tertiò, adverſus deciſionem, *ex* text. *in dicto capite ex parte 9. hoc titulo*; quatenus docet maritum, qui uxore conſentiente Religionem ingreditur, teneri ea defuncta ad Monaſterium redire, à quo ab ipſa revocatus fuit: Obſtabit text. *in capit. conſuluit* 10. *hoc titulo*; ubi conſultus Pontifex de marito, qui profeſſus fuit, manſitque in Religione uſque ad uxoris mortem, an poſſit ex Religione exire, & uxorem ducere, ductamque retinere? Conſultationi reſpondit Clemens III. quod prædictus vir, nec habitum poteſt abjicere, quem aſſumpſit; nec aliquam ſibi matrimonio copulare, qui ſi contraxerit, matrimonium irritatum, & nullius momenti erit. Ex quo *text.* manifeſtè colligitur, quòd maritus, qui non habuit expreſſum conſenſum uxoris in ſæculo manentis, ſi Religionem ingrediatur, tenetur, ea defuncta, in Religione manere, & conſequenter validam emiſiſſe profeſſionem, igitur uxoris licentia minimè neceſſaria eſt, ad hoc, ut ejus vir Religionem valeat profiteri. Difficultatem agnovit Gloſſa, *verbo, Tranſiens*, & verbo, *Dirimendum; in dicto capite ex parte 6. hoc titulo*, & ut eam diſſolvat, opinatur text. *in dicto capite conſuluit* 10. *hoc titulo*, eſſe intelligendum in caſu, quæ præhabita uxoris licentia, quæ ſenex erat, vel ſi juvenis, promiſit Religionem ingredi, tunc enim votum à marito emiſſum ſolemne, & validum deciditur, *dicto capite Agathoſa* 27. *quæſtione 2. capite cum ſis, capite de Apoſtolica, hoc titulo*: & hac de cauſa cogitur vir in Religione perſeverare. Quæ *Gloſſæ* interpretatio valdè impugnatur ab Abbate, *in dict. capit. conſuluit* 10. *numero* 1. Quare ipſe Abbas *ibidem, numero*, 2. aſſerit, quod ideò *in d. capite conſuluit* 10. Maritus Religionem profeſſus, uxore mortua, non poteſt aliam ducere, & ſi duxerit, illam relinquere debet, & in Monaſterio remanere, quia profeſſus ille ab uxore ſuperſtite revocatus non fuerat; & ea ingreſſa viam univerſæ carnis, etiam valida; & perfecta fuit profeſſio, cùm morte ejuſdem ablatum ſit obſtaculum ejus firmitati adverſum: maximè, cum uxor in ſæculo relicta, toto vitæ ſuæ ſpatio diſſimulavit, cùm reclamare poſſet, & virum de Monaſterio revocare, quæ diſſimulatio, & taciturnitas uxoris ſcientis, uſque ad mortem viri ſui in Religionem ingreſſi, conſenſum inducit, & ratam efficit profeſſionem: Notat Zabarella, Butrius, & Archidiaconus *ibidem, num. fin.* Enrichus *in cap. placuit, numero 4. hoc titulo*. Sed licèt hæc interpretatio, communi interpretum placito, recepta ſit, nobis tamen placere non poteſt, ea ſcilicet ratione, quia ibidem profeſſio mariti abſque uxoris licentia facta, nulla eſt ipſo jure, *capite 2. capit. placet*; *capit. quidam. de converſione conjugatorũ*; *capit. circa ſola*, 33. *quæſt. 5.* Thomas Sanchez *dicto lib. 7. diſputatione 34.* & ita minimè poteſt reſtaurari, nec vires aſſumere ex alterius conjugis morte. Quare ea omiſſa, magis veriorem eſſe exiſtimo, quam refert Sanchez *dicta diſput. 34. num. 18. & diſp. 35. numero 15.* dum aſſerit, ideò *in dicto capite conſuluit* 10. ratam fuiſſe profeſſionem à marito factam, abſque uxoris licentia, quia ipſe maritus poſtea, poſt mortem uxoris in eam expreſſè conſenſit, vel ratam habuit, & hac ratione profeſſus vir non poteſt uxore defuncta ad ſæculum redire, nec aliud contrahere matrimonium: idque contractum irritum erit; ſed potiùs in Monaſterium, in quod intravit, perſeverare cogendus eſt. Quam interpretationem etiam ſentit Gloſſ. *in dicto capite conſuluit*, verbo, *Dirimendum*, Angelus *in ſumma*, verbo, *Matrimonium*, 3. *n.* 16.

Quartò, contra deciſionem text. *in dicto capit. ex parte 9. hoc titul.* Obſtabit text. *in capite qui uxorem*, 33. *quæſtione 5.* ubi ex Concilio Rhemenſi docemur, quòd qui uxorem ſuam velari permiſit, aliam accipere non poteſt, ſed ſimiliter converti debet. Ita uxor *in dicto capite. ex parte 9.* quæ mariti profeſſioni conſenſum præſtitit, in ſæculo remanere voluit; ſed ſimilem debuit profeſſionem facere. Difficultas, ut reſpondeamus, omiſſa ſolutione Gloſſæ, *in dicto capit. ex parte*, verbo, *de jure*; & *in dicto capite Agathoſa*, verbo, *vel ipſa*; obſervandum eſt, ſanctorum Patrum inſtitutionibus cautum eſſe, quòd vir uxore ſua, aut uxor viro ſuo non aſſumente Religionis habitum, non debeat ad Religionem tranſire, nec alterius converſio permittitur, niſi uterque ad Religionem migraverit; *cap. ſunt qui dicunt, capite Abbatoſa capite quia Agatho, capite ſcripſit, capit. ſi quis conjugatus, cap. cum ſit præditus, cap. ad Apoſtolicam, hoc titulo.* Nam cùm utriuſque conjugis corpus copulatione ipſa ſit unicum factum, incongruum eſt partem converti, & partem in ſæculo remanere, *dicto capit. Agathoſa, in fine, dicto capit. quia Agatho*, Thomas Sanchez *dicto lib. 7. diſputat. 32.* niſi uxor adeò integræ opinionis exiſtat, quod nulla ſuſpicio marito remaneat eam ad ſecunda vota velle migrare, vel quod minus continenter debeat vivere; nam ſi talis extiterit, marito ejus in Monachorum conſortio recepto, ipſa publicè in conſpectu Eccleſiæ continentiam profeſſa in domo propria, cum liberis, & familia poterit permanere, *dicto capite ſi quis conjugatus, 27. quæſt. 2. cap. cum ſis, capit. uxoratus; hoc titulo*; vel ſi ita ſenex, & ſterilis eſt, quod ſine ſuſpicione poſſit in ſæculo remanere; tunc enim cum nullum exiſtat incontinentiæ periculum, rectè viri tranſitus ad Religionem permittitur, ea priùs votum caſtitatis vovente: Cæterum ſi juvenis ſit, ut meritò de incontinentia ſuſpecta reddatur, non poteſt vir ejuſdem ad Religionem migrare, ea in ſæculo remanente; ſed uterque debet vitam regularem aſſumere, ne illius converſio, uxori relictæ in ſæculo fieri poſſit perditionis occaſio, *capite Agathoſa*, cum *ſimilibus*. Id enim fieri debet, ut legitimè, & licitè fiat profeſſio firma, & valida remaneat, ut relaxationi non ſit locus; juxta quam doctrinam eſt intelligendus text. *in dicto capite qui uxorem*, 33. *qu. 5.* nam dum docet, virum profeſſioni uxoris conſentientem debere ſimiliter converti; procedit eo in caſu, quo ipſe juvenis erat, & de incontinentia ſuſpectus; nam tunc etiam converti debet, ut uxoris ejus legitima profeſſio ſit; ſi verò forma hæc a Sacris Canonibus præſcripta ſervata non eſt, ſed vir ex licentia ſola uxoris in ſæculo remanentis, quæ votum caſtitatis, vel Religionis non emiſit, non propterea debet irritari profeſſio, ſed valida manet; nam licèt ſic profeſſus, ab altero conjuge in ſæculo remanente poſſit repeti, eo tamen defuncto debet ad ſuum Monaſterium reverti ratione voti, quod ſine ſalutis ſuæ periculo violare non poteſt, *cap. 1. capite ex parte 6. capit. conſuluit* 10. *hoc titulo*: quæ jura licèt expoſtulent, ut conjux incontinens, ſimul etiam cum converſo profiteatur, ut legitimè fiat profeſſio, non tamen irritam profeſſionem reddunt contra factam; ſiquidem multa fieri prohibentur, quæ tamen facta, tenent, *capit. ad Apoſtolicam, de Regularibus*;

6

docet

docet Gloss. *verbo, Nullatenus, in capit.* 18. *hoc titulo,* Abbas, *ibidem, numero* 8. Enriquez *num.* 9. Ancarranus *num.* 3. Thomas Sanchez *dicto lib.* 7. *disputat.* 33. *num.* 2. Gregorius Lopez *Gloss.* verbo, *Vale el casamiento*, in *lege decima secunda, titulo septimo, parte prima.*

His omnibus obstabit text. *in cap. Agathosa,* 27. *quæstion.* 2. ubi Gregorius Pontifex, Adriano Panormitano Notario *lib.* 9. *Epistola* 43. scribit Agathosam mulierem, coram eo conquestam fuisse, maritum suum, contra voluntatem suam in Monasterio Urbini Abbatis esse conversum quod quia ad ejusdem Abbatis culpam, & invidiam, non est dubium pertinere, experientiæ suæ præcepit, ut diligenti inquisitioni discutiat, ne fortè cum ejus voluntate conversus sit, vel ipsa se mutare promiserit, & si hoc repererit, & illum in Monasterio remanere provideat, & hanc, sicut promisit mutare compellat: si verò nihil horum factum est, & ipsa in fornicationis crimen lapsa non est, reddere ei debeat maritum suum, omni excusatione cessante: loci illa Pontificis attendite verba, versicul. *Ne forte, cum ejus voluntate conversus sit, vel ipsa se mutare promiserit.* juncto versiculo; *Si verò nihil horum factum est,* quæ verba planè ostendunt, maritum cum uxoris voluntate Religionem ingressum, in ea remanere debere, nec posse ab uxore repeti; nam Pontifex cum distinctione locutus fuit nimirum, si uxor consensum præstitit, aut pariter conversa est, & in quocumque illorum eventu validam, & firmam esse professionem declarat. Igitur uxor in sæculo remanens, quæ professioni viri sui consensit, ipsum de Monasterio repetere prohibetur: contra Urbani III. decisionem *in dicto cap. ex parte* 9. *hoc titulo.* Cui difficultatati respondit Thomas Sanchez *dicto libro* 7. *disput.* 33. *num.* 4. dum asserit eo in text. validam fuisse mariti professionem, quia de consensu uxoris fuit facta, qui solus consensus ad ejus validitatem desideratur, ut constat ex his, quæ suprà retulimus: *& in d.c. ex parte* 9. *hoc tit.*

Sed hæc interpretatio refellitur, tum ex eo, quia manifestè opponitur verbis, contexturæ *dicti capitis Agathosæ*, in quo non tantum valida; sed etiam irrevocabilis decernitur professio, ita ut uxor, cujus consensu vir Religionem professus, nequeat professionem revocare: tunc etiam, quia Pontifex *ibidem*, æquiparationem facit horum duorum casuum; scilicet, consensus uxoris præstiti professioni mariti, & mutationis vitæ, seu similis conversionis uxoris; sed conversio uxoris necessaria non est, ut maritus validè profiteatur, sed ut licitam tantum, & irrevocabilem professionem emittat (ut suprà diximus) ergo Pontifex in eo *text.* de licita, & irrevocabili loquitur professione, & consequenter sentit, solum uxoris consensum necessarium esse, ut vir eo præhabito professus, nequeat à Religione revocari.

Quare ea omissa, & rejectis aliis congestis à Gloss. *ibidem*, verbo, *Vel ipsa*; ejus vera interpretatio pendet ex suprà traditis: Ex quibus colligitur conjugis professionem, tum licitam, & firmam manere, cum alter conjux, si juvenis est, & de incontinentia suspectus, parem faciat conversionem; aut si senex est, votum castitatis emittat, si in sæculo manere velit: Igitur text. *in dicto capit. Agathosa*, quatenus solum petit uxoris consensum, ut in Religione professus in ea remanere cogatur, necessariò debet intelligi de uxore sene, & ita sterili, ut in eam incontinentiæ suspicio cadere non possit, quæ si licentiam marito profitendi præstitit (quod supponere debet *text.* ille) firma, & irrevocabilis erit professio; sin autem sine incontinentiæ periculo uxor in sæculo vivere non possit; quia juvenis est, & de incontinentia suspecta, debet etiam ipsa converti, ut etiam vir ejusdem, simul, & irrevocabiliter profiteatur: & ita vel uxoris senis, & sterilis in sæculo remanentis castitatis votum, cum consensu desideratur: vel si juvenis, & de incontinentia suspecta sit, conversio simul desideratur, & à viro emissa professio, ut petitioni conjugis non subjaceat, sed firma, & irrevocabilis remaneat; notant Archidiaconus; & Turrecremata *in d.c. Agathosa.*

Sextò, huic doctrinæ obstat text. *in cap. præterea* 1. 8
hoc tit. ubi Alexander III. de quodam marito consultus, qui de licentia, & permissione uxoris Monasterium ingressus professionem fecit, uxore in sæculari habitu remanente, nec transeunte ad Religionem, aut in perpetua continentia vivente, an possit ab Episcopo suo ad torum uxoris revocari, an illa compellenda sit continentiam observare? Ubergensi Episcopo scripsit, quod nisi uxor ad Religionem transire velit aut perpetuam castitatem servare promiserit, vir potest, & debet de Monasterio exire, & ab uxore revocari: ex cujus decisione apertè deprehenditur, sufficere votum castitatis uxoris in sæculo remanentis, de cujus consensu vir professus est, ad hoc, ut licita, & irrevocabilis sit conversio à marito facta; contra nuper à nobis tradita: quæ jura id non probant, ut licitus sit mariti ingressus, imo enixè fieri interdicunt, quando uxor manens in sæculo juvenis est. Quam difficultatem, ut solvant Interpretes, asserunt, differentiam versari inter casum, quo quærimus de licito conjugis transitu ac Religionem, & inter casum, quo agitur de jure revocationis conjugis professi: quoniam in primo casu, ut licitus sit ingressus, non sufficit alterius conjugis castitatis promissio, sed ejus quoque conversio desideratur, si juvenis est, & de continentia suspectus, *cap. cum sis. c. ad Apostolicam, hoc tit.* sufficit tamen castitatis promissio, si senex, & sterilis est, *d. cap. uxoratus, hoc titul.* & in primo casu superiora procedunt; in secundo autem, ad effectum ne conjugi in sæculo remanenti concedatur revocatio professi, satis est votum castitatis alterius conjugis, quia conjux in sæculo remanens cessit juri suo, licentiam spontaneam alteri profitendi concedens, voto castitatis à se prius emisso; atque ita text. *in dicto capit.* 1. *hoc titul.* qui disjunctivè petit, aut uxoris conversionem, aut perpetuæ castitatis promissionem, accipiendus est, de hac facultate revocandi professum, non verò de licito ejus ingressu: docent Innocentius, & Abbas *in dict. cap.* 1. *hoc tit. & in cap. significatum, cap. uxoratus, numer.* 5. *eodem*; Cardinalis *in dict. cap. ex parte, in fine*, Thomas Sanchez plures referens *dict. disp.* 33. *num.* 9. Potest etiam responderi dicendo, text. *in dict. cap.* 1. *hoc titul.* dum concedit revocationem, esse accipiendam juxta superiorem resolutionem, scilicet, nisi uxor voverit castitatem, aut Religionem professa sit, in hunc modum debere intelligi, ut in sene sufficiat prædictum votum, in juvene autem professio necessariò desideretur: & sic text. *in dicto capit.* 1. *hoc titulo,* minimè superioribus adversatur: notat Ostiensis *in dicto capit. significavit; hoc titul. num.* 2. *in fin.* Idem *in summa eodem tit. num.* 8. Enriquez *libr.* 6. *de matrim. capit.* 8. *n.* 9.

Septimò, superiorem traditam doctrinam turbat 9
text. *in capit. conjugatus* 5. *hoc titul.* ubi idem Alexander III. decernit nullum conjugatorum esse ad Sacros Ordines promovendum, nisi ab uxore continentiam profitente fuerit absolutus; quæ decisio apertè probat, nunquam desiderari ingressum uxoris ad Religionem, sive senex, sivè junior sit, sed sufficere in utroque eventu castitatis in sæculo servandæ perpetuam promissionem, ad hoc, ut vir ejusdem Sacros Ordines rectè suscipere valeret: ergo ad viri professionem sufficit dumtaxat uxoris votum, absque ulla distinctione juventutis, vel senectutis ejus, contra ea, quæ nuper retulimus: ex quibus constat ad licitam mariti professionem, uxoris votum sufficere cum senex, & sterilis est, non si juvenis, & de incontinentia suspecta, quæ pariter converti debet. Cujus nodi solvendi gratia, nonnulli juris nostri antiquiores Interpretes existimarunt promotionem viri ad Ordines, longè differre à Religionis professione; nam ad professionem viri semper necessaria est conversio

converſo uxoris juvenis, ut ſuprà diximus; ad promotionem verò ad Ordines, ſolius continentiæ promiſſionem ſufficere, & eſſe ita intelligendum text. *in dicto cap. conjugatus* 5. *hoc tit.* Cujus diverſi juris rationem reddunt; quia dum in ſæculo vir ad Ordines promovetur, tenetur neceſſaria alimenta uxori ſubminiſtrare, *cap. omninò* 31. *diſtinct.* & ita aufertur uxori occaſio vagandi, & incontinentiæ, ob alimentorum penuriam: inſuper poteſt uxorem incontinentem corripere, ac punire; quæ omnia ceſſant in viro Religionem profitente, cum bonorum, & liberi arbitrii proprietate careat, *cap. Religioſus, de electione, lib.* 6. *c.* 2. *cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monachorum*; Gloſſ. *in cap. Epiſcopus*, verbo, *Sequeſtrato*, 77. *diſtin.* Gloſ. verb. *Nec Religioſam. in cap. quia ſunt* 28. *diſtinct.* Gloſ. verbo *Caſtitatem, in cap.* 2. *de Clericis conjugatis*: Oſtienſis *in ſumma, hujus tit. num.* 5. Enriquez *in dicto cap. conjugatus. n.* 5. & 8. *hoc tit.* Baſil. *lib.* 7. *de matrimonio, cap.* 25. *num.* 5.

Sed hæc expoſitio, tum ratione, tum etiam authoritate convincitur: ratione, quia ſi uxor juvenis profeſſi compellitur ingredi Religionem, *dict. cap. uxoratus, hoc tit.* à fortiori uxor promovendi ad Ordines, compelli debet regularem habitum aſſumere, quippè faciliùs poteſt Clericus Sæcularis uxorem inviſere, & conſervato priſtino amore, ea familiariter uti: undè patentiſſimo incontinentiæ periculo exponitur, & tantum abeſt, ut ipſe vir Clericus factus uxorem inviſens, ejus incontinentiam corrigat, ut potior occaſio proxima incontinentiæ ſit, ipſemet ejus curam gerens: & quia uxor juvenis, quantumvis caſta, ſi in ſæculo remanens eſt, incontinentiæ periculo eſt expoſita, eo quod mulieres faciles, inconſtantes, & volubiles ſunt, *cap. forus, de verborum ſignificatione*: ergo credendum non eſt, jus Canonicum voluiſſe, ut ea in ſæculo remanente, vir ad Sacros Ordines promoveretur: Juris authoritate, etiam prædicta ſolutio convincitur; ex text. *in cap. Epiſcopus*, 77. *diſtinct.* qui eſt deſumptus ex Concilio Agathenſi, *cap.* 16. & 17. ubi traditum eſt, quod ſi conjugati juvenes conſueverint ordinari, uxorum voluntas ita exquirenda eſt, ut ſequeſtrato manſionis cubiculo, Religione promiſſa, poſteà quam pariter converſi fuerint, Ordinentur: ex quo decreto manifeſtè colligitur, conjugatum non aliter poſſe Sacros Ordines accipere, quàm ſi uxor juvenis Religione promiſſa pariter convertatur: Ergo diverſa ratio non eſt inter viri profeſſionem, vel ejus promotionem ad Ordines, cum utroque in caſu idem juris ſit, & conſequenter omninò rejicienda eſt interpretatio ſuprà adducta.

Quare ea omiſſa reſpondendum eſt, textum *in capit. conjugatus* 5. *hoc titulo*, qui tantùm uxoris votum caſtitatis expoſtulat ad promotionem, eſſe intelligendum, quando uxor ſenex, & libera à periculo incontinentiæ erat: nam tunc ex ſolo uxoris caſtitatis voto poterit maritus Sacris Ordinibus inſigniri: ſecus ſi juvenis eſſet, nam tunc non poteſt maritus ordinari, niſi uxor ipſius profeſſa ſacrum ſibi velamen imponat, notat Thomas Sanchez *ubi ſuprà diſp.* 39. *num.* 5. juxta quam interpretationem accipiendus eſt etiam textus *in cap. volumus*, 81. *diſt.* Thomas Sanchez *ubi ſuprà, n.* 8.

10 Octavò, ſuprà traditis obſtabit textus *in cap. cum cauſam* 6. *de raptorib.* ubi Pontifex Lucius III. à Burgenſi Epiſcopo conſultus de quodam milite, qui mulierem conſentientem, cauſa contrahendi cum ea matrimonium, à parentibus ſuis rapuit, & eam deſponſavit, & carnaliter cognovit; utrum illam poſteà Monaſterium ingreſſam, & ejus conſortium recuſantem, maritus eam repetere poſſet? Reſpondit Pontifex, quòd cum ibi raptus dicatur admitti, ubi nihil ante de nuptiis agitur; iſte miles dici non debet raptor, cum habuiſſet aſſenſum, & prius eam deſponſaſſet, quàm cognoviſſet; licèt Parentes reclamarent, à quibus dicitur eam rapuiſſe, & cùm poſt matrimonium carnis commixtione perfectum, uxor ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed maritus, & è converſo: ſi matrimonium prahabitis legitimis documentis conſtiterit, non poterit poſtmodum ipſa Monaſterium ingredi, ſine aſſenſu viri, aut aliter continentiam profiteri: Ideò ei reſtitui debet, maximè ſi probari non poſſit, ut mulier profiteretur continentiam, maritum aſſenſiſſe: Conſideratio deducitur ex verbis illius textus *maximè, ſi probari nequeat, virum*: quæ verba manifeſtè oſtendunt, uxorem Monaſterium ingredi non poſſe, non ſolùm ſine aſſenſu mariti, ſed etiam eo conſentiente: Igitur vir, *in dicto c. ex parte* 9 *hoc tit.* etiam uxore ſua conſentiente, Religionem ingredi non poterit: & conſequenter minus rectè decretum videtur, validam eſſe profeſſionem mariti conſentiente uxore.

Sed reſpondendum eſt, text. *in d. cap. cum cauſa* 6. maturè perpenſum, potiùs convenire deciſioni text. *in d. cap. ex parte* 9. quàm contrariari: quippè non probat, uxorem validè profiteri non poſſe, viri ſui intervenientе conſenſu, is enim ſolus deſideratur, ut valida cenſeatur conjugis profeſſio, *dicto cap. ex parte nono*, ſed ejus ſenſus eſt Religionem ingreſſam ſine aſſenſu viri ſui, vel etiam eo conſentiente, non adeò validè, & irrevocabiliter profiteri poſſe, quin à viro ſuo in ſæculo remanente repeti à Monaſterio nequeat: nam vir profeſſioni uxoris conſenſum præſtans, poteſt eam jam profeſſam à Monaſterio revocare, cum profeſſio firma, & irrevocabilis non ſit, niſi maritus in ſæculo manens, ſi juvenis, & incontinentiæ ſuſpectus eſt, pariter convertatur; aut ſi ſenex eſt, Caſtimoniam profiteatur; ut conſtat ex *dict. cap. cum ſis, d. c. conjugatus*, *cap. Apoſtolicam, hoc tit.* & hoc eſt quod text. *in dict. cap. cum cauſa* 6. *de raptorib.* intendit: & ex ejus contextura colligitur, in qua non de jure, & validitate profeſſionis uxoris agitur, ſed poteſtate revocationis à Religione; & eam marito competere affirmat, quia licèt profeſſioni conſenſerit (quod ibi non probatur) non tamen vir perpetuam vovit continentiam, aut parem emiſit profeſſionem: quod deſideratur, ut conjugi in ſæculo manenti interdicatur poteſtas revocandi profeſſum, docent Panormit. & antiquiores *in d. c.* 6. *num.* 3.

Nonò, prædictis obſtabit text. *in cap. quidam* 3. *hoc* 11 *titulo*, ubi maritus, qui profeſſionem fecit, & uxori reſtitutus, ea defuncta non tenetur ad Monaſterium redire: ergo *in dict. cap. ex parte* 9. Maritus Religionem profeſſus, ac uxori reſtitutus, ea defuncta, non debet compelli redire ad Monaſterium, à quo ab uxore revocatus fuerat. Cui difficultati reſpondendum eſt, *text.* illum procedere in viro, qui invita uxore Religionem intravit. Quo caſu voti Religionis effectus non eſt, ut tollatur uxori jus repetendi ipſum ad uſus matrimonii, ideò repetere poteſt, & ea mortua adhuc à Religione ſolutus eſt; nam Religionem fruſtra profitetur unus ex conjugibus, altero invito, niſi jus quæſitum alteri conſervaretur; ſed cum caſtitatis votum, quod in profeſſione Religionis includitur, *capit. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monachorum*, impediat aliud contrahi matrimonium, & eo conſtante, tollat jus exigendi debitum, *in d. c. quidam* 3. quia obligat, & quatenus voventi ſoli præjudicare poteſt, valet: ergo votum, quoad caſtitatem obſervandam à vovente valet ex eo tempore, quo initum eſt; ſed non valet quoad paupertatem, ante, aut poſt ſolutum matrimonium, quia initio, nec potuit emitti in præjudicium uxoris, nec convaleſcit poſt mortem ipſius, quæ eſt vera illius deciſionis ſententia, & ratio: notat Butrius, & Panormitanus, *ibidem*: Thomas Sanchez *dict. lib.* 7. *diſp.* 34. *num.* 1. & *ſeqq.* Quæ omnia æque procedunt in profeſſione ab uno ex conjugibus, altero ignorante, facta; nam & hæc irrita eſt, nec vivens alius jure ſuo privatur, nec etiam eo mortuo Religioni oblatus eſt, qui votum emiſit, ſed ſimplex tantum caſtitatis factum creditur. *d. c. placet* 12. *hoc tit.* Et ad hunc ſenſum refero dubia verba tex. *in dict. c. placuit* 12. verſic. *Redire verò ad ſæculum in*

ejus poteſtate non eſt, ſed in poteſtate mariti; quorum verborum ſententia eſt, quod mulier, quæ ignara eſt moris mariti, ſi Religionem ingrediatur, fruſtra profitetur, nam reverſo marito, mulier ad ſæculum revocari poteſt: quia cum una caro ſint, non poteſt una pars redire ad Dominum, alia in ſæculo remanente, *d. c. ad Apoſtolicam* 23. *hoc tit.* Thom. Sanchez *d. diſp.* 34. *num.* 15. quidquid contrarium exiſtiment Panorm. & Butr. *in dict. cap. placet.* Eodem modo intelligenda ſunt verba *in dict. cap. placet*, verſic. *Quantum ad ipſum, tenuit votum*; quæ verba non habent illum ſenſum; ſcilicèt, quod tenuit votum ſolemne Religionis: nam idem text. in verſ. *Si verò*, id declarat, & contrarium expreſſim affirmat: meritò illorum verborum ſenſus eſt; ſcilicèt, ut quantum ad ipſam, tenuit votum; ſcilicèt ſimplex tantum, ut debitum à marito exigere non poſſit, & ut mortuo marito impediat matrimonium contrahendum, quamvis non dirimat contractum, Thom. Sanchez *ubi ſupr. diſp.* 34. *num.* 5. licèt aliud ſenſerit Gloſſ. *verbo, Exigere, in dict. cap. quidam* 3. *hoc tit.* Et ſimiliter conſtat profeſſionem illam inſcio uno conjuge factam nullam eſſe: ſiquidem, nec eo mortuo poterit compelli ad Religionem redire: licèt conſultius faciat ad animæ ſalutem ſi redeat: & ita ſunt intelligenda verba text. *in dict. placet* 12. verſ. *Conſultus itaque dicimus*: notat Thom. Sanch. *ubi ſuprà, n.* 1. Butrius *in dict. c. placet, n.* 3. Sylveſter, *verbo, Divortium, quæſt.* 16. *caſu* 3.

12 Dicimò, adverſus deciſionem, text. *in dict. cap. ex parte* 9. *hoc tit* Obſtabit text. *in cap. veniens* 16. *eodem*, ubi maritus, qui de licentia uxoris profeſſionem Monachalem ſolemniter fecit, ita per eam à lege conjugali eximitur, mulier non poſſit ipſum repetere. Igitur minus rectè, *in dicto cap. ex parte* 9. uxor maritum ſuum jam profeſſum à Monaſterio repetere potuit. Sed reſpondendum eſt illius *tex.* deciſionem non eſſe generaliter accipiendam, ſed potiùs reſtringendam ad eum caſum, quo uxor in ſæculo remanens, profeſſioni mariti conſenſum præſtans, adulterii rea facta eſt: tunc enim repetere non poteſt, quominùs regulare votum adimplere valeat, nec ſuper ipſius revocatione aliquatenus eſt audienda, cùm ipſius intentio exceptione adulterii elidi poſſit, ut probat text. ille *in fine*. Adulterium enim unius conjugis permittit alteri conjugi poteſtatem ad Religionem ingredi: *cap. Agathoſa*, 27. *quæſt.* 2. *cap. conſtitutus* 15. & *fin. hoc tit.* nam propter adulterium rectè divortium fit, & mutua cohabitatione adulter repellitur, *Mathæi cap.* 5. & 19. *cap. dixit* 32. *quæſt.* 1. *cap. ſignificaſti, cap. ex literis, cap gaudemus, de divortiis*; *cap plerumque de donationibus inter vir.* Thomas Sanchez *de matrimonio*, *lib.* 10. *diſp.* 2. & in hac ſpecie par eſt jus viri, & uxoris, *cap. præcepit* 10. & *ult.* 23. *q.* 5. *cap. placuit*, 32. *q.* 7. propter infidelitatem quoque ſeparantur conjuges à mutuo conſortio, quia iniquum eſt alterum, cum altero habitare, cum periculo perverſionis à fide, quod graviſſimum damnum eſt, *c.* 2. *c. de illa* 6. *de divort. cap. idololatria*, 28. *q.* 1. meritò innocens jus habet profitendi in Religione, aut emittendi votum caſtitatis, nec vindicari poteſt ad eandem mutuam cohabitationem, Th. Sanch. *de matrimon. l.* 10. *diſp.* 3. & 15.

13 Undecimò, his omnibus obſtabit text. *in cap.* 1. verſ. *Ignorante Epiſcopo*, *hoc tit. in cap. ſi vir, & uxor.* 27. *q.* 2. Ex quibus juribus conſtat non ſufficere conjugis conſenſum, ut alter conjux poſſit ad Religionem migrare, ſed neceſſariam eſſe ad voti Religionis validitatem Epiſcopi licentiam: Ergo minus rectè ſuprà reſolutum eſt, alterius conjugis conſenſum, cum cæteris requiſitis ſufficere, ut alter conjux poſſit votum ſolemne Religionis emittere. Sed huic dubio reſpondendum eſt, Epiſcopi licentiam non eſſe neceſſariam ad profeſſionis valorem, ſed tantum deſiderari, ut licitè fiat, non tamen, ut validè; quia *in d. c. ſi vir*, 27. *q.* 2. ad id licentia Epiſcopi deſideratur, non aliter verò facta profeſſio irrita manebit, *c.* 1. *in fin. hoc tit.* ubi aſſerit virum, qui ignorante Epiſcopo de licentia uxoris profeſſus eſt removendum non eſſe, ſi uxor caſtitatem voverit: ergo ſentit *text.* ex defectu licentiæ Epiſcopi, nihil officii profeſſioni: ita ſentiunt Gloſſ. *verbo, Conſcientiæ*, *in dict. c. ſi vir*: Archiadiaconus *ibid. n.* 1. Bellamera & Turrecr. *n.* 1. Baſil. Pontius, *ubi ſuprà*, *de impedim. cap.* 9. §. 1. verſ. *At ſi, in fin.* cum traditis à Barb. *in Collect. ad tex. in c.* 1. *hoc tit. num.* 4.

Ad textum in cap. Verum 2. cap. Ex publico 7. cap. Ex parte 14. hoc tit. de converſ. conjug.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium ratum, & non conſummatum diſſolvitur per profeſſionem Religionis: compellitur tamen ſponſus intra duos menſes deliberare ſuper Religionis ingreſſu.*

2 *Matrimonium duo in ſe continet: ſcilicèt conjunctionem animorum, & corporum.*

3 *Terminus duorum menſium reputatur brevis, & plura jura de illo bimeſtri ſummariè proponuntur.*
Matthæi cap. 14. & cap. 2. de tranſlationib. Epiſcop.

4 *Votum ſolemne dirimit ſolùm matrimonium ratum, non conſummatum.*
Cap. cum ſocietas, 24. quæſt. 2.
Cap. verum 2. de converſ. conjugat.

5 *Matrimonium ratum, & conſummatum, quare non diſſolvatur per profeſſionem.*
Cap. fin. de ſponſa duor.
Paul. ad Corinth. 1. cap. 7. & d. cap. verum, in fin. de controverſ. conjug.

6 *Matrimonium, non dirimitur per votum ſimplex, & quæ differentia extet inter illud, & ſolemne.*
Cap. commiſſum, de ſponſalib.

7 *Religionem ingredi an poſſit is, qui juravit aliquam uxorem ducere.*

8 *Matrimonium de præſenti difficilius diſſolvitur, quàm illud de futuro.*

9 *Juramentum præſtitum in utilitatem partis, ſine ejus conſenſu, an poſſit in melius commutari.*
Epiſcopalis ſtatus excellentior, & perfectior eſt Monachali.
Cap. per tuas, de voto.
Profeſſio ante annum probationis fieri non debet.
Cap. ex publico 7. de converſ. conjug.

CONCLUSIO.

Matrimonium ratum non conſummatum diſſolvitur 1
per profeſſionem Religionis unius conjugis: & ſponſo, vel ſponſæ datur bimeſtre ad deliberandum de Religionis ingreſſu. Conſonat textus *in d. c. verum* 2. *c. ex publico* 7. *ex parte* 14. *in fin. hoc tit. cap. deſponſatam*, 27. *q.* 2. *c. juvenis, de ſponſalibus*; *Authent. de Sanctiſſim. Epiſc.* §. *Sponſalib. quoque, collat.* 6. Conc. Trident. *de Sacram. matrim. ſeſſ.* 24. *can.* 6. *l.* 9. *tit.* 1. *lib.* 3. *fori.* Exornant Menoch. *de arbitr. caſu* 455. *n.* 10. Enriquez *in ſumma. li.* 10. *c.* 34. §. 3. *in comment. lit. R.* Guttierrez *li.* 1. *Canonic. q. c.* 17. *n.* 2. Idē *de matrim. c.* 54. *in principio*, Emmanuel Rodrig. *q. regular. li.* 3. *qu.* 1. *art.* 4. Ægidius *de Sacramentis, tom.* 2. *diſp.* 26. *n.* 3. Reginaldus *in praxi fori pœnit. li.* 26. *n.* 30. Thomas Sanchez *de matrimon. li.* 2. *diſput.* 18. *per totam* Cov. *de ſponſalibus, p.* 1. *c.* 5. *n.* 11. & *part.* 2. *c.* 7. §. 4. *n.* 6. Matienço *ad Rubricam, tituli* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 68. *li.* 5. *Recopilation.* cum traditis à Cenedo *in Collectan. ad Decretales, collect.* 29. *n.* 1. Barboſ. *in Rubrica*, *ff. ſoluto matrimonio, part.* 2. *num.* 73. Moneta *de commutation. ultimar. voluntat. cap.* 4. *num.* 111. Layman *in Theolog. morali, tract.* 10. *part.* 3. *cap.* 6. *n.* 3. Auguſtin. Barb. *in*

collectan. ad text. in dict. capit. num. 2. & in dict. cap. ex publico 7. numero 2. & 3. Idem *in remiſſion. ad Concil. dicta ſeſſione 24. de Sacrament. matrimon. can. 6.* Baſilius Pontius *de matrimon. lib. 9. cap. 7. num. 2. & 3. & c. 9. per totum.*

2 Ratio decidendi, quoad primam noſtri *text.* partem ea eſt; ideo matrimonium ratum non conſummatum diſſolvitur, etiam quoad vinculum per ingreſſum Religionis, & profeſſionem, quia in matrimonio duo conſiderantur; videlicèt, conjunctio animorum, quas charitas ſignificatur, quæ inter Deum & juſtam animam conſiſtit; & conjunctio corporis, quæ ſignificat Chriſti & Eccleſiæ conjunctionem per aſſumptionem humanitatis, *capit. debitum, de bigamis*; & cum animorum conjunctio ſpiritualis ſit, & corporum conjunctio corporalis, *c. omne 27. quæſt. 1.* & conſequenter, ſicut corporalis commixtio, quæ ſit per copulam matrimonialem morte corporali tantum dirimitur, *cap. licitum, 32. q. 7.* docet Magiſter *in quartum ſententiarum, diſtinct. 7. cap. 1.* quem ſequuntur Theologi, & eſt certiſſima opinio de fide tenenda, teſte Victoria *in ſumma, de matrimonio, quæſt. 304.* Abbas *in dicto capit. ex publico, numero 43. & in capit. cum ſis, numero 4. hoc titulo*, Covarruvias *de ſponſalibus, 2. part. cap. 7. §. 4. numero 8.* ita etiam ſpiritualis, id eſt, conjunctio animorum; cùm ante copulam vir, & uxor non ſint una caro effecti; *cap. ad Apoſtolicam, hoc tit.* diſſolvitur morte ſpirituali, id eſt, per profeſſionem Religionis, quæ cenſetur mors ſpiritualis, *c. placuit, el 2. 16. q. 2. cap. verum 2. hoc tit.* Divus Thomas *in 4. diſtinct. 27. q. 1. ar. 4. column. 4.*

Ratio verò decidendi, ad ſecundam noſtri *tex.* partem ea eſt; videlicet, duos menſes dari ſponſæ ad ingreſſum Religionis; ne diu ſponſus malitiosè defraudetur debito conjugali, & propter timorem incontinentiæ ejuſdem ſponſi, docet Sotus *in 4. diſtinction. 27. quæſt. 1. articulo quarto, column.* 12. & ideo potius aſſignantur duo menſes, quàm aliud tempus, quia terminus duorum menſium reputatur brevis, *leg. non tantum, Codic. de legatis*; *leg. 2. C. de ſecundis nuptiis*; & præjudicium illius brevis temporis eſt parvi momenti; meritò non conſideratur: quomodo etiam eſt intelligendus text. *in cap. lator, qui filii ſint legitimi*; *leg. quod ſi nolit*, §. *Si quid ita, ff. de Ædilitio edicto*; *leg. 1. Cod. de temporibus appellationum, l. publicas, leg. omnes, Cod. de feriis, leg. auſertur*, §. *Qui compenſationem, ff. de jure Fiſci: l. mariti, C. ad leg. Juliam. de adulteriis*; *leg. tutor*, §. *Uſuræ. ff. de adminiſtratione tutorum, l. 3. C. de jure emphyteutico, l. proſpexit, ff. Qui & à quibus*; *leg. fin. & 3. Cod. ad leg. Juliam, de adulteriis*; *l. penultima, ff. de fidejuſſoribus*; *Authentic. ut factæ novæ conſtitutiones*, §. *Sancimus*: videndus Covarruvias *lib. 2. variarum cap. 2. num. 1.* Cujacius *in tit. ff. de diverſis tempor. præſcriptionibus, c. 13. ad finem.* Idem *lib. 30. obſervationum, c. 39.* Revardus *ad leg. duodecim tabularum, cap. 8.*

3 Primò, primæ noſtri tex. decidendi rationi obſtabit illa *Matth.* authoritas, *capit. 14.* verſiculo *Quos ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet*; relata *cap. 2. de tranſlatione Epiſcopi*: ergo matrimonium ratum, etiam conſummatum, ab hominibus per profeſſionem non poteſt diſſolvi. Sed reſpondendum eſt, hujuſmodi matrimonium per Religionis ingreſſum, non humana ſed divina authoritate dirimi, *cap. ſcripſit, 27. quæſt. 2. cap. ex parte 24. hoc titulo* Covarruv. *de ſponſalibus, 2. part. cap. 7. §. 4. num. 6.* Guttierrez *Canonicarum, cap. 27. n. 16.* Nec obſtabit, ſi dixeris non dirimi matrimonium ratum, per profeſſionem Religionis Divina authoritate; ſiquidem ſolemnitas voti quæ contingit per profeſſionem in Religione, fit per actum humanum, *cap. unico, de voto lib. 6.* & eſt inventa jure Eccleſiaſtico, ut explicat Cajetan. *2. 2. quæſt. 88. art. 7.* Covarruv. *d. §. 4. num. 8.* Quia reſpondendum eſt, jure Divino votum ſolemne dirimere matrimonii conſummationem, & cenſeri ſolemne illud, quod fit adhibita tali ſolemnitate, prout lex humana ordinavit, ut explicat Sotus *lib. 7. de juſtit. quæſt. 2. artic. 5. column. 7.* Ex quibus infertur, non poſſe defendi decidendi rationem eorum, qui exiſtimant ideo matrimonium non conſummatum diſſolvi per profeſſionem Religionis, quia ſolum conſummatum, dicitur matrimonium, *argument. text. in cap. non eſt dubium 17. quæſt. 2.* & eſſe indiſſolubile lege Divina; at verò non conſummatum eſſe diſſolubile ſolum ex diſpoſitione legis Eccleſiaſticæ; ita Gloſſ. fin. *in dict. cap. ex publico.* Sed apertè convincitur, quia licet matrimonium ratum non conſummatum non dicatur perfectum perfectione accidentali, quæ conſiſtit in ejus operatione, & uſu ad finem ipſius, hoc eſt, ad prolem ſuſcipiendam, *d. cap. dubium*; *27. qu. 2.* qui text. ita eſt intelligendus; tamen eſt perfectum perfectione eſſentiali, dum tamen interveniat ſolemnitas Concilii Trident. de qua *in ſeſſione 24. de reformatione matrimonii, cap. 1. l. nuptias, ff. de regul. jur. c. cum locum, cap. cum apud, de ſponſalibus*, ac proindè eſt inſolubile lege Divina; ut docent Theologi *in 4. diſtinct. 16.* Nec obſtabit text. *in cap. cum ſocietas.* verſiculo *Ut præter commixtionem ſexuum, non habeant in ſe nuptiæ conjunctionis Chriſti & Eccleſiæ Sacramentum, 27. q. 2.* quia verba illa, non ſunt legenda cum negatione illa, *non*, ſed abſque ea, affirmativè, quaſi diceret, & ſenſus eſſet, ut præter commixtionem ſexuum habeant in ſe Chriſti Sacramentum, ut ex originali reſtituit Covarruvias *ubi ſupra*, §. 4. *n.* 14. Guttierrez *dicto cap. 17. numer. 13. & 14.* & conſtat ex palea *ipſius text. in Decreto* relata.

4 Secundò, concluſioni ſupra dictæ obſtabit dicere, quod matrimonium de præſenti, copula conſummatum ideo diſſolvi non poteſt per profeſſionem Religionis, *cap. 2. cap. cum ſis, capit. uxoratus*; *hoc titulo*; quia authoritate humana conjuges ſeparari non poſſunt; *Matthæi cap. 19. cap. 1. de tranſlatione Epiſcopi, cap. quos Deus, 32. quæſtion. 2.* Sed prædicta authoritas, etiam militat in matrimonio rato non conſummato cum copula, quod eſt verum matrimonium, & Sacramentum novæ legis, *capit. debitum, de bigamis, capit. ad abolendam, de Hæreticis*; Tridentin. *dicta ſeſſione 24. capit. 1.* ergo matrimonium ratum non poteſt diſſolvi per profeſſionem Religionis. Quod dubium adeò difficile eſt ut nonnulli exiſtiment, non poſſe reddi rationem differentiæ, cur diſſolvatur per profeſſionem matrimonium non conſummatum, & non diſſolvatur matrimonium per copulam conſummatum. Sed ſolutio hujus difficultatis eſt; ideo matrimonium conſummatum non diſſolvi per profeſſionem Religionis, quia in eo non ſolum datur promiſſio quædam de perpetua cohabitatione, ſed etiam traditio actualis per quam uterque conjux tradit alteri poteſtatem ſui corporis ad uſus matrimoniales, *Paulus 1. ad Corinthios*, relatus *in capit. quidam 3. in fine, hoc titulo.* ubi vir non poteſt abſque uxoris voluntate ſe offerre Religioni; ſiquidem jam corpus, & voluntas non eſt propria offerentis, & Deo non placet votum, aut oblatio de rapina, *capit. non eſt putanda, 1. quæſt. 1.* Gloſſ. *in capit. ex tranſmiſſa, de decimis*; undè ſequitur matrimonio conſummato, non poſſe alterum conjugem ad Religionem converti; at verò matrimonium ratum non conſummatum ideo diſſolvitur per profeſſionem Religionis, quia licèt ſit quædam virtualis promiſſio, per quam vir, & uxor, jus quoddam habent ad petendam poſſeſſionem corporis conjugis ad uſus matrimoniales, nondum tamen habent ipſam poſſeſſionem & ideo quilibet ipſorum poteſt ſe Deo in Religionem tradere, & valet traditio, quia facta eſt ab eo, qui ſui corporis dominium habebat; argumento text. *in leg. quod tibi Cod. de his, qui à non domino*, & quia fit in uſus multo meliores, quàm matrimoniales: quæ ratio differentiæ deprehendi poteſt *ex dicto c. 2.* verſiculo *Quia cum non fuiſſent una caro ſimul effecti, hoc titulo*; id eſt, cum adhuc non ſit vera, & realis poſſeſſio translata; ita Divus Thomas *in 4. diſtinct. 38. quæſt. 1. artic. 3.* & probatur dicta differentia exemplo

venditionis; nam ſicut prima venditio, in qua nulla traditio intervenit, tollitur, & annullatur per ſecundam in qua fuit facta traditio, *l.quoties* 15.*Cod. de rei vindicatione*; ita etiam matrimonium non conſummatum, in quo nondum eſt tradita poſſeſſio, dirimitur per traditionem factam Deo, & Religioni: at verò conſummatum non dirimitur,quia in eo eſt facta realis traditio, ut ſuprà diximus.

5 Tertiò; ſolutioni obſtabit text. *in capit. fin.de ſponſa duorum*, dum probat, quod contrahens de facto matrimonium cum ſecunda, vivente prima, & cum qua nondum conſummaverat, licèt habeat copulam cum ſecunda, non dirimitur primum matrimonium. Reſpondendum eſt; ideo traditionem factam ſecundæ ſponſæ, *in dicto capit.fin.* non valuiſſe, quia non erat matrimonialis, ſed fornicaria, ſeu illicita, cum facta fuiſſet ab eo, qui poterat alteri ad uſus matrimonii ſe obligare, *dict. cap. gaudemus*, *de divortiis*. Nec obſtabit: ſi replices objiciendo juris regulam, qua docemur: Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt; *cap.quod ſemel, de regulis juris, lib. 6.leg.ſicut,Cod.de obligationibus, & actionibus*, cum nemo poſſit mutare conſilium in alterius præjudicium, *c. mutare, de regulis juris, lib.6.leg.nemopoteſt,ff.eodem*: Ergo licèt matrimonium, non fuiſſet conſummatum in ſpecie noſtri *text.* mulier illa non potuit à matrimonio ſemel contracto diſcedere in præjudicium ſponſi, & viciſſim ſponſus in præjudicium ſponſæ. Quia reſpondendū eſt,regulā illam,*quod ſemel placuit,&c.*eſſe veā,& procedere quoties quis temerè voluiſſet recedere ab eo,quod ſemel placuit; attamen ex juſta cauſa & natura rei,vel circunſtantiis æquitatis,poteſt recedere quilibet & ſic ſponſus poterit profitendoReligionē recedere à matrimonio, ex reſolutis in ſecunda decidendi ratione, & in præcedenti argumento. Nec etiam obſtat prædicta regula, *Mutare conſilium*, &c. Quia in textu noſtro ſponſa, quæ ingreditur Religionem, mutat conſilium in melius, quod facere licet, *capit. certè*, 12. *quæſtion.* 1. juxta illud, *Sapientis eſt mutare conſilium.* Nec obſtat exindè reſultare præjudiciū ſponſæ: quia nemini injuriam facit,qui profitetur; ſiquidem utitur jure ſuo,*l.nullus ff.de regulis juris; l.injuriarum*, §. 1.*ff.de injuriis.*

Quartò, huc uſque traditis obſtabit dicere; quod 6 per conſenſum matrimonialem, de præſenti, quilibet ſponſorum adquirit poteſtatem alterius ad uſus matrimoniales, juxta illud *Pauli ad Corinthios* 1. *cap.* 7. verſicul.*Vir non habebit poteſtatem ſui corporis, ſed mulier*: relatum *in cap.*2. *in fine, hoc titul. cap. non debet, de conſanguinitate,& affinitate*; ſed ſic eſt,quod is qui non habet ſui corporis poteſtatem, non poteſt ad Religionem converti, ut in *toto titulo, de ſervis non ordinandis,capit.manifeſtum, cum ſequentibus*, 33. *qu.* 2. ergo nec ſponſa de præſenti invito ſponſo. Cui dubio reſpondendum eſt, verum eſſe, quod qui ſunt in poteſtate aliorum, non poſſunt ſine eorum conſenſu profiteri: ex *juribus in argumento adductis*, Divus Thomas 2.2. *qu.* 88. *artic.* 8. Sotus *lib.* 8.*de juſtitia*, & *jure,qu.*8.*art* 3.Abbas,& omnes *in cap. ſcripturæ, de voto.* Sed per contractum matrimonium de præſenti, ante copulam (ut ſuprà diximus) non adquirit poteſtatem, nec dominium alterius: ergo vovere poterit. Nec obſtabit illa *Pauli* authoritas: quia procedit quando matrimonium per copulam conſummatum eſt: cæterum ante conſummationem, quilibet ipſorum poterit Religionem profiteri, ut in *textu noſtro*: & ſic diſſolvitur matrimonium per profeſſionem. Nec obſtabit, ſi dixeris matrimonium non dirimi per votum ſimplex, *capit. rurſus, qui Clerici, vel voventes*: *cap. unico, de voto, libro ſexto*, & ſic, nec per votum ſolemne; cum Deus non conſtituat differentiam inter votum ſimplex, & ſolemne, *dicto capit. rurſus*, *capit. juramenti* 22.*qu.*5.*capit.querelam,ne Prælati vices ſuas* Doctores omnes *in cap. debitores, de jurejurando*; Covarruvias *in capit.quamvis pactum*, 1.*parte*, §. 2. Quia reſpondendum eſt, apud Deum non eſſe differentiam inter votum ſimplex, & ſolemne; ut ſic utrumque debeat ſervari: ſed quoad vinculum differunt, quia ſimplex eſt tantum datio, ſolemne verò eſt rei datæ traditio, & acceptio facta in forma Eccleſiæ; & ideo magis peccat tranſgrediens votum ſolemne, quàm ſimplex; *c. Virginibus*, 27. *q.* 1.

Quintò, adverſus tex. *in dicto capit.ex publico*, ob- 7 ſtabit ſequens conſideratio: nam ſi contracto matrimonio, ante conſummationem licitum eſſet alteri ex ſponſis Religionem profiteri, multo fortius liceret ei, qui juravit cum aliqua contrahere: ſed hoc in caſu debet prius ſervare juramentum contrahendo matrimonium, quàm profiteatur ſponſus, *ut in capit. miſſum,de ſponſalibus*: ergo per profeſſionem matrimonium non debet diſſolvi. Cui dubio reſpondendum eſt, juvenem illum *in dicto capit. commiſſum*, *de ſponſalibus*, non obſtante juramento, potuiſſe profiteri Religionem: quod primo probatur, quia non videtur ſponſus infringere juramentum,qui ad Religionem confugit; *argumento text. in capit.* 3.*de jurejurando*: *capit. ſcriptura*, *de voto*; cum per Religionem magis quis conſtituatur in ſtatu perfectionis, notat Divus Thomas 2. 2.*quæſt.* 186. *artic.* 1. Rurſus, quia poſt contractum matrimonium, ex *text. noſtro*, ante conſummationem licet profiteri, ergo à fortiori licebit ante contractum matrimonium, ad vitandum circuitum, *Clementin. Auditor, de reſcriptis*: Barboſa *in axiomat. juris littera C. verbo*, *Circuitus*, *n.* 72. Rurſus, quia difficilius diſſolvitur matrimonium de præſenti, quàm ſponſalia de futuro, quia turpius ejicitur, quàm non admittitur hoſpes, *cap.quemadmodum*, *de jurejurando*: & quia ſponſalia, etiam jurata, diſſolvuntur per matrimonium de præſenti; *cap. ſicut* 22. *de ſponſalibus*; deindè, ſponſalia etiam jurata poſſunt diſſolvi adveniente morbo aliquo, aut aliqua rationabili cauſa, *dicto capit.quemadmodum, de jurejurando*: *cap. literas de conjugio leproſorum*. & ſic multo fortius debent diſſolvi per profeſſionem Religionis. Nec obſtant verba tex. *in dicto capit. commiſſum, de ſponſalibus.* Quia omiſſa interpretatione Innocentii *ibidem*, dicendum eſt textum illum loqui de conſilio, non verò de præcepto; notat Sylveſter, *verbo, Matrimonium,*7.*quæſt.*5. *num.*2.Covarruvias *de ſponſalibus*, 1. *part. capit.*5.*num.* 11.& conſtat ex eo, quia ſi tutius eſſet illi juveni contrahere matrimonium, & poſteà profiteri, tutum tamen erit ingredi Religionem dimiſſa ſponſa, ut ſupponere videtur verbum illud comparativum, *Tutius*, de quo in *text.illo*: nec ex eo, quod id ſit tutius infertur eſſe neceſſarium, quia ſatis eſt tenere quod eſt certum, licet ſit conſilium eligere quod certius eſt; nam licet ad ſalutem animæ ſit promptior via caſtitatis,quàm conjugii, *cap. nuptiarum* 27.*quæſtion.* 2. *cap. Nuptiæ*, 32.*quæſtion.* 1.*Clementina, exivit, de verborum ſignificatione*.Tridentin.*ſeſſ.*14.*de matrimonio, cap.* 10. Tamen poteſt quis eligere viam conjugii, *capit. integritas*, 32. *qu.*2.*cap. placet,in fine*, *hoc titulo.* Nec intelligas conſilium iſtud propter ſcandalum, ut vulgaris opinio exiſtit, Gloſ. *ibidem*: Quia actus perfectionis, qualis eſt Religio, non debet remitti propter vulgi opinionem: docet Divus Thomas 2. 2.*qu.* 43.*artic.* 7. *ad* 4. Nec obſtat quod juramentum, de quo *in dict.cap. commiſſum*, debebat præcisè ſervari, cum non vergat in diſpendiū ſalutis æternæ. Quia reſpondendum eſt,quod cum habeat tacitam conditionem,niſi res ad eum ſtatum pervenerit à quo incipere non poteſt, adveniente conditione deficit obligatio juramenti. Nec obſtabit, quod juramentum præſtitum in utilitatem partis, non poteſt ſine conſenſu partis remitti, nec in melius commutari, ut latè ſcripſi *in c.*3. *de jurejurando*:Quia reſpōdendum eſt,illud procedere in juramentis præſtitis ſuper rebus temporalibus; ſecus verò in juramento de contrahendo matrimonio, quod habet conditionem illam, niſi jurans profeſſus fuerit Religionem, & Deo tradiderit poſſeſſionem ſui corporis, & voluntatis,

tatis; ut ſentit Antonius 2. *parte*, *ſummæ*, *libro* 10. *cap.*2.

8 Sextò; prædictis obſtabit, quòd ſtatus Epiſcopalis eſt excellentior, & fructuoſior Monachali, licet Monachalis ſit ſecurior, *capite niſi cum pridem*,§.*Neque poteſt*, *de renuntiatione*; *capite licèt*, *verſ. Illa*, *de Regularibus*; Divus Thomas 2.2.*quæſt.*182.*artic.*1.Sed vovens Religionem non poteſt Epiſcopatum acceptare antequam adimpleat votum, *capite per tuas*, *de voto*: ergo ſic ſimiliter, *in d.capite commiſſum*,, in matrimonio carnali dicendum erit,cum valeat argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale; *capite* 2. *de translatione Epiſcopi*. Cui dubio reſpondendum eſt, quod ut votum poſſit in melius propria authoritate commutari, oportet, ut illud, quod commutatur, ex omni parte ſit evidenter melius, & Deo gratius, *capite ſcripturæ*, *de voto*: & ſi dubitetur, tunc neceſſaria eſt in communicatione illa Superioris authoritas,*cap.* 1. ubi latè agemus, *de voto*, Cajetanus *in ſumma* verbo, *Voti diſpenſatio*.verſic. *Ad concitandum*;& in 2.2.*quæſt.* 88. *articul.* 12. Angelus, *verb. Votum* 4.§.2.Covarruvias *in capite quamvis pactum*, 1.*p.*§.3.*numer.*4. verſic. *Ego vero*. Et licèt ſtatus Epiſcopalis, ex ſua parte, ſit excellentior Monachali;tamen ex parte acceptantis Epiſcopatum,dubium eſt, an Deo ſit gratius illum acceptare,licet acceptans vir juſtus ſit, quia Epiſcopalis functio, & dignitas continet onus Angelicis humeris formidandum, Trident. *ſeſſ.* 6. *de reformatione*; *capite* 2. & hac ratione,non licet illum appetere,*capite qui Epiſcopatum*,8.*qu.* 1. ideoque *in dicto capite per tuas*, propter hujuſmodi dubium, non licebit voventi ante implementum voti Epiſcopatum acceptare. Sed ſi hæc ſolutio tibi non placuerit, aliam ſolutionem pete, quam tradit Barboſa *in collectaneis ad text.in dicto cap.per tuas* 10. *de voto*.

9 Septimò, adverſus Gloſſam *in præſenti*, verbo, *Intra duorum menſium*, quam ſequitur Innocent. *ibidem*, *numero unic.* Abbas *num.* 11. dum exiſtimant illud bimeſtre tempus, de quo *text. noſter*; eſſe aſſignatum ſponſæ, ut intra illud teneatur profiteri,aut redire ad ſuum ſponſum, ad conſummandum matrimouiũ:obſtabit illud juris principium, quo cavetur, quod nemo admittatur ad profeſſionem ante annum probationis, *c. ſtatuimus*,*de Regularibus*,*c.* 2.*eodem*,*lib.*6.Trident.*ſeſſione* 25. *de Regularib. c.* 15. Ergo non rectè Gloſſa *in præſenti*,& eam ſequentes aſſerunt,illud bimeſtre tempus dari ad profitendum.Cui dubio, qui *Gloſſæ* opinionem ſequuntur, ſatisfacere conantur, dicendo, duos menſes dari ad ingrediendum,& profitendum ſpecialiter in ſpecie *noſtri text.* propter timorem incontinentiæ alterius in ſæculo remanſuri, & ne diu defraudetur à debito conjugali, ut *ſuprà* in ratione decidendi diximus quibus de cauſis, quandoque terminus à jure aſſignatus reſtringitur: Gloſſ.*in capite deſponſatam*: 27. *quæſtione* 2.Navar.*in Manuali*; *capite* 16.*num.*16.Abbas *in cap.quoniam frequenter*;verſic. *In aliis*;*numer* 48. *ut lite nobis conteſt.* quibus rationibus aſſerunt doctrinam *Gloſſæ* ſequentes, non obſtare Concilium Tridentinum, *capite* 15. *ſeſſ.* 25. *de Regul.* quia exiſtimant Concilium,*in dicto cap.*15.non loqui in terminis noſtri tex. *& dicti capitis ex publico*; ſed in terminis *dicti capitis ſtatuimus*,& corrigit deciſionem tex. *in dicto cap. ad Apoſtolicam*,*de Regularibus*; nec debet extendi ad caſum *noſtri tex.* quia generalis *text.* correctoria, non extenditur ad caſum particularem, habentem ſingularem rationem; Gloſſ. *in leg*,*ſciendum*, *ff. Qui ſatiſd. cogant.* Sed hac interpretatione omiſſa, verè dicendum eſt, illud bimeſtre tempus, de quo *in dict. cap. ex publico*, ſolùm dari ſponſo ad deliberandum de ingreſſu Religionis; at verò ad profeſſionem emittendam curſus unius anni tranſire debet, qui terminus à Judice mutari non poteſt; ita Thomas Sanchez *libro* 2. *de matrimon.diſputat.* 24.*n.*4.Baſilius *de matrimon. li.* 9. *cap.* 9.*per totum* Guttierrez *de matrimon.cap.*54.*numer.*14. Barboſa *in collectan.ad noſtrum text. & in dicto cap. ex publico numero* 8.Turrecremata *in cap ſunt qui dicunt*, 27.*quæſtione* 2.verſic.*Ad tertium ſic proceditur*;Barboſa *in collectan.ad Concil. ſeſſione* 24.*de Sacrament. Matrimon.can.*6.Soto *in* 4. *diſtinction.*27.*quæſt.* 7.*artic. colum.*12.cum quibus apparet ineptam fuiſſe ſequentium opinionem *Gloſſæ*, cum contrarium apparet ex verbis, & mente *noſtri tex.* & *dict. cap. ex publico* 7.*hoc tit. de converſ. conjugator.*

TITULUS XXXIII.
De converſione Infidelium.

Ad textum in cap. laudabilem 1. cap. ex litteris 2. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Uxorem quis habere non poteſt illam, quæ mariti necem machinavit; ſecus ſi machinatio non interceſſit.*
2 *Juſtum eſt,ut quis puniatur in eo,in quo deliquit.*
3 *Inſidias parare inter conjuges atrociſſimum delictum eſt.*
4 *Uxoricidium quando impediat, vel dirimat matrimonium.*
5 *Mala non ſunt facienda,ut indè veniant bona.*
Cap.qui habetis, 14. quæſt. 5.
6 *Infideles legibus Eccleſiaſticis non ligantur.*
7 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.*
Cap. ſi qua fuerit, §. Sed objicitur 31. quæſtion. 1.
8 *Impedimentum habile ad impediendum,& dirimendum matrimonium, ab Eccleſia induci poteſt.*
9 *Contrahendi fides ſimul & adulterium an deſiderentur ad impedimentum, & dirimendum ſecundum matrimonium ex prima fide celebratum.*
Cap. ſi quis vivente, 31. quæſt. 1.
Cap. 1. de eo qui duxit in matrimonium.
10 *Dictio*, maximè, *aliquando ſignificat* tantum.
Cap. 1. de divortiis, *conciliatur cum* capit. ſi quis vivente, 31. quæſt. 1.
Cap. illud 3. & cap. 1. 31. quæſt. 1.
Conanus in jure noſtro, ſine opere ſubſecute, non punitur; & iterum exponitur text. in dict. cap. 1. de divort.
11 *Homicidium non eſt impedimentum contrahendi matrimonium, niſi Sacerdos fuerit occiſus.*
Cap. qui Presbyterum,de pœnitent. & remiſſion. cap. qui Presbyterum, 24. quæſtion. 4.
12 *Vinculum conjugii ſemel habitum,nunquam ex civilibus cauſis diſſolvitur.*
Cap. quidquid 12. 31.quæſt. 5. *conciliatur cum* cap. 1. de divort.
Cap. quæſivit 2. de divortiis, capite idololatria, 28. quæſt. 1.
Cap. ſi qua mulier 6. 31. quæſt. 1.
13 *Machinatio mulieris, an divertendi tantum, an verò diſſolvendi matrimonii cauſam præſtet?*
Cap. omnes cauſationes, 32. quæſt. 7.

CONCLUSIO.

NOn poteſt quis illam habere in uxorem, cujus maritum occidit machinatio ipſius mulieris: *cap.* 1. *de divortiis*;& per *totam* 28. *quæſt.* 1. *cap. unico* 32. *quæſt.* 8. *cap.* 1. *relatum* 4. *capite quinto*, *cap.* 6. *&* 7. 31. *quæſtione prima*, *capite primo*, *capit. ſuper hoc* 3. *cap. cum haberet* 9. *& fin. de eo qui duxit in matrimonium*, *cap. ſi forte mulier* 11. *de pœnitentia*, *diſt.* 1. *cap. quod ait* 14. *diſt. cap.ſi dicat*, 33. *qu.* 5.*cap. interfectores*,*cap.quicumque* 7.*capite* 1

ad monet 8.33.*quæſt.*2.Concilium Meldenſe *cap.*6.Cõcilium Metenſe,*capite* 7.*l.conſenſu* 8.*Authentic. Jed nouo,Cod.de repudiis*, *Authent.de nuptiis*, §. *Per occaſionẽ*, *collat.*4.*Authent.ut liceat matri,& aviæ*, §. *Quia verò*, *collatione* 8.*leg.*12.*tit.*1.*lib.*3.*Ordinamenti*;*l.* 14.& 19. *tit.*2.*partit.*4. Exornant Thomas Sanchez *de Matrimonio*,*lib.*10.*diſputat.*2.*num.*3.& *lib.*7.*diſputat.* 7.§.5.*numero.* 3. Covarruvias *in* 4. 2. *part. cap.* 6. Matienço *in rubrica de matrimonio*,*n.*135.*lib.* 5. *Recopilationis*, *tit.* 1.*gloſſ.*1.*num* 178.Baſilius *lib.*7.*de matrimon.de impedimento criminis*, *capite* 45.& *c.*52.*num.*6.Guttierrez *de matrimonio*, *cap.*95.& *numero* 9.& *capite* 115. *numero* 10.Idem *lib.*1.*Canonicar.quæſt.*3.*puncto* 6.*n.*5.Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnit.lib.*31. *num.*130.*verſ.*2. Ægidius *de Sacramentis*,*diſp.* 31.*dubit.*5.*num.* 55. *Syl-veſter in ſumma*,verbo *Matrimonium*,7.*quæſtion.*9.Turrecremata *in cap.ſi quis vivente*,31. *qu.*1.*n.* 5.Emmanuel Sa *in ſumma*, verbo, *Matrimonium*, Vega 2. *tom. ſummæ cap.*34.*caſu* 74. *notabili* 4. Divus Thomas *in* 4. *diſtinct.*35.*quæſt.unica*,*in fin.in expoſitione literæ Magiſtri.* Idem *part.*3.*qu.*60.*artic.*2. *in additionibus*, Valencia 2. *part.diſput.*10.*qu.*5.*punct.*3.*Navarrus in ſumma*, *cap.*22.*num.*46.Toletus *lib.*7.*ſummæ*,*capit.* 6. *numer.*2. Menochius *de arbitrariis*, *caſu* 360. *num.* 82.Farinac. *in praxi criminali. quæſt.*143.*numero* 155.Decianus *lib.* 9.*tractat.criminalium*,*cap.* 13.*num.*16.& *cap.*14. *n.*44. Boerius *deciſione* 262.*n.*3.cum traditis à Barboſa *in collectan. ad noſtrum textum.*

2 Ratio; quare non poteſt quis illam habere in uxorem, cujus maritum occidit machinatione ipſius mulieris, eſt, quia juſtum videtur, ut quis puniatur in eo, in quo peccavit, *capite literas*, *de tempor. ordin.* Siquidem peccat contra matrimonium, qui uxorem occidit, ſicut & uxor ſi occidat maritum, vel ejus machinatione ille ab alio occidatur, *capite interfectores*, 33. *quæſt.*2.cum nihil atrocius in conjugio reperiri poſſit, quàm inſidias parare, vel dare anſam inſidiandi vitæ alterius conjugis, cùm uterque conjux arctiſſimo, ac ſummo amicitiæ vinculo, vivere debeant, Thomas Sanchez *lib.*7.*de matrimonio*, *diſput.*78.*num.* 1.Ideoque ea ratione prohibetur, ne quis poſſit in uxorem habere illam, cujus machinatione maritum ejus occidit, *cap. ſi quis viventi*, 31.*quæſt.*1. nam uxoricidium ex ſtatuto Eccleſiæ matrimonium impedit, ſed quandoque non dirimit contractum: impedit, quando propter adulterium vir occidit uxorem, aut etiam propter odium: tamen ſi timetur de incontinentia ipſius, poteſt cum eo diſpenſari per Eccleſiam, ut licitè matrimonium contrahat: quandoque etiam dirimit contractum, 3 veluti ſi aliquis interficit uxorem ſuam, ut ducat eam cum qua mœchatur; tunc enim efficitur illegitima perſona ſimpliciter ad contrahendum cum illa; ita ut ſi de facto cum contraxerit, matrimonium dirimitur; ſed per hoc non efficitur ſimpliciter perſona illegitima, reſpectu aliarum mulierum; undè ſi cum alia contraxerit, quamvis peccet, contra ſtatutum Eccleſiæ faciens; tamen matrimonium contractum non dirimitur, Divus Thomas 3. *part. quæſtione* 60. *artic.* 2. *in additionibus.* Secus verò eſt dicendum, ſi ſine machinatione homicidium fuerit ſecutum. Ratio eſt, qui maleficia voluntate,& propoſito diſtinguuntur, *cap. cum voluntate*, *de ſententia excomunicationis*: & quoniam pœna non eſt ulterius protrahenda, quàm fuerit delictum in excedente repertum, *c.* 1. *de his quæ fiunt à majori parte Capituli*; nam edictum de matrimonio non contrahendo eſt prohibitorium, & quicunque non reperiuntur prohibiti, cenſentur admiſſi, *cap.cum apud de ſponſalibus*, ideò mulier, quæ non procuravit interitum mariti, non impeditur contrahere cum eo, qui ex alia cauſa illum occidit; *capite ſignificaſti*, *de eo qui duxit in matrimonium* non tamen excuſatur quis quo minùs in hoc impedimentum incidat; ſi aliter ex machinantibus alterius conjugis mortem, infidelis exiſtat, ac fideles eam intentarit, ut conjugis morte ſecuta, alliciat infidelem ſpe ineundi cum ipſo conjugii, ut fidem reducatur, cum ut *text. noſter* aſſerit, tale damnum cum tali lucro Eccleſia compenſare nolit; ſiquidem non ſunt facienda mala, ut indè eveniant bona, nec eſt committendum aliquod delictum, propter bonum alicujus, etiam ſpirituale, quod indè ſequatur: ſic licèt Sarraceni, perſuaſionibus mulierum, quarum viros occiderunt, ad fidem fuiſſe converſi, ut conſtat *ex text. noſtro*, verſic. *Per ipſas*, nihilominus tamen tale lucrum cum homicidio, ab ipſis patrato minimè compenſatur; quemadmodum furtum non eſt committendum, ut undè fiant eleemoſynæ, *cap.non eſt putanda* 1. *quæſt.*1.*cap.fortè*, 14.*quæſt.*3. Nec huic ultimæ deciden di rationi obſtabit text. *in capite qui habetis* 15. *quæſt.* 3. ubi de malè, & illicitè adquiſitis poteſt fieri eleemoſyna: quia eſt intelligendum de quæſitis, mediante aliquo actu illicito, & contra legem aliquam quæſita; quorum adquiſitio interim non eſt injuſta ſive contra juſtitiam commutativam, cum in illis adquiratur dominium, veluti lucrum meretricis, aut Clerici negotiatoris, ut latè refert Barboſa *in collectaneis ad noſtrum text. num.* 5.

Primò, obſtabit dicere, quòd in præſenti hoc impedimentum infidelem ante baptiſmum non potuiſſe ligare quia infidelis legibus Eccleſiaſticis adſtrictus non eſt, *Apoſtolus ad Corinth. capite* 4. verſ. *De his qui foris ſunt nihil ad nos*, de quo mentio habetur *in* 3.*gaudemus de divortiis*; neque per baptiſmum, quia per baptiſmum omnia crimina dimittuntur, *capite deindè*, 26. *diſtin. capit.firmiſſimè*,*de conſecratione*,*diſtinct.*4. *capite majores*, *de baptizmo*; Trident. *ſeſſione* 5.*de peccato originali*: Ergo infidelis in præſenti, qui maritum occidit, poterit poſt baptiſmum, cum uxore occiſi matrimonium contrahere. Verùm hoc dubio non obſtante, veriſſimum eſt, nec etiam infidelem poſſe cum uxore occiſi matrimonium contrahere. Nec obſtat dubitandi ratio *ſuprà* adducta, etiam ſi laborent Interpretes in exponenda ratione, qualiter poterit Eccleſia infidelibus hoc impedimentum imponere in pœnam delicti tempore infidelitatis admiſſi, & qualiter illa pœna per baptiſmum non extinguatur, cùm omninò præterita delicta aboleat: Et quidem huic difficultati dupliciter ſatisfaciunt. Primò dicunt, impedimentum illud commune eſſe fideli,& infideli, mortem conjugis machinantibus; quare etſi ceſſet per baptiſmum ex parte infidelis, tamen manet ex parte fidelis. Secundò dicunt, deleri per baptiſmum peccata, & ipſorum pœnas, non tamen impedimenta: Sic Oſtienſis *in præſenti*, *num.* 2. Joannes Andreas *nu.*3. Ancarranus *nu.*7. Zabarella *oppoſition.* 1. Sed neutra ſolutio difficultatem diſſolvit, non enim explicat quare Eccleſia pœnam hanc infidelibus à ſua juriſdictione exemptis ſtatuere potuerit.

Quare ea, & aliis omiſſis, verius dicendum eſt infideli eam pœnam indictam non eſſe, nec indici potuiſſe ab Eccleſia, ſed ſoli fideli ut perpetuò nequeat cum illo infideli, quantumcunque ad fidem converſo matrimonium contrahere, ſicut hodie ex Eccleſiæ præcepto irritum eſt matrimonium fidelis cum infideli, non ob impedimentum infidelis, ſed quia fidelis eo impedimento Eccleſiaſtico afficitur; meritò ſi alter machinatorum baptizatus erat, matrimonium erit nullum, ut conſtat ex *tex.noſt.* indè infertur, quòd ſi uterq; conjux infidelis ſit non oriri impedimentum, cum hoc non impediat ex natura rei, ſed tantum ex lege Eccleſiaſtica, quâ infideles non tenentur; Enriquez *lib.*12.*ſummæ*, *capit.*14. *num.*2. Thomas Sanchez *lib.*7.*de matrimonio*,*diſput.*88. *num.*3.*in fine*, Baſilius *lib.*7.*de matrimonio*, *diſput.* 45.*in fin.* Zabarella *in præſenti*,*n.*3. Barboſ. *in collectaneis ad noſtrum text. num.*3. Andreas Valenſis *in tit.de eo*, *qui duxit in matrimonium*, *num. fin.*

Secundò, adverſus ea, quæ refert *text. noſter* 4 videlicet, ſatis eſſe, quod impedimentum hoc dirimens contrahatur conſilio, aut mandato quod ad conjugis mortem cooperatur; ſiquidem in *text. noſtro*, uxor fidelis non interfecit virum, ſed infidelis uxoris ma-

machinatione, & inſidiis illum occidit: & tamen ſolùm ponderatur conjugis mortis machinatio, quæ non petit ut propriis manibus fieri, ſed qualicunque comparatione, non tamen ſufficere ratihabitionem conjugis, etiam cum adulterio, ut tenent Doctores omnes *in præſenti*: obſtabit dicere, quod ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, etiam in delictis: *cap. ratihabitionem* 10. *de regulis juris lib. 6.cap.finali, de jurejurando, lib.*6.quæ regula etiam locum habet,quoad excommunicationis ſententiam ferendam, *capit. cum quis, de ſententia excommunicationis, lib.*6. Ergo ſola ratihabitio abſque operatione, vel conſilio ſufficit, ut hoc impedimentum contrahatur. Cui dubio reſpondendum eſt, quòd quamvis ex noſtri *text.* deciſione, ad hoc impedimentum ſufficiat juſſio, conſilium, aut auxilium, non tamen ſufficit ratihabitio. Ratio diverſitatis eſt, quia ratihabitio non dicitur cauſa actus, nec ad illum concurrit, ſicut concurrunt conſilium, juſſio, vel auxilium. Nec obſtat, quod ratihabitio retrotrahitur, & mandato etiam in delictis æquiparatur: quia id fictione juris fit, & ut hæc locum habeat, extrema debent eſſe habilia ad ipſum actum exercendum quod hic eſſe non poteſt, quia morte jam illata, machinatio mortis, quæ ad hoc impedimentum requiritur, ampliùs intervenire non poteſt; Gloſſ. *verbo, Occidiſſe, in cap. ſi quis vivente* 31.*qu* 1.Oſtienſis *in præſenti*; Thom.Sanch.*dict.li.*7.*de matrimon,diſp.* 78. *n.*6. Andreas Valenſis *ad tit. de eo qui duxit*: *n.* 1. Abbas *in præſenti*, *n.* 10.

5 Tertiò, obſtabit illud Sanctiſſimi Davidis factum, qui cum Berſabè adulterium commiſit, & mortem Uriæ machinavit, cùm eum interfici juſſiſſet, & poſtea David eam Berſabem uxorem duxit, ut refertur,*in cap. ſi qua fuerit*, §. *ſed objicitur*, 31. *qu.* 1. cujus authoritate Lutherani exiſtimarunt fruſtra hoc impedimentum à jure Canonico eſſe ſtatutum. Cæterum ineptiſſima eſt eorum impugnatio, cùm ex rationibus ſuprà adductis, ſatis apertè conſtet, quàm juſtè ab Eccleſia impedimentum hoc, etiam dirimens matrimonium, ſtatutum ſit. Nec obſtat illud Davidis factum, ſeu exemplum; quia eo tempore, non erat hoc impedimentum ab Eccleſia ſtatutum, ut notat Thomas Sanchez *dicta diſp.*78 *n.*1.*in fin.* ſiquidem Eccleſia poteſt ratione delicti inducere novum impedimentum habile ad impediendum, & dirimentum matrimonium, *cap. finali, de eo qui duxit in matrimonium*; notat Abbas *in præſenti*, *n.* 4. *in fine.*

6 Quartò, adverſus ea, quæ *in præſenti* notant omnes videlicet,omnino oportere datam eſſe fidem, & interveniſſe verum adulterium ante mortem conjugis; nam ſolum adulterium aſſerunt non obſtare matrimonio contrahendo, *cap.ſignificaſti, de eo qui duxit in matrimonium*; *dicto cap. ſi quis vivente*, 31.*quæſt.*1. Obſtabit text.*in cap.*1.*de eo qui duxit in matrimonium*; verſiculo *Et illàm maximè,cui fidem dederat, uxore ſua vivente*; ponderando verbum illud, *Maximè*, quaſi diceret idem eſſe, & ſufficere, ſi ſolum adulterium, abſque fide contrahendo commiſiſſet. Sed reſpondendum eſt, dictionem illam, *Maximè*, idem ſignificare, ac ſi diceret *Tantum*; quaſi ſenſus ſit quod conjugium iniri non poteſt cum ea fœmina, cum qua non tantum adulterium commiſſum eſt, ſed etiam ſi ſimul data eſt fides de contrahendo matrimonio poſt mortem conjugis, in qua acceptione, *maximè*, etiam accipitur; text. *in cap. ſi quis Epiſcopus damnatus*,11.*quæſt.*3. *cap. cum contingat,de foro competenti*: notat Abbas *ibidem*, *n.* 3. Thomas Sanchez *ubi ſuprà*,*n.*1. Valenſis *in Rubrica, de eo, qui duxit*, *n.* 3. Aliàs autem ſola machinatio animo matrimonium contrahendi, abſque adulterio ſufficit, ut diximus;& conſtat ex *tex. noſtro*, ubi nulla adulterii mentio habetur: ſed tantum de machinatione viri abſque adulterio, & nihilominus ſola machinatio, cum animo contrahendi, eſt impedimentum dirimens, ſi mors ex illa machinatione fuerit ſequuta; nam ſola machinatio morte non ſequuta ſufficiens non eſt, *d.c.ſi quis vivente*,31.*q.*1.*c.laudabilem,hoc titul.* Baſilius *ubi ſuprà*, *num.*4.

Quintò, his omnibus valdè obſtabit text. *in cap.* 1. 7
de divortiis, ubi ſtatutum eſt, quod ſi qua mulier cum aliis in necem mariti ſui machinata eſt, & maritus aliquem illorum, qui ipſum interficere volebant, de conſilio, & conſenſu uxoris, ſe defendendo occiderit, poteſt poſt mortem uxoris, ſi voluerit aliam ducere, ipſa autem inſidiatrix, abſque ſpe conjugii pœnitentiæ ſtat ſubjecta: ex cujus deciſione conſtat, quòd etiam ſi mariti mors non fuerit ſecuta, nihilominus mulier inſidiatrix, abſque ſpe conjugii decedente marito manebit. Quæ jura ita ad invicem contraria ad concordiam reduces, ſi dixeris diſcrimen eſſe conſtituendum inter eum caſum,quo mulieris machinatio ſola in mortem mariti,vel ſola machinatio in morte uxoris intercedit ob adulterium,vel odium,abſque fine aliquo ineundi alterius matrimonium; & inter eum caſum, quo machinatio mortis alterius conjugis, ſimul cum adulterio intervenit: primo enim caſu,cõjugis machinatio nuptias impedit contrahendas, tamen non dirimit contractas: ita ut conjux, qui alterius vitæ inſidiatur, poſt ejus mortem nubere prohibeatur, nuptus tamen in conjugio permaneat; & ita eſt intelligendus textus *in dict. c.* 1.*de divortiis*, *cap. interfectores*, *cap. admonere*,*cap. quicunque* 33.*quæſt.*2.Thomas Sanchez *lib.*7.*de matrimonio diſp.*16.*num.*1.Baſilius *de matrimonio*, *lib.* 6. *de impedimentis*,*cap.* 14. *num.* 2. attamen poſteriori caſu, quando cum adulterio intervenit machinatio mortis alterius conjugis, ſi illa effectum ſortiatur ad finem matrimonii contrahendi cum eo, cum quo adulterium commiſſum eſt: Tunc non tantum impediuntur nuptiæ, ſeu etiam contractæ dirimuntur; text. ita intelligendus *in dicto cap.ſi quis vivente*, 31.*qu.* 1.*cap.* 1. *cap. ſignificaſti*, *cap.ſuper hoc*, *de eo qui duxit in matrimonium*: textus noſter intelligendus, Thomas Sanchez *dicta diſput.*78.*num.*2.Enriquez *dict.li.*12.*cap.*14.*n.*2. Sylveſter, *verbo, Matrimonium*, 8.§.9. Si enim conjux mortem conjugis machinatur, nec ea ſubſequatur, vel ſubſecuta, non veſtiatur fine contrahendi alterius matrimonium, nuptiæ non impediuntur,ſed poterit adulter, & conjux ſuperſtes, altero defuncto, matrimonium inire,*d.c.ſi quis vivente*,verſic.*Occidiſſe notetur*,31.*q.*1. quæ verba manifeſtè petunt actum mortis conſummatum,& malitioſum, notaque infamiæ dignum, ut nuptiæ hoc in caſu prohibeantur,Thomas Sanchez *d.diſp.* 78.*num.* 13.

Sextò, ſolutioni obſtabit text. *in capit.illud* 3. 31. 8
*quæſt.*1.ubi in Concilio apud Althæum habito, *cap.* 6. ſtatutum eſt, quòd ſi quis cum uxore alterius, eo vivente, crimen fornicationis commiſerit, moriente marito, aditus ei claudatur illicitus, ne ulterius ei conjungatur matrimonio, quam priùs polluit per adulterium: quod etiam refertur *in cap.nullus* 1. *eadem cauſa & quæſt.* Ex quibus juribus conſtat ſolum adulterium eſſe impedimentum contrahendi matrimonium. Sed reſpondendum eſt jura illa eſſe intelligenda terminis habilibus ſuppoſitis, in quibus exaudiendum, & ſupplendum eſt machinationem interveniſſe; & ſic procedere eo caſu, in quo cum adulterio concurrit duplex crimen; ſcilicèt adulterium cum machinatione mortis alterius conjugis, aut cum fide data de contrahendo futuro matrimonio, poſt conjugis mortem, vel cum contractu matrimonii de præſenti cum adultera, ſuperſtite altero conjuge; merito ideò decernitur matrimonium contrahi non poſſe cum ea muliere, quæ vel machinata fuit necem mariti eo animo, ut adultero nuberet vel fidem de futuro conjugio ineundo, poſt mortem mariti dedit, vel de facto contraxit cum eo, cum quo adulterium commiſit ſuperſtite viro ſuo, aliàs enim, ſi ſolùm adulterium interveniſſet, licitum eſſet matrimonium cum illa contractum;*c.ſi quis vivente*, 31. *quæſt.*1.*cap.ſignificaſti, de eo qui duxit*: Thomas Sanch. *dict. diſp.* 78. *num.* 1.

Septimò, adverſus ſolutionem ſuprà in quintò dubio 9
traditam

traditam ad text. *in d.cap.*1.*de divortiis*; dum ibi asseruimus solam mulieris machinationem etiam morte mariti non secuta esse impedimentum impediens; ita ut post mortem mariti, absque spe conjugii remaneat, obstabit sequens consideratio; videlicèt, quòd quamvis mulier, *in dicto capite* 1. *de divortiis*; valdè deliberatam voluntatem occidendi maritum habuerit; tamen conatus ille effectum non habuit, cum mariti mors non fuisset secuta, sed solus conatus, sine opere subsecuto in jure nostro non punitur, *capite fin. de sponsalibus*, *capite ultimo*, 15. *quæst.* 1. *capite sicut*, 32. *quæst. secunda*, *c. cogitationes*, *cap. solicitatores* 15. *de pœnitent distinct.* 1. *l. cogitationis*, *ff. de pœnis*, Covarruvias *in Clementina*, *si furiosus*, 2. *part. in principio*, *numero* 5. Ergò quamvis mulier, *in dict. cap.* 1. *de divortiis*, ex ea causa marito insidians occidere intenderit, cũ tamen ipsum non occiderit, non potuit puniri pœna privationis conjugii. Cui dubio conatur satisfacere Præpositus, *in dicto cap.* 1. *de divortiis*, *numero* 5. dum asserit; ideò mulierem *ibidem* puniri pœna privationis futuri conjugii, non quidem ex machinatione in mortem mariti; sed ex homicidio facto à marito, cui ipsa causam præbuit; ita quod machinatio in mortem conjugis, secuto indè homicidio, machinatorem privet spe conjugii; ita ut post mortem conjugis, non possit cum alio matrimonium contrahere. Sed hæc interpretatio sustineri non potest, eo quod verbis *text.* manifestè repugnat, cum non mariti homicidium, sed solam machinationem perpendunt ad hoc, ut ipsa futuri conjugii spe carere debeat. Quare *Ostiens. ibid. n.* 2. asserit, quòd *in d c.* 1. mulieris conatus effectum fuit consecutus, quoniam licèt non sit occisus ille, quem mulier occidere intendebat, tamen de altero occiso tenetur, quoniam consilium ad necem mariti dedit, ex quo alterius mors secuta fuit; siquidem, qui ad crimen committendum consilium dat, tenetur etiam de eo, quod ultra consilium factum est, *c. is qui*, *de homicidio*, *l.* 6. *l. quoniam multa. C. ad l. Juliam*, *de vi publica.*

Quare omissa etiam interpretatione, quam referunt Butr. & Zabar. *in d. c.* 1. *n.* 14. verissimè est dicendũ, quòd etsi *in d. cap.* 1. *de divortiis*, mariti homicidium non fuerit secutum, tamen mulier punitur pœna privationis futuri conjugii, quia machinatio mulieris, non tantum intra animum retenta fuit; sed etiam ad opus externum processit, quæ ad proximum ipsius consummati sceleris pervenit, nec per mulierem conantem stetit; siquidem conatum peregit: sed per maritum, qui se defendendo occisorem impedivit, ut constat *ex eodem cap.* 1. versic. *Se defendendo*; quo casu conatus ipse ad exteriorem actum deductus, etiam sine opere subsecuto perindè puniri debet, ac si delictum esset perfectum, & consummatum: quod maximè in atrocioribus criminibus procedit, in quibus conatus, qui per exteriorem operationem processit, perindè punitur, ac si delictum opere perfectum fuisset, si per ipsum conantem non stetit, quin delictum consummaretur, cum fecisset quidquid ad actus perfectionem potuisset; *capite si quis non dicat* 6. *cap si quisquis* 9. *c. si fortè* 11. *cap. si quis*, *de pœnitentia*, *distinct.* 1. *cap.* 1. *de homicidio*, *lib.* 6. *l. eis qui cum telo*, *Cod. de sicariis*; meritò cum mariti homicidium, tàm grave crimen sit, debuit mulier, licèt non fuerit consecuta effectum, ex illo solo tantum conatu puniri; docet Glossa *in d. c.* 1. verbo, *Insidiatrix*, quam sequitur Menoch. *de arbitrar. casu* 360. *numero* 82.

Octavò, adversus id quod refert text. *in dict. capite* 1. *de divortiis*; dum asserit, maritum qui se defendendo aliquem occiderit, posse post mortem insidiatricis mulieris uxorem ducere, rationem reddens, quia pro sui defensione homicidium commisit, & sic videtur insinuare à contrario sensu, quod si sine defensione homicidium commisisset, esset impedimentum contrahendi matrimonium: Obstabit dicere, quòd homicidium non est impedimentum contrahendi matrimonium; siquidem tantummodo speciale est, quando quis Clericum occideret, qui ut minister in matrimonio interesse debet & ea ratione interfector eo Sacramento privatur, *capite qui Presbyterum* 2. *de pœnitentiis*, *& remissionibus*; *capite qui Presbyterum* 24. 17. *quæstione* 4. Cui difficultati respondendum est, verum esse, homicidium regulariter loquendo, non impedire matrimonium contrahendum, nisi in casibus expressis si Glossa verbo, *si voluerit*, *in d. cap.* 1. *de divortiis*, veluti, Presbyterum quis occiderit, quamvis si de facto contrahatur, non sperantur, Thomas Sanchez *libro* 7. *de matrimon. capite* 6. *n.* 9. Basilius *dicto lib.* 6. *capite* 14. *num.* 2. Tolet. *in summa*, *lib.* 7. *cap.* 19. Nec huic resolutioni obstat text. *in dicto cap.* 1. *de divortiis*; quia dum asserit homicidium à maritò factum, ad propriæ vitæ defensionem ipsum non privari spe futuri inc ũ ji conjugii, quia exaudiendum est verbum illud, *Maximè*; ita ut ratio decisionis in necessitate homicidii non consistat; siquidem homicidium, non sit impedimentum coëundi matrimonium maximè, & præcipuè, si ie defendendo aggressorem maritus occidisset; & sic verbum, *Maxime*, addendum esse *in d. cap.* 1. asserit Præpositus *ibidem*, *allegat.* 2. quæ interpretatio, si tibi non placuerit, poteris, & melius dicere, text. *in dicto capite* 1. in quo homicidium à marito factum fuisse pro sui defensione asseritur, respexisse ad innocentiam mariti, & inculpabile homicidium; non ad hoc, ut posset post mortem mulieris, aliud matrimonium contrahere quia id per se patet; sed ad hoc, ut posset uxorem dimittere, & ab ea divortium facere: fuit enim illius tex. potissima dubitatio an posset maritus uxorem dimittere eo quod ipsa ejus vitæ insidiaretur, si aliquem se defendendo occidit; Et deciditur, quia ignoscendum est marito, qui pro sui defensione aliam occidit, argumento tex. *in capite literas*, § *fin. de restitutione spoliator cap. ex transmissa*, *eodem. cap.* 1. *ut lite non contestata*; *cap. de benedicto*, ; 2. *qu.* 1. nam sicut potest maritus ob ejus sævitiam dimitti, ex *dictis juribus*, Thomas Sanch. *lib.* 10. *de matrimon. disp.* 18. ita etiam uxor potest à marito dimitti, si insidietur, & pariat mortem ipsi marito, eique restitutionem petenti objiciet maritus exceptionem hanc insidiarum, qua objecta, mulieri restitutio denegatur, nisi aliquo modo compesci possit, & cautione sufficienti tali commodo provideri, *d. cap. literas*; *in fin.* Ostiens. *in d. cap.* 2. *de divort. n.* 2. Panorm. *n.* 4. Quod tantum est intelligendum, quoad, quoad torum, & mutuam cohabitationem, quia quoad vixerint sẽper conjuges erunt, *c.* 2. *de divortiis*. nam vinculum conjugii semel habitum, nunquam ex illis causis viventibus conjugibus amittitur, *cap. Apostolus*, cum aliis, 32. *qu.* 7. Ostiensis & Abbas *ubi suprà.*

Nonò, his omnibus obstat text. *in capite quidquid* 12. 32. *quæst.* 5. ex cujus decisione constat mulierem aliquid machinantem, aut facientem in mortem viri, non posse ab ipso dimitti, nisi crimen adulterii committat: igitur sola machinatio mulieris sufficiens non est ad separationem conjugii inducendam; sed necessaria omninò est fornicationis causa, contra ea, quæ nuper tradidimus. Difficultatem agnovit Gloss. *ibidem*, verbo. *Quidquid*, & in *c. quemadmodum*, verbo, *Denuntiare*, *de jurejur.* in quam ut dissolvat, asserit decisionem text. *in d. capite* 1. *de divortiis*, correctam esse per text. *in dict. c. quidquid*; ita ut hodie non possit maritus uxorem dimittere, etiam si vitæ ejus insidias tendat. Quæ solutio sustineri non potest, tum quia si text. *in d. capite quidquid*, loqueretur in terminis decisionis, text. *in d. cap.* 1. *de divort.* careret ratione, cum magnam tribueret uxoribus delinquendi licentiam, & occasionem, & iniquissimum esset cogere maritum, cum ea machinatione in ejus vitam, & gravi vitæ periculo cum ipsis manere: tum etiam, quia frustranea esset decisio tex. *in d. cap. de divortiis*, si per text. *in d. cap. quidquid*, correct. maneret? siquidem nihil diminutum, aut superfluum in jure esse debet, *cap. cum expediat*, *de electione*, *lib.* 6. Quare ea rejecta, respondit Turrecremata *in dict. cap. quidquid*; text. illum esse intelligendum, in machinatione

tione facta in cauſa licita, qualis eſt accuſatio judicialis, quæ machinatio cùm non tendat ad mortem mariti, & ejus ſecuritati actu judiciali provideri poſſit, mirum non eſt, quod propter eam maritus ab uxore non ſit ſeparandus, quam ſequitur Panormitanus *in c. quemadmodum* §. *fin. in fine de jurejurando*: Sed hæc ſolutio difficultatem non exhaurit: nam repugnat expreſſè verbis text. *in dict. cap. quidquid.* verſic. *Quidquid mulier tua contra te cogitaverit*: quæ verba cum generaliter proferantur, generaliter etiam accipi debent argumento text. *in cap. quia circa de privilegiis*, Gloſſ. *verbo generali, in c. 2. de conjugio leproſorum*, & ſic verba illa ad caſum machinationis in accuſationem mariti reſtringi non debent; maximè, cum ſtatim exprimatur caſus accuſationis, in verſic. *Si te accuſaverit*, ponderando dictionem illam, *Vel*, quæ diſiunctionem caſus denotat. Vlterius, ſi verum eſt ob machinationem ſolam circa licitas res ſeparationem fieri non poſſe, ſequetur exinde, quod ſi ad factum mulier deveniſſet, quod ſeparatio fieri valeat, etiam extra caſum adulterii; quod ipſemet *text.* aſſerit in verbum illud, *Quidquid*, quod ſignificat ſeparationem fieri non poſſe, quidquid mulier contra maritum fecerit.

Quare ea omiſſa, dicendum eſſe exiſtimamus, differentiam conſtituendam eſſe inter ſeparationem quoad torum & cohabitationem perpetuam, & inter ſeparationem ad certum, vel incertum tempus factam, perpetua enim dimiſſio, & divortium abſolutum fieri non poteſt, niſi ob ſolam fornicationem carnalem, *Matth. cap. 5. & 19. cap. ſignificaſti*, *cap. gaudemus*, cum alijs, *de divortiis.* Thom. Sanchez *lib. 10. de matrimon. diſp. 3.* Separatio verò temporalis, ob alias cauſas præter fornicationem, licita erit, ac de jure permiſſa, quæ tamdiù durat, quamdiù cauſæ ipſæ permaneant: Si enim conjux ſævior ſit, aut mortem mulieris machinetur, quam ob cauſam unus divertat, ceſſante ſævitia, & machinatione, inſtauratur matrimonium: Bellarminus *libro 1. de matrimonio*, *capit. 14.* §. *Secunda cauſa eſt*, Thomas Sanchez *dicto libro 10. diſputatione 15. num. 2.* Ratio deducitur, quia fornicationis cauſa ex ipſa conjugii natura petitur, eo quod fides promiſſa violata eſt, & cum hæc ſit perpetua ita & dimiſſio, quæ propriè *divortium* appellatur: ſiquidem non eſt divortium, niſi quod animo conſtituendæ perpetuæ ſeparationis ſit, *cap. divortium, de pœnitent. diſtinct. 1. l. divortium, ff. 3. de divortiis.* Cæteræ autem cauſæ, cum non ſint ex natura ipſius conjugii, non ſunt perpetuæ, ac proinde, dum ipſe permanent, divortium tantùm permittitur: & ſic procedit veritas *D. Matthæi cap. 5.* relata *in capit. ex publico de converſione conjugatorum*: *capit. 2. de conjugio leproſorum*: quæ jura docent non licere divortium excepta cauſa fornicationis: & ſic intelligi debent de perpetua ſeparatione, & divortio abſoluto, cujus cauſa ſola fornicatio carnalis eſt: non verò de ſeparatione temporali, quæ ob cauſam ſævitiæ machinationis, & aliàs fieri poteſt ad tempus: *dicto cap. literas, in fine de reſtitutione ſpoliatorum: c. 1. de divortiis: capit. idololatria 5. & 6. 28. quæſt. 1.* Thomas Sanchez *dict. lib. 10. diſp. 15.* Vel aliter dici poteſt, quod licet exceptio regulam in contrarium firmare ſoleat in caſibus non exceptis, *l. nam quod liquide, ff. de pœnu legata*: tamen dictio exceptiva illa non firmat regulam in contrarium circa caſus alibi in Jure exceptos, Everardus *in Topicis, loco ab exceptione ad regulam, num. 5.* Unde cùm machinationis cauſa ſit à jure expreſſa, ob identitatem, & ſimilitudinem rationis, quã cum carnali fornicatione habet; meritò ob eam divortium permittitur: illa autem authoritas *Matthæi cap. 5.* minimè convincit, nullam aliam cauſam eſſe divortii, ſed nullam aliã eſſe præter eas, quæ in illis juris Eccleſiaſtici locis jus divinum explicantis continentur. Cum igitur *in d. cap. quidquid*, aſſeritur, ob cogitationem, & factum adverſus virũ, ſeparationẽ fieri non poſſe intelligendum eſt de ſeparatione perpetua, quæ ob fornicationem tantum permittitur; non verò de ſeparatione temporali, cùm hæc fieri valeat ob alias cauſas, maximè ob cogitationem ad actum exteriorem productam in necem mariti. Quæ interpretatio apertè deducitur ex *eod. text.* verſ. *Excepta cauſa fornicationis*: Thom. Sanch. *dict. li. 10 diſp. 15.*

Decimò, prædictis obſtabit text. *in cap. quæſivit 2. de divortiis*, ubi cum quæreretur, Utrum conjux prò furto vel quocunque alio crimine conjugis ſui, ab eo deberet ſeparari? Pontifex reſpondit, pro nullo crimine conjugis, innocenti conjugii ſeparationem matrimonii permitti debere niſi fidem ſuæ Religionis corrumpere velit. Verum ſi conjux conjugem ad infidelitatis maleficium traxerit, ab eo ſeparari poterit. Ex qua deciſione apertè colligitur, ob nulla crimina divortium permitti, excepta corruptione & perverſione fidei; igitur crimen machinationis in mortem viri à muliere commiſſum juſtam divertendi cauſam non præſtat.

Sed reſpondendum eſt, *in dicto cap. quæſivit*, Alexan- 12
drum III. non tractare de crimine conjugis, quod ad alterius conjugis mortem tendit quale eſt machinatio, quæ juſta divortii cauſa eſt, *dicto cap. 1. de divortiis*, ſed de aliis criminibus, quæ animam corpore malè utentem, perniciosè turpitérque corrumpunt, qualia ſunt furtum, blaſphemia, & alia id genus, propter quæ divortium ibi denegatur. Cujus deciſio ut percipiatur, & vera ejus mens aperiatur, conſtituo, ob nullum aliud crimen excepta fornicatione carnali, vel ſpirituali, hoc eſt diſceſſu à fine licitum eſſe conjugibus divertere, ſi conjux illo implicitus non pertrahat alterum ad peccandum, Concilium Toletanum Duodecimum, *cap. 8.* relatum *in cap. præceptum*; & ex Divo Auguſtino *lib. 1. de Serm. Domini in Monte, cap. 32.* relato *in cap. ſi uxorem, eadem cauſa 32. quæſt. 5.*

Ratio eſt quia fornicatio ſpiritualis, cum magnum afferat ſecum periculum pervertendi fidem alterius conjugis: atque ideò dum conjux ille minimè reſipiſcit licitum eſt alteri divertere, *dicto cap. quæſivit, cap. quanto, de divortiis*; *cap. fin. de converſione conjugator. cap. non ſolùm, 28. quæſt. 1.* Thomas Sanchez *dict. lib. 10. diſputatione 15. num. 3. & 9.* Enriquez *de matrim. lib. 11. cap. 17. n. 6.* niſi Eccleſiæ ſententia acceſſerit hæreticum conjugem damnans; tunc perpetuum divortium licitum eſt, & in pœnam delicti conſortio conjugali privatur; *dict. cap. fin. de converſ. conjug. cap. de illa de divortiis; cap. fin. de hæreticis, lib. 6.* Thomas Sanchez *dict. diſputat. 15. num. 19. & diſputatione 17. num. 3.* Fornicatio autem carnalis directè opponitur fidei conjugali, & certitudini prolis, Thomas Sanchez *d. diſp. 15. num. 2.* quæ ratio in aliis criminibus minimè reperitur: & ideo quantumvis conjux aliis graviſſimis flagitiis coopertus ſit, dummodo conjugem alterum non inducat ad peccandum, minimè licitum eſt divortium, *dicto capite idololatria*, 28. *quæſtione 1. qui text.* dum probat, ob quodcunque crimen divortium concedi, accipiendus eſt, quando conjux illis criminibus implicitus, nititur alterum ad ea peccata pertrahere; tunc enim cum periculum animæ immineat, poteſt Divino, & naturali jure illud avertere, conſortium alterius declinando per id tempus, quo inducitur illa ad peccandum, Thomas Sanchez *dicta diſputat. 17.*

Nec prædictis obſtabit **text.** *in dicto cap. quæſivit 2. de divortiis*, ſuprà pro dubitandi ratione adductus: ubi ſolùm ob hæreſis crimen divortium permittitur, negatùrque ob alia cimina, id licere: Quia reſpondendum eſt, textum illum, ea, quæ regulariter contingunt, intendiſſe, argumento text. *in leg. nam ad ea, ff. de legibus*, cùm conjugi enim hæreſim amplectendi & infectionis periculum communiter immineat, quod rarò contingit conjuge, aliis criminibus infecto, cùm naturale ſit, ut quiſque ad ſuam ſectam alios pertrahere tentet, præcipuè conjugem, cui tanta familia-

ritate & amore conjunctus est non immeritò tex. ille concedit posse conjugem divertere ob hæresim sui conjugis, non ob alia crimina; quamobrem si periculum infectionis ex aliis sceleribus immineret, eadem divertendi facultas concedenda esset: quod text. ille non negat: ex quo ea differentia inter perversionem fidei,& alia crimina colligi potest, ut in illa expectandum non sit, quod hæreticus conjux Catholicum conjugem pervertere nitatur, sed tantum eo existente in sua pernicioſa secta, licet Catholico divertere, quia perversionis periculum semper imminet: at in aliis expectandum est, quod conjux vitiis deditus ad ea inducere alterum moliatur; id enim periculum rarò evenit: notat Innocentius *in dicto cap.2.num. unico*, Abbas *num.*3. Alexander *num.*6. Bellarminus *lib.* 1.*de matrimonio,cap.* 14.§. 2. Enriquez *de matrimonio, lib.* 11. *cap.* 17.*num.*7. Quod periculum, si eveniret concederetur divortium ad tempus, per quod inductio illa ad peccandum duraverit;ac proindè resipiscente conjuge, tenetur alter conjux ad eum revertere, Cardinalis *in dicto cap. de illa,in fine*, Bellarminus *dict. lib.* 1. *cap.* 14. §. *Secunda causa est*, Thomas Sanchez *dict. disputat.*17. *nu.* 14.

13 Undecimò, adversus hanc solutionem expendi potest textus *in cap. si quamulier* 6. 31.*quæst.* 1. ubi docemur, quod si mulier mortem mariti cum aliis machinata sit, & ipse vir aliquem se defendendo ex illis occiderit, si probare potest ille vir uxorem ream esse consilii, potest ipsam dimittere; & si voluerit, aliam ducere: ipsa autem insidiatrix pœnitentiæ subjecta, absque spe conjugii maneat: Ex qua decisione deducitur maritum, cujus vitæ insidias paravit mulier, non tantum posse dimittere ipsam insidiatricem, sed etiam superstite ea aliam ducere: ergo machinatio mulieris, non solùm justam divertendi causam præstat marito, sed etiam vinculum rumpit, & dissolvit matrimonium; & consequenter necessarium non est expectare, mortem uxoris ad hoc, ut maritus possit ad alias nuptias migrare: Quod omninò contrarium refert text. *in dicto cap.*1. *de divortiis.* Cui dubio omissis plurimis interpretationibus traditis ab antiquioribus, *in dicto capit.* 1. *de divortiis*, verissimè dicendum est,illa *text.*verba, *in dicto cap.* 1. *de divortiis*, versicul. *Post mortem uxoris*, necessario subintelligenda, & repetenda esse *in dicto cap. si qua mulier* 6. 31. *quæst.* 1. quia hic text. deductus est ex eodem Concilio, de quo mentio habetur *in dist. cap.* 1. *de divortiis*, ut constat ex Antonio Augustino *in* 1. *collectione Decretalium, lib.*4. *titul.* 20. quæ additio frequentissima est in multis aliis juribus, in quibus eadem difficultas reperitur; *ut in c. uxor* 17.32.*q.*7.*c. dixit Dominus*, 32.*q.*1. notat Covar.*de sponsalibus*, 2.*part.cap.*7.§. 6.*num.*25. Thomas Sanchez *dict.lib.* 10.*disp.*2. *num.* 3.Itaque in eo decreto, neutiquam marito permittitur, vivente muliere insidiatrice, aliam in uxorem accipere: sed tantum deciditur, ut tam grave machinationis crimen coërceatur, ut qui in culpa esset à secundo matrimonio prohibeatur, si fortè defuncto conjuge, prima secundo nubere vellet, concessa tamen innocenti libera facultate, ut iterum nuberet, non quidem prima uxore superstite, sed tantummodo illa defuncta; itaque in eo dispar erat conditio nocentis, & innocentis; quòd innocens, defuncta uxore, ducere aliam poterat; at nocens etiam defuncta uxore innuptus manere debebat: olim enim in Ecclesia frequentissimum id pœnæ genus fuit,ut quidam propter aliqua atrociora delicta, absque spe conjugii manerent, *c.raptor,c.statutum est*,27.*q.*2.*c.si quis c.de ea*, 30.*quæst.*1.*cap.hi verò*, 32.*q.*7.*cap.si quis cum matre,c. si homo*,35.*quæst.*2.*cap.qui propinquam*,35.*quæst.*3.*cap.incestuosi*,35.*q.*8.*c.si autem*, 36.*q.*2.Basil.*lib.*7.*de matrimonio c.*52.*n.*9.Potest etiam cum suprà traditis expendi text.*in c.omnes causationes*,32.*quæst.*7.consulat de eo,qui volet, Thomam Sanchez *dict. lib.*10.*de matrimonio*, *disput.* 17. *num.* 15.

TITULUS XXXIV.
De voto, & voti redemptione.

Ad textum in cap. De peregrinationis 1. cap. scripturæ 4. cap. Non est 5. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Votum ex justa causa, & Superioris authoritate interveniente, in eleemosynam, vel aliud æquivalens potest commutari.*
2 *Episcopi in terris, quoad commutationem, quorundam votorum vicem Dei gerunt.*
3 *Episcopi in loco Apostolorum successerunt.*
4 *Creditore volente,aliud pro alio solvi potest.*
5 Cap. pervenit 3.de jurejurando.
6 *Deus semper accipit id opus, quod sibi gratius sit.*
7 *Votum in evidenter melius propria authoritate potest commutari; secus si dubium est; nam tunc causa,& Episcopi authoritas desideratur.*
8 Cap. scripturæ 4. de voto.
9 *Votum Religionis liberat quemque à quibuscunque votis.*
10 Cap.commissum 16.de sponsalibus.
11 Tutius *verbum,Consilium significat, non verò præceptum, secus in rebus dubiis.*
12 *Promissio cum juramento duplicem inducit obligationem.*
13 *Creditore invito, aliud pro alio solvi non potest.*
14 *Episcopalis status excellentior est Monachali.*
15 Cap. per tuas, de Voto.
16 Cap. licèt, de Regularibus.
17 *Religioso non licet, etiam sanctitatis zelo, sine Superioris licentia, de prima Religione ad strictiorem transire;sed petita,& non obtenta licebit.*
18 *Liberatio obligationis non contingit, nisi solutione ejus, quod debetur.*
19 Cap.1. 32. quæstione 6. capit. quod ait, 14. distinctione.
20 *Compensatio, seu commutatio in spiritualibus periculosa est.*
21 *Votum an fieri possit de his, quæ tenemur jure necessitatis.*
22 *Oligatio una, non impedit majorem obligationem.*
23 *Votum Pontifici reservatum non poterit Episcopus commutare.*
24 *Levitici authoritas,* cap.fin. *& quomodo ceremonialia cessarunt.*
25 *Vota Pontifici reservata qualia sint.*
26 *Summus Pontifex an possit dispensare, ut post professionem quis possit exire à Religione.*
27 Capite cum ad Monasterium 7. de statu Monachorum.
28 Cap.per tuas 10. de Voto.
29 *Episcopi olim Summi Pontifices appellabantur.*
30 *Voti obligatio an proveniat de jure Divino*, Lucæ cap. 9.
31 *Dispensatio in his, quæ juris Divini, vel naturalis sunt, non admittitur.*
32 Cap. qui post 5. de Regularibus, lib.6.

CONCLUSIO.

VOTUM *ex justa causa, & Superioris authoritate inserviente, in eleemosynam, vel aliud æquivalens potest commutari.* Confirmatur xe text. *in cap.* 2. *cap. non est* 5. *cap.magna* 7. *cap. quod super his* 8.*hoc tit.* 1

cap.3. & cap. venientes 19.cum ſuis Gloſſis, *de jurejurando*; Extravagans *& ſi Domini de pœnitentiis, & remiſſionibus:inter communes:cap. ſanè* 10.*cap. licet* 18. *de Regularibus;l.4.& 7.tit.8.part.1.* Exornant Divus Thomas *in 4.diſt.incl.* 34.*q.* 4.*artic.* 4. *&* 2. 2.*quæſt.*88. ubi Theologi omnes Sotus *de juſtitia, & jure lib.* 8. *qu.* 4. *artic.*2.*&* 3.Covarruvias *in capit. quamvis pactum*, 1. *part.* §.3.*num.*3. Suarez *de Religione,lib.*6.*de diſpenſatione, & commutatione voti, per totum*, Thomas Sanchez plures referens, *lib.* 8.*de matrimonio,diſput.*9.*num.* 3. & *in præcepta Decalogi,to.*1.*lib.*4.*cap.*36.*num.* 6. Jaſon *in l. ultima,num.*4.*ff. Qui ſatisd.cogant.* Leſſius *de juſtitia, & jure lib.*2.*cap.*40.*dubit.*3. Baſilius *de matrimonio, lib.*8.*c.* 8.*num.*2.Barboſ.latè *de poteſtate Epiſcopi,part.*2. *allegat.* 36.*n.*4. Idem plures referens *in collectaneis, ad noſtrum tex.& in c.ſcripturæ* 4.*&* 5.*hoc tit.*

Ratio eſt ſcilicet, ideo votum juſta cauſa, & Superioris authoritate interveniente, commutari poteſt in caſibus, Prælatis, vel Epiſcopis permiſſis quia Epiſcopi in terris repræſentant ipſum Deum, quoad commutanda vota Deo facta; nam omnis Eccleſiæ gubernatio diſpenſatio, & poteſtas eſt ipſis tributa, cum in locum Apoſtolorum ſucceſſiſſent,*c.* 1. *cum ſequentibus*: 10.*quæſt.*1. *cap.Epiſcopus,cap.præcipimus* 12.*quæſt.*1.*cap.gloria Epiſcopi,* 12. *quæſt.*2.Trident.*de reformatione,ſeſſione* 21. *cap.*6.*&* 8.*& ſeſſione* 23.*cap.* 4. *& de Sacramento ordinis ſeſſione* 25.*cap.*17.Duarenus *de Sacris Eccleſiæ miniſteriis,lib.*1.*cap.*9. Sicque cum Epiſcopus repræſentet Dei perſonam, qui creditor eſt in promiſſionibus votorum, ad eum pertinet judicare, an votum commutari poſſit in aliud Deo magis acceptum, ut in *text.noſtro*; *& l.*7.*tit.*8.*par.*1. meritò poteſt ex cauſa remittere, & diſpenſare obligationem Deo factam, & debitum in aliud commutare; nam cum ex voluntate creditoris, aliud pro alio ſolvi poſſit, *l.* 2. §. 1.*ff. de rebus creditis, principio Inſtitutionum, quibus modis re contrahitur obligatio*; *cap. ad noſtram, de jurejurando, capit. veritatis, de dolo, & contumacia*, & cum per votum Deo obligemur, rectè poteſt hujuſmodi obligatio tolli, vel in aliam rem commutatio fieri, ipſo Deo, ſeu ejus miniſtro volente; notat *Gloſſ.*verbo, *Arbitrio,in præſenti*,Cov.*ubi ſupra* 2.*part.*§. 3.*n.*4. Sotus *l.*7.*de juſtitia,& jure,q.*4.*art.*3. Vivianus *in Rationali ad noſtrum textum.*

Primò, adverſus *text. noſtrum* obſtabit text. *in cap. pervenit* 3. *de jurejurando*, ex quo deducitur, quod unuſquiſque poteſt votum ſuum, propria authoritate in melius commutare: ergo in voti commutatione non eſt neceſſaria Superioris auctoritas. Quæ difficultas adeo gravis eſt, ut Doctores omnes varias ei aſſignent ſolutiones. Et primò nonnulli reſpondent, noſtri text.regulam præſcribentem, in hujuſmodi commutationibus neceſſariam eſſe Superioris auctoritatem, obtinere in votis, & juramentis explicitis; text. verò *in d.c.pervenit* 3. procedere in propoſito intra mentem retento, quod propria authoritate in melius commutari poteſt. Sed hæc interpretatio convincitur; quia text. *in d.c.pervenit*, etiam loquitur in juramento explicito:Quare ſecundò nonnulli aſſerunt *text. noſtrum*, loqui in voto licito, *text.* verò *in dict. cap. pervenit*, de juramento illicito: Sed hæc interpretatio ſimiliter refellitur ex eo, quia *in dict.cap. pervenit* 3.verbum illud, *Melius*, apertè probat votum permiſſum fuiſſe, non verò illicitum.

Omiſſa etiam interpretatione, quam refert Felinus *in cap. ad noſtram,num.*12.*de jurejurando*,verius dicendum eſt,juramenta, & vota Deo principaliter præſtita,poſſe in evidenter in melius commutari,ſine Superioris auctoritate; nam Deus ſemper accipit id opus quod ſibi magis gratum ſit, *cap.ſcripturæ* 3. *capit. quod ſuper his* 8.*hoc titul.* & ſic quando utilitas evidens eſt, non requiritur Prælati auctoritas, veluti ſi commutatio fiat in ingreſſum Religionis, ſivè in aliud, quod abſque ullo dubio ſit melius; ita Divus Thomas 2. 2.*quæſt.*88.*artic.* 12. dum aſſerit ſuperioris authoritatem neceſſariam eſſe in commutandis votis, quoties dubium eſt, quid ſit gratius Deo: ergo quoties hoc certum eſt, nulla erit neceſſaria Prælatis authoritas: & in hoc caſu procedit text. *in dict. cap.pervenit* 3. *de jurejurando, cap. licet* 6. *de pœnitentiis, & remiſſionibus*: Si verò dubitatur, an commutatio fiat de meliori bono? tunc juſta cauſa, & Superioris authoritate interveniente, commutatio fieri poterit:ex *text.noſtro, & dict. cap. licet, de Regularibus*: quam ſolutionem refert Gloſſ. 1. *in cap.ſcripturæ,hoc titulo.* Gloſſ. *in cap. commiſſum, de ſponſalibus*, Cajetan.*in ſumma*, verbo, *Voti commutatio*, Sotus *dict.lib.*8.*quæſt.*1.*artic.* 3. *colum.* 16. Navarrus *in Manuali,c.*12.*n.*52.Covarr.*in d.c.quamvis,*2.*par.* §.3. *nu.*4.

Secundò,obſtabit text. *in capit. ſcripturæ* 4. *hoc titul.* ubi probatur, ſolemne votum Religionis liberare quemquam à quibuſcumque votis, abſque Superioris auctoritate interveniente. Sed reſpondendum eſt, regulam illius *text.* procedere, quoties primum votum commutatur in ſolemne Religionis; nam tunc minori voto ligatus,ab ejus obligatione liberatur,ſed id quidem fit non propria auctoritate, ſed Eccleſiaſtica, qua cavetur emittentem Religionis votum, aliis antea emiſſis non manere obligatum, propter excellentiam Religionis, nam Religio apud Deum eſt tanti momenti, ut reus voti non habeatur, qui temporale obſequium in perpetuam Religionis obſervantiam commutat,*dict.cap.ſcripturæ* 4. *hoc. titul.* Sotus *in dict.lib.*8. *quæſtion.*4.*artic.*3. Covarruvias *ubi ſuprà.*1.*par.*§. 3.*n.*4.

Tertiò, ſolutioni ſuprà traditæ, dum aſſerimus votum de ingrediendo Religionem, melius, & perfectius omnibus eſſe, *ex dicto cap. ſcripturæ* 4.*hoc titul.* Obſtabit text. *in cap.commiſſum* 16.*de ſponſalibus*, ubi ſi quis promiſerit cum juramento aliquam uxorem ducere, tenetur prius juramentum, & promiſſionem adimplere, cum tutius ei ſit, Religione juramenti ſervata, prius contrahere, & poſtea ſi velit ad Religionem migrare: ergo propter excellentiam Religionis, minimè alia vota ceſſare debent. Cui difficultati primo, Gloſſ. *ibidem*,verbo,*Tutius*, reſpondit illud fieri ad vitandum ſcandalum, & vulgi opinionem: quam refert Covarruvias *in* 4.1.*par.cap.*5.*num.* 11. *& in d. cap. quamvis*, §. 6. *num.* 7. à qua non multum diſtat Paludanus *in* 4.*diſtinct.*28.*quæſt.* 1. dum aſſerit, *text. illum* procedere ex conſilio ad vitandum prædictum ſcandalum; & vulgi opinionem,ut conſtat ex illo verbo *Tutius*, quod de conſilio, & non de præcepto eſt intelligendum. Nec obſtabit, ſi dixeris, quare ſi potuerit non ingreditur Religionem? Quia reſpondit Innocentius *ibidem*, quem ſequitur Covarruvias *ubi ſupra*, non habuiſſe animum, & voluntatem ingrediendi, ut ſignificant *illius text.*verba *verſiculo*, *Si poſtea elegerit.* Sed apertè fallitur *Innocentius*: nam illa verba non ſunt referenda ad defectum voluntatis, ſed ad defectum obligationis; quia ipſe ad matrimonium, non ad Religionem ſe obligavit, quinimo & de voluntate magis conſtabat, aut apparet ex verbis illius textus, *ad frugem melioris vitæ ſuſpirat*: nam ſuſpiria internam, & vehementem animi curam, & ſolicitudinem ſignificant. Sed horum interpretatio ſuſtineri non poterit: Primò, quia neque ex ejus tex.littera, neque ex illius integra interpretatione conſtat de ſcandalo; nec de vulgi opinione. Secundò, quia cum ſumma ſit ratio Religionis, *leg. ſunt perſonæ digeſt. de Religioſis, & ſumptibus funerum*, *l. Julianus* 24.*Cod. de Sacroſanctis Eccleſis*; non eſt verosimile, propter vulgi opinionem Religionis ingreſſum impediri. Tertiò, quia non eſt congruum rationi, dumtaxat propter conſilium, ſe exponere periculo uxorem ducendi, cum ejus blanditiis à Religionis propoſito poſſit diverti. Quartò; quia pro communi fundamento adduci non poteſt, quod deſumitur ex illo verb. *Tutius*, quia verbum illud in rebus dubiis, & controverſis,magis ad neceſſitatem, quàm ad conſilium refertur: argumento text.*in cap.juvenis, de ſponſalibus, cap.*

ad audientiam, de homicidio; Divus Thomas, *quodlibeto* 8. *artic.* 13.

Quare his, & aliis omissis verissimè dicendum est, *in dict. capite commissum*, inter se pugnare juramentum ducendi uxorem propositum Religionis, quod cum evidenter melius sit, quæstio erat dubia, & controversa; & respondit Pontifex, Tutius esse uxorem ducere, & postea si voluerit ante copulam, Religionem ingredi. Ratio est, quia ex promissionibus juramento firmatis duplex oritur obligatio, altera Deo, & altera parti, in cujus favorem promissum est, *capite* 1. *de jurejurando*, ubi latè scripsi: Obligatio verò, quæ Deo adquiritur, si solvitur per aliud evidenter melius cessat, & talis mutatio fieri potest, sine Superioris authoritate, quia cum omne votum sit Deo gratum, & Religionis status, sit melius bonum: evidenter constat, quod aliud votum, si fuerit in votum Religionis mutatum, Dei obligationem esse satisfactam; at verò quoties parti fuerit adquisita obligatio, in ea forma, qua quis se obligavit in ea tenetur debitum reddere, cum aliud pro alio invito creditori solvi non possit, *l.* 2. §. 2. *ff. Si certum petatur.* Meritò cum *in dict. capit. commissum*, ex juramento non solùm Deo fuisset adquisita obligatio, sed etiam mulieri, ut ex *eodem text.* constat, illi prius satisfaciendum erit, ut uxorem ducat; & postea si Religionem elegerit, poterit ante copulam ingredi, ut demonstrat *text. ille*, nam obligatio parti quæsita, Dei satisfactione non tollitur: sic in nostra specie, si aliquis juraverit ducere Mariam in uxorem, licèt in Monasterio profiteatur, non manebit liberatus ab obligatione, sed prius tenebitur Mariam in uxorem ducere, juramentumque adimplere, & postea antè copulam Religionem ingredi; & ita intelligendus est text. *in dict. c. commissum*, ut tenet Sotus *in* 4. *dist.* 43. *q.* 3. Th. Sanchez *l.* 1. *de matrimonio, disp.* 43. *n.* 10.

6 Quartò, his omnibus obstabit dicere, quod si quis posset propria authoritate votum in melius commutare, posset etiam is, qui Religionem vovisset, Episcopatus dignitatem acceptare, si ad illam electus, seu postulatus fuerit, antequam Religionem profitebatur; siquidem Episcopalis status excellentior est Monachali, *capit. nisi cum pridem*, §. *Nec putes, de renuntiatione*: *capit. licèt*, versic. *Illa, de Regularibus*; sed sic est, quod non potest, juxta text. *in cap. per tuas*; *de voto*: ergo quis non poterit votum propria auctoritate in melius commutare in cujus *text.* difficultate, Abbas *ibidem nu.* 6. asserit illius text. decisionem ex eo procedere, quia vovens ille ex ambitione consenserat electioni suæ in Episcopū; nam si bono zelo ductus consensisset, nullius culpæ reus foret. Sed hæc expositio placere non potest, quia de illa ambitione in *text.* non constat; imò cum post electionem consuluisset Pontificem, quid efficere deberet, potiùs præsumenda est bona intentio. Quare Ostiensis *ibidem*, *num.* 2. asserit, textum illum procedere eo casu, in quo Episcopus ille electus erat in lethali culpa; ut potè qui votum Religionis prius præstitum non impleverat, siquidem electio Episcopi in mortali culpa existens culpanda est, cum eligatur ad administranda Sacramenta, quæ in ministraturo gratiam exquirunt, eam tenent Joann. Andreas *ibidem*, *num.* 6. Butrius *num.* 7. Enricus *num.* 3. Sed neque hæc interpretatio admittenda est; quia si hac ratione niteretur decisio Pontificis, solùm ad agendam præteritæ culpæ pœnitentiam obligaret, qua redderetur ille Sacramentorum ministerio aptus, nec verò *text.* dixisset opus esse Episcopatus renuntiatione. Quare Enriquez *in summa, lib. decimo, de Sacramento Ordinis capit.* 32. *numero ultimo, in Commento*, *litera Y.* Emmanuel Rodriguez *in summa, tom.* 2. *capite* 6. *num.* 6. asserit Summum Pontificem *ibidem* loqui de consilio, ex illo verbo, *Consulimus*, cum nulla culpa sit acceptare Episcopatum, & ob id adimplere Religionis votum. Sed quamvis videatur Pontifex de consilio loqui, cum utatur verbo illo, *Consulimus*; tamen revera præcepit, ut constat ex *eodem textu*, versic. *Si tuam desideras salvare conscientiam*; quia consilium observare, non pertinet ad sanitatem conscientiæ tuendam; & ideò dixit Pontifex, *Consulimus*, non quia non sit præceptum, sed quia non procedebat in forma judicii; si enim ita procederet, cogeret.

Quare his, & aliis omissis, securè tenendum est, illum teneri dimisso Episcopatu ad Religionem transire, quia acceptans Episcopatum admittit impedimentum Religionis promissæ, & sic erit voti reus; quamvis enim non repugnet, ut Religiosus fiat Episcopus, repugnat tamen, ut Episcopus fiat Religiosus, quia oportet illum prius fieri novitium, & in operibus humilibus se gerere, quæ dignitatem Episcopalem dedecent, ita Thomas Sanchez *in præcepta Decalogi*, *tomo* 1. *lib.* 4. *capite* 17. *numero* 5. Azor. *institutionum moralium part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 16. *quæstione* 2. & *cap.* 22. *quæst. ultima*; ubi respondit ad objectionem illam de statu Episcopali, quod sit perfectior statu Religiosorum, nihil impedire, quia votum sub præcepto cadit, Episcopatus verò consilii, non præcepti est; & ad illud quod licitus sit transitus à Religione, ad Episcopatum; respondendi, transitum illum fieri authoritate Summi Pontificis, non propria authoritate Religiosi, ut confiderat Barb. *ad eundem textum, in collectaneis*; *nu.* 3. ubi plura, & plures refert.

Quintò, obstabit text. *in capit. licet* 18. *de Regularibus*; ubi non licet professo, etiam zelo Sanctitatis, transire ad Religionem strictiorem, nisi petita à Superiore licentia, quamvis sit in evidenter melius, ac per consequens, quis propria authoritate, etiam in melius votum mutare non poterit. Cui dubio dicendum est, illius *textus* decisionem potiùs comprobare, quàm improbare omnia suprà adducta; siquidem ex *text. illo* constat sufficere petitam fuisse licentiam ob reverentiam, etiam si non fuisset obtenta; meritò rectè sequitur, posse propria authoritate votum in melius mutare; siquidem ibi Superioris licentia non desideratur per necesse, sed tantum ad utilitatem & honestatem, cum, sive velit, sive nolit, licitus est transitus. Ita Divus Thomas 2. 2. *quæstion.* 85. *artic.* 4. Emmanuel Rodriguez *quæstionum Regularium, tomo* 3. *quæst.* 52. *numero* 3. Thomas Sanch. *in præcepta Decalogi. tomo* 1. *lib.* 6. *capit.* 7. *in principio*, cum traditis à Barbosa *in collect. ad eundem text. num.* 2. 7

Sextò, prædictis obstabit sequens consideratio; videlicèt, quòd liberatio obligationis non contingit, nisi solutione ejus quod debetur, *l.* 2. *ff de rebus creditis*; *principio Institutionum*, *quibus modis tollitur obligatio*: quod adeò verum est, ut etiam meliori re soluta invito creditori, non liberetur debitor, *leg. ultima*, *ff. de usu*, & *habitatione*: ergo similiter, qui Deo votum promisit, etiam aliam rem de meliori bono præstando, non liberatur. Cui considerationi respondendum est, regulam *dictorum jurium* procedere obligationibus, & debitis homini ab hominibus factis, in quibus nisi solutione ejus, quod debetur, debitor non liberatur, nisi consentiente creditore; at verò nos loquimur in obligatione voti Deo facta cui rectè præsumitur satisfactum, si res melior, quàm in voto contenta, soluta sit, *dicto cap. pervenit*, *de jurejurand. c. scripturæ* 4. *hoc tit.* ideòque votum in evidenter melius propria authoritate mutari potest, & solutione alterius; rei magis dignæ debitor liberatur; quia creditor, hoc est Deus, non invitus, sed volens solutionem illam, liberationemque tacitè admittit, ut constat ex juribus, & rationibus *suprà* adductis. 8

Septimò, obstabit dicere, quòd votum purè, & sine conditione factum nec compensationem, nec commutationem admittere, *capite* 1. *in fine*, 32. *quæstione* 8. quia in spiritualibus periculosa est commutatio, vel compensatio, *cap. quod ait*, 14. *distinct.* cum semper in spiritualibus compensatio rejicitur, *capite si Evangelica*, 55. *dist. cap. cum olim*, 6. *quæsitum*, *de rerum permutatione*. 9

Ergo

Ergo votum propria authoritate commutari non poterit : Cui difficultati, Gloſſ. *in præſenti*, reſpondit aſſerens, omne votum poſſe commutari, niſi votum neceſſitatis in Baptiſmo factum; de quo exiſtimat eſſe intelligendum text. *in dicto capite* 1. 32. *quæſtione* 8. at verò *text. noſtrum* procedere in voto voluntatis, quod admittit commutationem ex cauſa, & Superioris authoritate interveniente. Sed hæc ſolutio defendi non poteſt, quia non omne votum eſt commutabile; ſiquidem Religionis, Caſtitatis, & ultramarinæ peregrinationis ſint reſervata, & in eis non cadat in inferioribus Judicibus diſpenſandi poteſtas. Deindè, quia votum neceſſitatis, non eſt propriè votum, cum ſine voluntate baptizari fiat, ſuſtinetur tamen, quia patronus pro eo promittit, & baptizatus acceptat quòd pro eo factum eſt.

Quare pro ejus vera ſolutione ſcire oportet, Utrùm votum fieri poſſit de his ad quæ tenemur præcepto neceſſitatis; ſcilicèt, ſi quis promittat in Quadrageſima ieiunare, vel in Paſchate confiteri; Et quod in his non cadat votum, probatur, quia votum debet eſſe voluntatis, & habere aliquid erogationis; deindè, quia votum non eſt in præcepto, ſed in conſilio, id eſt in his, quæ de conſilio ad noſtram perfectionem facimus, ut in *text. noſtro*, cum *ſimilibus*. Sed contraria ſententia; imò quod in his, quæ de præcepto ſunt, poſſit cadere diſpenſatio, & quod ſit materia voti probatur ex eo, quia una obligatio non impedit majorem obligationem, ſicut nec unus fidejuſſor alterum impedit; atque ita qui aliquid præcepti vovit, etiam ex voto obligatur; ſed ſi illud violaverit, non dupliciter peccat, ſed tantum gravius, & illam circumſtantiam tenetur confiteri; ita Gloſſ. *in præſenti*, & Doctores omnes; meritò verius dicendum eſt, votum obligare in his quæ ſunt de præcepto Eccleſiæ, quod ſi vovens impleverit, majus meritum eſt; ut conſtat ex *textu noſtro & dicto cap.* 3. *de jurejurando*; ſi verò violaverit, ex circumſtantia majus peccatum erit. Deindè animadvertendum eſt, ad validitatem diſpenſationis, in caſibus ad Pontificem reſervatis, etiam neceſſariam eſſe cauſam, ſine qua, nullo modo per Pontificem concedi ſolet. Ratio eſt, quia cum Deo fiat obligatio, & Deus creditor ſit; non videtur remittere ſuam obligationem, niſi juſta interveniente cauſa; Ita Divus Thomas 2. 2. *quæſtione* 88. *artic.* 12. *ad* 2. Gloſſ. celebris ab omnibus approbata, *verbo*, *Adimplere*, *in capite non eſt* 5. *hoc titul.* Covarruvias *in capit. quamvis pactum*, 1. *part.* §. 3. *n.* 4.

Quibus animadverſis dicendum eſt, in his, quæ non ſunt de neceſſitate ſed meræ voluntatis, ſub voti commutationem cadere; & ex cauſa Superioris arbitrio accedente commutari poterunt, ut in *text. noſtro*; at verò in votis Pontifici reſervatis, nullus inferior commutandi poteſtatem habet, nec Pontifex id facere ſolet ſine juſta cauſa; & ita procedit text. *in dicto cap.* 1. 32. *quæſtio.* 8. qui expreſſè loquitur in voto Continentiæ, nec de cauſa ad commutationem ibi mentio facta fuit; & ideò dicitur, quod ſi homines purè, & ſine conditione voverint, etiam purè, & nulla adiecta conditione vota illa adimplere debent, ſi nulla commutationis ſubeſt cauſa: notat Turrecremata *in dict. cap.* 32. *quæſt.* 8.

Nec obſtabit quod *ſuprà* diximus; ſcilicèt, periculoſam eſſe commutationem, ſeu compenſationem in ſpiritualibus, *dicto capite quod ait*, 14. *diſtin.* cum ſimilibus *ſuprà* adductis: Quia reſpondendum eſt, verum eſſe permutationem propria authoritate factam in ſpiritualibus, ſeu beneficialibus, periculoſam, & invalidam, & ſæpè punibilem eſſe, *capite quo piam*, 1. *q.* 2. *capit. fin. de pactis*: at verò cum Superioris auctoritate rectè fieri poteſt, *dicto capite quæſitum*, *capit. cum univerſorum, de rerum permutatione*; Duarenus *de Sacris Eccleſiæ miniſteriis, lib.* 6. *c.* 5. Rebuff. *in praxi, tit. de permutationibus*; ita etiam voti commutatio propria authoritate niſi in evidenter melius, fieri non poteſt, *dict. c.* 3. *de jurejurando*; ex juſta autem cauſa, intervenire Superioris authoritate commutari poterit.

Octavò, prædictis obſtabit illa Levitici authoritas 10
cap. fin. verſ. *Anima*, *quod immolari poteſt Domino*, *ſi quis voverit*, *Sanctum erit*, *& mutari non poterit*, *id eſt*, *nec melius malo*, *nec pejus bono*. Ex qua Sacræ Scripturæ authoritate evidenter colligitur, quod votum Deo promiſſum, nec etiam in melius mutari poteſt. Sed illa Sacræ Scripturæ authoritas non obſtat, quia lex illa ad præcepta Ceremonialia veteris Legis ſpectat, quæ præcepta poſt Chriſti adventum omnino ceſſarunt) *capite tranſlato*, *de conſtitutionibus* (de qua re infrà dicemus, *capite* 1. *de purificatione poſt partum.*) Quare jam ad exemplum in noſtra ſpecie trahi non poteſt; notat Suarez *tomo* 2. *de Religione, lib.* 6. *capite* 18. Vel aliter dicendum eſt, illud Sacræ Scripturæ teſtimonium, eſſe intelligendum de animali jam oblato ad ſacrificium, & conſecrato, non tamen antequam offeratur; nam hoc in caſu redimi, & commutari poteſt; Ita Divus Thomas 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 20. *ad* 2. Vel aliter dici poteſt, quod illa Sacræ Scripturæ authoritas, debet intelligi ad inſtar voti ſolemnis, vel ſimplicis; nam in voto ſolemni, in quo homo Divino cultui ſe tradit, non cadit diſpenſatio, vel commutatio; ſic nec in animali Deo oblato, quod immolationi idoneum erat; qua de cauſa, nec redimi, nec mutari poterat, animal verò, quod ſanctificari non debebat per immolationem redimi poterat, ad inſtar voti ſimplicis quod ex *text. noſtro* redimi poteſt: quam ſolutionem refert Sotus *lib.* 8. *de juſtitia & jure*, *quæſt.* 4. *artic.* 1. Sed hæc interpretatio defendi non poteſt, quia animal licèt Deo oblatum, immolatione ſit dignum, adhuc in eo diſpenſatio cadere poteſt, ad inſtar voti ſolemnis quod licèt per ſuſceptionem Ordinis, & profeſſionem in Religione approbata factam, ſit ſolemnizatum; *cap. unico*, *hoc titul. libro* 6. adhuc tamen interveniente juſtiſſima cauſa, Summus Pontifex, ex communi ſententia (ut infrà dicemus in ſolutione ad octavum) in eo diſpenſare poterit: ergo non rectè dicitur, propter ſolemnitatem, & idoneitatem, non poſſe votum commutari. Quare magis congrua interpretatio deduci ſolet; ſcilicet, quod cum licita ſit diſpenſatio, & commutatio cum cauſa ea deficiente fieri non poſſit, & *hoc eſt* quod dicitur *Levitici capite* 27. ſcilicèt, ſi votum fuerit de re idonea Deo factum, mutari non poſſe ſine juſta, & rationabili cauſa; & ibi non negatur commutationem fieri poſſe cùm juſta ſubeſt cauſa: ſiquidem ex natura voti generaliter non excludatur cauſa; meritò ex his apparet, tam votum ſimplex, quàm ſolemne commutari poſſe circumſtantiis ſuprà adductis ritè adhibitis.

Nonò, obſtabit dicere, quòd vota legitimè facta, 11
dumtaxat à Pontifice remitti, aut commutari poſſunt, *capite non eſt* 5. 7. *&* 9. *hoc titulo*: ergo non ab Epiſcopo, prout *text. noſter* aſſerit, ut ibi notant Doctores omnes. Sed reſpondendum eſt, jura in argumento adducta procedere in votis Pontifici reſervatis, quæ ſunt quinque ſcilicèt, *Continentiæ perpetuæ*, *Religionis*, *peregrinationis Hieruſalem*, *Romæ*, *& Sancti Jacobi*, de quibus latè tractat Thomas Sanchez *ubi ſuprà*, *diſputat.* 9. Doctiſſimus Pater Mendez Societatis Jeſu *in expoſitione Bullæ*, *de commutatione*, *capite* 26. *numero* 22. ubi latè tractat, quibus poteſtas competat commutandi, vel irritandi vota; at verò *text. noſter* loquitur in aliis votis Sedi Apoſtolicæ non reſervatis, in quibus Superior eſt Epiſcopus, vel alius Abbas competens; nam cum *tex. noſter*, non loquatur de reſervatis Sedi Apoſtolicæ, neceſſariò eſt intelligendus ita ut Superior ſit Epiſcopus, ut conſtat *eodem text.* verſic. *Ab ejus qui præſidet*, *pendet arbitrio*; notat Gloſſ. *in præſenti*, verbo, *Arbitrio*, Abbas *num.* 7. Avendanno *de exequendis mandatis. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 34. Pro qua ſententia faciat; nam quoties à jure permittitur diſpenſari perſonaliter, nec explicatur à quo ſit facienda diſpenſatio, cenſetur conceſſa facultas diſpenſandi Epiſcopis, cum verba aliquid debeant operari; *cap. ſi Papa* 10. *de privile-*

giis, lib. 6. juncta ejus Gloss. *verb. Debeant*; & ex eo, quod *text. noster*, non determinat, à quo sit facienda dispensatio, consequenter affirmat fieri debere per Episcopum; notat Glossa *in præsenti*, & Glossa *in cap. postulasti, de Clerico excommunicato*: Thomas Sanchez *de matrimonio, lib. 8. disputatione 1. n. 1. cum sequentibus.*

12 Decimò, adversus id quod *supra* retulimus, scilicet, Summum Pontificem ex ejus suprema potestate, posse in quolibet voto dispensare, & sic in solemni Religionis, si justissima interveniat causa; ita ut is qui profitetur in Religione approbata in qua emittitur votum perpetuum castitatis, *Clement. exivi*, §. *Cum igitur*, *de verborum significatione*; Trident. *sessione 25. de Regularibus, cap. 1.* dummodo illa justa & necessaria causa ad pacem, & quietem Reipublicæ Christianæ existat, veluti quia hæres deficit in Regno poterit Pontifex facere, ut Monachus exeat de Monasterio, & matrimonium contrahat: ita tenent Covarruvias *in capit. 2. de testamentis*, *num.* 10. & ut probabiliorem amplectitur Thomas Sanchez *lib. 8. de matrimonio, disputat. 8. num. 7.* & *in præcepta Decalogi*, *tom. 2. lib. 5. cap. 2. num. 9.* Augustin. Barbos. *in collectaneis ad text. in cap. cum ad Monasterium 7. de statu Monachorum*; *cap. per tuas 10. hoc titul.* ubi custodia castitatis adeo est connexa regulæ Monachali, ut super ea, nec contra eam possit Pontifex licentiam indulgere. Cui difficultati communiter respondent Innocentius, Ostiensis, & Cardinalis *ibidem*, dicentes textum illum loqui in simplici licentia, non verò in dispensatione, justissima interveniente causa; quasi sensus sit non posse ad libitum, sine justa causa Pontificem id facere: quam solutionem improbat Abbas *ibidem*, *numer. fin.* dum asserit, Pontificem non posse commutare votum illud nisi in aliud evidenter melius. Vel aliter alii asserunt *ibi*, Pontificem redarguere Abbatem Monasterii, qui existimabat, sibi licitum esse dispensare cum Monacho ad proprietatem retinendam; atque ita usus est Pontifex quadam exaggeratione involvens agumentum, quasi à majori ad minus, dicens: *Vix mihi potestas est dispensandi; & tibi permitteretur?* Ita Thomas Sanchez *lib. 8 disp. 8. n. 7. &* 12. Quare Ferdinandus de Mendoça *lib. 2. de confirmando conf. Illiberitano, c. 30.* asserit *in d. c. cum ad Monasterium*; Summi Pontificis nomine intelligi Episcopum, atque ideo illi non licere in votis solemnibus Religiosorum dispensare; ex eo, quia in Europa, & Asia Episcopi olim Summi Sacerdotes, Summique Pontifices appellabantur.

Quare hac, & aliis omissis, verius est dicendum, cum Monacho manente Monacho, in sensu composito, non posse Pontificem dispensare, scilicet, esse Monachum simul, & castitatem non observare; & ita est intelligendus textus *in dict. cap. cum ad Monasterium*: at verò in sensu diviso textus ille non negat, quin eo in casu possit Pontifex cum eo dispensare, id est, Monacho, non Monachum faciendo, extrahendo eum à Religione; ita Basilius *de matrimonio, lib. 8. cap. 2. num.* 13. Alias plures rationes refert Barbos. *in Collectaneis ad text. in dict. c. cum ad Monasterium 6. de statu Monachorum, n.* 14. Ita similiter est interpretandus text. *in c. per tuas 10. hoc tit.*

13 Undecimò, prædictis obstabit dicere, quod obligatio adimplendi votum, à jure Divino provenit, juxta illud *Psalm. 75.* verfic. *Vovete, & reddite Domino Deo vestro.* relatum *in cap. magna, hoc tit. & Luca c. 9.* vers. *Nemo mittens*, Sed in his, quæ sunt juris Divini, vel naturalis, dispensatio, irritatio, aut commutatio cadere non potest, *capit. littera 13.* juncta ejus Gloss. *verbo, Non potest, de restitutione spoliatorum, c. qui omnipotentem 9. 11. quæst. 3. cap. sunt quidam, 25. quæst. 1.* quia hujusmodi jus est immutabile, §. *Sed naturalia*, *Instit. de jure naturali*, cum adductis à Morla *in Emporio*, *titul. 1. quæst. 2. num. 5.* Ergo nulla dispensatio, aut commutatio in voto cadere potest. Sed respondendum est quod præceptum voti, & juramenti, cadit, & consideratur in actu humano, quo casu Pontifex non dispensat in præcepto juris Divini, sed in his, quæ humani juris sunt. Votum enim ex duobus formatur, ex promissione voventis, & ex præcepto obligatorio ad adimplendum votum: dispensans autem non tollit præceptum, quod est de jure Divino, sed tantum promissionem, & obligationem ex voto ortam, cum sit actus humanus pendens à voluntate voventis: & sic non datur dispensatio ut aliquid fiat contra votum; sed ad id, quod sub voto cadebat, sub eo non cadat, quasi non sit debita materia, ut docet Divus Thomas 2. 2. *quæst. 88. art. 10. ad 2. & quæst. 89. art. 9. ad 1.* Sotus *lib. 1. de justitia, & jure, quæst. 7. art. 3. & lib. 8. quæst. 4. art. 1.* Covarr. *in dicto cap. 2. de testamentis, num. 12.* Siquidem Prælatus vicem Dei gerit, à quo constitutus est dispensator rerum spiritualium, *Paulus 1. ad Corinthios, c. 19.* ideo ab ejus arbitrio pendet discernere, quod sit opus gratius Deo, quodvè expediat solvere, ita Divus Thomas *ubi suprà*, Barbosa *in collectaneis ad text. in dict. capit. cum ad Monasterium, de statu Monachorum, numero 14. in fine.*

Duodecimò, obstabit text. *in cap. qui post. 5. de Re-* 14
gularibus, *lib. 6.* ubi qui emisit votum de intrando in certam Religionem, si ingrediatur laxiorem, & ibi profiteatur, pœnitentiæ subiicitur, & tamen videtur in melius, & perfectius votum commutare, cum prius votum sit simplex, posterius autem solemne, & per solemne videatur simplici voto satisfactum; *dict. cap. qui post 5. de Regularibus; c. scripturæ, hoc tit.* & nihilominus ei imponitur pœnitentia: ergo videtur non esse licitam commutationem, etiam in melius, propria authoritate factam. Cui difficultati responderi solet, profitentem in laxiori Religione peccare omittendo strictiorem, quam suscepturum voto promiserat, quia minus præstitit, quàm promisit; adeo ut materiam peccati mortalis esse dicat Navarrus *in Manuali, capit. 12. num. 48.* Palacius *in 4. distinct. 38. disput. 1. post quartam conclusionem fol. 829. colum. 1.* cæterum emissa professione in laxiori, licitam esse perseverantiam in ea, soluto vinculo prioris voti, affirmat, non quasi fuerit in melius commutatum, sed quia per professionem Religio adquirit jus in eum ad perseverandum; ita Cajetanus *2. 2. quæst. ultima, artic. 8 in solutione ad tertium.* Sed hæc interpretatio convincitur ex eo, quia non bene cohæret, pœnitentiam esse imponendam; & voto esse satisfactum per professionem in laxiori Religione, & licitam esse perseverantiam in ea. Rursus quia licèt Religio adquirat jus in Monacho dum vivit, non tamen ita adquirit, quin liceat ei transitus ad strictiorem, *cap. licet, de Regularibus*: ergo cum liceat professo in laxiori Religione, transitus ad strictiorem, etiam si de ea votum non emiserit; à fortiori dicendum est, necessarium talem transitum ei, qui strictiorem Religionem promisit ante professionem in laxiori, nec posse tuta conscientia perseverare in laxiori Religione; aliàs pœnitentia non esset imponenda pro professione & perseverentia in laxiori, cujus contrarium docet text. *in dicto cap. qui post: in finalibus verbis.* Quare Palud. *in 4. distinct. 38. quæst. 3. art. 1. num. 11. & quæst. 4. art. 3. num. 32.* Divus Antoninus *2. par. tit. 11. cap. 2. §. 8.* affirmat text. *in dict. capit. qui post*, esse intelligendum de eo, qui vovit ingressum Religionis strictioris, & perseverantiam in ea, qui semper peccat laxiorem ingrediendo, etiam si velit in ea profiteri, & continuò perseverare, quia cùm prius votum simul sit ingrediendi, profitendi, & perseverandi, non videtur vovens profitendo, & perseverando in laxiori, totum quod promisit, implere, sed in minus commutare; undè meritò pro hac transgressione pœnitentia imponitur: tamen quia posterius votum solemne est, derogat priori in posterum, quia simplex tantum erat: quam interpretationem sequitur Thomas Sanchez *lib. 4. summæ, cap. 16. num. 17.* Sed hæc interpretatio, non convenit literæ

literæ *text.* siquidem, *in d. c. qui post*, non fuit votum de perseverando, sed tantum de certa Religione profitenda, quod minus continet: nam ille potest ex justa causa ante professionem exire, si bona fide ingrediatur Religionem, non autem si perseverantia promittatur, quia vovens videtur cedere juri suo, nisi notabilis mutatio adveniat; ut constat ex his quæ retulit Thom. Sanch. *dict. c.* 16. *n.* 74. & 81.

Quare his, & aliis omissis, verius dicendum esse existimo: Ideò commutationem *in dict. cap. qui post* 5. *de Regularibus*, *lib.* 6. non fuisse omnimodo licitam, sed pœnitentiam imponendam esse profitenti in laxiori, quia commutatio non fuit facta in bonum evidenter melius, cùm strictior Religio sit melius bonum, quàm laxior, & opera in strictiori facta, gratiosa futura essent Deo, quàm facta in laxiori; & ideò perseverantiam esse licitam in laxiori Religione, in qua professio emissa est, quia est fortius vinculum, cum posterius votum sit solemne, quod derogat priori simplici, ut ex *eodem textu* constat in versic. *Non obstante*: & in *dict. cap. scriptura*, *hoc tit.* Barbos. omninò videndus *in collectaneis ad text. in dict. cap. qui post* 5. *de Regularibus.*

Ad textum in cap. Venientis 2. hoc titulo.

SUMMARIUM.

1 *Commutare potest Pontifex votum ultramarinum, maximè in puerili ætate factum.*

2 *Pontifex gerit in Ecclesia Dei vicem Christi habetque in ea plenissimam potestatem.*

Votum cum deliberata voluntate procedit.

Peccatum non imputatur impuberi, qui rationis capax non est.

Impubes doli capax, ex delicto, & voto obligatur; & quid in solemni?

3 Leg. 2. §. Voto, ff. de pollicitationibus.

Votum reale, & personale, in quo differant.

Malitia supplet ætatem in matrimonio, non verò in voto.

4 *Votum à pueris factum, an patrum, vel tutorum authoritate irritari possit?*

Cap. puella, 20. quæst. 2. cap. 2. de Regularibus.

5 Cap. literaturam 3. de voto.

6 *Obligatio fidei, & jurisjurandi, æquè militant.*

7 *Societatis promissio adimplendi votum à Pontifice tolli potest.*

CONCLUSIO.

1 *Summus Pontifex potest commutare votum ultramarinum; maximè in puerili ætate factum.* Consonat textus *cap.* 1. & 2. & ferè *per totam* 20. *quæst.* 2. *cap. mulier* 14. 32. *quæst.* 2. §. *Pupillus*, vers. *Nam & infans*, *Instit. de inutilibus stipulationibus*; *leg.* 1. & *fin. Cod. de falsa moneta*; *cap. sicut*, *cap. significatum*, *cap. ad nostram*; *de Regularibus*; *cap. parvuli.* 22. *quæst.* 5. *leg.* 2. §. *Voto. ff. de pollicitationibus*; *leg. si infanti*, *Cod. de jure deliberandi*; *cap. eos de consecratione*, *distinct.* 4. *cap. firmissimè*, 15. *quæst.* 1. *l.* 3. *tit.* 8. *partit.* 1. cum à me traditis *in dict. cap. sicut. c. ad nostram*, *de Regular.* Exornant Thomas Sanch. *de matrimonio*, *lib.* 8. *disp.* 20. *num.* 13. & *in præcepta Decalogi*, *tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 16. 35. & 56. Suar. *de Religion. tom.* 2. *tract. de voto*, *lib.* 6. *c.* 5. *num.* 9. & *cap.* 19. *num.* 16. Navar. *in manuali*, *c.* 12. *n.* 70. Emman. Rodrig. *in summa*, *n.* 2. *c.* 92. *n.* 3. *in fine*, D. Thom. 2. 2. *q.* 88. *art.* 12. Covar. *in c. quamvis pactum*, 3. *part.* §. 1. *num.* 3. Azor. *institutionum moralium*, *part.* 1. *lib.* 11. *c.* 17. *quæst.* 7. Sayrus *de Clavi Regia*, *lib.* 6. *c.* 10. *num.* 25. cum traditis à Barbos. *in collectaneis ad hunc text.*

2 Ratio, quare Summo Pontifici ultramarini voti dispensatio; & commutatio competit, ea est, quia Summus Pontifex plenariè Vicem Christi in tota Ecclesia gerit, habètque in ea plenitudinem potestatis in omnibus votis ad dispensandum; notat Divus Thomas 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 12. & quoniam votum ultramarinum est de majoribus votis, *cap. magnæ* 7. *hoc tit.* ideò illius commutatio, vel dispensatio, tantum ad Summum Pontificem spectat, vel cum ipsius speciali mandato, *cap. multo* 9. *hoc tit.* Et ratio quare pueri, qui non habent usum rationis, voti obligatione non tenentur, ea est, quia votum ex deliberata voluntate procedit, quæ deliberatio in puero non consistit; meritò ejus votum non tenet: Sotus *lib.* 3. *de justit. quæst.* 3. *art.* 2. *concluf.* 1. nam infans non intelligit, *l.* 1. *Cod. de falsa moneta*; *leg. si infantis C. de jure deliberandi*; *c. eos*, *de consecratione*, *dist.* 4. quare, nec etiam peccatum imputatur impuberi, qui ratione capax non est; *cap. firmissimè* 15. *quæst.* 1. meritò in voti obligatione amentibus, & furiosis æquiparatur. *c. sicut*, *de Regularibus*; *c. cum sequentibus*: 20. *quæst.* 2. *leg.* 3. *tit. part.* 1. Si verò puer doli capax fuerit, voto obligatur, etiam si sit intra annos pubertatis, quæ masculis in quartodecimo anno contingit, fœminis verò duodecimo completo, etiam si alieno juri subjectus, & filiusfamilias sit; quæ sententia expressè constat ex *text. nostro*; notat Glossa *in præsenti*, verbo, *In puerili ætate*, contra Ulpianum, *in leg.* 2. §. *Voto. ff. de pollicitationibus.* Ratio, quia sicut se potest obligare diabolo per delictum, *cap.* 1. *de delictis puerorum*; ita & Deo per votum; nam ad hoc, ut ex voto obligatio nascatur, satis est, quod ipse vovens naturaliter obligetur: quod limitandum est in voto solemni Religionis; nam in eo non obligatur, nisi is qui jam pubes factus est, *cap.* 1. *de Regularibus*, *lib.* 6. & hodie ex Concilio Tridentino *sessione* 25. *de Regularibus c.* 15. usque ad annum decimum sextum expletum professio antea facta nullius est momenti: in his autem pueris, qui doli capaces sunt, facilius voti commutatio, seu dispensatio fit. Ratio est, quia votum ab illis in puerili ætate emissum, videtur potius procedere ex quadam animi fragilitate, quàm ex arbitrio discretionis, ut in *text. nostro* meritò, alia causa non petita, in votis ab illis pueris emissis dispensatur, quia in illis semper jure optimo præsumitur imprudentia, & levitas in vovendo, eo, quòd impuberes maturo consilio careant: Ita Thomas Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *disputat.* 20. *num.* 13. meritò facilitas illa vovendi, præstat causam facilius voti commutandi, ut in text. nostro, *c. puella*, 20. *quæst.* 2. quare cum in præsenti, in illa voti commutatione existat authoritas Summi Pontificis (ut suprà diximus, *in cap.* 1. *hoc titulo*) & similiter concurrat causa, quæ duo in commutatione, vel dispensatione illius voti desiderantur; Gloss. *in c. non est* 7. *hoc tit.* & causa consistat in eo, quia in puerili ætate votum ultramarinum factum fuerat, in qua ætate inest naturalis facilitas; maximè in voto ultramarino, ad cujus implementum labores, & pericula exsistunt, quæ in puero adimpleri non poterant; meritò, justa de causa votum illud commutatur in eleemosynis, vel aliis piis actibus ab ipso Pontifice assignandis.

Primò, obstabit dicere, quod puerorum nulla est 3
obligatio, *capite primo*, & *secundo*, 20. *quæstione* 2. *capit. secundo*, *sicut*, *c. significatum*, *c. ad nostram*, *de Regularibus*: Ergo votum pueri in præsenti, non est obligatorium, nec aliqua indiget commutatione: & quod puer ex voto non obligetur, expressè docet text. *in leg.* 2. §. *Voto*, *ff. de pollicitationibus*; *leg.* 3. *tit.* 8. *partit.* 1. Sed respondendum est, quod omnia hæc jura limitanda sunt in puero doli capace, qui plenum usum rationis habet, & ita de eo est intelligendus text. noster in quo voti obligatio datur; notat Gloss. *in præsenti*, verbo, *in puerili ætate*: Abbas *num.* 3. argumento textus *in c. puella*, *c. mater*, 20. *q.* 2. Sed hæc interpretatio convinci videtur, ex text. *in dicta leg.* 2. §. *Voto. ff. de pollicitationibus*, ubi etiam, si puer doli capax sit, non obligatur voto. Sed huic difficultati respondit Gloss.

ibid.

ibidem; dum asserit distinctionem esse adhibendam inter votum reale, & inter personale, ut cùm primum patri præjudicet, non valeat; secùs verò secundum personale, quo obligatur doli capax, ut in præsenti. Sed hæc interpretatio, etiam convincitur ex text. *in dicto c.* 1. *&* 2. 22. *q.* 1. *c. mulier*, 32. *q.* 2. *c. significatum*, cum aliis, *de Regularibus*; in quibus juribus constat, nec doli capacem impuberem ad vota personalia esse adstrictum.

Quare his, & aliis omissis, verius est dicendum, impuberem doli capacem, sivè ante septennium, sivè post, ad rationis usum perveniat, obligari omni voto simplici reali, vel personali, juxta veram *nostri text.* sententiam. Ratio, quia cum ex ipso rationis usu per lethalem reatum se possit diabolo obligare, *dicto c.* 1. *de delictis puerorum*; ita & Deo; ad cujuscumque simplicis voti valorem, ea deliberatio sufficit, quæ desideratur ad culpam mortalem contrahendam: ita Thom. Sanch. *in summa lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 2. meritò, mirum non est, quod puer doli capax, Deo obligetur ex omni simplici voto reali, vel personali.

Nec obstant jura *suprà* in ratione dubitandi adducta: quia non procedunt in simplici voto personali, sed in solemni Religionis: nempè de professione, quæ intra annos pubertatis fieri non potest; *c.* 1. *de Regularibus, lib.* 6. & hodie per Tridentinum *dicta sess.* 25. *c.* 15. nec fieri potest nisi post annum decimumsextum completum, aliàs nulla erit professio, nec in hoc malitia supplet ætatem, sicut in matrimonio carnali, *cap. de illis, de desponsatione impuberum*, quia hæc ætas præfinitur à lege ad judicium, & discretionem huic actui requisitam habendam, in quo malitia non supplet ætatem. At verò textus noster loquitur de voto simplici, ad quod obligatur puer doli capax ante pubertatem, Covarruvias *in* 4. 1. *part cap.* 2. *num.* 1. Thomas Sanchez *in summa, lib.* 4. *c.* 18. *num.* 5. ubi plura, & plures refert.

4 Secundò, obstabit quod vota à pueris facta, parentum, vel tutorum arbitrio irritantur, *c. puella*, 20. *quæst.* 1. *c.* 2. *de Regularibus*: ergo frustra à Pontifice commutatio postulatur. Sed huic dubio respondendum est, quod vota à puero doli capace emissa, possunt à patre, vel tutore irritari, quæ irritatio fundamentum accipit à jure naturali, sed perficitur à jure positivo designante ætatem, intra quam pueri voluntas patri potestati, & voluntati subiiciatur: nam cum deficiat in tam tenera ætate deliberatio perfecta, ad tantam obligationem ei defectui natura prospexit præbens parentibus, vel eorum vicem gerentibus facultatem hujusmodi vota irritandi: ita sunt intelligendi text. *in dict. cap.* 1. *&* 2. 20. *quæst.* 2. *c.* 2. *c. significatum, de Regularibus*; Thom. Sanch. *d. lib.* 4. *summa, c.* 18. *num.* 5. præcipuè, *in c.* 35. *num.* 13. Et ratio, propter quam in præsenti dispensatio desideratur, nec patris irritatio sufficit, ea est, quia impubes ille qui in pubertatem vovecit, ea est, quia impubes ille qui in pubertatem vovecrat, ut constat ex *text. nostro*, Hierosolymam disposuit proficisci: notat Gloss. *in præsenti*, verbo, *Disposuit*, & Gloss. *verbo*, *Facilitate*, *in fine*, quam sequitur Abbas *ibidem*, *num.* 3. *&* 4 Hostiensis, & Zabarella *ibidem*. Sed tunc instat; nam cum impubes votum illud emisisset ex rationibus suprà adductis, absque alia causa, quàm fragilitatis, poterat Summus Pontifex in eo dispensare; & sic nec commutatio in eleemosynis desideratur, ut notat Barb. *in collectaneis ad nostrum textum, n.* 2. Sed huic considerationi respondit Thomas Sanchez *dict. lib.* 8. *c. matrimonio, disp.* 18. *num.* 13. *in fin.* dum asserit verissimum esse, in præsenti potuisse Pontificem, absque ulla causa voto illo in puerili ætate emisso, absque commutatione in eleemosynis dispensare; sed id fecit miscendo commutationem aliquam ne à suo stylo ordinario recederet, qui est partim dispensare, & partim commutare; ita Barbos. *in collectan. ad nostrum textum n.* 3.

5 Tertiò, obstabit dicere, quod ut votum obliget necesse est, ut sit factum ex deliberatione, *c. literarum* 3. *hoc tit.* sed in præsenti cum facilitate, & fragilitate à pueris factum est, ut ejus littera constat ergo non obligat, nec commutatione indiget. Sed respondendum est, veverissimum esse in voto desiderari deliberationem, & voluntatem explicitam cum animi consideratione, ut latius agemus *in c. sequenti*, ac proindè intra pubertatem vovens præsumitur facilis, & fragilis, ex qua fragilitate (ut suprà diximus) oritur causa commutationis, quamvis post pubertatem inciperet votum illud peregrinationis peragere, ut constat ex *text. nostro.*

Quartò, obstabit dicere, quòd fidei, & jurisjurandi eadem est obligatio, *c.* 3. *c. querelam, de jurejurando*, sed 6
pueros jusiurandum non obligat, *c. parvuli cap. pueri*, 22. *quæst.* 5. ergo nec fides voti. Sed respondendum est, fatendo voti, & juramenti parem esse obligationem; licèt, quoad pœnam sint diversa, nam contempta Religio juramenti, satis Deum ultorem habet. *d. c. pueri*, 22. *quæst.* 5. itaque, quemadmodum puerum votum obligat, si puer doli capax est; sic etiam & juramentum, ut suprà diximus: notat Guttierr. *in Authentica, Sacramenta puberum, num.* 117. Si verò puer non sit doli capax, nec usum rationis habeat, ejus juramentum non obligat, quia in juramento, sicut in voto, debet adesse judicium, & in illa ætate puer nescit quid agat; *leg.* 1. *C. de falsa moneta*; Gloss. *verb Jurare, in c. parvuli*, 22. *quæst.* 5. Juramentum autem à doli capace, & majore emissum, præcisè obligat, & excludit commutationem, *c. debitores*, *c. ad nostram el* 1. *de jurejurando*; quod verum est, quamdiù durat jurisjurandi vinculum, non tamen impedit, quin aliquando ex justa causa à Superiore absolvatur, vel relaxetur *c. venerabilem, de electione, c.* 1. *de jurejurando*, ubi latè scripsimus.

Quintò, adversus text. nostrum obstabit principium 7
illud, quo docemur, quod is qui fidem societatis alteri dedit, integrè obligatus est; *c. debitores*, *c. ad nostrum, el* 1. *c. si verò, de jurejurando*; sed *in præsenti*, per fidem, illam puer ille societatis pactum, & peregrinationis dedit, ut ex litera *text.* constat: Ergo illa privata obligatio, non poterat à Pontifice in præjudicium Tertii, dissolvi; præcipuè cum obligatio à jure gentium proveniat, *leg. ex hoc jure*, *ff. de justit. & jur. Clementin. Pastoralis*, *de re judicata*; notat Gloss. *in præsenti* verbo, *Socii fideles*. Sed respondendum est, *in textu nostro*, Pontificem potuisse illam societatis fidem tollere, quia fides societatis in præsenti à puero data fuerat, in consequentiam voti ultramarini, & ita tanquam voto accessoria debet sequi ejus naturam, cum votum esset principale: *leg. item veniunt*, §. *cum prædixerimus*, *ff. de petitione hæreditatis*: *c. de prudentia, de donationibus inter*: sed votum ex justa causa potest cum Superioris authoritate commutari, ut in *tex. nostro*: ergo sicut Pontifex potuit ex justa causa votum ultramarinum commutare, & absolvere: sic consequenter potuit, etiam societatis sponsionem à voto dependentem: notant Abbas, Hostiensis, Honorius, & Cardinalis *in præsenti.*

Ad textum in cap. literaturam 3. de Voto.

SUMMARIUM.

1 *Ex sola conceptione boni explicandi, non obligatur quis ad bonum conceptum exequendum.*

2 *Propositum voti non obligat, nec votum dicitur.*
Votum, quid sit?
Votum desiderat animum se obligandi interiorem cordis, vel exteriorem oris.
Votum est ad instar pollicitationis.
Votum, ut valeat, tria in se continere debet; scilicèt, deliberationem, propositum, & promissionem.

3 Cap. qui bona, 17. quæst. 1.

Sapientis

Sapientis est mutare consilium.
Propositum deliberatum in corde, obligat quoad Deum.

4 Cap. consulti 20. de Regularibus, cap. 1. de voto, lib. 6.
5 *Iterum exponitur*, *text.* in dict. cap. consulti 20. de Regularibus.
6 *Propositum deliberatum suscipiendi habitum, obligat in foro conscientiæ, quoad Deum.*
7 Cap. statuimus 23. de Regularibus.
8 Cap. fin. de Voto.
9 Cap. non solùm 2. de Regular.
10 Cap. beneficium, de Regular. lib. 6.
11 Lucæ, cap. 9. vers. *Nemo mittens manum ad aratrum, respiciens retro, aptus est Regno Dei.*
12 *Propositum, & missio manuum ad aratrum, inter se differunt.*
Cap. sed pensandum, 6. distinct.

CONCLUSIO.

EX *sola conceptione boni explicandi non obligatur quis ad bonum conceptum exequendum.* Consonat textus *in cap. dudum, de convers. conjug. cap. sicut tenor, de Regular. cap. si quis iratus* 15. 2. *quæst.* 3. argument. text. *in cap. præsens*, 20. *q.* 3. *c.* 1. *de his quæ vi: c. viduas*, juncta ejus Gloss. *verb. Proposito*, 27. *q.* 1. Probatur etiam, quia pollicitatio est solius asserenti promissio, per quam obligatur quis ei cui pollicetur, *leg. si quis rem, l. pactum, ff. de pollicitationibus*: sed votum est quædam pollicitatio, per quam vovens Deo se obligat: ergo absque promissione, saltem voventis, nulla oritur obligatio. Deindè, quia sine voluntate se obligandi nemo ex promissione tenetur: sed qui habet propositum aliquid faciendi, statim non habet voluntatem se obligandi: ergo nihil est, ex quo obligatio oriatur, quousque accedat consensus: ergo propositum solum, etiam absolutum vovendi aliquid in cultum Dei, non erit votum: nec inducit obligationem voti: & consequenter ejus omissio peccatum non erit, *cap. qui bona* 4. §. *aliud est, in fine*, 17. *quæst.* 1. Nam licèt voluntas proponat aliquid facere, non ex eo sequitur quod intervenerit voluntas se obligandi ad id faciendum. Deindè confirmatur, quia votum est promissio Deo facta de meliori bono, ut notant omnes *in Rubrica, de voto*; sed qui aliquid agere proponit, nec verbis promissionem suam profitetur, nec animo, nec corde concipit, cùm nondum habeat voluntatem se obligandi, ut constat ex *textu nostro*: ergo ad obligationem voti, non est satis propositum. Probatur etiam ex Sacræ Scripturæ testimoniis, quæ apertè insinuant, voti obligationem nasci ex promissione externa, quoad Deum; *Deuteronomii cap.* 23. vers. *Cum votum voveris Deo tuo non tardabis reddere, &c. si nolueris polliceri, absque peccato eris*: juncto versic. *Facies sicut promisisti*, Ecclesiast. *cap.* 5. vers. *Cum votum voveris Domino, memor eris reddere; displicet namque ei stulta promissio.* Rursus, quia Novitiis concessus est annus probationis, & toto eo tempore à Monasterio exire possunt: & sic liberi manent à voti proposito, Tridentin. *sessione* 25. *de Regularibus, cap.* 15. & 16. Ergo propositum per se non est sufficiens, ut obliget Religioni, latè Thom. Sanch. *ad præcepta Decalogi, lib.* 4. *c.* 1. *per totum*, ubi plura, & plures refert: Barb. *in collect. ad nostrum tex. num.* 1. 2. & 3.

2 Ratio, qua ex solo proposito, absque animo se obligandi, nemo ad voti implementum adstringitur, ea est, quia cùm ad essentiam voti requiratur animus se obligandi, sivè interior sit cordis, sivè exterior oris, & in eo qui tantùm propositum habuit, non detur talis animus, non manebit obligatus: nam ad obligationem voti requiritur promissio implicita cordis, vel explicita oris: notat Divus Thomas 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 1. Sylvester *in summa.* verbo, *Votum*; & constat ex *nostro text.* versicul. *Quod si plus non est in voto proces-*

Granna in Decret.

sum; ex quo deducitur, principalem mentem Pontificis ibi fuisse, quod requiratur promissio ad voti obligationem: notat Covar. *in c. quamvis pactum*, 1. *p.* §. 3. *in fin.* nam (ut supra diximus) votum est ad instar pollicitationis *l.* 2. *ff. de pollicitation.* & pollicitatio requirit promissionem, *l. pactum* 4. *ff. de pollicitation.* Tum etiam, quia doctrina D. Th. *dict. art.* 1. ad obligationem voti tria sunt necessaria, primum *deliberatio*, secundum *propositum*, tertium *promissio*: & sic votum dicitur, *initiari, confirmari, & consummari*; initiatur cum propositum in animo seminatur, ex quo nemo obligatur, nec quoad Deum in interiori, nec quoad Ecclesiam in exteriori foro, ut constat ex *text. nostro*: Deindè, quia cùm post deliberationem ultra processit, & in corde firmiter proponit votum adimplere; tunc obligatio oritur quoad Deum, non tamen quoad Ecclesiam, quia Ecclesia non potest compellere ad id de quo sibi non constat: Consummatur autem votum, cum verba pronuntiantur, & tunc efficax oritur obligatio quoad Deum, & quoad Ecclesiam, *cap. licèt, infrà, hoc titul.* Sicque in voto sola promissio cordis, cum animo se obligandi non sufficit, ut votum firmum, & validum maneat; quia cùm promissio sit Deo facta, quodcunque modo adsit animus, ipsi Deo obligamur, cum Dominus hominum respiciat corda; *cap. si quid inveniste* 4. *quæst.* 5. *cap. novit* 13. *de judiciis*, Paulus *ad Hebræos* 4. versic. *Omnia nuda, & apertæ sunt oculis ejus: cap. Deus omnipotens*, 2. *quæst.* 1. Matth. 5. versic. *Ego autem dico vobis, quod omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendam, jam mœchatus est eam in corde suo: cap. sed pensatum*, 6. *distinct. cap. re vera* 2. & 13. 32. *quæst.* 5. *cap. omnis iniquitas* 25. 29. & 30. *de pœnitentia, distinct.* 1. *cap. unum* 3. §. *criminis*, 25. *distinct. cap. voventibus* 2. 17. *quæst.* 1. & sic ex his apparet, quod in voto non tantum expressa, verum etiam tacita promissio, cum animo, & voluntate, obligat ad ad implendum ita promissum; nam promissio Deo facta differt ab ea, quæ hominibus fit, quia hominibus voce, aut signis declarari debet; *l.* 2. *de pact. l.* 2. *l.* 3. §. 5. *l.* 51. & 54. *ff. de obligation. & actionib. leg.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopilationis*: at verò, quæ Deo fit per solam mentis, seu cordis conceptionem, obligat; 1. *Regum, cap.* 16. vers. *Homo enim videt ea, quæ patent; Dominus autem intuetur cor.*

Primò, conclusioni suprà adductæ obstabit *Divi* 3
Gregorii authoritas super *Ezechiel homilia* 3. relata *in cap. qui bona*, 17. *quæst.* 1. ubi probatur, quod is, qui aliquid agere deliberat, & deliberata non implet, in conspectu Dei cecidit: ergo ex solo voti proposito efficax oritur obligatio. Sed huic dubio dicendum est, Divum Gregorium *ibidem*, non loqui de casu, prout significat culpam, cùm omissio majoris boni possit contingere sine culpa; sed loqui de casu, prout significat non proficere, vel amittere id, quod quis posset lucrari, nec lucratus est. Undè *Divus Gregorius* non dixit simpliciter, ante oculos Dei cecidisse eum, qui meliora agere deliberat, & post deliberata non implet, sed decidisse ex deliberatione, ut constat ex originali *illius text.* cum non dixit ejus opera displicere Deo, sed tantum minus placere; ut docet Suar. *ubi suprà*, *d. cap.* 2. *n.* 10. Lessius *lib.* 3. *de justit. & jure, cap.* 2. *dub.* 6. *nu.* 24. & 49. *in fin.* qui existimat realem recessum à perfectione contingere posse absque peccato, quando aliqua justa causa subest, veluti si è Religione ante professionem, ob ejus asperam regulam exierit, si eam observare non audeat: meritò, nam etsi mutare propositum sit inconstantia, attamen proponens aliquid facere, potest propositum mutare, si adimplere sibi sit difficile, cum sapientis sit mutare consilium, seu propositum, nec ex mutatione peccatum committit, cùm non ex proposito, sed promissione obligatus maneat: notat Lessius *lib.* 3. *de justitia, cap.* 2. *dubio* 6. *n.* 49. Vel aliter dici poterit, textum *in dict. capite qui bona*, esse intelligendum in eo, qui cum proposito deliberato votum promisit implere, quo in casu obligatio quoad Deum fiat, alias enim ex solo proposito

non maneret obligatus; Sylvester *in summa*, verbo, *Votum* 1. *quæst.* 2. dum asserit, non sufficere solum propositum, etiam præcedente deliberatione, nisi sequatur promissio saltem in corde concepta.

4 Secundò, obstabit text. *in cap. consulti* 20. *de Regul.* ubi cùm valdè dubium esset, an ne is, qui habitum sumpsit, intra tempora probationis, licitè possit absque Apostasiæ nota à Monasterio exire; In qua quæstione, omissis diversorum sententiis, distinguit Pontifex, an is, qui proposuerit absolutè vitam mutare, & de cætero omnipotenti Deo in habitu Regulari famulari, & tunc compelli debet regulariter vivere, vel ad laxiorem regulam pertransire; si verò proposuerit experiri observantiam regularem, ut profiteatur, si placet; & si non placet, ad pristinum statum revertatur; & tunc potest ad sæculum redire? *dum tamen non sæculariter vivat*: ergo ex his ultimis verbis constat, quod is qui non promisit, sed tantum proposuit meliora agere, non potest liberè ad sæculum redire. In cujus *text.* difficultate, nonnulli asserunt, quòd etsi solum propositum mutandi vitam, non indicat obligationem aliquam; tamen si proposito mutationis vitæ accedat operis inchoatio, tam gravis, qualis est susceptio habitus Monachalis; tunc propositum mutandi vitam inducere obligationem, saltem perseverandi in tali proposito, cum mutatio ab eo non videatur posse fieri, sine gravi nota, & scandalo; ita Paludanus *in supplemento Gabrielis in* 4. *distinct.* 38.

Sed hæc interpretatio apertè convincitur ex sequentibus: 1. quia id videtur esse contra intentionem Ecclesiæ, ut inducatur aliqua obligatio, saltem voti simplicis; siquidem Ecclesia assignavit Novitiis annum probationis, ut experiantur asperitates Religionis, & similiter Religio eorum vires; quod omne nostrum jus liberum esse voluit, *capite ad Apostolicam*, *de Regularibus*, *capit. non solùm*, *capite beneficium*, *eodem titul. lib.* 6. Tridentin. *sessione* 25. *de Regularibus*, *capite* 15. & 16. Præterea, quia hæc non est apta materia, ut dicamus statum Ecclesiæ locum habere posse, nec verba text. *in dicto capite consulti*, inducunt præceptum, vel novam aliquam obligationem. Rursus, quia illa operis inchoatio, præcedente proposito, non auget voluntatem, nec causam, ex qua induci possit aliqua obligatio: ergo ex illa habitus susceptione, non magis adstrictus quis manet Religioni, quàm antea erat ex proposito. Antecedens probatur; quia illa susceptio habitus solùm est effectus propositi antè concepti, non verò voluntas se obligandi ad perseverandum in opere inchoante, ex sola illa habitus susceptione; deinde, quia opus externum, non habet per se tantam efficaciam, ut absque voluntate possit imponere obligationem aliquam, cum causa, & radix obligationis sit ipsa voluntas; argumento text. *in leg. non omnis*, *ff. de rebus creditis*. Præterea, quia scandalum, quod ex recessu posset oriri, & defectu perseverantiæ accidentale est, vel ita leve, quod facilè vitari queat, si prudenter fiat, quod experientia docet, cùm quotidie videamus novitios deserere habitum, & tamen indè nullum nobis generatur scandalum.

Aliter autem nonnulli interpretantur text. *in dicto cap. consulti*; asserentes ex usu, & statuto Ecclesiæ propositum mutandi vitam, inducere obligationem voti simplicis; nam antiquitùs dupliciter suscipiebatur habitus Religionis, *Primo modo*, animo experiendi, & tunc licitum erat novitio resilire: *Secundo modo*, non tantum experiendi, sed animo perpetuò manendi in Religione, & tunc censebatur novitius, saltem tacitè obligare se Religioni voto simplici, eo quod tale votum esset annexum huic habitus susceptioni; undè ad sæculum redire non poterat, sed tenebatur vivere regulariter; ita ut ad laxiorem Religionem solùm transire posset, ut constat *ex dicto capite consulti*, versic. *Distinguendum est*; *utrum is*, *qui convertitur*, *proposuerit absolutè vitam mutare*, *ut sub habitu regulari omnipotenti Deo de cætero famuletur*: *an conditionaliter*, *observantiam regularem experiri*; *nam primo casu debet ut regulariter vivat ad laxiorem saltem Regulam transire*; posteà verò morem illum antiquatum esse apparet, & Canones liberum desiderant novitium usque ad professionem, nisi votum interveniisset expressum, ut in *text. nostro*, & Tridentin. ex *dicto cap.* 15. & 16.

Sed hæc interpretatio, etiam convincitur ex eo, quia exindè sequeretur, quod propositum absolutum mutandi vitam, cum susceptione habitus Religionis, esset sufficiens ad votum solemne castitatis; quod est omninò contra id, quod decisum est *in capite* 1. *hoc titul. libro* 6. ubi tantum solemne votum fit, per susceptionem Sacri Ordinis, vel per professionem in Religione approbata; tamen text. *in dicto capite consulti*, tantum loquitur de proposito antecedente professionem, sivè tacitam, sivè expressam, ut constat ex *eodem text.* versic. *Si ante professionem emissam.* Deindè, quia *text.* ille loquitur de susceptione habitus novitiorum, ut indicant verba illa, *Monasterium ingressus est habitum sumendo novitii*, sed impossibile est per talem habitus susceptionem induci professionem solemnem, etiam tacitam; cum ad id requiratur, quòd novitius accipiat habitum professorum, ubi distincti sunt habitus novitiorum, & professorum; *capite super eo*, *de Regularibus*; *capite* 1. *eodem titul. lib.* 6. & ut benedicantur vestes, quæ profitentibus tempore professionis concedi solent, *capite statuimus*, versic. *Nihilominus*; *de Regularibus*. Meritò enim, cum in *dictis juribus* constet, habitum novitiorum, non esse signum Religiosi professi; similiter dicendum erit, nec esse signum voti solemnis: ergo susceptio habitus novitiorum, cum proposito absoluto mutandi vitam, non poterit solemne votum castitatis inducere.

Quare his, & aliis omissis, verius dicendum est, text. *in dicto capite consulti* 20. *de Regularibus*. non loqui de mero, & nudo proposito, sed de proposito absoluto, saltem firmato promissione simplici; notat Panormitanus *in præsenti*, *n.* 2. Divus Thomas 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 1. Sylvester. *verbo*, *Religio* 3. *quæst.* 19. & 5. *quæst.* 9. Thomas Sanchez *ad præcepta Decalogi*, *tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 1. *n.* 20. cum traditis à Barb. *in collectaneis ad tex. in dict. c. consulti*, *num.* 2.

5 Tertiò, huic solutioni obstabunt verba text. *in dicto capite consulti* 20. *de Regularibus*, versic. *Proposuerit absolutè*; quæ indicant, Innocentium III. *ibidem*, tantum fuisse, de mero, & nudo proposito; non verò de vestito, & firmato per promissionem. Cui dubio respondendum est, ex proposita materiæ consultatione, & responsione Pontificis, *in d. capite consulti*, facilè constare superiorem solutionem, nam cum Innocentius Pontifex distingueret, an firmo proposito mutandi vitam, fuerit quis Religionem ingressus, an vero conditionaliter ad experiendam Regulam; quo casu supra diximus liberam facultatem concedi novitiis redeundi ad sæculum: sed cùm hæc facultas, *in dict. capite consulti*, denegetur in secundo illo casu, ut constat ex *eodem text.* versic. *In secundo casu potest ad sæculum*, *non tamen ut vivat sæculariter*, redire, ergo verba illa demonstrant aliqualem promissionem, simul cum proposito mutandi vitam interveniisse, argumento text. *in capite super eo* 9. *de Regularibus*, ubi cum à principio proponatur quæstio de Clericis, qui simpliciter habitum Religionis susceperunt, & ante professionem ad priorem statum reversi fuerunt, Alexander Tertius præcepit, ut ad laxiorem Religionem saltem transirent, & non esse admittendos in sæcularib. Ecclesiis, Rationem subjungit, ne contra votum quod Deo fecerunt, venire prohibeantur: ergo quia susceptio habitus (de quo in *eo tex.* facta fuit mentio) sacra erat præcedente proposito, etiam aliqua promissione firmato: quod & subjecta materia, & verba *illius text.* indicant; ita Thomas Sanchez *in præcepta Decalogi*, *lib.* 4. *capite* 1. *n.* 20. Idem *de matrimon. li.* 9. *disput.* 33. *numero* 19. Barbo. plures referens *in collectaneis ad text. in dicto cap. super eo* 9. *de Regularibus*, *num.* 4.

Quartò

6 Quartò, ſuperiori interpretationi obſtabit dicere, quòd quando propoſitum ſtat firmatum promiſſione ſimplici, etiam ſi habitum Religionis non ſuſcipiat is, qui ita promiſit, tenebitur Religionem ingredi, ut ſuæ conſcientiæ ſatisfaciat: Ergo ad hoc nihil operabitur habitus ſuſceptio, contra jura ſuprà allegata, *capite conſulti*, *capite ſuper eo*, *de Regularibus*: Sed reſpondendum eſt: diſtinctione adhibita inter forum internum, & externum: nam quod ad internum conſcientiæ ſpectat, nihil intereſt, inter eum qui habitum Religionis ſuſcepit, & inter eum, qui non ſuſcepit: quia utroque in caſu poſt propoſitum, ſaltem ſimplici promiſſione firmatum, tenetur illud implere; alias conſcientiæ ſuæ non ſatisfacit: Si verò propoſitum non ſit firmatum, ſaltem ſimplici promiſſione, ſive novitius habitum Religionis induerit, ſivè non, hac profeſſione non tenetur. Cæterum, quod attinet ad forum exterius, qui abſolutè proponit mutare vitam cum promiſſione aliqua, ſaltem ſimplici, abſque habitus ſuſceptione, non cogitur in Religione permanere, ſed relinquitur ſuæ ſcientiæ, vel conſcientiæ; ſi tamen habitum Religionis ſuſceperit declarans, ac proteſtans propoſitum firmatum aliqua promiſſione, juxta ſpeciem *text. dicti capitis Conſulti*: tunc ei non conceditur facultas dimittendi habitum, ut liberè ad ſæculum ſæculariter redeat, & vivat, quia propoſitum illud, jam eſt publicum, & notorium Eccleſiæ; undè ut liberè recedat neceſſaria eſt aliqua cauſa legitima, vel tranſitus ad laxiorem Religionem: ita Suarez *ubi ſuprà*, *dicto cap. 2. nu. 5.* Leſſius *dicto lib. 3. de juſtitia, & jure; c. 2. dub. 6.*

7 Quintò, obſtabit text. *in capite ſtatuimus 23. de Regularibus*, ubi Gregorius Nonus, docet licitum eſſe novitiis intra annum probationis ad ſæculum redire, niſi ſuſcipiant habitum conſuetum datum profeſſis, vel niſi profeſſionem emiſerint, vel evidenter appareat, quod tales abſolutè voluerint vitam mutare, & perpetuò in Religione Domino deſervire: Ecce ubi Gregorius Pontifex, æquiparat profeſſionem tacitam, & expreſſam, & propoſitum perpetuò remanendi in Religione: ergo propoſitum ſolùm deliberatum ſufficit, abſque promiſſione. Sed reſpondendum eſt, text. *in dicto cap. ſtatuimus 23. d. Regularibus*, eodem modo eſſe intelligendum, ut *ſuprà* diximus *in 4. dubio*; nempè de propoſito abſoluto mutandi vitam firmato aliquâ promiſſione; nam tunc induenti habitum Religionis, non permittitur liberè ad ſæculum redire; juxta ea, quæ diximus in præcedenti argumento; ita Azor. Leſſius, & Suarez *ubi ſuprà*, *num. 16.*

8 Sextò, obſtabit text. *in capite fin. de voto*; ubi cum dubitaretur, An duo Monachi, quorum alter fuerat Cruce ſignatus, & alter deſiderabat inſigniri, tenerentur ad obſervantiam voti, adeundi terram Sanctam; Et reſpondit Honorius III. Utrumque teneri, niſi eorum Eccleſiæ enormiter læderentur ex ipſorum abſentia, & utiles eſſent futuri verbo, & exemplo; & idoneos Procuratores ſuis Eccleſiis relinquere debent: ecce qualiter ſolùm deſiderium recipiendi Crucem ſufficit, ut Monachus teneatur implere votum adeundi terram Sanctam: ergo ſolùm propoſitum ſufficit ad votum. Sed huic dubio ſimiliter reſpondendum eſt, textum illum non eſſe intelligendum de ſolo propoſito, & deſiderio proficiſcendi Hieroſolymam; eſt de propoſito, & deſiderio firmato promiſſione ſaltem ſimplici, ut *ſuprà* diximus nam etſi eo in text. nullum ſignum exterius appareat; tamen præſumitur ex mente illius: ſiquidem verba illa, *tenemini votum peregrinationis implere*, apertè demonſtrant, eſſe intelligenda de voto; non verò de deſiderio, aut propoſito nudo; ita ut Pontifex credatur loqui de impletione voti, non verò de impletione deſiderii, aut propoſiti: vel reſpectu illius Monachi, qui promiſit, vel reſpectu utriuſque; ſi ille qui à principio deſiderium tantùm habuerat, ex poſt facto, animo ſaltem interno votum emiſiſſet; ita Suar. *dicto cap. 2. numero 17.*

Septimò, obſtabit text. *in cap. non ſolùm 2. de Regularibus, lib. 6.* ubi Alexander IV. ſtatuit ne alicujus novitii renunciatio admittatur, & ne impediatur ad aliam Religionem tranſire, intra annum novitiatus, niſi tacitè, vel expreſſè profeſſus fuerit, *aut evidenter conſtet illum vitam mutare voluiſſe*: ergo ſola mutatio vitæ, quem obligat Religioni; ac per conſequens Religionis propoſitum, ſine promiſſione, ſufficit ad votationem. Sed reſpondendum eſt verba illa, *aut evidenter conſtet illum voluiſſe vitam mutare*; non eſſe intelligenda de propoſito, & voluntate ſimplici, ſed de voluntate firmata aliqua promiſſione, vel ſaltem proteſtatione externa, ut indicant verba illius textus *ſuprà* adducta: quod tamen non præſumitur, niſi clara probatione, vel competentibus indiciis oſtendatur: notat Barboſa *in collectaneis ad eundem textum, n. 3. cum ſequentibus.* 9

Octavò, obſtat text. *in cap. beneficium, de Regularibus, lib. 6.* ubi Bonifacius Octavus præcipit, ne intra annum probationis, alicui auferatur beneficium ingredienti Religionem, niſi ipſius accedat conſenſus, ſeu abſoluta mutatio vitæ, vel profeſſio tacita, vel expreſſa: ergo ſentit Bonifacius, ſolam mutationem vitæ ſufficere ad conferendum beneficium novitii, quaſi per eam mutationem vitæ, novitius Religioni adſtrictus ſit, ſicut per profeſſionem tacitam, vel expreſſam; alias namque ſi profeſſus non exiſtimaretur, beneficium ejus conferri nondum poſſet, cum non ſit vacans; argumento text. *in cap. cum in cunctis*, §. *cum verò*, *de electione*, *cap. 2. cap. literas* cum aliis, *de conceſſione præbendæ*; *cap. licèt 28. de Prabendis, lib. 6.* Sed textum illum ſimiliter ſuprà citati Authores intelligunt de propoſito abſoluto mutandi vitam, confirmato aliqua promiſſione. Undè mirum non eſt, quod hic caſus æquiparetur profeſſioni tacitæ, vel expreſſæ, ſaltem quoad effectum, de quo in *text. illo* agitur; ita Leſſius *ubi ſuprà*, *num. 23.* Vel dic, Bonifacium VIII. *ibidem* voluiſſe, ut etiam ante profeſſionem, & ſolemne votum, novitius privaretur Beneficio, ita ut alii conferretur, ſi dicti Monachi accederet conſenſus ſeu ſequeretur profeſſio tacita, vel expreſſa: vel quod evidenter conſtaret novitium voluiſſe mutare vitam; non tamen ex eo, quod vitæ mutatio æquiparetur profeſſioni tacitæ, vel expreſſæ, ſed ne occaſione beneficii, quod habet, omitteret implere propoſitum, quod jam per ſuſceptionem habitus notum erat Eccleſiæ; Suar. *tom. 3. de Religione, lib. 5. cap. 16.* Barboſ. *in collect. ad eundem text. num. 2.*

Nonò, obſtat illa *Lucæ* authoritas, *cap. 9.* verſ. *Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retrò, eſt aptus Regno Dei*: per quæ verba indicatur propoſitum ſolum, & voluntatem ſufficere; & non perſeverare, eſſe culpam; cum dicatur, illum non eſſe aptum Regno Dei: ergo ex ſolo propoſito tenetur quis ad obſervantiam voti, aliàs culpam contrahit: quæ quidem *Lucæ* authoritas refertur in originali apud Divum Gregorium, *in cap. qui bona 4. 17. quæſt. 1.* Sed reſpondendum eſt, cum Divo Thoma, *dict. quæſt. 88. art. 1. ad finem*: dum aſſerit mittere manum ad aratrum, plus eſſe, quàm proponere; nam qui mittit manum ad aratrum, jam procedit aliquid faciendo: qui verò ſolùm proponit, nihil agit, niſi tunc, quando accedit promiſſio; vel ſi proponat abſque promiſſione, ſolùm eſt actus ad faciendum, ut in exemplo arantis, nam qui mittit manum ad aratrum, nondum arat, etiam ſi quodammodo paratum ſe exhibeat ad arandum: undè metaphoricè Chriſtus Dominus utitur verbo illo, *mittere manum ad aratrum*, proferens verba illa, cùm quidam proponeret ſequi Chriſtum dicens, *ſequar te Domine, ſed permitte mihi primum renuntiare his, quæ domi ſunt*: cum Chriſtus reſpondit, *nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei*: ex *dict. Luca cap. 9.* quod intelligi poteſt, vel de ſtatu perfectionis, aut de munere prædicandi Evangelium; undè is, qui propoſito, 10 11

& voluntate deliberata manifeſtaque Deo, ſtatuit ſequi Chriſtum, jam manum mittere videtur ad aratrum, quia quoad Deum, ex voluntate, jam aliquid opere, & promiſſione feciſſe videtur.

12 Decimò, obſtabit dicere, quòd ſicut per animi cogitationem quis obligatur ad peccatum. *Matthæi dict. cap. 5.* verſicul. *Jam mœchatus eſt in corde ſuo; cap. ſed penſandum*, 6. *diſtinct.* Ita & per animi cogitationem quis debeat obligari ad votum. Sed reſpondendum eſt, quod licèt ſolo corde peccata committantur, tamen diverſa ratio eſt voti, quia peccato per pœnitentiam conſultum eſt, votum autem per pœnitentiam non tollitur: & quia tanta eſt obligatio in voto; ideò tantùm in eo Eccleſia requirit cauſam, ut non conficiatur abſque deliberatione, propoſito, & promiſſione.

Ad textum *in cap. ſcripturæ 4. cap. Non eſt 5. hoc tit.*

DE horum jurium materia, latè ſcripſi *in cap. hoc tit.* quæ omnia in præſenti ſunt repetenda.

Ad text. in cap. Licet univerſis 6. hoc tit. de Voto.

SUMMARIUM.

1 *Judex Eccleſiaſticus poteſt compellere laicum hæredem ad executionem voti ultramarini per excommunicationem, & bonorum ſubtractionem, ad quod ſe obligavit defuncto.*

2 *Indignus ſucceſſionis hæres efficitur, qui mandata defuncti adimplere recuſat.*
Hæres qui non exequitur votum defuncti, quoad vires hæreditarias, graviter peccat.
Cap. Sylveſter 11. quæſt. 1.

3 *Poteſtas Pontificia, & ſæcularis in quo differant.*

4 *Hæres adeundo, commoda, & incommoda hæreditatis in ſe ſuſcipit.*
Cap. licèt univerſi, de voto.

5 Cap. Beatus Paulus 5. 22. quæſt. 5.
Votum perſonale in ſe continet tacitam conditionem cùm potuero: *Et quid in reali.*

6 Cap. quod ſuper his 8. de voto.

7 Cap. licèt univerſi 6. de voto, *& in num.* 8.

8 *Filius gravari non poteſt quoad Legitimam, etiam quoad piam Cauſam.*

9 L. Statius Florus 48. §. Cornelio Felici, ff. de jure Fiſci.
Cap. 2. de ſupplenda negligentia Prælatorum.
Bona reſtitutioni ſubjecta, an propter crimen poſſidentis confiſcari poſſint.

10 *Pollicitatio ſimplex de jure Civili non producit actionem; & ejus definitio proponitur.*
Pollicitatio nuda, an in foro conſcientiæ obliget.

CONCLUSIO.

1 *JUdex Eccleſiaſticus poteſt compellere laicum hæredem ad executionem voti ultramarini, per excommunicationem, & bonorum ſubtractionem, ad quod ſe obligavit pro defuncto*; probat textus *in cap. ſi hæredes, de teſtamentis, cap. ex parte, de cenſibus; cap. Sylveſter* 13. 11. *quæſt.* 1. *cap. fin. de ſepulturis: cap.* 1. *de ſolutionibus*: *l.* 2. *ff. de pollicitationibus*: *leg. ſi quis ob honorem* 11. *ff. eodem, l. hæreditas* 53. *in fine, ff. de petitione hæreditatis*: *l. veteris* 13. *Cod. de contrahenda ſtipulatione*; *l. nulli* 28. *Authent. licèt, C. de Epiſcopis, & Clericis*: *l.* 4. *tit.* 15. *part.* 1. *l. fin. tit.* 10. *part.* 6. Exornant Suarez 2. *tom. de Religione, lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 2. *& cap.* 11. *n.* 15. Thomas Sanchez *lib.* 4. *ad præcepta Decalogi, cap.* 15. *n.* 25. Layman. 2. *tom. moralium, lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 3. *num.* 12. Covar. *in cap. ſi hæredes, numer. nono de teſtamentis*: Caſtillo *lib. tertio, controverſiarum, cap. decimo nono, num. centeſimo decimo nono* Molina *lib.* 1. *de primogeniis, c.* 9. Molina *de juſtitia, & jure; tract.* 2. *diſp.* 626. *nu.* 8. Nicolaus Garcia *de expenſis, cap.* 16. *num.* 32. Spino *in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ.* 19. *nu.* 33. *& gloſſ.* 28. *nu.* 47. Padilla *in Authentica, hoc ampliùs, Cod. de fideicommiſſis*, Suarez *lib.* 4. *de voto, cap.* 11. *n.* 1. *& 2. tom. de Religione, lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 2. Avend. *in l.* 40. *Tauri, gloſſ.* 1. *num.* 73. Caſtillo *controverſ. juris, lib.* 3. *cap.* 19. *nu.* 119. cum traditis à Cenedo *ad Decretales, collectan.* 90. Barb. *in collect. ad noſtrum text. num.* 3.

Ratio decidendi, ab eodem Innocentio III. in præ- 2
ſenti aſſignatur, *verſ. Niſi unus*; dum aſſerit indignum eſſe ſucceſſione, & emolumento teſtatoris, eum, qui ejus mandata adimplere recuſat, *Authentica, hoc ampliùs, Cod. de fidejuſſoribus: cap. ſi hæredes, de teſtamentis: cap. fin. de ſepulturis*: Covarruvias, & Padilla *locis ſuprà citatis*; nam cum defunctus poſſit onerare, & gravare eum, quem honoraverat emolumento, poterit gravare obligatione viſitandi Hieroſolymam forti manu, hoc eſt, cum exercitu expenſas faciendo: unde ſequitur, quod licèt Andreas ſponte votum non ſuſcepiſſet, tamen teneretur ad ejus implementum, cùm fuerit conſecutus emolumentum paternum, ut probant ſuprà citati Authores: inde rectè potuit, præcedenti admonitione, de qua in *text. noſtro* ſi contumax fuerit in non implendo votum, excommunicari; nam ut peccatum evitetur, quilibet laicus, etiam Princeps ſubjicitur Eccleſiæ, & ab ea puniri poteſt; *cap. novit de judiciis, cap. alius*, 15. *quæſt.* 6. *cap. dilecto* 6. *de ſententia excommunicationis, lib.* 6. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. quonium hæres, qui non exequitur votum defuncti, ad quod ſe extendunt vires hæreditatis, graviter peccat: *cap. Sylveſter*, 11. *quæſt.* 1. *dict. leg.* 2. *ff. de pollicitationibus*, ad cujus implementum poteſt compelli per excommunicationem, & bonorum ſubtractionem: *cap. ſi aliquis*, 26. *quæſt.* 6. meritò, juſta de cauſa ipſe Andreas Regis filius ſucceſſione Regni Ungariæ à Pontifice privatur donec votum adimpleat: ſiquidem pro menſura peccati debet eſſe pœna, *Deuteronomii, cap.* 25. Quibus accedit, quod omnis obligatio defuncti ad hæredes tranſit, *l. unica, C. ut actiones ab hæredibus, & contra hæredes*: ſed votum eſt obligatio defuncti, *c. magnæ, hoc tit.* ergo obligatio voti ad hæredes tranſit; tum ex aliis rationibus *infra* pro noſtri text. intellectu referendis.

Primò obſtabit dicere, quod utraque Poteſtas, ſæ- 3
cularis, & Pontificia, diſtinctæ & ſeparatæ ſunt, *cap. quoniam*, 10. *diſt. cap. ſolitæ* 6. *de majoritate, & obedientia*: & inde Innocentius III. pollicetur ſe non perturbare, aut minuere juriſdictionem ſæcularem, *in cap. novit* 13. *in principio de judiciis*: ergo non rectè Innocentius III. contra Andream Ducem procedit, & cognoſcit de ſucceſſione bonorum, & Regni privatione. Pro cujus dubii ſolutione adnotandum eſt, veriſſimum eſſe, utramque juriſdictionem diſtinctam, & ſeparatam eſſe inter Eccleſiaſticos, & ſæculares, ex *dictis juribus*: ſed nihilominus juriſdictio ſæcularis in habitu, & potentia, in ſæculares penes Eccleſiaſticos reſidet: quia utraque poteſtas, juriſdictio, Petro, & ſucceſſoribus Petri, à Chriſto fuit data, *Matthæi cap.* 16. *&* 18. *Joannis cap.* 20. *cap. in novo teſtamento*, 21. *diſt. cap. quodcumque*, 24. *quæſt.* 1. Trident. *Seſſ.* 14. *de Sacramento Pœnitentiæ, cap.* 3. *&* 6. ſed illa poteſtas juriſdictionis data fuit, quoad cauſas Eccleſiaſticas, & ſpirituales in potentia & exercitio, in habitu, & actu: ſed quoad cauſas ſæculares, & temporales, in habitu & potentia tantum, non verò in actu & exercitio: quæ, ſecuta juſta cauſa, ad actum, & exercitium reducitur: *cap. licet ex ſuſcepto* 10. *de foro competenti: cap. de prudentia* 3. *cap. per veſtras* 7. *de donationibus inter*: Covar. *in Regula, peccatum*, 2. *par.* §. 9. *nu.* 7. Quare ratione peccati judex Eccleſiaſticus

in

in temporalibus contra ſæculares poterit cognoſcere, *cap. multi* 18. 2. *quæſt.* 1. *cap. novit de judiciis*, & propter inobedientiam; & pertinaciam privare bonis, & deponere à dignitate, *dict. cap. novit de judiciis*: Ex quibus apparet Innocentium III. *in præſenti*, contra Andream perfectam & legitimam habere cognitionem ratione voti, & pœnam excommunicationis, privationis ſucceſſionis, & hæreditatis, uſque dum votum adimpleret, procedere poſſe, *cap.* 2. *hoc tit.* ubi ratione voti, abſolvit adoleſcentem à contractu ſocietatis; quia in voto, & juramento ratione materiæ Eccleſiaſticus judex, legitimus, & competens eſt, etiam inter ſæculares, ut in text. noſtro: *cap. ad noſtram* 1. *&* 2. *cap. cum contingat*, cum aliis, *de jurejurando, cap. fin. de foro competenti*, *lib.* 6.

4 Secundò, adverſus *text. noſtrum*, quatenus docet, filium hæredem per bonorum ſubtractionem, ab Eccleſiaſtico judice compelli poſſe, ad executionem voti, ſi ipſe illud adimpleturum promiſerit: obſtabit dicere, quod obligatio voti realis tranſit ipſo jure, ſeu facto, ex vi hæreditatis receptæ ad hæredem defuncti, qui votum ſuum non implevit; *cap. Sylveſter*, 11. *quæſt.* 3. *cap. ſi hæredes*, *de teſtamentis*; *cap. ex parte*, *de cenſibus*: & meritò, nam hæres ſponte hæreditatem adeundo, ſicut commoda ejus & omnia jura adquirit, *leg. hæredem*, cum vulgatis, *ff. de regulis juris*: ita etiam onera, & reales obligationes in ſe ſuſcipit, *cap. convenior*, 23. *q.* 8. *c.* 1. *de ſolutionibus*, inter quas obligationes eſt votum reale: ergo cùm hæredes hæreditario nomine vota defuncti implere cogantur; minus rectè in præſenti cavetur, filium Regis Ungariæ, ejuſque hæredis, ad voti ultramarini à patre omiſſi executionem, ideò teneri, quia ipſe votum implere, ſine qualibet obligatione promiſerat, & quia onus illud ſponte ſuſceperat; cum ſolummodo ex vi bonorum, quæ ad ipſum pervenerunt, modis omnibus, etiam ſi ſponte non ſuſcepiſſet, votum implere tenebatur. Sed huic dubio reſpondendum eſt, quod licet reale votum, ex vi bonorum, quæ ad hæredem pervenerunt, ad ipſum tranſeat; ita ut hæreditario nomine adſtrictus ſit illud exequi ex *juribus*, & rationibus *ſuprà* adductis; tamen in noſtra ſpecie neceſſaria fuit promiſſio filii, & ejus voluntaria acceptatio, quia non erat quæſtio de compellendo filium ad ſumptus reales perſolvendos, qui expendendi erant in militibus alendis, & aliis belli oneribus ſupportandis, nam eorum ſolutio ad filium, ipſo jure, ut hæredem competebat: ſed tantum agebatur de cogendo filium, ad adimplendum perſonale votum, quod in peregrinatione viſitandi Hieroſolymam conſiſtebat, ad quod, ut teneretur neceſſaria omnino fuit obligatio perſonalis ipſius filii, cùm aliàs actio illa per mortem Regis extingueretur, nec poſſet ad hæredem tranſire: & hac de cauſa, *text. noſter* affirmat, filium promiſiſſe votum, ſine qua promiſſione cogi non poterat ad totius voti perſonalem ſolutionem.

5 Tertiò, adverſus *text. noſtrum*, quatenus docet Ungariæ Regem, votum, quod Domino promiſiſſet, Hieroſolymitanam Provinciam forti manu viſitandi, fidei filii ſui exequendam commiſiſſe, & per eum exequi teneri, obſtabit ſequens conſideratio: ſcilicet, quod ex quo Rex ille morte præventus votum emiſſum perficere non potuit, non tenebatur per filium ſuum illud exequi, quia in voto intelligitur, etſi non exprimatur, conditio illa ſingularis, *ſi potuero*, qua deficiente deficit voti obligatio; *cap. Beatus Paulus*, 22. *quæſt.* 2. ubi Divus Paulus, *cum ad Hiſpanos promiſiſſet iturum, diſpoſitione divina majoribus occupatus ex cauſis implere non potuit, quod promiſit: quantum enim ipſius voluntati interfuit, hoc pronuntiavit; quod revera voluiſſet efficere: quantum enim ad divini ſecreta conſilii, (quæ ut homo omnia non potuit, licet ſpiritu Dei plenus agnoſcere) ſuperna prætermiſit diſpoſitione præventus*: notat Gloſſa, *ibidem*, verbo, *Divina*, ubi *Turrecremata*, *& Archidiaconus*, Innocentius, *in cap. Scripturæ*, *num.* 1. *hoc tit.* Panormitanus *num.* 3. *& in præſenti*, *numer.* 12. ergo in *textu noſtro* prædictus Ungariæ Rex, cum ſuprema diſpoſitione præventus non potuiſſet implere quod vovit, non debet per filium votum executioni mandare, cùm deficiente conditione, obligatio quoque voti deficere videatur. Sed huic dubio reſpondendum eſt, quod licet in voto perſonali, ſubintelligatur conditio illa generalis, *ſi potuero*, & ideò vovens ſi præventus morte, vel alio perpetuo detentus impedimento, votum adimplere non poſſit; non teneatur per hæredem illud ad executionem reducere, *dict. cap. Beatus Paulus* 5. 22. *quæſt.* 2. tamen in votis realibus, hæc conditio locum non habet: quod licet per ſe, quis exequi non poſſit, tamen per alium implere tenetur, quia non tam reſpicit actum perſonæ voventis, quàm res, vel actiones, quæ per alios executioni mandari poſſunt, *cap. ex parte*, *de cenſibus*: *leg.* 2. *ff. de pollicitationibus*. Idemque juris eſt in voto mixto: ſcilicet reali, & perſonali: nam licet perſonale non poſſit per hæredem, vel alium adimpleri: tamen reale, quod per ſe independenter eſt à perſonali, hæres adimplere tenetur: merito cùm in noſtra ſpecie, Ungariæ Rex non tantum perſonale, ſed etiam mixtum votum emiſiſſet, debuit tamen reale, licèt morte præventus non potuiſſet illud exequi, per alium, ſuum ſcilicet hæredem executioni mandari facere; qui hæres, quamvis quod reale in illo voto erat ex vi receptæ hæreditatis exequi teneretur, *dict. cap. Sylveſter*, cum *ſuprà traditis*, perſonales tamen obligationes ſubire non cogebatur, niſi ad illud ſe ſponte obligaſſet, & ejus implementum ſuſcepiſſet: cui obligationi cum filius hæres in præſenti ſe ſponte ſubdidiſſet, meritò in totum adimplere cogitur; notant Hoſtienſis, & Panormitanus *in præſenti*.

Quartò, prædictis obſtabit, text. in *cap. quòd ſuper* 6
his 8. *hujus tit.* ubi de his, qui pro ſuccurſu Terræ Sanctæ ſignum Crucis aſſumpſerunt, id eſt voverunt ire ad auxilium præbendum Terræ Sanctæ, aſſerit *text. ille*, quod quamvis impediti ſint, ita ut ire non poſſint, nihilominus expenſas, quas in eundo facturi erant, tenentur mittere in ſubſidium ejuſdem Terræ ſanctæ, & tamen expenſæ ipſæ non pertinent ad votum reale per ſe, & independenter à perſonali; ſed pertinent ad votum mixtum reale, & acceſſorium perſonali: ergo diſtinctio à nobis tradita ſuſtineri non poteſt. Cui difficultati reſponderi ſolet, id tempore illo fuiſſe conſtitutum, ad magnum illius voti, & recuperationis Terræ ſanctæ favorem, ut ſic qui ex voto Crucem Sanctam ſuſcepiſſent, quocumque modo poſſent, ſive per alios auxilium polliceri conferrent: quæ tamen præſumptio in aliis votis mixtis ceſſat: ita Innocent. *in præſenti*: Abbas *in d. c. quod ſuper* 8. *n.* 5. Sed hæc interpretatio textui noſtro non ſatisfacit, qui expreſſè loquitur tam de his, qui pro defenſione Terræ ſanctæ, quàm de aliis, qui devotionis, vel ſatisfactionis cauſa, illius peregrinationem voverint. Quare hac, & aliis omiſſis, verè reſpondendum eſt, *text.* illum non loqui de impotentia per ſe excuſante ab obligatione voti, ſed de impedimento reddendi difficili, aut minus utili, ad voti implementum; nam ſi impedimentum per ſe eſſet ſufficiens ad excuſandum iter, tunc in commutatione ratio expenſarum habenda eſt, *cap. magnæ* 7. *hoc titulo*, quæ expoſitio textui conſonat, in quo de his ſermo eſt, qui indigent diſpenſatione, vel commutatione permiſſa, *cap. ex multa* 9. *hoc titulo*, ut ex verbis *ejuſdem text.* colligitur, verſ. *Votum non poſſunt utiliter adimplere*: quæ verba non ſunt intelligenda de morali, & perpetua impotentia, ſed de difficultate adimplendi votum: ita Suarez *de Voto*, *lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 1.

Quintò, ſolutioni obſtat *text. noſter*, ubi Rex Ungariæ, qui votum mixtum fecerat Terræ ſanctæ, filium illud adimplere juſſit, & etiam, quoad perſonalem obligationem, filius ad votum implendum compellitur, 7

cum pœnis in præsenti positis : ergo vota mixta, etiam quoad personalem obligationem hæres cogitur adimplere. Pro cujus difficultatis solutione, ex vero *nostri text.* intellectu animadvertimus, Regem Ungariæ votum vovisse Domino, Hierosolymitanam Provinciam visitandi, cum forti militum manu, id est, cum militibus secum ducendis, & ita votum mixtum emisisse partim personale, dum refertur ad illam peregrinationem, & actionem personalem visitandi, partim reale, dum refertur ad sumptus reales, qui faciendi erant in militibus alendis, & aliis oneribus in bello supportandis; cujus voti obligatio pro ea parte, quæ realis erat, juxta accidentalem mixturam contingentem, ex intentione voventis, ac volentis ea æquè principaliter in voto esse, ac ipsius opus personale in eo promissum, quod potuit in hæredem transire, quamvis à vovente, ut potè mortuo, non posset adimpleri pro ea parte, quà erat personalis; nam cum illa duo, scilicèt, opus personale, & reale, in voto deducta fuerint, æquè principaliter, cùm neutrum eorum fuisset accessoriè connexum, ideò eorum quodlibet virtualiter constituit votum diversum, ac proinde licèt personale nequeat adimpleri, tamen implendum est quod potest, nempe reale: volens igitur Ungariæ Rex agens in extremis adimplere votum, quod non potuit, ejus obligatio ab hærede adimpletur, non solum pro parte quà realis erat: sed etiam pro ea, quà personalis erat, quæ per ejus mortem expirabat, cum exequendum votum fidei filii sui commisit, & ab eo voluntariam acceptationem, & celebris implementi promissionem, assumpto per ipsum filium Crucis signaculo, expostulavit eumque filium hæredem bonorum suorum patrimonialium fecit, & ad voti implementum bonorum copiam competentem reliquit, quam ipse Rex impensurus erat: & cùm filius onus à patre injunctum, & hæreditatem sub illa conditione spontè susceptisset, & votum impleturum sine dilatione qualibet, assumptò Crucis signaculo, promisisset, ut constat *ex text. nostro*, verl. *Se id impleturum, sine dilatione qualibet promisisti*: juncto vers. *Nisi onus a patre injunctum, & à te sponte susceptum*: meritò parentis votum ita spontè à filio susceptum exequendum est: & si ad executionem non deduceret, non solùm à paterna successione indignus redderetur: sed etiam privaretur Regno quod ei ut primogenito debebatur; siquidem monitus à Romano Pontifice, ut propriam promissionem adimpleret, hoc agere recusabat, quare pro nimia ejus contumacia excommunicatur, & in ea protervia existens ab ipso Pontifice, Regno ut indignus privatur; quod universalis Pastor facere potuit in ordine ad finem supernaturalem, & bonum Ecclesiæ, & pacem Regni Ungariæ; siquidem juxta quorundam opinionem Pontifex, ex justa causa, potest Regem Regno privare; *capit. Adrianus*, 63. *distinctione capit. alius*, 15. *quæst.* 6. *cap. grandi, de supplenda negligentia Prælatorum*, *lib.* 6. *cap.* 2. *de re judicata*, *lib.* 6. notat Suarez *dict. cap.* 11. *num.* 15. Covarruvias *in cap. si hæredes, de testamentis*; *num.* 3. Castillo *lib.* 3. *controversiarum*, *cap.* 19.

8 Sextò, decisio nostra quatenus asserit filium, votum à patre injunctum, & à se sponte susceptum, paterna successione esse indignum, & Regno privandum, probatur ex sequenti consideratione: nam filius gravari non potest in legitima portione, etiam favore pietatis, ut aliquod pium opus subire teneatur, *cap. finali*, 17. *quæst.* 4. *authentica*, *hoc amplius*, *Codic. de fideicommissis*: siquidem portio legitimæ non lucrum, sed quasi debitum paternum est, *leg. ultima*, §. *non enim Codicillis*, & sic nullo adjuncto gravamine filio relinqui debet, *leg. quoniam in prioribus*, *Cod. de officioso testamento*, & primogenitus post obitum patris vocatus, non potest ab ipso patre gravari, cum aliquo onere, ex primogenio solvendo; *leg. unum ex familia*, §. 1. *ff. de legatis* 2. quia hoc jus ex institutione antiqua ei defertur, non verò ex voluntate, & judicio patris defuncti; meritò onus aliquid ei adjungi non potest, argumento text. in *leg.* 1. §. *is qui ff. ad Senatus Consultum Trebellianum*; *leg. ab eo*, *Cod. de fideicommissis*; Covarruvias *in cap. si hæredes, de testamentis*, *nu.* 14. Igitur filius in legitima portione gravari, nec primogenio in *text. nostro* privari poterat, etiam si opus pium à patre sibi injunctum exequi noluisset; & consequenter, non rectè contrarium statuisse videtur Innocentius *in præsenti*. Sed huic dubio respondendum est, quod licèt verissimum sit, regulariter à patre non posse filium in legitima gravari, *dicto cap. fin.* 17. *quæst.* 4. *dict. authentica, hoc amplius, Cod. de fideicommissis*, nec filium in legitima gravari, *dicto cap. fin.* 17. *quæst.* 4. *dict. authentica, hoc amplius, Cod. de fideicommissis*, nec filium primogenitum post obitum patris posse in majoratu gravari, *dict. leg. unum ex familia*, *ff. de legatis* 2. Tamen in *textu nostro*, hoc non procedit, in quo filius onus illud à patre injunctum sponte susceperit, & illud implere propria voluntate, & ore suo promisit; quem cum Summus Pontifex monuisset, ut propriam promissionem adimpleret, noluit agere, utque ex ea causa pro nimia contumacia eum vinculo excommunicationis innodavit, in qua cùm protervè perseverasset, rectè à Romano Pontifice Regno fuit privatus: *dict. cap. Adrianus*, 63. *dist. cap. alius* 15. *quæst.* 6. Suarez *defensione fidei*, *lib.* 3. *cap.* 31. Azor. 2. *part. Moralium*, *lib.* 11. *cap.* 15. *quæst.* 8. Meritò enim cùm Andreas in præsenti duplici obligatione esset astrictus, prima, ex mandato paterno maledictionis comminatione: secunda ex ipsius Andreæ spontanea promissione, quatenus voti observantiam spontè susceperisset, & sine ulla dilatione se impleturum promisisset: Ex quibus obligationibus tria succedunt delicta: Primum ingratitudinis & inobedientiæ circa mandatum paternum: Secundum in eo, quod simulans Hierosolymam ire accepit Crucis signaculum, & milites adversus fratrem suum majorem, jam Regem, convertit, ut eundem suo Regno spoliaret contra omne jus: Tertium, quia simulavit Crucis signo susceptio exercitum comparare ad Terræ sanctæ recuperationem, quo nomine plures deceperat: quibus delictis tres pœnas imponit Innocentius III. Prima est, quia eum privat paterna successione, & hæreditate, nisi absque ulla dilatione votum impleverit, quæ respicit primum delictum, & primam obligationem: Secunda pœna est, quâ eundem Andream jure succedendi, hoc est spe successionis in Regno Ungariæ privat quam ipse Andreas habebat, Rege Ungariæ majore ejus fratre, sine prole legitima decedente, quæ pœna respicit secundum delictum, & secundam obligationem: Tertia pœna est excommunicationis, quæ omnibus delictis convenit; nam frequentissimum est hæredes excommunicationibus, & censuris, ad implenda mandata pia testatorum compelli posse, ut constat ex *text. nostro*, & ejus integra interpretatione ab Antonio Augustino, & Contio *in præsenti* recepta.

Septimò, his omnibus obstabit dicere, quod is qui 9
habet Regnum, vel primo genium, pro culpa, vel negligentia sua, non illo privatur, sed dumtaxat usufructus administratione, *leg. Statius Florus* 48. §. *Cornelio Fœlici, ff. de jure Fisci*; *cap. grandi* 2. *de supplenda negligentia Prælatorum*, *lib.* 6. ergo non rectè *in præsenti*, Andreas à Ducatu, & Regni successione privatur. Pro cujus dubii solutione communiter *in præsenti* disputari solet quæstio illa, utrum bona restitutioni subjecta confiscari possint propter crimen possidentis? quam quæstionem omitto, quia instituti nostri non est: interim de ea videndus erit Spino *de testament. gl. principali*, *nu.* 33. & 42. Covarruvias *in* 4. *part. cap.* 7. §. 5. & *in Clementina si furiosus*, 1. *part.* §. 2. *nu.* 16. Antonius Gomez *in leg.* 4. *Tauri*, *nu.* 91. Molina *de primogeniis*, *lib.* 4. *cap.* 11. Tellez Fernandez *in leg.* 17. *Tauri*, *num.* 18. Unde respondendum est, non obstare jura suprà in argumento adducta: quia is Andreas *in præsenti* non privatur administratione, ut in *dict. c. grandi*;

nec

nec usufructus commoditate, ut in *dict.* §. *Cornelio Fœlici*, quia nec ipse habebat usumfructum, nec administrationem, sed dumtaxat spem succedendi, si Rex Ungariæ ejus frater sine prole legitima decessisset, & de illa spe dejicitur ac privatur ab Innocentio III. si votum non adimpleverit: quod Pontifex ob ejus contumaciam, & crimina rectè facere potuit, ut *suprà* resolutum est.

10 Octavò obstabit dicere, quod simplex promissio, & pollicitatio, de jure Civili nullam producit actionem, *leg. jurisgentium* 7. §. *Sed cum nulla*, *ff. de pactis*; *leg.* 1. §. *non semper*, *ff. de pollicitationibus*: quia pollicitatio est solius offerentis promissio, *leg. pactum*, *ff. de pollicitationibus*, Covarruvias, *in dict. cap. quamvis pactum*, 2. *part.* §. 4. *num.* 15. Canonistæ omnes, *in cap.* 1. secundùm ejus veram interpretationem, *de pactis*; sed votum nihil aliud est, quàm simplex pollicitatio Deo facta; *l. si quis rem.* §. *Voto*, *ff. de pollicitationibus*: ergo votum illud pollicitatione factum, nullam obligationem producere potuit. Pro cujus dubii solutione disceptari solet quæstio illa, utrum nuda promissio, seu pollicitatio obliget in foro conscientiæ? de qua Cajetanus, 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 1. *& quæst.* 113. *artic.* 1. *dubio* 4. Sotus *lib.* 7. *de justitia & jure*, *quæst.* 2. *art.* 1. *ad primum.* Sed quidquid sit de aliis promissionibus, quæ hominibus fiunt de voto vero, obligat voventem, etiam si mentalis sit, in foro interiori, & in exteriori, si ritè & rectè emissum sit, quia est actus virtutis Religionis, & qui frangit votum, violat fidem, & Religionem, quæ Deo debetur; quod ideo servari, præceptum divinum, naturale, & Canonicum suadet, *capit.* 1. *cum aliis*, 17. *quæst.* 1. Turrecremata, & ordinarii omnes.

Ad textum in *capit. Magnæ* 7. cap. *Quod super* 8. cap. Ex *multa* 9. *hoc titulo.*

DE materia horum jurium plura diximus, in *capit.* 1. *hoc titulo* quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

Ad textum in *cap. Per tuas* 10. *hoc titulo.*

DE hujus textus intellectu plura scripsi in *capite*, *verum* 2. *de conversione conjugatorum*, *in* 6. *dubio.*

TITULUS XXXV.
De statu Monachorum.

Ad textum in cap. Monachi 2. de Statu Monachorum.

SUMMARIUM.

1 *Monachi in Monasterio, pretio dato non recipiantur.*

2 *Monachatus spirituale jus est.*
Monachus ad Monasterium pretio receptus, à Sacris Ordinibus repellitur, & recipiens à Sacris Ordinibus suspenditur.
Puniri quis meretur in eo in quo deliquit.

3 *Professio Religiosa, licet sit status spiritualis, etiam contractus ultrò citroque obligatorius dicitur.*
Cap. de illis 3. de condition. appositis.

4 Cap. de Regularib. 25. de simonia.

5 Cap. dilectus 30. de simonia.
Accusatio, & Inquisitio in quo differant.

6 Cap. dilectus 30. de simonia, *conciliatur cum* c. inquisitionis 22. de accusat.

7 Cap. quoniam, de simonia.
Simonia, an sit, ut Moniales in Monasterio pro pretio recipiantur.
Correctio jurium admittenda non est.
Necessitas an excuset à furto.
Cap. unicum, de statu Regularium lib. 6.
Monialis pecunia data pro ejus sustentatione, absque periculo simoniæ recipi potest.

8 Cap. veniens 19. *cum* cap. de hoc; de simonia, *conciliatur: & num.* 11.
Turpia pacta contra leges, & bonos mores, irrita sunt.

9 Cap. audivimus 41. *conciliatur cum* cap. veniens de simonia.
Abstinendum est, non solum à malo, sed etiam ab omni specie mali.

10 *Turpitudo quoties extat ex parte dantis, & recipientis, cessat repetitio.*
Consultius *verbum*, *necessitatem*, *an consilium importet?*
Cap. constituit, 20. quæst. 3. cap. constituit 16. quæst. 7.

11 *Prohibitus dare, vel recipere respectu beneficii, an gratis accipere possit.*
Cap. si quis objecerit in fin. 1. quæst. 1. cap. fin. 1. quæst. 3.

12 Capit. qui libentius 2. de conditionibus appositis.
Simonia quæ dicatur.
Libertatis donatio sub modo, si Religionem profiteatur, an sit simonia.

CONCLUSIO.

1 *Monachi in Monasterio, pretio dato, non recipiantur.* Consonat textus in *cap. non satis* 8. *cap. veniens* 19. *cap. de Regularibus* 25. *cap. dilectus* 30. *cap. quoniam* 40. *cap. audivimus* 41. *de simonia*: *cap. quam pio*, *cap. nullus*, 1. *quæst.* 2. *cap. qualiter* 24. vers. *Cum super*, *de accusationibus*: *cap. consuluit*, 20. *quæst.* 3. *cap. constituit*, 16. *quæst.* 7. *leg.* 22. *tit.* 7. *volum.* 1. exornant Turrecremata, *in dict. cap. quoniam*, *dict. cap. nullus*, 1. *quæst.* 2. Covarruvias, *in regula*, *peccatum*, 2. *part.* §. 2. *num.* 8. Suarez, *tomo* 1. *de Religione*, *lib.* 4. *cap.* 17. *& cap.* 60. Emmanuel Rodriguez, *tomo* 2. *quæstionum Regularium*, *quæst.* 48. *art.* 1. *& tom.* 3. *quæst.* 63. *art.* 3. Divus Thomas 2. 2. *quæst.* 100. *articulo* 3. *& 4. & in* 4. *distinct.* 23. *quæst.* 2. *& 7. & quæst.* 3. *ad septimum*, Azor. *institutionum Moralium*, *part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 16. *quæst.* 1. Navarrus *in tractatu de redditibus Ecclesiæ*, *monitu* 62. Spino *in Speculo testamentorum*, *gloss.* 7. *principali*, *num.* 30. Guttierrez, *lib.* 1. *Canonicarum*, *cap.* 32. *num.* 22. Zerola *in praxi Episcopali*, *part.* 1. verbo, *Moniales*; Cenedus *ad Decretales*, plures referens, *collectanea* 16. Barbos. *in Collectaneis ad nostrum text. & in cap. non satis* 8. *de simonia*, *num.* 2.

Ratio est, quia jus Monachatus est quid spirituale, 2
Abbas *in præsenti num.* 3. & quoniam dare temporale pro spirituali, simonia est, *cap. cum pridem*, cum vulgatis, *de pactis*, ita receptus ad Sacros Ordines prohibetur ascendere, & recipiens ab officio suspenditur: ratio est, quia quis meretur puniri in eo, in quo deliquit, *cap. literas*, *de temporibus ordin. cap. quoniam*, *de simonia*: quod idem censendum est in monialibus, ut notat Abbas *in præsenti*; sed si sponte, sine aliqua conditione, & pura intentione aliquid dare voluerit, non prohi-

prohibetur, *cap. tua nos, de ſimonia*, Vivianus *in Rationali ad noſtrum text.*

3 Primò, adverſus text. noſtrum *in principio* obſtabit ſequens conſideratio; videlicet, quod profeſſio Religioſa, licèt ſtatus quidam ſpiritualis ſit, & oblatio, quæ Deo fit, & quoddam genus conſecrationis perſonæ ad cultum Dei, tamen eſt quidam contractus humanus inter Religionem, & Religioſum, nam Religioſus ſe tradit Religioni, totum ſe in illam transferendo, & Religio acceptando illum, & obligando ſe ad ejus alimoniam, & ita ſuſcepit omnia onera temporalia, quæ ad ſuſtentationem talis perſonæ neceſſaria ſunt: ſed onus illud, quod Monaſterium ſuſcipit, alendi Religioſum, pretio æſtimabile eſt, vel, ut melius loquar, indiget temporali ſubſidio, cùm alienum non ſit à ratione naturali, ut qui Religionem ingreditur, temporale aliquod ſubſidium ſecum offerat, ad ſe ipſum ſuſtentandum, ſiquidem tunc temporale pro ſpirituali non accipitur, ſed tantum pro temporali alimonia, & conſequenter ſimonia, quæ in receptione temporalium pro ſpiritualibus conſiſtit; *capite ſtudet*, cum aliis: 1. *quæſtione* 1. in hac ſpecie locum habere poteſt. Et confirmatur ex ſimili argumento ducto ex matrimonio carnali, quod licèt Sacramentum ſit, tamen humanus contractus eſt, & hac ratione habet maxima onera temporalia, & incommoda, quæ non poſſunt ſine bonis temporalibus ſuſtentari, & licitum eſt utrique conjugi aliquid ad hoc conferre, adeò ut poſſit vir eam in uxorem non accipere, quæ ſibi certam pecuniæ quantitatem in dotem dare promiſit, ſi pecunia promiſſa non ſolvatur, *capite de illis 3. de conditionibus appoſitis*; igitur, cum pro matrimonio carnali, quod Sacramentum eſt, ratione onerum, quæ ſubiturus eſt maritus, poſſit uxor ipſi pecuniam dare; ſic ſimiliter dicendum videtur poſſe Monachum, qui Religionem ingreditur, pro receptione ſua Monaſterio pecuniam præſtare, pro alimonia, & neceſſaria ſuſtentatione; & per conſequens minus rectè in præſenti cautum, & ſtatutum eſt, Monachos pro pretio in Monaſterio recipi non poſſe.

Pro cujus dubii ſolutione adnotandum eſt ingreſſu Religionis duo expendi, & conſiderari poſſe: unum eſt, beneficium ſpirituale, quod Religioſo confertur dum Deo per profeſſionem conſecratur, ad quam recipitur; aliud eſt onus, quod Monaſterium ſuſcipit alendi Monachum, ſeu Religioſum; ſi priori modo ingreſſus Religionis conſideratur, quatenus ſpiritualis res eſt, & ſpirituale beneficium, quod principaliter Monacho confertur, gratis debet conferri; alias ſi pro ejus ingreſſu pecunia recipiatur, propria materia ſimoniæ maximè ſpiritualis dicitur, *capite quam pio*, 1. *q.* 2. & ita eſt intelligendus *text. noſter*. Si verò poſteriori modo ingreſſus Religionis conſideratur, quatenus concernit onera temporalia, quæ Religio in ſe ſuſcipit in ea perſona, quæ Religionem ingreditur, ex natura rei, non eſt ſimoniacum, aut malum, aliquid recipere, cùm tunc temporale pro ſpirituali non recipiatur, ſed tantum pro temporali; ſcilicet, pro ſubſidio, quo Religio indiget ad ſufferenda onera Religioſi. Quod ſimiliter in matrimonio dicendum eſt, in quo dotis cauſa, & ſuſtentationis ratione propter onera matrimonii, non propter Sacramentum principaliter promiſſio fit; juxta *text.* ita intelligendum, *in d. c.* 3. *de condition. appoſitis*, Covar. *de ſponſalibus*, 2. *part. c.* 3. §. 3. Barboſa *in collectaneis ad eundem text. num.* 4.

4 Secundò, deciſioni noſtri text. valdè obſtabit *Clementis III.* reſponſum relatum *in capite de regularibus* 25. *de ſimonia*; ubi dum quæritur quid agendum eſſet de quibuſdam Religioſis, qui ſcientibus ipſis per ſimoniam ingreſſum Religionis habuerunt; reſpondit Pontificum veſtigiis inhærens, ab eiſque editas conſtitutiones ſuper hac re ſecutus, ut locum, quem taliter adepti ſunt omnino dimittere, & ſolitudines, ſeu alia Monaſteria ſtrictiora adire teneantur, in quibus am execrabilem exceſſum ſine intermiſſione deplorent; ſin autem ignorantibus ipſis pecunia data fuit, compellendi ſunt eidem loco renuntiare, & poſtmodum reducantur in ipſum, ſi abſque ſcandalo remanere potuerint, vel in alio qui ſit de Ordine ipſo, ad ſerviendum Deo collocentur. Cujus deciſionis ratio, dum prohibet Monachos pro pecunia ad cænobia recipi, petenda eſt ex nuper perpenſis pro *noſtri capitis* decidendi ratione, ſed text. ille, quatenus hanc Monachorum receptionem pretio factam deteſtatur, adhibita pœna remotionis à Monaſterio, in quod, pecuniâ datâ, Monachus ingreſſus fuit, & detruſionis in aliud diſtrictius, refragari videtur noſtri capitis deciſioni, in qua Monachus, qui pro ſui receptione pretium dat, à ſacris removetur Ordinibus, nec à primo Monaſterio diſcedere, nec in aliud arctius ingredi compellitur.

Sed huic difficultati reſpondendum eſt, *text. noſtrum* in quo pœna depoſitionis à Sacris Ordinibus irrogatur Monacho ſimoniacè recepto, non negare pœnam expulſionis à Monaſterio, quod per ſimoniam ingreſſus fuit, & detruſionis in aliud arctius, ubi perpetuam agat pœnitentiam: ſed eum ſenſum habere, quod Monachus, qui per ſimoniam ingreſſum Religionis habuit, ſi de ſimoniæ crimine in 6 modum accuſationis convincatur, à ſacris ordinibus deponitur, & inſuper de hoc Monaſterio expellitur, & aliud arctius intrare cogitur, ne per ſæculum damnabiliter evagetur; ſi verò non per modum accuſationis, ſed inquiſitionis, Monachus hujus criminis reus factus ſit, à Monaſterio expellitur, & aliud adire cogitur, in quo tam execrabile facinus continuè deploret, non autem à ſuis Ordinibus deponitur, juxta text. ſic intelligendum, *in dict. capit. de Regularibus* 25. *de ſimonia*, in cujus deciſione nulla depoſitionis habita mentione, expulſionis pœna irrogatur, quia per inquiſitionem de hoc Simoniæ crimine agebatur, quo caſu pœna depoſitionis ab Ordinibus non infligitur, *cap. qualiter* 24. verſ. *Cum ſuper, de accuſationibus*, quia de hoc actum non eſt, *capit. cum dilectus, de ordine cognitionum*: Si autem per accuſationem ageretur; tunc Monachus deponendus eſſet; quia eſt accuſationis pœna, *capite ſuper his*, verſ. *Quoniam*; *capit. qualiter* 24. verſ. *Ad degradationem*, *de accuſationibus*; Gloſſa. *verbo*, *Forma*, in *dict. capite qualiter*, Hoſtienſis *in ſumma*, *titul. de accuſationibus*, *paragrapho Quis ſit effectus accuſationis*, *& quis inquiſitionis*, Gloſſa *in præſenti*, verbo. *Ad ſacros*; Hoſtienſis *ibidem numero primo*, *& in capite dilectus*, *de ſimonia*, *numero ſexto*.

Tertiò, ex his infertur interpretatio ad text. *in cap.* 5 *dilectus* 30. *de ſimonia*, ubi cùm Archiepiſcopus Cantuarienſis, Eccleſiam ſuam viſitans, in Monaſteriis multos ſimoniaca pravitate receptos fuiſſe reperiſſet, qui potiùs gratis recipi debuiſſent: imo etiam ad Religionis obſervantiam invitari: quæſivit à Pontifice, an quia multitudo reperitur in cauſa illa ſeveritatis ſit aliquid detrahendum, ſiquidem multitudinis cauſa ſeveritas diminuenda eſt, *capit. ut conſtitueretur*, 50. *diſtinct. capite comeſſationes*, 44. *diſtinct. cap. non poteſt*, 23. *quæſt.* 4. *cap.* 2. *de temporibus ordinum cap. latores*, *de Clerico excommunicato*; Reſpondit Pontifex, quod ſi prædicti fuerint coram ipſo accuſatione Canonicè inſtituta pulſati, & convicti; tam dantes, quàm recipientes, Canonica procellentur ultione. Si autem per ſolam inquiſitionem de hoc crimine ſibi conſtiterit, eos, qui 7 per ſimoniam in talibus locis ſunt recepti, inde amoveat, & ad arctiora Monaſteria, ad agendam pœnitentiam ingredi compellat; Abbatibus autem, & Prælatis, competentem injungat pœnitentiam; & donec illam peregerint eos à Sacrorum Ordinum executione ſuſpendat; & injungat Epiſcopis ſuis, ut hanc formam per ſuas Diœceſes ſtudeant obſervare; illud tamen recipere poterunt, quod fuerit ſine taxatione

gratis

gratis oblatum; quæ deciſio,dum Monachorum receptionem pretio fieri vetat, ſuperiori nititur ratione; pro *noſtri text.* deciſione firmata; ſed quatenus conſtituit, quod Monachi de crimine ſimoniæ convicti in modum accuſationis à ſuis Ordinibus deponantur, convicti autem per viam inquiſitionis, à Monaſterio ſimoniacè habito expellantur, & ad aliud arctius ad agendam pœnitentiam dirigantur, nuper traditis conſentaneum eſt; ex quibus conſtat, illud intereſſe inter utrumque procedendi modum,quod Monachus accuſatus, & hoc ſimoniæ crimine convictus, deponi à ſuis Ordinibus debet, quoniam ad hoc inſtituitur accuſatio, iſque effectus accuſationis eſt,*cap. ſuper his, cap. qualiter* 24.*de accuſationibus*,& de illo Monaſterio erit detrudendus in aliud arctius ut ibi perpetuò Domino ſerviat, ne damnabiliter per ſæculum evagans anima ſua detrimentum patiatur: Inquiſitus verò Monachus, & per modum inquiſitionis convictus, non punitur pœna depoſitionis à ſuis Ordinibus, quia non eſt ille inquiſitionis effectus, ſed tantum remotionis à Monaſterio, & detruſionis in aliud, ad quod intenditur inquiſitio, *d.c. qualiter*, juncta ejus Gl.*verbo,Forma*; Hoſtienſ. *in d.c. dilectus* 30.*de ſimonia, n.*6.

6 Quartò deciſioni text. *in d.c. dilectus* 30.*de ſimonia*; ex quo conſtat Monachum de ſimoniæ crimine, per modum inquiſitionis convictum deponi non debere, ſed tantum à Monaſterio removeri, & in aliud ſtrictius ad agendam pœnitentiam detrudi: Obſtabit text. *in c. inquiſitionis* 22. *de accuſationibus*; ubi is contra quem vitium ſimoniæ criminis per inquiſitionem probatum eſt, deponitur perindè, ac ſi de eo crimine accuſatus, & convictus eſſet, ut conſtat *ex eodem text.* verſicul.*Quo caſu erit ſicut in accuſationis judicio procedendum*: igitur Monachus per inquiſitionem de ſimoniæ vitio convictus debet à ſuis Ordinibus deponi.Movit dubium Gloſſ.*verb.Amotos,in dict. cap. dilectus*: illud tamen inſolutum reliquit. Quare ejus ſolvendi gratia dicendum eſt,text. *in dict.cap. inquiſitionis*,loqui de Clericis ſæcularibus,*tex.*verò *in d.c. dilectus* 30. procedere in Regularibus, inter quos ingens eſt diſcriminis dicendi ratio; nam Regulares in modum inquiſitionis de ſimonia convicti in quantitate pœnæ relevantur, quia in alio gravantur, cum forma inquiſitionis, quando de ipſis agitur, non ita ad unguem obſervatur,& facilius, liberiuſque cum illis cauſa agatur ut à ſuis revocentur adminiſtrationibus, *cap. qualiter*, § *fi.de accuſationibus*: *juxta regulam juris*;qua docemur eum qui in uno gravatur, in alio relevari, *c.*1. *de Parochiis*; *l.eum qui*,§.*in pupillaribus ff.de jurejurando*,at verò in inquiſitione contra ſæculares perſonas facienda ſolemnis ordo præſcriptus *in dict. cap.qualiter*, ſervandus eſt; unde cum in hoc non graventur, nec in pœna relevari debent, ſed ſeverius cum ipſis agi oportet; ſcilicet, ut convicti etiam per modum inquiſitionis de ſimoniæ vitio, depoſitionis pœna puniantur.Eſt & alia diſcriminis ratio, quia Regulares hoc potius præſumuntur facere intuitu eleemoſynæ, & animæ ſalvandæ; & ideo cum ipſis mitius agitur: Sæculares verò pecuniam dant ambitionis, & avaritiæ cauſa, ut Ordines, vel beneficia obtineant; & ideò cum ipſis diutius agendum eſt,& majori ſunt ſeveritate coërcendi docet Pan. *in c. dilectus* 30.*de ſimonia,n.*8. Hoſtien. 6. verſ. *Quod ſi de hoc.*

7 Quintò,ſolutioni obſtabit ſuprà adductæ,text.*in cap. quoniam* 40. *de ſimonia*, ubi cum ſimoniæ privatæ apud multas moniales adeo invaluiſſent, quod vix aliquas in ſorores recipere vellent ſine pretio, volentes paupertatis prætextu, in hujuſmodi vitio perſiſtere, ſtatuit Concilium Generale Lateranenſe, *cap.* 63. ſub Innocentio III. celebratum anno 1215. ut quæcunque de cætero talem pravitatem commiſerit, tam recipiens, quàm recepta, ſive ſit ſubdita ſive Prælata ſine ſpe reſtitutionis de Monaſterio repellatur, & ad locum arctioris regulæ ad agendam pœnitentiam detrudatur, receptæ autem ſimoniacè ante hoc Synodale ſtatutum, remotæ de Monaſteriis, quæ perperam ſunt ingreſſæ, in aliis locis ejuſdem ordinis collocentur, niſi fortè propter nimiam multitudinem alibi nequeant commodè collocari, & ne damnabiliter in ſæculo evagentur, in eiſdem Monaſteriis recipi debent, diſpenſatione adhibita, mutatis prioribus locis, & inferioribus aſſignatis. Quod etiam contra Monachos, & alios Regulares obſervandum decernitur, & Diœceſanis Epiſcopis præcipitur, ut ſingulis annis hoc faciant per ſuas Diœceſes publicare, ne per ſimplicitatem, vel ignorantiam ſe velint aliqui excuſare. Ex qua deciſione planè colligitur, Monachos qui pretio dato in Monaſterio recepti ſunt ab ipſis Monaſteriis, quæ perperam ſunt ingreſſi, ſine ſpe reſtitutionis expelli debere, & in alio ſtrictioris regulæ detrudi ubi perpetuò Domino ſervire valeant quod quidem ſtatutum eſt generaliter indiſtinctè; ſive per inquiſitionem, ſive per accuſationem, ſimoniæ crimen contra ipſos probatum fuerit; cum text. ille nulla inquiſitionis, vel accuſationis habita diſtinctione, generaliter hanc pœnam Monachis pro receptione ſuam pecuniam dantibus infligendam eſſe decernat: contra ea, quæ nuper in *numero præcedenti* retulimus. Difficultatem tetigit Gl.*verbo.Expellatur*, in *dicto capit. quoniam* 40. *de ſimonia.* Quam ut ſolvat, dicendum exiſtimavit, deciſionem text. *in cap. dilectus* 30.*de ſimonia* (ubi diſtinctio ſupra tradita proponitur) corrigi per text. *in dict. cap. quoniam* 40. *ejuſdem titul.* cui hodie ſtandum eſt, ita ut qualitercunque conſtet de crimine ſimoniæ contra Monachos, hæc pœna imponenda ſit; ſcilicet, ut expellantur, & arctiori Monaſterio ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudantur, ſine executione ſui Ordinis; cum alias veram & juſtam pœnitentiam agere non poſſint, *c. requiratis*, 1.*q.*7.quam *Gl.* interpretationem Antiquiores omnes *ibidem ſequuntur*: nos tamen eam rejicimus; eo quod jurium correctio admittenda non eſt,niſi ubi probatur expreſſè,*l præcipimus*,*C.de appellationibus*, *c.cum expediat, de electione*, *l.*6.

Quare ea omiſſa veriorem exiſtimo Hoſtienſis, Innocentii,& Panormitani *ibidem num.* 8. qui docent, text. *in dicto cap. quoniam* 40. *de ſimonia*, intelligendum eſſe, quando per modum inquiſitionis contra Monachos actum eſt, & eo modo de ſimoniæ vitio in ingreſſu Monaſterii commiſſo convicti ſunt, quo caſu à Monaſterio expulſi, aliud arctius adire compelluntur: ſed ſi per modum accuſationis ageretur, tunc pœna depoſitionis puniretur; & ſic licet deciſio illa indiſtinctè loquatur; tamen intelligenda eſt, terminis habilibus ſuppoſitis, hoc eſt juxta diſtinctionem text.*in d.c.dilectus* 30.*de ſimonia*:ſiquidem novum non eſt in Jure, ut priores leges, & conſtitutiones ad poſteriores trahantur, *leg.non eſt novum.ff.de legibus*;*c. Paſtoralis*,*cap. ut debitur*, *de appellationibus*:Ergo ſi in modum accuſationis, Regularis de ſimonia convictus ſit, deponitur: Si verò in modum inquiſitionis convincatur, non deponitur; ſed quomodocunque fiat in arctius Monaſterium detruditur, ne per ſæculum damnabiliter evagetur, ut in *eo tex.* cavetur.

A quibus pœnis Religioſæ immunes non ſunt, quæ paupertatis, & neceſſitatis prætextu, abſque pretio aliquas in ſorores admittere recuſant; nam licet à furto ſoleat excuſare neceſſitas, ſeu paupertas, *cap.diſcipulos*,*de conſecratione diſtinction.*5.*cap ſi quis* 3.*de furtis*; Covarruv. *in regula peccatum*; 2.*part.* §.1. *num.*3. Cenedus *ad Decretum*, *collectanea* 92. quia licet in ſe malum ſit, & omni jure prohibitum; tamen tempore neceſſitatis deſinit eſſe malum, cum eo tempore omnia debeant eſſe communia,*c.ſicut*,47.*diſt.*nam cum tunc temporis res aliena non contrectetur, furtum in extrema illa neceſſitate committi non dicitur ab aliis tamen non excuſat paupertas;quæ ita in ſe mala ſunt,ut nullo tempore,etiam neceſſitatis, malitiam, & turpitudinem admittant, qualia ſunt idololatria,adulterium,homicidium,

ſimonia, & ſimilia, quæ prætextu paupertatis admittenda non ſunt, *cap.ſicut*,32.*quæſt*.4.*cap.ita nè*, 32. *qu.* 5. *cap.ſacris*, *de his quæ vi* : igitur moniales iſtæ non poſſunt à vitio ſimoniæ prætextu paupertatis excuſari, quia debent ab illa illicita receptatione abſtinere & tantum tot recipere, quod poſſint de redditibus Monaſterii vivere, *cap. unico*, *de ſtatu Regularium*,*lib.* 6. præſertim,quia vitium ſimoniæ paupertatis prætextu palliabant, forſan dicentes, non poſſumus te ſuſtinere, niſi tecum deferas unde vivas, & ſic nullo modo volebant eas recipere, niſi illa dote, vel pacto interveniente ; & cum ſuper hoc reprehenderentur, reſpondebant, non ducit nos avaritia, pauperes ſumus, non habet legem neceſſitas, & ideo excuſandæ ſumus ; argumento text. *in capit.*2.*& fin.de obſervatione jejuniorum*: *cap.quod non eſt licitum de regulis juris*, *lib.* 6. quarum reſponſio in *eo text.*reprehenditur ; nam Religioſæ, quæ non niſi pacto intervenien-te puellas admittunt, ſimoniacæ ſunt, & ut tales puniuntur quoniam jus Monachatus ſpirituale eſt, ut in *tex.noſtro*,cum *ſimilibus*; & in ſpiritualibus pactio ſimoniam inducit, *cap.final.de pactis*;*cap.tua*,*de ſimonia*;*cap. quam pio*, 1.*quæſtion.*2. Poteſt tamen Monaſterium pro neceſſaria alimonia, & ſuſtentatione pecuniam ab ingreſſuris fœminis exigere, qua ad ipſas alendas Religio obligatur; quia tunc pecunia illa non datur pro beneficio ſpirituali, quod confertur Religioſæ, dum conſecratur Deo per profeſſionem, ad quam recipitur, ſed pro onere, quod Monaſterium ſuſcipit alendi illam quod cum temporale ſit,pretio æſtimari poteſt:ita Suar. 1.*to.de Religione*; *l.*4.*c.*17.*n.*14.

8 Sextò, ex eadem doctrina interpretor text. *in cap. veniens* 19. *de ſimonia*, ubi cum quidam Presbyter ſe Monaſtico habitu vellet induere,Abbas,& fratres eum in Monachum recipere noluerunt, quouſque certam pecuniæ quantitatem dare eis conveniſſet : in qua ſpecie mandat Pontifex Abbatem, & Monachos pecuniam, tam indignè acceptam, præfato Presbytero reſtituere teneri ; & pro tanto pravitatis exceſſu ab officii executione ſuſpendi, & illum Presbyterum in alio Monaſterio in habitu Monaſtico ſervire Deo:Cujus deciſionis ratio ex ſuprà dictis exigenda eſt ; quia cum Religioſa profeſſio ſpiritualis ſit ad ſalutem animarum, & perfectionem charitatis, & Dei cultum inducta ; meritò pecunia pro ea exigi non poteſt : & Abbas, ac fratres, qui tam indignè pecuniam receperunt, in pœnam hujuſmodi delicti ab officii ceſſatione ſuſpenduntur,& eandem reſtituere compelluntur, quia receptio iniqua eſt, & à jure reprobata ; idcirco data non potuit ipſis recipientibus adquiri, *cap.de hoc*,*de ſimonia.* ubi ſcriptum eſt, ratione ſimoniacæ conventionis receptum, abſque animæ periculo retineri non poſſe, ubi Doctores omnes ; quibus adſtipulatur text. *in leg.juris gentium* 7. §. *Si ob maleficium* ; *&* §.*Generaliter*,*ff.de pactis*, *l. generaliter*, *ff.de verborum obligationibus* ; ubi pacta turpia contra bonos mores, aut contra leges, irrita ſunt : igitur conſequenter ratione illarum conventionum, nullum jus recipiendi adquiri poteſt, ſiquidem titulus adquiſitionis nullus eſt, *l.non dubium*,*Cod.legibus*, meritò, cum conventio recipiendi pretium pro Religionis ingreſſu ſit à jure reprobata, idcirco illa acceptatio pecuniæ illicita eſt, qua ratione inducit obligationem reſtituendi Cov. *in Regula*, *peccatum*,2.*par.*§.2.*n.*7.

9 Septimò,adverſus ea, quæ nuper retulimus, & tradit text.*in dict.cap.veniens*,*de ſimonia*; ſcilicet pecuniam pro receptione Monachi acceptam ab Abbate, vel Monachis, reſtituendam eſſe ei, qui pro ſua receptione dedit: Obſtabit text. *in cap. audivimus* 41.*de ſimonia*, in cujus ſcriptum eſt, quod cum nonnulli vellent ingredi Religionem, Epiſcopi quidam eos profiteri prohibebant, & difficultates ingerebant, & malitias, donec ipſis certa ſumma pecuniæ perſolveretur. In qua ſpecie Innocentius III. affirmat hujuſmodi exactiones penitus eſſe inhibendas, eo quod ſecundum Apoſtolum, non ſolum à malo, ſed etiam ab omni ſpecie mali ſit abſtinendum, *capit. emendari*, 1.*quæſt.* 1. *cap. cum ab omni*, *de vita*, *& honeſtate Clericorum* : & qui contra hoc fecerit, exacta duplicata reſtituet,in utilitatem locorum, in quorum diſpendium fuerunt ſoluta, fideliter convertenda. Ex qua deciſione manifeſtè deprehenditur, pecuniam exactam pro Monachi receptione, reſtitui debere non ei, qui ipſam dedit, ſed potius Monaſterio in cujus diſpendium fuit ſoluta, & non ſolum ipſa pecunia ſimoniacè exacta, ſed etiam duplicata reſtitui debet : contra id quod refert text. *in dicto cap. veniens*, ubi ſolius pecuniæ illicitè exactæ reſtitutio fit, & Monaſterio, ſed ei, qui pro receptione ſua dedit: Quæ jura, ut ad concordiam reducantur, conſtituendum eſt, quod ſi Monachus, ut recipiatur, pecuniam det ſoli Prælato, vel alii cuique ; ita ut Monaſterium non ſit in culpa ; tunc ille, qui pecuniam recepit, debet illam reſtituere Monaſterio, in cujus diſpendium ſoluta fuit, nec debet reſtitui ei,qui dedit,argumento text. *in c.de hoc* 2.*de ſimonia.* Nec obſtat text. *in dict cap. audivimus* 41. *in fin.ejuſdem titul.* ubi cum duplicatione reſtitutio fieri debet. Quia procedit in pecunia exacta per Superiorem, quaſi per extorſionem, & quandam concuſſionem ; nam ratione ſuperioritatis iſti Epiſcopi ingerebant difficultates, & malitias, interdicendo, excommunicando, vel alias vexando, ſive etiam ipſis conquerentibus, juſtitiam denegando : & ſic potius violenter, & per oppreſſionem conſequebantur pretium quàm ex ſpontanea voluntate dantis ; ideo nihil mirum quod duplicatum reſtituere debeant, notat Abbas *in d.cap.audivimus*,Suarez *de Religione*, *to.* 1. *lib.*4.*c.*60. *n.*10.

Octavò, adverſus id, quod refert text.*in d.c.veniens* 10 19. *de ſimonia*; ſcilicet, pecuniam pro habitus receptione acceptam,reſtituendam eſſe ei, qui dedit ; obſtabit principium illud, quo docemur, quod quando turpitudo ſtat ex parte dantis, & recipientis, ceſſat repetitio;*l.*3.*ſi ob turpem.*verſic.*Porrò*,*ff.de conditione ob turpem cauſam*:Ergo *in dicto cap.veniens* 19.ei, qui dedit, non debet pecunia reddi, cum parte ejus, etiam turpitudo conſtet ut per ſe patet. Pro qua difficultate diluenda valdè laborant Interpretes ; aſſerentes, verum eſſe, quod ſi quis Monaſterio pecuniam det pro receptione ſua ; tunc indignè à Monachis recepta, ei, qui dedit,non reſtituitur ſimpliciter,ſed ſecundo Monaſterio, ad quod, is, qui dedit,tranſire debet,ne Monaſterio ſit oneroſus, ſed in eo ſerviens habeat uſum illius pecuniæ, argum.text. *in cap. de lapſis*,16. *quæſtion.*6.*cap.ſi quis rapuerit*,27.*quæſt.*1.Et primo Monaſterio pecunia non remaneat, ne ex eodem pernicioſo facto pœnam, & præmium conſequatur, argumento text. *in l.ſive hæreditaria*, *ff. de negotiis geſtis*: alias via fraudibus aperiretur,quod permittendum non eſt ; *cap.pervenit*,93.*diſtinct.* Et aſſerunt non obſtare text. *in dicto cap. veniens* 19. *de ſimonia*: cui plures aſſignant ſolutiones. Prima eſt, text. illum poſſe intelligi eo in caſu, quando Preſbyter ille pro receptione ſua pretium dedit ante emiſſam profeſſionem, & Pontificem conſuluit de conventione à Monachis facta: quæ ſolutio colligi poteſt ex eo, quod mandatur ei pecuniam reſtitui, cujus non fuiſſet capax ſi profeſſus fuiſſet; *cap. non dicatur*,12 *quæſtion.*1. *cap. Monacho* 27.*quæſt.*1. Sed hæc interpretatio expreſſè opponitur poſtremis *ejuſdem text.* verbis, in quibus huic Preſbytero præcipitur, ut habitu Monaſtico in alio Monaſterio Domino ſerviat ; quod minimè ei præciperetur, niſi Religioſus eſſet. Nec dici poteſt in illis verbis conſilium potius, quàm præceptum contineri, quaſi ſenſus ſit, conſultius facere ſi aliud Monaſterium ingrediatur ; nam id repugnat ultimis *text.* verbis, *verſicul. Præcipias*, quibus *text.* utitur, quæ verba præceptum, non conſilium denotant, *l.*1.§.*Juris præcepta*, *ff. de juſtitia & jure* : Gl. *ibidem*,*verbo*, *Præcipias*.Quare aliter,& verius Cov. *in regula*,*peccatũ* *2.part.*

2.part.paragrapho ſecundo numer.ultimo, aſſerit *ibidem* ideo danti pecuniam eſſe reſtituendam, quia ipſe bona fide Monachis dedit exigentibus prætextu conſuetudinis ad prandium Monachorum, & cum hoc in caſu, non omnino manifeſta eſſet dantis turpitudo, nihil mirum, quod danti reſtituatur: ſed hoc eſt intelligendum, non in gratiam ipſius, ſed Monaſterii ad quod transfertur, quam interpretationem ſecutus eſt Suarez *de Religione,tom.1.lib.4.de ſimonia;cap.60.num.* 10.Barboſ.*in collectan.ad text.in dicto cap.veniens* 19.*de ſimonia,n.*4. omitto interpretationem ad text. *in c. conſtituit*, 20.*quæſtion.*3. de qua videnda eſt Gloſſa Marginalis in *text.noſtro*, & ad text. *in cap. conſtituit*, 16. *quæſt.* 7. de quibus tractat Boerius *in cap.in præſentia, de probationibus,n.*102.Suar.*to.*3.*de Religione, l.*6. *c.* 5. Sanch.*l.*47. *ad Decalogum,c.*34.*n.*2.

11 Nonò, adverſus id, quod refert text. *in dict.cap.dilectus* 30.*de ſimonia*, verſic. *Illud tamen gratanter, &c.* ex quo deducitur; quod facto Religionis ingreſſu, poterit Monaſterium recipere illud, quod ſibi fuerit gratanter oblatum; ſiquidem ex circunſtantia temporis præſumitur, quod illud non datur, nec recipitur pro Monachi receptione; imo cenſetur omnimoda gratuita datio; nam prohibitus dare, ſeu accipere aliquid pro aliqua re conſequenda, non cenſetur prohibitus dare, ſeu gratis oblatum ſuſcipere; quia eo in caſu ceſſant verba, & mens prohibitionis; nam quia gratis dat, abſque ullo reſpectu commutationis dat, ſeu oblatum recipit,argumento tex.*in l.*1.*de donationibus,c.*1.*eodem*,niſi ex circunſtantiis temporis, ſeu dati muneris veroſimiliter appareat, gratuitam donationem ſimulatè receptam fuiſſe in fraudem prohibitionis; undè ſi finito miniſterio aliquid gratis offeratur, ceſſat præſumptio ſimulationis,ut pro illo miniſterio detur; *dict. cap. dilectus* 30.*cap.ſi quæſtiones,de ſimonia*: Obſtabit text. *in c. ſi quis objecerit, in fine,*1.*quæſt.*3. verſic. *Nec antea, vel poſtea*,ex quo conſtat,quod prohibitus dare,vel ſuſcipere aliquid pro aliqua re, nec tempore miniſterii, nec finito miniſterio poſſit dare, vel ſuſcipere. Sed reſpondendum eſt; *textum illum* loqui de eo, qui finito miniſterio aliquid ſolvit tanquam debitum pro re ſpirituali, quod omnino prohibitum eſt, quæ interpretatio colligitur ex illo verbo, *Solvat*, in *tex. illo* appoſito, quod debitum reddere ſignificant, argumento tex.*in l.ſolutiones ff.de verborum ſignificatione*, ubi latè *Rebuffus*:eodemque modo eſt interpretandus text. *in capit. finali*, verſicul. *Ante*, *vel poſt.*1.*quæſt.*3.quia ejus ſolutio deducitur ex illo, *Exigatur*, ibi relato, quod ſignificat rem aliquam jure debitam petere; Calepinus *in ſuo dictionario*,verbo,*Exigo*: qui verò gratis oblatum in noſtra ſpecie recipit, non dicitur rem debitam exigere; ſiquidem datio gratuita, & ſpontanea, ſimoniam non inducit, *ut in d. c. dilectus*, ubi Doctores omnes.

12 Decimò,prædictis obſtabit difficilis, & extraordinarius textus *in cap.eo licentius* 2.*de conditionibus appoſitis*.ubi apparet, duo mancipia fuiſſe manumiſſa ſub ea conditione,ut Monachi fierent: cuique conditioni cum alterum parere noluiſſet; Reſpondit Pontifex, cogendum eſſe, ut ſic manumittentis voluntas impleatur. Ergo conditio circa ſpiritualia, nempe circa Religionis ingreſſum impoſita, valere debet. In cujus *textus* difficultate, omiſſa *Gloſſæ*, & *Abbatis* interpretatione *ibidem*, & aliorum exiſtimantium in *text. illo* conditionem, ſeu modum ingrediendi Religionem in manumiſſionem poſitum valuiſſe, quia pro ſubſtantia non requirebat partis acceptationem: & patet ex eo, quia modus adjectus fuit manumiſſioni proprii ſervi, ac proindè ſicut libertas data proprio ſervo, ſtatim ſuum habet effectum antequam apertè acceptetur, *leg.*2.*ff. de Manumiſſis vindicta*; ita etiam de modo adjecto, omnino dicendum erit, *cap. acceſſorium de regulis juris, lib.* 6. Cum igitur modus ille de ingrediendo Religionem,abſque partis acceptatione ſuam habeat vim; merito, ut quantumcunque ad ſpiritualia verſetur, improbari non debet, nam jura in ſpiritualibus ſolum prohibent pactiones, ſeu conventiones;*dicto cap.fin.* cum vulgatis *de pactis*: & conventionis ſubſtantia eſt, ut actus abſque partis acceptatione non ſubſiſtat, *l.quamcumque* 10.*ff.de obligationibus & actionibus; l.*1.§. *Conventiones ff. de pactis.*

Quare pro vera *illius textus* interpretatione,duo principia adnotanda ſunt. Primum eſt, nullam ſimoniam, vel ejus ſpeciem dari poſſe, niſi cum oneroſus contractus celebratur, vel non gratuita ſpiritualium datio aut receptio fit: gratioſa autem, & liberalis donatio, nullo jure poteſt improbari, ut patet ex ſimoniæ diffinitione, cum ſit ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpiritualibus annexum, & nomine emptionis, omnem contractum oneroſum intelligunt Doctores, ut colligitur ex traditis à Gratiano *per totam* 1.*quæſtion.* 1. & in *capit. fin. de tranſactionibus*; ubi gratis, & amicabiliter componere in ſpiritualibus culpa non eſt: poſterius principium eſt, donationem libertatis, vel alterius rei ſub modo, ſeu conditione factam, vel ob cauſam, eſſe in duplici differentia; aliquando enim modus, cauſa, conditio, in favorem donatoris, aut Tertii adjicitur, aliquando tantum ipſius donatarii recipiens utilitatem continet priori caſu, conditio, modus, vel cauſa efficiunt, ut donatio illa, jam non ſit propria, & liberalis, ſed magis oneroſi contractus naturam accipit: poſteriori verò caſu, conditio, modus, & cauſa non efficiunt quominus omnino gratuita, & liberalis donatio fiat: *l.* 11.*ff.de Donationibus*. His ſuppoſitis dicendum eſt,text. *in dict. capit. quo libentius* 2.*de conditionibus appoſitis*. Donationem illam libertatis ſub modo, ut Religionem ingrediatur, vitio ſimoniæ carere, quia ex omni parte liberalis erat; nam & libertas data, & Religionis conditio ſolius recipientis favorem principaliter continebat;atque ideo Romani Pontifices rem quaſi perſpicuam habentes ita ſtatuunt. Nec obſtat text. *in d. c. quam pio*, 1.*q.*2. Quia reſpondendum eſt, in *eo text.* conditionem, vel pactum,non gratuitum fuiſſe,quia ei, qui temporalia dabat, ſpiritualia etiam recipiebat, *ut in c.tua nos,de ſimonia*:Barb.*in collect.ad text.in d.c.*2.*de conditionibus appoſitis,n.*3.de quo etiam *ſuprà* diximus, *in c.*4. *&* 6.*hoc tit.dub.*3. & quoad *text. noſtrum in* verſ. *Si peculium*,vide, quæ infra dicemus,*c.*4. *&* 6.*hoc titul. dub.*3.*in eodem tex.*verſ. *Nec ſinguli dicemus, in c. quod Dei timorem* 5.*hoc tit.*

Ad text. in cap. Super quodam 4. cap. Cum ad Monaſterium 4. de ſtatu Monachorum.

SUMMARIUM.

1 *Monachi proprium habere non poſſunt.*
2 *Monachi in ipſa ordinationis ſuſceptione,facultatibus, & voluntatibus propriis renuntiant.*
Peculium, quid ſit?
Monachi quare teſtamentum facere non poſſunt.
Monachi peculii adminiſtrationem habere poſſunt.præcedente Prælati licentia, ad utilitatem Monaſterii.
3 Cap.cum ad Monaſterium 6. §. fin. in fine, de ſtatu Monachorum.
Peculium eſt duplex, aliud in proprietate, aliud verò in uſu tantum conſiſtit.
Prælatus majorem ſubdito poteſtatem conferre non poteſt, quam ipſe habeat.
4 *Tridentina Synodus* ſeſſione 25. de Regularibus, cap. 2.
5 Cap. cum ſit 2. de conditionibus appoſitis.
6 Cap. inſinuante 7. qui Clerici, vel voventes.
Conditio contra ſubſtantiam actus violat actum.
7 Cap. veniens 19. de ſimonia.

Præcipimus *verbum*, *præceptum*, *& non consilium denotat.*

8 Cap. quicunque, fin. 12. quæst. 5.

CONCLUSIO

1 QUæ ex his juribus deduci solet, sic se habet: *Monachi proprium habere non possunt.* Comprobatur ex text. *in cap. 2. hoc titulo; c. non dicatis, 2. quæst. 1. capite Monacho, 27. quæst. 1. cap. scimus, cap. nullo, 12. qu. 2. cap. Joannes, cap. fin. de Regularibus; cap. ex parte; de accusationibus; cap. super quodam 4. cap. cum ad Monasterium 6. hoc titulo; cap. cui portio, cap. nullo, cap. non dicatis, 12. quæst. 1. cap. in præsentia, de probationibus; Authentica, ingressi, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis;* Tridentin. *sess. 25. de Regularibus, cap. 2. l. 24. titul. 7. partit. 1.* cum aliis à me *infra* in decidendi ratione referendis, illustrant Petrus Gregorius *lib. 15. syntagmat. c. 14. num. 28.* Felinus *in cap. cum M. de constitutionibus, num. 26.* Navarrus *in commentario 2. de Regularibus num. 14. comm. 3. num. 17.* Idem *cons. 20. num. 5.* Emmanuel Rodriguez *quæstionum Regularium, tom. 3. quæst. 29. artic. 8.* Idem *in summa, tom. 2. cap. 31. numero 3.* Azor. *institutionum moralium, part. 1. lib. 12. cap. 12. quæst. 1.* Miranda *in Manuali Prælatorum, tom. 1. quæst. 28. artic. 8.* Thomas Sanchez *ad præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 22. num. 15.* Zerola *in praxi Episcopali*, verbo, *Moniales, part. 1. §. 2.* Suarez *de Religione, tomo 3. lib. 8. cap. 12. n. 18.* Leſſius *de justitia, & jure, lib. 2. cap. 4. dub. 5. n. 30.* Basilius *de matrimonio, lib. 7. capit. 10. numero 5. & capite 13. numero 8.* Covarruvias *in 4. 2. parte, capite 3. §. 1. num. 18.* cum traditis à Barbos. *in collectaneis ad text. in capite 2. hoc titul. numero 2.* & in notis ad Tridentinum, *dicta sessione 25. capite 2.* Cenedo *in collectaneis ad Decretales, collectan. 124.* & ad *Decretum, collectanea 50.*

2 Ratio est, quia Monachi omnes ex lege suæ professionis votum paupertatis amplectuntur, cùm expresse Regulares omnes, & Monachi, in ipsa susceptione ordinationis, non solùm facultatibus, sed voluntatibus propriis renuncient, *cap. cum ad Monasterium, hoc titul. dict. cap. non dicatis, 12. quæst. 1. Authentica ingressi, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis,* & quamvis in communi quædam possideant, Tridentinum *dicta sessione 25. de Regularibus, cap. 3. cap. ex his qui, §. porrò, de verborum significatione, lib. 6.* tamen propria singuli non habent; Thomas Sanchez *ad Decalogum, dict. capit. 18. & 26.* Undè merito in Lateranensi Concilio cautum est, ne peculium habendi Monachis concedatur facultas; nam peculium omninò videtur cum paupertate pugnare, eo quod peculium (ut inquit text. *in l. depositi 5. ff. de peculio*) est quasi pusilla pecunia, vel pusillum alicujus patrimonium; nam olim hominum possessiones, *pecuniæ* dicebantur, quia antiqui totum, quod habebant, in pecoribus possidebant, teste Augustino *in cap. totum, 1. quæst. 3.* aliàs, si hujusmodi peculium obtinerent, spiritualibus exercitiis facillimè distraherentur cùm se occuparent in administratione illius, quare nec testamenta facere queunt, utpotè nihil habentes post ingressum Monasterii, cui unà cum propria persona, omniaque sua consecrarunt, *capite quia ingredientibus, capite Prælatum, 19. quæstione 3. Authentica, ingressi, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis;* Basilius *libro 7. de matrimonio, capite 13.* Azor. *2. part. moralium, lib. 12. capit. 6. quæstione 3.* Cenedus *ad Decretum, collectanea 50.* nisi liberos habeat, quibus post Religionis ingressum legitimam distribuere potest, reliquis bonis Monasterio quæsitis, *capite si qua mulier, 19. quæstione 3. Authentica, si qua, Cod. de Episcopis & Clericis;* Thomas Sanchez *libro 7. ad Decalogum, capite 9. per totum;* meritò justa de causa, Sacrorum Canonum constitutionibus sancitum est, ne Monachi peculium habeant; & qui illud habuerit, à communione Altaris removeatur; & si cum eo decesserit, sepultura Christiana privetur, & in sterquilinio sepeliatur, *capit. 2. capite super quodam 4. capite cum ad Monasterium 6. hoc titul.* constat enim eum in peccato mortali constitutum, & impœnitentem decessisse, cui Ecclesiastica denegatur sepultura, *capite proventibus, 13. quæstione 2. capit. placuit. 23. quæstione 5. cap. quia in omnibus, de usuris; cap. 2. de furtis.* quia quibus non communicamus vivis in Sacramentis, non debemus communicare in sepultura, *capit. sacris, de his quæ ubi, capite fin. de sepulturis,* nisi certa apparuerunt pœnitentiæ signa, *capite à nobis, el 2. de sentent. excommunicationis*: A qua pœna liberantur Religiosi peculium habentes ex causa administrationis bonorum Monasterii cum licentia Abbatis, *capite 2. hujus titul.* veluti si Vestiarius, vel Eleemosynarius, aut aliam similem administrationem habuerit cujus ratione usum illius expendere, & recipere potest in Monasterii utilitatem, talis enim ratione administrationis peculium habere poterit, cùm in eo, paupertatis votum minimè violet, cùm proprietarius non sit; siquidem ex voluntate Superioris detineat, & ad ejus nutum revocabile sit, & possidens, eo revocante, remittere debet, cùm talis non utatur rebus illis, tamquam suis, sed ut alienis, & ex alieno Superioris arbitrio & nomine possideat: notat Innocentius *in dict. capite secundo, hoc tit.* Hostiens. *num. tertio*, Thomas Sanchez *dicto libro septimo, capit. vigesimo secundo, num. 22.*

3 Primò, nuper decidendi ratione traditæ obstabit tex. *in cap. cum ad Monasterium 6. §. fin. in fine hoc tit.* ex quo deprehenditur Prælatum non posse Monacho licentiam concedere habendi aliquod proprium, *ut constat ex eodem text.* versic. *Nec æstimet Abbas, quòd super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare:* Igitur minus rectè Lateranensi Concilio, *in capite 2. hoc titul.* statutum est, posse Monachum ex licentia, & dispensatione Abbatis peculium possidere. Pro quorum jurium conciliatione adnotandum est, peculium, sive patrimonium duplex esse, Navarrus *commentario 2. in capite non dicatis, de Regularibus, numero 14.* unum, quod est propriè dictum dominium, & vera proprietas, quale habent homines sæculares, *capit. quo jure, 8. distinct. l. 1. ff. de adquirendo rerum dominio* cujus juris Regulares omnes sunt incapaces, quia per votum solemne paupertatis, omnibus eis jam quæsitis, & quærendis imò & capacitati quærendis renuntiaverunt, *dict. capite non dicatis, in principio, & fine; & in nostro capite cum ad Monasterium, §. final.* Divus Thomas 2. 2. *quæst. 186. num. 3. & 6.* Navarrus *de Regularibus, commentario 1. numero 15.* Aliud verò peculium, latè sumptum est, quod ad solam administrationem, possessionem, & facti usum, dependentem à voluntate Prælati pertinet, qui ejus usum, & administrationem arbitratu suo revocare potest; quod peculii genus varium est varieque solet à Prælatis Religionum, Religiosis permitti, nam vel ita conceditur ipsis, ut nequeat à Superiore revocari quod jus possidendi, nullus Superior licentiam Religioso indulgere potest, quia id esset eum efficere proprietarium Navarrus *tom. 3. consiliorum, titul. de statu Monachorum, consil. 15. num. 2.* Turrecremata *in dict. capit. non dicatis, artic. 2. num. 3.* Angelus *in summa*, verbo, *Abbas, numer. 17.* qua ratione, nec Pontifex huic Monacho sic manenti in Religione concedere potest, nisi eum à voto paupertatis absolvendo; Thom. Sanchez *d. lib. 7. cap. 16. nu. 9.* potest tamen Pontifex Monacho licentiam concedere aliquid retinendi; ita ut nullus Prælatus Pontifice inferior valeat illud revocare, quia cum rem illam habeat ex legitima Pontificis licentia, quia est Supremus Religionum Prælatus, & quia cum licētia illa possit ab ipso Pontifice revocari, Monachus proprietarius non efficitur; Navar. *lib. 3. tit. de Regularibus in consiliis, consil. 47. num. 3.* Thom. Sanchez *ubi proximè, num. 3.* Similiter etiam, quando conceditur Monachis peculium à superiore Prælato; nam & ipse potest pro nutu, & voluntate sua revocare; dum tamen ex legitima causa concedatur ad usus honestos, & pios; veluti, ut annuos reddi-

redditus ex fundo aliquo, vel pecunia in censum percipiant ad nutum superioris revocabiles, qui annui redditus ipsis, vel parentum largitione, vel consanguineorum donatione, annuatim assignati sunt, ut ex eis se vestiant, vel libros emant aliudve simile faciant ad privatam utilitatem, & commodum, dependenter tamen à voluntate Prælati, qui tale peculium semper revocare potest; Abbas *in cap. cum ad Monasterium, hoc tit. num.8. & in cap.edoceri, de rescriptis, num.* 3. Sylvester *verbo, Abbas*, & verbo *Religio 6. quæst.* 7. cujus rei ratio est, quia cùm hoc sit quoddam quasi proprietatis genus, paupertatemque Religiosam aliquantulum labefactans, necesse est, ut ad sui concessionis validitatem aliqua justa causa existat: Thomas Sanchez *dict. lib.* 7. *cap.*22. *num.*1. Azor. 1. *tom.tit.*12. *cap.* 9. *n.*4. Non tamen possunt Prælati, nec soli, nec cum Capitulo permittere Religiosis, ut bona ex quacunque causa, aut titulo provenientia, in quoscunque usus expendant, etiam honestos, si nulla est justa concessionis causa: nam tunc uterque tam Prælatus licentiam dans, quàm subditus ea utens, paupertatis voti prævaricator existit, Navarrus *dict. comment.* 2. *de Regular. num.*23. Sylvester, verbo, *Religio, dict. quæst.* 7. Ratio est, quia Prælatus majorem subdito potestatem conferre non potest, quàm ipse habet, *cap. nullus plus, de regulis juris, lib.* 6. siquidem Prælatus bonorum Monasterii dominus non est, sed tantum nudus administrator, *cap.* 2. *de donationibus*; ideò ea bona arbitratu Religiosi ad inutilia, & minus necessaria concedere non potest, sed tantum ad honesta, & pia, si justa subsit causa; Thomas Sanchez *d. cap.* 22. *num.* 2.

Quibus ita præhabitis, diluitur jam difficultas deducta *ex dicto cap. cum ad Monasterium*, §. *fin.* nam textus ille est intelligendus de peculio primi generis, quod propriè dicitur dominium, seu facultas disponendi suo arbitrio, cujus peculii, ac proprietatis, Regulares omnes ratione professionis suæ, in qua votum paupertatis emittunt, jure Divino ita incapaces effecti sunt, ut nec Prælatus, quoad proprietatem possit dispensare: quæ interpretatio deducitur *ex dict. cap. cum ad Monasterium*, versic. *Nec æstimet Abbas, quod super habenda proprietate, &c.* quæ verba planè demonstrant in *text. illo* agi de vero, & perfecto dominii jure; at verò text. *in dict.cap.*2. *hujus tit.* loquitur de peculio sine proprietate, sed quoad solam administrationem, possessionem, & usum facti dependentem à voluntate Prælati, qui eam administrationem arbitrio suo restringere, ac penitùs revocare poterit, ut constat *ex eodem text.* versic. *Nisi ab Abbate fuerit ei pro injuncta administratione admissum*; cujus facultatis habendi peculium Religiosi incapaces non sunt, cum illud proprio nomine non habeant, sed Monasterii, ex legitima causa docet Abbas *in dict. cap.*2. *hoc titul. num.*4. *& in dict. capit. cum ad Monasterium, num.*8. Navarr. *ubi suprà, de Regularibus, n.*25. Azor. *d.lib.*12.*c.*9. Quod administrationis jus interdum committitur solùm in utilitatem, & damnum Monasterii concedentis, sicuti Officialibus committi solent aliquæ villæ, vel domus administrandæ nomine Monasterii, ad nutum superioris revocabiles; quod licitum est *ex dict.cap.cum ad Monasterium*, §. *tales, dict. cap.*2. *hoc titulo*, quam revocationem Prælatus, quandocumque voluerit facere potest, quamvis ipse, vel antecessor ejus, unà cum Capitulo administrationem illam concessissent, Abbas *in d. cap.hoc tit.n.*9. Azor. *d. cap.*9. *quæst.* 8. Interdum verò administratio bonorum Regularibus conceditur in utilitatem, & damnum ipsorum, veluti si cum legitima licentia beneficium aliquod possideant, eis competit administratio reddituum, quos ad decentem sustentationem & pias causas applicare poterunt; sed quod reliquum est, ad Ecclesiam pertinet, cui addicti sunt: Navarrus *de redditibus Ecclesiast.q.*1. *monit.*33. Azor. *lib.*12. *cap.*1. *q.*6. *&* 7. vel si extra Monasterium degunt, in peregrinatione; vel in Universitate, studiorum causa, licentiam habent pecuniam in sui sustentationem retinendi, Navar. *comment.* 2. *de regular. num.* 25.

Secundò, huic interpretationi & verissimæ resolu- 4
tioni opponitur Tridentina Synodus *sess.* 25. *de Regularibus, cap.* 2. in illis verbis: *Tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere*: ex quibus colligitur, non posse Prælatos usum, aut administrationem bonorum Regularibus concedere: igitur Regulares non solum prohibentur bona propria habere, sed etiam usum, aut administrationem eorum: ita ut nec Conventus nomine, nec ex causa administrationis ab Abbate injunctæ, ea bona valeant possidere contra ea, quæ suprà retulimus. Cujus difficultatis solvendæ gratia, plures interpretes relati à Thom.Sanch. *dict.lib.* 7.*cap.*22.*num.*7. existimarunt, in eo Tridentini decreto novum jus contineri, jus antiquum Canonicum corrigens; atque ita attento novo Tridentini jure, concedi non posse hujusmodi peculium, quod inspecto jure antiquo eis permittebatur. Sed hæc interpretatio nobis placere non potest, eo quod jurium correctio inducenda non est, *cap. cum expediat, de electione, lib.*6. *leg.* 1. *C. de inofficiosis donation.* nec ab antiquo recedendum, nisi quatenus novum expresserit, *l. fin.C. de appellat.* At nulla ratio nova cogit, cur id Tridentini decretum ita explicemus (ut statim ex sequentibus apparebit) igitur illa interpretatio defendi non potest.

Quare ea omissa, verissimè est dicendum, in eo decreto nihil novi juris induci; sed solùm confirmari statuta antiqua relata, *in dict.cap.*2. *& in dict. cap. cum ad Monasterium, hoc tit.* quæ Regularibus peculia interdicebant; quare sicut illa decreta prohibent peculium concessum à Prælatis Religiosis, propter eorum importunitatem, & leves causas ad quoscunque usus prophanos & superfluos, vel ad solos usus licitos, non interveniente justa, & legitima causa concessionis, vel peculium ita concessum, ut pro nutu Abbatis revocari non possit; ita etiam de eadem peculii prohibitione intelligi debet Tridentini decretum *in dict. sess.* 25. *cap.*2. Quare licitum etiam hodie erit peculium ex justa causa Religiosis concedere ad usus licitos, & honestos, dum tamen sit revocabile ad Superioris nutum, sicut jure antiquo etiam licitum erat: quod quidem in omnibus & Monialium, & virorum Conventibus ita observatum videmus: quod valdè necessarium est, cùm aliquando Monasteria non suppeditent necessaria ad vitam Religiosorum, Navar. *d. comm.*2. *de Regul.n.*2. verb. *de statu Religionis, tract.*5. *cap.*6. *num.* 15.

Tertiò, conclusioni suprà propositæ obstabit tex. 5
in cap. cum sit 2. *de conditionib.appositis*; ubi proponitur, quendam Diaconum duo mancipia manumisisse ea conditione, ut Monachi fierent, & in monasterio, ubi ipse fuerat, permanerent: & adjecisse, ut si quis contra fecerit, servituti iterum subderetur: atque unum ex his, hac conditione despecta, inter sæculares se sociasse: In qua specie quidam Presbyter illius Monasterii, coram Pontifice de hoc conquestus fuit, qui Diœcesano Episcopo mandavit, quod si ita esse invenerit, eum compellat, ut in Monasterio permaneat, nec Monasterium deserendi ulla sit illi facultas, sed voluntati manumittentis parere compellatur. In qua decisione expendo verba illa, *ut Monachi fierent, & in eo Monasterio, ubi ipse fuerat, permanerent*: Juncto versicul. *Voluntas manumittentis non valeat præteriri*: quæ priora verba planè demonstrant, Diaconum Religiosum mansisse, servosque proprios manumisisse, ut Monachi fierent in Monasterio, ubi ipse fuerat: igitur Religiosus proprium aliquod habere potest. Movet dubium Gl. *ibid.* verb. *Ubi ipse fuerat*, ubi duplicem refert solutionem, primò verba illa, *ubi ipse fuerat*, in quibus tota difficultatis vis extat, non ad Diaconum, qui manumisit, sed ad Presbyterum, seu Monachum, qui nomine Monasterii coram Romano Pontifice conque-

ſtus fuit, referenda eſſe & ita ſignificare videntur, Diaconum illum ſervos manumiſiſſe, ut Monachi fierent in Monaſterio, ubi ipſe presbyter fuerat. Sed hæc *Gloſſæ* interpretatio rejicitur, quia non convenit contexturæ ipſius *text.* Quare ſecundò, Gloſſ. *ibidem*, exiſtimavit Diaconum illum manumiſſorem, non fuiſſe Monachum illius Monaſterii, ubi manumiſſi morari debebant, ſed Clericum tantum, vel patronum, *cap.præſens*, 20. *quæſt.* 3. & ita ex eo *text.* non deducitur, Religioſos quid proprium habere poſſe; quam ſequitur Hoſtienſis *num.* 1. eaque convenit traditæ à Cujacio *in poſthumis ad eundem text.* qui exiſtimavit Diaconum illum non fuiſſe Religioſum, ſed hoſpitem, aut miniſtrum Oratorii; itaque ſenſus illius *text.* eſt, ſervos manumiſſos eſſe à Diacono ea conditione, ut Monachi fierent in eo Monaſterio, ubi ipſe fuerat, tanquam hoſpes, & miniſter Oratorii, non verò tanquam Monachus, aliàs ſervos proprios habere non poſſet, *dict. cap. non dicatis*, 12. *quæſt.* 1. *cap. Abbatis*, 54. *diſtinct.*

6 Quartò, adverſus noſtri *text.* ſententiam obſtabit text. *in cap. inſinuante* 7. *qui Clerici, vel voventes*: ubi cùm quædam nobilis mulier habitum Monaſterii Sancti Auguſtini induiſſet, eo adjecto tenore, ut in domo propria cum omni ſua ſubſtantia remaneret, & in ejuſdem Ordinis habitu permanſiſſet, illumque poſtea dimiſiſſet, aſſerens invitam, & coactam illum accepiſſe, & cuidam publicè fuit matrimonialiter copulata, de quo procedente tempore quatuor filios procreavit; quod cùm ad aures Pontificis perveniſſet mandavit quibuſdam Epiſcopis, quatenus ſi præmiſſis veritas ſuffragatur, præfatam mulierem ad malè dimiſſum Religionis habitum reſumendum, & ſervandum emiſſum votum, quod vovit, monere, & inducere procurent: & ſi opus fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam compellant: Ecce ſpeciem, ex qua manifeſtè conſtat, & deprehenditur, poſſe Religioſas bona propria poſſidere, & conditionem habendi proprium, & profeſſioni, & ſtatui Religioſo non repugnare. Movet dubium Gloſſ. *ibidem*, verbo, *Ut in domo propria.* Cujus ſolvendi gratia, docet, profeſſionem emiſſam, ea appoſita conditione, ut in domo ſua, cum omni ſubſtantia & proprietate bonorum remaneret, prorſus validam eſſe, rejecta conditione, & pro non adjecta habita, quaſi turpi; argumento text. *in cap. 1. de conditionibus appoſitis.* Sed hæc ſolutio convincitur ex eo; nam ſi Monachus recipiatur ſub tali conditione habendi proprium, ipſo jure receptio nulla eſt, quia eſt conditio contra ſubſtantiam Monachatus, *cap. cum ad Monaſterium, in fine, hoc titulo*; quemadmodum, ſi conditio apponatur in matrimonio carnali, quæ ſit contra ejus ſubſtantiam; *cap. fin. de conditionibus appoſitis*: *cap. ſolet*, 32. *quæſt.* 2. Covarruv. *de ſponſalibus*, 2. *parte*, *cap.* 3. §. 1. & 2. Baſilius *lib.* 3. *de matrimonio*, *cap.* 3. 4. & 9. Qua ratione eam ſolutionem rejicit Gloſſ. *ibidem*, & aliam tradidit; ſcilicet, repugnare profeſſioni ſtatus Religioſi conditionem contra ejus ſubſtantiam: unde cum abdicatio proprietatis pertineat ad ſubſtantiam voti paupertatis, eo quod ſtatus Religioſus eſſentialiter tribus votis conſtet, *dicto cap. cum ad Monaſterium*, §. *final.* conditio contra abdicationem proprietatis, nullam efficit profeſſionem: quare *in dicto cap. inſinuante*, non habetur, mulierem emiſiſſe votum cum conditione proprietatis habendæ, ſed cum conditione, ut de licentia Prælati cum uſu bonorum in domo ſua remanere poſſet: quæ conditio non eſt contra naturam ſtatus Religionis, nam quamvis Religioſa bona ſua habeat: tamen tantum ea habet ad uſum dependentem à voluntate Prælati: quam *Gloſſæ* interpretationem ſequitur Thom. Sanch. *ad Decalogum*, *lib.* 7. *cap.* 22. *n.* 5. & *lib.* 5. *de matrimonio*, *diſp.* 9. *num.* 4. *in fine*, Suar. 3. *tom. de Regularibus. c.* 4. *n.* 2. Baſilius *lib.* 3. *de matrimonio c.* 10. *n. fin.* cum traditis à Barboſ. *in collect. ad eundem textum*, *num.* 3.

Quintò, adverſus concluſionem ſuprà adductam 7
expendo textum *in cap. veniens* 19. *de ſimonia*, in cujus ſpecie, quidam presbyter ingreſſus fuit Religionem, conventione facta triginta ſolidos Abbati, & fratribus Monaſterii dandi: qui cùm in Monachum recipere noluiſſent, quo uſque illud pretium eis dare convenit, poſtulantibus illud, prætextu conſuetudinis Monaſterii pro paſtu, & alimonia; in qua ſpecie Pontifex mandavit cuidam, quatenus, ſi ita eſſe invenerit Abbatem, & majores perſonas Monaſterii, pro tantæ pravitatis exceſſu, ab officii executione ſuſpendat, & reſtituere faciat pecuniam præfato Presbytero, tam indignè acceptam, & dicto Presbytero præcipiat, ut in alio Monaſterio in habitu Monaſtico, Domino ſtudeat deſervire. In qua ſpecie expendo verba illa, *ad reſtituendam pecuniam præfato Franciſco tam indignè acceptam compellas*, quæ verba planè probant, pecuniam quam Monachi turpiter, & ſimoniacè receperunt à Presbytero pro receptione ſua, & profeſſione Monaſtica: eidem Monacho reſtitui debere. Igitur conſequenter apparet Religioſum pecuniam habere poſſe, ejuſque poſſidendæ, ratione profeſſionis ſuæ, incapacem non eſſe: aliàs eidem Monacho pecuniam reſtitui Pontifex non præcepiſſet. Cujus *text.* difficultas Doctorum ingenia torquet, nonnulli aſſerunt text. illum, ita exponendum eſſe; ſcilicet, Presbytero illi qui pro receptione ſua exactam pecuniam ſolvit, antequam ſolemnem emitteret profeſſionem, pecuniam reſtitui mandavit: quo tempore capax adhuc obtinendi erat: ſed non fuiſſet, ſi profeſſionem jam emiſiſſet, ut in *text. noſtro* & in *dict. cap. non dicatis*, cum ſimilibus, 12. *quæſt.* 1. Sed hæc interpretatio non convenit illius *text.* verbis, in quibus præceptum huic Presbytero imponitur, ut in habitu Monaſtico Domino ſerviat in alio Monaſterio, quod minimè ei præciperetur, niſi Religioſus eſſet: Nec ſatis ad ſolutionem videtur, ſi quis dicat ea verba conſilium propoſitum, potiùs quàm præceptum importare: ita ut conſultius faciat Presbyter, ſi aliud Monaſterium ingrediatur gratiâ debiti Deo impendendi famulatus, & obſequii, non autem ingreſſum facere cogatur; Nam id adverſatur verbo, *Præcipimus*, quo textus ille utitur, quod præceptum, non verò conſilium denotat: Gloſſ. *ibidem*, verbo, *Præcipimus.* Unde verior eſt aliorum interpretatio aſſerentium pecuniam, in *eo text.* reſtitui Monacho, non ut eam habeat, nec ut verus ſit ejus pecuniæ dominus, ſed ut is tranſlatus ad aliud Monaſterium, eam ſecum in id Monaſterium deferat ad alimenta ſibi neceſſaria. Undè fit, *ibi* non probari, Religioſum pecuniæ habendæ capacem eſſe: Covarruvias *in regula*, *peccatum*, 2. *part.* § 2. *num. fin.*

Sextò, ſuprà traditæ ſolutioni obſtare videtur text. 8
in cap. quicunque, *fin.* 12. *quæſt.* 5. ubi poſtquàm traditur, hæreditatem illius Eccleſiaſticæ perſonæ, quæ ſine teſtamento, & cognatione deceſſit, ad Eccleſiam ubi deſerviſſet, devolvi; quod etiam cautum eſt *in c.* 1. & 2. *de ſucceſſionibus ab inteſtato*: ſtatim aſſerit, idem jus in Sanctimonialibus obſervari: ita ut earum bona, ſine teſtamento & cognatis decedentium, debeant ad Monaſterium, ubi vitam ſuam peregerunt, pertinere: igitur ex *hoc text.* apertè deducitur, Religioſas, quæ Monaſticam vitam profeſſæ ſunt, ratione profeſſionis incapaces bonorum non eſſe, cum teſtamentum condere, & conficere, de bonis ſuis valeant. Difficultatem agnovit Turrecremata *in eo text. num.* 1. & eam ſolvit dicens, *ibidem* non agi de Monialibus profeſſis, quæ ratione voti paupertatis bona propria Divino jure, tenere prohibentur, ſed de quibuſdam Monialibus, quales ſunt in terra Theutonicorum, quæ propriis bonis non renuntiant, ſed ſicut Clerici ſæculares nullam faciunt profeſſionem; & tales poſſunt condere teſtamentum, de quibus loquitur tex. *in c. Virgines*, 27. *q.* 1. Archidiaconus, & Gloſſ. *verbo, Sanctimonialibus, in dict. cap. fin.* 12. *q.* 1. Gloſſ. *verbo, Canonicus in c. dilecta*

dilecta 12. *de majoritate, & obedientia* : Azor. 1. *part. institutionum moralium, lib.* 13. *cap.* 9. *in fine*, verſicul. *Sciendum.* Alia plura, quoad hunc *text.* retuli *in cap.* 2. *de teſtamentis.*

Ad text. in cap. Quod Dei timorem 5. de ſtatu Monachorum.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus Regularis poteſt præfici Eccleſiæ Parochiali, etiam ſæculari ; ſed debet ſocium ſui ordinis ſi commodè fieri poteſt.*

2 *Monachi olim ad regimen Parochialium Eccleſiarum admittebantur.*

Parochus ſolus non poteſt Eccleſiæ officia exercere.

Væ ſoli, nam cùm ceciderit, non eſt qui eum ſublevet.

3 Monachus *Græcè dicitur ; Latinè verò* ; ſingularis *appellatur.*

Monachus non poterit Sacramenta miniſtrare, niſi Monacho in Monaſterio exiſtenti : cap. 1. *cum aliis* 16. quæſt. 1.

Monachus ſine Monaſterio ita caret vita ſicut piſcis ſine aqua.

Monachi olim non erant Sacerdotes.

4 Cap. ne pro cujuslibet 37. 6. quæſt. 1.

Monachus quando ſolus in beneficio exiſtere poteſt.

5 Cap. final. de Capellis Monachorum.

6 Capite in Eccleſiis 1. de Capellis Monachorum.

7 Cap. in Parochia 31. 16. quæſt. 1.

8 Capit. quod Dei timorem 4. de ſtatu Monachorum.

Cap. Monachi 2. de ſtatu Monachorum.

9 Cap. ſuper eo 9. de Regularibus.

Beneficialia Parochialia, & ſimplicia, in quo differant.

10 Cap. quorundam 6. 74. diſtinct.

Cap. Deus qui 12. de vita, & honeſtate Clericorum.

11 Cap. ſicut 33. de ſimonia.

12 Cap. ad noſtram 5. de confirmatione utili, vel inutili, *cum* cap. ſuper eo 9. de Regularibus.

Cap. Religioſus, de electione, lib. 6.

CONCLUSIO.

1 *CAnonicus Regularis poterit præfici Eccleſiæ Parochiali, etiam ſæculari, ſed debet habere ſecum ſocium ſui ordinis, ſi commodè fieri poterit.* Conſonat text. *in cap. in Eccleſiis* 1. *cap. ex parte, cap. ad audientiam, de Capellis Monachorum; c. unico, eodem lib.* 6. *cap. cum ſingula* 31. *de Præbendis, lib.* 6. *cap. in Parochia, c. Doctos, c. Monachis, cap. ſi quis Monachus*, 16. *quæſt.* 1. *cap. ſi Monachus, cap. moderamini; cap. ſi nonnulli*, §. *his omnibus, c. ſi quem à Clericatu, c. legi, c. Monachi, c. ſic vive*, cum aliis, *eadem* 16. *q.* 1. *c. priſcis*, 55. *diſtinct. cap. nullus*, 58. *diſtinct. leg.* 24. *&* 25. *tit.* 7. *part.* 1. Gloſſ. *verbo, Monaſterialibus, in cap.* 1. 55. *diſtinct.* Gloſſ. *verbo, Majorem in cap.* 2. 58. *diſtinct.* & Gloſſ. *verbo Canonici, in cap. cum ſingula, de Præbendis, lib.* 6. Gloſſ. *verbo, Secularibus, in Clementina unica, de ſupplenda negligentia Prælatorũ* Gloſſa *verbo, Regimen, in dicto cap. quod Dei timorem.* Exornant Hoſtienſis *in ſumma, tit. de ſtatu Monachorum, num.* 8. *&* 9. Enricus *in præſenti, num.* 15. Covar. *in cap.* 2. *de teſtamentis. num.* 3. Gonçalez *ad regulam octavam Cancellariæ, gloſſ.* 7. *num.* 48. Lambertinus *de jure patronatus parte* 1. *lib.* 2. *qu.* 7. *art.* 19. Azor. *tomo* 1. *inſtitutionum moralium, tit.* 12. *cap.* 16. *qu.* 13. *& tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 8. Thomas Sanchez *lib.* 7, *ad Decalogum, cap.* 29. *num.* 35. Petrus Gregorius *lib.* 15. *ſyntagmatum cap.* 17. *num.* 7. Leſſius *lib.* 2. *de juſtitia, cap.* 34. *num.* 6. *& cap.* 41. *dub.* 12. Rochus *de jure patronatus*, verbo, *Honorificum, quæſt.* 4. *num.* 13. Emmanuel Rodriguez *quæſtionum Regularium, tom.* 1. *quæſt.* 34. *art.* 4. *& tom.* 3. *quæſt.* 28. *art. ultimo, & quæſt.* 53. *art.* 2. Sylveſter, *verbo, Religio* 7. *quæſt.* 3. *&* 4. Barb. *in collectaneis ad noſtrum text. num.* 3. cum à me referendis *in cap.* 1. *de Capellis Monachorum.*

Ratio eſt, quia olim (ut ſtatim dicemus) Monachi 2
in Beneficiis ſæcularibus, & ad Eccleſiarum Parochialium regimen, ordinari, & præfici poterant, ut ſic munus prædicationis ſubirent, *cap. doctos*, 16. *quæſt.* 1. *cap. priſcis*, 55. *diſtinct.* & licet in Lateranenſi Concilio, *in cap.* 2. *hoc titulo*, caveatur, ne Monachi ſinguli per villas, & oppida, per quaſcunque Parochias, vel Eccleſias ponantur ; tamen cum *ibidem* ſpecialiter, de Canonicis Regularibus mentio non habeatur, qui etſi à Sanctorum Monachorum conſortio ſejuncti non dicantur ; tamen quia laxiori regulæ inſerviunt, ut *text. noſter* docet ; ideò Canonici Regulares poſſunt Parochialibus Eccleſiis præfici, & plebanum officium exercere, ut in *text. noſtro* ; & in *cap. cum pro utilitate*, 16. *quæſtione* 1. dum tamen ſecum habeat ſocium ſui Ordinis (ſi commodè fieri poteſt) quia Parochus ſolus non poteſt commodè Eccleſiæ officia exercere, & Sacramenta adminiſtrare, *c. ut quiſque de vita & honeſtate Clericorum*, ubi latè ſcripſi ; nam ſolus multa incommoda ſuſtineret, dicente Eccleſiaſtico, *cap.* 4. *Væ ſoli, nam cùm ceciderit, nemo eſt, qui ſublevet eum* : & quoniam Monachus Parochiæ deputatus, permanendo cum alio Monacho, melius in his, quæ Dei ſunt, exercetur ; & regularis obſervantiæ tam conſortio, quàm ſolatione perfruitur. Ideo Canonicus regularis, non debet conſtitui in Eccleſia Parochiali ſine ſocio ſui Ordinis, ut *text. noſter* aſſerit : Gloſſ. *in Clementina, ne in agro* §. *Ad hæc, hoc tit. cap.* 2. *eodem.*

Primò, adverſus concluſionem ſuprà adductam ; 3
obſtabit ſequens conſideratio ; nam Monachi converſatio, & vita (ſecundum ejus nominis Etymologiam) Græcè *Monachus* dicitur, Latinè verò *ſingularis* appellatur, & ſic nomen ſuum agnoſcens, verè, & propriè, debet ſolitariam vitam agere ; undè nec pœnitentiam dare poteſt, nec baptizare, nec infirmum viſitare, nec mortuum ſepelire, niſi Monachum, vel Canonicum regularem in ſuo Monaſterio ſecum commorantem, vel fortuitò quemquam advenientium fratrum, ſi ibi mori contigerit, *cap. placuit* 1. *cap. ſi cupis*, 16. *quæſt.* 1. nec ad Eccleſiam ſæcularem tranſire, nec aliis quibuſcumque negotiis ſe implicare : ſed ſuo clauſtro contentus eſſe debet, quia ſicut piſcis ſine aqua caret vita, ita Monachus, ſeu Canonicus regularis, ſine Monaſterio, quia mundo mortuus eſt, Deo autem vivit : *cap. placuit* 8. 16. *q.* 1. Igitur, nec Monachus, nec Canonicus Regularis, debet à Monaſterio foras egrediens Parochialis Eccleſiæ regimini, & Curæ præfici : etiam ſi ſecum ſocium ſui Ordinis habeat.

Pro cujus dubii ſolutione nonnulla prænotanda ſunt : & primò olim *Monachos* dici verbo Græco, *homines à cæterorum conſortio ſegregatos*, qui etiam duriſſimè, & laborioſiſſimè in montibus, ſaltibus, & ſpeluncis vitam degentes, *cap. placuit* 8. *c. qui verò, c. è cupis*, 16. *q.* 1. Duarenus *lib.* 1. *de Sacris Eccleſiæ miniſteriis, cap.* 20. Petrus Gregorius, *lib.* 15. *Syntagmatum*, *c.* 14. *num.* 20. meritò Monaſteria in locis ſolitariis fundabantur, ut ſic melius in contemplatione Deo ſervirent *cap. luminoſo* 18. *quæſt.* 2. *cap. quidam Monachi*, 16. *q.* 1. quare Clerici depoſiti propter delicta in Monaſteriis recludebantur, *cap. Sacerdos*, 81. *diſtinct. cap. de lapſis*, 16. *quæſt.* 6. *cap. Clerici* 4. *de exceſſibus Prælatorum*; Salzedus *in praxi, cap.* 136. Julius Clarus *in praxi criminali*, §. *fin. q.* 70. Petrus Gregorius, *lib.* 31. *Syntagmatum cap.* 27. quare cùm Monachi ſolitudini, ſilentio, pœnitentiæ,

tentiæ, & contemplationi rerum divinarum dicati eſſent extra Monaſteria commorari prohibebantur, ac ab Eccleſiaſticis Ordinibus arcebantur, nullique in Monaſteriis reperiebantur Sacerdotes, aut Clerici; *capite alia cauſa cap.hinc eſt, capite gener,Cod.de Epiſcopis & Clericis*; meritò tanquam laici, & ut cæteri ex populo ad communionem recipiendam, ſimul in unum conveniebant, *Novella* 133.Abbas *in c.dilectus, de capellis Monachorum*,& Sacerdotes quærebant, qui ejus more Græco, ſive Latino, Miſſas celebrarent. *dict.cap.hinc eſt,in fine*,16.*q.*1.Idcirco Monachi & Abbates eorum Sacerdotibus ſuberant,*c.à Subdiacono*,93. *diſtinct.cap.generaliter*,16.*quæſt.*1. Verum, ut ab hac moleſtia liberarentur, poſteà cæperunt ex eis aliqui ex ſuis Monaſteriis in Presbyteros ordinari; dum tamen tantum in cætu Monaſterii Sacramenta miniſtrarent; ac proinde prohibebantur extra Monaſteria Clericorum munera obire, & exequi *capite placuit* 1.*cap.placui.*8.*cap.interdicimus*,*c.*1.*pervenit*, cum aliis,16.*quæſt.* Sed poſtmodum Monachi illi, qui erant ad Sacerdotium promoti, authoritate Epiſcopi, & Abbatis conſenſu, cæperunt extra Monaſterium officia Presbyterorum ſubire, *capit. ex authoritate, capit. ſunt nulli*, 16. *quæſt.*1.Duarenus *ubi ſuprà,cap.* 20. hac ergo via patefacta,ex Monaſteriis,velut ex quodam ſeminario legi,& aſſumi conſueverunt ad munera Eccleſiaſtica, & Parochialium Eccleſiarum regimen, qui probatæ inter ipſos vitæ, & eruditionis exemplum habebant, cùm tunc gravis Eccleſiæ miniſtrorum neceſſitas exiſteret, & idonei miniſtri deficerent, qui authoritate Epiſcopi Parochialibus Eccleſiis præficiebantur, *capit.priſcis* 1.*diſt.*55.*capit.Monachi*,33.*&* *cap.*34.16. *quæſtion.* 1.Covarruvias *in capit.*2. *de teſtamentis*, *num.* 2. Thomas Sanchez,*dict.lib.*7.*capit.*29.*numero* 29.Si verò Parochiale beneficium pleno jure Monaſterio ſubeſſet; tunc authoritas Epiſcopi neceſſaria non erat, ut Religioſus ad illud promoveretur, ſed ſatis erat licentia Prælati Regularis,quo in caſu,Epiſcopo tantùm examinatio,& viſitatio competit; Tridentinum *de reformatione*, *ſeſ.*7.*capit.*7.*&* 8.*&* *ſeſſione* 24.*capit.*3.*&* 18. Si autem beneficium Monaſterio non ſubſit; tunc præter Prælati aſſenſum, deſideratur etiam authoritas Epiſcopi, Sylveſter, *verbo, Religio* 7.*q.*3.Thomas Sanchez, *ubi ſupra.numero* 66. & ſic ſunt intelligenda jura, *in dict. capit.doctos*, *capit.ſi Monachus*,16.*quæſt.*1. Ideòque id indictum fuit favore boni animarum; propter officium prædicationis; ut conſtat ex *text. noſtro*.Sed licet juris communis conceſſione favore animarum inducta, relicto Monaſterio de licentia Prælati, id Monachis olim permiſſum eſſet,non ideo ab inſtituto, & vita Monaſtica recedere poterant;ſiquidem Religionis munia obſervare compellebantur,hoc eſt,quoad habitum Monaſticum;& cætera, quæ non impediunt miniſterium Curæ animarum; *capit. de Monachis*, 16.*quæſt.*1.& licet antiquo jure ſoli Monachi poſſent promoveri, *capite in Parochia*,cum aliis, 16. *quæſt.* 1. tamen hodie novo jure ex Concilio Lateranenſi, *cap.* 2. *hoc tit.* & *in cap. penult.* & *ultimo*,*de Capellis Monachorum*, ſancitum eſt, ne ſinguli Monachi Parochialibus Eccleſiis præficiantur, niſi Canonici Regulares ſint,& ſocium habuerint, *l.*24. *titul.*7.*partit.*1. Ex quibus jam apparet ſolutio ad dubitandi rationem, & jura ſuprà adducta quæ tantum locum habebant illis primis temporibus, in quibus, ut ſupra diximus, ſolitarii pœnitentiam agebant,& propter neceſſitatem Parochialib. Eccleſiis præficiebantur.

4 Secundò, prædictis obſtabit text. in *capite ne pro cujuſlibet*, 3.*quæſtion.*1.ubi Gregorius Pontifex ſcribit, quod ſi Monachus ad regimen Parochialis Eccleſiæ fuerit aſſumptus, adeò eximitur à poteſtate ſui Abbatis, ut nullam communionem habeat cum priori Monaſterio, nec debet pro ſua promotione onus aliquod Monaſticum ſuſtinere: Igitur minus rectè Abbas Religioſo, jam Parochiali Eccleſiæ præfecto, & à ſua juriſdictione exempto, poterit ſui Ordinis ſocium aſſignare. In cujus *text.* difficultate,Joannes Andreas, Abbas, & alii antiquiores, in *text.noſtro.* & in *dict.cap fin. de Capellis Monachorum*, varias aſſignant ſolutiones, diſtinctionemque referunt; ſcilicet, quod ſi Religioſus promoveatur ad Eccleſiam Parochialem Monaſterio ſubjectam,ad quam convenit Monachum promoveri,& ad libitum Superioris revocari, obedientia remanente; tunc non poteſt in Parochiali Eccleſia ſine ſocio ſui Ordinis Monacho conſtitui; nam cum ipſe adhuc Clauſtralis ſit poteſt Abbas ei ſocium aſſignare, ut in *text. noſtro*, cum ſimilibus. Si autem Religioſus perpetuò promoveatur ad Eccleſiam Parochialem, tanquam quilibet Clericus ſæcularis, Monaſterio non ſubjectam, non tenetur Abbas ſibi ſocium dare, nam tunc deſinit eſſe Monachus tanquam monaſterii,& Abbatis poteſtate exemptus; & ita eſſe intelligendum text. in *d.c. ne pro cujuslibet*,16.*q.*1.docet Gl.*in Clementina, ne in agro*, §. *Ad hæc*,verbo, *Clauſtrum*,*de ſtatu Monachorum*;Abbas *in præſenti*,*numero* 9. Gregorius Lopez in *l.*24.*tit.*7.*partit.*1.verbo,*Con otros Frayles*. Sed hæc interpretatio apertè convincitur ex *text.noſtro*,& in *capite* 2.*hoc tit.* ubi agitur de promotione perpetua Religioſi ad Parochialem Eccleſiam, Monaſterio non ſubjectam; & nihilominus ſocius ejuſdem Monaſterii deſideratur; & magis expreſſè deducitur *ex dicto cap.* 2.*hoc tit.*verſ.*In quibuſcunque Parochialib.*quod verbũ, *quibuſcunque*, univerſale eſt,& omnes Parochias comprehendit, ſive ſint, ſive non ſint Monaſterio ſubjectæ, & ſic cuilibet Parochiali Eccleſiæ Monachus ſine ſocio præficiendus non eſt.

Quare ea ſolutione omiſſa, verius dicendum eſt, quod ſi Monachus ad Clauſtralem Eccleſiam promoveatur,ut omnino, & in totum beneficium ſit Monaſterio ſubjectum; tunc debet habere ſocium ſui Ordinis, ſi Eccleſiæ, ſeu beneficii redditus duorum alimoniæ ſufficiant; quod ſi de facultatibus Eccleſiæ ſuſtentari non poſſint,tunc debet in Eccleſia ſervari quod traditur *in Clementina,ne in agro*,§.*Hæc:hoc noſtro titul.* Si verò Eccleſia,non ſit prædicto modo Monaſterio ſubjecta, tunc de illo jure antiquo ſolus Monachus abſque ſocio poterat promoveri, *dicto capit. in Parochia*, cum ſimilibus,16.*quæſt.* 1. Nam licet Abbas ſocium ſibi dare non teneretur, cùm jam exemptus eſſet à ſua poteſtate, *dict. capite ne pro cujuslibet*,16. *quæſt.*1.non ideò tollitur juris prohibitio conſtituentis, Monachum aliter promovendum non eſſe,niſi cum ſocio; notat Abbas, *in præſenti*,*n.*6.Gr.Lop.*ubi ſup.*verb.*No lodeve dexar ſolo.*

Tertiò, ex dictis interpretor text. *in capit. finali, de* 5
Capellis Monachorum,ubi cum nonnulli Monachi Archiepiſcopo Burdegalenſi, lege Diœceſana ſubjecti, contra ſtatutum Lateranenſis Concilii, in quibuſdam Parochiis ſolitarii habitarent; mandat Pontifex eidem Archiepiſcopo,quatenus Abbates,& Priores ipſorum, per cenſuram Eccleſiaſticam monitione præmiſſa compellat, ut vel ipſos revocet ad Clauſtrum, faciens per Clericos ſæculares in eiſdem Eccleſiis deſervire, vel aſſocient ſibi alios Monachos; cum quibus vitam poſſent ducere, & regulam exercere: quæ deciſio apertè inſinuat, Monachum Eccleſiæ Parochialis Monaſterio ſubjectæ regimini præpoſitum ſolitarium eſſe non poſſe; ſed teneri Abbatem ſocium ſui Ordinis ei adjungere, per quos deſerviatur Eccleſia, ſi ipſis de facultatibus ſuis poſſit provideri; alioquin removeatur Monachus ſolitarius, & ad Clauſtrum reducatur, ne contra Lateranenſis Concilii conſtitutionem ita Eccleſiam habeat, & Clericus ſæcularis poterit in ea ordinari; nam licet regularia beneficia per Regulares ſolita gubernari, non poſſint ſæcularibus Clericis committi,*capite cum de beneficio* 5.*de præbendis,lib.*6.*Clementina* 1.*de electione*;*Clementina* 1.*de ſupplenda negligentia Prælatorum*, adeò ut nec Monachis alterius Monaſterii concedi poſſint,*capit.ſingula*, §.*prohibemus*,*de præbendis*,*l.*6. Tamen id verũ eſt,& procedit,quamdiu beneficia hæc per Regulares ordinata remanere poterunt,hoc eſt, ſi de redditibus beneficii duo Monachi regulares ſuſtentari poſſunt, quo caſu, ad

ſæculares

sæculares Clericos non transfertur beneficium, *c.inter quos, de Religiosis domibus*, sed si fructus Ecclesiæ non sufficiant duobus Monachis Regularibus, tunc propter fructuum defectum, poterit Ecclesia sæculari Clerico regenda committi, *c.inter quatuor, 5. dist. c.fin. ita intelligendo, de Capellis Monachorum*, Abbas, & Hostiens. *ibid. num.* 1. Nec obstabit, si instes dicendo, quod etiam Clericus sæcularis in Ecclesia, cui præficitur, secum debet habere alium Clericum idoneum, ad exercendum officium Ecclesiasticum, nec enim potest solus Missam, sivè alia divina officia, sine ministri suffragio celebrare, *c.proposuit, in fine, de filiis presbyterorum; c.ut quisque, de vita, & honestate Clericorum*; ubi latè de hac re scripsi; & sic si Ecclesia regularis sufficit duobus Clericis sæcularibus, qui omnino adesse debent, multò fortiùs duobus Clericis Regularibus sufficere debet, qui paucioribus debent esse contenti. Quia respondendum est cum Hostiensi, *in d. c.fin.* dicente; quod si Prioratus (de quo ibi) Curam animarum non habet, cessat ratio prædicta, si verò Curatus est, tunc si non potest provideri, nisi uni Monacho omnino removetur Monachus, & seculari Clerico Prioratus, conceditur, qui forsan faciliùs reperietur, ut ipsum recipiat, & ei deserviat cum uno Clerico, supplens defectum fructuum Ecclesiæ de proprio patrimonio, quod Monachus facere non potest, cùm nihil proprium habeat, *c. non dicatis, 12. quæst. 1.* cum à me traditis *in c. super quodam 4. hoc tit.* Sed si Monachus, cum auxilio parentum, vel amicorum, sui Ordinis socium habere possit, tunc Diœcesanus hoc prohibere non potest; notat Abbas, & Hostiens. *in d. c. fin. de Capellis Monachorum.*

6 Quartò, suprà traditis obstabit Urbani III. decretum, *in cap. in Ecclesiis, de Capellis Monachorum*; ubi Pontifex statuit, quod Monasteria, quæ habent populum, habeant etiam Capellanum institutum ab Episcopo de consilio Monachorum, qui populum regat, ipsique Sacramenta ministret, & circumeat Parochiam cùm necessarium fuerit, cujus ordinatio, dispositio, & totius vitæ cognitio, ex solius arbitrio Episcopi pendet: quæ decisio apertè impugnat omnia supra tradita; nam cùm jure antiquo possit Monachus eximi à Monasterio, habendo socium sui Ordinis, & Ecclesiæ sæculari præfici (ut dictum est) fortiùs poterit in proprio Monasterio Monachus Curam populi exercere: quia magis repugnat instituto Regulari in priori casu, quàm in posteriori; quippè in priori oportet egredi à Monasterio, & socium sui Ordinis habere; secus in posteriori, & favor occurrit animarum, & major Monasterio obligatio ad prospiciendum illi; & habet, non solum socium, sed etiam socios in Religione existentes: ergo magis idoneus censendus erit ad Curam gerendam imminentem in proprio Monasterio, quàm Ecclesiæ foris sitæ, & consequenter videtur rationi dissonare, ut cùm Monasterium non habeat populum, possit regularis esse Parochus, quam cum populum habet, siquidem eo habente, nequeat Cura per Monachum regi, sed debeat illi Clericus sæcularis præfici. Cujus dubii solutio (ne eadem sæpiùs inculcare videamur) petenda est, ex his quæ infrà dicemus, in *c. 1. de Capellis Monachorum*, in *quarto dubio*, quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

7 Quintò, suprà traditis obstat Pelagii Pontificis decretum, relatum *in c in Parochia* 31.16.*q.*1. ubi cum in Ecclesia Parochiali Sancti Laurentii, quæ vacaverat, & erat de jure patronatus cujusdam magnifici viri Theodori: quia in possessione seu prædio ipsius fundata erat, & sic ex datione fundi jus patronatus habebat, *c. Abbatem*, 18 *q.*2.*c. significavit, de testibus*; Lambertin. *de jure patronatus*, 1.*p q* 2.*art.*4. officium Presbyteri decesse cognovit, ipse Theodorus quendam Rufinum Monachum, olim sibi vita, Religione, & moribus comprobatum, postulat ibi Presbyterum consecrari: Pontifex cum Presbyterum fecit, ut in ea Ecclesia sacra ministeria posset adimplere. Ex qua decisione colligitur, Monachum de jure antiquo, non potuisse Parochiali Ecclesiæ præfici, sed dispensationem Apostolicam necessariam fuisse. Igitur minus rectè supradictum est, absque ulla dispensatione, cùm Ecclesiæ necessitas, vel utilitas existit, posse Monachos earum regimini, & gubernationi præponi. Cui difficultati respondendum est, in *text. illo*, non probari, Apostolicæ Sedis licentiam, & dispensationem requiri, ut Monachus ad Ecclesiam Parochialem sæcularem possit assumi; quia ibi Rufini præsentatio facta, valida præsumitur, absque alia dispensationis mentione; licèt in *eo*, *cap.* facta videatur, in vers. *Et hunc postulat*: tamen dispensatio hæc, non est ad hoc, ut Rufinus Monachus ex vi præsentationis à Theodoro patrono factæ, ad Ecclesiæ Parochialis regimen admittatur, sed potiùs dispensatio, & licentia Pontificis fuit petita, ut extra tempora ordinaretur, & brevi tempore Diaconus, & Presbyter fieret; siquidem ordinationes Diaconorum & Presbyterorum, nisi certis temporibus, & diebus à sacris Canonibus præscriptis, exerceri non debent: *c. ordinationes 3. c. quod à patribus. c. 7. 75. dist. c. literas, de temporibus Ordin.* in quibus juribus, dispensatio ordinandi *extra tempora*, soli Pontifici reservatur. Nec obstat text. in *cap. consultationi, ejusdem tit.* de quorum concordia videnda est Glos. *verbo, Poteris, in dict. cap. consultationi*: ergo cum Theodorus, qui Monachum, ad Parochianam Ecclesiam præsentavit, velle cum extra tempora ordinari, & brevi tempore in Presbyterum consecrari, jure optimo licentia, & dispensatio Sedis Apostolicæ fuit necessaria, Lambert. *ubi suprà*, 2.*p. art.* 19. *quæst.* 7. *num.* 13.

Sextò, prædictis obstabit text. in *dict. cap quod Dei timorem 5. hoc tit.* ubi quidam Plebanus desiderans ad meliorem vitam transire, officium Plebani resignans coram fratribus Sancti Victoris Bononiensis, de sua conversione promissionem fecit, sed professionem solemnem non emisit, nec habitum assumpsit: sed Parochiani considerantes laudabilem ipsius administrationem, à Florentino Episcopo impetraverunt, ut ministraret ibidem, & hoc obtinuerunt à quodam Sedis Apostolicæ Legato: postmodum à Pontifice postularunt, quod hoc ratum haberet, præsertim cum de licentia Abbatis Sancti Victoris id fecisset: undè Innocentius III. respondit, ut exercens Plebani officium, unum Canonicum Regularem, si commodè fieri posset, secum habeat, cujus in his, quæ Dei sunt, & regularis observantiæ, tàm consortio, quàm solatio perfruatur. Ex qua decisione probari videtur, Canonicum Regularem non posse jure communi, ad regimen Parochialis Ecclesiæ promoveri alioquin solius Episcopi dispensatio sufficeret, simul etiam cum Abbatis licentia, ut suprà retulimus, nec oporteret hoc à Pontifice impetrari, ut gratuitis verbis promotionem hanc concederet, quæ Pontificis dispensatio præsumitur, *ex eodem text.* vers. *A nobis ratum haberi suppliciter postularunt*: quæ verba juncto vers. *Sic annuendum duximus postulatis*, demonstrant promotionem illam indiguisse Pontificis dispensatione, & ratihabitione, ut sic gratiâ Pontificis, promotio illa justa censeatur; igitur jure communi rata non est, nec fieri potest promotio personæ Regularis ad regimen, & Curam Parochialis Ecclesiæ, contra id, quod suprà retulimus. Cui dubio nonnulli respondent, Plebanum, *in dict. c. quod Dei timorem*, non fuisse Regularium, sed tantum promisisse conversionem, non tamen solemne votum emisisse, nec habitum Religionis sumpsisse, ut constat *ex eodem text. §. Sanè*; & ideo Pontificis dispensatio fuit necessaria, ut interim voto non completo, eandem Curam acceptaret, & exercere posset. Sed hæc interpretatio convincitur *ex eodem text.* vers. *Cum de licentia Pontificis*: quæ verba probant Plebanum intrasse domum Sancti Victoris, antequam fuisset assumptus in Plebanum, & sic sine licentia Prioris sui, qui locum Abbatis in domo illa tenebat, non potuisse Parochiam in domo illa administrare; undè constat Plebanum

banum debere secum habere aliũ Canonicum Regularem sui Ordinis, nè contra prædicti Lateran. Concilii decisionem solus remaneat. Nec obstant verba *ejusd. text.in §. sane.* Nam licèt plebanus solemnem Religionis professionem non emisisset, nec habitum mutasset; tamen tacitam professionem fecit; siquidem officiũ Plebani resignans, creditur absolutè voluisse mutare vitam, ut sub habitu Regulari ōmnipotenti Deo de cætero famularetur, quo casu pro Religioso habetur,& in Religione perpetuò Domino deservire debet.*c.consulti,c.statuimus de Regular.* Suar. *de Relig. 3. tom.lib.6.c.19.*Thomas Sanchez,*li.4.ad Decalog. capit. 1.num.20.*Quare ea interpretatione rejecta, verissimè est dicendum,text.in *dict.capit.quod Dei timorem 5. hoc titul.*non probare, Monachum jure antiquo, non potuisse Parochialis Ecclesiæ regimini præfici; nam illa *text.* verba, *A nobis ratum*; & illa, *sic annuendũ*, insinuare videntur Pontificis ratihabitionem necessariam fuisse, ut Plebanus officium suum posset exercere, ex facto Parochianorum, quod ita fieri à Pontifice postularunt; tamen illa ratihabitio non postulatur ab eis, ut sic fuisset necessaria, cum sufficeret Episcopi auctoritas, & Abbatis consensus; sed quia dubitarunt scilicet, an Canonici Regulares possent promoveri ad Ecclesiam Parochialem, inspecta Lateranensis Concilii prohibitione,*in dict.capite 2.hoc titulo* Undè Pontifex considerans illius Lateranensis Concilii decretum, simpliciter non prohibere Monachorum promotiones ad Parochiales Ecclesias,sed prospicere, ne singuli absque socio promoverentur, postulationi Parochianorum sibi præsentatæ respondit, ut Plebanus sic electus secum habeat unum Canonicum Regularem; *capite ex parte,de postulando; capite non magnopere, ne Clerici,vel Monachi; capit.præsenti,23.quæstion.3.capite cum in Ecclesiis,de majoritate, & obedientia*; nam licèt Canonici Regulares à Monachorum consortio seiuncti & separati dicantur,*capite præsens,in fine. 20.qu.3.* tamen Innocentius III.*in nostro capite cap. quod timorem,*constituit sub Lateranensi Concilio, & ejus decreto,comprehensos fuisse,in id etiam, ut si necessitate, vel utilitate suadente,ad Parochialis Ecclesiæ regimen promoveantur, debeant, ad similitudinem Monachorum socium sui Ordinis secum habere; ita Hostiensis *in præsenti, n. 1. Panormitanus n. 12.*

Septimò, eandem doctrinam turbare videtur text. 9
in capite super eo 9. de Regularibus; ubi cum quidam Clerici habitum Religionis susscepissent, eo animo, ut ad sæculum non redirent, & ante factam professionem, ad priorem statum reverterentur; quæsitum fuit utrum sic possent remanere? Respondit Pontifex, quod si austeritatem Religiouis,ad quam migrarunt, non potuerint obsèrvare; tunc ad minorem Religionem cogendi sunt transire,nec ampliùs in Ecclesiis sæcularibus debent assumi, ne contra votum, quod omnino fecerunt, veniant; sed si ante susceptionem habitus in probatione positi exire voluerint, ad priorem statum redire non prohibentur. In cujus *text.* specie noto verba illa: *Nec|in Ecclesiis sæcularibus amplius debet assumi, nè contra votum,quod Domino fecerunt, veniant.* Ex quibus apertè deducitur, Clericum, qui fuit ingressus animo non revertendi ad sæculum, non posse ampliùs ad Ecclesiam sæcularem assumi: Igitur Religiosus olim non poterat in Ecclesia sæculari beneficium consequi: contra ea, quæ suprà resoluta sunt. Cui difficultati respondere solet, jura à nobis *suprà* adducta prohibere ne Monachi possideant sæcularia beneficia *dicto capite super eo 9. de Regularibus*: sed jure speciali, dispensatione concessa, illa juris communis prohibitio relaxatur. Sed hæc interpretatio manifestè convincitur ex *nostro capite quod Dei timorem*, cum *similibus*; ex quibus constat, Religiosos, jure communi antiquo, capaces fuisse beneficiorum Parochialium possidendorum nec ullam ad hoc Superioris dispensationem desiderari: Igitur capacitas hæc, dispensatione non indiget. Qua ratione hæc interpretatio rejicitur à Panormitano *ibidem numero 4.* Meritò ea omissa respondendum est, discrimen versari inter beneficia Parochialia, quæ Curam habent animarum annexam; & inter beneficia, quæ simplicia sunt,nec eam Curam animarum habent; priora;nam propter animarum favorem, & prædicationis officium, Regulares possidere poterant, cum necessitas, vel utilitas Ecclesiarum id postularet; dum tamen socium sui Ordinis haberent; posteriora autem, scilicet beneficia simplicia prohibebantur habere; de quibus simplicibus loquitur text. *in dicto capite super eo 9. de Regularibus*; quæ solutio comprobatur ex Concilio Hispalensi 2. *capite* 9. relato, *in c.in nova,16.qu.7.c.cum de beneficio; de præbendis l.6. & tradunt* Abbas *in dict. cap.super eo, n.3.*Archidiaconus *in c.fin.58.distinct.*Covarruv.*in c. 2.de testamentis, n.5.cap.nullus Religiosus 28.de electione,lib. 6. capit.ex multa,de voto;l.23.tit.2.*Thomas Sanch z *ubi suprà, nu. 32.*Gonçal z,*ad regulam 8.Cancellariæ.glos.7.num 49.* Lambert.*l 2.de jure patronatus. 2.part.art.19.q.7.n.3.*

Octavò, huic solutioni obstabit text. in *capite quo-* 10
rundam 674. distinct. ubi probatur Monachum beneficium simplex obtinere posse; & proponitur, ibi Maximianum Episcopus Syracusanum ordinasse in Eccl sia Sanctæ Luciæ, Cosmam Monachum in Subdiaconum post a Joannem, qui successor Maximiani fuit, feciisse eum Presbyterum, & profuisse in possessione Ecclesiæ, quæ dicebatur *Juliana*, ubi ex loci qualitate, & tristitia, in tantum afflgebatur, ut vitam sibi pœnam existimaret; propter quod prædictus Cosmas supplicavit Pontifici, ut pristino loco restitueretur quare Gregor.Pont. Joanni Syracusano Episcopo scribit,quatenus eum,ad eam Eccl siam ad quam anteà Subdiaconus fuerat factus officio reduceretur. nisi aliqua causa sit, quæ justè animum suum contra ipsum exasperare possit; ex quo decreto palam colligitur, Monachum capacem esse beneficia simplicia obtinendi: ergo differentia tradita inter Parochialia, & simplicia beneficia, obtineri non potest. Difficultatem tetigit Glos. *verbo, Syracusana, in dicto capite quorundam,74. distinct.* Cujus solvendi gratia, asserit Ecclesias, de quibus ibi mentio habetur, fuisse Regulares;& ideo potuisse Monachum ad eas promoveri & in eis Canonicatum, seu præbendam habere: quam interpretationem sequitur Panormitanus *in nostro capite quod Dei timorem,numero 5.* Eadem interpretatione accipiendus est text. in *capite si quis de alterius, 58. distinct.* ubi si quis Episcopus ab alieno Monasterio aliquem Monachum acceperit, ad Clericatumque promovere voluerit, vel in suo Monasterio majorem Monasterii constituere, sine licentia Abbatis; à cæterorum communione sejunctus; à sua tantum plebe contentus sit, decernitur: & Monachus,nec Clericus, nec præpositus perseveret. Ex cujus decisione deducitur, Monachum in Ecclesia sæculari Prælatum esse posse, & consequenter simplex beneficium obtinere,vel in suo Monasterio majorem constitui posse; & ideò mirum non est, si Episcopus, cum licentia Abbatis, alienum Monachum ad Ecclesiam possit promovere; docet Panormitanus *in nostro capite quod Dei timorem,numero 5.*Suarez *de censuris,disputat.21. sectione 1. num. 1.* Eodemque modo est interpretandus text.in *cap.Deus qui 12.de vita,& honestate Clericorum;* ubi supponitur,Monachum Canonicum fuisse. Ratio est,quia Ecclesia in *eo text.* non sæcularis, sed Regularis erat,notat Glos.*ibid.*verbo,*Præferri,in fin.* Th.San. *ubi suprà.74.& 75.*

Nonò, huc usque traditis obstabit text.in *capit. sicut* 11
*33.de simonia,*ubi Monachus potest promoveri ad Rectoriam Ecclesiæ sæcularis;ut constat ex eodem *text.* vers. *Cum in Jemblacensi Ecclesia fueris Monachus. fuisti tandem promotus ad regimen Ecclesiæ Florensis*; ex quibus verbis colligitur Monachum promotum fuisse ad regimen sæcularis Ecclesiæ, & consequenter non esse incapacem simplicis beneficii possidendi.

Movet

Movet dubium Panormitanus *in eo text. num.* 2. sed illud insolutum relinquens remittit se ad ea, quæ tradit in *nostro cap. quod Dei timorem.* Nos tamen existimamus *illius text.* sententiam accipiendam esse, non de Ecclesia sæculari, quam, nisi necessitas urgeat, Monachus habere non potest, in qua etsi simplex est, dispensatio Pontificis desideratur, Glos. *verbo, Secularis, in Clem.* 1. *de electione*; sed præcipuè text. ille est intelligendus de Ecclesia Monachali, nam Florensis Ecclesia, ad cujus regimen fuit promotus, suberat Ecclesiæ Jemblacensi, in qua Monachus existebat, & ita rectè Monachus ad ipsius Ecclesiæ regimen electus fuit, notat Hostiens. *ibid. num.* 2.

12 Decimò, prædictis obstat text. in *cap. ad nostram* 5. *de confirmatione utili, vel inutili*; ubi quidam Regulares Nemanensis Ecclesiæ literas confirmationis super quibusdam administrationibus à Sede Apostolica impetrabant, Religionis suæ conditione suppressa; quod cum ad notitiam Pontificis perveniisset, ipse decrevit, quod non crederet hujusmodi literas à Cancellaria sua emanasse: quare mandat confirmationes illas, ab ipsis Canonicis, cum Regulares existant taliter impetratas, irritas, & inanes esse: & in parte illa, in qua *text.* supponit Regulares in Ecclesia Cathedrali Canonicos esse, ut ex *eodem text.* constat vers. *Quas ab ipsis Canonicis cum Regulares existant*: ex quo apertè demonstratur, Canonicos Regulares posse in Ecclesia sæculari simplex beneficium consequi: contra decisionem text. in *cap. super eo* 9. *de Regularibus*, difficultatem movit Decius *in dict. capit. ad nostram, de confirmatione utili, vel inutili, num.* 1. & 2. & ut eam solvat, existimat verum esse, jure communi inspecto, Monachum posse in Ecclesia sæculari canonicatum habere, sui Abbatis præcedente consensu, *cap. Religiosus, de electione, lib.* 6. ubi Religiosus potest electioni de se factæ ad Prælaturam aliquam extra Monasterium suum consentire, cum licentia sui Superioris, qui illam dare potest, *cap. præterea, de præbendis, dict. cap. ad nostram* 5. *de confirmatione utili, vel inutili*, ubi similiter Regularis in Ecclesia sæculari Canonicus esse potest: Nec his obstare text. in *dict. cap. super eo, de Regularibus*: Cui respondit, *text. illum* non procedere in eo, ad quod solet communiter allegari; nam verba illa, *nec amplius in Ecclesiis sæcularibus debent assumi*, non sunt generaliter accipienda, quasi doceant, Monachum professum non posse habere dignitatem in Ecclesia sæculari, cum ad eam ex consensu Abbatis admittatur, ex juribus *suprà* adductis: sed referenda sunt ad casum ibi propositum, qui erat de Clericis, qui dimisso habitu Religionis, ad Ecclesias sæculares revertebantur, qui in illis amplius assumi non debent, sed in Religione perseverare cùm non possint à Regulari proposito discedere, cùm verè Religiosi sint.

Sed hæc *Decii* interpretatio nimis sententiam *d. c. super eo*, restringit, quod licèt specialiter loquatur de illis Clericis, de quibus ibi Pontifex fuit consultus: tamen ratio, qua nititur, generalis est, & ad omnes Religiosos pertinet, qui in Ecclesiis sæcularibus assumi non debent, ne contra votum, quod Deo fecerunt, veniant. Qua ratione Interpretes ducti docuerunt, prohibitionem hanc in jure receptam esse.

Quibus non obstant *suprà* à Decio perpensa; nam text. in *dict. cap. Religiosus, de electione, lib.* 6. non loquitur in Ecclesia Monachali, ad quam Religiosus assumi potest, Abbatis accedente consensu, Thom. Sanchez *d. lib.* 7. *c.* 29. *n.* 59. Nec obstat text. *in d. c. præterea, de præbendis*; quia ibi Religiosus Archidiaconatum obtinuit, ex dispensatione Pontificis, qui solus eam potuit indulgere, Abb. *in d. c. super eo, notabili ultimo.* Nec etiam obstat text. in *d. c. ad nostram*; quia loquitur de Canonicis Regularibus Sancti Augustini: Abbas *ibidem, num.* 1. vel Ecclesia, de qua ibi, Regularis erat; quo casu non repugnat, quo minus Regulares dicantur Canonici: Abbas *in d. c. ad nostram* 5. *n.* 4. & *in c. causam, de judiciis.*

Admonendi tamen sumus, quod omnia hucusque resoluta procedunt de jure antiquo: hodie verò nullus Regularis capax est beneficii curati, absque Pontificis dispensatione; & ita observari videmus, & constat ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii Tridentini relata ab Augustino Barbosa in notis ad Tridentinum, *dict. sessione* 14. *cap.* 10. Thomas Sanchez *dict. lib.* 7. *cap.* 29. *numer.* 7. Gonçalez, *ad regulam octavam Cancellariæ, gloss.* 7. *num.* 33. & *sequentibus.*

TITULUS XXXVI.
De Religiosis Domibus.

Ad textum in cap. Nunc autem 1. de Religiosis domibus.

SUMMARIUM.

1 *Consecratio Basilicæ, si dubitatur in cujus Diœcesi sit facienda, ille Episcopus consecravit, qui prius in illa Episcopalia exercebat.*
2 *Episcopalis quasi possessio unius juris, etiam in cæteris Episcopalibus præsumitur.*
Baptizare, Chrismare, & Consecrare, eodem jure censentur.
Dominus is semper præsumitur, qui possidet.
3 Cap. auditis 13. cap. cum olim 18. de præscriptionibus.
Tantum quis obtinet, quantum probat.
4 *Diœceses omnes sunt distinctæ, & divisæ.*
Cap. dilectus 2. de Capellis Monachorum.
Termini locorum inter cives divisi, non attenduntur ad Episcopalem jurisdictionem.

CONCLUSIO.

SI dubitatur in cujus Diœcesi sit Basilica consecranda 1
ille Episcopus consecravit, qui prius in illa Episcopalia exercebat, Consonat text. in *cap.* 2. *hoc tit. cap. ult. de offic. Archidiaconi*; *cap. causam, de probation. c. dilectus, de Capellis Monachorum*; *cap. tua fraternitas, de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris*; *c.* 1. 10. *dict. c. licèt in singulis, c. inter memoratos, c. dilecto*, 16. *q.* 3. *c. possessio territorii, c. si quis Episcoporum*, 16. *quæst.* 5. *c. nonnè*, 8. *q.* 4. *c. à memoria, ut lite pendente, c. cum in tua, de decimis*; *c. Pastoralis, de his quæ fiunt à Prælatis*; *cap. cum ad Sedem, de restitutione spoliatorum*; *cap. querelam, de electione, cap. consultationibus, de jure patronat. cap. nemo, de consecratione, dist.* 1. *c. piæ mentis, cum sequentib.* 16. *q.* 7. Exornant plures Rotæ decisiones relatæ à Barbos. *in Collect. ad nostrum text.* Hostiens. *in c. super eo, n.* 3. *de Parochiis*; *& in c. querimoniam, n.* 2. *de jur. patronat.* Felin. *in c. causam, n.* 12. *de probat.* Tiraq. *de retract.* §. 36. *n.* 12. Gut. *cons.* 4. *n.* 33. Rebuf. *de decimis, q.* 9. *n.* 4. Menoch. *de retinenda poss. remed.* 3. *n.* 158. Azor. *instit. Moralium, part.* 1. *li.* 10. *c.* 26. *q.* 10. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 2. *q.* 38. *art.* 3. *concl.* 3. Barb. *de potestate Episcopi*, 2. *part. alleg.* 27. & ordinarii omnes, *in cap. dilectus, de Capellis Monachorum.*

Ratio, quare si dubitatur in cujus Diœcesi Basilica consecranda sit, ille Episcopus consecrabit, qui priùs in loco Episcopalia exercebat, ea dicitur; quia ille qui est in possessione unius juris Episcopalis, præsumitur etiam esse in possessione alterius, nisi contrarium probetur: *argum. tex. in c. cum in tua, de decimis*; nam incongruum est, unam eandemque Ecclesiæ substantiam duplici quodammodo jure censeri, *c. cognovimus*, 12. *quæst.* 2.

*quæſt.*2. & quoniam hæc jura Baptizare, Chriſmare, & Conſecrare, eodem jure competunt, ideò ad Baſilicam, quæ dedicanda eſt, debet diſquiri, cujus Civitatis Epiſcopus, antequam fundaretur, baptizaverit incolas, & ad cujus conſignationem ſub annua devotione concurrerint; non enim terminis hæc, aut locis convenit, definiri; ſed ille, ad Conſecrationem eſt vocandus, cui per hunc modum conſtat debere permitti, *dict.cap.cum in tua, de decimis*: nam alio non apparente, is qui poſſidet præſumitur dominus; *c. cum ad Sedem de reſtitut.ſpoliatorum*; ſiquidem ad validitatem jurium, etiam Sacramentalium, ſufficit poſſeſſio conferentis: ſcilicèt, quando conferens habet poteſtatem conferendi, *cap.quanto,de conſuetudine*: meritò in præſenti Epiſcopus, qui probabit exercitium iſtorum duorum jurium, vel Sacramentorum, admittitur ad Eccleſiæ conſecrationem, & ad cætera univerſalia jura Epiſcopalia.

3 Primò, adverſus *text. noſtrum*, & ejus decidendi rationem obſtabit text. in *cap. auditis* 13. *cap. cum olim* 18.*de præſcriptionibus*, in quibus juribus conſtat, quod exercens jura Epiſcopalia ſolùm præſcribit in illis quæ exercuit. Augetur difficultas, ex doctrina Gloſ. in *l.*1.§.*ſi quis.ff.de itinere,actùque privato*; ubi etiam *Baldus* aſſerit, quòd ſi quis prætendat habere juriſdictionem in aliquo loco, tantum obtinet quantum probat ſe exercuiſſe, non amplius: ſimiliter etiam ſi inferior à Principe dicit ſe habere poteſtatem exigendi vectigalia, ex præſcriptione, ſolum obtinet in illis rebus, in quibus probat exegiſſe; argument.text.in *cap. cum contingat,de decimis*: *c. cum conſuetudinis,de conſuetudine*. ergo ſimiliter in præſenti, quamvis Epiſcopus probet ſe exercuiſſe juriſdictionem Epiſcopalem in Baptiſmo, & Chriſmate in loco illo; ſi tamen non probavit in Conſectatione Eccleſiæ, in hoc ultimo non obtinebit. Quibus omnibus difficultatibus facillimè ſatisfacies, ſi dixeris *text. noſtrum* procedere, quando locus iſte, de quo extat contentio, erat etiam in Diœceſi iſtius Epiſcopi, vel ſaltem non conſtabat, quod eſſet in Diœceſi alterius; meritò enim quando Epiſcopus in loco illo probat poſſeſſionem unius juriſdictionis Epiſcopalis: probat etiam tacitè in eo univerſalem juriſdictionem, etiam quoad Eccleſiæ conſecrationem; at verò jura in argumento adducta procedunt, quando locus pertinet ad alium, nam tunc quantum probat, obtinebit; ſed non ultra; notat Abb. *in præſenti,num.*3.*in fine*, Zabarella, *in cap.dilectus*, *de Capel.Monachorum,n.*15.*cum ſeqq.* Eódemque modo eſt interpretandus text. difficilis, in *cap. dilectus* 2. *de Capel. Monachor.* ubi Eccleſia tantum obtinet in eo quod probaverit. Ratio eſt, quia ibi ab alio Epiſcopo poſſidebatur; de cujus text. interpretatione latè agit Innocent.& Zabarel.*ibid.n.*15.Abb.*n.*12.*&* 15.ubi plura alia contraria referunt.

4 Secundò, his omnibus obſtabit dicere, quod in *text.noſtro* nulla debet eſſe ratio dubitandi; ſiquidem omnes Diœceſes ſunt diſtinctæ, & diviſæ, juxta text. in *cap.Paſtoralis, de his quæ fiunt à Prælatis*. Sed huic conſiderationi reſpondendum eſt text. noſtrum procedere eo in caſu, quo limites non ſunt diſtincti, cùm per ſucceſſionem & viciſſitudines temporum, limites Parochiarum mutentur, & fiant incerti, in quo caſu procedit *text.noſter*: nam ſi limes diſtinctus eſſet, nulla ſtaret dubitatio, quis Epiſcopus conſecraret, cùm jam eſſet certus; notat Gloſ. *in præſenti*, verbo, *Ad cujus*: Zabarella, *num.*2.

5 Tertiò, ſolutioni obſtabit *text. noſter* dum aſſerit, quod per terminos locorum juriſdictio Eccleſiaſtica Epiſcoporum non debet attendi, nec regulari. Verùm huic dubio ſatisfacies, ſi dixeris text. noſtrum procedere eo caſu, in quo termini locorum ſunt diviſi inter ipſos Cives, in qua territorii diviſione à Civibus facta non regulatur diſtinctio, ſeu juriſdictio territorii Epiſcopalis; ſiquidem alia eſt diviſio Diœceſis, alia verò territorii locorum, ſeu Civium; *Clement.* 2. §. *ſanè*, *de elect.* notat Zabarell. *in præſenti*, *num.* 3. qui plura alia contraria refert, in *cap. dilectus* 2. *de Capel. Monachorum.*

Ad textum *in cap. Quia Monaſterium* 2. *de Religioſis domibus.*

DE materia hujus text. plura diximus, 2. *tom. in cap.* 1. *ne Sede vacante*; *num.*2. *&* 1:*de rebus Eccleſ. num.* 7. *& in cap. inter dilectos* 8. *num.* 4. *de donationibus*; omnia in præſenti ſunt repetenda.

Ad textum in cap. Ad hæc 4. de Religioſis domibus.

SUMMARIUM.

1 *Religioſus locus authoritate Epiſcopi ad uſum Hoſpitalitatis deputatus, ad mundanos uſus redire non debet.*

2 *Hoſpitalia quædam Religioſa, quædam verò non Religioſa appellantur.*
Dedicatio Eccleſiæ quare ſola Epiſcopi authoritate fieri poſſit.
Religioſæ res ſæcularia hominum commercia effugiunt nec ad prophanos uſus converti debent.

3 Cap. de locorum 4. de conſecratione, diſtinctione 4.

4 Cap. præcepta 2. cap. Baſilicas, cap. Eccleſia 8.de conſecrat. diſtin. 1.

CONCLUSIO.

1 *LOcus auctoritate Epiſcopi ad uſum Hoſpitalitatis deputatus eſt Religioſus, & ad prophanos uſus redire non debet; quemadmodum veſtes, ligna, vaſa, & alia utenſilia, ad Religionis cultum, per Epiſcopum deputata.* Quæ concluſio duas in ſe continet partes; in prima agitur de loco hoſpitalitatis cauſa, ab Epiſcopo conſtituto; in ſecunda, de rebus ad Religionem per Epiſcopum deputatis: primò de prima, & poſteà de ſecunda ejus parte agemus.

Prima concluſionis pars probatur ex text. in *c.* 1.*c. de Xenodochiis* 3.*hoc tit.c.*2.*de conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris*; *cap.quidam* 10.18.*qu.*2. *Concilium Chalcedonenſe,c.*4.*c.nemo,de conſecratione,diſt.*1.*c.nullus.cap. presbyter* 15.*e.altaria* 32.*c.placuit,de conſecratione,diſt.* 1.*c.authoritate* 4.*cap.cum olim* 14.*de privilegiis,li.*6.*c. ſic quidam,c.ſi ex laicis*, 10.*q.*1. *Authentic.de Eccleſiaſticis Titul.*§.*Si quis autem,collatione* 9. *Authentico,de Monachis.* verſ. *Illud igitur, collatione* 1. Trident. *ſeſ.* 25.*de Regularibus,cap.*3. facit text.*in l.in tantum*, §. *Sacræ. ff. de rerum diviſione*: *l.*3.§.*ſi quis in ſepulchro.ff.de ſepulchro violato*; *l.*1.*tit.*10 *partit.*1. in quibus juribus probatur, Eccleſiam, Epiſcopi Diœceſani authoritate erigi, & conſtrui debere.

Alia verò *noſtri text.* pars, ex qua deducitur, Eccleſiam ſemel cum conſenſu Epiſcopi erectam, & conſecratam, & res quæ ad eam pertinent, ad humanos ſeu prophanos uſus ulterius transferri non poſſe, probatur ex text.in *cap. quæ ſemel* 4.19.*q.*3.*c.ſemel,c.*1.*de regul. jur.lib.*6.*cap.compellimus* 14.*q.*6.*nulli licet* 3.12.*q.*2.*c. nemini* 40.16.*q.*7.*c.mancipia,de rerum permutatione,c. conqueſtus, de foro competenti*; *l.ſi quis ſepulchrum*, §.1. *ff.de Religioſis, & ſumptibus funerum*: *Authent. præterea, C. de Sacroſanctis Eccleſiis*; *l.* 3. *tit.* 12.*partit.* 1.

Utramque partem exornant Turrecremata *in c.quidam*, 18.*quæſt.* 2. Thomas Sanchez *lib.* 6. *Moralium*, *cap.*9.*dub.*7. Petrus Gregorius *lib.* 1. *partitionum*, *tit.* 4. *c.*5.*&* 12.*&* *lib.*1. *Syntagmatum,c.*14.*n.*5.*&* *lib.*15.*c.*29. *n.*7. Azor,2.*p. Moralium,c.*3.*q.*6. Garcia *de expenſis,c.*8. *num.* 51.

*n.*51.Navar.*lib.*3.*consiliorum,consil.*3.*n.*1. Selva *de beneficiis,*1.*p.q.*6.*n.*9.Duarenus.*li.*1.*de redditibus Ecclesiæ,* 2.*n.*7.*&* 8.24.*&* 25.Lambertinus *de jure patronat.l.*1.*p.* 1.*art.*3.*q.*2.*principali,n.*3.Riccius *in praxi, resolutione* 11.Sylvester verbo, *Hospitale*, *quæst.* 2.Remigius *in tract.de immunitate Eccles. ampliatione* 20.Barb.*de potestate Episcopi, allegat.* 26. *n.* 1. cum ab eo traditis *in Collectaneis ad nostrum tex.*

2 Ratio est; quia hospitalia sunt quædam Religiosa, alia verò non Religiosa appellantur,Religiosa sunt,quæ non privata, sed tantum Diœcesani Episcopi authoritate, ad illam hospitalitatis, & pauperum provisionem disputata sunt;nam privatus sine authoritate Episcopi locum Religiosum facere non potest, *dicto l. in tantum,*§. *Sacræ*; *ff. de rerum divis.*Panormitan.*in præsenti, n.* 1. hospitalia autem non Religiosa sunt, quæ sine Episcopi authoritate constituta, pauperibus destinata fuerunt,Petr.Gregor.*libro* 1.*partitionum*, *tit.* 16. *capite* 2. nam unicuique Christiano licitum est habere Oratorium, & Hospitale, in domo propria, etiam sine authoritate Episcopi dummodo non habeat formam Ecclesiæ, *capite unicuique*, *de consecratione*, *dist.*2.nec ibi celebrari poterit,absque Episcopi licentia,*capite Clericos*, 1. *dist.* nam licèt olim, per Imperatorem, aut ejus jussu Ecclesiæ dedicatio fieret,*l. sacra* 9.*ff. de rerum divis.l.fin.ff.ut in possess. legatorum*, cum tunc temporis Ecclesia valdè oppressa esset, Petr.Greg. *lib.*15. *Syntag.cap.*29.*nu.*9. tamen Cæsares, postquam Christianam colere Religionem cœperunt, sola Episcopi authoritate fieri possunt, non privata,nec publica populi authoritate;*dict.l.in tantum,* §.*fin.l. sacra* 9.*ff. de rerum divis.l.*3.§.*si quis in sepulchro.ff.de sepulchro violato*:ne prætextu Religionis,superstitio, vel error veniat in mentem hominum, si unusquisque sua propria authoritate posset locum Religiosum vel sacrum facere, ut de Micha legimus *Judicum. cap.* 17.& ne Sacra,& Religiosa loca inhonestè, illegitimè, & sine reverentia tractentur; quod videtur omnino, & ut ritè dedicatio Ecclesiæ fiat, desideratur publica,& solemnis Episcopi authoritas,in cujus Diœcesi erectio, vel dedicatio fieri velit,ut constat ex *text.nostro*, & suprà traditis; cùm Ecclesiæ omnes, & Religiosa loca ei subjiciantur Episcopo,in cujus loco sita sunt, *cap.si quis Episcoporum,cap.omnes Basilicæ,*16.*quæst.*7.*capite Monasteria,* 18. *qu.* 2.*capit. de Xenodochiis.cap.cum venerabilis,capite dilectus hoc titul.cap.decretum,cap.regenda,* 4. *qu.* 1.Barbos. *de potestate Episcopi*, *allegat.* 27. *numero* 1. qui locus postquam Episcopi authoritate, ad Religionis usum deputatus fuerit,ad prophanos usus amplius redire non potest; nam Religiosus est, ut inquit *text. noster*, Religiosæ enim res, sæcularia hominum commercia effugiunt, *dict. l.intantum*, §. *Sacræ*, *ff. de rerum divisione*,§.*nullus*;*Institut.eodem,l. hanc legem* 22. *ff. de contrahenda emption.* cùm res semel Deo dicatæ, ad usus humanos transferendæ non sint, *capite nulli liceat*; 12. *quæst.*2.*cap.quæ semel,* 19.*quæst.*3.*cap.mancipia* 2.*ca.injustum* 4.*de rerum permutatione*;*cap. comperimus*, 14. *quæst.*6.*capit.semel,de regulis juris,lib.*6.*l.æde sacra.ff. de contrahenda emptione.* Quæ omnia jura, etiam procedunt in Hospitalitatis loco authoritate Episcopi creato,qui Religiosus est, & mundanis usibus deputari non potest;non verò in eo loco, qui privata constructoris voluntate, absque authoritate Episcopi, ad hospitalitatis usum deputatur, quem quilibet erigere potest,sicut & alia opera misericordiæ facere; nam is Religiosus non est: nec gaudet immunitate Ecclesiæ, nec inter loca Ecclesiastica reputatur, nec sub jurisdictione Episcopi est, & potest ad prophanos usus redire,venditionis,vel donationis titulo: ita Innocentius, Hostiensis, Burius *in præsenti*, *numero* 3. Panormitanus 1. 3. *&* 4. Thomas Sanchez *ubi suprà*, *dicto capite* 9. *numero* 5. *&* 7. Quod intellige vivente eo qui Hospitale construxit, siquidem Dominum pœnitere potest, & Hospitale ad alios usus ei convertere licet; si verò Dominus,qui construxit absq; revocatione decessit, hæres ejus id facere non potest, & ideò tenetur voluntatem defuncti adimplere, *Authentico*, *de Ecclesiasticis tit.*§.*Si quis ædificationem*; Panormitanus *in præsenti*,*n.*4.Thom. Sanch.*ubi suprà*,*num.* 6.

Primò, adversus ea, quæ superius tradidimus, & ex *text. nostro* colligitur nempè Episcopum Ecclesiam dedicare,& locum Religiosum facere posse, obstabit text.*in capit. de locorum* 4.*de consecratione dist.* 1. Cujus hæc sunt verba: *De locorum consecratione Sanctorum; quamvis superius strictim fuerit comprehensum nobis quibus patefactum est,quod absque præcepto Sedis Apostolicæ nonnulli factas Ecclesias,vel Oratoria facere præsumant.*in quibus verbis Pontifex reprehendit Episcopos, qui Ecclesias faciebant, & consecrabant, absque præcepto Sedis Apostolicæ; & sic supponit, quod sine Sedis Apostolicæ præcepto, hospitale Religiosum, Ecclesiam, vel Oratorium dedicare non possint. Igitur authoritas sufficiens non est, & per consequens non poterit Ecclesiam noviter dedicare locum-vè Religiosum facere. Pro cujus text. exponenda mente,varias interpretationes adducit Gl. *ibidem*, verbo, *Absque præcepto*; nam primò asserit Canonem illum esse intelligendum, de Ecclesia Cathedrali, quæ sine authoritate Pontificis erigi non potest, *capite* 1. *ne Sede vacante,cap.*1.*de translatione Episcopi*; nam si non potest Episcopus mutari de loco ad locum, sine licentia Pontificis, *cap. mutationes*, 7. *quæst.* 1.*cap.*2.*&* 3.*de translatione Episcopi*; multò minus de novo instituì, fieri, vel fundari poterit Episcopalis Ecclesia, sine speciali Pontificis mandato *cap. felix decimo*sextò, *quæstione prima*, & hac de causa Ecclesiam ibi ædificari prohibetur absque præcepto Sedis Apostolicæ; Turrecremata *ibid.n.fin.*Petr.Greg. *de re beneficiali,c.*13.*n.* 7.Sed licèt hæc doctrina vera sit,tamen huic Canoni non convenit, quia indistinctè de qualibet Ecclesia loquitur;ut expressè ostendunt verba *illius text.* vers. *Sanctorum*,juncto vers.*Ecclesias,vel Oratoria*; quæ procul dubio omnem Ecclesiam majorem inferiorem comprehendunt; nec sine violentia dumtaxat ad Cathedralem Ecclesiam referri possunt. Qua ratione, ab hac interpretatione recessit Glossa *ibidem*, & aliæ refert, quæ nobis non placent. Alii verò existimant, discrimen constituendum esse inter Ecclesias exemptas à jurisdictione Episcopi Diœcesani; & eas quæ jurisdictioni Episcopali jure communi subjiciuntur; istæ enim, ab Episcopo loci,in quo erigendæ sunt, ad Religionis cultum dedicari, & consecrari debent; juxta *nostri text.* sententiam, qui de his Ecclesiis intelligendus est, & text. *in capite nemo*, *de consecratione*, *distinct.* 1.*ca.tua*, *de consecratione Altaris*, & similia jura suprà adducta; quæ, loca Religiosa, & Ecclesias ædificandi, & consecrandi potestatem Diœcesano concedunt;illæ verò, quæ à potestate ordinaria exemptæ sunt,dicari absque præcepto Sedis Apostolicæ non possunt, sed in earum constructione consulendus est Pontifex; juxta tex.ita intelligendus est Pontifex,juxta tex.ita intelligendum, *in dict. capite de locorum consecratione*, *dist.* 1. quam tenet Gregorius Lopez *Glos.*verbo,*Dedicada*,in *l.* 1.*tit.* 10 *part.* 1. Thomas Sanchez,*ubi suprà,c.* 9. *dub.*7.*numero* 3. Sed hæc interpretatio licèt vera sit, & juvetur authoritate text. in *cap.authoritate* 4.*de privilegiis,li.*6.ubi Alexander IV. scripsit, quod Oratoria, vel Capellæ in locis non exemptis, sine Diœcesanorum licentia construi non possint; in locis verò exemptis id fieri prohibetur, nisi privilegium speciale, vel licentia Sedis Apostolicæ intercesserit: Tamen nobis non placet, quia nimis restringit illius *Canonis* decisionem, quæ de locis exemptis specialiter non meminit, sed generaliter asserit, Ecclesias, vel Oratoria, absque speciali Pontificis mandato erigi, & consecrari posse.

3 Quare his, & aliis omissis, verius est dicendum, illius Canonis decisionem priscis Ecclesiæ primitivæ temporibus viguisse, in quibus absque licentia Sedis Apostolicæ Ecclesias construere, vel dedicare non li-

cebat,& cũ tunc paucæ essent Ecclesiæ, & non sufficerẽt,ad Catholicorum cõgregationem quorũ numerus multiplicabatur, magnaque cum difficultate poterat Pontifex consuli, cùm plures Ecclesias necesse erat fundari, & consecrari, & valdè laboriosum esset pro singulis ædificandis, & construendis Apostolicæ Sedis consensum habere consuetudine obtentum fuit, ut quilibet Episcopus in Diœcesi sua posset non expectata jussione Romani Pontificis Ecclesias fundare, & & consecrare; ut apertè ex *text. nostro*, & aliis juribus, in ejus confirmationem adductis; docet Turrecremata, *in dict.cap.locorum num.* 1. Petrus Gregorius, *ubi suprà.*

4 Secundò,obstat tex.in *cap. præcepta* 5. *de consecratione, distin.* 1. ubi præceptis synodalibus, & antiquis Canonibus cautum esse traditur, sine Summi Pontificis authoritate Ecclesiam noviter conditam, non posse dedicari: ergo Diœcesani Episcopi authoritas sufficiens ad dedicationem Ecclesiæ non est; contra ea, quæ in *nostro cap.* constituta sunt. Pro cujus *text.* expositione, nonnulli varias referunt interpretationes, quos ferè omnes *suprà* retulimus, easque similiter rejecimus,cum verbis *dicti Canonis* non conveniant.

Quare *hujus Canonis* vera, & genuina expositio petenda est ex his quæ nuper diximus, ex quibus constat, primitivæ Ecclesiæ temporibus Ecclesiam dedicari, vel consecrari sine Sedis Apostolicæ authoritate non posse, ex ratione ibidem insinuata, quæ est in præsenti repetenda. Eodémque modo est interpretandus text. in *c.Basilicas de consecratione,dist.*1. ubi Pontifex Episcopis, per Lucaniam constitutis, *c.* 6. scribit: *Quod nullus eorum audeat Ecclesiam noviter constitutam, sine licentia Pontificis consecrare, vel dedicare,nec ambiat vindicare Clericos potestatis alienæ.* Quæ authoritas Gelasii juxta superiorem doctrinam exponenda est,rejectis etiam interpretationibus, quæ ab Interpretibus excogitantur, emendantibus *illius Canonicis* decisionem, quas, quia verbis, & contexturæ *Canonis* non conveniunt, respuimus, & superiorem traditam ad text.in *dict. cap.locorum*, amplectimur. Eadem etiam interpretatione accipio Nicolai decretum relatum *in cap. Ecclesia* 8. *de consecratione, distinct.* 1. hæc sunt verba: *Ecclesia, id est Catholicorum collectio, quomodo sine Apostolicæ Sedis instituetur nutu,quando juxta sacra decreta, nec ipsa debet, absque præceptione Papæ Basilica noviter construi, quæ ipsam Catholicorum intra semetipsum amplecti paternam dignoscitur.* quæ verba planè ostendunt, Ecclesiam dedicari, & noviter construi non posse, absque præcepto Pontificis: ergo Diœcesanus Episcopus authoritatem non habere Ecclesiam noviter construendi; cui textui eandem interpretationem referunt Expositores suprà adducti, pro interpretatione ad textum in *dict. cap. de locorum*, de qua re plura dicemus *in cap.finali, hoc tit.* Et de secunda *nostri text.* parte videre oportet ea, quæ à nobis dicta sunt, *in c.*1. *de pignoribus*, quæ omnia in præsenti sunt referenda similiter pro nostri text. sententia adduci poterunt ea, quæ inferius dicemus, *in titulo de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris*, & in *cap. fin. hoc titulo.*

Ad text. in cap. Constitutus 6. c. Cum venerabilis 7. c. Cum dilectus 8. de Religiosis domibus.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia sita in Diœcesi Episcopi, tenetur ei in Episcopalibus respondere, nisi appareant legitimè remissa; & potest Episcopus remittendo Episcopalia, censum sibi retinere.*

2 *Episcopus in omni sua Diœcesi, quoad jura Episcopalia habet suam intentionem fundatam, & sufficit probare Ecclesias esse in sua Diœcesi.*

3 *Declaratur textus* in capite hujusmodi, 10. quæstione 2.

4 *Exponitur text.* in cap. cum venerabilis 21. de censibus.

Episcopus potest conferre aliqua privilegia.

5 *Interpretatur textus* in capite statuimus 55. 16. quæst 1.

6 *Allegans contraria, non est audiendus, nisi sub conditione fiant.*

7 *Dilucidatur text.* in cap. constitutus 6. de Religiosis domibus.

8 *Pœna unius delinquentis, non liberat alios.*

9 *Pensionem, seu Canonem non solvens per biennium, cadit à jure.*

CONCLUSIO.

1 *Ecclesia sita in Diœcesi Episcopi, tenetur sibi in Episcopalibus respondere*, nisi jura appareant legitimè remissa; & potest Episcopus remittendo Episcopalia censum sibi retinere. Consonat text. *in cap. nunc autem* 1.*cap.quia Monasterium* 2. *c. Episcopo* 3.*c. constitutus* 6.*cap.*7.*cum dilectus* 8.*de Religiosis domibus*: *c. conquerente, de officio Ordinarii*: *cap.* 1.*de raptoribus*; *cap. Apostolicæ,de donationibus*; *cap.licet*, 16.*qu.*3. *cap. omnes basilicæ*, 16.*quæst.*7.*cap scire* 7. *quæst.* 1. *cap. tua nobis, de testamentis*; *cap. Abbatibus*, 18. *quæst.* 2.*cap.ex ore.de privilegiis,cap. Monasterium, cap. Luminoso*, *eadem* 18.*quæst.*2.*cap.cum Episcopus* 7. *de officio Ordinarii*: *cap.ultimo, de testamentis*; *cap.* 1. *cum sequentibus*, 10.*quæst.*3.*cap. de quarta, de præscriptionibus*, ut latè scripsimus,*cap.cum contingat, de foro competenti*; *c. cum personæ,de privilegiis,lib.* 6.*Clement.* 1.*de foro competenti*, Tridentin.*sess.*22.*de reformatione*, *cap.*8 *& sessione* 25.*de Regularibus, cap.* 11. Exornant Mascardus *de probationibus,conclus.*167.Azor. *institutionum moralium part.*1.*lib.* 12.*cap.*19.*qu.*19.Gailbus *lib.* 2.*observat.* 62 *num.*9. Rebuffus *in l. pupillus*, §. *Territorium*, vers. *Et tota Civitas*;*ff.de verborum significatione*: Covarruvias *in cap.alma mater*,1.*part.* §. 12.*num.*3. Palacius *in praxi*, *tom.* 2. *præludio* 1. *num.*4.Emmanuel Rodriguez *quæstionum Regularium, quæst.* 63. *art.* 1.Federicus de Senis, *consil.*145.*n.*6.Seraphinus *decis.*1014.*n.*1. cum traditis à Barbos. *in collectaneis ad nostrum textum*: Idem *de potestate Episcopi*, 3.*part.alleg.* 80. *n.* 3.*& alleg.* 189. *per totam*, & in *remissionibus ad Concilium Trid. locis supra citatis*, Cenedus *in collectan. ad Decretales, collect.* 121.

2 Ratio est, quia omnes Basilicæ, quæ per diversa loca constructæ sunt, vel quotidie construuntur, in Episcopi potestate consistunt, in cujus Territorio positæ sunt, in quibus Episcopus, quoad jura Episcopalia, habet suam intentionem de jure communi fundatam, *cap.* 1. *&* 2. *cap. cum venerabilis* 7. *hoc tit.* nam tota Diœcesis censetur unum corpus, cujus in spiritualibus caput est Episcopus, *c. scire*, 7. *q.* 1.meritò in signum subjectionis Episcopo debitæ, ei tenentur aliqua respondere,*cap.conquerente, de officio Ordinarii*: sed quoniam ex causa rationabili aliquæ Ecclesiæ,ut sunt Monasteria Regularium, ab aliquibus juribus Episcopalibus eximuntur,*cap.cum & plantare, de privilegiis*: & ubi quis habet jus commune contra se, ei incumbit onus probandi exemptionem; quam allegat *cap.porrò, cap.ex ore,de privilegiis*: *cap.* 1. *de præscriptionibus*;*lib.*6.*l.qui accusare,C.de edendo*; meritò Episcopo petenti jura Episcopalia,in Ecclesiis suæ Diœcesis, sufficit probare illas Ecclesias esse sitas in sua Diœcesi; quo probato, obtinet, nisi aliud de jure speciali probetur; *dict. cap. cum venerabilis* 7. *hoc tit.* Poterit autem Episcopus remittendo jura Episcopalia, censum sibi retinere; quia talis census solvitur in signum receptæ libertatis, vel præteritæ subjectionis; non autem in recompensationem spiritualium; undè non est

est simonia: notat Gloss. *in præsenti*, verb. *Recompensationem*: non tamen debet Episcopus sibi reservare censum in magna quantitate; nam tunc videretur facere in recompensationem spiritualium, nisi fuerit solitus prius recipere ab Ecclesia exempta, etiam temporalia in multa quantitate: tunc enim licitè sibi reservat partem illorum temporalium; quamvis pars illa sit magna, quia tunc nihil de novo consequitur; imo potius remisit totum, retenta parte; & sic non potest dici simonia: notat Gloss. *in præsenti*, & Abbas, *numer.* 17. cum nec insolitum, nec novum sit, ut cum Episcopi Ecclesias concesserint piis locis, sibi reservent in Ecclesiis illis nomine pensionis. Si quidem Summus Pontifex, cum libertatis privilegium vel protectionis præsidium aliquibus Ecclesiis indulget, accipit censum gratis oblatum, & litteris suis ad successorum memoriam census quantitatem exprimit, ut constat ex *text. nostro*, & in *cap. cum venerabilis, de censibus*; & ab exemplo Pontificis potest argui ita ut id, quod ipse facit, licitè alii Prælati faciant, *c. in causis, de sententia, & re judicata.* latè Zab. *in præsenti*, *n.* 4. *cum seqq.*

3 Primò, adversus ea, quæ refert text. noster, videlicet, Episcopum posse Ecclesias in Emphyteusin concedere: Obstabit text. *in cap. hujusmodi*, 10. *quæstione* 2. in cujus decisione constat, quod Ecclesiæ, vel jura Episcopalia, non dantur in Emphyteusi, sed tantum prædia. Verùm huic dubio respondendum est; verbum illud, *Emphyteusin*, in text. nostro, ita accipiendum esse, hoc est, *ad exemplum Emphyteusis*: siquidem Ecclesia ad firmam, sive ad censum concedi potest, *capit. 2. & per totum titul. de censibus*, *cap. querelam*, *de jurejurando*: & quod in præsenti non fuerit Emphyteusis, sed census, patet expressè ex *nostri text.* verbis. Nec obstabit si dixeris, *tex. nostrum*, non potuisse Episcopum pensionem illam retinere, pro remissione subjectionis Episcopo debitæ, cum ex eo videatur committi simonia; siquidem admisceantur spiritualia cum temporalibus; *cap. cum pridem de pactis*; *cap. statuimus*, *cap. de cætero*, *de transactionibus*. Quia respondendum est, in præsenti, ut ex ejus littera constat, distinctum fuisse contractum Emphyteusis, & census, seu pensionis; quia contractus ille fuit factus de temporalibus tantum, quo in casu fieri potuit: *cap. ad quæstiones*, *de rerum permutatione*, quæ pensio in signum, & memoriam devotionis potuit imponi, *c. Eleutherius*, 18. *quæstion.* 2.

Secundò, adversus *text. nostrum*; dum asserit valuisse concessionem ab Episcopo factam in eo, quod permisit Abbati recipere Sacramenta à quocunque Episcopo, quem vellet: Obstabit dicere, quod hoc est eximere Ecclesias ex toto à jurisdictione Episcopali; quod omnino Episcopis prohibetur, juxta text. *in cap. cum venerabilis* 21. *de censibus*. Sed huic dubio respondendum est, quod in specie *nostri text.* Episcopus ille Albanensis non eximit à se, & à sua jurisdictione Ecclesias illas; quia tunc non valeret, *ex dict. cap. cum venerabilis*; sed tantum valuit ex eo, quia à Pontifice, ex certa scientia, fuit confirmata; meritò, non valuit ex vi concessionis Episcopi, sed ex vi confirmationis Pontificis *cap. veniens, de præscriptionibus*; notat Gloss. *in præsenti*, verbo, *A quocunque in fine*; Zabarella *ibidem*, *num.* 11. *cum sequentibus*. Nec obstabit, si dixeris, Episcopum posse conferre privilegia, *cap. cum inter de re judicata*; *cap. quanto*, *de his quæ fiunt à Prælatis*: quia respondendum est, quod licet Episcopus possit aliqua privilegia conferre; tamen in præjudicium alterius non poterit, quia solus Princeps potest auferre uni, & dare alteri, *capit. nunc vero*, *capit. per principalem*, 9. *quæstione tertia*, notat Glossa *in præsenti*, verbo, *A quocunque*.

Tertiò, soluti obstabit text. *in cap. statuimus* 55. 16. *quæst.* 1. ubi asseritur, quod nullus præter conscientiam Episcopi debet dare decimas extra baptismalem Ecclesiam: ergo à contrario sensu, de conscientia Episcopi, hoc fieri potest, ac per consequens Episcopus, etiam in præjudicium alterius Episcopi, poterit dare privilegium. Verùm huic dubio respondendum est, verissimum esse, Episcopum, in præjudicium alterius Ecclesiæ, non posse decimas alteri Ecclesiæ conferre; secus verò dicendum est, quando Episcopus hoc facit ex causa rationabili, & de consensu Capituli, quibus duobus deficientibus, vel altero ipsorum, id non poterit facere: & ita de eo casu quando justa subest causa, est intelligendus text. *in dicto capit. statuimus*, 16. *quæst.* 1. *Clementina* 2. *de rebus Ecclesiæ non alienandis*, ex cujus *text.* decisione apparet posse Episcopum, ex justa causa totum jus unius Ecclesiæ alteri dare: ergo fortius in parte; *cap. ad audientiam*, *de Ecclesiis ædificandis*, cum traditis à Zabarella *in præsenti*; *numero decimo secundo*, *apud finem*.

Quartò, adversus text. nostrum, obstabit dicere, 6
quod Monachorum, seu Monasterii allegatio repellenda erat, cum sibi ipsi contraria esset; siquidem primò allegassent concessionem Episcopi, deindè præscriptionem; nam quod meum est ex una causa, non potest meum fieri ex alia. *c. inter, supr. de fide instrumentorum*, nec quis præscribit quod suum est, *cap. veniens de præscriptionibus*; & sic quasi contraria allegantes non debebant audiri, *l.* 1. *Cod. de furtis*, *l. transactione*, *Cod. de transactionibus*: Barbos. *in locis communibus*, verbo, *Contraria allegans*, *num.* 113. Verùm huic dubio respondendum est, quod ideo in præsenti Monachi contraria allegantes audiuntur, Primò, quia rei erant, & sic non prohibentur pluribus exceptionibus, etiam contrariis, uti; *cap. actus pluribus*, *de regulis juris*, *lib.* 6. Cardinalis Tuschus *liter. E. conclus.* 428. Tum etiam, quia sub conditione contraria proposuerunt; ita ut si appareret non valere concessionem, uterentur præscriptione, *leg. siquidem* 9. *Cod. de exceptionibus*. Nec obstabit, si replices dicendo, quod Monasterium non potuerat præscribere contra Episcopum *capit. cum non liceat*, *de præscriptionibus*: Quia respondendum est, Monasterium in præsenti, posse contra Episcopum præscribere cum titulo etiam minus justo, surgente ex confessione prædicta, etiam si non tenuerit, nec confirmatio valida intercessisset, argumento text. *in capit. Cura*, *de jure patronatus*.

Quintò, adversus text. nostrum, obstabit dicere, 7
quod allegatio Oeconomi ex parte Episcopi, quatenus asserebat, quod concessio Episcopi, retenta pensione continebat simoniam, cum Episcopus dedisset spirituale pro temporali, *dict. capit. ad quæstiones*, *de rerum permutatione*: & sic in dubio Summus Pontifex debuisset exprimere commissam fuisse simoniam cum hæc pars sit securior ad evitandum damnum, & crimen; argumento text. *in c. juvenis*, *de sponsalibus*. Verùm huic dubio respondendum est, quod in præsenti non præcessit, nec intervenit simonia. Ratio est, quia antequam denarii illius census fuissent retenti, plus commodi temporalis percipiebat Episcopus, quos etenim denarios non retinet in compensationem sed in signum subjectionis; quia ex quo tam modicum recipiebat Episcopus respectu ejus, quod dabat: non est verisimile, nec credendum, quod propter illud modicum fuisset motus ad concedendum per simoniam; argumento text. *in capit. & si quæstiones*, *de simonia*, cum Episcopo permittatur in concessione Ecclesiæ, aliquid sibi in signum subjectionis, pensionis nomine reservare, ut suprà diximus; nam ex quo totum dat, æquum est, ut aliquid retinere possit; *capit. præterea de jure patronatus*. Si verò dans Ecclesiam, retinet pro censu plusquam antea perciperet in temporalibus, est simonia; sed bene poterit partem dare, & partem retinere; argumento text. *in cap. cum Bertoldus*, versicul. *Pro quodam jure*,

jure, de sententia, & re judicata; notat Abb. *in præsenti, n.* 4.

8 Sextò, adversus text. nostrum dum asserit Monasterium non esse condemnandum in totum, sed pro rata: obstabit dicere, quod Monasterium condemnari debuerat in totum, non verò pro rata, seu parte, quæ unicuique Ecclesiæ competebat; siquidem in solvendo intra quadraginta annos censum in totum condemnari debeat, *leg. item Mola*, §. *si plures*, *ff. ad legem Aquiliam*, ubi pœna unius delinquentis non liberat alios. Sed respondendum est, text. *in dicto* §. *si plures*, procedere in delictis, in quibus locum habet illius textus regula; juxta text. *in cap. sicut, de homicidio; capit. sicut ait, de hæreticis*; at verò text. noster loquitur in contractibus, quibus pro rata inter plures condonatio fit, nisi aliud fuerit expressum: quasi sensus sit, quod Monasterium, seu ejus Ecclesia teneatur juxta ratam, habita consideratione, quod à pluribus Ecclesiis hæc pensio solvebatur; ita ut singulæ Ecclesiæ æqualiter pro parte pensionem solvant. Vel aliter dici potest, quod pensio illa seu census dividatur inter singulas Ecclesias juxta ratam, hoc est juxta uniuscujusque Ecclesiæ facultates; & ita sunt intelligenda illa nostri *tex.* verba, *juxta ratam*, ut considerat Zab. *in præsenti, n.* 17.

Septimò, adversus text. nostrum obstabit dicere, 9 quod Monasterium condemnari debuerat ad Ecclesiarum restitutionem; siquidem cum non solvisset Canonem per biennium, cecidisset à jure, juxta text. *in capit. potuit*, *de locato*: Sed respondendum est, quod in præsenti non fuit actum ad revocationem *ut in dicto capit. potuit*, & ejus *Gloss.* Nec obstabit si dixeris, etiam in præsenti adfuisse actum, ex eo quod Episcopus petit jura Episcopalia: quia dupliciter respondit Gloss. *in præsenti*: Primò, quod in *text. nostro* fuerat actum tacitè, non verò expressè, vel melius, quod ratio dubitandi procederet si in *text. nostro*, fuisset verus contractus Emphyteuticus, in quo non transfertur dominium in Emphyteutam; sed fuit censualis, in quo directum, & utile dominium transfertur in Monasterium, ita Gloss. *in præsenti*. Nec obstabit, si replices dicendo, Monasterium non potuisse condemnari ad pensionem subtractam, cum id non fuisset deductum in judicium; argument. text. *in capite licet Hely*, *de simonia*; *capite qualiter*, *de accusationibus*; *leg. ut fundus*, *digest. Communi dividundo*: quia respondendum est, cum Gloss. *penultima in præsenti*; dum asserit in *text. nostro* censum fuisse petitum, sub illa generali petitione, per quam petit Episcopus jura Episcopalia. Videndus Zabarella *in præsenti*, *numero vigesimo*, *cum sequentibus*, *& in capite septimo*, *& octavo*, *hoc titulo*, Barbos. *de potestate Episcopi*, 3. *parte allegatione centesima octagesima nona.*

Ad text. in c. Ne nimia, fi. de Religiosis domibus.

SUMMARIUM.

1 *Religionem novam non licet instituere, sine authoritate Pontificis; nec in diversis Monasteriis potest quis esse Abbas, vel Monachus.*

2 *Melius est ante tempus occurrere, quàm post vulneratam causam remedium quærere.*
Majores Ecclesiæ causæ, Sedi Apostolicæ sunt reservatæ.

3 Cap. quædam, 12. quæst. 2. *cum* cap. de Monachis 18. 12. quæst. 2.
Episcopi jure antiquo poterant Religiones confirmare secus hodie.

4 Cap. unicum, de voto, l. 6. *cum* c. 1. de Religiosis domibus, l. 6.

5 Cap. fin. de Religiosis domibus, *cum* c. 1. eodem tit. lib. 6.

6 *Concilium Triburiense*, c. 25.

7 Cap. final. qui Clerici, vel voventes, *latè exponitur.*

8 Cap. Parsimoniam 5. 41. dist.
Beatarum *status cum votis simplicibus, non est vera Religio.*

9 Cap. unicum, §. Confirmatus, de Religiosis domibus; l. 9. *cum* c. fi. eodem tit. in antiquis.
Religionem novam qui instituerit absque Pontificis authoritate, excommunicationis vinculo innodatur.

10 L. 1. ff. de Collegiis illicitis.
Collegia cujus authoritate erigi poterunt.

11 L. 3. de operibus publicis.

CONCLUSIO.

1 *Novam Religionem non licet instituere, sine authoritate Romani Pontificis, nec in diversis Monasteriis potest quis esse Abbas, vel Monachus.* Quæ conclusio quoad ejus primam partem, adeo singularis, & specialis est, ut nullum juris Pontificii testimonium de ea specialiter consonans reperiatur, nisi quod sit *in cap. 1. de Religiosis domibus, li. 6.* Sed meo videri comprobari potest ex *Extravag. Joannis XXII.* quæ incipit *Sancta Romana, tit. de Religiosis domibus: Clem. 1. de Regularib. Clem. 1. de Religiosis domibus, Clem. 1. de electione; cap. unic. de voto, lib. 6. cap. pernicioſam*, 18. q. 2. *cap. nobis* 25. *de jure patronat. cap. fin de Ecclesiis ædificandis; cap. Ecclesia*, 16. *qu.* 7. *c. inæmnitatibus* 43. §. *supracta, de electione, li. 6. Clementina, ad nostram, de hæreticis*; *cap. de locorum* 4. 5. 6. 8. & 9. *de consecratione distinction. 1. cap. unico, de voto, lib. 6. capit. cellulas novas* 18. *quæstione* 2. *leg. conventicula, Cod. de Episc. & Clericis, leg.* 1. *titul.* 6. *partit.* 3. Exornant Azor. *institutionum moralium parte* 1. *lib.* 11. *cap.* 28. *quæstione* 5. Emmanuel Rodriguez *quæstionum Regularium tom.* 3. *quæst.* 48. *artic.* 3. Suarez 3. *tom. de Religione, cap.* 15. Idem *de censuris, disput.* 23. *sect.* 4. *num.* 18. Bellarminus *to.* 3. *de Monachis, cap.* 4. Petr. Greg. *de Republica, tit.* 15. *cap.* 4. *n.* 3. *& lib.* 15. *syntagmatum, cap.* 32. *num.* 10. Lessius *lib.* 13. *de just. & jur. cap.* 41. *num.* 8. Thomas Sanchez *lib.* 7. *de impedimentis, disp.* 25. *num.* 10. *& ad præcept. to.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. Basilius *de matrimon. lib.* 7. *de impedimento voti c.* 11. *&* 23. Miran. *in Man. Prælat. to.* 1. *q.* 3. *art.* 6. Men. *de arbitrariis cent.* 5. *casu* 422 *n.* 6. *& cent.* 6. *cas.* 597. Brissonius *antiquitatum Romæ, lib.* 1. *c.* 14. Cujacius *l.* 7. *observationum, cap.* 5. Mynsinger. *centuria* 6. *observatione* 2. *numero secundo.* Valençuela *pro defensione Ecclesiæ adversus Venetos, parte secunda numero sexto, & trigesimo tertio, & consil.* 1. *numero quadragesimo octavo*, Barbos. *de potestate Episcopi*, 3. *part. allegatione quinquagesima*, *numero quadragesimo septimo*, cum ab eo traditis *in collectaneis ad nostrum textum*, *& in dicto capite primo, de Religiosis domibus, libro sexto, & in dicta Extravaganti Joann. XXII. de Religiosis domibus.* Quoad secundam *nostri text.* partem juriun & Doctorum exornationem retulimus *in capite de multa de præbendis, & Dignitatibus*; meritò & consultò omitto.

Ratio, quare novam Religionem non licet in- 2 stituere sine auctoritate Pontificis, ea est, quæ refertur *in principio nostri text.* scilicèt, quia nimia Religionum diversitas gravem in Ecclesia Dei confusionem inducere potest, & quoniam melius est ante tempus occurrere, quàm post vulneratam causam remedium quærere, *leg. fin. Codic. in quibus causis in integrum restitutio*: & sicut novum Collegium non potest constitui inconsulto Principe, *leg. tertia*, *digest. de Collegiis illicitis*; meritò propter nimiam diversitatem, & Ordinum confusionem, justa de causa Summus Pontifex Religionum approbationem

nem sibi reservavit, præcipuè ad compescendum multorum hominum indiscretum ardorem, qui novas Religiones, & formulas vivendi excogitabant, in maximum Ecclesiæ detrimentum, & Religionum confusionem : cum exinde maximus error inter Catholicos oriretur, & similiter esset in maximum animarum periculum; meritò, cum majores Ecclesiæ causæ Sedi Apostolicæ sint reservatæ, *cap. majores 3. de baptismo*, & approbatio Religionum, sicut & Canonizatio Sanctorum, ad majores Ecclesiæ causas pertineat, justa de causa in Concilio Lateranensi 1. sub Innocentio III. *in nostro c. finali, de Religiosis domibus*, & posteà in Concilio Lugdunensi, *cap. 1. eodem tit. lib. 6.* statutum est, neminem posse novam Religionem creare sine Pontificis authoritate; nec habitum suscipere, nisi in Religionibus ab ipso Pontifice approbatis. Ratio verò, quoad secundam *nostri text.* partem petenda est ex decidendi ratione à nobis tradita *ind. c. de multa, de Prabendis.*

3 Primò, nostri text. decisio turbari videtur ex Concilio Chalcedonensi, *cap. 4.* relato à Gratiano *in capit. quidam, 18. quæstione secunda*, in cujus *text.* specie apparet, quod cum apud Patres Concilii Chalcedonensis fuisset delatum, nonnullos Monachos plurimum de se præsumentes, indifferenter per civitates vagari, & Monasteria, propria sua authoritate ædificare : Patres Concilii decreverunt, ut deinceps hoc non facerent, sine sui suffraganei Episcopi licentia. Rursus expendo ultima illius Concilii verba, in ejus originali reperta, quamvis à Gratiano non sint descripta, dum Patres *ibidem* asserunt, prædictos Monachos non esse restituendos ad Monasteria pristina, nec rursus ad noviter inventa, sine propria sui suffraganei Episcopi licentia, quæ utraque Monasteria jam facta, & postea facienda, judicio & approbationi Episcopi remittuntur. Præterea augetur difficultas ex Concilio Agathensi, *capit. 27.* relato à Gratiano *in cap. de Monachis 22. 18. quæst. 2.* Ex quo deducitur Monasterium novum minimè posse incipi, aut fundari, sine approbatione Episcopi; quod ferè similiter asseritur in eodem Concilio, *cap. 58.* & in Concilio Aurelianensi, *capite primo*, relato à Gratiano *in c. Abbates, 18. quæst. 2.* ubi apparet, Abbates esse omnino in erectione, constructione, & Religionis observatione, sub potestate Episcopi. Deindè augetur difficultas; siquidem constat florentissimas Divi Basilii, Augustini, & Benedicti Regulas, seu Religiones multis saculis in Ecclesia viguisse, sine aliqua Sedis Apostolicæ approbatione; sed tantum ab Episcopis pro tempore existentibus admissæ, & approbatæ fuerunt; nam prima Religio Divi Basilii, multo post ejus obitum in Synodo Generali sub Adriano, anno 789. fuit approbata : S. Benedicti verò Regula anno 50. post ejus mortem, & anno Christi 590. similiter Divi Augustini Regula fuit confirmata ab Eugenio II. anno 824. in Synodo Rhemensi, ab anno 40. post ejus mortem, ut constat ex Baronio *tom. 12. Annalium, Anno Christi*, 1139. de quibus omnibus latè disputat Basilius *lib. 7. de impedimento voti, capit. 11.* Ergo cum constet multis temporibus viguisse, ut quilibet posset sua propria authoritate Religionem instituere, vel saltem quod suffraganei Episcopi authoritas, & approbatio tantum sufficeret, non rectè in præsenti authoritas, & confirmatio Pontificis desideratur. Quibus omnibus dubiis facillimè satisfacies ex his, quæ suprà in decidendi ratione retulimus: nam licèt fateamur primis illis temporibus, ante Innocentium III. *in nostro cap. fin.* relatum, potuisse Episcopos Ordines, seu Religiones confirmare, seu approbare, ut constat ex juribus *supra* in argumento adductis; tamen hodie ex *nostri text.* decisione, *& ex dicto capite primo, hoc titulo, libro sexto*, illa antiqua Episcoporum potestas eis fuit sublata, & Pontifici reservata : quæ solutio deducitur ex *text. nostro*, verficulo *Firmiter prohibemus, ne quis de cætero novam Religionem inveniat* : quæ verba ius novum inducunt, & demonstrant illam Religionum confirmationem ad Episcopos pertinentem, jam illis fuisse sublatam, & sic apparet Episcopos, anteà potuisse novas Religiones approbare; nam si anteà non potuissent, quid ab illis in Concilio Lateranensi Generali, in *text. nostro* relato fuisset sublatum ? ut erudite considerat Basilius *dict. libro septimo de impedimento voti, c. 11.*

Secundò, prædictis, quatenus asseruimus, olim non fuisse necessariam Pontificis approbationem, obstabit 4
text. *in capit. unico, de voto, lib. 6.* ubi ex sententia Bonifacii VIII. generaliter caverur, quod cum sibi quæsitum fuisset quod votum diceretur solemne ad dirimendum matrimonium, jam semel contractum; Bonifacius VIII. respondit, illud solum votum debere dici solemne, quantum ad post contractum matrimonium dirimendum, quod solemnizatum fuerit per susceptionem Sacri Ordinis, aut per professionem expressam, vel tacitam factam in aliqua Religione per Sedem Apostolicam approbata : Igitur approbatio Sedis Apostolicæ generaliter, omni tempore, & semper necessaria fuit ad Religionis firmitatem. Sed huic dubio dupliciter respondere poteris : Primò, quod Innocentius III. *in nostro capit. fin.* ubi illa potestas confirmandi Religiones Episcopis fuit sublata, præcessit multis annis Bonifacium VIII. *in dicto capite primo, de voto*, merito cum eo tempore potestas illa jam Episcopis fuisset sublata, recto jure Bonifacius VIII. respondit solemne votum dici, quod est factum in Religione à Pontifice confirmata; notat Barbosa *in collectaneis ad text. in dicto capit. unic. de voto.*

Tertiò, solutioni obstabit sequens consideratio; vi- 5
delicet superfluam fuisse novam decisionem relatam *in capit. 1. de Religiosis domibus, lib. 6.* ubi novissimè placitum est, ne quis novum Ordinem seu Religionem sine Pontificis authoritate creare possit, cum tamen jam id fuisset prohibitum ab Innocentio III. in *text. nostro* : ergo vel una, vel altera decisio non debet admitti, cum superfluitas in jure nostro semper sit vitanda, *leg. tunc cogendum*, §. *Sabinus, ff. de procuratoribus*; cum traditis à Gratiano *disceptationum foren. tom. 4. cap. 639. numero 31.* Sed huic dubio respondendum est, ideo illam Gregorii X. novissimam constitutionem, *in dict. capit. 1. de Religiosis domibus, lib. 6.* fuisse necessariam, quia adhuc prohibitio Concilii Lateranensis, *in nostro caput. fin.* relata, non fuerat usu recepta, seu approbata, ut constat *ex dicto capit. unico, de Religiosis domibus, lib. 6.* versic. *Sed quia non solum importuna petentium*; juncto versicul. *Repetita constitutione*; ex quibus apparet hodie, ita Pontificis approbationem necessariam esse, ut sine illa, nec Religio sit : quod fieri potuit ad exemplum contractuum; nam licet contractus sit duorum pluriumvè in idem placitum, & consensus, *leg. 1. leg juris gentium 7. ff. de pactis*, si tamen in illis Princeps aliquam solemnitatem justa ratione motus addiderit, non solo consensu perficietur : ad exemplum testamenti, quod licèt sit voluntatis nostræ justa sententia, *l. 1. ff. de testamentis*; §. 1. *Instit. eodem*, & licèt hæc sententia, & voluntas per duos testes probari posset, *leg. ubi numerus. ff. de testibus*, nihilominus tamen solemnitas septem testium desideratur, §. *Sed cum olim, Instit. de testamentis*; similiter, quamvis Religionis status constet donatione voventis, ea tamen à Pontifice irritari potest si solemniter non fiat in Religione à Pontifice approbata: notat Basilius *d. lib. 7. de impedimento voti*; *c. 11. num. fin.*

Quarò, prædictis valdè obstat Concilium Tribu- 6
rense, *cap. 25.* ex quo constat, quod si fœminæ sibi ipsis sine Episcopi, vel Pontificis authoritate habitum Religiosum imposuerint, ut Religiosæ habentur, nec poterunt habitum dimittere : Ergo propria authoritate fœminæ poterunt novum habitum induere, vel

Religionem creare. Cujus *Canonis* difficultas ſalvari non poterit ex illa doctrina, quam refert doctiſſimus Suar. 3. *tom. de Relig. cap.* 15. dum aſſerit eſſe diſcrimen conſtituendum inter Religionem univerſalem, quæ diffunditur per totam Eccleſiam, & ſub una Regula, & uno Capite exiſtentem; & inter Regulam particularem, quæ non diffunditur per totam Eccleſiam, nec ſub uno Capite extat: nam in primo caſu, affirmat, Pontificis approbationem deſiderari, non verò in ſecundo; & de hoc ſecundo eſſe intelligendum Triburienſe Concilium, *in dicto capite* 25. Sed convincitur; ſiquidem, ſivè univerſalis, ſivè particularis ſit Religio, in omnibus æqualiter tria vota deſiderantur, & militant rationes decidendi ſuprà adductæ: ergo æqualiter in omnibus authoritas Pontificis deſideratur. Quare hac & aliis omiſſis, verius reſpondendum eſt, Concilium Triburienſe, *in dict. c.* 25. loqui de viduis, quæ quamvis Religionis habitum geſtarent Religioſæ in rigore non erant, cùm tantum votum continentiæ emiſiſſent, ad emendationem vitæ præteritæ; quæ interpretatio deducitur ex decreto Gelaſii, *c.* 21. de quo mentio habetur *in dicto Concilio Triburienſi*. Nec obſtabit ſi objicias, quod ſi viduæ illæ Religioſæ non erant, quo pacto ad Religionem revocatæ ſunt; Quia reſpondendum eſt, cum doctiſſimo Baſilio *dict. l.* 4. *de impedimento voti*, *c.* 20. id juſtè à Sanctis Patribus in *dicto Concilio Triburienſi* fuiſſe ſtatutum, ne ſemel electo ſancto illo propoſito, illud dimitterent, ſed in eo perſeverarent.

Quintò, prædictis obſtabit text. *in capite finali*, 7 *qui Clerici vel voventes*; ſed antequam ad ejus enodationem perveniamus, adnotandum eſt, ad Religionis ſtatum neceſſarium eſſe communia vota agere; & ſic ex illis unum eſt, nihil proprium retinere poſſe, *capite cum ad Monaſterium* 6. *de ſtatu Monachorum*; ſed *in dicto capite final.* mulieri permittitur retentio bonorum, & propriæ domus habitatio, & nihilominus ibi non excluditur Religionis ſtatus, ac per conſequens illa nova Religio, propria mulieris authoritate facta videtur: ergo abſque Pontificis authoritate licebit unicuique, novam formam Religionis inducere. Nec ſatisfaciet qui dixerit votum Religionis, *in dicto capite fin. qui Clerici, vel voventes*, non fuiſſe ſolemne, ſed ſimplex; ideòque mulierem illam non fuiſſe Religioſam, nec aliquam de novo condidiſſe Religionem, ut exiſtimavit Cujacius *in poſthumis, ad eundem textum*, Felicianus *de cenſibus, capite* 10. *numero* 25. Quia hæc interpretatio convincitur ex eo, quod ſi ſimplex votum illud fuiſſet, novam aliquam Religionem, ex illa nova formula obtinendi in domo ſua proprium, non induceret; at inducit novam Religionem, & in *eo text.* Religioſa appellatur: ergo non ſimplex, ſed ſolemne fuit; cùm ex ſimplici non poſſit matrimonium dirimi, *capite rurſus, qui Clerici, vel voventes*; at in hoc caſu dirimitur; ergo ſolemne fuit. Quare verius eſt dicendum, *in dict. capite fin.* mulierem illam, nec aliquam novam Religionem condidiſſe, nec votum ſimplex emiſiſſe, ſed ſolemne ſecundum regulam Beati Auguſtini. Nec obſtabit ponderatio ſuprà adducta, ſcilicèt, quòd ſibi liceret proprium retinere, & in propria domo habitare, & ſic videbatur novam normam Religionis Divi Auguſtini creaſſe. Quia reſpondendum eſt, quòd quamvis retentio illa bonorum, & habitatio in propria domo contra voluntatem Prælati Religionis repugnaret, & ſtatui Religionis contrarium eſſet, & novam formam Religionis induceret; non tamen repugnat, ſi id fiat cum conſenſu Prælati, ut factum fuit in *dicto capite final. qui Clerici, vel voventes*: Covarruvias *de ſponſalibus*, 1. *parte, capite* 3. §. 1. *num.* 25. Emmanuel Rodriguez 3. *tomo de Regularibus, quæſtione* 17. *articulo* 6.

Sextò, impugnatur noſtri text. deciſio ex Gan- 8 grenſi Concilio, *capite ultimo*, relato *in capite parſimoniam*, 41. *diſtin.* ex quo apparet cuilibet licitum eſſe novum habitum inducere, ſine Pontificis approbatione. Cui dubio reſpondendum eſt, plurimam differentiam verſari inter eum caſum, quo quis ſingulariter in domo propria habitum aſſumit; & inter eum, quo quis novum habitum in Congregatione, nondum à Pontifice approbata, recipit, nam in primo caſu, cuilibet eſt licitum in domo, abſq; communitate, & Pontificis approbatione habitum ſuſcipare, & ita eſt interpretandus text. in *d. capite perſimoniam*, 41. *diſt.* ſecus verò in ſecundo, ut in *text. noſtro*. Ratio differentiæ eſt, quia ſtatus *Beatarum* cum votis ſimplicibus, non eſt vera Religio, ſed tantum ſtatus, & modus vivendi honeſtè; & ideò Epiſcopus, abſque Pontificis authoritate, poterit aliquem ita acceptare, & recipere, licèt non intret Monaſterium, nec profiteatur Regulam, ſed in propria domo, ſub obedientia Epiſcopi exiſtat; dummodo ei certus modus vivendi ab Epiſcopo fuerit aſſignatus; meritò, nec Epiſcopi ita dãtes, vel concedentes prædictum ſtatum, ſine Pontificis authoritate, cum votis ſimplicibus non ſunt excommunicati, nec comprehenduntur ſub cenſura relata *in d. Extravag. Joann. XXII. de Religioſis domibus*; ubi excommunicatio imponitur adverſus novam Religionem inſtituentes, vel habitum novæ Religionis aſſumentes ſine authoritate ſummi Pontificis notat Emmanuel Rodrig. *q. Regularium to.* 3. *q.* 46. Gl. *verbo Habitum*; Barb. *in c. unic. hoc tit. l.* 6. Abb. & Dominicus *ibid.*

Septimò, adverſus ea quæ communiter in præſenti 9 notant Doctores omnes; videlicèt, de jure communi antiquo non eſſe impoſitam, nec ſtatutam excommunicationis ſententiam adverſus eos, qui inſtituunt novum Ordinem, & in illo accipiunt habitum, ſine Pontificis authoritate, ut conſtat ex *text. noſtro*: ubi tantum ſtat ſermo, & prohibitio de Religionibus à Pontifice nondum approbatis, ſeu confirmatis, & tamen *ibidem* nulla adjungitur excommunicationis pœna, nec in concordantibus ſcripta reperitur: Obſtabit text. *in cap. unico*, §. *confirmatos*, *hoc tit. libr.* 6. dum affirmat excommunicatos eſſe eos, qui ad novam Regulam, ſeu Religionem alios de novo admittunt, vel novam domum adquirunt, vel jam habitam alienant ſine Sedis Apoſtolicæ licentia: ergo de jure communi antiquo ſtatuta eſt excommunicationis pœna, contra novam Religionem propria authoritate ſtatuentes. Verùm huic dubio reſpondendum eſt, text. *in d.* §. *Confirmatos*, tantum agere, de antiquioribus illis novis Mendicantium Religionibus, quorum Religio poſt Concilium Lateranenſe ab Innocent. III. celebratum anno 1215. confirmata eſt ſub illa diſtinctione, & cenſura, ut deinceps nullum ad ſuam profeſſionem; vel Religionem de novo recipiant, vel admittant, ſine nova Sedis Apoſtolicæ authoritate; ſed cum Religiones illæ antiquæ noviter creatæ, de quibus *text.* ille loquitur, jam non extent, vel rariſſimæ ſint; meritò, excommunicatio *ibidem* relata parum hodie utilis eſt: ſic text. *in d.* §. *Confirmatos*, pertinet ad illas antiquas novas Religiones ſub illa conditione, & forma confirmatas; ne deinceps nova loca iterum inſtituantur, nec in illis ullus de novo habitum recipiat, ſed anteà recepti perſeverent, donec omnes in ea exiſtentes deceſſerint, ut conſtat *ex eodem* §. verſ. *Confirmatos autem*, & ſic excommunicationis pœna *in d.* §. *Confirmatos*, non debet extendi ad primam *illius cap. unici* partem: Tum, quia ſunt capita, & leges diverſæ: Tum etiam, ex *verſ. Si vero ſecus*; ex quo conſtat, tantum *illius* §. deciſionem, ad tres illos caſus proximè præcedentes referendam eſſe. Unde apparet, quòd licèt olim à jure communi expreſſa excommunicatio, ſcripta non reperiatur adverſus eos, qui novam Religionem abſque Pontificis authoritate erigũt hodie, tamẽ ex *nova Extravaganti Joann. XXII. de Religioſis domibus*, quæ incipit: *Sancta Mater Eccleſia*, excommunicatio ipſo jure inferenda eſt adverſus eos, qui noviter novã Religionem abſque Pontificis, authoritate erigunt, vel in ea habitum aſſumunt, ut conſtat ex

Panor.

Panorm. *ibid.* verſ. *Hodie vero eſt quædam Extravagans*, quæ verba ſignificant ante illam novam deciſionem, nondum à jure communi impoſitam fuiſſe excommunicationem; notat Suar. *de cenſuris, diſp.* 23. *ſect.* 4. *n.* 20. Barb. *in collect. ad text. in dict. Extravaganti Joan. XXII. n.* 2. poterit etiam in præſenti interpretari, text. *in Clem.* 1. *de Religioſis domibus*, de quo omninò videndus Barb. *in collect. ad eundem text.*

10 Octavò, *noſtri text.* deciſio turbari videtur, ex text. *in l.* 1. §. 1. *ff. de Collegiis illicitis*, ex quo deducitur, quod licèt Collegia ſine Principis authoritate inſtitui non poſſint, *ut in l.* 1. *in princip. ejuſd. tit.* tamen ſi Religionis cauſa Collegium, & Congregationes fuerint factæ, valebunt, etiam ſi Principis authoritas non interveniat. Sed reſpondendum eſt, quòd etſi verum ſit, Collegia, ſine Supremi Principis authoritate non poſſe fieri, *d. l.* 1. tamen Religionis favore, abſque Principis authoritate permittuntur; dum tamen Collegia illa prætextu Religionis conventicula non fiant, *leg.* 1. *ff. de extraordinariis criminibus*; *l. quæ ſub prætextu* 9. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*; latè Cujacius *lib.* 7. *obſervationum*, *cap.* 30. At vero de jure noſtro Pontificio, nec Religionis favore Religio noviter ſine Pontificis authoritate creari poteſt; quod fuit admiſſum ad evitandam Religionum confuſionem, & ad compeſcendam, ſive reprimendam nonnullorum præſumptuoſam temeritatem, qui de novo novas Religiones creabant, ut conſtat ex *text. noſtro*, & in *dict. cap. unico*, *hoc titul. lib.* 6. Deindè, ne ſub prætextu Religionis, & voti ſolvendi, ſuperſtitioſa fierent, & Eccleſiæ Catholicæ Fides periclitaretur, qualis fuit Congregatio illorum, qui *Fraticelli* dicebantur, & prætextu Religionis ſedebant in atrio noctu cum viduis, & virginibus, ubi peractis ſuo ritu ſacrificiis, extinctis luminibus, pietati ducebant commiſceri ſine delectu, ut refert Petrus Gregorius *lib.* 39. *ſyntagmatum. c.* 1. *num.* 3. & 5. Abbas *in præſenti*, *num.* 2. Undè ad praxim adnotandum eſt, quòd quando Collegia inſtituuntur; ita ut ſub illa forma perſonæ in eis habitantes Eccleſiaſticæ efficiantur, tunc ad eorum inſtitutionem neceſſaria eſt Summi Pontifici licentia, & approbatio; at verò, quando perſonæ ſeculares remanent, quamvis Collegium illud Religionis cauſa ſit factum, non eſt neceſſaria Pontificis authoritas: notat Acunna *ad primam Decreti partem. in dict. cap. parſimoniam* 41. *diſtin. nu.* 3.

11 Nono, prædictis obſtabit text. *in l.* 3. *ff. de operibus public.* ubi Macer Conſultus affirmat, poſſe quemlibet privatim opus novum facere, ſine Principis authoritate: igitur quis poterit novum opus Religionis facere ſine approbatione Sedis Apoſtolicæ. Sed reſpondendum eſt, tex. *in d. l.* 3. intelligendum eſſe, de eo qui propriis ſumptibus aliquod opus publicum fecit, quod commodi publici cauſa permittitur etiam ſine licentia Principis fieri: quomodo componendus eſt text. *in dict. l.* 3. cum *l. operibus* 6. *ff. de operibus publicis*, ubi Modeſtinus refert Divi Marci reſcriptum, videlicet Præſidem aditum de operibus, quæ in muris, vel portis, vel rebus publicis fiunt, ut ſi muri exſtruantur, Principem conſulere debere. Si verò quis ad utilitatem ſuam in loco publico ædificaverit, tunc ſibi prohibitum eſt, juxta text. ita intelligendum, *in leg.* 1. §. *Nuntiatio*, *ff. de novi operis nuntiatione*: *leg.* 1. & 2. *ff. Nequid in loco publico*: notat Accurſius *in dicta leg.* 3. *ff. de operibus publicis*: Similiter pro noſtri *text.* ſententia videre oportet ea, quæ infrà dicemus, *in c.* 1. *de Eccleſiis ædificandis.* De ſecunda verò noſtri text. parte latè ſcripſimus, *in c. de multa*, *de Præbendis*, & *Dignitatibus*, videndus Zabarella *in præſenti*, cum traditis à Barboſa *in collectaneis ad noſtrum text. num.* 2. & 3. videnda etiam erunt quæ ſcripſimus *in cap.* 1. *de Eccleſiis ædificandis.*

TITULUS XXXVII. De Capellis Monachorum.

Ad textum in cap. In Eccleſiis 1. cap. Ex parte 3. cap. Ad audientiam 4. de Capellis Monachorum.

SUMMARIUM.

1 *Monachi ad Curam Monaſterio ſubjectam non præficiuntur, ſed ſeculares Clerici, qui Epiſcopo ſubſunt.*
2 *Inſtitutio, & deſtitutio beneficiorum, ad Epiſcopum Diœceſanum ſpectat.*
3 Cap. viſis 16. quæſt. 2.
Eccleſiæ ad Monachos dupliciter pertinere poſſunt.
4 Cap. ſanè 6. 16. quæſt. 2.
5 Cap. filiis 31. 16. quæſt. 7.
Patrono laici ab Eccleſiaſticis, in quo differant.
Patrono quæ munia competant, & an rationes de rebus Eccleſiæ poſſit exigere.
Cap. ſtatutum 7. 16. quæſt. 2.
6 *Monachus an de Monaſterio eripi poſſit ad ſæcularem Eccleſiam regendam.*
Cap. quod timorem, de ſtatu Monachorum; cap. in Parochia, 16. quæſt. 1.
7 Cap. de Monachis 12. de Præbendis.
Conſilium qui debet petere, non tenetur illud ſequi.
8 *Epiſcopus ſolus Sacerdotibus Ordinis honorem dare poteſt, ſolus autem auferre non poteſt; merito, nec eos deponere; ſecus in deſtitutione beneficii.*
Cap. unic. de Capellis Monachorum, lib. 6.
9 Cap. licèt nobis 2. de ſupplenda negligentia Prælatorum, & *in num.* 10.
Monaſterium, quando poſſit Capellanum inſtituere, vel deſtituere.
10 Cap. ſicut nobis 2. de ſupplenda negligentia Prælatorum.
Monachi quando poſſint Capellas adquirere, & retinere.
11 Cap. de Monachis 12. de Præbendis.
12 Cap. unic. de Capellis Monachorum, lib. 6.

CONCLUSIO.

AD *Curam Monaſterio ſubjectam, non Monachi,* 1
ſed ſeculares Clerici præficiuntur, & Epiſcopo ſubſunt. Comprobat text. *in c. de Monachis, c. in Lateranenſi* 3. *de Præbendis*: *c. cum & plantare*, §. *in Eccleſiis*, *c. quoniam. de priv. legiis*: *c. ſicut* 2. *de ſupplenda negligentia Prælatorum*; *cap. ſuſcepti, de Præbendis, lib.* 6. *c. unic. hoc tit. lib.* 6. *Clementina* 1. §. *Quidam, de exceſſibus Prælatorum*; *c. viſis. c. ſanè*, *cap. ſtatuendum*, 16. *q.* 2. Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regul. c.* 11. *lib.* 25. *tit.* 7. *partit.* 1. Exornant Turrecrem. *in d. c. viſis*; Dominic. *in c. unico*, *hoc tit. lib.* 6. Emmanuel Rodrig. *quæſt. Regular. lib.* 1. *q.* 34. *art.* 4. Flores de Mena *lib.* 1. *variar. q* 10. *n.* 16. Rochus *de jure patron.* verbo, *Competens*, *quæſt. ultim.* Petr. Gregor. *li.* 15. *ſyntagmatum*, *c.* 15. *n.* 6. *& in c. conquerente*, *de officio Ordinarii*, *cap.* 8. Thom. Sanch. *lib.* 6 *ad Decalogum*, *cap.* 29. *n.* 43. Angel. verb. *Monachus*, *n.* 5. Sylveſt verb. *Religio* 7. *q.* 7. Gonçal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 5. §. 3. *n.* 11. Rebuf. *in praxi*, *tit. de Vicariis perpetuis*, *n.* 6. Barb. *de potestate Epiſcopi*, 2. *p. alleg.* 72. *n.* 118. cum ab eo traditus *in collect. ad noſtrum tex. num.* 2. & *in dict. cap. de Monachis*, *num.* 4.

Ratio, quare Monachi ad Curam animarum non 2
admittuntur, ea eſt, quia cum in tali Monaſterio Monachi ſint clauſtrales, notat Gloſſ. *in præſenti*, ſi Monachus præficeretur Curæ animarum, haberet cauſas

vagandi per Parochiam, & villas, ac proindè notaretur diversitas inter ipsum, & alios de Congregatione, & indè eveniret, quod utrumque esset absurdum; *capite placuit, el* 2. 16. *quæst.* 2. meritò justa de causa statuitur, ut in Ecclesiis, ubi Monachi habitant, populus per Monachum non regatur; sed per Capellanum ab Episcopo, de consilio Monachorum institutum, ut sic ex solius Episcopi arbitrio, tàm ordinatio, quàm depositio ejus pendeat; ùt constat ex *text. nostro*, & in *capite sanè*, 12. *quæstione* 2. nam quamvis præsentatio ad Monachos pertineat; tamen cætera omnia ad Episcopum spectant, *capite conquerente*, 4. *officio Ordinarii: capite ex frequentibus, de institutionibus*: *cap.* 1. *eodem tit. lib.* 6. *capite cum ex injuncto, in fin. de hæreticis*; *capite dilectus* 2. *hoc titul. capite cum satis, de officio Ordinarii*; *capite* 2. *de excessibus Prælatorum*; nisi privilegio aut præscriptione ab illius jurisdictione eximantur, *capit. auditis*, *capite cum olim, de præscriptionibus*; de cujus conciliatione cum *capite cum satis*, *de officio Archidiaconi*, videndus est Barbos. *de potestate Episcopi*, *alleg.* 72. *n.* 186. quia omnes Ecclesiæ sub potestate Episcopi sunt (dummodo in territorio ejus existant) *cap. omnes Basilicæ*, 16. *quæstione* 7. *capite decretum*, 10. *quæst.* 1. *c. Cura venerabilis*, 7. *de Religiosis domibus*: Petrus Gregor. *in dict. c. conquerente*, *c.* 8. *n.* 6. & 7. Lambertinus *lib.* 2. *de jure patronatus. part.* 3. *q.* 1. *principali*, *art.* 10. *n.* 1. Barbos. *dict. alleg.* 72. *n.* 176. qua de causa in *text. nostro* diffinitur, in Ecclesiis ad Monasteria pertinentibus, illis tantum præsentationem deberi, Episcopo tamen institutionem competere; ut similiter cavetur *in cap. in Lateranensi* 31. *de Præbend. c. unic. hoc tit. l.* 6. Barb. *ubi suprà*, *n.* 188. de qua re plura scripsimus *in c. ex frequentib.* 3. *de instit.*

Primò, utraque pars hujus decidendi rationi impugnatur ex text. *in capite visis*, 16. *quæstione* 2. ubi quidam Episcopus Ecclesias quasdam Monachis concessit: postea inter Clericos, & Monachos, non levis seditio orta est, propter investituram illarum Ecclesiarum, & ad suggestionem Clericorum Episcopus nitebatur investituras revocare; propter hanc ergo altercationem Syracusanus Episcopus Joannem Pontificem consuluit, utrùm Ecclesiæ pro quiete Monachorum à Sanctis Conciliis, Catholicisque Episcopis eis traditæ, per Sacerdotes ab eis ordinatos, & investitos debeant institui; consilio multorum fratrum diligenter requisito, decrevit Pontifex, ut Ecclesiæ Monachis traditæ per suos Sacerdotes instituantur quod decretum multiplici ratione confirmat. Prima est, quia Divinæ leges, & sæculares præcipiunt, ut cujus est possessio, ejus fiat institutio. Secunda, quia sicut charitas Episcoporum fuit facilis in dando quod majus est; scilicèt possessiones, sic sancta eorum largitas facilior erit in concedendo quod minus est; scilicèt investituram. Tertia, quod sua jura, vel tributa Monasterio non redderentur, si investitura per alterum daretur. Quarta ratio est, quia Episcopus privatur mercede, quam assecuturus fuerat, ex quo ficta charitate vellet revocare, quod dederat. Ex qua decisione manifestè colligitur, in Ecclesiis Monachorum, non tantum Sacerdotum præsentationem ad eos pertinere; verùm etiam eorum institutionem: contra ea omnia quæ in *text. nostro* Urbanus III. decrevit. Quam difficultatem ut solvam, simulque *nostri text.* sententiam exponam, observo Ecclesias dupliciter ad Monachos pertinere posse, vel pleno jure, vel non pleno jure; pleno jure dicuntur Ecclesiæ ad eos pertinere, quando utroque, id est in spiritualibus, & temporalibus, eisdem subjiciuntur, *capite quoniam* 21. *capit. cum & plantare de privilegiis*; Barrius *ibidem num.* 16. Cardinalis *num.* 1. Decius *num.* 12. Hostiensis *num.* 5. Tuschus *litera P. conclusione* 364. *num.* 3. Sayrius *lib.* 1. *de censuris cap.* 6. *num.* 12. Marta *de clausulis*, *clausula* 85. Exemplo pleniarlutrii, pleni comprom. dominii, vel proprietatis, de quibus *in leg. fideicommissi* 10. §. *quemquam. ff. de legatis* 3. *leg. quod tamen* 21. §. *Papinianus. ff. de receptis arbitriis*; *l.* 4. *ff. de alimentis legatis*; *leg. qui usumfructum* 36. §. 1. *in fine*, *ff. de usufructu*; similiter servi pleno jure testatoris dicuntur quando proprietas, & usus ad eum pertinent; *leg. suos septuagesima tertia*, *ff. de legatis* 3. *leg. mater*, *Cod. ad Senatus Consultum Trebellianum*, Mantica *libro* 9. *de conjecturis*, *titul.* 6. *numero* 19. Menochius *libro* 4. *de præsumptionibus*, *præsumptione* 140. *numero* 29. Dicuntur verò Ecclesiæ, non pleno jure ad Monachos pertinere, quando eis subjiciuntur tantum quoad temporalia; at verò quoad spiritualia, Episcopo, ad quem institutio, & destitutio pertinet, *capite conquerente* 16. *de officio Ordinarii*; *capite quoniam*, *de privileg.* notat Glos. verbo, *Ipsis*, *in capite unico*, *hoc tit. lib.* 6. in Ecclesiis ergo, quæ pleno jure Religiosis subjiciuntur, habent ipsi non tantum præsentationem, sed etiam institutionem; notat Rochus *de jure patronatus*, verbo, *Competens*, *quæst. ultima*; Ecclesiis verò, quæ pleno jure ad eos non pertinent, institutio, & destitutio ad eos non spectant, sed Presbyteri ab illis præsentati ab Episcopo sunt instituendi, ut ei de plebis Cura respondeant; ipsis verò Monachis pro rebus temporalibus rationem competentem exhibeant, *cap. de Monachis*, *capite in Lateranensi* 31. *de privilegiis*, notat Barbos. *d. alleg.* 72. *num.* 188. Itaque text. *in d. capite visis*, in quo cautum est, in Monachorum Ecclesiis præsentationem, & institutionem ad eos pertinere, exponendus est, juxta superiorem observationem de Ecclesiis, quæ pleno jure, quoad temporalia, & spiritualia Monachis subjiciuntur, & ut constat ex *eodem textu*, versic. *Ut cujus est possessio, ejus fiat institutio*: cum *similibus*, quæ verba plane ostendunt, Ecclesias, de quibus ibi est sermo, cum omni suo jure Monachis fuisse concessas; & ideò mirum non est, quòd præsentatio Presbyterorum, simul & institutio eis competat: Gl. Turrecremata, & Archidiaconus *ibid.* at verò *text. noster* loquitur de illis, qui nō pleno jure Monachis competunt, & hac de causa decernit, quod Capellani præsentatio eis tantum competit, institutio verò ad Episcopum spectat; Ita Innocent *in præsenti n.* 1. Panorm. *n.* 6. Hostiens. *n.* 1.

Secundò, ex his infertur interpretatio ad text. *in capite sanè* 6. 16. *quæst.* 2. ubi nonnulli Monachi jus Episcopis competens auferre contendunt, statuit Urbanus Secundus, ne in Parochialibus Ecclesiis, quas tenent, absque Episcoporum consilio Presbyteros collocent, sed Episcopi Parochiæ Curam, cum Abbatum consensu Sacerdoti committant, ut hujusmodi Sacerdotes, de populi Cura Episcopis rationem reddant; Abbati verò, pro rebus temporalibus ad Monasterium pertinentibus debitam subjectionem exhibeant; ut sic sua cuique jura serventur. Ex quo Urbani Secundi decreto planè colligitur, in Parochialibus Ecclesiis Monachorum Presbyteros, per Episcopos instituendos esse, qui eis respondeant de Cura animarum: igitur minus rectè traditum est in specie *d. c. visis*, in Monachorum Ecclesiis præsentationem, & institutionem ad ipsos spectare. Sed respondendum est, hujus *text.* veram interpretationem deducendam esse ex his, quæ nuper tradidimus; ex quibus constat distinctionem adhibendam esse inter Ecclesias, quæ pleno jure Monachis subjiciuntur, in quibus præstandi, & instituendi Presbyteros Monachi potestatem habent, *c. visis*; & inter eas Ecclesias, quæ non pleno jure Religiosis competunt, quarum tantum regimen, & jus præsentandi habent, instituere tamen nequeunt; nam jus hoc solis Episcopis reservatum est, ut in *text. nostro*, *cap. in Lateranensi*, *de Prab. cap. cum & plantare*, §. *in Ecclesiis*, *de privileg.* Itaque intelligendus est text. *in d. cap. sanè*, dum decernit in Parochialibus Ecclesiis Monasterio subjectis Presbyteros instituendos esse per Episcopos, licèt eorum præsentatio tantum Monachis competat; notant Turrecr. & Archidiac. *ibidem*. Alii etiam interpretes *text. illum* accipiunt de Ecclesiis, quæ etsi pleno jure ad Monasterium pertineant, tamen populus exemptus non erat; nam tunc ratione populi, cujus Curam Epis-

Episcopus Sacerdoti committit, debet ipsum Sacerdotem examinare, instituere, & ex justa causa destituere poterit; notat Hostiensis *in præsenti*, *numer.* 1.

Tertiò, adversus id, quod text. *in dict. capit. sanè*, 16. *quæstione* 2. asserit; scilicet Presbyteros a Monachis in eorum Ecclesiis præsentatos, tenere ipsis de rebus temporalibus rationem competentem exhibere; & Episcopo, à quo sunt instituti, de plebis Cura respondere: quod etiam proditum est *in capit. in Lateranensi*, *de Prabendis*: Obstabit textus *in cap. filiis*, 31. *quæstion.* 7. ubi cavetur patronis, tantum competere solicitudinem, & curam, ne bona Ecclesiæ sui Patronatus dissipentur, eoque nomine posse id denuntiare Episcopo, aut Judici, ut corrigat; nam administratio ipsorum bonorum ad Rectores Ecclesiarum, & ad Episcopum pertinet: *capit. præterea*; *de jure patronatus*, *cap. noverint*, 10. *quæstion.* 1. ubi in Concilio Toletano 4. *capit.* 32. traditur, Patronos in rebus, quas Ecclesiis contulerunt, nullam potestatem habere, sed juxta Canonum statuta, sicut Ecclesia; ita bona earum, ad ordinationem Episcopi pertinere; igitur Religiosi à Presbyteris, quod ad Parochiales Ecclesias eorum cœnobiis subjectas præsentarunt, de rebus temporalibus rationem exigere non poterunt. Quam difficultatem, ut interpretes effugiant, frequentius existimant, hac in re separandos esse Patronos laicos, ab Ecclesiasticis; ita ut laici non possint de rebus temporalibus rationem exigere; sed id munus ad Episcopos pertinere, *dict. capit. præterea*, *capit. novit*, *de jure patronatus*; Patronis vero Ecclesiasticis id munus permittitur: de quibus accipiendus text. in *dict. capit. sane*, 16. *quæst.* 2. *capit. in Lateranensi* 31. *de prabendis*; *capit. cum plantare*, §. *in Ecclesiis*; *de privilegiis*; *capit. literis* 7. *de jure patronatus*. Quam differentiam confirmant alia simili ratione, & differentia, nam custodia Ecclesiæ vacantis pertinet ad patronos Ecclesiasticos, non vero ad laicos; quam differentiam utraque in parte insinuare videtur text. in *c. cum vos* 4. *de officio Ordinarii*, ubi in Ecclesiis vacantibus, in quibus Ecclesiastica persona præsentationem non habet; & ita quasi per contrarium significat, in Ecclesiis, in quibus persona præsentationem habeat, ad eam pertinere custodiam, non vero ad Episcopum, sed hæc differentia prorsus commentitia erit, si quidem verum est, Patronos, etiam Ecclesiasticos, quatenus tales, nunquam de rebus temporalibus Ecclesiæ patronatæ rationes exigere posse à Rectoribus nominatis; merito ratione juris patronatus, nihil aliud Patronis sæcularibus, vel Ecclesiasticis à jure mittitur, quam solicitudo denunciandi Episcopo, qui providebit corrigenda, *dict. capit. filiis*, *vel nepotibus*, 16. *quæst.* 7. *capit. præterea*, *de jure patronatus*; Trident. *sess.* 25. *de reformatione*, *capit.* 19. notat Decius *in dict. capit. cum & plantare*, §. *in Ecclesiis*, *num* 4. Nec in contrarium monere debet in *dict. cap. sane* 6. 16. *quæst.* 2. Quia loquitur de Ecclesiis in quibus temporalia ad patronos Religiosos competebant, ut constat *ex eodem text.* vers. *Abbati vero, pro rebus temporalibus, ad Monasterium pertinentibus debitam subjectionem exhibeant*; *& sic sua cuique jura serventur*: quæ verba apertè demonstrant, res temporales Ecclesiarum, quas Monachi tenebant, ad Monasterium pertinuisse; & ideo mirum non est, eos posse de hujusmodi rebus competentem exigere rationem, notat Rebuffus *in tractatu*, *de congrua portione*, *numero* 40. Qua interpretatione sunt accipiendi text. in *dict. cap. in Lateranensi de prabendis*; *capit. cum & plantare*, §. *in Ecclesiis*, *de privilegiis*; quæ jura dum Religiosis facultatem concedunt exigendi competentem rationem de rebus temporalibus à Presbyteris; ab eis præsentatis, procedunt eo casu, quo temporalia bona Ecclesiarum ad eos pertineant; notat Decius, *in dict.* §. *in Ecclesiis numero* 21. Nec placet alia differentia circa custodiam Ecclesiæ vacantis; nam non satis jure probatur; cum in *dict. cap. cum vos* 4. *de officio Ordinarii*, specialis casus proponatur, ut ibi observat *Glos.* verb. *Oeconomor.* Eo denique modo interpretandus est text. in *capit. statuendum* 7. 16. *quæst. secunda*, ubi statutum est, quod Ecclesiæ quorumcumque Monachorum in singulis Parochiis sitæ, Episcoporum divinitus subdantur regimini, eique debita obsequia exhibeant: quia text. ille intelligendus est de Ecclesiis, quæ non pleno jure ad Monachos pertinent, in quibus Presbyteros præsentandi, dumtaxat potestatem habent, reservato Episcopo jure institutionis, & destitutionis; ut observant Turrecremata, & Archidiaconus *ibidem*.

Quartò, adversus ea, quæ *text. noster* refert; scilicèt in Ecclesiis Monachorum, quæ populum habent sibi subjectum, Curam per Monachum exhiberi non posse, sed illis oportère præfici Clericum sæcularem, qui populum regat, & Sacramenta ministret circumeatque Parochiam: Obstabit dicere, quod Monachi ratione Curæ exercendæ possent extrahi de Monasterio, & Ecclesiæ sæculari præfici, habendo secum socium sui ordinis, *cap. Monachi*; *capit. quod Dei timorem*, *de statu Monachorum*; *capit. in Parochia*, cum aliis, 16. *quæst.* 1. Thomas Sanchez, *lib.* 7. *ad Decalogum*, *capit.* 29. *numero* 28. Ergo fortiori ratione Monachus in proprio Monasterio poterit Curam exercere, & munus illud obire; quia magis repugnat instituto Regulari in priori casu quam in posteriori, quippè in priori oportet egredi à Monasterio, & socium sui Ordinis habere, in posteriori autem egressus à Monasterio necessarius non est, & concurrit favor animarum, & Monasterio obligatio, ad prospiciendum illi, & habent non solum unum socium, sed & plures: & major indecentia videtur, ut Monachus eximatur à Monasterio, & habitet inter sæculares, quam existens in Monasterio exerceat curam; igitur magis idoneus censendus erit ad curam explendam imminentem proprio Monasterio; quàm Ecclesiæ foras sitæ: & consequenter videtur rationi dissonare, ut cum Monasterium non habet populum, possit Monachus esse Parochus; cum autem illum habet, nequeat Cura per illum regi, sed debeat illi Capellanus sæcularis præfici: ergo minus rectè decisio nostra decrevit, ad curam Monasterio subjectam, non Monachum, sed Capellanum sæcularem præficiendum esse: quam difficultatem tetigit Glossa *in præsenti*, verbo, *Monachorum*, Cujus solvendæ gratia duplicem tradit interpretationem.

Primo asserit text. nostrum esse intelligendum de Monacho Claustrali, qui non est à populo electus, sivè præsentatus, nec ab Episcopo institutus, per quem populus regi non potest; sed Capellanus ille idem præficitur, qui institutus ab Episcopo, de Monachorum consilio Sacramenta ministrat, text. vero in *dict. cap. Monachi*, *& in capit. quod Dei timorem*, accipiendum esse, de Monachis, qui per Episcopum Parochialibus præficiuntur Ecclesiis, quod fieri potest ex causa prædicationis, quod officium in hoc noscitur privilegiatum, ut Religiosus extrahatur de Claustro suo & animarum regimini præponatur, *dict. capit. quod Dei timorem*, *de statu Monachorum*, Hostiens. *ibidem*, *num.* 10. & 11. qui plura officii prædicationis privilegia refert.

Sed hæc interpretatio apertè convincitur, quia à mente, & verbis *text.* nimis aliena est, in quo de Ecclesiis agitur quarum sunt patroni Religiosi, in quibus præsentatio ad Abbatem pertinet de consensu fratrum, nisi aliud consuetudine, vel jure speciali introductum sit, *capit. ea noscitur*, *de his quæ fiunt à Prælatis*, quod apertè colligitur ex *text. nostro*, vers. *Ab Episcopo*, *per consilium Monachorum instituatur*; igitur text. noster non potest intelligi, de Monacho à populo electo, seu præsentato, cum non ad populum; sed ad Abbatem cum consensu Monachorum spectet præsentatio; siquidem populus eligendi vel præsentandi potestatem non habeat; nisi ratione juris

patronatus Eccleſiæ pertinentis ad ipſum, *c. querelam Maſſana, de electione*, Panormitanus, *in præſenti*, *n.*5.

Quarè ſecundò Gloſ. *in præſenti*, exiſtimavit, *text. noſtrum* procedere, ubi eſt Monachorum Congregatio, quoniam licèt Monachus præfici poſſit Curæ Eccleſiæ Parochialis ſæcularis extra Monaſterium, ut *in dictis juribus*, ſecundum eorum mentem conſtat: non tamen poteſt Parochus ordinari in proprio Monaſterio diſtinctam Parochiam habente: cujus diverſitatis rationem non exprimit *Gloſſ.* ſed eam expreſſit Antonius de Butrio *in præſenti*, ſcilicèt, ne inter Monachos in una Congregatione viventes diverſitas notetur, & ne Monachus cauſam vagandi per Parochiam habeat.

Sed hæc ratio ſufficiens non eſt, ad impediendum privilegium Curæ animarum tributum; nam magis indecorum eſt, quod Monachus à Monaſterio eripiatur, ut ad regimen animarum promoveatur, quàm quòd in proprio Monaſterio, cum aliis Monachis vitam regularem ducens, Curam nomine Monaſterii exerceat: & tamen Monachus Eccleſiæ Parochiali præficitur: ergo à fortiori ratione, ad Curam Monaſterio ſubjectam aſſumi poterit: nec per hoc notatur diverſitas; quia non Monachus, ſed Monaſterium, dum ejus nomine cura exercetur, Parochi munus ſubire videtur, *cap. cum veniſſent, de Inſtitutionibus*, *cap. cum quis, de ſententia excommunicationis*, *lib.* 6. quibus rationibus ductus Panormitan. *in præſenti*, *num.* 5. interpretationem hanc ſibi non placuiſſe teſtatur; & ita concludit *text. noſtrum* loqui ſecundum jura antiqua, & conſiderato mero ſtatu Religioſorum; nam regulariter non debent præfici Curæ Eccleſiæ ſæcularis; ſed ratione neceſſitatis inſtitutum fuit, ut illi præfici valerent; ſcilicèt quando ſæculares Clerici non reperiebantur, *capite priſcis*, *quinquageſimaquinta diſtinctione*, & ſic *textus noſter* intelligitur, quando ea neceſſitas non exiſtit; quo caſu, ſæcularis Clericus præficiendus eſt, cui de redditibus Monaſterii congrua portio aſſignari debet, *cap. Monachis de præbendis cap.* 1. *eodem tit. li.* 6. nulla præſcriptione, conſuetudineve obſtante argumento text. in *c. avaritiæ, c. extirpandæ*, §. *quid vero, c. in Lateranenſi, de præbendis*; Rebuffus, *in tractat. congruæ portionis n.* 1. quam Abbatis interpretationem ſequitur Thom. Sanch. *lib.* 7. *ad Decalogum*, *cap.* 29. *num* 43.

7 Quintò, contra eandem *noſtri text.* deciſionem, quatenus probat, Capellanum miniſterio Parochialis Eccleſiæ Monaſterio ſubjectæ præfectum ab Epiſcopo Diœceſano, per conſilium Monachorum inſtituendum eſſe; obſtabit ſequens conſideratio: ſcilicèt, quòd in Eccleſiis; quæ ad Monaſteria pertinent, Monachi dumtaxat præſentare poſſunt Capellanum Presbyterum ab Epiſcopo inſtituendum, qui ſolus Epiſcopus irrequiſito Monachorum conſenſu inſtitutionem facere poterit, *c. de Monachis* 12. *de præbendis*: *cap. cum, & plantare*, §. *in Eccleſiis, de privilegiis*; quæ jura manifeſtè probant Religioſis, in Eccleſiis ad eos pertinentibus, dumtaxat præſentandi Capellanum poteſtatem competere, non tamen inſtituendi; notat Lambertinus *de jure patronatus lib.* 2 *part.* 3 *quæſt.* 20. *principali*: Tamburinus 3. *tom. de jure Abbatum*, *diſputat.* 9. *quæſt.* 22. Igitur minus rectè Urbanus III. in præſenti conſtituit, Presbyterum, per conſenſum Monachorum, ab Epiſcopo loci inſtituendum eſſe. Augetur difficultas ex *text. noſtro*, in verſ. *Ex ſolius Epiſcopi arbitrio, tàm ordinatio ejus, quàm deſtitutio, & totius vita conſervatio pendeat.* Ex quibus colligitur inſtitutionem hujus Capellani ita Epiſcopo reſervari, ut ex ſolo ejus arbitrio pendeat; igitur ſolus ipſe inſtitutionem hanc facere poteſt, irrequiſito Monachorum aſſenſu, ſeu conſilio; & per conſequens *noſtri text.* deciſio ſibi non ſatis convenit.

Cui difficultati reſpondit Panormitanus *in præſenti num.* 6. diſtinctionem conſtituens inter eum caſum quo Cura pertinet ad Eccleſiam, quæ ratione juris patronatus Monachis competit: & inter eum caſum, quo Cura competit Eccleſiæ eorum, quia Monaſterium habet Parochiam diſtinctam: priori enim caſu aſſerit *Panormitanus*, quod Monachi Capellanum præſentant Epiſcopo inſtituendum, qui ſolus inſtitutionem facere debet, non expectato Monachorum conſilio, juxta text. in *dict. cap. de Monachis*, *cap. in Lateranenſi, de præbendis*; *dict. cap. cum, & plantare*, §. *in Eccleſiis*; quæ jura ſolis Epiſcopis hanc inſtitutionem Capellani à Religioſis præſentati tribuunt: in ſecundo verò caſu, Epiſcopus non aliter Capellanum inſtituere poteſt, quàm ſi Monachorum requirat conſilium, juxta *noſtri text.* ſententiam, quem ſic interpretatur *Panormitanus*, licet illud conſilium Epiſcopus ſequi non teneatur ex regula text. in *cap. cum olim, de arbitriis, cap. licèt, de Regularibus*: *cap. cum in veteri, de electione*: *l. quidam decedens*, §. *Papinianus ff de adminiſtratione tutorum*; *leg. cum pater*, §. *mando, ff. de legatis* 2. Ex quibus deducitur, quod cum quis aliquid cum conſilio alicujus facere tenetur, petere quidem conſilium debet, non verò tenetur ſequi de qua regula videndi ſunt Gonçalez, *ad regulam* 8. *Cancellariæ*, *gloſſ.* 46. *n.* 23. Covarruvias *in c. quamvis pactum*, 2. *part. c.* 3. §. 8. *n.* 23. Thomas Sanchez, *lib.* 1. *de matrimonio*, *diſp.* 34. *n.* 24. Sed hæc interpretatio non congruit *textui noſtro*, in verſ. *Ita ut, ex ſolius Epiſcopi arbitrio, tam ordinatio ejus, &c.* Quæ verba plane oſtendunt inſtitutionem hujus Capellani, ad ſolum Epiſcopum pertinere, ex ejuſque pendère arbitrio, nullo Monachorum expectato conſilio.

Quare recta hac interpretatione, verè reſpondendum eſt, *noſtri text.* ſententiam procedere in Eccleſiis quæ ratione juris patronatus ad Monaſteria pertinent, in quibus Abbas, de conſilio Monachorum debet Epiſcopo inſtituendum Capellanum præſentare; quod probant verba illa, *per conſilium Monachorum inſtituatur*, quæ ſic accipi debent, ut ſignificent, in præſentatione Capellani ab Abbate facienda, requirendum eſſe Monachorum conſilium; ſed Epiſcopum inſtitutionem facere poſſe irrequiſito Monachorum conſilio; ut colligitur ex *dict. cap. de Monachis*, & ex *aliis juribus ſupra adductis*, & ex *textu noſtro, in ultimis verbis*, quæ verba ex ſolius Epiſcopi arbitrio hujus Capellani inſtitutionem pendère demonſtrant; ita Abbas *in præſenti, num.* 1.

Sextò, adverſus *text. noſtrum*, in *finalibus verbis*, 8
dum docet depoſitionem hujus Capellani ex ſolius Epiſcopi arbitrio pendere, & ei ſoli reſervatam eſſe, quemadmodum & ſolus ipſe poteſt ad Ordines promovere: difficultas oritur ex ſequenti conſideratione; ſcilicet, nam licèt ſolus Epiſcopus Sacerdotibus, ac Miniſtris honorem Ordinis dare poſſit; tamen ſolus auferre non poteſt, *cap. Epiſcopus* 7. 15. *quæſt.* 7. *cap. inter corporalia, de tranſlatione Epiſcopi*, nam ad depoſitionem Sacerdotis ſolius Epiſcopi non ſufficit authoritas, ſed certus Epiſcoporum numerus adhiberi debet *cap. ſi quis timidus* 3. 4. & 5. 15. *quæſt.* 7. Menochius *de abitrar. caſu* 415. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi*, *allegatione* 110. Igitur cùm ſolus Epiſcopus Sacerdotem deponere non poſſit, ſed ſex Epiſcoporum numerus ad ipſum deponendum requiratur, minus rectè Urbanus III. in præſenti conſtituit Presbyteri depoſitionem ex ſolius Epiſcopi arbitrio pendere. Difficultatem tetigit Gloſſa *in præſenti*, verbo, *Solius*; quam ut ſolvat exiſtimavit diſcrimen eſſe conſtituendum inter deſtitutionem, ſivè remotionem Sacerdotis, & depoſitionem ab Ordine, nam deſtituere Capellanum, ſivè ab Eccleſia removere, ſolus Epiſcopus poteſt; quia qui inſtituere Preſbyterum poteſt, deſtituendi etiam ipſum poteſtatem habet, Flaminius, *de reſignatione beneficiorum, lib.* 7. *quæſt.* 10. *num.* 11. & *quæſt.* 14. *num.* 5. Barb. *in Collectaneis ad noſtrum textum num.* 6. undè quemadmodum ſoli Epiſcopo inſtituendi Capellanum poteſtas eſt, ex *text. noſtro* in fine, *cap. conquerente, de officio Ordinarii*,

Ordinarii, cap. ex injuncto in fine, de hæreticis; & ita solus ipse poterit destituere, *dict. cap. conquerente*, vers. *Et destitutionem*; & in *text. nostro*, vers. *Depositio*: at verò, ab Ordine Presbyteratus deponere solus Episcopus non potest, nisi adiuncto legitimo numero, *dict. cap. si quis*, *dict. cap. fœlix*, cum *suprà* in argumento adductis. Itaque ex sententia *Glossæ*, text. noster, dum docet depositionem Capellani, ex solius Episcopi arbitrio pendere, exponendus est, de destitutione, vel remotione ab Ecclesia, quam solus Episcopus faciendi jus habet; non verò de depositione ab Ordine, quæ ex solius Episcopi non pendet arbitrio, sed aliorum, etiam Episcoporum præsentiam, & intersentiam requirit, secundum Canonicas traditiones, ex *dict. cap. si quis*, *cap. fœlix*, cum *suprà adductis*. Quæ *Glossæ* interpretatio confirmari potest ex text. *in cap. in Lateranensi* 31. *de præbendis*, *cap. cum & plantare*, §. *in Ecclesiis*, *de privilegiis*, in quibus traditur, non posse Monachos, Presbyteros in eorum Ecclesiis authoritate Episcopi institutos, inconsulto ipso removere, penes quem solum jus hoc removendi Capellanum institutum residet. Probatur etiam ex textu, in *cap. unico*, *hoc titulo*, *lib.* 6. ubi Presbyteri, qui ad Curam populi per Monachos in eorum Ecclesiis Episcopis præsentantur, & instituuntur ab ipsis, non possunt à Monachis revocari, nisi per Episcopos, ex causa rationabili; poterit etiam responderi, nostrum *text.* loqui de depositione Sacerdotis ab Ordine, seu degradatione; sed non asserere solum Episcopum eam facere posse, quoniam verba illa; *ita ut ex solius Episcopi arbitrio, tam ordinatio ejus, quàm degradatio, &c.* Urbanus III. adiecit tantùm ad Monachos excludendos, non Episcopos, qui interesse debent degradationi Presbyteri: *dict. cap. fœlix.* 5. *quæst.* 7. cum suprà traditis; ita decisionis nostræ genuinus sensus sit, quod sicut Episcopus in Ecclesiis Monachorum, ad Curam populi, per Religiosos præsentatum instituere potest, irrequisito Religiosorum consilio; ita quoque ipse solus poterit ab Ordinibus Presbyterum ex causa rationabili deponere, vel degradare, non expectato Religiosorum consilio, adiuncto tamen legitimo ex priscis Ecclesiæ constitutionibus numero Episcoporum, qui degradationi necessariò debebant interesse; Hostiensis *in præsenti*, *numero primo*, *in fine*. Hodie verò ex defectu Episcoporum, in degradatione illa observatur solemnitas requisita in Concilio Trident. *sess.* 13. *de reformat. cap.* 4. Suarez *de censuris*, *disp.* 30. *sess.* 1. *num.* 19. Sayrus, *lib.* 5. *de censuris*, *cap.* 20. *num.* 8. Barbosa plures referens, *de potestate Episcopi*, *alleg.* 110. *num.* 23.

9 Septimò, ex his expendo text. in *cap. sicut nobis*, *de supplenda negligentia Prælatorum*; ubi cum quidam Monachi Ecclesias, ad eorum præsentationem pertinentes, propriis usibus deputari niterentur, nec vellent ad eas, cum vacarent, personas præsentare; quin potiùs occasione concessionis quorundam Episcoporum, Vicarios in eis pro sua institueret voluntate admissos: ita pensionibus eosdem onerantes, quòd nec Ecclesiis competenter possent præ nimia paupertate deservire, nec Episcopo in Episcopalibus respondere, nec hospitalitatem, ut convenit, transeuntibus impertiri: Mandat Clemens III. Diœcesano Episcopo, quatenus prædictos excessus rationabiliter emendet; & nisi Monachi intra tempus, in Lateranensi Concilio constitutum, ad vacantes Ecclesias personas idoneas præsentaverint, ex tunc possit ipse in eisdem Ecclesiis ordinare Rectores, qui eis præessent, & prodesse noverint; ex quo decreto apertè deprehenditur, Monachos in Capellis Monasterio subjectis instituere, & destituere Presbyteros non posse, sed dumtaxat præsentandi eos Episcopo instituendos potestatem habere; contra ea, quæ diximus pro solutione, *in dict. cap. visis*. Movet difficultatem Panormitanus, *in dict. cap. sicut*, *num.* 3. vers. *Videtur Primò*: cujus veram solutionem petendam esse existimat, ex distinctione *suprà* tradita; scilicèt inter Ecclesias pleno jure Monasterio subjectas; & inter eas, quæ non pleno jure Monasteriorum sunt: quia in illis (ut prædiximus) institutio, & destitutio Religiosis competit, *d. c. visis*, 16. *quæst.* 2. In his verò sola præsentandi facultas eis permittitur reservato Episcopo loci, jure institutionis: de quibus intelligenda est decisio text. in *dict. cap. sicut* 2. *de supplenda negligentia Prælatorum*. Quæ solutio deducitur *ex eodem text.* vers. *Quæ ad præsentationem eorum pertinent*. quæ verba insinuant, ad Monachos tantum præsentationem spectare, & ad Diœcesanum institutionem: Panormit. *ibid. num.* 3. Hostiens. *n.* 1.

Octavò, solutioni traditæ ad text. *in dict. cap sicut* 2. 10
de supplenda negligentia Prælatorum, obstabunt verba ejusdem text. vers. *Quin potiùs occasione concessionis quorundam Episcoporum, Vicarios in eis pro sua institueret & destituunt voluntate*. Quæ verba denotant *ibid.* Ecclesias ad Monachos, ex donatione Episcoporum, pertinuisse; quæ donatio plenum Ecclesiarum jus in eos transtulisse videtur, *dict. cap. visis*, 16 *quæst.* 2. Quam difficultatem ut dissolvam, observandum censeo, Monachos adquirere Capellas posse, vel ex fundatione quoniam ipsas in proprio solo, & propriis expensis, construxerunt, & tunc jus præsentandi Capellanum Episcopo habent, *dict. cap. sicut* 2. *cap. decernimus*, 16. *quæst.* 7. & tunc Episcopus nullam instituere in eisdem Capellis potest, nisi priùs præsentetur à Monachis patronis, *cap. quod autem*, *cap. illud*, *de jure patronatus*; Vel ex donatione Episcopi, quo casu illud jus Religiosi habebunt, quod est expressum, si certo modo collatio facta fuit; *cap. constitutis*, *de Religiosis domibus*, arg. text. *in l. in traditionibus*, *C. de pactis*; nam si pleno jure Episcopus dedit, quoad temporalia & spiritualia Ecclesias donare videtur, *cap. quoniam. de privilegiis*: sed si simpliciter dedit, nullo pacto adjecto, si aliquam partem ibi Episcopus percipiebat, illam etiam dedisse videtur; si nullam, tunc videtur dedisse omnia temporalia: sed Presbyteri ab eis præsentati, Episcopo de populi Cura rationem reddent; Abbati verò, pro rebus temporalibus ad Monasterium pertinentibus rationem exhibebunt, & sic sua cuique jura observabuntur, *cap. olim*, *de Capellis Monachorum*; *dict. cap. in Lateranensi*, *de præbendis*; in quibus casibus rata erit ab Episcopo facta donatio, si justa causa subnitatur, & Capituli interveniat consensus, *capit. tua c. Pastoralis*, *de his quæ fiunt à Prælatis*; *c. Pastoralis*, *de donationibus*: sin autem ex donatione Episcopi, de consensu Patroni, Religiosi Ecclesias recipiant, tum videtur Episcopus dedisse, quod ibi habet; & Patronus jus patronatus, *dict. cap. Pastoralis*, *de donationibus*. Itaque ex donatione Episcopi, Monachi Ecclesias adquirunt, vel pleno, vel non pleno jure, cum justa adest donandi causa, & Capituli intervenit consensus, *dicto capit. sicut*, *de supplenda negligentia Prælatorum*: in quo decernitur, Episcoporum concessionem non tenuisse, quia nulla justa causa subnixa fuit, nec Capituli intervenit consensus; & ita ex ea donatione non potuerunt Ecclesiæ ad Monachos pertinere: notant post Glos. *ibidem* Hostiensis, *numer.* 1. Panormitanus *numer.* 3. *ibidem*, Hostiensis, *in summa hujus titul.* §. *Quod juris*, *numer.* 3. Undè in eis jus patronatus tantum habuerunt, cujus virtute poterant præsentare Episcopo instituendos: ut in *eodem cap.* expressum est.

Ex dictis infertur interpretatio ad textum, *in capite*, *de Monachis* 12. *de præbendis*; ubi Alexander III. Vigorniensi Episcopo mandat, quatenus Monachis, qui Parochialium Ecclesiarum Vicarios ita gravant, ut hospitalitatem tenere non possint, hac ratione deinceps, ad præsentationem Monachorum, nullum recipiat, nisi coram eo, de proventibus Ecclesiæ fuerit assignatum patrimonium, ut jura Episcopalia possit persolvere, & congruam sustentationem habere; ex quo decreto planè colligitur, in Ecclesius

ſiis Monaſterio ſubjectis, Religioſos ſolam præſentationem habere, Epiſcopum verò loci, inſtitutionem: Qui *text.* eſt intelligendus de Eccleſiis, quæ non pleno jure competunt Religioſis, in quibus (ut ſuprà diximus) ſolum jus illud illis à jure conceditur.

12 Decimò, ex eodem filo infero interpretationem ad text. in *cap. unico, de Capellis Monachorum, lib.* 6. Ubi Bonifacius affirmat, quod Presbyteri, qui ad Curam populi, per Monachos in eorum Eccleſiis præſentantur Epiſcopis, ab ipſis etiam Epiſcopis inſtituantur, cùm debeant eſſe perpetui, conſuetudine, vel ſtatuto quovis contrario, non obſtante, ab eiſdem nequeant Eccleſiis, niſi per Epiſcopos, & ex cauſa rationabili amoveri: quæ deciſio planè probat, Monachis in Eccleſiis eorum inſtitutionem Presbyteri non ſpectare, ſed presbyteros ab illis præſentatos, ab Epiſcopo eſſe inſtituendos; & ſi rationabilis cauſa fuerit, removendos; & meritò, quia hujuſmodi Eccleſiæ eis non pleno jure ſubiiciebantur, in quibus præſentare tantum poſſunt, non autem inſtituere; *dict. cap. in Lateranenſi, de præbendis*; *dict. cap.* 3. §. *in Eccleſiis, de privilegiis*; Barboſa *ubi ſuprà, numero* 188. Nec prædictis obſtat text. *in Clementina* 1. verſic. *Quidam prætereà*; juncto verſ. *Quidam etiam de exceſſibus Prælatorum*, ubi inſtitutio, & deſtitutio Presbyteri, Monachis in Eccleſiis eorum competit: quia ex ſuperiore animadverſione exponendus eſt, quippè ſermonem inſtituit de Eccleſiis, quæ pleno jure Monaſterio ſubjiciuntur, in quibus inſtitutio, & deſtitutio, pro eorum voluntate ipſis competit: notat Rochus *de jure patronatus*, verbo, *Competens, quæſt. ultim.* Barboſa *ubi ſuprà*, vide etiam text. *in cap. dilecta, de majoritate, & obedientia*, & quæ ſuprà retuli, *in cap. quod Dei timorem* 5. *de ſtatu Monachorum*: *& in tit. de inſtitutionibus.*

TITULUS XXXVIII.
De Jure Patronatus.

Ad textum in cap. Perlatum 1. cap. Quæcunque 2. capit. Quoniam 3. cap. Querimoniam 9. hoc titul. de Jure Patronatus.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia, ſi propter diſcordiam Patronorum caret adminiſtratore, ceſſatur in Eccleſia à divinis, tolluntur Reliquiæ, & oſtia clauduntur; ſi aliter ſine ſcandalo Eccleſiæ provideri non poteſt.*

2 Cap. 1. de jure patronatus *verus intellectus proponitur.*

Eccleſia eſt indiviſibilis, quæ cum ſit Sponſa Dei, alium quam Sacerdotem, ſponſum habere non poteſt.

3 *Diſcordiæ frequenter ex communione, & ſocietate excitantur.*

Moderator, & arbiter unuſquiſque rei ſuæ eſt.

Communio alia eſt voluntaria, alia verò neceſſaria.

4 *Patronatus jus, etſi non ſpirituale, eſt tamen ſpiritualibus cauſis annexum.*

Laici principio naſcentis Eccleſiæ plerumque admittebantur ad jus eligendi.

Patronatus jus, quare laicis in Eccleſiis permiſſum eſt.

Patronatus jus eſt in hæredes tranſmiſſibile.

5 *Patronatus jus eſt quædam ſervitus perſonalis.*

Patronatus jus eſt honorificum, oneroſum, & utile.

Patronatus jus libertorum eſt individuum.

6 Clementina, plures, verſ. Ut facilùs, de jure patronatus, *expenditur.*

Patronatus jus non in capita, ſed in ſtirpes, ad hæredes tranſit.

Patronatus jus, quoad ejus commodum, alienabile eſt.

7 *Negotium quoties duobus in ſolidum committitur, quilibet exequi poterit.*

Succedens in alterius jus eodem jure, quo ille utitur, uti debet.

8 Caput primum, de jure patronatus, *in ultima ejus parte.*

9 Cap. conſiderandum, 6. quæſt. 7.

CONCLUSIO.

SI propter diſcordiam Patronorum Eccleſia caret adminiſtratore, ceſſatur in Eccleſia à divinis, tolluntur Reliquiæ, & oſtia clauduntur; ſi aliter ſine ſcandalo Eccleſiæ provideri non poteſt. Conſonat text. in 1 *cap. quicunque* 2. *cap. quoniam* 3. *cap. quar moniam* 9. *cap. cum ſæculum, de jur. patron. cap. conſiderandum, cap. ſi plures, cap. filiis, vel nepotibus*, 16. *quæſt.* 7. *cap. lege*, 10. *diſtinct. cap. hoc quippe*, 3. *quæſt.* 6. *cap. cum teneamur, de præbend. cap. cum ex injuncto. de nov. op. nunciat. Clementina plures, hoc titulo* exornant Covarruvias *lib.* 2. *variar. cap.* 18. *n.* 5. *& lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 5. Roch. de Curte, *de jur. patron.* verb. *Et dotavit. quæſt.* 12. *num.* 22. Gonçalez *ad regul.* 8. *Cancellariæ. gloſſ.* 45. *num.* 6. Vivian *de jur. patronat.* 1. *part. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 29. *& part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 9. Lambertin. *de jure patronat.* 2. *quæſt. principali, lib.* 1. *part.* 2. *artic.* 29. *& lib.* 2. *part.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 31. Tiraquellus *de jure patronat. quæſt.* 36. *num.* 3. Maranta *in repet. legis quæſt.* 18. *num.* 33. *ff. de adquir. hæredit.* Cardinal. *in Clement. plures, hoc tit. quæſt.* 6. Azevedus *in leg.* 9. *num.* 3. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recopil.* Peregrinus, *conſilio* 34. *num.* 2. *volumin.* 1. Menoch. *conſ.* 516. *num.* 16. Did. c. Perez verſ. *Munere, in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *Ordin.* Spino *in ſpeculo teſtam. gloſ.* 4. *num.* 61. cum traditis à Barboſ. *in Collect. ad noſtrum text. n.* 4.

Ratio noſtri text. pendet ex ejus vero intellectu; 2 undè nonnulli exiſtimant textum noſtrum eſſe intelligendum, de hæredibus unius Patroni, qui in tribus Eccleſiis conjunctis jus patronatus habebat, quod hæredes inter ſe dividere deſiderabant; ita ut unus in una, aliuſque in alia, demum in tertia jus patronatus tertius haberet; quam diviſionem text. noſter prohibitam eſſe aſſerit: ita Abbas *in præſenti, num.* 6. Alii autem aſſerunt *in præſenti*, hæredes patroni voluiſſe Eccleſiæ redditus, id eſt poſſeſſiones dividere; quod etiam prohibitum fuit, *in cap. noverint*, 10. *quæſt.* 1. *c. piæ mentis*, 16. *quæſt.* 7. Alii verò exiſtimarunt textum noſtrum eſſe intelligendum, de hæredibus volentibus ipſum jus patronatus dividere; & hanc expoſitionem communem eſſe aſſerit Beroius *in præſenti n.* 7.

Verùm, etſi pluribus explicatio hæc plauſibilis ſit: tamen non erit ei, qui noſtri textus integram legerit ex qua conſtat hæredes, ex una Eccleſia, & Altari, tres voluiſſe conſtituere partes, & tres Sacerdotes; hoc quidem prohibitum eſt, propter individuitatem Eccleſiæ, vel Altaris; & meritò, quia cum jus patronatus ad hæredes pertineat, non tanquam ad hæredes, qui pro portione hæreditaria ſuccedunt in illis rebus, quæ diviſionem accipiunt, & quæ inter hæredes dividi poſſunt; ſed tantùm jus patronatus hæredibus competit, quà hæredes ſunt, in quo jure non conſideratur portio hæreditaria, ſed in ſolidum unicuique competit: cujus diviſionis meminit Paul. Caſtrenſ. *in leg. ſi patroni, in princip. ff. ad Senat. Conſult. Trebel.* Meritò: ergo propter prohibitam diviſionem Altaris & Eccleſiæ, *cap.* 1. *& per tot. ut Eccleſiaſt. benefic.* (ubi latè ſcripſi) compelli debuerunt, ad conſentiendum in unum Sacerdotem, ſicut fecerat Patronus, in cujus locum

locum hæredes illi succesierunt; ita ut, licet plures sint, una tantum vox, & una cunctorum præsentatio erit. Quæ decidendi ratio non ineleganter confirmari potest ex eo, quod sicut tunica Christi Domini inconsutilis non fuit divisa, *Matth. cap.* 27. ita Ecclesia dividi nequaquam debet, *c.* 1. *ut Ecclesiastic beneficia c. majoribus de præbend.* nam cum sit sponsa Christi, alium sponsum præter suum Sacerdotem habere non potest, atque ita unicum tantum rectorem, *c. sicut una*, 21. *quæst.* 2. *c. cum nonignores, de præbend.* quod quidem originem sumpsit ex text. *in cap.* 1. *de cersib.* ubi ita Capitulario Caroli Magni, *lib.* 1. *cap.* 90. constitutum est, *ut Mansus, aut fundus integer, id est indivisus Ecclesiæ tradatur*; in qua sanctione Carolum Magnum respexisse credo ad antiquissimum abusum, rejectum *in Canone* 26. Synodi Mediolanensis, sub eodem Carolo celebratæ, anno Christi 780. ex quo textus noster desumptus fuit: meritò, ne igitur sectionem, seu divisionem respectu Templi, in Synodo Mediolanensi prohibitam, hæredes Patroni (viam fraudibus quærentes) in Manso tractarent, justa de causa, ut omnem Imperator moveret lapidem adjecit, in Capitulis Cariolonensis Concilii prohibitionem illam, ut sic quemadmodum Ecclesia ibidem dividi non permittebatur; ita etiam neque Mansus divideretur, qui est de Ecclesia, & pro ejusdem sustentatione tributus, sed integer cum Ecclesia conservaretur.

3 Primò, adversus *text. nostrum* obstare videtur sequens consideratio; scilicet, quod cum Synodus in præsenti intendat occurrere simultatibus, & discordiis, atque Ecclesiæ bono providere, videtur non esse medium legitimum ab eo sumptum, cum illud proponat, præcipiatque id, ex quo maximè solent simultates, & discordiæ excitari, ac rerum sacrarum induci oblivio, & despectus, quippe prohibet Ecclesiarum inter hæredes patroni divisionem; consequenterque jubet, ut in communione hac, veluti in societate, Ecclesiam indivisam habeant, at ex communione, & societate præcipuè excitantur discordiæ & contentiones, *l. cum pater* 77. §. *dulcissimis. ff. de leg.* 2. *l. in re communi, ff. de servit. urbanor.* Aristl. *lib.* 2. *Politic. c.* 4. & 5. Valer. Maxim. *lib.* 7. *c.* 6. nec minor causatur per communionem earundem rerum neglectus; nam quod multis commune est, in eo minor adhibetur diligentia, quàm in propriis idem Aristl. *d. l.* 2. *c.* 3. Theod. Imper. *in l.* 2. *in principio, C. quando, & quib. quarta pars*, ob quas rationes æquissimè jure Civili constitutum est, ut nullus in communione manere, vel ad eam venire compellatur, *l. si non sortem* 26. §. *si cœtum* 4. *ff. de cõd. jud.* Augeturq; hæc dubitandi ratio ex eo, quod unusquisq; in re sua est moderator, & arbiter, *l. in re mandata* 21. *C. mandati*: ergo, cum Patronus constituat, fundet, vel dotet Ecclesiam ex re propria, *c. piæ mentis, c. decernimus*, 16. *q.* 1. dicendum videbatur, non esse ei denegandam facultatem quasi in re propria legem imponere. Sed huic dubio respondendum est, quod quamvis ex communione soleant discordiæ excitari; tamen cum in præsenti duplex periculum immineret, unum communionis Patronorum, aliud communionis Clericorum, si inter plures Sacerdotes Ecclesia divideretur; meritò cum gravius periculum ex multiplicatione Sacerdotum immineat, quàm ex communione Patronorum; meritò potius illi, quàm huic succurrendum est, quia Patronorum discordiæ extra Ecclesiam, licet de jure Ecclesiæ futuræ erant; Sacerdotum verò intra Ecclesiam, circa quam ipsa ministeria Altaris exerceri debebant; atque ideo potius obviam itum est huic malo, prohibita omnino divisione Ecclesiæ inter plures hæredes unius Patroni, ne exinde inter plures Sacerdotes Ecclesia dividerctur. Nec etiam movet, quod ex communione Patronorum sequantur inter eos discordiæ, & rerum Ecclesiasticarum contemptus, quia cum posterius illud malum, multiplicatis Sacerdotibus, vitari non posset, nisi servata inter Patronos communione, majori malo consultò *in text.* occur-

sum est, argum. text. in *cap.* 1. 2. & 3. *de appellationib. non solum* 7. 22. *quæst.* 4. Cæterùm, si magis ex Ecclesiæ divisione bonum resultat, Episcopus, ad quem spectat unire, & dividere Ecclesias, *capit. sicut unire, de excessibus Prælat.* poterit divisionem illam confirmare, *cap. considerandum*, 16. *quæst.* 7. & tunc non habebit unusquisque hæredum juris patronatus partem sed integrum, & separatum in Altari sibi assignato.

Nec urget pars altera dubitandi rationis, qua contendebatur neminem, ad communionem venire compelli, ut in ea permaneat. Quia respondendum est, communionem aliam esse voluntariam, aliam verò necessariam, *l. cum duobus* 52. §. *idem Papin. digest. pro socio*; *l. verum* 63. §. *si hæredem, ff. eodem*, Cuiacius *lib.* 10. *observat. cap.* 25. voluntaria est illa, ad quam communi consensu socii veniunt, *l. si non sortem* 26. §. *si centum, ff. de cond. indeb.* necessaria verò, quæ etiam incidens, ab Interpretibus appellatur, est illa, in quam incidunt, quos non voluntas, sed fortuna jungit & ad hanc compellitur venire, qui vult esse hæres, vel qui rem in communi legatam, vel donatam agnoscit vel accipit, *l.* 31. *ff. pro socio*; & hujus generis est communio, de qua in *text. nostro* agitur, atque ideo non mirum, quòd etiam patroni nolentes ad eam compellantur, quoties desiderant uti jure, quod defunctus habuit. Nec similiter obstat ultima dubitandi ratio *suprà* adducta, desumpta ex *dict. l. in re mandata, C. mandati*. Quia respondendum est, verissimum esse posse quemlibet in re sua legem dicere, quam voluerit; sed tamen non poterit facere, quod in dispositione sua legis locum non habeat; *l. nemo potest, ff. de legat.* 1. Guttier. latè *in repetitione ad eundem text.* quod magis in patronatibus admittendum est, cum sit contra juris regulas illud admitti, ita ut præter præsentationem, onera, & alimenta cætera, quæ ad Ecclesiam pertinent, illis interdicta sint, *c. piè mentis, c. voluit c. quicumque, c. decernimus* cum aliis, 16. *quæst.* 7. ideoque Patronus poterit, tamquam jure proprio, quos voluerit patronus vocare, & successores constituere, non tamen contra formam à jure præscriptam Ecclesiam dividere; & si præsentatione abutatur, ipsa privabitur; *cap. quia Clerici 6. hoc tit.*

Secundò, impugnatur decisio *nostri text.* ex eo, quia frustra videtur prohiberi inter hæredes Ecclesiarum 4
divisio; siquidem nunquam casus dari poterit, in quo Ecclesia ad ipsos hæredes pertineat, nam cum jus patronatus, etsi spirituale non sit, est tamen spiritualibus causis annexum; *c. quanto* 3. *de judiciis*: *c. quia Clerici, de jure patr.* & spiritualia hæreditario jure non deferuntur *c. Apostolica* 7. 8. *q.* 1. ergo cum nunquam jus patronatus ad hæredes pervenire possit, frustra in præsenti decisum est, ut inter hæredes non dividatur. Nec satisfacies dicendo, text. nostrum loqui de his, qui non tantum sunt hæredes, sed de his, qui hæredes simul & filii sunt, ad quos jus patronatus devenire solet, *c. filiis, vel nepotibus*, 16. *q.* 7. siquidem spiritualia jura non minus hæreditario, quàm jure sanguinis transmitti prohibentur, *cap.* 1. ubi latè scripsi, *de præbend. & dign. c. ad decorem, de institut.* Quare verius respondendum est, quod licet in principio nascentis Ecclesiæ, plerumque laici admitterentur ad jus eligendi, *c. Adrianus*, cum aliis, 63. *dist.* tamen postea id illis prohibitum est factis incapacibus electionis *cap. Sacrosancta* 51. *cap. Massana* 56. cum aliis, *de electione.* Deinde ut invitarentur fideles ad favendum Ecclesiis fundando, dotando, vel construendo eas, sic etiam, ad redimenda peccata fuit illis ex gratia Pontificis communicatum jus patronatus *dict. cap. piæ mentis*, cum sequentibus 16. *quæst.* 7. etiam ad hæredes transmissibile, ut suprà diximus, ex qua Ecclesiæ gratia factum est, ut in eo admittatur successio, & translatio juxta formam à lege Pontificia assignatam; unde cum hoc jus sit ad hæredes transmissibile non frustra in *text. nostro* dubitatum est an permitenda esset divisio, ab ipsis hæredibus facienda? Et meritò sancitum est, non esse permutendam, quia id esset contra

formam conceſſionis, ut ex ſuprà traditis conſtat. Nec obſtabit text. in *dict. c.* 1. *de præbendis*, cum *ſimilib.* Quia jura illa ſunt accipienda de beneficiis Eccleſiaſticis, quæ nec jure ſanguinis, nec hæreditario deferri poſſunt, *c. Epiſcopo*, *c. Apoſtolica*, cum aliis, 8. *q.* 1. *c. ad extirpandas*, *de filiis presbyter. c. conſuluit*, *hoc tit.* Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 7.

5 Tertiò, his omnibus obſtabit dicere, quòd jus patronatus eſt quædam ſervitus perſonalis, *capite ſignificavit* 4. verſ. *Liberam*, juxta ejus Gloſſ. *de teſtibus*, *dicto capite piæ mentis*; dicitùrque ſimile uſuifructui; nam ſicut uſusfructus à re perſonæ debetur, *l.* 1. juncta ejus Gloſ. *ff. de ſervitut.* Gloſ. *in princip. Inſtit. eodem*, ita etiam jus patronatus debetur à rebus Eccleſiæ, perſonæ, hoc eſt Patrono; ut conſtat ex omnibus *hujus titul.* præcipuè, in *capite à nobis*; ubi notant omnes: *& in rubric. hujus titul.* ſed jus uſusfructus dividitur, ſeu diviſibile eſt *l. uſus part.* 19. *de uſu*, *& habit. l. & ſi fortè* 6. §. *ſiædes*, verſ. *fin ff. ſi ſerv. vindicetur*, *l.* 1. §. *Uſusfructus*, *ad leg. falcid.* ergo ſimiliter jus patronatus dividi poterit. Pro cujus dubii ſolutione adnotandum eſt, jus patronatus eſſe honorificum, oneroſum, & utile. Primò, honorificum dicitur in reverentia ſervata Patrono in proceſſionibus, & in Eccleſia, oneroſum in præſentatione; utile propter alimenta debita patrono venienti ad inopiam; quæ omnia jura ſunt indiviſibilia: primum enim, quod conſiſtit in honore, & reverentia, eſt indiviſibile, *l. liberto* 19. *C. de obſequiis à liberto.* Cuiacius *lib.* 10. *obſerv. capite* 10. *in fin. l. unic. C. de ingrat. liber.* Secundum, in præſentatione individuum eſt, nam præſentatio nihil aliud eſt, quàm quædam electio perſonæ magis dignæ, vel ſatis dignæ à patrono præſentatæ, & ab Epiſcopo confirmandæ; electio autem ſui natura debet eſſe ſimplex, & indiviſibilis, *c. ut quis* 25. verſ. *Nonniſi ex una*, *cap. ſi quis* 46. *de elect. lib.* 6. præſentatio etenim, conjunctis ſimul requiſitis portionibus ad jus patronatus, licèt videatur habere naturam uſusfructus, aliquibus viſum fuerit jus patronatus aſſimilari debere ſervituti uſusfructus, nihilominus præſentatio ſimulque jus patronatus longè diſſimile, & diverſum eſt ab uſufructu, ut infrà videbimus: & jus, quod patrono ad inopiam vergenti competit, de quo *in capite nobis* 25. *hoc titul.* ſimiliter individuum eſt, nam ſi plures ſunt Patroni indigentes, non uni tantum, ſed omnibus in ſolidum alimenta debentur, argum. text. in *l. necare*, 4. *de liber. agnoſ.* Gomez 2. *tom. var. cap.* 10. *n.* 19. & quod jus patronatus libertorum, etiam ſit individuum, conſtat ex tex. in *l. quædam* 42. *ff. fam. erciſcund. l. Cornelia in fin. hoc tit. l. vel quæ*, *ff. de Religioſ. & ſumpt. fun. l. ſepulchrorum* 4. *C. eodem.*

Quibus ſic breviter ſuppoſitis (quæ longiſſimam diſputationem deſiderabant) jam non obſtant jura ſuprà in argumento adducta; quia procedunt in jure uſusfructus, quod quidem jus, cum in fructu, & commoditate percipiendi eos conſiſtat, eſt diviſibile, cum fructus ſint etiam diviſibiles, & partes recipiant: *l.* 1. §. *Uſusfructus*, *ff. ad l. falcid.* cum *aliis ſupra in argumento adductis*: Meritò ergo jus patronatus Eccleſiaſticum non debet æquiparari uſuifructui, cum ab eo longè ſit diſſimile in pluribus. *Primò*, quia utilitas vel commoditas in uſufructu contenta, ſunt fructus, qui ſui natura diviſibiles ſunt, ut *ſupra* diximus; quæ ſunt autem contenta in jure patronatus, ſcilicèt, honor, reverentia, & jus alimentorum (ut ſuprà diximus) individua ſunt; differunt etiam evidenter in eo, quia vſusfructus morte uſusfructuarii finitur, §. *fin. Inſtit. de uſufructu*, ubi DD. omnes; jus autem patronatus Eccleſiaſticum, nequaquam finitur, cum ex *text. noſtro*, *& ſimilibus*, tranſeat ad hæredes; quarè ſi alicui ſervituti comparandũ eſſet, potiùs deberet æquiparari uſui, vel ſervituti, quæ ſervitus eſt individua, *l. uſus pars* 19. *de uſu & habit.* Connanus, *lib.* 4. *commentar. cap.* 51. *numero* 6. *& 7. l. habitatio* 10. *ff. eodem*, quam æquiparationem adnotavit Beroius *in præſenti*, *num.* 75.

Quartò, hucuſque dictis obſtat difficilis text. *in Clement. plures*, verſ. *Et ut facilius*, *hoc titul.* ubi proponitur, quod ſi plures patroni, poſſunt liberè inter ſe paciſci, & convenire, ut alternis occaſionibus præſentent; ita ut unus præſentet una vice, & alius in altera, dividendo inter ſe jus patronatus: ergo dividi poterit. Pro cujus dubii ſolutione adnotandum eſt, *in dict. Clem.* 2. *hoc tit.* duas eſſe partes. 6

Prima eſt, in principio, quatenus probat in jure patronatus ſuccedi in ſtirpes, & non in capita; ſcilicèt, inſpecto effectu, vel ſuffragio ad præſentandum, veluti ſi ſint duo patroni, quorum alter ſupervivat, alter verò deceſſerit pluribus hæredibus relictis, hæredes iſti tantùm unius vocem habebunt, quoad præſentãdum ſimul cum altero cõpatrono; & ſic etiam videbatur dividi jus præſentandi, vel patronatus; meritò ex inde graviſſima fuit orta contentio inter antiquos Interpretes, utrum in jure patronatus ſuccedi deberet in ſtirpes, vel in capita, quam retulit Gloſſa magna *ibidem.* ſed poſt longam diſputationem obtinuit, & probata fuit ſententia Hoſtienſis, Innocentii, & aliorum dicentium ſuccedendum eſſe in ſtirpes, & non in capita; ut conſtat *ex dict. Clement. plures*, *in princ.* quæ hodie probatur *in l.* 12. *tit.* 15. *part.* 1. *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *Ordin.* ubi *Didacus Perez*; quod rectè fuit admiſſum, ad evitandas fraudes, quæ ſi in capita ſuccederetur, facilè poſſent evenire, cum poſſet unus ex duobus compatronis plures hæredes inſtituere, qui plura ſuffragia ad præſentandum in capita obtinerent, & ſic doloſè conſumerent jus præſentandi alterius compatroni ſuperviventis, cùm majori numero ſuffragiorum eſſet ſtandum; meritò rectè eſt ſtatutum, ut non in capita, ſed in ſtirpes in jure patronatus ſuccederent.

Secunda ejus pars eſt, in verſ. *Et ut facilius*, quæ fortius obſtat noſtri text. deciſioni, probatque plures cohæredes, & compatronos poſſe inter ſe convenire, & paciſci, quòd unus prima vice, & alius alia præſentet, quod in praxi frequentiſſimum eſſe teſtantur omnes: ergo hoc modo dicendum videtur, dividi inter hæredes jus patronatus. Cui difficultati ut facias ſatis, adverte non poſſe dubitari, quin jus patronatus, quoad ejus ſubſtantiam individuum ſit, ut patet ex ſuprà traditis; ſed tamen, quoad commoditatem, vel exercitium ejus, quo in præſentatione conſiſtit, dividi non eſt inconveniens; quemadmodum in ſervitutibus, quæ licet ſui naturâ, & ſubſtantia ſint individuæ, *dicta l. ſtipulationes*, *ff. de verbor. obligation.* cum *ſupra* adductis; earum tamen commoditas, vel exercitium diviſionem recipit, *l. ſervitutes* 4. §. *fin. l. via* 5. §. *fin. cum ſeqq. ff. de ſervitut.* Sic ſimiliter in præſentatione, quæ licèt individua ſit, quatenus eſt jus, vel in jure conſiſtens; tamen quoad ejus commoditatem, vel exercitium rectè dividitur, Beroius *in præſenti*, *num.* 75. *& 76.* Lambertin. *l.* 1. *de jure patronat.* 2. *part. artic.* 25. *primæ quæſt. principalis*, *n.* 5. *&* 11.

Quibus ita ſuppoſitis dicendum eſt, text. *in dict. Clementin. plures*, verſ. *Ut facilius*, docentem poſſe patronos inter ſe convenire, ut unus una vice, & alter altera, aliuſque alia præſentent, potiùs probare jus præſentandi individuum eſſe, & unicuique patrono competere in ſolidum, & unumquemque ſolum, & in ſolidum præſentare poſſe; neque in jure noſtro novum eſt, quod in rebus ſua natura dividuis, & communibus, partes inter ſe paciſcantur ut alternis vicibus utantur *l. quoties* 41. *ff. de uſufructu*: & ideò hæc conventio inter compatronos eſt juri conſona, & valdè pacis conſervationi congrua; ita ut ad eam faciendam non deſideretur Epiſcopi conſenſus, ut demonſtrant verba text. *in dicta Clementin. plures*; verbo, *Liberè*, *in Clement. dudum*, *de ſepult.* verb. *liberè*, Beroius *in præſenti*, *num.* 77.

Quintò, ſuprà dictis obſtat ſequens difficillima conſideratio; ſcilicèt, quod ſi jus patronatus individuè, & in ſolidum competeret unicuique ex plu- 7

ribus

ribus compatronis ; præsentatio facta ab uno , esset sufficiens , ut præsentatus obtineret Capellaniam , vel Beneficium , ad quod præsentatur ; nam quoties duobus in solidum committitur negotium , quilibet solus liberè,& plenè exequi potest , *cap. cum plures , de offic. Delegat. lib. 9. cap. si duo 6. de procurat. lib. 6.* & nihilominus talis præsentatio unius patroni sufficiens non est, sed omnium , vel saltem majoris partis patronorum consensus requiritur , ut in praxi quotidiè videmus , & constat ex text. in *capit. 3. hoc titulo.* Ergo jus patronatus unicuique ex patronis non competit insolidum, vel pro indiviso ; neque illud jus individuum est. Cui difficultati ut respondeas , adverte quod cum pro una parte , summo juris rigore inspecto , qui in alterius jus succedit, eodem jure ,quo ille uti debeat, *l. qui in jus 177. de reg jur.* cum traditis à Gloss. *ibidem* ; tamen cum unicum tantum jus patronatus, pro ut erat penes testatorem, in hæredes transferri possit,eaque de causa ad omnes hæredes compatronos sit translata potestas , jus quod omnes tangit ab omnibus etiam debet approbari, & sic ab omnibus fieri præsentatio,*capit. quod omnes 29. de regul. jur. lib. 6. l. Sancimus 28. ff. comm. divid. cap. cum omnes 6. de constitut.* Pro contraria parte est juris regula supra relata qua docemur jus patronatus dividi non posse , & sic ad omnes hæredes in solidum, & pro indiviso debere pertinere , ut supra diximus , atque ita unusquisque ex hæredibus, vel compatronis,invito altero præsentare potest, *dict. capit. cum plures 8. de officio delegat. lib. 6. dict. capit. si duo, de procurat. eodem lib. l. nondistinguemus 37. §. cum plures, ff. de recept. arbitr.* Sed cum ex dictis juris regulis diversus præsentandi modus competeret , & sic, ex quolibet modo graves discordiæ , & contentiones inter compatronos oriri possent ; ex quibus tam præsentatio, quam Ecclesiæ servitium impediri possent ; ut patet ex mente nostri text. *& in dicto capite secundo , hoc titul. & in dict. Clement. plures* ; meritò cum unus fortasse properaret , festinarètque prius præsentare , & ita cœteros non minus jus habentes læderet , ex quo contentiones orirentur, merito in favorem hæredum , vel patronorum statutum est , ut cum æquale ius singulis ipsis debeatur; æqualiter competat æqualiterque conservetur singulis compatronis ; & etiam in favorem Ecclesiæ , ut necessario debito, suoque servitio non careat ; merito iusta de causa constitutum est, quod ius præsentandi taliter , & ità ad hæredes transmittatur , ut eius exercitium , seu commoditas præsentandi competat omnibus compatronis præsentare volentibus , vel saltem maiori parti eorum , ne uno discordante , in unius , vel alterius voluntate positum esset , præsentationem & servitium Ecclesiæ impedire : contra cæterorum compatronorum voluntatem , & uno præcurrente, festinanteque ante tempus præsentare, cæteti suum æquale jus æqualiterque singulis competens, amitterent; nam multa in jure nostro contra summam strictamque rationem , utilitatis communis causa recepta sunt, quæ aliàs non admitterentur ; unde licèt ius patronatus quoad effectum detur compatronis insolidum , tamen quoad præsentationis exercitium , vel commoditatem , penes omnes simul, aut saltem penes majorem partem eorum manet ut sic , ex rationibus supra adductis, tam patronis ipsis , quam Ecclesiæ servitio consulatur, Gloss. *in præsenti*, verbo, *Dividi non debet*, Beroius *n.* 76. Lambert. *ubi supra, l. 1. p. 1. q. 3. art. 8. n. 7.*

8 Sexto, adversus ultimam *nostri text.* partem , quatenus docet dissentientibus compatronis hæredibus , & Sacerdote propter simultates impedito , quo minus ibi officio suo fungi possit, occurrendum discordiis esse , prohibitis Missarum solemnibus obstabit sequens ratiocinatio: nam aut supponimus , hoc fieri intra tempus ad præsentandum à iure concessum , vel extra : si intra tempus illas dissensiones supponere volumus; tunc adhuc nullæ debent esse Episcopi partes, quia nondum est lapsum tempus patronis concessum, *capit. si verò*, cum aliis, *hoc tit. capite primo, eodem in 6.* Si autem mavis supponere extrà tempus, jam tunc necessaria non est *nostri text.* pœna , & comminatio ; siquidem omne jus, quod Patroni habebant , ad Episcopum devolutum est, & potest jam suo jure uti providendo de persona idonea Ecclesiæ, *capit. quoniam 3. capit. eam te 22. hoc titul.* Lambertin. *ubi supr. lib. 1, part. 1. quæst. 1. artic. 6. num. 26.* Sin autem dixerit aliquis , in *text. nostro* non agi de discordiis circa jus præsentandi , sed de dissensu circa personas præsentatas? adhuc instari , & obiici potest quod quando dissensus est circa personas præsentatas, tunc ille instituendus erit, qui maioribus iuvatur meritis , & plurimorum assensu, præficitur, *c. quoniam 3. hoc tit.* Ergo nullo casu est necessarium , quod Missarum solemnia prohibeantur. Cui dubio respondendum est, verissimum esse in *text. nostro* non agi de discordia Patronorum circa ius præsentandi , nec circa personam præsentatam;quia,ut ex eius integra constat,Ecclesia jam habebat Sacerdotem legitimè præsentatum, sed contentio Patronorum consistebat in divisione , quam de Ecclesia facere volebant , assignando unicuique suum Altare ; & propter hanc , impediebatur Sacerdos Officia Divina celebrare; quam controversiam componere, & divisionem Ecclesiæ approbare vel impedire pertinet ad Episcopum, *c. considerandum, 16 q. 7. c. sicut unire, de excess. Prælator.* atque ita in *text. nostro*, & *similibus* , rectè Episcopis datur potestas ostia claudendi, Reliquias auferendi , & prohibendi Divina celebrari; latè Suarez *de censuris, disp. 38. de cessatione à Divinis, sect. 1. n. 4.*

Septimo, ex decidendi ratione, & vero *nostri text.* 9
intellectu infero interpretationem ad text. *in cap. considerandum: 16. quæstion. 7.* in eo enim Canone constitutum est id, quod etiam refertur, *lib. 7. legum Longobardorum, titul. de Episcopis, & Clericis, l. 44.* ubi decisum est , maximè considerandum esse de Ecclesiis, quæ inter hæredes divisæ sunt, quatenus si secundum providentiam & admonitionem, Episcopi ipsi hæredes eas voluerint tenere , & honorare faciant ; sin autem hoc contradixerint, in Episcopi potestate maneant, utrum eas consistere permittat, aut Reliquias indè auferre velit: quæ constitutio plura continet, quæ indagatione indigent. Et in primis illud , quod in ea forma præscribitur , quam Episcopi servare debent contra Patroni hæredes, qui Ecclesias iuxta se dividunt, scilicet, ut moneat prius eos, ut ex sua providentia teneant, & rectè; nam si incivile est quod creditor ante præmissam interpellationem statim debitorem in ius rapiat, *l. 10. Cod. de pignor.* quam explicat Cuiacius *lib. 3. observation. cap. 31.* Osualdus ad Don. *l. 17. comm. cap. 1. littera B.* quando magis incivile esset ut statim sine monitione Patroni, qui in ius sine venia vocari non debet, *l. quisque 4. §. Prætor, ff. de in jus vocand.* ad rigorosam compulsionem traherentur, præcipuè ab Episcopis; quibus, ut in *textu nostro* cavetur, quasi ex munere competit discordantes familiariter pacificare, *capit. si Primates, 5. quæstione secunda.* Etenim si contempserit monitiones, nec cum illis ad concordiam reduci possint , sed adhuc contradicunt ; tunc in Episcopi potestate ponitur ; quod ad divisionem factam consistere permittat: Ex quibus verbis limitatio ad nostrum textum deducitur, dum ibi prohibita est patronorum hæredibus Ecclesiarum divisio; scilicèt, divisionem tunc vires non habere quando Episcopus non consenserit , secus vero ipso Episcopo approbante, siquidem uniendi , aut dividendi Ecclesias jus ei competit, *cap. sicut unire; de excess. Prælator.* Cæterum , si Episcopus non consentiat, quia non expedire divisionem fieri præsumat; tunc demum ad remedium in *text. nostro*, & in *c. 2. hujus tit.* recurrendum est, ut Missarum solemnia prohibeantur, ostia claudantur, &

Reliquiæ auferantur; Lambertinus *de jure patron.lib.*1. *par.*2.*q.*1.*art.*31. Barbos.*in Collect.ad text.in cap.*2. *hoc*
10 *tit.num.*2.

Octavò, illustrandus venit text. *in cap. si plures* 36. 16.*quæst.*7. ubi ex *Canone* 36.*Concilii Triburiensis*, sancitum est, quod si plures hæredes contendant de communi Ecclesia, si volentes eam dividere, quemadmodum in *text. nostro*, jubeat Episcopus sacras Reliquias auferri, & Ecclesiam claudi, donec communi consensu, & consilio Episcopi, patroni hæredes Presbyterum statuant, & undè vivat: quæ omnia intelligenda sunt juxta limitationem, & modum constitutum *in dict.cap. considerandum*, 16.*quæst.*7. Illud tamen non omittam, quod *in integra*, Concilii Triburiensis *cap.* 32. ex quo sumptus est text. *in dict. cap.si plures*, hæc verba scripta reperiuntur; scilicèt, Episcopus tollat indè Reliquias, & sub magna cura honorificè collocet eas, atque ejusdem Ecclesiæ claudat Ostia, per Officia, & sub sigillo consignet ea, ut sacrum ministerium nullus celebret in ea, antequam concordi unanimitate, unum omnes eligant Presbyterum: Ex quibus verbis rectè illustratur *text. noster*; ita ut non solum Episcopus discordantibus patronis ostia claudat, sed etiam sub sigillo consignet: quid autem significet verbum illud, *Sub sigillo consignet*; nescio an aliquis juris Pontific. professor explicaverit: ego autem existimo sub sigillo consignare ostia, esse id ipsum, quod moris erat apud Romanos, ut non solvente inquilino pensionem,ædes aperiebantur,& res omnes, mancipiaque in eas illata à publicis officialibus describebantur,*leg.*56.*ff.Locati.*ac deindè ædes obsignabantur,præcluso eorum ostio, juxta *text.*sic exponendum, *in leg.si injuria* 20 *ff.de injur.l.ult.C.de admin.tutor.in C.Theodos.* sic similiter dissentientibus Patronis, & post admonitionem Episcopi, ad concordiam, non pervenientibus, constitutū est, ut Episcopus claudat ostia, ut in *text. nostro*, & similiter in *d.Concilio Triburiensi* additum est, ut post veram Ecclesiarum descriptionem, ostia sigillo obsignentur, quemadmodum post earum rerum descriptionem obligabantur jure Civili res debitoris, non solventis pensionem, *d.l.si injuriæ* 20.*& d.l.ult.*& ex eadem doctrina explicandus est text.*in d.c.*2.*hoc tit.*

Ad text. in cap. Quod autem 5. versic. fin. cap. Illud 8. cap. 10. 11. cap. Cum sæculum 13. cap. Ex insinuatione 14. capit. Nullus 17. capit. suggestum 20. capit. fi. de jure patron. Triden. sess. 25. de reformat. c. 9.

SUMMARIUM.

1 *Patronatus non potest donare Ecclesiam sine consensu vel auctoritate Episcopi.*
2 *Patronus ex constructione, vel dotatione Ecclesiæ, quod jus adquirat.*
Nemo plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habet.
Ecclesiæ omnes,quæ sunt sub territorio Episcopi,subsunt ejus administrationi,& Curæ.
3 Cap.Cura 11.de jur.patr.
Beneficia Ecclesiastica, sine institutione Canonica obtineri non possunt.
Ecclesia,& Sacræ res in nullius dominio sunt.
Præscriptio aliquando supplet Episcopi consensum.
4 *Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit.*
5 Cap.illud 8.de jure patr.
*Patronus laicus potest sine consensu Episcopi jus patronatus Religioso loco donare, secus privato;& in n.*9.
6 Cap.ex insinuatione 14.de jure patr.
7 Cap.inter dilectos 8.de don.*& in n.seq.*
8 *Oratorium non gaudet immunitate Ecclesiastica.*
9 Cap. unic.de jur.patr.lib.6.
10 Cap.nullus 7.de jure patr.
Auctoritas, & consensus, quando requiritur ipso actu non sufficit quod ex postfacto interveniat.

CONCLUSIO.

QUæ ex his omnibus juribus deduci solet, sic se habet: *Patronus donare Ecclesiam non potest sine consensu, & auctoritate Episcopi.* Consonat text. *in cap.* 1. *hoc titul.lib.*6.*cap.consultationibus* 4.*cap.dilectus* 8.*de donation.*(ubi latè scripsi)*cap.*2.*de rebus Eccles.alien. vel non;c.si quis deinceps*,cum suis Glossis, 16.*q.*7.*c.si quis Episcopus,cap.si quis Clericus per laicos,de privilegiis,c. constitutiones*, 16. *quæst.* 7 .Exornant Lambertinus *de jure patronat.lib.*1.*part.*2.*quæst.*1.*artic.*9.*num.* 38. Seraphinus *decis.*884.Decius *consil.*639.*num.* 1.Covarruv. *li.*1.*var.c.*18.*n* 9.Grati.*disceptationum forensium,c.*177. *n.*18.Vivian.*to.*1.*comm.opin.l.*1.*tit.*4.*n.*9.Azor.*institutionum moralium,part.*2.*l.*6.*c.*2.*q.*5.*&* 6.Suar.*de Relig.to.*1. *tract.de sim.l.*4.*c.*28.*n.*15. cum traditis à Barbos. *in Coll. ad nostrum text.n.*6. 1

Ratio est, quia licèt Patronus ex constructione, dotatione, vel fundatione adquirat solummodo potestatem præsentandi Clericum Episcopo, per eum Instituendum, non tamen adquirit potestatem concedendi Ecclesiam, nec quoad titulum, nec quoad proprietatem; ut in *text. nostro,& cap. illud* 8. *& fin. hoc tit.* meritò, si laicus Ecclesiam, quoad proprietatem donaverit inconsulto Episcopo, donatio non tenet, siquidem pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de jure dare, *dicto capit. quod autem* 5. *in fin. hoc tit.l.traditio, ff. de adquiren.rer. domin.* cum nemo det, quod non habeat, *cap. Daibertum*, 1. *quæst.* 7. & nemo plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habet; *l. nemo ff. de regul. juris*: itaque donatio illa non tenet; siquidem non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum, *cap. non præstat, de regul. jur. in* 6. sufficit autem Episcopi consensus, quia Basilicæ, & Ecclesiæ omnes, quæ sunt sub ejus territorio, ad eum pertinent, quoad jura, & administrationem ipsarum, *capit. omnes Basilicæ*, 16. *quæst.* 7. ac subindè desideratur consensus illius Episcopi, qui tanquam Dominus Ecclesiæ, sua auctoritate facit donationem valere,*cap. Pastoralis de donat.* Augustin.Barbosa *in collectaneis ad nostrum textum;& in cap.illud* 8. *hoc tit.* 2

Primò, obstabit difficillimum illud Alexandri III. responsum, quod extat *in cap. Cura* 11. *hoc titul.* cujus hypothesis sic se habet. Quidam Religiosi, & alii etiam Clerici recipiebant Ecclesias de manibus laicorum, sine auctoritate Episcopi: quare Pontifex mandat prædictis Religiosis, & Clericis, quod nullus eorum Ecclesias recipiat ex donatione laicorum sine auctoritate, & concessione Diœcesani Episcopi: & si ex tali donatione Ecclesias habuerint, non præsumant retinere, nisi legitima fuerint præscriptione muniti,vel posteà consensum habuerint Diœcesani Episcopi; alàs hujusmodi concessiones à laicis factas irritas facit. Ex cujus decisione constat, Ecclesias à laicis donatas præscriptione adquiri posse. Cujus textus decisio valdè obstat nostri textus decreto, ex quo manifestè constat, Ecclesiarum donationes à laicis factas, nullius momenti esse; siquidem beneficia Ecclesiastica absque institutione Canonica obtineri non possunt, *capite tertio, de institut. cap.* 1. *de regul. jur. lib.* 6. In cujus textus difficultate, Covarruvias *in regula, possessor.*2.*part.* §. 10. *num.* 1. varias refert solutiones:& primò, Gloss.fin. *apud medium in capit. contingit, de dolo & contum.*& Gloss. final.*in cap.* 1.*de regulis juris, lib.* 6. afferentium, *in dicto capit. Cura* 11. Ecclesiam illam ex manu laicorum datam, non præscribi quod titulum spiritualem provenientem ex institutione, vel collatione Canonica, qui titulus omninò

nò deficiebat; id eſt, non præſcribitur, ut præſcribens efficiatur Rector, vel Prælatus Eccleſiæ ex illa laicorum donatione; ſed ſolum in eo textu præſcribi, quoad ipſius proprietatem; ſcilicèt, quoad bonorum temporalium ſuſtentationem, quam ſententiam tenet Abbas *in dict. capite Cura, numero* 1. Barboſ. *ibidem, numer.* 3. Sed hæc interpretatio admitti non debet, & convincitur ex eo; *Primò*, quia abſurdum, & falſiſſimum eſſet dicere, Eccleſiam poſſe eſſe in alicujus dominio; ſiquidem Eccleſiæ, tanquam res ſacræ nullius ſunt, §. *Sacræ*, §. *Nullus*, cum vulgatis, *Inſtit. de rerum diviſ.* ubi latè *Pichard.* Deindè, quia divinatoria eſt; ſiquidem ex nulla illius *text.* parte poteſt colligi ibi agi de Eccleſia obtinenda, quoad proprietatem ex donatione laicorum: tum etiam, quia in dubio potiùs *text.* ille eſt intelligendus, quàm Eccleſiarum, ſiquidem textus ille eſt ſcriptus, & collatus ſub titulo *de jure patronatus* præcipuè, quia in originali illius text. 2. *tomo Conciliorum, inter acta Alexandri III. de jur. patronat. cap.* 9. potiùs colligitur in *eo text.* actum eſſe de jure patronatus, quàm de Eccleſiæ proprietate. Quare verius eſt dicendum, text. *in dict. c. cura, agere* de laicis patronis, vel etiam Eccleſiaſticis, qui donaverant laicis Eccleſias, id eſt, jus patronatus, quod in illis habebant, juxta juris regulam, de qua mentio habetur *in capit.* 1. *hoc tit. lib.* 6. & cum donatio illa non fuiſſet facta loco Religioſo, ſed laicis, meritò non potuit valere ſine Epiſcopi conſenſu, vel ſine legitima præſcriptione, ſiquidem ex illa præſcriptione, & curſu tanti temporis, præſumitur Epiſcopi conſenſum interveniſſe, & ſic titulum poſſidendi, & juſtam cauſam præſcribendi habuiſſe, argumento text. *in cap.* 2. & 3. *de his quæ fiunt à Prælat.* notat Gloſſ. *in capit. pervenit, de emption. & vendit.* Abbas *in dicto capite Cura, numero* 4. Enricus *ibidem, numero* 1. quæ interpretatio colligitur ex integra, & originali *illius text.* quæ extat in *ſecundo tomo Conciliorum, inter acta Alexandri III. de iure patronatus*; notat Gloſſa *in dicto capite Cura*, verbo, *Legitima*, Covarruvias *in regula, poſſeſſor*, 2. *part.* §. 10. *num.* 8.

5 Secundò, adverſus id quod *ſupr.* retulimus videlicèt, *in d. capite Cura* 11. *hoc titul.* præſcriptionem illam ſupplere Epiſcopi conſenſum; obſtabit dicere, quòd præſcriptio illa nullo modo potuit ſupplere Epiſcopi conſenſum, ſiquidem in jure noſtro Pontificio, poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribit, *capite poſſeſſor de regulis juris, in* 6. *capite vigilanti, cap. fin. de præſcript.* ubi latè ſcripſi: & his, qui ex donatione laicorum jus patronatus accipiunt, nunquam poterunt habere bonam fidem, contra deciſionem *noſtri text.* ſiquidem ſine conſenſu, & auctoritate Epiſcopi jus patronatus acceperunt, & poſſeſſionem illam ita continuarunt; quæ mala fides ſemper eo in caſu præſumitur interveniſſe, *c. quæ contra, de regulis juris, lib.* 6. ſiquidem procedit ex ignorantia juris, quæ nemini prodeſt, *l. error, l. juris ignorantia, C. de juris & fact. ignor.* Quam difficultatem ut effugiat Gloſſa, *in dicto capite Cura* 11. varias interpretationes aſſignat: & ſimiliter Boerius *ibidem*, ſex refert, inter quas mihi magis placet, quam refert Covarruvias *ubi ſuprà, dicto* §. 10. *numero* 8. dum aſſerit quòd illi, qui jus patronatus acceperunt de manu laicorum ſine conſenſu Epiſcopi, non poterant præſcribere, cùm contra jus illud accepiſſent, nullàmque bonam fidem habuiſſent; attamen eorum ſucceſſores rectè potuerunt præſcribere, exiſtimantes conſenſum Epiſcopi in donatione illa interveniſſe; & ſic de ſucceſſoribus, qui poterant præſcribere intelligendum eſſe textum, *in dicto cap. Cura* 11. qui quidem ſucceſſores rectè poterant bonam fidem habere, & per conſequens præſcribere; ſiquidem qui in alterius locum ſuccedit, juſtam ignorantiam habere præſumitur, *l. qui in alterius. ff. de regulis juris.*

6 Tertiò, adhuc his omnibus valdè obſtabit text. *in capite illud* 8. verſ. *Licèt Religioſo loco jus patronatus conferendi liberam habeat facultatem, hoc titul.* quæ verba manifeſtè probant, laicum jus patronatus liberè, abſque conſenſu Epiſcopi poſſe donare; ſiquidem verbum illud, *Liberè*, expreſſe denotat, & ſignificat donationem illam fieri poſſe, ſine alterius conſenſu, vel auctoritate. In cujus text. difficultate, Gloſſ. *ibidem*, verbo, *Licèt*, aſſerit dubium illud ſalvari non poſſe, quàm emendatione adhibita; & affirmat addendum eſſe verbum illud, *Sine conſenſu Epiſcopi*; ſiquidem ſivè daret Eccleſiam, ſivè jus patronatus, neceſſarius erat Epiſcopi conſenſus, *dicto capite quod autem* 5. *hoc titul.* Sed hæc interpretatio reiicitur, quia mendoſa, & correctoria eſt. Quare pro illius dubii veriſſima ſolutione animadvertendum eſt multum differre, & diſcrimen verſari inter eum caſum, quo patronus velit donare Eccleſiam alicui loco Religioſo, an verò ſimpliciter tantum velit donare jus patronatus alicui privato laico, vel Clerico; nam primo caſu, ſi velit donare Eccleſiam ipſam alicui loco Religioſo vel Eccleſiæ, tunc id non poterit facere, abſque Epiſcopi auctoritate, & conſenſu, *capite conſultationibus* 4. *de donation.* & de ratione tradita *in dict. capite quod autem* 5. verſic. *Quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non poteſt de jure donare*; ſi verò tantum velit donare jus patronatus; tunc ſi donatio fiat laico, vel Clerico, ſine Epiſcopi auctoritate, non valet; ſiquidem prius Epiſcopus debet proſpicere, & examinare, an illa donatio expediat Eccleſiæ, necnè, cùm fortè debilior poſſet eſſet is, cui jus patronatus conceſſum eſt: tum etiam, ut fraus venditionis, ſeu ſimoniæ evitetur: ſecùs verò dicendum eſt, ſi tantum velit jus patronatus donare Eccleſiæ, vel alicui Religioſo loco; nam tunc id ſine Epiſcopi auctoritate facere poterit, juxtà text. ita intelligendum, *in dicto capite illud* 8. verſic. *Licèt.* Quæ ſolutio deducitur ex text. *in capite unico, hoc titul. lib.* 6. Ratio eſt, quia ex donatione illa, evidenter efficitur Eccleſiæ melior conditio, Abbas *in dict. capit. illud, numero* 4. Enricus *numero* 3. & 4. Barboſa *ibidem, num.* 1 Lambertinus *ubi ſuprà lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 4. *numer.* 3. Sed adhuc diſtinctioni ſuprà adductæ obſtabit dicere, quòd laicus, nec de conſenſu Epiſcopi poteſt Eccleſiam donare etiam loco Religioſo, ſiquidem laicus tanquam incapax non poſſit eam poſſidere, *capite cauſam, de præſcription. dicto capite quod autem* 5. *in fin. hoc titul.* Sed huic dubio reſpondendum eſt, textum *in dicto capite illud* 8. *de jure patronat. & in dicto capite conſultationibus, de donation.* dum laicis prohibet Eccleſias abſque Epiſcopi conſenſu donare, intelligendum eſſe ſecundum diſtinctionem ſuprà adductam, de illo primævo tempore, quando Eccleſiæ de facto à laicis potentioribus tyrannicè detinebantur, argument. text. *capite Eccleſiis, de cenſibus*, & ut facilius eriperentur de manibus eorum, jura concedunt, quod interveniente auctoritate Epiſcopi, valeat illa Eccleſiæ donatio facta à laicis loco Religioſo, vel alteri Eccleſiæ, argumento text. *in c. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à Prælatis*, notat Abbas *in dict. c. illud* 8. *num.* 2.

7 Quartò, præterea ſolutioni, & diſtinctioni ſuprà adductæ, obſtabit text. *in capite ex inſinuatione* 14. verſic. *Liberaliter contuliſſet, hoc titul.* ex cujus deciſione manifeſtè conſtat, jus patronatus, abſque Epiſcopi auctoritate, & conſenſu, liberè alicui donari poſſe. In cujus text. difficultate, Gloſſa *ibidem* verbo, *Liberaliter contuliſſet* aſſerit ita legendum eſſe, id eſt, *liberaliter contuliſſet de conſenſu Epiſcopi.* Sed hac, & aliis omiſſis, verius eſt dicendum, textum illum procedere caſu, in quo Patronus potiùs remittit, quàm donat compatrono ſuum jus patronatus, vel ut clariùs loquar, impropriè frater ille partem ſuam, id eſt, actionem illam, quæ illi competebat, ſuo compatrono, & fratri cedit, nam tunc non eſt neceſſaria auctoritas Epiſcopi, aut conſenſus. Ratio eſt, quia propriè non dicitur alienatio, ſiquidem ex donatione illa facta fratri compatrono, non videtur fructus, neque creatur alius novus patronus, undè cùm ex donatione illa non

videatur facta Ecclesiæ alienatio, nec læsio existat, nihil mirum, quòd illius juris patronatus donatio, absque Episcopi auctoritate facta, valeat; Lambert. *ubi suprà, lib.* 1. *q.* 4. Gl. verbo, *Contulisset, in d. c. ex insinuatione* 14. Barb. *ibidem, nu.* 3.

7 Quintò deinceps supra resolutis obstabit text. difficilis, *in capite inter dilectos* 8. *de donation.* ubi Ecclesiæ donatio à tribus procuratoribus Hospitalis Sancti Allucii facta in favorem Hospitalis Sancti Sepulchri, valet, & tenet, etiam si Episcopi auctoritas non interverierit, neque eorum exceptio admittitur asserentium, illius Ecclesiæ, & juris patronatus donationem non valuisse. *Primo*, quia absque Episcopi auctoritate fuerat facta. *Secundo*, quia à fratribus paucioribus perjuris, & excommunicatis fuerat collata. In cujus textus difficultate, Gl. *ibid.* verbo, *Adjudicare*, asserit, quòd licèt illius Ecclesiæ donatio quoad Hospitalarios obliget, cum eis obstet; ne possint contra donationem, & proprium factum venire, argumento text. *in capit. quod in dubiis, de renuntiat.* tamen quoad præjudicium Episcopi non valuit. Sed hæc interpretatio ex eo convincitur; quia si hoc esset verum, Summus Pontifex non adjudicasset Ecclesiam illam Hospitali Sancti Sepulchri, cum omnibus juribus ad Ecclesiam pertinentibus, sed tantùm facultatem contradicendi fratribus Hospitalis Sancti Allucii, vel eis tantùm silentium imposuisset, ut animadvertit Innocentius *ibidem numer.* 2. Quare hac, & aliis omissis, verius est dicendum; ideò donationem illam Ecclesiæ & juris patronatus, absque Episcopi consensu valuisse, quia Hospitale illud Sancti Allucii, adhuc non erat Religioni deputatum, cum personæ; quæ illud regebant, poterant esse sæculares, & sic locus ille, quasi à propriis dominis rectè poterat; absque Episcopi consensu, in quascunque personas alienari, argumento textus *in c. ad hæc, de Religiosis domibus.*

8 Sextò, solutioni obstabit dicere, quod *in capite inter dilectos*, Ecclesia illa erat Sancti Allucii, quæ ita denominabatur: ergo erat locus Religiosus, cujus cura ad Episcopum pertinebat, ac per consequens, absque ejus auctoritate neutiquam ab Hospitalariis, nec ab eorum procuratoribus donari poterat. Cui dubio breviter respondendum est, ibi non fuisse Ecclesiam, quæ dignitatem, & immunitatem Ecclesiasticam obtineret, sed tantum erat Oratorium deputatum orationi, & celebrationi Missarum; sicut fere est in omnibus Palatiis, & domibus Magnorum Principum; quod privilegium omnibus Hospitalariis Hierosolymitanis, seu Sancti Sepulchri fuerat concessum, ut animadvertit Abbas *ibidem. numero* 7. Innocentius *numero* 2. Deindè solutioni obstabit dicere, quod si hoc esset verum, frustrà *in dicto capit. inter dilectos* 8. Rector, & Fratres appellarentur: & sic eorum Collegiũ licitum erat, cum Hospitalitati intenderent; siquidem Fratres illi per fundatorem Hospitalis, jus illud in Hospitali habebant, ut sic toto suæ vitæ tempore ibi deservirent, & justo consilio omnia facerent; sed non erat Ecclesia Pontificis, vel Episcopi auctoritate fundata, nec immunitatem Ecclesiæ obtinebat.

Similiter non obstabit si instes, quòd si locus non esset Religiosus, magis Domini, quàm Patroni, ut *textus* dicit, appellari, & nominari deberent. Quia respondendum est, ibi lato loquendi modo *Patronos* appellari, propter operas misericordiæ, quas exercebant, & ad eas deputati erant, Innocentius & Abbas *ibidem*. Nec eorum exceptio admittitur asserentium, à paucioribus Hospitalariis donationem fuisse factam; quia licèt exceptio illa probata tanquam legitima admitti possit, tamen cum fuisset objecta, & non probata, rectè à Summo Pontifice contra Hospitalarios Sancti Allucii fuit judicatum; Innocent. *ibid. nu.* 2. Abbas, *numer.* 20. Nec similiter alia illorum exceptio admittitur; scilicet quod donatio fuerat facta à fratribus paucioribus perjuris, & excommunicatis: *Primo*, quia donatio illa à principio simpliciter, & purè ab ipsis fuerat facta: Tum etiam, quia allegantes propriam turpitudinem, non sunt audiendi, *cap. fortè*, 14. *q.* 5. Rursus, quia licet essent excommunicati, & perjuri, poterant proprium jus donare, *c. veritatis, de dolo, & contum.* Demũ quia deceptis, non decipientibus jura subveniunt, *cap. cum universorum, de rer. perm. l.* 2. §. *sed ita demum, ff. ad Senat. Conf. Vell.* nec donatio illa poterat præjudicare Episcopo Diœcesano de Piscia, quia res illa fuerat inter alios acta, atque ideò aliis, nec consequenter Episcopo nocere poterat, *cap. inter dilectos, de fide instrum. capite penult. de sentent. & rejudic.* siquidem à jurisdictione sui Prælati quis non potest se eximere, *c. si diligenti, de foro compet.*

Septimò, ex his etiam infero interpretationem ad illud Bonifacii VIII. decretum relatum *in cap. unic. hoc tit. lib.* 6. ubi quæstio apud Bonifacium fuit delata, quid juris esset, si qui ex donatione, fundatione, vel constructione Ecclesiæ habuerit in ea jus patronatus, & laicus ille velit jus illud donare Ecclesiæ, vel alteri Religioso loco, an id possint facere absque Episcopi consensu, seu eius auctoritate; Et videbatur quod non posset, quia quemadmodum laicus, qui decimas detinet, illas non potest alteri Ecclesiæ donare, absque consensu Episcopi, *c. cum Apostolicæ, de his quæ fiunt à Prælat. sine consens.* (ubi latè scripsi) sic similiter, nec laicus poterit jus patronatus alteri Ecclesiæ, absque Episcopi consensu donare. Sed ea dubitandi ratione non obstante, Bonifacius respondit, quòd laicus potest alteri Ecclesiæ jus patronatus, sine consensu Diœcesani Episcopi, donare: ex cuius decisione manifestè conflat, laicum posse jus patronatus, absque Episcopi consensu donare. Pro cuius dubii solutione animadvertendum est, multùm interesse, an laicus velit donare jus patronatus alii laico, vel Clerico, an verò velit donare ipsi Ecclesiæ, vel alteri Religioso loco; nam primo casu non poterit sine Episcopi consensu alteri privato donare, ut in *text. nostro*, cum *similibus*; at verò in secundo casu poterit; & ita obtinet decisio text. *in dicto capite unico, hoc titulo lib.* 6. Ratio differentiæ, quia quando laicus donat jus patronatus alicui privato, desideratur Episcopi consensus, ea est, ut videat, & prospiciat, seu examen faciat, utrùm expediat Ecclesiæ mutare patronum; & etiam ut caveat, ne fraus, vel aliqua simonia in donatione illa interveniat; meritò ergo ob favorem Ecclesiæ in illis donationibus Episcopi auctoritas, & consensus desideratur; at verò, quando laicus jus patronatus Ecclesiæ ipsi donat, non desideratur Episcopi auctoritas, quia cessat periculum illud, & rationes suprà adductæ; siquidem tunc Ecclesia ipsa non læditur, imò potiùs libera manet ab illo jure patronatus, cum sit patrona sui ipsius, Lambert. *ubi suprà, lib.* 1. 2. *par. art.* 2. *quæst.* 2. *principali, num.* 3.

9

Octavò, nec huic solutioni obstabit generalis regu- 10
la, *in capite nullus* 17. *de jure patronatus*; ubi traditur, quod laicus nihil Ecclesiastici juris, etiam in eandem Ecclesiam, vel Monasterium, sine Episcopi consensu transferri potest. Quia respondendum est. *text.* illum loqui de spiritualib. hoc est de decimis à laicis detentis, à quib. excipiuntur annexa spiritualibus, ut est jus patronatus, *c. quanto, de judiciis*; quod quidem jure Ecclesiæ, ipsi, vel alteri Religioso loco, à laico absque Episcopi auctoritate donari potest, *d. cap. unic. hoc tit. lib.* 6. Nec obstabit dicendo, quòd ex eo, quòd Decretalis illa, *in d. c. nullus*, sit inserta sub *tit. de jur. patr.* videbatur dicendum, quod etiamsi donatio fiat Ecclesiæ iuris patronatus, donatio illa absque Episcopi auctoritate fieri non poterat; quia satisfactum est titulo ipsi, in quantum vetat, ne Patronus donet Ecclesiam sine consensu Episcopi, ut animadvertit Glossa, verbo, *Censenda, in dicto capite unico, hoc titulo lib.* 6. Barbosa *ibid. num.* 1.

Nonò, his omnibus, obstabit text. *in capite sugge-* 11
stam 20. *hoc titulo*, ubi Patronus quarundam Ecclesiarum, de consensu Episcopi Eboracensis, Ecclesias illas con-

conceſſit Eccleſiæ Beati Petri Eboracenſis, ut illas haberent in Præbendam; Canonici de novo Burgo conceſſionem illam irritare intendunt aſſerentes conceſſionem illarum Eccleſiarum, priùs illis factam fuiſſe: Quæritur, quæ conceſſio prævalere debeat? Reſpondit Pontifex, quòd licèt in donationibus Eccleſiarum, requirendus, & expectandus ſit Patronorum conſenſus, tamen niſi auctoritas Pontificalis interveniat, concedi non poſſunt: & ideò prima conceſſio, ſicut aſſenſu Patroni, & auctoritate Diœceſani facta eſt, aut etiam poſteà ejus aſſenſus fuerit ſubſequutus, poſteriori conceſſioni præfertur; alioquin illa debet valere, quæ cum auctoritate Diœceſani facta eſt, quamvis poſterior facta dicatur. Ex cujus textus deciſione duplex dubium deducitur. *Primum*, quare in donatione Eccleſiæ, alteri Eccleſiæ facta, deſideratur Epiſcopi conſenſus, cùm ex ſuprà traditis videatur non eſſe neceſſarius. Secundum, quod ex *eodem text.* deducitur, quòd Epiſcopi confirmatio, & ejus conſenſus ex poſtfacto præſtitus, nihil operari debet: ſiquidem confirmatio nihil novi tribuit, ſed rem illam confirmat in eo ſtatu, in quo reperitur; ita ut ſi nulla fuit donatio, nihil poterat operari novus Epiſcopi conſenſus: præcipuè, quia quando alicujus auctoritas, & conſenſus deſideratur, in ipſo actu præſens intervenire debet, *leg. obligari 9. §. Tutor, ff. de auctorit. tutor. §. Tutor autem. Inſtitut. eodem; cap. cum vos, de his, quæ fiunt à Prælat.* Sed Epiſcopi auctoritas, ex *text. noſtro*, cum *ſimilibus*, in hac donatione requiritur: ergo non ſufficit, ut poſteà interveniat poſt donationem. Sed primo dubio facilè facies ſatis, ſi dixeris aliud eſſe agere de donatione juris patronatus, aliud verò de donatione ipſius Eccleſiæ: in primo caſu, valet donatio juris patronatus, abſque Epiſcopi conſenſu ipſi Eccleſiæ, vel alteri loco Religioſo facta, *dict. cap. unic. hoc tit. lib. 6.* & ex rationibus ſuprà adductis; at verò ſi donatio ſit facta de Eccleſia alteri Eccleſiæ, vel Religioſo loco, non valet, ſi fiat abſque Epiſcopi conſenſu, quia tunc valdè læditur ejus jus, ad quem omnium Eccleſiarum proviſio in ſua Diœceſi competit: & ita obtinet text. *in dict. cap. ſuggeſtum* 20. *hoc tit.* argumento text. *in dict. cap. unic. hoc tit. lib.* 6. Abbas *in cap. conſultationibus, num.* 4. *de decimis; & in cap. illud, num.* 3. *& 6. hoc titul.* Nec obſtat ſecunda difficultas: quia ibi Epiſcopus non confirmat donationem anteà factam, ſed tantum præſtat conſenſum, qui ex poſtfacto poteſt intervenire: & donatio, cui primo conſenſus intervenit, valet etiam ſi ſit ſecunda, ſi primæ non fuerit præſtitus; nam ubi conſenſus requiritur in aliquo actu, ſufficit quòd quandocunque præſtetur, Gomezius *in leg.* 53. *Tauri, n.* 6. ac proindè, ſive præcedat, ſive ſequatur, actus eſt validus, & Epiſcopi conſenſus ſufficit, etiam ſi ſit tacitus, qui colligitur ex inſtitutione ab Epiſcopo facta, *cap. dudum, de decimis; cap. Cura* 11. *hoc tit.* Barboſ. *ibid. num.* 6. *& 7.*

Ad textum in cap. Quia Clerici 6. cap. Conſuluit 15. cap. De jure 16. cap. Relatum 21. cap. Prætereà 23. hoc tit. de jur. patron.

SUMMARIUM.

1 *Ius patronatus emens, vel alio modo adquirens, ut præſentet filios, vel nepotes, eo ſpoliari debet.*

2 *Patronatus jus, abſque labe ſimoniæ, vendi non poteſt.*
Ambitionis vitium præcipuè perſonis Eccleſiaſticis eſt prohibitum.

3 Cap. quia laici 6. de jure patronat. & *n.* 4.

4 *Poſſidens rem, ab ea ſpoliari non poteſt, niſi ciatione præmiſſa.*
Spoliare, & Privare *verbum, in quo differant.*
Facta de facto, ſimiliter de facto, & juris ordine non ſervato diſſolvuntur.

5 Cap. licèt, de Præbend. lib. 6. leg. fin. Cod. ſi per vim, vel alio mod.
Cap. conquerente, de reſtitut. ſpoliator.
Suffragium patris, filio prodeſt.
Charitas benè ordinata debet à ſe ipſo incipere.
Patria poteſtas in beneficiis non attenditur.
Patronus poteſt proprium ſuum filium in beneficio præſentare.

7 Cap. Clerici 11. de cenſibus.

8 Cap. conſuluit 15. de jure patron.
Eccleſia, *verbum multoties ſignificat jus patronatus.*
Patronatus jus ad filios, cæteroſque deſcẽdentes tranſire poteſt.
Cap. cum laico 10. cap. à nobis, de jure patronatus.

9 Cap. non ſatis, cap. non eſt probanda, 86. diſtinct.
Cap. dilecto 26. de Præbend.

10 Cap. nemo 11. de ſimonia.

11 Cap. conſulere 38. de ſimonia.

CONCLUSIO.

1 EMens *jus patronatus, vel alio modo adquirens, ut præſentet filios, aut nepotes, eo ſpoliari debet.* Confirmatur ex textu *in cap. conſuluit* 15. *cap. de jure* 16. *cap. relatum* 21. *cap. Prætereà* 23. *cap. tuanos* 34. *hoc tit. noſtro; cap. ſi quis nec,* 1. *quæſt.* 1. *cap. ſalvator,* 1. *quæſt.* 3. *cap. quanto, de judiciis; cap. cum Clerici* 11. *de cenſibus, cap. quæſitum, de rerum permutat.* Trident. *ſeſſion.* 25. *de reformat. cap.* 9. facit text. *in l.* 1. *l. in tantum, leg. ſacra loca, de rerum diviſ. §. Loca, fin. Inſtit. de emptione, & vendit. leg. hanc legem, ff. de contrahend. emption. leg.* 8. *tit.* 15. *part.* 1. *leg.* 15. *tit.* 5. *part.* 5. Exornant, ultra antiquiores omnes *in præſenti*, & in *dict. cap. conſuluit*, Suarez 1. *tom. de Religione, lib.* 4. *cap.* 28. Petrus Gregorius *lib.* 17. *ſyntagmatum, cap.* 4. *num.* 3. *&* 9. Thomas Sanchez *lib.* 2. *Moralium, cap.* 3. *dubio* 79. *&* 83. Spino *in ſpeculo teſtament. gloſſ.* 4. *numer.* 109. Lambertin. *de jure patronat. lib.* 1. *part.* 2. *quæſtion.* 5. *articul.* 4. Guttierrez *de juramент. confirmat.* 1. *part. cap.* 42. *num.* 4. Sylveſt. *verbo, Ius patronat. quæſt.* 5. *dict.* 4. cum traditis à Barboſ. *in collect. in dictis juribus.*

2 Ratio eſt, quia cum jus patronatus ſit jus præſentandi ad beneficia Eccleſiaſtica, abſque labe ſimoniæ vendi non poteſt, *cap. ſalvator,* 1. *quæſt.* 3. *cap. conſulere, de ſimonia, cap. de jure, hoc titulo:* nam id, quod eſt ſpirituale, vel ſpiritualibus annexum, invendibile eſt, & conſequenter materia ſimoniæ juri Divino contrariæ; ſed jus patronatus ſecundum ſe eſt quid ſpirituale, ſeu ſpiritualibus annexum, *cap. quanto* 3. *de judiciis*: ergo eſt materia propriiſſima ſimoniæ; unde *in præſenti* ejus venditio inhibetur, præcipuè, cum in emptione hujus juris ad effectum, ut adquirens filios, vel nepotes ſuos in Eccleſiis patronatis poſſint præſentare, vitium ambitionis notabiliter appareat, quod vitium in perſonis Eccleſiaſticis præcipuè reprobatur, *Clementina* 1. *in principio, de rerum permutat.* Quare textus noſter hac ratione fundatus, quamcunque prædicti juris adquiſitionem ita factam reprobavit, ut conſtat ex verbis illis, *Et poſtmodùm eorum filiis*, quæ verba apertè denotant illam adquiſitionem juris patronatus in præſenti reprobatam eſſe, quæ principaliter facta fuerit ad prædictum effectum; aliàs enim neceſſe non erat, cur à Pontifice referrentur, ac ſubindè, ſive licita, ſive illicita ad illum finem reprobatur, ut verè animadvertit Barboſ. *in Collectan. ad noſtrum textum num.* 3.

Primò

Primò, noſtri text. deciſioni obſtabit ſequens conſi-
3 deratio; videlicèt, jus patronatus, quod eſt ſpiritua-
libus annexum, per ſe vendi non poteſt, *cap. de jure* 16. *hoc tit. cap. querelam. de ſimenia*, ſed in *text. noſtro* ju-
ris hujus venditionem prohibitam non eſſe apparet, ut ipſemet textus inſinuare videtur: igitur ejus deciſio Juris noſtri regulis non congruit: Minor fortiùs probatur ex ejus contextura, ex qua colligitur, ementem jus patronatus, cum hac depravata intentione, ut principaliter poſſit filios, vel nepotes ſuos ad Eccleſias, cùm vacaverint præſentare, ſpoliandum eſſe eo patronatus jure ſic adquiſito: igitur ſi ideò reprobata eſt venditio illius juris patronatus, quia facta proponitur cum illa depravata intentione præſentandi filios; conſequens eſt, quòd ſi Clericus jus illud ſimpliciter, abſque illa intentione comparaſſet, ſpolationis pœna non plecteretur, ſed penes ipſum remaneret, rata, & legitima venditione manente, & conſequenter jus hoc vendi per ſe ſingulariter poterit, & ſic contra juris regulas textus noſter abſurdum ſupponit. Augetur difficultas ex eo, quia ibi decidit, eum, qui jus patronatus emit, etiam acceſſoriè cum univerſitate bonorum, quo in caſu à jure venditio permittitur, *cap. ex literis*, *cap. cum ſæculum* 13. *de iure patron. cap. cum Bertholdus*, *de ſentent. & re judic.* ſi tamen ea intentione fuerit emptum, ut filios, vel nepotes principaliter præſentet, eo quoque ſpoliandum eſſe emptorem, inſinuat *textus noſter*, in verſicul. *Quocunque modo poſſunt, adquirunt, ut poſtmodum eorum filii, & cætera*; quæ verba univerſalia caſum etiam comprehendunt, quo jus patronatus quis vellet adquirere cum univerſitate bonorum, dum tamen ad hunc effectum, de quo loquimur, emptio principaliter ſit facta, cum venditio juris patronatus, etiam in caſu à jure permiſſo facta, irrita decernatur, quia celebrata fuit cum illa depravata intentione: igitur ſi abſque tali intentione celebretur, venditio valeret mero jure: ergo text. noſter videtur probare jus patronatus per ſe & ſimpliciter venditionis titulo in alium transferri poſſe: cum utroque in caſu ſive ſimpliciter, ſive cum univerſitate bonorum, venditio abſque illa depravata intentione fuerit facta, videtur ſupponere jus patronatus per ſe, & ſimpliciter venditionis transferri poſſe, cum utroque in caſu propter illam pravam intentionem, ſupponat venditionem non valuiſſe. Cui dubio reſpondendum eſt, in textu noſtro non probari jus patronatus per ſe vendi poſſe; nam licèt in utroque caſu irrita judicetur venditio, propter illam depravatam intentionem, tamen differentia conſtituenda eſt inter primam, & ſecundam noſtri text. partem; nam in prima, ſi Clericus jus patronatus per ſe comparat cum illa depravata intentione, eo ſpoliandus eſt, duplici ex culpa: Prima, quia jus patronatus ſpiritualibus annexum ſimoniacè emit, *dicto cap. de jure*, *hoc titulo*, *cap. conſulere* 36. *querelam* 15. *de ſimonia*. Secunda, quia cum illa depravata intentione emit, ut filios, vel nepotes præſentaret: unde noſtri text. deciſio locum haberet, etiam ſi Clericus jus hoc, ita ſimpliciter, abſque prædicta intentione comparaſſet; nam & tunc eo jure ſpoliandus eſſet, omni poſtpoſita appellatione, propter vitium ſimoniæ, quæ in venditione illa commiſſa eſt, *cap. ſalvator.* 1. *quæſt.* 3. *dict. cap. conſulere*, *de ſimonia*: in ſecundo autem caſu, quando Clericus jus hoc, in caſu aliàs jure permiſſo, hoc eſt, cum univerſitate bonorum comparavit, ad effectum principaliter præſentandi filios; eo jure ſic adquiſito ſimiliter ſpoliari debet, ex unica tantùm cauſa; ſcilicèt, quia jus illud, ad illum depravatum effectum comparavit; unde in nullo caſu hujus juris venditionem per ſe permiſſam eſſe textus noſter docet, ut notat Beroius *in præſenti*, *num.* 5.

4 Secundò, adverſus noſtri text. deciſionem, dum probat ſpoliationis pœnam infligendam eſſe, appellatione neglecta, patrono, jus patronatus comparanti eo animo depravato; obſtabit ſequens conſideratio, ſcilicèt, quod patronus in hac ſpecie ſpoliari non debet, etiam ſi injuſtus ſit poſſeſſor; nam qui rem poſſidet, etiam ſi injuſtè eam detineat, & occupet contra decreta, & prohibitionem Canonum, ſpoliandus non eſt, niſi præcedente citatione, & judiciario ordine ſervato; *cap. licèt Epiſcopus*, *de Præbend. lib.* 6. *leg. final. Cod. ſi per vim, vel alio modo*; & meritò, quia ſpoliatio vitioſum, & violentum actum ſignificat, *cap. conquerente*, cum vulgatis, *de reſtitut. ſpoliat.* nam jura non debent violentiam permittere, ne exinde injuriarum actio naſcatur, *cap. qualiter* 17. *de accuſ. leg. meminerint*, *Cod. unde vi*: Igitur minus rectè, in præſenti ſpoliari, appellatione poſtpoſita, jubetur. Cujus difficultatis pondere Interpretes oppreſſi, dupliciter noſtri text. literam intellexerunt: aſſerunt enim primò verbum illud *ſpoliando*, intelligendum eſſe, id eſt, *privando*, differentiam conſtituentes inter *privare*, quod ſignificat privationem per actum judicialem factam; & *ſpoliare*, quod notat privationem extrajudicialem; ita ut noſtri text. mens, & ſententia ſit, quòd Clerici, qui jus patronatus emerant, ad effectum principaliter filios præſentandi, eo jure ſpolientur, id eſt, judiciario ſervato ordine per Superiorem priventur. Secundò, aſſerunt accipiendo verbum illud, *Spoliare*, in ſuo proprio ſignificatu; ita ut Judex de facto extrajudicialiter, abſque ſtrepitu, & figura judicii, poſſit Clericum in noſtra ſpecie ſpoliare, quia propria auctoritate veniens contra interdictum, & prohibitionem Canonis, jus patronatus ea intentione depravata & malo animo emit; nam ſicut quis de facto proceſſit, ita de facto poteſt ſpoliari; ſiquidem non eſt neceſſe, ratione notorietatis, rem in judicium deducere, quia in actibus notoriè injuſtis, & factis contra prohibitionem legis, ſeu Canonis, poteſt Judex extrajudicialiter, & de facto procedere; dummodò actus Judici, ut judici, notorii ſint; nam in his, quæ notoria ſunt ipſi Judici, ordo judiciarius omitti poteſt, *cap. ad noſtram* 21. *aliàs el* 3. *de jure jurando*; *cap. evidentia*, *de accuſation. cap. quoniam*, *de filiis Presbyter.* Ubi ſi notorium ſit, filium patri in beneficio ſucceſſiſſe ab illo, etiam juris ordine non ſervato, per Epiſcopum excludi debet. Ratio eſt, quia Sacri Canones prohibent ne filius patri immediatè in beneficiis ſuccedere poſſit, *cap. præſentium*, cum aliis, *de filiis Presbyter.* ſiquidem Sanctuarium Dei jure hæreditario nequit poſſideri, *cap. ad decorem*; *de inſtitut. cap. conſuluit*, *hoc titulo*: quam ſolutionem tenent Panormitanus *in præſenti*, *num.* 4. Butrius, *num.* 5. Beroius, *num.* 2. & 3.

Tertiò, huic ſolutioni obſtat text. *in cap. licèt*, *de* 5
Præbend. lib. 6. *leg. final. Codice ſi per vim, vel alio modo*: in quibus juribus cavetur, cùm, qui rem injuſtè detinet & occupat, etiam contra decreta, & prohibitionem legum, ſeu Canonum, privandum, ſeu ſpoliandum non eſſe, niſi præambula citatione, de qua *in leg. quemadmodum*, *Cod. de agricol. & cenſ. lib.* 11. Sed huic dubio reſpondendum eſt, jura illa procedere in caſu, quo notorium non eſt, aliquem detinere rem ſeu beneficium habere contra juris interdictum, ut verba illorum jurium inſinuant, *in dict. leg. final. Codice ſi per vim*, verſicul. *Quia negotiorum meritа partium aſſertione*, & cæter. & *in dicto capite*, *licèt Epiſcopus*, verſicul. *Cum tibi forſan jus poſſit competere retinendi*: Ex quibus colligitur, notorium adeò non eſſe, res illas injuſtè detineri, & contra legis, vel Canonis prohibitionem poſſideri, ut Judex poſſit rebus illis, de facto, & nullo juris ordine ſervato, detinentes ſpoliare; undè minus non eſt, ſolitum judiciarium ordinem in eis juribus exigi, ut qui eas res detinent, privari poſſint. Eadem ſolutio applicanda eſt textui *in dicta leg. quemadmodum*, *Cod. de agricol. & cenſ.* Quæ ſolutio comprobatur etiam ex textu *in cap. conquerente*, *de reſtitution. ſpoliator.* ubi ſcriptum eſt, ſpoliatum beneficio ab Epiſcopo, ſeu

Superiore

Superiore ante omnia reſtitui oportere: quia abſque cauſa manifeſta, & rationabili Epiſcopus non poteſt ſuos ſubditos ſpoliare beneficiis ſuis: ergo textus ille probat, quòd ob cauſam manifeſtam, & notoriam, Epiſcopus ſpoliare poteſt Clericos ſubditos ſuos ſuis Eccleſiis: ſine cauſa autem manifeſta non poſſe; & ideò generaliter concludendum eſt, quòd quoties notorium eſt, aliquem aliquid attentare, & injuſtè contra legis, Canonisvè prohibitionem detinere, à Superiore ſuo poſſe jure de facto ſpoliari, etiam abſque citatione: Cum ergo in præſenti Clerici notoriè contra interdictum, & prohibitionem Canonis, propria auctoritate veniſſent, jus illud elementes, ad effectum principaliter præſentandi filios, vel nepotes; meritò potuerunt de facto ab Epiſcopo Exonienſi jure illo ita adquiſito ſpoliari; notant Doctores omnes *ſuprà* citati.

6 Quartò, obſtabit dicere, quòd in præſenti poterat patronus filios, vel nepotes idoneos ad Eccleſiam vacantem præſentare, arg. text. *in leg. illud. ff. quod cujuſque univerſ.* ubi ſuffragium patris filio prodeſſe poteſt: quod cum in beneficialibus prohibitum non ſit conſequenter à jure permiſſum cenſetur: argumento text. *in cap. cum apud ſedem. de ſponſalibus*, imò potiùs filium præſentare tenetur, quàm alium extraneum, quia ordinata charitas ita poſtulat, *c. non ſatis*, *c. non eſt præſentanda*, 86. *diſtinct.* nam quamvis pater ſe ipſum non queat præſentare, *cap. per noſtras hoc titulo*, eo quod tunc non detur diſtinctio inter præſentatum, & præſentantem, argumento textus in *cap. fin. de conſtitution. cap. debitum*, *de Baptiſmo*: tamen quando filios præſentat, diverſitas datur perſonarum cum revera diſtinctæ perſonæ ſint, ut notant Doctores omnes, *in cap. unico*, *de voto*, *lib. 6. cap. ad hæc*, *cap. tua nos*, *de teſtament. cap de uxore*, §. *final. de ſepultur. cap. indecorum*, *de ætat. & qualit.* licèt aliàs juris fictione pro una eademque perſona reputentur, *leg. Cod. de impub. & aliis ſubſtit.* nam patria poteſtas, cujus virtute hæc fictio inducta eſt, in beneficiis non attenditur, *cap. fin. de judiciis*, *lib. 6.* nec ſimiliter in his, quæ juris publici ſunt, *leg. nam quod 14. ff. ad Senat. Conſ. Trebel.* Igitur, qui animo, & intentione præſentandi filios jus patronatus emit, non debet propter hoc ſpoliari, cum actum de jure licitum, & permiſſum videatur exercere. Cui difficultati reſpondendum eſt, fatendo veriſſimum eſſe, patronum alicujus Eccleſiæ, ſeu beneficii, poſſe proprium filium idoneum ad illud præſentare, ex rationibus, & juribus *ſuprà* in argumento adductis, Gloſſ. *verb Auctoritate, in cap. conſuluit. 5. hoc tit.* ubi Abbas, *& in conſil. 96.* incipit: *Jeſus Chriſtus adſit*, *vol. 2.* Lambertin. *de jur. patr. li. 2. p. 1. qu. 3. art. 12.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. 3 p. al. leg. 72. n. 93.* Tuſch. *lit. P. concl. 138.* Nec huic ſolutioni contrarius eſt *text. noſter*; nam quod in eo ſtatuitur, procedit, quando pater comparavit, vel alio modo adquiſivit jus patronatus eo animo principaliter, ut proprios filios, vel nepotes ad eaſdem Eccleſias præſentaret, ſolo ſanguinis amore ductus, & nulla idoneitatis habita ratione; quod cum ſit contra deciſionem text *in cap. grave nimis*, *de præben. c. unic. ut Eccleſiaſtica beneficia*: *cap. tuam 10. de ætat. & qual.* meritò in text. noſtro illa præſentatio reprobatur: ubi Franch. Butr. & Berojus, Card. & fere omnes, *in d. cap. conſuluit*, Rochus de Curte, *verb. Beneficium*, *q. 4* verſ. *Limita tamen*: quibus ego addendum inſuper exiſtimavi in *text. noſtro*, Clericos ita elementes, ſeu aliter procurantes prædictas advocationes, id eſt, jura patronatus facere in fraudem, & contra deciſionem text. *in c. 1. de præb.* cum *ſimilibus* à me *ibi relatis*, in quibus prohibetur beneficiorum in alios tranſlatio, hæreditario, ſive ſanguinis jure: quippè ipſi habentes, & poſſidentes, etiam juſto jure beneficia juris patronatus, cum ſcirent non poſſe illa in filios, aut nepotes transferre, propter imaginem hæreditariæ, ſucceſſionis in re beneficiaria reprobata, jus patronatus eorundem beneficiorum ambiebant, ut prætextu præſentationis, ad eoſdem conſanguineos beneficia jure hæreditario tranſirent; quæ fraus adeò invaluerat, ut quaſi in conſuetudinem apud Clericos Exonienſes creviſſet, ut conſtat ex *integra noſtri text.* quæ habetur, 3. *tom. Concilior. ſecundæ partis in appendice Concilii Lateran. pag.* 1190. quæ refertur ab Ant. Aug. *in 1. collectione Decretalium*, *hoc tit. cap.* 8. & cum id apertè ſit contra mentem, & rationem *d. c. 1. de Præb.* meritò in *tex. noſtro* damnatum fuit.

Quintò, ex dictis infertur interpretatio ad Alexandri III. decretum relatum *in c. cum Clerici 11. de cenſ.* 7
ubi Cantuarienſi Archiepiſcopo, & ejus Suffraganeis reſcribens proponit, quoſdam Clericos cum Religioſis quibuſdam ſine auctoritate Epiſcopi colluſionem feciſſe, conſtituendo eis cenſuales Eccleſias, quas tenebant ut poſt eorum deceſſum Eccleſiæ per repræſentationem eorum Religioſorum ad proprios filios, vel nepotes Clericorum tranſire poſſent; præcepit Pontifex Cantuarienſi Archiepiſcopo, & Suffraganeis ejus, quod ſi quos talia facere inveniſſent, eos à præſcriptis Eccleſiis, appellatione poſtpoſita, ſpoliare, ſeu removere non differrent; cujus deciſionis ratio ex *noſtri text.* interpretatione petenda eſt; nam ideò hæc fraus, ſeu fraudulenta colluſio, in *text.* illo damnata fuit, quia per eam in fraudem juris Pontificii, Clerici filiis, vel nepotibus ſuis beneficia à ſe poſſeſſa relinquere intendebant, ut conſiderat Cardinalis *ibidem numer. primo*, Archidiaconus *num. ſecundo*, Hoſtienſis *num. 3.*

Sextò, ſolutioni ſuprà adductæ obſtabit text. *in cap.* 8
conſuluit 15. hoc tit. ubi Alexand. III. declarat, illicitum omninò eſſe, ut Clerici Eccleſias à parentibus ſuis fundatas propria auctoritate detineant, & quod laici cuipiam, etiam filio concedant eaſdem. Quæ deciſio difficilis valdè eſt, maximè ſi accipiatur, ut ſolet à nonnullis de ipſo patronatus jure: pro qua aſſertione conſiderari poteſt, verbum illud, *Eccleſias*, de quo in *eo text.* multoties ſignificare ipſum patronatus jus, præcipuè in juribus quæ ſub *hoc tit.* extant, *ut in c. 1. c. quod autem 5. verſ. De cætero.* ubi Gloſſ. *verbo. Si conſenſus*, *hoc tit.* ut ſic *ei tit.* deciſio ſuprà adducta conveniat, arg. tex. *in l. Imperator*, *ff. de in diem addict.* deindè, quia in *eo text.* extant verba illa, *Propria auctoritate*, cum alias ſine licentia, & auctoritate Epiſcopi dari, donari, vel transferri Eccleſia non poterat, *d. c quod autem 5. c. cum laici. c. nullus. hoc tit. c. nemini. 16. q. 7.* in quo ſenſu ita retento, textus *in dict. cap. conſuluit*, expreſsè repugnat notiſſimo juris principio; quo monemur jus patronatus ad filios, cæteroſque deſcendentes, proprio, & hæreditario jure tranſire poſſe, *c. filiis*, *vel nepotibus*, *c. quicunque*, *16. qu. 7. cap. conſtitutum 60. in fin. 16. q. 1.*

Sed hac conſideratione non obſtante, illius textus interpretatio ex ſuprà traditis deſumenda eſt; nam prædictus textus aſſumendus non eſt de filiis volentibus obtinere jus patronatus Eccleſiarum, quas parentes fundarunt, ſed de uſurpantibus propria auctoritate ipſas Eccleſias à parentibus fundatas, ut Beneficia Eccleſiaſtica, & eorum fructus: quæ quidem acceptio & interpretatio, propria, & veriſſima eſt *illius textus*, verſicul. *Eccleſias*, ut docent Doctores omnes *in titulo*, *de conceſſione Prabend. Eccleſiæ non vacant. cap. penultim. & ultim. ne Prælati vices ſuas*; *cap. 2. hoc titulo*, *lib. 6.* & in hoc ſenſu eſt interpretandus textus *in cap. 1. & 2. hoc titulo*, ut benè conſiderat Berojus *in dict. cap. 1. num. 2.* nam quamvis in filios, & hæredes patronorum jus jure hæreditario tranſeat, *cap. ſignificavit 41. de teſtibus*, *Clementin. plures*, *hoc tit.* tamen Eccleſiæ ipſæ, ut beneficia Eccleſiaſtica minimè tranſeunt: atque ideo filii etiam Clerici, vel laici, quamvis hæredes, non poſſunt beneficia illa propria auctoritate obtinere, propter prohibitionem, & rationem, de qua *in d. c. 1. de Præb.* Quæ interpretatio conſtat ex ejuſdem text. præfatione, ubi Pontifex deciſionis

rationem considerat in eo, quia *Sanctuarium Dei jure hæreditario teneri nequit*: tum etiam ex verbis illis, *Propria auctoritate detineant*, in quibus non excludit Patronorum præsentationem, & Canonicam Episcopi institutionem, qua mediante licitè beneficia obtinentur; eademque interpretatione sunt intelligenda finalia verba ejusdem textus, quibus prohibetur: *Ne laici Ecclesiarum Patroni filiis suis, vel quibusdam easdem concedunt*; nam accipienda sunt similiter, de concessione Ecclesiarum propria auctoritate facta, *cap. cum laici* 10. *cap. à nobis, hoc tit.* non verò præsentatione, per quam filiis, vel nepotibus, ut supra diximus beneficia conferri possunt notat Gl. fi. *ibidem* Hostiens. Cardin. Abb. *n.* 2. Ancarr. *n.* 4. & facit tex. *in c. fin. hoc tit.* ubi dicemus.

9 Septimò, eadem interpretatione tradita, ad text. *in dict. cap. consuluit* 15. *hoc tit.* infertur ratio ad text. *in cap. non satis, cap. non est probandum*, 86. *dist.* in quibus juribus constat, posse Episcopum conferre beneficia filio legitimo, nepoti, aut consanguineis patroni, aliàs idoneis; idemque posse patronum Clericum, si ei ex privilegio competat jus conferendi: tunc enim cum ad collationem non indigeat alterius auctoritate & illi qui instituitur,, sit benemeritus, non est cur impediatur beneficium consanguineo elargiri; nam charitas in primis exercenda est erga domesticos, & consanguineos; notat Alvaro Valasco *de privilegiis pauperiat. quæst.* 68. Barbos. *de potest. Episcop. allegat.* 72. *num.* 94. quibus adde textum *in l. Præses, Cod. de servit.* Quæ resolutio suadetur ex facto Christi Domini eligentis ad Apostolatum Jacobum Minorem, Simonem, & Judam, consanguineos suos, *Marc. cap.* 3. *Luc.* 6. qua de causa *fratres Domini* appellari potuerunt, *Matth. cap.* 13. *vers.* 35. Baronius *tom.* 1. *in apparatu ad Annales, n.* 61. *cum sequentibus.* probatur etiam ex tex. *in capit. dilecto* 25. *de Præbend.* ubi Archiepiscopus Remensis Apostolicæ Sedis Legatus nepoti suo Præbendam concessit, & eum in Canonicum instituit; & alia plura exempla refert Lara *de Capell. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 3. quorum sententia vera, & secura est, dummodo absit scandalum; nam consanguineis beneficia conferre aut in eorum renuntiare, nullum simoniæ vitium profecto continet, notat Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 4. *q.* 8. *num.* 6. cum sanguinis jus nequaquam rei spiritualis pretium efficiat, ut considerat Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 5. *n.* 4. post D. Thom. 2. 2. *q.* 100. *art.* 5. videndus Bobad. *in Politic.* 1. *p. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 20. Paul. Layman *de benefic. c.* 15. *num.* 8.

10 Octavò resolutionem hanc evertere videtur text. *in cap. nemo* 14. *de simonia*, verfic. *Nec pro respectu cujusque personam consanguinitatis, aut familiaritatis*; juncto *versic. final.* ibi: *Quia simoniacum est utrumque*: Ex quibus verbis constat simoniam committere eum, qui beneficium confert consanguinitatis respectu, ac per consequens, absque ejus nota, non posse Episcopum, vel Patronum beneficia filiis, vel nepotibus conferre. Cujus textus difficultas adeo gravis est, ut nonnullos affirmare coëgerit, consanguinitatem, quæ in causa fuit dandi beneficii, aut quid spirituale faciendi, vel non faciendi, esse materiam simoniæ, Gloss. *verbo, Carnalitatem, in capit. unic. ut Ecclesiastic. Benefic.* Gloss. *in cap. si quis atque* 115. 1. *quæst.* 1. Beroius *in præsenti, numero sexto.* Sed egregiè falluntur, quia Episcopus in casu proposito, nihil temporale à consanguineis pro spirituali accipit; atque ideo non potest simonia illa committi, quæ jure Divino damnata est; neque etiam interpretativa, quæ à jure positivo prohibetur, ut considerant Hostiensis, & Innocent. *in dicto capit. nemo* 14. *de simonia*; nam verba illius textus, *simoniacum est utrumque*, non referuntur ad familiaritatis, vel consanguinitatis rationem, nec ad alias causas *in principio ibidem* relatas; sed ad insertas *in versiculo Nequaquam*: text. ille duas in se continet partes, unam *in initio*, ubi prohibentur Presbyteri accipere aliquid temporale, propter celandum publicum peccatorem Episcopo, vel ejus ministris aut ne illum Episcopo innotescere detractent, respectu consanguinitatis, aut familiaritatis: in qua specie nullum simoniæ verbum extat: sed id tantum prohibetur, non tanquam simonia, sed tanquam peccatum contrarium bonis moribus, & officio Clericorum, ut patet ex *eodem text.* ibi: *Alienis communicans peccatis.* Cæterum, in vers. *Nec quemquam* usque *ad fin.* ubi prohibentur Clerici reconciliare non pœnitentem, vel reconciliationem negare dignè pœnitenti propter aliquod pretium: & de his ratio redditur, ibi: *Quia simoniacum est utrumque*, quæ verba sunt similia contexturæ, & sic referenda ad versicul. immediatè præcedentem, in quo duo proponuntur casus, quibus adaptatur, eosque complectitur taxativè dictio illa, *Utrumque*, non verò casus primæ textus partis qui plures sunt quàm duo; & si eos comprehendere Pōtifex voluisset, non dixisset: *Quoniam utrumque simoniacum est*, sed *Quoniam omnia hæc simoniaca sunt*; notat Gloss. fin. *in d. c. nemo* 14. *de simon.* Card. *ibidem*, Suar. *d. lib.* 4. *c.* 22. *n.* 14. Laym. 2. *to. li.* 4. *tit.* 10. *de simonia, c. ult. n.* 43. cum traditis à Barb. *in collect. ad tex. in d. c. nemo.*

Nonò, adversus *text. nostrum*, quatenus probat spo- 11
liandum esse eum, qui jus patronatus, consideratione supra adducta, emit, expendo text. *in cap. consulere* 38. *de simon.* ubi quicunque Vicedominatum (hoc est jus) vel aliam Ecclesiasticarum rerum administrationem, per pecuniam obtinere voluerint; tam ementes, quàm vendentes, cum Simone percelluntur, & ab illa Ecclesia, in cujus contumeliam dare pecuniam, & accipere voluerunt, justè excluduntur: quæ decisio apertè satis denotat, eum, qui Vicedominatum emit, & qui vendit, privari, & excludi ab omni jure, quod posset habere in Ecclesia. Idem probat text. in *cap. præterea* 2. *hoc tit. capit. salvator.* versic. *In homine*, 1. *quæst.* 3. Igitur non rectè in nostra specie pœna illa solum infligitur emptori; cum utrumque, scilicet emptorem, & venditorem, ea puniendos esse jura proclamant nuper perpensa. Cui difficultati respondendum est, quod quando extraneus emit juspatronatus, vel aliter illud ex alio titulo adquirit, hac intentione principaliter, ut præsentet filios, vel nepotes, tam emptor, quàm venditor privandi sunt jure patronatus, & illud redditur Ecclesiæ, non ut ex hoc Ecclesia efficiatur patrona sui ipsius, quippè jus patronatus quædam servitus est; ut in *c. piæ mentis*, 16. *q.* 7. *c. significavit, de testib.* & in re propria non potest servitus constitui *l. uti frui, ff. si ususfruct. petat.* sed ad hoc, ut ab eo jure liberetur Ecclesia, & libera maneat, & consequenter Ordinarius, ad quem de jure spectabat jus instituendi liberam potestatem habeat conferendi beneficium, perinde ac si beneficium patronatum non esset, ut in *cap.* 1. *&* 2. *de Religios. dom. cap. vovet, de his quæ fiunt à Prælat. cap. voverunt, cap. decretum*, juncta ejus Gloss. 11. *quæst.* 1. Gomez *in capit. unic. hoc tit. lib.* 6. Innocent. *in præsenti.* Ratione etiam confirmatur, quia ex hujusmodi contractu facto super jure patronatus, Ecclesiæ injuria, & contumelia irrogatur, *dict. cap. consulere*, vers. *In cujus contumeliam*, pœna autem injuriam inferenti à Canone imposita, Ecclesiæ læsæ applicanda est: *ex Auth. quomodo oporteat Episcopos*, §. *Verumtamen, &* §. *Si quis autem, cum sequentibus*: in quibus juribus cavetur, quod si quis in Ecclesia promotus est pretio dans, vel recipiens illo privatur jure, & adquiritur Ecclesiæ, *cap. de hoc, in fin. de simon.* ubi jubetur, pecuniam simoniacè adquisitam Ecclesiæ restitui. Nec obstat, quod in *nostro text.* cautum est, ubi nulla fit mentio de venditore, sed tantum de emptore, quem solum spoliandum esse jure patronatus exprimit; & consequenter eo ipso videtur decidere, quod hæc pœna tantum emptori, non verò venditori imponenda est, & sic venditor jure patronatus non videtur privandus, nec Ecclesia libera remanebit, sed

apud

apud venditorem jus patronatus remanere debet: Quia respondendum est, quod satis dicitur pœna expressa, si exprimatur in uno ex correlativis, cùm in altero eadem ratio militet; nam tunc, tam venditor quàm emptor simoniam committit; siquidem pœna in uno ex correlativis imposita, in altero apposita videtur, ubi eadem ratio delicti concurrit: *leg. fin. ff. de acceptilat. l. 1. C. de cupressis; lib. 11. leg. ultim. Cod. de indict. viduit. toll. l. unic. C. de edict. Div. Adrian. toll.* Glos. *verb. Eligatur, in Clementin. 1. de election.* Abb. *in cap. 1. de locato.* Ergo licèt text. noster tantum referat, emptorem spoliari debere jure patronatus, quod emptionis titulo quæsivit; tamen idem de venditore, seu de alio quolibet jus patronatus sic in alium transferente dixisse videtur, ex natura correlativorum; quæ est, ut concurrente eadem ratione delicti, dispositum in uno censeatur etiam in alio locum habere, *dict. leg. ultim. Codice de indict. viduit. tollend.* Thomas Sanchez, plures referens, *lib. 2. Morat. cap. 3. dubitat. 82. & 83.*

Ad textum in cap. Quia Clerici 6. cap. ex litteris 7. cap. Cum sæculum 13. cap. De jure 16. cap. Præterea 23. hoc nostro titulo, de jure patronatus.

SUMMARIUM.

1 *Patronatus jus consistens in aliqua universitate transit cum ea ipsa, etiam si universitas transeat tantum quoad utile dominium; nisi specificè sit exemptum.*

2 *Attendendum est id, quod principaliter agitur, non verò in consequentiam venit.*
Magis dignum aliquando potest accedere minùs digno.
Fructus pertinent ad bonæ fidei possessorem.

3 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur.*

4 *Patronatus jus per se solum vendi non potest, secus accessoriè, & per consequentiam, cum universitate bonorum.*

5 Capit. Cum Bertholdus, de sentent. & re judic.

6 *Patronatus jus an transeat cum hæreditate?*

7 L. Fufidius 29. de reb. auct. judic. poss. (*aliàs incipit*, Aufidius 13. ff. de privil. *creditor.*)

8 *Dignum magis trahit ad se minus dignum.*

9 *Præsentatio ut valeat, requiritur quod præsentans sit in possessione, vel quasi, præsentandi.*
Colonus nomine domini civiliter possidet, proprio autem naturaliter tantum.

10 *Præsentatio ut valeat requiritur quod facta sit à majore parte Patronorum. Id etiam desideratur in contractibus à Capitulo, vel Collegio factis.*

11 *Præsentatio lite pendente facta an teneat.*
Capit. cum venisset, in fin. de in integr. restitut.
Cap. consultationibus 19. de jure patronat.

12 *Sepultura absque labe simoniæ vendi potest.*

CONCLUSIO.

1 *Patronatus jus consistens in aliqua universitate temporalium, transit cum ipsa, etiam si universitas transeat tantùm quoad utile dominium, nisi jus patronatus specificè sit exemptum.* Quæ conclusio confirmatur ex textu *in cap. quia Clerici 6. cap. ex literis 7. cap. cum sæculum 13. cap. de jure 16. cap. præterea 23. hoc nostro Granna in Decret.* *titulo de jure patronat. cap. cum Bertholdus 18. de sent. & re jud. Clement. plures, hoc tit. cap. 1. de Capitan. qui Curiam vend. in usibus feudor.* Trident. *sess. 25. de reformat. cap. 9. l. quædam 63. ff. de adquir. rer. domin. l. aquæductus 47. l. dolia 76. l. in modicis 24. ff. de contrah. emptio. l. mercedem 55. ff. de action. empt. l. 1. ff. de feud. dotal. leg. 8. tit. 15. part. 1.* Exornant Rochus *de jure patron.* vers. *Ipse, vel is à quo causam habuit, num. 1. & 40.* Lambertin. *eodem tit. & vers.* Covar. *lib. 1. variar. cap. 13. num. 4. & lib. 2. cap. 18. num. 8.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 24. n. 18.* cum traditis à Cenedo *in Collectan. ad Decretales, collectan. 5. n. 1. & 2. & ad Clementinas, collect. 7.* Barbos. *in collect. ad nostrum text. num. 2.* & in juribus suprà adductis.

Ratio est: quia tunc contractus videtur initus super rebus temporalibus, non verò super jure patronatus, quod accessoriè transit: Glos. *in cap. querelam, de simonia*: & sic accessoriè, & in consequentiam, cum universitate vendita, non in vim venditionis, sed accessionis jure tantùm transmittitur; quo casu non dicitur contractus, vel venditio celebrari super ipso jure patronatus, sed super ipsa universitate bonorum vendita, *dict. leg. in modicis*, cum *suprà traditis*; siquidem quod principaliter agitur, est attendendum, non verò quod in consequentiam venit, *cap. cum voluntate, de sentent. excom.* Nam magis dignum aliquando potest accedere minus digno, *dict. leg. in modicis, ff. de contrah. emption.* & licet contractus non gratuitus prohibeatur super jure patronatus, *capit. quia Clerici 6. hoc tit.* tamen si contractus non gratuitus intervenit cum aliqua universitate temporalium, jus patronatus existens in eo, etiam cum ea transit; ut *in præsenti*, & in *cap. cum sæculum*, *hoc titul.* nam de natura accessorii est transire cum principali, *cap. accessorium, de regul. jur. lib. 6.* Quæ regula procedit, etiam si accessorium sit eminentius, & dignius, quia semper sequitur naturam principalis, *leg. cum aurum 20. §. fin. leg. & si non sunt 21. §. perveniamus. ff. de aur. & arg. legat.* Ratio rationis est, quia in accessorio, vel principali, non attenditur quid sit dignius, sed quid sit primò, vel secundò in intentione: & dicitur principale, quod est primò in intentione, & de per se; reliqua verò, quæ sunt secundò in intentione, censentur accidentalia, *dict. l. in modicis*, cum *similibus.* Quod locum habet, etiam si universitas tantum transeat quoad utile dominium: Ratio est, quia præsentatio censetur quidam fructus juris patronatus, *cap. consuluit, hoc tit. dict. cap. cum Bertholdus*, ubi latè scripsi, sed fructus pertinent ad bonæ fidei possessorem, *cap. gravis, de restit. spoliat.* ubi dixi; meritò ergo existens in possessione juris patronatus, licet non habeat proprietatem illius, validè præsentat; & præsentatus per eum, & institutus per Superiorem, non debet postmodùm removeri; *cap. querelam de election.* quod secus erit, si malæ fidei possessor juris patronatus existat; Abbas *in præsenti*, Innocent. *in cap. 2. de in integr. restit.* Rota *in novissimis, decis. 243. & in antiquis, decis. 575.* Secus verò, si in venditione expressa mentio juris patronatus fiat, veluti si dicatur: *Vendo tibi Villam, & jus patronatus*; vel *Villam cum jure patronatus*; sive alio modo fiat mentio juris patronatus in venditione; quia tunc non potest transire, ex ratione tradita in *cap. quia Clerici, suprà, hoc tit.* Siquidem tunc non potest dici, quod jus patronatus veniret tanquam accessorium sed tanquam unum de principaliter nominatis in venditione, quod est prohibitum, tanquam simoniacum: *c. de jure hoc tit.* nam tunc jus patronatus expressè in pactu deducitur, & sic nocet: ex regul. textus *in l. expressa nocent de regul. jur.* Glos. *verbo, Vendi, in dict. c. de jure, hoc tit.* Spino *de testam.* plures referens: *glos. 4. princip. nu. 107.* Lambertin. *ubi suprà, lib. 1. art. 20. quæst. 5. principal.*

Primò, huic ultimæ decidendi rationi obstabit dicere, quod expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil

operatur; notant omnes in *l. 3. ff. de legat.* 3. Duennas, *regula* 285. quæ regula etiam procedit in ſpiritualibus, Gloſ. *verbo, Conditione, in capite ſignificaſti* 4. *de election. capit. cum olim*; *el* 1. verſic. *Sub ea conditione, de reſtit. ſpoliat.* & ſic, quando jus patronatus ſua natura venditioni illi annexum eſt, nihil intereſt, quod ſit expreſſum, vel ſimul venditum. Cui dubio reſpondendum eſt hanc regulam procedere, & locum habere in actibus, qui ſui natura, & de per ſe ſunt liciti, & validi, ac permiſſi cujuſcunque naturæ ſint: Secus verò quando fuiſſent per ſe illiciti, & reprobati, ac diverſæ naturæ, ut eſt venditio juris patronatus Eccleſiaſtici; nam tunc expreſſio illius, reddit nullum & illicitum actum, qui antea ex univerſali Villæ venditione, cui erat annexum, valebat, & licitus contractus erat, nulla in eo facta mentione juris patronatus Lambert. & Spino, *ubi proximè, num.* 117.

4 Secundò, concluſioni ſuprà adductæ obſtabit ſequens dubitandi ratio: jus patronatus nullo modo vendi poteſt; nam ſicut in ſpiritualibus emptio, vel quilibet contractus non gratuitus, ad ſimoniam vitandam, reprobatur, *capite cum pridem* 4. *cap. fin. de pactis*, *capit. querelam* 15. *de ſimon.* ita ſimiliter prohibetur in annexis ſpiritualibus, *capit. quanto* 3. *de judic.* ſed jus patronatus eſt annexus ſpiritualibus *dict. capite* 3. *de judic. capite de jure, hoc tit.* Ergo, nec per ſe tantum, nec cum univerſitate bonorum vendi poteſt. Cui dubio reſpondendum eſt, quod licèt jus patronatus per ſe, & principaliter vendi non poſſit, ne in eo ſimonia committatur, ut ſpiritualibus annexo; nihilominus tamen, cùm non principaliter, ſed in conſequentiam, vel acceſſoriè in pactum, vel conventionem deducitur, cum bonorum univerſitate, illo tamen non expreſſo, tranſit, etiam ex cauſa pignoris, venditionis, aut ſimili, ad eundem effectum, ad quem tranſivit univerſitas bonorum. Nec huic ſolutioni obſtant verba text. *in capite quia Clerici* 6. *hoc tit.* verſ. *Vel quocumque modo poſſunt, adquirunt*; quæ verba, cum generalia ſint, oſtendere videntur, nullo modo, & ſic nec per conſequentiam poſſe adquiri jus patronatus. Quia reſpondendum eſt, quod licet horum verborum occaſione, quidam voluerint arguere, ex mente Gloſſæ *ibidem*; nullo modo, id eſt, nec per ſe nec cum univerſitate bonorum poſſe jus patronatus in venditionem venire; nihilominus tamen illa verba declaranda ſunt ſecundum materiam, de qua ibi agitur, hoc eſt ut nullo modo illicito, vel à jure reprobato, poſſit adquiri jus patronatus; ſed tantum cum univerſitate bonorum in vim conſequentiæ tranſire poſſit, quia hoc non eſt in jure reprobatum, ſed potiùs permiſſum, ut in *text. noſtro* cum *ſimilibus*; per ſe autem diſtinctum, & ſeparatum vendi non poteſt, quia hoc in jure reprobatum eſt: quomodo eſt intelligendus text. *in dict. c. quia Clerici* 6. *hoc tit.*

5 Tertiò, prædictis obſtat text. *in capite cum Bertholdus* 18. *de ſent. & re jud. capit.* 1. *de Capitaneo, qui curiam vendidit in uſibus feudor. l. cum patronus* 22. §. 1. *de oper. libert. l. plures* 47. §. *ultim. ff. de bon. libert. l. quia perinde* 42. §. *reſtituta. ff. ad S. C. Trebellian. l. vel quia* 6. *ff. de Religioſ. & ſumpt. fun. l. cum ſine, ff. de Carb. edict.* de quibus omnibus latè ſcripſi *in d. c. cum Bertholdus de ſentent. & re jud. nu.* 3. *uſque ad* 11. *& in cap. quanto* 3. *de judiciis, n.* 8. *&* 9. quæ omnia in præſenti ſunt repetenda.

6 Quartò, adverſus id, quod *in præſenti* notant Doctores omnes, videlicèt, vendita hæreditate, tranſire in emptorem jus patronatus, quia hæreditas eſt quid univerſale, *l. hæreditas* 43. *ff. de petit. hæred. l. hæreditas* 63. *ff. de regula jur. l. nihil.* 24. *ff. de verbor. ſignif.* & ſic conſequenter tranſire jus patronatus, *dicta l. in modicis, ff. de contrahend. emption.* Covarruvias, *lib.* 2. *variar. capite* 1. *numero* 18. obſtabit dicere, quod vendita hæreditate non tranſit jus patronatus, & conſtat ex rationabilibus *ſupra* traditis, quia tunc demum dicitur jus patronatus cum bonorum univerſitate tranſire, quando univerſitas eſt talis, quæ non requirit ſingularum rerum traditionem, ut in Caſtro, Villa, & ſimilibus; ſed in venditione hæreditatis requiritur ſingularum rerum traditio, ut notant Doctores omnes *in l. in traditionibus, C. de pactis*; *l. ſi tibi, C. de hæred. vel actio. vend.* Ergo ſi in venditione hæreditatis veniret jus patronatus, requireretur ipſius ſingularis traditio, & ſic videretur ſpecialiter vendi; quod non licet, ne in eo caſu ſimonia committatur: ergo vendita hæreditate, non tranſit jus patronatus. Augetur difficultas ex eo, quia poſtquam hæres adivit hæreditatem, in qua erat jus patronatus, deinceps deſinit eſſe hæreditas, vel bonorum univerſitas, & incipit eſſe proprium patrimonium ipſius hæredis, *l. ſed etſi plures* 10. §. *ſi filio impuberi, ff. de vulgar. & pup. Jubſt. l. fin. in fi. ff. de inoffic. teſtament. l. cum hæredes* 22. *ff. de acquir. poſſeſ.* Connan. *li.* 3. *commentar. cap.* 8. *nu.* 7. *in fin.* Ergo hæres vendendo hæreditatem, non dicitur eam vendere, ſed propria bona, ac per conſequens videbitur vendere jus patronatus, & ſimoniam committere, contra *ſupra* dicta. Sed reſpondendum eſt, quod licèt in venditione hæreditatis, requiratur traditio juris patronatus, non tamen ejus ſpecialis venditio, cùm hæreditati acceſſorium ſit; ſed ſolum venditio ipſius principalis hæreditatis; argumento textus, *in dict. l. in modicis*, cum *ſimilibus*; ſic ſimiliter fatendum eſt, hæredem, vendendo hæreditatem, dici, bona ſua vendere, vel patrimonium proprium, ſed propterèa non dici vendere jus patronatus ei annexum, vel in illa contentum. Nec obſtabit ſi replices, quod cum in eo caſu non detur hæreditas, neque etiam dabitur bonorum univerſitas. Quia negandum eſt, non dari bonorum univerſitatem, ſivè ſint hæredis, ſivè defuncti teſtatoris; nam *bonorum* appellatio eſt univerſalis comprehendens jura, & actiones, ſicut *hæreditatis* appellatio, *l. bonorum* 208. *ff. de verbor. ſignific.* ubi Alciatus, Robertus, & Fornerius; Tiraquel. *in l. ſi unquam, verbo, Bona, n.* 1. *C. de revocand. donat.* Pinel. *in rubrica, C. de bon. matern.* 1. *par. n.* 2. Abb. *in præſenti, n.* 12. Beroius *n.* 61. Roch. *ubi ſupra, num.* 42.

7 Quintò, prædictis obſtat lext. in *l. Auſidius* 29. *ff. de rebus auctor. judic. poſſ.* (alias incipit *Fuſidius* 13. *de privileg. credit.*) ubi probatur, ex generali bonorum venditione non tranſire ſtatuas honoris gratia poſitas, vel erectas: ergo pariformiter, & fortiùs dicendum ex generali bonorum venditione jus patronatus, quod etiam honorificum eſt, non debere tranſire. Cui dubio reſpondendum eſt, honorem ſtatuatum merè perſonaliſſimum eſſe, ad ſplendorem tantum imponentis ſtatuas, ideoque, cùm propter ejus honorem tantum ſtatuæ poſitæ ſint, non egreditur ejus perſonam talis honor, proindèque non tranſit in emptorem bonorum: ſecus autem in noſtro jure patronatus, quod non tantum honorificum eſt, ſed etiam utile, & oneroſum, ut patet ex *ſupra* traditis; ideòque poteſt in quemlibet ſucceſſorem tranſire, Beroius *in præſenti, n.* 61. Cujacius, *l.* 10. *obſerv. c.* 17. *in fin.*

8 Sextò, prædictis obſtare videtur principium illud, quo docemur, magis dignum trahere ad ſe minus dignum, *l. quæ Religioſis* 43. *ff. de rei vind. capite quod in dubiis* 3. *de conſecrat. Eccleſ. vel Altar.* juncta ejus Gloſ. *verbo Conſecrato*; ſed jus patronatus, ut potè ſpiritualibus annexum, dignius, & excellentius eſt univerſitate bonorum, vel Villæ, quæ temporales res ſunt, ut notant Doctores omnes, *capite corporalia, de tranſlat. Epiſcop. l. ſancimus* 13. verſ. *Cum etenim, C. de Sacroſ. Eccleſ.* Ergo non debet trahi à Villa, vel bonorum univerſitate, nec cum ea poterit tranſire jus patronatus. Sed reſpondendum eſt, regulam *ſuprà* adductam procedere, cum magis dignum, & minùs dignum conſiderantur principaliter, & per ſe, cujus rei exemplum ſit in ipſo jure patronatus, quod aſſumit nomen, & naturam à digniori, & potentiori, cùm partim temporale, partim ſpirituale reputari poſſit & nihilominus judicatur, & habetur tanquam quid

quid ſpirituale, vel ſpiritualibus annexum. Secus verò dicendum eſt, quando magis dignum non per ſe, nec principaliter extat, ſed eſt acceſſorium ad minus dignum, de quo principaliter agitur, tunc enim minus dignum tanquam principale, trahi ad ſe magis dignum, ut acceſſorium; *capite acceſſorium, de regul. jur. in 6.* nam, ad hoc, quod dicatur aliquid eſſe principale, vel acceſſorium, non conſideratur quòd ſit dignius, vel minus dignum, ſed tantum illud quod principaliter, & prima intentione fiat propter ſe, & non propter aliud; nam tunc illud dicitur principale: Si autem non fiat principaliter propter ſe, ſed propter aliud, cui acceſſit; dicitur eſſe acceſſorium, nulla facta differentia ex eo, quod ſit magis, aut minus dignum; ut patet in acceſſione pretioſæ purpuræ, ad veſtimentum minus pretioſum, §. *Si tamen alienam Inſtitut. de rer. diviſ. l. cum aurum* 20. *l.* 21. §. *perveniamus. ff. de aur. & argent. l. ſi in emptione* 34. verſicul. *Neque refert, ff. de contrah. empt.* Beroius *in præſenti, num.* 10.

Septimò, adverſus text. noſtrum obſtabit ſequens 9
conſideratio; nam ad hoc, quòd quis poſſit præſentare, neceſſariò requiritur quòd ſit in poſſeſſione, vel quaſi præſentandi in jus patronatus; *capite conſultationibus* 19. *hoc titul.* ubi Doctores omnes; ſed miles, de quo *in præſenti* mentio habetur, non erat in poſſeſſione, vel quaſi juris præſentandi, quia illam, cui annexum erat jus patronatus, habebat *ad firmam*, quæ eſt locatio ſub annuo cenſu, *capite* 2. *de locat.* ergo miles qui poſſidebat ſolùm tanquam conductor, non ſibi, ſed nomine Abbatiſſæ poſſidebat; ſiquidem Colonus, non ſibi, ſed domino poſſidet, §. *Poſſidere, Inſtitut. de interdict. l.* 2. *C. de præſcription.* 38. *vel* 40. *ann.* Ergo cum miles ſibi non poſſideret, ſimiliter præſentare non potuit. Augetur difficultas ex text. in *capite cum Bertholdus* 18. *de ſententt. & re judicat.* ubi probatur, poſſidentem Villam pignori datam, cui annexum erat jus patronatus, non poſſe præſentare: ergo multo minus miles *in præſenti*, præſentare poterat, cum haberet Villam in locatione, cui annexum erat jus patronatus. Pro cujus dubii ſolutione meminiſſe oportebit, aliquibus Doctoribus viſum fuiſſe, Colonum poſſidere civiliter domino; ſibi autem naturaliter, & ſic ratione hujus naturalis poſſeſſionis, *in præſenti* Colonum præſentare potuiſſe. Quæ ſolutio comprobari poteſt ex eo, quod locatio *ad firmam*, eſt vocabulum Gallicum, & id eſt, quod locatio ſub annuo cenſu, vel ad annuum cenſum, Beroius *in præſenti*; *& in capite* 2. *de locat.* qui text. etiam loquitur de locatione *ad firmam*, fructuum decimarum, quæ ad longum tempus decem annorum fieri non poteſt, *dicto capite* 2. *de locat capite fin. ne Prælati vices ſuas: capite* 2. §. *ſane, de decimis, libro* 6. & nihilominus Colonus miles *in præſenti*, præſentavit: igitur ex eo, quia poſſidebat; aliàs autem ſi non poſſediſſet, non potuiſſet præſentare. Quare omiſſa longa Doctorum diſputatione, ſcilicèt, utrum Colonus poſſideat, nec ne? verius eſt dicendum, non obſtare id, quod nonnulli exiſtimarunt in *text. noſtro* locationem factam fuiſſe *ad firmam*, & ſic ad modicum tempus, *dict. capite* 2. *de locat.* ubi fuit facta ad ſeptennium; ſiquidem aliquando fieri poteſt ad longum tempus, ut conſtat ex *eodem capite* 2. *de locato*, ubi ſpecialiter locatio fieri prohibetur in decimis ad longum tempus igitur ſui natura poterant contrahentes dictam locationem *ad firmam*, facere ad longum tempus, niſi lex contradiceret; ſic quando locatio fit ad modicum tempus, non transfertur dominium, nec ulla poſſeſſio ad Colonum, cum non nomine ſuo, ſed domini poſſideat: Secundo verò caſu, quando locatio *ad firmam*, fit ad longum tempus, transfertur in Colonum ſaltem utile dominium, vel juxta verum dicendi modum, utilis actio in rem, & naturalis poſſeſſio, ad utilitates rei locatæ percipiendas, & defendendas. *l.* 1. verſ. *Si in perpetuum, ff. ſi ager vectigal. l.* 1. §. *quod autem ff de ſuperficiebus*; Bartol. *in dict. l* 1. *ff. ſi ager vectigal.* Tiraquel. *de retract. tit.* 1. §. 1. *gloſ.* 14. *n.* 80. Sarmiento *lib.* 3. *Selectar capit.* 2. *numero* 31. Alvar. Valaſc. *de jure emphyteutic.* 1. *part. quæſt.* 29. *numero* Ex quibus dicendum eſt, cum Berojo *in præſenti*, locationem *ad firmam*, in text. noſtro factam fuiſſe ad longum tempus, & ſic poſſediſſe Colonum militem ſaltem naturaliter Villam locatam, cui erat annexum jus patronatus & in eum utile dominium, vel utilem actionem fuiſſe tranſlatam, ac per conſequens poſſediſſe, & ſic potuiſſe præſentare, *dict. capite conſultationibus, hoc titul.* Nec obſtat text. *in dict. capite cum Bertholdus, de ſentent. & re judicat.* de cujus interpretatione videre oportet ea quæ ad *eundem tex.* retulimus, *n.* 3. *cum ſequentibus.*

Octavò, adverſus *tex. noſtrum*, in verſ. *Poſtmodum* 10
Abbatiſſa, ex quo probare videtur, ſolam Abbatiſſam, ſi locatio facta non fuiſſet, potuiſſe præſentare; obſtabit dicere, quòd ad peragendum uſum, vel exercitium juris, vel actionis ſpectantis ad Monaſterium, vel Collegium, non ſufficit ſolus conſenſus, vel ſola auctoritas Prælati; ſed requiritur neceſſariò conſenſus majoris partis ut in materia præſentationis, docet text. *capite novit* 4. *capite quanto* 5. *& capite* 6. *de his quæ fiunt à Prælat. capite illud* 8. *in fin. hoc titul.* Ergo, etiam ſi locatio non proceſſiſſet, ſola Abbatiſſa ſine conſenſu Capituli, non potuit *in præſenti* præſentare. Pro cujus dubii ſolutione adnotandum eſt, ea, quæ aliquibus de univerſitate competunt, non ut ſingulis, ſed ut cuidam Corpori univerſali ex eis conſtituto competunt, & hæc omnia non poſſunt expediri, niſi eorum majori parte conveniente, & re prius diligenter diſcuſſa, ut in donationibus, venditionibus, alienationibus, contractibus rerum Eccleſiaſticarum; & aliis ſimilibus cuilibet univerſitati, vel Collegii, juxta textum *in c. ad. ap. continebatur, cap. cum nos, de his quæ fiunt à Prælat.* Quod juſtiſſima ratione conſtitutum eſt, cùm naturale vitium ſit negligere quod communiter poſſidetur, *l.* 2. *C. quando, & quibus quarta pars deb. lib.* 10. & ſic, quod univerſos tangit, ab omnibus debet approbari; nam cum ipſis ſpecialiter non competat facillimè dilapidaretur; ſed in earum rerum expeditione conſenſus omnium non requiritur, ſufficit enim ſi major Capituli pars aſſenſum præſtiterit, *capite ſine exceptione, vigeſimoſecundo. quæſtion ſecunda, capit. dudum, cap. congregato, de elect. capit. fin. de his quæ fiunt à Prælat. l. quod major. ff. ad municipalem.* Ad quam reſolutionem, & doctrinam referenda eſt præſentatio; de qua in *text. noſtro*, ut non poſſit ſine majore parte Capituli, & ejus conſenſu peragi, ut conſtat ex *juribus ſuprà in argumento adductis.* Nec obſtat *text. noſter*, quia in eo, neceſſariò præſupponendi ſunt termini habiles; ſcilicèt Abbatiſſam cum conſenſu Monialium in præſenti præſentare potuiſſe, nec de eo ibidem ſpecialiter expreſſum fuit, quia de dubio illo non agebatur; Rochus *de jur. patronat.* verbo, *Competens alicui. n.* 28. Lambertin. *eodem tractat.* 3. *part. lib.* 2. *artic.* 3. & 4. *primæ quæſtionis principalis.*

Nonò, adverſus text. noſtrum, in verſ. *Vel anti-* 11
quam, quatenus ex eo probari videtur, præſentationem lite pendente in jure patronatus factam non valere obſtabit text. in *capite conſultationibus* 19. *hoc titul.* ubi apertè probatur, nihil aliud requiri ad valorem præſentationis, quàm ut præſentatio facta ſit ab eo, qui poſſidebat, vel quaſi jus patronatus, quamvis alius evicerit illud, de quo quæſtio vertebatur: igitur nihil intereſt, quod lis pendeat ſuper jure patronatus, ut præſentatio valeat. Cujus dubii ſolutio pendet ex declaratione quæſtionis, quam movet Gloſ. fin. *in præſenti*; ſcilicet, utrum lite pendente poſſit fieri præſentatio; pro cujus declaratione adnotandum eſt, fructus perceptos lite pendente, poſt conteſtationem, etiam à bonæ fidei poſſeſſore, ſi condemnetur,

reſtituendos eſſe: *cap. gravis, de reſtitut. ſpoliat.* fructus autem præſentationis, ſecuta Epiſcopi inſtitutione, aut collatione, reſtitui non poſſunt, cum beneficia dentur in perpetuum, *cap. ſanctorum*, verſ. *Perpetuò*, 70. *diſt. cap. unic. de Capell. Monach. lib.* 6. ideoque præſentatio, lite pendente facta, non poteſt confirmari ab Epiſcopo, ſed differri debet inſtitutio in tempus ſententiæ. Gloſſ. *verbo, Debent. in cap. hæc quippè*, 3. *quæſt.* 6. Rochus, *ubi ſuprà, num.* 52. Lambertin. *dict. art.* 4. 3. *quæſtionis principalis*, quo in caſu, dum ſententia profertur, conſtituet, vel deputabit Epiſcopus Rectorem, tanquam œconomum, juxta formam text. in *cap. cum vos* 4. *de offic. Ordinar.* Quæ reſolutio non procedit, quando præſentatio, vel inſtitutio facta fuerat ante motam litem; tunc enim, etiam ſententia lata contra illum, qui præſentavit, non revocabuntur præſentatio, & inſtitutio: idque eſt, quod prohibetur *in præſenti, circa finem*; ita declarando in verſ. *Antequam* ne ſcilicèt lite pendente fiat inſtitutio, propter rationem proximè aſſignatam: non autem prohibetur præſentatio, quæ etiam, quamvis lite pendeat, à poſſeſſore fieri poteſt, cùm ex ea ſola præſentatione non percipiantur fructus, qui reſtitui non poſſunt; cùm ſi vincat litigans, qui non præſentavit, poſſit de novo præſentare, & petere inſtitutionem, revocando præſentationem lite pendente à primo poſſeſſore factam; ſiquidem præſentatio illa, non concedit jus perpetuum nec irrevocabile, tanquam inſtitutio, & collatio; & ita de illa præſentatione lite pendente facta loquitur, text. *in dict. cap. conſultationibus*, *hoc tit.* notant Abbas, & Beroius *in præſenti*. Ex qua doctrina etiam eſt interpretandus text. in *c. cum veniſſent, in fin. de in integr. reſtit.* ubi licèt electio lite pendente poſſit fieri ab illis, qui ſunt in quaſi poſſeſſione juris eligendi; tamen ejus confirmatio, ſeu inſtitutio prohibetur, ne præſentatus adquirat jus irrevocabile, & perpetuum, & ne alter, qui vincit, non poſſit fructus illius electionis recuperare: hodie tamen deciſio text. in *d. c. conſultationibus*, *hoc tit.* declaratur per Concilium Trident. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 9.

12 Decimò, adverſus textum noſtrum obſtabit dicere, quòd ratio propter quam prohibetur per ſe ſimpliciter jus patronatus vendi, ea dicitur, quia ſpiritualibus annexum eſt, ex *juribus ſuprà adductis*; & ſimiliter ea ratione prohibetur vendi jus ſepulturæ, ut potè Religioſis, & ſpiritualibus annexum, *cap. abolendæ* 13. *de ſepultur. cap. queſta eſt, cap. poſtquam* cum aliis, 13. *quæſt.* 2. *leg.* 2. *in fin. Cod. de Religioſ. & ſumpt. leg.* 1. *titul.* 13. *part.* 1. Sed quotidiè videmus principaliter, & per ſe diſtinctas ſepulturas vendi ingenti pretio, abſque ſimonia, *Geneſ. cap.* 23. *dict. cap. queſta*, 13. *quæſt.* 2. *cap. poſtquam, eadem cauſa, & quæſt.* Abraham emiſſe ſepulturam à filiis Ephron ad humandum corpus uxoris ſuæ: ergo ſimiliter jus patronatus, non ſolùm cum bonorum univerſitate, ſed etiam principaliter, & per ſe diſtinctum emi, vel vendi poterit.

Verùm huic dubio reſpondendum eſt, principia *ſuprà* in argumento adducta procedere, & intelligenda eſſe de neceſſaria ſepultura danda fidelibus in communi Eccleſiæ cœmeterio, illa etenim nullo modo vendi poteſt, cum ex mente illorum jurium, ſepelire mortuos, ad Religionem tangat: *cap. in Eccleſiaſtico*, 13. *quæſt.* 2. quam contemnere, vel omittere neceſſariam ſepulturam, pretio adhibito, peccatum erit, & ex eo ſimonia inducitur, ex *dictis juribus*; at verò ſi locum diſtinctum honorabilem, & eminentem à cæteris ſeparatum, quis velit in Eccleſia ſibi, ſuiſque deſcendentibus eligere ad ſepulturam, tunc benè poterit Eccleſia, pro tali ſepultura, vel electione, pecuniam recipere, ex conſuetudine à Pontificibus tolerata; nam tunc non dicitur venditio terræ, nec terra ipſa ſacra ſeu religioſa venditur, ſed tantùm ipſa præeminentia, vel honor excellentioris loci, ſibi, & ſuis deſtinati: ut ſic, non ſit communis, ut antea erat: quòd toleratum eſt habita ratione ſumptuum eccleſiæ, ad quos ſuſtinendos, veluti per modum eleemoſynæ, & ad laboris ſtipendium, ut pro Miſſis, & ſacrificiis aliquod pretium taxatum conceditur, non tamen in vim pacti, ſed in vim ſuſtentationis, aut ſtipendii Miniſtrorum: argument. textus *in cap. charitatem, in fin.* 12. *quæſt.* 2. Sylveſter *in ſumm.* verb. *Simonia*, §. 12. & verbo, *Sepultura*, §. 2. Sotus *de juſtit. & jure, lib.* 9. *quæſtione* 7. *articulo* 1. Gregorius Lopez *gloſſ.* 1. *& 2. in leg.* 1. *titul.* 13. *part.* 1. Molina, *lib.* 2. *de primogen. cap.* 24. *nu.* 30. *&* 40. Spino *in ſpeculo teſtament. gloſſ.* 2. *princip. de election. ſepultur. num.* 35.

Ad textum in cap. Eam te 22. capit. Quoniam 3. in fin. cap. Si verò 12. cap. Cum propter 27. hoc noſtro tit. de jure patronat.

SUMMARIUM.

1 *Patronatus juris quæſtio ſi intra ſex menſes non terminatur, poteſt Epiſcopus ſine præſentatione Rectorem inſtituere.*

2 *Ordinatio Eccleſiæ non debet ſuſpendi propter contentionem patronorum.*

3 Cap. quoniam 3. in fin. c. cum propter 27. de jur. patron.

Patroni laici, & Eccleſiaſtici in quo differant.

CONCLUSIO

1 *SI quæſtio juris patronatus intra ſex menſes non terminetur à tempore vacationis, liberè poteſt Epiſcopus, ſine præſentatione, ibidem Rectorem inſtituere.* Conſonat textus *in cap. eam te* 22. *cap. quoniam* 3. *cap. ſi verò* 12. *cap. cum propter* 27. *hoc tit. cap. ſicut* 2. *cap. licèt* 3. *de ſupplenda negligent. Prælat. cap. ſi laicus, unic. hoc titulo lib.* 6. *cap.* 2. §. *cum verò, cap.* 5. *cap. ex parte* 10. *& 12. de conceſ. præbend. leg.* 11. *tit.* 15. *part.* 1. Exornant Lambertin. *de jur. patron. lib.* 2. *part.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 1. Cardoſo *in praxi*, verb. *Jus patronatus, num.* 15. Nicolaus Garcia *de benef. part.* 5. *cap.* 9. *nu.* 109. Rochus de Curtè, verbo, *Honorificum, quæſt.* 34. Doctor Solorçano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 48. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.* 3. *cap.* 560. Didacus Perez *in leg.* 1. *titul.* 3. *lib.* 1. *fori*, verſicul. *Clericus patronus, fol.* 100. cum traditis à Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 72. *num.* 126. Idem *in Collectaneis ad textum noſtrum*, cum ſimilibus *ſuprà* adductis.

Ratio eſt; quia propter contentionem Patronorum 2
non debet differri Eccleſiæ ordinatio, *cap.* 1. *cap. querimoniam*, *hoc titulo*, ubi ſcripſi; nam cum jus patronatus competat Patronatis ex gratia ab Eccleſia conceſſa *dict. cap. querimoniam, cap. decernimus*, 16. *quæſt.* 7. privilegium pro illa vice amittere videtur, qui eo abutitur, *cap. privilegium*, 11. *quæſt.* 3. *cap. cum inter, de electione.* Ergo, cùm privilegio abuti videantur Patroni, qui tali facultate ſibi conceſſa intra terminum à lege definitum diſcordati, & litibus impliciti non præſentant: meritò facultatem eligendi ex privilegio illis conceſſo, quæ antiquitus Epiſcopis competebat, amittere debent; nam de jure ordinario omnium beneficiorum collatio, & proviſio, ad Epiſcopos ſpectat, *cap. omnes Baſilicæ*, 16. *quæſt.* 7. Meritò cauſa illa interveniente, ad primævam naturam juris communis de facili proviſio ſcilicet ad Epiſcopos revertitur, argument. text. *in cap. ab exordio*, 31. *diſtinct. leg. ſi unus*, §. *pactus ne peteret, ff. de pactis.* Meritò igitur Epiſcopus tranſacto illo tempore debet

Eccleſiam

Ecclesiam ordinare de Rectore, ne Ecclesia divisit vacans: *cap. ne pro defectu, de elect. cap. quam sit, eodem tit. lib. 6.*

Primò, obstabit text *in cap. quoniam 3. in fin. cap. cum propter 27. hoc titulo*, in quibus juribus probatur non esse expectandum semestre, sed post quatuor menses poterit Episcopus præsentare, si patroni intra illud tempus ad concordiam non fuerint redacti. In quorum jurium contrarietate, omissis variis solutionibus, verissimè est dicendum, discrimen versari inter Patronos laicos,& Ecclesiasticos;nam patronis Ecclesiasticis semestre tempus ad præsentandum conceditur; & ita obtinet *textus noster*; laicis verò quadrimestre, & ita sunt intelligenda jura *supra* in argumento adducta; idque jure antiquo, ante novam decisionem text. in *cap. unic. §. verùm, hoc titulo lib. 6.* fuit statutum; ut constat ex *dict. cap. quoniam 3. in fin. cap. cum propter 27. hoc titulo, cap. 2. de supplend. neglig. Prælat.* Ratio differentiæ in eo consistit, quia Ecclesiastici patroni magis præsumuntur litterati, providi, & experti, qui melius, & facilius idoneum præsentant, quàm laici, *cap. constitutus, de appellationib.* qua ratione unica electio illis tantum permittitur, *cap. quod autem 5. cap. cum autem 24. hoc titulo*, nam variatio præcipuè Ecclesiasticis prohibita est, *Clementina cum illusio, de renuntiation.* Deindè, quia præsentatio patronorum Clericorum, quasi vim habet electionis, in qua electione non cadit variatio, cum statim electo adquiratur jus in re, *cap. publicato*, juncta ejus Glossa *capite quod sicut, de election.* quæ rationes in Patronis laicis non reperiuntur: nam laici in præsentatione, tanquam illiterati, cùm sint extra Clericalem militiam, in præsentatione illa possunt titubare, Lambertinus *ubi suprà, lib. 2. part. 3. quæst. 7. articulo primo*, quare præsentatis à laicis tantùm adquiritur jus ad rem, non verò jus in re, latè Barbosa *de potest. Episcop. 3. part. allegat. 72. numero 154.* & sic patronus laicus potest intra quadrimestre ante Episcopi institutionem variare, & plures successivè præsentare, non autem patronus Ecclesiasticus, *capite quod autem, capite Pastoralis, capite cum autem hoc titulo.* Meritò optimo jure majus tempus Ecclesiasticis patronis, quàm patronis laicis concessum fuit, ut sic, qui in uno gravantur, quia variare non possunt; in alio releventur, ut habeant semestre ad præsentandum; & similiter laici, si opprimuntur, quia non habent totum hoc tempus ad præsentandum, relevantur in hoc, ut possint variare; *dicto capite quod autem*, in primo responso, *in dicto capite cum autem, cap. Pastoralis, hoc titulo Clementina plures, paragr. fin. eodem*, cum ut suprà diximus, non sunt ita litterati, & facilè decipi possint; undè dicendum est, textum *in dict. capite quoniam 3. cap. cum propter 27. hoc titulo*, non solùm non repugnare, imo eandem amplecti sententiam: sed in hoc tantum differre, ut patronis Ecclesiasticis, quibus datur semestre ad eligendum, detur etiam semestre ad finiendam litem, *dict. cap. eam te 22. hoc titulo*, & patronis laicis, quibus datur quadrimestre ad præsentandum, detur etiam illud tempus ad finiendum negotium, & se ad concordiam reducendum: ut in *dict. cap. quoniam*, cum similibus *suprà* adductis, *leg. 11. titulo 15. parte 1.* Lambertinus *ubi suprà, dict. articulo in principio.* Cætera, quæ ad hunc textum spectant, videre oportet ex his, quæ referunt Abbas, Enriquez, & Cardinalis *in præsenti, & in dict. cap. 3. 12. & 27. hoc titulo*, & ea, quæ latè scripsi *in cap. quia diversitatem 5. de concess. præbend.* quæ omnia in præsenti repetenda sunt.

TITULUS XXXIX.
De Censibus.

Ad textum in cap. Sancitum 1. hujus tituli de Censibus.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesiæ fundatæ debet pro dote tribui Mansus, liber à quolibet servitio temporali: ad Ecclesiasticum tamen tenetur; sed si aliquid confertur ultra Mansum, tenetur Ecclesia solvere ex eo onera consueta.*

2 *Mansus Ecclesiæ debitus, quid sit? latè discutitur.*
Res transit cum onere suo.
Cap. final. de vita, & honestate Clericorum.

3 *Cap. 1. de censibus, verbo*, Mansus, *& verbo*, Integer.

4 *Ecclesia à censu reali antiquitus posito non liberatur.*
L. 5. Cod. de Sacros. Eccles.
Cap. Ecclesiæ, 16. quæst. 1. cap. tributum, 11. quæst. 1.

5 Cap. præterèa 23. de jure patronatus.
Patronus an ante consecrationem Ecclesiæ possit sibi censum reservare.

5 Cap. Ecclesiis 9. de censibus.
Cathedraticum quid sit? latè discutitur.

7 Cap. inter, 10. quæst. 3. *cum* cap. servitium, 18. quæst. 12.

8 Cap. quia cognovimus, 10. quæst. 3. cap. cum Apostolus, §. prohibemus, de censib. cap. sic quidem, 10. quæst. 1.
Cathedraticum Episcopo debetur, nulla consuetudine, vel præscriptione obstante.

9 Cap. constitutus, de Religiosis domibus.

CONCLUSIO

1 *ECCLESIÆ fundatæ debet pro dote tribui Mansus, liber à quolibet servitio temporali, ad Ecclesiasticum tamen tenetur: sed si aliquid confertur ultra Mansum, tenetur Ecclesia ex eo solvere onera consueta.* Consonat textus in *cap. sancitum, cap. secundum Canonicam, 23. quæst. 8. cap. nemo*, juncta ejus Gloss. *verb. Custodiam, de Consecrat. dist. 1. cap. proposuit, cum* Gloss. finali. *de filiis presbyter. cap. 2. de Judæis: cap. 3. de immunit. Eccles. c futuram, 22. q. 2. Gloss. in c. quicunque, 16. q. 1. cap. Diaconi, 28. dist. cap. sic quidam, 10. q. 1. cap. cum M. de constitutionib. c. ex parte, de decimis; cap. conquerente, de offic. Ordin. cap. cũ non liceat, de præscriptionibus; cap. 2. cap. unio, 10. quæst. 3. cap. inter, eadem causa, & quæstione, cap. servitium, 18. quæst. 2. cap. Diaconi, 93. dist. cap. cum sicut 5. de consecrat. Eccles. vel Altaris*; Chalcedonense Concilium, *cap. 1. feudor. tit. 4. §. 4. leg. 2. tit. 10. part it. 1.* Exornant Lara *de Capellan. lib. 1. cap. 18.* Lambertin. *de jure patronat. part. 1. lib. 1. q. 5. art. 21. num. 8.* Petrus Gregor. *de benef. cap. 15. n. 4. & in dict. c. conquerente, de offic. Ordin.* Cujac. *lib. 1. feudorum, tit. 4. in princip.* Suarez *de Religione, li. 1. c. 17. n. 28.* Selva *de beneficiis, 1. part. q. 5. n. 121.* Otalora *de notabilitate, 3. part. cap. 5. n. 3.* Gamma. *decis. 17. n. 1.* Azor. *institution. Moral. part. 2. lib. 6. c. 1. q. 2.* Chassaneus *in consuetudines Burgundiæ, rubrica 9. §. 4. n. 1.* Gut. *lib. 1. practicar. q. 3. n. 17.* Navarr. *in manuali cap. 17. num. 200. & cap. 27. nu. 115.* Valascus *de jure emphyteutico, q. 7. n. 6.* Azeved. *in l. 11. tit. 1. lib. 1. Recop. num. 8.* Doctor Bareja, *in comment. ad nostrum text.* cum traditis à Barb.

in

2 *in Collectan. ibidem, & ad Decretum, in cap. tributum* 22. 23. *q* 8.

Ratio primæ *noſtri text.* partis, ſcilicet, quare Eccleſiæ fundandæ pro dote debet tribui Manſus, liber à quolibet ſervitio temporali, pendet ex expoſitione illius verbi *Manſus*, de quo in *text. noſtro*; ſcilicet, quid ſignificet, ſeu quid ſit; nam Gl. *in præſenti* exiſtimat Manſum eſſe certam terræ quantitatem, quam duo boves in anno arare poſſint, quæ apud nos dicitur *Jugada*; ſed hæc *Gloſſæ* ſignificatio impugnatur à Doctore Parexja, *in præſenti, num.* 2. ea ratione, quia *Manſus*, ſi vox Latina eſt, non poteſt eſſe, niſi participium à *manendo*; ut frequentius indicatur, vel à *manendo*, & cum à qualibet horum verborum derivatione ſit participium, non poteſt jugera terræ ſignificare, ut quilibet cognoſcet. Alii autem exiſtimant *Manſum* ſignificare portionem alicui ad alimenta aſſignatam; unde cibus cuilibet cœlitus miſſus ad alimenta, dicitur *Manhu*, vulgo *Mana*, *Exod. c.* 16. Quæ etiam ſignificatio convincitur, quia præfata portio, quæ Hiſpanè vulgo dicitur *Racion*, non appellabatur *Manſum*, ſed *dimenſum*, Doctor Parexja, *hic n.* 2.

Quarè hac, & aliis omiſſis veriorem eſſe exiſtimo, quam refert Cujacius, *lib.* 1. *de feud. titul.* 1. dum aſſerit Manſum eſſe fundum, ex cujus redditu Eccleſia ſe, & ſuam familiam alere poſſit, id eſt, ut habeat duos miniſtros, luminaria, panẽ ad hoſtias, & alia requiſita, *capite nemo*, juncta ejus Gloſ. *verb. Cuſtodiãt de Conſecrat. diſt.* 1 Gloſ. *in cap. ſecundum Canonicas*, 23. *quæſt.* 8. latè Gloſſ. *verb. Manſo, in cap. ſanctorum, eadem cauſa, & qu. Selva de beneficiis*, 1. *p. q.* 5. *n.* 211. Lambertinus *de jure patronat. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 6. *art.* 21. qui fundus dicitur *Manſus* à *Manendo*, id eſt, *ſtabilis*; meritò ratio, propter quam in Concilio Vormacienſi; *cap.* 50. relato *in text. noſtro* ſancitum eſt, ut unicuique Eccleſiæ unus Manſus integer, abſque ullo ſervitio tribuatur, ea eſt, quia patronus, qui ædificaturus eſt Eccleſiam, ei debet tribuere dotem competentem, non in pecunia, in qua olim tempore Apoſtolorum oblationes fiebant, *Actu.* 2. *Apoſtolorum*; *c. futuram*, 12. *quæſt.* 2. nec in alimentis, quibus contenti erant Presbyteri, inde *Parochi* dicti, id eſt, à mutua præbitione alimentorum, *cap.* 1. *cum ſuis* §§. 13. *q.* 1. ſed in *Manſo*, hoc eſt in *re manente*, ſeu *ſtabili*: ad quod ſtatuendum primò motus fuit *text. noſter*, quia ſicut pater filium generans, dum eum deducit à non eſſe, ad eſſe, eſt adſtrictus dotem ſeu alimenta præſtare filiis, *l. fin. C. de dotis promiſſione*; ita & patronus cui facultas eſt præſentandi, tenetur Manſum Eccleſiæ tribuere: quare patronus incompetenter dotans Eccleſiam, privatur jure patronatus; Gl. *in c. quicunque*, 16. *q.* 1. Rochus *ubi ſup.* verb. *Et dotavit*, *q.* 9. *n.* 16.

Tribuitur autem Manſus Eccleſiæ liber ab omni ſervitio: primò, quia non poteſt gravamen in legitima imponi, *l. quoniam in prioribus, C. de in officioſ. teſtam.* nec in dote, *l. fin.* §. *filiæ fideicommiſſ. ff. de legat.* 2. Deinde, quia pactum factum cum patre, ex quo conditio dotis redditur deterior, eſt legibus improbatum, *l. de die* 14. & 15. *ff. de pact. dotal.* & ſic ſimiliter cum Patrono, qua ratione facta eſt deciſio textus *in capite quamvis pactum, de pactis*; *l. fin. ff. de ſuis, & legitimis hæredibus.* Tertia ratio deducitur ex text. in *l.* 1. §. *quæ oneranda. ff. quarum rerum actio non detur*: Meritò Manſus integer, abique ſervitio, vel cenſu, Eccleſiæ eſt tribuendus; ſiquidem prædia uſibus cæleſtium ſecretorum dedicata, ſordidorum munere gravamine non ſunt vexanda, *cap. non minus, de immunit. Eccleſ. l. placet, de Sacroſ. Eccle.* nam Eccleſiæ ſufficiens ſuſtentatio, ſine qua per Epiſcopum non eſt dedicanda non debet per aliquem ſubtrahi, *c. nemo de Conſecrat. diſt.* 1. *c. ſanctorum*, 23. *q.* 8. latè Barboſ. *de poteſtate Epiſc. p.* 2. *allegat.* 27. *n.* 3.

Tenetur autem ad munus ſive ſervitium Eccleſiaſticum, quia omnes Eccleſiæ, per Diœceſim conſtitutæ, quoad aliqua debent recognoſcere pro Superiore Epiſcopum Diœceſanum, niſi ſpeciali privilegio Pontificis ſint exemptæ, *cap. omnes*, juncta ejus Gl. 16. *q.* 7. *c.* 2. 10. *q.* 1. quoniam Eccleſiaſticus ordo confunderetur, ſi unicuique Epiſcopo ſua juriſdictio non ſervaretur, *capite pervenit, undecimo. quæſtion.* 1. Similiter etiam de dote Eccleſiæ ſervitium Eccleſiaſticum, ſeu Cathedraticum eſt præſtandum ex ratione ſuprà adducta, *c. ſervitium*, 18. *q.* 2. Sed ſi aliquid confertur Eccleſiæ ultra Manſum, tenetur Eccleſia ex eo ſolvere onera conſueta. Ratio eſt, quia res tranſit onere ſuo, *c. ſi quis laicus*, 16. *q.* 1. & quoniam curandum eſt ne Reſpublica nimis oneretur, & honor Eccleſiis exhibeatur, Gloſ. *in l. placet, C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, meritò, ſi ultra dotem neceſſariam bona aliqua Eccleſiæ donentur, non ita bona illa privilegiantur, ut ſint ab omni onere libera, ſicut dicitur de neceſſaria dote, ſed dominis debitum ſervitium ex illis bonis eſt impendendum, ut in *text. noſtro*, & in *capite magnam*, 11. *qu.* 1. Quod tamen intelligendum eſt, de omnibus annexis, & perpetuis, ut quia fortè prædium habet onus faciendi certum quid, vel ſolvendi: quod etiam locum habet, ſi prædium eſſet feudale; nam ratione feudi Eccleſia ſubjicitur laico, hoc eſt tantum quoad feudalia, *capit. ſolitæ, de majoritate, & obedientia*; ſecus de aliis oneribus non annexis, quia Eccleſia ab illis eſt exempta, etiam de jure Civili, *l. placet, C. de Sacroſanctis Eccleſiis*: *authentica, item nulla communitas, Cod. de Epiſcopis, & Clericis*; *c. non minus, de immunitate Eccleſiarum*; pro qua ſententia facit text. in *capit. fin. de vita, & honeſtate Clericorum*: ubi Clerici, etiã de patrimonio ſuo, non tenentur ſolvere gabellas, & alia onera, ad quæ tenentur laici: ſecus dicendum eſt in onere rei annexæ; ut docent Hoſtienſ. & Abb. *in præſenti.*

Primò, adverſus text. noſtrum dum aſſerit, quod 3
Manſus integer eſt ſolvendus, obſtabit dicere; quod ſi Manſus congruam & integram Eccleſiæ dotem ſignificat, quare cum illo verbo *Manſus*; additur etiam verbum *integer*; ſiquidem ex ſuprà traditis verbum illud, *integer*, ſuperfluum videtur, cùm tantum verbum *Manſus* ſufficeret. In qua difficultate veriſſimè eſt dicendum, ideò in præſenti verbum illud *integer* additum fuiſſe, non quia *Manſus* non ſignificet per ſe tantum integram dotem, ſed quod dictus Manſus integer ſit tradendus, id eſt, non diviſus; licèt enim ſit ita pinguis effectus, ut pluribus Eccleſiis ſufficere poſſit, non tamen dividatur; in quo exiſtimo text. noſtrum reſpexiſſe ad antiquiſſimum abuſum rejectum, & explorum in Synodo Chalcedonenſi ſecunda. *cap.* 26. celebrata ſub Carolo Magno, *lib.* 1. *anno Chriſti* 780. quando patroni hæredes Eccleſiam erectam ſimul cum bonis inter ſe dividebant, ad ſimilitudinem bonorum temporalium, tria, vel quatuor, de uno facientes Altaria; quod fuit ſublatum *in cap.* 1. *de jure patronat.* in quo cavetur Eccleſias juris patronatus non eſſe dividendas inter hæredes; ſic ſimiliter eam ſectionem reſpectu Templi prohibitam, etiam in Manſo hæredes tentarent dividere, viam fraudibus quærentes merito ut omnis ſcrupulus, & omnis via fraudibus auferretur, juſta de cauſa, verbo, *Manſus*, adjunctum eſt etiam verbum, *Integer*, quaſi diceret, quod patrimonium Eccleſiæ, ſicut unica Domini inconſutilis, non dividatur, *ut in c. majoribus, de præbend.* ſed tribuatur Eccleſiæ integer, abſque ullo ſervitio, ex rationibus, & Juribus *ſuprà* adductis.

Secundò, adverſus ea, quæ *text. noſter* refert, ſcilicèt, ex Manſo Eccleſiæ, & ex cæteris bonis juxta Eccleſiam poſitis cenſum non deberi, excepto ſervitio Eccleſiaſtico; obſtabit dicere, quod à cenſu merè reali nec Clericus, nec Eccleſia regulariter liberatur; quinimo res tranſit cum ſuo onere in quemcunque poſſeſſorem, quamvis maximè privilegiatum, *cap. ſi tributum, cap. magnum* 10. *quæſt.* 1. *cap. tributum* 23. *quæſtion.* 8. *cap. Paſtoralis*, verbo, *Finctus*, junctæ jus Gloſ. *verbo Cum onere, de decim.*, Gloſ. *verbo Manſo in capit. ſancitum*, 23. *q.* 8. ſed in *text. noſtro* non agitur de cenſu perſonali, ſed de mere reali bonis ipſis impoſito: igi-

tur

tur hujuſmodi bona Eccleſiæ, ſicut & alia quæcunque, libera judicari non debent. Augetur difficultas ex eo, quod vel Manſus, & cætera bona juxta Eccleſiam poſita, ſunt libera à ſervitio temporali, vel Eccleſiaſtico ſed neutrum eſt dicendum; ſiquidem, nec à temporali nec ab Eccleſiaſtico ſunt libera: ergo nullo caſu verificari poteſt concluſio *ſupra* adducta. Major eſt evidens à ſufficiente partium enumeratione; Minor quoad ſervitium, & tributum temporale probatur ex *l. 5. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* juncto ejus ſummario, ubi habetur, Eccleſiam teneri ad onera realia ordinaria, Gl. Magna, *in fin. in cap. ſecundum Canonicam, 23. quæſt. 8. l. Imperatores 7. in princip ff. de publicar.* cum traditis ab Abbate *in præſenti, num. 8.* & quod, quoad ſervitium ſpirituale Eccleſia teneatur; probatur ex *text. noſtro*, verſ. *Præter Eccleſia: c. ſervitium*, 18. *quæſt. 2.* cum traditis à Gl. *in præſenti* verb. *Præter*: ergo non ſemper Manſus ad Eccleſiam integer tranſire poteſt.

In qua difficultate Hoſtienſ. Innocentius, Zabarel. Butrius & Abbas *in præſenti*, exiſtimant diſtinctionem adhibendam eſſe inter cenſum de novo impoſitum, & inter antiquum; nam ad cenſum de novo impoſitum nec Manſus, nec bona juxta Eccleſiam poſita tenentur; & ita procedit *text. noſter*; at verò circa antiquum controverſiam dirimendam credunt, juxta patroni, vel alterius Domini temporalis conſenſum; nam de illius conſenſu expreſſè, vel tacitè renunciantis nulla manet obligatio ad cenſus ſolutionem; ſecus verò dicendum eſt, ſi nulla expreſſa, vel tacita renunciatio interveniat, nam tunc fundus tranſit ad Eccleſiam cum ſuo onere, & ita eſt intelligendus text. in *d. l. 5. C. de Sacroſ. Eccleſ. d. c. ſi tributum. 11. quæſt. 1.* cum ſimilibus *ſupra* in ratione dubitandi adductis. Ratio differentiæ eſt, quia in Eccleſiaſticis bonis novum tributum temporale imponi non poteſt, *capit. non minus 4. de immunitate Eccleſiarum*, *capit. quamquam*: *hoc tit. lib. 6.* antiquum verò tranſit in Eccleſiam, vel quemcunque poſſeſſorem, *dict. l. Imperatores 7. principio, ff. de publicanis*; Guttierez *lib. 1. Canonicarum quæſtionum; capit. 1. num. 1011.*

Sed hæc communis ſolutio, & doctrina, quamvis in ſe vera ſit, tamen textui noſtro adaptari non poteſt; quia illa ſtante, nihil foret ſpeciale in Manſo, & bonis juxta Eccleſiam poſitis, & in aliis ab Eccleſia longè diſtantibus. Nec etiam ſatisfacit Zabarella *in præſenti, poſt principium*; dum aſſerit textum noſtrum in nihilo differre à regula *dict. cap. Eccleſiæ, 16. quæſt. 1. capit. ſi tributum, 11. quæſt. 1.* ſed ſolummodo inſtruere Epiſcopum, quid facere debeat, quando Eccleſia conſtruitur, ut Manſus tribuatur Eccleſiæ, pro dote, liber ab omni ſervitio, cavebitque Epiſcopus ne aliter conſtruatur, ne ve primus lapis mittatur; argumento text. *in c. piæ mentis*, 16. *quæſt. 7. cap. nemo*, *de Conſecratione. diſtinct. 1.*

Quare hac, & aliis omiſſis, magis veriorem eſſe exiſtimo, quam refert Barboſ. *in collectaneis ad noſtrum textum, n. 4.* dum aſſerit noviter in *text. noſtro* ſancitum fuiſſe, Manſum Eccleſiæ, & bona juxta Eccleſiam poſita libera eſſe ab omni cenſu temporali, quamvis à principio, antequam ad Eccleſiam pertinerent, tali oneri fuiſſent obnoxia; cujus rei decretum, ultra alia modo expreſſa, demonſtrat verbum illud, *Sancitum* de quo in præſenti mentio habetur. Rurſus, quia non levis conjectura eſt, quam *text. noſter* adjecit in verſic. *Præter Eccleſiaſticum*, per quem ſatis inſinuat, quod quamvis prædicta bona libera eſſe debeant à cenſu temporali, non tamen ab Eccleſiaſtico, in quo multo minus datur indecentia, & repugnantia.

Qua ſolutione retenta, reſpondendum eſt ad primam objectionem ſupra adductam, fateor enim, nec Clericos, nec Eccleſias à cenſu merè reali, antea inhærente, immunes eſſe; imo regulariter tranſire cum ſuo onere; negamus tamen regulam illam locum habituram in Manſo, & prædictis bonis, propter ſpecialem Concilii conſtitutionem, & prohibitionem, juxta modo dicta nec id mirum eſt, cum lex, data cauſa in ordine ad bonum commune, poſſit ſubditum re propria privare; & alteri tribuere; *l. item ſi verberatum 15. §. 1.* verſ. *Item ſi forte ff. de rei vindicatione*; *l. 1. C. Quibus ex cauſis ſervi pro præmio.* Similiter etiam ad alteram objectionem *ſupra* adductam, in forma reſpondemus, concedimuſque Majorem, ſed negamus Minorem. Reſpondemuſque veriſſimum eſſe, onera realia Imperatori debita, vel alteri perſonæ, tranſire in Eccleſiam, vel quemcunque poſſeſſorem, *dict. leg. Imperatores 7. in principio, ff. de publicanis*: Negamus tamen habere locum in bonis, de quibus *in præſenti* mentio habetur, ex rationibus *ſupra* adductis. Ad text. verò *in dict. l. placet 5. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, Reſpondetur, correctum eſſe, & conſtitutionem Federici, quæ incipit: *Item nulla*, relatam *in l. 2. C. de Epiſcopis, & Clericis*; notat Barb. *ad noſtrum tex. in coll. n. 3. in fine.*

Tertiò, prædictis obſtat text. *in cap. præterea 23. de* 5
jure patronatus, ex quo deducitur, patronum, ex Diœceſani auctoritate, poſſe tempore fundationis ſibi aliquem cenſum reſervare. In cujus text. difficultate, Gloſſa *ibidem*, verbo, *A locorum Epiſcopis*, aſſerit textum illum procedere ante conſecrationem Eccleſiæ, nam tunc auctoritate Epiſcopi poteſt redditus, vel tributum Patrono reſervari, argumento text. *in v. tributum 23. quæſt. ultim. cap. Eleutherius*, 18. *quæſt. 2.* Secus verò poſt conſecrationem, ſeu dotationem ſemel factam; quia ex poſt facto nihil poterit ſibi jure tributi reſervare: argumento tex. *in l. perfecta, C. de donationibus quæ ſunt modo, capit. filiis*, 16. *quæſt. ultim.* ad exemplum dotis in quo licet donationis tempore onus imponi poſſit non tamen tempore traditionis, quæ ex intervallo fit, *l. ex morte, in fine, C. de pactis Conventis*; Gl. celebris, *verbo, Fundatione, in fine, in cap. generali 13. de electione libro ſexto.*

Sed hæc interpretatio apertè convincitur; ſiquidem ex ſupra traditis manifeſtè conſtat, nec ante, nec poſt fundationem Manſum ſervitio, vel cenſu aliquo poſſe gravari. Quare ea, & aliis omiſſis, verius eſt dicendum tex. *in d. c. præterea 23. de jure patronatus*, procedere in caſu, in quo Eccleſia dives eſt, & ei ſufficiens dos, etiam ultra Manſum, eſt aſſignata: quo in caſu, ultra Manſum in reliquis bonis patronus aliquid reſervare poterit, ſecus vero ſi non habeat niſi Manſum, quia tunc ex *tex. noſtro*, abſque ullo ſervitio tribuendus eſt, & adeo liber remanere debet, quod ſi tale pactum adjiciatur, tanquam juris regulis contrarium inutile erit, argumento tex. *in c. Diaconi*, 28. *diſt. c. ſi quidam*, 10. *q. 1. c. cum M. de conſtitutionibus.*

Quartò, prædictis obſtat text. *in cap. Eccleſiis 9. hoc* 6
titul. ubi Epiſcopi poſſunt exigere Cathedraticum, etiam ex Manſo, ab Eccleſiis, quas de manu laicorum eripiunt: Ergo Manſus non integer Eccleſiæ eſt reſervandus. Pro cujus dubii ſolutione ſciendum eſt, quid ſit Cathedraticum? eſt enim tributum duorum ſolidorum, quod præſtatur Epiſcopis in ſignum ſubjectionis, & juriſdictionis, exigiturq; à quolibet Rectore & Eccleſia, *cap. 1. cap. illud*, 10. *quæſt. 3. capit. conquerente, de officio Ordinarii*, dicitur enim hoc jus Cathedraticum vulgo, quia Cathedræ, id eſt, honori Epiſcopali debebatur, Cathedra enim in jure Pontificio, pro honore, ac munere Epiſcopali ſæpè accipitur, *c. non autem, cap. placuit, cap. ſi quis Epiſcopus*, 7. *quæſtion. 1.* Præterea, quia olim Epiſcopi quorum munus proprium, ac præcipuum eſt docere, *capit. inter cætera, de officio Ordinarii*; ſedentes in ſella, & Cathedra docebant, & Cathedra illa *Inthroniſticum* à Juſtiniano dicitur *in Novella 123. cap. 3.* quare etiam Cathedrales Eccleſiæ dictæ ſunt, ut à cæteris inferioribus diſcernantur, *cap. venerabilem, de verborum ſignificat.* latè Duarenus *de Sacris Eccleſiæ miniſteriis, lib. 7. cap. 5.* Quo ſuppoſito, jam facilis apparet ſolutio ad text. *in dict. cap. Eccleſiis 9. hoc titul.* nam ideo ibi Cathedraticum etiam ex Manſo deducitur, quia illud exigitur in ſignum ſubjectionis, & reverentiæ Epiſcopo

debitæ; quæ interpretatio apertè deducitur ex ultimis *noſtri text.* verbis, *verſicul. Nec de prædicto Manſo aliquod ſervitium faciant præter Eccleſiaſticum*, id eſt, Cathedraticum, ut notant omnes *in præſenti*, & in *dicto capite conquerente, de officio Ordinarii*; quod ſervitium ideò Eccleſiaſticum dicitur, quia non poteſt eſſe Eccleſia, quin illud debeat Epiſcopo, *capit. cum non liceat, capite accedentes, de præſcriptionibus.* Quomodo etiam eſt interpretanda *novella* Juſtiniani 123. ubi etiam Eccleſiaſticum, ſeu Cathedraticum, ex Manſo Eccleſiæ deducitur; de quo latè Doctor Pareja *in præſenti, n.* 16. Cujacius *in dicta Novella cap.* 6.

7 Quintò, ſolutioni obſtat text. *in cap. inter* 8. 10. *q.* 3. ubi Epiſcopus qui etiam ex Eccleſiæ Manſo deducere debet Cathedraticum, non tamen deducit à Monaſteriis ſubſidium Eccleſiaſticum, ſeu Cathedraticum. Sed huic dubio reſpondendum eſt; ideò ibidem Epiſcopum à Monaſteriis non deducere Eccleſiaſticum munus, ſeu Cathedraticum, quia Monaſteria, ut conſtat ex text. *in capite* 1. *de ſtatu Monachorum*, licet ſint Epiſcopo ſubjecta, quoad legem juriſdictionis, non tamen ſunt ſubjecta quoad legem Diœceſanam: quare cùm exactio Cathedratici non ſit de lege juriſdictionis, ſed de lege Diœceſana. & illud Prælatus exigat, non tanquam Judex ex poteſtate juriſdictionis, ſed tanquam Diœceſanus Prælatus, & Pater ſpiritualis, Petrus Gregorius *in dicto capite conquerente, de officio Ordinarii*; *capite* 8. *numero* 3. nihil mirum, quod ab illa exactione Monaſteria liberentur, quemadmodum etiam liberantur à charitativo ſubſidio, *c. fin. de teſtamentis*; Gloſſ. *verbo, Solutionis, in capite inter* 8. 10. *quæſtione* 5.

Sed huic ſolutioni valdè obſtat textus *in cap. ſervitium*, 18. *quæſt.* 2. ex cujus deciſione conſtat, Monaſteria etiam ad ſervitia illa Epiſcopis debita tener. Verùm huic dubio reſpondendum eſt, textum *in dicto capite ſervitium*, non loqui de Cathedratico, ſeu Eccleſiaſtico ſervitio; ſiquidem ad ejus exactionem præſcriptio ibi ponderata eſſet ſuperflua, argumento text. *in capite examinata, de judiciis*, cùm illud Cathedraticum jus, quod in ſignum ſubjectionis debetur, præſcribi non poſſit, *cap. accedentes* 11. *de præſcriptionibus*, ubi ſcripſimus; ſed tantum *text.* ille loquitur de alio ſervitio quoad annuas præſtationes ſolvi conſueto, & præſcriptio, non longiſſimo tempore, ibi adaptanda eſt, ut nonnulli exiſtimarunt; nam ab anno Chriſti 1073. quo fuit creatus Gregorius VII. uſque ad annum 1088. quo fuit creatus Urbanus II. illius Canonis conditor, tantum ſunt quindecim anni, qui ſufficiunt ad juſtificationem tituli, *capite Cura. de jure patronatus*; *leg. qui in aliena*, §. *ſed ſi non adjecerit*, *ff. de adquirenda hæreditate*. Siquidem ex decennali præſtatione inducatur præſumptio ſolemnis tituli, qui per agentem allegatur, cujus tituli ratione poteſt quis ad ſolvendum compelli; *l. cum de in rem verſo*, *ff. de uſuris*; notat Covarruvias *in regula, poſſeſſor*, 2. *parte*, §. 4. *numero* 2.

8 Sextò, obſtat text. *in capite quia cognovimus*, 10. *quæſtione* 3. *capit. cum Apoſtolus* §. *prohibemus, hoc titulo* in quibus juribus prohibetur, à ſubditis quamcunque exactionem fieri. Sed reſpondendum eſt, jura illa non loqui in ſervitiis Eccleſiaſticis, ſeu Cathedratico, ſed in aliis non permiſſis, & extraordinariis exactionibus; nam antiquitus ſuperindictio illa, non imperioſa fuerat argumento. text. *in cap. fin. de officio Ordinarii, lib.* 6. ſiquidem precibus, & ſuaſionibus eam impetrabant Epiſcopi, non tanquam dominantes in Clero: Undè hoc munus, quia ſponte offerebatur, vi extortum non dicitur; notat Duarenus *dicto libro* 7. *capite* 5. qua doctrina interpretaretur text. *in cap. Eleutherius*, verſic. *Eulogio*, 18. *quæſt.* 2. *capit. de Eulogiis*, 18. *diſtinct.* advertendo *Eulogia*, in illis juribus, non ſignificare Cathedraticum, ſed alia munera extraordinaria, & ſuperindictiones, quæ munera licèt accipi valeant ſponte oblata, non tamen coactè exigi poſſunt, *cap. queſta*, 13. *quæſt.* 2. & ſic, Monaſteria munera illa non ſolvunt, *cap. generaliter.* 16. *quæſt.* 1. Meritò, ſi Epiſcopus ſuperindictum exegerit, committit crimen concuſſionis, *cap. militare*, 24. *quæſt.* 1. & ideò tenetur in quadruplum; *cap. quoniam* juncta ejus Gloſ. 18. *diſtinct.* Secùs verò dicendum eſt in Cathedratico, quod ex noſtri text. deciſione, & ex juribus *ſupra* adductis, jure ſubjectionis adeò Epiſcopo debetur, ut ſi in dotatione Eccleſia eximatur ab Epiſcopi ſubjectione, ſcilicèt, ſi dicatur quod *ita dotatur*, *ut non ſolvat Epiſcopo Cathedraticum*, talis condito, ſeu clauſula, tanquam contra noſtri text. deciſionem facta, nullius momenti eſt, & pro non ſcripta habetur, juxta text. ita intelligendum *in cap. ſic quidem*, 10. *quæſt.* 1. notat Guttierrez *in l. nemo poteſt*, *num.* 144. *ff. de legat.* 1. nam licet tempore primitivæ Eccleſiæ cum pauperes eſſent Epiſcopi, de Epiſcopalibus Eccleſiis, & omnibus eorum bonis, ſumerent medietatem; *capite antiquos*, 10. *quæſt.* 1. & ex omnibus Parochialibus etiam *cap. conſtitutum* 16. *q.* 1. & procedente tempore, tantum ex Parochialibus tertiam oblationum, & decimarum habebant, *capite decrevimus*, 10. *q.* 1. poſtmodum quartam, *capite vobis*, 12. *quæſtione* 2. hodie autem nihil habebunt præter Cathedraticum, *capit. placuit*, 1. 10 *q.* 3. Gloſſ. celebris, *verbo, Tertia, in cap. de his* 7. 10. *quæſt.* 1. A qua Cathedratici ſolutione, neque præſcriptione, neque Epiſcopi conſenſu ulla Eccleſia liberatur; ſiquidem in ſignum ſubjectionis debetur, quare præſcriptio adverſus eam locum habet. *capit cum non liceat. de præſcriptionibus, capite cum ex officii, eodem tit.* Epiſcopus quoque non poteſt Cathedraticum à ſe abdicare, nam quemadmodum Princeps ſupremam juriſdictionem, *l.* 3. §. *Divus ff. de ſepulchro violato*, *l.* 2. *Cod. quæ ſit longa conſuet.* ita Epiſcopus non poteſt Cathedraticum amittere: cum impoſſibile ſit eſſe aliquem in Epiſcopatu, & juriſdictione Epiſcopali deſtitutum, *c. cum non liceat. de præſcriptionib.* meritò, in generali exemptione non venit Cathedraticum, *c. Paſtoralis*, juncta ejus Gloſſa *de donationibus*, bene *tamen* valebit præſcriptio de non ſolvendo in parte Cathedraticum. *c. olim, hoc titul. c. cum olim.* verſ. *Quia vero de privilegiis*; Doctor Pareja, *in præſenti*, *n.* 21. *per totum.*

Septimò, prædictis obſtat textus *in cap. conſtitutus de Religioſis domibus*, ubi Religioſi liberantur à ſolutione Cathedratici quoad Capellanias in Monaſterio poſitas; nam licet Abbates, ut *ſupra* diximus, non teneantur ſolvere Cathedraticum ratione Monaſterii ſibi ſubjecti, Pariſius *tom.* 4. *conſilio* 22. *num.* 4. tamen ratione Capellaniarum ſubjectarum Epiſcopo, tenentur Cathedraticum ſolvere; ſiquidem Capellæ illæ jam ſubjectæ ſunt Epiſcopo, cum ſemper Capellaniæ tranſeant cum ſuo onere; argumento text. *in leg. excelſus*, *ff. de legatis* 2. Sed reſpondendum eſt, textum *in dicto cap. conſtitutus*, procedere in caſu, in quo intervenit ſpecialis Pontificis auctoritas, qui ex certa ſcientia exemptionem illam confirmavit, ex qua omnia juſtificantur; *capit. propoſuit*, *de conceſſione Præbendæ*: nec etiam ad id ſola Epiſcopi auctoritas ſufficit, ex rationibus, & juribus *ſupra* adductis: videndus eſt etiam text. *in capite olim*, *infrà hoc titulo*; *capite Paſtoralis*, *de donationibus*; & quæ retuli *in capite accedentes* 11. *de præſcriptionibus*; & quæ inferius dicemus, *in capite cum ſicut* 8. *de conſecratione Eccleſiæ*, *vel Altaris*; quæ omnia ad hunc *text.* adaptari poterunt. 9

Ad text. in *capite Omnis anima hoc titulo.*

DE materia hujus *text.* plura ſcripſimus, *in c.* 2. *de judiciis*, quæ omnia in præſenti ſunt repetenda.

Ad

Ad textum in capit. Cum Apoſtolus 6. cum omnibus ſuis §§. cap. Cum olim 19. c. Cum venerabilis 21. c. Super eo 22. c. Procurationes 23. c. Venerabilis 24. cap. Cum nuper 25. cap. Auctoritate 27. hoc titulo: c. 1. §. Procurationes, eodem tit. libro 6.

SUMMARIUM.

1 *Procuratio Viſitatoribus debetur, non in pecuniis, ſed in victualibus: & ipſi procurationem moderatam ſecundum loci conſuetudinem recipere debent: nec familia aliquid muneris, etiam ſponte oblatum recipiat.*

2 *Viſitatores cum ſpiritualia ſeminent in Eccleſiis, quas viſitant, meritò ab eis victualia recipiunt.*
Militare ſuis ſtipendiis nemo cogitur.
Epiſcopi ſunt Paſtores animarum, & tenentur de illis rationem reddere Deo.

3 *Prohibitum una via, alia non debet permitti.*
Portiones, quæ Epiſcopis debentur, ſunt in triplici differentia, ut ibi exponitur.

4 Cap. auctoritate, finali, de cenſibus.
Procuratio ex Oratoriis non debetur.

5 *Procuratio attentis facultatibus Eccleſiæ exigenda eſt.*
Cap. quanto, 16. de cenſibus.
Procuratio eſt in triplici differentia, & in quo differant.

6 *Text.* in cap. quanto 16. *verſic.* Niſi facultates, de cenſibus.

7 Cap. 1. §. Procurationes, *conciliatur cum* capite ſecundo, capite felicis, 3. de cenſibus, libro ſexto.

8 Cap. 1. de cenſibus, l. 6. *cum* c. charitatem, §. Viſitatores, 12. q. 2.
Juſtum eſt, ut illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium.
Licitum eſt multoties recipere, quod non licet exigere.

9 Cap. Procurationes 23. de ſenſibus, *cum* c. quoniam in fine 7. 18. diſt & c. 1. §. Procurationibus, de cenſibus, lib. 6.

10 *Eccleſia nihil debet recipere cum augmento lucri cauſa.*

11 Cap. quia plerique 8. de immunitate Eccleſiarum, *cum* c. procurationes, de cenſibus.

12 Cap. 1. §. Procurationes, *verſ.* Caveat, de cenſibus, lib. 6.

CONCLUSIO

1 QUæ generaliter ferè ex his omnibus juribus deduci poteſt hæc eſt: *Viſitatoribus procuratio debetur, non in pecuniis, ſed in victualibus, & procurationem moderatam ipſi recipere debent: nec familia aliquid muneris etiam ſponte oblatum, recipere poteſt.* Quæ concluſio ultra jura ſuprà adducta, probatur ex text. *in cap.* 1. §. *Procurationes, cap. exigit* 2. *cap. facilis* 3. *hoc tit. lib.* 6. *Clementina* 2. *eodem titul. cap. cum ex officii* 16. verſic. *Nos igitur, de præſcriptionibus; cap. quia plerumque* 8. *de immunitate Eccleſiarum; cap. viſitandi. capit. Eleutherius*, 18. *quæſt.* 2. *cap. placuit*, 19. *quæſt.* 1. *c. conquerente* 16. *de officio Ordinarii, cap. ſi quis Epiſcopus* 6. *eodem tit. lib.* 6. *Concilium Bracaren. Secundum, cap.* 1. *Tridentinum ſeſſione* 24. *capit.* 3. *& ſeſſione* 7. *de reformatione, cap.* 7. *&* 8. *leg.* 4. *ff. de officio Proconſulis; l. plebiſcito* 18. *ff. eodem; Authentica, ut Judices, ſine quoquo ſuffragio*, §. *penultimo, collation.* 2. Exornant Azor. 2. *tom. Mora-Granna in Decret.* *lium, lib.* 3. *capit.* 42. Amaya *in l. unica, Cod. de collatione donator lib.* 10. *numer.* 33. *cum ſequentibus*, Petrus Gregorius *in dict. capit. conquerente* 16. *de officio Ordinarii*; Surdus *de alimentis, titul.* 1. *quæſt.* 64. *& titul.* 14. *quæſt.* 22. Cerda *in praxi part.* 2. verbo, *Viſitatio*, cum multis traditis à Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi*, 3. *part. allegatione* 73. Idem *de jure Eccleſiaſtico univerſo, lib.* 1. *cap.* 14. *& lib.* 3. *cap.* 22. *& in remiſſionibus ad Concilium, dicta ſeſſione* 24. *c.* 3. *& in collectaneis ad noſtrum textum*, cum ſimilibus *ſupra* adductis.

Ratio eſt, quæ refertur, *in dict. capit. cum ex officii: & cap. ſi Epiſcopus, de officio Ordinarii, lib.* 6. ubi aſſeritur procurationes Viſitatoribus deberi, quia cum Viſitatores ſpiritualia ſeminent in utilitatem Eccleſiarum, meritò ab eiſdem Eccleſiis victualia debentur tum in ſignum ſubjectionis, tum etiam ut Viſitatores facilius invitentur ad viſitationem; deinde ne pertimeſcant difficultatem deferendi, vel quærendi victualia per Epiſcopatum, ſeu Provinciam, cum nemo cogatur ſuis ſtipendiis militare, *cap. cum ex officii* 16. *de præſcriptionibus; cap. ſi Epiſcopus* 6. *officio Ordinarii, lib.* 6. Merito Viſitatoribus procuratio, & moderatum auxilium debetur, quia ut inquit Paulus 1. *ad Corinthios, cap.* 9. *Quis militat ſuis ſtipendiis unquam? Quis plantavit vineam, & de fructu ejus non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte ejus non manducat?* Et cum Epiſcopi ſint Paſtores animarum, & teneantur earum curam gerere, & Deo rationem reddere de populo eis commiſſo, *cap.* 1. *de officio Ordinarii*; ideo ſuſtinetur pro multis neceſſitatibus, quæ aliquoties ſuperveniunt, ut ſi manifeſta, vel rationabilis cauſa extiterit, cum charitate moderatum auxilium à ſubditis valeant Epiſcopi poſtulare: notat Barboſ. *de jure Eccleſiaſtico univerſo. cap.* 22. *num.* 6. Non tamen debet in pecunia, ſed in victualibus procurationem recipere, quia ſi in pecunia ſolveretur, poſſet de illa poſt viſitationem aliquid ſupereſſe, & daretur occaſio, ut Viſitator avarè ſe gereret, quod pernicioſiſſimum eſſet; ſiquidem in viſitatione omnis fraudis & avaritiæ ſuſpicio abeſſe debet, *dicto cap.* 1. §. *Procurationes, hoc titul. lib.* 6. Similiter nemo de familia, prætextu officii, poteſt ultra procurationem aliquid exigere, ut omnis fraus evitetur, & ne quod una via alicui prohibetur, alia permittatur, *cap. cum quid, de regulis juris, lib.* 6. præcipuè, quia Epiſcopus de eo, quod familia recipit, omnino tenetur, *capit. amputatis, diſtinct.* 86. *capit. amputat.* 25. *quæſtion.* 2. Gloſſ. *verbo teneantur in dict. capit. exigit, de cenſib. in* 6. alias autem pœna maledictionis, & dupli, Viſitator punitur, ſi ultra debitam procurationem receperit: quod rectè ſtatutum eſt *in d. c.* 1. §. *Procurationes: hoc titulo, lib.* 6. ut ſic quos Dei timor à malo non revocat, Eccleſiaſtica debeat coercere ſeveritas, *cap. cum in junctis*, §. *fin. de electione*, notant Dominicus, Franchus, & Ancharran. *in dict. capit.* 1. §. *Procurationis, hoc tit. lib.* 6. Barboſ. *in collectaneis ad eundem textum.* 2

Primò, obſtabit dicere, quod cum Epiſcopus, ſeu alius quilibet, qui officium Viſitationis exercet, habeat redditus, ſeu fructus ratione illius dignitatis, & illi ſolvantur in honorem Cathedræ Epiſcopalis, *dicto cap. conquerente* 16. *de officio Ordinarii*, ubi latè *Petr. Gregorius*, & eruditè adnotavit Doctor Solorzanus *tom.* 2. *de jure Indiarum; lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 39. *in fin.* non debuit illi jus exigendi has procurationes ab Eccleſiis, ſeu ab aliis locis concedi; nam (ut ait Divus Auguſtinus, *tract.* 49. *ad caput* 10. *Joannis*, ex Apoſtoli auctoritate relata *in cap.* 19. 8. *q.* 1.) ſunt in Eccleſia ſua quærentes, non quæ Jeſu Chriſti; quod eſt non Deum, propter Deum quærentes, ſed temporalia commoda ſectantes: ergo ut illud lucrum eſſet in perſonis Eccleſiaſticis, quæ jam redditus habent, ex quibus 3

bus valent commodè sustentari, procuratio illa cessare debet. Pro cujus dubii solutione adnotandum est quod plura sunt munera, quæ obveniunt Episcopis; primum est Canonica, seu Quarta portio de omnibus legatis Ecclesiæ relictis, *cap.* 7. cum *sequentibus*, 10. *quæstion.* 1. alia est portio Cathedralis, quæ in honorem Cathedræ Episcopalis datur, *in dict. c. conquerente, de officio Ordinarii*, quæ distributio fiebat in die Nativitatis, & Resurrectionis Christi, *cap. olim*, *hoc titul.* Tertium est subsidium charitativum, quod Episcopis, causa exulante, debetur propter honorem, & dignitatem maximam Episcoporum, ne vilescat propter paupertatem eorum dignitas, Concilium Aurelianense relatum *in cap. antiquos*, 10. *quæst.* 1. meritò duplici de causa procuratio Episcopis debetur: Primò quia illam habent in signum subjectionis, notat Innocent. *in dict. cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. Secundò, ob difficultatem quærendi in itinere victualia, & ut sic facilius inducantur ad visitationem; notat Abb. *in d. cap. procurationes* 23. *hoc tit.* Nec obstat, quod eis redditus Episcopatus assignentur; ut suprà in dubitandi ratione diximus: quia id non interest; siquidem quotidie videmus quod Canonicis quotidianæ distributiones dantur, ut facilius intersint Divinis Officiis, licet habeant alios redditus ex quibus sustentari possint. *c.* 1. *de Clericis non residentibus, l.* 6. notat Viv. *in rational. ad tex. in d. c. procurationes* 23. *hoc tit.*

Secundò, obstabit text. *in cap. authoritate, fin. hoc titul.* ubi Gregorius IX. prohibet, ne quis pro eo quod in Oratoriis quæ in Grangiis existunt, interdum aliqui Religiosi celebrant, procurationes visitationis nomine exigere præsumat. Sed huic dubio satisfaciendum est, ex sequentibus, *primo*, quia hujusmodi procuratio non præstatur, nisi cum Prælatus visitat locum cau sa correctionis, *dicto capite*, *procurationes*, *hoc titul.* & quoniam in grangiis illis, sive Oratoriis, nulla fit ad correctionem visitatio, licèt ibi quandoque Monachi celebrent, non tamen habitant, sed Conversi dumtaxat causâ colendi agros suos; meritò nulla propter hoc debet præstari procuratio; notat Gloss. *ibid.* verb. *Ratione visitationis*, cum Oratoria illa publica, vel privata, non habeant in se formam Ecclesiæ, nec sint tanquam Ecclesia consecrata, nec illis alia concedantur, quæ Ecclesiis permittuntur; *c. petentibus*, *de privilegiis*, cum in illis Missa celebrari non possit, nisi accedat Superioris consensus, *c. uniquique*, *de Consecr. dist.* 1. & quamvis accesserit tamen in festis solemnibus ad Ecclesiam accedere tenentur, *c. si quis etiam*, *de Consecr. dist.* 1. & si non tractentur honestè, possint ab Episcopo destrui; sed non exinde procurationes ab eis exiguntur.

Tertiò, adversus ea, quæ in *text. nostro* notant omnes; videlicèt, moderatam, & honestam debere esse procurationem, attentis facultatibus Ecclesiarum, & personis visitatis, ita ut visitans non quæ sua sunt quærere videatur, sed quominus possit Ecclesiam, & subditos oneret, *d. cap. conquerente, de officio Ordinarii*, Barb. plures referens, *de potest. Episcop. p.* 3. *allegat.* 37. *n.* 57. obstabit text. difficilis *in cap. quanto* 16. *in principio, hoc tit.* in cujus *text.* specie, una tantum procuratio debetur, nec augetur, etiam si numerus Religiosorum augeatur; & major labor Visitatori existat, ita ut Visitatori non necessaria, sed unica tantum procuratio singulis annis debeatur. Pro cujus dubii solutione adnotandum est, quod procuratio est in triplici differentia, nam, vel debetur ratione visitationis simpliciter, absque ulla consuetudine, *ut in dict. cap. procurationes*, *in principio*, *hoc tit.* vel secundo modo debetur ex vi consuetudinis, vel alterius juris specialis, *c. scientes* 3. *hoc titulo*, *cap. cum ad Apostolicam*, *de simonia.* Tertia verò procuratio est quæ ex testamento, vel pacto legitimè celebrato, tempore fundationis imponitur, *capit. Eleutherius*, 18. *quæstione* 2. *capit. præterea* 23. *de jure patronatus*: quas quidem procurationum species refert Gloss. *in dicto capit. procurationes*: Glossa *in c. accedentes*, *de præscriptionibus*: Gloss. *in Clementina* 2. *hoc titulo.* Barbos. *lib.* 3. *de universo jure Ecclesiastico*, *capit.* 22. *nu.* 3. Quo supposito respondetur, discrimen versari inter procurationem jure visitationis, vel consuetudinis debitam, & inter procurationem in pacto, vel testamento deductam; nam illa, quæ ex consuetudine debetur, licèt augeri, vel minui possit, attentis facultatibus Ecclesiæ, seu personis visitatis; tamen illa, quæ pacto, vel testamento debetur, etiam auctis facultatibus, amplius quàm id, quod in pacto, vel testamento tempore institutionis Ecclesiæ deductum est, non debetur; & de hac procuratione pacto, vel testamento debita, est interpretandus tex. *in d. c. quanto* 16. *in principio*, *de censibus* ut eruditè adnotavit Doct. Don Franc. de Amaya *in l. unica C. de coll. don. l.* 10. *n.* 34.

Quartò, solutioni suprà traditæ, valde obstabit secunda text. pars, *in dict. capit. quanto* 16. *hoc titulo*, versic. *Nisi facultates Ecclesiæ in tantum excreverint*; in quo similiter agitur de procuratione testamento relicta; & nihilominus affirmat, quod auctis bonis, & facultatibus Ecclesiæ, procurationis quantitatem, etiam crescere debere. Cujus text. difficultatem tetigit Amaya *ubi supra*, *num.* 39. afferitque text. *in dicto capite*, *quanto* 16. *hoc titulo.* in prima ejus parte esse intelligendum, quando testator certam procurationis quantitatem designavit: quo in casu, nec etiam auctis facultatibus amplius, quàm unica portio debebitur, at verò in secunda parte procedere, quando testator non certam, taxatam, vel determinatam procurationem reliquit; veluti cum indefinitè, & simpliciter dixit, ut de fructibus exhiberetur procuratio; meritò si tantum excreverint facultates, & fructus à testatore relicti, non videtur esse contra testatoris voluntatem, & ejus dispositionem; si autem facultatibus & numero Religiosorum, augeatur etiam procurationis quantitas, quæ nec in jure est definita, Gloss. *verb. Facultatibus*, *in dict. cap. conquerente*, *de officio Ordinarii*; siquidem testator *in dict. cap. quanto* 16. solum dixit, ut procuratio exhiberetur, sed taxationem reliquit arbitrio hæredis, qui eam exhibiturus erat secundum numerum Monachorum Sancti Irenæi; meritò si hæres plus expenderit, quàm anteà, quia jam plures Monachi erant, & bona similiter fuerant aucta non exindè queri debet, si plus expendisset, quàm antea expendere solebat; sed omnino contrarium observaretur, si testator certam quantitatem procurationi assignasset; nam tunc nec auctis facultatibus, nec numero Religiosorum, amplius, quàm à testatore relicta procuratio deberetur; ut in prima illius text. parte, notat Amaya *in d. l. una*, *C. de collat. donat. l.* 10. *num.* 38.

Quintò, adversus ea, quæ refert text. *in d. cap.* 1. §. *Procurationes*, *hoc tit. lib.* 6. dum asserit, Visitatorem non in pecunia, sed in victualibus procurationem recipere debere, obstabit Bonifacii VIII. decretum relatum *in cap. felicis* 3. *hoc tit. lib.* 6. Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 3. ex quibus juribus deducitur, Visitatorem consentientibus ipsis visitatis posse recipere procurationem in pecunia: cujus decisio magis difficilis redditur ex text. *in c. exigit* 2. *hujus tit. l.* 6. ex quo cavetur, quod etiam volentibus visitatis, Visitator non poterit procurationem in pecunia, sed in victualibus recipere. Sed hæc jura ad concordiam reduci debent, si dixerimus, quod licet attento Lateranensi Concilio relato *in dict. cap. procurationes* 23. *hoc tit.* sub Innocentio III. celebrato anno 1243. etiam usque ad Innocentium IV. *in d. cap.* 1. & Gregorium X. *in cap.* 2. *hoc tit. lib.* 6. Visitatores procurationem in pecunia, etiam ipsis visitatis consentientibus, exigere non possent, tamen Bonifac. VIII. Gregorii successor, *in c. felicis hoc tit. lib.* 6. cognoscens plurima incommoda, & dispendia, tam personis visitantibus, quàm locis, Ecclesiis, & personis visitatis existere, ob hanc causam correxit, & reformavit decisionem text. *in d. c. procurationes*

hoc

*hoc tit.d.cap.*1.& 2. *eod.tit.lib.*6. permiſitque Viſitatoribus ut volentibus viſitatis, ob illa incommoda vitanda poſſint in pecunia pro victualibus procurationem recipere: quod etiam in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *de reformat.* fuit confirmatum; ut notat Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi*, 2. *part. allegat.* 73. *num.* 78. Idem *in collectaneis ad text. in dict. c.* 1. §. *Procurationes*, & *in cap.* 2. *hoc tit. lib.* 6.

8 Sextò, adverſus ea, quæ refert text. *in d. cap.* 1. in ſecunda ejus parte, *hoc titul. lib.* 6. videlicet, quod nec familia viſitantis poterit aliquid recipere prætextu officii, vel conſuetudinis, etiam ſi ei ſponte fuerit oblatum obſtabit text. *in capite charitatem*, §. *Viſitatore*; 12. *q.* 2. ex cujus deciſione deducitur, quod Notarii, ſervitores, & familiares, qui cum Viſitatoribus per Diœceſim extra civitatem fatigantur, aliquando pro ſui laboris ſubſidio à viſitatis pecuniam exigere poterunt, redditque *text.* rationem, quia juſtum eſt, ut illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntut obſequium, cùm nemo invitus cogatur de ſuo beneficium alicui erogare; *cap. precariæ*, 10. *q.* 2. præcipuè, ſi ſponte eis fuerit oblatum, quod neutiquam Notariis pro chartis recipere eſt prohibitum, *cap. ſicut Epiſcopum*, 1. *q.* 2. Tum etiam, quia ſæpiùs licitum eſt recipere, quod non licet exigere, *c. dilectus, de ſimon. cap. Eulogius*, 18. *diſt.* Pro cujus dubii ſolutione animadvertendum eſt, diſcrimen verſari inter Notarium, cui certum ſalarium aſſignatum eſt, ut officium impertiri poſſit, veluti, ut dictet, vel ſcribat literas, ſeu acta viſitationis, & inter eum, cui nullum ſalarium eſt aſſignatum: nam in primo caſu, neutiquam prætextu officii ullus de familia quidquam recipere poterit, etiam ſi ſponte ei fuerit oblatum, & ita eſt interpretandus text. *in d. cap.* 1. §. *Procurationes*, *in* 2. *parte de cenſib. lib.* 6. ſi verò nullum ſalarium Notario eſt aſſignatum, tunc ratione officii poterit exigere congruum ſtipendium, propter laborem. Ratio eſt, quia nemo cogitur invitus beneficium erogare, cum cuilibet ſit permiſſum ſuas operas locare, *d. capit. precariæ* 10. *q.* 2. *cap. charitatem*, 12. *q.* 1. & ita de Notario, cui ſalarium non eſt aſſignatum, eſt interpretandus tex. *in d. capite charitatem*, §. *Viſitatores*, 12. *quæſt.* 2. Turrecremata *ibidem & in d. c. licet Epiſcopus*, 1. *quæſt.* 2. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop.* 3. *part. allegat.* 73. *n.* 41. Zerola *dicto verbo, Viſitatio*, §. 6. *dub.* 4.

Septimò, adverſus ea, quæ refert text. *in d. cap. Pro-*
9 *curationes* 23. §. *porro, in fine, hoc titulo, cap.* 1. §. *Procurationes, in fine, eodem tit. lib.* 6. videlicèt, Viſitatores, ultra procurationem aliquid accipientes maledictionem incurrere; à qua non liberantur, niſi duplum ejus quod ultra procurationem contrectarunt, Eccleſiæ reſtituerint; obſtabit text. *in capit. quoniam*, *in fin.* 7.
7 18. *diſtinct.* ex cujus deciſione deducitur, quòd ſi Archiepiſcopus aliquo procurationis nomine exegerit ab Epiſcopis venientibus ad Concilium, quadrupli pœna punitur, ita ut Eccleſiæ reſtituatur: ergo non dupli, ſed quadrupli pœna erit puniendus. Cui dubio reſpondit Gloſſa *verbo, Impendat, in dicto capite procurationes*; Zabarella *ibidem*, *numero* 8. dum aſſerit, quod ſi Viſitator gravat Eccleſiam in procuratione, punitur in duplum; & ita obtinere text. *in dicto capite procurationes* 23. *hoc titulo*; *dicto capite* 1. §. *Procurationes*, *eodem titul. lib.* 6. Si verò gravat Eccleſiam in xeniis, hoc eſt in indebitis exactionibus, in quadruplum; & ita obtinet text. *in dicto capite quoniam*, 18. *diſtinction.* Xenia enim ſunt, quæ ultra hoſpitium præſtantur, nec debentur, veluti munuſcula non ſolita, quæ ultra eſculenta, & potulenta exiguntur; argumento text. *in leg.* 6. *ff. de officio Proconſulis.*

Sed hæc interpretatio apertè convincitur, quia etiam *in dicto cap.* 1. §. *Procurationes, hoc titulo, lib.* 6. *& capit. procurationes, hoc titulo*; agitur de xeniis, & nihilominus dupli tantum pœna eſt. Quare hac, & aliis omiſſis, veriſſimè dicendum eſt, diſcrimen verſari inter text. *in dict. capite* 1. §. *Procurationes, hoc titulo lib.* 6. *& capite procurationes* 23. *in fine, hoc titulo*, & inter text. *in d. capit. quoniam*, 18. *diſtinct.* quia in dictis juribus tantum dupli pœna Viſitatoribus imponitur, qui ultra procurationem aliquid acceperint, & maledictione Dei puniuntur, à qua non liberantur, niſi duplum Eccleſiæ reſtituant, nam in illis agitur de exactione ultra procurationem; at verò text. *in dicto capit. quoniam, in fin.* 18. *diſtinct.* non procedit in exactis ultra procurationem, ſeo in crimine concuſſionis, veluti quando Judex aliquid vi, vel metu, ultra debitum ſalarium à partibus exigit, ne juſtitiam exerceat; quod quidem graviſſimum crimen eſt, & majori punitione dignum; & merito quadrupli pœna punitur, juxta text. *in cap. ſancimus*, 2. *quæſt.* 1. *capit. militarem*, 23. *q.* 1. notat Turrecremata, & Acunna *in dicto c. quoniam, in fine* 18. *diſtinct.* Abb. *in c. procuratione* 23. *hoc tit. n.* 6. Hoſtienſis *ibidem.*

Octavò, adverſus ea, quæ refert text. *in dict. cap.* 10
procurationes 23. *in fine, hoc titulo*, *dict. capit.* 1. §. *Procurationes, in fine, eodem titul. lib.* 6. dum aſſeritur, hanc dupli pœnam Eccleſiæ eſſe reſtituendam, Obſtabit illud juris principium quo docemur, quod id, quod ab Eccleſia aufertur, non debet reddi Eccleſiæ cum augmento; *capite fraternitas*, 12. *quæſtione* 2. Verùm huic dubio veriſſimè eſt reſpondendum, quod res ablata ultra procurationem à Sacerdotibus, eſt Sacerdotum propria, illiſque eſt reſtituenda: Si verò eſt ipſius Eccleſiæ, applicatur Eccleſiæ, in cujus læſionem factum eſt ut conſtat *ex dicto capite procurationes, & ex dicto* §. *Procurationes*, argumento text. *in capite ſi quis in atrio*, 17. *quæſt.* 4. Nec obſtat text. *in dicto capit. fraternitas*, 12. *quæſtione* 2. dum aſſerit, quod Eccleſia nihil debet recipere cum augmento: id enim verum eſt ex æquitate, & conſilio; ita ut ſua propria auctoritate, nihil ultra damnum illatum recipere valeat; ſecùs tamen in odium exigentis ex ſtricto juris rigore, Judicis auctoritate interveniente; nam tunc pœnam quadrupli recipit; & ita obtinet text. *in dict. cap. procurationes*, *& dicto* §. *Procurationes*, *& dict. cap. quoniam*: quod eſt admiſſum, ut homines timore pœnæ, ab illis delictis arceantur; juxta text. *in c.* 1. *hoc* Gl. *verb. In augmento.* Turrecremata *in dict. capit quoniam, decima octava diſtinctione, numero decimoſecundo.*

Nonò, ſolutioni valde obſtabit Concilium Latera 11
nenſe, *cap.* 34. relatum *in capit. quia plerique* 8. *de immunitate Eccleſiarum.* In cujus *text.* deciſione ſtatuitur, quod Epiſcopi ob procurationem Delegato ſolvendam, aliquid à ſubditis ultra eam non exigant; quod ſi fortè aliter facere præſumpſerint, tantumdem cogantur pauperibus elargiri; & ſi negligentes fuerint, Eccleſiaſtica ultione arceantur, à qua non abſolvantur, donec reſtitutio illa pauperibus fuerit facta: ergo non Eccleſiis, vel Clericis, illa dupli pœna eſt reſtituenda. In cujus text. difficultate, Gl. *ibid.* verbo, *Pauperibus*; aſſerit, ideò non Eccleſiæ ſed pauperibus in *text. illo* reſtitutionem fieri debere, quia non approbat quantum quilibet Clericus contuliſſet.

Sed hæc interpretatio apertè convincitur ex eo, quia quemadmodum reſtitutio fieri jubetur pauperibus, ſic ſimiliter potuit reſtitui illis, à quibus ablata ſunt, cùm ex ſcriptura exactionis tempore facta apparere potuiſſet de eo, quod quilibet dediſſet.

Quare ſecundo loco Gloſſa *in dicto capite quia plerique*, aſſerit text. *in dicto capite procurationes* 23. *hoc titulo*, cum *ſimilibus*, procedere in diverſa ſpecie, quàm procedit text. *in dicto capite quia plerique*; nam text. *in dicto cap. procurationes*, loquitur cum Prælatus viſitans Eccleſiam ſibi ſubjectam, plus exigit, & plures procurationes, quàm ſunt dies, quibus ibi morari poſſet, poſtulavit; nam tunc gravius excedit. & quaſi concuſſionis pœna punitur, & ſic meritò Eccleſiæ reſtitutio fieri debet; at verò *in dicto capit. quia plerique* nullum concuſſionis crimen fuit commiſſum; dicendum

à nullo aliquid ultra quàm expreſsè ſolvere deberet exegit: ſed quia cum poſtea facta computatione, videatur plus recipere, quàm quod ſolvendum eſſet, merito æquum erit, quod Clerici recipiant, id quod ultra dederunt; & Epiſcopus, loco pœnæ, tantundem pauperibus ſolvat: quas quidem *Gloſſæ* interpretationes refert Abbas *in dicto cap. quia plerique, de immunitate Eccleſiarum.*

Sed hæc interpretatio ſimiliter convincitur ex eo, quia text. *in dicto capit. procurationes*, non loquitur de concuſſionis crimine, cum tantum ibidem dupli præſtatio fiat, non quadrupli, quæ propria pœna criminis concuſſionis eſt, *dicto cap. ſancimus*, 1. *quæſt.* 7.

Quare omiſſa etiam interpretatione, quam refert Joannes Andreas *in dicto cap. plerique*, dum aſſerit deciſionem text. *in dict. cap. procurationes*, *& in dict. cap. quia plerique*, idem eſſe, idemque ſignificare; nam quod refertur *in dict. cap. quia plerique*, reſtitutionem fieri pauperibus; idem etiam videtur inſinuare textus *in dicto cap. procurationes*; ſiquidem id quod datur pauperibus, Eccleſiæ datum intelligatur cum id, quod Eccleſia habet, pauperum ſit, *cap. finali*, 16. *quæſtione* 1. Quam interpretationem impugnat Abbas *in dicto cap. quia plerique num.* 6. meritò nam melius reſpondere poteris cum Hoſtienſe *in titul. de immunitate Eccleſiarum*, *num.* 16. Abbate *in dicto cap. quia plerique*, *num.* 6. *in fine*, dum aſſerunt jura illa non eſſe contraria, ſed potiùs diverſa: quia textus *in dicto cap. procurationes*, procedit, quando Epiſcopus ultra procurationem ſibi debitam aliquid ab Eccleſia exegit: ideò duplum ei reſtitui debet; at verò text. *in dict. cap. quia plerique* 8. *de immunitate Eccleſiarum*, procedit, quando Epiſcopus à Clericis, non ſibi, ſed delegato debitam procurationem exegit: tunc enim mitius punitur, & pauperibus loco pœnæ compellitur reſtituere.

12 Decimò, adverſus ea, quæ refert text. *in dict. cap.* 1. §. *Procurationes*, *hoc titulo*, *lib.* 6. verſicul. *Caveant ne ipſe, vel quiſquam ſuorum aliquod munus quodcunque ſit, & qualitercunque offeratur, præſumat recipere, &c.* Ponderando verbum illud *Quodcunque*, *& qualitercunque*, quæ verba adeò generalia ſunt, ut in ſe comprehendant munus, & donum, licèt inter ſe differant; nam primum cum cauſa, ſecundum ſine ea accipitur: & ſic *text.* affirmare videtur, Viſitatorem, nec munus, nec donum recipere poſſe: obſtabunt primæ illius text. parti, *in verſic. Nullus tamen pecuniam ipſe, vel aliquis de ſua familia*, quæ verba difficilia redduntur, ex eo quod, vel prima vel ſecunda illius text. pars ſuperflua erit, cùm idem ſignificet. Verùm huic conſiderationi reſpondendum eſt, cum Dominico *in dict. cap.* 1. §. *Procurationes*, *hoc titul.* dum aſſerit, quod *in dict.* §. *Procurationes*, *in principio*, prohibitionem conſtituit contra exigentes donum ab invitis, argumento text. *in l. fideicommiſſa*, §. *ſi rem*, *ff. de legatis* 3. at verò *in dicto verſic. Caveant*, pœna conſtituitur contra recipientes munera, etiam ſponte oblata. Nec ſolutioni obſtabit verbum illud, *Recipiat*, quod ſimiliter in prima *text.* parte refertur; atque ideò non ad coactam exactionem, ſed ad liberam receptionem adaptanda erit prima illius text. pars: Quia reſpondendum eſt, non obſtare verbum illud, *Recipiat*; ſiquidem ſimiliter *in cap. exactio* 2. *hoc tit. lib.* 6. prohibitæ ſunt exactiones, & receptiones, & ſimiliter utroque in tex. verbum illud, *Recipiat*, ſcriptum reperitur: plura etiam contraria refert Zabarella *in cap. procurationes*, *hoc tit.* vide etiam text. difficilem *in cap. ſuper eo* 22. *cap. venerabili* 24. *hujus tit.* ubi latè Zabarella, *cap. relata* 9. 10. *quæſt.* 1. *cap. ſopitæ* 14. *hujus titul.* & quæ latè ſcripſi *in cap. cum ab omni* 10. *de vita, & honeſtate Clericorum.*

Ad textum in *cap. Cum inſtantia* 17. hujus tituli.

DE materia hujus *text.* videre oportet, quæ ſcripſi *in cap. accedentes* 11. *præſcriptionibus.*

Ad textum in cap. Prohibemus 7. cap. Scientes 3. cap. Prætereà 8. cap. Eccleſiis 9. cap. Cum Clerici 11. cap. Significavit 13. cap. Gravis 15. cap. Cum venerabilis 21. hoc titulo, de cenſibus.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopi, & alii Prælati Eccleſiaſtici Eccleſiis novos cenſus imponere non debent.*
2 *Cenſus impoſitio eſt quædam jurium Eccleſiæ alienatio, & ſervitutis impoſitio.*
Epiſcopus non poteſt alienare Eccleſiam, nec ejus bona, ſine debita ſolemnitate.
3 Cap. præterea 23. de jure patronatus.
Cenſus à Prælatis dupliciter Eccleſiis imponi poteſt, in perpetuum, vel ad tempus; ubi exponitur.
4 Cap. tua nos 11. de jure patronatus, *cum* cap. gravis 15. de cenſibus.
5 Cap. audivimus 3. de colluſione detegenda.
6 Cap. de cætero 5. de tranſactionibus.
7 Cap. prætereà 8. de cenſib.
Cenſum novum Epiſcopi menſæ ſuæ, etiam ex juſta cauſa imponere non poſſunt.
8 Cap. Clerici 11. de cenſibus, *cum* cap. prætereà 8. & cap. ſignificavit 13. eodem tit.
9 Cap. Eccleſiis 9. de cenſib.

CONCLUSIO.

EPiſcopus *& alii Prælati Eccleſiaſtici Eccleſiis novos cenſus imponere non debent.* Conſonat text. *in cap. Clericos* 6. *de pactis*, *cap. ſicut* 16. *de ſupplenda negligentia Prælatorum*: *cap. de cætero* 5. *cap. prætereà* 9. *&* 10. *de tranſactionib. cap. avaritiæ*, *cap. extirpandæ*, *de Præbendis*, *& dignitatibus*; *cap. audivimus*, *de colluſione detegenda*; *Clementina* 1. verſicul. *Eadem quoque*, *de ſupplenda negligentia Prælatorum*; *cap. tua nos*, *de jurejurando*; *cap. ad audientiam* 31. *de reſcriptis*; de jure Civili, *leg.* 1. *Cod. de paſcuis publicis*, *lib.* 11. *leg.* 1. *tit.* 22. *part.* 1. Exornant Sebaſtianus Cæſar, *de Eccleſiaſtica Hierarchia*, 1. *part. diſp.* 3. *num.* 25. Gigas *de penſionib. quæſt.* 6. Corraſius *de Sacerdotio*, 1. *part. cap.* 4. Sotus *lib.* 9. *de juſtitia*, *& jure*, *quæſtio* 7. *artic.* 2. Paulus Romanus *de penſionibus*, *cap.* 4. *num.* 10. Covarruvias *in cap. quamvis pactum*, 1. *part.* §. 6. *num.* 22. Duarenus, *de ſacris Eccleſiæ miniſteriis*, *lib.* 6. *cap.* 4. Suarez *de Religione*, *tomo* 1. *lib.* 4. *cap.* 51. *num.* 6. Azor. 2. *part. Moralium*, *lib.* 8. *cap.* 6. *quæſt.* 1. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi*, 1. *parte allegatione* 85. *& in collectaneis ad textum noſtrum*, *nitmer.* 1. 1

Ratio eſt, quia impoſitio cenſus eſt quædam alienatio jurium Eccleſiæ, & ſervitus, qua illa gravatur, *cap. nulli*, verſicul. *Conditionem*, *de rebus Eccleſiæ*: Rebuffus *de pacifici*, *poſſeſſ. nu.* 108. Barb. *dicta allegatione* 85. *num.* 8. Nam Epiſcopus non poteſt alienare Eccleſiam, nec bona illius, abſque debitis ſolemnitatibus, *capit. ſine exceptione*, 12. *quæſt.* 2. *cap. novit* 4. *cap. tua nuper* 8. *de his*, *quæ fiunt à Prælatis*, Covarruvias *lib.* 2. *variarum*, *cap.* 17. nec ipſi licet deteriorem conditionem 2

conditionem suæ Ecclesiæ facere, *cap. requisivit, de in integrum restitutione*; *cap. fraternitatem, de donationibus*; quas solemnitates non possent Episcopi adhibere, si vellent censum imponere ad utilitatem suam, cum in proprio facto non debeant auctorizare, & sibi ipsis Auctores esse, *Clementina* 1. *de rebus Ecclesiæ*; *leg.* 1. §. 1. *ff. de authoritate tutorum*: nec etiam ad utilitatem alterius Ecclesiæ, vel privati, nisi subsistente causa rationabili, & legitima, quæ ultra solemnitatem necessaria est; argumento text. *in cap.* 1. *de rebus Ecclesiæ*, *lib.* 6. merito enim Episcopi censum perpetuum Ecclesiis imponere non possunt, nisi justa de causa, vel tempore fundationis, *cap. præterea* 23. *de jure patronatus*, Butrius *in cap. significavit, hoc titulo*, *num.* 3. post fundatas verò Ecclesias imponere nequibunt, nisi quando locis Religiosis eas applicuerint; & ultra justam causam concurrat debita solemnitas, nempe Capituli consensus, & aliæ quæ in alienatione rerum Ecclesiæ requiruntur, argumento textus *in cap. tua nos* 8. *& 9. de his quæ fiunt à Prælatis*; *cap. Pastoralis* 7. *de donationibus*: *cap. Episcopus*, 12. *quæst.* 2. notant Abbas, & Cardinalis *in dict. cap. significavit*, *nu.* 1. *& 3. hoc tit.* In Ecclesiis verò, quæ pleno jure Episcopis subjiciuntur, poterit Episcopus, si Episcopalia remiserit, censum sibi retinere, *c. constitutus*, *de Religiosis domibus*: *c. cum venerabilis* 21. *de censibus*; Abbas, Butrius, & Vivianus *in Rational. ad nostrum text.* Barb. *dict. alleg.* 85. *num.* 6.

3 Primò, prædictis obstabit sequens dubitandi ratio; scilicèt, quod jure ipso Episcopis permittitur in suis Ecclesiis novum censum imponere; ergo non rectè eis *in præsenti* potestas illa denegari debet: antecedens probatur ex text. *in cap. præterea* 23. *de jure patronatus*: ubi cum quidam patroni Ecclesiarum jus patronatus titulo donationis, vel emptionis, aliisque pro sua voluntate contractibus in alios transferre præsumerent, & collectas atque alia jura ab eis exigerent, tanquam à propriis rusticis, & subditis; statuit Lucius III. quod ab hujusmodi gravaminibus patroni cessare debent, & nihil aliud exigere in ipsis Ecclesiis, sub excommunicationis pœna, præter antiquos, & moderatos redditus à locorum Episcopis institutos. Ex quo decreto expressè colligitur, posse Episcopos novos census, & pensiones Ecclesiis, quibus præsunt, imponere, & instituere: ita ut Ecclesia patronis perpetuò solvere census illos teneatur: igitur novus census, seu pensio Ecclesiæ ab Episcopo imponi potest.

Pro cujus dubii solutione animadvertendum est, censum dupliciter posse Ecclesiis imponi, vel in perpetuum; etiam post mortem possessoris; vel solummodo ad vitam illius, aliudvè tempus brevius, ut notat Barb. *d. alleg.* 83. *nu.* 1. Primo enim casu, Episcopi, & quicunque alii inferiores Prælati nequeunt Ecclesiis censum imponere ut constat ex *text. nostro*, cum *similibus*; sed solus Pontifex dispensando in sua lege, *cap. veniens* 8. *de transactionibus*: *cap. ad quæstiones* 6. *de rerum permutatione*; Sotus *de justitia & jure*, *lib.* 9. *quæst.* 7. *art.* 2. *collat.* 2. Abbas *in præsenti*, *num.* 2. Gigas *de præsumptionibus*, *quæst.* 1. *nu.* 1. & 6. Rebuffus *de pacificis possessoribus*, *nu.* 110. Garcia *de beneficiis* 1. *part. cap.* 5. *num.* 225. In secundo verò casu, Episcopi ad vitam possessorum, vel ad aliud brevius tempus licitè possunt ex causa legitima census personales, seu pensiones Ecclesiis imponere, *c. nisi essent* 21. *in fine*, *de Præbendis*: *cap. cum venisset* 9. *de restitut. spoliatorum*; *cap. de cætero* 5. *in fine*, *de transactionibus*; *cap. constitutus*, *de Religiosis domibus*: *cap. cum venerabilis*, *hoc tit. c. unico*, versi. *Credimus*, *ut Ecclesiastica beneficia*: Cæsar Baronius *de Ecclesiastica Hierarchia*, *dict. disp.* 3. *n.* 25. Gigas *ubi supra*, *n.* 2. Ratio differentiæ est, quia in primo casu Ecclesia perpetuò oneratur, & censualis efficitur, quod in *textu nostro* prohibitum est: & quia Ecclesiastica beneficia sine diminutione debent conferri, *cap. unic.* ubi latè scripsimus, *ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur*: In secundo verò casu, non Ecclesia, sed persona remanet onerata, & cessant prohibitiones prædictæ; ideoque non impediunt quominus ex causa legitima Episcopus possit census personales imponere, *dict. cap. nisi essent*, cum *suprà* traditis, Glossa, *verbo*, *Pensionem*, *in cap. audivimus de cellusione detegenda*. Hostiensis *ibid. n.* 2. Panormitanus *in præsenti*, *n.* 2. & 9. Garcia *de beneficiis*, 1. *p. c.* 5. *nu.* 330. Covarruv. *in cap. quamvis*, 1. *part.* §. 6. *num. ultimo.*

Desideratur autem justa causa, ut inferiores Prælati censum illum ad vitam possint imponere, aliàs pro libito ipsius Episcopi census constitutus, nullius momenti erit; *cap. cum venisset* 9. *de restitutione spoliatorum*: *dict. cap. nisi essent* 21. *cap. extirpandæ*, §. *quia verò*, *de Præbendis*: *cap.* 3. *de officio Vicarii*: *cap. per tuas*, *de donationibus*: *cap. penult. de verborum significatione*: *cap. si propter* 10. *de rescriptis*; *lib.* 6. *Clementina* 1. versic. *Eadem*, *de supplenda negligentia Prælatorum*: Glossa *in præsenti*, verbo, *Census*. Justæ autem causæ imponendi census Ecclesiis ab Episcopis, & ab aliis Prælatis inferioribus, sunt veluti remuneratio alicujus servitii Ecclesiæ facti, si enim quis de Ecclesia bene meritus sit, aut propter eam inops, vel infirma valetudine gravatus, justa hæc causa census annui dandi ex bonis Ecclesiasticis habetur, *cap. possessiones*, 16. *q.* 1. *cap. quicunque*, 12. *quæst.* 2. vel si ex causa senectutis, quis beneficium dimittat, nec eas habeat facultates, ut ad victum ei sufficiant; vel cùm duo, beneficia sua permutare cupiunt, sed unum largè optimum est, & minus pingue alterum, tunc enim ipsis consentientibus, magis pingue beneficium annuo censui obnoxium reddi potest in subsidium minoris *cap. ad quæstiones* 6. *de rerum permutatione*: vel quando aliqua Ecclesia indiget alio ministro præter Rectorem, *capit.* 3. *de officio Vicarii*: *capit. conquerente*, *de Clericis non residentibus*: vel ut in exemplo textus *in cap. cum venissent* 9. *de restitution. spoliatorum*: Duarenus *lib.* 6. *de sacris Ecclesiæ ministeriis*, *cap.* 4.

Ex qua decidendi ratione, & ex omnibus sic breviter prænotatis, solvitur jam dubitandi ratio *suprà* adducta, & deducta *ex dicto cap. præterea* 23. *de jure patronatus*: nam licet verum sit, non posse Episcopum ex *nostri text.* decisione, & ejus decidendi ratione censum Ecclesiæ imponere: tamen poterit tempore constructionis, vel ædificationis Ecclesiæ, patrono jus aliquod temporale assignare, aliudvè gravamen Ecclesiæ inferre, nisi aliud reperiatur in jure cautum vel fuerit ad petitionem ejus per Episcopum reservatum: notat Panormitanus *in præsenti*, *n.* 4. & ad hoc probandum adducit text. *in cap. cum dilectus*, *de consuetudine*; notat etiam Innocentius *in cap. quoniam ne Prælati vices suas*: cum ergo *in dicto capit. præterea*, sermo instituatur de censu ab Episcopo tempore fundationis Ecclesiæ in favorem patroni constituto, nostri Canonis prohibitio non offenditur, quæ Ecclesiis jam fundatis novos census imponi prohibet, non verò novis Ecclesiis construendis; notat Panormitanus *in eodem textu*, *num.* 3. Rebuffus *d. alleg.* 85. *num.* 5.

Secundo, decisioni text. nostri obstabit text. *in cap.* 4 *tua nos* 11. *de jurejurando*, ubi cum quidam Religiosi Clericos, quos in Ecclesiis ad eos non pleno jure pertinentibus, Episcopo præsentabant, *capitè de Monachis*: *capite in Lateranensi trigesimoprimo de Præbendis*; *capit. cum & plantare*, *paragraph. in Ecclesiis*, *de privilegiis*, jurisjurandi religione eos constringebant ad majorem solito pensionem solvendam, vel præstandum aliquid præter solitam pensionem: cum autem instituerentur ab Episcopo, jurabant, quod antiquam pensionem non augerent: consultus fuit Lucius III. Pontifex Maximus, cui juramento standum esset? respondit, quod cùm posterius juramentum ratione, & Lateranensis Concilii authoritate foveatur, primo præjudicat, quod de cupidita-

te

te proceſſit: Clerici tamen pro perjurio, quod vitare non poſſunt, ab Eccleſiis perpetuò excludantur. Quæ deciſio dum probat poſterius juramentum, de non augenda antiqua, & ſolita penſione, præjudicare priori, quo Clerici ſe adſtrinxerunt ad illius ſolutionem, & pro perjurio Clericos ab Eccleſiis perpetuo excludi debere, inſinuare videtur, utrumque juramentum validum fuiſſe; alias perjurium non incurreretur, quod tunc propriè, & verè committitur, cum juramentum ſemel validum infringitur, *capit. ſi verò*, *capit. querelam*, *de jure jurando*; *capit.* 1. *cum ſequentibus*, 22. *quæſt.* 4. & conſequenter poſſe Clericos cum juramento conſtringi ad majorem ſolvendam ſolito penſionem: igitur vetus cenſus Eccleſiæ augeri nedum ab Epiſcopo poteſt, ſed etiam à Clericis: contra id, quod in *noſtro Canone* proditum eſt. Augetur difficultas ex text. *in capit. gravis* 15. *hoc tit.* ubi Religioſi, cum Eccleſias vacare contigiſſet, non aliter voluerunt ad ipſarum regimen quemquam vocare, niſi aut novum cenſum illis imponerent, aut veterem contra conſtitutionem Lateranenſis Concilii augmentarent, ad ipſius ſolutionem inſtituendum Presbyterum, juratoria, vel fidejuſſoria cautione cogentes: quod cum ad aures Pontificis perveniſſet, mandavit ipſe, quatenus quæcumque conſtiterit contra conſtitutionem prædictam ſuper ſenſu Eccleſiarum attentata fuiſſe in irritum revocentur, & Presbyteris, qui ſuper his juramenta illicita præſtiterunt, congrua ſatisfactione impoſita abſolvantur. Ex qua deciſione expreſsè deducitur, illicita, & temeraria eſſe juramenta, quibus Clerici ſe adſtringunt ad ſolvendum majorem ſolito cenſum, & veterem augendum, & ab eis abſolvi debere, præmiſſa ſatisfactione, quia incautè, & temerariè fecerunt: ergo minus rectè in ſpecie text. *dict. cap. tua nos*, *de jurejurando*, inſinuari videtur, validum eſſe illud juramentum, quo majorem cenſum Clerici promiſerunt.

Cujus difficultatis diluendæ cauſa, varias interpretationes excogitarunt antiquiores omnes ut teſtatur Covarruvias *in dict. capit. quamvis pactum*, 1. *part.* §. 6. *numero* 22. Quibus omiſſis, & conſultò rejectis, veriſſimè reſpondendum eſt, prius juramentum, de quo mentio fit *in dict. cap. tua nos* 11. *de jurejurando*, de ſolvenda penſione ſolito more, potuiſſe, ac debuiſſe ab ipſis Clericis jurantibus, abſque periculo ſpiritualis ſalutis ſervari, ſaltem ad eorum vitam; quamvis non valuiſſet abſolutè in præjudicium Eccleſiæ, quatenus onus reale ipſi injunctum continebat contra Lateranenſis Concilii conſtitutionem, de qua in *text. noſtro*, *cum ſimilibus*: meritò validum, & obligatorium fuit in ipſorum jurantium præjudicium; & ita quoad vitam ipſorum obſervari potuit: meritò in eo ſenſu vim obligandi habuit, neceſſariaque eſt omninò illius vinculi abſolutio, eo quod iniquè fuerit juratio extorta de penſione ſolvenda, non quidem inſtituta Epiſcopi auctoritate, nec ſolita, ſed nova; vel cùm poſt præſtitum hujuſmodi juramentum, & ante petitam, & impetratam illius abſolutionem, Clerici contrarium juramentum præſtitiſſent de non ſolvenda ſcilicèt nova penſione, nec augenda veteri; & tempore, quo ab Epiſcopo Diœceſano inſtituebantur, ſeipſos conſtituerunt in certo perjurio, ſive enim ſervent prius, ſivè poſterius juramentum, manifeſta eſt perjurii culpa; ſi prius, ex eo quod violarunt poſterius; ſi poſterius, quod prius infringerent; quod ſanè in illo caſu ante legitimam abſolutionem tenebantur ſervare: & in hoc ſenſu exponenda ſunt verba *illius text.* pro perjurio, quod vitare non poſſunt: atque ideò concludimus, Clericos nunquam poſſe etiam Religione juramenti jure ſe aſtringere, cum à patronis Eccleſiaſticis præſentantur, vel ab aliis; ad ſolvendam novam penſionem, quæ onus reale Eccleſiæ contineat; vel ad augendam veterem, cùm nec Epiſcopi, nec alii Prælati Pontifice inferiores, poſſint eam poſt Eccleſiam conſecratam conſtituere, vel augere, vetante Lateranenſis Concilii ſanctione, de qua in *text. noſtro*, latè explicat Covar. *dict.* §. 6. *nu.* 22. quam ſequitur Barb. *in collectaneis ad text. in cap. querelam de jurejurando*, *num.* 4. *& in dict. cap. tua nos* 11. *eodem tit. num.* 1.

Tertiò, ſententiæ noſtri text. valde obſtabit text. *in cap. audivimus* 3. *de colluſione detegenda*, ubi quidam Clerici inter ſe colluſione facta ſuper beneficiis, quæ poſſident interdum ſe ſuſtinuent ab aliis moleſtari; & poſteà, ut quæſtioni cedatur, & iidem Clerici beneficia quietè poſſideant, quaſi nomine tranſactionis ſolvunt aliis de ipſis beneficiis annuam penſionem, ut poſt mortem eorum in beneficiis illis, ſuper quibus eſt colluſio facta, jus ſibi valeant vindicare. Qua de re Conſultus Pontifex mandat Epiſcopo quatenùs Clericos, quos conſtiterit hujuſmodi fraudem per colluſionem commiſiſſe, beneficiis, ſuper quibus colluſum fuit, non differat perpetuò ſpoliare: quia ſatis indignum eſſet, ſi fraus, & dolus, quem in præjudicium Epiſcopi, & aliorum, committere nituntur, in eorum non redundaret incommodum, & jacturam. Ex qua deciſione deduci videtur, poſſe Clericos propria voluntate, ſine legitima Superioris auctoritate penſionem annuam, uſque ad eorum vitam, conſtituere; ſiquidem in ea ſpecie auctoritas Epiſcopi non intervenit, cùm in tota *illius text.* ſerie mentio de ea non habeatur. Deinde, quia ſi interveniſſet, Epiſcopo non fieret præjudicium, nam volenti & conſentienti non fit injuria, *capit. ſcienti*, *de regulis juris lib.* 6. *leg. nemo videtur fraudare*, *ff. eodem*, quod negat Pontifex, in verſicul. *in præjudicium tui juris*, Gloſ. *ibidem*, verbo, *Penſionem*, Abbas, & Hoſtienſis: *ibidem* Azor. *part. Moralium*, *lib.* 8. *c.* 6. *q.* 1. & tamen in *eo Canone* irrita cenſetur tranſactio, quia Clerici annuam penſionem ſolvere promiſerunt per colluſionem: ut probant verba ejuſdem text. *ſuper quibus eſt colluſio facta*, juncto verſic. *per colluſionem hujuſmodi fraudem*: & ibi: *eis beneficiis*, *ſuper quibus colluſum fuerit.* Conſideratio eſt: Ergo, ſi per colluſionem conſtituta non fuiſſet penſio valida omnino foret; contra id, quod ſupra retulimus ſcilicet, non poſſe annuam penſionem, ad vitam poſſeſſorum imponi, & conſtitui, niſi ab Epiſcopo, ex juſta, & legitima cauſa.

Cui dubio reſpondendum, in ſpecie *illius text.* legitimi Superioris auctoritatem interveniſſe; quia ſi non interveniſſet, nullius momenti tranſactio illa eſſet, quâ annua penſio à Clericis ſolvenda erat, etiam abſque colluſione: cum cenſus, ſeu penſiones non præcedente Prælati auctoritate conſtitutæ irritæ prorſus cenſeantur ut *ſupra* retulimus. ut ergo conventio hæc præjudicium Epiſcopo inferat, oportet ejus auctoritatem præmitti, qui licet cauſa concordiæ, & pacis, poſſit annuam penſionem, & cenſum, ad vitam poſſeſſoris conſtituere, *cap. niſi eſſent* 21. *de præbendis*, vel ex alia legitima cauſa, *cap. cum veniſſet* 9. *de reſtit. ſpoliatorum*; tamen in *dict. cap. audivimus* 3. *de colluſione detegenda*, juſta, & legitima cauſa non aderat, quam tamen adeſſe Clerici Epiſcopo perſuaſerunt, facto colludio, & ipſe ita eſſe exiſtimans, pro bono pacis, & concordiæ præſtitit auctoritatem, ſibi & aliis inferendo præjudicium; & ideò non ſimpliciter conſenſit Epiſcopus; quod Pontifex conſideravit, & perpendit, ut hujuſmodi tranſactionem nullam, & irritam decerneret: ſed ſi revera cauſa adeſſet, valeret; quæ cùm non fuerit, non potuit ſibi, & aliis, fraus, & dolus Clericorum præjudicare, cùm aliàs ex dolo ſuo commodum Clerici reportarent: contra regulam textus in *capite ſedes decimaquinta*, *in fine*, *de reſcriptis*: *capit. tuas*, *in fine*, *de uſuris*: *leg. ne ex dolo*, *digeſt. de dolo*; *leg. itaque decimaſecunda*, *de furtis.* Meritò ob colludium Clericorum, quod in præjudicium juris Epiſcopi committere nitebantur: cui ordinatio beneficiorum competit, *cap. conquerente*, *de officio Ordinarii*; *cap. ex frequentibus*, *de inſtitutionibus*; juſta de cauſa talibus beneficiis privantur, ne hujuſmodi fraus

fraus maneat impunita ; ut docet idem text. *in fine*, ut sic puniantur in quo deliquerunt, *cap. quanto*, *paragr. ceterum*, *de translatione Episcopi* ; *Glos. in dict. capitul. audivimus*, quam sequuntur Abbas, & Hostiens. *ibidem* Duarenus, *dict. lib. sexto de Sacrorum immunitatibus*, *capit.* 4. *in principio.*

6 Quartò, adversus text. nostrum obstat text. *in capit. de cætero* 5. *de transactionibus* ; ubi Rector cuiusdam Ecclesiæ contra alium Rectorem alterius Ecclesiæ literas à Pontifice, ad extraordinarium Iudicem impetravit, coram quo se composuit cum adversario suo ; ita ut in illa Ecclesia annuum censum haberet. Quæstio fuit, utrum talis compositio valeret, nec ne? Respondit Pontifex, quod si compositio non est juri contraria, non erit ab Episcopo loci reprobanda ; sed census absque Episcopali auctoritate sub hoc prætextu solutus Ecclesiæ, cui præest ille, qui literas impetravit, vitam ejus, qui solveret non excedat. *Ex* qua decisione colligitur, ab Episcopo censum imponi posse, ita ut successorem in Ecclesia adstringat, cùm successor in *hoc Canone* ideo ad solvendum censum non obligetur, quia absque Episcopali auctoritate impositus fuit. Consideratio est ergo, si Episcopi adesset auctoritas, ad successorem procul dubio transiret: contra id, quod in *text. nostro* deciditur, ex quo docemur, Episcopos Ecclesijs censum imponere non posse, qui obliget successores. Cui difficultati, omissa solutione, quam refert Garcia *de beneficiis*, 1. *part. capit.* 5. *num.* 338. Lottherius, *de re beneficiar. li.* 1. *quæst.* 35. *num.* 25. Azor. 1. *part. Moralium, lib.* 1. *qu.* 35. §. *Extra.* Verissimè respondendum est, quod quamvis in *eo Canone*, ab initio, dùm fuit census constitutus, auctoritas Episcopi non interveniisset, sed tantum judicis delegati, coram quo fuit facta compositio, quò respiciunt verba illa, *sed census absque Episcopali* ; postea tamen accessit, ut ostendunt illa verba: *Nec est à loci Episcopo hæc aliquatenus reprobanda* ; cujus interventu rata permansit prædicta conventio: & facilius apparet, si maturè verba perpendamus, quibus *text. ille* scribitur *in Indice Lateranensis Concilii*, sub Alexandro III. *tit. de partitionibus licitis, & illicitis*; ex quo desumptus est ; & ita se habet: *Compositio coram extraordinario delegato facta, si non est juri contraria, ab Episcopo non debet irritari, sed census ob hanc, absque auctoritate Episcopi solutus, vitam solventis non excedat.* Quæ verba indicant speciem illius capitis eam esse ; scilicet, ut coram Judice delegato, absque auctoritate Episcopi illa compositio fuerit facta, ut alter collitigans, seu adversarius liti cesserit, modò in Ecclesia jus aliquod postmodum haberet, hoc est censum, ut posteriora verba text. declarant ; Episcopus quidem nolebat approbare compositionem, quia facta fuerat eo non auctore ; imò eam ex eo volebat reprobare: sed jubet Pontifex ; quod si compositio non est juri contraria, hoc est, non damnosa Ecclesiæ, argumento *capit. Sacrosancta* 51. *de electione*, *cap. cum Clericis* 6. *de pactis*, nec facta per collusionem, ut in *dict. cap. audivimus* 3. *de collusione detegenda*, non est à loci Episcopo reprobanda ; quia licet Judici delegato, ex causa pacis, & concordiæ, partes componere, alteri beneficium alteri annuum censum tribuendo ; *capit. nisi essent* 21. *de præbendis.* Nec etiam debet Episcopus illam compositionem reprobare, quasi successorem obliget ; quia vitam ejus, qui solvit, non excedit ; hoc est, non obligat successorem in Ecclesia, sed tantum possessorem, cui licet usque ad mortem suam jure personali obligare, & consequenter fructus beneficii sui quamdiu illud tenuerit; argumento text. in *capit.* 2. *de fideiussoribus*, *capit. ultimo. de peculio Clericorum* ; amplius verò non potest, nec auctoritate delegati, nec Episcopi, ex *nostri text.* prohibitione: Igitur *text.* ille non probat, quod si census esset authoritate Episcopi constitutus, successores in beneficio obligaret ; imò potius contrarium, cum vitam solventis non excedat.

Quintò, his omnibus valdè obstabit text. in 7
capit. præterea 8. *de censibus* ; ubi quidam Ecclesiarum Rectores, Episcopo ignorante, sua propria auctoritate annuum censum, de Ecclesiis, quadam cum Religiosis collusione facta, qui in illis jus patronatus habebant, solvunt ; & illi eum recipiunt: Quæsitum fuit, an successores census solvere compellantur, & respondit Alexander III. quod in receptione pensionis, seu census, non sunt aliquatenus audiendi, si Episcopi, aut alterius, qui de jure id facere potuerit, auctoritas, & consensus non intervenit ; quia simplices Sacerdotes, vel Clerici, non possunt Ecclesias, quibus præsunt, auctoritate sua, præsertim post decessum suum efficere censuales: quæ decisio obscura valde, & perplexa est, dum ex eo, quod innuit posse Clericos interveniente auctoritate Episcopi Ecclesiis suis annuos census imponere, aliis solvendo, qui obligent successores ; quod offendit *nostri text.* regulam, & prohibitionem ; cum etiam ex eo, quod in calce *text.* suadet, Pontifex simplices Sacerdotes auctoritate sua posse solvere annuos census, sivè recipere ; ut ostendunt postrema verba textus ; vers. *Præsertim post decessum suum* ; quod etiam refragatur iis, quæ superius tradidimus ; scilicèt, census personales nonnisi authoritate Episcopi imponi, & constitui posse.

Cui dubio respondent nonnulli Interpretes, di- 8
centes, quod quamvis Episcopi non possint, etiam ex justa causa, novum censum mensæ suæ, & in utilitatem propriam imponere, ne videantur in facto proprio auctoritatem præstare, *Clement.* 2. *in fine, de rebus Ecclesiæ l.* 1. *ff. de auctoritate tutorum* ; & quia hoc eis probibetur, *in nostro capit.* 7. vers. *Prohibemus, ne partem reddituum suis usibus appropriare præsumant* ; excepto casu *capitis venerabilis* 21. *hoc titul. & capit. constitutus, de Religiosis domibus* ; possunt tamen, data justa & rationabili causa, in agrorum utilitatem census imponere : juxta plures quos refert Garcia *de beneficiis*, *prima parte capit.* 5. *numero* 339. Sed responsio hæc nobis placere non potest, quia nec in utilitatem agrorum possunt Episcopi novos census imponere, qui transeant ad successores ; ut constat ex *text. nostro*, vers. *Novi census imponantur Ecclesiæ* : *capit. significavit* 13. *hoc titul. Clementina unica*, vers. *Eadem, de supplenda negligentia Prælatorum*, cum suprà adductis. Quare ea reiecta, verius respondendum est, in *Canone illo* tantum probari, quòd Episcopo ignorante, & sine ejus auctoritate non possit annuus census imponi qui obliget successores, nec Ecclesia effici censualis, quod verum est, etiam post Concilium Lateranense, de quo in *text. nostro*: nam ante illam prohibitionem poterat census ex iusta causa Ecclesiæ imponi, sed causa ab Episcopo debebat probari, & ideò ejus auctoritas ita requirebatur, ut sine illa census nequaquam imponi posset: sed post prohibitionem *nostri text.* si novus census in Ecclesia constituatur, non sufficit ejus authoritas, ut habetur in *cap. significavit* 13. *in fin. de censibus.* Ergo argumentum directè procedit, sivè ante prohibitionem *nostri text.* sive post illam rectè stat *in eo Canone* ; scilicet, quod sine authoritate Episcopi non possit Ecclesia effici centualis. Argumentum enim à contrario ante nostrum text. rectissimè deducitur ; quia tunc auctoritas Episcopi sufficiebat, quo tempore text. illum scriptum fuisse affirmamus ; nam quamvis Concilium Lateranense fuerit celebratum sub Alexandro III. anno 1180. *in capit.* 7. *ejusdem Concilii*, etiam idem Alexander fuit creatus, anno 1159. & obiit anno 1185. & ideo cum Canon ille auctorem habeat eundem Alexandrum Tertium credibile est, illum ante dictum Canonem Lateranensem emanasse, ut ex eo rectè poterit à contrario illo tempore argumentum deduci ; quod ex auctoritate Episcopi permissum erat annuos census Ecclesiæ imponi,

qui ſucceſſorem obligarent, quia cauſæ probatio, ex qua juſtè debebat conſtitui, ei tunc erat conceſſa; poſteà verò non poteſt ex dicto jure argumentum à contrario ſenſu deſumi, ſtante noſtri *text.* prohibitione: & ne in beneficiis annuus cenſus imponatur, adeſt etiam probatio juris, ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur; ſcilicet, ne ſcindantur ipſorum proventus, *ut in cap. niſi eſſent, de præbendis*; qua ligantur Epiſcopi, ne poſſint in beneficiis pro ſucceſſoribus in eis annuos cenſus imponere, niſi quando hoc eis jure permittitur: *cap.* 3. *de officio Vicarii*: *cap. vacante* 26. *in fine*, *cap. expoſuiſti* 36. *de præbendis*; *cap. conquerente*, *de Clericis non reſidentibus*. Nec obſtat, quod à contrario in poſtremis verbis *dicti capitis*, *præterea*, ſignificare videtur Alexander III. ſcilicèt poſſe Clericos in vita ſua propria auctoritate annuos cenſus ſolvere, vel recipere, ex *eodem text.* verſ. *Præſertim poſt deceſſum ſuum*: Quia licèt verba illa ita ſint *in prima collectione*, & in Concilio Lateranenſi, ſub Alexandro III. *part.* 28. *cap.* 9. ex quo textus ille deſumitur, deeſt tamen verbum illud *præſertim*, quod etiam ſi apponatur, tantum ſignificat, quod major ratio viget, ne ſimplices Sacerdotes poſſint propria auctoritate, ſine Epiſcopo, Eccleſias efficere cenſuales, ex noſtri *textus* diſpoſitione; nec etiam poſſunt in vita ſua, quando ex pactione id faciunt, & adeſt periculum ſimoniæ; *capit. quæſitum*, *de rerum permut. capit. ultimo*, *de pactis*: non ita quando ex pacto, nec illud periculum, adeſt, quia tunc nihil impedit, quominus poſſint uſque ad mortem ſuam ſe perſonaliter obligare, & fructus ſuorum beneficiorum; notant Antiquiores omnes, & Hoſtienſis *ibid. num.* 5.

8 Sextò, ex dictis infertur interpretatio ad text. in *cap. cum Clerici* 11. *hoc titul.* ubi quidam Clerici cum Religioſis colluſione facta, citra authoritatem Epiſcopi, Eccleſias, quas tenebant, eis conſtituerunt cenſuales, ut poſt deceſſum eorum, Eccleſiæ illæ, per repræſentationem eorundem Religioſorum, ad filios, vel nepotes Clericorum ipſorum poſſent transferri; præcepit Pontifex, ut qui inventi fuerint talia facere, à præſcriptis Eccleſiis, appellatione poſtpoſita, removeantur: quæ deciſio valdè obſtat textui *dict. cap. præterea* 8. *ejuſdem tit. de cenſibus*, ubi colluſione facta, Clerici cenſuales Eccleſias proprita auctoritate conſtituentes nulla pœna plectuntur; & in hac ſpecie, ab Eccleſiis perpetuò excluduntur: deinde quatenus probat ibi, *Citra authoritatem Epiſcopi*, poſſe Clericos ea interveniente, Eccleſiis, quas poſſident, perpetuas penſiones imponere; refragatur Clericus *c. ſignificavit* 13. *hoc tit.* ubi cum à Monachis ad regimen cujuſdam Eccleſiæ fuiſſet electus, de ſolvendo eis annuos cenſus, quos prædeceſſor ejus ſolverat, præſtitit Sacramentum poſtmodum Epiſcopus, ne ipſum cenſum Monachis ſolveret, interdixit in periculum ordinis ſui, niſi prius conſtaret, quòd Epiſcopali authoritate fuiſſet impoſitus: undè Summus Pontifex mandat quatenus ſi præfatum cenſum authoritate Præſulis, & non de novo impoſitum fuiſſe conſtiterit, Epiſcopus prohibitionem illam, ſine dilatione relaxet: ſi verò cenſus ſit de novo impoſitus, ſivè authoritate Epiſcopi id factum fuerit, ſivè non; Monachi Clericum abſolvere à juramento appellatione remota compellantur. In qua ſpecie ponderanda ſunt verba illa; *ſivè auctoritate Epiſcopi hoc factum fuerit*, *ſivè non*; quæ expreſsè oſtendunt Clericos novum cenſum Eccleſiis, etiam cum Epiſcopi authoritate, conſtituere non poſſe.

Sed reſpondendum eſt, verum eſſe, Clericos ſuper Eccleſiis colludentes, & in eis colluſione facta annuos cenſus imponentes, pœna privationis Eccleſiarum ſtatim ac de crimine conſtiterit, officio Judicis, etiam ſine partis petitione puniri debere; *d. c. cum Clerici* 11. *hoc tit. c. audimus*, *de colluſione detegenda*; *c. cum Clerici*, *de pactis*: ne delictum maneat impunitum, *cap. ut fama*, *de ſententia excommunicationis*; *l. ita vulneratus*, *ff. ad legem Aquiliam*.

Nec obſtat text. in *cap. præterea* 8. *hoc tit.* nam licet in tota *illius text.* ſerie pœna privationis non exprimatur, non exinde negat Pontifex ibi, puniri debere eos Clericos, qui colluſione facta cenſus Eccleſiis impoſuerunt; ſed eam pœnam ſupponit ex aliis juribus imponendam, in quibus expreſſa reperitur; nec enim in jure novum, aut infrequens eſt, unam deciſionem per alteram ſuppleri: argument. text. in *cap. dixit Dominus*, 27. *q.* 2. *c. uxor*, 32. *q.* 7. quam difficultatem ita ſolvit Gloſſ. *ibidem*, verbo, *Solverunt*, ubi antiquiores omnes.

Nec etiam refragatur text. in *dict. cap. ſignificavit* 13. *hoc tit.* nam poſt *noſtri text.* prohibitionem novus cenſus authoritate Epiſcopi conſtitui non poteſt; poſt quam accipiendus eſt text. *in dict. cap. ſignificavit*: antea verò Prælati authoritas ſufficiebat, juſta cauſa probata, ad validitatem, cenſuſque conſtitutionenm, juxta ea, quæ nuper obſervavimus, pro interpretatione *dicti capitis*, *præterea*: & ita accipio text. in *dict. cap. cum Clerici* 11. *hoc tit.* & *cap. avaritiæ* 10. *de præbendis*.

Septimò, ex dictis infertur interpretatio ad text. *in cap. Eccleſiis* 9. *de cenſibus*; ubi Eccleſiis, quas de novo à manibus laicorum eripiunt Epiſcopi, præter Cathedraticum, & jura omnia, quæ aliis Eccleſiis imponuntur, exactionem imponere prohibentur; nam licet tempore fundationis, vel perceptæ libertatis certum cenſum ſibi conſtituere permittatur, *cap. præterea*, *de jure patronatus*; *cap. conſtitutus*, *de Religioſis domibus*; & ideò videtur, quod ſi Epiſcopus Eccleſiam eriperet de manibus laici, cum eam quaſi de novo abduceret ad libertatem, in recompenſationem huius beneficii, poſſet novum cenſum ei imponere; tamen rectè decidit *text.* ille, non poſſe Epiſcopum, cuius induſtria Eccleſia à manibus laicorum erepta, & liberata eſt, præter Cathedraticum, & jura alia, quæ Epiſcopo de jure competunt, de quibus in *cap. conquerente*, *de officio Ordinarii*, cenſum novum Eccleſiæ imponere: veluti ſi decimæ alicuius Eccleſiæ in feudum à laicis detinerentur, *cap. cum Apoſtolica*, *de his quæ fiunt à Prælatis*; vel ſi jus aliquod patronatus ab illis detineatur, *cap. illud* 8. verſ. *Licet*, *de jure patronatus*, vel denique ſi Eccleſiæ, quoad proprietatem, vel cenſum detineatur: quocunque enim caſu, de manu laicorum eam eripiat, Epiſcopus non poteſt nova cenſus conſtitutione eam gravare; quia Epiſcopus ad Eccleſiam illam liberandam de manu laicorum, ex officio ſuo tenetur, *cap. quod quis*, 35. *q.* 9. & ita liberalitatem erga Eccleſiam exercuiſſe non videtur; argumento text. *in l. rem legatam*, *ff. de adimendis legatis*: qui enim ex officio ſuo aliquid laudabile facit, præmio afficiendus non eſt; notat Abbas *ibid. num.* 1. Si enim in ſpecie illa locum haberet novi cenſus conſtitutio, occaſio præberetur Epiſcopis Eccleſias cenſuales conſtituendi: quia poſſent fingere, de manibus laicorum eas eripuiſſe: ut cenſum exinde imponeret; ſiquidem fictiones fugiendæ & vitandæ ſunt: *cap. quanto*, *de divortiis*. Meritò igitur, & in hoc caſu hanc exactionem eſſe prohibitam noſtri textus docent poſt Gloſſam *in præſenti*, Butrius, *num.* 3. Abbas *nu.* 1. Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi dict. allegatione* 83. *numer.* 12. Ex dictis etiam interpretari poteſt textus *in capit. cum Clerici*: *de pactis*: *capite præterea*, *de tranſactionibus*.

Ad textum in cap. Ex parte 18. hujus tituli de Cenſibus.

SUMMARIUM.

1 *Si ad unicam menſuram ſolvi ſolet id, quod debetur*

tur ex voto, ad illam impoſterum ſolvi debebit; ſi vero ad diverſas, liberabitur etiam ſolvens ad minorem.

2 *Promittens aliquid ſolvere, nulla adiecta certa menſura, præſumitur intellexiſſe, ſe velle de communi menſura ſolvere.*

Votum ſecundum mentem promittentis factum, eſt adimplendum.

Vota ſemper gratuita eſſe debent.

Votum ab omni populo factum obligat ſucceſſores.

3 *Votum incertum, ſeu de re incerta, nullum propter incertitudinem redditur.*

4 Cap. ex parte 28. verſiculo Cum ergo, de cenſibus.

Res inter alios acta, aliis non nocet, nec prodeſt.

5 *Votum, Pia Cauſa dicitur.*

Votum ſtrictè eſt interpretandum, ita ut quantum fieri poſſit, minus obliget.

L. Titia, §. Seia 4. *cum* l. qui lancem, ff. de auro & argento legato.

6 *Argumentum valet de libertatibus ad piam cauſam.*

7 *Votum, eſt promiſſio Deo facta propter bonum finem, ex deliberatione firmata.*

Obligatio, quæ fit patri, vel matri, latius eſt interpretanda.

Deus, & Eccleſia mitius agit cum nobis, quàm homo.

8 *Dotis cauſa frequenter pia cenſetur.*

9 *Donatio latè interpretanda eſt.*

10 L. legato 73. ff. de legatis 1.

11 L. ſi ſervus 50. §. ſi numerus, ff. de legat. 1.

CONCLUSIO.

1 *SI ad unicam menſuram ſolvi ſolet id, quod debetur ex voto, ad illam impoſterum ſolvi debebit, ſi vero ad diverſas, liberabitur etiam ſolvens ad minorem.* Conſonat text. in *capit. in obſcuris, de regulis iuris, lib. 6. l. obſcuris, ff. eodem; capit. inſpicimus, de regulis juris, lib. 6. l. ſi quis rem 2. §. Voto; & §. ſi decimam, ff. de pollicitationibus, capit. litteraturam 3. de voto: l. Imperatores 71. ff. de contrahenda emptione capit. licet, de voto, l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regulis iuris; regula, eſtote 2. de regulis juris, in antiquis; l. in his, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus l. cum creditor, ff. de furtis; l. proximè. ff. de his quæ in teſtam. delētur, l. ſi fuerit, §. ultimo, ff. de rebus dubiis l. nummis 83. de legatis 3. l. apud Julianum, §. ſcio, ff. de legatis, 1. l. 5. tit. 15. partit. 2. l. 5. tit. 9. l. 1. Recopillationis.* Exornant latè Thomas Sanchez *ad Decalogum, 1. tom. lib. 4. cap. 13. nu. 6.* Covarruvias *in capit. indicante; numero 4. de teſtamentis;* Menochius *de præſumptionibus, libro quarto, præſumptione 106. numero 33.* Angelus, *verbo, Votum, numero 22.* Sylveſter, *verbo, Votum 2. quæſtion. 15.* Tiraquellus, *de privilegiis piæ Cauſæ, privilegio 25.* Molina *tom. 1. de juſtitia: diſp. 198. columna 1.* Azor. *inſtitutionum Moralium part. 1. lib. 11. cap. 20. quæſt. 10.* Suarez, *de Religione, tom. 2. tractat. de voto lib. 4. num. 8. & cap. 11. num. 7.* Parladorius *rerum quotidianarum 1. part. §. 8. n. 2.* cum traditis à Barboſ. *in Collectaneis ad noſtrum text. num. 2. & 6.*

2 Ratio, quare ſi ad unicam menſuram ſolvi ſolet quod debetur, ad illam impoſterum ſolvi debebit, ea eſt, quia ille, qui promiſit, ex quo de nulla menſura mentionem fecit, præſumitur intellexiſſe de communi menſura, *l. nummis 83. ff. de legatis 3.* melior text. *in l. Imperatores 71. ff. de contrahenda emptione,* & quoniam votum ſecundum factam promiſſionem eſt adimplendum, niſi cum vovente ſit diſpenſatum *capit. literaturam 3. de voto;* meritò ſecundum hujuſmodi uſitatam menſuram eſt ſolutio facienda; *d. l. Imperatores 71. capit. ex litteris, de ſponſalibus; l. ſi ſervus plurium, ff. de legatis 2. capit contra morem, 100. diſtinct. capit. dilectus de Capellis Monachorum;* non eſt per conjecturas inveſtigandum, an intellexerit de aliis menſuris, quia in certis locus non eſt conjecturis, *l. continuus, ff. de verborum obligationibus;* ſi verò ad diverſas, liberabitur ſolvens etiam ad minorem, quia cum hujuſmodi vota gratuita fuerint ab initio, *cap. licet de voto,* benignius ſunt ab illis Eccleſiaſticis exigenda; ne tanquam duri exactores lucris temporalibus inhiare videantur; & quoniam in obſcuris minimum eſt ſequendum; *capit. in obſcuris,* cum ſimilibus, *de reg. juris, lib. 6.* ideo tales volentes ſolvere ad minorem, non ſunt cogendi ut ad majorem perſolvant, *l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regulis juris;* nam Dominus noſter mitius agit cum nobis in exigendis debitis, quàm homines, quia non contemplatur magnitudinem, vel parvitatem muneris, ſed mentis; *Lucæ 21. Marci 12.* & ſic mitius in voto exigendo Eccleſia, & perſonæ Eccleſiaſticæ ſe gerere debent, Gloſſ. ſingularis *in l. 2. §. Voto autem, ff. de pollicitationibus,* quam refert Jaſon. *in §. Itē ſi quis in fraudem, n. 11. Inſtitut. de actionibus.* Meritò in præſenti in Hiſpania, ſucceſſores illorum, qui votum Divo Jacobo emiſerunt de tritici menſura ſolvenda, tanquam reale tranſit in ſucceſſores, ex vi obligationis anteceſſorum, ex eo videlicet, quia emittentes obſtrinxerunt ſimul cum ſucceſſoribus, pro ſolutione prædictarum menſurarum; atque omnia bona, tam adquiſita, quàm adquirenda liberè obligarunt in ſuſtentationem Canonicorum Compoſtellanæ Eccleſiæ, ut conſtat ex forma, & verbis ipſius Voti, relatis ab Ambroſio de Morales *in Chronica generali Hiſpaniæ noſtræ, tom. 1. lib. 9. capit. 7.* relatis etiam à Barboſ. *in Collectaneis ad noſtrum text. numero 9.* ſiquidem prædia ab illis poſſeſſa, cum prædicto onere ad ſucceſſores tranſmittuntur, Gloſſ. *in l. finali, §. 1. ff. de contrahenda emptione.* Tum etiam, quia hujuſmodi Votum factum fuit nomine totius populi, quo caſu etiam ſucceſſores obligati remanent, *l. proponebatur, ff. de judiciis: l. ſi quis rem, §. fin. ff. de pollicitationibus.* Quibus de cauſis in voto, id quod minimum eſt, debetur, quando dubium ſtat, quod etiam in ultimis voluntatibus obſervatur: ſiquidem teſtator non præſumitur hæredem voluiſſe nimis gravare, *l. ex familia §. ſi rem. ff. de legatis 2. l. apud Julianum, §. ſcio, ff. de leg. 1.*

3 Primò, obſtabit dicere, quod in præſenti votum videbatur nullum propter incertitudinem promiſſionis; ſiquidem cum quis promittit triticum, cum non apparet de certo genere tritici vel certa quantitate, promiſſio nullius momenti erit, *l. triticum, l. quæ inſulam digeſt. de verborum obligationibus; l. cum poſt, §. Gener, ff. de jure dotium.* Ergo, cum Hiſpani volentes nullam expreſſiſſent certam menſuram, , obligatio fuit incerta & conſequenter nulla præſumitur. Sed huic conſiderationi reſpondendum eſt, quod in præſenti non fuit incertitudo voti; ſiquidem certa ipſius voti promiſſio fuit veluti ad duos ſextarios, licèt ſextarius eſſet varius: Secus verò dicendum eſſet, ſi votum fuiſſet de ſolvendo frumento, grano, vel vino, & non fuiſſet de duabus, vel tribus menſuris, quia tunc legatum tanquam incertum, non teneret; & ita procedit text. in *dict. leg. cum poſt. §. Gener,* cum ſimilibus, *ff. de iure dotium;* nam votum non dicitur incertum, quamquam vovens de nulla ſpeciali menſura mentionem faciat dummodo voveat ſe ſoluturum certas menſuras veluti duas; nam tunc de conſuetis votum intelligendum eſt, ut notat Zabarella *in præſenti numero ſexto, & octavo.* Nec obſtabit, ſi inſtes, dicendo, quod voventes non debuerant cogi ad ſolvendum, quia nulli fuerat adquiſita obligatio nec acceptatio ſecuta; *l. ſtipulatio. iſta §. alteri, ff. de verborum obligationibus.* Quia reſpondendum eſt, quod votum efficaciter obligat ventem, licet ab aliquo non fuerit acceptatum. Ratio eſt, quia votum fit Deo, qui ubique præſens eſt, & ſemper intelligitur recipere, & acceptare; *capit. ſcimus,* juncta ejus Gloſſ. *12. quæſtion. 1.* argumento text. *in l. fideicommiſſa, §. Si rem*

ff. de leg. 3. Abbas *in præsenti*, *numer.* 1. 2.& Zabarella *num.* 7.

4 Secundò, obstabit text. noster, qui sibi ipsi contrarius existit; siquidem in vers. *Cum ergo non constet*, appareat de illa tritici mensura in voto Divi Jacobi emissa non constare, *& in principio*, vers. *Quia vota*; asseritur satis de illa tritici mensura constare, cùm antecessores eorum ad communem loci mensuram votùm solvissent. Sed huic dubio respondendum est, text. nostrum *in principio* continere partis allegationem; siquidem Archiepiscopus allegabat, quod antecessores votum, ad communem mensuram persolvissent, quæ partis allegatio ius non facit, *capite dilectus* 34. *de præbendis*: Gloss. magna, *in l.* 1.*C.quando non petent. part.* Glos. *verb.Non post*, *in capite* 2. *de his quæ fiunt à Prælatis*. Merito Innocentius III. in vers. *Cum ergo non constet*; asserit, quod cùm non constet ad quam mensuram antecessores eorum votum persolverint, distinguendum esse antecessores ad unam semper & eandem mensuram votum persolvissent; an verò ad varias; nam in primo casu, si ita appareat, ad eandem solvere sunt cogendi; siquidem si constaret de mensura prædecessorum non requireretur alia probatio, cum non præsumantur, ad aliam mensuram voluisse obligare hæredes; siquidem in certis, non est locus conjecturis *l.continuus* 137. *de verbor.obligat.* Si ergo de observantia partium constaret, illa observaretur; *l. actionnibus*, *ff.de pignoribus*. Nec obstabit,si instes, quòd etiam si ad eandem mensuram antecessores votum persolvissent, non propterea debent successores cogi ad eandem solvere; siquidem res inter alios acta aliis nõ nocet, nec prodest;*l.si duo patroni*,*ff. de jurejurando*; *capite quamvis* 25. *de sententia*, *& re judicata*. vbi latè scripsi. Quia respõdendum est, quod id, quod fit à majore parte cæteris etiam præjudicare debet: *c. fin.de offic. Archidiaconi*,*c. contra morem*, 100.*dist.c.dilectus*,*de Capel. Monachor. c.* 1. *& per tot.de his quæ fiunt à majore part. c.* notat Glos. *in præsenti*, verbo, *Primo casu*; Abbas, *ibid.nu.* 6. Zabarella *n.* 5.

5 Tertiò adversus ea, quæ refert textus noster; videlicet, quod si ad diversas mensuras, Votum divi Iacobi fuerit solutum, liberabitur is, qui ad minimam mensuram solverit; obstabit dicere, quod Votum pia Causa est *capit. magnæ devotionis* §. *cum igitur*, *de voto*. sed in dispositionibus dubiis favore piæ Causæ factis, non quod minimum, sed quod maximum, præstari debet, *l.Titia* 38. §.*Seia*,*ff.de auro*,*& argento legato*. Ergo non rectè Innoc. III. asserit, minimam partem in voto D.Iacobi tantum solvi debere. In qua jurium contrarietate, Abb. *in præsenti*,*n.*4.asserit quod ea ratione in *text. nostr.*non solvitur in majori, sed in minori mensura, quia id procedit ex benigna Pontificis interpretatione, & quia non exigebatur ab Ecclesiasticis personis; & cum in eorum commodum cedat, non ad majorem mensuram solvitur, ne videantur lucris temporalibus inhiare, sed illis minor mensura solvitur, & argumento sumpto ex tex. in *l.Titia*.§.*Seia*.*ff.de auro*,*& argento legato*: Respondè, text. illum procedere in legato incerto ad pias causas, cuius latissima interpretatio est facienda; nam quando est ad causam piã,censetur relicta res cæteris pretiosior. Quam Abbatis interpretationem sequitur Covarruvias, *in capite indicante*, *numero* 12.*de testamentis*. Sed hæc interpretatio ex eo convincitur, quia Canonici etiam votum exigunt, & convertunt in utilitatem Ecclesiæ, in cuius favorem emissum est.Quare Thomas Sanchez,*tom.* 1.*ad Decalogum*,*lib.*4.*capit.*11. *numero* 3. asserit discrimen versari inter unam, & alteram speciem; quod in eo consistit, quia in legatis interpretatio fit contra hæredem, & non contra testatorem qui liberè reliquit, & ideo nihil mirum si latè fiat, at verò in voto fit interpretatio contra voventem, qui liberaliter promisit, & ideò mitior debet esse interpretatio: deinde ne Ecclesia videatur nimis solicita de temporalibus lucris,& commodis, rursus,ne cæteri à munificentia in Ecclesiam avocentur: denique, quia votum strictè interpretandum est, ita ut quantum fieri possit minus obliget; quam sequitur Barbosa *in Collectan.ad nostrum text.num.* 3.Quare Gomezius *in* §. *maleficiis*,*n.* 52. *Institut. de actionibus* subtiliter conciliat *text.nostrum*,cum *d.l.Titia*,§.*Seia.ff.de auro*,*& argento legato*,dum asserit jura illa conformia esse, & in utrisque probari mediocre esse præstandum,non maximum, nec minimum, reddens rationem, quia in *text. nostro*, etiam fit mentio cuiusdam mensuræ parvissimæ, & alterius ignotæ, & tertiæ majoris, & Pontifex decidit, ut si solverint ad minorem, non amplius exigendum sit: quod idem etiam decidit Scola *in dict. l. Titia*, §. *Seia*, nam cum ibi similiter de triplici genere metallorum mentionem faceret,scilicet,auri, argenti, & æris, asserit ex argento signum deberi, nam si quod majus est, deberetur, utique aurum præstaretur; notat Cuiacius, *lib.* 3. *responsorum Scolæ*, *in d.* § *Seia*. Similiter etiam in *text. nostro* non erat major mensura,quæ exigebatur,nec parvissima,ad quam voti debitores præstare volebant, sed minor sub quo nomine mediocre intelligitur, *l. qui lancem ff.de auro & argento legato*; ut constat ex *dict.* §.*Seia*, vers. *Vtrum ex argento*, *an ex auro signum ponere compellendi sunt*, *an æreum. Respondit secundum ea*, *quæ proponerentur*, *argentum ponendum*.Sed hæc subtilissima Gomezii interpretatio convincitur ex eo, quia in *dict.* § *Seia*, Schola consultus responsum dedisse apparet secundum ea,quæ ei proponerentur; propositum autem fuit, non triplicis generis, sed duplicis fuisse imagines in dicto Templo, scilicèt æris, & argentis ut constat *ex eodem text.* vers. *Nisi aut æreæ aut argenteæ tantum sint donæ*, & decidit argentea deberi: nec poterat dubitari de auro, cum in Templo non fuisset; & semper decidantur omnes quæstiones secundum ea, quæ sunt apud testatorem: Notat Sarmient. *lib.*3.*Selectarum*, *cap.* 3. Similiter, & in *text. nostro*, non fuit usitata triplex mensura; scilicèt, parvissima, minor, & maxima, sed duplex tantum, altera major, altera minor, & inter illas duas usitatas, si non constiterit ad quam regionis homines uniformiter persolvunt, ad minorem sufficit quod persolvant, & uniformiter, & ita noluit text. decidere, ut ad mediocrem persolvatur, sed ut ad minorem ex usitatis. Nec obstat text. *in dict. l. qui lancem ff. de auro*, *& argento legato*, quia ibi triplicis generis lances habebat testator, ut exponit Accursius,*in* §.*Libertinus*, *Instit. de libertinis*,& in *princip. Institutionum*, *de c.diminutione*, quem sequitur Bartol. *in dict. l. qui lancem.*

Quare magis veriorem esse existimo interpretationem quam refert Covarruias, *in dict. capite indicante*, *numero* 5. Sarmiento *lib.*3. *Selectarum*, *capit.* 3. *numero* 3.Antonius Augustinus,*lib.* 2.*emendat. cap.*1.Petrus Pechius, *in capit. in obscuris* 30. *num.* 12. *de regulis juris lib.*6. dum asserunt,*in dict.* §. *Seia* non esse legendum, *area*, *sed aut aurea*, *aut argentea tantum sunt dona*, qua lectione observata, *tex.*ille pro *nostri tex.* sentẽtia facit, cum id, quod minus est, in Templo præstetur: quam lecturam licet non agnoverint Pandectæ Florentinæ, nec vulgares Codices; tamen in antiquis impressionibus, ut ex castigatione Ægidii, *anno* 1539. & impressione antiqua *Digestorum Augusti Taurinorum*, *anno* 1576.idem habetur, undè *in dict.*§. *Seia*, disputatio est in hoc, an favore piæ Causæ. sit maximum præstandum; quod tunc procedit quoties res obscura est, & cessant alia, quæ prævideri debent, ut in *dicta l. si servus plurium*, *& in dict. l. semper in stipulationibus*;*l.*3. *in fine*, *Cod.de liberis præteritis*; *capit. in his*, *de verborum significatione*; ubi mens potiùs est consideranda, & post mentem, id quod verosimilius est, *capite in spicimus*, *de regulis juris*, *lib.* 6. ubi Petrus Peius, de qua re latè scripsimus, *in capite dilecti* 6. *de donationibus*.

Quartò, prædictis obstabit dicere, quod de liber- 6
tatibus

tatibus, ad piam cauſam, valet argumentum, *l.* 1. §. *ſin autem*, verſ. *Melior*, *Cod. de caducis tollendis*, libertas enim, & Eccleſia, æquiparantur, *capit. fin. de ſententia, & re judicata*, *Clementin.* 2. *de judiciis*, ſed in diſpoſitione circa libertatem, non veniunt ea, quæ magis favore hæredis exigua ſunt, ſed id, quod ſervo utilius eſt, Gloſ. *in l. ſi ita ſit ſcriptum* 14. §. *fin. de legatis.* 1. *l. in libertatibus*, *l. quod vulgo ff. de manumiſſis teſtamento*, *l. leviſſima* 35. *l. quod traditum* 87. & 88. *ff. de conditionibus, & demonſtrationibus*. Ergo idem dicendum erit in favorem piæ Cauſæ; ſcilicèt, quod majus, & magis utile Eccleſiæ præſtetur. Verùm huic dubio reſpondendum eſt, tex. *in dict. l. quod traditum* 87. cum ſimilibus, in favorem libertatis adductis, procedere in libertate directè data ſub diverſis conditionibus, & in diverſis ſcripturis appoſitis, quo in caſu non noviſſima, ſed leviſſima conditio, quæ commodior ſit ipſi ſervo, adimpleri debet; quod etiam eſt admittendum in fideicommiſſaria libertate, *l. per fideicommiſſum*, *ff. de conditionibus, & demonſtrationibus*: Secus verò erit dicendum, quando conjunctim conditiones apponuntur: *dict. l. quod vulgo*, *ff. de manum. teſtam. l. ſub diverſis*, *ff. de conditionibus, & demonſtrationibus*; quod eſt admiſſum, niſi ex natura conditionis periclitetur libertas; nam tunc admittitur per quæ magis ducit ad libertatem, quamvis natura gravior, & durior ſit, *l. leviſſima* 35. *ff. de conditionibus, & demonſtrationibus*; quæ omnia admittuntur, ut libertates faciliorem exitum habeant, quæ favorabiles ſunt, *l. in libertatibus*, *l. ſi ita ſcriptum l. nam ad ea*, *ff. de conditionibus, & demonſtrationibus*; Quod ſi contingeret in pia Cauſa, ſimiliter eſſet dicendum; cæterum, de hoc non agimus, ſed an facto legato dubio, vel promiſſione obſcura, in majus, vel in minus valeamus interpretari, vel ſit accipienda major, vel minor ſumma favore piæ Cauſæ: nam tunc ex *text. noſtro*, & ex rationibus ſuprà adductis, in re dubia, minor pars exigenda eſt.

7 Quintò, prædictis obſtabit dicere, quod votum eſt promiſſio Deo facta propter bonum, ex deliberatione firmata; ita Ricardus *in* 4. *diſtinct.* 36. *artic.* 3. *quæſt.* 2. quam communiter ſequuntur Summiſtæ omnes, verbo, *Votum*; Deus enim erga nos pater eſt, & Eccleſia mater, *Matthæi capit.* 5. & 6. *capit. ad Romanam Eccleſiam*, 2. *quæſtion.* 6. & ſic, ex voto quaſi patri, & matri fit obligatio, ſed quoties patri, & matri promiſſio fit, latiùs eſt interpretanda, & major cenſetur; *l. Aurelius* 29. §. *Titius teſtamento facto*, *ff. de liberatione legato*: Ergo voti promiſſio Deo, & piæ Cauſæ facta, latiorem debet interpretationem accipere. Sed huic dubio facilis erit reſponſio ex rationibus, & juribus *ſuprà* in confirmationem concluſionis adductis. Ex quibus conſtat, quod liberaliùs agit Deus, & Eccleſia nobiſcum, quàm homo; Gloſ. *in l. ſi quis rem aliquam*, §. *Voto*, *ff. de pollicitationibus*; ſiquidem Eccleſia non cupit, nec debet fieri locupletior, cum alterius detrimento, & jactura, Gloſ. & *ibi* Bartolus; *in Authentica qui res*, *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*; Abbas *in capit. ſi quis presbyterorum*, *in fine*, *de rebus Eccleſiæ*: Alexander, *conſilio* 4. *volumine* 1. Decius *in l. jure naturæ*, *ff. de regulis juris*. Undè licet aliàs inter contrahentes ad invicem licita ſit deceptio, *l. item ſi pretio*, §. *quemadmodum*, *ff. locati*: *l. in cauſa*, *penultim* §. 2. *ff. de minoribus*, *capit. penult.* ubi latè ſcripſi, *de emptione*, *& venditione*; tamen id ceſſat in Eccleſia emente, vel vendente, Gloſ. *verbo. Vt plus*, *in capit. ea enim*, §. *hoc jus porrectum*, 10. *quæſtion.* 2. Gomezius, *in dict.* §. *Ex maleficiis*, *Inſtitut. de actionibus*, *capit.* 1. *num.* 37. Nec obſtabit quod *ſuprà* retulimus; ſcilicet majorem amorem præſumi erga parentes, & ſic majus legatum, & majorem promiſſionem deberi; *dict. l. Aurelius* 28: §. *Titius*, *teſtamento facto*, *ff. de liberatione legata*. Quia *text.* ille procedit in caſu, in quo quis promittit liberationem patri ſuo, ſimul & curatori, quo in caſu remiſiſſe videtur dolum, & latam culpam, quod in aliis curatoribus extraneis non permittitur, *l. Aurelio* 20 §. *Caius ff. eodem*: ſicut aliàs in remiſſione facta curatori, vel adminiſtratori, de reddendis rationib. non cenſetur remiſſum id, ad quod quis tenetur actione reali; *l. non ſolum noſtrum* 8. §. *Et ei liberatio*; *l. ſi cui fundum*, *ff. de liberatione legata*; Gloſ. *in dict. l. Aurelius*, §. *Mævia*; & in *l. creditor debitori*, §. *Titia ff. eod.*

Sextò obſtabit, quod dotis cauſa, pia cenſetur, *l.* 8 *ſi quis Pamphilum*, § *ſi mulier*, *ff. de conditione indebiti*, *l.* 35. *tit.* 14. *part.* 5. quare valet argumentum de dote, ad cauſam piam Bartolus *in l. cum filius*, §. *Titio*, *ff. de donationibus*, Everardus *in loco*, *de dote*, *ad piam cauſam* ſed in cauſa dotis, non quod minus, ſed quod majus eſt debetur, *l. nuptura* 47. *ff. de jure dotium*, ubi in dubio in dotem datum cenſetur, quod majus eſt: ergo ſimiliter in voto, quod (ut ſupra diximus) cauſa pia dicitur. Cui difficultati reſpondendum eſt, quod non ſemper purificatur dos, & pia cauſa; nam juxta veram, & communem ſententiam dos non cenſetur cauſa pia, niſi lato loquendi modo; notat Bartolus *leg. cum quis*, §. *Mulier*, *ff. de conditione indebiti*; dum *ibidem* in ea opinione eſt, ut nunquam dos ſtrictè, ut cauſa pia cenſeatur; quia Cauſa pia non dicitur, niſi habito reſpectu & in ordine ad Deum, & promiſſio, vel donatio reſpiciat animæ ſalutem, *l. ſi quis Titio*, *ff. de legatis* 2. Gloſ. *in l. illud. C. de Sacroſ. Eccleſiis*. Sed tunc fortius urget argumentum, quod ſi receptum eſt, ut in præhabita cauſa dotis id quod majus eſt debeatur, *dict. l. nuptura* 57. *ff. de jure dotium*, in vera Cauſa pia fortius procederet. Cui deciſioni valde obſtat, text. in *l. ſi pater* 44. §. *quæ debitorem ejuſdem tit.* in qua ſpecie, non quod majus eſt debetur, ſed id, quod in peculio tantum habebat filius debitor, in qua jurium contrarietate, Gloſ. *verbo*, *in dote*, *in dict. l. ſi pater*, §. *quæ debitorem*, *ff. de jure dotium*; aſſerit, quod ſi alternatim dos conſtituatur; ſcilicet quod filius, vel pater debet, tibi conſtituo in dotem, tum debetur minimum: & ita obtinet text. *in dict.* §. *Quæ debitorem*: at verò, quando ſimpliciter dos promittitur, tunc quod majus eſt debetur, *dict. l. nuptura* 57. *in fine ff. de jure dotium*. Sed hæc interpretatio ex eo convincitur, quia uterque text. ſub eiſdem terminis loquitur; nam alternativa illa, de qua *in dict.* §. *Quæ debitorem*, non fuit mulieris, ſed Juris conſulti tantum; & ita videtur dicendum, text. *in dict.* §. *Quæ debitorem*, non agere, nec decidere quæſtionem; ſcilicet, quod in dubio intelligatur, mulierem promiſiſſe; quod quidem dubium decidere videtur text. *dict. l. nuptura* 57. *in fine eiuſdem tit.* ſcilicet, an peculium ſit conſiderandum tempore promiſſionis, vel tempore nuptiarum caſu quo mulier ſenſerit de obligatione patris, vel filii, habito reſpectu ad peculium: ſed nec adhuc manet ſoluta dubitandi ratio, cum adhuc videatur, ex *dict. l. nuptura*, ut facta ſimpliciter promiſſione, quod majus eſt, ibi contineatur. Sed reſpondendum eſt, id ſpeciali favore ipſius mulieris factum fuiſſe: nam cùm ipſa ſibi conſtituat dotem, certum eſt, non quod minus, ſed quod magis eſt ſibi deberi, & quod ſibi utilius fuerit conſtitui, aliàs cenſeretur jactare ſuum; argumento text. in *l. cum de indebito*, *ff. de probationibus*. Quod ſecùs eſſet, ſi extraneus dotem promitteret; nam tunc cenſeretur promittere quod minus eſt; argumento text. in *l. ſi extraneus ff. de conditione cauſa data*; ubi in dubio cenſetur extraneus ſibi proſpexiſſe, non mulieri eadem ratione dicendum eſt, quod licet Cauſa pia ſit favorabilis, ut dos, non tamen is, qui promittit, vel donat ob cauſam piam cenſetur donare majus, ſed quod minus eſt, quia ſuæ utilitati proſpexiſſe videtur ut in *text. noſtro*.

Septimò obſtabit dicere, quod *in præſenti* ſolutio 9 voti debet fieri ad ſimaiorem menſuram; ſiquidem in donationibus lata interpretatio facienda eſt; *cap. cum dilectus* 6. *de donationibus*: ubi latè ſcripſi. Sed reſpondendum eſt, quod ſolutionis in præſenti ſit mi-

tior interpretatio ex ratione decidendi; & præcipuè, quia non est propriè donatio; sed votum, in quo nihil datur, sed de dando, vel faciendo promittitur; notat Zabar. *in præsenti, n.* 9. Sarmiento omnino videndus, *lib.* 3. *selectarum, c.* 3.

10 Octavò, adversus ea, quæ refert *text. noster*; videlicet, minimum esse persolvendum, etiam secluſa consideratione piæ Causæ; obstabit text. in *leg. legato generaliter* 37. *ff. de legatis* 1. ubi Ulpianus asserit legato generaliter relicto, veluti hominis, non optimus, vel pessimus debetur. Pro cujus dubii solutione animadvertendum est, regulam generalem esse, tam in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus, & etiam in pœnis delictorum, quod quoties dubius est sensus, præstandum, & observandum est minimum, *dict. l. Semper in obscuris, ff. de regulis juris*: in contractibus sunt jura expressa, *in l. inter stipulantem* §. *si stipulanti, ff. de verborum obligationibus* : *l. si ita stipulatus fuero, ff. eodem*; *l. inter eos, ff. de fidejussoribus*; in ultimis voluntatibus; *l. nummis, l. qui concubinam*, §. *cum ita, ff. de legatis* 3. *leg. Sempronius, ff. de legatis* 1. Covar. *in cap. indicante, de restamentis, num.* 3. in pœnis, *l. Præses, l. inter partes, ff. de pœnis*, latè nos *in cap. fin. de sententia, & re judicata.* Hujus doctrinæ Authores assignant rationem; quia cum in eo, quod plus est, semper minus inesse censeatur, *l. in eo, ff. de regulis juris*, sic certum est saltem illud minus deberi; notat Joannes Andreas *in cap. in obscuris, de regulis juris, lib.* 6. Sed hæc ratio solum procedit in quantitatibus, non in speciebus: unde melior ratio est Philippi Decii, *in dict. leg. semper, in principio, de regulis juris*; scilicèt, quia defunctus non censetur velle nimis gravare hæredem, *l. unum ex familia*, §. *si rem, ff. de legatis* 2. & in contractibus, quia imputari debet contrahentibus, cum potuerint legem apertam imponere, non imposuerint, *l. veteribus, ff. de pactis*; & in pœnis, quia in his semper est servanda benignior interpretatio, *l. si Præses, ff. de pœnis.* Quæ regula est amplianda, ut etiam procedat in Voto, per *text. nostrum*, & in pia Causa, Romanus *singulari* 59. Quæ regula non procedit in speciebus, quas aliquando habere non expedit, ut equus, vel servus, cum multoties servi sint errones, vel fures, & equi morbosi, vel aliàs vitiosi: in his enim mediocre est præstandum, sivè electio pertineat ad dantem, sivè ad recipientem: & ita est interpretandus text. *in dict. leg. legato* 37. *ff. de legatis* 1. cum similibus suprà in argumento adductis, *l. si duobus*, §. *censemus, ff. communia de legatis, l. qui lancem, ff. de auro, & argento legato*, Covar. *ubi supra, n.* 4.

Undè facilis constat responsio ad argumentum; nam cum in *text. nostro*, agatur de præstanda mensura tritici, quam semper expedit aliquam utilitatem habere ideo minima præstatur; cum semper in quantitatibus (ut suprà diximus) hoc observetur; jura verò in argumento adducta, procedunt in speciebus, in quibus non semper id observatur.

Sed huic solutioni obstat tèxt. in *leg. si quis argentum*, §. *si verò, Cod. de donationibus*; ubi redditus est illius qualitatis, ut semper illos expediat habere, & ex minimis etiam utilitas aliqua proveniat, & nihilominus si quantitas reddituum sit donata, non deteriores, sed mediocres agros reddituum præstare necesse est. Cui dubio respondit Alexander *in l. qui insulam, de verborum obligationibus*, *num.* 2. dum asserit, quod *ibi* versatur maximus favor donantis, cum præstando rem, vel agrum, ex quo redditus recipiantur, liberetur à præstatione quantitatis, & ideo non mirum si in alio gravetur, ut mediocrem præstet fundum. Sed hic intellectus, ex suprà traditis convincitur; siquidem etiam si præstaret fundum deteriorem, liberaretur, cum non fundum, seu rem, sed quantitatem donaret fundi: quare meo videri, verissima interpretatio est, scilicet, in *eo text.* quantitatem donatam certam fuisse, hoc est centum, vel ducenta reddituum, sed obscurum erat, ex quo fundo quantitas illa præstanda esset; meritò, cum dubium consisteret in re, hoc est in specie, ne gravaretur hæres in meliori, vel legatarius in deteriori fundo, justa de causa mediocris præstari debet.

Nonò, adversus text. nostrum, dum docet regionis consuetudinem in solutione mensuræ observandam esse; obstabit dicere, quod etiam alia plura sunt spectanda, *ut in l. servus plurium* 5. §. *si numerus, ff. de legatis* 1. ubi si numeri nummorum sunt legati, nec apparet, quales sint legati, ante omnia ipsius patris familias consuetudo; deinde Regionis, in qua versatus est, posteà ejus mens, & legatarii dignitas attendenda est: ergo similiter, hæc omnia in *text. nostro* attendenda erunt, antequam ad minimum perveniatur. Augeturque difficultas, quia text. noster, sibi ipsi contraria videtur; nam *in principio* asserit, in versic. *Ad communem mensuram*, juncto in versic. *Habitatores Regionis*, mensuram Regionis esse observandam, & posteà affirmat, anteceſſorum consuetudinem esse admittendam: Undè occasione hujus dubii quæstio discèptari solet, an in re dubia sit observanda consuetudo communis Regionis; an verò consuetudo ipsius personæ legantis, vel obligantis? Omitto pro utraque parte plura jura, & rationes; sed pro hujus dubii resolutione est observandum, ante omnia esse considerandam specialem consuetudinem personæ obligantis: & si de ea non constiterit, secundo loco est attendenda generalis consuetudo regionis, vel patriæ, ut in *text. nostro*, dum asserit prius considerandam esse anteceſſorum mensuram; & si de ea non constat postea ad habitatores regionis est attendendum. Quo supposito, jam dissolvitur dubium suprà propositum; nam textus noster non est contrarius: imò conformis; siquidem prius, & ante omnia asserit esse considerandam ipsius personæ obligantis consuetudinem, hoc est anteceſſorum; & si de ea non constat, posteà attendi debet communis usus regionis: deinde etiam sunt consideranda requisita omnia tradita *in dict. l. si servus* 50. §. *si numerus, ff. de legat.* 1. Præterea attendi etiam debet mens testatoris, vel promissoris, quæ colligi poterit ex præmissis, & sequentibus in testamento insertis, *l.* 3. *C. de liberis præteritis*; rursus legatarii dignitas, *l. sed susceptt*, §. *sed & si proponas, ff. de judiciis*; nec non charitas, & dilectio testatoris, *l. si ita fuerit, l. si is qui ducenta*, §. 1. *ff. de rebus dubiis*; similiter necessitudo, & consanguinitas, *l. nonnunquam. ff. de just. & jure*: *l. Aurelius*, §. *Titius, ff. de liber. legata*, quæ considerationes in *text. nostro* non sunt factæ, quia non erant necessariæ, ut ex dictis apparet.

TITULUS XL. DE *Consecratione Ecclesiæ, vel Altaris.*

Ad textum in cap. Ad hæc 1. c. Quod in dubiis 3. cap. Proposuisti 4. de consecratione Ecclesiæ.

SUMMARIUM.

1 *Altari amoto, vel lapide continente sigillum, reconsecrabitur Altare, non autem Ecclesia.*
2 *Altare per enormem lasionem amittit formam. Consecratio Ecclesiæ, vel Altaris, inter se differunt. Illatio non fit ex diversis.*
3 Cap. si motum 19. in principio, de consecratione, distinct. 1.
4 Caput concedimus 30. de consecratione, distinctione 1.

Altare

Altare eſt duplex, aliud eſt ſtabile ſeu fixum, aliud verò portatile.

Cap. Miſſarum 12. de conſecratione, diſtinct. 1.

5 Cap. fin. de privilegiis, lib. 6. cap. in his 30. eodem tit. in antiquis.

Celebrare, quando permittatur in carceribus, vel privatis domibus.

7 Conſtitutio 4. *Leonis Imperatoris, poſt* Novellam *Juſtiniani, cum* Authentico de Eccleſiaſticis titul. §. Si quis in ſua domo.

8 Cap. Clericos 34. diſtinct. 1.

9 *Altaria quare lapidea eſſe debent.*

Altaria in Lege veteri, lignea, aliquando aurea, aliquando terrena erant, Exodi 22.

Cap. concedimus 30. de Conſecratione, diſtinct. 1.

10 *Paulus* ad Hebræos, cap. ultim.

11 *Omnis Chriſti actio eſt noſtra inſtructio.*

12 *Joannes* cap. 4.

CONCLUSIO.

1 Amoto Altari, vel lapide continente ſigillum, reconſecrabitur Altare, non autem Eccleſia. Probat text. *in cap. cum in dubiis* 4. *& cap.* 4. *& 6. hoc titul. cap. ſi motum* 19. *cap. Eccleſiis* 20. *cap. credimus* 30. *cap. Altaria* 31. *& 32.* cum aliis, *de Conſecratione, diſtinct.* 1. *cap. Eccleſ.* 68. *diſtinct. cap. quæſitum*, 1. *quæſt.* 3. argumento text. *in cap. ea enim*, §. *hoc jus*, 10. *quæſt.* 2. *cap. Altare*, 1. *quæſtion.* 3. *cap. ſi quis juper*, 2. *quæſt.* 7. *cap. fin. eodem tit. l.* 6. *leg. ſacra*, §. *illud, ff. de rerum diviſione.* Exornant Sylveſt. *verbo, Altare*, 2. *quæſt.* 4. Summiſtæ omnes *verbo, Altare*: Suarez *tom.* 3. *diſput.* 81. *art.* 3. *ſect.* 5. *li. D.* Sotus *in* 4. *diſtin.* 13. *artic.* 3. verſic. *Quod ſi templum*, Durandus *in Rationali divinorum: lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 33. *& lib.* 2. *cap.* 6. *numero* 31. Azor. *inſtitutionum moralium part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 26. *quæſt.* 12. Enriquez *in ſumm. lib.* 9. *Miſſa, cap.* 127. §. 5. *in fine*, Navarrus *in Mannoli, cap.* 25. *numero* 85. Paludanus *in* 4. *diſſinit.* 13. *quæſt.* 2. *art.* 4. Paulus Fuſcus *de viſitatione, lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 4. Bellarminus *controverſ. tom.* 3. *de Miſſa, lib.* 1. *cap.* 14. verſic. *Denique*, Pet. Gregorius *ſyntagmatum juris lib.* 2. *cap.* 1. *numero* 6. *&* 15. Divus Thomas *in* 4. *ſententiarum, diſtin.* 13. *quæſt.* 1. *art.* 2. *quæſtiuncula* 3. *&* 5. Turrecremata latè *in cap. ſi motum, de Conſecrat. diſtinct.* 1. Barb. *de poteſt. Epiſcop.* 2. *part. alleg.* 20. 21. 22. *&* 27. *num.* 12. Idem *de jure Eccleſiaſtico univerſo, lib.* 2. *capite* 2. verſic. *Conſecrata*, & in *collectaneis ad Decretum, in capite Eccleſiis* 20. *de Conſecrat. diſtinct.* 1. & ad *Decretales in text. noſtro*, cum *ſimilibus*, Petr. Pechius, *de Eccleſiis reparandis, capite* 35. *uſque ad* 30.

2 Ratio, quare amoto Altari, vel lapide continente ſigillum, reconſecrabitur Altare, ea eſt, quia per hujſmodi enormem læſionem Altare amittit formam ſuam, *dict. cap. ſi motum*, iuncta ejus Gloſ. *de Conſecr. diſt.* 1. ſiquidem forma eſt, quæ dat eſſe rei, *l. Julianus* §. *ſed ſi quis. ff. ad exhibend.* ſi quidem defectus formæ reddit actum nullum, *l. cum hi, ff. de tranſaction. cap. hoc jus*, 10. *quæſt.* 2. meritò, ſi Altare motum fuerit, aut lapis ille ſolummodo inſuper poſitus, qui ſigillum continet, confractus, aut etiam enormiter diminutus, debet denuò conſecrari, *cap. quod in dubiis* 3. *hoc tit.* nec ex hoc Eccleſia iterum conſecrabitur quia alia eſt conſecratio Eccleſiæ alia Altaris; *d. c. ſi motum*; ſiquidm ex diverſis non fit illatio, *l. Papinianus, ff. de minor.* & ideò ad execrationem Altaris, non ſequitur execratio Eccleſiæ, ſicut nec è converſo, cùm poſſit Eccleſia eſſe execrata, non autem Altare quod eſt in ea poſitum *cap. Propoſuiſti* 4. *hoc titul.*

3 Primò, obſtabit text. *in cap. ſi motum* 19. *in princip. de Conſecratione, d ſt.* 1. cujus hæc ſunt verba: *Si notum fuerit Altare, denuo conſecretur Eccleſia*; ex quibus verbis manifeſtè probatur, quod ſi Altare fuerit motum, Eccleſia debet denuò conſecrari. Sed huic dubio reſpondendum eſt, quòd id quod dicitur *in d. cap. ſi motum*; videlicèt, quod ſi motum eſt Altare conſecretur Eccleſia, non eſt ſic accipiendum, quod propter Altare execratum Eccleſia ſit reconſecranda, nec è converſo, quod propter Eccleſiam execratam, Altare ſit reconſecrandum; quia alia eſt Eccleſiæ conſecratio, & alia Altaris, & ſæpè fit hæc ſine alia & è converſo; & ſæpè execratur Eccleſia, non Altare, & vice verſa; & ideò quod dicitur *in d. c. ſi motum*, debet intelligi, id eſt, de Altari, ut ſic nomine *Eccleſiæ* ipſum *Altare* intelligamus; & è converſo, nomine *Altaris*, quandoque intelligatur ipſa Eccleſia, *c. quæſitum*, 1. *quæſt.* 3. notat Gloſ. fin. *in c.* 1. *hoc tit.* Turre crem. *in dict. c. ſi motum* 16. *de Conſec. diſt.* 1.

4 Secundò, obſtabit text. *in cap. concedimus* 3. *de Conſecrat. diſt.* 1. ubi ex Concilio Triburienſi deducitur, quod etiamſi Altare motum ſit, non debet denuo conſecrari, ſed eo amoto, cùm Eccleſia fuerit combuſta, ut multoties ab hæreticis fuit factum, donec reſtauretur, poterit cum Altari amoto ſub aëre in itinere, vel in Capellis non conſecratis ſeu tentoriis celebrari. Pro cujus vera ſolutione adnotandum eſt, quòd Altare eſt duplex, aliud ſtabile ſeu fixum, aliud verò portatile: primum dicitur tota Menſa lapidea in qua integrum ſacrificium fit; quod ſi totum ſit deſtructum, vel enormiter læſum, tunc reædificatur, & reconſecratur, ſeu (ut melius dicam) debet reconſecrari, ita obtinet *text. noſter*, & text. *in dict. cap. ſi motum, de Conſecrat. diſt.* 1. Secundum verò, portatile, dicitur parvus ille lapis, quem vulgo *Aræn* appellamus, continens in ſe foramen cum conſecratione, & ſigno ſuperpoſito, & facilè de loco ad locum menſa illa portatilis moveri poteſt tantæque debet eſſe latitudinis, quòd in ea poni poſſit pes Calicis, & Hoſtia conſecrata: quod quidem Altare portatile dicitur, quoniam de uno loco ad alium portari poteſt; & de hac Altari portatili eſt intelligendus text. & ejus doctrina, *in dicto capite concedimus* 30. *de Conſecrat. diſt.* 1. notat Turrecremata *in dict. capit. ſi motum*, Zabar. *in præſenti. nu.* 2. Barb. *de poteſt. Epiſcop.* 2. *part. allegat.* 27. *num.* 21. *&* 25. ubi plura, & plures refert.

5 Tertiò, ſolutioni obſtabit text. *in cap. Miſſarum* 12. *de Conſecrat. diſt.* 1. cujus hæc ſunt verba: *Miſſarum ſolemnia, non ubique, ſed in locis ab Epiſcopo conſecratis, vel ubi ipſe permiſerit, celebranda cenſemus*: ex quo deducitur, Miſſarum celebrationem fieri non poſſe, niſi in locis ab Epiſcopo conſecratis, non in Oratoriis, niſi Epiſcopi conſenſus accedat: ergo malè *in dict. capite concedimus* 30. *de Conſecrat. diſt.* 1. eſt deciſum, quod in Altari portatili in aëre, hoc eſt in itinere, in Capellis ſeu tentoriis poteſt celebrari. Verùm huic dubio reſpondendum eſt, text. *in dict. cap. concedimus*, eſſe intelligendum, quando neceſſitas inſtat, & licentia Epiſcopi haberi non poteſt; tunc enim Summus Pontifex videtur indulgere, ut conſtat ex illo verbo, *Concedimus*, non autem quando haberi poteſt, *capit. hic ergo* 14. *de Conſecrat. diſt.* 1. nam tunc licentia Epiſcopi præcedere debet, notat Turrecr. *in d. cap. Miſſarum* 12. *de conſecr. diſt.* 1. Zabar. *in præſenti n.* 3.

6 Quartò ſolutioni obſtabunt multa jura, in quibus permittitur extra Eccleſiam, & locum ſacrum Miſſam celebrari; nam hoc Epiſcopis conceditur, *in cap. finali. de privilegiis, lib.* 6. & fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, *capit. in his* 30. *de privilegiis*, undè, & in carceribus, latebris, & in privatis domibus, fervente perſecutione, fideles olim hoc Sacrum efficiebant, ut conſtat ex Auguſtino *in Epiſtola ad Donatiſtas poſt collationem c.* 14. Gregorio Turonenſi *lib.* 20. Durantio *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 4. Sed his omnibus dubiis reſpondendum eſt, text. *in cap.* 1. *cap. Miſſarum, de Conſecrat. diſt.* 1. generalem regulam conſtituere, obſervandam in conficiendo Miſſæ ſacrificio, ſed cùm omnis diffinitio perpetua non ſit, ſed ex cauſarum, & perſonarum circumſtantiis admittat varietatem, *l. omnis definitio, ff. de regulis juris.* ita huic regulæ in eiſdem decretis traditæ aliquæ ſubiiciuntur limitationes. *Prima* eſt ut non procedat, quando venia Epiſcopi interveniente in loco non conſe-

crato

crato celebratur, *d. capit. Missarum*, quam potestatem justa interveniente causa Episcopus in sua Diœcesi habet, Gutierrez *lib. 1. Canonicar. quæst. 30. num. 25.* Barb. *ubi suprà, alleg. 23. num. 6. & 8.* quæ justa causa desideratur, ut privilegium illud indulgeatur; videlicèt, Nobilibus, & iteratis, aut valdè impeditis, cujus rei examinatio ad Episcopum spectat, Emmanuel Rodriguez *tomo 3. quæstionum Regularium, artic. 10. in fin* Barbos. *ubi suprà, numero 8.* Secunda limitatio est, si summa necessitas existat, *dict. capit. 1. & 2. de Consecrat. distinct. 1.* quasi necessitas legi non subjaceat, *dicto cap. concedimus 3. de Consecrat. dist. 2.* Tertia limitatio est, propter favorem specialium personarum, quibus concessum est, ut extra Ecclesiam possint Missam celebrare, ut possunt Episcopi, *d. cap. fin. de privilegiis, lib. 6. l. 4. tit. 10. par. 1.* quod etiam concessum est fratribus Minoribus, & Prædicatoribus *d. c. in his 30. de privilegiis.* Barb. *2. par. allegation. 23. n. 1.*

7 Quintò, contra superiorem resolutionem obstabit *Constitutio quarta* Leonis Imperatoris, post *Novellas Justiniani*, ubi cavetur, omnibus Sacerdotibus, in quibuslibet privatis ædibus, sacrificare licere. Qua difficultate devictus Gothofredus *ad dictam constitutionem quartam Leonis*, existimavit, illa decisione *Leonis*, veluti noviore, corrigi constitutionem Justinianeam, de qua *in Authentico, de Ecclesiasticis titulis, §. Si quis in sua domo, & Authentic. ut in privatis domibus sacra ministeria non fiant*: nec advertit Cæsarum *legibus* fieri non posse, ut liceat in privatis domibus sacrificare, contra id, quod supra dicti *Canones* constanter asserunt. Quare verissimam interpretationem esse existimo, quam refert eruditissimus, amantissimusque Magister meus, nunquam pœnitendus, imò sæpè sæpiùs laudandus Martinus de Bonilla, Supremi Consilii Philippi IIII. Dignissimus Senator, *in relectione ad text. in cap. 1. de Consecrat. dist. 1. in Rubrica, numer. 23.* dum asserit *in dict. constit. Leonis IV.* non præscribi modum circa loca, in quibus est sacrificandum, quod antea erat definitum, tam per *Canones* suprà adductos, quàm per *Authenticas* à Justiniano suprà relatas; ideòq; cum in privatis domibus sacrificare permittit, subaudiendum est in casibus licitis, vel ex venia Episcopi, vel propter caulam urgentissimam: sed solum explicat *Leo* jus observandum circa personas, quæ possint in privatis ædibus sacrum facere; quod quidem antea declaratum non erat: docètque in locis permissis, hoc jus competere omnibus Clericis, non solùm illis, qui nominatim Oratoriis adscripti sunt, & veluti intitulati, sed etiam aliis Clericis adscriptis majoribus Ecclesiis; nam ex eo, quod Oratorium Episcopi authoritate constructum sit, aut ab eo concessa sit venia, ut Missa in eo celebretur, quicumque ritè ordinatus Clericus Sacrum in eo facere poterit, quamvis non sit specialiter ad illud oratorium dedicatus; quàm esse sententiam, & mentem illius constitutionis docet prædictus doctissimus Magister meus, *in dict. Rubrica, n. 23.*

8 Sextò, solutioni obstat text. *in capite Clericos 34. Consecr. dist. 1.* dum asserit Clericos in Oratoriis, quæ in domibus sunt, non posse sine consensu Episcopi ministrare; & si hoc non observaverint, deponendos esse, quasi specialis licentia desideretur, non solùm ut in loco non consecrato celebretur, sed etiam ut persona Clerici habeat facultatem specialem in eo celebrandi. Sed respondendum est, alium potius esse illius *decreti* sensum; scilicet, ut præcedere debeat licentia Episcopi, quam debeat indulgere loco, ubi celebrandum est, nec sit necessaria personæ celebranti; nam in loco permisso ab Episcopo, quilibet Clericus celebrare potest juxta dictam quartam *Leonis* constitutionem ita intelligendam. Est etiam animadvertendum, quod pœna depositionis *ibidem*, comminata, eadem est, cum pœna suspensionis, de qua *in cap. nullus. 15. de Consecratione, distinct. 1.* plura, & plures refert Barbos. *in collectaneis ad Decretum, in dicto cap. Missarum 12. de Consecratione, distinct. 1.* præcipuè *de potestate Episcopi, dict. 2. part. alleg.* 23. ubi latè exponit Concilium Trident. *sess. 22. de observandis in celebrat. Missæ.*

Septimò, adversus id, quod in præsenti notant omnes, & refert text. *in cap. Altaria 30. & 31. de Consecratione, distinct. 1.* videlicèt, Altaria debere esse lapidea, non tantum propter rationes mysticas, nam Christus, dum Altare consecratur, *Petra* dicitur, *Paulus ad Corinthios 10.* & quia in sepulchro lapideo fuit reconditus, Glos. & Turrecremata *in dict. capit. Altaria, de Consecrat. distinct. 1.* sed etiam, ut conserventur illæsa, & nova non indigeant consecratione. Obstabit quod in Lege veteri lignea erant Altaria, ex lignis Sethin, *Exod. 22.* aliquando aurea, *23. Regum, capite 7.* aliquando terrena, *Exodi 20.* Sed respondendum est, quod non est similis ratio de Altari veteris Legis, ad Altare Legis gratiæ; nam in lege Gratiæ debuit eligi materia communis, in qua apud omnes gentes Altaria erigerentur, quæ multo tempore sacrata manerent, in quibus cum debita reverentia conficiatur Sacramentum, & ex multis aliis rationibus traditis à Turrecremat. *in dicto capit. Altaria 31. de Consecrat. dist. 1.* Nec etiam obstat, quod *in dicto cap. concedimus 30. de Consecrat. distinct. 1.* asseritur Sacramentum Altaris in necessitate confici posse super tabulis ligneis: quia *text.* ille sic accipiendus est, scilicet, ut sit conficiendum Sacramentum in mensa Altaris, quæ licet de tabulis confecta sit, debet tamen habere lapideum Altare, quod etiam Tabula dicitur *in cap. lignei 6. hoc tit.* etiam ipsa Ara Tabula appellatur. *in cap. quod in dubiis 3. hujus tit.* Estque sensus prædictæ decisionis, ut in publica necessitate, liceat extra Ecclesiam celebrare, si tamen subsit Altare, cum Reliquiis ad sacrificium necessariis. Nec obstabit, quod in Ecclesia Lateranensi in Altari ligneo, Pontifex S. Feria 5. & Sabbatho hebdomadæ Sanctæ celebret, in quo Divus Petrus, & alii Pontifices celebrarunt: quia id singulari jure ex traditione Ecclesiæ in memoriam Divi Petri observatum fuit; notat Turrecremata *in dicto cap. Altaria 31. de Consecratione, distinct. 1.* ubi plures alias dubitandi rationes refert, & de interpretatione ad text. *in cap. quod in dubiis 3. in princip. hujus tit.* omninò videndus est Zabarel. *ibidem, n. 5.* & videre oportet, quæ infrà dicemus *in capit. ligneis 6. hujus titul.*

9

Octavò, prædictis obstabit dicere, quòd videbatur non oportere Sacramentum Eucharistiæ in Ecclesia celebrari, nec in vasibus sacris; quia hoc Sacramentum est repræsentativum passionis Christi; Christus enim Dominus noster passus non fuit in domo, nec in templo, sed extra portas Civitatis; *Paulus ad Hebræos, cap. ultimo*, versic. *Jesus, ut sanctificaret per sanguinem suum populum extra portas passus*: Ergo Sacramentum illud, etiam extra Ecclesiam celebrari poterit. Pro cuius dubii solutione adnotandum est, quòd in Sacramento Eucharistiæ duæ considerantur circumstantiæ, quarum una pertinet ad repræsentationem eorum, quæ in passione Christi intervenerunt, notat Divus Thomas *3. parte quæstione 83. art. 3.* Altera verò pertinet ad reverentiam Sacramenti Eucharistiæ, in quo Christus secundum veritatem continetur; qua de causa institutæ sunt ceremoniæ Ecclesiarum, earumque consecrationes, & Altaria, tum propter Christi reverentiam, tum etiam ad significandum effectum Sacramenti, ejusque gratiam, qua sanctificamur, *Paulus ad Hebræos, capite ultimo.* Quo supposito ad argumentum respondendum est, quod non valet, Christus extra portas passus est: ergo Sacramentum Eucharistiæ, non debet in Ecclesia confici. Quia respondendum est, quod similitudo non debet in omnibus servari, ut aliquid simile dicatur, ut repræsentativum; ita docet in terminis Sotus *in 4. distinct. 13. quæstione 2. art. 3. colum. 5.* Alexander *in l. curatoris, num. 4. C. de negotiis gestis*; sufficit enim, quod in cæteris Missæ ceremoniis repræsentatio, & similitudo reliquarum actionum majorum interveniat, in quas ad majorem tanti Sacramenti venerationem est templorum consecratio

secratio præcipuè, ut habetur *Luc. cap.* 22. Christus Redemptor noster, in quodam cœnaculo hoc Sacramentum instituit, non extra portas Civitatis, ut significaret passionem suam non esse sub eorum finibus concludendam, sed extendendam ad universas gentes; notat Divus Thomas 3. *part. quæst.* 83. *art.* 3. *ad primum*, Turrecremata *in cap. Tabernaculum* 2. *de Consecrat. distin.* 1.

Nonò, solutioni obstabit dicere, quod in consecra- 11
tione hujus Sacramenti, Ecclesia debet imitari morem Christi, & Apostolorum, cùm omnis Christi actio sit nostra instructio, *cap. Deus Omnipotens*, 12. *quæst.* 1. *cap. significasti*, *de electione*; *cap. cum Marthæ*, §. *Apostolus*, *de celebrat. Missarum*; sed domus in qua primò Dominus noster Sacramentum Eucharistiæ consecravit, non fuit consecrata, sed Tabernaculum præparatum à quodam patre familias, *Lucæ* 22. *Actuum Apostolorum*, *cap.* 2. Ergo extra Ecclesiam sacrificium illud fieri potest. Sed respondendum est, quòd Tabernaculum illud repræsentavit Ecclesiam & Templum, quod consecrari necessarium est, propter utilitates, quas refert textus *in leg.* 15. *tit.* 10. *part.* 2. quæ Templa, si tempore Apostolorum fuissent, verisimile quod in illis consecrassent, ut considerat D. Thom. *ubi suprà*.

Decimò, hucusque traditis obstabit illud *Joann.* 12
cap. 4. versicul. *Veri adoratores adorabunt in spiritu, & veritate*; ex quo probari videtur, Christum Redemptorem nostrum omnes Templorum ceremonias in Religione Christiana abstuliisse, & orandum esse in omni loco, solo spiritu, & mente: ut habetur etiam 1. *ad Timotheum cap.* 2. ibi: *Volo orare in omni loco*: Ergo Ecclesiæ non sunt omnino necessariò construendæ ad orandum. Sed huic difficultati respondendum est, sensum illorum verborum hæreticum, & depravatum esse; nam verus ejus sensus est, quod Christus Dominus à Samaritana muliere fuit interrogatus, ubi esset orandum, *Joannis cap.* 4. propter litigium, & controversiam inter Samaritanos, & Judæos? Judæi namque existimabant nullibi licere adorare, nisi in Templo Hierusalem; Samaritani autem in monte: Respondit que Christus, legem Evangelicam non esse ad ullum locum coarctandam, sed ubique terrarum adorandum esse Deum, non tantum cum illis animalium ceremoniis, quæ figurabant futuram Christi passionem, sed etiam in spiritu, & veritate ubique; quo casu non negavit Dominus Templa Deo Optimo maximo fore ædificanda, & consecranda, *Isaiæ cap.* 65. ibi, *Domus mea, domus orationis vocatur*, Trident. *sess.* 22. *d. c. de observandis, & evitandis in celebratione Missæ*, Barb. *in remissionib. ad eundem text. num.* 6.

Ad textum in cap. Ligneis 6. de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris.

SUMMARIUM.

1 *Tecto corruente, parietibus Ecclesiæ illæsis, & mensa Altaris non enormiter fracta nec Ecclesia, nec Altare consecratur.*

2 *Consecratio Ecclesiæ consistit, non in tecto, sed in parietibus, in quibus fuerint Cruces, & inunctiones.*

Ecclesia, vel Altare semel Deo consecrata, non debent iterum consecrari, nisi fuerint execrata.

3 L. æde sacra 73. ff. de contrahenda emptione.

4 Cap. si motum 19. in fine de Consecratione distinctione 1.

Cap. Ecclesiis, eadem distin.

Cap. ligneis 6. de consecrat. Ecclesiæ, vel Altaris.

5 Lex qui res, §. aream, ff. de solutionibus, l. inter stipulantem, §. Sacram, ff. de verborum obligation.

Granna in Decret.

6 Cap. si motum, in 1. ejus part. de consecratione, distinct. 1.

7 *Semel res Deo dicata amplius ad prophanos usus converti non debet.*

8 Cap. si motum 19. in fine, de Consecratione, distinctione 1.

CONCLUSIO.

COrruente tecto, parietibus illæsis, & mensa Altaris non enormiter fracta, nec Altare, nec Ecclesia consecratur. 1

Consonat text. *in cap.* 1. *cap. proposuisti*, 4 *cap. ligneis* 6. *hoc tit. cap. si motum* 19. *cap. Ecclesiis* 2. *c. de fabrica* 24. cum aliis, *de consecr. distinct.* 1. *cap. Judæi*, *cap. sicut*, *de Judæis*; argumento text. *in l. domum. ff. de contrahenda emptione. leg. inter stipulantem*, §. *Sacram. ff. de verborum obligationibus*; *l. qui res*, §. *Aream. ff. de solutionibus*, cum traditis à Glos. *in c. proposuisti* 4. *hoc. tit.* Glos. *verbo, Exustas, in c. Ecclesias, de Consecr. dist.* 1. Exornant Sylvester *in summa*, verb. *Consecratio* 2. *q.* 4. & verb. *Altare*, Paludanus *in* 4. *dist.* 13. *q.* 2. *art.* 4. Sotus *ibid. art.* 3. Enriq. *in summa, lib.* 9. *cap.* 27. Durandus *in Rationali divinorum, lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 31. *&* 33. Suarez *tom.* 3. *q.* 83. *& tom.* 5. *disp.* 8. *sect.* 5. Hugolinus, *de potestate Episcopi*, *cap.* 28. Miranda *in Manuali Prælatorum, q.* 39. *art.* 4. *concluf.* 2. *& art.* 7. Azor. *institutionum moralium par.* 2. *li.* 10. *cap.* 26. *q.* 12. Navarrus *in Manuali, cap.* 27. *nu.* 253. Petr. Pechius, *de Ecclesiis reparandis, c.* 35. *&* 36. Barb. *de potest. Episc.* 2. *p. alleg.* 27. *num.* 13. *& in collectan. ad hunc text. num.* 2.

Ratio autem, quare corruente tecto, parietibus il- 2
læsis, & mensa Altaris non enormiter fracta, nec Altare, nec Ecclesia consecratur, ea est, quia consecratio Ecclesiæ consistit, non in tecto, sed in parietibus in quibus fuerunt Cruces, & inunctiones; notat Glos. fin. *in præsenti*, & in *dict. cap. de fabrica*, *de Consecrat. dist.* 1. nam per modicam fracturam, Altare non perdit formam suam, ita ut remaneat execratum, *cap. quod in dubiis* 3. *hoc tit.* siquidem Ecclesia, vel Altare semel Deo consecrata, non debent iterum consecrari, nisi fuerint execrata, *cap. Ecclesia*, *cap. Ecclesiis de Consecrat. dist.* 1. Barbos. *de potestate Episcopi*, 2. *part. allegatione* 27. *num.* 12. Si verò totum ædificium casu fortuito, sive incendio in totum destruatur, & corruat, quoad tectum & parietes, aut in majori parte; ita ut oporteat Ecclesiam noviter reficere, minimè retinet antiquam consecrationem, quæ ideò de novo illi adhibenda est, *dict. cap. de fabrica*, juncta ejus Glossa *de Consecratione*, *distinct.* 1. Gloss. *in præsenti*, *& in dict. cap. proposuisti*, *hoc titulo*, Barbos. *ubi suprà*, *allgation.* 27. *num.* 13. *usque ad* 18.

Primò, huic ultimæ decidendi rationi obstabit text. 3
in leg. ædes sacræ 73. *ff. de contrahend. emptione*, ubi æde sacra terræ motu diruta, sacra manet, §. *Locus autem* 10. *Institut. de rerum divisione*: Ergo etiam si parietes Ecclesiæ fuerint destructi, adhuc locus ille sacer remanet. Sed respondendum est, Templum destructum sacrum manere ad hoc, ut distrahi non debeat, nec in usus prophanos converti, quia semel Deo dicatum fuit: sed nihilominus consecrationis virtutem amittit, ut impediatur celebratio Divinorum Officiorum, nisi denuo consecretur: nam terræ motu non amittitur tota Religio Templi, sed inducitur suspensio, & violatio, de qua in *dictis juribus*.

Secundò, solutioni obstabit text. *in cap. si motum* 4
19. *in secunda ejus parte de consecratione*, *dist.* 1. dum asserit, quod si parietes mutantur, & non Altare, sale tantum exorcizetur Ecclesia. Sed respondendum est, sententiam *illius textus in secunda parte* procedere quando non mutantur funditùs parietes, sed major eorum pars consecrata salva remansit; notat Glos. *ibid.* verb. *Mutantur*, nam si funditus parietes everterentur, & denuò extruerentur, tunc integra esset conficienda consecratio: & ita est intelligendus text. *in dict. cap. Ecclesiis, de Consecrat. distin.* 1. Imò addendum est

quòd cùm major pars consecrata salva remanet, ex consilio tantum fit reconciliatio, cum aspersione aquæ benedictæ exorcizanda, non autem ex præcepto, sicut cum alio modo occultè violatur Ecclesia. Ratio hujus solutionis duplex est, prima, quia dum Ecclesia paulatim, & successivè reficitur, magis dignum attrahit ad se minus dignum, *cap. quia in dubiis, hoc titul. cap. unic. eodem tit. lib.* 6. Secunda est, quia licet ex nova materia, paulatim à primis fundamentis reficiatur, non ideò definit esse eadem Ecclesia, argumento text. *in l. quod in rerum naturâ, ff. de legatis* 1. *leg. proponebatur* 76. *ff. de judiciis*, cum traditis à Barbos. *ae potestate Episcopi*, 2. *part. alleg.* 27. *num.* 19. quam interpretationem admittere oportet in dubia sententia, ut sic sensus ille eligatur, qui doctrinæ Canonum magis conveniat, *dict. cap. si motum.* Ex quibus infertur interpretatio ad textum nostrum; dum asserit, nec Ecclesiam, nec Altare esse iterum consecranda, si parietes Ecclesiæ, & mensa Altaris modicam passa fuerint fracturam, nam Ecclesiæ mutatione Altare non mutatur, & è contra mutatione Altaris, Ecclesia non mutatur: ita ut denuo consecretur Ecclesia, vel Altare, nam referendo singula singulis, ideò ex eo nulla est violatio Altaris, aut Ecclesiæ in specie *nostri text.* quia nec in Altari contingit casus violationis ex modica fractura, cum ad violationem intervenire debeat integra mutatio, aut fractura ex magna parte, *d. cap.* 1. *hoc tit.* in Ecclesia enim nulla est violatio, quia in totum non mutantur parietes; quod tamen requiritur ad violationem, ex juribus, & rationibus *suprà* adductis.

5 Tertiò, adversus id, quod in præsenti notant omnes, videlicèt sententiam *suprà* adductam, etiam procedere, quando Ecclesia simul, & in totum destruitur eo animo, ut iterum reædificetur ex eadem materia, adhuc enim si parietes in totum corruant, vel pro majori parte, erit Ecclesia execrata censenda, & noviter consecranda, *cap. sicut Judæi, de Judæis*; Barb. *in collect. ad nostrum text. n.* 4. tex. *in l. inter stipulantem* §. *Sacram, in fin. ff. de verb. oblig.* ubi, quando domus funditus, & simul destruitur, licet eo animo, ut iterum reficiatur, non censetur postea eadem reædificata, sed diversa domus, & ideò expirat obligatio respectu ejusdem: quod etiam docet text. *in l. qui res*, §. *aream, ff. de solution.* obstabit dicere, quod si navis destruatur eo animo, ut eisdem tabulis, & ex eadem materia iterum reficiatur, censetur esse eadem navis, & durat obligatio respectu ejusdem, ut expressè docet text. *in d.* §. *aream*; undè videtur similiter dicendum de domo, eodem animo destructa, & per consequens in Ecclesia materiali; maximè cum Ecclesia navi æquiparetur, *cap. antè omnia*, 40. *dist. cap. non turbatur*, 24. *q.* 1. Verùm huic dubio respondendum est, cum Bartolo, Paulo, & Alexandro *in dictis juribus*, id peculiariter, & utilitatis causa introductum fuisse in navi, ut cum sit res mobilis, ejus naturæ, ut hinc inde amoveri soleat, & ita participat ex animo, ut minimè extinguatur obligatio respectu ejusdem, si novæ refectionis animo destruatur, & ex eadem materia reficiatur, quasi potens sit animus hoc operari: quæ ratio cessat respectu domus, cum sit res immobilis, argum. text. *in l. jus singulare, ff. de legibus*; notat Barb. *in collectan. ad hunc text. num. fin.* Idem *de potest. Episcopi*, 2. *part. alleg.* 27. *num.* 16.

6 Quartò, adversus id, quod *in præsenti* notant omnes; videlicèt, quod violata Ecclesia, Altare non intelligitur violatum, nec ideò reconciliandum, sed Ecclesia tantum; & è converso fracto sigillo Altaris, & enormiter læso, ipsius consecrationem amittit, non autem Ecclesia, *d. cap.* 1. *hoc tit.* ex rationibus *ibid.* à me traditis; tum etiam, quia Altare, vel Ecclesia habent se, ut æquè principalia; & ideò diversa forma consecrationis sacra efficiuntur; sicut ergo unius Ecclesiæ pollutio aliam sibi conjunctam non violat, & unius cœmeterii violatio aliud sibi conjunctum non offendit, quia æquè principalis est, *cap. unico, hoc tit. lib.* 6. ita etiam Altari violato, non desinit Ecclesia esse consecrata, nec execratio Ecclesiæ nocet Altari: concisis verò Ecclesiæ consecratæ parietibus, omninò perimitur ipsius consecratio, *cap. Ecclesiis* 20. *de Consecr. dist.* 1. latè Barbos. *d. alleg.* 27. *n.* 26. Obstabit text. *in cap. si motum, in primæ ejus parte, de Consecr. dist.* 1. dum asserit moto Altari Ecclesiam violari. Sed respondendum est, in ea quæstione Pontifices dissensisse, & secundum doctrinam antiquorum Canonum Ecclesiam violari, ut violatur Altare, *ex dict. cap. si motum*; sed Canones noviores, quibus standum est, ab ea sententia discedentes declarant, hanc violationis speciem non extendi ad Ecclesiam, sed tantum ad ipsum Altare; quæ interpretatio deducitur *ex cap.* 1. *hoc tit.* vers. *Licet quidam Canones.* Quorum Canonum doctrina ad praxim sic deducenda est, ut illud Altare consecratum, fixum, & stabile, nova indigeat consecratione, quando movetur à loco, ubi consecratum est, & in alium transfertur; aut cum in sua forma mutatur, aut quando sigillum Altaris, hoc est locus, in quo sigillantur Reliquiæ, quæ in consecratione reconduntur, eandem sustinet mutationem; sed ex mutatione Altaris portatilis, non inducitur ipsius violatio, *cap. concedimus* 30. *de Consecrat. dist.* 1. nisi ipsum frangi, aut majori ex parte destrui contingat, Turrecremata *in cap. si motum, n.* 1.

7 Quintò, prædictis obstabit dicere, quod res sacra, etiam si parietes destruantur, iterum consecrari non debet; siquidem res semel Deo dicata, amplius in prophanos usus converti non debet; *cap. semel* 51. *de regulis juris*; *lib.* 6. *cap. quæ semel* 19. *quæst.* 3. *cap. Apostolicos* 13. 12. *quæst.* 2. & ideò ligna Ecclesiæ, non sunt in prophana opera convertenda; *cap. ligna* 38. *de Consecr. dist.* 1. & ornamenta vetustate consumpta, debent in cinerem reduci, aut in fossis parietum, aut pavimentorum poni, *cap. Altaris* 39. *de Consecr. dist.* 1. & ædificium Ecclesiæ in alieno solo factum, non cedit Domino soli, ne destruatur, aut prophanetur Ecclesia semel consecrata, *cap. quæsti*, 41. 17. *q.* 4. Glos. *verbo, Contraxisse in d. cap. Apostolicos*, Turrecremata *in cap. si quis* 10. *de Consecr. dist.* 1. quæ statuta sunt ne res sacræ prophanentur: sic ergo videtur, ut propter nullam causam Ecclesia pollui possit, nec animi vis, & authoritas consecrationis illi solemniter collata. Sed respondendum est, nihil inde aliud evinci, quàm quòd indecens est loca sacra prophanari, & macula conspergi; siquidem gravissimum scelus resultat ex prophanatione Templorum, quæ voluntariè facta est, *cap. insanctâ* 41. *de Consecr. dist.* 1. conducunt exempla tradita à Petro Pechio *in cap. semel Deo dicatum* 51. *de regulis juris, lib.* 6. sed nihilominus facto ipso aliquando prophanari contingit; ita ut res sacra tunc prohana efficiatur, *l. continuus*, §. *penult. ff. de verb. oblig.* nam quod sacrum est, potest ex causa non sacrum fieri, *l. inter stipulantem* §. *sacram, ff. de verb. oblig.* argumento text. *in l. cum loca* 36. *ff. de Religiosis, & sumptibus funerum; l. sacra* 9. §. 1. *ff. de rerum divisione*: quod contingit, vel peccato interveniente, veluti per homicidium, aut sanguinis injuriosam effusionem, vel sine peccato per ruinam Templi, *d. cap. si motum*, cum similibus *supra* adductis; notat Turrecr. *in d. cap. Ecclesiis* 20. *de Consecr. dist.* 1. 8

Sextò, adversus ea, quæ refert text. *in cap. fin. hoc tit.* dum asserit Ecclesia, aut Altari violato, non licere celebrari Officia Divina antequam reconcilietur, & esse ipsi loco, ob hanc causam, impositam suspensionem, & reconciliationem fieri debere juxta qualitatem Ecclesiæ; nam Ecclesia benedicta reconciliatur per simplicem Sacerdotem; Ecclesia verò consecrata est reconcilianda per Episcopum proprium, aut alienum, habita prius proprii Episcopi licentia; sed non potest reconciliari à Presbytero, etiam de mandato Episcopi, *cap. Aqua, hoc tit.* Obstabit text. *in d. cap. si motum* 19. *in fine, de Consecr. dist.* 1. ubi apparet Ecclesiam violatam denuo consecrandam esse: quod etiam docet text. *in c. Ecclesiis* 20. *eadem dist.* ergo non sufficit

sola

ſola reconciliatio, ſed nova conſecratio deſideratur, cùm penitùs prima extincta videatur, & locus ille per violationem prophanus cenſetur. Sed hæc jura concilianda ſunt, & exponenda juxta ſuperiorem diſtinctionem; ut ſcilicet verbum, *Conſecretur*, in *dict. cap. ſi motum*, accipiatur pro *reconcilietur*; ita ut violatio, de qua ibi, temporalem ſuſpenſionem inferat, donec Eccleſia fuerit reconciliata, *dict. cap. Aqua*: *cap. unico, hoc titulo, lib.* 6. quoad ſpeciem autem *cap. Eccleſiæ, ibid.* tunc accipienda eſt pro nova conſecratione; ſed quoad eam, quæ ex homicidio, aut ex effuſione ſanguinis reſultat, conſecratio impropriè recipitur pro reconciliatione (de qua *ſuprà*) *& cap. Eccleſiis* 20. *de conſecrat. diſt.* 1. nam in jure novum non eſt, ut idem verbum ad duas ſpecies relatum, in una propriè, in altera impropriè accipiatur, *ut in l. 2. ff. de officio Proconſulis, & Legati.*

Ad textum in *cap. Conſuluiſti* 7. hujus tituli.

DE materia hujus textus plura diximus, *in cap. final. de ſepulturis*, quæ omnia in præſenti ſunt repetenda.

Ad textum in cap. Cum ſicut 8. de Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris.

SUMMARIUM.

1 *Conſecrari non debet Eccleſia, niſi prius dos ei aſſignata fuerit: nec Epiſcopus Crucem figere, lapidemque primum ponere; & ſi hoc factum ſit, tenetur ad ipſius dotationem.*

2 *Dos Eccleſiæ debet aſſignari ad ſuſtentationem Sacerdotis, & ad luminaria, cuſtodes & ſervitores Eccleſiæ.*

3 Cap. Eccleſiæ 9. de immunitate Eccleſiarum.

4 Cap. Eccleſia 11. 1. quæſt. 4. *cum* cap. Eleutherius 30. 18. quæſt. 1.

5 Lex 1. & 3. ff. de pollicitationibus.
Pollicitatio ſimplex, quoad ſpiritualia obligat.

6 Cap. placuit 1. 1. quæſt. 2.
Epiſcopus conſecrationis tempore nihil debet exigere.

7 Cap. filiis, vel nepotibus, 16. quæſt. 7.
Conſecrari Eccleſiam qui juſſit, eam dotare compellitur; & ſimiliter hæredes ad id compelluntur.

8 Cap. ſi quis Baſilicam 10. de Conſecratione diſtinctione 1.

9 Cap. non eſt petenda 27. 11 quæſt. 1.

10 Cap. quicumque 30. 16. quæſt. 7.

11 Cap. ad audientiam 3. de Eccleſiis ædificandis.

12 Cap. prætereà 28. Cap. à nobis 25. de jure patronatus.
Cap. hoc quoque 61. de Conſecratione, diſtinctione 1.
Sacerdos unus cum miniſtro unicuique Eccleſiæ eſt aſſignandus.

13 Cap. nemo 9. de conſecr. diſt. 1.
In Eccleſia dum conſecratur Miſſa celebrari debet, & in die Dominico, & de aliis ſolemnitatibus requiſitis.

CONCLUSIO.

1 *ECcleſia non debet conſecrari, niſi prius dos ei aſſignata fuerit; nec Epiſcopus Crucem figere, lapidemque primum ponere; alioquin tenebitur ad ipſius dota- Granna in Decret.*

tionem. Conſonat textus *in cap. hoc quoque* 61. *cap. nemo Eccleſiam* 9. *de Conſecratione diſtinctione* 1. *cap. pia mentis, cap. ſi plures,* 16. *quæſt.* 7. *Epiſcopus, de Prebendis; cap. propoſuiſti, de filiis Preſbyterorum: cap. illud,* 7. *quæſt.* 1. *cap. ad audientiam* 5. *de Eccleſiis ædificandis*: *c.* 1. *de cenſibus*: *cap. ſancitum* 25. 23. *quæſt.* 8. Concilium Toletanum 3. *cap.* 15. Sanctus Chryſoſtomus *homil.* 18. *in Acta Apoſtolorum*: *Authentic. ut nullus fabricet Oratorium.* §. 1. *collat.* 5. *Authentico, ut determinatus ſit numerus Clericorum*, §. 1. *collat.* 1. argumento ſumpto ex text. *in l. qui liberos, ff. de ritu nuptiarum*: *l. final. C. de dotis promiſſione*: *l.* 36. *ff. de liberali cauſa*: *l.* 3. *Cod. de furtis*; *l.* 2. *Cod. de Epiſcopis, & Clericis*; *l.* 11. *C. de Judæis*; *l.* 2. *& 3. tit.* 10. *partit.* 1. Exornant Lambertinus *de jure patronatus, lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 5. Azor. *lib.* 9. *inſtitutionum moralium, cap.* 3. *&* 4. Guillelmus Durandus *lib.* 1. *de Eccleſiæ dedicatione*: Steph. Durandus, *de ritibus Eccleſiæ, lib.* 1. *cap.* 24. Duennas *regul.* 225. Rochus, *verb. Conſtruxit, quæſt.* 4. *num.* 4. & verbo, *Dotavit, quæſt.* 5. Rota *deciſione* 141. *num.* 5. *part.* 2. *diverſorum*: Barboſ. *de poteſtat. Epiſcopi,* 3. *part. alleg.* 27. *n.* 3. *& alleg.* 70. *num.* 29. cum ab eo traditis *in collectan. ad noſtrum textum.*

Ratio, quare ſtatutum eſt ne quis poſſit Eccleſiam conſtruere, vel ædificare, niſi prius dotem aſſignet, quæ dos ſufficiat ad ſuſtentationem duorum, vel trium Sacerdotum, ſeu Clericorum, ea eſt; quia jus patronatus in Eccleſia ipſa adquirit, quo tenetur illam ſufficienter dotare, ita ut ex dote illa commodè luminaria, cuſtodes, & ſervitores Eccleſiæ ſuſtentari valeant *cap. nemo, de conſecratione, diſtinctione* 1. *cap. illud,* 7. *quæſt.* 1. & ſi dos fuerit omiſſa, poterit poſtmodùm fundator ad illam aſſignandam compelli, *cap. placuit* 1. *quæſt.* 2. liquidem quod eſt omiſſum à principio per debitorem, poſteà erit reſtaurandum, *cap. quæ contra, diſtinctione* 8. quod quidem receptum eſt, ne cultus Dei vilefcat, & plures ſint qui miniſtrare, ſervire, laudeſque Deo recitare valeant; argumento text. *in c.* 1. *de celebrat. Miſſarum*. Ideòque neceſſum fuit ut antequam Eccleſia conſecretur, quod dos ſufficiens ei aſſignetur, aliàs enim non debet conſecrari: *ut in cap. finali, de Religioſis domibus, c. ad audientiam* 3. *& cap.* 5. *de Eccleſiis ædificandis.*

Primò, concluſio ſuprà adducta dubia redditur ex eo, quia ſcriptum apparet à Gregorio IX. *in cap. Eccleſiæ* 9. *de immunitate Eccleſiarum*, quod Eccleſia, licet non conſecretur, non eſt privilegio immunitatis nudata; ex eo enim, quòd Officiis Divinis eſt applicata, vel Deo dicata, non debet amplius auſibus temerariis prophanari: ex quibus verbis ſic conficio argumentum, Eccleſia, in qua Divina Officia celebrantur, habet eandem auctoritatem, qua fungitur Eccleſia conſecrata, ut ſicut in Eccleſia poſſunt Officia Divina celebrari; ita in eodem modo in Eccleſia tantummodo dedicata, non dotata: Ergo iniquum videtur Pontificis decretum in præſenti, in quo jubet compellendam eſſe Reginam Ungariæ ad dotationem Eccleſiæ conſecratæ: ſiquidem in Eccleſia tantum dedicata, hoc non præcipitur, quæ ſimiliter non poteſt ampliùs adverſus prophanos pervenire: undè dicendum videtur, nihil eſſe attendendum reſpectu conſecrationis Eccleſiæ, ad hoc, ut non conſecretur, niſi prius ei dos aſſignetur; ſiquidem nulla diverſitas reperitur reſpectu Divinorum Officiorum, quæ fiunt in Eccleſia conſecrata, vel in Eccleſia tantummodo dedicata. Cui dubio reſpondendum eſt quòd licèt in celebratione Divinorum Officiorum id locum habeat: ſcilicèt ad hoc, ut celebrari poſſint, nihil attendatur an Eccleſia ſit conſecrata, vel tantummodo dedicata; tamen in Eccleſiæ dedicatione locum non habet, ſi quidem in utraque ſpecie ſcilicèt conſecrationis, vel dedicationis tantum, ſemper inſit obligatio dotandi Eccleſiam: licèt propriè Eccleſia non dicatur, quæ nondum eſt conſecrata, tamen abuſivè hoc nomen aſſumit, *cap. fin. hoc titulo* meritò hac ſpecialiſſima ra-

tione, utroque in casu, sive sit consecrata, sivè dedicata tantum, semper constitui debet dos sufficiens, cùm Ecclesia tantum dedicata, etiam ampliùs ad prophanos usus non possit redire, sicut illa, quæ jam est consecrata; *cap. ad hæc* 4. *de relig. domibus*; meritò justè ille debet conveniri, qui Ecclesiam facit dedicari, sicut & qui eam facit consecrari, quare rectè in præsenti ad id fuit compulsa Regina.

4 Secundò, solutioni obstabit text. *in capite Ecclesia* 11. 1. *quæst.* 4. ubi expressè apparet, tempore consecrationis non esse constituendam dotem, nec promittendam; aliàs si hoc factum fuerit, & Ecclesia consecretur, potiùs execrata, quàm consecrata videbitur: igitur hac ratione dicendum erit, consecrationem Ecclesiæ fieri debere, etiam sine assignatione dotis; aliàs enim Simoniacum esset; quod quidem omninò prohibitum est. Cui dubio respondendum est, diversimodè locutum fuisse Gregorium *in dicto capite Ecclesia* 11. 1. *quæst.* 4. quàm de quo noster sermo est, quia *text.* ille loquitur in casu, quo pro consecratione ipsa seu pro ejus ministerio pactum erat initum, quod quidem non est admittendum, cùm sapiat vitium simoniæ à jure prohibitum; *capit. & si quæstiones* 18. *de simonia.* Nec huic solutioni obstabit id, quod habetur *in capit. Eleutherius* 30. 18. *quæst.* 1. ubi pactum in dedicatione Ecclesiæ pro oblatione factum, non dicitur iniquum, nec vitiandum. Quia respondendum est, *in dicto capite Eleutherius*, non esse intelligendam in vero pacto, quia ibi tantum agitur, an debeat Episcopo aliquid tribui in signum subjectionis, quod quidem est à jure debitum; sicut & id, quod patrono debetur, ut in *capit. præterea, de jure patronatus; capit. procurationes, capite* 1. *de censibus*, ubi latè scripsi: & cum procedat in casu diverso, diversum etiam jus ibi constitui debet; cum tunc Ecclesia dicatur execrata, vel execrabilis; quæ Deo pro lucro inhonesto consecratur, non verò pro dotis constitutione, ut in *text. nostro* meritò igitur dicendum est, causam diversam ibi fuisse, & sic non obstare.

5 Tertiò, urget principium illud, quod est scriptum ab Ulpiano, *libro singulari, de officio procuratoris Reipublicæ, in leg.* 1. *& 3. ff. de pollicitationibus*, ubi ait, ex pollicitatione, vel promissione nuda, quæ quidem fit non consensu duorum, sed tantummodo voluntate offerentis, non obligari promissorem, qui nec poterit conveniri aliqua actione; cum nemo possit conveniri ex conceptione aliquid boni faciendi, *capit. literaturam* 3. *de voto*: igitur minus rectè Regina in præsenti potest compelli ad dotem constituendam: *Primò*, quia nunquam promisit, nec voluit unquam dotare: *Secundò*, quia nullum debitum fuit contractum: igitur ex hoc apparet, non esse compellendam, nec cogendam ad Ecclesiæ donationem; quia ex eo, quod fecit Ecclesiam consecrari, non debet obstringi ad dotem, sicut ex pollicitatione nuda nemo obligatur. Verùm respondendum est, id in jure nostro aliter procedere, cum etiam ex illa simplici voti pollicitatione, seu promissione actio nascatur, ut votum hoc sit factum destinatione illa se obligandi; meritò cùm Regina ipsa voluisset Ecclesiam consecrari, jure ipso, etiam voluisse videtur dotationem præstare; meritò mirum non est, ut ob favorem Ecclesiæ, & publicæ utilitatis conveniri possit: aliàs enim, si hoc fuisset gestum cum privato, non esset admittendum; & ita de pollicitatione cum privato facta, sunt intelligenda jura, *suprà* in argumento adducta, cùm jam cessaret causa, & favor Religionis, ut considerat Papinianus *in l.* 43. *ff. de Religiosis, & sumptibus funerum*; Donellus *in libro* 12. *Commentariorum, capite* 5. Osualdus *ibid. litera A. & B.* Gothofredus *in leg.* 1. *ff. de pollicitationibus.*

6 Quartò, nostri text. decisio impugnatur ex Concilio Bracharensi 2. *capite* 5. relato *in capite placuit* 1. 1. *quæst.* 2. ubi Sancti Patres uno ore scripserunt, quod cum Ecclesiæ consecrantur Episcopi non debeant aliquid exigere, tanquam debitum à fundatoribus; sed si ipsi fundatores voluerint sponte, & ex voto suo aliquid offerre, quod ipsi Episcopi possint accipere; sed si pauperes adeò sint fundatores, ut necessitate sint oppressi, nihil ab eis debet exigi; prosequunturque Patres, & asserunt, quod Episcopus non prius dedicet Ecclesiam, quando sit constructa nisi antea dotem necessariam habuerit, accipiatque donationem chartula confirmatam: quia inhonestum est Ecclesiam consecrare, sine sustentatione eorum, qui ibidem servituri sunt, & sine luminariis aliisque ornamentis, ne tanquam domus privata Ecclesia consecretur. Ex cujus decisione duplex argumentum deducitur contra *textum nostrum*; Primum, quòd non debeat aliquid exigi pro dotatione, vel fundatione ipsius Ecclesiæ, non tantum quando pauperes sunt, sed etiam quando divites existunt, nisi tantummodò illud, quod voluerint offerre; sed si pauperes sint, ipso jure liberi manent: igitur, quia non est necesse, quod fundator Ecclesiæ, fiat dotator, non debet etiam conveniri tanquam debitor. Cui difficultati Turrecremata *dicto capite placuit*, 1. *quæstione* 2. *& in capite Ecclesiis, de Consecratione, distinctione* 1. & ordinarii omnes *in præsenti*, sic satisfacere intendunt asserentes, verum dici, non esse compellendum nec tanquam debitorem urgendum fundatorem ad Ecclesiæ dotationem; sed hoc tamen est intelligendum, quando aliquid exigitur pro ipsa consecratione ab ipso Episcopo consecratore; quia id est omninò prohibitum, & pro eo non debet fundator conveniri, aliàs enim foret turpe lucrum; & ideò debet respui, & ita procedit, text. *in dict. capit. placuit*, in *prima ejus parte*: sed si sponte fuisset oblatum pro procuratione, vel visitatione, illud poterit accipi, sed aliquid diversum non exigi; Glossa *in dicto capite placuit*, 1. *quæstione* 2. Sed si pauperes sint, & necessitate oppressi, tunc, non tantummodo sunt immunes à procurationibus; sed etiam liberantur ab obligatione dotationis, nisi postea pervenerint ad pinguiorem fortunam; argumento text. *in capite olim, de restitutione spoliatorum*, aliàs enim semper obstrictus manebit oneribus donationis, sivè dotationis Ecclesiæ constructæ, & consecratæ; ita Turrecremata *in dicto capit. Ecclesiis, de Consecratione, distinctione* 1.

Quintò, obstabit Concilium Toletanum Nonum, 7
capite 1. relatum *in capite filiis, vel nepotibus*, 16. *quæstione* 7. Ex quo apparet quod ad hoc, ut Ecclesia consecretur, necessarium est, ut dos assignetur, aliàs enim ille, qui construxit, fecitque Ecclesiam consecrari, si sufficienter non dotasset, non adquirit jus patronatus *capite piæ mentis, eadem* 16. *quæstione* 7. quod etiam procedit; licèt ipsi non sint fundatores, sivè ædificatores, sed tantum illorum hæredes, sivè successores, qui, si voluerint patroni esse, compelli possunt ad Ecclesiarum dotationem, ut juris patronatus munere gaudere valeant; notat Rolandus à Valle, *consilio* 47. Consideratio est, igitur si noluerint illam Ecclesiam dotare, solummodo amittent jus patronatus, & sic eo relicto, non debent compelli ad dotationem, ac per consequens non rectè indistinctè *text. noster* asserit, compellendos esse ad illarum dotationem. Cui dubio respondendum est verissimum esse, quod ille, qui Ecclesiam consecrari jussit, semper debet compelli illam dotare, nec ulla ad hoc excusatio admittitur; quod etiam in ejus hæredibus observatur: retenta tamen dictione (de qua *suprà numero* 6.) siquidem ædificator Ecclesiæ, vel ejus hæredes debent compelli ad illam dotandam si divites, & opulentiores sint, non enim si pauperes, & interim, quòd dos Ecclesiæ non assignatur, suspendunt ur ab exercitio juris patronatus, quod sibi ex ædificatione poterat competere, juxta text. ita intelligendum *in dicto capite piæ mentis, dicto capite filiis, vel nepotibus*, 16. *quæstion.* 7. *tradit.* Berojus *in Rubrica, de jure patrona-*

patronatus, *num.* 48. Decius *consilio* 593. dum asserunt quod interim non debent admitti ad exercitium juris patronatus, donec solvant, quæ requiruntur ad sustentationem Ecclesiæ: & sic in juribus in argumento adductis, non negatur, ut fiat compulsio solutionis; imo semper compelli debent: sed tantum refertur, quod interim non admittantur ad munus, vel honorem juris patronatus.

8 Sextò, decisioni nostri text. obstat Concilium Bracharense 2. *cap.* 6. relatum *in cap. si quis Basilicam* 10. *de Consecr. distin.* 1. ubi apparet, quod etiam si ædificator voluerit Ecclesiam dotare, dum tamen consecretur, si hoc fortè fiat, non est irritandum: ergo non rectè in præsenti est statutum, quod si Episcopus consecrat Ecclesiam, id debeat facere, dum tamen cum dotis promissione ædificata sit, aliàs autem ædificatori non debet tradi jus patronatus. Consideratio est; ergo si eam dotaverit fundator, non debet Episcopus recusare illam consecrare. Cui difficultati satisfacit Abbas *in cap.* 1. *de censibus*, *in finalibus verbis*; dum asserit textum *in dict. cap. si quis Basilicam*, procedere, quando Patronus volebat, cupiditatis causa, quæstum habere in ipsa fundatione, ut partem haberet de omnibus oblationibus, quæ Ecclesiæ offeruntur, quod quidem non est attendendum, ut procedat consecratio; siquidem pro Sanctorum patrocinio, non verò pro tributaria conditione est construenda, vel consecranda Ecclesia; ideòque cum tantummodo in augmento dotis debeat attendi, non verò gravari justa de causa ibidem, illa dotis oblatio non admittitur; notat Guillelmus Durandus *lib.* 1. *de dedicatione Ecclesiæ, c.* 6. *n.* 4.

9 Septimò, adversus text. nostrum, obstabit text. *in cap. non est petenda* 27. 1. *quæst.* 1. Ecclesia licet dotetur, multumque lucri afferat ipsius ministris, non debet consecrari, nec Episcopus omnia solemnia, quæ pertinent ad consecrationem facere. Sic huic difficultati satisfacies, si dixeris text. *in dict. cap. non est petenda*, procedere in casu, quo Ecclesia dotatur ex lucris inhonestis: quod quidem non est justum, nec licitum sacrificium Deo factum, *Proverbiorum lib.* 21. ibi: *Hostiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere*: & *cap.* 3. versic. *Honora Dominum de tua substantia*: Ecclesiastici, *cap.* 34. vers. *Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi victimat filium in conspectu patris*: sed cum de facto, ita Ecclesia fuerit consecrata cum res, quæ jam semel consecrata existit, non possit reverti ad prophanos usus; meritò dici debet consecrationem validam fore; jusque patronatus ad Ecclesiam pertinere, ne fortè dotator ex delicto suo commodum reportet; sed si alius extraneus voluerit rem habere, quia dominus ipsius est, ipse æstimationem, non verò rem ipsam consecratam deducet: arg. text. *in cap. comperimus*, 14. *quæst.* 6. *cap. aurum*, 12. *q.* 1. argumento textus *in leg.* 52. *ff. de petition. hæreditatis*, quod meritò ita procedit, si de facto fuerit consecrata.

10 Octavò, obstabit Concilium Toletanum Quartum, *cap.* 37. relatum *in cap. quicunque* 30. 16. *quæstione* 7. ubi statuitur, quod si quis propria devotione obtulerit, & de suis bonis, facultatibusvè Ecclesia fuerit consecrata; si ipse, vel filii ejus ad inopiam fuerint redacti, debent ab ipsa subsidium vitæ percipere: ex cujus decisione deducitur, quod etiam si quis in constructione Ecclesiæ dotem non dederit, quæ sit necessaria ad Ecclesiæ sustentationem, nihilominus ipsius Ecclesiæ consecratæ jus patronatus adquirit: Igitur non est necessarium ut præstet omnia, quæ ad congruam Ecclesiæ sustentationem desiderantur. Difficultatem agnovit Gloss. *in cap.* 3. *hujus tituli.* Cui respondit, quod jus patronatus non acquirit qui totam dotem non offert, ut in *dict. capit.*, *nemo de consecratione distinctione* 1. sed in *dict. cap. quicumque* oblatum fuit omne necessarium; meritò rectè procedit quod ibi scribitur, ut jus patronatus adquiratur: quomodo etiam est interpretandus textus *in cap.* 1. *de censibus*, ubi Concilium Vvormatiense, in constitutione dotis Ecclesiæ, unum, & integrum mansum desiderat, qui sufficiens sit ad sustentationem Ecclesiæ, juxta textum *in cap. sancitum* 25. 23. *quæst.* 8. Ratio est, quia mansus, vera, & sufficiens erat dos pro oneribus Ecclesiæ, & tàm pro Sacerdotibus & Custodibus, quàm luminariis, ut latè notavimus *in d. c.* 1. *de censibus.*

11 Nonò, his omnibus obstabit textus *in cap. ad audientiam* 3. *de Ecclesiis ædificandis*, ubi Ecclesia nova constituitur, atque consecratur etiam nulla dote interveniente. Cui difficultati respondendum est, quòd licèt ex constructione Ecclesiæ tacitè quis videatur se obligare ad ejus dotationem, ut in *text. nostro*; tamen *in dict. cap. ad audientiam* 3. alia fuit causa, cum utilitas, & necessitas ita expostulet, scilicèt aliam ædificari; meritò dicendum est, Ecclesiam illam noviter ex prima erectam, sine constitutione dotis consecrari posse, cum fructus, & obventiones utrique sufficerent; & in hoc casu limitatur decisio *nostri textus* & textus *in dict. cap.* 9. *de Consecratione*, *distinctione* 1. notat Abbas *in dict. c. ad audientiam* 5. *de Ecclesiis ædificandis, n.* 4. & 5.

12 Decimò, obstabit text. *in cap. à nobis* 25. *cap. præterea* 28. *de jure patronatus*, ubi apparet, ex constructione Ecclesiæ posse quem jus patronatus adquirere, Episcopumque debere illam consecrare absque ulla donatione, vel dotatione; sed tantummodo ex eo, quòd illam construxit; constructaque debet consecrari, nec ad illius dotationem compelli potest. Cui difficultati satisfacies, si animadvertas, Ecclesiam ipsam fuisse constructam interveniente Episcopi consensu; meritò dicendum est, Ecclesiam illam legitimè fuisse erectam, hoc est dotatione simul atque consecratione interveniente. Qua de causa mirum non est, quod jus patronatus adquiratur ei, qui illam construxit, aliàs enim id non procederet cum sola & privata illius constructoris authoritate, absque dote interveniente; *cap. nemo*, *de consecratione, distinct.* 1. *cap. authoritate*, *de privilegiis, lib.* 6. quam tenet Abbas, *in cap. nobis* 25. *de jure patronatus*, *num.* 2. poterit etiam ponderari text. *in cap. hoc quoque* 61. *de Consecrat. distinct.* 1. ubi tres ministri in Ecclesia desiderantur: ergo unus mansus, qui sufficiens ibi assignatur, *in dict. cap.* 1. *de censibus*, non est legitima dos, cum plures desiderentur. Augetur difficultas ex eo, quia in qualibet Ecclesia unus Sacerdos tantum sufficit, & potest Sacramenta Ecclesiastica absque ministro ministrare, *cap. quæsivit* 14. *de verborum significatione.* Sed huic difficultati respondendum est, semper Ecclesiam dotandam esse ad necessaria, non tantummodo Sacerdotum, & ministrorum; sed etiam luminariorum, *cap. proposuit, de filiis presbyterorum*; *cap. ut quisque* 3. *de vita*, & *honestate Clericorum*: Ita ut regulariter unicuique Ecclesiæ unus Sacerdos cum ministro adscribatur: sed si plures fuerint, debent regulari juxta congruam Ecclesiæ dotationem; & ita est inteligendus textus *in dict. cap. hoc quoque*: & *dict. cap. quæsivit.*

13 Undecimò, prædictis obstat textus *in cap. nemo* 9. *de consecrat. distinctione* 1. versicul. *Qui ædificare vult, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & ad stipendia custodum.* Ex quibus verbis constat, quod non solum, quoad Sacerdotes, & luminaria; verum etiam, quoad custodes dos est Ecclesiæ assignanda. Pro cujus exacta interpretatione, adnotandum est, quod quando Ecclesia consecratur, Missa celebranda est, *capit.* 3 *de Consecratione*, *distinctione* 1. Debentque consecrationes istæ diebus festis, vel Dominicis fieri cum aqua sale mixta, sicut Dominus noster dixit, si quis renatus non fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in Regnum cœlorum; nam hæc aqua, cujus aspersione Ecclesia consecratur baptismum significat, aspergiturque sale, & aqua; quia sapientia in sale significatur,

ficatur, *Matthæi, cap.* 5. verſ. ibi: *Vos eſtis ſal terræ*; ſitque aſperſio domus Dei triplici vice; primò propter dæmonum expulſionem: ſecundò propter terræ purgationem, ſivè expiationem: tertiò, propter removendam omnem maledictionem, & introducendam benedictionem; accedit poſteà Epiſcopus cum Clero ante fores Eccleſiæ, remanente intra Eccleſiam Diacono, interim ardent duodecim Cerei accenſi ante Cruces duodecim in Eccleſiæ parietibus depictas, circuit Epiſcopus Eccleſiam cum Clero, aſpergendo illam, & cum accedit ad portam percutit ſuper limina, cum baculo Paſtorali dicens; *Attollite portas Principes veſtras &c.* & intus Diaconus reſpondet, *Quis eſt iſte Rex gloriæ*: & iterum Epiſcopus clamat; *Dominus fortis, &c.* tertia verò vice reſerato oſtio ingreditur Epiſcopus, remanente Clero, & populo foras dicens; *Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea.* Deinde in pavimento Eccleſiæ fit Crux de cinere, & ſabulo, ubi literis Græcis, & Latinis totum ſcribitur Alphabethum; & iterum aliam aquam, cum cinere, ſale, & vino, ſuper Altare ſpargit, & conſecrat, Cruceſque depictas chriſmate ungit; depingunturque Cruces illæ propter dæmonum terrorem, & triumphi oſtentationem, & ſic demonſtratur locus ille ſubjugatus Domino. Quæ omnia ex pòſt facto procedunt, cum jam ſemel ſufficienter dotata fuerit Eccleſia: ut latè notant Guillelmus Durandus, *lib.* 1. *de Eccleſiæ dedicatione, cap.* 16. *in Rationali divinorum Officiorum*, Stephanus Durantius, *de ritibus Eccleſ.* 14. *lib.* 1. *c.* 24.

Ex quibus hìc breviter prænotatis, jam facilis appareat ſolutio ad text. *in dict. cap. nemo* 9. *de Conſecratione, diſtinct.* 1. nam ibi rectè ſtabilitum eſt, non poſſe aliquem Eccleſiam conſtruere, niſi priùs dotem aſſignet ſufficientem, ad ſuſtentationem non ſolum duorum, vel trium Clericorum, ſi ita eos exiſtere in Eccleſia voluerit: ſed etiam quoad luminaria, & cæteros ſervitores; ſiquidem Officium divinum, & cætera Eccleſiaſtica miniſteria, ſimul cum Sacerdote, & alio miniſtro celebrari debent, qui eum adiuvet, *dict. cap.* 3. ubi latè ſcripſi, *de vita & honeſtate Clericorum*; ſimul & cum cuſtodibus, à quibus Eccleſia magis decenter, & ſolemniter cuſtodiatur, & conſervetur. Cætera, quæ ad hunc titulum ſpectant, videre oportet in his quæ *ſuprà* retulimus, *in cap. ad hæc* 4. *de Religioſis domibus.*

TITULUS XLI. DE Celebratione Miſſarum, & Sacramento Euchariſtiæ, & divinis Officiis.

Ad textum in cap. Presbyter. 1. cap. Dolentes 9. de Celebratione Miſſarum, & divinis Officiis.

SUMMARIUM.

1 *Preſbyter horis debitis tenetur dicere horas Canonicas: ſcilicet nocturnum, & diurnum officium, cum ſtudio, & devotione: permittitur tamen ſibi ex juſta cauſa dicere eas, uſque ad veſperas incluſivè.*

2 *Chriſtianorum genera duo ſunt, Clerici, & laici.*

Cor ſi non orat in vanum lingua laborat.

Clerici quare ab omni ſtrepitu temporali ceſſare debent.

Clericus *Græcè dicitur*: *Latine verò* Sors *appellatur*; *& quare?*

Canonica hora quare ſic appellantur.

3 Cap. Eleutherius 1. & 2. 96. diſtinctione.

Sacerdotibus obligatio recitandi, & miniſtrandi Sacra competit.

Clericus per ſeipſum, non per alium debet horas Canonicas recitare.

4 *Miſſam ſingulis diebus Sacerdos non eſt adſtrictus dicere; ſecus horas Canonicas, & quare?*

Cap. Abbates, de privilegiis, lib. 6.

5 *Sacerdos in quibus caſibus poſſit ſecundam Miſſam celebrare eadem die.*

6 *Sacerdos Miſſam iejunus celebrare debet.*

Cap. Sacramenta 49. de Conſecratione, diſtinctione 1.

7 Cap. ſufficit 53. de Conſecratione, diſtinct. 1.

Miſſas tres permittitur Sacerdotibus in die Nativitatis Domini celebrare.

8 Cap. nocte Sancta 48. in fine, de Conſecratione, diſtinct. 1.

9 Cap. nihil 18. verſ. fin. 7. quæſt. 1.

10 *Clericus an poſt recitationem Divinorum poſſit rurale opus, hoc eſt venationem exercere.*

Dignus eſt operarius mercede ſua.

Cap. 1. de Clerico venatore.

CONCLUSIO.

PRESBYTER *horis debitis tenetur dicere horas Canonicas: ſcilicet, nocturnum, & diurnum officium, cum ſtudio, & devotione: permittitur tamen ſibi ex cauſa dicere eas, uſque ad veſperas incluſivè.* Conſonat text. *in c. 1. cap. dolentes, hoc tit. cap. Eleutherium* 1. *&* 2. 91. *diſtinct. cap. nihil, cap. illud, cap. nullus, de conſecrat. diſtinct.* 1. *cap. convenit* 13. *cap. id ſemper* 14. *de Conſecration. diſtinct.* 5. *Clementina* 1. *de celebratione Miſſarum*; *Clementina unica*, §. *Ideoque*, verſ. *Attentas, de Reliquiis, & veneratione Sanctorum.* Exornant Divus Thom. 2. 2. *quæſt.* 83. *per totam* Sylveſter, *verbo, Hora*, Diana latè *in ſumma, verbo, Horæ Canonicæ, quæ, & à quibus recitandæ*; Sotus, *lib.* 10. *de Juſtitia, & jure, quæſt.* 5. Gregorius de Valentia, *tit.* 3. *in Divum Thomam, diſp.* 6. *quæſt.* 1. Navarrus *de oratione, & horis Canonicis*, Villalobos, & Bonacina *ibidem*, Leſſius, *lib.* 2. *de juſtitia, & jure, cap.* 37. *dubio* 8. Abulenſis *ſuper Matthæi cap.* 6. *quæſt.* 94. Joannes de Medina, *quæſt.* 7. Azor. *cap.* 11. *quæſt.* 4. Acunna latè, *in cap.* 1. *&* 2. 91. *diſtinct.* Barboſ. plures referens, *de poteſtate Epiſcopi*, 2. *part. allegat.* 24. & in *Collectan. ad noſtrum text.* Bajo *in praxi, lib.* 2. *q.* 116.

Ratio eſt, quia cum duo ſint genera Chriſtianorum, quales ſunt Clerici, & laici; de quibus *in cap. duo ſunt*, 12. *quæſt.* 2. *cap. duo ſunt*, 96. *diſtinct.* Primum genus eſt Clericorum, quod mancipatum dicitur divino Officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omnique ſtrepitu ceſſat temporali; nam *Clericus* Græcè appellatur, Latinè verò *Sors* dicitur, quia ſorte Domini eſt electus: nam licet omnes Deus in ſuos elegiſſet, Clerici tamen ſunt *Reges*, id eſt ſe, & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo Regnum habent *dict. cap. duo ſunt* 96. *diſtinct.* & quoniam cui portio Deus eſt, nihil debet curare, niſi Deum, *cap. cui portio*, 12. *quæſt.* 1. nam Clericus in ſacris conſtitutus, non poteſt ad laicalem vitam redire, *cap. Clerici* 2. *de vita, & honeſtate Clericorum*; & quia beneficium datur propter officium, *cap. fin. de reſcriptis, lib.* 6. ideo Clericus in ſacris conſtitutus, vel in minoribus, ſi beneficium habet, horas Canonicas, horis debitis recitare tenetur *cap. Eleutherius*, 91. *diſtinct.* Debet etiam juxta poſſibilitatem ſuam curare, ut horis competentibus illud Officium perſolvat, ut in *text. noſtro*, quia quælibet hora Officii reſpondet alicui ſignificato illius horæ, & præcipuè ſunt ſeptem, aliàs ſeptem horas Paſſionis Chriſti Salvatoris noſtri repræſentantes; ut conſtat ex verſibus traditis à Gloſſa *in præſenti*; debet etiam Officium celebrare ſtudiosè, & devotè; tàm quoad expreſſionem

expressionem oris, quàm quoad intentionem cordis, nam si cor non orat, in vanum lingua laborat, *cap.* 1.92.*distinct. cap. dolentes* 9. juncta ejus Glos. *hoc tit.* Canonicæ horæ appellantur, quia à Sacris Canonibus inductæ sunt, quas Clerici propriis temporibus recitare debent; nam Ecclesia Catholica illis horis Apostolorum traditione usa est, à quibus ex præcepto divino originem trahunt, *Luca cap.* 18. *Psalm.* 118. vers. *Media nocte surgebam ad confitendum tibi*, Ecclesiastici,*capit.* 18.ibi:*Non impediaris orare semper*, & Paulus,*ad Thessalonicenses,c.fin.*ibi:*Sine intermissione orate*, & ad Colossenses *Epistola* 4.ibi:*In oratione state, & vigilate in ea.*

3 Primò, adversus text.nostrum, in vers. *Aut à se, aut à scholaribus publicè compleantur.* Ex quo constat Clericum, si velit, horas dicere posse per se, vel per scholares suos, juxta possibilitatem suam recitare: obstabit text. *in cap. Eleutherius* 1. & 2. 91. *dist.* ubi apparet Clericum per seipsum horas Canonicas recitare debere, aliàs censura Ecclesiastica coërcendum fore: Augetur difficultas ex eo, quia obligatio Sacerdotis beneficiarii est duplex; prima, qua tenentur Sacerdotes ad recitationem horarum Canonicarum: alia, ad administrationem Sacramentorum: prima est personalis, quæ quidem à nullo impleri potest, nisi ab ipsomet Clerico beneficiato; secunda verò, sufficit quòd ab alio, nomine ejus adimpleatur; ita Divus Thomas, *quodlibeto* 1. Ergo, quantum ad obligationem persolvendi seu recitandi horas Canonicas, cum sint partim de jure Ecclesiastico, partim de jure divino (ut suprà diximus in decidendi ratione *apud finem*) non potest Sacerdos eas recitare nisi per seipsum. Sed huic dubio respondendum est, verissimum esse, Clericum per seipsum, non per alium debere recitare horas Canonicas, ex juribus, & rationibus *suprà* adductis: nec contrarium demonstrat *text. noster*, quia non loquitur de obligatione orationis Canonicæ adimplenda ab alio, quàm ab ipso Clerico; sed tantum loquitur de Clericis beneficiatis, quibus, in adiutorium Missæ cantandæ Clerici, & Scholares in minoribus Ordinibus constituti, ad adiuvandum, & respondendum adhiberi solent: nam Clericus habens populum, debet habere Clericum, seu scholarem, qui secum cantet,& eum adiuvet; *cap. ut quisque* 3. *de vita, & honestate Clericorum*; ubi latè scripsi: Abbas *in præsenti,num.* 3. & eo in casu poterit Clericus per se solum psallere horas Canonicas, vel per scholares suos, simul cum illo, quomodo in Choro ex utroque latere Religiosi, & Canonici psallunt: vel potest quis cum aliis scholaribus, quamvis non habeant obligationem recitandi horas Canonicas, alternativis vocibus Officium divinum complere: hinc est, quod quando duo simul orant, non est necesse ambos Antiphonas legere,sed sufficit unum illàs proferre, & alium audire;Azorius 1.*part.lib.* 10.*c.*7.*q.*5.Sylvester, *verbo*,*Hora.*

4 Secundò, adversus text. nostrum obstabit dicere, quod appellatione divinorum Officiorum, venit etiam intelligendum, & comprehendendum Officium, & Sacrificium Missæ, ut in text. nostro: *capit. Abbates,de Privilegiis lib.* 6. sed cum horæ Canonicæ sint institutæ, ut gratiæ pro beneficiis, ac donis Deo referantur, & in Sacrificio Missæ magis propriè, quàm in Officio divino laudari possit; & Missam singulis diebus Sacerdos dicere non teneatur, *cap. quotidie* 13. *de Consecratione, dist.* 2. dicendum videtur quod cùm à principaliori possit Sacerdos, aliquibus diebus, sine peccato abstinere; hoc est, Sacrificium Missæ non celebrare; multo facilius poterit ab horarum Canonicarum recitatione cessare.Sed huic dubio respondendum est, quod quamvis *in dict. cap. Abbates, de privilegiis lib.* 6. & in *text. nostro*, Missæ Sacrificium veniat sub nomine divinorum Officiorum; tamen differunt inter se Officium & Sacrificium Missæ, & Officium horarum Canonicarum, nam ad celebrandum quotidiè Sacrificium Missæ Clericus non est adstrictus; Secus verò, ad officium recitandi horas Canonicas. Ratio differentiæ in eo consistit, quia ad celebrandum Sacrificium Missæ requiritur, quod celebrans non existat in peccato mortali, & si conscius fuerit ipsius, deficiente Confessario, abstinere debet, quanquam publica urgente necessitate, contritione præcedente, poterit celebrare; at verò horas Canonicas quotidiè recitare tenetur, sivè in gratia, sivè in peccato existat, cum ad id, ex sacrorum Ordinum receptione maneat obligatus: alioquin, si ex eo posset se excusare, quando scilicet in peccato existit, ex delicto suo commodum reportaret; quod fieri non debet, *cap. intelleximus, de judiciis, lib.* 4.*ff. de dolo.* Meritò quamvis à celebrando aliquibus excusetur diebus sine peccato, non sine illo, ab Officio divino cessabit.

5 Tertiò, adversus text. nostrum, in vers. *Infirmorum, atque defunctorum succurrere possit*; ex quo, & *cap. consuluisti* 3. vers. *Nisi casu necessitatis*, junctis eorum Glossis, *& cap. sufficit* 53.*de Consecr. dist.* 1. depromitur, Sacerdotem posse dicere aliam Missam, ne infirmus sine Viatico decedat, vel si præsentia corporis defuncti existat: obstabit dicere, quod singulis diebus sufficit Sacerdotem semel celebrare, quamvis in loco, & Ecclesia, cujus est Parochus, quamplurimi existant infirmi; siquidem tenetur habere in custodia plurimas hostias consecratas, ad communicandos infirmos, *capit. sane* 10. *hoc tit. cap.* 1. *de custodia Eucharistiæ; cap. Presbyter* 93. *de Consecratione dist.* 2. Ergo, non tenetur aliam Missam celebrare, ne infirmus sine Viatico decedat, cum huic necessitati jam in jure succursum sit, ex rationibus, & juribus *supra* adductis. Sed huic dubio respondendum est, Beneficiatis incumbere curam illam retinendi plures Hostias consecratas in Sacrario, ut communicentur infirmi, & peregrini, ex juribus *supra* in argumento adductis; sed cum accidere possit multos occurrere peregrinos,vel hospites commeantes propter bellum vel aliam causam, & Parochianos, simulque esse non posse uno eodéque instanti, ita ut Parochus facile non possit recognoscere, quantæ sint, vel possint hostiæ servari; & quamvis in custodia sint aliquæ, non tamen tot, quot sunt necessariæ, hac de causa permittitur Clericis iterum celebrare, & Hostias consecrare, ut peregrini possint communicare, & Missam audire, & in secunda celebratione Sacerdotes observabunt Hostias necessarias, ad communicandos infirmos, tam ipsius loci vicinos,quàm hospites commeantes, & peregrinos: quod similiter observatur in quibusdam locis, quando corpus mortuum præsens est; notat Glos. *verbo*, *Necessitatis*, *in cap.consuluisti* 3. *hoc tit.*

6 Quartò, adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes; videlicèt Sacerdotem jejunum debere sacrificium Missæ Deo offerre, juxta text. *in cap. liquido*, *de Consecratione*, *distinct.* 2. *capit. Sacramenta*, *de consecratione*, *distinct.* 1. *capit. ut jejunii*, *distinct.* 5. *cap. Episcopi*, 7. *quæst.* 1. obstabit sequens consideratio; videlicèt, nam ratio propter quam Sacerdoti interdicitur post prandium celebrare, ea est maximè, propter irreverentiam, huic sanctissimo, & altissimo Sacramento debitam; quod impedimentum non temporale, sed perpetuum debet esse, & semper obstare; cùm tanta reverentia sit debita illi sacrificio uno die, quàm alio: sed in die Cœnæ post prandium Sacerdos potest manducare carnem, & bibere Sanguinem Domini nostri Jesu Christi; ut constat ex text. *in capit. Sacramenta*, vers. *Excepto die Cœnæ*, *de Consecratione*, *distinct.* 1. Ergo idem dicendum est posse facere in qualibet die. In qua difficultate omissa Glossæ interpretatione, *in dicto capitulo Sacramenta* 49. verbo, *Excepto die Cœnæ*; dum asserit, text. illum esse correctum, per text. in *capit. nihil* 16. 7. *quæstion.* 1. Glos. *ibidem*, verbo *Minimum*; verius absque mendo adhibito dicendum est, *in dict. capitulo Sacramenta*, verbum illud, *Excepto*, esse ita intelligendum; hoc est *Excepto*, id est enumerato,

&

& incluso etiam die Cœnæ, ita ut verbum illud, *Excepto*, ibi sit interpositum inclusivè; quasi sensus sit, *excepto*, id est accepto,& computato etiam die Cœnæ inter alios dies, quasi nullo die *excepto*, Sacerdos possit post prandium celebrare; argumento text. in *capit. non est nostrum*, 23. *q* 5. elegans Glos. marginalis, *in dict.c. Sacramenta* 49.*de Consecrat.dist.* 1.& constat *ex c.*1.*hujus tit.*vers. *Jejunus.*

7 Quintò, adversus *text. nostrum*, dum ex eo, & ex dictis colligitur, posse Clericum, ex multitudine peregrinorum, non semel, sed iterum, & una die duas celebrare Missas, obstabit tex. in *capit.sufficit* 53. *de Consecratione*, *distinct.* 1. ubi exceptis tantum duobus diebus, non permittitur Sacerdoti duas celebrare Missas: Primus est, quando defunctus fuerit præsens sepeliendus in Parochia, Secundus, in die Nativitatis Domini, qua tres permittitur celebrari Missas,*c. consuluisti* 3. *hoc tit.* Ergo, exceptio illa firmat regulam in contrarium, ut cæteris diebus non possit in uno die duas celebrare Missas; siquidem valdè felix sit ille, qui unam ritè, & rectè singulis diebus Missam celebrat: *capite sufficit* 53. *de Consecratione*, *distinct.* 1. Cui dubio respondendum est, quod text. *in dicto capite sufficit*, & text. *in dicto cap. consuluisti*: etiam si loquantur, quando defunctus est præsens, & alia urgente necessitate, possit Sacerdos duas Missas celebrare, præcipuè in Civitate, ubi illa consuetudo extiterit;non exinde excluditur alia maxima & urgens necessitas, si occurrat, veluti si multitudo peregrinorum pervenerit, vel quando in basilicæ dedicatione tantus occurrit populus, ut simul omnes Missam in ea audire non possint; tunc enim si unus tantum esset Sacerdos, posset iterum celebrare, ut omnes Missam audire possent, notat Durandus, *lib.* 3. *de ritibus Ecclesiæ*,*capite* 7. plures alios casus refert Sylvester *in summa*,verbo, *Missa*,*numero* 1.*usque ad septimum.* Sacerdos verò, qui sine justa causa, & urgentissima necessitate, semel atque iterum in eodem die celebrat, peccatum mortale committit; Sotus *in* 4. *distinct.* 13. *quastion.*2. *artic.*2.& valde punitur, ut tradit Bajo *in praxi*, *lib.* 2. *q.*116.

8 Sextò, adversus ea,quæ *in præsenti* notant omnes, videlicet, Sacerdotem, ex dispensatione Episcopi, posse ante auroram Missam decantare; notat Ægidius Trullen. 1. *Decalogi*, *capite* 6. *dubio* 18. *capite* 5. & in expositione Bullæ Cruciatæ, *lib.* 2.§. 5. *dubio* 3. *numero* 3. Narbona plures referens *in horonographia*, *hora* 1. *numero* 16. *in fine* obstabit text. *in capite nocte sancta* 48.*in fine*, vers. *Reliquis vero temporibus*, *Missarum celebratione ante horam diei tertiam minimè sunt celebranda*, *de Consecratione*, *distinct.* 1. Ex quibus verbis constat, excepta nocte saltem Nativitatis Domini, in reliquis temporibus esse prohibitam Missarum celebrationem ante horam tertiam diei. Sed respondendum est, text. *in dicto capite nocte sancta* 48.*in fine*, procedere in Missis publicis, & popularibus, quæ ante dictam horam celebrari non poterunt; non verò in peculiaribus; quæ multoties non ita solemniter à Sacerdotibus,populo assistente, celebrantur; argumento text. in *capite & hoc* 52. *de Consecratione*, *distinct.* 1. notat novissimè Narbona *in dicta hora* 1. ubi plura de hac re, *num.* 17. & in *antecedentibus* proposuit, & exposuit.

Septimò, adversus ea, quæ in *text. nostro* no-
9 tant Doctores omnes, videlicet, Sacerdotem, etiam post prandium, & meridiem posse adire Ecclesiam & consecrare, ne moriatur infirmus sine Eucharistia; quod etiam constat ex Concilio Constantiensi, *sess.*13. Sotus *in* 4.*distinct.* 9. *quastione* 3.Turrecremata, *in dicto capite nocte sancta*,*numero* 4. cum traditis à Narbona *ubi suprà*,*hora* 7. *numero* 14. obstabit tex. *in capite nihil* 16. 7. *quastione* 1. verticulo, *Ne tamen quod natura languoris causa consulitur in præsumptionis perniciem convertatur nullus post cibum, potumque quemlibet minimum sumptum Missas facere præsumat.* Ex quibus verbis probari videtur, nec languoris, aut infirmitatis causa licere post prandium Missas facere.Sed huic dubio, omissa differentia inter Missas facere, & conficere, aut consecrare, quam refert Margallus, *in capite consuluisti*, *in fine*, *hoc titul.* Verius est dicendum, verticulum illum esse intelligendum, juxta antecedentia ipsiusmet *text.* præmiserat enim *ibidem*, Toletanum Concilium 7. *capite* 2. Quod si cæpto jam sacrificio, ita Sacerdos ægrotaret, ut perficere nequiret, substitueretur alius minister qui impleret, etiam si fuerit pransus, dum ieiunus non facilè hubeatur, ut subaudiri oportet, *& ne hoc*, *quod naturæ languoris causa consulitur in præsumptionis perniciem convertatur*;quasi sensus sit,ne alioquin aliquis existimet, non ieiuno Sacerdoti licere ministrare; Meritò admonet nullum Sacerdotem, post cibum potumque, Missas facere posse, extra prædictum casum; ut eruditè animadvertit Narbona, *in dicta horonographia*, *hora* 7. *apud finem.*

Octavò, adversus text. nostrum, in vers. *Si voluerit*10 *exeat ad opus rurale*, ex quibus verbis probari videtur, quod Clericus post recitationem Officiorum, potest opus rurale exercere, ut sic ipse suis manibus possit necessaria ad victum & vestitum quærere: Obstabit dicere, quod nullo tempore Sacerdos debet opus rurale exercere, cum ipsius obligatio sit administrare Sacramenta; & ex parte subditorum existat, ei tribuere sufficientem sustentationem, cum beneficium detur propter officium.*cap.ultimo*,92.*distinct. capit. cum secundum Apostolum*, *de præbendis*; *capite per ambitiosam*, *de rescript. lib.* 6. *capite fin.de Clericis non residentibus*: *Lucæ cap.*10.Ergo, quamvis Parochus non habeat alimenta necessaria, potius Parochiani debent ei ea contribuere, quàm ipse in agris quærere, vel manibus suis operari; & si non contribuunt, videtur dicendum, quod Clericus liberabitur ab obligatione serviendi; siquidem cessante causa, cessat effectus: Glos.*in l.* 1.§.*secundo loco*,*ff.de postulando*;*capite cum cessante.de appellationibus* Glos.*verbo*, *Fortissimum*, *in l.* 1. *ff. de officio ejus*: Ergo causa propter quam Clericus est obligatus ab spirituale exercitium, est illa fructuum beneficii perceptio; & si hæc extinguatur, & illa etiam extinguetur, ac per consequens nunquam debet Sacerdos victum, & vestitum suis manibus in agro quærere. Sed huic dubio respondendum est, hoc in casu fortissimum esse argumentum, de matrimonio carnali ad spirituale; nam maritus alere tenetur mulierem, quamvis ipsa ad paupertatem pervenerit, & laborare non possit; ita similiter Parochus tenetur Parochiæ servire, quamvis ipsa ad paupertatem pervenerit, imò potius debet ipsius necessitatibus succurrere, quàm alia negotia gerere, & ita sunt interpretanda verba illa *nostri text.* ibi: *Deinde peractis horis*, *& infirmis visitatis*, *si voluerit*,*exeat ad opus rurale*;nam Sacerdos in Ordine,quem recipit, duplicem accipit potestatem; quædam est Ordinis, quæ consistit super Corpus Christi verum, hoc est consecrandi; *Matthæi capite* 6. altera est super Corpus Christi mysticum, quæ consistit in gubernatione populi Christiani, Trident.*sess.*23.*capite* 14.*&* 15. Quapropter Sacerdos est adstrictus ad serviendum Ecclesiæ, in Missæ celebratione, administratione Sacramentorum, & recitatione horarum Canonicarum, à quo persolvendo Officio divino non excusatur, licèt beneficium sit tenue; nam quamvis ipsi fructus non sint congrui ad alimenta, & Parochiani adeò pauperes sint,ut non possint Rectorem alere; tunc ipse Parochus suis manibus, dummodò licitè fiat, poterit quærere, & adquirere necessaria ad victum, & vestitum; quod quidem fieri debet sine Officii divini detrimento,*capit.* 1.12.*quæstion.* 2.& in hoc sensu est interpretandus text.noster in vers. illo: *si voluerit*, *exeat ad opus rurale.*

Nonò, solutioni obstabit dicere, quod opus rurale,11 de quo in *text. nostro*, tantum appellari potest Venatio, quæ tamen Clericis prohibita est,*cap.* 1. *& per totum*

de

de Clerico venatore, inquidem, quod lex non distinguit nec nos distinguere debemus, *l. de pretio, ff. de publiciana in rem actione*; nam qui totum dicit nihil excludit, *leg. Julianus, digest. de legat.* 3. Sed textus noster non distinguit opus rurale: ergo nec nos distinguere debemus; ac per consequens malè *in præsenti* asseritur; Clericum, ex opere rurali, hoc est, ex venatione, debere victum, & vestitum quærere: nec de aliis ministeriis potest intelligi; quæ magis propriè laicis competunt, Clericis verò præcipuè prohibentur, *c. 1. & per tot. ne Clerici, vel Monachi*: ubi latiùs agemus, *c. duo sunt 97. dist.* Sed huic dubio respondendum est, quod quamvis opus rurale appellari possit venatio; non tamen est opus ex illis, quæ permissa sunt Clericis, imò ex illis, quæ eis prohibita sunt, siquidem grave incommodum Clerico, & Ecclesiæ sequeretur, si ipse lucri habendi causa negotia sæcularia tractaret, *c. prædia*, cum sequentibus, 12. *quæst.* 1. Trident. *sess.* 22. *c.* 11. Meritò text. noster est intelligendus de operibus Clericis licitis, in quibus permittitur eis laborare, ut possint suis succurrere necessitatibus; sed si hoc fecerint avaritiæ causa, puniri poterunt à locorum Ordinariis, Trid. *sess.* 22. *cap.* 11. si verò licitè, & honestè id fecerint, ab illis officium rurale exerceri poterit; præsertim ad victum, & vestitum, dummodo ex eo Ecclesiæ præjudicium non generetur.

Ad textum in *cap. Sanè 9. hoc titulo.*

DE materia hujus textus *infrà* dicemus *in cap.* 1. *de Custodia Eucharistiæ*, quæ omnia in præsenti sunt referenda.

Ad textum in cap. De homine 7. de Celebratione Missarum.

SUMMARIUM.

1 *Peccat gravius, qui simulat conficere & non conficit, quàm ille, qui conficit in mortali.*
2 *Talia remedia sunt abjicienda, quæ veris sunt periculis graviora.*
3 Cap. Sacerdotes 90. 1. quæst. 1.
Sacerdos etiam in lethali reatu existens consecrat, dummodo omnia requisita interveniant.
4 Cap. sacrosancta 92. 1. q. 1. *cum* cap. nec potest 95. eadem causa, & quæst.
5 Cap. relatum 11. de consecrat. dist 2.
6 Cap. quicunque 13. versic. Plerique etiam, 26. quæst. 5.
Cap. de lumine 7. cap. in sacrificiis 8. de Consecrat. dist. 2.
Cap. statuimus 1. de custodia Eucharistiæ, cap. de his, 34. dist. *cum* cap. habuisse, fin. 33. dist. cap. significatum, de præbendis.

CONCLUSIO.

1 GRavius peccat, *qui simulat conficere, & non conficit quàm ille qui conficit in mortali.* Comprobat text. *in c. quotidie, c. qui scelerate* 24. *cap. panè, c. timorè* 25. *de Consecr. dist.* 2. *cap. Sacerdos* 90. *cap. Sacramenta* 92. *cap. necesse*, 1 *quæst.* 1. *cap. testamentum* 1. 6. *distinct. cap. quæsitum, fin. de cohabitatione Clericorum & mulierum, c. quæsitum* 17. *de temporibus ordinandorum; c. nullus* 5. 32. *dist. cap. quid ergo cap. sancta, cap. sicut Judas, cap. timorem, de Consecr. distinct.* 1. *cap omnis qui*, cum sequentibus. *de Pœnitentia, distinction.* 1. *cap. similiter*, 16. *quæst.* 1. *capit. si quis omnem*, 1. *quæst.* 7. & *Canon.* 11. Exornant Divus Thom. *in* 4. *distin.* 16. & 17. *q.* 8. *art.* 1. Anto-

ninus *part.* 3. *titul.* 15. *cap.* 6. *num.* 7. Navar. *in Manuali, cap.* 22. *num.* 10. Enriquez *in summa, lib.* 8. *cap.* 49. *paragraph.* 2. & *cap.* 56. *paragr.* 6. Antonius Augustinus, *Collectanea* 3. *Decretalium, lib.* 3. *tit.* 33. *cap.* 6. Valentia, *tom.* 6. *disputat. quæst.* 18. Suarez, *tom.* 1. *disputation.* 66. *section.* 3. *ad finem*, Emanuel Rodriguez, *in summa, tom.* 1. *cap.* 69. *num.* 1. Ledesma *in summa*, 1. *part.* verbo, *Eucharistia, cap.* 10. & 11. Vazquez, 3. *part. tom.* 3. *disputation.* 180. Azor. *institut. Moralium, part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 31. *quæst.* 2. & 3. Marchinus, *de Sacramento Ordinis, tractat.* 3. *de requisitis ad Missæ sacrificium ritè celebrandum, cap.* 1. *num.* 1. Abulensis, *in disputationibus practicis, disputation.* 35. *n.* 4. Torreblanca, *lib.* 3. *de criminis punitione contra magiam, num.* 18. Ægidius *de Sacramentis, & censuris: quæst.* 88. *num.* 5. Vazquez *in tertiam partem Divi Thomæ, tom.* 3. *disputation.* 208. *num.* 1. Reginaldus *in praxi fori pœnitentiæ, lib.* 23. *num.* 98. Durantius, *de ritibus Ecclesiæ, lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 2. Villalobos *in summa, tom.* 1. *tract.* 7. Miranda, *in Manuali Prælatorum, tom.* 1. *quæst.* 41. *art.* 22. Bonacina, *de Sacramentis, disput.* 4. *quæst. ultima, puncto* 6. *n.* 3. Narbona *in Honorographia, hora* 7. *n.* 6. *cum sequentibus, & hora* 2. *n.* 10. Barbos. *in Collectaneis ad nostrum text. num.* 3. & 7. & *in remissionibus, ad Concilium Tridentinum, dict. sess.* 13. *cap.* 7. Cenedus *in Collectaneis ad Decretales, Collect.* 98. *num.* 2.

Ratio est, quia in primo casu, cum simulat, in plu- 2
ribus delinquit extensivè; nam Deo illudit, & proximum decipit; in secundo verò casu, quando cum peccato celebrat, solum Deum offendit, ut in *text. nostro*: sed in utroque seipsum spiritualiter occidit: notat Hostiensis *in præsenti*, & quoniam (ut text. noster asserit) falsa sunt abjicienda remedia, quæ veris sunt periculis graviora, *cap. certè*, 15. *quæst.* 1. ideò licet is, qui propter sui criminis conscientiam reputat se indignum, peccet graviter, si se ingerat irreverenter ad conficiendum Sacramentum Eucharistiæ; gravius tamen videtur delinquere qui sic fraudulenter illud præsumpserit simulare; cum ille solum Deum offendat, iste verò non solum Deo injuriosus est cui videtur illudere; sed etiam populo, quem decipit: notat Bonac. *de Sacramentis* 1. *p. q.* 6. *puncto* 4. *n.* 16. Valentia *tom.* 4. *disp.* 6.

Primò, obstabit illa Divi Hieronymi authoritas, 3
in Sophoniam, cap. 3. relata, *in cap. Sacerdotes* 90. 1. *quæst.* 1. Ex quo probari videtur, Sacerdotem in peccato existentem omnino debere abstinere à celebratione: Unde videbatur dicendum rectè *in text. nostro* fecisse Sacerdotem in peccato existentem, non consecrando, sed fictis verbis nè scandalum oriretur in populo, celebrando. Sed huic dubio primò respondendum est, text. *in dict. cap. Sacerdotes* 90. 1. *quæst* 1. non esse intelligendum de Sacerdote in peccato mortali existente, sed de eo in quo aliqua macula corporalis existit, cui prohibitum est celebrare, *cap.* 1. *& per totum tit. de corpore vitiatis*: argumento text. *in cap. hinc etenim* 49. *dist.* vel aliter dici poterit quemlibet Sacerdotem, etiam in lethali reatu existentem, conficere Sacramentum Eucharistiæ, modo omnia essentialia servet in forma consecrationis, ut definitum est in Concilio Tridentino *sessione septima, de Sacramentis in genere, capite decimo secundo*, versiculo, *Si quis dixerit*, & *in capite intra Catholicam septuagesimo septimo, primo, quæstione prima*, sed non exinde, quod Sacerdos in peccato existens celebrando conficiat Sacramentum, liberatur à culpa, qua implicatus est, cum non solùm aliud peccatum committat, sed etiam sacrilegium amplectatur; ut constat ex *textu nostro*, & in *cap. omnia septuagesima octava* 1. *quæstione prima*, notat Ledesma *in summa, parte prima tractatu de Eucharistia, capite nono conclusione octava*, Ægidius, *de Sacramentis, & censuris, quæstione* 64. *articul.* 5. & 9. *paragr.* 12. *numer.* 34. Bonacina

de Sacr. disp. 1. q. 3. puncto 2. §. 1. *n.* 1. cum traditis à Barb. *in Collectan. ad text. in cap. intra Catholicam* 77. 1. *quæst.* 1. *num.* 1. *&* 2.

4 Secundò, solutioni obstabit text. *in capit. sacrosancta* 92. 1. *quæst.* 1. ex quo deducitur, Sacerdotem criminosum in peccato existentem, etiam verba consecrationis proferentem, non conficere Sacramentum. Augetur difficultas ex text. *in capit. nec potest* 95. *eadem* 1. *quæst.* 1. ubi Div. August. *lib.* 4. *de Trinit. cap.* 14. agens de eodem impio Sacerdote, hæc verba profert. *Nec potest id rectè offerri, nisi per Sacerdotem justum & sanctum*; ex quibus authoritatibus deduci videtur, quod quemadmodum Sacerdos, qui fictè Sacramentum obtulit, offendit Deum, & populum; ita similiter qui in peccato formam consecrationis profert. Sed his omnibus dubiis respondendum est verissimum esse, Sacerdotem, etiam in peccato existentem, dummodo formam consecrationis proferat ritè, & rectè, consecrare; nam malus Sacerdos, sicut bonus confert gratiam dignè sumentibus, *capit. dictum est* 96. 1. *quæstion.* 1. Gloss. *verbo*, *Cum vita*, *in capit. nec potest* 95. §. *Cum vita*, 1. *dict. quæstion.* 1. Nec obstat text. *in dict. capit. sacrosancta* 92. 1. *quæst.* 1. versiculo *Nam quomodo ad divini ministerii consecrationem cœlestis spiritus invocatus adveniet*, *&c.* Nam verba illa non negant impium Sacerdotem, formam consecrationis cum debita solemnitate & intentione proferentem, consecrare posse; sed sensus illorum verborum est, id est, quomodo invocanti impio Sacerdoti adveniet, ut sibi ipsi quoad effectum prodesse possit, id est, nullo modo: juxta illud *Pauli ad Corinthios*, *capit.* 11. ibi: *Probet autem seipsum homo*: & ibi: *Qui enim manducat, & bibit indignè, judicium sibi manducat, & bibit*, relatum *in cap. nec* 95. §. *Cum vita*, 1. *quæstione prima*, adveniet quidem ad ipsius Sacramenti consecrationem, & ejus effectum circa alios, sed non circa ipsum, quin potius advenict ad ejus detrimentum, quàm ad salutem; *cap. & sancta* 66. *de Consecr. distinct.* 2. ibi: *Et sancta malis possunt obesse, bonis sunt ad salutem, malis ad judicium*; itaque intentio Gelasii Pontificis, *in dict. capit. sacrosancta*, est, quod peccator Sacerdos non debet accedere ad hoc Sacramentum. unde verba illa: *Quomodo cœlestis spiritus invocatus adveniet*, intelligenda sunt, id est non adveniet ex merito Sacerdotis, sed ex virtute Christi, cujus verba profert, quomodo etiam est interpretandus text. *in d. c. nec potest.* 95. 1. *q.* 1. notat Turrecremata *in d. c. sacrosancta*, Barb. *in Collectaneis ad text. in c. intra Catholicam* 77. 1. *q.* 1.

5 Tertiò, obstabit Concilium Toletanum duodecimum, *cap.* 5. quod habetur *in cap. relatum* 11. *de Consecrat. distinct.* 2. ubi habetur, quod cum quidam Presbyteri plures Missas in die uno celebrarent, & in qualibet earum corpus, & sanguinem Christi consecrarent, tantum in ultima Missa communicabant; & corpus, & sanguinem assumebant, hanc pessimam consuetudinem Concilium Toletanum redarguit, statuens, quod quoties Presbyter immolat Corpus, & Sanguinem Christi, toties illud conficiat, & participem se præbeat, & consumat. Ex cujus *text.* decisione deducunt Doctores omnes, quod plus peccat Sacerdos, qui consecrat, & non communicat, quàm qui consecrat, & indignè communicat, quod quidem difficile redditur ex eo, cum liceat Sacerdoti in nonnullis casibus expressis, non unam tantum, sed duas, & tres eadem die celebrare Missas, *cap. consuluisti*, 3. *hoc tit. cap. nocte sancta* 48. *de consecr. dist.* 1. ac per consequens Presbyteri illi, dum plures Missas celebrarent, & non sumerent communionem in omnibus, sed in ultima tantum, videbantur non fictè, sed perfectè illas celebrasse, ac per consequens non rectè à Patribus in Concilio Toletano fuisse reprehensos. Sed eo dubio non obstante, verissimè est dicendum, rectè in Concilio Toletano Clericos illos, qui non toties communicabant, quoties una die plures Missas celebrabant, sed in ultima tantum rectè fuisse reprehensos. Ratio est, quia licet sit grave, cum peccato celebrare; siquidem peccato peccatum superaddi videatur; tamen gravius peccat qui consecrat, & non communicat; siquidem talis non solum peccat indignè ministrando, sed etiam sacrilegium committat pervertendo ritum Sacramentorum, addendo peccato sacrilegium; nam licet quis indignè ministret cum conscientia peccati mortalis, nihilominus tamen consecrando, & consumendo in qualibet Missa, facit sicut Ecclesia constituit, alioquin, non solum est indignus, sed etiam in ipsa celebratione non servat ritum, cum non solum exhibeat irreverentiam, sed etiam faciat contumeliam, quia Sacramentum & sacrificium non perficit, sed dimittit incompletum; notat Turrecremata, omnino videndus, *in d. cap. relatum* 11. *de Consecrat. dist.* 2. D. Thom. *in* 4. *sententiarum, dist.* 12. *q.* 3. *art.* 2. *q.* 2. *& in* 3. *par. q.* 81. *art.* 4. Sylvester *in summa*, verb. *Eucharistia*, 3. §. 17. cum traditis à Barb. *in Collectaneis ad tex. in d. c. relatum* 11. *de consecr. dist.* 2.

Quartò, infertur interpretatio ad *Concilium Toletanum, cap.* 5. *&* 7. relatum *in cap. quicunque* 13. 26. *quæstion.* 5. versicul. *Plerique*; ex quo deducitur, quod si Sacerdos cantaverit Missam Defunctorum simulando ut inimicus mortem incurrat, deponitur; & tam ipse Sacerdos, quàm ille qui Sacerdotem ad talia incitavit, perpetuo exilio punitur. Ratio est, quia cum prædictus Sacerdos defraudet populum, qui licet celebret non pro bono, sed ut damnum inferatur inimico, hoc est ut sic perterritus decedat; meritò non solum populum defraudare videtur, quando fictè suppressis verbis Sacrificium peragit, ut in *text. nostro*: sed etiam, cum pro vivis offertur sacrificium, ut mortem incurrant, cum Sacramentis abutatur, meritò talis Sacerdos sic celebrans puniendus est, tum quia in Missa odium tenet, tum etiam quia turpiter ludit de Sacramento Missæ: deinde, quia quod pertinet ad mortuos, offert pro vivis, Turrecremata *in dict. cap. quicunque* 13. 26. *quæst.* 5. Petrus Gregor. *lib.* 34. *Syntagmatum*, *cap.* 4. *num.* 4. Gloss. *in capit. accusatus*, §. *sanè*, *de hæreticis*, *lib.* 6. videndus est etiam text. *in capit. de homine* 7. *capit. nihil in sacrificiis* 8. *de Consecrat. dist.* 2. *c. statuimus* 1. *de custodia Eucharistiæ*; in quibus juribus est prohibitum Missas super characteres celebrare: nè irreverenter Sacramenta pertractentur aliud immiscendo, qui omnes debent judicari ut hæretici; at verò *in dict. cap. quicunque* 13. 26. *quæstion.* 5. non ut hæretici, sed ut sacrilegi condemnantur, & meritò relegantur; Petrus Gregor. *lib.* 34. *Syntagmatum, cap.* 12. *num.* 4. *& c.* 15. *n.* 8. *&* 20. Torreblanca, *dict. lib.* 3. *de criminis punitione, num.* 15. *&* 20. videndus est text. *in cap. de his*, 34. *distinct.* cum *cap. habuisse, fin.* 33. *distinct. cap. significatum*, *de præbendis*, de quibus Zabarella *in præsenti*, *num.* 4. aliasque dubitandi rationes refert Albertus Magnus, *dist.* 13. *art.* 20. Suarez, *tom. de Eucharistia, disput.* 67. *sect.* 4. §. *Circa etiam objectionem*, Bonaventura *in* 4. *dist.* 9. *art.* 2. *q. ultima*, *in fine*, & quæ scripsimus, *in c. vestra*, *de cohabitatione Clericorum, & mulierum.*

Ad text. in cap. Litteras, finali, c. Sane 10. de celebratione Missarum.

SUMMARIUM.

1 *Missam celebrare non potest Presbyter in pane fermentato, in Calice ligneo, & sine igne & aqua; aliàs perpetuo ab officio, & beneficio deponendus est.*

2 *Missæ celebratio Ecclesiæ Græcæ differt à celebratione Ecclesiæ Latinæ.*

Missa

Missa, ex præcepto Ecclesiæ, debet celebrari cum mistione aquæ, & vini, & in numero 6.

Calix argenteus quare in celebratione requiratur.

Cap. in Sacramento 5. de Consecratione, distinctio. 2.

3 *Eucharistiæ Sacramentum, quo tempore fuit institutum.*

4 *Paulus* ad Galatas *exponitur.*

5 Cap. in Sacramento 5. de Consecratione, distinctione 2.

6 Cap. in Sacrificio 2. de Consecratione, dist. 2.

7 *Concilium Aurelianense* 4. Canone 4.

8 *Concilium Illiberitanum*, Canone 34.

9 Cap. ut Calix, de Consecratione, dist. 1.

10 Cap. ridiculum 5. dist. 12.

11 *Confessus semper mitiùs punitur*, cap. innotuit, de electione.

12 *Accusatio semel de una causa facta, iterum intentari non potest.*

CONCLUSIO.

1 *PResbyter, qui ex malitia, aut nimia desipientia, celebrare præsumpserit in pane fermentato, vel scypho ligneo, vel sine igne, aut aqua, perpetuò deponendus est ab officio, & beneficio*: quam conclusionem probat text. *in capit.* 1. 2. 3. 5. 7. 38. 39. 55. 88. *de Consecratione, dist.* 2. *capit. vasa, cap. ut Calix, de Consecratione, distinct.* 1. *cap. quidam* 106. 1. *quæst.* 1. *capit. quicunque* 13. 26. *quæst.* 5. *Canon.* 72. & 73. *Apostolorum, cap. unico, de officio Sacristiæ*: *cap.* 1. & 2. *de officio Custodis*: Concilium Bracharense 3. *Canon.* 1. Aurelianense 4. *Canon.* 4. Vormacienſe, *Canon.* 4. Tarraconense, *Canon.* 7. Trident. *sess.* 22. *cap.* 7. Damasus, Zepherinus & alii Pontifices apud Crespecium *in summa*, verbo, *Vasa*, verbo, *Luminaria*, & verbo, *Panis*: illustrant Salcedo *in praxi*, *cap.* 36. Suarez, *de Sacramentis*, *disput.* 81. *sess.* 6. *artic.* 3. Azor. *tom.* 1. *institutionum Moralium lib.* 10. *cap.* 25. Fagundez, *in quinque Ecclesiæ præcepta*, *lib.* 13. *cap.* 25. Summistæ omnes, *verbo, Eucharistia*, Petrus Gregor. *lib.* 4. *partitionum*, *tit.* 6. *cap.* 3. Covarruvias, *lib.* 4. *variar. capit.* 22. Claudius Espencæus, *de adoratione Eucharistiæ*, *cap.* 8. Alciatus, *lib.* 7. *parergon. cap.* 24. Bellarmin. *lib.* 4. *de Eucharistia*, *cap.* 10. & 11. Coriolanus, *in Chronic. anno* 203. cum traditis à Barbos. *in Collectaneis ad nostrum text.*

2 Ratio est, quia licèt verum sit, ad essentiam Sacramenti sufficere panem triticeum, sive fermentatum, sive azimum, Concilium Florentinum, *de unione Armeniorum in sess. de Sacramento Eucharistiæ*, quippè fermentum non corrumpit passam, ita ut efficiat panem fermentatum differre specie ab azimo; tamen ex necessitate præcepti Ecclesiastici, sub peccato, debet esse panis azimus in Ecclesia Latina; at verò fermentatus in Ecclesia Græca, & Sacerdotes, hanc consuetudinem debent observare, Concilium Florentinum, *ubi suprà*; unde justè à Leone IX. *in Epistola ad Michaelem Patriarcham Constantinopolitanum*, Græci, schismatici & hæretici appellantur, qui asserebant Sacerdotes Latinos errare celebrando in pane azimo, & contra institutionem divinam facere. Inde etiam constat, quam rectè in *text. nostro* decidit, Clericum occidentalem degentem in Episcopatu Brixiensi conficientem in pane fermentato deponendum esse, cum peccet in re gravi, non observando consuetudinem suæ Ecclesiæ. Simili etiam modo, licet ad substantiam Sacramenti Eucharistiæ, sub specie vini, non requiratur mistio aquæ; imò solùm vini consecratio desideretur; ut probatur ex ipsa Christi institutione, qui materiam hujus Sacramenti indicans, aquam non demonstravit: deinde ex Concilio Trid. *sess.* 22. *cap.* 3. & *sess.* 33. *Canon.* 2. defendunt Magister sententiarum *in* 4. *dist.* 11. Divus Thomas. 3. *part. quæst.* 74. *art.* 7. ubi Suarez, Vasquez, Cornejo, *Granna in Decret.* & Araujo, Bonacina, *de Eucharistia*, *disp.* 4. *quæst.* 2. *punct.* 4. *n.* 1. tamen ex præcepto Ecclesiastico debet aqua cum vino miscere; ut patet ex *juribus suprà allegatis*, & exemplo Christi, qui, ut ait Jacobus *in sua Liturgia*, postquam cænavit accipiens Calicem, vini, & aquæ mistionem fecit; Clemens Romanus *lib.* 8. *constitutionum*, *cap.* 12. & 17. *cap. scriptura* 3. & 5. *de Consecratione*, *dist.* 2. Deinde id probatur, quia per hanc mistionem repræsentatur sanguis, & aqua, quæ de Christi latere fluxerunt, *Joannis cap.* 19. *cap. cum Martha*, §. *quæsivisti*, *de celebrat. Missarum.* Kursus, quia in hac mistione, unio duarum naturarum, divinæ scilicet, & humanæ, in Christo consideratur; ita Bellarminus, *lib.* 4. *de Eucharistia cap.* 20. Durandus *in Rationali*, *lib.* 4. *cap.* 30. unde patet, Sacerdotem contra hoc præceptum tot rationibus, & decretis firmatum celebrantem, rectè in *text. nostro* deponi, cùm ob id tanquam hæretici damnati sint Armenii *in Can.* 32. Synodi Trullanæ: propter etiam præceptum Ecclesiasticum violatum circa ignem, rectè deponitur Presbyter in *text. nostro*, cum ab Ecclesia jussum sit, ut nisi lumine accenso non liceat sacrificare, *dict. c. sane*, *hoc tit.* ad denotandum, quod in hoc Sacramento est candor lucis æternæ, *dict. cap. sane*; & ipse Dominus jussit, ut ignis semper in Altari arderet; unde in omnibus officiis Ecclesiasticis jubetur luminaria accendi, ut patet ex Divo Gregorio, *lib.* 10. *Dialog. cap.* 5. Joann. Damasceno *in vita Barlaam*, *ex cap.* 1. *de officio Sacristæ*; *cap.* 1. *de officio Custodis*, cum traditis à Crespecio *in summa*, verbo, *Ignis.* Similiter etiam præceptum est in Ecclesia, ut celebretur in vasis argenteis, propter decus Sacramenti, ut conficiatur in nobiliori vase, non in ligno, quia cum sit lignum porosum, absorberet majorem partem sanguinis; & sic ubi Sacerdos intenderet Deum placare, inde irasceretur. Ex quibus constat, quam justè Sacerdos, qui non solum in uno, sed in pluribus casibus graviter deliquit, deponatur; siquidem propter unum tantum illorum delictorum, deponi possit: *c. tuæ de pœnis.*

Primò, adversus ea quæ diximus, videlicèt, requiri 3
panem azimum in Ecclesia Latina ad hoc Sacramentum, obstabit sequens consideratio: nam in hoc Sacramento, nec plus, nec minus potest offerri quàm ipse Dominus tradidit, *cap. in Sacramento* 5. *de Consecrat. dist.* 2. sed ut latè Græci probant, Dominus in pane fermentato, cujus usus tunc erat, consecravit; igitur omnes Sacerdotes debent in pane fermentato celebrare: & per consequens malè in *text. nostr.* Presbyter deponitur, quia in hoc pane Sacramentum fecit. Cui difficultati respondendum est; nam licet Græci conentur probare Dominum nostrum instituisse hoc Sacramentum decima tertia Luna mensis Martii, & sic in pane fermentato; tamen contrarium verissimum est, nempe Dominum in hoc Sacramento usum fuisse azimo, & non in fermentato, nam instituit ultimam cænam die decimo quarto mensis Martii, ad vesperam, ut constat ex *Matth.* 26. *Marc.* 14. *Luc.* 22. & hæc dies Paschæ, fuit die decimo quarto primi mensis ad vesperam, à qua incipiebat solemnitas, & magna festivitas diei sequentis, *Levitici c.* 23. in qua quidem die à præcedente vespera eam inchoando, prohibitum fuit Judæis quidquam panis fermentati in domibus habere, *Exod. c.* 12. *verf.* 7. Consequens ergo est. Dominum non fuisse usum in illa cœna pane fermentato, sed azimo, cum cœna facta fuisset in vespera diei festivi ante Pascham, ut ratiocinatur D. Th. *in* 4. *dist.* 11. *q.* 2. *art.* 3. Innocent. III. *lib.* 4. *de ministerio Missæ*, *c.* 4. Ex quibus constat Sacerdotem Latinum debere celebrare in pane azimo, & sic Clericus in *text. nostro*, non observans consuetudinem suæ Ecclesiæ, justè deponitur.

Secundò, adversus eandem partem obstabit sequens 4
consideratio, nam Apostolus *ad Galatas*, *cap.* 4. reprehendit Christianos, qui non solum integros ritus Judaïcos, sed etiam partem aliquam eorum servant: sed usus panis azimi erat cæremonia Judaïca, quæ sublata

est in Lege Evangelica; *c. translato, de constitutionibus.* Igitur à Sacerdotibus Latinis talis ceremonialis ritus observari non licet. Cui difficultati facillimè respondetur dicendo, Latinos non eodem modo usurpare hunc panem azimum, sicuti Judæi usurpabant; nam illi ad significandum Christum venturum faciebant: Latini verò, ut se conforment cum exemplo Christi, qui in azimo, hoc Sacramentum instituit, ut sic per hujusmodi panem fideles admoneantur, qua conscientiæ synceritate, & fidei puritate accedere debent ad hoc Sacramentum.

5 Tertiò, adversus eam partem in qua docemur, aquam necessariam esse ad hoc Sacramentum; ita ut Presbyter, qui eam omiserit deponatur; obstabit text. *in cap. in Sacramento 5. de Consecr. dist. 2.* vers. *Nec amplius in sacrificio offeratur, quàm de uvis, & frumentis*: Ex quo expresè deducitur, nihil aliud esse ponendum in Altari, quàm id, quod conficitur ex uvis, & frumento: ergo nullo modo necessaria est mixtio aquæ. Pro qua difficultate dissolvenda observandum est, quod oblationes, quæ in primitiva Ecclesia à fidelibus fiebant ad Altare, dum Sacra celebrarentur, erant in duplici differentia: alia enim fiebant tanquam de materia Eucharistiæ ab ipsis, qui communicaturi erant, & istæ oblationes secundum Domini institutionem, nihil aliud continere debebant præter panem, & vinum, *Can. 3. Apostolorum; cap. didicimus, de Consecrat. dist. 3.* & hæc panis, & vini oblatio, ad Altare debebat fieri, ab omnibus viris, & mulieribus, in diebus omnibus Dominicis, in quibus communicabant; *cap. quotidie 13. de Consec. dist. 2.* & sic, ad suam communionem materiam præstabant, & offerebant, quia indignum judicabant de aliena communicare oblatione; ut ex Divo Augustino, *Sermone 215. de tempore*; notat Baronius, *tom. 1. Annalium, anno Christi 58. num. 85.* aliæ verò erant oblationes, quæ non fiebant tanquam de materia ordinata, ad Eucharistiam conficiendam, sed per modum ceremoniæ, ad sustentationem ministrorum, & istæ poterant fieri de frumentis, uvis, oleo, & mulso, *Canon 3. Apostolorum*; decretum Melchiadis, *apud Burcardum, lib. 5. decreti cap. 7.* ipsarumque erat dispensator Episcopus, qui unicuique ministro, prout illi opus erat, erogabat; Baronius, *anno 57. n. 63.* & de his intelligendus est text. *in d. c. in Sacramento*; undè mirum non est, ut nulla mentio fiat de aqua, siquidem non agitur de oblatione ad consecrationem Sacramenti, sed tantum ad sustentationem ministrorum Ecclesiæ.

6 Quartò, adversus suprà dicta; scilicet, aquam requiri ex præcepto, non verò de essentia Sacramenti, adeo ut Sacerdos noster rectè consecerit, licet non ritè; obstabit textus *in cap. sic in sanctificando 2. de Consecratione dist. 2.* ubi Divus Cyprianus docuit offerri non posse aquam solam, nec vinum solum, sed ait quod si vinum tantum quis offerat, *incipit esse Sanguis Christi sine Christo*: quibus verbis probatur expresè consecrationem vini, sine aqua, esse nullam. Pro qua difficultate dissolvenda disputant Doctores, an de necessitate Sacramenti, an verò tantum de præcepto Ecclesiastico requiratur mixtio aquæ cum vino? In qua quæstione verior, & communior opinio est, aquam requiri de præcepto, non verò de essentia; ut constat ex Magistro *in 4. distin. 11.* Suarez, Vazquez, Cornejo, & Araujo, ad Divum Thomam 3. *part. quæst. 74. art. 7.* Layman *de Eucharistia, num. 7.* Nec obstabit text. in *dict. cap. 2. de Consecrat. distinct. 2.* Nam suppositio, in originali non legi sicut apud Gratianum sed in hunc modum: scilicet, *nam si vinum tantum offerat, Sanguis Christi incipit esse sine nobis; si verò aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo*, ut *in palea ejusdem text.* quorum verborum sensus est, quod quando vinum solum sine aqua offertur, non significat Passionem Christi profuisse nobis, hoc est effusum sanguinem in utilitatem populi Christiani, qui significatur per aquam, ut interpretatur Turrecremata, *ibidem*, qui præterea considerant verba *Cypriani*, prout à *Gratiano* referuntur, posse intelligi eodem ferè sensu; nam per *Christum*, populus Christianus designatur, secundum modum loquendi Apostoli *prima, ad Corinth. cap. 12.* unde nullo modo negat Cyprianus consecrationem vini, sine aqua, valere; sed tantum asserit non posse offerri convenienter, salva plenitudine mysticæ significationis, ita D. Thom. *d. art. 7. ad primum*: eodem modo est intelligendus text. *in c. cum omnes 7. de Consec. distinct. 2.* vers. *Non enim potest Calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque sibi misceatur*; id est non potest fieri consecratio sine peccato, ubi non præcesserit mixtio aquæ, unde justè *in nostro text.* deponitur Sacerdos, qui sine ea celebraverit.

Quintò, contra eandem partem, videlicet, hanc 7.
mixtionem esse de jure Ecclesiastico, non verò divino, obstabit Concilium Aurelianense 4. *Can. 4.* ubi postquam statuunt Patres vinum aquæ miscendum esse secundum Apostolicam traditionem, reddunt rationem, quia sacrilegium judicamus aliud offerri, quàm in mandatis sacratissimis Salvator instituit; ex quibus verbis manifestè deducitur hanc mixtionem, non ex jure humano, sed ex Divino provenire. In qua difficultate verissimum est, mixtionem requiri de præcepto Ecclesiastico, non verò Divino: ita Suar. Vazq. & alii cum D. Thoma *d. art. 7.* Azor. *1. tom. lib. 10. c. 30.* Nec obstat text. *in d. Can. 4.* nam cùm Dominus aquam cum vino miscuisset, & cum tali facto exemplum reliquisset Ecclesiæ, quæ illam mixtionem statim præcepit, lato modo appellatur *divina constitutio*, quia ad exemplum Dominici facti statuta fuit; ita etiam est intelligendus text. *in d. cap. in Sacramento*, ubi *hanc divinam traditionem* Patres appellant; sicut Divus Ambrosius *in proœmio libri de Spiritu Sancto*, pedum lotionem, *Dominicam traditionem* appellat, quia ad Christi exemplum ita facere conveniens fuit.

Sextò, contra suprà dicta: videlicet, Sacerdotem 8
luminaria non accendentem, imò sine igne celebrantem deponendum esse, obstabit *Can. 34. Concilii Iliberitani*, versicul. *Cereos per diem placuit in cœmeteriis non accendi, inquietandi enim non sunt Spiritus Sanctorum; qui hæc non observaverint, arceantur ab Ecclesiæ communione*: ex quibus verbis aperte deducitur nullo modo per diem, tempore videlicet Missæ, licere in Ecclesia cereos incendi: ergo malè hic deponitur Sacerdos ex eo, quòd sine igne celebravit. Cujus *Canonis* difficultate aliqui oppressi, candelarum usum in Ecclesia interdici asserunt, contra *nostrum text.* sed antiquum, & laudabilem cereorum usum in Ecclesia commendarunt Loaisa, Cireolanus, & Abaspinus *in notis ad illum Canonem.* D. Ferdinandus de Mendoza *lib. 3. pro defensione ipsius Concilii cap. 10.* Baronius 1. *tom. ann. Christi 34. num. 312.* Vazquez *de adorat. disp. 3. cap. 7.* Durandus, *de ritibus Ecclesiæ, lib. 10. cap. 8. num. 5.* Et omissis aliquorum sententiis dicendum est, Patres illius Concilii usum luminariorum non absolutè prohibuisse, sed dumtaxat cereos per diem in cœmeteriis Martyrum à fidelibus piis incendi, ne videlicet lucentibus cereis Gentiles Fidem Christi, Christianosque persequentes, de Martyrum sepulturis certiores redderentur, indeque Sanctorum corpora requirerent, & in ea servirent, juxta miram rabiem, quam refert Tertullian. *in Apologetico, cap. 37.* quam tribulationem præ oculis habens Zacharias Pontifex *Epist. 9. ad Bonifacium*, ita scripsit, *cùm Dominus donaverit requiem, augebuntur & luminaria Sanctorum, &c.* verba autem illa, *Inquietandi non sunt Spiritus Sanctorum*, accipienda sunt pro Martyrum corporibus. Corpora enim Martyrum sub Altaribus sepeliebantur, *cap. habemus, 26. q. 2.* nec novum est Reliquias Martyrum, *animas* appellari, quia ad ipsarum præsentiam mira efficiuntur miracula, & sic potius animæ, quàm corpora existimantur: ita Cornel. *in comment. ad c. 6. Apocalypsis*; & ut ipse observat *in Epist. 10. ad Hebræos*, verbum, *Spiritus*, pro anima poni, & apud Consultos, *in l. sed in alia 18. ff. de rebus dubiis; Auth. ut defuncti, in prin. coll. 3. l. 2. Cod.*

Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, de qua ſcripſi *in cap. fin. de vita. & honeſtate Clericor. num. fin.* undè quid mirum quod in *d. Can.* 34. per corpora Sanctorum denotentur Spiritus.

9 Septimò, contra eam partem in qua docemur, Calicem, & alia vaſa debere eſſe auro, vel argento, obſtat text. *in cap. ut Calix, de Conſecrat. diſtin.* 1. ubi aiunt Patres Concilii Rhemenſis, quod poteſt Presbyter celebrare in Calice ſtanneo: ergo non ſemper requiritur, ut vaſa ſint argentea. Pro qua difficultate diſſolvenda ſciendum eſt, ſacrificium Miſſæ debere celebrari in Calice, & Patena, ad hoc miniſterium deputatis, *cap. vaſa, cum ſequentibus, de Conſecrat. diſtin.* 1. *Concilium Tribur. cap.* 18. Calicis autem uſus præcipuè neceſſarius fuit, cùm non niſi in aliquo vaſe poſſet ſanguis conſecrari; Patena autem jam Eccleſia uſa eſt à temporibus Sylveſtri, & Damaſi; certum etiam eſt, tam Calicem, quàm Patenam debere eſſe ex debita materia; in qua re, diverſus fuit Eccleſiæ uſus; nam olim materia horum vaſorum lignea fuit, *dict. c. vaſa.* Zepherini tamen temporibus, vitrea; poſteà Urbanus, ea fecit argentea, Concilium Triburienſe, *cap.* 18. & Rhemenſe *cap.* 6. relata *in cap. vaſa*, cum *ſeq. de Conſecr. diſt.* 1. ibi: *Ne in ligneis vaſculis ullo modo Sacerdotes conficere præſumant.* prohibitum enim fuit utrum in his vaſis, quia poroſum exiſtit, & abſorberat ſanguinem Domini noſtri ſimiliter æs, & aurichalcum, quia vini virtutem æruginem recipit, & ad vomitum provocat: ita Vivianus *in præſenti*, Suarez *dict. diſp.* 81. *ſeſſ.* 7. Covar. *lib.* 4. *variar. c.* 22. Salçedo *in praxi, cap.* 34. Si quis autem Presbyter ita pauper eſt, ut argentea vaſa habere non poſſit, debet habere ſtannea, quia ex cauſa paupertatis excuſatur: ſi verò ſine juſta cauſa id faceret, aut in ligno celebraret, deponeretur ex *textu noſtro.*

10 Octavò, obſtat text. *in cap. ridiculum*, 12. *diſtinct.* ubi Nicolaus ait, ſatis ridiculum, & abominabile eſſe traditiones à Patribus acceptas, quotidie infringi, & pati permitti: ergo ſi ea traditione, tam Bonifacii, quàm Zepherini, poterat hoc Sacramentum in aliis vaſculis offerri, quare hæ traditiones ab Eccleſia mutari debent; quo text. ducti nonnulli, arguunt vaſa ſacra non debere eſſe aurea, vel argentea; ut refert Acuña *in eo text. num.* 3. Sed contrarium ex ſuprà dictis defendendo, dicendum eſt, ligneos Calices tunc primum in uſu fuiſſe, ob paupertatem Eccleſiarum; deindè ne vaſa ipſa, ex auro, vel argento conflata, rapinis, & ſacrilegiis tyrannorum eſſent obnoxia: ceſſante igitur neceſſitate illa, & pace reddita Eccleſiæ, juſtè Patres potuerunt mutare traditiones antiquorum; ita Acuña *ubi ſuprà.*

11 Nonò, contra *textum noſtrum*, quatenus in eo ſupponimus confeſſum puniri pœna depoſitionis; obſtabit regula text. *in cap. innotuit, de electione*, ubi cavetur confeſſum ſemper mitius puniendum eſſe, quàm convictum; *l. quiſquis, in fin. Cod. ad legem Juliam Majeſtatis: l.* 1. *C. de his qui ſe deferunt: l. non omnes, §. fin. ff. de re militari*; Tiraq. *de pœnis temperandis, cauſa* 30. *num.* 10. Seneca *lib.* 10. *declamat.* 3. verſic. *Ubi confeſſio, ibi remiſſio*; Ergo ſi Presbyter in præſenti ſuos exceſſus confeſſus fuit, quare mitius non punitur? Cui difficultati reſpondendum eſt, dicendo, confeſſum, ut convictum puniri, cùm confeſſio ſit omnibus probationibus melior; *l. cùm te C. de probationib. l. cum à matre Cod. de rei vindic.* cum à me traditis, *in cap.* 1. *de confeſſis.* Nec obſtat text. *in dict. cap. innotuit, de elect.* cùm in *text. noſtro* confeſſio ſpontanea non fuiſſet, *ut in d. cap. innotuit*: conſtat etiam ex *text. noſtro*, ubi inquiſitio facta & repetita fuit ab Epiſcopo Brixienſi; & ſic quid mirum, quod puniatur depoſitione, cùm in re gravi peccaſſet.

12 Decimò, adverſus *textum noſtrum*, quatenus refert, Epiſcopum poſt primam inquiſitionem, ſtatim ſecundam iteraſſe; obſtat regula illa, quæ docet, ſuper eandem cauſam, nec accuſationem, aut inquiſitionem iterari poſſe, *cap. ſi illis*, 24. *quæſt.* 4. *cap. ultim. de calumniatorib. cap. de his, de accuſationibus*: Ergo nullo modo poterat in præſenti accuſatio contra eundem Presbyterum iterari. Cui difficultati ſatisfaciendum eſt, diſtinguendo inter eum caſum, quo accuſatio, vel inquiſitio iteratur ſuper eandem cauſam; & inter eum in quo iteratur ſuper diverſam: nam primo caſu, iteratio admitti non debet, cùm crimina ſemel dimiſſa iterum in ultionem venire Deus non patiatur, *dict. cap. illis, cap. divina, de Pœnitent. diſtinct.* 4. nec ſæculi, de legibus delicto ſæpius quæritur, *l. licet, §. ult. ff nautæ, Caupones.* Secundo verò caſu, inquiſitio iterari poteſt in quo procedit *text. noſter*; nam ſecunda inquiſitio non fuit facta ſuper exceſſu circa celebrationem in pane fermentato, & ſcypho ligneo, ſed circa emiſſionem aquæ, & ignis, in Sacrificio, ut docent Gloſſ. & Zabar. *in præſenti.*

TITULUS XLII. De Baptiſmo, & ejus effectu.

Ad textum in cap. Si quis 1. cap. Debitum 4. de Baptiſmo.

SUMMARIUM.

1 *Puer licet ſit ter immerſus in aqua, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ſi non ſit dictum,* Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, *non eſt baptizatus.*

2 *Baptiſmus per ſuam formam verbis Evangelicis conſecratur.*
Baptiſmi cauſa eſt duplex, una principalis, altera inſtrumentalis.
Deficiente aliquo de ſubſtantia ejus, quod exigitur ad eſſe rei, nihil actum eſt.

3 Florentinum Concilium Quartum, *in decreto de Sacramentis*, verſ. *Forma autem.*
Baptiſmi forma more Græco qualis ſit.

4 Cap. cum tantum 47. de Conſecratione, diſtinctione 4. cap. fin. de Baptiſmo.

5 *Baptiſmus conficitur, etiam ſi pronomen,* Ego, *deficiat; ſed Latini, ſi abſque eo baptizaverint peccabunt venialiter; & ſi more Græco fecerint, lethalem reatum committunt.*

6 Cap. 1. de Baptiſmo, *latè exponitur.*
Pronomen, Te, *in Baptiſmo deſideratur, ut diſtinctio ſtet inter baptizantem, & baptizatum.*
Concilium Florentinum in decreto de Sacramentis, *ſive* de unione Armeniorum, verſic. *Primum contrarium.*
Cap. ſi re vera 30. cap. ab antiqua 44. *cum aliis*, de Conſecratione, diſtinctione 4. *& num.* 8.

7 Cap. à quodam Judæo 23. de conſecrat. diſt. 4. *latè exponitur.*

8 *Apoſtolorum Actuum*, capit. 1. cap. 2. cap. 8. & cap. 10.
Apoſtoli quare olim nomine Chriſti baptizabant, latè exponitur.
Divi Bernardi *Epiſtola* 340. *ad Enriquum Archidiaconum, latè, & noviter declaratur.*

CONCLUSIO.

I *Licet puer ſit ter merſus in aqua, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ſi non ſit dictum*, Ego te Baptizo in nomine Patris, &c. *non eſt baptizatus.* Matthæi *cap.* 28. Pauli *ad Epheſios, cap.* 5. *cap.* 1. *cap. debitum, cap. non ut* 5. *de Baptiſmo*: *cap. firmiſſimè* 3. *cap. quamvis* 29. *cap.*

retulerunt, capite Sanctus 36. *capite sanctio* 48. *capite* 71. *capite* 73. *capite*. 82. *cap. in Synodo*, cum aliis, *de Consecratione, distinction.* 4. *capite veniens*, versiculo *Secundum formam, de Presbytero non baptizato*; Vigilius Pontifex, *capite* 2. *Epistola* 18. Innocentius Primus, *capit.* 3. Catechismus Pii *V.* 2. *p. c.* 2. *de Baptismo*, §. 10. *cum duobus sequentibus*; *c.* 1. §. *Una, de Summa Trinitate & Fide Catholica*; *capite dignum*, §. *quo vero, cum sequentibus*, 1. *quæst.* 1. Catechismus, *de hoc Sacramento, folio* 182. versi. *Sed duorum tamen, capite* 3. Tridentin. *sess.* 7. *de Baptismo, Can.* 4. *& sess.* 7. *de Sacramentis in genere, Can. fin. l.* 2. *tit.* 4. *partit.* 1. Exornant Divus Thomas 3. *part. quæst.* 66. *artic.* 5. Sotus *in* 4. *distinct.* 3. *quæst. unica, artic.* 6. Suarez *disput.* 21. *sectione* 2. *&* 5. Reginaldus *lib.* 27. *num.* 35. Gaspar. Hurtado, *de Baptismo, diffic.* 7. Toletus *lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 5. Enriquez *lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 6. Granados *tom.* 5. *tract.* 2. *disp.* 5. *num.* 5. Villalobos 1. *part. tractat.* 5. *diffic.* 3. Ægidius *quæst.* 66. *ar.* 5. *n.* 58. Valencia *quæst.* 2. *puncto* 2. Bellarminus, *de Baptismo, cap.* 3. Bonacina, *de Sacramentis, disput.* 2. *quæstione* 2. *puncto* 4. Reginaldus *in praxi fori pœnitentialis, lib.* 26. *nu.* 23. Vasquez 2. *tom. in tertiam partem, disput.* 142. *cap.* 1. 2. *&* 3. Vivaldus *in Candelabro aureo, tit. de Baptismo*, novissimè Pater Josephus *in summa, de Sacramentis, de Baptismo tract.* 2. Doctor Sahagum, *de Sacramentis in genere, de Baptismo*, Ochagavia, *de Baptismo*, cum traditis à Barb. *in collectaneis ad nostrum text.*

4 Ratio est, quia Baptismus per suam formam consecratur secundum illud Pauli *ad Ephesios*, *capite* 5. & Divus Augustinus *lib. unico*; *de Baptismo* asserit, quod Baptismus verbis Evangelicis consecratur; & ideò oportet, quod in forma Baptismi exprimatur ejus causa, quæ duplex est, una quidem principalis, à qua virtutem habet, quæ est Sancta Trinitas; alia autem instrumentalis, scilicet minister, qui tradit exterius Sacramentum, & ideò oportet in forma Baptismi, de utraque fieri mentionem: minister autem tangitur, cùm dicit: *Ego te baptizo*: Causa autem principalis, cum dicitur: *In nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti Amen.* Unde hæc est conveniens forma Baptismi: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.* Divus Thomas *part.* 3. *quæst.* 66. *art.* 5. meritò, si in Baptismo non sit verbum illud, *Ego*, vel simile, quod ministrum denotet, etiam si puer mersus fuit in aqua, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, non erit baptizatus, quia ablutio hominis in aqua, propter multa fieri potest, veluti ad refrigerandum, aut curandum ab aliquo morbo, ut constat ex Theodoro Balsamone relato à Spondano, *anno Christi* 1146. *num.* 5. ad quem effectum rectè etiam invocatur auxilium Sanctissimæ Trinitatis; qua de causa addere oportet verbum, *Baptizo*, quo in Ecclesiæ usu significatur ablutio spiritualis: Concilium Florentinum *in decreto de Sacramentis*, Tridentin *sess.* 7. *de Sacramentis, capite* 4. Ideòque oportet, quod determinetur in verbis formæ ad quid fiat; quod quidem non fit per hoc, quod tantum dicitur, *In nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti*; siquidem omnia in tali nomine facere debemus; *Paulus ad Colossenses, c.* 3. & ideò si non exprimatur actus Baptismi, non perficitur Sacramentum, ut in *text. nostro*, & ex Divo Thoma *ubi suprà*; siquidem, ubi aliquid deest de substantia ejus, quod exigitur ad esse rei, nihil actum est *c. Daibertum*, 1. *quæst.* 7. *l.* 1. §. *si quis interroget. ff. de verborum obligationibus*: Meritò, cùm in prædicta Baptismi forma, quatuor præcipuè sint exprimenda, nempè actus baptizandi, persona quæ baptizat, & quæ baptizatur, & invocatio Trium Personarum Sanctissimæ Trinitatis, operæ pretium est, ut de singulis inspiciamus: & in primis de necessitate hujus formæ est, ut exprimatur actus baptizandi, seu actio ministri, ut constat ex Conc. Flor. *ubi sup.* vers. *Si exprimatur actus, qui per ipsum exercetur ministrum, cum Sanctæ Trinitatis invocatione, perficitur Sacramentum*: & ex *tex. nost.* & in *c.* 3. *hoc tit.* ubi definitur quod si quis puerum aqua immerserit. *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, & non dixerit: *Ego te baptizo*, non est baptizatus.

Primò, contra hanc Catholicam Doct[rin]am, & 5
contra expressionem personæ, quæ baptizat obstabit dicere, quòd Græci sub hac forma celebrant Baptismi Sacramentum, *Baptizetur servus Christi, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*; in quibus verbis actio ministri baptizantis non exprimitur, & tamen forma illa, tanquam valida ablutio approbatur in dicto Quarto Concilio Florentino *in decreto de Sacramentis*, versic. *Forma autem*, & ibi, *verum efficit Sacramentum*, in quibus verbis actio ministri baptizantis non exprimitur, & tamen forma illa approbatur ab Eugenio IV. *in dicto Concilio Florentino*, versic. *Forma autem*, juncto vers. *Verum*: ergo non est necessarium in forma Baptismi applicare actionem ministri. In qua difficultate gravissima, Sotus *in* 4. *distinct.* 3. *quæstione unica, art.* 5. *colum.* 4. versic. *Multa hinc*: existimat, ad essentiam formæ Baptismi, non esse necessarium exprimere actionem ministri; sed sufficere, quod activè, vel passivè, implicitè, vel explicitè actio ministri exprimatur, vel ab eo procedat, dummodo id non negetur; ac proinde sufficere, si baptizans dicat: *Baptizet te Christus*, *&c.* dummodo non addat verba illa *Ego non te baptizo*: quam sententiam probare intendit exemplo illius formæ Baptismi Græcorum; cujus illa priora verba, *Baptizetur talis servus Christi*, intelligit, subaudiendo à Christo, vel à Deo; ita ut actio ministri non excludatur, & asserit, quod quemadmodum valet Baptismus si in ejus formâ exprimatur actio ministri, & non actio Dei; ita etiam debet valere, quando in forma non exprimitur actio ministri, sed Dei. Denique considerat *Sotus*, quod in Sacramento Confirmationis, non est necessarium exprimere actionem ministri, ut constat ex forma, qua Constantinus Imperator confirmatus fuit, relata *in edicto ejusdem*, quod habetur ante Concilium Nicænum Primum, *tom.* 1. *Conciliorum*, versiculo, *Signet te Deus sigillo fidei suæ, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, in consignatione Fidei*: Ergo similiter, nec in Sacramento Baptismi necessarium erit. Sed hæc solutio, & doctrina, displicet Gabrieli Vazquez *dicta disputat.* 142. *capite* 2. *ex numero* 15. Ochagaviæ *quæstione* 8. *de Baptismo numero* 3. Hurtado *disput.* 8. *de Baptismo, difficultate* 8. Granados *ubi suprà, tractat.* 1. *disputat.* 5. *numero* 3. rationem reddunt, quia actio ministri negari non potest, & necessariò verbis formæ significari debet, ut expressè definitum est ab Eugenio IV. *in dicto Concilio Florentino*, & ab Alexandro III. *in text. nostro*, Bellarminus *d. cap.* 3. §. *Nam in primis*; cum *suprà* in decidendi ratione traditus: Et respondent Vasquez, & similes, nihil pro *Soto* facere æquiparationem, de actione ministri, ad actionem Dei; nam in actione ministri rectè denotatur actio Dei, ut causæ principalis, ut minister non agat, nisi agente etiam Deo, at verò in actione Dei non denotatur actio ministri, cum Deus possit sine ministro agere. Nec pro eo facit exemplum de Confirmatione Constantini; quia etiam in forma illa significatur actio ministri, denotando à ministro procedere, eo quod verbo imperativo dicat: *Signet te Deus sigillo fidei suæ*, & simul sigillet minister sigillo Crucis in fronte confirmandi; siquidem in illis verbis, *sigillo fidei suæ*, actio ministri denotatur; quasi sensus sit, *Deus te signet sigillo fidei suæ quod tibi à me exhibetur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

Quare hac, & aliis omissis, pro vera hujus dubii interpretatione adnotandum est, in forma Baptismi, non solum actum baptizandi exprimi debere, qui actus per verbum, *Baptizo*, aut aliud æquivalens significatur; & tam actio, quàm passio exprimitur, sed etiam, prout sit à ministro explicitè, vel implicitè. *Matthæi*, *d. capite* 28. versic. *Baptizantes*, in quo baptizandi actio significatur, non solùm ut est à Deo; sed etiam, ut procedit à ministro in actu exercito; ideòque in forma Latina actio ministri procul dubio exprimitur: similiter etiam in forma Græcorum, actionem ministri signi-

significari supponit Eugenius IV. *in dicto Concilio Florentino*, ubi ad probandum, Græcos verum efficere Baptismi Sacramentum, his verbis, rationem reddit: *Quoniam cum principalis causa ex qua Baptismus virtutem habet, sit Sancta Trinitas, instrumentalis autem sit minister, qui tradit exterius Sacramentum; si exprimatur actus, qui per ipsum exercetur ministrum, cum Sanctæ Trinitatis invocatione, perficitur Sacramentum*, in quibus verbis Eugenius Pontifex profitetur in Græcorum forma exprimi actum baptizandi, etiam ut à ministro exercetur; unde Vasquez, & Hurtado *ubi supra*, docent Græcanicam formam hujus Sacramenti hanc esse: *Baptizetur talis servus Christi à me in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.* Et ita denotatur baptizandi actio non solùm, prout est à Deo, sed prout à ministro confertur.

4 Secundò, huic solutioni obstabit dicere, quod Græci per hujusmodi baptizandi formam, studuerunt vitare quoddam schismortum in principio nascentis Ecclesiæ, seu errorem Corinthiorum, existimantium baptizatos pertinere ad ministrum, qui baptizabat, & ab eo efficaciam accipere Sacramentum; & proindè unusquisque dixisse: *Ego sum Cephæ, ego sum Pauli*, quos Apostolus reprehendit, 1. *ad Corinthios*, *cap.* 1. dicens: *Nunquid Cephas pro vobis mortuus est, aut Paulus*, ut refert Divus Augustinus *in capite cum tantum* 47. *de Consecrat. distinct.* 4. Divus Thomas *dict. art.* 5. *ad primum*, qua de causa Græci ordinarunt, ut nullus baptizaret, dicendo: *Ego te baptizo*, sed diceret: *Baptizetur servus Christi in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti*, nè minister modo aliquo verbis se ostenderet Authorem baptismi nec propter hoc, quod tali forma baptizent Græci, censentur hæretici, sed in eo fuerunt damnati à Concilio Lateranensi, quia existimabant Latinos, alia forma utentes, non conferre baptisma; adeò ut illud à Latinis suscipientes iterum baptizari præsumerent, *ut in capite fin. hoc tit. de Baptismo*. Cæterum formam, qua ipsi baptizant, non improbat, nec Concilium Florentinum *ubi supra*. Notat Bellarminus *d. c.* 3. versic. *Sextus fuit*. Sed huic dubio dicendum est, quòd cùm ad evitandum antiquum errorem eorum, qui virtutem Baptismi tribuebant baptizantibus, ordinaverunt Græci, ut Baptismus fieret sub hac forma: *Baptizetur servus Christi in nomine Patris, &c.* nec exindè videtur excludere actum baptizandi, ut à ministro est; quia licet admittamus Græcos prædicta forma uti propter traditam rationem (quam multi negant,) non tamen intenderunt denegare ministris instrumentalem virtutem baptizandi; sed solum principalem, quæ solum Deo competit; nam in Græcorum forma, etiam applicatur actus baptizandi, prout exercetur in ministro, tanquam instrumento Dei, ut declarat Eugenius IV. *in dicto Concilio Florentino*, Divus Thomas *dicta quæst.* 66. *artic.* 5. *in solutione ad primum*: Igitur, quod intendebant Græci, secundum præfatam expositionem erat abolere abusum existimantium Baptismum majorem gratiam ab uno, quàm ab alio conferre, utendo prædicta forma per modum Imperativi, ut est à Deo, tanquam à causa principali, sed non exindè abstulerunt, nec intenderunt auferre actionem ministri internam implicitè, vel externam explicitè; & sic ex illa Græcorum forma validè effici Sacramentum Baptismi definit Pontifex *in dicto Concilio Florentino*; notat Ægidius, *de Sacramentis*, *d. art.* 6. *dubio unic. n.* 35. Vivald. *in Candelabro aureo. tit. de Baptismo.*

5 Tertiò, huic ultimæ sententiæ, obstabit text. *capite* 1. *de Baptismo*, ubi Alexander III. expressè decernit, non sufficere ad valorem baptismi, quod quis puerum immergat in aqua in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; sed necessarium esse, quod simul dicat: *Ego te baptizo.* Sed respondendum est, in *text. nostro* Pontificem minimè intendisse, verba hæc specificè sumpta, *Ego te baptizo*, esse de essentia; nam compertum est sufficere æquivalentia, ut *abluo*, *intingo*, *aut mergo*, activè, vel passivè prolata: quapropter ex decisone *nostri text.* minimè infertur nullitas Baptismi, quando in ejus forma actio baptizandi, seu actio ministri apparet indicativo, vel imperativo modo, activè, sivè passivè, veluti, *baptizo te*, sivè *baptizaris à me*, vel *baptizetur talis servus Christi*; notat Gl. *in præsenti*, Vasq. *d. c.* 3. *n.* 29. Ægidius, Layman. & Bonacina *ubi suprà*: quemadmodum similiter, non est necesse, ut exprimatur persona, quæ baptizat, eum illo prenomine, *Ego* cum satis sit, ut explicetur, & significetur actus baptizandi, per verbum, *Baptizo*, vel aliud æquivalens modo suprà expositio, *capite retulerunt* 86. *de Consecrat. distinct.* 4. notat Divus Thomas *quæst.* 66. *artic.* 5. *ad primum*; siquidem pronomen, *Ego*, continetur in verbo, *Baptizo*, modo indicativo, seu imperativo, prolato; argumento text. *in leg.* 1. §. *quod nec ff. de hæredibus instituendis*, ubi nihil refert, an testator dixerit, *hæres mihi esto*, an *hæres esto l. stipulatio ista* 38. §. *sicut autem* 5. *in fine, ff. de verborum obligationibus*; sed si Latini non expresserint in forma illa pronomen, *Ego*, peccabunt venialiter; imò si magnum scandalum oriatur, vel si usus fuerit forma Græcorum, tunc peccabit mortaliter, cum inusitata forma usus fuerit; notat Sotus *in* 4. *distinct.* 3. *quæst. unica*, §. *quod si, num.* 5. Vasquez *ubi suprà*, *dict. capit.* 3. *num.* 30. Granados *ubi supra, disput.* 5. *ex num.* 2. Villalobos *in summa, de Baptismo, c. de forma, n.* 4. & 5. Pluraque congerit eruditissimus Præceptor meus D. Martinus Lopez de Hontiveros, olim apud Salmanticenses Primarius, postea in Granatensi Consil. Philippi IV. meritissimus Senator, nunc Archiepiscopus Valentinus, & (ut spero) ad majora culmina perveniet; *in tractat. de Baptismo, art. de forma.*

Quartò, adversus *text. nostrum*, in versic. *Te*, & ter- 6
tiam inspectionem, *suprà*, *in num.* 2. adductam, *apud finem* hoc est circa personam, quæ baptizatur apud Latinos, cum illo pronomine, *Te*; apud Græcos verò per illa verba, *Servus Christi*; ex quibus constat, ad essentiam Baptismi desiderari personam, quæ baptizatur, ut constat *ex Matth. dicto cap.* 28. ibi: *Baptizantes eos, &c.* & ex traditione Ecclesiæ, ita scripta in *text. nostro*, in versic. *Te* quod etiam ratione suadetur; nam si persona, quæ baptizatur, non exprimatur, non significatur actus Baptismi, nec enim sufficit personam esse certam, & determinatam, sed necesse est, quod in verbis formæ ita exprimatur, ut sic actus baptizandi denotetur, & distinctio fiet inter baptizantem, & baptizatum, cùm nemo se ipsum possit baptizare, *capite debitum* 4. *hoc titul.* Obstabit Concilium Florent. *in decreto de Sacram. sive de unione Armeniorum*, vers. *Primum contrarium*; cujus verba exposuimus *sup. numero* 3. *ad fin.* ubi Summus Pontifex asserit, dumtaxat sufficere ad essentiam formæ Sacramenti Baptismi, exprimere actum ministri, cum invocatione Trinitatis: ergo pronomen illud, *Te*, non erit necessarium. Verùm huic dubio respondendum est, quod illa Concilii verba sunt intelligenda, terminis habilibus suppositis, hoc est, dum tamen persona baptizati exprimatur; quod etiam Pontifex *in eodem Concilio* adnotavit, quia in hoc nulla diversitas erat inter Græcos, & Latinos; siquidem omnes in verbis formæ personam baptizati exprimebant, sed baptizandi verbo diversimodè utebantur; atque idcò Eugenius Pont. *ibidem*, nihil statuit circa expressionem personæ, quæ baptizatur; siquidem etiam à Græcis exprimebatur, in illo verbo, *Servus Christi*; sed si quæras rationem, quare in forma Baptismi, non ita necessarium sit exprimere personam baptizantem, siquidem necessarium est exprimere personam, quæ baptizatur? Respondebo, ex eo provenire, quia in forma hujus Sacramenti exprimenda est materia propinqua, quæ est ablutio, & cum ea magis determinetur à quo recipitur, quàm ab agente à quo procedit, justa de causa, persona, quæ baptizatur, explicitè est exprimenda; notat Enriq. *d. lib.* 4. §. 4. *c.* 7. Laym. *d. c.* 4. *n.* 3. vers. *ex quo.*

Quintò

7 Quintò, adversus quartum requisitum in Sacramento Baptismi exprimendum, *suprà num.* 2. *apud fin.* adductum, & in *textu nostro* relatum; videlicet, *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, quæ omnes tres personæ Trinitatis, quatenus inter se diversæ, & distinctæ, denominandæ sunt, ut notat D. Thom. *dict. quæst.* 66. *art.* 6. Vazquez *dict. disp.* 143. *cap.* 2. Bonacina & alii recentiores *suprà* adducti; & constat *ex Matth. dict. cap.* 28. ibi: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*; *cap. si quis Presbyter* 79. *cap. in Synodo* 83. *de Consecratione distinctione* 4. *cap. firmiter*, §. *Una verò*, *de Summa Trinit. & Fide Cathol.* Obstabit text. difficilis, *in cap. à quodam Judæo* 23. *de Consecratione distinctione* 4. ubi Nicolaus Pontifex ad consultationem Bulgarorum, *cap.* 104. rescribens de baptizatis in eorum patria à Judæo quodam, vel Pagano, vel etiam Christiano *in nomine Sanctæ Trinitatis*, absque illa specifica trium personarum expressione, vel tantum, *in nomine Christi*, non esse denuò baptizandos respondit: quod est dicere Baptismum *in nomine Trinitatis*, vel *in nomine Christi* ministratum, firmum esse: quod est omnino contra *nostri text.* decisionem, *dict. cap. multi*, *cap. si vera*, *cap. in Synodo*, *de Consecratione distinct.* 4. In cujus *textus* difficultate, nonnulli existimant, quod dum *text.* ille asserit, baptizatos à Pagano non esse rebaptizandos, si baptizati sint *in nomine Trinitatis*, est intelligendus, expresso nomine scilicet Trinitatis, *Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, aut in tantum *in nomine Christi*, videlicet loco, *Filii*, expresso *Christi* nomine, sic dicendo *Ego te Baptizo in nomine Patris, & Christi, & Spiritus Sancti*; ut sic sensus sit, quod dum Pontifex admittit valere Baptismum in Trinitatis nomine, est intelligendus, cum explicita, & distincta trium personarum significatione; ita Gloss. Archidiacon. Bellarm. & Turrecremata, *ibidem*, qui quidem intellectus comprobatur ex eo, quod Nicol. I. *in dict. cap. à quodam Judæo*, pro sua sententia refert S. Ambrosium *de Spiritu Sancto*, *lib.* 1. *cap.* 10. & S. Ambrosius nunquam dixit valere Baptismum *in nomine Trinitatis*, non expressis personis, seu nominibus Trinitatis, aut tantum *in nomine Christi*; siquidem sæpius in libris *de Sanctis Sacramentis*, dixit hanc esse formam: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*: Ergo eodem modo dicendum est, ita *ibidem* intellexisse Nicolaum, qui eundem Sanctum Ambrosium pro se allegat; siquidem Doctoris dictum est intelligendum secundum Doctrinas, quas allegat: Bartol. *in leg. non solum*, §. *si liberationes*, *ff. de liberat. legata*; Surd. *consil.* 177. Barbosa plures referens *in collect. ad text. in dict. cap. à quodam Judæo*, *num.* 3. Sed hæc interpretatio convinci videtur ex eo, quia valde repugnat verbis *text.* cùm Pontifex *ibi* subjungit verba illa, *vel tantum Christi nomine*, & utroque modo adeò validum esse admittit, ut reiterari non debeat: ergo quemadmodum per sola verba *In nomine Christi*, non significantur explicitè, & expressè Trinitatis Personæ, & nihilominus Baptismus valet, ut Pontifex ibi asserit; ita & similiter in solo *nomine Trinitatis*, quamvis Tres Divinæ Personæ non invocentur expressè. Quare probabilior intellectus est ille, quem refert Azor. *instit. moralium part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 5. *quæst.* 3. *versic. quartò objicitur*, dum asserit, Nicolaum Pontificem *ibidem* respondisse ad quæstionem sibi propositam; videlicet, an baptizatus à Pagano, vel Judæo, verum Baptismi Sacramentum suscepisset? & verè baptizatum fuisse dixit, si in nomine Christi baptizatus fuit Baptismo Christi; sed non exindè definit valere Baptismum *in nomine Christi* tantum datum, sed tantum esse verum Baptismum, sive à Pagano, sive à Judæo sit collatum; dummodo is Paganus, vel Judæus baptizaverit Baptismo Christi, & non Baptismo Joannis, vel alicujus alterius: & rationem reddit Nicolaus, quia Baptismus non est illorum, qui baptizant, sed Christi, cujus authoritate institutus est Baptismus, & cujus virtutem habet: & ideò dixit, sicut *in Actibus Apostolorum* legitur, significans Baptismum valere virtute Christi datum; Barbos. latè in *collectan. ad nostrum textum num.* 4. *cum seqq.* Vel aliter dici potest, Nicolaum Pontificem, *in dict. cap. à quodam Judæo*, nihil definisse circa Baptismum datum in nomine *Trinitatis*, vel *Christi*, tantum; sed obiter, ultra interrogata suam sententiam de illo protulisse tanquam privatum Doctorem, & fortasse minus probabilem; siquidem tantum consultus fuit, an valeat Baptismus datus ab infideli? ita ut dubitandi ratio non esset circa Trinitatis invocationem, quæ cum Gloss. & Turrecrem. *ibidem* supponitur factam fuisse explicitis personis; sed tantum circa ministri infidelitatem, & ad id directè respondit, verissimè quidem, validum esse, nec iterandum fore; nam Baptismi valor, non dependet à conditione, & fide ministri, *dict. cap. si quis* 28. *cap. ab antiqua* 44. *de Consecrat. distinct.* 4. ita Granad. *controv.* 4. *de Baptismo*, *tract.* 2. *disp.* 6.

8 Sextò, his omnibus obstabit dictum *Concilii Florentini* superiùs allegatum, ex cujus decisione probari videtur sufficere unius expressionem Trinitatis, vel unius tantum personæ, siquidem Pontifex *ibidem* ait, Baptismum fieri in Divinæ Trinitatis invocatione. Sed huic dubio respondendum est, decretum illud Florentini Concilii, potius probare sententiam suprà adductam, quàm illam improbare: nam dum Eugenius *ibidem* requirit, ut actus baptizandi exprimatur, cum invocatione Sanctissimæ Trinitatis, intelligit in illo *Trinitatis* nomine, hoc est ipsas Divinas personas distinctè significatas; quod evidenter deducitur ex verbis *ejusdem Concilii* proximè præcedentis in quibus definierat formam Baptismi, expressa etiam illa significatione Trinitatis: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*; meritò cùm postea Sanctissimæ Trinitatis mentionem faciat, intelligendus est de Trinitate eodem modo invocata; scilicet, explicitè, vel expressè tribus personis significatis. Eodem modo est interpretandus Pelagius Pontif. *in cap. si re vera* 30. *de Consecration. distinct.* 4. ubi cum improbasset Baptismum *in nomine Domini*, tantummodo administratum, subjungit, eos, qui sub illis verbis, & forma ab hæreticis baptizati fuerunt, iterum baptizandos esse in Sanctissimo Trinitatis nomine, quasi diceret, hoc est, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, ut sensus sit ita ut explicitè significentur personæ Trinitatis quæ in priori Baptismo, non ita invocatæ fuerant; notat Turrecremata *in comment. ad illum textum* quæ interpretatio deducitur *ex eodem text. in fin.* vers. *Nihil aliter, quam quod Evangelica jubet authoritas*: quasi diceret, Baptismum non posse celebrari *in nomine Christi*, nec *in nomine Trinitatis* tantum, non facta expressione aliarum personarum, ut Evangelium docet: refert text. *in cap. multi* 82. *de Consecrat. dist.* 4. Eodemque modo est interpretandus text. *in cap. unum Baptisma*, *cap. quamvis* 29. *cap. ab antiqua* 44. *cap. si quis* 28. *cap. postquam* 78. & 81. *de Consecrat. distinct.* 4. nam licet in illis authoritatibus resolvatur ratum, & validum fuisse Baptismum *in nomine Trinitatis* collatum, cum tamen in illis juribus non proponatur fuisse præstitum, cum implicitè invocatione tantummodo *in nomine Trinitatis*, debemus intelligere collatum fuisse in Trinitatis nomine expliciis tribus personis, non verò absolutè, excluderent expressam, & distinctam invocationem trium personarum, quæ procul dubio est de necessitate hujus Sacramenti à Christo in Evangelio præscripta, & ab Ecclesia in hunc modum recepta, suisque sanctionibus comprobata: notat Gloss. *in dict. cap. eodem modo* 81. *de Consecrat. distinctione* 4. plura alia contraria refert Gloss. fin. *in cap. ab antiqua* 44. *de Consecr. distin.* 4.

9 Septimò, prædictis obstat *Actuum Apostol. cap.* 1. *cap.* 2. *cap.* 8. *cap.* 10. *cap.* 108. ubi viri, & mulieres tantum

tantum *in nomine Christi* baptizabantur. Sed huic dubio dupliciter responderi solet, auctoritatem illam, & similes procedere tempore nascentis Ecclesiæ, & Apostolorum, ut sic Christi doctrina illustrior redderetur, & ut ejus nomen, quod Judæis erat odiosum, (*Paulus* 1. *ad Corinth. cap.* 1.) forma illa redderetur illis amabile, & honorificum; quod quidem speciali Christi revelatione, & dispensatione, ad tempus fuit permissum; meritò Apostolos ante Passionem, & Resurrectionem Christi, ita baptizasse, quoniam nondum instituta videbatur forma, *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, *de quo Matth. d. cap.* 28. Sed cum dispensatio illa ad tempus data iam dudum cessasset, utpote cessante illa prædicatione, verius est sub illa forma hodie non posse validè Baptismum conferri; ita Enriquez *ubi suprà*, *lib.* 2. *cap.* 10. *lit. A. & E.* vel aliter dici poterit, Apostolos baptizasse in nomine Christi tantum, hoc est Baptismo à Christo D. instituto, sicut dicitur apud *Matth. cap. ult. In nomine meo dæmonia eiicient*; & cum ejus forma nempè, *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, ad differentiam Baptismi Ioannis; nam hic erat communis usus loquendi, juxta Apostolum Paul. *ad Galat.* 3. ibi: *Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis*; quasi velit dicere, qui Baptismo à Christo instituto baptizatus est, Christo induitur: idem Paul. *ad Roman.* 6. ibi: *Nos in Christo baptizatos esse* id est, Baptismo Christi, Damascen. *lib.* 4. *fidei, cap.* 12.

10 Octavò, his omnibus obstat illa difficillima *D. Bernardi epist.* 340. *ad Enriquum Archidiaconum*, ubi D. Bernardus fuit consultus ab ipso Enrico Archidiacono, an ne ex eo, quod quidam laicus quendam puerum tractum ex utero, ob periculum mortis (communem formam non tenens) ita illum baptizasset: *Baptizo te in nomine Dei, & sanctæ & veræ Crucis*, sit baptizatus, & an si vivit baptizandus sit, his verbis respondit Bernardus: *Ego verò hunc baptizatum puto nec sonum vocis veritati fidei, & pietati intentionis præjudicare potuisse; ut enim taceam, quod in nomine Dei, unam expressit substantiam Trinitatis; in eo ipso, quod addidit, sanctæ, & veræ Crucis, manifeste commendat Dominicam Passionem*: Ex qua *D. Bernardi* Epistola probari videtur, valuisse Baptismum in nomine Trinitatis, & Crucis. Sed huic dubio respondendum est, quæstionem ad quam S. Bernardus respondit, *in d. epist.* 340. non fuisse, utrùm Baptismus fuerit validus, sine expressione Trium Divinarum Personarum, sed tantum post ipsarum expressionem, si additum sit verbum illud, *Et sanctæ veræ Crucis*, reddat invalidum Baptismum? & sic sunt valdè diversa; utrùm ex oblivione, seu non expressione alicujus personæ Sanctissimæ Trinitatis, Baptismus sit invalidus, & utrum ex additione seu expressione quarti alicujus, ultra ipsas Tres Personas fiat invalidus? nam responsio S. Bernardi est ad secundam, non autem ad primam illarum quæstionum: & hæc solutio patet ex contextura illius Epistolæ, ubi ipse S. Bernardus supponit, expressam fuisse substantiam sanctissimæ Trinitatis; videlicet, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: hoc enim intellexit ipse, *in nomine Dei*, ut etiam explicat *in epist.* 190. vers. *Solum Deum, ubi memoratus sum, non solum personam Patris indicavi, quia Filium, & Spiritum Sanctum, de hac ipsa sola substantia Patris esse non abnegavi*: Ergo supponit Bernardus, ab illo baptizante fuisse expressas illas tres Personas Divinas, cum statim in eadem Epistola verba illa proferat, *Ut enim taceam, quod in nomine Dei, unam expressit substantiam Trinitatis*: ut Trinitas est, sine expressione omnium trium personarum, esse non potest; & sic ipse S. Bernardus notat, in quo versetur propositæ quæstionis difficultas, in illis ejusdem Epistolæ verbis, ibi: *In eo ipso quod addidit, sanctæ, & veræ Crucis, manifeste commendavit Dominicam Passionem*: Ergo de quarta hujus formæ additione locutus fuit Bernardus, non verò de trium personarum oblivione; meritò respondit, validum fuisse Baptismum, quia non addidit ad exprimendum quartum requisitum aliunde, ultra tres Divinas personas, quorum nomine fuerat factum Sacramentum, sed tantum baptizans illa verba addidit ex properante fidei devotione, ad exprimendam nomine sanctæ Crucis virtutem Passionis Christi D. ex qua Baptismus habet causare gratiam, & sic S. Bernardus probat Baptismum illum fuisse validum exemplo Apostolorum, à quibus, ut suprà diximus, aliquos constat fuisse baptizatos, non modò, *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*; verum etiam *in nomini Iesu Christi*, id est ad expressionem Sanctissimæ Trinitatis, addendo simul *in nomine Christi*. Ex qua *S. Bernardi* expositione apertè deducitur, Sanctum illum semper, ut de fide est, sensisse, ad valorem Baptismi fuisse necessariam omnium trium personarum Divinarum expressionem: notat Marsilius *in* 4. *quæst.* 3. *art.* 3. *concl.* 2. Reliqua, quæ de trina immersione ad hunc textum spectant, videre oportet, ex his quæ *infrà* dicemus, *in c. de quibus* 2. *hoc tit. in* 5. *dubio*.

Ad textum in cap. De quibus 2. capit. Licet fin. de Baptismo, & ejus effectu.

SUMMARIUM.

1 *Si probabiliter dubitatur, an quis fuerit baptizatus, potest baptizari sub forma hic relata*: Si es baptizatus, non te baptizo; si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & filii, & Spiritus Sancti, Amen.

2 *Sequendum est in dubio probabili magis certum ad salutem animarum, dimittendum incertum.*
Iteratum non intelligitur, quod ambigitur esse factum.
Certa quæ sunt per rerum naturam, non suspendantur, licet apud nos incerta sint.
Baptisma unum est, non solùm unitate specifica, sed etiam unitate numerica.
Character per Baptismum imprimitur in anima indelebilis.

3 *Expositus si secum trahat schedulam, quod est baptizatus, dum tamen inter Catholicos sit, non est iterum baptizandus.*
Concilium Mediolanense Tertium, titul. de Baptismo infantium expositorum.

4 Cap. parvulos 110. cum cap. placuit 111. de Consecrat. dist. 4.

5 Cap. veniens, fin. de Presbytero non baptizato.

6 *Apostolorum Canon*, cap. 50. cap. si quis Presbyterum 79. cap. multi 82. cap. postquam 78. de Consecr. distinct. 4.

7 *Præceptum Divinum semper firmum, & immutabile est.*
Apostolorum Canones, an sint referendi ad jus Divinum.
Cap. si quis Presbyter 79. cap. multi 82. de Consecr. dist. 4.

8 *Baptismus est in triplici differentia fluminis, flaminis, & sanguinis; & in quo differant.*
Cap. Catechumenum 27. de Consecratione, distinct. 4.

9 *Concilium Nicænum*, cap. 9.

10 *Baptismus factus in solo brachio, pede, aut digito, an sit reiterandus.*

11 *Rebaptizans, & rebaptizatus, quibus pœnis puniantur.*
Cap. qui in qualibet 10. 1. quæst. 1.

12 Cap. qui bis ignoranter 117. in principio, de Consecrat. distin. 4.

CONCLUSIO.

1 *SI probabiliter dubitatur; an quis fuerit baptizatus, poteſt baptizari, ſub forma in præſenti relata*: Si es baptizatus, non te baptizo ſi non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen, *cap. Eccleſia, vel Altaria, de Conſecrat. diſt.* 1. *cap. dedit* 46. *cap. hi qui* 51. *cap. ſi quis* 52. *cap. hanc regulam* 57. *cap. quod quidam* 97. 1. *quæſt.* 1. *cap. ſi nulla* 14. *cap. parvulos* 110. *cap. aliud* 139. *cap. de Arrianis* 19. *cap. cum itaque* 122. *cap. quibus* 117. *cap. eos quos* 118. *cap. ſi eos* 148. *de Conſecrat. diſtinct.* 4. *cap. ſolemnitas* 18. *de Conſecrat. Eccleſiæ, vel Altaris, cap.* 1. *cap.* 2. cum §. *ſequenti*, 68. *diſtinct. cap. dictum* 8. *de Conſecrat. diſtinct.* 5. Trident. *ſeſſ.* 7. *de baptiſmo, Can.* 10. *l.* 1. *& 2. Ne Sanctum Baptiſma iteretur; l.* 5. 6. *&* 58. *de hæreticis, in C. Theodoſiano*: argumento text. *in cap.* 1. *& per totum, de Sacramentis non iterandis: cap. fin. de Preſbytero non baptizato; cap. unico, de Clerico per ſaltum promoto, cap. ſolemnitates* 16. *de Conſecration. diſtinct.* 1. Exornant Divus Thom. 3. *part. q.* 66. *art.* 9. *ad* 4. Alphonſ. de Caſtro *lib.* 3. *adverſus hæreſes*, verbo, *Baptiſmus, in* 6. *hæreſi*, Bernardus Diaz *in praxi, cap.* 18. Covarr. *in Clement. ſi furioſus, in initio* 1. *part. n.* 8. Vibaldus *in Candelabro aureo, tit. de Baptiſmo, n.* 35. Sebaſtian. Medices *in ſumma omnium hæreſum*, verbo, *Baptiſmus, in* 6. *hæreſi*, Victoria, *de Sacramentis, tit. de Baptiſmo, n.* 36. Valentia *to.* 4. *diſp.* 4. *q.* 1. *punct.* 4. Bellarminus *lib.* 1. *de Baptiſmo, c.* 6. Vazquez *in ſumma, lib.* 5. *c.* 1. *& lib.* 3. *c.* 34. §. 1. Granados *tom.* 5. *tract.* 3. *diſp.* 3. *cum ſeqq.* Bonacina *de Baptiſmo, diſp.* 2. *q.* 1. *punct.* 1. Ochagavia *in tract. de Baptiſmo, q.* 11. *n.* 8. Vazquez *diſp.* 146. *c.* 4. *n.* 26. Paulus Layman. *tract.* 2. *de Baptiſmo, c.* 4. *n.* 3. Villalobos *in ſum.* 1. *part de Baptiſmo, diffic.* 7. cum traditis à Cened. *in Collectan. ad Decretum, collectan.* 63. Barboſa *in collectaneis ad textum noſtrum, & ad Decretum*, in juribus *ſuprà* adductis.

2 Ratio, quare in re dubia Baptiſmi, quis baptizandus erit, ea eſt, quia in omni dubio probabili, ubi agitur de ſalute animarum magis certum tenendum eſt, & dimittendum incertum, ut docet Divus Auguſtinus *in cap. ſi quis, in fin. de pœnitentia, diſtinctione* 7. & in hoc caſu non iteratur Baptiſmus; ſi quidem præmiſſa proteſtatione baptizantis, non intendit baptizare, ſi antea eſſet baptizatus, nec in eo caſu reiteratur Baptiſmus; ſiquidem non intelligitur iteratum, quod ambigitur eſſe factum, *cap. fin. de Presbytero non baptizato; capit. unico, de Clerico per ſaltum promoto, cap. ſolemnitas* 16. *de Conſecratione, diſtinct.* 1. nec conditio illa in forma ſuprà relata ſuſpendit actum, vel ejus valorem, *l. inſtitutio* 10. §. 1. *ff. de conditionibus inſtitutionum*, nam ſi baptizatus eſt, denuo non conferetur: ſi verò non eſt baptizatus, tunc valere incipit Baptiſmus, quia ea, quæ per rerum naturam certa ſunt, non ſuſpenduntur, licet apud nos incerta ſint; *l. cum ad præſens* 37. cum *ſeqq. ff. de rebus credit. l. eas cauſas* 80. *ff. de conditionib. & demonſtrationib.* & quamvis Pontifex *in præſenti*, tantum loquatur in eo dubio; nempè, quando dubium eſt in re ipſa, utrum quis baptizatus fuerit; non verò, ſi non ritè ex defectu formæ baptizatus; tamen eadem eſt ratio repetendi in utroque dubio, ſub conditione & forma à Pontifice *in præſenti* tradita, quæ ad utrumque caſum ſine periculo adaptatur, *dict. cap. fin. de Presbytero non baptizato*; nam paria ſunt, quid non fieri, vel non rectè fieri: *cap. inter corporalia, de tranſlatione Epiſcopi: leg. quoties* 6. *ff. qui ſatisdare cogantur. l. non putavit* 8. § *non quævis, ff. de bonorum poſſeſſione contra tabulas.*

Ratio verò, quare ſi non eſt dubium, Baptiſmus reiterari non poteſt, multiplex eſt. Prima, quia Baptiſma unum eſt, Apoſtolus *ad Epheſios* 4. *cap. hanc regulam* 57. 1. *quæſt.* 1. *capit. is qui* 51, *eadem cauſa, & q. cap. quamvis* 29. *de Conſecrat. diſt.* 4. & ita ab uno, eodemque ſubjecto accipi non poteſt. Secunda eſt nam baptiſmus (ut ait Ambroſius *lib.* 1. *de pœnitentia, cap.* 1.) eſt Sacramentum illuminationis, & impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati per Baptiſmum, in quo lumen fidei infunditur, rurſus renovari ad pœnitentiam. Idem Apoſtolus *ad Hebræos, cap.* 6. id eſt, poſt lapſum pœnitentes per alterum Baptiſmum denuò revocari; ita Bellarminus *lib.* 1. *de pœnitentia, cap.* 13. & conſtat ex Concilio Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 1. & ita intelligit Gloſſ. *in cap. ſic enim* 9. 28. *q.* 1. Tertia eſt, quia Baptiſmus eſt quædam ſpiritualis generatio, ſeu nativitas; *Catechiſmus Romanus, de Baptiſm p.* 2. *cap.* 6. §. 3. *c. dubium* 4. *hoc tit. cap. ſi nulla* 113. *de Conſecrat. diſt.* 4. & ſicut homo non poteſt uterum matris ſuæ repetere, nec renaſci corporaliter, ita nec Baptiſmus repeti poteſt, ut conſiderat Leo Pontifex *in cap. cum itaque* 112. *de Conſecrat. diſt.* 4. D. Auguſtinus *tractat. in Ioannem, cap.* 3. Quarta ratio eſt, quia Baptiſmus repræſentat mortem, ſepulturam, & Reſurrectionem Chriſti Domini, *Paulus ad Romanos, cap.* 6. *cap. ſi quis Presbyter* 79. *de Conſecrat. diſtinct.* 4. *cap. multi* 82. *eadem diſtinct.* quare, ſicut Chriſtus ſemel tantum mortuus, & ſepultus eſt, & reſurrexit; ita & nobis ſemel tantum per Sacramentum Baptiſmi, peccatis mori, & ſpiritualiter reſurgere conceſſum eſt: *cap. propriæ* 13. *de Conſecrat. diſt.* 4. *cap. de trina* 80. *eadem diſtinct.* Quare qui ſcienter rebaptizati ſunt, damnantur, & puniuntur, quia quaſi iterum Chriſtum quodammodo crucifixerunt, *c. qui his* 117. *de Conſecrat. diſtinct.* 5. Quinta ratio eſt, quia per Baptiſmum imprimitur character in anima indelebilis, ſicut per Confirmationem, & Ordinationem, Trid. *ſeſſ.* 7. *de Sacrament. in genere, Can.* 9. *cap.* 1. *de Sacramentis non iterandis*, quo conſignamur Chriſto, ut ei, & Eccleſiæ deſerviamus: ergo ſicut character indelebilis repeti non poteſt, ita nec Baptiſmus; docet D. Aug. *lib.* 1. *de Baptiſm. c.* 2. Aliàſque rationes conſiderat D. Th. *d. q.* 66. *art.* 9. Granad. *ubi ſup. tract.* 1. *diſp.* 8. Covar. *locis ſuprà citatis.*

Primò, adverſus ea, quæ *in præſenti* notant omnes videlicèt, ad reiterationem Baptiſmi; non ſufficit quodlibet dubium, vel timor aut leviſſima ſuſpicio, aut ſcrupulus, ut reiteretur Baptiſmus, ſed debet eſſe quid certum, verum, & proprium, quod ex conjecturis, & indiciis hinc inde ſuadentibus elicitur, ita ut in neutram partem mens, ſeu intellectus quieſcat, & convincatur; unde evenit, quod ſi infanti expoſito ſit adjecta ſchedula, quæ de Baptiſmo teſtificetur, licet in ea nomen alicujus non ſit ſcriptum, ſi in orthodoxorum, & Catholicorum terris exponatur, tunc nec ſub conditione baptizandus erit; quia in his terris creduntur filii Chriſtianorum, parentéſque illos baptizaſſe, *cap. parvulos* 110. *cum tribus ſequentibus, de conſecratione diſtinct.* 4 *& in* 6. *Synodo, cap.* 82. Obſtabit Concilium Mediolanenſe 3. *tit. de Baptiſmo infantium expoſitorum*, ubi Sanctus Carolus hæc verba protulit: Infans expoſitus, licet apenſum in collo ſcriptum habeat, quod illum baptizatum eſſe ſignificet; ſi tamen re diligenter perquiſita, adhuc dubium ſit an baptizatus ſit, ſub conditione baptizetur. Sed huic dubio reſpondendum eſt, diſcrimen verſari inter eum caſum, quando infans expoſitus reperitur inter infideles, vel Iudæos, qui Baptiſmum Chriſtianorum maximè execrantur; nam etiam ſi afferant teſtimonium, ſchedulam, vel chartam, aſſeverantem eos eſſe baptizatos; tunc ſaltem ſub conditione baptizandi erunt, eo quod tale teſtimonium, maxima ſuſpicione laborat incertitudinis Baptiſmi, vel contemptus, nempe, quod vel non præſtitus ſit, vel non verè, aut valide, nec Catholico ritu; & ita obtinet illud Concilium Mediolanenſe Tertium, *tit. de Baptiſmo, & infantium expoſitorum*, notat Ochagavia *tract. de Baptiſmo quæſt.* 11. *num.* 8. & inter eum caſum, quo infans expoſitus eſt inter fideles, adjecta ſchedula, quæ de Baptiſmo teſtificetur; nam tunc minimè, ſub conditione, rebaptizandus erit, eo quòd moraliter certum cenſetur, parentes illius voluiſſe per talem ſchedulam iterationem baptiſmi evitare, & ita obtinet *dicta ſexta, Synodus,*

ſynodus, c. 81. text. *in dict. cap. parvulus*, cum ſimilibus *ſupra* adductis; notat Vaſquez *alicta diſputat.* 146. *capit.* 4. *num.* 26. Paulus Laymann. *tract.* 2. *de Baptiſmo, c.* 4. *n.* 5.

4 Secundò, advertus id, quod *in præſenti* etiam notant Doctores omnes, & refert text. *in dicto capite parvulos* 110. cum *ſequentibus, de Conſecrat. diſtinct.* 4. videlicèt, unius teſtis depoſitionem ſufficere ad hoc, quod non reiteretur Baptiſmus: Obſtabit text. *in cap. placuit* 111. *de Conſec. diſt.* 4. ubi ex Conc. Carthagin. docemur, infantes, de quorũ Baptiſmo dubitatur Baptizandos eſſe, quoties non inveniantur certiſſimi teſtes, qui eos baptizatos eſſe, ſine dubitatione deponant. In cujus text. difficultate, Iacobus de Graſſis *tractat. de arbitrariis Confeſſorum, lib.* 1. *cap.* 2. *numero* 17. aſſerit, textum illum eſſe intelligendum in caſu, quo ageretur de præjudicio Tertii, nempè ſi legatum alicui ſit relictum ſub conditione, ſi baptizatus eſſet, quaſi tunc non ſufficiat perhibere teſtimonium de Baptiſmo per unum teſtem, ſed per duos, aut tres, in quorum ore, ſecundum Apoſtolicam doctrinam, ſtat omne verbum; at verò quoad materiam reiterationis Baptiſmi, ſufficere unum teſtem: quam interpretationem etiam ſequitur *Gloſſ.* verbo, *Teſtentur in dicto capite placuit* 111. *de Conſecr. diſtin.* 4. Sed hæc interpretatio ex eo convincitur; quia text. ille præcipuè reſpexiſſe videtur ad moralem ſuſpicionem, & forum animæ, non ad judicialem, ut conſtat ex *eodem text.* verſic. *Ne iſta trepidatio eos faciat Sacramentorum purgatione privari.* Quare Suarez *dict. quæſt.* 66. *artic.* 9. *ſect.* 2. exiſtimat in *eo text.* poſitum fuiſſe plurale, pro ſingulari, ut in *dicto capite parvulos* 110. *de Conſecrat. diſtinct.* 4. vel aliter aſſerit, textum illum eſſe intelligendum, ut ſic plures teſtes requirantur, quando non ſunt aliæ conjecturæ, quæ, vel per ſe ſolummodo, vel cum uno teſte conjunctæ ſufficiant, ad moralem Baptiſmi certitudinem generandum; ita ut ſenſus illorum verborum ſit, eum infantem baptizandum eſſe, cujus licet multi teſtes examinentur, nullus tamen certiſſimus invenitur, qui certò teſtificetur de Baptiſmo. Quam interpretationem ſequuntur Vaſquez, Granados, Ochagavia *locis ſupra citatis*: vel aliter dici poteſt, *in dict. cap. placuit* 111. plures teſtes deſiderari, ut non reiteretur Baptiſmus, hoc eſt reſpectu plurium baptizandorum, referendo ſingula ſingulis, ita ut in unoquoque non plures, ſed unus teſtis ſufficiat; quod ex eadem deciſione, & ex antecedenti colligi poterit.

5 Tertiò, prædictis obſtabit text. *in capite veniens, finali, de Presbytero non baptizato*; *dict. cap. parvulos, de Conſecr. diſt.* 4. ubi in dubio quis præſumitur baptizatus: ergo in eo dubio quis non debet baptizari. Sed huic difficultati reſpondendum eſt, text. noſtrum eſſe intelligendum, quando dubium eſt vehemens, ut quia natus eſt in captivitate Sarracenorum, vel in alia ſimili vehementi præſumptione, vel ex defectu formæ ut ſuprà reſolutum eſt; at verò text. *in dicto capit. veniens, fin.* loquitur, quando quis de parentibus fidelibus inter fideles natus eſt, quia tunc, ſi non extat aliud dubium vehemens, præſumitur baptizatus, & hæc præſumptio pro certitudine habetur, donec evidentiſſimis argumentis contrarium oſtendatur; notat Hoſtienſis *in ſumma, rubrica, de presbytero non baptizato: num.* 2. Zabarella *in præſenti, numero* 2. Nec obſtabit, ſi inſtes, quod nulla dubitatio poteſt exiſtere, an ſit baptizatus, nec ne, cum exiſtimat forma expreſſa, *in dicto capite* 1. *hoc titul.* quæ ſi ſervata non eſt, dubium non eſt, ſed certum, quod non ſit baptizatus; & è contra. In qua difficultate Innocentius *in præſenti* paucis verbis aſſerit, quod *text. noſter* loquitur de dubio facti; nam de jure non poteſt eſſe dubium. Sed hæc interpretatio diſplicet Hoſtienſi *ubi ſupra*, dum aſſerit, quod poteſt eſſe dubium, de jure, & de facto; de facto veluti, quando puer exponitur, nec in eo inveniuntur aliqua ſigna baptiſmi, *dict. cap.* 2. & 3. *de presbytero non baptizato*; de jure etiam poteſt eſſe veluti, cùm dubitatur, an fuerit ſervata forma, vel nõ; & in omni dubio probabili, ſervanda eſt Divi Auguſtini ſententia relata *in capite ſi quis autem* §. *Item, in fine, de pœnitentia, diſt.* 7. dicentis: *Tene certum, & dimitte incertum.* Undè, quando dubitatur circa hoc, debet baptizari ſub conditione, & forma, in præſenti expreſſa, quæ proprie (ut ſupra diximus) conditio non eſt, notat Hoſtienſis *in præſenti, num.* 5. Cardinalis *nu.* 2. *apud finem.*

Quartò, adverſus ea, quæ ſuprà in decidendi ratione retulimus; videlicet, Baptiſmum reiterari non poſſe, & inter alias rationes, quas *ibidem* recenſuimus, illa eſt præcipua, quia unum eſt Baptiſma, *capite ſi quis, capite hanc regulam*, 1. *quæſt.* 1. *capite oſtenditur, de pœnitentia, diſt.* 4 *l.* 1. & 2. *Cod. ne ſanctum baptiſma reiteretur.* Meritò licet Baptiſmus fiat ſub præſcripta verborum forma, per immerſionem, infuſionem, vel aſperſionem, ex cauſis traditis à Divo Thoma 3. *part. quæſtione* 66. *artic.* 5. tamen illa rituum diverſitas, nullam conſtituit diverſitatem eſſentialem, aut ſpeciem baptiſmi; liquidem tantum eſt accidentalis ceremonia, & unum tantum Baptiſma, unitate ſpecifica, ut de fide eſt; & conſtat ex juribus, & rationibus *ſuprà* adductis: Obſtabit Canon Apoſtolorum, *capite* 5. relatum, *in capite ſi quis præbyterorum* 79. *capite multi* 82. *de Conſecratione, diſtinct.* 4. ubi generale olim in Eccleſia fuit præceptum baptizandi, non ſolum in una, ſed in trina immerſione, quod ex conſuetudine obſervandum eſſe aſſerit D. Auguſtinus, *in capite poſtquam* 78. *de Conſecratione, diſtinct.* 4. propter rationes *ibidem* traditas. Sed huic dubio reſpondendum eſt, unitati baptiſmatis non repugnare, quod baptizandus ter mergatur in aqua; ut conſiderat Divus Hieronymus, *ad Epheſios, lib.* 2. *capite* 4. relatus *in capite eodem modo* 81. *de Conſecrat. diſtinct.* 4. ibi: *Quia licèt ter baptizemur propter myſterium Trinitatis, unum tamen Baptiſma reputatur*; & ideò damnandus non eſt communis hodiernus uſus baptizandi unica immerſione, cùm, & trina, & unica, potuit fieri baptiſmus, ob temporum, & rationum diverſitatem; ut conſiderat Divus Gregorius, *in capite doctrina* 80. *de Conſecrat. diſtinct.* 4. & licet *in dicto capite ſi quis presbyter* 79. & *capite multi* 82. *de Conſecratione, diſtinct.* 4. dicatur, trinam immerſionem fuiſſe de præcepto, & ſic unicam prohibitam; id tamen fuit factum, ut reprobaretur error Eunomii, & aliorum hæreticorum, qui pervertentes ſanctum baptiſma aſſerebant, baptizandum, tantum ſemel eſſe mergendum in aquis, invocata ſolummodo Chriſti morte; ut contextura ipſius Canonis Apoſtolorum demonſtrat, ibi: *Quod dari à quibuſdam videtur in morte Domini*: non enim dixit Dominus, *in morte mea baptizate*: ſed *euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Quare in Concilio Toletano celebrato ſub Honorio, anno Chriſti 633. relato *in capite propter* 85. *de Conſecratione diſtinct.* 4. propter vitãdum ſchiſmatis ſcandalum, vel hæretici dogmatis uſum, ſimplam, id eſt unicam tenendam eſſe baptiſmi immerſionem definitum eſt: nam tunc in Hiſpania, quidam hæretici baptizabant trina immerſione, ut profiterentur, & docerent, non unam ſubſtantiam, ſed trinam in divinis eſſe perſonis, quod Arriani affirmabant; notat Strabo *de rebus Eccleſiaſticis*, *capite* 26. manet itaque compertum, trinam, vel unam merſionem ſufficere ad baptiſma, quod unum ſemper eſt, & in unaquaque Provincia, ſervandam eſſe Canonicam conſtitutionem illic vigentem, conſuetudine legitima introductam; Valencia, *tom.* 4. *diſput.* 4. *punct.* 2. verſ. *Poſſunt tamen*, Div. Thomas 3. *part. quæſt.* 66. *art.* 7. Vaſq. *diſputat.* 143. *cap.* 1. Enriquez *lib.* 1. *de baptiſmo. cap* 7. §. 4.

6

Quintò, prædictis obſtabit dicere quod Apoſtolicum præceptum de trina immerſione, Canon. 50. de quo *in dicto capite ſi quis presbyter* 79. *de Conſecrat. diſtinct.* 4. non potuit mutari per dictum Concilium

7

Toletanum, nec aliam Canonicam constitutionem; siquidem divinum jus est, & Evangelicum; ut refert Pelagius Pontifex, *in dict. cap. multi* 82. *de Consecr. dist.* 4. ubi approbans trinam immersionem, verba illa profert *Evangelicum verò præceptum, ipso Deo, & Domino Salvatore nostro*, juncto versiculo: *Trina etiam mersione sanctum baptisma unicuique tribuere; dicente Domino, &c.* Nam divinum præceptum semper firmum, & immutabile est, & nulli legi humanæ, vel consuetudini subjectum, *cap. sunt quidam*, 25. *quæst.* 1. *cap. fin. de consuetudine.* Pro cujus vera interpretatione, adnotandum est, valde inter Doctores controversum esse, an omnes Apostolorum Canones sint authentici, & referendi ad jus divinum, potius quàm ad Canonicum; ut notat Franciscus Turrianus, *pro defensione Canonum Apostolorum, lib.* 1. *c.* 20. & 22. Covarr. *lib.* 4. *var. cap.* 17. *n.* 6. Acunna latè, & Barbosa, *ad Decretum, in cap.* 1. *& sequentibus* 19. *distinct.* Ex quorum sententia dicendum est, priores Canones Apostolorum, usque ad quinquagesimum, authenticos esse, in hoc sensu, ut vim legis humanæ, & pontificiæ habeant, in quo sensu accipiuntur ab Ecclesia, *in c. placuit* 4. *c. quamvis*, 16. *dist.* Baron. 2. *tom. anno Christi* 102.

Ex quibus sic prænotatis breviter, jam facilis erit interpretatio ad text. *in dict. cap. multi* 82. *de Consecr. distin.* 4. nam verba illa Pelagii Pontificis, non significant trinam illam immersionem fuisse de præcepto Evangelico, sed tantum, quod baptizandus in nomine trium personarum explicitè expressarum baptizetur, ad quod significandum trina immersione usa fuit Ecclesia multis temporibus, partim sub præcepto, ut errores hæreticorum confutaret, partim absque præcepto; ut constat ex *juribus suprà adductis*, & ex Alexandro III. *in cap.* 1. *hoc tit.* Sed cùm hæc constitutio trinæ immersionis fuisset Ecclesiastica, ex rationibus *suprà* adductis, rectè potuit aliqua nova constitutione (ut in dicto Concilio Toletano) vel consuetudine contraria, pro temporum, & rationum diversitate mutari.

Nec huic solutioni obstant verba illius text. *Evangelicum verò præceptum ipso Deo, &c.* Quia non debent adaptari ad trinam immersionem, quæ trina immersio non ita expressa est in præcepto Domini sed tantum in suo simili; scilicet in hoc, quod Christus præcepit baptizare in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, quæ forma est de substantia; usus tamen, seu modus ablutionis, non est de substantia, licet unus sit congruentior alio, sicut dictum est de trina immersione. Quam solutionem refert Divus Thomas 3. *part. quæst.* 66. *artic.* 8. *ad secundum*: Granados 5. *tom. controversia* 4. *num.* 3. Vazquez, *disputation.* 145. *num.* 1. Enriquez *lib.* 2. *de baptismo, cap.* 7. *paragrapho* 4. Turrecremata, *in dict. cap. multi, de Consecrat. distinct.* 4.

8 Sextò, adversus illam Baptismi unitatem, cum Apostolo, & juribus *suprà* adductis, constitutam, obstabit illa sanctorum Patrum, & Theologorum assertio, communiterque à Sacris Canonibus recepta: scilicet, Baptismum esse in triplici differentia, nempe fluminis, flaminis, & sanguinis; ut refert Divus Augustinus, *in cap. baptismi* 34. *cap. Catechumenum* 37. *de consecratione, distinct.* 4. Gloss. *verbo, Necessarium, in cap.* 1. *eadem distinct.* 4. Gloss. *in cap. Apostolicum, de presbytero non baptizato*; Angelicus Doctor, *dict.* 3. *part. quæst.* 66. *art.* 1. Ochagavia, *tractat. unico de Baptismo, quæst.* 1. *num.* 2. ubi Baptismus *Aquæ* appellatur à sua natura *fluminis*, Baptismus *Flaminis* vocatur motus cordis, seu contritionis à causa, nam flamine Spiritus Sancti inspiratur baptismus, Baptismum verò *Sanguinis* nominant, ab effectu effusionis & martyrii. Tum etiam quia non per solam susceptionem baptismi aquæ, quis consequitur salutem, sed etiam per illa duo baptismata, nam per baptismum flaminis adultis, usum rationis habentibus, cum voto baptismi aquæ quo movetur cor eorum ad credendum, & diligendum Deum, & pœnitendum de peccatis, si decesserit ante lavacrum baptismi gratia confertur; *Actuum Apostolorum, cap.* 1. ibi: *Vos autem baptizabimini in Spiritu Sancto, & igne*: Tridentin. *sessione* 6. *cap.* 4. *& sessione* 14. *cap.* 2. & 4. ibi: *Etiam flaminis baptismus gratiam confert Catechumeno*; Ezechielis *cap.* 18. *Actuum Apostolorum, dict. cap.* 10. ubi legimus Cornelium fuisse justificatum antequam baptizaretur; ut explicat Divus Augustinus, *in cap. non dubito* 149. cum *duobus sequentibus, de Consecrat. distinct.* 4. *cap. firmissimè*, 15. *quæst.* 1. *cap. debitum* 4. *de baptismo.*

Nec huic sententiæ obstat text. *in cap. Catechumenum* 37. *de Consecratione, distinct.* 4. ubi baptismus flaminis Catechumeno non prodest. Quia *text.* ille est intelligendus de Catechumeno audiente, de quo fit mentio, *in cap. audite*, 34. *distinct.* qui nondum erat competens, quia nondum baptismum peteret: aut in voto haberet, qui minimè salvaretur, si decederet absque baptismo aquæ; notat Turrecremata *ibidem.* Et quod baptismus sanguinis extet in sacra scriptura, constat ex *Marco, cap.* 10. ibi: *Potestis bibere Calicem quem ego bibiturus sum, & baptismo, quo ego baptizor, baptizari?* Lucæ 12. ubi, *Baptismo habeo baptizari*, id est *sanguine meo*: & certum est hujusmodi baptismum justificare suscipientem, *cap. baptismo* 34. *cap. Catechumenum* 37. *de Consecr. distin.* 4. & conferre primam gratiam ex promissione Christi, *Matthæi c.* 10. ibi: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est. Ioannis c.* 14. tollit ergo martyrium omnem culpam, & pœnam docet Aug. *lib.* 13. *ae Civitate Dei, c.* 7. Idem *in c. cum Marthæ, de celebrat. Missarum.* Quæ omnia, cum ita vera sint, dicendum videtur plures esse baptismi species, non unam, ut *supra* in decidendi ratione retulimus, dum asseruimus baptismum non posse iterari, quia unus est, ex Apostoli sententia, *ad Ephes.* 4.

Sed huic dubio respondendum est flaminis, & sanguinis baptismata, non propriè, & simpliciter esse baptismata; sed ideo ita appellari, quia vicem Sacramenti baptismi obtinent, & supplent, quando illud re vera ex defectu aquæ susci pi non potest, *cap. baptismi vicem, de consecrat. distinct.* 4. siquidem desiderium baptismi, ubi non est aquæ copia, pro ejus facto reputatur; tradit Sotus *in* 4. *distinct.* 3. *quæst. unica, art.* 11. Valentia, *disput.* 4. *quæst.* 3. *puncto* 4. Bellarminus *lib.* 1. *de baptismo, cap.* 6. Granados 5. *tom. tract.* 3. *disputat.* 3. Ochagavia *ubi suprà, quæst.* 17. Bonacina *disputat.* 2. *de baptismo, quæst.* 1. *puncto* 1. *num.* 14. Unde ex dictis apparet quatuor esse differentias inter illa duo baptismata, & nostrum baptismum fluminis, seu aquæ; Prima est, quòd illa duo baptismata non habent essentiam Sacramenti; siquidem in martyrio, non est illa verborum forma; in contritione autem, nec forma verborum, nec signum sensibile externum, ut in baptismo aquæ, datur. Secunda est, quod non imprimunt characterem, ut Sacramentum baptismi aquæ, Trident. *sess.* 7. *de Sacramentis, Canon.* 9. Tertia est, quod nec martyrium, nec contritio sunt Ianua Sacramentorum, ut baptismus aquæ, Trident. *sess.* 14. *cap.* 5. Nec excludunt necessitatem baptismi aquæ si haberi possit, *d. c. Catechumenũ* 37. *de consec. dist.* 4 *c. fin. de presbytero non baptizato, cap. debitum. hoc tit.* Quarta est, quod Contritio, quæ *flaminis* Baptismus nuncupatur, potest iterari, etiam ante susceptionem sacræ aquæ, non verò fluminis.

Septimò, obstabit Concilium Nicænum primum, 9
Canon. 19. ubi statutum est, quod si quis confugerit ad Ecclesiam Catholicam, de Paulianistis, & Cataphrygiis, rebaptizandus omnino est; ergo baptizati ab hæreticis, debent rebaptizari. Sed huic dubio respondendum est, idcò prædictos, si ad Ecclesiam Catholicam confugiant, verè baptizandos esse, quia Paulianistæ & Cataphrygæ non baptizabant in nomine Trinitatis, quia illi Christum Deum non credunt; existimantes

existimantes ipsum esse puram hominem: Tales enim si ad Ecclesiam Catholicam veniant, baptizandi sunt siquidem primum baptisma non fuit validum, ut latè refert Angelicus Doctor, *dict. 3. part. quæst. 66. art. 9.* ubi plura argumenta refert, quæ adduci possunt adversus nostri text. decisionem.

10 Octavò, adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes, videlicet, quod quando dubium juris in baptismo existit, veluti quando infans baptizatur in solo brachio, pede, aut digito, vel quando est baptizatus in *nomine Genitoris, Geniti, & procedentis ab utroque*, vel non servata legitima forma, aut materia, vel in alio simili juris dubio, in quo contrariæ sunt Doctorum sententiæ, nonnulli asserunt, sub conditione iterum esse baptizandum; alii verò negant, nec dubitant de valore illius baptismi: Obstabit sequens consideratio; scilicet, quòd quando quis cognoscit baptismum susceptum positum esse in opinionum varietate, non tenetur novum suscipere, quia homo ex illa Doctorum contrarietate satisfacit suæ conscientiæ sequendo opinionem probabilem, nec tenetur sequi probabiliorem, & sic nec iterum tenetur suscipere baptismum; notat Vazquez, *disp. 148. c. 4. n. 28.* Ergo nunquam potest dari casus in dubio juris: contra id quod nuper retulimus.

Sed huic difficultati satisfaciemus si quod verius est, ut tradunt Ægidius *de Sacramentis, quæst. 66. art. 5. num. 104.* Ochagavia, *dict. quæst. 11. num. 11.* dum asserunt dubitantem de valore baptismi susceptri, teneri ex charitate, & misericordia sui, iterum sibi sub conditione conferri procurare, & collatum recipere; hoc est saltem in articulo mortis; nam licet operans in aliis rebus suæ satisfaciat conscientiæ sequendo opinionem probabilem; tamen in re tanti momenti, qualis est baptismus, & tantis periculis exposita, tenetur sequi probabiliorem; quia in lege charitatis, debet vitare probabile periculum æternæ damnationis, quale imminet decedenti sine Baptismo, *cap. placuit 111. de Consec. distin. 4.* argumento textus *in cap. fin. de presbytero non baptizato*, quo in casu, sub conditione supra adducta baptisma collatum, non tàm repeti dicitur, quàm noviter conferri, *dict. cap. fin. de presbytero non baptizato*; nam licet *text. noster*, tantum loquatur in dubio facti, tamen secundum communem Doctorum sententiam, etiam debet intelligi in dubio juris. Siquidem in dubio legitimo, ut *suprà* diximus, nullum periculum est conferendo baptismum, sub illa conditione; notat Abbas *in præsenti, num. 3.* Valentia, *dict. disputat. 4. quæst. 1. puncto 4.* Attamen, quando dubitatio de baptismo, nulla probabili ratione, aut Doctorum sententia nititur, cavendum est à reiteratione, etiam sub conditione, veluti cum dubium excitatur ex eo, quod sanctificata non fuit aqua, *cap. si non sanctificatur 72. de consecratione distinct. 4.* vel ex defectu latinitatis ministri, ut si dixerit *in nomine Patria, & Filia, & Spiritus Sancta*: *cap. retulerunt 83. de Consecrat. dist. 4.* vel si fuisset hæreticus, dum tamen in forma Ecclesiæ, & cum intentione baptizaret; *cap. sivè hæreticus 51. de consecratione, distinct. 4. cap. is qui 51. & 97. quæst. 1. capit. si quem 40. 24. q. 1.* Ochagavia, *dict. quæst. 11. num. 11.* Nec his obstat textus *in capit. si quis per ignorantiam 59. 1. quæstion. 1.* de cujus intellectu postea agemus *in cap. debitum 4. hoc titulo.*

11 Nonò, adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes, videlicet pœnas statutas esse, tam adversus rebaptizatos, quàm adversus rebaptizantes, etiam sub conditione, si debita, & necessaria inquisitio non fuerit facta, cùm gravissimum sacrilegii crimen committant; *Apostolorum Can. 46. cap. qui bis 117.* cum *sequentibus, de Consecratione, distinctione 4.* propter injuriam, & irreverentiam, quæ fit Sacramento: *capit. Sacramenta 34. cap. quod quidam 97. 1. quæst. 1. cap. ostenditur 32. de Consecratione, distinctione 4.* Catechismus Romanus Pii V. *de Baptismo, cap. 2. §. 43.* Ratio est, quia tunc, qui Christiani nomen retinent, malè de baptismo, quod fidei Sacramentum est, sentire præsumuntur, *c. fin. de presbytero non baptizato*: quod sanè crimen ex legibus pœna mortis plectitur, *leg. 2. C. ne Sacramentum baptismi itereetur l. 6. de hæreticis, in C. Theodosiano*, jure autem Pontificio rebaptizans ita punitur ut Episcopus, vel alius presbyter sit deponatur, *cap. eos 118. de consecratione distinct. 4. cap. fin. de baptismo*; ubi etiam excommunicatur, & omni officio, & beneficio privatur, *cap. 2. de Apostatis*: rebaptizato autem, si laicus est, nunquam permittitur ad Clericatus gradum ascendere; *cap. confirmandum 65. in fine, 50. distinctiones cap. qui in qualibet 10. 1. quæst. 7.* si verò Clericus est, deponitur; & ad superiores Ordines nequit ascendere, *cap. fin. 51. distinctione dict. cap eos 118. de Consecratione. distinct. 4. leg. 1. in Cod. Theodosiano, nec Sacramentum baptismi itereetur; leg. 9. tit. 4. partit. 1.* sed in hac, pœna irregularitatis tantum multantur hi, qui culpabiliter rebaptizant; & rebaptizantur; alii verò, velut parentes compatres, & cæteri simpliciter cooperantes ad baptismum, non incurrunt hanc pœnam, juxta text. *in cap. 2. de Apostatis, & reiterantibus baptisma*: ubi tantum pœna illa imponitur Acolytho publicè ex officio ministrante: & constat expressè ex *ejus integra*: Ergo pœna illa irregularitatis non debet extendi ad alios: argumento text. *in cap. hodie, de regulis juris, lib. 6.* notat Suarez, *de Sacramentis, disputatione 32. sectione 6.* Undè infertur, quod si infans ante usum rationis rebaptizatur, non fit irregularis, quia culpa caret, quæ ad hujusmodi pœnam incurrendam necessaria est: *dict. cap. fin. 50. distinctione, cap. qui bis 117. de consecratione distinctione 4. cap. placuit*, cum *sequentibus*, 1. *quæst. 4.* obstabit textus *in cap. qui in qualibet 10. 1. quæst. 7.* ubi Summus Pontifex docet, ei, qui in qualibet ætate rebaptizatus est, ad Ecclesiasticam militiam, vel Clericatus gradum, non esse permittendum ascendere. In cujus *textus* difficultate, omissis variis solutionibus traditis à Doctoribus, & Turrecremata *in dict. cap. placuit*, 1. *quæst. 4.* verissimè, & brevissimè dicendum est, verba illa, *in dict. capit. qui in qualibet ætate*, intelligenda esse de adulta, atque discreta ætate, in qua homo ratione uti potest, non verò de infantili, & ab usu rationis aliena: ut sentit Majolus, *de irregularitate, lib. 5. cap. 48. in principio*, Suarez *ubi suprà.*

Decimò, adversus ea, quæ nuper diximus, nempe: 12 culpam necessariam esse ad incurrendam irregularitatem, & sic ignorantiam excusare rebaptizatum, ac proinde pœnitere non teneri: obstabit text. difficilis *in cap. qui bis ignoranter 117. in principio, de consecratione, distinctione 4.* ubi qui bis ignoranter baptizati sunt, non indigent pro eo pœnitere, nisi quod secundum Canones ordinari non possunt: ex cujus decisione constat rebaptizatum, aut rebaptizantes, ex justa ignorantia, irregularitatem incurrere, ac proinde ordinari non posse. In cujus *text.* difficultate, ut nonnulli Doctores ab ea se liberent, asserunt text. illum carere authoritate Canonica, cùm non sit alicujus Romani Pontificis; nec Concilii generalis, quod haberet auctoritatem legis condendæ: sed cujusdam Theodori Archiepiscopi Cantuariensis *in suo opere pœnitentiali*, qui non potuit introducere aliquam irregularitatem, ubi à Jure imposita non erat, etiam in casu, quo quis rationem haberet, dummodo in reiteratione baptismi ignarus existeret: notat Suarez, *dict. disputation. 31. sectione 6.* Bonacina *de censuris, tract. 7. disputat. 7. quæst. 5 puncto 3. num. 3.* quos omnes refert, & sequitur Barbosa, *in Collectaneis ad text. in dict. cap. quivis 117. de Consecratione distinct. 4.* Bernardus *in praxi, cap. 25. littera C.* Alii verò asserunt, textum illum esse intelligendum de eo, qui culpabili, supina, & crassa ignorantia rebaptizatus est: undè text. ille rectè affirmat, non esse cum ad Ordines promovendum. Nec huic so-

lutioni obstant priora *illius text.* verba, ibi: *Non indiget pro eo pœnitere*, quia intelligenda sunt, de publica pœnitentia, id est, non erit afficiendus illa pœna, qua afficeretur is qui scienter rebaptizatus esset; notat Covarruvias *in Clementina, si furiosus, de homicidio, in principio, numer.* 8. Erit tamen magnopere animadvertendum, quod licet de iure rebaptizatus ex iusta ignorantia, absque ulla dispensatione ad sacros Ordines promoveri possit, illam tamen, ad majorem cautelam, debebit ab Episcopo obtinere; notat Barb. *ibidem, n. fi.*

Ad textum in capite Majores 3. hujus tituli de Baptismo & ejus effectu.

SUMMARIUM.

1 *Sacramentum baptismi utiliter confertur parvulis, licet non credant, nec intelligant, & remittitur eis peccatum originale.*

2 *Originale peccatum, licet sit ortum per Adam tamẽ per Christi baptismum fuit solutum.*
Omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur.
Peccatum est duplex, originale, & actuale. Primum sine consensu contrahitur: Secundum, cum eo committitur.

3 Matthæi capit. ultimo, *Marci* capit. ultimo, *ibi*, qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c.
Paulus ad Romanos. c. 10. *vers.* Corde creditur ad justitiam, ore confessio fit ad salutem.
C. mater 139. de Consecratione, distinctione 4. *cum* c. detrahe 54. 1. *q.* 1.

4 *Peccaverunt omnes in Adam, Concilium Trid.* de peccato originali, sess. 5. c. 2.
Peccatum, ex voluntate procedit, & libero mentis arbitrio committitur c. 1. 1. q. 1.

5 *Sapientiæ*, capite decimo, versiculo, Eduxit illum à delicto.

6 Cap. quod autem 5. de Consecratione; distinctione 4.
Originale peccatum, in lege Naturæ multis modis remittitur: sed in lege Gratiæ per baptismum aufertur.

7 C. 2. & 3. de presbytero non baptizato.

8 Cap. Catechumenum 37. de Consecratione distinct. 4.

9 *Baptismus est necessarius, de necessitate medii ad salutẽ & quid in Eucharistiæ Sacramento.*
Ioannis c. 6. ibi: Nisi manducaveritis carnem filii hominis, *&c. expenditur.*

10 Cap. firmissimè 3. in principio, de Consecrat. dist. 4.
Peccatũ originale, an conceptionis, vel nativitatis tempore contrahatur.

11 *Pœna debet esse proportionata culpæ.*
Cap. firmissimè 3. de Consecratione, distinctione 4.

12 *Baptismus tollit peccatum actuale, & originale.*

13 Cap. nemo 141. de Consecratione dist. 4. vers. Tollit autem, *cum* capit. omnis qui 96. de Consecratione, distinct. 4.

14 *Baptismus licet tollat peccata, non tamẽ tollit fomitẽ seu concupiscentiam, ad peccandum.*

15 Capit. omnis qui 96. de Consecratione, distinction. 4.

16 *Baptismus tollit omnem pœnam divinam, non verò humanam.*
Cap. quod autem 7. 32. q. 1.

17 Cap. Si quis viduam 3. versicul. Similiter, 50. distinctione.

18 *Baptisma, quando dormienti, vel furioso possit conferri.*

19 *Baptismus metu collatus, seu receptus, an valeat?*
Cap. majores 3. §. fi. de baptismo.

20 *Vis absoluta, & conditionalis, inter se differunt.*

21 *Matrimonium per metum cadentem in constantem virum contractum, nullum est.*

CONCLUSIO.

1 *Sacramentum Baptismi utiliter confertur parvulis, licet non credant, nec intelligant, & remittitur eis peccatum originale.* Comprobat text. *in c. 1. c. per Baptismum* 2. *c. firmissimè* 3. *cap.* 4. 5. 6. 7. 8. & 9. *c. parvuli* 138. *c. nemo* 141. *c. quis autem* 144. cum aliis *de Cõsecr. dist.* 4. *c.* 3. 15. *q.* 1. *c. ad limina* 7. 30. *q.* 1. Tridentin. *sess.* 5. *de peccato originali. cap.* 4. *& sess.* 7. *de Baptismo, c.* 13. *& Canon.* 5. *& sess.* 6. *c.* 6. *& Canone* 10. *cum sequentibus*, Exornant Cardoso *in praxi Judicum* verbo, *Baptismus n.* 24. Vivaldus *in Candelabro aureo, de Baptismo c.* 5. *n.* 7. Suarez, *tom.* 3. *disp.* 28. *sect.* 1. Bellarminus *lib.* 1. *de Baptismo, c.* 8. & 9. Sotus *in* 4. *dist.* 5. *q. unica, art.* 9. *& dist.* 6. *q.* 1. *art.* 6. Valencia, *disp.* 4. *q.* 3. *puncto* 1. Vazquez, *disp.* 154. *c.* 1. & 2. Enriquez *in summa lib.* 1. *c.* 17. §. 5. *litera H. & I. & lib.* 2. *c.* 15. §. 2. *litera D.* Ægidius *de Sacramẽtis, q.* 68. *art.* 9. *n.* 52. Divus Tho. 3. *part. q.* 8. *art.* 9. *& q.* 69. *art.* 8. Antõ. *lib.* 5. *Instit. majorũ, tit.* 2. *n.* 96. Azor. *institutionum Moralium part.* 1. *lib.* 4. *c.* 25. *q.* 2. Donacina *de Sacramentis, disp.* 2. *q.* 2. *puncto* 6. *n.* 1. Valentia, *to.* 4. *disp.* 4. *puncto* 1. cum traditis à Barb. *in Collectaneis ad nostrum tex. n.* 3. *usque ad* 8.

2 Ratio, quare Sacramentum Baptismi utiliter confertur parvulis, licet non credant, nec intelligant, & remittitur eis peccatum originale, ea est, quia sicut refert Apostolus, *ad Romanos, capit.* 5. *si unius delicto mors regnavit per unum*, scilicet per Adam, *multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & justitiæ accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum.* Pueri autem, ex peccato Adæ peccatum originale contrahunt: quod patet ex eo, quia sunt mortalitati subjecti, quæ per peccatum primi hominis in omnes transivit, ut Apostolus *ibidem* dicit. undè multo magis pueri possunt per Christum gratiam accipere; ut regnent in vita æterna, *Ioannis cap.* 3. ibi: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei*; ideo necesse fuit pueros baptizare; ut sicut per Adam damnationem incurrerunt nascendo; ita per Christum salutem consequantur renascendo. Fuit etiam conveniens pueros baptizari, ut à pueritia nutriti in his quæ sunt Christianæ vitæ, firmius in ea perseverent, *Proverbiorum* 22. ibi: *Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet* ab ea ut in *text. nostro*; & originale peccatum parvulis etiam si non consentiant, remittitur; actuale verò majoribus non remittitur, nisi eis consentientibus in Baptismo. Ratio est, quia omnis res, per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur, *l. omnis res, ff. de regulis juris*: quoniam peccatum est duplex, originale scilicet, & actuale; originale est, quod absque consensu contrahitur; actuale, quod committitur cum consensu; ut in *tex. nostro*, & in *capit. non ex quo, de Consecratione, distinctione* 4. Ideo originale, quod sine consensu contrahitur, etiam ex vi Baptismi, sine consensu remittitur; actuale verò, quod consensu contrahitur, sine consensu minimè relaxatur; ut in *text. nostro*, & in *capit. regenerante, de Consecration. distinct.* 4. Meritò licet in Baptismo dimittatur originale peccatum parvulis, qui consentire non possunt, in adultis tamen dementibus, vel dormientibus, qui non consentiunt Baptismo, non dimittitur actuale, nec originale. Si verò ante dementiam, vel dormitionem, baptizari volebant, si in eo statu baptizentur, characterem recipiunt, alias minimè. Ratio est, quia tales præ-

sumuntur

ſumuntur perdurare in eodem propoſito ante dementiam, vel dormitionem; voluntas enim ſemel habita, & expreſſa ſemper eadem præſumitur durare, niſi mutata probetur; *capit.* 1. *de his quæ vi*: quia tunc characterem Sacramentalem imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non invenit obſiſtentem; merito ſi amentes, vel dormientes, antea in contradictione perſiſterent cum intelligatur propoſitum contradictionis perdurare; ſi fuerint ſic immerſi, characterem Sacramenti non ſuſcipiunt; ſiquidem invitus ad fidem nemo compellitur, *cap. de Iudæis*, 45. *diſtinction.* Secus tamen, ſi prius Catechumeni extitiſſent, & habuiſſent propoſitum baptizandi; undè tales in neceſſitatis articulo conſuevit Eccleſia baptizare; ut in *text. noſtro*, & in *capit. quæris, de conſecratione, diſtinct.* 4. coacti vero cauſativè, ſuſcipiunt hoc Sacramentum, quia taliter coacti conditionaliter volunt; licèt abſolutè non velint, ut *in præſenti*, & in *capit. ſacris, de his quæ vi*: voluntas enim coacta, voluntas eſt *capit. merito*, cum vulgatis, 15. *quæſtion.* 1. Ideo cauſativè coactus in Baptiſmo characterem ſuſcipit Chriſtianitatis, & ipſe tanquam conditionaliter volens, licèt abſolutè non velit cogendus eſt ad obſervantiam fidei Chriſtianæ, ex rationibus traditis à Div. Th. 2. 2. *q.* 10. *art.* 8.

3 Primo hanc Catholicam doctrinam impugnare conantur nonnulli hæretici, qui inter alia objciunt *Matthæi* authoritatem, *capit. ultimo*, Marci, *capit. ultimo*, verſiculo, *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit*: nam cum prius dicatur, quod procedant in fide, & quod illam habeant, qui baptizandi ſunt inferunt hæretici, quod cum parvuli ante uſum rationis, non credant, nec fidem habere poſſint, non ſunt capaces Baptiſmi. Sed reſpondendum eſt, prædicta Evangelica teſtimonia intelligenda eſſe de adultis, non vero de parvulis ante uſum rationis, qui non poſſunt credere, ut docet text. noſter *in paragrapho primo*, *propè finem*, Chriſtus enim, *in dict. capit. ultimo* Matthæi, docuit Apoſtolos ordinem, quem ſervarent in converſione gentilium adultorum; ſcilicet, ut prius inſtruerent eos in fide: Secundo baptizarent: Tertio docerent ſervare præcepta Dei, qui quidem ordo in parvulis ſervari non valet propter incapacitatem doctrinæ; ita poſt Div. Thomam, Sotum, & alios *ubi ſupra*, obſervat Bellarmin. *in dict. cap. 9. ad ſecundum.* Nec obſtabit, quod Baptiſmus, cum ſit Sacramentum fidei in ſuſcipiente, ut ait Paulus *ad Roman. c.* 10. *Corde creditur ad juſtitiam, ore confeſſio fit ad ſalutem*; videbatur, parvulos, qui nec fidem habent, nec corde credunt nec ore confitentur, non eſſe baptizandos, ut pote non capaces Baptiſmi. Quia reſpondendum eſt, fidem propriam in adultis deſiderari, in parvulis autem ſufficere fidem alienam, nempe Chriſti, & Eccleſiæ, & ſuſceptionem ſacræ fidei; ut docet D. Auguſt. *lib.* 1. *de meritis, & remiſſionibus peccatorum, cap.* 25. cujus verba extant, *in cap. mater* 139. *de Conſecrat. diſt.* 4. facit etiam text. *in cap. in Eccleſia* 130. *cap. nulla* 142. *de conſecrat. dist.* 4. *cap. nihil est* 72. *eadem diſtinctione*, Trident. *ſeſſ.* 7. *Can.* 13. text. optimus, *in cap. filius Dei*, verſic. *Parvuli, de conſecrat. diſtinct.* 4. Nec prædictis obſtabit authoritas ejuſdem Divi Auguſtini relata, *in cap. detrahe* 54. verſiculo *Non quia dicitur ſed quia creditur*, 1. *quæſt.* 1. Quia omiſſa interpretatione quam refert Turrecremata *ibidem*; verius eſt dicendum mentem *Divi Auguſtini*, in verbis illis eſſe virtutem verborum Baptiſmi in parvulis, non ex eo ſolum, quod conſiſtat in ſono verborum, & externa ſyllabarum prolatione, ſed in virtute ſpirituali procedente ab Spiritu Sancto, per invocationem Trinitatis, quæ ſola fide percipitur; *capit. per aquam* 9. *capit. baptiſmus* 26. *de Conſecratione, diſtinctione* 4. Reliquas dubitandi rationes, quoad hanc partem; videre oportet ex his, quæ retulit Divus Thomas *locis ſupra citatis.*

2 Secundo, adverſus hanc noſtri text. ſententiam aſſerentem, *omnes homines in Adam peccaſſe*, hoc eſt poſteros omnes peccatum originale comprehendiſſe, Tridentin. *de peccato originali ſeſſione* 5. *capit.* 2. Paulus *ad Romanos, capit.* 5. ibi: *In quo omnes peccaverunt*, ſic neceſſarium eſſe Baptiſmum, ad expurgandum peccatum ex neceſſitate naturæ contractum, ut in *text. noſtro*, & *juribus ſuprà adductis*: eam etiam impugnare videntur hæretici poſt Pelagium, & ſequaces, exiſtimantes originale peccatum non poſſe aliquo modo in poſteros Adæ traduci, & ſic conſequenter aſſerunt Baptiſmum, ad ejus expiationem, neceſſarium non eſſe Antecedens probatur ex illorum hæreticorum rationibus: Primo, quia repugnat peccati conditio; nam peccatum ex voluntate procedit; & libero mentis arbitrio committitur, *capit.* 1. 15. *quæſtione.* 1. Poſteriores autem Adæ voluntatem ad peccatum non præſtiterunt, cum tempore prævaricationis non eſſent progeniti: Undè conſtat, quod nec mandatum dederunt, nec ratum habuerunt. Deinde, quia filiis non imputantur peccata parentum, præcipuè in damno ſpirituali, *Ezechiel. cap.* 19. *cap. non imputantur* 10. 1. *quæſtion.* 4. *capit.* 1. 24. *quæſtion.* 5. nam ſicut culpa perſonalis eſt, ita ſuos debet tenere authores, *l. Sancimus C. de pœnis*; ne alias alterius odio quis gravetur, contra regulam, text. in *c. unico, de injuriis, l.* 6. Ergo non poſſunt eo peccato puniri.

Pro cujus dubii ſolutione ſciendum eſt, qualiter ob peccatum originale; ex neceſſitate naturæ contractum in poſteros derivetur; & primo animadvertendum eſt, Adamum fuiſſe à Deo creatum donis naturalibus perfectiſſimum; & poſteà à Domino noſtro accepiſſe originalem juſtitiam hoc eſt ſanctitatis gratiam Dei *Eccleſiaſtici capit.* 7. ibi: *Fecit Deus hominem rectum.* Rectus enim in ſcriptura ſignificat idem, quod Iuſtus, Iob. *cap.* 1. Tridentin. Concilium. *ſeſſione* 5. *de peccato originali. capit* 1. ibi: *Sanctitatem, & juſtitiam in qua conſtitutus fuerat*; quæ verba denotant juſtum Adamum factum fuiſſe, in quo ſtatu permanſit, donec per prævaricationem, & transgreſſionem præcepti, ne de ligno vitæ comederet, eam amiſit, & iram, atque indignationem Dei promeruit; quo facto commiſſum fuit peccatum, quod originale dicitur, fuitque ſuperbia, non vero infidelitatis, ut male hæretici exiſtimarunt. Notat Vazquez, *ad primam partem Divi Thomæ, diſputat.* 130. *capit.* 8. *numero* 34. & 36. Divus Thomas 2. 2. *quæſt.* 103. itaque tota eſſentia peccati originalis in nulla alia re conſiſtit, niſi in prima Adæ prævaricatione, per quam Deus juſtitiam primordialem, & originalem ipſi, & omnibus obtulit, ut benè explicat Anſelmus, *de conceptu originali, c.* 26.

Secundo ſciendum eſt, hanc gratiam non ſolum Adæ, ſed omnibus poſteris fuiſſe promiſſam, Trident. *dict. ſeſſione* 5. *capit.* 2. dum docet. Adamum acceptam juſtitiam primordialem, tam ſibi, quam poſteris perdidiſſe; nam ſi omnibus poſteris promiſſa non fuiſſet non potuiſſet amitti à poſteris per Adamum, cum privatio habitum præſupponat, *capit. ad ſolvendum, de deſponſatione impuberum*, ut contra Pelagium deciſum eſt in Concilio Arauſicano 2. *Canon.* 20. notat Anſelmus, *lib. de conceptu Originali. capit.* 10. 22. 23. & 27. Divus Auguſtinus *l.* 1. *de Eccleſiaſticis dogmatibus, c.* 22.

Tertio ſciendum eſt, hac lege, & conditione gratiam illam fuiſſe donatam primo parenti ut ejus prævaricatione, non ſolum ſibi, ſed etiam poſteris præjudicaret; nam ſicut alias permiſſum eſt donatori, & Principi privilegium concedenti, modum adjicere, & proponere; ut privilegium modo non ſervato revocetur ad libitum, *capit.* 4. *de conditionibus appoſitis l.* 1. *l. quoties, Cod. de donationibus quæ ſub modo*; ita potuit Deus gratiam elargi ea conditione, ut unius peccato intercideret quoad omnes. Tum etiam, quia ſicut gratia illa ſingularis fuit in hoc, quod ex unius perſonæ bono uſu, ſucceſſionis propagine diffundi poterat ad poſteros, cum alias juſtitia patris filio non proficiat, *c. ſi baptizata* 142. verſ. *Et quamvis. de Conſecr. diſt.* 4. ita etiam eiuſdem peccato amitti potuit, nam ex qua perſon

sona lucrum capitur, ex ea damnum sentiri potest: nam Deus auctor primitivæ gratiæ, eam largitus est posteris adjecta conditione, ut ex persona primi parentis derivari,& perdi posset.

Ex quibus sic breviter prænotatis, jam facilis apparet solutio ad rationem dubitandi suprà adductam; nam rationes, & jura *ibidem* relata tantum locum habent in peccatis actualibus, in quibus verum est voluntatem desiderari, quia propria actione, & consẽsu committuntur; ut constat *ex text. nostro*, versiculo, *Verum*; & ideò peccata parentum filiis non nocent, quorum ad ea nulla accessit voluntas; sed in peccato originali aliter observatur, quod absque consensu contrahitur, *ex tex. nostro*, versiculo *Verum*; & derivatur in omnes, quia omnis caro quæ ex Adamo provenit, prima prævaricatione Adæ maculata fuit, juxta modum suprà expositum; meritò necessarium fuit Sacramentum fidei, hoc est Baptismus, ut amissam gratiam Dei omnes recuperarent, etiam si homines nascantur ex parentibus baptizatis, & in gratia Dei constitutis, *capite si baptizata* 132. versiculo, *Ex quo de Consecratione*, *distinctione* 4. Trident. *dict. sessione* 5. *capite* 5. Quia nullus homo generat filium quatenus fidelis est, sed quatenus homo, & habet substantiam carnis ex Adamo; ita Divus Augustinus, *libro* 2. *de peccatorum meritis, & remissione, capite* 9.27.& 28.& *lib.* 2. *de peccato originali, capite* 40. Unde ex dictis apparet, nullum aliud remedium esse, quo tollatur originalis culpa, nisi Sacramentum Baptismi; Tridentin. *dict. sessione* 5. *capite* 3. *Ioannes, dicto capite* 3. ibi: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire, &c.* Bellarminus, *tom.* 3. *cõtroversiarum, lib. de Baptismo, cap.* 40. Ochagavia *tractatu unico, de Sacramento Baptismi, cap.* 14.

5 Tertiò, huic ultimæ resolutioni obstabit dicere, quod peccatum originale pœnitentia Adæ expiatum fuit, *Sapientiæ capit.* 10. ibi: *Eduxit illum à delicto suo*, qui locus tractat de Adamo, ut constat ex *principio text.* & notat *ibidem Nicolaus de Lira*, & apertè docet pœnitentiam egisse peccati, salvumque factum fuisse; notat Tertullianus *ubi suprà adversus hæreses*, *capit.* 52. Bellarminus *lib.* 3. *de amissione gratiæ, capite* 12. & sic quemadmodum Adæ prævaricatio nocuit posteris, ita ejus pœnitentia prodesse debuit; ac per consequens videbatur dicendum, Baptismum, non esse medium simpliciter necessarium ad salutem. Cui difficultati respondendum est, peccatum ex Adamo in posteros traduci potuisse; & similiter gratiam, si non peccasset; sed illius pœnitentia, proprium tantum peccatum abolitum fuisse, non posterorum. Ratio est, quia hæc lex non fuit à Deo data circa pœnitentiam, & reconciliationem, hoc est, ut alii prodesset, quàm pœnitenti, fuit autem data circa traductionem, & amissionem primitivæ gratiæ; siquidem ex dono Dei pendet gratiam elargiri, & modum imponere amissioni, & restitutioni; hinc solus Adamus reconciliatur pœnitens: & quod non sit à Deo constitutum, ut pœnitentia Adæ omnes salventur, licet peccatum omnibus noceat tradit Paulus *ad Romanos ubi sup.* docens unius debitum, hoc est Adæ, in omnes diffundi, sed unius gratia non reconciliari, nisi per eam gratiam, quam promeruit Christus mediator: hinc ergo oportuit eam gratiam applicari omnibus per Sacramentum fidei, hoc est Baptismum, ad id institutum, cum quo, absque voluntatibus infantium dimittitur eis peccatum originale, ut *in text. nostro*; vers. *Verum.*

6 Quartò, hucusque traditis obstabit dicere, quod etiam sine Baptismo, aliis modis peccatum originale expiatur; & tria proponuntur *in capite quod autem* 5. *de Consecratione*, *distinct.* 4. Primum est quod in Lege naturæ, parvuli, fide sola eorum, à quibus confecrandi oblati erant, justificabantur, *dicto capite quod autem* 5. ibi: *Vel pro parvulis sola fides*, *capite* 7. *eadem dist. & quod in Lege naturæ*, hac fide pueri salvarentur; tenet Augustinus, *lib.* 5. *contra Julianum, capite* 9. & Theologi omnes *in* 4. *distinct.* 2. Suarez, *ad* 3. *partem Divi Thomæ, tractat.* 3. *disputation.* 4. *sectione* 2. Enriquez *lib.* 1. *Summæ, capite* 5. *numero* 4. *littera V.* Secundò justificabantur adulti virtute Sacrificii, *dicto capit. quod autem*, versiculo, *Vel pro majoribus virtus sacrificii*, quod Deo offertur actu externo, corde contrito, & humiliato, per quod virtute Religionis Deus honoratur, Divus Thomas 2.2. *quæstione* 85. *artic.* 1. Enriquez, *dicto capite* 4. *num.* 6. Tertiò, per Circumcisionem tollitur peccatum originale, *dict. capito quod autem* 5. versiculo, *Vel pro his, qui de Abrahæ stirpe prodierunt*, *mysterium Circumcisionis; capite ex quo* 6. *de Consecratione distinctione* 4. & in *text. nostro*, versiculo. *Sicut erat*, juncto versiculo, *Quoniam.* Cui difficultati respondendum est, multum interesse, utrùm quæramus qualiter originale peccatum dimitteretur in Lege naturæ in hoc est, quæ præcessit Legem scriptam; an verò inspecta Lege gratiæ post Evangelium publicatum: nam in Lege naturæ, & Lege scripta, tribus istis modis scilicet *fidei sacrificii, & circumcisionis*, remittebatur peccatum originale, *dict. capite quod autem* 5. Sed in Lege gratiæ, post generalem Baptismi institutionem, omnia prædicta justificationis remedia abolita fuerunt, solique Baptismo hæc virtus reservata est, *Ioannis dict. capite* 3. Unde consequens erit hodie, nec sacrificio, nec circumcisione, nec sola offerentium fide peccatum originale dimitti: Quod attinet ad sacrificium, quia omnia sacrificia veteris Legis simul cum Sacerdotio extincta sunt, *Paulus ad Romanos, cap.* 7. *cap. translato* 3. *de constitutionibus.* Quoad Circumcisionem, idem quoque dicendum est; quia conjungi non potest Circumcisio cum Baptismo, ut constat ex *text. nostro*, versiculo *Absit*; & ex Paulo, *ad Galatas*, *capite* 5. de qua re plura dicemus *in capit.* 2. *de purification. post partum.* Nec etiam hodie, ex fide offerentium, absque applicatione Baptismi, pueri salvari possunt, cum desideretur applicatio materiæ proximæ, & remotæ, siquidem hodie nulla salus infantibus datur nisi per Baptismum, *c. nulla* 142. *de Consecrat. dist.* 4.

7 Quintò, prædictis obstat text. in *capit.* 2. & 3. *de presbytero non baptizato*: ex quibus colligitur, non minus salvari homines Sacramento fidei, quàm fide Sacramenti, hoc est voto, & desiderio illius; imò, in *capite debitum* 4. *hoc titul.* deciditur decedentem cum hac fide Sacramenti, ad patriam cœlestem evolare; & eodem sensu, in Concilio Tridentino, *sessione* 6. *de justificatione*, *capite* 4. decisum est, in lavacro regenerationis, aut ejus voto impium justificari; quod etiam in voto Sacramenti Pœnitentiæ locum habet, Tridentinum *sessione* 54. *cap.* 4. versiculo, *Docet.* Ex quibus constat, etiam citra Baptismum hodie homines posse salvos fieri. Cui difficultati respondendum est, verissimum quidem esse, voto Baptismi homines justos fieri ex *dictis juribus*: sed non ideò tamen necessitatem baptismi detrahunt: imo ejus dignitas, & excellentia magis commendatur: per votum autem baptismi homines salvantur, quandiù Baptismus re ipsa haberi non potest, *capite Apostolicam. Cujus titul.* & tunc nomen Baptismi flaminis retinet, quia supplet vicem Baptismi, & effectum justificandi operatur, sicut Baptismus aquæ; ita Divus Thomas 3. *parte quæstione* 66. *artic.* 11. Nec ideò minùs Baptismus necessarius est, si post veram contritionem, & illius votum haberi potest; imò adhuc suscipi debet, *capite veniens* 3. *de presbytero non baptizato.*

8 Sextò, obstabit solutioni sequens consideratio, videlicet, quod ea admissa non unum tantum, sed plura Baptismata essent admittenda, cùm Ecclesia doceat unum tantum esse baptisma, *Clementina unic.* §. *fin. de Summa Trinitate.* Undè aliud resultat inconveniens, ut effectus prædictæ unitatis sit, quod semel tantum Baptismus conferendus est, omnis autem rebaptizatio interdicta, & sacrilega est, *capite non licet* 107.

eum

cum sequentibus, *de Consecratione*, *distinct.* 4. Sed si Baptismus flaminis, cum Baptismo aquæ conjungitur, unus, & idem homo sæpius baptizatus præsumitur. Augetur difficultas ex text. *in cap. Catechumenum* 37. *de Consecrat. distinct.* 4. ubi asseritur Catechumenorum, hoc est instructorum ad Baptismum, & nondum baptizati, non adipisci coronam vitæ, quamvis in bonis operibus defuncti sint: ostenditurque planè voto Baptismi homines non salvari. Ad primam difficultatem respondendum est, id quod dicitur, unum tantum esse Baptismum, semel, & non amplius, esse recipiendum, procedere in Baptismo, qui est Sacramentum, & aquæ elemento, consecratur: non enim instituit Christus, nisi unum baptisma, & unicè tantum recipiendum, propter rationes suprà traditas, in *capit. de quibus* 2. *hoc titul.* Baptismus autem pœnitentiæ, hoc est flaminis, licet Baptismi nomen habeat, Sacramentum non est, sed supplet vicem illius, necessitate existente, ita Divus Thomas, *dict. articulo primo*, & sic consequens est, ut cum Baptismo aquæ eo in casu conjungi valeat citra sacrilegium, aut reiterationem. Nec minus obstabat text. *in dicto cap. Catechumenum* 37. *de Consecratione*, *distinction.* 4. Quia ejus solutio petenda est ex his quæ suprà retulimus *in cap. hujus tit. in 6. dubio*: Ubi etiam de Baptismo sanguinis plura retulimus, quæ ad hanc partem adduci poterunt.

9 Septimò, adversus id, quod *juprà* retulimus; scilicet, Baptismum esse necessarium necessitate medii ad salutem; obstabit illa clausula, *Joannis cap.* 6. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, &c.* Ex quibus verbis colligitur, necessariam non esse communionem, necessitate medii, sed tantum præcepti, & ideo sine communione re, aut voto suscepta, homines per alia Sacramenta salvantur, quando copiam non habent Eucharistiæ, vel ob causam excusantur; ita Divus Thomas, 3. *part. quæstion.* 30. *artic.* 11. & propterea Ecclesia improbavit consuetudinem Armeniorum, qui cum Baptismo pueris Eucharistiam ministrabant, Vvaldensis *tom.* 2. *de Sacramentis*, *capit.* 91. his ergo consequens est, quod ex clausula, de qua *Joannis dict. capit.* 3. ibi: *Nisi qui renatus fuerit, &c.* videtur inferendum similiter, Baptismum non esse necessarium necessitate medii, sed tantum præcepti. Sed huic considerationi respondendum est, quod cum hæc duo Sacramenta diversa sint, observanda erunt in unoquoque, quæ ad traditiones eorum sunt instituta: ex prædictis autem authoritatibus solùm probatur, utrumque necessarium esse: sed vis hujus necessitatis aliter ab Ecclesia accepta est in Baptismo aliter in Eucharistia, licet excellentior sit aliis Sacramentis; tamen quia Baptismus desideratur ad expiandum peccatum necessitate naturæ contractum, Eucharistia verò est Sacramentum vivorum, institutum ad alendam, & nutriendam gratiam Dei, unde Ecclesia propter Eucharistiæ reverentiam, ad eam sumendam præceptum dat, secundum mentem suprà adductam; at verò in Baptismo, non solum constituit præceptum, sed etiam ut constituatur tanquam medium simpliciter necessarium ad salutem; adultis verò utrumque est necessarium ad salutem: D. Th. *ubi supra*, *in solutione ad secundum.*

10 Octavò, adversus id quod Divus Augustinus refert, *in capit. firmissimè* 3. *in principio*, *de Consecratione*, *distinctione* 4. qui cum dubitaretur, quinam sint, qui peccato naturæ rei intelligantur; an scilicet filii iræ efficiantur, ex quo geniti & concepti sint homines; an verò, ex quo nati? in prima parte respondit, conceptos, & genitos statim subjici legi peccati: obstabunt verba ultima ejusdem *text.* ubi dicitur, peccatum originale contrahi carnali conceptione, & nativitate, quia non dicitur generatus, qui nondum natus est, *capit. qui in maternis* 115. *de Consecratione*, *distinctione* 4. Cui difficultati, cum Archidiacono, *in dicto capit. firmissimè* respondendum est, dupliciter dici nasci hominem. Primò, quando anima infunditur ejus corpori, etiam si adhuc in utero materno sit; nam is, quoad multos juris effectus, pro nato habetur, *leg. qui in utero*, *ff. de statu hominum.* Secundo modo nasci dicitur homo, quando ex utero procedit, & communi consortio gaudet quæ acceptio frequentior est. Quo supposito respondendum est, licet quoad effectum, ut homo baptizari valeat, hæc secunda nativitas desideretur, quia aliàs ablui non potest, *dict. cap. qui maternis*, *de Consecratione*, *distinct.* 4. Tamen ut contrahat originale peccatum prior nativitas sufficit, *dict. capit. firmissimè* 3. *in principio*, *de Consecratione*, *distinct.* 4. Nec interest, quod de ejus damno tractetur, nam ideo peccatum contrahit, quia tunc cum genitus est, jam homo dicitur, anima & corpore constans; undè illa ultima verba, *dict. cap. firmissimè*; ibi: *Originalis peccati damnationem carnali conceptione, & nativitate traxerunt*; ita exponenda sunt, ut in utraque voce unum & idem tempus explicetur, quo contrahitur originale peccatum; videlicet quando in utero materno anima infunditur, in quo homo generari, & etiam nasci abusivè dicitur, secundum ea, quæ suprà retulimus.

Nonò, adversus ea, quæ refert *text. noster*, in ver- 11
siculo *Præterea*, videlicet, pœnam peccati originalis in pueris tantum esse carentiam visionis Dei, hoc est pœnam damni, non verò sensus; pœnam verò peccati actualis, esse cruciatum Gehennæ perpetuæ, hoc est damni, & sensus: Quod etiam ratione comprobatur; nam pœna debet esse proportionata culpæ. Culpa autem originalis peccati cum sit contracta absque propria actione, sufficit quod tollat bonum gratiæ, ad quod homo ex dono Dei admitteretur, si peccatum commissum non esset; cum non sit justum, quod aliam pœnam sensus inferat, quæ præscripta est propter actiones deordinatas: Notat Turrecremata, *in dict. capit. firmissimè* 3. *de Consecratione*, *distinct.* 4. obstabit divi Augustini auctoritas, relata *in dicto cap. firmissimè* 3. *de Consecrat. distinct.* 4. dum asserit infantes sine Baptismo in peccato originali decedentes, sempiterno igne puniendos, seu deputandos, esse ad sinistram, in ignem æternum: ex quo deducitur utraque pœna damni, & sensus, pueros propter peccatum originale coerceri. Sed huic dubio, scholasticam doctrinam defendens, Respondendum est, Primò, Divum Augustinum, *in dict. cap. firmissimè*, esse intelligendum, scilicet, ut pueri in peccato originali decedentes, crucientur æterno igne, nempè; ut carcere tantum, non verò ut instrumento ad pœnam sensus ita Hugo, & Archidiaconus, *in dict. cap. firmissimè*. Vel aliter dici potest, quod verba illa Divi Augustini, & aliorum Patrum tractantium de peccato originali: *Cruciatus*, *tormentorum*, *ignis*, *gehennæ*, & alia similia largè accipiantur: & pro illis explicatur genus pœnæ, non species; ita ut sensus sit, scilicet, pœna magna peccatum originale puniri, licèt pœna tantum sit damni, non sensus: sed Divus Augustinus, illo speciali nomine ignis utitur, ad significandam pœnam sensus; ut sic reddat detestabilem doctrinam Pelagii, existimantis originale peccatum in pueros non derivari, ut observat Divus Augustinus *li. unico*, *de peccato originali contra Pelagium.* Castro, *de hæresibus*, verbo, *Baptismus*, *hæresi* 1. Bellarminus, *tom.* 4. *li.* 4. *de peccato originali*, *cap.* 2. Qua etiam interpretatione explicandus Divus Gregorius *lib.* 9. *Moralium*, *capit.* 10. & idem Divus Augustin. *sermone* 14. *de verbis Apostoli*: *& lib.* 5. *contra Julianum*, *cap.* 8. ut refert, & sequitur eruditissimus Præceptor Doctor D. Martinus de Bonilla, Supremi Senatus Philippi IV. Senator; nunc verò dignissimus Abulensis Antistes, *in commentariis*, quos fecit in hac nostra Salmantina, & inclyta Universitate, *in capit.* 1. *de Consecratione*, *distinctione* 4. *numero* 17. videndus Sotus, *lib.* 1. *de Natura & Gratia*, *cap.* 9. *num.* 4. *disputat.* 45. *quæst.* 1. *art.* 2. §. *in contrarium*; Bellarm. *tom.* 4.

lib.6 de amissione gratiæ, & de statu peccati.c.2. Enriq. *lib.15.Summæ, c. 25.n.2.litera Q. & R.* Vazquez, *dict. disput. 134.cap. 3.*

12 Decimò, adversus ea, quæ in præsenti notant omnes, & refert Divus Augustinus, *in capite nemo* 141. verſ. *Tollit autem, de Consecratione, distinct.* 4. ex quo constat, per Baptismum tolli non tantum peccatum originale, sed etiam actuale veniale, seu lethale, antea commissum: quod etiam docet text. *in capite* 2. *capite quod autem* 5. *capit.* 8. *cap. quisquis* 137. *capite à parvulo* 33. cum aliis, *de Consecratione, distinct.* 4. *Trident sess.* 14. *capite* 1. *& sess.* 7. *can.* 5. obstabit dicere, quod Baptismus institutus est ad regenerandos homines, ut vitium quod traxerunt ex prima carnali nativitate, per secundam originalem generationem aboleatur; ut constat *ex capite* 1. *de Consecr. distinct.* 4. sed per generationem carnalem homo contrahit solum originale peccatum, *dicto capite firmissimè, de consecrat. distinct.* 4. Ergo, per Baptismum solvitur solum originale, non actuale peccatum: præcipuè, cum æquiparentur circuncisio, & Baptismus in eo, quod instituta sint ad tollendum originale peccatum, *capite ex quo, de Consecrat. distinct.* 4. Sed huic dubio respondendum est, jura *suprà* in argumento adducta, dum docent tolli peccatum originale virtuti Baptismi, non tamen negare posse, etiam alia actualia dimitti, si ea antea commiserit baptizandus, sed specialiùs tribuitur hic effectus Baptismo, quia in omnibus hominibus hunc effectum operatur; quod autem actualia etiam tollat, commune omnibus non est, sed illis tantum, qui ea ante Baptismum commiserunt. Nec implicat, quod generante carne tantummodo contrahatur peccatum originale, *capite regenerante* 136. *de consecrat. distinct.* 4. quia donum Christi in Baptismo tributum, abundantius multò est peccato Adæ, *Apostol. ad Roman. dicto capite* 5. Deindè, quia absurdum, & imperfectum foret quòd peccato originali dimisso, alia indimissa relinquerentur, quod impossibile, aut incompatibile apud Deum reputatur; ut constat ex *tex. nostro*, §. *Sed adhuc quæritur.*

13 Undecimò, adversus ea, quæ Divus Augustinus refert *in dicto capite nemo* 141. *de Consecrat. distinct.* 4. dum asserit Baptismum robur præstare, & auxilia specialia, ne ultra committantur peccata; obstabit dicere: nam aut Baptismus facit homines impeccabiles, & hoc est hæretica assertio, Trident. *sess.* 7. *de Baptismo, Can.* 6. Bellarminus, *de Baptismo, capite* 14. aut text. ille significat, quod Baptismus tollat fomitem ad peccandum, qui ex concupiscentia proficitur, & hoc similiter falsum est, quia per Baptismum non tollitur concupiscentia, nec inclinatio ad peccandum, *capite per Baptismum* 2. versic. *Evacuatur; capite non ex eo* 146. *de Consecrat. distinct.* 4. ergo secunda text. pars, *in dicto capite nemo* 141. *de Consecrat. distinct.* 4. sustineri non potest. Sed huic difficultati respondendum est, quod quamvis Sacramentum Baptismi, non faciat homines impeccabiles, nec tollat fomitem, seu concupiscentiam ad peccandum; tamen tollit peccata omnia commissa, & infundit gratiam, ne iterum committantur; hoc est tribuit specialem fortitudinem, & virtutem ad reprimendum fomitem, & superandas tentationes, & ad adimplenda meritoriè divina mandata; ut docet Glos. Ordinaria, *super illud, ad Romanos cap.* 6. ibi: ***Si post Baptismum vixerit homo, in carne habet concupiscentiam cum qua pugnet, eamque adjuvante Deo superet***, Divus Thomas 3. *part. quæst.* 69. *artic.* 5. *ad ultimum*, & hoc modo est intelligendus Divus Augustinus *in dict. c. nemo* 141. dum docet, Baptismum adjuvare homines, nè peccata committant; ut exponit Turrecrem. *ibidem.*

14 Duodecimò, adversus ea, quæ docet idem Divus Augustinus *in dict. cap. nemo* 141. *de Consecrat distinct.* 4. dum docet, Baptismum ad gloriam traducere; ita ut alia satisfactione opus non sit; obstabit dicere, quod ipsemet Ecclesiasticus Doctor tradit, *in capite omnis qui* 96. *de consecratione, distinct.* 4. dum asserit, adultos, non nisi pœnitentia adhibita, Baptismum suscipere: cui convenit Divus Hieronymus *in capite quod abstit* 98. *capite Christianis, cap. non potest.* 4. *cap. Baptizandi* 60. *de consecratione, distinct.* 4. dum asserit, quòd baptizandi, jejuniis, orationibus, & aliis officiis pœnalibus, & satisfactoriis præparentur: ergo aliqua pœnalis satisfactio ultra Baptismum, desideratur. Verum huic dubio respondendum est, verissimum esse per Baptismum, adeò omnia plenariè peccata dimitti, ut omnis culpa omnisque pœna aboleatur, ut satisfactione aliqua opus non sit, *cap. nullus, fin.* versic. *Tunc enim, de Pœnitentia, distinct.* 7. *c. per Baptismum* 2. *in fine, de consecratione, distinct.* 4. Trident. *sess.* 14. *c.* 1. *& 2. & Canon.* 1. Nec contrarium probant authoritates Augustini, Gregorii, & Chrysostomi, *suprà* adductæ: nam quod *ibi* scribunt de pœnitentia in Baptismo requirenda, ita intelligendum est de pœnitentia interiori, id est, pœnitudine, dolore, & detestatione peccatorum, quæ præcedere debet Baptismum, cum nequeat quisquam novam vitam inchoare, nisi pœniteat veteris, *dicto cap. te omnis* 96. *de Consecrat. distinct.* 4. non autem de pœnitentia exteriori, juxta text. ita intelligendum, *in dicto cap. fine pœnitentia* 99. *de Consecrat. distinct.* 4. Quod verò dicitur *in dict. cap Baptizandi* 60. *de Consecrat. dist.* 4. scilicet de jejuniis, & aliis officiis pœnalibus, accipiendum est de illis Catechumenis, qui ante Baptismum ad eum cum majori dispositione suscipiendum, & erga Deum amore, peccata sua efficaciùs detestentur, ut sic etiam majorem fructum ex Sacramento capiant; notat Vasquez *to.* 2. *disp.* 156. *n.* 42. undè fluxit Ecclesiæ consuetudo, ut nulla imponatur pœnitentia baptizatis ad opera satisfactoria facienda, Sotus *in* 4. *distinct.* 5. *quæst. unica, artic.* 5. siquidem per Baptismum tit illis culpa, & pœna remissa.

Decimo tertiò, adversus ea, quæ *in præsenti* notant 15 omnes; videlicèt, omnem culpam, & pœnam tolli per Baptismum, hoc est divinam, quæ privat visione Dei, & ingressu Regni cœlorum; non verò pœnam constitutam humana potestate, nam ista regulariter non tollitur per Baptismum: quamvis enim peccata sint coram Deo remissa; tamen homo potest obligatus manere coram hominibus ad pœnam humanam cùm distincta sit ratio hujus pœnæ, & illius; quippè Baptismus solùm est institutus ad tollendam culpam, & pœnam coram Deo, non tamen coram hominibus: notat Divus Thomas *dict. quæstion.* 69. *art.* 2. *ad tertium*: Suar. & omnes *ibidem.* Ratio est, quia alias homines occasionem sumerent multiplicandi peccata ante Baptismum, si scirent nullum eis superesse humanum supplicium; unde, qui ante Baptismum fuit reus homicidii, furti, vel alterius criminis, non eximitur in foro exteriori à pœna corporali; notat Gloss. *in capite admonere*; verb. *Pœnitentia*; 3. *quæst.* 2. tametsi Christianus Princeps, reo sponte petenti Baptismum, soleat pœnam condonare, aut ordinariam minuere; Tiraquel. *de pœnis temperandis, capite* 25. *numero* 6. Granados *tom.* 5. *controv.* 4. *tract.* 5. *disp.* 2. *sect.* 3. *n.* 25. Obstabit text. *in capite quod autem* 7. 32. *quæstion.* 1. Ex quo colligitur per Baptismum tolli humanam pœnam positam adultero, & similiter per pœnitentiam: ergo multo fortius per Baptismum. Sed huic dubio respondendum est, non omnem pœnam adultero impositam aboleri per Baptismū, aut Pœnitentiam, sed tantum specialem quandam pœnam, de qua in *illo text.* agitur, quippè inter pœnas adulterii fœminis indictas, illa utique recensetur, quod non solum repudiari valeat à marito, *Matth. capite* 19. ibi: *Quicumque dimiserit uxorem, &c.* sed quod dimitti debeat; alias tribus annis maritus pœnitentiam agere teneatur, si cum uxore adultera se commiscuerit; *capite si quis uxorem* 4. 32. *quæst.* 1. *capite* 2. *eadem causa. & quæst. capit. si vir de adulteriis*; Th. Sanchez *l.* 10. *de matrimonio, disput.* 13. cùm autem mulier, quæ post adulterium baptizata est, & pœnitentiam egit, aliena sit a suspicione turpitudinis

&

& rursus maritus non videatur patronus criminis, & Divina miseratione per Sacramentum Baptismi, aut Pœnitentiæ, jam deletum sit; meritò hæc pœna, quoad Deum, remissa censeri debet, ut idem *text.* ait *in finalibus verbis*; notat Thomas Sanchez *ubi suprà*, *gloss. fin. in cap. gaudemus, de divortiis. & in c. admonere*, verbo, *Pœnitentia*, 33. *quæst.* 2. atque ita in aliis criminibus, & pœnis, superior resolutio servanda est; scilicet, quod non remittantur per Baptismum.

16 Decimo quartò, prædictis obstabit text. *in capit. si quis viduam* 8. versiculo *Similiter*, 50. *distinct.* ubi delictum homicidii, ita demum causat irregularitatem Canonica lege statutam, si commissum fuerit post Baptismum: facit etiam text. *in c. si quis post acceptum*, 51. *distinctione*; ubi si quis post acceptum Baptismum militaverit, & ad fideles necandos cingulum sumpserit, ad Diaconatum admitti non debet. Consideratio est, ergo si ante Baptismum commissum fuerit homicidium irregularitate non punitur. Augetur difficultas ex eo, quod nec Sacrorum Ordinum susceptioni obest bigamia ex matrimonio ante Baptismum celebrato, *cap.* 1. 26. *distinct.* nec reputandus est bigamus, qui ante Baptismum unam habuit uxorem, & post Baptismum aliam, *cap. non oportet* 1. 28. *quæstion.* 3. Sed huic dubio respondendum est; verissimum esse in specie illorum jurium, & similium, ob delictum commissum ante Baptismum, quemquam non manere irregularem post ejus susceptionem; sed exinde non sequitur, delinquentem liberari à pœnis humanarum legum per Baptismum, cum eas (ut suprà diximus) dignè patiatur: & maximè, quia irregularitas non est primo, & per se in pœnam introducta, sed in reverentiam Ecclesiasticorum Ordinum, eorumque Religiosam functionem; nam impedimentum irregularitatis quandoque potest incurri sine culpa, licèt non sine causa; Suarez *dicta disputat.* 4. *section.* 3. *numero primo.* Reliqua, quæ ad hanc partem spectant, videre oportet ex his quæ tradunt Doctores omnes *in capit. si quis viduam* 8. 50. *distinct.* & de quæstion. illa, An filius infidelis invito patre baptizari possit? & pro interpretatione ad text. *in cap. ultimo*, 23. *quæst.* 4. *cap. Judæorum* 11. 23. *quæst.* 1. videndus est Divus Thomas *dict. quæst.* 68. *articulo* 10. Cenedus *in Collectaneis ad Decretales, collectan.* 59. *numero tertio*, Stephanus Gratianus 4. *tom. disceptationum, capit.* 658. Zabarella *in commentariis ad nostrum textum*, ubi plura refert.

17 Decimo quintò, adversus ea, quæ refert text. noster *in* §. *fin.* dum asserit validum esse Baptismum collatum dormienti, qui illum ante somnum petierat: quod idem dicendum est de furioso, qui ante amentiã vel dum haberet lucida intervalla petierat Baptismum Divus Thom. *ubi supra, quæstion.* 68. *art.* 12. Obstabit dicere: quod quamvis dormiens voluerit antè ministrare Baptismum, si tamen postea in amentia, vel somno administret, baptismus non valet: ita Divus Thomas *ubi suprà*: ergo nec valebit si quis in amentia, vel somno Baptismum suscipiat, quamvis antea voluisset baptizari. Sed respondendum est, negando consequentiam; nam qui sic in amentia, vel sommo Baptismum administraret, non satis censetur habere eam intentionem virtualem, quæ in activa administratione requiritur; at verò qui sic in amentia, vel somno susciperet Baptismum, posset quidem censeri habere illum consensum, & voluntatem virtualem, quæ sufficit in suscipiendo Sacramento. Ratio differentiæ est, nam Baptismi administratio est actio quædam, susceptio autem non est nisi quædam passio; ac proinde cum generaliter plus sit agere, quàm pati; ideo ad administrationem Baptismi magis libera, & deliberata voluntas requiritur, quàm ad susceptionem; Bonac. *d. punct.* 6. *num.* 19. Paulus Layman. *cap.* 2. *n.* 2. & 3. Diana 3. *par. tract.* 4. *de Sacram. resolut.* 12. Sotus *dist.* 5. *q.* 1. *art.* 7. *ad finem.*

18 Decimo sextò, adversus id, quod text. noster *in paragrapho fin.* refert, videlicet, validum esse Baptis-m collatum illi, qui metu gravi illum recepit, veluti metu verberum, cruciatus, aut servitutis, dummodo metum passus intendat illum suscipere, id est, non fallens, simulansque se velle, recipiat; validam esse, & characterem baptismalem suscipere; ideò ad servandam Fidem Christianam teneri: quod etiam docet Toletanum Concilium Quartum, *cap.* 56. relatum *in c. de Judæis*, 45. *dist.* siquidem consensus etiam metu extortus, verus & simpliciter voluntarius dicitur, *l. si patre cogente* 22. *ff. de ritu nuptiarum; cap. si vero, de jurejurando cap. merito*, 15. *quæst.* 1. Obstabit dicere; quod metu gesta non sunt simpliciter voluntaria, sed mixta ex voluntario, & non voluntario; imo magis censentur involuntaria, quàm spontanea, cum nihil sit magis voluntati contrarium, quàm vis atque metus, *l.* 1. cum vulgatis *ff. quod metus causa.* Cui difficultati, ut occurramus, dicendum est, volitionem per metum extortam, esse simpliciter, & absolutè voluntariam, & liberam, licèt secundum quid involuntaria sit; quia cessante metu, non eligeretur: tamen postquam eligitur, voluntaria est: *l. si privatus*, 17. *ff. qui, & à quibus manumissi*: quippè ad libertatem simpliciter satis est, ut quis possit eligere, & non eligere actum; sed metu coactus potest absolutè nolle, *l. cum proponas*, versic. *Potuit enim, C. de hæredibus inst.* ergo libere vult; *d. c. merito*, 15. *q.* 1. D. Th. 1. 2. *qu.* 6. *art.* 4.

19 Decimo septimò, huic solutioni obstabit text. noster, *in* §. *fin.* versiculo *Et ipse tanquam conditionaliter volens*; ex quo probatur, voluntatem illam metu extortam conditionalem, & involuntariam esse. Sed respondendum est, id intelligendum esse, quoad apprehensionem, non tamen quoad ipsam actionem per metum volitam, Thomas Sanchez, *de matrimonio, lib.* 4. *disputat.* 1. *num.* 5. quasi sensus sit conditionaliter volitum dici respectu metus præcedentis, seu qui supponitur, quo non existente, minimè haberet illam voluntatem, qui vim patitur; postquam enim voluntas elicita est, etiam per metum non desinit esse libera, & efficax; veluti cum projicit merces in mare, exorta tempestate; timens naufragium alias nõ projecturus; is enim non ideo minus dicitur absolutè, & simpliciter projicere illis voluntariè, quamvis cessante occasione tempestatis non projiceret; quippè Pontifex in *text. nostro, in d.* §. *fin.* differentiam constituere intendit inter vim, seu coactionem absolutam & inter compulsivam seu conditionalem; absoluta enim vis tollit electionem & consensum, quo fit ut illam passus nec rem nec characterem suscipiat Sacramenti: secus in conditionali, qua quis compellitur baptizari ob fugiendum aliud periculum, seu malum imminens, eligit actum: ut declaratur *in d.* §. *fin.* & notant Doctores omnes *in c. sacris; de his quæ vi*: Covarr. *in c. alma mater*, 1. *par.* §. 3. *n. fin.* Acunna *ad Decretum, in d. c. de judiciis* 45. *dist. n.* 13.

20 Decimo octavò, prædictis obstabit dicere, quod matrimonium per metum cadentem in constantem virum celebratum, nullum est, *capit. cum locum, capit. veniens, de sponsalib.* & similiter votum, *cap.* 1. *de his quæ vi*: ergo etiam Baptismus metu illatus impedit obligationem servandi Fidem. Sed respondendum est ex matrimonio, & voto, in hac parte, non rectè inferri ad Baptismum. Ratio differentiæ est, quia matrimonium & votum metu factum irritavit jus Canonicum, non autem Baptismum, neque juramentum: Thom. Sanch. *dict. lib.* 4. *disp.* 14. *num.* 2. Enriq. *lib.* 1. *de matrimonio, cap.* 9. §. 1. & 3. Nec obstabit, si dixeris exindè inferri, etiam Baptismum metu collatum, jure Ecclesiastico posse irritari. Quia respondendum est quod Sacramenta habent determinatam materiam formam, & subjectum ex Christi institutione, ut validè conferantur, & recipiantur; undè Ecclesia non potest reddere nullum Sacramentum quod semel validum est ex Christi institutione independenter ab aliquo, quod pendeat ab Ecclesia: quare cum in *text. nostro* sit

decisum, Baptismum metu illo conditionali datum, validum esse, dicendum est, nullo modo Ecclesiam jure positivo reddere nullum talem Baptismum; quæ ratio non militat in matrimonio, & voto, præcipuè, cum nemo teneatur ex lege Divina matrimonium contrahere, seu votum emittere; sed Ecclesia meritò in illis potuit impedimentum ponere, secus in Baptismo, ad quem omnes ex jure Divino tenentur, ut *suprà* diximus.

Ad text. in c. Debitum 4. hujus tit. de Baptismo, & ejus effectu.

SUMMARIUM.

1 *Baptizare seipsum nemo potest etiam instante necessitatis articulo.*
2 *Discretio debet esse inter baptizantem, & baptizatum.*
Christus Dominus, non à se ipso, sed à Joanne voluit baptizari.
Argumentum valet de matrimonio carnale, ad spirituale.
3 *Parocho competit potestas baptizandi solemniter.*
4 *Divus Hieronymus* l. de Baptismo, c. 17. c. constat 19. de Consecr. dist. 4.
5 *Absolutio est actus jurisdictionis, non verò Baptismus, nisi solemnis sit.*
6 *Diaconus ex permissione Episcopi, poterit solemniter baptizare.*
7 Cap. constat 19. de consecr. dist. 4. c. Diaconos 13. 93. dist.
Baptismum privatum, urgente necessitate, quilibet poterit exercere.
8 *Concilium Illiberitanum*, Can. 77. *incipit*: Si quis Diaconus.
9 C. si quis per ignorantiam 99. 1. q. 1.
10 Cap. si quis à Pagano 52. de consecration. distinction. 4.
11 *Concilium Illiberitanum*, Can. 38.
12 *Concilium Illiberitanum*, d. Can. 38. *vers.* Ita ut si supervixerit.
13 Cap. mulier 20. de Consecratione, distinctione 4.

CONCLUSIO.

1 NEmo potest seipsum baptizare, etiam instante necessitatis artic. Consonat text. *in cap. didicimus*, 24. q. 1. *cap. per aquam, cap. Catechumenum, de Consecr. dist.* 4. arg. tex. *in cap. per tuas, de jure patronatus; cap. ult. de institution. c. si quis ex uno*, 30. q. 4. *c. Martinus, de cognat. spirituali*; *cap.* 1. *hoc tit. cap. constat.* 19. *cum seqq. de Consecr. dist.* 4. *cap. fin. de Pœnitentia, dist.* 7. *c.* 1. 35. q. 1. Joannis *c.* 1. Marci *c.* 3. Matth. *c.* 8. Exornant Doctor Sahagum *de Sacrament. in genere, de Baptismo, num.* 70. D. Thom. *quæst.* 66. *art.* 5. *ad quartum, & quæst.* 67. *art.* 7. Victoria *in summa, de baptismo, concl.* 18. Vivaldus *in Candelabro aureo, de Sacramentis in genere, c.* 2. *n.* 33. Jacob de Grassis *in aureis decision, par.* 2. *li.* 2. *c.* 4. *n.* 23. Bonac. *de Sacrament. disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 4. *n.* 20. Enriq. *in summa. l.* 2, *c.* 18. §. 4. *litera B. & lib.* 1. *c.* 26. §. 7. *lit. T.* cum traditis à Barbosa *in collectaneis ad nostrum text. num.* 2. *& sequentibus.*

2 Ratio est, quia inter baptizantem, & baptizatum, debet esse discretio, sicut ex verbis Domini colligitur dicentis Apostolis: *Ite baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Matth. cap.* 28. ut sic ostendatur, quod alius est, qui baptizatur, & alius qui baptizat: ut in *text. nostro*, ad quod designandum, etiam ipse Christus Dominus, non à se ipso, sed à Joanne voluit baptizari, *Matth. cap.* 3. quare si quis seipsum immergeret in aquam dicendo: *Ego me baptizo in nomine Patris, &c.* esset denuo (si supervixerit) ab alio baptizandus, quamvis si talis continuo decederet, ex fide voti ad cœlestem patriam protinus evolaret; hoc est, non propter Sacramentum fidei, sed propter fidem Sacramenti: quod quidem est intelligendum, dummodo sufficienter contritus existat, juxta text. *in cap. fin. de Pœnitentia, dist.* 7. & constat ex *text. nostro.* In Baptismo enim, illa spiritualis generatio celebratur, de qua Veritas asserit, ibi: *Oportet vos nasci denuo; quia nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in Regnum cœlorum Joannis cap.* 3. Sicut ergo in carnali generatione, quia proles ex viro, & fœmina nascitur, alius est, qui carnaliter gignit, & alius est, qui carnaliter gignitur, cum valeat argumentum de patre carnali, ad spiritualem, *c. omnes*, 30. *quæst.* 1. *c.* 1. & 2. 30. *qu.* 3. Sic in Sacramentali generatione, qua soboles ex aqua, & Spiritu Sancto nascitur, alius debet esse qui spiritualiter generet & alius qui spiritualiter generetur. Sanè cum corpus exterius, sive cum cor interius baptizatur, oportet ut utrobique Paternitas, & filiatio valeat inveniri, quibus baptizans, & baptizatus ad invicem referantur: nam correlativa non se compatiuntur in eodem subjecto; meritò inter baptizantem, & baptizatum debet esse discretio: Gloss. 1. & ultim. *in præsenti*, Zabarella *ibidem*, *num.* 3. & 6. sicut etiam similiter inter præsentatum, & præsentantem, discretio adhibenda est; *cap. per tuas*, alias, *per nostras, de jure patronatus*: & inter dantem & accipientem, *cap. ultimo, de institutionibus*: inter emptorem & venditorem; inter pretium & rem venditam, *l.* 1. *ff. de rerum permut.* Sed quia quoad specialem nostri text. sententiam, ferè nullæ dubitandi rationes reperiantur, & ut essentialia, quod Baptismi Sacramentum comprehendamus, cum sit actum de forma, meritò operæ pretium est, ut *in præsenti* magis propriè de ministro agamus; & postea *in sequenti capit.* de hujus Sacramenti materia agemus: qui minister, alius dicitur ordinarius, sive solemnis, alius extraordinarius, alius verò necessarius, Catechismus Romanus, *de Baptismo*, 2. *p. c.* 2. §. 1. 8. de quibus figillatim disputabimus.

3 Primò, adversus ordinarium ministrum, hoc est, Episcopum & Sacerdotem Parochum, quibus non extraordinario, sed jure suo, propter Ordinem illa potestas competit, *Matth. cap.* 28. ibi: *Euntes baptizate omnes gentes: cap. constat, de Consecrat. dist.* 4. *cap. perlectis*, versi. *Ad Diaconum*, 21. *dist.* Concilium Florentinum *in decreto de Sacramentis, sive de unione Armeniorum*, D. Thom. 2. 2. *qu.* 67. *artic.* 2. Obstabit dicere, quod Christus Dominus præcepit Apostolis, *Matt. d. c.* 28. docere, prædicare, & baptizare ergo ad Episcopos tantum pertinet ex officio baptizare, ut Apostolorum successores, *c. quorum vices*, 68. *dist.* & eisdem tanquam Ecclesiæ Principibus competit ex officio, homines adscribere Christianæ Reipublicæ; D. Hieronymus *in Dialogo contra Luciferianos, & Tertullianos, in lib. de Baptismo, c.* 12. Cui difficultati respondendum est, non solum Episcopis competere ex officio jus solemniter baptizandi Catechumenos in sua Diœcesi, sed etiam Sacerdotibus in Parochiis, in quibus jurisdictionem habent, nam eo ipso, quod Parochi sint, quia jam materiam subditorum habent sibi applicatam, quã suspensam tempore ordinationis habebant, quousque Parochiam, & subditos haberent, eos ex tunc baptizare poterunt: & non implicat, Episcopos, ut Superiores Prælatos, Sacerdotes verò, ut inferiores, & auxiliatores, etiam illam facultatem, ex officio, & jurisdictione habere: notat Sotus *in* 4. *disput.* 4. *quæst.* 1. *articul.* 1. *ad secundum.*

4 Secundò, solutioni obstabit illa D. Hieron. authoritas *in Dialogo contra Luciferianos, Tertullianos, in li. de Baptismo, d. c.* 17. dum scribit, baptizandi jus esse penes Episcopum & minimè convenire Presbyteris, nec Diaconis, nisi ex jussione, sive commissione Episcopi. Cui difficultati

difficultati reſpondendum eſt, D. Hieronymum *ibidem*, non fuiſſe locutum de Sacerdotibus, qui Parochi ſunt, ſed de illis, qui nec Parochiam, nec juriſdictionem habent, qui ut poſſint licitè Baptiſmum celebrare, indigent commiſſione Epiſcopi, vel quod illis explicitè data ſit à Summo Pontifice; notat Bellarmin. *lib. 1. de Baptiſmo, cap. 7. circa principium.* Undè conſtat, nihil obſtare authoritatem *Matth. dict. cap. 28.* de commiſſione docendi, & baptizandi, Apoſtolis à Chriſto Domino conceſſa, qui licet eis illud ut ſapientiæ munus conceſſiſſet, *Actuum Apoſtolorum, cap. 7. in principio*; tamen officium baptizandi, ad quod non illa exigitur ſapientia, commiſit illis, ut per alios exercere poſſent: ad quod facit Apoſtolus 1. *ad Corinthios* 1. ibi non enim *miſit me Chriſtus baptizare, ſed Evangelizare*, ut conſiderat Sotus *ubi ſuprà*. Ex quo principio infertur interpretatio ad text. *in dict. cap. conſtat. 19. de Conſecrat. diſt. 4.* ubi Divus Iſidorus docet, baptiſma à ſolis Sacerdotibus eſſe tradendum, non verò à Diaconis: quæ verba non ita intelligenda ſunt, ut denotent ipſis Sacerdotibus, omnino ex ſola conſideratione, & ordinatione licere ſolemniter baptizare, abſque Epiſcopi conſenſu; ſed tantum, quod ex ordinatione apti ſunt, ut idem munus baptizandi ordinariè concedatur, applicando materiam juriſdictionis illis datam per ordinationem: quod contingit, dum ipſi in Parochos, & Ordinarios Paſtores eliguntur; quod aliter in Diaconis eſt, ut ſtatim dicemus: notat V. zquez *dict. c. 3. num. 17.* quomodo etiam eſt intelligendum Concilium Florentinum, *ſuprà* relatum, *in decreto de Sacramentis, ſive de unione Armeniorum*, in illis verbis: *Miniſter hujus Sacramenti eſt Sacerdos, cui ex officio competit baptizare*: quæ verba ſunt interpretanda cum rationibus, & ſuprà traditis principiis.

5 Tertiò, ſolutioni obſtabit ſequens conſideratio; nam ſi ſolemniter baptizare, eſſet actus juriſdictionis, ſequeretur Baptiſmum à ſimplici Sacerdote, & ab alieno Parocho collatum alicui, in quem non habet juriſdictionem, eſſe nullum; quemadmodum nulla eſt abſolutio à peccatis alicui collata, in quem Sacerdos non habet juriſdictionem ordinariam, aut delegatam, ex commiſſione Epiſcopi, aut Parochi; Tridentin. *ſeſſione 14. cap. 7. in principio*, quod admitti non debet. Sed huic conſiderationi, neganda eſt conſequentia, nec enim utriuſque caſus æquiparatio procedit; nam abſolutio eſt actus juriſdictionis in peccatorem, cùm ſit quædam ſententia, ac proinde *Tridentin.* decrevit non valere abſolutionem à Sacerdote collatam ei, in quem non habet juriſdictionem ordinariam, aut delegatam; at verò baptizare non eſt actus juriſdictionis determinatæ ad baptizandum; ſiquidem miniſter Baptiſmi nullam juriſdictionem habet in Catechumenum, argumento text. *in capit. gaudemus, de divortiis*; ſed ſolùm eſt actus habentis juriſdictionem in reliquum corpus, id eſt, reliquos fideles jam baptizatos, de quorum numero fit Catechumenus per Baptiſmum; meritò enim dicendum eſt, aliud eſſe validè fieri Baptiſmum, aliud verò ſolemniter introducere Catechumenum in Eccleſiam; nam ad hoc, ut valeat Baptiſmus, & ut character imprimatur, non eſt neceſſarium baptizantem habere juriſdictionem in aliquos fideles, quia à quocumque validè confertur, etiam extra caſum neceſſitatis, ex Chriſti inſtitutione; qui cum ſit actor principalis Baptiſmi, voluit quemcunque etiam nullam habentem juriſdictionem, validè introducere quemlibet in Eccleſiam per Baptiſmum; at verò ex officio in Baptiſmo ſolemni, neceſſarium eſt baptizantem habere juriſdictionem, ſaltem in aliquos fideles, cùm tunc ab ipſo ſolo ad corpus Eccleſiæ admitti poteſt, qui ipſi corpori præeſt, tanquam caput, & Prælatus, ut eſt Pontifex in univerſa Eccleſia, Epiſcopus in ſua Diœceſi, Parochus in ſua Parochia: atque hæc de miniſtro ordinario.

Quartò, adverſus extraordinarium miniſtrum, hoc eſt Diaconum, qui ex commiſſione Epiſcopi poterit baptizare, aliàs autem ex officio, vel ratione ordinis, munus illud ſolemne ei non competit: dictum Concilium Florentinum, *ubi ſupr. dict. c. conſtat. 19. de Conſecratione; diſtinct. 4. cap. Diaconus 13. & 14. 93. diſtinct.* Barb. *de officio Parochi, 18. num. 1. & de univerſo jure Eccleſiaſtico, 1. tom. cap. 35. num. 29.* Obſtabit dicere, quòd ſi Diaconi apti fuerint, ut illis ab Epiſcopo, vel Parocho baptizandi miniſterium committatur, eveniet, ut in hac parte in nihilo differant Diaconi, & Sacerdotes; quod eſt contra verba, & mentem prædictorum jurium. Sed huic dubio reſpondendum eſt, inter Diaconum, & ſimplicem Sacerdotem, nondum electum in Parochum illam differentiam verſari, quod quicunque Sacerdos, etiam ſimplex, aptus eſt ex parte ſui Ordinis, non ſolùm, ut illi competat baptizare, tanquam Paſtori jure Ordinario, & ex officio, ſed etiam ex commiſſione Epiſcopi, vel Parochi, non ſolùm inſtanti periculo mortis, vel etiam neceſſitate aliqua urgente; verùm etiam, ea minimè interveniente, præſente, vel abſente Parocho, aut Epiſcopo; at verò Diacono ratione ſui Ordinis non competit baptizare, ſed tantum ex commiſſione Epiſcopi, aut Parochi, aut urgente gravi neceſſitate; notat Gaſpar Hurtado *diſput. 2. de Baptiſmo, diſt. 2.*

Quintò, ſolutioni obſtabit dicere, quòd etiam 6
laicis, ſicut Diaconis permittitur urgente neceſſitate baptizare, *dict. capit. conſtat 19. de Conſecratione, diſtinct. 4. cap. Diaconus 13. 93. diſtinct.* ergo inter Diaconos, & laicos, nulla eſt differentia, circa poteſtatem baptizandi. Sed reſpondendum eſt, jura illa eſſe intelligenda non de ſolemni (de quo nuper diximus) ſed de privato Baptiſmo, qui extremæ neceſſitatis tempore confertur, abſque Epiſcopi, vel Parochi commiſſione; nam tunc poteſt Diaconus baptizare abſente Sacerdote, ſicut etiam laicus in defectum cæterorum Eccleſiæ miniſtrorum, ne quiſquam ſine Baptiſmo decedat; atque ita ſunt intelligendi text. *in dict. cap. conſtat. dict. capit. Diaconos*; itaque ſi neceſſitas urget, Diaconus, & laicus æquiparantur, cum hac diſtinctione; tamen, ut abſente Presbytero, Diaconus præferatur in baptizando, & cæteri Eccleſiæ miniſtri, qui ordinem ſuſceperunt; & eis deficientibus, laicus baptizare poterit. Tum etiam Diaconi, & laici in eo differunt, quia in Diacono, ut baptizet, non requiritur extrema neceſſitas, ſed ſufficit aliqua probabilis, veluti ad multitudinem baptizandorum, vel ob paucitatem miniſtrorum, aut infirmitatem Parochi; at verò laici, ut poſſint conferre Baptiſma, deſideratur extrema neceſſitas, Navarrus *in Manuali, cap. 22. num. 7.* Bonacina, *de Sacramentis, diſp. 21. q. 2. punct. 4. n. 3.* Idem *de cenſuris, diſp. 7. quæſt. 3.* cum traditis ab Acunna *ad primam partem Decreti, in dicto cap. pervenit 14. 93. diſtinct. n. 2. & 3.*

Sextò, adverſus illum extraordinarium miniſtrum, 8
hoc eſt Diaconum, in quo aſſeruimus, non poſſe ſolemniter baptizare, abſque Epiſcopi, vel Parochi licentia: Obſtabit text. *in Canon. Si quis Diaconus 77. Concilii Illiberitani*, ubi proponitur, Diaconum quendam regentem plebem, id eſt Parochiam, aliquos baptizaſſe abſente Epiſcopo, vel Presbytero, nec dubitatur an Baptiſma rectè collatum ſit; ſed tantum præcipiunt Hiſpani Patres, quod Epiſcopus perficiat Baptiſmum à Diacono collatum per Benedictionem; quod eſt dicere, ut confirmet baptizatos à Diacono: quæ Confirmatio primis Eccleſiæ temporibus, ſtatim poſt Baptiſmum ab Epiſcopo per manus impoſitionem conferebatur: notat Ferdin. de Med. *in confirmat. Concilii Illiberitani, lib. 3. cap. 12.* Ex cujus deciſione conſtat, Diaconum poſſe, tanquam miniſtrum ordinarium, baptizare, abſque præcepto Epiſcopi, vel Sacerdotis. Cui difficultati dupliciter reſpondere poteris: primò, Patres *in d. Can. 77.* locutos fuiſſe in caſu neceſſitatis, quo tempore, ut ſuprà diximus baptizare poteſt.

Quæ ſolutio comprobari poteſt ex poſterioribus *dicti Canonis* verbis, ubi dicitur, quod ſi baptizati ſtatim deceſſerint, etiam ſi Confirmationem non recipiant, ſalvari poſſunt: Vel ſecundò ſatisfieri poterit, dicendo in ſpecie *illius textus* propoſitum eſſe Diaconum regentem populum, id eſt, Parochiam; quapropter mirum non eſt, eum poſſe baptizare, cui cura plebis commiſſa erat: notat Mend. *ubi ſuprà, dict. lib. 3. cap. 77.*

9 Septimò, adverſus miniſtrum neceſſarium, quæ tertia, & ultima miniſtrorum ſpecies eſt, dum communiter dicimus (& certè in neceſſitatis cauſa omnes Catholici fatentur) quemlibet, cujuſque ſexus, vel Religionis ſit dummodo habeat uſum rationis, poſſe Baptiſma conferre, interveniente intentione, & forma Eccleſiæ; *cap. firmiter*, §. *unic. de Summ. Trinitat. & Fide Catholica*: de laico conſtat *in cap. Romanus* 23. de Pagano, *in cap. à quodam Judæo* 24. *de Conſecr. diſtin.* 4 *cap. ad limina* 30. *quæſt.* 1. Trident. *ſeſſ* 7. *de Baptiſm. Can.* 4. *cap.* 1. & 4. 30. *q.* 3. *cap. Diaconos*, 25. *diſtin. cap præter*, §. *ſciendum*, 32. *diſt. cap. Dianus* 19. 93. *diſt. cap. dictum, cap. dedit* 46. 51. 59. cum aliis, 1. *quæſt.* 1. *cap. placuit* 8. & 19. 16. *quæſt.* 1. & conſtat ex text. noſtro. *Clem.* 1. *hoc tit.* Obſtabit text. difficilis, *in cap. ſi quis per ignorantiam* 59. 1. *quæſt.* 1. ubi proponitur, quod ſi quis per ignorantiam ordinetur, antequam baptizatus exiſtat, debent ab eo baptizati iterùm baptizari: Ex quibus verbis planè oſtenditur, ad valorem Baptiſmi deſiderari, ut qui baptizat ſit prius ipſe baptizatus: alias Baptiſmum iterandum eſſe. Ex quo *text.* infertur, Paganum non poſſe baptizare validè. Cui difficultati reſponderi ſolet, verba illius *text.* quæ à Gratiano ſub Iſidori nomine referuntur, inter ejus opera non inveniri: ſed etiam ſi admittamus Divi Iſidori eſſe, dicendum eſt nihil in eo textu definiri, ſed tantum quæſtionem proponi, per interrogationem, aut ſaltem recitari alicujus Interpretis falſam opinionem, cui reſpondit Divus Iſidorus, ex propria ſententia in verbis, quæ immediatè in contextura ſequuntur, ibi: *Sed Romanus Pontifex non hominem judicat, qui baptizat; ſed Spiritum Dei ſubminiſtrare gratiam Baptiſmi, licèt Paganus ſit, qui baptizat*, quæ Divi Iſidori verba, etiam referuntur, *in cap. Romanus* 23. *de Conſecratione, diſtinct.* 4. & confirmatur ex eodem Hiſpalenſis Antiſtitis doctrina, *li.* 5. *Capitular. cap.* 4. dum huic quæſtioni his verbis reſpondit: quod ſi quis baptizatus eſt à Presbytero non baptizato, & Sancta Trinitas in Baptiſmo invocata fuit, baptizatus eſt. Sicut Sergius Papa dixit: Ex quibus verbis conſtat Divum Iſidorum tenuiſſe, & docuiſſe, non ſolum eſſe verum Baptiſmum à Presbytero non baptizato collatum, verum etiam à Sergio Pontifice ita definitum fuiſſe.

10 Octavò, prædictis obſtabit text. *in cap. quos à Pagano* 52. *de Conſecration. diſtin.* 4. ubi Gregorius Pontifex II. aſſerit baptizatos à Pagano, denuo baptizari debere in nomine Trinitatis: ex quo infertur, Baptiſmum à Pagano præſtitum, invalidum eſſe, aliàs enim ſi valeret, non eſſent iterum baptizandi. Cui dubio breviter reſpondendum eſt: ideò *ibidem* Pontificem decreviſſe baptizatos à Paganis, iterum eſſe baptizandos, non ex eo, quia ſi baptizati eſſent ab eis forma ordinaria, non eſſent baptizati; ſed quia non erant baptizati invocatione trium perſonarum Trinitatis Divinæ, quæ eſt de neceſſitate formæ hujus Sacramenti. Quæ ſolutio ſatis colligitur ex eo, quia Pontifex jubet illos denuò baptizari *in nomine Trinitatis*, quæ verba denotant in illo Baptiſmo à Paganis facto, defeciſſe Trinitatis invocationem, undè infertur, omnia jura, quæ probant baptizatos à Judæis, Paganis, vel Hæreticis, eſſe iterum baptizandos, intelligenda eſſe, hoc eſt, quando non fuit ſervata Eccleſiæ forma: quæ aliàs ſi ſervata fuiſſet, non erunt denuò baptizandi, *cap. præter* 6. §. *ſciendum*, 32. *diſt. dict. cap. ſi quis confugerit*, cum ſimilibus *ſuprà* adductis; Bellarm. *dict. cap.* 7. Valencia *diſp.* 1. *punct.* 1. Ægidius *ubi ſupra, ad q.* 67. *n.* 2. Vaſquez *ubi ſupra, n.* 6. Alphonſ. de Caſtro *adverſus hæreſes, hæreſi* 5. §. *Baptiſmus Joannis.*

11 Nonò, huc uſque dictis obſtabit Concilium Illiberitanum, *Can.* 38. cujus hæc ſunt verba: *Peregrè navigantes, aut ſi Eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem, qui lavacrum ſuum integrum habet, nec ſit bigamus, baptizare in neceſſitate infirmitatis poſitum Catechumenum, ita ut ſi ſupervixerit, ad Epiſcopum eum perducat, ut per manus impoſitionem perfici poſſit.* Ex quibus conſtat, Patres illius Concilii loqui de baptizando eo, qui in mortis articulo conſtitutus erat; & tamen dumtaxat permittunt Catechumenum baptizari à fideli, qui prius accepiſſet integrum lavacrum, & quod bigamus non ſit: ergo non Baptizatus vero & integro Baptiſmo, non poteſt alium baptizare, & conſequenter, nec etiam bigamus in neceſſitate. In cujus Canonis difficultate diſſolvenda, variæ ſunt Doctorum interpretationes: Bellarm. enim *in dict. c.* 7. *col.* 2. aſſerit, Concilium Illiberitanum, *in dict. c.* 38. decidiſſe, quod erat certum, nempè laicum baptizatum, poſſe in neceſſitate licitè baptizare: Contrarium autem non negaſſe, ſed reliquiſſe ſub dubio: Suar. autem *in dict. ſect.* 2. *prope finem*, ait, illam qualitatem, quod miniſter neceſſariò ſit baptizatus, & non bigamus, requiri, non ut ſimpliciter neceſſaria ſit, ſed ut magis conveniens. Vazquez autem *dict. diſp.* 141. *c.* 2. *num.* 5. eadem mente obſervat, ex illa æquiparatione de non baptizato, & bigamo facta, ex *illo Canone* apertè deduci, quod ſicut bigamus verè, & validè baptizat; ita & qui integrum Baptiſmum non accepit; & ſic utrumque expreſſiſſe Concilium, ut denotaret, etiam in caſu neceſſitatis, ſi inveniatur fidelis baptizatus, qui integrum lavacrum habeat, & bigamus non ſit, præferendum eſſe. Ratio eſt, quia laicus miniſter neceſſitatis in baptiſmo gerit vices Sacerdotis, meritò convenit, ut inter cæteros occurrentes, Baptiſmum priùs conferat, qui baptizatus fuerit, & non bigamus, qualis requiritur ad Sacerdotium. Quæ interpretatio vera eſt, eamque ſequitur Abbas Pinus *in notis ad Concilium Illiberitanum, in eo Canone*, ubi ſubaliter conſiderat verba illa, *qui lavacrum ſuum integrum habet* poſſe intelligi de fideli baptizato, qui poſt lavacrum non peccaſſet: & quomodocunque intelligantur, ex dictis apparet, Concilium illud non negaſſe, laicum in caſu neceſſitatis poſſe baptizare: videndus Mendoza *ubi proximè.*

12 Decimò, ſolutioni obſtabit ſequens conſideratio; nam ſi in *dict. Can.* 38. Concilii Illiberitani, validus, & perfectus eſſet Baptiſmus à quocumque laico collatus, fruſtrà Concilium adderet verba illa: *Ita ut ſi ſupervixerit, ad Epiſcopum eum perducat, ut per manus impoſitionem perfici poſſit.* Sed huic conſiderationi reſpondendum eſt, Baptiſmum in ſpecie *illius Canonis* procul dubio valuiſſe: nec contrarium probare prædicta verba: quia non ſunt intelligenda de manus impoſitione, quæ fit à Presbytero, dum exorcizat baptizandum, de qua *in Concilio Carthagin.* 4. *Can.* 7. nec de aliis ſpeciebus impoſitionis manus, quæ multæ ſunt, *cap. ab antiqua*, juxta ejus Gloſſ. *de Conſecrat. diſtinct.* 4. ſed de illa (ut ſuprà diximus) quæ vocatur *Confirmatio*, Tertullian. *de Baptiſm. c.* 7. ibi, *exinde regreſſi de lavacro perunguntur Sancta Unctione*, D. Auguſt. *li.* 3. *de Sacramentis, cap. ut.* ibi: *Sequitur ſpirituale ſignaculum, quod poſt fontem ſupererat, ut perfectio fiat.* Quæ perfectio dicitur Confirmatio in fidei robore, & virtute, adverſus diaboli tentationes; *text.* ita intelligendus, *in cap.* 5. *cap. ut jejuniis* 6. *de conſecrat. diſtinctione* 5. Ita Ferdinandus de Mendoza *in defenſione Concili Illiberitani, in dicto Canone* 38. Baſilius Legionenſis *in relectione, de Confirmat.* 1. *part. cap.* 1. *num.* 1.

13 Undecimò, contra ſuperiorem Doctrinam de miniſtro neceſſitatis, obſtabit text. *in cap. mulier* 20. *de*

Conſecra

Consecratione, distinctione 4. Ubi in Concilio Carthaginensi 4. *Can.* 99. & 100. legitur quod mulier, quamvis docta, & sancta, viros in Conventu docere, vel aliquos baptizare non præsumat. Ex quo colligitur, mulierem non esse sufficientem ministrum Baptismi validi. Sed respondendum est, in *text. illo* non probari, nec colligi, mulierem non posse validè baptizare in necessitatis articulo; sed dumtaxat *ibidem* præcipitur, ne mulier extra casum necessitatis baptizet, vel etiam urgente necessitate, existentibus ibi altioribus ministris, ut ita animadvertit *in eodem text.* Gratianus, & post eum ordinarii omnes; Bellarminus *lib.* 1. *de Baptismo*, *cap.* 7. in necessitate enim, id est, in periculo mortis, non solùm validè, verùm etiam licitè baptizat, *cap. super*, 30. *quæst.* 1. cum aliis *suprà* relatis. Ex quibus infertur, mulieribus, præsente viro, etiam in casu necessitatis, licitum non esse Baptismum conferre; nec etiam laico, præsente Diacono; nec Diacono, præsente Presbytero, aut Episcopo; quæ omnia omitto, quia instituti nostri non sunt. Videndi sunt Doctores *suprà* in confirmatione conclusionis citati.

Ad textum in cap. Non ut, 5. de Baptismo, & ejus effectu.

SUMMARIUM.

1 *Baptismi Sacramentum non est, ubi deest verbum, vel elementum.*

2 *Defectus unius, quando plura requiruntur ad substantiam actus, facit totum deficere.*
Baptismi materia proxima, vel remota, qualis sit?

3 *Baptismus Christi, & Baptismus Joannis, in quo differant*, Matth. cap. 3.

4 Cap. nunquam 10. cap. per aquam 9. de Consecr. distinct. 4.

5 *Baptismus habet vim illuminationis*, Apocalypsis, cap. 1.

6 *Aqua fluens ex corpore Christi pendentis in Cruce, fuit pura, miraculosè egrediens ab ejus corpore ad salutem animarum.*

7 *Baptismus in vino, & oleo, quare non possit fieri, sed solum in aqua.*

8 *Aquæ quantitas, quæ sufficiat ad Baptismum.*
Minima particula panis est sufficiens ad Eucharistiæ Sacramentum; sed non una gutta aquæ ad Baptismum: & quare?
Cap. propriè 13. in fine, de Consecratione, distinctione 4.

9 *Baptismus an valeat, si aqua tangat vestem, vel si homo sit in utero.*
Cap. qui in maternis 115. cap. si quidquid 35. de Consecrat. dist. 4.

10 *Baptismus an valeat, si quis cum legitima forma, & intentione, infantem proximum morti in flumen, vel in puteum projecerit.*
Baptismus significat mortem, & Resurrectionem Christi; Paulus ad Romanos, cap. 6.

CONCLUSIO.

1 *UBi deest verbum, vel elementum aquæ, non est baptismi Sacramentum.* Consonat text. *in cap.* 1. §. *una verò*, *de Summ. Trinitat. & Fide Catholica*, Tridentin. *sess.* 7. *de baptism. Can.* 2. Joan. *cap.* 3. *cap. detrahe*, 1. *q.* 1. *cap.* 1. *cap. quod autem* 5. *cap. Filius Dei* 8. cum *duobus sequentibus*; *cap. si non sanctificatus* 72. *de consecratione distinct.* 4. Paulus *ad Ephes. cap.* 5. Concilium Florent. sub Eugen. IV. *in decreto de Sacram.* §. *Primum dubium*, *cap.* 1. *hoc tit.* cum aliis *ibidem* à me traditis *in cap. in quadam* 8. *de celebr. Missar.* Pontifex Clemens I. *Epist.* 4. Pontifex Melchiades *Epist.* 1. *ad Episcopos Hispaniæ*; Pius V. *in Catechismo Romano.* 2. *p. cap.* 2. §. 6. Act. Apostolor. *c.* 8. & 10. Exornant D. Th. 3. *p. q.* 66. *art.* 3. & 4. Castro *adversus hæreses*, verb. *Baptismus, hæresi* 1. Bellarm. *lib. unico, de baptism. c.* 2. & 4. & *lib.* 2. *c.* 6. §. 1. & 2. Sotus *in* 4. *dist.* 3. *q. unica, art.* 4. Navar. *in Manuali, cap.* 22. *n.* 5. Suar. *tom.* 3. *disp.* 20. *sect.* 1. Enriq. *in summa, li.* 2. *c.* 6. §. 1. & 2. Vivald. *in Candelabro aureo, de baptismo, cap.* 2. *n.* 4. Ægidius, *de Sacramentis, tom.* 3. *quæst.* 66. *art.* 4. *num.* 20. Bonac. *de Sacram. disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 3. Villalob. *in summa*, 1. *tom. de baptismo*, *diffic.* 3. & 4. Valencia *ubi suprà, disp.* 4. *q.* 1. *punct.* 2. novissimè Pat. Joseph. *in summ. de Sacramentis*, *de baptismo, tract.* 1. *n.* 7. *cum seqq.* Ochagavia *dict. tract. unic. quæst.* 4. *num.* 8.

Ratio primæ nostri text. partis petenda est ex his, 2
quæ suprà retulimus *in cap.* 1. *hujus tit.* ubi latè de ea diximus. Secundæ verò partis ratio est, quæ deducitur ex illo *Joan. cap.* 3. ibi: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non introibit in Regnum cœlorum*: Undè Divus Augustinus *in cap. detrahe*, 1. *q.* 1. inquit, detrahe verbum ab aqua, quid erit, nisi aqua? accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum; meritò illi non habent verum Baptismum, in quibus non solùm utrumque prædictorum, sed eorum alterum est omissum; siquidem, quando plura requiruntur ad substantiam actus, defectus unius facit totum deficere, *leg. si unus, Cod. de testibus*: notat Divus Thomas *part.* 6. *q.* 66. *art.* 3. & 5. nam in Baptismo, sicut in aliis Sacramentis, cum aliis requisitis desideratur etiam materia proxima, & remota, circa quam versatur Sacramenti actio: materia proxima est actio illa, hoc est ablutio; remota verò est aqua vera, & naturalis, quæ dicitur elementaris, *Joan. dict. cap.* 3. ibi *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto*; quod quidem verbum *Aqua*, ex communi Doctorum sententia, denotat aquam veram, & naturalem; siquidem Scriptura sacra, secundum proprietatem verborum capienda est, nisi aliàs sequatur absurdum; docet Divus Augustinus *li.* 3. *de Doctrina Catholica, c.* 16. argumento text. *in l. non aliter* 69. *ff. de legatis* 3. Trid. *dicta sessione* 7. *de baptismo*, *Can.* 2. Ratio est, quia cum Sacramentum Baptismi sit omnibus nationibus maximo necessarium, indè oportebat ejus materiam esse omnibus obviam, & communem; scilicèt aquam, cujus usus facillimus est, & ad suavitatem legis Evangelicæ magis accommodatus, juxta illud, *Jugum meum suave est, & onus meum leve*: & ex alia ratione mystica: nam aqua maximam habet analogiam, & proportionem, ad significandam, & denotandam interiorem munditiem animæ, quæ sequitur ex Baptismo: *Job. capite nono, versiculo* 30. aliasque rationes considerat Divus Thomas 3. *part. quæstion.* 66. *art.* 3.

Primò, hanc Catholicam Doctrinam impugnare 3
conantur Seleucus Hibernus, & sequaces hæretici; dum existimabant non in aqua baptizandum esse, sed adhibita quadam ignis combustione, quod etiam Jacobitæ affirmabant, qui loco aquæ, ferro candenti imprimebant in frontibus baptizandorum Crucis signum, auctor est Sanderus *lib.* 7. *de visibili Monarchia, hæresi* 113. Prateolus, *verbo Jacobitæ*; qui omnes hæretici, & sequaces hujus erroris occasionem sumebant ex verbis *Joannis*, apud *Matth. c.* 3. ibi: *Ego baptizo vos in aqua; ille autem baptizabit vos in Spiritu Sancto, & igne*; seu isti à Catholica, & orthodoxa veritate aberrant, cum Baptismum absque propria & valida materia ministrent. Nec verba *Matth. in d. c.* 3. illos movere debent: quia verbum illud, *Igne*, minimè est intelligendum de Baptismi materia, ut docet Pius V. *in suo Catechismo, d. cap.* 2. §. 6. sed de ipso Spiritu Sancto, qui rectissimè appellatur, *Ignis*; ut sic sensus sit; Baptismum Joannis fuisse in sola aqua, sine virtute sanctificandi, Baptismum verò Christi esse in aqua habente vim conferendi Spiritum Sanctum; ita post

alios

alios docet Alphonſus de Caſtro, verbo, *Hæreſi* 1. vel intelligendum eſt de adventu Spiritus Sancti, cùm die Pentecoſtes in linguis igneis de cœlo in Apoſtolos delapſus eſt; quo ſenſu conſonant verba Chriſti *Actuum cap.* 1. ibi: *Joannes quidem baptizavit in aqua, vos autem baptizabimini in Spiritu Sancto, non poſt multos hos dies*, Bellarminus *lib.* 1. *de Baptiſmo, cap.* 2. vel denique tenenda eſt expoſitio Hieronymi *in dict. Matth. c.* 3. quæ fortè aptior eſt, & literæ convenientior; nempè, ut verbum illud, *per ignem*, intelligamus *ignem Purgatorii, vel ſeveritatem extremi judicii*, ita ut ſenſus ſit, ille vos baptizabit, id eſt, purgabit, aut emundabit, nunc quidem Spiritu Sancto in Baptiſmo, poſtea verò, etiam judicio, & ſi opus fuerit purgatorio: in quam ſententiam dixit Apoſtol. 1. *ad Corinth. cap.* 3. *Uniuſcujuſque opus quale ſit ignis probabit*, & quod hæc interpretatio verè adaptetur *ad Matth. d. cap.* 3. conſtat ex verbis, quæ ſubjungit ipſe Joannes, ibi: *Cujus ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.*

4 Secundò, concluſioni ſuprà adductæ obſtabit text. *in cap. nunquam* 10. *de Conſecrat. diſtinct.* 4. cujus hæc ſunt verba: *Nunquam aquæ Baptiſmi purgare peccata credentium potuiſſent, niſi tactu Dominici corporis ſanctificatæ fuiſſent*: Ergo non omnis aqua naturalis ſufficit, ſed neceſſaria erit Jordanis, quam Deus tactu ſuo ſanctificavit. Sed huic dubio reſpondendum eſt, verba illa non eſſe intelligenda reſtrictivè de ſolis aquis Jordanis, ſed de omni vera, & naturali aqua, in quam derivata eſt virtus, propter ſimilitudinem ſpeciei, ut docet D. Thom. 3. *part. quæſt.* 66. *art.* 3. *ad* 4. unde D. Auguſtin. *in ſermone*, 1. *Dominicæ infrà octavam Epiphaniæ*, hæc verba refert: *Quæ de ſalvatoris Baptiſmate benedictio fluxit, tanquam fluvius ſpiritualis omnium gurgitum tractus, univerſorum fontium venas implevit*: quæ refert D. Thomas *ubi ſuprà*; quapropter Gratianus, ut probaret, quod ex Divo Ambroſio tradiderat, *in cap. per aquam, de Conſecrat. diſtinct.* 4. ſcilicèt, aquam eſſe legitimam materiam Baptiſmi, hanc rationem adducit, *in dict. cap. nunquam* 10. ſcilicèt, id provenire, quia Chriſtus D. contactu ſuæ mundiſſimæ carnis vim expurgativam aquis præſtitit, eaſque ad veram materiam Baptiſmi deſignavit; notant Archidiacon. & Turrecrem. *in d. cap. nunquam* 10. *de Conſecrat. diſt.* 4.

5 Tertiò, ſolutioni obſtabit dicere, quod Baptiſmus, ſecundum Dionyſium, & Damaſcenum, *lib.* 4. *cap.* 10. *circa medium*, habet vim illuminativam, ſed illuminatio maximè competit igni: ergo Baptiſmus magis fieri debet in igne, quàm in aqua. Sed huic difficultati reſpondendum eſt, quod illuminatio pertinet ad ignem activè, ille autem, qui baptizatur, non efficitur illuminans, ſed illuminatur per fidem, quæ eſt ex auditu; ita D. Thom. 3. *part. qu.* 60. *art.* 5. *ad primum*; ac per conſequens de fide eſt, quod aqua magis competit Baptiſmo, quàm ignis. Nec obſtabit, ſi replices, dicendo, quod Sacramenta Eccleſiæ fluxerunt de latere Chriſti pendentis in Cruce, latè D. Thom. 3. *part. q.* 60. *art.* 5. ſed indè fluxit non ſolum aqua, ſed etiam ſanguis: ergo videtur, quod non ſolum in aqua, ſed etiam in ſanguine poſſit fieri Baptiſmus, qui etiam videtur magis convenire cum cauſa, & effectu Baptiſmi, *Apocalypſis* 1. ibi: *Lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.* Quia reſpondendum eſt, quòd ex latere Chriſti fluxit Aqua ad abluendum, Sanguis verò ad redimendum; & ideò ſanguis competit Sacramento Euchariſtiæ, Aqua autem Sacramento Baptiſmi, qui habet vim ablutivam ex virtute ſanguinis Chriſti: ita D. Thom. 3. *part. q.* 66. *art.* 3. *ad* 3.

6 Quartò, prædictis obſtabit ſequens conſideratio; videlicet, quod aqua illa quæ fluxit de latere Chriſti pendentis in Cruce, videtur quòd non ſit aqua pura, & ſimplex, ex eo quòd ex corpore mortuo Chriſti exivit, ac per conſequens non fuit elementum in actu. Verùm reſpondendum eſt, quòd aqua fluens de latere Chriſti pendentis in Cruce, non fuit humor phlegmaticus, ut nonnulli dixerunt, in tali enim humore, non poterat fieri Baptiſmus, ſicut nec in ſanguine animalis, aut in vino, vel quocunque aliquo liquore alicujus plantæ, fuit autem aqua pura miraculosè egrediens à corpore mortuo, ſicut & ſanguis, ad comprobandã veritatem Dominici corporis, contra Manichæorum errorem; ut ſcilicet per aquam, quæ eſt unum quatuor elementorum, oſtenderetur corpus Chriſti verè fuiſſe compoſitum ex quatuor elementis, per ſanguinem verò oſtenderetur eſſe compoſitum ex quatuor humoribus; ita D. Thom. *d.* 3. *p. q.* 66. *art.* 4. *ad* 3.

7 Quintò obſtabit, quòd in Baptiſmo ſignificatur ablutio peccatorum, ut ſuprà diximus; ſed multa alia ſunt ablutiva, quam aqua, ſicut vinum, oleum, & hujuſmodi alia: ergo etiam in his poterit fieri Baptiſmus, ac per conſequens aqua non erit propria, & ſola materia Baptiſmi. Sed reſpondendum eſt, quòd vinum, & oleum, non communiter aſſumuntur ad uſum ablutionis, ſicut aqua, nec etiam ita perfectè abluunt, quia eorum ablutione remanet aliqua infectio, quantum ad odorem, quod non contingit in aqua; tum etiam, quia illa non ita communiter, & abundanter habentur, ut aqua; D. Thom. *ubi ſupra, art.* 3. *ad* 2. Nec ſimiliter obſtabit, ſi replices dicendo: Quod in ſolemni celebratione Baptiſmi aquæ, infunditur Chriſma; ſed hoc videtur impedire puritatem, & ſimplicitatem aquæ: ergo aqua ſimplex, non eſt integra, & pura ablutio ad Baptiſmum. Quia reſpondendum eſt, quod admixtio chriſmatis, non ſolvit ſpeciem aquæ, ſicut nec etiam aqua decoctionis carnium, aut aliorum hujuſmodi; niſi fortè ſit facta tanta reſolutio corporum lixatorum in aqua, quod liquor plus habeat de aliena ſubſtantia, quàm de qua, quod ex ſpiſſitudine percipi poteſt; notat Divus Thom. *d.* 3. *par. q.* 66. *art.* 4. *ad* 2. Nec etiam obſtabit, ſi inſtes, quod ſi aqua ſecundum ſe eſſet propria materia Baptiſmi, non oporteret aliquid fieri, circa aquam, ad hoc, quod in ea Baptiſmus fieret; ſed in ſolemni Baptiſmo, aqua, in qua celebratur, exorcizatur, & benedicitur: ergo videtur, quòd aqua ſecundum ſe non ſit propriè Baptiſmi materia. Quia reſpondendum eſt, quod illa benedictio, quæ adhibetur aquæ, non eſt de neceſſitate Baptiſmi, ſed pertinet ad quandam ſolemnitatem, per quam excitatur devotio fidelium, & impeditur aſtutia dæmonis, ne impediat Baptiſmi effectus; ita Divus Thomas *dict. art.* 3. *ad* 5. apud quem vide aliquas dubitandi rationes.

8 Sextò, adverſus ea, quæ communiter in præſenti tenent omnes; videlicèt, eam aquæ quantitatem ad valorem Baptiſmi requiri, quæ ſufficiens ſit ad corpus abluendum, id eſt, illam corporis partem, qua abluta, poſſit homo dici ablutus; argumento text. *in cap. debitum, hoc tit.* cum ergo parva aquæ quantitas ſucceſſivè applicata poſſit corporis partem abluere, conſequens eſt parvam quantitatem, imò & guttam, modo ſuprà adducto, ſufficere; tenet Navarrus *in Manuali c.* 21. *num.* 7. *in fine.* Ochagavia *dict. tract. unico, quæſt.* 4. *num.* 8. dum tamen quantitas adeò parva non ſit, ut ad ſucceſſivum contactum non præſtet, quapropter minutiſſimæ aquæ guttulæ ſparſæ, quæ ſucceſſivè non fluunt, minimè ſufficiunt ad materiam Baptiſmi; quia tunc per eas non datur ablutio, quæ eſt materia próxima hujus Sacramenti: inſtante verò neceſſitate, poterit licitè guttula aquæ Baptiſmus conferri, ſi major quantitas non inveniatur; ſed cùm ſit materia dubia, data occaſione, Baptiſmus iterum erit ſub conditione conferendum, notat noviſſimè, plures referens, Pater Joſephus *in ſumma de Sacramentis, de Baptiſmo, tract.* 1. *n.* 10. Cui ſententiæ obſtabit ſequens conſideratio; ſcilicet, quia ſicut minima particula panis eſt ſufficiens materia ad Sacramentum Euchariſtiæ; ita etiam minima aquæ guttula ſufficiens eſſet ad valorem Baptiſmi. Sed reſponden-

reſpondendum eſt, inter hos caſus notiſſimum verſari diſcrimen; materia enim Euchariſtiæ, tantum eſt verus panis triticeus ſecundum ſe, quæ verificatur etiam in minima particula; at vero in materia Baptiſmi, non eſt ſolum, utcumque vera aqua, ſed quæ juxta moralem loquendi modum, poſſit facere abſolutionem, & ablutio uſitato modo dici non poteſt, ſi minutiſſima tantum guttula quis aſpergatur, quidquid ſentiat Vazquez *diſput.* 145. *cap.* 4. *num.* 32. Enriquez *dict. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 2. *& cap.* 21. *num.* 4. Nec pro eorum opinione facit *Actuum Apoſtolorum*, *cap.* relatum *in cap. proprie* 13. *apud finem*, *de Conſecrat. diſt.* 4. ubi refertur uno die tria fere millia hominum Apoſtolos baptizaſſe: quod utique fieri non potuiſſe videtur, niſi per alperſionem confuſam, eodem modo, quo aqua benedicta in populum aſpergitur; ita ut ſingulos vix niſi una gutta contingat. Quia reſpondendum eſt, veriſimile homines illos ab Apoſtolis, & Chriſti Diſcipulis, paulatim ad Baptiſmum fuiſſe præparatos & per effuſionem aquæ baptizatos, cum poſſibile ſit tria millia, & amplius, per aquæ infuſionem ſingulis factam uno die baptizari, & non minus factibile, totidem ab Epiſcopo confirmari; ad id etiam accedit, quod non unus ſolus, ſed plures erant miniſtri, ſeu Diſcipuli Domini, qui baptizandis hominibus operam dabant, ut advertit Sotus *ubi ſupra*, *art.* 7. *circa finem*, Zambrana *tr. de Baptiſmo*, *c.* 1. *dub.* 4. Salmeron *tra.* 15. *ad Acta Apoſtolorum.*

9 Septimò, adverſus ea quæ *in præſenti* tenent omnes; videlicet, quod ad valorem Bapiſmi aqua corpus tangat, aliàs ablutus homo minimè dici valeat, *dict. cap. detrahe*, verſic. *Quæ eſt tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat.* 1. *quæſt.* 1. Undè Baptiſmus non erit, ſi aqua tangat hominem tantummodo, ſecundum veſtes, nec ſi homo ſit incluſus in corio, vel in utre in aquas mittatur, cùm tunc nullatenus aquæ eum tangant; ſimiliter etiam, nec Baptiſmus eſſe poteſt ejus infantis, cujus mater gravida baptizatur, etiam ſi abluatur uterus puerum continens; nam tunc infans non abluitur corpore proprio, quoad Baptiſmi valorem requiritur, *cap. ſi ad matris* 114. *cum duobus ſequentibus*, *de Conſecrat. diſtinct.* 4. At verò quando inſtat periculum mortis, ante totalem egreſſionem, ſi arte, & opera obſtetricis poſſet aqua ipſum infantem in materno utero exiſtentem; tangere immediatè, valeret Baptiſmus, adjecta ſcilicet, verborum forma, ut ſentire videtur D. Gregor. *in cap. baptizari*, 3. 5. *diſtinct.* Acunna *ibidem*, *num.* 1. Obſtabit text. *in cap. qui in maternis* 115. *de Conſecrat. diſt.* 4. ibi: *Qui in maternis uteris ſunt, cum matre baptizari non poſſunt; quia qui natus adhuc ſecundum Adam non eſt, renaſci ſecundum Chriſtum non poteſt.* Ex quibus verbis conſtat, ante nativitatem neminem poſſe baptizari. Sed reſpondendum eſt, Divum Iſidorum, *in dict. cap. qui in maternis*, non loqui eo in caſu, quo infans ipſe in utero reipſa ablueretur; ſed in caſu, quo ſola mater abluatur; nam dum infans in matris utero omnino clauditur ita ut aquâ tangi arte nulla poſſit, non erit ſecundum ſe baptizatus; notat Vazquez, *in* 4. *dict.* 4. *quæſt.* 2. *articul.* 3. *dubio* 2. Valentia *dict. diſput.* 4. *quæſt.* 1. *puncto* 2. *verſ.* 31. Bonacina, *in tractatu de Baptiſmo diſput.* 2. *quæſt.* 2. *puncto* 3. qui Divum Thomam, & alios pro ea opinione adducit. Eodemque modo eſt interpretandus text. *in c. quidquid* 35. *& cap. ad matris* 114. *de Conſecratione diſtinctione* 4. quia procedunt, quando mater prægnans abluitur, ſed baptizatur, abſque eo quod aqua attingat fœtum, ut ex eorum contextura appareret; tunc enim, quoad exiſtentem in utero, invalidus eſt Baptiſmus. Vel aliter melius dici poteſt, text. *in dict. cap. qui in maternis* 115. *de Conſecr. diſt.* 4. procedere in eo, qui in utero materno conceptus, ſed adhuc imperfectus, & informis ſtat, & nondum habet lineamenta corporis compacta, nec fœtus formatus eſt; *ut in capit.* 2. *de homicidio*, qui à jureconſultis ſpecies inanimata appellatur; argumento text. *Granna in Decret.* *in l.* 2. *digeſt. de mortuo inferendo*; *cap. quod vero* 80. *cum ſequentibus* 32. *quæſt.* 2. Unde nihil mirum, quod invalidus ſit Baptiſmus in eo, qui informis, & inanimatus eſt, cum ſit ſubjectum incapax Baptiſmi, & ita ſunt intelligendæ authoritates omnes Doctorum aſſerentium, conceptum in utero, neutiquam capacem Baptiſmi eſſe.

Octavò, adverſus ea, quæ communiter *in præ-* 10 *ſenti* tenent Doctores omnes; videlicet, quod ſi miniſter, adjecta verborum forma, cum intentione conferendi Baptiſmi Sacramentum, infantem morti proximum dejecerit in flumen, vel puteum, ubi omnino ſuffocandus eſt, tunc validum Baptiſmum eſſe, ſiquidem hoc in caſu, adſunt omnia requiſita ad Baptiſmum, id eſt, materia, hoc eſt aqua, ablutio, & forma, quæ ſupponitur prolata antequam infans moriatur, adeſt etiam miniſter cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, hoc eſt baptizandi; quam opinionem tenent Sylveſter, *verbo*, *Baptiſmus* 4. *quæſt.* 10. Panormitanus *in præſenti. num. fin.* Gaſpar Hurtado, *diſp.* 1. *de Baptiſmo*, *difficultate* 5. Bonacina plures referens *ubi ſuprà*, *num.* 27. Obſtabit dicere, Baptiſmum ſignificare mortem, & Reſurrectionem Chriſti, *Paulus ad Romanos*, *capit.* 6. in ſubmerſione autem, cui non ſuccedit emerſio, & levatio, non poſſe ſignificari Reſurrectionem Chriſti, *capit. proprie*, *de Conſecratione diſtinctione* 4. Ergo, non valebit talis Baptiſmus. Sed reſpondendum eſt, in prædicto caſu, etiam ſignificari Chriſti Reſurrectionem, per ſpiritualem regenerationem, quam baptizatus recipit. Nec obſtabit, ſi inſtes Baptiſmum eſſe Sacramentum, ad vitam ordinatum, non ad mortem, quæ ſequeretur ex dejectione in puteum, vel flumen; Quia reſpondendum eſt, quod licet verum ſit, non eſſe licitum Baptiſmum facere per hujuſmodi ſubmerſionem, aut dejectionem in puteum, in quo infans moriturus eſt; etiam ſi alias decederet ſine Baptiſmo, cum non ſint facienda mala, ut inde eveniant bona: Apoſtolus, *ad Romanos*, *capite octavo*, *capit. ex tuarum* 2. *de ſortilegiis*, tamen non exinde deducitur invalidum fuiſſe Baptiſmum, cum non ad vitam corporalem, ſed ad ſpiritualem ordinetur, ita Suarez, *dict. diſputatione* 20. *ſectione* 3. verſiculo, *Quapropter*. Nec obſtat, quod ſuprà retulimus, ſcilicet elevationem. Quia reſpondendum eſt, verum Sacramentum eſſe poſſe, licet deſierit aliquid de ſignificatis ipſius dummodo eſſentialia non deficiant, ut in ſacrificio puri vini, cui non apponitur aqua *capit. cum Marthi*, §. *quæſiviſti*, *de celebratione Miſſarum*; notat Cardinalis Zabarella *in præſenti*, *n. fin.*

TITULUS XLIII. DE Presbytero non Baptizato.

Ad textum cap. ſi quis 1. cap. Apoſtolicam 2. c. Veniens 3. de Presbytero non Baptizato.

SUMMARIUM.

1 *Ordinari non poteſt, non baptizatus; & ſi de facto ordinetur, Ordinis charakterem non recipit.*
2 *Baptiſmus eſt Janua omnium Sacramentorum.*
3 Cap. 1. verſ. Deprehenderit, de Presbytero non baptizato.
Expoſiti baptizati poſſunt ad ſacros Ordines, ſine ulla diſpenſatione, promoveri.
Cap. quanto 24. diſt. cap. ſi quis; per ignorantiam 89. 1. q. 1.

4 Cap. 1. de Sacramentis non iterandis, c. quod quidam 97. 1. q. 1.
Sacramenta, quæ imprimunt characterem, iterari non possunt; alias sacrilegium committitur.

5 Cap. 1. c. presbyter. in fine, de Sacramentis non iterandis.

6 Cap. Apostolicam 2. de Presbytero non baptizato, *cum* c. 1. & fi. eodem tit.
Iteratum non intelligitur, quod ambigitur esse factum.

7 *Ordinationis tempore, si per oblivionem traditus fuerit Calix sine vino, & aqua aut patena sine pane, aut cum una tantum specie; scilicet vino, vel tantum pane; an presbyter sit valide ordinatus? latè discutitur.*

8 Cap. firmissimè, de Consecr. dist. 4. *cum* c. 2. de Presbytero non baptizato.

9 Cap. Apostolicam 2. de Presbytero non baptizato *cum* c. cum Marthæ in fine, de celebratione Missarum.

CONCLUSIO.

1 *NOn baptizatus ordinari non potest: & si de facto ordinetur, Ordinis characterem non recipit*: ita deciditur in *capit. si quis, capit. Apostolicam 2. capit. venientes 3. hoc tit. capit. si quis; per ignorantiam 59. capit. si presbyter 60. capit. quod quidam 97. 1. quæstion. 1. capit. parvulos 110. capit. rebaptizare 118. de Consecratione, distinctione 4. cap. de quibus 2. de Baptismo, capit. gaudemus, de divortiis*, Tridentin. *sessione 14. de Sacramento Pœnitentiæ, cap. 2. l. 2. & 10. tit. 4. partit. 1.* exornant Ledesma *in summa part. 1. de Sacramento Ordinis, capit. 6. conclus. 2.* Ægidius, *de Sacramentis, & censuris, tom. 2. disputat. 20. dubio 10. numero 96. conclus. 2.* Emmanuel Rodriguez, *in summa, tom. 2. capit. 17.* Bonacin. *de Sacramentis, disput. 8. quæst. unica, puncto 5. numero septimo*, Villalobos *in summa, 1. part. tractat. 4. difficultate 4. numero 2.* Martinus de S. Joseph. *in summa de Sacramentis, l. 1. de Sacramentis in genere, tractatu 4. numero decimo tertio*, Idem *de Baptismo, tractat. 5. numero 7. & de Sacramento Ordinis, tract. 3. numero 4.* Turrecremata *in dict. §. si quis 59. 1. quæst. 1.* Suarez, *de censuris, disputat. 22. dubio. 2.* Granados, *de Sacramentis, in 3. partem Divi Thomæ controversia 9. tractat. 1. disputat. 6. numero 2.* Acunna *ad Decretum, in capit. 1. 68. distinct. numero 2. & in capit. si quis post 4. 51. distinctione, num. 2.* Navarrus *in manuali, capit. 27. numero 205.* Enriquez, *lib. 14. capit. 1. numero 2.* Idem *in summa, littera T. Avila de censuris, part. 7. disput. 5. sect. 1. §. 1.* Suarez, *de censuris, disp. 40 sessione 1. n. 2.* cum traditis à Barb. *in Collectaneis ad nostrum textum, n. 2.*

Ratio est, quia Baptismus est janua omnium Sacra-
2 mentorum, *capit. 3. de Baptismo, capit. ad hoc, 33. distinctione*, nam ubi deest fundamentum nihil superædificari potest, *capit. cum Paulus, 1. quæst. 2.* Meritò cum Ordo sit Sacramentum, & præsupponat Baptismum; & cum aliquis nihil possit accipere, cujus receptivam potestatem non habet; siquidem per characterem baptismalem efficitur homo receptivus & capax aliorum Sacramentorum; meritò qui characterem baptismalem non habet, nullum aliud Sacramentum recipere potest, Sanctus Thomas, *3. par. quæst. 35. art. 3. in additionibus.* Quare si quis Presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum; necesse est ut baptizetur, & iterum ordinetur, quia aliàs non baptizatus, si de facto ordinetur, Ordinis characterem non recipit. *d. c. 1. & 3. hoc tit.*

3 Primò, adversus textum nostrum, in versicul. *Deprehenderit se non esse baptizatum*: obstabit dicere, quod Presbyter ille neutiquam potuit scire, se esse, vel non esse baptizatum, cum eo tempore (ut per se patet) usu rationis careat. Cui dubio respondent Abbas *in præsenti*, & Cardinalis Zabarella, *num. 1.* dicentes text. *in dict. capit. 1. hoc tit.* procedere posse multis in casibus in quibus Sacerdos ille potuisset cognoscere, non fuisse baptizatum. Primò, quia à parentibus rescivit se fuisse baptizatum cum aspersione salivæ, vel forte quia fuerat expositus, ut constat ex Catechismo Romano relato à Sanctissimo Borromeo, *Concilio 3. Mediolanensi, tit. de Baptismo infantis exposito*, ubi asserit, quod licet infans expositus appensum in collo habeat signum quod sit baptizatus; si tamen perquisita diligentia, adhuc dubium sit eum baptizatum esse; præcipuè, si inter Judæos natus sit, illa conditionis formula baptizandus erit: *Si es baptizatus non te rebaptizato; si non es baptizatus, ergo te baptizo in nomine Patris, &c.* de qua *in capit. 2. de Baptismo*; notat Carrança *de partu exposito, capite quarto numero 55.* Nam expositi baptizati possunt ad sacros Ordines, sine ulla dispensatione, promoveri: notat idem Carrança, plures referens, *dict. capit 4 numer. 50.* nec obstabit text. *in capit. quanto, distinct. 24.* Tridentin. *sess. 23. de reformat. capit. 5. & 7.* ubi statuitur, de fide & nativitate ordinandorum, inter alia diligenter inquirendum, quòd in expositis dubium existit, & ideo ad Clericatus ordines admittendos non esse, cum ignotum patrem habeant, Tridentin. *sess. 7. capit. 1. & sess. 24. capit. 1.* Quia respondendum est jura illa procedere in legitimè natis, non verò in expositis, nam eo ipso quod fuerit repertum, ipsum fuisse expositum, præsumitur natus ex patribus puri, & immaculati sanguinis; Carrança *ubi suprà*, plures referens, *cap. 4. numero 50.* Vel aliter potest responderi, text. nostrum esse intelligendum, quando quis fuit baptizatus, sed ejus Baptismi forma fuit corrupta in verbis, & solemnitate, vel quia missus fuit nutriendus statim post nativitatem, & nutrix credens fuisse baptizatum baptizari non fecit; ut notant Abbas, & Zabarella *in præsenti, n. 1.*

Secundò, adversus ea, quæ refert *text. noster*, vi- 4
delicet Presbyterum nondum baptizatum fuisse ordinatum, & nihilominus jubet postea iterum ordinari: obstabit text. *in capit. 1. de Sacramentis non iterandis, capit. quod quidam 97. 1. quæstion. 1.* in quibus juribus constat quod Sacramenta illa, quæ imprimunt characterem in anima indelebilem, ut est Baptismus, Confirmatio, & Ordo, ne illis fiat injuria per reiterationem, quasi talem characterem non impressissent, sine sacrilegio reiterari non possunt: ergo videbatur dicendum, Presbyterum in præsenti, semel ordinatum, iterum ordinari non debere. Verùm huic dubio respondendum est in præsenti, Presbyterum illum nondum baptizatum, de jure Sacramentum Ordinis recipere non potuisse; ex decidendi ratione, suprà à nobis adducta, & sic ut notat Gloss. *in præsenti*, fuit ordinatus de facto, quæ ordinatio non tenuit; meritò verbum illud, *Iterum ordinetur*, non denotat reiterationem Sacramenti, quia in prima ordinatione non fuit character impressus; sed tantum dicit, *Iterum*, quia prius fuerat ordinatus de facto: at verò text. *in dict. capit. 1. de Sacramentis non iterandis*, cum *similibus*, procedit quando Presbyter baptizatus semel est ordinatus, quo in casu iterum ordinari non debet, ex ratione nuper tradita, Zabarella *in præsenti, num. 2.* Nec prædictis obstabit text. *in capit. si quis per ignorantiam 59. 1. quæstion. 1.* ubi in prima parte asserit, quod si quis per ignorantiam ordinetur, antequam baptizetur, debent ab eo baptizati iterum baptizari: & in text. *2. part.* asseritur, quod non debent iterum baptizari. Quia respondendum est, quod text. ille *in prima parte* debet intelligi, & legi interrogativè, cui respondit Pontifex *in 2. part.* scilicet, non esse baptizandos, Notat Glos. & Turrecremata *ibidem.*

Tertiò, huic solutioni obstat textus *in capit. 1.* Si
cap. Presbyter 3. in fine de Sacramentis non iterandis, ubi constat, quod si in ordinatione Sacerdotum, manus impositio fuerit omissa, iterum imponi debet: & tamen constat, traditionem Calicis, panis, & patenæ simul

simul, & manus impositionem esse de essentia ordinis Sacerdotalis, *capite ex multis*, § 2. vers. *Qui sacram manus*, 1. *quæstion.* 3. *capite Daybertum*, vers. *Cui manus imposuit*, 1. *quæst.* 7. quæ jura demonstrant, etiam per manus impositionem, cum aliis requisitis, Ordinem conferri; notat Thomas Sanchez, *lib.* 7. *Consiliorum capite* 1. *dubio* 12. Barbosa *de potestate Episcopi*, 1. *part. alleg.* 18. *numero* 8. & quamvis jura supra adducta *in prima eorum parte* affirment ordinatum manere, absque manus impositione; nihilominus *in fine* asserunt cautè supplendum, quod incautè prætermissum est; & sic manus impositionem, post ordinationem fieri debere. Pro cujus dubii solutione, adnotandum est, in ordinatione Presbyterorum duas conferri potestates, unam consecrandi Eucharistiam, quæ dicitur potestas in verum Christi Corpus; alteram absolvendi à peccatis, quæ appellatur potestas in Corpus Christi mysticum: prima datur per traditionem Calicis cum vino, & patenæ cum pane, Episcopo dicente, *Accipe potestatem offerendi, &c.* Secunda, cum post Missam Episcopus manus imponens dicit: *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata, &c.* Ex quibus deducitur, utramque ceremoniam necessariam esse ad prædictas diversas potestates, quas etiam divisit Dominus in ordinatione Apostolorum, siquidem primam dedit in Cœna, quando dixit, *hoc facite in meam commemorationem*: secundam post Resurrectionem, quando dixit: *Accipite Spiritum Sanctum*, Tridentin. *sess.* 14. *de Sacramento Pœnitentiæ*, *capite* 1. Cujus exemplo, etiam Ecclesia id debet facere, hoc est unam post aliam potestatem conferre. Quo supposito non obstat text. *in dicto capite primo & 3. de Sacramentis non iterandis*; quia Pontifex ibidem nihil aliud docet, quàm ceremonias in ordinatione ritè peractas, non esse iterandas, sed suppleri debere manus impositionem, quæ fuerat prætermissa. Quod quidem pro nobis militat, si animadvertamus, text. *in dicto capite fin. de Sacramentis.* non loqui de manus impositione, quæ ab Episcopo fit, ut materia necessaria Ordinis Presbyteratus, ad remissionem peccatorum; sed de alia manus impositione accidentali, seu Ecclesiastica quadam ceremonia, quæ ab Episcopo, & aliis Presbyteris, absque illis verbis adhibeatur, ante collationem potestatis ad absolvendum, quod fiebat secundum ritum, & exemplum Apostolorum: quæ interpretatio deducitur, *ex dicto capite fin. de Sacramentis non iterandis*, vers. *Ritu Apostolorum introducto*; ita Gaspar. Hurtado, alios referens, *de Ordine*, *difficultate* 11. *numero fin.* Sed licèt hic intellectus adaptari possit ad textum *in dicto capite fin.* Non tamen poterit ad text. *in dicto capite* 1. *de Sacramentis non iterandis*, ubi verba illa: *Ritu ab Apostolis introducto*, scripta non reperiuntur. Quare verùs dicendum est, si velis intelligere jura illa de essentiali manus impositione, in qua etiam consistit materia partialis ordinis Presbyteratus, adhuc resolutioni nostræ non obstabit: nam licet Pontifex *ibidem*, dixisset manus impositionem Episcopi incautè prætermissam, cautè esse supplendam, non exinde asserit Ordinem esse iterandum; imò potius contrarium affirmat: & quamvis doceat manus impositionem pertinere essentialiter ad ordinem Presbyteratus plenè, & perfectè tribuendum, tamen asserit, quod ceremonia illa, ad potestatem absolvendi (ut suprà diximus) potest dari, & effectum sortiri separatim, hoc est statuto, vel diverso tempore, absque reiteratione alterius materiæ, & formæ, circa quam versatur potestas Sacerdotalis conficiendi Corpus & Sanguinem Christi Domini nostri. Et secundum hanc interpretationem non obstant verba text. *in dict. cap. Presbyter, fin. de Sacramentis non iterandis*, ibi: *Ritu ab Apostolis introducto*; quia verba illa sunt intelligenda, hoc est Apostolos in ordinationibus primo ritum illum cœpisse exercere, non verò illum illos instituisse.

Quartò prædictis obstat text. in *cap. Apostolicam* 2. *hoc titulo*, ubi Sacerdos, qui credebat se fuisse baptizatum, cum tamen baptizatus non fuisset, eo tantum quod haberet Sacramenti fidem, salvatur, & pro eo Deo preces offeruntur: ergo sic similiter, *in cap.* 1. *& fin. hoc nostro tit.* Clericus ille, qui credebat se esse baptizatum, cum esset ordinatus, ex illa fide Sacramenti ordinatus manebat, ac per consequens iterum ordinari non poterat, cùm per hoc injuria fieret Sacramento Ordinis, *dict. cap. quod quidam*, 1. *quæstion.* 1. species text. *dict. c.* 2. *hujus tit.* sic se habet: Quæstio apud Innocentium III. fuit delata de Sacerdote, qui in fide baptismi persistens decessit, postmodum compertum fuit non fuisse baptizatum: quæsitum fuit utrum Ecclesia deberet eum habere pro baptizato respondit Pontifex, quod si Presbyter ille in fide Sanctæ Matris Ecclesiæ, & in confessione nominis Christi perseveravit, ab originali solutus peccato gaudium cœlestis patriæ fuit adeptus, ex auctoritate Divi Augustini, *de Civitate Dei super* 8. *librum de Civit. Dei.* de quo mentio habetur, *in cap. Baptismi vicem de Consecrat. distinct.* 4. *capit. Catechumenum*, *cap. non dubito eadem distinctione* 4. Ubi inter cætera legitur, quod *Baptismus invisibiliter ministratur*, *quem non contemptus Religionis*, *sed terminus necessitatis excludit*, quod etiam Beatus Ambrosius de Valentiniano dixit, qui cùm properaret ad Baptismum, in itinere decessit; meritò Summus Pontifex jubet, ut pro Presbytero memorato preces, hostiæque Deo offerantur. Ecce speciem, ubi per solam fidem baptizati, efficitur quis membrum Christi: & qui Christum habet per fidem etiam si Baptismum non habeat, habes utique fundamentum, & ita superædificari posse videtur, sicut salutifera opera, sic & quælibet Ecclesiastica Sacramenta. Præterea, quia Sacramentum Ordinis Pontificalis, & Sacerdotalis, ex institutione sua præcessit Baptismum: & sic videbatur, quod etiam ante Baptismum hujusmodi Ordines poterant ritè conferri: maximè his, qui baptizati creduntur; ut eisdemmet verbis ratiocinatur Abbas *in capit. fin. hoc tit. in principio.* Sed eo non obstante, verissimè est dicendum, quod si quis in Presbyterum ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, præcipit text. noster, *in dict. cap. finali*, *hoc titulo*, quod baptizetur, & iterum ordinetur, quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum: nec de Sacramento malè sentitur, cùm illud non contemptus Religionis, sed necessitatis articulus impedivit. Nec obstat ratio dubitandi suprà adducta, ex *dict. c.* 2. *hoc tit.* deducta. Quia respondendum est cum *Gloss.* verbo, *Ministrare in capit. veniens* 3. *hoc tit.* quod licet quis habeat Sacramentum Baptismi, per fidem, & habeatur pro baptizato, quousque dubitat, & credit se baptizatum esse tamen postquam scit quod non est baptizatus, statim amittit Sacramentum fidei, quare tenetur facere se baptizari, & ordinari, cum jam sit certus se non recepisse Ordines ante Baptismum, ex juribus, & rationibus suprà adductis: quam *glossæ* interpretationem sequitur Zabarella *in cap. fin. hoc tit. num.* 5. Nec etiam obstabit altera difficultas suprà adducta; scilicet quod Ordo Levitarum præcessit Baptismum, ut sentit Abbas *in cap. fin. in principio hoc tit.* Quia id intelligitur ex lege veteris Testamenti, quæ jam Christi adventu cessavit, *capit. translato* 3. *de constitutionibus*, de quo infrà dicemus, *in c. unico de purific. post partum.*

Quintò, non absre venit intelligenda illa difficilis, & in praxi utilis quæstio; an scilicet, si quis ritè baptizatus, in ordinatione Presbyteratus, per oblivionem ei traditus fuerit Calix sine vino, & aqua, & patena sine pane, cum una tantum specie, scilicet, aut solo vino, vel solo pane, ut his temporibus non semel, sed sæpius evenisse legimus, validè sit ordinatus, ita ut denuo ordinatio non sit iteranda? In quo dubio nonnulli gravissimi Doctores asse-

runt, ordinationem iſtam validam eſſe, nec iterandam. Ex eo moventur, quia licèt in hac ordinatione integra, ex præcepto Eccleſiæ ſit traditio Calicis cum vino, & patenæ cum pane, tamen ſufficit traditio unius, cùm altera ſpecierum cenſeatur materia ſufficiens, ſiquidem non datur poteſtatis diviſio in una tantum ſpecie; nam qui poteſt unam, poteſt etiam utramque ſpeciem conſecrare, cum Chriſti Corpus ſit conjunctum cum ſanguine, & ſanguis cum corpore: facit etiam, quod nonnuli aſſerunt, Pontificem diſpenſaſſe in Provinciis Saxoniæ propter vini defectum, ut cum ſolo pane Sacrificium Miſſæ fieret, & ſic conſequenter aſſerunt, Epiſcopos in terris illis poſſe ordinare Sacerdotes, cum ſola materia panis; quibus fundamentis, hanc ſententiam tenent Enriquez, *dicto libro* 10. *capite* 6. *numero* 1. Thomas Sanchez *libro* 7. *Conſiliorum*, *capite* 1. *dubio* 12. *numero* 17. cum ab eo relatis. Sed licet hæc ſententia propter authoritatem tam graviſſimorum Doctorum probabilis videatur; ut ſenrit Bonacina, *de Ordine*, *diſputat.* 8. *quæſtion. unica parte* 3. tamen in re tam difficili magis verius dicendum eſſe exiſtimamus, ex defectu unius materiæ nullam eſſe ordinationem: *Primò*, quia Concilium Florentinum, *de Ordine*, §. 6. utramque materiam in ordinatione Sacerdotis neceſſariam eſſe expreſſit. *Secundò*, quia Dominus noſter in ultima cœna utramque materiam adhibuit: ergo ſignum eſt utramque eſſe de neceſſitate. Tertiò, quia quod legitur in nonnullis Provinciis, ex diſpenſatione Apoſtolica, cum ſolo pane permiſſum fuiſſe celebrare falſum eſſe oſtendit Valentia *de Sacramentis*, *diſput.* 6. *quæſtion.* 10. *punct.* 4. Suarez *dict. diſp.* 4. *ſeſſ.* 4. Quibus authoritatibus, & rationibus, opinio peritorum hujus noſtræ inclytæ Salmantinæ Univerſitatis obtinuit, dum aſſerunt, ex defectu unius materiæ ordinem ſaltem ſub conditione eſſe reiterandum, nec interim Ordinato licere illo uti, ne exponatur Presbyter periculo non conſecrandi, & non abſolvendi pœnitentes, atque alia Sacramenta non conficiendi, quod ex Ordinis defectu, cederet in maximum Eccleſiæ, & proximorum detrimentum: quæ doctrina libera eſt ab opinionibus, cùm in ea non poſſit eſſe deceptio: quo in caſu, non tantum illa pars, quæ deficit, debet ſub conditione reiterari, ſed integer ordo Presbyteratus; nam ſi ordinatio reſpectu poteſtatis conferendæ, fuit nulla ob defectum materiæ; conſequens eſt eſſe nullam ob poteſtatis defectum abſolvendi; cùm hæc ultima poteſtas ut valeat, præſupponat primam conſecrandi fuiſſe validam; & ſi prima fuit nulla, erit etiam & ſecunda abſolvendi: quæ ratio non militat in manus impoſitione, quæ ſi incautè fuerit omiſſa, ea ſola (ut ſuprà diximus) ſuppleri poteſt, ſi prima conſecratio rite, & ſolenniter fuerit celebrata, *d. c.* 1. *& fin. de Sacramentis non iterandis.* quam ſententiam tenet Granados, *de Sacramento Ordinis*, 3. *part. controverſ.* 9. *tractat.* 5. *diſp.* 6. Valentia *ubi ſupra* Ledeſma *in ſumma*, 1. *parte de Ordine*, *capite* 3. verſ. *La tercera dificultad.* Diana 4. *part. reſol.* 119. *& in compendio* verbo, *Ordo*, Villalobos *in ſumma tom.* 1. *de Ordine*, *tractat.* 11. *difficult.* 4. *num.* 1. Barboſ. *de poteſtate Epiſcop. part.* 2. *alleg.* 14. *numer.* 7. Idem *de jure Eccleſiaſtic. lib.* 1. *cap.* 34. *numer.* 17. Nec huic ſententiæ obſtabit, quod refert D. Thom. *in additionibus ad tertiam partem*, *art.* 5. Quatenus ſcribit, quod in ipſa datione Calicis, ſub forma verborum determinata, imprimitur Sacerdotalis character; & ſic, cum Sanctus Doctor non faciat mentionem de pane, nec de manus impoſitione; videtur ſentire, utramque ſpeciem, ut manus impoſitionem ſeparatim receptam, ſufficientem eſſe hujus Ordinis materiam. Quia reſpondendum eſt, *Divum Thomam* brevitatis cauſa, & per compendium, mentionem tantum feciſſe, de traditione Calicis; ſed ex eo non videtur ſe velle excludere traditionem patenæ cum pane; nec manus impoſitionem, de quibus immediatè in *ipſomet articulo* jam tractaverat.

8 Sextò, adverſus ea, quæ refert text. *in capite Apoſtolicam* 2. verſ. *Ab originali*, *hoc titul.* juncta ejus *Gloſ.* dum aſſerit quod is qui credebat ſe eſſe baptizatum, cum tamen non fuiſſet baptizatus, ſi cum fide ita deceſſiſſet abſolutus remanet ab originali, & actuali peccato; quod etiam docet text. *in cap. Catechumenum*, *de Conſecrat. diſtinct.* 4. Obſtabit text. *in cap. firmiſſime*, *de Conſecrat. diſtinct.* 4. ubi aſſeritur ſine Baptiſmo nullum ſalvari poſſe. Pro cujus dubii ſolutione, adnotandum eſt, Baptiſmum eſſe in triplici differentia, flaminis, flaminis & ſanguinis: Baptiſmus fluminis quo quotidie, & frequenter utimur, prodeſt parvulis, & adultis: hunmodo non inveniat obicem contrariæ voluntatis, *cap. majores*, *ad fin. de Baptiſmo*; flaminis, prodeſt omnibus doli capacibus; & quis ſi doli capax refertur *in capite* 1. *de delictis puerorum*, & hic flaminis Baptiſmus eſt Spiritus Sancti, qui inviſibiliter baptizat cor interius, *capit. debitum*, *de Baptiſmo*, & prodeſt, ac locum habet cum quis putat ſe baptizatum eſſe; nam tunc habet charitatem, quia non contemnit Baptiſmum fluminis; *capite debitum*, *de Baptiſmo*, *dicto cap.* 2. *hoc titul.* Nam parvulis hic Baptiſmus non prodeſt; notat Zabarella, *in dicto capite* 2. *hoc tit. numero* 4. Baptiſmus verò ſanguinis contingit in martyrio, & hic communis eſt parvulis, & adultis, *cap. Baptiſmi de Conſecratione*, *diſtinct.* 4. Unde infertur, quod Latro ſalvatus in Cruce, fuit baptizatus Baptiſmo flaminis, non autem ſanguinis, quia non ſuſtinuit martyrium propter Chriſtum, ſed propter ſua demerita; fuit autem ſalvatus propter fidem, & flaminis Baptiſmum in qua fide deceſſit. Quibus ſuppoſitis, jam facilis apparet ſolutio ad text. in *dicto capite firmiſſimè*, cum aliis, *de Conſecrat. diſtinct.* 4. dum aſſerit, quod nullus ſine Baptiſmo poteſt ſalvari: quia text. ille, & ſimiles ſunt intelligendi de eo, qui ſcit ſe non eſſe baptizatum, & contemnens Baptiſmum non baptizatum; at verò textus in *dict. capite* 2. *hoc titul.* loquitur de eo, qui credebat ſe eſſe baptizatum, & non contempſit Baptiſmum, ſed in fide ipſa deceſſit; meritò propter terminos neceſſitatis, id eſt mortis, quæ eſt terminus neceſſitatis, ſalvatur; & ita ſunt intelligenda verba text. *in dict. capite* 2. *hoc tit.* ibi: *Sed terminos neceſſitatis excludit*; id eſt mortis, quæ eſt terminus neceſſitatis omnia mundana diſſolvens: *Authentico*, *de nuptiis*, §. *Diſponat*; notat *Gloſ.* verbo, *Ab originali*, *in dicto cap.* 2. *hoc titul.* Zabarella *ibidem*, *numero* 4. *&* 5.

Septimò prædictis obſtabit idem text. ſibi contra- 9
rius, *in d. c. Apoſtolicam* 2. *hoc tit.* dum *in princ.* text. ille, qui cum illo Baptiſmo fluminis deceſſit, adeptus eſt gaudium cæleſtis patriæ; & tamen in fine aſſerit, pro ipſo eſſe orandum; obſtabit text. *in capit. cum Marthæ*, *in fine*, *de celebratione Miſſarum*: ex quo deducitur, non eſſe orandum pro illis, qui ſunt in Paradiſo: ergo, vel prima, vel ſecunda *illius text.* pars ſuſtineri non poteſt. Verùm reſpondendum eſt, prædictum Presbyterum, ita cum Baptiſmo flaminis decedentem, ademptum fuiſſe Paradiſum, re, vel ſpe; meritò in hoc dubio pro eo oratur, & ei proderit, ſi eſſet in purgatorio; nam ſi daretur, ſeu præſumeretur oppoſitum, non oraretur pro decedente, *c. pro obeuntib.* 13. *quæſt.* 2. Abbas, & Zabarella, *in dict. cap.* 2. *n.* 2.

Ad textum *in capite Veniens*, *fin. de Clerico non baptizato.*

DE materia hujus text. ſuprà ſcripſimus, *in c. de quibus* 2. *de Baptiſmo.*

TITU-

TITULUS XLIV. DE Cuſtodia Euchariſtiæ, Chriſmatis, & aliorum Sacramentorum.

Ad texrum in cap. Statuimus, 1. hoc tit. de cuſtod. Euchariſt. cum aliis conſonantibus.

SUMMARIUM.

1 *Euchariſtia, & Chriſma, debent fideliter ſub clavibus cuſtodiri; & contra facientes ſunt puniendi.*
2 *Baptiſmus omnibus ad ſalutem eſt neceſſarius.*
Euchariſtia, & Chriſma, ſolemniter non cuſtodientes, quibus pœnis puniantur.
3 Cap. inebriaverunt Loth. 15. quæſt. 1.
Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.
Ebrius, furioſo, & dormienti, in delictis quandoque æquiparatur.
4 Cap. qui benè 94. de Conſecr. diſt. 2. *cum* c. de cuſtodia Euchariſtiæ.
5 Cap. ſi per negligentiam 27. *cum* cap. qui bene 94. de Conſecr. diſtin. 2.
6 Cap. ſi per ebrietatem 28. de Conſecratione diſtinctione 2.
7 Cap. tribus, verſicul. Tanta, de Conſecratione, diſtinction. 2. *cum* cap. officium 3. verſic. Debet, de offic. Archipresbyteri, & cap. Presbyter, de Conſecr. diſtin. 2.
8 Cap. cum omnes 7. verſic. Ubi Apoſtolis, *cum* c. Presbyter 93. de Conſecr. diſt. 2.
Euchariſtiam debet preſbyter paratam habere pro infirmis.
9 Cap. tribus gradibus 23. *cum* c. pervenit, de Conſecrat. diſtin. 2.
10 Cap. Diaconus 13. cap. præſente 18. 93. diſtinctione.
Diaconus abſente Presbytero, an poſſit Viaticum infirmis miniſtrare?
11 *Euchariſtia in Eccleſiis non Parochialibus, an poſſit retineri?*
12 Cap. non oportet, 23. diſtinct. *cum* Concilio Carthaginenſi, c. 28.

CONCLUSIO.

1 EVCHARISTIA, *& chriſma, debent fideliter ſub clavibus cuſtodiri, & contra facientes ſunt puniendi.* Conſonat text. in *cap. ſane* 10. *de celebratione Miſſarum*: *c. Presbyter*, *cap. qui bene*, *c. relatum*, *c. ſi per negligentiam*, *c. tribus* 23. *de Conſecrat. diſtin.* 2. Concilium Nicænum, *Can.* 12. *&* 14. Concilium Rhemenſe, *Canon.* 2. Lateranenſe, *c.* 26. *c. præſente*, 96. *diſtinct.* Concilium Ancyranum, *c.* 6. Concilium Carthaginenſe 4. *c.* 77. *&* 78. Concilium Agathenſe, *c.* 15. Concilium Tridentinum, *ſeſſione* 13. *de Sacramento Euchariſtiæ*, *c.* 6. *& Canon.* 7. *& ſeſſione* 35. *c.* 10. *c. officium* 3. *de officio Archipresbyteri.* Exornat Pelagius *de planct. Eccleſia*, *lib.* 2. *c.* 27. *num.* 1. *verſ.* 23. Menoch. *de arbitrariis*, *caſu* 410. Paulus Fuſcus, *de Viſitatione*, *lib.* 1. *c.* 5. *num.* 3. Zerola *in praxi Epiſcopali part.* 1. verbo, *Euchariſtia*, Enriquez *in ſumma*, *lib.* 8. *c.* 1. §. 7. *in Commento*, *littera V.* Salcedus ad Bernardum, *in praxi criminal. c.* 44. Bajus *in praxi Eccleſiaſtica lib.* 2. *c.* 3. Divus Thomas, *part.* 3. *quæſt.* 81. *art.* 3. Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi*, 2. *parte*, *allegation.* 22. Idem *in collectaneis ad noſtrum text. & in c. fin.* 10. *num.* 3. *&* 4. *de celebration. Miſſarum*, Cenedus *in Collectaneis ad Decretal. Collectanea* 51. *num.* 1. Carraſco, *ad l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 1. *Recop. c. per totum.*

Ratio eſt, quia cum Baptiſmus, in quo Chriſmate 2
utimur, omnibus ad ſalutem ſit neceſſarius, & Euchariſtia à Deo inſtituta ſit, ut nobis ſit cibus cœleſtis, & Viaticum, ne ipſa via deficiamus, & in certamine ſuccumbamus, & in omnem caſum neceſſitatis haberi poſſit copia Euchariſtiæ, Chriſmatis, & aliorum Sacramentorum, rectè variis Conciliis, ac Canonibus cautum fuit, ut in omnibus Eccleſiis Parochialibus, pro infirmis Euchariſtia ſemper parata habeatur diligenter, & mundè in loco conſpicuo, honorificè exornato juxta facultates Eccleſiæ cujuſque, ſub clavibus penes Parochum, vel Capellanum cuſtodiendis: conſervetur cum Chriſmate, quia per hanc cuſtodiam diligenter adhibitam, evitatur periculum, ne ad illa poſſit temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia, vel nefaria exercenda; ut in *text. noſtro*: & quoniam nimis videtur abſurdum, ſacris negligentiam adhiberi, quæ dedeceret etiam in prophanis: ſi is, ad quem ſpectat cuſtodia, eam incautè reliquerit, tribus menſibus ab officio ſuſpenditur; & ſi per ejus incuriam aliquid nefandum inde contigerit, graviori ſubjaceat punitioni, ut in *text. noſtro*, & *dict. c. ſanè* 10. *de celebratione Miſſarum.* Undè non immeritò in hæc verba prorumpit Paulus Fuſcus, *de viſitatione lib.* 1. *capit.* 5. *numer.* 3. ibi: *Unde primo eſt videndum*, quod ipſa ſancta Euchariſtia honorificè cuſtodiatur, quod locus ſit decens, & eminentior Eccleſiæ, & benè recondita: Tabernaculum ſit bene firmum, & clauſum ex omni ſui parte, ut nec foramen, etiam minimum pateat, clave cuſtodiatur, & qui clavem detinet ſit Presbyter alioquin ſufficiens, & Dei timoratus, nec permittatur ſtare in loco humido; Tabernaculum ſit honorificum: juxta facultates Eccleſiæ cum veſte ſerica interiori, & exteriori, & cum vaſe argenteo, & corporali benedicto, ad retinendum ipſum Sacramentum, cum ſimili periculo mutetur ſaltem, quolibet octavo die, & antiqua ſumatur, ne aliqua corruptio in ipſis ſpeciebus generetur: & ſi Præpoſitus ipſi Sacramento incautè Euchariſtiam dimiſerit, puniatur juxta ſacros Canones ſuſpenſione trium menſium ab officio: hactenus Petrus Fuſcus *loco citato*, quæ verba refert Barboſ. *in Collectaneis ad textum in dict. cap. ſane* 10. *n.* 2.

Primò, obſtabit dicere, quod is qui benè non cu- 3
ſtodit Euchariſtiam, non tenetur de caſu ex negligentia ſecuto, argumento textus *in cap. inebriaverunt Loth.* 15. *quæſt.* 1. ubi Loth non punitur propter inceſtum cum filiabus ſuis; ſiquidem nemo trahitur ad culpam, niſi ductus propria voluntate, *cap. non eſt*, 15. *quæſt.* 1. Nam ſine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus, *cap. ſine culpa*, *de regulis juris*, *lib.* 6. Difficultatem tetigit Gloſſ. *in præſenti*, ſed eam inſolutam reliquit. Quare verius eſt dicendum, quemquam puniri, non ſolum de negligentia commiſſa in officio, ſed etiam de malo delicto & damno inde poſtmodum proveniente, & ſic, ad delictum puniendum, non ſolum conſideratur voluntas delinquendi, ſed etiam exitus delicti; undè imputatur totum id, quod præter voluntatem ſuam inde ſecutum eſt; *leg. ſcientiam*, §. *qui cum aliter*, *ff. ad legem Aquiliam*; notat Abbas, *in præſenti*, *num.* 2. Sicque Parochus tenetur ex delicto omiſſionis, quia licet non teneatur ex culpa negligentiæ: ſic ſimiliter Loth, *in dict. cap. inebriaverunt*, licet non teneatur de inceſtu, tamen culpandus eſt in quantum ille meretur ex ebrietatis facto. Notat *Gloſſ.* verbo, *Quantum*, *in dict. capit. inebriaverunt*, 15. *quæſt.* 1. Loth enim non punitur ex inceſtu; quia ebrius, ſi delictum aliquod commiſerit, vel omnino abſolvendus eſt, vel certè minùs puniendus,

niendus, si tanta sit ejus ebrietas, quæ mentem auferat, *l. omne*, §. 7. *vers. per vinum, ff. de re militari*; notat Tiraquellus, *de pœnis*, *causa* 5. *num.* 10. quia ebrius furioso, & dormienti æquiparatur, Petrus Pechius *in cap. sine culpa*, *de regulis juris*, *lib.* 6. nam dormiens si quid facit, quod habeat speciem delicti, non punitur; *Clementina unica, de homicidio*: & ea omnia, quæ ab ebrio, dormiente vel furioso facta sunt, perinde habentur, ac si casu evenissent; notat Petrus Pechius *ubi supra, num.* 1. & de interpretatione ad text. *in l. verum. ff. de furtis*, vide Zabarellam *in cap. cum delicti de accusationibus, notabili* 6.

4 Secundò, adversus *text. nostrum* dum docet, quod si is, ad quem spectat custodia, eam incautè reliquerit tribus mensibus ab officio suspendatur, obstabit Concilium Arelatense, aliàs Aurelianense, de quo *in cap. qui bene* 94. *de Consecrat. distin.* 2. Ubi stabilitum est, quod *qui bene non custodierit Sacramentum, & mus, vel aliquod animal illud comederit, quadraginta diebus pœniteat: qui autem perdiderit illud in Ecclesia, aut pars ejus ceciderit & non inventa fuerit, triginta diebus pœniteat*: & pœnitentia hæc est, ut tot diebus ieiunet, & tot diebus abstineat à Sacramentorum communione; notat *Gloss.* verbo, *Pœniteat, in cap. si per negligentiam* 27. *de Consecr. distinct.* 2. Sed respondendum est, text. *in dict. capit. qui bene* 94. *de Consecration. distinctione* 2. procedere de jure antiquo, in quo non ita severè omissio illa puniebatur; at verò *text. noster* procedit de jure noviissimo, in quo hodie pœna suspensionis officii imponitur, & si aliquod nefandum inde contigerit, alia graviori pœna delinquentes puniuntur, quæ Judicis arbitrio relinquenda est, notat Salcedus, *ad Bernardum*, *in practica criminali*, *c.* 44. notat Turrecremata, *in dict. cap. qui bene*, D. Thom. *in* 4. *distinct.* 9.

5 Tertiò, his omnibus pœnis, & pœnitentiis, obstabit text. *in cap. si per negligentiam* 27. *de Consecrat. distin.* 2. Ubi si per negligentiam aliquid de sanguine sanctissimo Domini stillaverit in terram; id est, in tabulam terræ adhærentem, lingua lambatur, & tabula radatur: si non fuerit tabula, ut non conculcetur locus corradetur, & igne comburetur, & cinis intra Altare recondetur, & Sacerdos quadraginta diebus pœniteat; si verò super altare stillaverit Calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat; si super linteum Altaris, & ad illud stilla pervenerit, quatuor diebus pœniteat: si usque ad tertium, novem diebus; si usque ad quartum, viginti diebus pœniteat; & linteamina, quæ tetigerit stilla tribus vicibus minister abluat, Calice suppositò, & aqua ablutionis sumatur, & juxta Altare recondatur. Ex cujus *text.* decisione colligitur, quod etiam ex omissione illa, alia & diversa pœna imponitur, quàm quæ refertur *in dict. capit. qui benè* 94. *de Consecratione*, *distinctione* 2. Cui dubio respondit *Glossa*, verbo, *Triginta dies*, in *dict. c. qui bene* 94. *de Consecration. distinctione* 2. dum asserit, diversam pœnam, seu pœnitentiam imponi ei, cujus negligentiæ ceciderit Hostia consecrata, aut vinum consecratum: itaque text. *in dict. cap. qui benè*, loquitur in pane consecrato; textus verò *in dicto cap. si per negligentiam*, in vino consecrato. Vel aliter responderi potest, quod textus in *dict. c. si per negligentiam*, loquitur de pœna antiqua; quæ magis videtur convenire pœnitentiæ foro, quàm de judiciali providere: quare si casus occurrat & in judicium deducatur; tunc in foro judiciali imponi debet pœna illa suspensionis trium mensium, de qua in *text. nostro*, vel Judex, attenta facti qualitate, & adstantis populi notitia, aut scandalo, & Sacerdotis culpa, vel negligentia, pœna moderabitur, vel augebitur, prout æquius sibi visum fuerit; notat Salcedus, *ad Bernardum*, *in praxi criminali*, *c.* 43.

6 Quartò, his omnibus obstabit textus *in cap. si per ebrietatem* 28. *de Consecratione*, *distinctione* 2. Ubi si quis, per ebrietatem, vel voracitatem, Eucharistiam evomuerit, & minus custodierit, quadraginta diebus, si Laicus est, pœnitere debet: si verò Clericus, vel Monachus, seu Diaconus fuerit, septuaginta diebus pœniteat; Episcopus verò nonaginta; si autem infirmitatis causa hoc evenerit, quominus non possit custodire Eucharistiam, septem diebus tantum pœniteat. Augetur difficultas ex eo, quod infirmitas excusat ab ipsa pœnitentia, *cap. testamentum* 1. *distinctione* 6. notat *Gloss.* verbo, *Pœniteat*, *in dict. cap. si per ebrietatem* 28. Ergo, non tribus mensibus debet suspendi, ut *text. noster* asserit. Sed huic dubio respondendum est, textum in *dict. c. si per ebrietatem* 18. *de Consecratione* non procedere in defectu custodiæ Eucharistiæ, ex omissione curæ, & diligentiæ; sed potiùs ex casu, in quo per culpam vomitus provenit ex ebrietate, vel voracitate; quibus in casibus, & causis, pœna ibi jure antiquo taxata imponenda est; sed cum qualitas pœnitentiæ ibi non exprimatur, quæ in illis diebus fieri debeat: videtur relicta arbitrio Judicis; notat Salcedus, *ad Bernardum ubi suprà*, *capit.* 61. & ratio hujus pœnæ est, quia secundum veriorem, & securiorem opinionem, quamdiù species Sacramentales remanent in suo verò esse, sub eis consistit inseparabiliter Corpus Christi, & sic, si prædictæ species eiciuntur per vomitum, ipsum Corpus Christi similiter eiicitur, & tunc si species evomitæ discerni possunt, & sunt sumptibiles, debent exsiccari, & sumi per se, si potest fieri, vel cum vino, vel alio liquore; si verò non sunt sumptibiles, tunc reponantur in aliquo honesto loco, juxta Altare; sed si species non possunt discerni, præsumuntur digestæ, nisi statim sint evomitæ, quo casu reponuntur in aliquo honesto loco; notat Turrecremata *in cap. si quis*, §. *Ad primum*, *num.* 6. *in fine, de Consecr. distin.* 2. & est in culpa, quia non debuit sumere, cum esset ebrius; argumento text. *in leg. idem juris*, §. *Mulionem ff. ad l. Aquiliam*, vel quia non debuit statim comedere cibum vulgarem *c. tribus* 23. *de Consecrat. dist.* 2. Glos. *verbo, Pœniteat, in dict. c. si per ebrietatem.*

7 Quintò, obstabit text. *in cap. tribus* 23. vers. *Tanta, de Consecrat. distinct.* 2. ubi *Tanta in Altari certe holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant, quod si remanserint, in crastinum non reserventur, sed cum timore, & tremore, Clericorum diligentia consumantur.* Ex cujus textus decisione manifestè constat, quod Presbyteri curare debent, ut Eucharistia conficiatur, quæ populo possit sufficere, & fragmenta, si qua supersunt, non debent ad crastinum diem reservari, sed Clerici Ecclesiæ, cum reverentia sumere, & consumere debent; quod omnino contrarium refert textus *in cap. officium* 3. verficulo, *Debet, de officio Archipresbyteri*, ibi: *Debet enim præcipere Custodi Ecclesiæ, ut in Sacrario Eucharistia Christi propter infirmos non desit.* Ex quibus verbis apparet, officium Archipresbyteri esse, Eucharistiam in Sacrario custodire: quod etiam refert textus *in dict. capit. Presbyter Eucharistiam*, *de Consecratione distinctione* 2. In qua juris contrarietate, *Gloss.* in verbo, *Infirmos*, *in dicto cap. officium* 3. asserit, *in dict. cap. tribus* 23. *de Consecratione*, *distinctione* 2. subaudiendum esse, *nisi ad infirmorum*, *&c.* Ut in *dict. c. officium* 3. *de officio Archipresbyteri*; *dict. c. Presbyter*, *de Consecratione distinct.* 2. Aqua non multùm distat solutio tradita à *Gloss.* verbo, *Reserventur*, in *dict. c. tribus*, dum asserit, *in dict. c. officium*, *& in dict. c. Presbyter*, juberi reservari Eucharistiam, ad opus morientium, at verò *in dict. c. tribus*, prohiberi reservari, ad opus consecrantium; & sic jura illa, quamvis contraria prima fronte videantur, tamen non ita reperiuntur.

8 Sextò, adversus id, quod refert text. *in dict. capit. Presbyter* 93. *de Consecratione*, *distinctione* 2. dum asserit, Presbyterum tantùm debere habere Eucharistiam

stiam paratam, ut quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet ne sine communione moriatur, ex cujus decisione probari videtur, tantùm Eucharistiam esse servandam, non verò Sanguinem; obstabit text. in *capite cum omne 7. de Consecratione, distinct.* 2. verficulo, *Apostolis Corpus suum, & Sanguinem commendavit*: seorsum enim Panis, & seorsum Calicis commendatio memoratur. Ex quibus verbis manifestè constat, panem, & vinum, separatim esse observanda. difficultatem tetigit *Glos.* verbo, *Eucharistiam* in *dict. capite Presbyter* 93. *de Consecrat. distinct.* 2. Sed huic dubio respondendum est, text. *in dicto cap. Presbyter*: Sanguinem pro infirmis non præcepisse servari. Primò, quia ut fides est, in Christi Corpore, etiam ejus sanguis infirmis datur; meritò Sanguinem non præcepit servari, quia opus esset nimia cautela in eo servando; & sic non servatur, ne propter difficultatem effundatur; notat Gloss. *in dicto capite Presbyter.* Præcipuè, cum hodie communio Laicis separatim non detur, cum pane, & sanguine, sed tantùm cum pane, ubi simul sanguis datur. Nec obstat text. *in dict. capite cum omne* verficulo, *Apostolis*; ubi seorsum Panis, & Sanguinis Calix seorsum commendatur. Quia *text.* ille fuit institutus, ad impugnandam quorundam hæreticorum pertinaciam, qui post Communionem intinctam Eucharistiam populis, pro complemento communionis præstabant, non credentes, sub utraque specie Christum integrum contineri; existimantes in Hostia consecrata non existere Sanguinem Christi, & dabant buccellam, sive hostiam consecratam intinctam sanguine, pro complemento communionis: ad quorum errorem convincendum, *text.* ille decrevit, id esse hæreticum; quia Christus Dominus seorsim Apostolis Corpus usum, & sanguinem commendavit; ut ex verbis textus apparet: notat *Turrecremata*, omnino videndus, *in dict. capite cum omne, 7. in principio, de Consecratione, distinctione* 2.

9 Septimò, adversus ea, quæ communiter in præsenti notant omnes præcipuè *Gloss.* verbo, *Fideli*, *in capite 1. hoc titulo*; videlicèt, Eucharistiam tantùm per Presbyterum custodiri, & tangi, vel ad infirmos deferri posse, juxta text. *in capite pervenit 29. de Consecratione, distinctione* 2. obstabit text. *in capite tribus gradibus 23. de Consecratione, distinctione* 2. ubi apparet, quod tribus gradibus commissa sunt Sacramenta divinorum Secretorum, id est Presbytero, Diacono, & ministro; scilicet Subdiacono, qui cum timore, & tremore Clericorum reliquias fragmentorum corporis Dominici custodire debent. Sed huic dubio respondendum est, verissimum esse, tantùm Presbytero competere, & licere Eucharistiam tangere, & custodire, ex juribus *suprà* adductis; Nec obstat text. *in dicto capite tribus gradibus*, Quia est intelligendus eo sensu; scilicet, quod sacra mysteria Altaris à tribus, scilicet, Presbytero, Diacono & Subdiacono, tractanda sunt; sed diversimodè officium habent; nam Sacerdotis officium est consecrare Eucharistiam, Diaconi dispensare sanguinem Christi; ita ut Calicem possit tangere, *capite firmiter, de summa Trinitate*; Subdiaconi officium est circa vasa consecrata, *capite perlectis*, 25. *distinctione*, *capite nullum*, 28. *distinction.* nam licèt omnes Ordines ordinentur ad Sacramentum Eucharistiæ, non tamen æqualiter, sed secundum plus, vel minus, scilicèt, secundum propinquum, & remotum; unde multa ad dispensationem Eucharistiæ illis tribus Sacris Ordinibus competunt, quæ non competunt inferioribus; & in hunc sensum est intelligendus text. *in dicto capite tribus gradibus 23. de Consecratione, distinctione* 2. dum asserit Sacramentum Eucharistiæ tribus gradibus tractandum esse; 8 notat Turrecremata, *in dicto capite tribus gradibus 23. de Consecr. distinctione* 2. verficulo, *Ad primum, numero* 1.

Octavò, prædictis obstat textus *in capite Diaconos* 10 13. *capite præsente* 18. 93. *distinction.* In quibus juribus constat Diaconum posse Eucharistiam infirmis ministrare. Sed huic dubio respondendum est, quod quamvis Diaconatus Ordo tendat circa Eucharistiæ Sacramentum, & ministeria, quæ [illegible] Sacramentis, *capite perlectis*, verficulo, *Ad Diaconum, 25. distinctione.* Tamen ei consecratio Eucharistiæ non permittitur, *capite Clericos*, verficulo, *Levitæ*, 21. *distinctione.* Sed si necessitas urgeat, absente Presbytero, poterit infirmis Eucharistiæ Sacramentum conferre, juxta text. ita intelligendum, *in dict. capite præsente, dict. capite Diaconos, 93. distinction.* notat Gloss. *in præsenti*, verbo, *Fideli custodia*, Glos. *verbo*, *Necessitas, in dict. c. Diaconos, 93. distinct.* Acunna *ibidem* plures referens.

Nonò, obstabit dicere, quod Sanguis Christi 11 aliquando per Diaconum dispensatur; ut de Beato Laurentio in ejus lectura habetur, quia Diaconus fuit, & illi commissa est dispensatio Sanguinis Domini; ut ex Beato Sixto apparet, ibi: *Experire utrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti Domini Sanguinis dispensationem.* Cui dubio respondendum est, cum Divo Thoma, 3. *part. quæstion. 22. artic.* 3. dum asserit, quod Diaconus, quasi propinquus Ordini Sacerdotali, aliquid participat de ejus officio; scilicet, ut dispenset Sanguinem, non autem Corpus, nisi in necessitate, ita jubente Episcopo, vel Presbytero; quia Sanguis Christi continetur in vase; unde non oportet, quod tangatur à Diacono distribuente, sicut tangitur Corpus Christi, quare mirum non est, quod Diacono magis conveniat dispensatio Sanguinis, quàm dispensatio Corporis; aliasque differentiæ rationes refert Divus Thomas *ubi supra*, quem sequitur Turrecremata *in capite pervenit*, *numero* 3. *de Consecrat. distinct.* 3. Acunna *ad Decretum, in capite ministrum* 27. *numer.* 4. 23 *distinct.* Est tamen animadvertendum, quod in Ecclesiis non Parochialibus Sacra Eucharistia retineri non potest, nequidem de licentia Episcopi; sed ex authoritate, & concessione Pontificis dumtaxat, nec etiam intra Chorum, vel septa Monasterii monialium, nisi in die aliquo festivo, cum licentia Prælati ad devotionem monialium, Tridentin. *sess. 35. capite* 10. ubi plures refert Barbosa *in remissionibus*, Valdensis *in practicis, ad hunc tit. n.* 3. quomodo Chrisma consecratum debeat observari, videndus est Barbos. *in collectaneis ad hunc text. num.* 2.

Decimò, adversus id, quod *suprà* retulimus, vi- 12 delicèt, prohibitionem illam tangendi vasa Sacra, comprehendere omnes, præter eos qui ad Sacros Ordines sunt promoti, quales sunt Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi: Obstat Concilium Laodicense, *capite* 21. relatum *in capite non oportet*, 23. *distinctione*; ubi constat, Subdiaconis non esse licitum contingere, seu tangere vasa Sacra, seu Dominica; quod omnino contrarium refert Concilium Carthaginense, *capite* 25. Cui dubio respondendum est, discrimen versari inter eum casum, quo vasa Sacra vacua sunt; & inter eum, quo insit corpus Dominicum; nam si vasa Sacra sunt vacua, tunc licet Subdiaconis ea tangere; & ita est intelligendus text. *in dicto Canon.* 28. non verò si insit Corpus Dominicum, & ita est interpretandus text. *in dicto capite non oportet*, 23. *distinctione.* Ratio est, quia Hypodiaconus, id est, subdiaconus in sua ordinatione Calicem vacuum, & Patenam vacuam recipit, *capite Subdiaconus*, 23. *distinctione.* Vel aliter dici poterit, discrimen versari inter tempus, quo tractantur Sacra mysteria, & tunc vasa Sacra tangere non possunt, sed tantum transferre, & alibi asportare, juxta text. ita intelligendum, *in capite non oportet*, 23. *distinction.* at verò, cum Sacramenta non tractantur, vasa Sacra tangere possunt, *dicto Canone* 28. quæ omnia locum habent, ex quo Subdiaconatus Ordo Sacer est; nam antea cùm Sacer non esset

non

non poterat subdiaconus vasa Sacra ullo tempore tangere; de qua re plura congerit Innocent. Cironius *in paratitlis ad hunc tit. apud medium.*

TITULUS XLV.
De Reliquiis, & Veneratione Sanctorum.

Ad textum in cap. Audivimus 1. cap. Cum ex eo 2. eodem titul.

SUMMARIUM.

1 *Venerari pro Sancto aliquis non potest, sine Pontificis authoritate, etiam si per eum miracula fiant.*
2 *Cognitio majorum negotiorum Ecclesiasticorum tantum ad Pontificem spectat.*
Miracula non sufficiunt, ut quis pro Sancto veneretur.
3 Cap. 1. de consecration. distinction. 3. cap. fin. de feriis.
4 Cap. cum ex eo 2. de reliquiis, & veneratione Sanctorum.
5 *Concilium Trident.* sess. 15. de reform. cap. 2.
6 Cap. venerabili 52. de testibus.
7 *Divus Cyprianus* lib. 3. Epist. 6.
8 *Concilium Illiberitanum*, Can. 36.
9 *Pontifex in canonizatione Sanctorum, errare non potest.*
10 Cap. corpora 31. de consecr. dist. 1.
11 *Deuteronomii*, cap. 6.
12 *Divi Bernardi mirabile factum proponitur, & latè discutitur.*

CONCLUSIO.

1 *ALIQUIS sine Pontificis authoritate pro Sancto venerari non potest, etiam si per eum miracula fiant.* Consonat textus *in cap. cum ex eo, hoc tit. c. 1. eodem tit. lib. 6, c. venerabile 52. de testibus, c. si quis dixerit 11. quæst. 3. c. si quis propera 27. 50. distinct. c. corpora 37. de Consecrat. dict. 1. Tridentinum. sess. 25. de reform. c. 2.* D. Gregorius *lib. 2. moralium, c. 8.* Cyprianus *lib. 3. Epist. 34.* Ambrosius, *sermone 6.* Damascenus *lib. 4. de fide, c. 16.* Leo X. *in Bulla publicata in 3. Concilio Lateranensi, ejusdem Pontificis tempore congregato*; de jure Regio, *leg. 66. tit. 4. part. 1.* Exornant Crespecius *in summ.* verbo *reliquiæ &* verbo, *Imagines.* Turrianus *2.2. disp. 17. dub. 2.* Bellarminus *tom. 1. controversiarum, de Sanctorum beatificatione, lib. 1. cap. 8.* Azor. *institutionum moralium parte 2. lib. 5. c. 6. quæst. 1.* Castelances, *de canonizatione Sanctorum, quæst. 3. articul. 1.* Fagundez *in quinque præcepta, lib. 1. cap. 5. num. 31.* Petrus Greg. *lib. 2. syntagmatum, cap. 1. & 1. partitionum, tit. 14. c. 3.* Vazquez *in 3. partem, disput. 112. quæst. 25. art. 3.* Thom. Sanchez *lib. 2. summæ, c. 43.* Acunna *in c. quia sancta, 63. distinct. & in cap. si quis propera 27. 50. distinct.* Carrasco novissimè plures referens, *in explicatione legum Recopillationis, cap. 5.* Franciscus Suarez *in defensione fidei, lib. 2. c. 11. & 12.* cum traditis à Barbos *in collect. ad hunc text.* Cenedo *in collect. ad Decretales, collectanea 52.* Idem *in collectan. ad sextum librum, collect. 22.*

2 Ratio est, nam cum ad Pontificem tantùm pertineat cognitio majorum negotiorum Ecclesiæ, *capit. omnis 3. 2. quæst. 6. c. rogamus, 24. quæst. 1. c. multis, 17. distinct. c. ut debitus 59. de appellationibus*: Antonius Augustinus *in Epitome juris Pontificii, lib. 1. tit. 2.* & cum canonizatio Sanctorum sit una de majoribus causis, ut pote in qua agitur de fide, justè Romano Pontifici determinatio hujus causæ reservatur. Antonius Augustinus *ubi suprà tit. 10.* Accedit etiam, nam inter alia, quæ consequitur Sanctus per canonizationem, quæ enumerat Zabarella *in præsenti*, illud præcipuum est, quod apud fideles omnes dicatur officium illius, & in Litaniis referatur, *cap. unico hoc tit. lib. 6.* ut adimpleatur illud *Ecclesiastici, cap. 44. Sapientiam Sanctorum narret populus, & laudem eorum annuntiet Ecclesia*: sed nullus Prælatus omnibus præest, nisi Romanus Pontifex: ergo ille tantum, ut potè cunctorum Ordinarius hanc venerationem omnibus indicare potest; deindè nam si liceret quemlibet pro Sancto venerari, præter quam quòd daretur occasio idololatriæ, Sancti multiplicarentur in infinitum, & devotio vilesceret, *cap. Episcopi, 89. distinct. cap. 1. de privilegiis*, nec etiam si miracula per eum fiant, est sufficiens argumentum, ad hoc, ut quis pro Sancto veneretur, cùm omnes sciant miracula non solùm fieri per bonos, sed etiam per prophanos homines; imò & per gentiles *Matth. c. 7.* ibi: *Multi dicent mihi in illa die, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos, cap. multa 38. cap. teneamus 56. c. prophetavit 79. 1. quæst. 1.* docet Divus Thomas *1. part. quæst. 100. art. 4. & 2. 2. quæst. 178. art. 2.* Petrus Gregorius *lib 13. de Republica, c. 25. & 26.* Maluenda, *de Antichristo, lib. 6. c. 1. & lib. 7. c. 13.* Doctor Solorçanus, *de jure Indiarum, lib. 2. c. 23. numer. quinquagesimo quarto.* Nam cum gratia miraculorum sit gratis data, non requiritur habere virtutem, nec fidem in ministro: undè Balaam sceleratus Ariolus prophetavit, *Numerorum c. 22.* Saul depravatus homo, simile donum obtinuit, *Regum 1. cap. 10.* Judas proditor gratiam habuit miraculorum, ut tradit Athanas. *in quæstionibus Sacræ Scripturæ. c. 32. de Gentilibus*, etiam plura refert Perez *in Lucerna Salmantina, certamine 1. dubio 1. c. 1. de Sybillis*, præsertim, *Erithræa*, Simon Majolus *dierum canicularium, colloquio 4. pagina 79.* notum est enim illud Virginis cujusdam Romanæ, quæ cum de stupro accusata fuisset, Cribro aquâ hauslâ calumniam sibi illatam miraculo (ut quidam vocant) comprobavit: plura alia, qui cupit consulat Torreblanca, *de jure spirituali, lib. 1. c. 11.* Fortunatum *de canonizatione Sanctorum, sect. 8. cap. 1.* Quia justè deciditur in *text. nostro*, miracula non esse inspicienda simpliciter in veneratione Sanctorum, præcipuè cum possit dari magnus Sanctus, qui miraculorum donum non habuerit, ut confiderant Doctores omnes *suprà* citati.

3 Primò, contra textum nostrum, obstabit textus *in cap. 1. de Consecr. dist. 3. cap. fin. de feriis*, ubi cum enumerentur festivitates publicè observandæ, & referantur Sancti publicè, venerandi, sequentia proponuntur verba: *Et illæ festivitates, quas singuli Episcopatibus cum Clero, & populo duxerint solemniter celebrandas*: ex quibus apertè deducitur, licitum esse solemniter venerari novum Sanctum, absque eo, quod à Pontifice sit canonizatus; dum tamen Episcopi accedat mandatum, & per consequens Episcopo etiam licere canonizare Sanctos. Pro qua difficultate dissolvenda, dicendum est, ibi agi de Sanctis jam canonizatis, quorum festa potest Episcopus celebrari facere, nam licet ad Romanum Pontificem spectet dies festos speciali modo instituere, qui colantur ab omnibus & universis sub peccato mortali, ut tradunt Azorius *tomo 2. Moralium, libr. 1. c. secundo, quæstione 1.* Suarez. *de Religione, tom. 1. lib. 2. de diebus festivis, capit. tertio numer. 2.* Thomas Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 1. c. 43.* tamen Episcopi in suis Episcopatibus, tantum possunt festivitates Sanctorum, qui jam canonizati sunt, dedicare, ut docent plures apud Enriquez, *ubi suprà lib. 1. cap. 3.* Quod etiam ratione comprobatur, nam eo ipso quòd hoc prohibitum non inveniatur in jure, censetur

ſetur conceſſum; latè probat Thomas Sanchez *ubi ſuprà* nec requiritur conſenſus Pontificis, ut hujuſmodi feſtivitates obligent ſub peccato, non tamen poterit Epiſcopus dies feſtivos inſtituere in honorem & venerationem alicujus Martyris, vel Confeſſoris, quin prius à Pontifice in albo Sanctorum ſit relatus; cùm illud eſſet tacitè canonizare: quod facere non poteſt ex *text. noſtro*. Undè refellenda eſt doctrina Vincentii, & aliorum antiquorum aſſerentium, Epiſcopos poſſe dies feſtos inſtituere in honorem illorum, qui adhuc non ſunt canonizati: licet non ignorem antiquitus potuiſſe venerari Sanctum in uno Epiſcopatu ex licentia Epiſcopi, dum tamen in eo tantum coleretur, de qua canonizatione agit Bellarminus *dict. lib.* 1. *cap.* 7. & nos *ſuprà*. An autem in ſpeciebus prædictorum jurium requiratur conſenſus populi, & Cleri; videndi ſunt Suarez, Thom. Sanch, Fagundez *locis ſuprà citatis*.

4 Secundò, obſtabit textus *in cap. cum ex eo 2. hoc titulo*, ubi in *prima parte text.* agitur de veneratione Reliquiarum Sanctorum approbatorum: *in ſecunda* verò de reliquiis noviter inventis: & dicitur quod Reliquiæ approbatæ, non paſſim oſtendantur, nec venales exponantur; noviter verò inventæ non aliter venerentur, quàm ſi à Pontifice approbatæ fuerint: ex quibus verbis ſic argumentatur, en ubi Sancti jam approbati Reliquiæ, non debent paſſim oſtendi: ergo licet à Romano Pontifice quis ſit Canonizatus, nihilominus non debet publicè ad venerationem oſtendi. Sed reſpondendum eſt, ibi prohiberi, ne Reliquiæ paſſim oſtendantur, cùm ex nimium familiari uſu daretur occaſio contemptus, *cap. & in Judæos, de Judæis*: præcipuè ſi extra cauſam oſtendantur, cum exindè aliqui ſumerent occaſionem detrahendi, inſpicientes oſſa nuda, quaſi non debuiſſet caro conſumi, ſi Sanctus eſſet. Secunda verò pars, ex *text. noſtro* ampliatur; nam cùm non poſſit aliquis pro Sancto venerari abſque Pontificis licentia, multo magis, nec ejus Reliquiæ publicè oſtendi abſque Romanæ Eccleſiæ approbatione: dixi *Publicè*, quia privatim in æſtimatione & honore bene poteſt quis reliquias alicujus Confeſſoris, vel Martyris, adhuc non canonizati, habere; ut notant Doctores omnes *in dict. cap.* 2.

Tertiò contra *textum noſtrum*, & ſuprà dicta obſta- 5
bit Concilium Tridentinum, *ſeſſione* 25. *in decreto, de invocatione Sanctorum, &c.* ubi agens de miraculis, & imaginibus, de quibus in *text. noſtro* tractatur ſequentia proponuntur verba: *Nulla etiam admittenda eſſe nova miracula, nec novas Reliquias recipiendas, niſi recognoſcente, & approbante Epiſcopo, qui ſimul atque de his aliquid compertum habuerit, adhibitis in conſilium Theologis & aliis piis Viris, ea faciat quæ veritati & pietati conſentanea judicaverit*: ex quibus verbis evidenter deducitur ſufficere; imò tantum deſiderari ad hoc ut quis poſſit pro Sancto venerari, ut Epiſcopus ejus miracula approbaverit & Reliquias noviter inventas conſequenter poſſe venerari ſine licentia Pontificis; dum tamen Epiſcopus de conſilio peritorum eas approbaverit; quod expreſſè deſtruit omnia ſuprà adducta. Nec poteſt dici, ibi agi de Sanctis jam beatificatis, & canonizatis, ut exiſtimat Thomas Sanchez, Azor. Suar. *locis ſuprà citatis*, & noviter Contelorius, *de canonizatione Sanctorum, cap.* 5. Siquidem contrarium apparet ex *ipſomet text.* verſ. *Nulla etiam admittenda nova miracula*; ex quo expreſsè deducitur ibi agi de miraculis noviter factis. Deinde quia lege non diſtinguente, nec nos diſtinguere debemus, *leg. unic.* §. *ſin autem C. de caducis tollendis*. Denique quia anno 1626. menſe Januarii, Auguſtin. Barboſ. conſultationem in Sacra Congregatione propoſuit, an text. *in dict. cap.* 2. *Trident. Concilii* ſit intelligendus de Sanctis tantum jam canonizatis, an verò de omnibus? Reſponſum fuit de omnibus eſſe intelligendum; ut ipſe refert *in collectaneis ad text. in c.* 1. *hoc tit. num.* 6. Quare verius dicendum eſt cum Carraſco *in explicat. novæ*

Granna in Decret.

Recopil. c. 5. Epiſcopum poſſe, ex diſpoſitione Concilii, examinare miracula, eaque approbare, & tunc remittere ad Romanum Pontificem, ut Sanctus beatificetur, vel canonizetur, quod nunquam conceditur Epiſcopis, repugnante *noſtri text.* praxi. in prædicto autem examine, ea quæ obſervanda ſunt, videre oportet apud Fagund. *ubi ſupra, c.* 4. Barb. latè, *de poteſtate Epiſcopi, 3. part. allegat.* 97. *per totam, & allegat.* 50. *num.* 44. *cum ſequentibus*.

Quartò, obſtat text. *in cap. venerabili* 52. *de teſtibus*, 6
ubi Honorius III. ſcribens Coriſopitenſi, & Trecorenſi Epiſcopis, jubet, ut teſtes ſuper miraculis Sanctorum, ſigillatim, & cum omni diligentia examinentur ex quo reſcripto apertè conſtat, Epiſcopis incumbere jus probandi miracula noviter inventa, & ejus licentiam, non verò Pontificis deſiderari, ut quis poſſit ex miraculis venerari pro Sancto. Cui difficultati reſpondendum eſt, ibi Epiſcopum approbare miracula, ſive examinare teſtes de vita, & miraculis illius Religioſi, ex delegatione Romani Pontificis: nec exindè ſequitur ipſa approbaſſe, ſed ſic teſtes examinatos remiſiſſe ad Honorium III. ut ipſe approbaret, vel reprobaret: quomodo autem debeant teſtes examinari, & de praxi in eis recipiendis obſervanda, videre eſt apud Doctores *ibidem*: Fortunatum *in tractatu de canonizatione Sanctorum*; noviſſimè Carraſco *ad aliquas leges novæ Recopillationis, cap.* 5. *& fere per totum*.

Quintò obſtabit difficilis authoritas Divi Cypriani 7
lib. 3. *Epiſt.* 3. ubi Sanctus ille jubet ad ſe ſcribi, cùm aliquis Martyr de hac vita exiit, ut ſtatim poſſit ejus memoria ſacrificiis celebrari, & deindè per ſingulos annos Martyrii dies coli: ex qua Epiſtola expreſsè conſtat, requiri Pontificis conſenſum, ſed ſufficere authoritatem Epiſcopi, ſiquidem ex juſſu Cypriani, qui tantum Epiſcopus fuit, poteſt Martyr quotannis venerari, ac ejus feſtivitas peragi. Cui difficultati reſpondendum eſt, diſtinguendo inter tempora primitivæ Eccleſiæ, & tempora noſtri Alexandri, Authoris *c.* 1. *hoc tit.* illis enim primis temporibus ſufficiebat authoritas Epiſcopi, ut quis poſſet pro Sancto venerari in eo Epiſcopatu tantum, non tamen in omni Eccleſia: hodie verò poſt conſtitutionem *noſtri text.* abrogata eſt hæc poteſtas: unde approbatio, de qua Divus Cyprianus, procedebat illo primævo tempore, & tantum in ejus Epiſcopatu: Bellarm. *dict. lib.* 1. *c.* 7. *in principio*.

Sextò, refragatur difficile *Concilii Illiberitani* de- g
cretum, *Can.* 36. ibi: *Placuit picturas in Eccleſia eſſe non debere, ne quod colitur, aut adoratur, in parietibus depingatur*. eſt text. apertus ad probandum, imagines Sanctorum, etiam canonizatorum, fieri non debere: ergo fruſtra agimus de veneratione illis impertienda, ſi omnino denegatur *in dict. Can.* 36. Cui difficultati, quæ quidem maxima eſt, reſpondit Alanus Copus *in Dialogis, lib.* 5. *cap.* 16. dicens, ibi prohiberi Imagines ſanctorum in parietibus depingi, quia à Chriſtianis venerari cæperant, ut Dii: unde ne idololatriæ occaſio in Eccleſia daretur, ſancitum fuit in ea imagines non eſſe pingendas, ne id, quod in parietibus exiſtit, adoraretur, & coleretur ut Deus: in quem ſenſum accepit hunc Canonem Ivo Carnotenſis *in ſuo Decreto, part.* 3. *cap.* 40. Sed ſi rectius perpendatur, ſolutio rationi *illius text.* non adaptatur, cum Patres *ibidem* non dicant, ne id, quod pingitur, adoretur; ſed ne id, quod adoratur, pingatur: Quare rectius Nicolaus Sandæus *lib.* 2. *de cultu Imaginum, c.* 4. reſpondit, ibi prohibitas fuiſſe imagines in Templis pingi, quia tempus, & locus id requirebant, propter periculum perſecutionis, ne in parietibus depictæ cum inde evelli non poſſent, à perſecutoribus contumelia afficerentur: quæ etiam ratio fuit, cùm prohibitum eo tempore fuiſſet cereos accendi in Cæmeteriis, ne corpora Sanctorum ab infidelibus inquietarentur, *Can.* 34. *ejuſdem Concilii*. Deindè, ne Gentiles exiſti-

marent Christianos adorare ligna, vel lapides, in quibus Imagines depictæ erant: quam interpretationem, sequuntur Don Ferdinandus de Mendoza & Chorolianus *in d.Can.* 36. *Concilii Illiberitani.*

9 Septimò, obstabit authoritas Divi Augustini ab hæreticis contra nos passim adducta, his verbis: *Multa corpora honorantur in terris, quorum animæ torquentur in gehennæ*: Ex qua evidenter deducitur, adhuc post canonizationem Pontificis, non posse approbatum adorari pro Sancto; siquidem multi canonizati torquentur in infernis, ex sententia Divi Augustini. Quæ difficultas petebat, ut examinaretur quæstio illa celebris apud Doctores; an Romanus Pontifex possit errare in canonizatione Sanctorum? Sed quia nostri instituti non est, tractatus facere, Consulto omittimus; videndi sunt Bellarminus *lib.* 1. *de Sanctorum beatificatione*, *cap.* 9. Covarruvias *lib.* 1. *variarum*, *cap.* 10. Turrecremata *in defensione revelationum Sanctæ Brigittæ*, *cap. ultimo*, cum traditis à Barbos. *in collectaneis ad nostrum textum. num.* 5. Difficultati tamen satisfaciendum est; dicendo, locum illum (si Divi Augustini sit, cum tamen in ejus operibus non inveniatur scriptum) intelligendum esse de impiis, qui honorantur magnis sepulchris, cum animæ eorum in inferno existant; vel de corporibus fraude aliqua suppositis, pro corporibus Sanctorum, aut de Martyriis Donatistarum, qui ab Hæreticis ut Martyres honorantur; cum eorum corpora torqueantur in gehenna, ut refert Bellarminus *dict. cap.* 9. vel aliter dici potest locum Divi Augustini non esse intelligendum, nec loqui de canonizatis, sed de illis, quos in terris nos decepti pro Sanctis veneramur.

10 Octavò, contra suprà dicta expendo text. *in capit. corpora* 31. *de Consecratione*, *distinct.* 1. cujus hæc sunt verba: *corpora Sanctorum de loco ad locum nullus transferre præsumat, sine Consilio Principis, vel Episcoporum Sanctæ Synodi licentia*: ex quibus deducitur, in tractandis, & transferendis corporibus Sanctorum, Principis, & Synodi Concilium attendi; non Pontificis licentiam desiderari: ergo malè asseruimus specialem Pontificis licentiam requiri. Pro cujus text. difficultate dissolvenda, Anastasius Germonius *lib.* 1. *de Sacrorum immunitate*, *cap.* 8. existimat ibi desiderari consilium Principis simul, & Pontificis quasi dicant Patres Concilii Maguntini, adesse debere Concilium Principis, simul & Pontificis. Sed hac solutione omissa, verius dicendum est, ibi appellatione *Principis*, venire Pontificem, hoc est Principem Ecclesiasticum, qui sæpè sæpius in jure nostro ita appellari solet, *c.* 2. *de Regularibus*, de cujus text. interpretatione plura refert Pin. §. 3. *n.* 190. *cum sequentibus.*

11 Nonò, ex eisdem venit exponendus locus *Deuteronomii*, *cap.* 6. ibi: *Deum tuum timebis, & illi soli servies*: *Esther. capit.* 13. ibi: *Timui, ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorarem, excepto Deo meo*: & locus Divi Augustini *de vera Religione*, *cap.* 55. ibi: *Non sit nobis Religio cultus hominum mortuorum, quia si piè vixerunt, non sic habeantur, ut tales quærant honores; sed illum à nobis coli volùt qui illuminati lætantur meriti sui non esse consortes*: & alia in quibus probare videtur, Sanctos, etiam jam canonizatos non esse venerandos: de quorum explicatione, & vera expositione, videndi sunt Pater Vazquez, & Bell. *locis citatis suprà*, vide etiam text. *in c.* 1. *& 3. de jure patronatus.*

12 Decimò, adversus ea, quæ refert text. *in dict. cap. audimus*, *cap. fin. hoc titul.* videlicet, solam revelationem cognoscens licitè possit cultu publico revelatum, ut Sanctum honorare, non expectata Summi Pontificis licentia; quia alias si testificanti habuisse revelationem fides adhibenda esset, via aperiretur multis fraudibus, & illusionibus, quibus non tantum à diabolo, sed à privatis hominibus decipiatur, meritò Sacerdos non potest publicè venerari aliquem, ut Sanctum, quem Ecclesia, & Pontifex non cognovit Sanctum, & Beatum: obstabit illud miraculosum Beatissimi & melliflui Bernardi factum, relatum à Gaufrido *in vita Sancti Bernardi in exordio Cistercienſi*, *cap.* 16. & ab Illustrissimo Fr. Ang. Manrique, quondam hujus almæ Academiæ Primario antecessore, *to.* 2. *Annalium Cistercienſium*, & à Magistro Fray Francisco de Vivar. *in commentariis ad Marcum Maximum, in defensione juris Eremitæ*, §. 11. quod quidem sic se habet, in funere Sancti Malachiæ Episcopi in Clara-Valle, Malachias Episcopus vitam finivit, delatum fuit ejus corpus ad Ecclesiam sepeliendum, & Beatus exequitur funera, usque ad sacrificium Missam celebrans defunctorum; sed post Hostiam incruentam oblatam, gloriam Malachiæ Domino revelante cognovit, & sacrificio jam expleto formam mutavit orationis, & orationem intulit, quæ ad Sanctorum Confessorum celebrantes non quæ ad orationem pertinent defunctorum, hoc modo dicens: *Deus, qui Beatum Malachiam Sanctorum tuorum meritis, coæquasti, &c.* & sic; ut publicus Ecclesiæ minister, in solemni sacrificio Missæ celebravit, ut Sanctum, quem talem nondum Ecclesia declaraverat: quod quidem etiam fecisse Bernardus legitur in funere Sancti Alberici, Cardinalis Hostiensis, quem publica laude prosecutus est, non expectata Pontificis, vel Episcopi Diœcesani licentia; cum enim corpus nondum terræ mandatum in Ecclesia jaceret, & astantes Missam præsentis defuncti expectarent audire, Bernardus divina circunfusus luce Missam Sanctorum in laudem Alberici decantavit, quem ex revelatione Divina, Corona gloriæ in cœlesti Hierusalem videbat jam redimitum: quod Divi Bernardi factum magis difficile redditur ex tex. *in c. cum Marthæ*, *de celebr. Missarum*, ubi apparet injuriam fieri Martyri; qui orat pro Martyre.

Pro cujus dubii solutione adnotari solet, quod duplex dari potest revelatio: una, quæ gloriam defuncti revelet; & hæc non sufficit ad cultum publicum: alia qua Deus manifestet se; ut supremum Legislatorem, dispensare in lege Pontificia, suumque placitum esse, ut non obstante lege Pontificia, & sine facultate ipsius, veneretur ut Sanctus, ille cujus gloriam revelavit; & tunc poterit ille, ut Sanctus venerari; & ita de hac secunda revelatione, nonnulli asserunt obtinere Divi Bernardi factum quam distinctionem impugnat Cajetanus 2.2. *quæst.* 156. *art.* 6. *in solutione*, *ad tertium*, dum asserit, in Lege Gratiæ, revelationes privatas contra legem communem, sive naturalem, sive positivam, omnino rejiciendas esse; siquidem nullus Catholicus legi communi contrariari potest, allegando revelationem privatam, cum multoties illusione diabolica fieri possit. Quare alii existimant, Divum Bernardum, certo cognovisse gloriam Malachiæ, & Alberici Cardinalis Hostiensis; & ideò potuisse illud facere eo tempore, quia prohibitio Ecclesiæ, vetans cultum publicum deferri Sanctis ab Ecclesia nondum approbatis, lata est post tempora Divi Bernardi; nam text. *in dicto cap. audivimus*; cujus Auctor est Alexander III & text. *in dict. cap. fin. hoc titulo*, cujus Author est Innocentius Tertius; multo post obitū Divi Bernardi sunt editi: & cum Bernardi tempore nulla lex Ecclesiastica esset, prohibens cultum publicum Justo deferri, sine Romani Pontificis authoritate; seu facultate, sufficiebat ei ipso Domino revelante gloria Malachiæ cognoscere, ut eum publico cultui exponeret in solemni sacrificio Missæ. Sed hæc interpretatio merito displicet, quia etiam ante Alexandrum Tertium, non poterat quicumque Sacerdos cultui publico Justum exponere, cum tantum Episcopis hoc à Sede Apostolica esset permissum, ut suprà diximus in quinto dubio; notat Vivarius *ubi supra.* Quare his omissis dicendum videtur, licitè in sacrificio Missæ Beatum Bernardum Malachiam Episcopum, ut Sanctum Confessorem Domini, laudare potuisse, potius ex

ex abſoluta Dei potentia, quàm ordinaria Eccleſiæ; contra Jus commune, multis de cauſis. Prima, quia revelatio gloriæ Juſti venerandi, Divo Bernardo à Deo fuit data, ut conſtat ratione Gaufredi *ubi ſuprà*, *ut* verſic. *Poſt expletum ſacrificium, Domino revelante gloriam Malachiæ cognovit*: quæ revelatio videtur continere diſpenſationem, & delegationem divinam, operandi contra legem communem, prohibentem cultum publicum: dum Divus Bernardus Domino inſpirante formam mutavit orationis defunctorum, & Sanctorum Confeſſorum ſolemniter decantavit: quæ revelatio non tantum fuit privata, ſed evidenter publica, per eximiam illius viri Sanctitatem, per antecedentia miracula, & præcedentia vaticinia eventu ipſo confirmata, & impleta; ut reſpondit de hac quæſt. interrogatus Petrus Calenſis *lib. 5. Epiſtol. 14.* his verbis: *Quia quod Deus per ſe facere, dum ponit, hominis auxilium, vel authoritatem non quærit: nec expectandum hominis judicium, ubi manifeſta luce Dei ſe explanat judicium, &c.* Deindè, quia Divi Bernardi veneratio Malachiæ, non fuit beatificatio, ſeu canonizatio, ut ab omni Eccleſia veneraretur; ſiquidem non propoſuit publicè Malachiam venerandum, ſed particulariter in Monaſterio Clara-Vallenſi: quod quidem Divi Bernardi factum licet eo tempore miraculosè accidiſſet; tamen hodie, poſt *noſtri text.* deciſionem, cum hujus cauſæ cognitio ſpecialiter Summo Pontifici ſit reſervata, dicendum exiſtimamus, nullum pro Sancto publicè venerari poſſe, niſi à Pontifice fuerit approbatus.

TITULUS XLVI. De obſervatione Jejuniorum.

Ad textum in cap. Ex parte 1. Conſilium 2. cap. Explicari 3. de obſervatione jejuniorum.

SUMMARIUM.

1 *Jejunari debet in Sabbatho, quando Vigilia occurrit in Dominica die.*
2 *Jejunium denotat pœnitentiam, & afflictionem. Jejunare in die Dominica, quare prohibitum eſt.*
3 Cap. utinam 11.76.diſt.*cum* cap. ſi quis tanquam 7. 30. diſtinct.
4 Canon 64. *Martini Bracharenſis.*
5 Canon 65. Apoſtolorum, *cum* cap. placuit, de Conſecrat. diſt. 3.
6 *Jejunium non eſt de neceſſitate, & præcepto, poſt Paſcham Reſurrectionis uſque ad Sabbathum Pentecoſtes; quo die jejunandum eſt.*
Cap. noſſe credo 11. 76. diſtinct.
7 *Concilium Triburienſe*, cap. 31. c. licet tam veteris 3. de feriis.
8 *Servitus realis, perſonalis, & ſpiritualis, in quo differant.*
Cap. conſilium 2. verſ. Quod omnium Apoſtolorum de obſervatione jejuniorum.
9 *Jejunium incipere debet à media nocte diei præcedentis, & finiri media nocte diei ſubſequentis*, c. de uſu carnium 11. de Conſecr. diſtinct. 3.
10 *Feſtum Nativitatis Domini ſi occurrerit ſexta Feria, licitum eſt omnibus carnes comedere, exceptis profeſſis, & voventibus*, cap. fin. de obſervatione jejuniorum, *cum* cap. de eſu carnium 11. de Conſecrat. diſt. 3.
11 *Concilium Antiſiodorenſe*, Canon. 3. ejuſdem Concilii.
Granna in Decret.

CONCLUSIO.

Vigilia occurrens in Dominica, jejunari debet in Sabbatho; & jejunanda eſt Vigilia Mathiæ. Conſonat textus *in cap. jejunium* 1. & 2. *cap. jejunio, cap. utinam*, 76. *diſtinctione, cap. ſi quis* 7. 30. *diſtinct. cap. Quadrageſima, cap quinque, cap. ſit tibi, de Conſecrat. diſtinct.* 5. *cap. Sabbatho, cap. placuit cap. ne quis, cap. jejunium* 14. *de Conſecrat. diſt.* 3. *cap. ſi quis tanquam, diſtinct.* 7. *diſtinct.* 30. *cap. ſtatuimus, cap per hoc, cap. Quadrageſima, cap. denique, diſt.* 4. *cap. quis neſciat*, 11. *diſt.* 11. *cap collocent, & de Conſec. diſt.* 1. *cap. illa*, 12. *diſt. cap. Presbyter*, 82. *diſtinct. cap.* 1. *ad finem*, 15. *diſt. cap. cum voluntate. de ſententia excommunicationis; cap. Sacerdos* 26. *quæſt.* 7. Concilium Illiberitanum, *Can.* 26. Arelatenſe 4. *cap.* 2. Exornant Th. Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap.* 37. & *lib.* 4. *c.* 11. *n.* 42. D. Ferdinandus de Mendoza *lib.* 2. in Concilio Illiberitano, *cap.* 52. Divus Thom. 2. 2. *quæſt.* 147. Covar. *lib.* 4. *variar. cap.* 2. Baron. *tom.* 1. *Annalium, ann. Chriſti* 57. *cap.* 154. Leſſius *de juſtitia, & jure, lib.* 4. *c.* 2. Cenedus *practicarum & Canonicarum quæſtionum, lib.* 1. *quæſt.* 40. & 41. Diana *reſolutionum Moralium, part.* 1. *tract. de jejunio*, Azor. *inſtitutionum Moralium, part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 8. *cum ſequentibus*, Toletus *in ſumma, lib* 6. *c.* 2. Emmanuel Rodriguez *in ſumma, tom.* 1. *cap.* 35. *n.* 3. Ægidius, *de Sacramentis, & cenſuris, diſp.* 6. *dub.* 6. *n.* 47. cum traditis à Barboſa *in collectaneis ad noſtrum textum*, Acuña *ad primam Decreti partem, in dictis juribus.* 1

Ratio, quare Vigilia occurrens in Dominica, jejunari debet in Sabbatho, ea eſt, quia jejunium indicat pœnitentiam, & afflictionem, *cap. jejunium* 7. 30. *diſtinct.* nam in die Dominica gaudium Reſurrectionis celebramus, *cap. fin.* 30. *diſt.* cum Dominica jejunium, ſimul concurrere non poſſint; ſiquidem veteres, & recentiores Patres ſummoperè caverunt, ne jejunia diem Dominicam, ejuſque celebrationem turbarent, exiſtimantes lætitiam ejus quodammodo diminui & violari, ſi mœror illi, vel luctus jejunii accederet, ulla ex parte miſceretur, *cap. jejunium, cap. ne quis, de Conſecrat. diſt.* 3. *cap. ſi quis tanquam cap. ſi quis Presbyter*, 30. *diſtinct cap. Sacerdos.* 26. *quæſt.* 6. notat Acunna *ad Decretum, in cap. de jejunio* 3. 76. *diſt. n.* 4. & ideò jejunantes in die Dominica ex ſuperſtitione, contra univerſalem Eccleſiæ conſuetudinem graviter peccant Acuña *ubi ſuprà, in dict. cap. ſi quis* 7. 30. *diſtin. n.* 1. meritò, ſi aliqua feſtivitas, quæ habet Vigiliàm de præcepto, in ſecunda Feria contigerit venire, die Sabbati præcedentis Vigilia debet jejunari, cùm illa in die Dominica non conveniat adimpleri: *cap. quæſivit de verbor. ſignific.* ſiquidem debitum, quod non poteſt ſolvi una die debet ſolvi in altera; *leg. Celſus*, §. 1. *ff. de arbitriis*, & jejunium in Sabbatho fuit inſtitutum, quia in Sabbatho Dominus in ſepulchro fuit poſitus, & Diſcipuli jejunarunt: notat Acuña *ubi ſuprà in cap. qui neſciat* 11. *num.* 2. *diſt.* jejunium enim die Dominica interdictum eſt, ob Manichæorum hæreſim dicentium, id jejunium neceſſarium eſſe in contemptum Reſurrectionis Chriſti Domini noſtri, qua propter hunc errorem, qui tunc vigebat, ſubſtraxit Eccleſia Dies Dominicos à Quadrageſimæ jejunio, *cap. Quadrageſimæ, de Conſecrat. diſtinct.* 5. notat Thomas Sanch. *ad Decalogum, lib.* 2. *cap.* 37. *n.* 12. & jejunanda eſt Vigilia Beati Mathiæ Apoſtoli: Ratio eſt, quia omnium Apoſtolorum Vigiliæ ſunt in obſervatione jejunii celebrandæ, præter Vigilias Apoſtolorum Philippi, & Jacobi, Sancti Joannis Evangeliſtæ, quoniam illorum ſolemnitas intra ſolemnitatem Paſchalem, iſtius autem intra Natalem Domini celebratur, *cap.* 2. *hoc titulo*, nam glorioſiſſimi Apoſtoli, Chriſtianæ fidei Principes, Athletæ Dei electi, juſti Judices ſæculi, lumina vera mundi, viventes in carne Eccleſiam ſuo pretioſo ſanguine plantaverunt, ipſam irriganſo 2

ſublimiter, & diſciplinis ſanctiſſimis dirigendo, *capite unico de reliquiis, & veneratione Sanctorum. lib.* 6. D. Auguſtin. *in Pſal.* 86. & quoniam Sanctus Matthias, inter duodecim Apoſtolos fuit enumeratus, *Actuum Apoſtol. capite* 1. & eorum æqualis debet eſſe feſtivitas, quorum æqualis eſt Sanctitas, *capite ſcire*, 76. *diſt.* ideò Vigilia Beati Matthiæ, quæ non impeditur à majori ſolemnitate, ſicut in Virgiliis cæterorum Apoſtolorum, eſt jejunanda, eſt in *text. noſtro*, & in *capite* 2. *hoc titulo.* Ratio dubitandi fuit, quia Matthias non fuit de numero duodecim à principio; ſed ſucceſſit poſt mortem Chriſti, in locum Judæ proditoris, dum Apoſtoli poſuerunt ſortem ſuper eum, & Barnabam, *Actuum Apoſtolor. cap.* 1. Et ſic ratio decidendi eſt, quia qui ſubrogatus eſt, ſegit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur, *capite majores, de Baptiſmo.*

3 Primò, obſtabit illa D. Hieronymi authoritas *ad* Lucinium, *Epiſt.* 28. relata *in cap. utinam* 11. 76. *diſt.* ubi S. Hieronymus jejunium, tanquam laudabile in die Dominico approbat, exemplo Divi Pauli die Dominico jejunantis, quod omninò contrarium refert text. *in capite ſi quis tanquam* 7. 30. *diſt. cap. jejunium, de Conſecrat. diſt.* 3. in quibus juribus conſtat, jejunantem die Dominico peccare, tanquam contra univerſalis Eccleſiæ conſuetudinem, cum dies Dominica, ut ſuprà diximus, lætitiæ, non luctui, & pœnitentiæ deputetur. In qua jurium contrarietate, Thomas Sanchez *tom.* 1. *Decalogi, lib.* 2. *capite* 37. *num.* 11. ex doctrina *Sylveſtri*, verbo, *Jejunium*, diſtinctionem adhibet inter jejunium afflictionis & luctus, quod ſumitur ad ſatisfaciendum pro præteritis delictis, & à futuris cavendis; & inter jejunium exultationis, quod aſſumitur, nempè ut mens promptior ſit ad gaudium, & ut elevetur in Deum; ita ut jejunium afflictionis non liceat die Dominica fieri, ſed debet transferri in diem Sabbathi, ſi in die Dominica inciderit; & ita procedere textum *in d. cap. ſi quis tanquam*, 30. *diſt. d. capite jejunium, de Conſecrat. diſt.* 3. Secus verò dicendum eſt, in jejunio exultationis, quod adimpleri poteſt in die Dominico, vel in alio feſtivo: & ita intelligendum eſſe text. *in dicto capite utinam*, 76. *diſtinct.* Sed his, & aliis omiſſis, verius eſt dicendum, jejunium in die Dominica, non eſſe ſimpliciter prohibitum; ſed tantum, ſi ex ſuperſtitione, vel contemptu Eccleſiæ, aut ſcandalo fiat; nam cùm olim jejunium in die Dominica interdictum eſſet, ob Manicheorum hæreſim dicentium, jejunium neceſſarium eſſe in contemptum Reſurrectionis Chriſti Domini; ſed cùm jam hodie hæc cauſa ceſſaverit, licitum eſt die Dominica jejunare, ſive jejunio exultationis, ſive afflictionis; dummodo id non fiat cum ſcandalo, vel errore aliquo, aut contumacia, quaſi improbando Eccleſiæ conſuetudinem; notat Divus Thomas 2. 2. *q* 147. *art.* 5. *ad tertium*, Th. Sanch. *ad Decalogum*, 1. *tom. lib.* 2. *capite* 37. *n.* 12. & 17.

4 Secundò, prædictis obſtabit *Canon* 64. *Martini Bracharenſis in collectione Orientalium*, cujus hæc ſunt verba, *Non licet quemquam Clericum die Dominica ab Eccleſia abſentem eſſe; ſed Miſſarum ſolemnibus intereſſe, & jejunio*; in quibus ultimis *hujus Canonis* verbis, Martinus apertiſſimè ſignificat, Clericum die Dominica jejunare debere. In qua difficultate (ſi mihi permiſſum eſt) ut quod ſentio liberè loquar, interim viri doctiſſimi huic loco ſuccurrant, dicendum arbitror, hunc Canonem in illo verbo *jejunio*, ſuſpectum eſſe, additumque fuiſſe ab aliquo imperito aut hæretico homine. Quam conjecturam à viris doctis probandam ſperamus; præſertim ſi conſulant aliam additionem Garciæ de Loyſa *in notis ad Concilium Illiberitanum, capite* 26. ubi verbum illud, *Jejunio*, jure optimo deciſe affirmat; niſi pro illo verbo, *Jejunio*, velis legere, jejunum, quaſi ſenſus verborum ſit, quod Clericus in die Dominica non debet ab Eccleſia abeſſe, ſed in ea Miſſam celebrare jejunus, hoc eſt antequam prandium ſumat: ſed mihi probabilior eſt prima ſolutio: nam ſecunda, ex ſenſu verborum, nec ex rigore juris deduci poteſt.

Tertiò, obſtabit *Canon* 65. *Apoſtolorum*, cujus hæc ſunt verba: *Si quis Dominicum diem, aut Sabbathum, uno ſolo dempto, jejunare deprehendatur, depositor; & ſi laicus eſt, à communione ejiciter*; ex quibus verbis conſtat, diem Dominicum, diei Sabbathi æquiparari, & in parte illa, in qua *text.* vetat in die Dominica jejunare facile procedit; ſiquidem dies illa, ſit dies feriata ſolemnis lætitiæ, & Reſurrectionis Domini noſtri, non verò pœnitentiæ, & triſtitiæ; cùm in eo die ex textus noſtri deciſione, jejunii pœnitentia prohibeatur, quando concurrit aliqua Vigilia in honorem Sanctorum ab Eccleſia ſtatuta; meritò in die antecedenti non feriato Vigilia obſervari debet: qua de cauſa jejunium in die Dominica, nec in Quadrageſima, admittitur; *cap. Quadrageſima, de Conſecrat. diſtin.* 5. *cap. placuit, & ſite jejunium, de Conſecrat. diſt.* 3. Sed Canon ille Apoſtolorum difficillimus redditur in qua etiam jejunium die Sabbathi, quaſi in die lætitiæ, & feriato prohibetur, contra noſtri *text.* deciſionem. Augetur difficultas ex eo, quod Sancta Romana Eccleſia jejunium, propter triſtitiam, & paſſionem Domini in die Sabbathi ſuſcepit, *cap. Sabbatho, de Conſecrat. diſt.* 3. Illiberitanum Concilium, *cap.* 26. Agathenſe *capite* 12. Arelatenſe 4. *cap.* 2. nam Sanctam Romanam Eccleſiam, contra Apoſtolorum prohibitionem id feciſſe, neutiquam præſumendum eſt. Quæ authoritates, licet ſuſpectam faciant illam Apoſtolorum authoritatem, tamen pro Apoſtolorum Canone facit authoritas Sancti Ignatii, *Epiſt.* 8. & 44. *ad Philippenſes*, dum aſſerit *Can. Apoſtolorum* cautum eſſe, quod ſi aliquis Dominicam diem, aut Sabbathum jejunaverit, præter unum Sabbathum Paſchæ, ipſe Chriſti interfector ſit: quam refert Covarruv. *tom.* 2. *variarum. lib.* 4. *cap.* 20. ad quod etiam conducit Clem. Papa *lib.* 7. *conſtitutionum Apoſtolor. cap.* 24. & Patrulan. *in* 6. *Synodo, Can.* 55. ubi in Sabbatho quolibet prohibetur jejunium: & Concilium Agathenſe, *cap.* 22. relatum *in capite placuit* 9. *de Conſecrat. diſt.* 3. ibi: *Placuit, ut omnes Eccleſiæ filii, exceptis diebus Dominicis in Quadrageſima, etiam die Sabbathi, Sacerdotali oratione, & diſcretionis communione jejunent*; ex quibus verbis conſtat, Sabbathi diem, quoad orationem, & celebrationem, diei Dominico æquiparari.

Quo in dubio enucleando diu ſuperſedi: ea quod 6
vellem alium docentem audire magis, quàm docere; ſed conſiderata Conciliorum ſerie, ita inter ſe pugnanti, hoc modo ad concordiam reducenda eſſe exiſtimo, præcipuè, ex authoritate Baronii ann. Chriſti 102. *num.* 25. Severini *in notis ad Canones Apoſtol. capite* 65. Bellarm. *tomo* 3. *controv. libro* 2. *de bonis operibus capite* 8. qui omnes aſſerunt, Canonem illum Apoſtolorum, quod Sabbathi diem prohibentem jejunium, non fuiſſe Apoſtolorum; & affirmant verba illa, *in dicto Canon.* 65. ibi: *Vel Sabbatho*, ſuppoſita, & inſerta fuiſſe à Græcis poſterioribus; tum quia Sancta Romana Eccleſia ex authoritate Petri, & Pauli, jejunium Sabbathi ſuſcepit, ut conſtat ex Auguſt. *Epiſt.* 119. *ad Januar. cap.* 13. & *epiſt.* 85. *ad Caſulanum*, & D. Iſidoro *lib.* 1. *de officiis, c.* 24. *tradit* Th. Vuald enſis, *de Sacramentalib. tit.* 16. *c.* 140. qui conatur probare feſtivitatem diei Dominici, ab Apoſtolis fuiſſe inſtitutam, ex Tertulliano *adverſus gentes, c.* 16. Covar. *ubi ſuprà, c.* 19. *n.* 6. Innocent. *I. Epiſt.* 11. *cap.* 6. & *Epiſt.* 1. *cap.* 4. ex *d. cap. Sabbatho de Conſecrat. diſt.* 3. Ita ſimiliter exiſtimant Canonem illum ſextæ *Synodi, Can.* 55. adulterinum eſſe, & contra Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem. Covarr. *lib.* 4. *variar. capite* 20. *num.* 5. *apud medium.* Alia verò jura invicem contraria concilianda eſſe exiſtimo juxta diverſas conſuetudines Orientalis, vel Occidentalis Eccleſiæ; nam Orientalis Eccleſia ob piam conſuetudinem Sabbatho non jejunabat, uno excepto Paſchali; quæ conſuetudo fuit recepta in odium, & deteſtationem hæreticorum, Simonis Magi, Menandri, Saturni

Saturni, & aliorum aſſerentium, Deum Authorem mundi, cum omnibus à ſe creatis, malum eſſe atque ideò à carnis eſu, & propagatione matrimonii, Sabbathi die ſe abſtinebant, & in eo jejunabant, ne exinde Creator mundi, qui die ſeptima requievit, honorari videretur; notat Giphanius *orat. 12. cum ſequent.* meritò Orientalis Eccleſia, ut injuriam Deo ita illatam vindicaret, communi conſenſu juſſit ne quis in die Sabbathi jejunaret, ſed potius diem illum magna cum hilaritate tranſiret; atque ideo ad inſtar diei Dominici juſſit celebrari: & in hoc ſenſu Ignatius *ubi ſuprà*, dixit: *Si quis Sabbatho jejunaverit, Chriſti interfector eſt*, & in dict. Concilio Agathenſi, *cap.* 12. relato *in dict. cap. placuit, de Conſecrat. diſtinct.* 3. in illis verbis, *Etiam dies Sabbathi Sacerdotali oratione, &c.* Sed Occidentalis, & Latina Eccleſia, hæreſi jam extincta, non tantum licitè, ſed etiam piè Sabbatho jejunat in memoriam Domini, qui ea die mortuus, & in ſepulchro incluſus fuit: quod omnino contrarium obſervant Judæi: ſiquidem die ista valde epulantur: Notat Garc. de Loayſa *in notis ad Concilium Illiberitanum*, *Canon.* 26. D. Ferdinandus de Mendoza *lib. 2. ad idem Concilium*, *Canon.* 52. Sed licet authoritate ſuprà adducta, circa Sabbathi jejunium Græci diſſentirent, tamen circa diem Dominicam, omnes conſenſerunt, præcipientes, ne quis ea die jejunaret, ex eo quod Hæretici, & Manichæi, Chriſti Reſurrectionem negantes, die illa jejunabant; notat Baronius *anno Chriſti quinquageſimo octavo*, *numero ſexageſimo tertio*, Covarruvias *dicto libro quarto, variarum*, *capite decimo nono*, *numero ſexto*, Thomas Sanchez *in præcepta Decalogi*, *libro ſecundo*, *capite trigeſimo ſeptimo*, *numero duodecimo*, videndus eſt etiam text. *in capit. jejunium decimo quarto*, *de conſecratione*, *diſtinctione tertia*, de quo Hoſtienſis *in ſumma hujus tit.*

6 Quartò, adverſus id, quod in præſenti notant omnes, videlicet, jejunium non eſſe de neceſſitate, poſt Paſcham Reſurrectionis, uſque ad Pentecoſtem, niſi tantum in Sabbatum Pentecoſtes, juxta textum, ita intelligendum, *in capite jejunium ſeptimo*, *paragrapho Non autem*, *ſeptuageſima ſexta diſtinctione* in fine verſiculi: ibi, *à die enim Dominicæ Reſurrectionis*, *uſque in diem Pentecoſtes*, *non indicuntur obſervanda jejunia*, & in *capite ſcire*, verſiculo, *Inſtar ergo*, *capite poſt Paſcha*, *eadem diſtinctione*, de quibus Covarruvias *tomo ſecundo*, *libro quarto variarum*, *capite vigeſimo*, *numero nono*, *apud medium*, Acuña *in dicto capite jejunium*, *numero quarto*, *& in dicto capite ſcire debet octavo*, *numero primo*, Alphonſus Cajaconius, *de varia jejunii obſervatione*, *capite primo ad medium*, *pagina decima octava*, *& capite ſexto*, *in principio*, *folio decimo nono*, & quod in Vigilia tantum Pentecoſtes ſit jejunandum, doc. text. *in capite noſſe*, *dicta diſtinctione ſeptuageſima ſexta*, Acuña *in prima Decreti parte*, *ibidem*, *numero primo*, ſed ſi voluntariè, & ex devotione pœnitentiæ cauſa, intra Paſcham Reſurrectionis, & Pentecoſtem, quis jejunaverit, admittitur, quia ex neceſſitate Vigiliam, illo tempore, Eccleſiæ non prohibet, ut conſtat ex Divo Iſidoro relato *in capite poſt Paſcha*, *ſeptuageſima ſexta diſtinctione*, cujus hæc ſunt verba: *Poſt Paſcha uſque ad Pentecoſtem*, *licet traditio Eccleſiarum abſtinentiæ rigorem prandiis relaxaverit*, *tamen ſi qui Monachorum*, *vel Clericorum jejunare cupiunt*, *non ſunt prohibendi.* Obſtabit text. *in dicto capite noſſe credo undecimo*, *ſeptuageſima ſexta diſtinctione*, verſicul. *Inſtituimus*, ibi: *unde neceſſe eſt ſimilem obſervantiam*; *ſimilis lætitia ſubſequatur*, ponderando verbum illud, *Neceſſe eſt*: ex quibus conſtat quod neceſſe eſt, ut obſervetur lætitia poſt Paſcha Reſurrectionis, & Vigilia non admittatur, uſque ab Sabbathum Pentecoſtes: ergo de neceſſitate Eccleſiæ ſtatutum eſt, ne quis poſt Reſurrectionem propter lætitiam jejunet, uſque ad Sabbathum Pentecoſtes. Sed huic dubio reſpondetur eſt, verba illa: *Neceſſe eſt in dicto capite noſſe*; non eſſe intelligenda de neceſſitate præcepti, ut ne jejunium auferatur poſt Paſcha Reſurrectionis, uſque ad Sabbathum Pentecoſtes, ſed de conſilio tantum; quaſi diceret, conveniens eſt, ut illo tempore, propter lætitiam Reſurrectionis non jejunetur: nam id, quod conſulitur, juris neceſſitati non ſubjicitur, *capite primo*, *in fine de pœnitentia*, *diſtinctione ſexta*, *leg. non quicquid*, *argeſt. ac judiciis.* Quomodo etiam eſt intelligendus text. *in capite ſcire*, *in fin.* verſiculo, Sed quod, in illis quinquaginta diebus jejurandum eſſe negatur, ex obſervantiæ neceſſitate intelligitur; notat, *Gloſſ.* verbo, *Neceſſe eſt*, *in dicto capite Noſſe credo*, & Gloſſa, *verbo*, *Jejunium*, *in dict. cap. jejunium*, *ſeptuageſima ſexta diſtinctione*, Acuñ. *ad primam Decreti partem*, *in dicto capite noſſe credo*, & *dicto capite jejunium*, *numero ſecundo.* Quæ omnia ſic intelligenda ſunt, licet aliter parum juris Pontificii expertus contra me ſenſerit Diana *tractatu decimo ſexto*, *reſolut.* 17. *tom.* 11.

Quintò, prædictis obſtabit Concilium Triburienſe, *capite tertio*, relatum *in capite licet tam veteris tertio*, *de feriis*, ubi conſtat, quod Sabbathi dies, tam ex veteris, quàm novi teſtamenti pagina, ut ſolemnis dies, & feſtivus debet obſervari. Conſideratio eſt, Sabbathi dies, ut feſtivus debet obſervari: ergo in Sabbatho jejunari non poterit, ſiquidem in *textu noſtro*, *& ſimilibus*, jejunium in omni die feſtivo, & feriato prohibitum eſt, ac per conſequens malè à nobis aſſertum, in die Sabbathi jejunandum. Quod dubium, ut ſolvamus, adnotandum eſt, præceptum de obſervandis feriis, & diebus feſtivis, partim eſſe ceremoniale, partim verò morale; Ceremoniale dicitur, quatenus in veteri Lege dies Sabbathi, ut feſtivus obſervabatur; morale verò, quatenus natura ipſa fundet, Deum in omni die colendum. Quo ſuppoſito dicendum eſt, quod etſi feſtivitas diei Sabbathi, ex præcepto Ceremoniali, poſt novam Legem ceſſaverit; *capite translato*, *de conſtitutionibus*, *capite primo*, *de purificatione poſt partum*; non tamen ceſſat quoad morale præceptum, ut Deum colere debeamus, non ad hoc, ut dies Sabbathi omninò ſpecialiter debeat ut feſtivus obſervari, ita ut in eo non poſſit jejunari; ſed tantum ad hoc, ſub nomine diei Sabbathi, ſit aliquod tempus feriatum, & feſtivum, in quo ſpecialiter Deum colere debeamus, hoc eſt dies Dominicus, qui ſucceſſit in locum diei Sabbathi, *capite primo & ſecundo*, *de feriis*: & ita eſt interpretandus text. *in dicto capite licet tam veteris 2. eodem titulo*, nam dum docet tam ex veteris, quam novi teſtamenti pagina, Sabbathi diem obſervari debere non eſt intelligendus, ita ut dies Sabbathi ſit dies feſtivus, & prohibeat jejunium; ſed tantum cum diſtinctione ſuprà adducta hoc eſt ex vi moralis præcepti, & naturali ratione dictante, cum ſit aliquod tempus feriatum, in quo Deum colere debeamus, hoc eſt Dominicus dies, qui quoad feſtivitatem, *ibidem* Sabbathi nomine nuncupatur, cum Sabbathum in Lege veteri, feſtivus eſſet, *Exodi vigeſimo ſecundo*, *Ezechiel. vigeſimo*, notat Covarruvias *dicto lib. 4. variarum*, *capit. 19. num.* 4.

Sextò, adverſus id, quod text. noſter refert, ſcilicet, quod ſi Vigilia inciderit in diem Dominicam, obſervari debet in die antecedenti, hoc eſt Sabbatho: quod etiam refert. text. *in capite quæſivit decimo quarto paragrapho Feſtum*, *de verborum ſignificatione*, & ſic videtur, quod dies Sabbathi debeat ſervitut in Feriæ ſecundæ poſt Dominicam, obſtabit dicere quod quando vigilia alicujus feſtivitatis inciderit in Dominicam, nulla die ſit jejunandum, nam dies Dominicus debet impedire ſervitutem jejunandi,

ſicut & locus ſacer in medio poſitus impedit ſervitutem itineris, cum per eum locum ſervitus deberi non poſſit, *l. ſervitutes* 14. §. *Sacri, ff. de ſervitutibus.* Sed huic dubio reſpondendum eſt, jura ſuprà in argumento adducta procedere in ſervitute reali, & temporali, quæ reſtringitur, quia odioſa eſt, at verò in præſenti agitur de ſpirituali, & ſecundum Divum Gregorium, ſervire Deo regnare eſt; quare ampliatur, juxta regulam textus *in cap. odia, de regulis juris, lib.* 6. præcipuè, & melius, quia ut ait Gloſſ. *in præſenti*, verb. *Dies Sabbathi*, hæc non eſt ſervitus prædialis: imò eſt debitum quodammodo perſonale; unde cum non poſſit ſolvi una die, debet alia perſolvi; argumento text. *in cap. jejunium*, verſic. *Et hoc ſciendum*, 76. *diſtinct.* cum traditis à Gloſſ. *in præſenti*, verbo, *Dies Sabbathi, in fine*, Zabarella *ibidem*, Hoſtienſis *in ſumma hoc tit.* §. *qualiter num.* 8. *in fin.* Nec huic ſolutioni obſtabit, ſi inſles ex text. *in cap. conſilium* 2. *hoc tit.* verſic. *Quod omnium Apoſtolorum Vigiliæ ſunt in obſervatione jejunii celebrandæ*; ex quo deducitur generaliter Vigilias Apoſtolorum omninò eſſe jejunandas. Quia reſpondendum eſt, text. *in dict. cap.* 2. *hoc tit.* eſſe intelligendum, cum principiis *noſtri text.* hoc eſt Vigilias Apoſtolorum ſemper eſſe obſervandas, niſi inciderint in diem Dominicam, quia tunc in die Sabbathi obſervari debent *ut in dict. cap. quæſivit*, §. *fin. de verborum ſignificatione* notat Zabarella *in præſenti, num. fin.*

9 Septimò, adverſus ea, quæ in *textu noſtro* notant omnes; videlicet, jejunia incipere à media nocte diei præcedentis, & finiri in media nocte diei ſequentis juxta textum *in dicto cap. noſſe* 9. 76. *diſtinctione* Gloſ. verbo, *Uſque*, *in cap.* 2. *de Conſecratione, diſtinctione* 3. Covarruvias *dict. lib.* 4. *variarum, cap.* 19. *num.* 10. obſtabit textus *in cap. de eſu carnium* 11. *de Conſecratione diſtinctione* 3. dum docet, vigiliam, & jejunium eſſe obſervandum, ab initio noctis præcedentis, uſque ad integrum diem ſequentem. Sed huic dubio dupliciter reſponderi poteſt, textus *in dict. cap. de eſu carnium*, loqui de conſilio, non verò de præcepto; vel aliter, quod ibi principium noctis appellatur omne tempus, quod præcedit mediam noctem: & ſic text. ille etiam ſentit, quod jejunium à media nocte incipit; notat Abbas, omnino videndus, *in cap.* 2. *de feriis, num.* 4. & de interpretatione ad textum difficilem, *in cap. ſolent* 5. *de Conſecrat. diſtinct.* 1. præcisè videndus eſt Covarruvias, *dict. lib.* 4. *variarum cap.* 20. *num.* 14. *apud finem.*

10 Octavò, adverſus ea quæ refert text. in *cap. fin. hujus tit.* dum aſſerit, quod ſi feſtum Nativitatis occurrit in ſexta feria licitum eſt omnibus carnem comedere, exceptis profeſſis, & voventibus; obſtabit quod à principio naſcentis Eccleſiæ, in quarta, & ſexta feria cujuſlibet hebdomadæ erat præceptum jejunium; ut conſtat ex *can.* 68. *Apoſtolorum*, & ex text. in *cap. de eſu carnium* 11. *de conſecrat. diſt.* 3. Ratio eſt, quia in 4. feria Judas de traditione Domini cogitavit, & in ſexta feria crucifixus eſt Salvator; & ſic, is qui in his diebus ſine neceſſitate jejunium frangeret, videbatur cum Juda tradente tradere Salvatorem, & cum crucifigentibus crucifigere, ut refert textus in *cap. jejunia* 16. *de conſecr. diſt.* 3. Ergo quamvis feſtum Nativitatis occurrat in ſexta feria, non poſſumus carnes comedere. Sed hoc dubio non obſtante, veriſſimè eſt dicendum, quod ſi feſtum Nativitatis inciderit in ſexta feria, hoc eſt in die veneris, omnibus licitum eſt carnes comedere: quod in Eccleſia admittitur propter excellentiam diei; & meritò detrahitur maceratio carnis, ſiquidem dies Nativitatis Domini eſt maximè ſolemnis, nec fas eſt locum eſſe triſtitiæ, ubi natalis eſt vitæ. Nec obſtat text. *in dict. cap. de eſu carnium*: quia jejunia illa in quarta, & ſexta feria, olim in primitiva Eccleſia erant neceſſitatis, ex præcepto Eccleſiæ; hodie verò tantum ſunt de conſilio: quæ jejunia ex generali uſu Eccleſiæ ſunt ſublata: notat Gloſſ. verbo, *Solvenda*, in *dict. c. jejunia, de Conſecr. diſt.* 3. hodie tantum manet obligatio abſtinendi à carnibus feria ſexta; Covarruvias *dict. lib.* 4. *variarum cap.* 20. *num.* 4.

Nonò, his omnibus obſtabit Concilium Antiſiodo- 11
renſe, *Can.* 5. ibi, *Omnino, & inter ſuprà dictas conditiones, vigilias, quas in honorem Domini obſervant, omnibus prohibemus.* Ex quibus verbis conſtat vigilias omnibus eſſe prohibitas. Sed huic dubio reſpondendum eſt, Concilium ibi non prohibuiſſe vigilias omnes, ſed tantùm illas, quæ fiebant ad ſortilegium: ut ex ejus vera lectione tenet Severinus, *in notis ad idem Concilium*, *Canon* 5. Mendoça, *ad Concilium Illiberitanum*, *lib.* 2. *cap.* 41. Divus Gregorius Turonenſis, *lib.* 5. *Hiſtoriæ Francorum, cap.* 21. & ex *Can. præcedente ejuſdem Concilii*, cum quo iſte connectitur. Sed ſi adhuc inſtes in ea ſententia, videlicet Canonem illum prohibuiſſe vigilias tantum in honorem Sancti Martini celebratas; obſtabit idem Concilium Antiſiodorenſe, *Canon.* 3. Cujus hæc ſunt verba: *Non liceat compenſas in domibus propriis, nec vigilias in feſtivitatibus Sanctorum facere, nec inter ſentes, aut arbores ſacratas, vel ad fontes vota exolvere*, &c. Ex quo conſtat prohibitas in totum vigilias fuiſſe. Sed reſpondendum eſt, *Canonem illum* eſſe interpretandum, de his qui in domibus propriis vigiliam obſervabant, ſeu celebrabant, ad ſuperſtitionem, vel incantationem; & malis artibus vacabant, & privatim in domo extra Eccleſiam congregabantur: quem errorem damnavit Concilium Gangrenſe primum, *in Canon.* 5. & 6. & ſimiliter antiquum Chriſtianorum errorem, qui ad arbores, & in hortis vigilias celebrabant, de quibus Concilium Pariſienſe, *capit.* 47. Quare præcepit Canon, ut in Eccleſia celebrentur vigiliæ: de cujus interpretatione videndus eſt Baſilius Legionenſis, *lib. primo variarum*, *quæſtione* 2. *pagina* 131. Mendoça *ubi proximè*, Cironius, *lib.* 3. *obſerv. c.* 8.

TITULUS XLVII. De Purificatione poſt Partum.

Ad textum in cap. Volens unico, de Purificatione poſt Partum.

SUMMARIUM.

1 *Mulier poſt partum ſtatim poteſt ingredi Eccleſiam: nec tenetur abſtinere per aliquos dies ſecundum legem Moſaicam.*

2 *Mulier in partu ratione partus nullum peccatum committit.*
Vir animatur lapſis quadraginta diebus, fœmina verò octoginta, quare poſt partum mulier intra illud tempus, ad templum non admittebatur.

3 *Partus Beatiſſimæ Virginis puriſſimus fuit & ab omni ſorde immunis.*

4 Cap. hæc in principio, §. in Lege 5. diſtinctione, *cum* cap. cum enixa 1. eadem diſtinct. 5.

5 Cap. ad ejus, fin. verſ. Niſi purgationis tempus diſtinct. 5.

6 *Levitici authoritas*, cap. 5. & 20.
Præcepta veteris Legis triplicia eſſe, Ceremonialia, Judicialia, & Moralia; & de illis latè diſcutitur.

7 *Circumciſio, an ſit perpetua, an temporalis?* Geneſ. cap. 17.
Perpetuitatem an ſignificet particula illa, in æternum.

8 *Præcepta veteris Legis uſque quò duraſſent.*
Circumciſio ad quid fuit inſtituta.

9 *Apoſtolorum*

9 *Apoſtolorum actuum*, cap. 16. *circumcidit Div. Paulus Timotheum.*

10 Capite cum enixa 1. *cum* capite ſi mulier 2. diſtinct.

11 Cap. majores 3. de Baptiſmo, *cum* cap. omnis qui 37. §. Si ergo, in fine, de Pœnitentia, diſt. 1.

12 Cap. quod autem 5. cap. ex quo 6. de Conſecrat. diſtinct. 4.

CONCLUSIO.

1 *Mulier poſt partum ſtatim poteſt ingredi Eccleſiam; nec tenetur abſtinere per aliquos dies ſecundum legem Moſaycam, Conſonat text. 5. diſtinct. in proœmio, §. in lege namque: capite cum enixa 1. capit. ſi mulier 2. capite baptizare 3. capite ad ejus 4. diſtinct. 5. capite cum percuſſio, 27. quæſtion. 1. capite majores apud medium, de Baptiſmo capite libenter 48. de Pœnitentia, diſtinction. 1. capite cum Marthæ, §. Cæterum, de celebration. Miſſarum, c. 1. de Clerico ægrotante c. Moyſes, 7. diſt. c. ſi. in fine, c. cõſilium 2. §. cum autem, de obſervation. jejunior. cap. translato, de conſtitutionibus*, Gloſ. 3. *poſt medium, in l. 3. tit. 3. partit. 6. Gl. 1. & fin. in l. 9. tit. 2. partit. 4. l. 4. tit. 2. partit. 2.* Exornant Didac. Perez, *in l. 7. tit. 4. lib. 8. Ordinamenti, Gloſ. 1. pag.* 144. Azevedus, *in l. 1. titul. 5. lib. 8. Recopilationis, numero* 61. & Navarrus *in Manuali, 3. tom. capite* 14. *num.* 17. *& capite* 27. Thomas Sanchez, *de matrimonio, lib. 9. diſputat.* 11. *&* 22. Divus Bernardus *ſermone 3. de Purificatione*; Suarez, *in tertiam partem, tom. 2. diſputation.* 16. *ſect.* 2. Azor. *inſtitut. Moralium part. 2. lib. 1. capite* 18. *quæſt.* 3. Bonacina *de Sacroſancta Chriſti incarnatione, diſput. 3. quæſt. 2. puncto 3. n. 2.* Idem *de Sacram. 1. part. quæſt. 1. puncto 3. §. unico*; Enriquez *in ſumma, lib. 11. cap. 15. num. 7.* Reginald. *in praxi fori pœnitentiæ, lib. 31. num.* 341. Divus Thomas. 1. 2. *q.* 103. *&* 104. *art. 3.* Sotus *de juſtitia, lib. 2. q. 5. artic. 5. Covarruvias, libro 1. variarum, capite* 17. Menochius *de arbitrariis, caſu* 290. *numero* 10. Moneta *de decimis, capite 1. quæſtion. 2. numero* 13. Matiencus *lib. 5. Recopilationis, titul. 1. in rubrica, gloſſ. 1. numero* 110. *Acunna, in c. cum 1. ſequentibus, diſtinct. 5.* Tiraquel. *in l. 15. connubiali, n.* 128. cum traditis à Barboſ. *in Collectaneis ad noſtrum text. & ad Decretum, diſtinct. 5.*

2 Ratio, quare mulier poſt partum ſtatim poteſt ingredi Eccleſiam, nec tenetur abſtinere per aliquos dies ſecundum legem Moſaïcam antea latam, ea eſt, quia mulier in partu, ratione partus nullum peccatum committit, *dicto capite ſi mulier, 5. diſtinct.* licet in conceptione filiorum poſſit peccatum committi, juxta illud *Pſalm.* 30. ibi: *Et in peccatis concepit me mater mea; capite vir cum propria, 33. quæſt. 4.* & quoniam nemo eſt, ſine culpa puniendus, *capite ſatis, 56. diſtinct.* nec eſt addenda afflictio afflictis, *capite cum percuſſio, 7. quæſtion.* 1. nam præcepti illius veteris Teſtamenti, ut mulier poſt partum ceſſaret ab ingreſſu templi, per quadraginta dies ſi maſculum; & per octoginta, ſi fœminam peperiſſet, per quos dies reputabatur immunda, ut licitè in templum ingredi non poſſet; Ratio eſt, quia ſecundum opinionem communem totidem dieb. mortuus eſt partus ante infuſionem animæ; nam fœmineus animatur lapſis 80. diebus; maſculinus verò lapſis 40. quare præcepit Dominus die quadrageſimo offerri puerum in Templo, ut ſic anima, quæ die quadrageſimo corpori infuſa, ab ipſo corpore maculatur, die quadrageſimo Templum ingrediens, per hoſtias expiaretur: notat Acuña, *ad Decretum in capite 1. numero 5. & 6. diſtinction. 5.* Tum etiam ut refert Turrecremata *ibidem, numero 8.* propter honorem, & reverentiam Tabernaculi, ex eo quod poſſet mulieribus fluxus contingere, ſi antea ad illud admitterentur: ſed cùm præceptum illud veteris Legis, jam poſt Chriſti adventum ceſſaſſet, *capite translato 3. de conſtitution.* quia umbra legis evanuit, illuceſcitque mundo, per Jeſum Chriſtum Evangelica veritas; jam hodie ſtatim à partu poſſunt mulieres abſque peccato introire Eccleſiam, ibique de ſuſcepta prole bonorum omnium largitori Deo gratias agere, nec Eccleſiarum aditus eis eſt denegandus, ne pœna partus videatur illis converti in culpam; ſiquidem nec propter mortale, Eccleſia Catholicis denegatur, *capite qui ſtudet*, juncta ejus Gloſſ. 1. *quæſtion. 1. capite Sanctus, de Pœnitentia, diſtinct. 1.* Nam partus; non eſt peccatum, ſed pœna; ſcilicet doloris in pariendo; afflictis, non eſt addenda afflictio, *dicto capite cum percuſſio, 7. quæſtion.* 1. Zabarella *in præſenti. num.* 1. Si tamen ex veneratione voluerint aliquandiu abſtinere, earum devotio non eſt probanda; quia bonarum eſt mentium timere culpam, ubi culpa minimè reperitur, *dicto capite ſi mulier, diſtinction. 5.* & in text. noſtro, *cap. conſilium, in fine, de obſervatione jejuniorum*; notat Divus Thomas, 1. *quæſtion.* 103. *artic. 3.*

3 Primò, adverſus illam antiquam Moſaycam legem, & rationem ſuprà traditam, obſtabit dicere, quod in Beatiſſima, Immaculata, & Puriſſima Virgine Maria, oblatio purgationis non fuit neceſſaria, ſiquidem ejus partus fuit puriſſimus & ab omni ſorde immunis, & à fluxu ſanguinis liber; nam Virgo Maria non virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine concepit, & virginaliter peperit; notat Suarez, *de vita Chriſti, diſputat. 16. artic. 4. ſect. 2.* Acunna, *ad Decretum, dict. capite 1. diſtinct. 5. numero 2.* & nihilominus purificationis præcepto Moſayco à Domino dato Sacratiſſima Virgo erat adſtricta; *Lucæ 2. capite* 2. ubi de Beata Virgine legitur *impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundum legem Moiſi* ergo ratio ſupra adducta, ſcilicet fœminam non poſſe introire Templum, niſi tranſacto illo tempore ſuprà definito, quo durabat illa corporalis immunditia, ſuſtineri non poteſt. Cui dubio reſpondendum eſt, præceptum illud purificationis, non potuiſſe afficere Beatiſſimam Virginem Mariam. Ratio eſt, quia lege purificationis tantum mulier afficiebatur, quæ ſuſcepto ſemine pariebat, ſic enim habetur in *vulgata editione*, & ita legunt ſeptuaginta interpretes, *Levitici* 12. Deinde, quia purificatio inſtituta erat ob immunditiam legalem, quæ inducta videbatur ob immunditiam puerperii, & ob ejus peccatum; ſed in Beatiſſima Virgine non aderat immunditia legalis, nec puerperii; ita Divus Bernardus, *Sermone 3. de Purificatione*, Barboſa plures referens, *in Collectaneis ad noſtrum text. numero 2.* Sicque purificatio in Virgine, non idem ſignificat quod in aliis; ſed erat licitum illa legalia præcepta exercere, ad vitanda ſcandala, vel incommoda aliena; itaque obſervavit illam legem, ad humilitatis, & obedientiæ exemplum demonſtrandum, & ut comprobaret legem, ut ſic à Judæis tolleret occaſionem malignandi contra eam: ita Salas, *de legibus, diſputation. 23. ſection. 9. num.* 59. *in fine*, *Acunna in dicto capite 1. n. fin. diſtinct. 5.*

4 Secundò, adverſus id, quod *ſuprà* retulimus jure antiquo, ad purificationem, ut mulier poſſet introire Templum, deſiderari in maſculo edito quadraginta, in fœmina verò octoginta dies, *dicto capite hæc, in principio, §. in lege*; obſtabit text. *in capite cum enixa 1. eadem 5. diſtinction.* Ubi cùm enixa fuerit mulier, poſt quot dies intrare Eccleſiam debebat, Teſtamenti veteris præceptione ſtabilitum eſt, quod in maſculo edito, 33. in fœmina vero 66. diebus debeat mulier abſtinere ab ingreſſu Eccleſiæ: ergo, non rectè dictum eſt tempus quadraginta, vel octoginta dierum fuiſſe. in lege Moſaïca aſſignatum. Difficultatem movet Hoſtienſis, *in Summa hujus titul. §. quid circa hoc.* Quod dubium ut diſſolvat, aſſerit differentiam verſari inter deciſionem text. *in dict. capit. 1. §. in lege*: & inter text. *in dicto capit. cum, enixa eadem diſtinction. 5.* nam ideò *in dict. capit. cum enixa*, tempus illud 33. dierum in maſculo deſiderabatur, *in fœmina verò* 66. quia tempus illud

illud conſideratur circa circumciſionem, quæ in maſculo in octavo die poſt ſeptem dies à nativitate fiebat in quo circumcidebatur; in muliere verò tempus impoſitionis nominis duplicabatur, quod fiebat in 15. die nativitatis ſuæ *Levitici capit.* 12. At verò text. *in dicto* §. in Lege loquitur de tempore nativitatis utriuſque. Ex quo die in maſculo edito, mater, uſque ad quadraginta; in fœmina verò uſque ad octoginta, non poterat Templum ſeu Tabernaculum introire: qua computatione facta ſublatis in maſculis ſeptem diebus Circumciſionis; & in fœminis quatuordecim, manet numerus completus aſſignatus *in dicto paragrapho in lege*, *d. diſt.* 5. & ſic jura illa inter ſe non ſunt contraria, & ita ad concordiam reduxit Hoſtienſis *in ſumma hujus tit. dict. paragraph. Quid circa hoc.* Unde expletis diebus purificationis mulier veniebat in Templum, & offerebat pro filio, vel filia, agnum anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ, vel turturis pro peccato ſuo, quia in libidine conceperat; & hæc oblatio erat Sacerdotis, notat Turrecremata *in d. princ.* 5. *diſt. ad ſecundum, n.* 7. *in fine.*

5 Tertiò, adverſus ea, quæ communiter *in præſenti* notant omnes; videlicet etiam tempore, quo durat immunditia illa corporalis, poſſe maritum debitum petere, & uxorem reddere debere, nec in eo ullam eſſe culpam; ut ſentit Thomas Sanchez, plures referens *de matrimonio lib.* 9. *diſputatione* 22. *numero undecimo*, rationem reddens, quia in lege gratiæ id non eſt prohibitum niſi ex eo concubitu gravis morbus fœminæ immineret, vel ſecundum nonnullorum opinionem, propter indecentiam, ſaltem veniale peccatum eſſe; obſtabit text. *in capit. ad ejus fin.* verſiculo, *Niſi purgationis tempus prius tranſierit, viris ſuis non debent admiſceri*, *diſtinct.* 5. Ex cujus deciſione manifeſtè conſtat, conjuges non poſſe miſceri intra tempus purgationis. Verùm reſpondendum eſt, text. *in dicto capite final.* loqui de conſilio, non verò de præcepto, nam tempore menſtrui, ſeu purgationis, tutius facient conjuges, ſe abſtinendo; ſi tamen fiat conjunctio, nulla eſt culpa, quia conjuges ſuo jure utuntur; notat Acuña, *ad Decretum in dicto capite final. diſtinct.* 5. *numero ſeptimo*, Thomas Sanchez *dict. lib.* 9. *diſp.* 22. *n.* 9. *uſque ad* 10.

6 Quartò, ſolutioni obſtabit illa *Levitici* authoritas *cap.* 15. ubi dicitur, de coëunte cum menſtruata, ibi: *Si, coierit cum ea vir tempore ſanguinis menſtrualis, immundus erit ſeptem diebus, & omne ſtratum, in quo dormierit, polluetur, & in cap.* 20. ſic ſe habet, *qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo, interficientur ambo.* Ex quibus authoritatibus deducitur commiſſionem illam ante purificationem, prohibitam eſſe ſub pœna capitis, & aliis pœnis ibi relatis. Pro cujus dubii ſolutione, & præcipuè, pro vera noſtri textus interpretatione, adnotandum eſt, præcepta veteris Legis triplicita fuiſſe; nam alia erant Ceremonialia, alia Judicialia, alia verò Moralia, *Paulus* 7. *ad Romanos*, relatus *in cap. non eſt peccatum* 3. §. *Is ita*, 6. *diſtinct.* ibi: *Lex quidem ſancta, mandatum ſanctum, juſtum, & bonum.* Nam verbum illud *mandatum ſanctum*, refertur ad Ceremonialia: *juſtum*, ad judicialia; *bonum*, ad Moralia: præcepta enim moralia erant, quæ ad jus naturale pertinebant, veluti; *non occides, non furtum facies, honora patrem, & matrem.* Ideoque naturalia præcepta appellabantur, quia naturali quadam ratione omnibus hominibus infuſa ſunt *principio Inſtitutionum de jure naturali*: *cap. jus naturale, diſtinct.* 1. Ceremonialia verò præcepta erant, quæ ad cultum, reverentiam, obſequium, erga Deum pertinebant, ut ſunt ſacrificiorum ornamenta, veſtes Sacerdotum, immolatio agni, & Circumciſio, de qua in *text. noſtro*: Judicialia verò, ſeu legalia præcepta erant, quæ ad jus ſuum unicuique reddendum pertinebant, ut ſic cum illis pax & concordia, abſque injuria inviolabiliter cuſtoditetur, veluti præceptum illud, *In ore duorum, vel trium, ſtat omne verbum*; & ut quatuor oves, pro una ablata, reddantur. Deinde, etiam meminiſſe oportebit, quod moralia præcepta veteris Legis, hodie etiam poſt novam legem Evangelicam obſervantur, non quidem ex authoritate veteris Legis, ſed novæ, ex eo, quod naturali dictamine, ab ipſa natura, etiam à Chriſto Domino in novo Teſtamento, lege Evangelica, eadem ratione ſcripta ſunt; notat Sotus, *lib.* 6. *de juſtitia & jure, quæſtion.* 2. *art.* 4. *concluſ.* 2. Anaſtaſius Germonius, *lib.* 3. *de Sacrorum immunitatibus, capite* 19. *num.* 15. Divus Thomas, 2. 2. *quæſt.* 87. *artic.* 1. Covarruvias, *ubi ſuprà*, *lib.* 1. *var. cap.* 27. At verò præcepta Judicialia, & Ceremonialia, Evangelica lege, Chriſti adventu omnino ceſſarunt, vimque præcepti amiſerunt, *Paulus, ad Hebræos* 7. ibi: *Translato Sacerdotio, neceſſe eſt legis quoque translatio fiat*; de quo *in capit. translato* 3. *de conſtitutionibus.* Idem Paulus, *ad Galatas*, ibi: *At ubi venit fides, jam non ſumus ſub Pædagogo*: & in *noſtro capite unico*, verſ. *Poſtquam umbra legis evanuit, & illuxit veritas Evangelii.* Differunt autem inter ſe Ceremonialia à Judicialibus; nam Ceremonialia partim ſunt ſimplicia, partim verò figurativa & mortua, ſimplicia appellantur, quia reviviſci poſſunt juſta interveniente cauſa, & in uſum revocari: mortua verò ſunt, quæ reviviſci non poſſunt, ut ſunt quæ præfigurabant Chriſti adventum, & ejus paſſionem, veluti immolatio agni, & Circumciſio, de qua in *text. noſtro*; nam hodie eorum obſervatio præjudicaret fidei veritati, ſecundum quam confitemur illa præfigurata myſteria jam contigiſſe, atque per Paſſionem Chriſti completa eſſe: at verò Ceremonialia ſimplicia ſunt quæ pertinebant ad devotionem quandam, ac ritum ſacrificiorum ornatum, non ad futuræ legis Chriſti naſcituri præfigurationem, ut ſunt veſtes Sacerdotum; altaria, thurificatio, decimarum, & primitiarum ſolutio, oblationes, & ſimilia, quorum uſus etiam hodie eſt in Eccleſia Dei, & ex lege gratiæ, & ejus virtute obſervari debent, *capite* 1. *de Conſecrat. diſt.* 1. Judicialia verò, talia ſunt, ut non obligent amplius ex vi veteris Legis, ſed tantum quatenus in uſum revocantur & approbantur à Principe, vel ex vi legis Evangelicæ obſerventur; ſcilicet, ut in ore duorum, vel trium, ſtet omne verbum, de quo latè diximus, *in capit. omni negotio de teſtibus, c.* 1. *de homicidio*; & alia id genus, ut notat Covarruvias, *dicto libro* 1. *variar. cap.* 17. *num.* 1.

Quibus ſic ſummariè præhabitis, jam facilis apparet ſolutio ad illam *Levitici* authoritatem, *cap.* 15. & 20. *ſupra, in principio* adductam; nam cùm præceptum illud, ne conjuges tempore menſtruali ante purificationem conjungantur, eſſet præceptum ceremoniale, quod ad purificationem poſt partum pertinebat, juſta de cauſa, cùm poſt Chriſti adventum ceſſaſſet (ut ſupra diximus) & hodiè illa conjunctio expreſſè non ſit prohibita, dicendum eſt, nihil obſtare reſolutioni ſuprà adductæ, notat Anaſtaſius Germonius *ubi ſupr.* Barboſa *in Collectan. ad Decretum, in dict. cap. non eſt. diſt.* 6.

Quintò, ſolutioni obſtabit dicere, quod Circum- 7
ciſio immutabilis appellatur, & ſic Circumciſionem ut æternam ſtatuit Dominus, *Geneſis, cap.* 17. ibi: *Circumciſionem fœdus æternum*; & ritus Agni Paſchali, *ſempiternus* dicitur, *Exodi capite* 12. Præcipuè, cùm Lex vetus à Deo data ſit, qui immutabilis eſt. Cui dubio reſpondendum eſt cum Divo Auguſtino, quem ſequitur Sanctus Thomas, *ad Hebræos* 7. *lectura* 3. cum traditis à Barboſ. *in Collectaneis ad text. in capite non eſt diſt.* 6. dum aſſerunt, divinam Providentiam immutabilem ſemper permanſiſſe; Legem autem pro temporum diverſitate mutationem recepiſſe; ut de legibus humanis refert Pontifex, in *capite non debet, de conſanguinitate, & affinitate*: ea tamen inter utramque adhibita differentia, quod humanæ, licèt à principio, ut perpetuò duraturæ ſtatuantur; tamen mutatione temporum, & rerum mutationem admittunt; hæc verò Lex divina antiqua ſtatim à principio

cipio data eſt ad tempus, hoc eſt poſita donec veniret ad ſemen, hoc eſt Chriſtum, *Geneſis*, *c.* 30. ibi: *Semini tuo qui eſt Chriſtus.* Lucæ *c.* 16. ibi: *Lex, & Prophetæ, uſque ad Joannem*: & ipſa lege veteri ſunt expreſſiſſima teſtimonia, *Hieremiæ*, *c.* 31. ibi: *Promittitur fœdus novum*; nam dicendo novum, vetuit prius; ut explicat Paulus, *ad Hebræos* 8. deinde Levitici *c.* 26. ibi: *Vetera novis ſuper venientibus abjicietis*, facit etiam Tridentin. *ſeſſ.* 22. *c.* 1. cum aliis traditis à Barb. *in coll. ad tex. in d. c. non eſt, diſt.* 6. *n.* 10. Ad authoritates verò, in quibus in principio argumenti, probavimus Circumciſionem, & Purificationem in æternum permanere, *Gen. d. c.* 17. Exodi *c.* 12. dupliciter reſpondetur: Primò, præcepta illa perpetua cenſeri vel in ſe, vel in myſteriis, quæ repræſentabant; ſicut ritus Agni Paſchalis durat in vero Agno, ſcilicet, Chriſto per illum repræſentato; ſic ſimiliter Circumciſio quæ repreſentabat Baptiſmum; notat Nicolaus de Lira *Ex. c.* 15. Vel ſecundò reſpondetur, illam particulam, *in æternum*, non ſemper ſignificare æternam permanentiam uſque ad finem ſæculi, ſed aliquando durationem longævam, & indefinitam, unde *Ex. c.* 15. additur *in æternum* & ultra; quare in æternum ea præcepta non impropriè dicuntur conſtituta, quia per tempus à Deo prædeſtinatum ita ſunt conſtituta, ut intra illud nemo illa mutare potuerit: ita Abulenſis, *Ex. c.* 18. Barb. *in d. c. non eſt, diſt.* 6. *n.* 10. Unde conſtat, quod licet plures differentiæ ſtent inter antiquam veteris, & inter novam novi Teſtamenti legem, illa eſt præcipua, quod vetus ad tempus duratura data eſt, ut ſuprà diximus; Evangelicam verò uſque ad finem mundi certum eſt nunquam abrogandam, nec in aliam legem, quæ viatoribus hominibus conveniat, commutandam, unde *Lucæ cap.* 1. Regnum Chriſti æternum dicitur: *& Matthæi ultimo*, ibi: *Ecce vobiſcum ſum, uſque ad conſummationem ſæculi.* Sic etiam in forma Calicis conſecrandi, ex antiquiſſima Eccleſiæ traditione dicitur, *novi, & æterni Teſtamenti myſterium fidei*, & c. cum *Matthæ, in principio, de celebratione Miſſarum*, & ſic vetus Teſtamentum fuit tranſitorium, novum verò æternum, ita D. Th. 1. 2. *q.* 106. *art.* 4. Barb. *ubi ſupra, n.* 15.

8 Sextò, adverſus ea, quæ communiter in præſenti notant omnes; videlicet, præcepta veteris Legis, duraſſe in vita Chriſti, ceſſaſſe vero poſt Chriſti mortem tantum: & conſtat ex eo, nam & ſi ferè omnia præcepta ceremonialia fuiſſent figura Chriſti, & ejus myſterium, tamen erat præcipuè figura mortis, & paſſionis illius, omniaque ejus vitæ myſteria, morte confirmanda, & conſummanda erant: quare uſque ad mortem ipſius, lex Moyſis omnino perſeveravit; merito Chriſtus dum vixit legem obſervavit: & cæteros omnes ad illius obſervationem exhortatus eſt, *Lucæ* 5. *&* 17. Matthæi *c.* 23. Nam cum ipſo momento mortis Chriſti confirmatum eſſet ejus novum Teſtamentum, ſequitur eo inſtanti valere cœpiſſe, & ex eo tempore revocatum fuiſſe antiquum, & ſic tranſlato Sacerdotio, tranſlatam quoque fuiſſe legem antiquam, *Paulus ad Hebræos* 7. relatos *in d. c. tranſlato, de conſt.* Obſtabit illud Scoti argumentum *in* 4. *diſt.* 3. *q.* 4. & ſimiliter nonnullorum Theologorum, dum aſſerit Circumciſionem ceſſaſſe quoad obligationem, eo ipſo, quod inſtitutus eſt Baptiſmus, & ſolum manſiſſe quaſi opus conſilii, & ſupererogationis; moveturque *Scotus* ex eo, quia circumciſio inſtituta fuit in remedium peccati originalis, & ſic, cum jam aliud remedium efficacius fuiſſet à Chriſto inſtitutum, nempe Baptiſmus, non debuit Circumciſio manere ſub præcepto, ſed tantum ſub conſilio; ſi enim Baptiſmi præceptum revocaverit præceptum Circumciſionis, cum Baptiſmus eſſet inſtitutus ante Chriſti mortem, ſiquidem Dominus dixit, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei. Joan.* 3. quæ verba non metaphoricè, ſed de ipſo Baptiſmi Sacramento intelligenda eſſe, docet Trident. *ſeſ.* 7. *Canon.* 2. Meritò dicendum videtur, ex eo tempore præceptum Circumciſionis ceſſare debuiſſe. Sed eo argumento non obſtante, verior eſt ſententia Divi Thomæ, 1. 2. *quæſtion.* 103. *art.* 3. *ad ſecundum.* dum aſſerit etiam Circumciſionem ante mortem Chriſti poſt Baptiſmum inſtitutum, non minus fuiſſe in præcepto, quàm reliqua legis Moyſi præcepta. Nec obſtat ratio dubitandi Scoti *in* 4. *diſtinct.* 3. *quæſt.* 4. dum aſſerit Circumciſionem fuiſſe inſtitutam in remedium peccati originalis, atque ita ceſſare debuiſſe inſtituto Baptiſmo. Quia reſpondendum eſt, dato, quòd eſſet vera eorum ſententia, qui dicunt in Circumciſione conferri gratiam, delerique peccatum originale, quorum ſententia convincitur ex Divo Thoma, 3. *part. quæſtion.* 61. *art.* 6. *ad* 3. dum aſſerit Circumciſionem nullam habuiſſe efficaciam ad conferendam gratiam, ſed ſolum fuiſſe ſignum gratiæ collatæ; tamen non potuit negare *Scotus*, non ſolum ratione peccati originalis, ſed etiam ad diſtinguendum populum fidelem Judæorum deſcendentium ex Abraham, legem illam fuiſſe inſtitutam; & proinde hac ratione concedere debuit illius obligationem manſiſſe, quamdiu lex per Moïſem lata illi populo peculiariter permanſit, etiam ſi ratione peccati jam deinceps non obligaret: ergo, cum *Scotus* non neget ante mortem Chriſti lege Moiſis duraſſe, debuit etiam concedere Circumciſionem, uſque ad mortem Chriſti permanſiſſe ſiquidem nullus Theologus affirmat neceſſarium fuiſſe hujus Sacramenti uſum ante Chriſti mortem, cum ejus præceptum traditum ſit in promulgatione Evangelii, *Matthæi*, *cap.* 28. ibi: *Euntes docete omnes gentes, Baptizantes eos, &c.* Marci, *capit. ultimo*, quo ſuppoſito manifeſtum eſt, non ceſſaſſe præceptum Circumciſionis, quouſque advenit præceptum Baptiſmi.

Septimò, ſolutioni obſtabit factum Divi Pauli, *capite decimo ſexto*, & Actuum Apoſtolorum, *cap.* 16. ubi Divus Paulus circumcidit Timotheum, & eum ſecum duxit, ad prædicandum verbum Dei; & tamen id fecit poſtquam Baptiſmus in lege Gratiæ jam erat inſtitutus. Verùm reſpondendum eſt, Divum Paulum id egiſſe, ut lucri faceret alios Hebræos, qui nolebant audire verbum Dei ab eo, qui non eſſet circumciſus: quare Divus Paulus tantum fecit materialem circumciſionem, abſque ulla ſignificatione myſterii, merito propter turbationem fidei, & ſcandalum puſillorum, ob majus fidei augmentum id materialiter fecit; notat Chryſoſtomus, *Homilia* 34. in actis Auguſtini, *libro de mendacio, capit.* 5. Sotus, *lib.* 2. *de inſtit. & jure; quæſt.* 5. *artic.* 4. *in ſolut. ſecundi argumenti*; Valentia, *diſputatione* 7. verbo, *Circumciſione*, *quæſt.* 7. *puncto* 7. §. *Nunc quod attinet*, Baronius, *tomo* 1. *anno* 51. *numer.* 61. 9

Octavò, infertur interpretatio ad text. *in cap. ſi mulier* 20. *diſtinctione* 5. ubi mulier non ſolum, cum enixa fuerit; verum etiam eadem hora, qua genuerit, poteſt Eccleſiam ingredi, & gratias agere, nec exinde videtur peccato gravari, nam voluptas etenim carnis, non dolor in culpa eſt, ut text. ille aſſerit in illis verbis: *Ab hora, qua genuerit*; qui non eſt intelligendus, ab hora conceptionis, quia id cognoſcere impoſſibile eſt; meritò legendum eſt, *ab hora, qua enixa eſt*, non verò; ut *in vulgatis* legitur, ab hora, qua genuerit: quæ interpretatio deducitur ex text. *in cap. cum enixa* 1. *eadem diſtinct.* 5. meritò ſecundum paleam poſitam poſt text. *in dict. cap. cum enixa*, jura illa ſunt conjungenda; ita ut unum contextum efficiant: plura alia quoad text. noſtrum videat, qui velit, Turrecremata, *in* 5. *diſtinct. ſupra tradita*, §. *Ad* 4. *num.* 11. *in fin.* 10

Nonò, adverſus ea, quæ in præſenti notant omnes, quod per Circumciſionem in veteri Teſtamento ſalvabantur omnes; & conſtat ex text. *in cap. majores* 3. *de Baptiſmo*; ubi refertur illa *Geneſis* authoritas, *cap.* 17. ibi: *Maſculus cujus præputii caro non fuerit circumciſa, delebitur anima illa de populo ſuo*: & quod per Circumciſionem ſalvarentur in veteri Teſtamento, probatur ex text. *in c. quod apud c. ex quo. de Conſ. d.* 4. Gl. *verb. Peribit*, in *d. c. majores, de Baptiſmo*, Oſtiabit 11

bit text. *in cap. omnis, qui non diligit* 37. §. *ergo, in fin. de Pœnitentia, dist.* 1. ubi constat, quod Circumcisio data Abrahæ in signum tantum justitiæ, non verò in justificationis causam. In qua jurium contrarietate, Glos. *verbo, Peribit de populo*, in *dict. capite majores*, asserit, quod text. *in dict. c. omnis*, §. *si ergo, in fin.* est intelligendus tantum quoad ipsum Abraham, qui jam justificatus erat; non verò quoad alios, Vel aliter asserit, *in d.* §. *Si ergo*, esse addendum verbum illud, *solum*, vel *tantum*; quasi sensus esset, quod Circumcisio data fuit Abrahæ, *non solum*, vel *non tantum* in causam justificationis, sed etiam in signum justitiæ; siquidem Circumcisio, non tantum fuit data ad purgationem culpæ originalis, ut constat ex *dicto cap. majores*, versiculo, *Quoniam*, *de Baptismo*, sed etiam præceptum illud Circumcisionis datum fuit ad probationem obedientiæ, sicut & illud, *Egredere de terra tua*, *Genes.* 12. Unde Abraham circumcidit filium 8. die, sicut præcepit ei Dominus, *Gen.* 21. Item data fuit Circumcisio, ad populi distinctionem, & separationem, *Gen. c.* 17. ibi, *Circumcidetur ex vobis omne masculum, ut sit signum fœderis inter me, & vos*: notat Zabarella, *in dict. c. majores, de Baptismo, num.* 8. vide etiam textum difficilem, *in c. ad ejus* 4. cum suis Gl. *dist.* 5.

12 Decimò, adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes; videlicet, Circumcisionis ceremoniam divinitus esse institutam, Baptismique adumbrationem, & figurationem fuisse *Genesis capite* 17. Divus Thomas, 3. *part. quæstion.* 70. *art.* 1. Paulus *ad Corinthios*, *cap.* 2. ubi Circumcisionem appellat *Baptismum*, ex eo, quod per Circumcisionem antiquitùs, Baptismus figurabatur, quæ erat signaculum fidei apud Judæos de Christo venturo Paulus *ad Romanos*, *capite* 4. Bellarminus *de Sacramentis*, *cap.* 15. quemadmodum agnoverunt Ethnici *in l. circumcidere, ff. ad legem Corneliam, de sicariis*: sic per Circumcisionem causabatur gratia ad dimittendum peccatum originale, *cap. quod autem* 5. *in fine*, *capite eo quod* 6. *de Consecrat. distinct.* 4. *de dict. capite majores*, vers. *Ad id autem*, & versiculo, *Caute tamen, de Baptismo*. sed illa gratia non causabatur virtute circumcisionis, sicut datur virtute Baptismi, & aliorum Sacramentorum novæ Legis, sed tantum virtute fidei propriæ in adultis, vel alienæ applicatæ parvulis; & sic Circumcisionem non fuisse gratiam efficientem, ex opere operato, hoc est, ex vi operis, ut in Sacramentis novæ Legis: sed ex opere operantis, id est, ex virtute fidei in Christum Salvatorem, ita Divus Thomas, 3. *parte quæst.* 62. *art.* 6. *ad* 3. Bellarminus, *de Sacramentis*, *cap.* 14. Paulus *ad Corinthios* 1. & *Galatas* 4. Florentinum Concilium *sess. ultima, paragraph.* 5. Tridentin. *sess.* 7. *de Sacramentis in genere*, *Canon.* 6. 7. & 8. ubi definitum est, Sacramenta novæ legis differre, in eo præsertim, quod novæ legis, à Sacramentis veteris legis differant, in eo præsertim, quod novæ legis Sacramenta conferunt ipsam gratiam ex opere operato, veteris verò ex opere operantis; ita Enriquez *in summa*, *lib.* 1. *capit.* 2. §. 8. *litera P.* & *capite* 6. §. 1. *lit. B.* Obstabit text. *in capit. quod autem* 5. *cap. ex quo* 6. *de Consecrat. distinct.* 4. ubi *D. Greg.* & *Augustinus* asserunt; quod id, quod apud nos valet Baptisma, egit etiam apud filios Abrahæ Circumcisionis mysterium: & sic asserere videntur, idem in Circumcisione respectu renovationis, & ablationis peccati fuisse, quod in Baptismo novæ Legis. Sed huic dubio respondendum est, sanctos Patres in *dictis juribus* minimè contradicere seu impugnare expressè, nec tacitè, differentiam à nobis supra traditam in modo causandi gratiam, ex opere operato, & ex opere operantis; nam utroque modo consequitur gratia, & fructus deletionis peccati originalis: ad quæ respondit *Div. Gregor.* cum dixit, id, quod apud nos valet Baptismus, egisse etiam apud filios Abrahæ mysterium circumcisionis; nam licet sint similes, tamen diverso modo operantur; scilicet in Circumcisione, ex opere operantis, in signum fidei futuræ passionis Christi Domini; at verò in Baptismo, ex opere operato, ut instrumento Passionis Christi, jam exhibitæ; notat Bellarminus, *dict. lib.* 2. *de Sacramentis*, *capit.* 17. *in fine*, Vazquez 2. *tom. in* 3. *partem Divi Thomæ*, *disput.* 165. *capit.* 3. *num.* 2. Ægidius *de Sacram. quæst.* 62. *artic.* 6. *n.* 143.

TITULUS XLVIII.
De Ecclesiis Ædificandis & Reparandis.

Ad textum in capit. Quicumque 1. cap. De his 4. de Ecclesiis ædificandis, vel reparandis.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium habens in Ecclesia tenetur contribuere ad ipsius reparationem.*
2 *Templum destructum non est Templum, nec in eo officia divina celebrari possunt.*
Ususfructus est jus utendi & fruendi, salva rerum substantia.
3 Cap. 1. & 2. de novi operis nunciatione.
4 Cap. unic. de excessibus Prælatorum lib. 6.
Cap. quicumque 1. de Ecclesiis ædificandis, *cum* c. omnes 3. de Consecratione, dist. 1.
5 *Decimæ Ecclesiarum olim in quatuor partes dividebantur, & cum onere reparationis concedebantur.*
6 *Reparatio Ecclesiæ, cui primo, & principaliter competat, & quo ordine debeatur.*
Cap. 1. de Ecclesiis ædificandis.
7 *Fabricæ Ecclesiæ an quarta, vel tertia decimarum pars debeatur.*
8 Cap. Vulterana 23. 12. quæstione 2.
9 Cap. ad Apostolicam, de simonia.

CONCLUSIO.

1 HAbens *beneficium in Ecclesia tenetur contribuere ad ipsius reparationem.* Quæ conclusio comprobatur ex text. *in capite de his* 4. *hoc titul. capite omnes* 3. *capite Ecclesiis* 20. cum aliis *de Consecration. distinction.* 1. *capite priscis* 2. *capite unico* 3. 10. *quæstion.* 3. Concilium Toletanum quartum, *capite* 36. Brachar. isse secundum, *capit. Vulterana* 23. 12. *quæst.* 2. *c. decrevimus, capite nos est, capite vobis, capite concesso, capite quatuor, pacem* 12. *quæstion.* 2. *capite si propter, de rescriptis, lib.* 2. *Authentic. de Ecclesiasticis titul.* §. *Si quis ædificium; collat.* 9. *capite decernimus*, 10. *quæstion.* 1. *cap. fin. de his quæ fiant à majore parte Capituli*; Tridentin. *sess.* 21. *de reformation. capite* 7. *l.* 11. *tit.* 10. *partit.* 3. Exornant Avilés *in capitulis Prat. capite* 23. Glos. *Dehordens* Salgado *de protectione Regia, tom.* 1. *part.* 3. *capite* 5. *num.* 5. & 23. Carpzovius, *de servitutibus urbanorum prædiorum cap.* 11. *num.* 22. Berojus *consilio* 3. *num.* 12. Lambertinus, *de jure Patronatus lib.* 3. *quæstion.* 2. *artic.* 2. *n.* 7. *versiculo, Aut famus*; Gutierrez. *allegatione* 11. *n.* 1. Valasc. *consilio* 179. *n.* 13. latè Valenzuela, *de defensione Ecclesiæ adversus Venetos, parte* 2. *per totam*, Zerola *in praxi Episcopali, part.* 1. *verbo, Visitatio*, §. 6. *dubio* 9. Petrus Pechius, *de Ecclesiis reparandis*, ferè *per totum*, cum traditis à Cenedo, *in Collectaneis ad Decretales, Collectanea* 143. *nu.* 1. Barbosa *in Collectaneis ad text. nostrum, & in dict. capite de his* 4. *hoc titulo*. Idem *de potestate Episcopi*, 3. *part. allegation.* 64. *per totam.*

2 Ratio est; quia quemadmodum interest, ut sacra, & catholica Templa extruantur, sic similiter ut collapsa, & vetustate consumpta reficiantur, & firma, ac perpetua semper existant, ad ministeria Sacræ Religionis

Religionis celebrandæ, nam Templum deſtructum, Templum non eſt, nec in eo officia divina celebrari poſſunt, *cap. Eccleſiis* 20. *cap. omnes* 3. *de Conſecrat. diſtinct.* 1. & habens beneficium in Eccleſia, tenetur contribuere ad ipſius reparationem, quia qui habet emolumentum, debet etiam habere onus, *cap. qui ſentit, de regulis juris, lib.* 6. *l. unica, C. de Caducis tollendis*, cum traditis à Barboſ. *Axiomat. juris*, verbo, *Onus, num.* 20. nam Clerici ex bonis Eccleſiæ nutriuntur, *capit. cum ſecundum, de prabendis*, & dum vivunt æquiparantur uſufructuario, Gloſſ. *in capit. præſenti, de officio Ordinarii*, *lib.* 6. *& in cap. requiſiſti, de teſtamentis*; *& in cap. fin. de peculio Clericorum*: uſufructuarius enim tenetur conſervare res Eccleſiæ in bono ſtatu, & conſtat ex diffinitione uſusfructus, qui eſt jus utendi & fruendi ſalva rerum ſubſtantia, alioquin fructibus privatur, Gloſſ. *in l. hactenus, ff. de uſufructu*; notat Petrus Pechius *de Eccleſiis reparandis. cap.* 20. *n.* 3. Meritò quicumque Eccleſiaſticum beneficium habent, omnino debent adjuvare ad tecta Eccleſiæ reſtauranda, vel ipſas Eccleſias reparandas, *cap. fin. de his quæ fiunt à majore parte Capituli.*

3 Primò, adverſus primam decidendi rationis partem *ſupra* adductam: obſtabit text. *in cap.* 1. *&* 2. *de novi operis nuntiatione*, ubi interdicitur nova Eccleſiarum conſtructio. Sed huic dubio reſpondendum eſt, quod in *dictis juribus*, non interdicitur nova Eccleſiarum conſtructio; ſed illius tantum, quæ tendit in præjudicium Parochialium Eccleſiarum, nam in Templorum, ſeu Eccleſiarum conſtructionibus, hoc maximè attendendum eſt, ne ædificentur cum detrimento alieno, juxta text. intelligendum, *in cap.* 2. *hujus tit.* & multo magis, ne inferatur damnum Eccleſiæ Parochiali, *dict. cap.* 1. *&* 2. *de novi operis nunciatione.* Ideoque alia Parochialis Eccleſia, intra limites antiquiores, ſolum ex juſta cauſa ædificari poteſt, hoc eſt propter multitudinem populi juxta text. *in cap. audientiam. hoc tit.* notat Zabarella *in praxi*, 1. *parte*, verbo, *Eccleſia, q.* 4. *&* 5.

4 Secundò, ſolutioni obſtabit text. *in cap. unico*, *de exceſſibus Prælatorum*, *lib.* 6. ubi valde reſtringitur facultas conſtruendi Templa; ſcilicet inconſulto Pontifice. Cui dubio reſpondendum eſt, ibi non prohiberi omnium Eccleſiarum conſtructionem, ſed ſpecialium quarundam videlicet Monaſteriorum Regularium, quæ licet ſint multum Deo accepta; ut notat Navarrus, *lib.* 3. *conſiliorum*, *conſilio* 52. ne tamen ædificentur in præjudicium Parochialium Eccleſiarum neceſſaria eſt Pontificis authoritas: de qua re plura diximus, *in c. fin. de Religioſis domibus*, quæ omnia in præſenti ſunt repetenda.

5 Tertiò, adverſus tex. noſtrum, obſtabit tex. *in c. omnes* 3. ver. *Ut ex rebus ad Eccleſiam pertinentibus*, *de Conſecr. diſt.* 1. Ex quo deducitur onus reparationis Eccleſiæ deſtructæ non Rectori incumbere, ſed ex bonis, & patrimonio Eccleſiæ fieri debere; ſiquidem propter hanc cauſam Quarta portio, ex redditibus Eccleſiæ, & oblationibus fidelium fabricæ applicatur. *c. conceſſo* 26. *c. quatuor* 27. *c. de redditibus* 28. 12. *q.* 2. Pro quorum jurium conciliatione adnotandum eſt, quod ceſſante conſuetudine, ſtatuto, ſeu diſpoſitione ſpeciali, reparatio Eccleſiæ ex ea portione, quæ à jure ad ejus fabricam deputata eſt, fieri debet; ſiquidem ex ſacris Canonibus, omnes res, & proventus Eccleſiæ olim in quatuor partes fuerant diſtributi, quarum prima cedebat Epiſcopo, ſecunda Clericis, tertia erogationi pauperum, & ſuſtentationi peregrinorum, quarta verò fabricæ, & Eccleſiis reparandis, *cap. mox eſt*, *cap. cognovimus*, *capit. vobis*, *cap. quatuor autem*, 12. *quæſt.* 2. notat Petrus Pechius, *de Eccleſ. reparand. cap.* 14. & quamvis hodie diſtributio illa antiqui juris in omnibus non ſervetur Pechius *ubi ſup. nu.* 2. tamen text. noſter, & text. *in dict. cap. de his* 4. *hoc tit.* continent jus ſpeciale, & Galleanæ Eccleſiæ tantum, in qua onus reparationis Eccleſiæ Rectoribus competebat, ex ratione ſtatim reſerenda ſiquidem text. noſter dirigitur Epiſcopo Maguntino; & text. *in dicto capite quarto*, *hoc titulo*, Epiſcopo Segovienſi ſuffraganeo Rotomagenſis, qui eſt apud Gallos: planè enim circa proventus Eccleſiarum Galliæ, & earum fabricam, hoc jus obtinuit, ut omnes decimæ, & oblationes, aliique fructus in duas dumtaxat dividerentur partes, quarum una Epiſcopo, altera Clero competat: *capit. antiquis* 8. 10. *quæſtion.* 1. ſumpto ex *Concilio Aurelianenſe*, quod eſt apud Gallos, *capit.* 16. Sed dictæ partitiones concedebantur cum onere reparationis Eccleſiarum, ut in *text. noſtro* & in *dict. cap. de his* 4. *hoc titul.* quæ jura diverſimodè onus illud injungunt; nam *text. noſter* omnino aſſerit Clericos ad dictam Eccleſiæ reparationem teneri, text. verò, *in dicto capit. de his* 4. *hoc titul.* onus illud imponit ſuper bonis, quæ Clericis ſuperfuerint; unde ſic exaudiendi ſunt, ut Clericis Provinciarum Galliæ, ex bonis, quæ ab Eccleſia percipiunt, ad reparationem omnino teneantur, quaſi ſint ad hoc deputata, ſalva tamen eorum ſuſtentatione, quia ex bene diſpoſito charitatis ordine, ſibi prius, deinde Eccleſiæ conſulere debent, & ad ſubventionem pauperum ad quam etiam Clerici tenentur, *capit fin.* 16. *quæſtion.* 1. meritò enim ordo ille ſervatur, ut prius ſibi, deinde pauperibus opitulentur; ut docet Clemens Pontifex, *lib.* 2. *conſtitutionum Apoſtolicarum*, *capit.* 29. quæ eſt veriſſima interpretatio ad text. noſtrum, & ad text. *in dict. cap. de his* 4. *hoc titul.* quam dubitationem cum non percepiſſent Doctores, ſcilicet, cui incumbat onus reparationis Eccleſiarum, impoſuerunt prædictam neceſſitatem in primis fabricæ, ex *dict. capit. omnes* 3. *de Conſecratione*, *diſtinctione* 1. Deinde Clericis qui ex eadem Eccleſia alimenta ſuſcipiunt, quando bona fabricæ idonea non ſunt, ex *text. noſtro*, & *dict. capit.* 4. *hoc tit.* Ita Panormitanus, & antiquiores omnes *in præſenti & in dict. cap.* 4. *hoc tit.* Surdus *conſ.* 61. *n.* 1. Riccius *in praxi aurea*, *t.* 2. *conſul.* 179. *nu.* 12. Cenedus, *ad Decret. Collect.* 153. *n.* 1.

6 Quartò, huic communi Doctorum ſententiæ obſtabit *text. noſter*, dum aſſerit, quod onus reparationis *omnino* injungitur Clericis; abſque ulla fabricæ mentione, cum aliud ſit *omnino*, aliud verò *in ſubſidium*, ſcilicet, quando bona fabricæ idonea non ſunt. Verum huic conſiderationi, propter authoritatem communis Doctorum ſententiæ veriſſimè eſt dicendum, illam communem Doctorum ſententiam in praxi eſſe obſervandam; ſcilicet, ut poſt fabricam, Clerici, qui decimas percipiunt, cogantur contribuere ad reparationem Eccleſiarum, propter rationem æquitatis ſuprà adductam; ſcilicet, quia habent emolumentum ex decimis, & oblationibus Eccleſiæ, quas percipere nullo modo poſſunt, niſi Templum ſalvum ſit ut notat Petrus Pechius *ubi ſupra*, *cap.* 21. Sed ſi eorum portiones non ſufficiant ad neceſſariam Eccleſiæ reparationem; tunc Parochiani cogendi ſunt ſumptus illos exhibere, quorum intereſt Templa ſarta tecta habere, Panormit. *in præſenti*, Pechius, *ubi ſupra*, *c.* 22. *n.* 4.

7 Quintò, adverſus illud, quod *ſupra* diximus, olim quartam portionem ad Eccleſiæ reparationem fuiſſe reſervatam, *dict. cap. nox eſt*, *cap. cognovimus capit. vobis*, 12. *quæſt.* 1. cum ſuprà adductis, *nu.* 4. Obſtabit dicere, quod ad reparationem Eccleſiæ non quarta ſed tertia decimarum pars eſt reſervata; ut conſtat ex Concilio Toletano 4. *capit.* 36. Bracharenſe, *cap.* 6. notat Garcia de Loayſa *in notis ad Concilium Emeritenſe*, *capit.* 16. quam portionem Epiſcopi percipiebant cum onere reparationis, juxta textum *in cap. priſci* 2. *cap. unio* 3. 10. *quæſt.* 3. Verùm huic conſiderationi ſatisfacies, ſi dixeris Eccleſiæ fabricæ, pro locorum varietate, diverſam portionem olim reſervatam fuiſſe; nam in Eccleſia Romana, quarta decimarum, & oblationum pars illi competebat; ut conſtat *ex illo cap. conceſſo*, *cap. quatuor*, *capit. de redditibus*; cum aliis in tertia dubitandi ratione adductis: at verò in noſtra

Hiſpania tertia decimarum pars Eccleſiæ conceditur, & ita obtinet dictum Concilium Toletanum 4. *cap.* 36. ſuprà in dubitandi ratione adductum: quæ tertia, vel quarta pars expendebatur per Epiſcopum, *cap. decretum eſt* 3. *cap. decernimus*, 10. *quæſt.* 1. notat Garcia de Loayſa *in notis ad Concilium Tarraconenſe*; juxta quam doctrinam ſunt ad concordiam reducenda decreta ſuprà adducta; nam jura, quæ docent quartam portionem fabricæ reſervari debere, reſpiciunt jus Eccleſiæ Romanæ: quæ verò tradunt, tertiam portionem habere, reſpiciunt jus Hiſpanum.

8 Sexto, adverſus id, quod *ſuprà* retulimus, videlicet illius tertiæ, vel quartæ portionis, pro procuratione Epiſcopis competere, *dict. cap.* 3. *cap. decernimus*, 10. *quæſt.* 1. obſtabit text. *in cap. Vulterana*, 23. *quæſt.* 2. ubi adminiſtratio, & procuratio illius portionis, Clericis hac lege competit, ut eam expendant, ſciente, & conſentiente Epiſcopo. Sed huic dubio reſpondendum eſt priſcis Eccleſiæ temporibus, hoc jus, & procurationem illius portionis, ad Eccleſiæ reparationem competi, & pertinuiſſe ad Epiſcopum, *dict. cap. decernimus*, 10. *quæſt.* 1. cum ſimilibus *ſuprà* adductis: ſed noviori jure id hodie correctum eſt, ut releventur ab hoc onere Epiſcopi, & illius portionis adminiſtratio ad Eccleſiæ reparationem deſtinata, commiſſa fuit Ædituis, ſeu Oeconomis, ut eam expendant ſciente, & conſentiente Epiſcopo, juxta text. ita intelligendum *in dict. cap. Vulterana* 23. 12. *quæſt.* 2. *cap. priſcis* 2. 10. *quæſt.* 3. Nam totum officium, quod circa reparationem Eccleſiarum impenditur, arbitrio Prælati, ſeu Epiſcopi commiſſum eſt, *dict. c. omnes* 3. *c. Eccleſias de Conſecr. diſtinct.* 1.

9 Septimò, prædictis obſtabit textus *in cap. ad Apoſtolicam, de Simonia*; ubi conſuetudo, quæ in populis ſtat, ut non Clerici, ſed populus teneatur ad Eccleſiæ reparationem: conſuetudo illa obſervanda eſt. Sed huic dubio reſponderi debet, quod quando portio ad uſum fabricæ deputata eſt, ſi decimæ, & fructus beneficiorum deductis alimentis commodè non ſufficiunt ad Eccleſiarum reparationem, ſeu refectionem; tunc etiam populus ad contributionem tenetur, ut potè cujus intereſt, ut miniſtris Eccleſiæ alimenta reſerventur, & Templa divino Numini dicata reparentur; nam quemadmodum cives ad reparationem murorum civitatis, & pontium, quibus ſe, & ſua defendunt, tenentur, *leg. ad inſtructiones: Codic. de Sacroſanctis Eccleſ.* multo magis ad refectionem Eccleſiæ contribuere debent, in qua Sacramenta percipiunt, & cæleſti, ac ſpirituali cibo paſcuntur, & foventur; ad quam reparationem, deficiente illa Eccleſiaſtica portione, & deficientibus fructibus beneficii, ſine quibus Rector commodè ſuſtentari non poteſt, omnes nobiles, & ignobiles, nulla inter eos habita differentia, tenentur; notat Zabarella *in præſenti, num.* 3. Petrus Pechius *de Eccleſiis reparandis, cap.* 22. Si verò conſuetudo fuerit, ut onus reparationis competat populo; tunc Clericus excuſatur, & ita eſt interpretandus textus *in dict. cap. ad Apoſtolicam, de ſimonia*; notat Abbas, & Zabarella *in præſenti*; *num.* 3. Meritò in ſumma, quoad Eccleſiæ reparationem, primò obſervanda eſt conſuetudo populi, quando nulla eſt portio quarta, vel tertia, Eccleſiæ deſignata: ſecundo loco recurrendum eſt ad portionem, vel fabricam Eccleſiæ deſignatam; ſi verò portio illa non ſufficit, nec conſuetudo aliter diſponit, recurrendum eſt ad fructus Clericorum, ſi eis ſuperſunt; ſi autem eorum redditus non ſuperſunt compelluntur ultimo loco Parochiani Eccleſiæ: notat Abbas, & Zabarella *in præſenti num.* 4. Petrus Pechius *loco ſuprà citato.*

Ad textum in *cap. Cum dicat Apoſtolus* 2. *hujus tituli.*

DE materia hujus text. ſuprà ſcripſimus, *in cap.* 1. *de decimis, num.* 11.

Ad textum in cap. Ad audientiam 5. de Eccleſiis ædificandis.

SUMMARIUM.

1 *Secularis Eccleſia, ſine præjudicio Clericorum, ad ſtatum regularem poteſt reparari: & collegio, quod nondum eſt, privilegium non conferetur.*
2 *Canonici Regulares, Monachi ſunt, & a Monachorum conſortio non putantur ſejuncti.*
Canonici Regulares profeſſionem Monachorum ferè in omnibus emittunt.
3 *Privilegium Apoſtolicum aliquid operari debet.*
Epiſcopus ſtatum Eccleſiæ, & Clericorum, eis invitis alterare non poteſt, niſi juſta ſubſit cauſa.
Cap. ex tuarum 5. *junctâ ejus Gloſſ.* de authoritate & uſu pallii.
4 *Canonici Seculares, & Regulares, ſimul ſociari non debent.*
5 *Beneficium, quod quis adeptus eſt, non amittit, niſi graviſſima culpa intercedat.*
Summa ratio eſt, quæ conſervat Religionem.
6 *Collegio, quod nondum eſt erectum, poſſunt beneficia ſimplicia uniri*, c. Abbate §. Nec pro eo, de ſententia, & re judicata, lib. 6.
7 *Donatio, cum ſit contractus, requirit perſonam, cui adquiratur obligatio.*
8 Cap. ſi Epiſcopus 73. 12. quæſt. 2.
9 Cap. bonæ 74. 12. quæſt. 2.
10 Cap. inter quatuor, de Religioſis domibus.

CONCLUSIO.

1 SÆcularis Eccleſia ſine præjudicio Clericorum, ad ſtatum regularem poteſt reparari: & Collegio, quod nondum eſt, privilegium non conceditur. Quæ concluſio adeò in jure noſtro ſingularis eſt, ut uno, aut altero tantum juris teſtimonio fulciri poſſit: eamque confirmat textus *in cap. Apoſtolicæ* 9. *de donationibus*; *cap. ſi Epiſcopus* 73. *cap. bonæ rei* 74. 12. *quæſt.* 2. *leg.* 4. *titul.* 14. *partit.* 1. Illuſtrant Turrecremata, & Archidiaconus *in dict. cap. ſi Epiſcopus*, Garcia, *de beneficiis* 12. *part. cap.* 5. Petrus Gregorius, *de beneficiis, cap.* 23. *num.* 1. Rebuffus *in praxi, titul. de erectione Eccleſiæ in Cathedralem, num.* 9. Petrus de Perufio *in tractat. de mutat. ſtatus Eccleſiæ, in principio, num.* 2. Gratian. *tom.* 3. *diſceptationum forenſium, cap.* 473. *numer.* 2. Moneta, *de commutat. ultimarum voluntatum, cap.* 11. *num.* 96. Gonçalez *ad regulam octavam Cancellariæ, gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 71. Mancolius *in regula* 3. *Cancellariæ, quæſt.* 7. *per totam*, cum traditis à Barboſa *in collectaneis ad noſtrum textum & in cap. inter quatuor, de religioſis domibus.*

Ratio, quare ſæcularis Eccleſia licitè ad Regula- 2
rem Congregationem reduci poteſt, ſine præjudicio ſæcularium in ea exiſtentium, ſi Diœceſanus Epiſcopus id permittat, ea eſt, quia Regulares Canonici Monachi ſunt, & à Monachorum conſortio non reputantur ſejuncti, *cap. ſane, de Regularibus*; *cap. nullas, cap. mandamus, cap. ſtatuimus*, 19. *quæſt.* 2. licet regulæ inſervient laxiori, *cap. quod Dei timorem, de ſtatu Monachorum*: profeſſionem in Religione ſua emittunt, ut Canonicè vivendo, & Deo ſerviendo, animam

animam suam salvare possint, *dict. cap. nullus*, à qua, absque sui Abbatis permissione, ad strictiorem regulam transire non possunt, textus ita intelligendus, in *cap. statuimus*, 19. *quæstion.* 2. Azor. 1. *part. moralium*, *lib.* 12. *cap.* 22. *quæst.* 6. & per strictiorem vitam, quam Clerici Regulares ducunt; ubi de virtute in virtutem crescunt, religiosus zelus non minuitur, quem non minui, sed potius augmentari convenit, argumento textus *in cap. ex parte* 12. *de constitutionibus*: Religionis enim, & contemplationis favore, hæc sæcularis Ecclesiæ mutatio, & conversio in Regulam, in textu nostro permissa est; Panormitanus *in præsenti*, *n.* 1. Rebuffus *in praxi*, *ubi suprà*, *num.* 9. Covarruvias *lib.* 3. *variarum cap.* 14. *numer.* 7. & 8. Hæc tamen mutatio non aliter conceditur, quàm si Diœcesani Episcopi consensus interveniat, & Clericorum, qui in Ecclesia sæculari supersesse noscuntur, quandiù vixerint, ibi: *Vel alibi necessaria provideantur*; nam Pontifex per privilegium suum alicui præjudicare non intendit, *cap. ex tuarum*, *de authoritate*, & *usu pallii*, *cap. cum dicat Apostolus*, *hoc nostro tit. leg.* 2. § *Meritò*, & §. *Si quis*, *à principio*, *digest. ne quid in loco publico*; sic enim interpretanda sunt beneficia Principis, ut non incipiant esse iniqua, *capite licet*, *de officio Ordinarii*; *capite super eo*, *de officio Delegati*; *leg. ex facto*, *digest. de vulgari*; *leg. sciendum*, *digestis*, *ex quibus causis majores*; notat Hostiensis *in præsenti*, *num.* 1. & *in dict. cap. ex tuarum*, *num.* 2.

3 Primò, adversus nostri textus verba, ibi: *Hoc devotioni tuæ*, *authoritate Apostolica indulgemus*, *si tibi Episcopus Diœcesanus consenserit &c.* In quibus cavetur, Pontificem indulsisse Episcopo, qui desiderabat Canonicos Regulares in ea Ecclesia ordinare, de qua in Episcopum vocatus fuerat, ut hoc sibi liceret facere, si Diœcesani Episcopi accesserit assensus. Obstabit sequens consideratio; scilicet, quòd indulgentia illa Apostolica authoritate concessa, nihil operari videtur, nec ullum sortitur effectum: ergo in hac specie, necessaria non fuit. Antecedens probatur; nam indulgentia hæc fuit à Pontifice concessa ad hoc ut Episcopus posset sæcularem Ecclesiam, de qua ad fastigium Episcopale assumptus fuit, in Regularem mutare, ut ibi Canonicorum Regularium Congregatio erigeretur: sed sine tali indulgentia poterat hoc Episcopus facere, interveniente Episcopi loci consensu; siquidem dispositio Ecclesiarum, & earum status ad illum de jure pertinet, sub cujus provisione, ac tuitione unaquæque Ecclesia regitur, *cap. regenaam*, *cap. quæcumque*, 10. *quæst.* 1. Igitur hujusmodi indulgentia supervacua fuit: & consequenter minùs rectè nostri textus decisio docet, sæcularis Ecclesiæ in Regularem mutationem authoritate Apostolica tantum factam fuisse. Difficultatem agnovit Gloss. *in præsenti* verbo, *Indulgemus*: cujus solvendæ gratia existimat, quod licet Apostolica indulgentia in præsenti, non profit ad hoc, ut Episcopus sæcularem Ecclesiam in Regularem mutare possit, tamen quoad alia prodest; nam Diœcesanus Episcopus facilius, & citius virtute Apostolicæ Indulgentiæ movebitur ad licentiam concedendam, quàm si ipse de novo eam concederet & cogetur postea, si nollet consentire, argumento text. *in cap. nullus*, *de jure patronatus*; & sic Apostolicum privilegium aliquid operari reputatur ratione facilioris operationis: prodest etiam indulgentia (ut refert Glossa illa) quia si Episcopus eam non impetrasset, non posset invitis Clericis Ecclesiam sæcularem in Regularem mutare, quoniam Episcopus statum Ecclesiæ non potest alterare ex causa voluntaria, invitis Clericis; licèt eis volentibus possit: argumento textus *in cap. cum dilectus*, *de his quæ vi*: nisi justa subsit causa; veluti, si Clerici sæculares inhonestam vitam ibi ducunt, cuo casu, etiam eis invitis, Ecclesiam mutare, & alterare Episcopus poterit: docet *Gloss.* sic intelligenda *in dicto cap. si Episcopus* 73. 12. *quæst* 2. vel ris mutationem velit facere sine præjudicio Clericorum ibi existentium, ut sic alteratio status habeat tantum effectum post mortem eorum, tunc enim poterit facere, etiam invitis; argumento textus *in cap. consultationibus*: *Clementin.* 2. *de rebus Ecclesiæ non alienandis*: at verò ea indulgentia impetrata, mutationem hanc Ecclesiæ poterit Episcopus facere, etiam renuentibus ipsius Ecclesiæ Clericis dummodo ibi vel alibi necessaria alimenta ipsis ministrare provideat; & ità inquit *Glossa*, cùm duplicem hunc effectum indulgentia Apostolica, in specie *hujus textus*, sortiatur; minimè dici potest eam supervacuam fuisse. In cujus rei confirmationem, adducit *Glossa* textum celebrem, *in capit. ex tuarum* 5. *de authoritate*, & *usu pallii*; ex quo colligitur indulsisse Pontificem Archiepiscopo Compostellano, etiam extra suam Provinciam commoranti, ut possit in aliena Provincia Pallio uti in consecratione Suffraganeorum, & ordinatione suorum Clericorum, si alius Metropolitanus, ad quem Ecclesia pertinet, id permittat; & tamen Archiepiscopus Compostellanus, sine ea indulgentia poterit Ordines cum eo pallio celebrare, & judicium exercere in aliena Parochia de permissu illius, ad quem noscitur pertinere; *capit. Episcopi*, 7. *quæstione prima cap. scriptum*, 6. *quæstion.* 3. *cap.* 1. 2. & 3. *cap. invitati* 9. *quæstion.* 2. Ergo nec privilegium de usu Pallii à Pontifice concessum supervacuum videtur, in specie *illius textus*, sed ut aliquem effectum producat illum operari dicimus; scilicet, quod Archiepiscopus, ad cujus Provinciam declinavit, facilius & citius, virtute indulgentiæ de speciali gratia Sedis Apostolicæ concessæ, moveatur ad licentiam concedendam, quàm si ea indulgentia impetrata non fuisset, etsi ipse Archiepiscopus de novo foret concessurus, & sic ratione hujus facilioris permissionis aliquid operatur Apostolorum privilegium quam *Glossæ* interpretationem sequuntur Butrius *in præsenti num.* 5. Hostiensis *numero primo*, Innocentius *num.* 1. Panormitanus *num.* 6. Ex qua indulgentia Apostolica alii etiam effectus in præsenti sequuntur; scilicet, quod ea non impetrata, Diœcesanus Episcopus mutationem Ecclesiæ sæcularis in Regularem Congregationem faceret per se principaliter, vel aliis faciendam committeret; at verò indulgentia jam concessa, Diœcesanus huic Ecclesiæ commutationi tantum consentire debet, & privilegio Apostolico parere, & alter Episcopus, cui privilegium concessum est, erit principalis author in ordinatione Ecclesiæ, & ipse hoc faciet authoritate Pontificis: quæ longè diversa sunt: nam aliud est assensum præstare, aliud verò principaliter disponere: argumento textus *in cap. significasti*, *de foro competenti*: *cap. si quis juste* 44 §. *porro*, *de electione*, *lib.* 6. *cap. unico*, *ne sede vacante*, *lib.* 6. Alium etiam effectum operatur indulgentia hæc, quia sine ea non liceret Diœcesano Episcopo Ecclesiam sæcularem mutare, absque Capituli sui consensu, *dict. cap. si Episcopus* 73. 12. *quæstion.* 2. qui consensus Capituli in *text. nostro* necessarius non fuit ex vi indulgentiam illam a Sede Apostolica Episcopus postulavit, ad ordinandum, & instituendum Canonicos Regulares in illa Ecclesia Sæculari, ad quam promotus fuerat; notat Joannes Andreas *in præsenti num.* 2. Panormitanus *num.* 6. Butrius *num.* 5.

Secundò, adversus ea, quæ textus noster refert, quatenus decernit, Ecclesiam Sæcularem licitè ad 4
statum Regularem reduci posse; dum tamen Clericis sæcularibus, qui in ea adhuc superesse noscuntur, ibi, vel alibi necessaria provideantur: Obstabit sequens dubitandi ratio; scilicèt, quod non debeant Canonici Sæculares, & Regulares, simul socians, quia in uno eodemque officio, non debet dispar esse professio: quod etiam lege Divina prohibetur, dicente Moyse, *non arabis cum bove simul*, & *asino*,

id est, homines diversæ professionis in officio uno non sociabis: unde apparet, ut qui in administratione Ecclesiæ Regularis, Canonicis Regularibus associantur discrepare non debeant, nec in professione nec in habitu; nam cohærere, & conjungi non possunt, quorum studia, & vota diversa sunt; *cap. in nova actione* 22. 16. *quæstione* 7. *cap. cum causam, de electione*; qua de causa in Regularibus Ecclesiis Canonici Sæculares poni non debent, *capit. possessiones, de rebus Ecclesiæ non alienandis*; *capit. inter quatuor*, juncta ejus Gloss. *verbo, Sæculares, de religiosis domibus*: *cap. ea quæ*, §. *præcipimus*, juncta ejus Gloss. *verbo, Clericos, de statu monachorum*: *cap. pervenit* 26. 18. *quæstione* 2. Igitur in Ecclesia Regulari, sæculares Canonici simul adesse non debent: & consequenter minus rectè in decisione *nostri text.* decisum fuisse videtur, sæculares Clericos, & regulares Canonicos in regulari Ecclesia simul existere posse; ita ut ibi necessaria alimenta percipiant. Dubium hoc agnovit Gloss. *in præsenti*, verbo, *Ibi*: quod ut solvat, existimat dicendum, quod licet verum sit, sæculares, & regulares Clericos in eadem Ecclesia simul existere non posse, ne diversæ professionis homines simul in ejusdem Ecclesiæ administratione associentur, *dict. cap. cum causam*, *dict. cap. in nova*, cum *similibus suprà adductis*; hoc tamen de jure procedit, cùm Pontificis privilegium non existit; nam si existit, ejus authoritate sæculares, & regulares Clerici in eadem Ecclesia existere possunt, ut constat ex nostri textus decisione, adhibitis requisitis in eo expressis; scilicèt, ut ibi, vel alibi, alimenta percipiant, ut in versicul. *Verum si Clerici sæculares in ea adhuc supereſſe noscuntur, volumus eis, dum vixerint, ibi vel alibi, necessaria provideri*: quæ verba suadent ex causa speciali privilegium concessum fuisse, ut illa Congregatio sæcularium, & regularium Canonicorum fieret: quod privilegium perpetuum non fuit, sed ad tempus tantum, quo vixerunt, toleratur; ut constat ex *text. nostro*, versicul. *Dum vixerint*. Ex quo deducitur, Clericis sæcularibus in ea Ecclesia supereſſentibus, dum vixerint, fructus suos ministrandos esse: eis tamen defunctis, alios Clericos sæculares ponendos non esse in regulari Ecclesia: meritò, nam in eorum præjudicium, non censetur Pontifex privilegium hoc indulsisse, argumento textus *in cap. dudum* 2. *hoc titul. dict. leg.* 2. §. *si quis à Principe*, cum aliis, *digest. ne quid in loco publico*, sed in electione Episcopi est, in eadem Ecclesia, vel alia, eis alimenta subministrare, ut constat ex *text. nostro*, versicul. *Ibi, vel alibi necessaria provideri*: ergo eligat Episcopus prout sibi placuerit, cum ad hoc sub disiunctione teneatur argumento textus *in leg. plerumque, paragrapho fin. de jure dotium*: sed rectius, & honestius faciet, si in alia Ecclesia eisdem Clericis sæcularibus de necessariis provideat, ex *juribus, & rationibus suprà adductis*: quam *Glossæ* interpretationem sequitur Antonius Butrius *in præsenti*, *num. sexto*, & Hostiensis *num.* 1.

5 Tertiò, solutioni obstabit dicere, Episcopum non posse in præsenti Clericis sæcularibus, qui in ea Ecclesia supereſſe noscuntur, in alia Ecclesia necessaria providere, eo quod satis perversum, & contra Ecclesiasticam censuram esse videatur, ut quis privetur absque culpa, officio, & dignitate sua, juxta text. *in cap. satis perversum* 7. 56. *distinctione*, beneficium enim, quod quis justè adeptus est, non nisi gravi culpa sua, & coram Episcopo comprobata, amittere potest, Concilium Colonienſe Secundum, *cap.* 42. relatum *in cap. inventum* 38. *in fin.* 16. *quæstione septima*. Ergo Clerici sæculares in nostra specie, sine culpa privari non poterunt beneficiis, quæ in sæculari Ecclesia possidebant, ita ut possit Episcopus in alia Ecclesia de necessariis eis providere. Sed respondendum est, hoc favore Religionis constitutum fuisse, propter ejus publicam causam; nonnunquam enim stricta juris ratio vincitur ratione Religionis, quæ summa ratio est. *leg. sunt personæ* 43. *digest. de Religiosis*, & *sunt prius funerum*: propter quam multa alia sunt permissa, *capite* 1. *de filiis Presbyterorum*: *cap.* 2. *de Apostatis*: notat Glossa *in præsenti*, verbo, *In jure*, Hostiensis, *num.* 1. versic. *Nec obstat*.

Quartò, adversus textum nostrum, quatenus de- 6
cernit, Ecclesiæ regulari, in qua nulli adhuc Canonici existunt confirmationis privilegium concedi non posse, ut constat ex *textu nostro*, versicul. *Licet enim*. Obstabit sequens dubium; scilicet, quod futuro Collegio, Hospitali, vel Ecclesiæ instituendæ potest hæreditas, vel legatum relinqui, *leg. servos* 17. *digest. de adimendis legatis*; *leg. servus* 33. *ff. de liberali causa*, notat Abbas *in cap. nos quidem, de testamentis*: & legatum relictum ad alicujus Ecclesiæ constructionem, non efficitur caducum, etiam si locus ædificii non fuerit designatus, *cap.* 3. juncta ejus Glossa, *verbo, In loco, de testamentis*: Covarruvias *ibidem, num. decimosecundo*, & Collegio quod nondum erectum est, nec Scholares habet, possunt beneficia simplicia uniri, Tridentinum *sessione* 23. *de reformatione*, *cap.* 18. & etiam futuro ædificio servitus imponi potest, *leg. si servitus* 22. §. *futuro*, *digest. de servitut. urbanorum prædiorum*, & Monasterio ædificando competit restitutio in integrum, propter negligentiam prosequendæ appellationis. Rota *decisione unica, num.* 1. & 2. *de testamentis, in antiquioribus*, Selva, *de beneficiis*, 3. *part. quæst.* 6. *num.* 7. Ratio est, quia sufficit sola destinatio construendi Monasterium, ut habeatur pro constructo, *argumento legis* 3. *paragrapho Quid ergo*, *digestis de contrario judicio tutelæ*: ergo etiam regulari Ecclesiæ construendæ in specie *nostri textus* licet in ea adhuc nulli Canonici existant, privilegium confirmationis concedi potuit, & consequenter non rectè contrarium in decisione *nostri textus* constitutum est.

Cui difficultati primò respondit Innocentius *in præsenti num.* 1. ideò Pontificem futuræ Ecclesiæ privilegium illud confirmationis non fecisse, quia privilegium Pontificis non subitò, & inconsulte, sed cum magna deliberatione concedi debet, *cap. communis* 10. 23. *distinctione*. Unde rectè ad erectionem faciendam Ecclesiæ regularium Canonicorum noluit Urbanus Pontifex privilegium indulgere: quam interpretationem impugnat Hostiensis *in præsenti numer.* 1. *in fin.*

Quare secundò Joann. Andreas, *in præsenti*, *numer.* 3. Respondit, quòd ideò privilegium confirmationis futuræ Ecclesiæ regulari à Pontifice fuit denegatum, quia Urbanus Tertius *in præsenti*, non dedit purè licentiam ordinandi in ea Ecclesia Canonicos Regulares, sed tantum sub conditione, si Diœcesanus Episcopus id permittat, & ita antequam conditio hæc existat per consensum à Diœcesano Episcopo præstitum, noluit Pontifex privilegium illud confirmationis concedere, ne deficiente conditione si ordinatio non fieret, frustraneum remaneret privilegium. Sed hæc interpretatio nobis non placet, ex eo quod indulgentia Apostolica in *textu nostro*, id importat, ut Episcopus Diœcesanus facilùs consentiat; & ut cogatur postea, si non vult consentire; argumento textus *cap. nullus*, *de jure patronatus*: notat Gloss. *in præsenti*, verbo, *Indulgemus*; Hostiensis, *num.* 1. Ergo casu quo Diœcesanus liberè consensum non tribueret, tamen virtute gratiæ Apostolicæ consentire immutationi Ecclesiæ cogendus esset; meritò nunquam frustraneum reddi poterat Pontificis privilegium.

Quare his, & aliis omissis, ut hanc difficultatem dissolvamus, distinguendum censeo inter eum casum quo futuræ Ecclesiæ privilegium conceditur ita ut ex

7 *fa*

tunc

tunc vires accipiat; & inter eum caſum, quo, etſi modo futuræ Eccleſiæ privilegium concedatur, non ſtatim, ſed in futurum vires habere incipit; ſcilicet, poſtquam Eccleſia erecta, & conſtructa fuerit: priori caſu, futuræ Eccleſiæ de jure privilegium conferri non poteſt; ita ut inſtanti conceſſionis vires habeat, & effectum ſortiatur; rei enim, quæ nondum eſt, privilegium dari non poteſt, argumento text. *in capite fin. de reſcriptis*; *l. fin ff. ſi ſervitus vindicetur*; *l. 1. ff. communia prædiorum*; *l. a Divo. Pio ff. de ritu nuptiarum*: nam ante erectionem, & Canonicorum exiſtentiam, Eccleſia non adeſt, cui privilegium concedatur; quia antè quærenda eſt perſona, quàm datio, *lege quidam referunt*, §. 1. *ff. de jure codicillorum*; qualitas autem ſine ſubjecto eſſe non potest, *l. 2. ff. de uſufructu*; *leg. decem ff. de verborum obligationibus leg. prima. ff. de uſufructu legato*; & non entis nullæ ſunt qualitates. *arct. leg. quidam referunt*, verſic. *Nullius enim momenti*: *l. ejus qui in Provincia, ff. de rebus creditis*: *capite bonæ* 1. verſic. *Contra vero*, juncta ejus *Gloſſ.* verbo, *Perrerum naturam*; *de electione*; & in hoc caſu exponendus eſt text. noſter, in cujus ſpecie, futuræ Eccleſiæ regulari privilegium confirmationis conferri non poteſt, ut ex tunc effectum ſortiatur, ut noſtro ex textu conſtat verſ. *Cum nulli Canonici, adhuc ibidem exiſtant, privilegium concedatur*: quæ verba non obſcurè, ſed expreſſè inſinuant, privilegium confirmationis Eccleſiæ, quæ nondum regularis eſt, concedi non poſſe: ita ut ex tempore conceſſionis, vires ſtatim incipiat habere; notat Abbas *in præſenti numero*, Hoſtiensis *numero* 1. Joannes Andreas *numero* 3. Hieronymus Gonçalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ Gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 97. In poſteriori verò caſu, ſcilicet, quando futuræ Eccleſiæ privilegium conceditur, non ut ſtatim, ſed in futurum vires habere incipere; tunc, & ſi non ſtatim erecta eſt Eccleſia, tamen ex poſt facto Canonicis ibidem conſtitutis ratum, & firmum manet privilegium argum. text. *in l. ſi ſervitus*, §. *ultimo ff. de ſervitutib. urbanor. prædiorum*; *l. hæredes* §. *An ea ff familiæ herciſcundæ*; & in hoc caſu procedunt omnia jura ſupra à nobis, pro dubitandi ratione adducta; notat Gloſ. fin. *in præſenti*, Hieronymus Gonçalez *ubi ſupra*, *dict. num.* 97.

6

Quintò huic ſolutioni obſtat text. *in capite Abbate ſane*, §. *Nec pro eo*, *de ſententia*, *& re judicata*, *lib.* 6. 7 ubi non tenet donatio futuro Monaſterio facta, etiam ſi poſteà erigatur, ut conſtat ex *eodem text.* ibi, *Præſertim, quia Monaſterio, quod nondum eſt aliqua donatio fieri non valebat*: ergo privilegium confirmationis futuræ Eccleſiæ conceſſum non valebit, etiamſi conſtructa & erecta fuerit. Cui difficultati reſponderi ſolet, quod licet Eccleſiæ conſtruendæ hæreditas, & legatum relinqui poſſit; ita ut valeat cum Templum erit fundatum, *dict. l ſervis ad cuſtodiam. ff. de alimentis legatis*: & privilegium confirmationis futuræ Eccleſiæ donari poſſit ut ex eo tantum tempore ratum habeatur, quo Eccleſia erecta fuerit, & Canonici conſtituti: tamen donatio Eccleſiæ, quæ nondum eſt, conferri non poteſt *ut in dict. capite Abbates ſane*, §. *nec pro eo*, *de ſententiis & re judicata*, *l.* 6. Diverſitatis ratio in eo conſiſtit, quia cùm donatio ſit quidam contractus requirens perſonam, cui adquiratur obligatio, ſeu ipſa res, *cap. ſi tibi abſenti*, *de præbendis*, *lib.* 6. *l. abſenti*, *ff. de donationibus*: *l. qui abſenti ff. de adquirend poſſeſſ.* & cum conſtruenda Eccleſia nondum ſit in humanis, nec ipſa nec alius pro ea donationem accipere poteſt, ſed legatum, ſeu ultima voluntas, non requirit præſentiam perſonæ acceptantis, *l. cum pater.* 77. §. *Surdo ff. de leg.* 2. quod etiam locum habet in privilegio confirmationis, & hac de cauſa affirmat textus *in dicto capite Abbate*, §. *nec pro eo*: Monaſterio nondum erecto donationem fieri non poſſe: quam interpretationem tenet Panormitanus *in præſenti*, *numer.* 5. Burrus *num. final.* Bartolus *in dict. l ſervus* 17. *ff. de alimentis legatis* Vel ſecundò reſpondere poteris, *in d. cap. Abbate*, §. *Nec pro eo*: probari, Eccleſiæ, quæ nondum eſt, donari non poſſe quoniam illa non eſt deciſio ſimul, & Pontificis reſponſio, ſed tantum allegatio partis, ut patet ex *ejuldem text.* lectura; nam allegatio unius partis incipit *poſt principium*, à verſicul. *Allegabatur autem pro parte veſtra*: quæ durat uſque ad verſiculum, *Pro parte altera dicebatur*: & in prima allegatione continetur dictus verſic. ſuprà *adductus*, ibi: *Præſertim, quia Monaſterio, quod nondum erat, aliqua donatio fieri non valebat*: quæ verba, cum ſolum partis allegationem conſtituant, nullum jus faciunt; quoniam allegatio partis jus non facit: *capit. dilectus* 34. *de præbendis, & dignitatibus*: Gloſſ. Magna. *verbo, Vel die tertio, in l.* 1. *digeſt. quando non petentium partes*. Felinus *in cap.* 1. *nu.* 18. *de conſtitutionibus*. Palacius Rubius *in rubrica cap. per veſtras*, §. 17. *n.* 22. *de donationibus inter*: Jaſon *in l.* 1 *n.* 38. *ff. de officio ejus cui mandata eſt jurisdictio*: *Romanus conſil.* 191. *num.* 4. quam ſolutionem refert Gonçalez *ad regulam octavam Cancellariæ*, §. 7. *n.* 106. *cum ſequentibus*.

Sextò, deciſioni noſtri tex. obſtabit text. *in cap. ſi* 8 *ſi Epiſcopus* 73. 12. *quæſt.* 2. ubi Patres Toletani Concilii 3. *cap.* 4. conſtituunt, quod ſi Epiſcopus unam de Parochianis Eccleſiis ſuis in Monaſterium transferre voluerit, ut in ea Congregratio regularium Clericorum fiat, hoc de conſenſu Concilii ſui habeat licentiam faciendi: qui etiamſi de rebus Eccleſiæ proeorum ſubſtantia aliquid, quod detrimentum Eccleſiæ non exhibeat, eidem loco donaverit, ſit ſtabile: rei enim bonæ ſtatuendæ ſanctum Concilium dat conſenſum: ex quo decreto manifeſtè colligitur; Epiſcopum Diœceſanum non poſſe Parochialem Eccleſiam ſibi ſubjectam in Regularem mutare, ſine capituli ſui conſenſu contra *noſtri text.* deciſionem: in qua ſolius Epiſcopi Diœceſani authoritas deſideratur, ut hæc mutatio Eccleſiarum fieri poſſit. Sed reſpondendum eſt diſcrimen eſſe conſtituendum inter caſum, quo Epiſcopus, propria authoritate, unam de ſuis Parochialibus Eccleſiis velit in Regularem transferre; & inter caſum, quo Epiſcopus Sedis Apoſtolicæ privilegium poſtulavit, ut id ſibi facere liceret. priori enim caſu, non poteſt Epiſcopus hanc mutationem facere ſine licentia capituli; quia cum hæc translatio ſit quædam Eccleſiæ alienatio, non poteſt ſine capituli conſenſu fieri, argument. text. *in cap. ſine exceptione*, cum aliis, 12. *quæſt.* 2. Moneta, *de commutationibus ultim. voluntatum cap.* 95. & in hac ſpecie procedit text. *in dict. cap. ſi Epiſcopus*, 12. *quæſt.* 2. in poſteriori verò caſu Epiſcopus poteſt Eccleſiam ſæcularem in Regularem mutare abſque, ſui capituli conſenſu quoniam illum ſupplet privilegium Pontificis, quod ubi adeſt, quoſcumque ſolet ſupplere defectus, & ſolemnitates alias jure requiſitas: ut obſervat Redoanus *de rebus Eccleſiæ*; *cap.* 25 *rubrica* 1. *n.* 12. Gonçal. *ad regulam octavam Cancellariæ*, *gloſ.* 12. *in principio*, *nu.* 75. Unde, cum in ſpecie *noſtri text.* Epiſcopus qui deſiderabat in ſæculari Eccleſia, de qua fuit ad Epiſcopatum vocatus, canonicos Regulares ordinare privilegium à Sede Apoſtolica impetraſſet, ut id ſibi facere liceret rectè potuit virtute privilegii mutationem facere, nec deſideratur capituli licentia; quia quemadmodum Diœceſanum poſſet abſque capituli conſenſu Eccleſiam ſæcularem in Regularem mutare, ſi privilegium à Sede Apoſtolica habuiſſet; ita poſſet conſenſum præſtare mutationi ab altero faciendæ virtute privilegii, notat Panormitanus *in præſenti*, *numer. fin.*

Septimò, ex dictis infertur interpretatio ad text. 9 *in cap. bonæ* 74. 12. *quæſtion.* 2 ubi in Concilio Toletano, ſtatutum legimus, quod ſi quis Epiſcopus in Parochia ſua Monaſterium conſtruere forte voluerit, & hoc ex rebus Eccleſiæ, cui præſidet, dotare decreverit non amplius ibidem, quam quinquageſimam partem dare debebit: ut hac temperamenti æquitate ſervata, & qui tribuit competens ſubſidium conferat;

&

& cui tollit, damna gravia non infligat. Ad Ecclesiam verò quæ Monasticis non informabitur Regulis, aut quam pro suis magnificare voluerit sepulturis, non ampliùs quàm centesimam partem census Ecclesiæ, cui præsidet, ibidem conferre licebit; ea tamen cautela servata, ut unam tantum, quæ placuerit, ex his duabus remunerationem assumat: quod decretum etiam observare præcipitur, *in cap. Pastoralis, de his quæ fiunt à Prælatis: & in cap. Apostolicæ 9. de donationibus; leg. 4. titul. 14. partit. 1.* quæ constitutiones apertè insinuant, posse Episcopum Parochialem Ecclesiam sibi subjectam Monasticis regulis informare, hoc est in Monasterium transferre, in quo Monachorum Congregatio regulariter vivat, & Monasticam regulam observantes Deo serviant: cujus doctrinæ ratio desumitur ex suprà traditis in decidendi ratione ad nostrum textum. Quod adeo verum est, ut licèt Episcopus res Ecclesiæ donare non possit, *cap. sine exceptione 12. quæst. 2. cap. 1. de his, quæ fiunt à Prælatis: cap. nulli de rebus Ecclesiæ; cap. 2.* cum aliis *de donationibus.* tamen non prohibetur huic sæculari Ecclesiæ, quam Monasticis regulis informare desiderat, quinquagesimam reddituum partem Ecclesiæ, cui præest, donare; quod admissum est in favorem Religionis, ut ita invitentur Episcopi ad construenda Cœnobia, & Monasteria erigenda; docet Hostiensis *in præsenti, num. 5.*

10 Octavò, his omnibus obstabit textus *in cap. inter quatuor, de religiosis domibus*, ubi Episcopus non potest unam Ecclesiam in aliam mutare. De cujus interpretatione videndi sunt Turrecremata *in dict. cap. si Episcop.* Panormitanus *in præsenti*, cum qua solutione, etiam est accipiendus textus *in capit. quæ semel 19. quæstione 2. cap. relatum, ne Clerici, vel Monachi.*

Ad textum in *cap. Tua nos, fin. de Ecclesiis ædificandis.*

DE materia hujus textus plura scripsi specialiter, *in cap. fin. de religiosis domib. & in cap. 1. de rebus Ecclesiæ alienandis, vel non*: quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

TITULUS XLIX.

De Immunitate Ecclesiarum, Cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium.

Ad textum in cap. Pervenit 2. cap. Non minus 4. cap. Adversus 7. hujus tituli de immunitate Ecclesiarum.

SUMMARIUM.

1 *Tributa personis Ecclesiasticis sæculares imponentes, ipso jure sunt excommunicati: Clerici verò illa solventes, excommunicatione prædicta ligantur.*

2 *Ecclesia, Ecclesiasticaque personæ, quare sint immunes à tributis laicorum.*

Ea quæ contra jus fiunt, debent pro infectis haberi.

Nimia necessitate publica exigente, etiam Clerici contribuere tenentur.

3 Caput si tributum 17. *cum* capite magnum, 11. quæst. 1.

4 Cap. pervenit 2. de immunitate Ecclesiarum.

5 Lex 1. Cod. de indictionibus, lib. 10. l. fin. C. de exactoribus tributorum, lib. 10. lex de his 3. C. de Episcopis, & Clericis.

6 *Immunitas Clericorum, an proveniat de jure divino, an positivo.*

7 Mathæi *authoritas* cap. 17.

8 Cap. continuo, 11. quæstione 1. cap. futuram, 12. quæst. 1.

9 *Notabile* Caroli V. *factum refertur.*

10 L. cum Clericis, leg. omnes, Cod. de Episcopis, & Clericis.

Cap. Constantinus, 96. distinct. *Authent.* ut Clerici apud proprios Episcopos.

11 Cap. si quis cum Clerico 45. 11. q. 1. cap. decernimus 2. de judiciis.

12 *Epistola 1. Divi Petri*, cap. 2. *& Epistola Divi Pauli* ad Rom. cap. 13. *& Actuum Apostolorum*, cap. 23.

CONCLUSIO.

QUæ ex his juribus communiter deducitur, hæc 1
est *Sæculares tributa, seu pedagia personis Ecclesiasticis imponentes, ipso jure sunt excommunicati: Clerici verò illa solventes excommunicatione prædicta ligantur.* Consonat textus *in cap. non minus 4. cap. adversus 7. hoc titulo capite primo cap. Clericis, eodem lib. 6. Clementina 1. hoc titulo capit. quamquam, de censibus: capit. convenior, cap. tributum, 33. quæst. 8. cap. generaliter, §. novarum, & §. placet, 16. quæst. 1. cap. constitutus, 16. quæst. 4.* Tridentinum *sess. 25. de reformat. capit. 20.* Bulla in Cœna Domini, *excommunicat. 18. & in §. Quivè collectas*: Exornant Covarruvias *in practicis cap. 31. num. 9.* Lessius *de justitia, & jure, lib. 2. cap. 33. dubit. 3.* Matienço *in leg. 11. tit. 10. lib. 5. Recopillationis, gloss. 1. numer. 4.* Nicolaus Garcia, *de Beneficiis, titul. 1. part. 2. cap. 3. num. 1.* Molina, *de justitia, & jure, titul. 3. disputatione 671. num. 5.* Bonacina 2. *tom. disputatione 2. de restitutione, quæstion. 9. part. 2. num. 1.* Azorius 3. *part. institutionum Moralium lib. 5. cap. 10.* Diana 1. *parte, tractat. 2. de immunitate Ecclesiarum, resolutione 36. cum sequentibus*, cum traditis à Barbosa *in collectaneis ad nostrum textum*, & in *juribus suprà adductis*, Morla *in Emporio, titulo de legibus, quæst. 16. n. 21. cum sequentibus.*

Ratio est, quia Ecclesiæ, Ecclesiasticæque perso- 2
næ, ac res ipsorum, non solum à jure humano, quinimo secundum nonnullorum opinionem, etiam Divino, à sæcularium personarum exactionibus sunt immunes, *cap. quamquam, de censibus, lib. 6. cap. convenior, 23. quæst. 8.* & quoniam inferior non potest tollere legem superioris, *capite cum inferior, de majoritate, & obedientia*; nam ea, quæ fiunt à Judice, si ad ejus non spectant officium, viribus non subsistunt, *capit. ea quæ, de regulis juris, lib. 6. leg. final. ff. de jurisdictione omnium judicum*; siquidem, quæ contra jus fiunt, debent pro infectis haberi, *leg. non dubium, C. de legibus.* Quare laici, qui talia tributa in præjudicium immunitatis Ecclesiasticæ audent imponere, sicut & eorum fautores, graviter peccant, & Pharaone peiores videntur, qui legis Divinæ notitiam non habebat; meritò, sub anathematis districtione talia facere prohibentur; & si aliqui id commiserint, & commoniti desistere noluerint, tam ipsi, quàm fautores eorum, excommunicationi se noverint subjacere, nec ad communionem redduntur, donec satisfactionem competentem fecerint; *dicto capit. adversus 7. hoc titul.* Verùm, si quando fortè Episcopus, simul cum Clericis, tantam necessitatem, vel utilitatem perspexerit, cùm laicorum non suppetunt facultates, poterit in illa necessitatis publicæ causa

cauſa ſubſidia præbere; quia in caſibus, qui reſpiciunt pietatem ſeu publicam utilitatem quando imminet extrema neceſſitas, nemo excuſatur *cap. pervenit* 2. *hoc titulo*; nam quod non eſt licitum ex lege, neceſſitas facit licitum, *cap. quod non eſt, de regulis juris, lib.* 6. cum quiſque teneatur patriam tueri, *cap. omni*, 23. *quæſtion.* 8. ſed tutius facient, ſi non eſt tem urgens & extrema neceſſitas, ſi conſulant Pontificem, *dict. capit. adverſus* 7. *hoc tit.*

Primò, obſtat text. *in capit. ſi tributum* 17. 11. *quæſtione* 1. cujus hæc ſunt verba: *Si tributum petit Imperator, non negamus; agri Eccleſiæ ſolvunt tributum: ſi agros deſideret Imperator, poteſtatem habet vindicandorum*: Ex quibus conſtat tributa impoſita ab imperatoribus clericos ſolvere adſtrictos eſſe: ergo ſæculares non poſſunt excommunicari, etiamſi Clericis tributum imponant, cum ad id Principes poteſtatem habeant. Augetur difficultas ex text. *in cap. magnum*, 11. *quæſtione prima, capit. tributum*, 23. *quæſtione octava*, ubi probatur Clericos tributa ſolvere teneri, ad ſimilitudinem Domini noſtri Jeſu-Chriſti, qui tributum ſolvit, *Matthæi capit.* 17. Ergo Clerici non ſunt immunes à præſtatione tributorum ſæcularium. 3

Cui dubio reſpondendum eſt, diſcrimen conſtituendo inter tributa merè naturalia, quæ ſine habitudine ad perſonæ qualitatem, rebus ipſis jure perpetuo inhærent, aſſignato pretio certo, & invariabili, ut ſunt ea quæ proveniunt ex aliquo pacto cenſuali, ſeu feudali, aut emphyteutico; & inter ea tributa, quæ licet rei imponantur, tamen habito reſpectu ad perſonam imponuntur, quod colligitur, ſi pretium certum & invariabile non ſit aſſignatum. Primo caſu tributa rei inhærentia cum ſuo onere ad Clericos tranſeunt, cum tunc non eorum perſona, ſed ipſa res a tendatur; Secundo verò caſu, cum ipſa perſona obligetur; res cum onere ſolvendi tributa non tranſit ad Clericum; docent plures relati à Diana *dicta* 1. *parte, tractat.* 2. *reſolution.* 43. *&* 2. *part. tract.* 1. *reſolution.* 17. unde cum text. *in dicto capit. ſi tributum, dicto cap. magnum*, cum *aliis ſupra adductis*, loquantur de tributis merè realibus, ipſis rebus impoſitis, aſſignato pretio certo, & invariabili, per quod cognoſcitur, non eſſe tributum ſtatutum, habito reſpectu ad perſonam, ſed potius ad rem, hac de cauſa, jura illa aſſerunt, Clericos tributa illa ſolvere teneri; ita Abbas *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitutionibus*; Azor. *ubi ſupra, cap.* 13. verſic. *Eſt igitur adnotandum*: Morla *in Emporio juris titul. de legibus, quæſtione* 16. *numero* 23. Leſſius *lib.* 2. *de juſtitia, & jure cap.* 33. *dubit.* 3. *numero* 19. Bonacina *ubi ſupra*, qua ſolutione, etiam eſt intelligendus text. *in capit. ſancitum* 23. *quæſt.* 8. ubi ſtatutum eſt, Clericum ſolvere teneri tributa ſæcularia: & text. *in capit. nuper* 2. *de decimis*; *capite ſecundo, paragrapho caterum, hoc titulo, lib.* 6. ubi exemptus à ſolutione decimarum, tenetur decimas ſolvere, id eſt, ex poſſeſſionibus decimarum ſolitis, poſtea ab eo adquiſitis: & text. *in capit. ea enim* 2. *paragrapho, Item prædium*, 10. *q.* 2. ubi prædio adquiſito Eccleſiæ, quod onus Fiſco ſolvere debebat, ex eo tributum etiam Eccleſia ſolvere tenetur.

Nec huic ſolutioni obſtabit illa *Divi Matthæi* authoritas, *capit.* 17. relata *in dict. capit. magnum, dict. capit. tributum*, ubi dicitur, Chriſtum Dominum ſolviſſe tributum perſonale: ergo ſimiliter ad ejus ſolutionem Clerici ſunt adſtricti: Quia reſpondendum eſt, aſſerendo Chriſtum Dominum noſtrum non ſolviſſe tributum ex eo, quia ad illud ſolvendum adſtrictus eſſet, ſed ad vitandum ſcandalum paſſivum Phariſæorum, quod vitandum eſt, quotics ex ignorantia, vel fragilitate poteſt provenire: de qua re latè diximus, ſupra *in capit. decernimus, de judiciis, num. nono*, quæ omnia in præſenti ſunt repetenda.

Secundò, obſtabit text. *in cap. pervenit* 2. *hoc titulo*, verſic. *Fraternitas tua nullum, per noſtræ, vel Eccleſiæ ſuæ nomen, aut alio modo excuſari à murorum Vigiliis patiatur; ſed omnes ad hoc generaliter compellantur: quatenus cunctis vigilantibus, melius valeat Civitatis cuſtodia procurari*: Ex quibus verbis apparet, nullum Eccleſiaſticum à muneribus perſonalibus excuſari, ſiquidem cuſtodire muros Civitatis, munus perſonale eſt, *l.* 1. §. *perſonalia, ff. de muneribus, & honoribus*; ergo Clerici ſolvere tributa perſonalia ſunt adſtricti. In cujus *text.* difficultate varii varias aſſignant ſolutiones, ut conſtat ex Abbate *in capit. non minus* 4. *hoc titul. numero decimo octavo*, frequentior tamen interpretatio adduci ſolet. quam tradit Gloſſa *in dicto capit.* 2. *hoc titul.* & Gregorius Lopez *in l.* 52. *titul.* 6. *partit.* 7. dum aſſerunt diſcrimen eſſe conſtituendum inter perſonas merè Eccleſiaſticas; & inter alias, quæ Miniſteriis Eccleſiæ inſerviunt, quæ *ſæculares* quandoque dicuntur; nam primo caſu, perſonæ merè Eccleſiaſticæ, nec tempore belli poſſunt cogi vigilare, & Civitatem, aut ejus muros cuſtodire: in ſecundo verò caſu, perſonæ, quæ Eccleſiæ deſerviunt, compelli poſſunt: & ita aſſerunt eſſe intelligendum text. *in dicto capit.* 2. *hoc titulo*. Sed hæc interpretatio ex eo convincitur, quia ſi vera eſſet, text. ille dubitandi ratione caveret. Quare ea omiſſa, verius dicendum eſſe exiſtimo, deciſionem text. *in dicto capite ſecundo, hoc titulo*, procedere in bello aggreſſivo, atque offenſivo; quo etenim caſu, cum unuſquiſque ſuam patriam defendere teneatur, ut ſuprà diximus in decidendi ratione; ideo *ibidem* generaliter afferitur, tempore illius belli, omnes Clericos, abſque diſtinctione teneri vigilare & cuſtodire muros Civitatis: notat Barb. *in collectaneis ad text. in d. c.* 2. *hoc tit. num.* 2. 4

Tertiò, obſtabit text. *in l.* 1. *Cod. de indictionibus*, *lib.* 10. *l. fin. Cod. de exactoribus tributorum, lib.* 10. *leg. de his* 3. *Cod. de Epiſcopis, & Clericis*; ubi probatur Clericos ad ſolutionem tributorum teneri. Sed reſpondendum eſt, jura illa nullam vim authoritatis retinere ex defectu poteſtatis, cum ad id Principes ſæculares, circa perſonas, & res Eccleſiaſticas, nullam poteſtatem habere videantur; *cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitutionibus*: *cap. quæ in Eccleſiarum, eodem tit.* Gloſſ. *verbo Collationibus, in cap. generaliter*, 16. *quæſt.* 1. Panormitanus *in cap non minus* 4. *hoc tit. nu.* 1. Guttierrez *lib.* 1. *pract. quæſt.* 3. *num.* 6. Diana 1. *par. tract.* 2. *reſol.* 39. 5

Quartò, adverſus communem Doctorum ſententiam in præſenti receptam, aſſerentium, hanc Clericorum immunitatem à ſolutione, vel exactione tributorum, provenire à jure poſitivo, non verò à Divino. Ratio eſt, quia ſi à Divino proveniret, id conſtaret ex aliqua novi Teſtamenti authoritate, ſed ex nulla novi Teſtamenti authoritate id conſtat: ergo tantum à jure poſitivo provenit. Deinde, quia ſi à jure Divino proveniret, non poſſet Romanus Pontifex eam auferre, *cap. ſunt quidam*, 25. *quæſt.* 1. *cap. fin. de conſuetudine*. §. *Sed naturalia, Inſtitut. de jure naturali*: ſed Pontifex eam tollere valet, *capit. quamquam. de cenſibus lib.* 6. *capit. negotiatorem, capit. fornicari* 88. *diſtinctione*: ergo ex jure Divino non provenit: de qua re plura adduci poterant; ſed quia inſtituti noſtri non eſt; ideo ea omitto, & remitto ad ea, quæ de hac re latè ſcripſit Morla *in Emporio juris, titul.* 2. *q.* 12. *n.* 13. Sahagun *in capit.* 2. *de judiciis. num.* 13. Covarruvias *in practicis, cap.* 31. *num.* 2. *& lib.* 2 *variarum, capite ſexageſimo.* Menochius, *de arbitrariis, caſu* 430. Obſtabit authoritas *Numerorum, capite tertio*, ubi afferitur fuiſſe à Deo præceptum impoſitum, ut nulli Levitæ ſubjecti eſſent, niſi Summo Sacerdoti, & quod tributa ſæcularia ſolvere non adſtringerentur: ergo immunitas non ſolvendi tributa Clericis videtur conceſſa à Jure divino. Et confirmatur *ex lib.* 1. *Exod. cap.* 7. ubi præcipitur, quod 6

Sacerdotibus, & Levitis nullum vectigal imponatur; & *Geneſ. capite* 47. ubi cum tempore famis cunctorum Ægyptiorum terræ, tributariæ factæ fuiſſent Pharaoni, Joſephus tamen excepit terras Sacerdotum, ſtatuens eas liberas eſſe debere. Ad quorum jurium ſolutionem ſciendum eſt, præcepta veteris teſtamenti, quædam eſſe Judicialia, quædam Moralia, quædam autem Ceremonialia, de quorum diviſione, & expoſitione, latè tractat Covarru. *in practic. cap.* 32. *numero* 2. *& lib.* 2. *variar. capite* 20. *& lib.* 1. *capite* 5. & nos diximus *in capite unico, de purificat. poſt partum*, quæ omnia in præſenti ſunt repetenda; undè ſatisfaciendum eſt prædictis objectionibus, dicendo, authoritates *ſupra* adductas, quæ aſſerunt exemptiones tributorum Clericorum à jure divino provenire, intelligendas eſſe de præceptis judicialibus, quæ obſervabantur in veteri Teſtamento; quæ omnia ceſſarunt poſt Chriſti adventum, nam frequenter aliquid dicere ſolemus à jure Divino provenire, eo quod à veteri lege Divina, aut ab aliqua veteris Teſtamenti auctoritate originem duxit. Quare cum exemptio Clericorum originem habeat à veteri Teſtamento, dici ſolet à jure Divino provenire.

7 Quintò, adverſus hanc ſolutionem, obſtabit illa novi Teſtamenti, & *D. Matthæi* authoritas, *capite* 17. ubi Chriſtus Dominus, cùm ab eo peteretur, ut tributum Auguſto Imperatori ſolveret, Petrum interrogavit, Reges terræ à quibus tributum accipiunt, à filiis, ſuis, an verò ab alienis? Cum reſpondiſſet, ab alienis; intulit Chriſtus: ergo filii liberi ſunt à ſolutione tributorum, ſed ne ſcandalizemus eos, vade ad mare, & invenies piſcem, ex quo monetam deducere poſſis, qua Principi ſatisfacies: unde apparet Clericos, qui filii ſunt Dei, à ſæcularibus tributis ſolvendis à jure Divino novi Teſtamenti liberos eſſe. Sed huic dubio reſpondendum eſt, quod quando Chriſtus Dominus noſter verba illa intulit: *Ergo liberi ſunt filii, & c.* tantum locutus fuit de ſeipſo, ut filio naturali patris, non verò de cæteris Clericis, qui Dei Filii naturales non ſunt, ſed tantum adoptivi; & hac de cauſa dicendum eſt, ſub illis verbis, *Ergo liberi ſunt filii*, Clericos comprehenſos non fuiſſe: ita tenet Bellarminus *capit.* 28. *de Clericis*, verſiculo, *Secundo dico*, Salazar, *de legibus, diſput.* 14. *ſection.* 11. *numero* 119. Adverſus quam ſolutionem obſtat, quod filii adoptivi Regis ſolvere tributa non tenentur: ergo Clerici cum ſint Filii adoptivi Dei ſolvere tributa nunquam erunt adſtricti, *Matt. d. cap.* 17. Sed huic objectioni reſpondendum eſt, conſtituendo diſcrimen inter filium adoptivum corporaliter & inter filium adoptivum ſpiritualiter, nam filius adoptivus Regis ſpiritualiter, id eſt, ſecundũ animam, ſolvere tributũ tenetur; at verò ut adoptivus corporaliter, hoc eſt ſecundũ corpus ſolvere tributum non eſt adſtrictus, unde cum Clerici non ſint Filii adoptivi Dei, quoad corpus, ſed tantum quoad animam, idcirco dicendũ eſt, non eſſe exemptos jure Divino à tributis ſolvendis, ſed jure poſitivo tantum; ita Bellarminus *loc ſupra cit.*

8 Sextò, prædictis obſtat Imperatoris Conſtantini teſtimonium relatum *in capite continua*, 11. *quæſtione* 1. *capite futuram*, 12. *quæſtion.* 1. ubi cum præſideret Conſtantinus Imperator in Sancta Synodo Nicæna 1. Generali, *anno Chriſti* 325. & querelam quorundam Clericorum, coram ſe diſceptandam conſpiceret, hæc verba protulit; *Vos à nemine judicari poteſtis: quia ad Deum ſolius judicium reſervamini*: Ex qua deciſione conſtat, jure Divino prohibitum eſſe ſæcularibus, juriſdictionem ſuam in perſonas Eccleſiaſticas exercere; ergo tributa ſæcularia ſolvere de jure Divino Clerici non adſtringuntur. Sed huic objectioni reſpondendum eſt, quod ex illius authoritatibus non probatur, Clericos de jure Divino eſſe exemptos à juriſdictione ſæculari; ſed tantum aſſeritur, Chriſtianiſſimum Imperatorem Conſtantinum ibi noluiſſe Clericos illos judicare; undè ex eo non ſequitur, talem exemptionem à jure Divino provenire, notat Morla *dict. tit.* 2. *d. juriſd. quæſtione* 12. *nu.* 5. *in fine.*

Advertendum eſt tamen, quod licet emptio Clericorum, in rebus temporalibus, & criminalibus, à jure Eccleſiaſtico ſit producta; tamen in rebus, quæ propriè ſpirituales ſunt, Clerici à juriſdictione Principis ſæcularis, jure Divino immunes ſunt: quæ ſententia ab omnibus recepta eſt, ut docent Menochius, *de arbitrariis, caſu* 249. Garcia, *de nobilitate, gloſ.* 9. *num.* 8. Bobadilla *in Politica: lib.* 2. *capite* 8. *num.* 30. Morla *ubi ſuprà, quæſtion.* 12. *numero* 7. Salgado *de Regia protectione*, 1. *part. capit.* 1. *præludio* 3. *n.* 127. *folio* 35.

Septimò, hucuſque traditis obſtat illud Caroli V. 9
factum, qui Germanum Coloniæ Archiepiſcopum in jus ad ſe vocari juſſit, pro criminibus ipſi objectis: ergo Imperatores in perſonas Eccleſiaſticas poteſtatem habere videntur, & per conſequens dicendum, illis tributa imponere valere. Cui dubio ſatisfacies dicendo, Germanum Archiepiſcopum, ab Imperatore non ut Archiepiſcopum, ſed ut feudatarium ipſius Imperatoris fuiſſe vocatum in cauſa feudali, ex qua ei ſubjiciebatur, tanquam domino feudi, *capite ex tranſmiſſa* 6. *&* 7. *de forma comp.* Idcircò Germanus Archiepiſcopus in cauſa feudali, pro criminibus objectis ab Imperatore in jus vocari potuit. Vel reſpondendum eſt prædictæ objectioni, dicendo, Carolum V. ex authoritate Pontificia obtinuiſſe ex delegatione poteſtatem Cleri & Academiæ Colonienſis; quare rectè potuit Germanum Archiepiſcopum ad ſe in jus vocare, non tanquam ad Judicem, ſed tanquam ad Protectorem, cum hoc non feciſſet authoritate propria, ſed de licentia Summi Pontificis, qui eum ibi ut protectorem conſtituerat; notat Bonacina *dicto* 3. *tomo diſp.* 1. *de cenſuris in Bulla Cœnæ contentis, quæſt.* 16. *ſect.* 1. verſ. *ad factum Caroli V.*

Octavò, adverſus ea, quæ in præſenti commu- 10
niter notant omnes; videlicèt, hanc exemptionem Clericorum, à jure Pontificio provenire; non verò ab Imperatorum poteſtatibus; obſtabit dicere quod ante Concilium Remenſe, ſub Eugenio II. *anno Chriſti* 829. ut habetur inter decreta ejuſdem Eugenii *in* 3. *tomo Conciliorum*, laici Judices, de cauſis civilibus & criminalibus Clericorum cognoſcebant, ut *in l. cum Clericis*, *l. omnes*, cum aliis; *C. de Epiſcop. & Cleric.* & poſtea Imperator Juſtinianus privilegium conceſſit, quod in cauſis civilibus Clerici apud proprios Epiſcopos eſſent conveniendi; ita tamen, quòd ſi Epiſcopi in adminiſtranda juſtitia eſſent negligentes, vel propter aliquod impedimentum de cauſis illis cognoſcere non poſſent, ad Judicem ſæcularem daretur recurſus, *Authentic. ut Clerici apud proprios Epiſcopos primo conveniantur, & poſtea apud civiles Judices, collat.* 6. ergo hæc exemptio Clericorum, quoad temporales res, non à Pontificibus, ſed ab Imperatoribus fuit conceſſa. Pro cujus dubii ſolutione adnotandum eſt, quòd licet tempore primitivæ Eccleſiæ, initium habuiſſet exemptio Clericorum, tam quoad res temporales, & ſpirituales, quàm quoad ſolutionem tributorum ſæcularium; tamen ob perſecutionem, & oppreſſionem, quam eo tempore patiebatur Eccleſia, cognoſci non valet, à quo Pontifice hæc exemptio prius fuiſſet ſtatuta, ſed conſtat ex Concilio Matiſconenſi ſecundo, *capite nono*, prædictam exemptionem ex initio primitivæ Eccleſiæ originem habuiſſe: quamvis ab illo tempore, uſque ad Imperatorem Conſtantinum, qui primus exemptionem Clericis debitam agnovit; in quo ſenſu accipiendus eſt text. *in capite Conſtantinus, nonageſima ſexta diſtinctione*, & poſt Conſtantinum, uſque ad Fredericum II. Imperatores Pagani de facto per tyrannidem, & violentiam juriſdictionem Eccleſiaſticam ſibi vindicabant, de cauſiſque Eccleſiaſticis cognoſcebant: cui violentiæ cum Eccleſia reſiſtere non valeret, Pontifices

eam

eam inviti patiebantur ad vitanda majora mala, ne detrimentum fidei, & Religioni Catholicæ adveniret; & ſic Principibus, non de jure, ſed de facto obedientiam Clerici præſtabant, eorumque leges obſervabant; unde dicendum eſt, text. *in d.l.cum clericis, & d.l.omnis*, cum ſimilibus *ſupra* adductis, procedere eo tempore, quo imperatores per violentiam, & tyrannidem de cauſis Eccleſiaſticis cognoſcebant: cui violentiæ ſtatim, atque Eccleſia reſiſtere potuit, leges illas irritavit, declarando nullam vim ex defectu poteſtatis obtinuiſſe, Eccleſiaſticiſque Judicibus ad id formam erexit, *in capit. bene quidem, capit. ſi Imperator*, 96. *diſtinct. capite primo*, cum *ſeq.* 11. *quæſtione prima*, & poſtea noviores Pontifices contra laicos aliud ſtatuentes, ut conſtat ex text. *in cap.non minus* 4.*cap.adverſus*,7.*hoc tit.*

Nec ſolutioni obſtat text. *in d. Authentic. ut Clerici apud proprios Epiſcopos, coll.* 6. ubi Imperator Juſtinianus, qui Catholicus fuit ſtatuit, quod judices Eccleſiaſtici in aliquibus cauſis, & caſibus, tantum de perſonis Eccleſiaſticis cognoſcerent. Quia reſpondendum eſt, quod licet Imperator Juſtinianus Catholicus eſſet, tamen cum nondum perfectam cognitionem exemptionis Clericis debitæ habuiſſet, idcirco, per errorem & ignorantiam, ſine legitima cauſa, multa circa illam conſtituit; quæ omnia ex defectu poteſtatis nullius momenti fuerunt, quia ad illa condenda nullam poteſtatem habuit; *dict. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, cum vulgatis *de conſtitutionibus*; notat Doctor Balboa *in c.decernimus 2.de judiciis,n.*49. ex qua ſolutione etiam eſt intelligendus text. *in Auth. nullus, Auth.ſed hodie. C. de Epiſcopis, & Clericis.*

11 Nonò, ſolutioni obſtat text. *in cap. ſi quis cum Clerico* 45. 11. *quæſtion.* 1. ubi idem probatur, quod ſtat *in dict. Authent.ut Clerici, collat.* 6. Ergo quod jure Civili ſtatutum eſt circa exemptionem Clericorum, jure Canonico etiam obſervatur. Cui difficultati reſpondendum eſt, conſtituendo diſcrimen inter conſtitutiones in Decreto inſertas, quæ ſunt à Pontifice, vel Concilio approbatæ; & inter conſtitutiones, quæ licet in Decreto ſint ſcriptæ, tamen approbationem Pontificis, ſeu alicujus Concilii non habent. Primo caſu, vim juris Canonici retinent: Secundo verò, neutiquam: undè cum text. *in dict. cap. ſi quis cum Clerico*, à Gratiano, ex authoritate Pontificia, non fuiſſet tranſcriptus, ſed potius ex conſtitutionibus civilibus, ut ex integra *ipſius text.* conſtat; ideò dicendum eſt, nullam vim Canonicam obtinere; ut notat Thomas Sanchez *lib.*3. *de matrimonio, diſput.*87.*num.* 33. Nec huic ſolutioni obſtat text. *in capite decernimus ſecundo, de judiciis*; ex quo apparere videtur Clericos à juriſdictione ſæculari, uſque ad tempus illius novæ conſtitutionis non fuiſſe exemptos; & id videtur denotare verbum illud, *Decernimus*, quod jus novum inducit, ut in *eodem text.* retulimus. Quia reſpondendum eſt, verbum illud, *Decernimus*, ibidem accipi pro declaratione juris veteris, ut in *c. audientiam, de Clericis non reſidentibus.* Ratio eſt, quia ante tempus prædictæ conſtitutionis, idem ſtatutum erat à Caio Pontifice, *in cap.* 1. 11.*quæſtion.* 1. *anno Chriſti* 283. & à Marcellino *in cap. Clericum, eadem cauſa, & quæſt. anno* 296. & in *cap. futuram*, 12.*quæſt.*2.*anno* 324. *& in cap.bene quidam* 96. *diſtinction. anno* 498. Tum etiam, quia ex ſubjecta materia, plerumque diſceditur à propria verborum ſignificatione, & ad minus propriam tranſire ſolemus; *leg. Pater Severinam*, §. *conditionum verba, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus, l. non aliter, ff. de legatis* 3.

12 Decimò, prædictis obſtat Epiſtola *Divi Petri, cap.* 2. & Epiſtola *Divi Pauli ad Romanos, capite decimo tertio*, & Actuum Apoſtolorum, *capit.* 23. Ex quibus authoritatibus conſtat, perſonas Eccleſiaſticas ſubjectionem Regibus ſæcularibus præſtare adſtrictas eſſe. Sed reſpondendum eſt, authoritates illas procedere tempore primitivæ Eccleſiæ, quando Imperatores Pa-

juriſdictionem Eccleſiaſticam de facto uſurpatam habebant, Pontificeſque perſequebantur quorum perſecutionem multoties fugientes, in ſolitudine montium, in cavernis, & ſpeluncis, & in arborum concavis ſe abſcondebant, ibique Eccleſiam gubernabant decreta, & conſtitutiones condebant; quas de cauſa ob vitanda majora damna, ne fidei, & Religioni Catholicæ detrimentum adveniret, Sancti Patres *locis ſupra citatis*, aſſerunt, perſonas Eccleſiaſticas teneri obedientiam Principibus ſæcularibus præſtare; ſed id non de jure, ſed de facto, ut notant Archidiaconus, Bellamera, Turrecremata *in cap. magnum, in principio* 11. *quæſt.* 1. Bonacina *tom.*2. *diſput.* 10.*circa octavum Decalogi præceptum, quæſt.* 2. *punct.*1. §. 1. *num.*4. verſicul. *Ad ſecundum*; ita ſimiliter eſt intelligendus Sacer text. *Divi Joannis, cap.*19. ubi Chriſtus Dominus dixit Pilato: *Non haberes poteſtatem adverſus me ullam, niſi tibi data eſſet deſuper*: quæ verba ſunt accipienda de poteſtate facti, non juris, hoc eſt, niſi cælitus permiſſum fuiſſet ipſo facto, & opere; quod omne, Dominus noſter cognoſcens, verba illa protulit; quæ facti poteſtas propriè convenit tyrannis principibus, Azor. *ubi ſupra, dict. capit.* 12. verſiculo *Supereſt*, quare cum ex dictis conſtet, exemptionem Clericorum à poteſtate ſæcularium, ex tempore primitivæ Eccleſiæ illis competere, juſta de cauſa in *noſtri text.* ſpecie gravibus pœnis ſtatutum fuit, ne Principes ſæculares poſſint imponere tributa perſonis Eccleſiaſticis, aut eorum bonis, ut *ſupra* retulimus.

Ad textum in c. Inter alia 6. cap. Cum Eccleſia Dei 5. capit. Quia plerique 8. c. Immunitatem 10. de Immunitate Eccleſiarum.

SUMMARIUM.

1 *Reus criminis ad Eccleſiam confugiens, non eſt violenter ab ea contrahendus, nec inde ad mortem, vel ad pœnam corporalem damnandus eſt: tamen aliter legitimè puniendus eſt: publicus tamen latro vel nocturnus depopulator agrorum, ab Eccleſia extrahi corporaliter, & puniri poteſt, ſervus verò fugiens ad Eccleſiam pra timore Domini ſui, eſt Domino de ejus impunitate juranti reſtituendus.*

2 *Immunitas Eccleſiarum an originem ſumat à jure divino, an vero à poſitivo.*

Facilitas venia incentivum prabet ad delinquendum.

Domini non debent ſupra modum ſævire in ſervos ſuos.

3 *Delicta non debent manere impunita, nec privilegium Eccleſiæ debet eſſe occaſio delinquendi.*

4 *Eccleſia Dei, domus orationis eſt, non ſpelunca latronum.*

5 Cap. immunitatem, fin. de immunitate Eccleſiarum.

Immunitate Eccleſiarum non gaudet qui in ea delictum commiſit; nam fruſtra legis auxilium quærit, qui committit in legem.

6 Cap. 1. de homicidio.

Homicida proditori immunitas Eccleſiaſtica non favet.

7 Cap. frater, 17. quæſt. 4. *ſacrilegus immunitate Eccleſiaſtica non gaudet.*

8 Cap. 1. de homicidio, lib. 6. *Aſſaſſini immunitate Eccleſiaſtica non gaudent.*

Aſſaſſini, qui dicantur?

9 Authent. de mandatis Principum, §. Sed neque *verſ.* Neque autem.

10 Cap. inter alia 6. *verſicul.* juxta ſacrorum ſtatuta

Canonum, de immunitate Ecclesiarum.

11 Cap. de raptoribus, 36. quæstion. 1. cap. inter alia, vers. Sed Rectores Ecclesiarum, *cum* cap. id constituimus, *vers.* De morte, & de libertate, 17. quæstione 4.

12 Cap. uxor Felicis, 17. quæst. 4.

13 *Immunitati Ecclesiasticæ renunciari non potest: meritò post renuntiationem, ab Ecclesia extrahi reus non potest.*

CONCLUSIO.

1 REus criminis, *ad Ecclesiam fugiens non est violenter ab ea extrahendus, nec inde ad mortem, vel ad pœnam corporalem damnandus est; tamen aliter legitimè puniendus erit, publicus tamen latro, vel nocturnus depopulator agrorum, ab Ecclesia extrahi corporaliter, & puniri potest. Servus verò fugiens ad Ecclesiam, timore Domini sui, est Domino, de ejus impunitate juranti restituendus.* Comprobat text. *in capit. Ecclesiæ* 9. *capite immunitatem, fin. hoc titul. capite si quis in atrio* 7. *capite miror* 8. *capite rerum* 9. *capite frater* 10. *capite nullus* 19. *capite si quis contumax* 20. *capite constituit* 31. *capite metuens* 32. *capite definivit* 35. *capite constituimus* 36. *capite reus ad ecclesiam*, cum aliis, 17. *quæst.* 4. *capite reos* 7. 23. *quæst.* 5. *capite de raptoribus*, 36. *quæstion.* 1. Tridentin. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 20. *l.* 1. *&* 2. *præsenti, Cod. de his qui ad Ecclesiam confugiunt; Authentico, de mandatis Principum*: §. *Neque autem, collat.* 3. *l.* 1. *Cod. de his qui ad statuas confugiunt; l. placet Cod. de Sacrosanctis Eccle.* 2. 3. *&* 4. *titul.* 11. *part.* 1. *l.* 2. *titul.* 2. *lib.* 1. *Recopilationis.* Exornant præter ordinarios *in præsenti* & in *titul. Cod. de his qui ad Ecclesiam confugiunt*, Villalobos *in summa*, 2. *part. tractatu* 39. *difficultate* 4. *usque ad octavam*: Covarruvias *li.* 2. *variarum*, *capite* 20. Navarrus *in manuali, capit.* 25. *numero* 17. Petrus Gregorius, *lib.* 33. *Syntagmatum, capite* 21. *& in partitionibus, lib.* 1. *titul.* 4. *& de Republica, lib.* 13. *capit.* 22. Anastasius Germonius *de Sacrorum immunitatibus, lib.* 1. *capite* 15. Antonius Augustinus *in Epitome, lib.* 13. *tit.* 17. Antonius Gomez, *lib.* 3. *variarum, capite* 10. Paz *in praxi* 5. *part. tom.* 1. *cap.* 3. §. Placa, *de delictis, cap* 34. *numero* 5. *Duennas, regula* 228. Guttierez *lib.* 1. *practicarum quæst.* 1. novissimè Carrasco *in Recopillatione, cap.* 3. Farinacius, *in practica criminali quæst.* 28. *n.* 1. Idem *in tractatu de immunit. Eccles. per tot.* cum traditis à Cenedo *in Collectaneis ad Decret. Collect.* 54. Barb. *in Collectaneis ad nostrum textum.*

2 Ratio est, quia immunitas Ecclesiarum originem sumpsit à jure divino, ut constat *ex lib.* 3. *Regum, cap.* 2. ubi Joab fugit in tabernaculum Domini, *Deuteronomii, cap.* 5. *Numerorum* 33. *vers.* 3. *Josue, cap.* 20. *vers.* 2. de quibus mentio habetur *in cap. illa*, 15. *quæst.* 1. quibus authoritatibus nonnulli existimarunt Ecclesiarum immunitatem esse de jure divino; ut testatur Remigius, *in tractatu de immunitate Ecclesiarum, suppositione* 2. *numero* 5. Sed verius est hodie in Ecclesiam Dei positivo jure id statutum confugientibus, & concessum esse; nam, & si in veteri Lege præcepta illa fuissent, tamen leges veteris Testamenti, adventu Christi expirarunt, *cap. translato, de constitutionibus*, ubi latius diximus; & *in capite* 1. *de purificatione post partum*: meritò enim cum nulla lege Evangelica id sit statutum; dicendum est à jure positivo tantum provenire, cùm hæc immunitas ad judicialia præcepta pertineat, quæ etsi post Christi mortem cessaverint, possunt tamen authoritate Pontificis revivisscere (ut diximus *in capite* 1. *de purificat. post partum*;) nam si veteres, quibus nulla Dei cognitio erat, Aris, & Templis suis hanc reverentiam præstabant, nam apud Athenienses Ara erat misericordiæ, à qua nemo extrahi poterat; notat *Statius lib.* 12. *Thebaidos*, apud quos Asyla erant; quæ sacra loca appellabantur, unde fas non erat quenquam rapere; meminit Augustinus, *de Civitate Dei, capite* 34. & text. *in l. quis sit fugitivus* §. *apud Labeonem, ff. de Ædilitio edicto præfecto*, ubi latè Budæus: *l.* 1. *ff. de officio præfecti urbis*: Mirum non est, sancitum esse apud Christianæ Religionis cultores, ut Ecclesiis immunitas illa custodiatur; nam si illis in sæculis, quibus vana colebantur simulacra, & idola, id juris concessum fuit, quantò magis huc honor, & reverentia sacrosanctis Ecclesiis debetur; siquidem immunitas confugientium ad Ecclesiam, introducta est ob honorem & reverentiam Dei, charitatem, & pietatem proximi; nam cum Ecclesia, quæ domus orationis Dei est, debet etiam esse tutela refugii, *capite cum Ecclesia* 5. *hoc titul.* nam si fugitivus ad amicum, præsumat posse procul dubio ejus intercessione veniam delicti promereri: quanto magis, qui ad Ecclesiam fugit, venia dignus est; siquidem Dei fiduciam habens, quærit, ut pro ejus amore ei venia tribuatur, *capite miror*, 17. *quæst.* 4. Quare rectè in præsenti docemur, reum ad Ecclesiam confugientem, non esse ab ea extrahendum, nec inde ad pœnam, vel ad mortem damnandum, ut honor Dei, ejusque Sanctorum conservetur, *cap. reum*, 17. *quæst.* 4. Verùm, qui aliquando est injusta misericordia, nec justum sit uni parcere, & multos ad crimina adducere, cùm facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi, ut docet Div. Ambrosius, *in capite est injusta.* 23. *quæst.* 4. *l. aut facta, in fine, ff. de pœnis*; justa de causa, si fuerit publicus latro, vel nocturnius depopulator agrorum, qui ad Ecclesiam confugit, ab ea extrahi, & puniri potest; *capite sicut antiquitus*, 17. *quæst.* 4. quæ est vera decidendi ratio ad secundam *nostri text.* partem; & quis sit publicus latro, vel nocturnus depopulator agrorum, docet Abbas *in præsenti*, 2. *notabili*, Hostiensis, & Innocentius. Denique decidendi ratio ad tertiam *nostri text.* partem, ea est, quia Dominorum potestatem in servos suos illabatam esse oportet; nec cuiquam hominum jus suum detrahi, *l. si Dominus, ff. de his qui sunt sui, vel alieni juris*, §. *fin. Instit. eodem.* nec servus, prætextu Ecclesiæ debet fraudare, vel comtemnere Dominum, *capite metuentes*, *quæstione* 4. Sed quoniam Domini non debent supra modum sævire in servos, §. *Sed hoc*, *Instit. de his qui sunt sui*, ideò, ut tam Domino, quàm servo qui ad Ecclesiam confugit consulatur; justa ratione in *text. nostro* statuitur, quod si servus ad Ecclesiam, timore Domini, confugerit, postquam de impunitate sua Dominus Clericis juramentum præstiterit redire compellitur, alioquin à Domino invitus poterit occupari; *capite statuimus*, 17. *quæst.* 4.

3 Primò dubia redditur *nostri text.* conclusio ex eo, quia, & si Innocentius III. *in ejus principio* affirmet, hanc immunitatem, juxta sacrorum Canonum statuta, & legum traditiones esse constitutam, attamen utriusque juris regulis immunitas hæc repugnat, quibus diligentissimè cavetur, ne delicta maneant impunita, *capite paratus*, 23. *quæstion.* 1. *l. ita vulneratus*, *ff. ad legem Aquiliam*, *l. si servus*, *ff. de interrogatoriis actionibus*, facilitas enim veniæ incentivum tribuit delinquendi, *capite est justa, in fine*, 23. *quæst.* 4. nihil enim est infelicius felicitate peccantium; quâ pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hostis interior roboratur; verba sunt Augustini *in capite paratus, in fine*, 23. *quæst.* 1. nec privilegium Ecclesiasticum debet esse alicui occasio delinquendi, *capite fin. hoc tit. cap. de raptoribus*, 36. *quæst.* 1. At sic est, quod per Ecclesiarum immunitatem, nihil aliud efficitur, quàm ut delinquentes pœnis debitis non puniantur, ex quo etiam occasio illis facilius peccandi tribuitur: ergo non rectè in præsenti docemur, reos criminis non esse ab Ecclesia extrahendos. Sed huic dubio respondendum est, facendo verissimum esse juxta utriusque juris regulas, delicta non debere manere impunita: nec contrarium in *text. nostro* decisum est; in eo namque justa ratione Pontifex

4

5

statuit

ſtatuit reum legitimè puniendum eſſe in id, quod iniquè fecit, hoc eſt pœnis pecuniariis, ut rectè interpretatur Gloſſ. *in præſerti*, verba, *Puniendos*; ſed ob reverentiam Eccleſiæ debitam, reo indulgetur, ne ad mortem, vel ad pœnam corporalem damnari poſſit: nec mirum, quod ſalem his pœnis non puniatur, qui ut veniam impetraret, ad domum Dei, quæ eſt tutela refugii, ſe contulit, ut ex aliis juribus *ſupra* adductis in decidendi ratione apparuit.

4 Secundò, difficilis redditur concluſio *noſtri textus* ex eo, quod Eccleſia Dei, ſecundùm Evangelicam veritatem, Domus orationis eſſe debet, non ſpelunca latronum: *cap. cum Eccleſia 5. hoc titulo.* Si enim Chriſtus Dominus noluit tolerare ementes & vendentes in Eccleſia; ſed eos ab ea ejecit, *cap. ejiciens*, *cap. quoniam*, 88. *diſtinct. cap. multis*, 1. *quæſt.* 3. Quanto magis nolet in ipſius Eccleſia receptare latrones, homicidas, & ſimiles, ne exinde Domus orationis, malefactorum receptaculum, & ſpelunca latronum fiat: ergo nullo modo tales in Eccleſia recipi debent, nec ejus ſuffragio defendi; imo totaliter ſunt extra Eccleſiam ejiciendi, & poteſtati judicis ſæcularis tradendi. Sed reſpondendum eſt, quod ex illa authoritate, *Domus mea, domus orationis vocabitur*, quæ refertur *in cap. cum Eccleſia hoc titulo*, non deducitur, reos fugitivos in Eccleſia admitti non debere: nam Dominus negociatores ejecit à Templo, & menſas nummulariorum evertit, quia talia negotia difficulter fiunt ſine peccato, difficile enim eſt inter commercium ementium vel vendentium, non intervenire peccatum; ut refert textus *in cap. qualiter*, *cap. quoniam*, *de Pœnitentia*, *diſtinctione* 5. Quæ ratio locum non habet in fugientibus ad Eccleſiam cauſâ refugii, nam licet deliquerint extra Eccleſiam non tamen peccant ſe conferendo in Eccleſiam, nam Eccleſia nemini claudit gremium, & hominibus eſt liberalis, *capite ſuper eo*, juncta ejus Gloſſa *de hæreticis*, *libro ſexto*, docet Remigius *ubi ſupra num.* 10. *in fin.*

5 Tertiò, prædictis obſtat textus in *cap. fin. hoc titulo*; ubi cavetur homicidas, & alios reos, qui in ipſis Eccleſiis, vel eorum cœmeteriis crimina committere non metuerunt, privilegio immunitatis gaudere non debere: ex cujus reſponſione deciſione noſtra labefactari videtur; ſiquidem abſolutè fatemur reos criminis, ab Eccleſia extrahi non poſſe, niſi in caſibus *in præſenti* exceptis: ergo non rectè hucuſque diximus, immunitatem Eccleſiarum omnibus, præterquam *in text. noſtro*, exceptis concedi debere. Sed reſpondendum eſt, non poſſe delinquentes in Eccleſia ejus immunitate gaudere. Ratio potiſſima ex prædictis deſcendit; nam cum Eccleſia, tutela refugii ſit, indignus eſt Eccleſiæ auxilium habere, quia intra eam deliquit, cùm injuriam Templo inferat, nam fruſtra legis auxilium quærit qui committit in legem, *cap. quia fruſtra* 14. *de uſuris*; præterea, quia cùm in Eccleſia delinquatur, ea fiducia, & ſpe deliquiſſe videtur, ut ab ipſa Eccleſia defenderetur; alioquin crimen non committeret; ex quo quidem gravis Eccleſiæ injuria irrogatur, ab ea ſumens delinquendi occaſionem. Ideò juſta de cauſa deciſum eſt *in dicto cap. ultimo*; *hoc titul.* Eccleſiæ privilegium non prodeſſe his, qui in Eccleſiis ipſis delinquunt: quo quidem ſe ipſos indignos faciunt, *cap. frater*, *cap. ad Epiſcopos*, 17. *quæſt.* 4. Nec tunc obſtat deciſio noſtra, ubi duo tantum excipiuntur caſus; nam ideo ibi iſtius non fit mentio, quia Innocentius III. Conſultus à Rege tantum fuit de his qui ad Eccleſias confugiunt, qui ſcilicet extra eas delicta perpetrarunt, & poſt commiſſa, in Eccleſias ſe conferunt, atque ideo reſcriptum Pontificis in illo caſu verſatur: & ideò exinde non negatur, quòd in Eccleſia delinquens ejus immunitate gaudere non debeat, ut in *dict. c. ultimo*, *hoc tit.* notat Covar. *lib.* 2. *variarum*, *dict. capit.* 10. Barbol. plures referens *in Collectaneis, ad eundem textum numer.* 3.

Quartò, deciſioni *noſtri text.* obſtabit text. difficilis, *in cap.* 1. *de homicidio*, deductus ex *cap.* 21. *Exodi*: ubi cavetur, quod ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab Altare Domini evelli debet, ut moriatur: cujus equidem occaſione, omnia hucuſque dicta infringi videntur; ſiquidem Eccleſiaſtica immunitas, non ſubvenit homicidæ, ac per conſequens non rectè in *textu noſtro* docemur, quoſcumque reos criminis, præter *ibidem* exceptos, immunitate Eccleſiaſtica gaudere; nam cùm textus noſter duos tantum caſus excipiat, regulam in contrarium ſupponit, ac proinde cæteros omnes eſſe admittendos, argumento textus *in leg. nam quod liquida*, *digeſt. de penu legata.* In cujus textus difficultate, Covarruvias *dict. lib.* 2. *variarum capit.* 20. *numer.* 8. affirmat, homicidam proditorem, quivè alium inſidioſè occiderit, ab Eccleſia invitus, vel publica vi, ad punitionem criminis abduci poſſe; dicitur autem proditor homicida, qui Hiſpano ſermone dicimus, *A traiçion*, *y alevoſamente* aliquem occidere. Verum Panormitanus in *text. noſtro*, etiam hujuſmodi homicidam ab Eccleſia invitum abduci non poſſe affirmat, ea nimirum ratione, quia noſtri text. regulæ tales caſus non excipit, cujus opinionem ſequuntur Enriquez, *in cap. ultim. hoc titulo columna* 2. & Albericus, *in cap.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 69. *de hæreticis*, *lib.* 6. & pro interpretatione ad textum *in dicto capite primo*, *de homicidio*, varias adducit ſolutiones. Prima eſt, ut *textus* ille loquatur ſecundum antiqua jura veteris Teſtamenti, cum ſit deductus *ex dict. cap.* 21. *Exod.* juxta quam legem talis homicida immunitate non gaudebat; & conſtat *ex lib.* 3. *Regum*, *cap.* 2. & ſic afferunt illius *text.* deciſionem intelligendam eſſe de occidente aliquem proditoriè in Eccleſia ipſa, qui immunitate caret, *dict. cap. fin. hoc titulo*, aliàſque plures ſolutiones refert Abbas *ibidem*, Covarruvias omnino videndus, *dict. lib.* 2. *variarum cap.* 2. *num.* 8. qui Abbatis ſententiam impugnat. Quare his, & aliis omiſſis, pro vera interpretatione ad textum *in dict. cap.* 1. *de homicidio*, verè dicendum eſt, proditorem homicidam (de quo *ibi*) immunitate Eccleſiaſtica non gaudere, juxta opinionem Covarruvias *ubi ſuprà* quâ omiſſâ, non obſtat *noſtri text.* regula; nam etſi hujuſmodi caſus *ibidem* expreſsè non excipiatur, tamen adhuc ex ejus decidendi ratione exceptus nihilominus apparet ex eo quod in *textu noſtro* ideò excipiuntur ab ejus regula publicus latro, & nocturnus depopulator agrorum, quia illi (ut ibi dicitur) aggreſſionibus, & inſidiis obſident: ibi namque Pontifex ſingulariter conſideravit inſidias, quæ quidem adeò tam grave crimen inducunt, ut tàm leges, quàm ſacri Canones impunè inſidiantem occidere permittant, *leg.* 1. & 2. *Codice quando liceat unicuique ſine judice ſe vindicare*: *cap. cum homo*, 22. *quæſt.* 5. *cap.* 2. & 3. *de homicidio*, notat Gloſſ. *in præſenti*, verbo, *Publicus latro*: quapropter, qui inſidias paraverit, ob tanti criminis gravitatem, Eccleſiaſtica immunitate privatur, *leg.* 3. *de juſtitia*, & *jure*: ibi, *Hominem homini inſidiari nefas eſt*: ac ſi diceret, graviſſimum eſt crimen, & contra omnem omnino naturalem rationem. Unde cùm *in dicto capite primo*, *de homicidio*, agatur de eo, qui per induſtriam, & inſidias alium occiderit, nihil mirum, quod in tali caſu homicida Eccleſiæ immunitate non gaudeat: notat Barboſa, plura, & plures referens *in Collectaneis ad textum in dict. cap.* 1. *de homicidio*, *num.* 2. Guttierrez *in practicis*, *lib.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 7.

6

Quintò, impugnatur deciſio noſtra, ex textu *in cap. frater*, 17. *quæſtione* 4. in cujus ſpecie proponitur, quod ſi quis ſacrilegii crimen commiſerit, non debet Eccleſiaſtica immunitate gaudere; nam, ut ibi inquit Pontifex, non debet jure ad ſupplicandum admitti qui admittere ſacrilegium non dubitavit; en igitur

7

ciem, in qua præter casus exceptos in nostra decisione, alter casus invenitur, quo Ecclesiastica immunitas reo denegatur, ac per consequens regula *nostri textus* corruere videtur. Sed in hac difficultate verissimè dicendum est; Ideò sacrilegium immunitate Ecclesiastica privari, quia sicut is, qui in Ecclesia delinquit, indignum se facit, ut Ecclesiæ privilegio adiuvetur; ita similiter, qui sacrilegium committit indignum se facit; quia jus Ecclesiæ violare videtur, & similiter in Ecclesiam delinquere: juxta textum *in cap. ad Episcopos*, 17. *quæst.* 4. Meritò nihil mirum, quod sacrilegus immunitate Ecclesiæ non gaudeat; siquidem contra ipsam Ecclesiam, & contra Deum peccare videtur, *cap. sicut qui Ecclesiam*, 17. *quæst.* 4. notat Turrecremata, *in dict. cap. frater*, Remigius *in tractatu de immunitate Ecclesiarum*, *fallentia* 34.

8 Sextò, prædictis obstabit textus *in cap.* 1. *de homicidio, lib.* 6. Ex quo probari videtur, eos, qui assassinorum crimen committunt, immunitate Ecclesiastica non gaudere; siquidem ibi decidit, quod tales delinquentes, tanquam Christianæ Religionis æmuli, perpetuò sint à toto Christiano populo diffidati. Ex quo omnes Interpretes colligunt, tale assassinorum crimen perpetrantes, Ecclesiastica immunitate privari; at sic est, quod hujusmodi crimen in *nostri textus* regula non excipitur: ergo jam dantur alii casus præter exceptos in nostra decisione, in quibus Ecclesiarum immunitas malefactoribus non favet. Pro cujus difficultatis solutione adnotandum est, assassinos, secundum plurium sententiam quam refert Covarruvias *dict. lib.* 2. *variarum cap.* 20. *numer.* 9. esse quoscumque, qui pecunia, aliove pretio conducti homines occidunt percutiuntvè, ut explicant Dominicus, Ancharranus, & Imola, *in dict. cap.* 1. *de homicidio*, *lib.* 6. eosque non gaudere immunitate Ecclesiastica, asserunt fere omnes, *in dict. capit.* 1. *de homicidio*, *lib.* 6. etsi contrarium tenent Panormitanus, & Innocentius *in præsenti*, moti ex regula *nostri textus*, in qua tales non excipiuntur. Pro quorum conciliatione, & vera interpretatione textus in *dicto cap.* 1. *de homicidio*, *lib.* 6. sciendum est, assassinos propriè dici, quosdam infideles, sub Principe pariter infideli, à quo ita edocti, & instructi erant, ut quos ille occidere jussisset, facillimè occiderent, arbitrantes ex hoc mandato Principis, mortem non esse timendam, nec ullam pœnam, ob illud crimen post obitum passuros, imò se obsequium præstare Deo opinabantur; ut observat Covarruvias *dict. lib.* 2. *variarum cap.* 20. *numer.* 10. Guttierrez, *in practicis*, *lib.* 3. *quæst.* 7. *num.* 2. *&* 3. Barbosa *in Collectaneis ad textum in dict. cap.* 1. *de homicidio*, *lib.* 6. *num.* 24. quò factum est, ut apud Christianos admissi frequenter fuerint, ut audaciter pecunia conducti, quempiam occiderent: ex quo descendit, hoc nomine *assassinorum* appellari etiam quoscunque Christianos, qui pecunia conducti aliquem hominem occidunt, patiquè omnes pœnas relatas *in dict. cap.* 1. *de homicidio*, *lib.* 6. notat Covarruvias *ubi supra*. Sed ea interpretatione non obstante, verius dicendum est, decisionem textus *in dict. cap.* 1. *de homicidio*, *lib.* 6. constitutam tantùm fuisse adversus Christianos, qui opera & ministerio eorum utebantur, qui *assassini* propriè dicebantur, non si Christiani Christianum aliquem occiderent, ut constat *ex eodem textu* versicul. *Præsertim*. Ex quo manifestè apparet, prædictam decisionem tantùm comprehendere crimen eorum, qui opera assassinorum infidelium utuntur, undè nec in ea decisione infideles ipsi homicidæ comprehenduntur quibus excommunicationis pœna *ibidem* lata convenire nequit; notat Covarruvias *ubi supra*. Ex quibus deducitur immunitatem Ecclesiasticam non subvenire illis, qui verum crimen assassinorum committunt, utendo scilicet opera, & ministerio illo antiquo infidelium, qui propriè *assassini* dicebantur; de quibus intelligendus est textus *in dict. cap.* 1. *de homicidio lib.* 6. notat Remigius *ubi suprà* dum asserit post Covarruvias *ubi suprà numero decimo*, *versiculo septimo*, hodie per Bullam Gregorii XIV. omnes assassinos, cujuscunque generis sint, immunitate Ecclesiastica privari; notat Diana *resolutione Moralium*, 2. *parte tractatu* 1. *de immunitate Ecclesiæ resolutione* 18. de quorum pœnis plura, & plures refert Barbos. *in Collectaneis ad textum in dict. cap.* 1. *de homicidio*, *lib.* 6.

Septimò, obstabit dicere, non solum publicos latrones, vel nocturnos, & agrorum depopulatores, 9
hac immunitate non gaudere; verum etiam adulteros, homicidas, & raptores virginum; ut expressè cavetur *in Authentic. de mandatis Principum*, §. *Sed neque*; versicul. *Neque autem*; nam ut ibi dicitur Templorum cautela, non nocentibus, sed læsis datur à lege: ergo non rectè *in præsenti* duo tantum malefactorum genera excipiuntur; quibus Ecclesiastica immunitas non subvenitur. Verùm respondendum est, quod etsi jure Civili, non solùm excipiantur duo casus, ut in *textu nostro*, sed etiam illo jure permittebatur, ab Ecclesia extrahi homicidas, adulteros, & raptores virginum, *dict.* §. *neque autem*: tamen jus Canonicum, cui in hoc standum est, legem Civilem corrigit, *cap. de raptoribus* 3. 36. *quæst.* 1. ubi raptores virginum immunitate Ecclesiarum gaudent, duoque tantum casus excipit Pontifex *in præsenti*; nec debet privilegium Pontificis, per Imperatoris legem minui; notat Gloss. & Doctores omnes *in præsenti*. Hodie autem attendenda est Bulla Gregorii XIV. quæ incipit, *Cum alias* per quam etiam reus criminis læsæ Majestatis excipitur: conceditque posse extrahi dummodo in his casibus interveniat licentia Episcopi, & extractio fiat cum interventu personæ Ecclesiasticæ, ab eo authoritatem habentis, & extracti carcere Ecclesiastico custodiantur, donec per Episcopum cognoscatur, an talia delicta commiserint; tunc enim appellatione postposita, & absque irregularitatis nota, Curiæ sæculari traduntur; notat Vivian. *ad nostrum textum*.

Octavò, solutioni obstare videntur verba *nostri* 10
textus versic. *Juxta sacrorum Canonum statuta*, *& traditiones legum Civilium*: ex quo videtur probari, jus Canonicum non corrigere, aut emendare velle jus Civile, imò potiùs illud approbare, & confirmare. Cui considerationi multipliciter respondit Abbas *in præsenti*, *num.* 14. *&* 18. & ei magis placet quarta solutio, nempe textum nostrum, quatenus mentionem facit legum Civilium, referendum esse ad leges Codicis, quæ stant sub *tit. Cod. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt*; inter quas leges *illius titul.* & sanctiones Canonicas, asserit nullum versari discrimen: à qua solutione recedit Butrius *in præsenti*, *numer.* 36. eamque impugnare contendit, & aliter solvit dicens, quod sensus *nostri textus* est, Summum Pontificem statuere immunitatem Ecclesiarum, partim juxta Canones antiquos, qui habentur *in* 17. *quæst.* 4. partim juxta leges Civiles; sed Canonum beneficium longe majus est, & nihilominus in hac parte legum beneficium qualecunque, & quantumcunque sit, etiam Pontifex amplectitur, sed quod restrictum est ampliat, & locupletat; quam solutionem, & nostri textus intellectum, tradunt Burius, & Hostiensis *in præsenti*, quam admittendam, & sequendam esse existimo.

Nonò, adversus ea, quæ *in præsenti* notant om- 11
nes, videlicet, ad Ecclesiam confugientes, non solùm ejus privilegio gaudere, ut inviti extrahi nequeant, sed etiam ut inde damnari non possint ad mortem, vel ad pœnam corporalem: nam utroque in casu, Ecclesiæ injuria, & irreverentia fieret, ut constat ex *textu nostro*, versicul. *Nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam*: quod verbum, *ad pœnam*, debet intelligi, de omni pœna corporis afflictiva,

ctiva, veluti mutilationis membrorum, carceris, exilii, nec etiam poteſt damnari ad perpetuam ſervitutem, cum hæ ſint pœnæ corporis afflictivæ, quæ laborioſam ſervitutem inducunt; obſtabit textus *in cap. de raptoribus* 36. *quæſtione* 1. ubi raptor virginis, ad Eccleſiam confugiens licet immunitate Eccleſiæ gaudeat, tamen ad ſerviendum perpetuò ei, cui injuriam intulit compellitur: maximè ſi non habeat unde aliàs damnum redimat. Sed reſpondendum eſt, id eſſe ſpeciale in raptore Virginis propter illius delicti atrocitatem; notat Suarez *de Religione, libro tertio, cap.* 12. *numer.* 6. Abbas, & Archidiaconus *in præſenti.*

Nec adverſus id, quòd ſuprà retulimus, ſcilicet confugientes ad Eccleſiam, nec ad ſervitutem poſſe condemnari, obſtabunt verba *noſtri textus*: ibi: *Sed rectores eorum, ſibi obtinere debent membra, & vitam.* Ex quibus probatur, Clericos, antequam Judici ſæculari donent reos confugientes ad Eccleſiam, debere ab eo, juramento præſtito, impetrare vitam, & membra; *cap. reum*, 17. *quæſtione quarta*, & ſic videbatur dicendum, tantum ſecuros eſſe de pœna mortis, & mutilationis membrorum, non verò de alia corporali pœna ſervitutis, ut *ſuprà* retulimus. Quia reſpondendum eſt, illa *noſtri textus* verba ibi: *Membra & vitam*, non eſſe intelligenda ſimpliciter de impunitate membrorum, ſed etiam de integritate, & impunitate reorum: quaſi textus dicat impetrare debere, ut confugientes, nec in vita, nec in aliquo membro puniantur, id eſt nullam corporalem pœnam patiantur. Quæ ſolutio adiuvatur ex eo, nam ſi verba illa continerent tantum mortem, & membrorum mutilationem, ſequeretur, quod delinquentes, quibus non tam gravis pœna debetur, non gauderent immunitate, ſi omni alia legitima pœna damnari poſſint; quod eſt abſurdum: ſed animadvertendum eſt, quod pœna pecuniaria, ad partis ſatisfactionem, condemnari poterit; ut conſtat ex *textu noſtro*, verſicul. *Legitimè puniendus*; *cap. rerum, cap. ſi quis* 17. *quæſt.* 4. Nec obſtabit textus *in cap. id conſtituimus*; verſicul. *Et de omni pœnarum genere ſit ſecurus*: 17. *quæſt.* 4. quia verba illa ſunt intelligenda, id eſt *corporalium*; quaſi diceret, non poſſe damnari ad exilium, nec ad carceres, nec ad triremes, nec ad perpetuam ſervitutem, cum pœnæ illæ ſint corporis afflictivæ; notat Suarez *lib.* 3. *de Religione, cap.* 12. *n.* 5. & 6.

12 Decimò, adverſus ultimam *noſtri textus* partem obſtabit textus *in cap. uxor*, 17. *quæſt.* 4. Ubi proponitur quendam ſervum villicum, ad Eccleſiam confugiſſe, timore ſui Domini; quem cùm Dominus de Eccleſia extrahere vellet, Pontifex præcepit, ut præſtaret Sacramentum de impunitate; quod cùm Dominus facere vellet, ſervus noluit recipere, dicens ſe juſtam cauſam habere: ſed cùm poſteà redditis rationibus appareret, ſervum in culpa fuiſſe, à Domino fuit incarceratus: cumque uxor ejus, & filia ad Pontificem acceſſiſſent, pro immunitate marito obtinenda, Summus Pontifex eo in caſu immunitatem ſervo non competere declaravit: ex qua deciſione *noſtri textus* ſententia infringi videtur; ſiquidem immunitas Eccleſiæ denegetur ei, qui juſtè illam deprecari videtur. In qua difficultate Remigius *ubi ſuprà, ſollentia* 16. aſſerit ideò hoc procedere, quia de mandato Pontificis maleſactor extractus fuit ab Eccleſia, cumque Pontifex ſupra jus ſit, *cap. propoſuit, de conceſ. præbenda*; ideò nihil mirum, quod in hac ſpecie immunitas delinquenti non ſuffragetur. Verùm hæc interpretatio admitti non poteſt, ex eo, quia etſi Pontifex ſupra jus ſit, tamen nemini jus ſuum tollere intendit. Quare dicendum eſt, ideò ibi immunitatem delinquenti non ſuffragari, quia ipſemet reus ei renuntiare viſus fuit; ſiquidem Sacramentum de impunitate recipere noluit; meritò ut *textus ille* aſſerit, ſibimet imputet, cùm noluiſſet privilegio ſe tueri, quo poterat gaudere; notat *Gloſſa*, verbo, *Imputaret, in dicto capite uxor Felicis, decimo ſeptimo, quæſt.* 4.

Undecimò, adverſus ea, quæ *in præſenti* notant omnes, videlicèt, quod ſi is qui ad Eccleſiam confugit, exeat ab ea ſponte ſua, vel aliorum blanditiis; tunc ſi capiatur, non gaudet immunitate Eccleſiæ: quæ ſententia probatur ex *textu noſtro*, verbo, *Violenter* ex quo ſolummodo prohibetur violenta extractio, quæ non datur in ſponte exeunte facit etiam *textus* per argumentum à contrario, *in leg. pateant*, verſic. ult. *Nec conſentit, in §. Proindè, Cod. de h s qui ad Eccleſiam confugiunt*; Gloſſ. final. *in dict. capite uxor Felicis*, 17. *quæſt.* 4. notat Butrius *in præſenti, num.* 5. & *in cap. fin. hoc titulo num.* 4. Navarrus *in manuali, cap.* 25. *numer.* 71. *in fin.* Obſtabit dicere, quod hæc immunitas principaliter eſt conceſſa loco, hoc eſt Eccleſiæ, non perſonæ; ut conſtat ex *textu noſtro*, & ejus decidendi ratione *ſuprà* adducta; & ideo etiam ſi ſecundariò immunitatis commodum Tertio competat, ad eo renuntiari non poteſt, nec expreſsè, nec tacitè; *cap. ſi diligenti, de foro competenti*; ubi notant Doctores omnes, *leg. ſi quis in conſcribendo Codice de pactis*: *leg. ſi quis in conſcribendo* 51. *Codice de Epiſcopis, & Clericis*; & in terminis tenent Maſtrillo, *lib.* 2. *deciſione* 169. Decianus, *dict. lib.* 6. *criminalium, cap.* 26. *num.* 12. Sed reſpondendum eſt, diſtinctione adhibita, quod ſi is, qui ad Eccleſiam confugit, & in ea exiſtens immunitati Eccleſiaſticæ verbaliter renuntiaverit, vel etiam in ſcriptis coram notario, tunc talis renuntiatio inutilis eſt, ſi ipſe poſteà pœnitens, ab Eccleſia exire noluerit, vel Eccleſiæ Rector repugnaverit; quoniam hoc in caſu, ſi ab Eccleſia extrahatur invitus, violenter extractus dicetur, contra immunitatem Eccleſiæ, confugiens renuntiare non poteſt; at verò ſi is qui ad Eccleſiam confugit, ſponte, & voluntariè ab eo exierit, non repugnante Eccleſiæ Rectore; tunc ſi extra Eccleſiam captus fuerit, non gaudet ejus immunitate, quia cùm ab ea non fuerit violenter extractus, non fit Eccleſiæ injuria, nec ejus immunitas violatur; docet Marius, *de immunitate Eccleſiarum, libro primo, capite ſexto, paragrapho ſecundo num.* 84. Remigius *de immunitate Eccleſiarum, in præfatione, num.* 13. Farinacius *ubi ſuprà, n.* 304.

Ad textum in *cap. Quia plerique* 8. *hoc titulo de immunitate Eccleſiarum.*

DE materia hujus textus ſuprà ſcripſimus, *in c. cum Apoſtolus* 6. *de cenſibus, n.* 11.

TITULUS L. NE Clerici, vel Monachi, ſæcularibus negotiis ſe immiſceant.

Ad textum in cap. Multa 1. cap. Sacerdotibus 2. 4. & 6. hoc titulo; Ne Clerici, vel Monachi: & ad totum tit. de Poſtulando.

SUMMARIUM.

1 *Monachi, ſeu Canonici Regulares, Clericicè, officium*

cium Advocationis exercere non possunt; nisi utilitas Ecclesiæ, vel mandatum Prælati præcedat.

2 *Advocationis officium inter ea numeratur, quæ sæcularia sunt.*

3 Cap.discipulos 26.de Consecr.distinct.5.

4 Cap. Monachi 35.16.q.1.

5 *Concilium Meldense*, Canon 59. *Concilium Antiochenum*, Canon 12. *Concilium Claromontanum*, Canon 18.

6 Cap.qui vere 12.16.quæst.1.

7 Cap.placuit,16.q.1.

8 Cap.unic.de Syndico, & Actore.

9 Cap.ex parte 2. de postulando.

10 Cap.non magnopere 3. Cap.super specula 10. ne Clerici,vel Monachi.

11 Cap.ex literis,1.de officio judicis.

12 Cap.1. de postulando.

CONCLUSIO.

1 MONACHI, *seu Canonici Regulares*; *Clerici*vè, *officium Advocationis exercere non possunt, nisi utilitas Ecclesiæ, & mandatum Prælati præcedat.* Quæ conclusio comprobatur ex textu *in capit. multa* 1. *cap. non magnopere* 3. *capit. secundum* 6. *cap. super specula* 10. *hoc titulo ne Clerici vel Monachi*: *cap.* 1. *de officio Judicis*; *cap.* 1. *cap. ex parte* 2. *capit. cum Sacerdotis* 3. *de postulando*: *c. unico*, *de Syndico*; *c. Monachi* 35. 16. *quæstione prima*, *capite cum Joannes*, *& Antonius* 22. *de sententia*, *& re judicata*; *capit. olim* 9. *de accusationibus*; *c. de præsentium* 20. 16. *q.* 1. *Clementina Religiosus* 3. *de procuratoribus*; *capit.* 1. *& 2. ne Clerici vel Monachi*, *li.* 6. Concilium Tridentinum, *sessione* 22. *de reformatione*, *c.* 1. Illustrant Barbosa *lib.* 1. *de jure Ecclesiastico*, *c.* 40. *numero* 83. *& c.* 43. *de statu Regularium*, *numero* 41. Salcedo *in praxi Canonica*, *capit.* 63. Gibalinus, *de clausura Regularium*, *disquisitione* 2. *c.* 2. §. 3. Majolus, *de Irregularitate*, *li.* 2. *c.* 5. *numero* 13. Osualdus, *lib.* 18. *commentariorum*, *litera M.* Chassaneus, *in Catalogo gloriæ mundi*, *part.* 7. *consideratione* 29. *& part.* 10. *consideratione* 21. *& parte* 12. *consideratione* 20. *&* 34. Gratianus *disceptationum forensium*, *capit.* 57. *numero* 74. Thomas Sanchez, *in præcepta Decalogi*, *tomo secundo lib.* 6. *c.* 13. *numer.* 2. Domin. Doctor Joannes de Larrea, *parte secunda allegationum Fiscalium*, *allegation.* 86. *numer.* 2. *& sequentibus*, Marta *de jurisdictione*, 4.*part. centuria secunda*, *casu* 116. ubi latè.

2 Ratio est, quia officium advocationis inter ea numeratur, quæ sæcularia sunt, ut patet ex *nostro titulo*, & licet officium pietatis nominetur, quod ab omnibus exerceri debet, tamen si aliquid in contrarium est propositum à jure Canonico, illud debet observari: ideoque, cum Clericis, Monachis, & Canonicis Regularibus sit prohibitum, duplici ratione, non debet per eos exerceri, quia valdè indecens est, Monachos, & Clericos, qui suis debent obedire majoribus, se immiscere negotiis sæcularibus, lucro inhiantes, velut peritos disceptationum sæcularium, & avaritiæ notam sibi comparantes, *capit. unico*, 15. *quæstione secunda*, & se immiscere eisdem officiis, *capite quanto* 7. *de officio Ordinarii*; cum debeant esse omnino diversa, & separata ministeria Ecclesiasticorum, & Laicorum, *leg. repetita*, §. *Absurdum*, *Codice de Episcopali audientia*: *leg. placet* 17. *Codice eodem*; *leg. consulta Divalia*, *Codice de testamentis*;*capit. doctos* 21. 16. *quæstione* 1. Concilium Tridentinum, *sessione* 22. *de reformatione capite primo.* Unde ne avocentur Clerici, & Monachi à Divinis Officiis, eis non licet postulationibus inservire, *capite Cyprianus* 4. *capit. his qui* 6. 21. *quæstione tertia*, Zabarella *in dict. cap.2.de postulando*, *numero* 1. *&* 2. Et hac consideratione, si contra præceptum Majorum, Clericus vel Monachus postulaverit pro aliquo, erit puniendus, argumento textus *in leg. tertia paragrapho decimo quinto*, *de re militari.* Nam Clericus, vel Monachus, ut ait Paulus *ad Timotheum*, *cap.* 2. militans Deo, non debet se implicare negotiis sæcularibus aliquo prætextu pietatis, aut misericordiæ: nisi justa causa postulet, & mandatum Superioris interveniat, *cap.2.de postulando*; *cap.1.de officio Judicis.*

Primò, adversus *textum nostrum* obstabit textus *in capit. Discipulos 26.de Consecratione*, *distinctione* 5. & 3
sacra pagina, *Lucæ cap.*6. *Matthæi cap.* 12. Ubi firmiter proponitur, Jesum Christum officium Advocationis exercuisse contra Pharisæorum accusationem; nam Discipulos, cum per segetes transeundo vellerent spicas, & ederent, ipsus Christi vox innocentes vocavit, & defendit, quia coacti fame id fecerunt: ergo si Christus hoc advocationis officium exercuit in terra, simulque & in Cœlo exercet; Paulus *ad Romanos*, *cap.* 9. Joannes, *cap.* 14. Divus Hieronymus *contra Jovinianum*, *lib.* 2. relatus, *in cap. si enim* 40. *de Pœnitentia*, *distinctione* 2. non erit indecens, nec contra honestatem, ut Clerici, & Monachi illud exerceant. Præterea, quia in qualicumque causa, & persona, non debet cessare exercitium advocationis, cùm exemplum Christi hoc suadeat, dum pro muliere adultera suum præstitit patrocinium, *Joannis capite* 8. *versiculo* 7. & pro muliere peccatrice, *Lucæ cap.*7. *versiculo* 38. Unde venit dicendum personis omnibus convenire, in quolibet statu existentibus, etiam Clericis & Monachis, ut hoc officium exerceant. Verùm huic dubio respondendum est certum esse officium Advocatorum dici nobile, & laudabile, *leg.* 1. *digest. de postulation. & leg.* 7.*Codice eodem titulo*, *leg. Advocati* 14. *Codice de Advocatis diversorum judiciorum*, Amaya *in leg. unica*, *Codice de infamibus*, *num.* 87. ratione pietatis esse meritorium, & valdè necessarium: ratione tamen honestatis, non convenire omnibus personis, nempe Clericis, & Monachis, quia illa juris regula de qua *in hoc titulo ne Clerici*, *vel Monachi*; locum in præsenti tractatione obtinet, ne avocentur pro forensibus causis, à Divinis Officiis, & obsequiis Deo præstandis, *capite quarto*, *&* 6. 21. *quæstione* 3. Sed Christus illud fecit, ut nobis exemplum relinqueret, & ostenderet, se in hunc mundum venisse in redemptionem peccatorum, ut salvum faceret quod perierat ut constat ex Divo Hieronymo *contra Jovinianum*, *in dict.lib.*2.relatus *in c. si enim* 40.*de pœnitentia*, *dist* 2.

Secundò, conclusioni *suprà* adductæ obstabit tex- 4
tus *in cap. Monachi* 35. *quæst.* 1. Ubi ex Concilio Tarraconensi, *Canon* 4. apparet, Monachos posse exercere officium Advocatorum, si licentia Abbatum præcedat, & Superiorum mandatum, quando inveniuntur prædicti Monachi extra Monasterium degentes: ergo Monachis licet tractare negotia, non solum Ecclesiastica, verum forensia, & sæcularia; & quod ad nostrum institutum pertinet, officium susceptoris, id est, Advocati. Sed huic textui respondendum est, in *hoc Concilio* loqui sanctos Patres, de omnibus officiis sæcularibus, & Ecclesiasticis, & hoc indicant illa verba *Susceptoris*, *vel Executoris*, secundum Innocentium relatum à Zabarel. *in cap.* 2. *de postulando*, *num.* 2. & Abbate, *num.* 3. argumento textus *in capit. præsentium* 20. 16. *quæst.* 1. Sed si in Monasterio sunt Monachi non possunt exercere officium sæculare, nisi egrediantur de licentia Abbatis, & causa utilitatis ita postulante in favorem ipsius Monasterii: quod satis humanum, utile, & meritorium est in hoc casu, ne ex defectu Advocatorum Monasterium damnum patiatur: sed & in causis Laicorum nonnulla est benignitatis ratio, quando ex aliorum curis, & vigiliis non possint remedium habere Laici: ita Abbas, & Zabarella *ubi suprà*, & in isto casu debet fieri sine stipendio, & lucro, & cum licentia Abbatis, *cap. non*

dscatis

dicatis 11.12.*quæst.* 1. ubi Navarr. *num.* 19. & Salcedo *in praxi Canonica. c.* 63.

5 Tertiò, opponitur Concilium Meldense, sub Eugenio II. celebratum anno 824. *Canon* 59. cujus hæc sunt verba: *Monachi, quibus cura commissa non est, passim, & sine authoritate Prælati palatium non adeant, nec in eo morentur.* Ex quibus verbis, *Primo* noto quod Præsides Monasteriorum possunt, ad negotia Religionis tanquam Advocati exigere. *Secundo* observo, quod Monachi itidem valent, non frequenter nec passim sed aliquando ad palatium Principis venire, sivè ad aulam Regis; hoc est ad tribunalia ubi negotia tractantur, ut ibi, tanquam Advocati, vel susceptores existant: ergo Monachis licet quæcumque negotia exercere; & quod maximum, in aula Principis, id est in forensibus tribunalibus officium Advocationis, vel aliud sæculare tractare. Præterea idem probatur ex concilio Antiocheno, sub Dionysio Pontifice celebrato, *Canon* 11. & similiter. Tertiò probatur ex concilio Claremontano *Canon* 18. Sed huic difficultati respondendum est, verissimum esse, Monachos, seu Prælatos, non posse exire de suo Monasterio, ut causas sæculares, sivè prophanas tractent, ne avocentur à divinis Officiis, sivè obsequiis; si verò utilitas Monasteriorum id exposcit, & licentia Superiorum præcedat rectè poterunt ad tribunalia venire, officium Advocationis exercere: sed his Conciliis ideo decisum est ut non possint negotia prophana tractare, si deficit licentia, & utilitatis causa; quare damnantur velut segregati, & jubentur deponi; docet Dominus Larrea, *dict. allegatione vigesimasexta numero tertio, & quadragesimo sexto*, Josephus Gibalinus, *disquisitione* 2. *cap.* 2. *paragr.* 3. *num.* 29.

6 Quartò, prædictis obstabit textus, *in cap. qui vero* 12.19.*quæstione prima*, Ubi probatur, Monachos in locis illis, in quibus ordinati sunt non debere Ecclesiasticis, vel sæcularibus negotiis se ingerere, nec aliquas causas sæculares tractare, relinquendo propria Monasteria; nisi quando à Civitatis Episcopo eis permissum fuerit. Ex cujus decisione apparet, non esse expectandam licentiam Abbatis, vel alterius superioris, sed solùm Episcopi, vel sæcularis Principis: ergo Monachi possunt interesse sæcularibus causis, maximè accedente Principis sæcularibus, vel Episcopi consensu, & licentia, possuntque aliqua negotia tractare. Sed huic dubio respondent Interpretes *textum* illum loqui de Monachis, qui non possunt peregrinari, nec de suo Monasterio egredi sine licentia sui Prælati; tuncque officia sæcularia forensia exercere, nisi causa sit utilis, non poterunt; at verò si voluerint aliqua opera administrare, sine consensu Episcopi, vel sæcularis Judicis non valeant, quia hoc munus prædicandi solum Episcopis conceditur, non aliis sine eorum licentia, *capit. inter cætera* 10. *de officio Ordinarii*, Barbosa *de jure Ecclesiastico, libro primo, cap.* 13. *de prædicandi officio, & munere docendi*: Doctor D. Joannes de Solorçano, *de jure Indiarum, capite decimo sexto*, & sic exponimus dictum Concilium loquens de Monachis, qui non possunt munus prædicationis obire, sine authoritate Episcoporum; Concilium Tridentinum *sess.* 5. *de reform. cap.* 2.

7 Quintò, his omnibus obstare videtur textus *in cap. placuit*, 16. *quæst.* 1. Ubi Monachis exire de Monasterio non potest pro lucro terreno: ergo si cesset spes lucri, & cupiditas divitiarum, pro exercitio hujus officii Advocationis rectè poterit exire, maximè si prætextu exerceatur charitatis, & pietatis. Sed huic considerationi responderi poterit, *textum hunc* locutum fuisse de omnibus officiis, & exercitiis, quæ qualiacumque sint, non valent exerceri sine licentia Abbatum, ex eo quod constat, Monachos nullo colore quæsito valere sine causa, & licentia, de Monasterio suo exire; docet D. Solorçanus, *dict. li.* 3. *cap.* 6. *num.* 45. & 46.

Sextò, obstabit textus *in cap. unico, de Syndico*, ex 8
cujus decisione constat, quod Monasteria debent habere suos Syndicos, qui propter salarium teneantur causas Ecclesiæ defendere: ergo nulla erit causa, ob quam Monachi debeant exire à Monasterio, ad exercendum officium Advocatorum, nec necessaria erit licentia Abbatis, utpote invalida, ad hunc effectum. Sed verum est, quod in præsenti casu proponitur; nam Syndicus Græcè, dicitur Latinè *Defensor*, sivè Actor, & datur ad defendendam causam: *l. munerum* §. *defensores, digest. de muneribus, & honoribus*: quare ne pereant bona Monasteriorum sine defensore, ut ait textus *in cap. edoceri* 21. *de rescriptis, cap. quia Episcopus*, 5. *quæst.* 3. quia non decet ut Religiosi officia Advocatorum exerceant, constituitur Syndicus: *cap. sicut*, 2. *quæst.* 7. *cap. de præsentium* 20. 16. *quæstione* 1. Sed ex honestate sic procedit; nam si non habeant Monasteria undè salarium præstent defensoribus sivè Advocatis; tunc de Monasterio potest exire unus, ut officium Advocationis exerceat, Gloss. *in capit. edoceri, & in cap. quia Episcopus*, 5. *quæst.* 3. & tunc erit necessaria formula, propter quam debent Monachi cum licentia Superioris, & causa utilitatis, de Monasterio exire: sed quod in hoc textu decisum fuit, ea consideratione factum apparet, ut viri Deo sacrati non avocentur à sacris officiis, imò in pace, & tranquillitate vivant, dando salarium Advocato, vel Syndico; quoniam nemo cogitur suis stipendiis militare, *Paulus ad Corinthios* 2. *cap.* 1. cum dignus sit mercenarius mercede sua, *capit. cum secundùm Apostolum, de præbendis*: ita Abbas *in præsenti*, *numero* 5. & Innocentius Cironius, *in dict. capit. unico, de Syndico*.

Septimò, obstabit textus *in cap.* 2. *Ex parte, de* 9
postulando. Ubi Canonici Regulares exercentes officium Advocatorum, eo prætextu, quod non erant Monachi; sed Regulares Canonici, puniuntur variis pœnis: ergo antea non erat prohibitum Canonicis Regularibus, officium Advocationis in sæcularibus tractare, nisi post decisionem *hujus textus*: Ad quod respondendum est, speciali ratione fuisse dispositum, quia licitum lucrum desiderabant Canonici: ergo cum omnibus Monachis in Monasterio degentibus officium Advocationis administrare interdicatur, ne dediti lucro, & honestis quæstibus, deserant suum institutum, & obsequiis divinis neglectis inserviant prophanis, cum Canonici *sæculares* non dicantur, imo sub regula degentes æquiparentur Monachis, quia utrique tria vota substantialia Religionis emittunt, *capit. quod timorem* 5. *de statu Monachorum*, in rebus sacris, appellatione Religiosorum veniunt Canonici Regulares; docet Abbas, *in dict. capit.* 5. *numer.* 1. *capit. duo sunt genera*, 12. *quæst.* 1. Duarenus, *lib.* 1. *de sacris Ecclesiæ ministeriis, cap.* 18. *& in toto titul. de statu Monachorum*; undè cùm sint Canonici Regulares, & ut Monachi verè Religiosi, meritò separantur ab omnibus officiis sæcularibus, qualia sunt Advocatorum, & similium, ex Concilio Tarraconense, *cap.* 12. relato *in cap. Monachi*, 16. *quæst.* 1. *cap. ex parte, de postulando*.

Octavò, ex dictis venit interpretandus textus *in ca-* 10
pit. non magnopere 3. *capit. super specula, hoc titulo*. Ubi Monachis non licèt leges audire, eo prætextu, & colore, ut postea patrocinium præstent in causis forensibus: ergo non rectè asseveramus posse Monachos Advocatos esse, si utilitas Ecclesiæ postulet, & licentia Prælati præcedat; cùm in *dictis juribus*, absque distinctione affirmetur, Religiosos admitti non posse ad studia legum, nec prætextu pietatis, patrocinium tanquam Advocatos præstare; ut constat ex *illius capite* verbis, versicu-

io, *Et in nulla causa, si patrocinium præstare voluerint audiantur.* Cui difficultati respondendum est, quod licèt constat, Monachos posse utilitatis causa, & ex mandato Abbatis Advocationis officium exercere, *dict. capit. ex parte 2. de postulando, cap. quæ in Ecclesiam, capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de Constitutionibus*; tamen cum Zabarella, *in dict. capit. super specula, hoc titulo, numero 2. & 3.* Innocentio Cironio, *in dict. tit. de postulando.* dicendum est, ideo Monachis non permitti exire de Monasterio, ut leges audiant, & discant ad hoc, ut patrocinium præstent, si licentia Superioris deficit, solum spe lucri, & occasione vagandi, quod indecens est viris Deo sacratis: ergo si utilitas Ecclesiæ, & licentia Superioris præcessit; rectè poterunt vacare studiis, & Advocationibus, ut docet Doctor Larrea, *tom. 2. dict. allegatione 86. num. 3.* Gibalinus, *disquisit. 2. capit. 2. §. 2. numero 30.* Majolus, *de Irregularitate, cap. 5. num. 12.* & Zabarella *in præsenti num. 4.*

11 Nonò decisioni *nostri text.* obstabit text. *in cap. ex litteris, 1. de officio judicis*; ubi Honorius III. scribit, quod cum lis esset inter Conventum & Abbatem Monasterii fossæ novæ, ex una parte, & Conventum & Abbatem Canensis Monasterii, ex altera, super quibusdam possessionibus coram Archiepiscopo, & Abbate Sancti Leonardi, apud quos propositum fuit per procuratorem Monasterii fossæ novæ, quod habere non poterat advocatum. undè super hoc fuit officium Judicis imploratum, & dictus Archiepiscopus, prædicto Monasterio quendam suum Clericum dedit, ut in illa causa patrocinium exhiberet: ex quo textu apparet, contra nostram assertionem, in qua dicebatur non posse Monachos sivè Clericos esse Advocatos, nisi in causis suarum Ecclesiarum, quod cum in casu *hujus text.* nominetur Clericus, ut Advocatus, ubi non adest utilitas propriæ Ecclesiæ, sivè Monasterii, non rectè asseveratur, nominatum Clericum debere exercere suum patrocinium in tribunalibus. Cui difficultati responderi poterit: ideo speciali ratione provisum esse in præsenti, quia ad authoritatem Judicis spectat invigilare, ne inferior à potentiore opprimatur, *l. illicita 6. paragrapho: ne potentiores, de officio Præsidis.* unde ne causæ indefensæ sint, providere debet, ut Advocatus aliquis sit, *l. 1. §. Ait Prætor ff. de postulando*, & ad hoc invitus trahi potest, ut docet Covarruvias, *libro tertio, variarum capite decimo quarto numero decimo primo*, Osualdus, *lib. 18. capit. 3. litter. EEE.* Undè, cum hoc sit Judicis officium nominare Advocatos, & in præsenti Clericum nominaret, licet non fuisset ad defensionem propriæ Ecclesiæ, sed quia alius idoneus non apparebat, inde ex necessitate admittitur, & ex mandato Superioris approbatur, cui assignatur salarium, ne stipendiis suis militare cogatur, *cap. precario, 10. quæst. 2.* Nec in hoc casu locum habuit illa exceptio contra Advocatum opposita ex eo, quod erat familiaris judicantis; argumento text. *in capit. insinuante, de appellationibus*; quia singulariter admittitur; ut patet ex *finalibus verbis dicto capite primo, & ex capit. cum Sacerdotis 3. de postulando*, & probat Osualdus, *lib. 17. cap. 25. littera F.*

12 Decimò, obstabit text. *in capite primo, de postulando*; ubi ex Concilio Lateranensi, sub Alexandro III. celebrato, probatur, Clericos in majoribus, sive minoribus Ordinibus constitutos, posse esse Advocatos in negotiis sæcularibus coram judicibus sæcularibus, vel Ecclesiasticis, si utilitas Ecclesiæ, vel miserabilium personarum causa exposcat: sed contrarium decisum extat apud jura *suprà relata*; in quibus dicitur, non posse Monachos causas tractare sæculares, vel Ecclesiasticas: ergo non rectè à nobis fuit animadversum. Cui difficultati respondetur, Monachos non posse in forensibus tribunalibus Laicorum adstare, nisi magna sit causa, *dict. cap. ex parte 2. de postulando*: sed in Clericis diversum jus observatur: nam non solum pro se ipsis, sed etiam pro Ecclesia officium Advocationis possunt exercere, si utilitas Ecclesiæ, & causa deliderant; quia illa prohibitio facta Clericis, ne avocentur à divinis obsequiis, propter officium Advocationis, non debet, cum sit in favorem Ecclesiæ destinata, in ejus perniciem converti, *dicto capite primo, de postulando*; Osualdus *lib. 18. capite tertio, liter. MM.* Reliqua, quæ ad hunc *text.* spectant, petenda sunt ex his, quæ *suprà* diximus, *in capit. Clerici 5. de vita, & honestate Clericorum*, & quæ *infra* dicemus, *in capit. super specula, hoc tit.*

Ad textum in capit. Non magnopere 3. capit. Super specula 10. hoc titulo. Ne Clerici, vel Monachi sæcularibus negotiis se immiscеant.

SUMMARIUM.

1 *Clerici, vel Monachi, nec leges audire, nec docere debent; nec artem Chirurgicam, nec Physicam, sub pœna excommunicationis, exercere.*
2 *Clericorum officium est orare, & cum precibus lachrymas effundere, pro hominum peccatis expiandis.*
3 Cap. illiteratos, 55. dist. cap. cum in cunctis, de electione; cap. ultimo, de temporibus, ordinandorum lib. 6.
4 C. ideo permittente 16. 25. q. 1. *Pontifex omnia jura in scrinio pectoris habere præsumitur.*
5 Cap. nemo, fin. 16. q. 3. *Canonica lex, & Civilis, ad diversum finem tendunt.*
6 Cap. ex parte 2. de postulando.
7 Cap. non magnopere 3. hoc tit. ne clerici, vel Monachi.
8 Cap. fin. de Magistris, cap. 2. de privilegiis, libro sexto.
9 Cap. super specula, fin. hoc titul. ne clerici, vel Monachi.
10 Cap. ad aures 7. de ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.
11 Cap. tua nos 19. de homicidio.
12 Cap. sententiam sanguinis 9. hoc tit. ne Clerici, vel Monachi.

CONCLUSIO

QUæ ex his juribus deducitur, hæc est: *Clerici vel Monachi, nec leges audire, nec docere debent, nec artem Chirurgicam vel Physicam exercere, sub pœna excommunicationis.* Consonat tex. *in c. non magnopere 3. c. super specula, ultimo, hoc ti. c. statutum 1. c. ut periculum 7. hoc ti. l. 6. c. cum de diversis 2. de privilegiis, libro sexto, cap. non licet 32. de præbendis, & dignitatibus; c. ad aures 7. de ætate, & qualitate: c. 1. 39. dist. c. sententiã sanguinis, hoc ti. c. tua 19. de homicidio; l. placet 17. l. repetita 41. C. de Episcopis, & Clericis l. Consulta divalia 23. C. de testamentis*: exornant Petr. Greg. *l. 18. Syntagm. c. 7. cum sequentib. & l. 36. c. 20. n. 4. & c. 21. n. 19.* Duar. *de Sacris Ecclesiæ ministeriis, l. 4. c. 2.* Salc. *in praxi Canonic. c. 59.* Jos. Gib. *de clausura Regularium, disp. 2. c. 2. §. 3. n. 31.* Escob. *de jurisdict. Pontificia, & Regia; c. 21. §. 2. n. 116.* Majol. *l. 2. de Irregularitate, & aliis impedimentis Canonicis, c. 12.* Alb. Trocius, *de vero, & perfecto Clerico. l. 2. c. 35.* Men. *de arbitrariis, casu 425. n. 28.* Bonacina, *de censuris extra Bullam Cœnæ disputatione 2. qu. 4. puncto 6.* Navarrus *commento*

commento 2. *de Regularibus*, *numero* 17. Rebuffus, *in tractatu nominationum*, *quæstione* 5. *numero* 15. Suarez, *de censuris*, *disputat.* 23. *sectione* 3. *numero decimo* Thomas Sanchez *in præcepta Decalogi*: *tom.* 2. *li.* 6. *capit.* 8. *numero* 74. Barbosa, *lib.* 1. *de jure Ecclesiastico capite quadragesimo*, *numero* 156. *& in collectaneis ad nostrum text. & in dict. capit.* 1. *cum aliis*, *hoc titulo*, *lib.* 6. Innocentius Cironius *in practicis ad hunc tit. & in dict. capit. super specula*, *eodem tit. in compillation. Decretalium.*

2 Ratio, quare Clerici, & Monachi studiis Legum & Medicinæ, & arti Chirurgicæ vacare non debent ea est, quia hæc immunitas, Eccl siæ non tantum utilitatem, & commodum respiciat, sed etiam honestatem, ideo prærogativam dignitatis suæ, & decoris Ecclesiæ leges ipsius ministri observare debent; & ut à Laicis, & prophanis hominibus segregati, in utroque modo vitæ sint dissimiles, nec solum in officiis, & negotiis sæcularibus. *capit. his qui* 6. 21. *quæst.* 1. verum in his exercitiis, quæ ad scientiam legum, & medicinæ artisque Chirurgicæ conducunt, regula prohibitionis constituta est; maximè in scholis, & universitatibus, velut aliena sint hæc studia à proposito Monachorum, & Clericorum: ne spirituales viri, occasione scientiæ, mundanis artibus & negotiis involvantur, *capit. magnopere* 3. *capit. super specula*, *hoc titulo*; quorum Clericorum, & Monachorum proprium officium est orare, & cum precibus lachrymas fundere, pro hominum peccatis expiandis: *cap. ipsi Sacerdotes* 91. 1 *quæst.* 1. *capit. Monachus* 4. 16. *quæstione* 1. Eodemque modo asseverandum est, Clericos, & Monachos non debere his studiis inservire; ne forsan aliqua simulata causa evagandi ansam præbeant, & inter ipsos, per hoc detur diabolo tentandi locus, Concilium Remense, *capit.* 45. *capite tertio*, *hoc titul.* Christus sic vult suos ministros ordinari, ne forsan præsentibus hominum curis, & studiis, verbo Dei vacare non possint; imo, ut valeant orationibus, ac ministeriis, pro subditorum suorum salute invigilare, ab omnibus officiis, & exercitiis prophanis, vult esse alienos, & extraneos; *capit. te quidem* 29. 11. *quæst.* 1. Zabarella *in dict. cap. super specula*, *hoc titul. n.* 3. cum plausus populorum, per celsitudinem scientiæ sint vitandi, & repudiandi; *Psalm.* 118. Hostiensis, & Zabarella, *in dict. cap fin. hoc tit.* Meritò Ecclesiastici, Artes illas docentes, hac excommunicationis pœna damnantur; cum non deceat viros Dei in Claustris, & templis commorantes, ad Scholas, Universitates, propter scientias illas transire, atque evagari; ita Cironius, *in d. cap. super specula*, *hoc tit. in* 5. *compillatione*: Duarenus, *de sacris Ecclesiæ ministeriis*, *lib.* 4. *cap.* 2. Josephus Gibalinus *de clausura Religiosorum*, *disquis.* 2. *c.* 2. §. 3. *num.* 32.

3 Primò, huic decidendi rationi obstabit text. *in cap. illiteratos* 36. *cap. pœnitentes* 3. 55. *distinct. c. cum in cunctis*, 7. *de elect. capit ultimo*, *de temporibus ordinationum*, *lib.* 6. in quibus juribus probatur, quod beneficiorum collatio non potest rectè effici in viros illiteratos: proinde si aliquis ignarus litterarum voluerit ad sacrum ministerium aspirare, sive deprehendatur constitutus in eo statu, debet removeri confestim, *cap. quamvis*, *de ætate*, *& qualitate*. Ergo Clerici, & Monachi potius debent laudari, quàm increpari ex eo, quod discunt scientiam sacram, vel non sacram; nam si Laicis prophanisque hominibus doctrina est necessaria; in his profecto Ecclesiasticis magis, qui cæteris præsunt, & se Doctores aliorum profitentur, intolerabilis est, nec ullam veniam meretur ignorantia; *cap. si in Laicis*, 58. *distinct.* Olæ *capite quarto.* ibi: *Quia tu scientiam repulisti: ego te repellam. ne fungaris Sacerdotio*: *cap. omnes*, 38. *distinct. cap. nisi cum pridem*, *de renunciatione*; *cap. ideo* 15. 37. *distinct.* nam velut pestis fugienda est ignorantia; quæ mater est cunctorum errorum, *capit.* 1. 38. *distinct.* Præterea, cum sit proprium officium Ecclesiasticorum, non solum docere verbum Dei, sed etiam laicos docentes repellere, *Paulus ad Titum*, *cap.* 1. Divus Petrus, *Epistola* 1. *cap* 3. & non possint hæc omnia, absque doctrina, & eruditione præstari, *cap. qui Ecclesiasticis*, 36. *distinct.* & ad hanc eruditionem parandam studia, labores, & meditationes desiderentur; meritò dicendum videbatur, rectè posse prædictos viros venire ad universitates causa studendi legibus, Canonibusvè, juxta illud vulgare, *Leges sine Canone valent parum*, *Canones sine legibus nihil*; ut refert Barbos. *in cap. finali*, *hoc tit.* & similiter de aliis facultatibus, *capit. nulli*, 33. *distinct.* ut sic melius res, & ordo Ecclesiasticus custodiatur.

4 Verùm prædictæ difficultati respondendum est, veriss imum esse, prædictos viros Religiosos, & Clericos, rectè puniri excommunicationis pœna, si causa studendi literis prophanis, & legibus curialibus, ad Universitates, & studia generalia venerint, non verò sacris scripturis & Canonibus Ecclesiasticis, quia necessaria est horum librorum doctrina, & eruditio, ut ædificent cunctos, tam in fidei scientia, quàm operis disciplina; sed in legibus forensibus non militat hæc ratio, quia opprobrium illis est, si se velint ostendere peritos esse forensium disceptationum, argument. text. *in capite primo*, 38. *distinction. l. repetita*, *Codic. de Episcopis*, *& Clericis*: qua ratione Alexander III. & Honor. III. *in dicto capite tertio*, *& in cap. finali*, *hoc titul.* firmarunt, sub pœna excommunicationis, non debere ministros Ecclesiasticos his studiis legum, & aliis non licitis facultatibus inservire; notant Abbas, & Zabarella, *in dictis juribus*: Duar. *l.* 4. *de sacris Ecclesiæ ministeriis*, *c.* 1. Nisi in duplici casu; scilicet, quando Clericus privatim legere vult; ut aliquis discat, & degustet, quod tendat ad majorem intellectum, majoremque juris Canonici, & sacri testimonii disciplinam.

5 Secundò, solutioni obstat text. *in capit. ideo permittente* 16. 25. *quæstion* 1 Ubi Pontifex Leo III. exponit, solum omnes Ecclesiæ Prælatos, Clericos, vel Religiosos teneri observare leges, ut secundum eas, ad regimen subditorum procedant, juxta id, quod in sacris Canonibus est paratum, sive quod in mundanis legibus est constitutum: si verò fuerit factum aliter, contra statuta Sanctorum Patrum factum fuisse judicabitur. Ex cujus textus decisione constat, ministros Ecclesiæ, & summos Prælatos, non solum statutos Canones scire oportere, ad Ecclesiarum suarum gubernationem; verum etiam humanas leges: igitur lex humana, & civilis constitutio, non est aliena à Monachis, & Clericis, nec reprobari debet, ut in scholis legere, audire, vel docere Clerici, vel Monachi leges possint; maximè cum lex civilis divinitus sit probata, & per ora Principum celebrata, *cap. nemo*, *fin.* 16. *q.* 13. & ab omnibus debent intelligi leges, quibus omnes adstricti dicuntur *l. sacratissimæ*, *C. de legib.* Sed huic objectioni respondendum est, illud quod deducitur, *in dict. cap. ideo permittente* 16. 25. *q.* 1. intelligendum esse de Summo Pontifice qui omnia jura debet comprehendere, sivè Sacra sive prophana, ut rectè observet ea, quæ conducunt ad bonum, felix fraustumque regimen Ecclesiæ; & propter hoc creditur omnia jura in scrinio sui pectoris habere, *cap. licet Romanus* 1. *de constitutionib. libro sexto*. Sed adhuc remanet scrupulus, quomodo ergo Pontifex, vel alius Prælatus poterit omnia jura, tam sacra, quàm prophana intelligere, nisi prius ea didicerit nec alio in loco possint discere rectè, & verè, quàm in Scholis publicis, & Generalibus Universitatibus? Ac per consequens necesse est, ut fateamur posse legi leges & audiri à viris Deo dicatis, sive mancipatis, Religiosis, & Clericis; neque hoc contradicere bono Reipublicæ, & Religionis.

6 Sed huic considerationi, ut satisfaciamus, animadvertendum est, cum *text. nostro*, & *dict. cap. ideo permittente* 16. 25. *q.* 1. & Glos. *in c.* 1. 32. *distinct.* quod audire leges regulariter licitum est; ut per eas melius intelligantur

ligantur Canones, si forte necessariæ sint ad ea, quæ tendunt ad disciplinam Ecclesiasticam; argum. text. *in cap. nulli*, 38. *distinct.* quæ generalis ratio non adaptatur specialiter personis prohibitis, quales sunt Clerici, & Monachi; sed non prohibitis, quales sunt sæculares Viri, ut in *dict. cap. super specula*, comprehensi reperiuntur; sed tunc omnibus personis Ecclesiasticis, vel prophanis convenit legum observatio, quando in utilitatem prospicit Ecclesiarum; si enim negotiis sæcularibus se non immiscеant valebit talis legum civilium observatio facta à viris Ecclesiasticis; arg. text. *in l. Consulta divalia* 23. *C. de testamentis* Duarenus *d. lib.* 4. *c.* 2. vers. *Si vero.*

5 Tertiò, solutioni obstare videtur, text. *in capit. nemo, fin.* 16. *quæst.* 3. ubi leges sæculares ab omnibus observari debere dicitur, saltem quoad regimen Ecclesiæ & subditorum; *cap. omnes* 36. *&* 37. 11. *qu.* 1. *c. cum sit, penult. de ætate, & qualit.* quia per ora Principum fuerunt prolatæ, ac velut divinæ sunt accipiendæ. Cui considerationi satisfaciendum est, quod licet certum sit, omnes leges divino spiritu fuisse prolatas, ac velut divinas ab omnibus recipi; ita hoc debet intelligi ut non propriè, sed quod generali modo interpretetur quod lex humana, pars divinæ legis sit in hoc sensu & sententia, non ratione subditorum, sed ratione inspirationis divinæ; nam lex divina, & Canonica immediatè nos præparat ad gloriam: at verò lex Civilis, præcipuè laicis, & sæcularibus ad regimen subditorum competit, non Monachis, & Clericis; *cap. quæ in Ecclesiarum, cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ; de constitutionib.* licet eisdem legibus Ecclesia in gratiam suæ immunitatis per suos ministros uti possit; *Paulus Epist.* 1. *ad Corin. c.* 6. *c. si adiutorium* 10. 1. *dist. c.* 1. juncta ejus Gl. *de novi operis nunciatione*: Acunna *ad Decretum, in d. c.* 1. *c. si adjutorium* 7. 10. *dist.*

6 Quartò, prædictæ solutioni opponitur text. *in cap. ex parte* 2. *de postulando*, ubi non licet Clericis Regularibus, vel Monachis officium Advocati exercere etiam si utilitas, & commodum Ecclesiæ, vel Monasterii interveniat, nisi etiam Abbatis mandatum præcedat: ex quo text. probatur, Clericos regulares, & Monachos non debere forensis, vel Ecclesiastici negotii susceptores, id est, Advocatos, Procuratores, vel executores esse, absque sui Abbatis licentia: ergo non sufficit sola utilitas Ecclesiæ (ut suprà diximus) sed etiam desideratur Abbatis licentia: Deinde, quia leges audire, & docere, non est inconveniens Clericis, & Monachis, cum solummodo, *in cap. ex parte* 2. mentio fiat, de prohibitione postulationis in forensibus negotiis, non verò, ut leges audiant, vel intelligant. Sed huic objectioni respondendum est, cum Innocent. Cironio, *ad tit. de postuland.* & Zabar. *in d. c. fin. hoc tit. num.* 2. dum asserunt, ideo in personis illis, etiam licentiam Superioris esse necessariam, non ex eo, quia officium illud probrosum sit; sed quia est indignum, Clericos regulares & Monachos disceptationum forensium peritos esse, *cap.* 1. 2. *& ult. hoc tit. l. repetita, C. de Episcop. & Cleric.* & ne lucro inhiantes, avaritiæ notam ipsi incurrant, *c. ult.* 5. *q.* 3. ita ut nec munera recipere possint, nisi Ecclesiis gratuito, & ex devotione fuerint oblata: *c. observandum* 1. 15. *q.* 2. notat Ciron. *ad hunc tit. & in d. c.* 2. *de postulando.*

7 Quintò, solutioni obstat text. *in non magnopere* 3. *hoc tit.* ubi Alexander III. asserit Religiosos audientes leges in nulla causa patrocinium præstare debere: ergo nec ad Ecclesiæ utilitatem ad id debent admitti. Sed huic difficultati respondendum est, quod prædicti Monachi in nulla causa debent patrocinium præstare, nec etiam imperante Abbate, nisi etiam magna utilitas Ecclesiæ interveniat, quia aliàs excommunicati remanerent, *d. cap. non magnopere* 3. *hoc tit.* Zabarel. *in cap. fin. hoc tit. num.* 5 quæ sententia, tantum locum habet in Religiosis post factam professionem; non verò in illis, qui habent votum ingrediendi Religionem, quia nondum Religiosi censentur, ac proinde oneribus Religiosorum non afficiuntur; notat Barb. *in collectan. ad text. in d. cap.* 3. *hoc tit. num.* 4. Nec huic sententiæ obstabit text. noster, in vers. *Post votum Religionis, & post factam in aliquo loco religioso professionem*, ex quo colligi videtur excommunicationem, de qua *in præsenti*, non solùm ferri contra Religiosos professos, verùm etiam contra habentes votum Religionis. Cui dubio respondendum est, verba nostri tex. esse synonyma, & sequentia apponi ad declaranda magis præcedentia: Notat Suarez, *de Censuris, disp.* 23. *sect.* 3. *num.* 9. Barbos. *in collectaneis ad nostrum textum, num.* 4. *in fine.*

Sextò, huc usque dictis obstabit tex. *in cap. fin. de Magistris*, ubi asseritur gaudere privilegio absentes studiorum causa, & beneficii fructus percipere, non solùm Canonum, & Theologiæ professores, sed etiam juris Civilis, aliarumque facultatum studiosos, si facultates licitæ, & honestæ sint; ut constat ex *eodem text.* vers. *Qui ad justitiam valeant plurimos erudire*; quæ verba ad studentes juri Civili propriè debent referri, cùm nihil ad eruditionem justitiæ magis conveniens sit, quàm jus Civile, quo jus Canonicum uti solet; qua de causa in Generalibus Universitatibus jus Civile publicè legitur, & illi studentes gaudent omnibus privilegiis *cap.* 2. *de privilegiis, lib.* 6. *cap. cum ex eo* 34. *de electione, lib.* 6. nam Civilis sapientia, res sanctissima dicitur *in l.* 1. §. 5. *ff. de variis, & extraordinariis cognitionibus*: ergo Clericis, & Monachis, non justè apparet esse prohibitum studium juris Civilis, vel humani, cùm etiam in hoc jure sint ea quæ maximè conducunt ad regimen, & utilitatem omnium, & ex legibus ad Religionem, pietatem, & sanctimoniam homines instruuntur, præparantur, atque disponuntur, argumento text. *in l. justitia*, §. *Juris. ff. de justitia, & jure; l.* 3. 2. §. 4. *ff. de arbitriis; l.* 2. *ff. de in jus vocando; l.* 13. *ff. de vacat. & excusat. munerum*; nam qui justitiam colit, Sacris Dei vacare dicitur: quare Jurisperiti, Jurisprudentiæ Sacerdotes appellantur, *in l.* 1. §. *ff. de just. & jure*. Sed hæc intelligenda sunt sicut & tex. *in d. c. fin. de Magistris*, cum similibus, ut procedant in studio generali Pontificia dispensatione permisso, in quo etiam juris Civilis prudentia legitur, eo quod in suo territorio illud vigere desiderat; cùm ergo jus Romanum sit illud quod per Romanos Imperatores fuit dispositum, & in illa Sede erigatur Universitas, absurdum esset, si ibi jus proprium Romanorum non doceretur; licet in aliis nationibus contrarium observetur: nam in Hispania prohibitum fuit sub pœna capitali, ne jus Civile Romanorum acciperetur, Osual. ad Donel. *lib.* 1. *comment. c.* 16. *lit. E*, & in Gallia & constat ex decreto Honorii III. *in c. super specula* 28. *de privil.* qui ut juri Canonico authoritatem præberet, jus Civile legi vetuit in futurum; notat Ciron. *in d. c. super specula* 28. *de privileg. lib.* 5. *observat. cap.* 8. *in* 5. *Compil. cap.* 1. *cap. edicto, n.* 1. *dist.* 10. quia rarò occurrunt causæ, quæ non possint statutis canonicis expediri, similiter legi prohibitum fuit jus Civile, ut sic Sacræ paginæ plenius Clerici insistant, quare ann. 1117. teste Balduin. *in proœmio Instit. de jure civili*, §. *Cum verò*, asserit juris Civilis libros per Longobardorum bella, in desuetudinem abiisse; postea verò in Italia apparuisse: textum inde legi, & publicari cœpisse: sed Pontifex postea id non permisit; imò prohibuit, ut constat ex *dictis juribus*, notat Barb. *in votis decisivis, voto* 88. *num.* 28. Ciron. *dict. lib.* 5. *observat.* 8.

Septimò, infertur interpretatio, ad text. *in c. Super specula, fin. hoc tit.* ubi excommunicatio lata contra Religiosos exeuntes de Monasterio, studendi causa legibus, Medicinæ, & aliis hujusmodi artibus, intra duos menses non redeuntes, extenditur etiam *in cap.* 3. *hoc tit.* ad clericos: ergo non debent gaudere hoc privilegio studentibus concesso, ut ex causâ studiorum fruantur fructibus beneficiorum: sed hæc constitutio pœnalis est, & debet restringi tantum ad personas ibi enumeratas, nec extendi ad alias: *cap.* 1. *hoc titul. li.* 6. notat

notat Suarez, *de cenſuris, dicta diſput. 23. ſect. 3. n. 9.* Si verò prædictæ perſonæ, utilitatis gratia, & perfectionis cauſa voluerint Scholas ingredi, & audire leges Juriſprudentiæ civiles, validè poterunt, ſine timore pœnæ, quia ſunt magna ex parte convenientes leges humanæ, & conjunctæ divinis, ita Moneta, *de diſtributionib. quotidianis, 2. part. quæſt. 10. num. 3. & 6.* Menochius *de arbitrar. caſu 425. num. 29.* Roman. *ſingulari 654.* Rebuffus, *de nominatione anno 114.* Panormitanus *in cap. 3. hoc titulo num. octavo*, Zerola *in praxi*, verbo, *Studium*, §. 5. verſic. *Anni*, Barboſa *in collectan. ad text. in cap. ſuper ſpecula, num. 6. de privilegiis.*

10 Octavò, prædictis obſtabit text. *in cap. ad aures 7. de ætate, & qualitat. ordin. præfic.* ubi Clemens III. proponit, quod cum quidam Canonicus Colonienſis, ſeu Cantor, qui in minoribus Ordinibus conſtitutus, ex eo, quod Canonicam portionem haberet, ad majores Ordines volebat promoveri: ſed cùm artem Phyſicam exerceret & juxta Artis traditionem diligentia adhibita medicinam exhibuiſſet; pluribus in contrarium ſucceſſit, quia medicinis perceptis, mortis periculum multi incurrerunt: quare dubitatum fuit an poſſet promoveri ex eo, quod artem prohibitam exercuiſſet? Romanus Pontifex propoſitæ conſultationi reſpondit, quod ſi ſuper præmiſſis conſcientia ipſum Canonicum, ſeu Cantorem non remordeat, poterit ad ſuperiores Ordines pervenire; ſecus verò ſi ipſum conſcientia remordeat; tunc enim non poterit Ordinibus ſacris inſigniri. Ecce *textus* ubi Canonicus, ſeu Cantor Eccleſiæ Colonienſis in Ordinibus minoribus conſtitutus, non prohibetur artem Phyſicam exercere, nec efficitur irregularis ex ſolo officio, & exercitio, niſi homicidium ſubſecutum fuerit: ergo Clericus, licèt phyſicam artem adminiſtret, dum non timetur damnum, ſeu homicidium irregularis non efficitur. Cui dubitationi reſpondendum eſt cum Butrio *in præſenti* Zabarella *in cap. tua nos 19. de homicidio, num. 4.* dum aſſerunt veriſſimum eſſe, non licere Clericis, ſeu viris Deo mancipatis, Phyſicam artem exercere, cum ſit officium periculoſum, & non poſſit exerceri niſi ſumma cum diligentia, & peritia, ita ut inde non timeatur damnum, nec crudelitas inveniatur; (nam Chirurgia operatur effuſionem ſanguinis;) quo in caſu rectè procedit quod Clemens III. ſcribit *in dict. cap. ad aures 7.* poſſe aſcendere ad majores Ordines, ex diſpenſatione Pontificis; aliàs namque, Clericus artem Phyſicam exercens non valeret promoveri ad ſuperiores Ordines, ſi mors fuiſſet ſecuta ex adminiſtratione illius officii; quia proprium non eſt Clericorum, qui non poſſunt ſe illis artibus immiſcere, niſi per ſummam peritiam, & maximam pietatem, illas exerceant, ita Abbas *in dicto capite ad aures ſeptimo, de ætate, & qualitate*: Cironius *in 5. Compill. Decretalium, in capite ſuper ſpecula, fin. hoc titulo, & in paratitlis ad eundem titul.*

11 Nonò, proximè dictis opponitur **text.** *in cap. tua nos 19. de homicidio*, ubi Innocentius III. exponit, quod Religioſus Chirurgiam exercens, ſi pietatis cauſa, & non cupiditatis ſtudio medelam adhibuerit, cùm ſit peritus in arte, non eſt reprobandus, ut conſtat *ex eodem text.* verſicul. *Si tamen cauſa pietatis, & non cupiditatis id egerit*: ex quo probari videtur, non eſſe inconveniens Clericis, vel Monachis, artem Phyſicam exercere, nec Chirurgicam adminiſtrare ſi pietatis cauſa, & juxta artem Medicinam adhibuerit; ſiquidem licèt, dummodò mors ſubſecuta fuerit, adhibita ſit legitima diligentia, non imputatur Medico, *leg. illicitas 6. §. ſicuti, ff. de officio Præſidis*, Gloſſ. *in capit. qui ſtudet, 11. quæſt. 1.* Sed huic dubio reſpondendum eſt, textum *in dict. cap. tua nos 19. de homicidio*, non aſſerere artem Phyſicam, vel Chirurgicam, Clericis, vel Monachis eſſe permiſſam, ſed tantum, quòd cùm eo in caſu mors ſubſecuta fuiſſet cujuſdam mulieris, ex culpa ipſius, non verò ex imperitia Religioſi, qui potiùs ſtudio charitatis, quàm cupiditatis medelam adhibuit & ideò juſtè diſpenſationem metuiſſe dicitur ut poſteà poſſet poſt condignam ſatisfactionem Divina Officia celebrare, quia ſolùm cauſa pietatis id fecit, ut ſic poſſit cum eo miſericorditer diſpenſari, Zabarella *in dicto capite tua nos 19. de homicidio*, Abbas *ibidem, numer. tertio*, Hoſtienſis, *num. 2.* Innocentius Cironius *in paratitlis ad noſtrum titul.*

Decimò, huc uſque traditis objicitur textus *in cap. Jententiam ſanguinis 9. hujus tituli.* Ubi idem Innocentius III. aſſerit, nullum Clericum artem Chirurgicam exercere debere, illam nempè, quæ aduſtionem, & inciſionem inducit: ergo artem Phyſicam, vel illam, quæ effuſionem ſanguinis non præparat, rectè poterit adminiſtrare, non ſolum ſi intelligamus de Clerico in minoribus Ordinibus conſtituto; verum etiam de Clerico majoribus conſecrato. Sed hæc difficultas licet graviſſima ſit, tamen ex eo diluitur; ſcilicèt, quòd non ſequitur ex eo, quod tantum in præſenti caſu Pontifex loquatur de prohibitione artis crudelis, nempè Chirurgiæ, quæ aduſtionem, vel inciſionem inducit, eſſe permiſſam artem Phyſicam Clericis, ſeu viris Religioſis, quia ſatis conſtat ex ſuprà dictis, eam eſſe prohibitam: ſed fortiori ratione hanc artem prohibet Pontifex, ne dignus ſit Chirurgus diſpenſatione, quia irregularis eſt, non ſolùm ut non poſſit ad majores ordines pervenire, imò nec ſuſceptos adminiſtrare, propter pœnam qua debet puniri, ne iſtis artibus ſe immiſceat: quia generaliter omnis ars, quæ ad Medicinam ſpectat, non ſolùm prohibita eſt Clericis, & Monachis, ſed etiam damnata; ita ut non facile queat exerceri, niſi per ſuos profeſſores, qui non ſunt Clerici, vel Monachi; argumento textus *in leg. fin. ff. ad legem Corneliam de ſicariis*, Innocentius Ciron. *in paratitlis ad noſtrum tit.* 12

Ad textum in cap. Sententiam ſanguinis 9. cap. Clericis 5. hoc titul. Ne Clerici, vel Monachi ſæcularibus negotiis ſe immiſceant.

SUMMARIUM.

1 *Clericus, nec dictare, nec proferre ſententiam ſanguinis debet; nec quidquam aliud exercere, per quod ad vindictam ſanguinis tendatur.*
2 *Miniſtri Eccleſiæ pacem, & manſuetudinem ſemper in ſe habere debent.*
3 *Faciens per alium, per ſe ipſum facere videtur.*
Cap. finale, ne Clerici, vel Monachi lib. 6.
4 *Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.*
5 *Adulterium pœna ſanguinis punitur.*
§. Item lex Julia, Inſtit. de publicis judiciis, *cum* cap. 1. de officio Ordinarii.
6 Cap. de his Clericis 36. diſt. 50.
Judex, an ſecundum allegata, & probata judicium debeat proferre.
7 Cap. ad audientiam 3. de crimine falſi.
Sigillum Regis fraudans, qua pœna puniatur.
8 Cap. Tabernaculum 2. de Conſecr. 1.
9 Cap. ſententiam ſanguinis, fin. ne Clerici, vel Monachi.
10 Cap. petitio 24. de homicidio.
11 Cap. ſi quis 4. 50. diſtinct.
12 *Concilium Toletanum Undecimum*, cap. 7. *cum* cap. 6. *ejuſdem Toletani Concilii.*
13 Cap. Monomachiam, 2. quæſt. 5.

CONCLUSIO

1 *Clericus, nec dictare, nec proferre sententiam sanguinis debet, nec quidquam aliud exercere, per quod ad vindictam sanguinis tendatur: vel purgationi vulgari opem præstare non debet.* Quæ conclusio comprobatur ex textu *in cap. sententiam 9. cap. Clerici 5. hoc titul. cap. illud* 46. 23. *quæst. 4. cap. his à quibus* 30. 23. *quæst. 8. cap. tua nos, de homicid. cap. ex literis, de excessib. Prælator. cap.* 1. 2. *& 3. de purgat. vulgari: cap. fin. hoc tit. li. 6. c.* 1. 50. *dist. cap. in Archiepiscopatu, de raptoribus; cap. illud sanè,* 24. *qu.* 3. *cap. Clerici* 2. *de vita, & honestate Clericorum.* Exornant Bernardus Diaz *in praxi Canonica, cap.* 92. *& cap.* 101. *& cap.* 102. Sylvester. *verbo, Homicidium, num.* 3. Covarruvias *in Clement. si furiosus,* 2. *part.* §. 4. *num.* 3. Navarrus *in Manuali, cap.* 27. *n.* 205. Suarez *de Censuris, disp.* 47. *sect.* 1. *num.* 3. Villalobos *in summa, tract.* 21. *de Irregularit. diffic.* 25. *num.* 2. Avila *de Censuris,* 7. *part. de Irregular. disp.* 5 *sect.* 3 *dubit.* 1. *& disp.* 6. *dubit.* 10. Farinac. *fragm. crimin.* 1. *p. lit. C.* verbo, *Clericus, num.* 369. *cum seq.* Diana 2. *part. tract.* 2. *resolut.* 8. *&* 9. *&* 3. *part. tract.* 5. *resolut.* 80. *& in additionibus, resol.* 15. Torreblanc. *de Magia, lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 29. Flores de Mena *in suis quæst.* 9. *per totam*, cum traditis à Cenedo *in collectan. ad Decretales, collectione* 61. Barbos. *in collectaneis ad textum nostrum*, cum similibus *suprà* adductis.

2 Ratio est, quia cum omnes Ordines ad conficiendam Eucharistiam dirigantur, ut notat Bonacina 1. *tom. disp.* 8. *de Sacrament. Ordinis, quæst. unic. part.* 1. *num.* 1. & in Sacramento Eucharistiæ Christus Dominus contineatur, qui est Auctor pacis, suoque pretiosissimo sanguine pacem nobis obtinuit; meritò, ut ministri Ecclesiæ hanc pacem, & mansuetudinem exemplo Christi præ se ferant, in præsenti statutum est, Clericos in sacris Ordinibus constitutos sententiam sanguinis, ex qua mors vel mutilatio corporis sequatur, proferre, dictare, aut scribere, absque pœna irregularitatis non posse; nec similiter purgationi vulgari opem præstare; quando quidem purgationes vulgares prohibitæ sunt, quia per eas multoties condemnatur is, qui absolvendus, erat & Deus tentari videtur; *c.* 1. *de purgatione vulgari*: nam error, cui non resistitur, approbatur, & veritas, quæ non defenditur, opprimitur, *cap. error,* 83. *dist.* Ideoque sancitum est, ne quisquam Clericus purgationi vulgari aquæ ferventis, vel frigidæ, seu ferri candentis assistat; nam si ex illis factis mors, vel mutilatio membrorum sequatur, Clericus, qui hujusmodi causis se immiscet, irregularitatem incurrit: *cap. ex literis, de excessibus Prælator. Clementina unic. de homicid.* nam aliàs si similes ad Altaris ministerium accedere possent, sequeretur quòd illi, qui pacem & mansuetudinem præ se ferre debent, nequirent similiter Christum pacis Authorem repræsentare, imò potiùs quodammodo crudelitatem repræsentare videntur, ita Bonacina *ubi supra disputat.* 1. *de irregularit. part.* 1. *num.* 3.

3 Primò, obstabit principium illud, quo docemur; quod is qui per alium facit, perinde est ac si ipse faciat *cap. qui per alium facit, de regulis juris, lib.* 6. *l. quod jussu alterius ff. eodem: cap. fin. de Procuratoribus, lib.* 6. sed Judices Ecclesiastici in Sacris Ordinibus constituti, possunt causam sanguinis, absque irregularitatis metu, per alios exercere, *cap. fin. hoc tit. lib.* 6. ergo Clerici in Sacris Ordinibus constitutis vindictam sanguinis exercere non est prohibitum, cùm per alios causas sanguinis exercere valeant. Pro cujus dubii solutione adnotandum est, irregularitatem ex defectu lenitatis, non incurri eo casu, quo Judex non sit causa proxima homicidii, nempè quod non adsit ex sua parte dictum, vel factum, ex natura sua ad mortem tendens: quare cùm text. *in dict. cap. fin. hoc tit. lib.* 6. tractet de delegatione causæ criminalis, à jure Ecclesiastico facta, personæ sæculari; meritò rectè asserit, judicem Ecclesiasticum, jurisdictionem temporalem habentem, posse in aliquo delicto particulari, alicui specialiter mandare, ut de crimine inquirat, & justitiam administret; modò specialiter punitionem non præcipiat faciendam ad mortem, vel mutilationem, quamvis Judex delegatus postèa reum justè, vel injustè puniat; nam hoc in casu Judex Ecclesiasticus non est causa proxima homicidii; ita Bonacina *ubi suprà, quæst.* 1. *part.* 1. *num.* 28. Villalobos *dict. tractatu* 21. *difficultat.* 23. *numer.* 3. Diana *ubi suprà, tractatu* 5. *resolut.* 9.

4 Secundò, obstabit principium, quo docemur, quod sine culpa, si non subsit causa, non est aliquis puniendus, *cap. non debet aliquis* 22. *cap. sine culpa* 23. *de regulis juris, lib.* 6. *cap. si habes,* 24. *quæst.* 3. *l. si quis in suo, C. de inofficioso testament. l. si putator, ff. ad leg. Aquil.* sed jure divino præceptum impositum est, ut malefactores publica authoritate, id est, à Judicibus occidantur, *Exod. cap.* 22. verse. *Ait Dominus ad Moysem, malefícos non patiaris vivere, cap. de occidendis* 8. 23. *quæst.* 5. ergo judicibus Ecclesiasticis sententiam sanguinis proferentibus pœna irregularitatis imponi non debuit; aliàs namque sine culpa punirentur, cum ex jure divino omnes judices sint adstricti punire malefactores. Sed respondendum est, quod multa licent in genere quæ non licent in specie, *cap. si Sacerdos, de officio Ordinarii*; meritò licet Prælatus habens jurisdictionem temporalem, generaliter possit committere alicui laico, ut faciat de omnibus malefactoribus vindictam, ex *dict. Sacræ Scripturæ*, testimonio; tamen per se quidem judicare non debet, vel consilium dare, nec etiam ei interesse; nam aliàs efficeretur irregularis; notat *Gloss.* verbo, *Aut judicet, in cap. Clericis 5. hoc tit.* Barbosa *in collectaneis ad eundem text. num.* 3.

5 Tertiò, obstabit dicere, quod adulterium pœna sanguinis punitur, §. *Item, lex Julia, Instit. de publicis judiciis; l. quamvis, & Auth. sed hodie, C. ad leg. Jul. de adulteriis*: sed Episcopus adulterii crimen punire debet, *c.* 1. *de officio Ordinarii*, versicul. *Habeant igitur Episcopi singularum urbium, in suis Diœcesibus liberam potestatem adulteria, & scelera inquirere, ulciscí, & judicare, &c.* Ergo Clericis in Sacris Ordinibus constitutis sententiam sanguinis proferre prohibitum non est. Sed huic dubio responderi valet, verissimum esse, Episcopum posse adulteros criminaliter punire, *ex dict. capit.* 1. *de officio Ordinarii*; sed id debet intelligi cum pœna excommunicationis, & destructionis in carcerem, vel Monasterium; at verò si agatur de pœna mortis imponenda, tunc illos ad judicem sæcularem remittere debet, juxta text. *in cap. de benedicto,* 32. *quæst.* 1. ut notat Anastasius Germonius *lib.* 1. *animadversionum, cap.* 9.

6 Quartò, nostri textus conclusio impugnatur ex sequenti consideratione, nam qui ex necessitate homicidium committit, videlicèt, obsidionis causa; non remanet irregularis, sed tantum post duorum annorum pœnitentiam, officio, & communioni restituitur, *cap. de his Clericis* 56. *distinct.* 50. Sed Judex Ecclesiasticus cui officium puniendi delinquentes competit sententiam sanguinis secundum allegata, & probata proferre tenetur, *cap. judicet* 4. 3. *quæst.* 7. *cap. Pastoralis,* §. *quia vero, de officio delegati, leg. illicitas,* §. *Veritas. ff. de officio Præsidis*: Ergo Ecclesiasticus Judex sententiam sanguinis, ex propria juris necessitate, secundum allegata, & probata proferens, non remanebit irregularis. Sed huic dubio respondendum est text. *in dicto c. de his* 50. *distinct.* procedere, quando quis ob defensionem vitæ, aliquem occidit, remanente tamen dubio, an excessisset moderamen inculpatæ tutelæ; nam tunc ad evitandum scrupulum, ei imponitur pœnitentia privationis officii, & communionis, per spatium duorum annorum; ita Acunna *in commentariis ad Decretum, in dict. c. de his,* 50. *dist.* Secus verò dicendum est in Judice, qui licet ex necessitate judicet; tamen

samen ex rationibus, & juribus *suprà* adductis, semper remaneret irregularis.

Quintò prædictis refragatur textus *in cap. ad audientiam* 3. *de crimine falsi*: ubi Urbanus Tertius docet, sigillum Regis falsificanti, post pœnam depositionis, in signum maleficii, characterem aliquem in fronte cum ferro candente à Judice Ecclesiastico esse imponendum, ut sic ab aliis discernatur, & similiter in exilium extra provinciam esse mittendum: ergo dicendum videtur, Clericis in Sacris Ordinibus constitutis, pœnam sanguinis exercere prohibitum non esse. Sed respondendum est, textum *in dicto cap. ad audientiam*, procedere in eo casu, quo Judex Ecclesiasticus characterem in fronte delinquentis, cum ferro candenti, absque sanguinis effusione imprimit; siquidem non ita profundè debet infligi ut sanguinem eliciat, sed tantum ut cutis, seu superficies deformetur in signum maleficii: & hoc illi fuit admissum, propter odium tanti criminis: noster verò *text.* procedit, quando impressio ferri candentis, cum effusione sanguinis fit; notat *Gloss.* verbo, *Characterem*, *in dict.cap.ad audientiam* 3. *de crimine falsi*, quæ pœna à Judice Ecclesiastico hodie imponi non potest, quia periculum imminet in ipsa infligenda, & hujusmodi ambustio, ex nostri text. decisione Clericis prohibita est; deindè, quia facies hominis ad instar cœlestis pulchritudinis facta fœdari non debet, *leg. si quis in metallum, Cod. de pœnis*: Notat Gloss. *in d. c. ad audientiam* 3. *de crimine falsi*, Barbos. latè *in collect. ad eundem textum, num.* 2. & 3.

8 Sextò, obstat textus *in capit. Tabernaculum* 2. *de Consecratione distinctione* 1. ubi Moysi, licet homicidium perpetrasset, juxta textum *in capite non in inferenda*, 23. *quæstion.* 3. fuit permissum Tabernaculum cum mensa, & Altare consecrare; & tamen in eodem *textu* probatur, David, Templum ædificare prohibitum esse, quia homicidia commiserat. Cujus solutio pendet ex his, quæ *suprà* in decidendi ratione retulimus; nam licèt David fuerit in veteri Testamento, tamen fuit novi Testamenti præfigurator; *cap. quod autem*, 32. *quæst.* 1. & per consequens mansuetudinem, & pacem, quam Christus obtinuit, repræsentare videbatur, meritò illi fuit prohibitum ob homicidia commissa, Templum ædificare, at verò Moyses præfigurator novi Testamenti non fuit; qua de causa Domino præcipiente, Tabernaculum cum mensa, & Altari sacravit: notat *Glossa* omnino videnda, *verbo*, *Prohibitus est*, in *dict. cap. Tabernaculum* 2. *de consecratione distinctione* 1. ubi latè Turrecremata. videndus est etiam textus *in cap. tua nos* 19. *de homicidio.*

9 Septimò, adversus ea, quæ communiter *in præsenti* notant Doctores omnes; videlicet, Clericos assistentes, quando reus in patibulo suspenditur, non remanere irregulares, nec mortaliter peccare, obstabunt verba *text. nostri*, versic. *Sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut ubi exerceatur interfit.* Ex quo manifestè constat, Clericum in sacris constitutum, non posse tempore, & loco executionis prædictæ sententiæ, interesse; cujus authoritate motus Sayrus, *de Censuris*, *ubi suprà*, asserit prædictos Clericos assistentes in loco patibuli, tempore suspensionis peccare mortaliter: sed Suarez *de Censuris*, *disput.* 47. *sect.* 4. *n.* 10. & Avila, *de Censuris*, *disp.* 15. *section.* 3. *dubit.* 15. *sess.* 14. asserunt, quod cùm Clerici ibi assistunt, culpam venialem tantum ob parvitatem materiæ committunt: sed his, & aliis sententis omissis, verissimè est dicendum, quod *text. noster*, quatenus prohibet, ne Clerici interfint, quando furca suspenditur reus, est intelligendus in casu, quo Clerici auxilium, & favorem, suâ presentiâ præstant, tempore, quo executio sententiæ fit; ita Ugolinus, *de Irregularitate*, *cap.* 5. *num.* 3. Diana *ubi suprà*, *resolut.* 35.

10 Octavò, adversus ea, quæ *in præsenti* notant omnes; videlicèt, homicidium committentem in bello justo, non manere irregularem, cum solùm adversus dubitantem, an justè, vel injustè homicidium commisisset, irregularitas sit statuta, ut notat Avila *de Censuris*, *disp.* 6. *sect.* 3. *dub.* 27. *conclus.* 3. Diana *ubi suprà*, *resol.* 3. contra Bonac. *de Censuris*, *disp.* 7. *quæst.* 4. *part.* 5. *num.* 3. Villalobos *in summa*, *tom.* 1. *tr.* 21. *difficultat.* 28. *num.* 6. Obstabit text. *in cap. petitio* 24. *de homicidio*, ex cujus decisione apparet, dubitantem, an in bello justo homicidium commiserit, irregularem manere: ergo etiam si homicidium in bello justo sit commissum, ex eo quis irregularis efficitur. Sed respondendum est, textum *in dict. cap. petitio*, *de homicidio*, procedere in casu, in quo conscientia illius remordet, & magis se inclinat quod homicidium in bello injusto commisisset; nam tunc cum propriè non possit dubium homicidii manere, justa de causa Pontifex asserit ad Altaris ministerium accedere non valere, ut docent *supra citati Auctores.* Sed licet hæc sententia in puncto juris, ab aliquibus sit recepta: Verius tamen dicendum est, quod etiam si in bello justo Clericus militaverit, si in eo bello aliqui sunt occisi, irregularis existat; notat Barb. plures referens, *in collectan. ad textum in dict. cap. petitio* 24. *de homicidio*, *num.* 2. Acunna *ad Decretum*, *in principio* 21. *distinctione numer.* 5. præcipuè, quia licet, textus *in dict. cap. petitio*, videatur loqui de bello defensivo; tamen terminatum fuit in bellum offensivum ex parte Christianorum fugientium de castro, & persequentium inimicos; notat Suarez *de Censuris disp.* 47. *sect.* 6. *num.* 4. Acuña *ad primam Decreti partem*, *dist.* 21. *in principio*, *num.* 10.

11 Nonò, suprà dictis obstabit Concilium Toletanum Primum, *cap.* 8. relatum *in capit. si quis* 4. 51. *dist.* ex quo constat, quod eo ipso, quod Clericus, vel laicus militaverit, irregularis efficitur; siquidem verba *illius text.* generalia sunt, & tam ad justum, quàm ad injustum bellum referuntur, ut constat *ex eodem text.* versic. *Si quis post Baptismum militaverit*, & vers. *Diaconi non accipiat dignitatem.* Augeturque difficultas ex *eodem text.* vers. *Etiam si gravia non admiserit*, quæ verba denotare videntur, quod etiam si homicidium non fuerit secutum, similis irregularis efficitur: ergo sive justum, sive injustum fuerit bellum, & etiamsi homicidium non fuerit secutum, Clericus eo ipso, quod chlamydem sumpserit, irregularis efficitur. Cui dubio responderi solet, *text.* illum esse intelligendum de bello injusto, ut constat ex ejus verbis, ad necandos fideles. Quæ interpretatio ex eo convincitur, quia verba illa, *ad necandos fideles*, desunt *in Concilio Toletano*, & sunt addita à *Gratiano*, ut constat ex ejus *palea.* Deindè, quia etiam contra fideles potest esse justum, vel injustum bellum. Denique, quia etiamsi injustum fuisset, defuit homicidium. Quare verius est dicendum, textum illum esse intelligendum, de bello justo aggressivo, quoties in eo Clerici propriis manibus, etsi non homicidium, membrorum tamen mutilationem perpetraverunt; quo in casu irregulares fiunt, etiam si in ipso bello, alia peccata non commiserint, id est, graviter ex homicidio non deliquerint: itaque quamvis irregularitas illa non proveniat ex delicto, cùm bellum justum esset; tamen provenit ex defectu lenitatis, cùm sæva, seu severa præcepta Clerici exequi non deberent, cùm id omnino eis esset prohibitum, etiam si bellum aggressivum esset justum; *cap.* 1. 50. *dist. cap. legem* 2. 53. *dist.* notat Suarez *de Censuris*, *disp.* 27. *sect.* 5. *num.* 6. Acunna *ad primam Decreti partem*, *in d. cap. si quis* 4. 5. *dist. num.* 11. Barb. *in collectaneis ed eundem tex.*

12 Decimò, his omnibus obstat Toletanum Concilium Undecimum, *cap.* 7. relatum *in cap. his à quibus* 30. 23. *quæst.* 8. ubi asseritur, Clericis, non solùm permissum esse testimonium ferre in sententiam sanguinis, verùm etiam sententiam ipsam propria manu scribere, & proferre, ut constat *ex eodem text.* versic. *Aut quod morte plectendum est*, junctò versic. *Manu propria subscriptionem*

ſubſcriptionem notare: quod omnino contrarium refert idem Concilium Toletanum Undecimum, *cap.* 6. Verùm in hac jurium contrarietate reſpondendum eſt, Canonem illum non eſſe intelligendum de morte naturali, ſed de civili tantum, hoc eſt deportationis: quæ interpretatio deducitur; *ex dict. Can.* 7. verſicul. *Ita tamen, ut ſi exilio*; ſiquidem deportatio mors civilis dicitur; *Gloſſ.* verbo, *Aquæ*, in *leg. Gallus*, §. *quid ſi tantum, ff. de liberis, & poſthumis.* cum deportatus pro mortuo habeatur, *Gloſſ.* verbo, in *leg. inſulam* 41. *ff. ſoluto matrimonio.* Nec ſolutioni obſtant verba *ejuſdem Canonis*, verſicul. *Ut nec tranſgreſſores ſine teſtimonio excidia vitæ ſuæ incurrant.* Quæ verba potius ad naturalem, quàm ad civilem mortem referenda eſſe videntur: quia interim, dum alia petimus, & meliora occurrent, dicendum eſſe exiſtimo, ſenſum illorum verborum eſſe, ita ut deportati ſine teſtibus condemnentur, ne aliter in tam miſerabili deportationis pœna, quæ interemptio dicitur, pereant: ut conſtat *ex eodem Can.* 7. *verſ. fin.*

11 Undecimò, adverſus ſecundam *noſtri text.* partem, quatenus aſſerit, Monomachiam, & duella Clericis prohibita eſſe, obſtabit dicere, quod lex divina à jure poſitivo auferri nequit, *cap. ſunt quidam*, 25. *quæſt.* 1. *cap. fin. de conſuetudin.* §. *Sed naturalia, Inſtit. de jure naturali*: cum inferior Superioris legem non poſſit abrogare, *cap. cum inferior, de majoritate, & obedientia*; *cap. inferior*, 21. *diſt.* ſed duellum lege divina eſt approbatum 1. *Regum*, *cap.* 17. *cap. Monomachiam*, 2. *quæſt.* 5. ſiquidem in locis illis probatur inter Davidem & Goliam duellum interveniſſe: ergo duellum à lege poſitiva prohiberi non potuit. Sed reſpondendum eſt, text. *in dicto cap. Monomachiam*, 2. *quæſt.* 5. procedere in caſu, quo Sanctus David Monomachiam, ſeu duellum exercuit inſtinctu, ſeu mandato Spiritus Sancti, quo caſu licitum fuit homicidium; *c. ſi non licèt*, 23. *quæſt.* 9. *& Judicum. cap.* 11. Ideoque Monomachiam exercendo non peccavit, ut docet *Gloſ.* verbo, *Monomachiam*, *in dict. cap. Monomachiam*, 2. *quæſt.* 5. ubi omnes ordinarii: reliqua quæ ad hunc textum ſpectant, ſunt omnino videnda in his, quæ *ſuprà* retulimus, *in cap. Clerici arma portantes* 2. *de vita, & honeſtate Clericorum.* Et cum his noſtrum hoc Opus abſolvitur, utinam ad veſtram candidi lectores utilitatem, & quod magis precor ad laudem Sanctiſſimæ Trinitatis, necnon intemeratæ Deiparæ Virginis MARIÆ, abſque peccati originalis labe conceptæ; & quidquid dixero, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ cenſuræ ſubjicio, cujus veram Catholicam Fidem veneror, & amplector.

FINIS.

INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM

Quæ in hoc opere continentur, ordine alphabetico digestus.

Primus numerus Titulum, secundus paginam, ultimus marginalem designat.

A

Abbatissa.

Abbatissa testari non potest, etiam si nunquam induisset habitum Monachalem. tit.26.p.483.n.1

Abiathar.

Abiathar à Salomone Rege à Sacerdotii dignitate depositus fuit. tit.1.p.5.n.7

Absens.

Absens justa subsistente causa pro præsente habetur. tit.4.p.310.num.2

Adversus absentem, & contumacem recipiuntur testes, & ad sententiam devenitur. tit.6.p.53.n.10

Absentes à quibuscunque criminibus etiam capitalibus defendi publicè interest. tit.1.p.19.n.11

Absentia.

Absentia justa nemini nocet. tit.27.p.243.n.2

Absentiæ justa causa si probari debeat, an sufficiat eam allegare, ut adversus sententiam quis restitui possit? remissivè discutitur. tit.27.pag.246.num.18. & 19

Absolutio.

Absolutio est actus jurisdictionis, non verò Baptismus nisi solemnis sit. tit.42.p.655.n.5

Absolutio ab excommunicatione requirit certam formam; & quid in interdicto? tit.1.p.3.n.14

Semel absolutus super eodem facto iterum conveniri non potest. tit.1.p.20.n.4

Abstinere.

Abstinendum est, non solum à malo, sed etiam ab omni specie mali. tit.31.p.571.n.9

Abstinendum est non solum ab eo, quod in se malum est; sed etiam ab eo quod occasionaliter potest esse malum. tit.1.p.284.n.2

Accessorium.

Accessorium sequitur naturam sui principalis. tit. 5. pag.327.num.8

Accusatio, Accusator.

Accusatio, & Inquisitio in quo differant.tit.35.p.571. num.5

Accusatio, & inquisitio in causa hæresis, quoad purgationem canonicam, inter se differt: nam accusatus deficiens in purgatione punitur pœna ordinaria, secus inquisitus. tit.22.p.166.n.9

Accusatio semel de una causâ facta, iterum intentari non potest. tit.41.p.637.n.12

Accusatio, pœnam præcedere debet. tit.25.pag.193. num.3

Accusator, si non fuerit legitimus in jure, non admittitur. tit.18.p.111.n.5

Accusatori incumbit onus probandi. tit. 12. pag. 77. num.4

Acta, Actio, Actor.

Acta facta in favorem minoris sine mandato valent. tit.1.p.15.n.7

Acta judicialia sine mandato facta parte non opponente valent. tit.1.p.15.n.9

Acta coram uno Judice inter easdem personas facta fidem faciunt coram alio. tit.22.p.161.n.19

Actio cum intentatur, & competit, tunc cessat Judicis officium. tit.21.p.435.n.6

Actio, *quanti ea res est*, datur legatario conditionali, adversus eum, qui ipsum prohibuit ingredi possessionem. tit.15.p.100.n.10.& 11

Actio realis, & personalis, tanquam contrariæ simul concurrere non possunt. Intellige ut ibi. tit.20. p.137. n. 7

Actiones bonæ fidei in omni jure decem & septem inveniuntur. tit.25.p.205.n.12

Actio in factum competit ex jurejurando, & an alia actio competat? tit.24.p.192.n.14

Actio ex testamento, stricti juris est; & quemadmodum in contractibus stricti juris à verbis non receditur, ita etiam in ultimis voluntatibus à verbis non est recedendum. Intellige ut ibi. tit.25.p.205. num.14

Actio hypothecariâ non potest experiri contra tertium possessorem, nisi facta prius executione in bonis principalis debitoris. tit.21.p.435.n.8

Actio funeraria competit pro sumptibus funerum. tit.13. p.94.n.24. & 25. & seqq.

Actio ad exhibendum eis solis datur, qui corpora sua esse dicunt. tit.19.p.118.n.21

Actio omnis Christi est nostra instructio. tit.40.p.627. num. 11

Actio finium regundorum non competit, nisi vero do-

mino, & an uſufructuario? Intellige ut ibi. tit. 19. p. 121. num. 7
Deportatus eo ipſo actionem depoſiti amittit; ſicut & alia beneficia quæ juris civilis ſunt. tit. 13. pag. 85. num. 11
Quoties plures competunt Actiones, una electa, cæteræ cenſentur ſublatæ. tit. 12. p. 79. n. 3
Actionis nomen in libello exprimere, an ſit neceſſarium. tit. 3. p. 48. n. 13
Actor probanti indebitè ſolviſſe, repetitio competit. tit. 24. p. 456. n. 14
Actor etſi ſit Clericus, forum rei ſequi tenetur. tit. 12. p. 75. n. 9
Actore contumace exiſtente, proceditur uſque ad ſententiam diffinitivam. tit. 6. p. 54. n. 14
Actore non probante, reus etſi nihil probaverit, eſt abſolvendus. tit. 23. p. 454. n. 2
Actor abſque libello contendens à judicio repellitur, cum illum in ſcriptis porrigere debeat. tit. 3. p. 44. num. 1
Actor debet ſequi forum rei, & num. ſeq. tit. 2. pag. 21. num. 3
Actor reconventus à Reo apud eundem Judicem reſpondere tenetur, etſi delegatus ſit. tit. 4. p. 48. num. 1
Actor qui judicem in ſuo negotio approbat eundem contra ſe judicem habere debet. titul. 4. pag. 49. num. 2
Actor forum rei ſequi debet. Limitatur ibid. hæc regula tit. 2. p. 36. n. 3.
Actor qui plenè probavit, non compellitur jurare. tit. 19. p. 118. n. 1
Actor allegationem ſuam probare debet. tit. 12. pag. 77. num. 3
Actor invitus regulariter litigare non compellitur: fallit hic. tit. 15. p. 99. n. 2
Actore ineptam actionem in judicio proponente reus ab illa abſolvendus eſt, ſi verò iterum eam aptè proponat reus illi reſpondere tenetur. tit. 1. pag. 20. n. 1
Actoribus ubi non eſt præſumptio in contrarium onus probandi incumbit. tit. 23. p. 454. n. 2
Actor Rei forum ſequi tenetur. tit. 4. p. 49. n. 3
Quod Actori permiſſum eſt, Reo denegari non debet. tit. 10. p. 68. n. 4.
Actore non probante reus abſolvitur. tit. 24. pag. 190. num. 3

Actus.

Actus legitimi, nec diem, nec conditionem recipiunt. tit. 28. p. 262. n. 4
Actus ſub conditione geſtus, ea ſecuta ex fictione retrotractiva juris purus remanet; & quid in ſpiritualibus obſervetur, ibidem diſcutitur. tit. 28. p. 263. num. 6
In Actibus meræ facultatis 30. actus requiruntur. tit. 12. p. 78. n. 11
Actus judiciales, liciti in diebus feſtivis tractari non debent. tit. 9. p. 63. n. 14
Actus qui commodè ad certitudinem reduci poteſt, ſemper eſt reducendus. tit. 30. p. 531. n. 16
Actus factus tempore inhabili, ſi ad habile referatur, an valeat? tit. 28. p. 512. n. 6

Adminiſtrator.

Adminiſtratori generali vendere permiſſum eſt; non verò Prælato, qui non liberam, ſed ſimplicem rerum Eccleſiæ adminiſtrationem habet. tit. 13. p. 368. num. 13
Adminiſtratores ſi ſint electi, eo ipſo eis cenſetur tributa facultas agendi pro omnibus illis, quæ ad eorum munus ſpectant. tit. 1. p. 22. n. 3

Adulterium.

Adulterium pœna ſanguinis punitur. tit. 50. pag. 696. num. 5
Adulterium graviſſimum crimen eſt, & an homicidio majus. tit. 1. p. 297. n. 3
Adulterium committi non ſolet, ſine mediatoribus qui ad conciliandos animos adhibentur. tit. 19. p. 131. num. 4

Advocatus.

Advocato infirmo ſalarium debetur. tit. 6. pag. 331. num. 8

Æſtimatio.

Æſtimatio fructuum facienda eſt habito reſpectu ad perſonam ſpoliati, non verò ſpoliantis, & quid in aliis poſſeſſoribus? tit. 13. p. 88. n. 13
Æſtimationem qui præſtat, rem ipſam præſtare videtur tit. 18. p. 415. n. 15

Ætas.

Ætas potius inſtrumentis, quàm teſtibus probanda eſt, cùm in memoria hominum annos retinere difficile ſit. tit. 22. p. 159. n. 4

Afflictio.

Afflictis non eſt danda Afflictio. tit. 6. p. 330. n. 2

Agens.

Agens prius petitorio ante concluſionem in cauſa, poſſeſſorio agere poterit; poſtea verò non niſi ex juſta cauſa. tit. 12. p. 79. n. 1
Præpoſterè agens non impeditur. tit. 10. p. 72. n. 11
Agenti ſuper rebus Eccleſiaſticis non obſtat exceptio ſpoliationis. tit. 10. p. 69. n. 12

Alienare.

Alienare cui interdicitur, etiam interdicitur actiones exercere. tit. 22. p. 156. n. 6

Alienatio.

Alienatio tantum comprehendit contractum per quem transfertur dominium. tit. 13. p. 367. n. 7
Alienatio rerum Eccleſiæ ut valeat, ſolemnitatem, & cauſam deſiderat. tit. 13. p. 369. n. 2
Alienatio licet Curialibus ſit prohibita, non tamen cenſetur donatio. tit. 24. p. 463. n. 11
Alienatio rerum Eccleſiæ facta cum cauſa, & ſolemnitate, jure directo valet. tit. 13. p. 375. n. 2
Alienationis nomine donatio etiam comprehenditur. tit. 13. p. 367. num. 10
Alienatio licet curialibus ſit prohibita, donatio tamen prohibita cenſetur. tit. 13. p. 367. n. 12
Alienatio rerum Eccleſiæ non valet ſine Clericorum conſenſu, licet approbetur per conſtitutionem laicorum. tit. 13. p. 376. n. 1
Alienatio de rebus Eccleſiæ facta non tenet; & alienatores niſi rem reſtituant, excommunicantur; & quilibet Clericus poterit contradicere, & rem cum fructibus repetere. tit. 13. p. 369. n. 1

Alimentum.

Alimenta tantum ſecundum facultates debentur. tit. 7. p. 333. n. 2

Allegans.

Allegans propriam turpitudinem, & veniens contra proprium factum, non eſt audiendus. tit. 27. p. 237. num. 11
Allegantes propriam turpitudinem, non ſunt audiendi. tit. 24. p. 474. n. 2

Altare.

Altare eſt duplex, aliud eſt ſtabile ſeu fixum, aliud verò portatile. tit. 40. p. 625. n. 4
Altari amoto, vel lapide continente ſigillum, reconſecrabitur Altare, non autem Eccleſia. tit. 40. p. 625. num. 1
Altare per enormem læſionem amittit formam. tit. 40. p. 625. n. 2
Altaria quare lapidea eſſe debent. titul. 40. pag. 626. num. 9
Altaria in Lege veteri, lignea, aliquando aurea, aliquando terrena erant: *Exodi* 22. tit. 40. p. 626. num. 9
Altari qui ſervit, de Altari vivere debet. tit. 5. p. 316. num. 2

Ambitio.

Ambitionis vitium præcipuè perſonis Eccleſiaſticis eſt prohibitum. tit. 38. p. 601. n. 2

Amor.

Amor parentum erga liberos vehementiſſimus eſt. tit. tul.23.p.165.n.2

Anathema.

Anathema, & major excommunicatio inter ſe non differunt quoad pœnam; ſecus quoad ſolemnitatem, & extremam detestationem. tit.21.p.197.n.3

Anathema verbum, inducit canonem latæ ſententiæ. tit. 1. p. 283. n.5

Anima, Animus.

Anima omnis poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſſe debet. tit.1.p.5.n.7

Animus hominum, in quo bonitas, vel malitia reſidet, miris fructibus agitatur, nec in eodem tractatu permanet. tit.23.p.167.n.3

Annus.

Annus probationis ad Religionem ad quid fuerit ſtatutus, & quare ante profeſſionem quis ad ſæculum redire poterit. tit.31.p.540.n.2

Antichreſis.

Antichreſis pignus ea lege contrahitur, ut fructus in ſortem non computentur, ſed pro uſuris percipiuntur. tit.24.p.179.n.11

Antichreſis pactum de Jure Civili eſt permiſſum; ſed Pontificio improbatur. tit.20.p.422.n.5

Antichreſis pactum quid ſit. tit.20.p.422.n.4

Apoſtoli.

Apoſtoli quare olim nomine Chriſti baptizabant, & latè exponitur. tit.42.p.643.n.89

Apoſtolorum Canones, an ſint referendi ad jus Divinum. tit.32.p.645.n.7

Appellare.

Appellans à gravamine etiam poſt fatale auditur, non per viam appellationis, ſed querelæ, vel nullitatis tantum. tit.28.p.256.n.12

Appellans habet annum ad proſequendam appellationem: & ex juſſa cauſa biennium; & hoc, niſi judex moderetur: etſi appellans non proſequatur appellationem in termino præſcripto, firma manebit ſententia. tit.28.p.253.n.2

Appellare licet de jure Canonico à quacunque ſententia interlocutoria, ſervata juris forma, de qua mentio habetur in *cap.ut debitus honor, de appellat.* ſecus verò de jure Cæſareo, quo attento, appellatio indiſtinctè prohibita eſt. tit.28.p.264.n.4

Appellari non poteſt, ne corpus ſepeliatur. titul. 28. p.512.n.3

Si à Judice inferiore unus appellat ad Pontificem, & alius ad inferiorem Pontifice, tenetur appellans ad Papam comparere ad citationem inferioris, ſaltem appellationem ſuam allegaturus; aliàs valebit proceſſus coram inferiore factus; niſi cognoviſſet appellationem fuiſſe interpoſitam. tit. 28. pag.256. num. 1

Appellatio.

Appellatio non admittitur de eo, quod quis omnino facere tenetur. tit.28.p.263.n.7

Appellatio unius ex ſociis prodeſt omnibus. titul. 28. p.252.n.17

Appellatio à ſententia Delegati ad Delegantem fieri debet. tit.27.p.259.n.15

Appellatio non ſolùm per perſonalem itineris ad Pontificem arreptionem præſumitur; verum etiam per Nuntii miſſionem: & in quo differant? Intellige ut ibi. tit.29.p.270.n.5

Appellatio Excommunicationis, de majori intelligitur. tit.1.p.17.n.11

Appellatio gradatim fieri debet ad proximum & immediatum Judicem ſuperiorem. tit. 28. pag. 258. num. 11

Appellatio à ſententia Archidiaconi debet fieri ad Epiſcopum tanquam ad immediatum Judicem ſuperiorem. tit.28.p.258.n.12

Appellatio à Pontifice, ſeu Principe, non ab aliis tolli poteſt. tit.28.p.260.n.1

Appellatio, & recuſatio æquiparantur in eo, ut ſi prohibita eſt appellatio, cenſeatur etiam prohibita accuſatio. tit.28.p.267.n.2

ut Appellatio admittatur prius de juſtificatione ejus conſtare debet. tit.27.p.239.n.4

Appellatio in ſcriptis expreſsè fieri debet. tit.29.p.269. num. 4

Appellatio etiam abſente Judice interponi poteſt. tit.28. p.265. num.15

Appellatio licet ad præſidium innocentiæ ſit inſtituta; tamen abſolutè defenſio non dicitur, ac ideò potius ad jus poſitivum, quàm ad naturale referri debet; cum à Principe tolli poſſit; quod ſecus in citatione obſervatur. tit.28.p.261.n.3

Appellatio ad proximum Judicem immediatum interponi debet. tit.2.p.30.n.6

Appellatio gradatim, & non omiſſo medio interponenda eſt, niſi reſpectu Summi Pontificis. tit. 2. p. 30. num. 7

Appellatio ad Romanam Eccleſiam tanquam ad Matrem, & Caput omnium Eccleſiarum, omiſſo medio admittitur: & ibi aſſignatur ratio. tit. 28. p.257. num. 2

Appellatio à Vicarii ſententia, non ad Epiſcopum ſed ad Archiepiſcopum tanquam ad proximum, & immediatum Judicem devolvi debet. tit. 28. p.259. num. 14

Appellationis fatale tempus currit à die ſententiæ, ſi Reus condemnatus, eſt conſcius ſententiæ: ſin verò ignarus, currit tantum à die appellationis. tit.28. p.254.num.6

Conceſſa Appellatione, omnino conceſſa intelliguntur, qua ad ejus proſecutionem deſiderantur. t.tul. 25. p. 207. n. 2

Novata poſt Appellationem ab interlocutoria, ſtatim non ſunt revocanda, ſed tunc demum, cum poſt inhibitionem attentata fuerint. tit. 25. p. 207 num. 4

Appellatione beneficii majores etiam Dignitates comprehenduntur. tit.5.p.319.n.4

Innovata poſt Appellationem extrajudicialem attentatorum remedio non revocantur, niſi ſint facta poſt, & contra ipſam appellationem: hoc eſt, contra expreſſum articulum de quo fuit extrajudicialiter appellatum. tit.28.p.249.n.3

Appellatione pendente ſequeſtratio fieri permittitur, cum diſſipatio extat, nec appellans poterit contra ſequeſtri decretum attentatorum remedio uti. tit.17. p. 109. num. 6

Appellatio juriſdictionem Judicis *à quo* ſuſpendit: & conſervat illæſum ſtatum appellantis. tit.28. p. 249. num. 1

Approbare.

Quod omnes tangit ab omnibus debet Approbari; & ibi plura exempla traduntur, & regula exponitur. titul. 11. pag. 352. num. 3.

Aqua.

Aqua fluens ex corpore Chriſti pendentis in Cruce, fuit pura, miraculosè egrediens ab ejus corpore ad ſalutem animarum. tit.42.p.658.n.6

Aquæ quantitas, quæ ſufficiat ad Baptiſmum. tit.42. p. 658. n.8

Arbitri.

Arbitri an in diebus feriatis ſententiam dicere poſſint. tit. 9. p. 64. n. 22

Arbitraria redacta ſunt ad inſtar judiciorum. tit.1.p.6 num. 17

Archidiaconus.

Archidiacono jus eligendi nulla conſuetudine adquiri poteſt. tit.7.p.335.n.3

Archidiacono an inſtitutio beneficiorum competat? remiſſivè ponitur. tit.7.p.334.n.5

Archidiacono jus eligendi, nec conſuetudine adquiri poteſt. tit.27.p.245.n.15

Index.

Archiepiſcopus.

Archiepiſcopus nullam habet juriſdictionem in ſubditos ſuffraganei, niſi per appellationem, tit.2.p.23. num. 7

Archiepiſcopus eſt Judex in prima inſtantia de cauſis Epiſcoporum. tit.2.p.23.n.8

Argumentum.

Argumentum valet de libertatibus ad piam cauſam. tit. 39. p. 623. n.6

Argumentum valet de contractibus ad ultimas voluntates. tit.26.p.494.n.10

Argumentum valet de matrimonio carnali ad ſpirituale. tit.6. p. 332. n.6

Simile non eſt idem. tit.6.p.332.n.6

Argumentum validum eſt de matrimonio carnali ad ſpirituale. tit.12.p.354.n.2

Argumentum à contrario ſenſu locum non habet, ubi reſultat abſonum à jure. tit.13.pag.367.n.7

Argumentum de majori ad minus validum eſt. tit. 21. p.429. n. 7

Valet argumentum de privilegio ad præſcriptionem, ac ideo id quod privilegio fieri poteſt, poterit etiam præſcriptione fieri. tit.26.p.219.n.8

Argumentum à contrario ſenſu non valet, ſi ex eo reſultet abſurdum. tit.2.p.24.n.12

valet Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale. tit.27. p.237. n.10

Argumentum valet de præſcriptione ad privilegium; ſed per privilegium Eccleſia à procuratore liberari poteſt; non tamen per præſcriptionem, & ibi diverſitatis ratio refertur. tit.26.p.224.n.4

Argumentum valet de matrimonio carnali ad ſpirituale. tit.42.p.654.n.2

Arma.

Arma Clericorum, tantùm ſunt orationes, & lachrymæ. tit.1. p.278. n.2

Arma ſuſcipere Clericis pro rerum ſuarum defenſione permiſſum eſt. tit.1.p.278.n.3

Arma Clericis permiſſum eſt ſuſcipere in bello juſto aggreſſivo, qui ſi non deformandi animo ſuſceperint, etiam ſi mors fuerit ſecuta, irregulares non fiunt. tit.1.p.279.n.7

Armorum delatio non tantùm Clericis in Sacris, verum etiam in minoribus Ordinibus conſtitutis prohibita eſt. tit.1.p.280.n.13

Arreptio.

Arreptio itineris, vel miſſio ad Pontificem, vim appellationis habet. Intellige ut ibi. tit.28. pag.265. num. 13

Arreptio itineris ad Pontificem, vim præſumptæ appellationis obtinet; & in ea Attentatorum remediorum locum habet. tit.29.p.269.n.2

Atteſtatio.

Atteſtationum appellatione, teſtes, & inſtrumenta comprehenduntur, ad hoc tamen ut tanta fides teſtibus, quàm inſtrumentis adhibeatur, non tamen adeò ut poſt publicationem æqualiter admittantur; & ibi differentiæ ratio aſſignatur. tit.20. p.144.n.4

publicatis Atteſtationibus, ſi novi articuli oriuntur, etiam ex prioribus dimanati, tam teſtes recepti, quàm alii noviores poſſunt recipi. tit.20.p.146.n.13

publicatis Atteſtationibus in cauſa matrimoniali teſtes recipiuntur. tit.27.p.237.n.8

poſt publicatas Atteſtationes uſque ad concluſionem poſſunt inſtrumenta produci; & conſuetudo loci facit inſtrumentum authenticum. tit. 22. pag. 158. num. 1

Auctoritas.

Auctoritas ſuperioris omne vitium ſimoniæ purgare ſolet. tit.19.p.417.n.2

Auxilium.

Auxilium legis fruſtra invocat qui committit in legem. tit.25. p.199. n.2

B

Baptiſmus, Baptizare.

BAptiſmus eſt in triplici differentia, fluminis, flaminis & ſanguinis; & in quo differant. titul. 42. pag. 648. n. 8

Baptiſma unum eſt, non ſolum unitate ſpecifica, ſed etiam unitate numerica. tit.42.p.644.n.2

Baptiſmus eſt neceſſarius, de neceſſitate medii ad ſalutem & quid in Euchariſtiæ Sacramento. tit. 42. p.651. n.9

Baptiſmus an valeat, ſi quis cum legitima forma, & intentione, infantem proximum morti in flumen, vel in puteum projecerit. tit.42.p.658.n.10

Baptiſmus ſignificat mortem, & Reſurrectionem Chriſti; Paulus *ad Romanos, cap.*6. ibid.

Baptiſmus tollit peccatum actuale, & originale. tit.42. p.659. n.12

Baptiſmus eſt Janua omnium Sacramentorum. tit. 43. p.660. n.2

Baptiſma, quando dormienti, vel furioſo poſſit conferri. tit.42.p.654.n.18

Baptiſmus metu collatus, ſeu receptus, an valeat? ibid. n.19

Baptiſmus omnibus ad ſalutem eſt neceſſarius. tit. 44. p.663. n.2

Baptiſmi materia proxima, vel remota, qualis ſit? titul. 42. p.657. n.2

Baptiſmus Chriſti, & Baptiſmus Joannis, in quo differant, Matth. cap.3. tit.42.p.657.n.3

Baptiſmus habet vim illuminationis, *Apocalypſis cap.* 1. tit. 42. p. 658. n.5

Baptiſmi forma more Græco qualis ſit. tit. 42. p. 640. num. 3

Baptiſmus per ſuam formam verbis Evangelicis conſecratur. tit.42.p.640.n.2

Baptiſmi cauſa eſt duplex, una principalis, altera inſtrumentalis. ibid.

Deficiente aliquo de ſubſtantia ejus, quod exigitur ad eſſe rei, nihil actum eſt. ibid.

Baptiſmus conficitur, etiam ſi pronomen, *Ego*, deficiat; ſed Latini, ſi abſque eo baptizaverint peccabunt venialiter; & ſi more Græco fecerint, lethalem reatum committunt. tit.42.p.641.n.5

Baptiſmus licet tollat peccata, non tamen tollit fomitem ſeu concupiſcentiam, ad peccandum. tit. 42. p. 652. n.14

Baptiſmus tollit omnem pœnam divinam, non verò humanam. tit.42.p.653.n.16

Si probabiliter dubitatur, an quis fuerit baptizatus, poteſt baptizari ſub forma hìc relata: *Si es baptizatus, non te baptizo; ſi non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & filii, & Spiritus Sancti. Amen.* tit.42.p.644.n.1

Baptiſmum privatum, urgente neceſſitate, quilibet poterit exercere. tit.42.p.655.n.7

Baptiſmus an valeat, ſi aqua tangat veſtem, vel ſi homo ſit in utero. tit.42.p.658.n.9

Baptiſmus in vino, & oleo, quare non poſſit fieri, ſed ſolum in aqua. ibid.n.7

Baptiſmus factus in ſolo brachio, pede, aut digito, an ſit reiterandus. tit.42.p.646.n.10

Baptiſmi Sacramentum non eſt, ubi deeſt verbum, vel elementum. tit.42.p.657.n.1

Baptizare ſeipſum nemo poteſt, etiam inſtante neceſſitatis articulo. tit.42.p.654.n.1

Beneficialia.

Beneficialia Parochialia, & ſimplicia, in quo differant tit.35.p.579. num.9

an in Beneficialibus ſententia tranſeat in rem judicatam & an ſit vitium remiſſibile, vel irremiſſibile, ibi exponitur. tit.27.p.237.n.10

in Beneficialibus non datur ſucceſſio. tit.1.p.8.n.5

Beneficium,

Beneficium.

Beneficium vel perſonatum habens cum cura, ſi ſecundum ſimile conſequatur, vacat primum ipſo jure; & ſi retinere contenderit, utroque ſpoliatur, niſi propter genus, vel ſcientiæ eminentiam Pontifex diſpenſaverit. tit.5.p.326.n.1

Beneficium omne propter officium, laborem, & induſtriam conceditur. tit.4.p.311.n.2

Inſtitutus ſcienter in beneficium viventis deponendus eſt. tit.8.p.336.n.1

Beneficium tranſit in ſucceſſorem cum ſuo onere. tit.23. p.446. n. 2

Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione debent conferri. tit.24 p.471.n.4

Beneficiorum longa vacatio eſt contra publicam utilitatem. tit.12.p.81.n.3

Beneficiorum ac dignitatum collatio ad quem ſpectet de jure communi? ibid.n.4

Beneficiorum collatio ad Epiſcopos dumtaxat ſpectat. tit.9.p.347.n.2

Beneficiorum collatio inter fructus Epiſcopatus connumeratur; & ideò ſede vacante, Epiſcopo ſucceſſori reſervari debet. ibid.

Beneficia Eccleſiaſtica ſine diminutione debent conferri. tit.12.p.354.n.1

Beneficia plura obtinere eſt ſpecies negotiationis. tit.5. p.326. n.2

Beneficia duo per viam unionis, ſeu annexionis obtineri poterunt. tit.5.p.327.n.6

Beneficium Senat. Conſulti Vellejani mulieribus eſt conceſſum ob earum fragilitatem; & an renuntiari poſſit? Et quid in beneficio S. C. Macedonian. & quid in Edicto Ædilitio? tit.2.p.33.n.9.& 10

Beneficium datur propter officium. tit.4.p.308.n.2

Beneficium ceſſionis prodeſt debitori cedenti: non verò ei, qui poſt ceſſionem contraxit. tit. 23. p.452. num. 12

Inſtitutus in beneficium viventis injuſtè depoſiti per ſententiam, quæ tranſivit in rem judicatam, an ſit tutus in foro interiori, & exteriori, remiſſivè ponitur. tit.8.p.337.n.5

Beneficia perpetua ſunt, non temporalia. tit.8. p.336. num. 2

Beneficio quis ſine juſta cauſa privari non debet. ibid.

Beneficia plura habens contra alium de pluralitate non excipit. tit.25.p.199.n.1

Beneficia non vacantia concedi vel promitti non debent. tit.8.p.338.n.1

Beneficiorum pluralitatis prohibitio an à jure divino, vel poſitivo proveniat? latè exponitur. tit.5. p.329. num. 18

Beneficiorum pluralitas diſſolutionis, & vagationis cauſam præſtat. tit.5.p.326. n.2

Beneficiorum pluralitas omni juri, & rationi contraria eſt. tit.25.p.199.n.4

Non reſidens in beneficio an ſit privatus ipſo jure, an verò priùs citandus? remiſſivè ponitur. tit.4.p.311. num. 3

Beneficia minora ſecundum naturam majorum æqualiter ita debent regulari ut in illis nulla deformitas conſiſtat. tit.4.p.309.n.6

Beneficium à jure indultum nemini eſt auferendum. tit.28.p.255.n.8

Beneficia omnia Eccleſiaſtica regulariter reſidentiam requirunt. tit.6 p.331.n.2

Beneficium, quod quis adeptus eſt, non amittit, niſi graviſſima culpa interveniat. tit.48. p.680.n.5

Is, pro quo beneficiando ſcribitur, cum clauſula, *ſi idoneus fuerit*, non tenetur probare ſe idoneum, cum idoneus præſumatur. tit.23.p.170.n.1

Beneficium habens in Eccleſia tenetur contribuere ad ipſius reparationem. tit.48.p.676.n.1

Beneficia ante Epiſcopatus promotionem obtenta, vacant per promotionem ad illum. tit.19.p.122.n.9

Petenti beneficii reſtitutionem ex interdicto unde vi non obſtat exceptio renunciationis poſt ſpolium factæ. tit.13.p.82.n.1.& 3

Bernardus.

Bernardi epiſtola prima, & ejus hiſtoria refertur. tit.31. p.537.n.4

Bona.

Bona Eccleſiarum non debet quiſque tanquam propria vindicare. tit.5.p.317.n.1

Bona Eccleſiæ ſunt oblata, ut pro ipſis offerentibus oretur, & pauperes ex eis alantur. tit.5.pag.318. num. 2

Bona reſtitutioni ſubjecta, an propter crimen poſſidentis confiſcari poſſint. tit.34 p.568.n.9

Bona civitatis publica ſunt, & extra commercium noſtrum habentur; ita ut vendi, & alienari non poſſint. tit.5.p.318. n. 7

Bona Eccleſiæ bona pauperum ſunt. tit.13. pag.361. num. 2

Bonus.

Bonus quilibet præſumitur, niſi contrarium probetur. tit.20.p.141.n.5

Semel bonus, ſemper præſumitur ille bonus: quemadmodum ſemel malus ſemper præſumitur ille malus. tit.23.p.167.n.4

C

Cæſar.

CÆſari reddenda ſunt quæ ſunt Cæſaris; & quæ ſunt Dei, Deo. tit.3.p.303.n.2

Calix.

Calix argenteus quare in celebratione requiratur. titul.41.p.637. n.2

Calumniator.

Calumniatores, nec lege Julia de vi nec lege Rhemnia prohibentur teſtimonium dicere. Intellige ut ibi. tit.25. p.193.n.4

Cancellatio.

Cancellatio, cùm in loco non ſuſpecto exiſtit, in dubio præſumitur facta ab eodem Notario. titul. 22. p.154.n.2. & 3

De cancellatione inſtrumenti plura jura ibi ſummariè proponuntur. ibid.n.4

Canon. Canonicus.

Canones de ſuperfluitate reprehendi non poſſunt. tit.1. p.17. n.4

Canonici idonei teſtes reputantur ad ea quæ in capitulo geſta ſunt. tit.20.p.143.n.5

Canonici Seculares, & Regulares ſimul ſociari non debent. tit.48.p.679.n.4

Canonicus abſque mandato pro Eccleſia ad agendum admittitur. tit.1.p.15.n.6

Canonicus Regularis poteſt præfici Eccleſiæ Parochiali, etiam ſæculari; ſed debet habere ſocium ſui ordinis ſi commodè fieri poteſt. tit.35.pag.577. num. 1

Receptus in Canonicum ex promiſſione Capituli debet, quando facultas ſe obtulerit, habere præbendam. tit.5.p.321.n.1

Canonicus ſine præbenda proficere non poteſt. tit. 5. p.321. n.2

Canonici Regulares, Monachi ſunt, & à Monachorum conſortio non putantur ſejuncti. tit.48. p.678. num. 2

Canonici Regulares profeſſionem Monachorum ferè in omnibus emittunt. tit.48.p.679.n.2

Canonicus ſine præbenda, quando, & quomodo conſtare poſſit. tit.5.p.321.n.6

Canonicus in perpetuum prædium Eccleſiæ locare non poteſt. tit.13.p.374.n.1

Cantus.

Cantus in Eccleſia principaliter inſtitutus eſt ad excitandos piæ devotionis affectus; meritò ſi modula-

tione inhoneſtus,& laſcivus fuerit à jure improbatur. tit.1. p.281. n.4

Capellania.

Capellania conferri poteſt deſcendentibus, & conſanguineis fundatorum. tit.5.p.314.n.16

Capitulum.

Capitulum ſede vacante poteſt admittere,& inſtituere Clericos præſentatos à Patronis; & ſimiliter eos confirmare. tit.9.p.348.n.4

Capitulum ſede vacante poteſt abſolvere ab excommunicationis ſententia à jure,vel ab homine prolata. tit.9. p.348. num.7

Capitulum ſede vacante poteſt dare literas dimiſſorias ad Ordines ſuſcipiendos. tit.9.p.348.n.8

Capitulum ſede vacante poteſt de matrimonialibus cauſis tractare. tit.9. p.348.n.9

Capita duo tanquam monſtrum in uno corpore eſſe non debent. tit.22. p.354.n.2

Caſus.

Caſus exceptus firmat regulam in contrarium. tit. 3. p. 301. n. 5

Fortuitus Caſus quis dicatur,ibi exponitur.tit.15.p.384. num. 5

Fortuitus Caſus extra hominum poteſtatem exiſtit, & nullo eorum ingenio provideri poteſt. titul. 15. p. 384. n. 2

Cathedraticum.

Cathedraticum quid ſit ? ibi refertur. tit.24.pag.471. num. 5

Cathedraticum in ſignum obedientiæ debitum, præſcribi non poteſt. tit.24.p.471.n.7

Cathedraticum quid ſit ? latè diſcutitur? tit.39.p.611. num. 6

Cathedraticum Epiſcopo debetur, nulla conſuetudine, vel præſcriptione obſtante. tit.39.p.611.n.8

Cauſa.

Cauſa civilis de jure civili tantum durat per triennium; Criminalis verò per biennium; de jure verò Pontificio certum tempus non eſt deſignatum, ſed id requiritur, quod cauſa poſtulaverit, ut faciliùs expediri poſſit. tit.27.p.232.n.5

Cauſa ad ſuperiorem per appellationem delata, non eſt opus nova litis conteſtatione. titul. 6. pag. 54. num. 13

Cauſæ Clericorum ſecundum Jura Canonica, & non ſecundum conſuetudines laicorum terminantur.tit.2. p.29. n.1

Piæ Cauſæ favore plura permittuntur, quæ aliàs repellerentur. tit.26.p.490.n.2

Cauſa cum clauſula illa; *appellatione remota*, ſolùm à Principe, vel Pontifice committi poteſt. titul.28. p. 260. n.2

Cauſa Juriſpatr. an compromitti poſſit in laicum. tit.1. p.9. n.7

Fiſci Cauſa in re dubia, cùm pares ſunt ſententiæ, etiam inter pias Cauſas reputatur, ut pro eo ſit judicandum. tit.27.p.248.n.7

Cauſam generalem in actione reali exprimere ſufficit; in actione verò perſonali ſpecialem exponere neceſſum eſt. tit.3.p.48.n.12

Cauſæ Clericorum ſecundum communem conſuetudinem Regionis terminandæ ſunt. tit.1.p.5.n.11

Exiſtente Cauſa pietatis, vel neceſſitatis, de feriis non habenda eſt ratio. tit.9.p.64.n.21

Cauſa feudalis ſi tangat ipſum Dominum feudi tunc non apud ipſum, ſed apud Ordinarium, vel Arbitrum tractari debet, ex ratione, de qua.tit.1.pag.14. num. 9

Cauſæ feudalis cognitio non ſpectat ad Capitulum, Sede vacante. ibid.n 9

Cauſa quæ ſemel diffinita eſt iterum in judicium reduci non debet. tit.17.p.107.n.13

An in cauſis motis apud Arbitrum, vel arbitratorem requiratur libelli oblatio. tit.3.p.46.n.9

Cauſa juriſpatronatus apud judicem Eccleſiaſticum tractari debet. titul.1.pag.8.num.1

In una eademque Cauſa Tertia appellatio non admittitur. tit.27.p.239.n.3

Cauſæ feudales ſecundum feudorum conſuetudines etiam inter Clericos decidendæ ſunt. tit.2.pag.29. num. 8

Cauſæ plurimæ ſunt, ob quas Clerici à beneficiorum reſidentia excuſantur; quæ præcipuè ad quatuor reducuntur. tit.4.p.309.n.1

Qui Cauſam damni dat,damnum feciſſe videtur.tit.24. pag. 177. n.9

In Cauſa naufragii proceditur ad teſtium receptionem citra litis conteſtationem. tit.6.p.54.n.15

Cauſa poſſeſſionis, & proprietatis ſub eodem Judice terminari debet, nec contra abſentem eſt pronunciandum. tit.12.p.74.n.1

In Cauſis ſummariis, & exiguis non requiritur libelli oblatio, & ſcriptura. tit.3.p.45.n.8

In Cauſis poſſeſſorii quibus annexa eſt cauſa proprietatis, de poſſeſſione tractari non poteſt, niſi prius de titulo proprietatis appareat. tit.13.p.84.n.3

Cauſæ expreſſio in appellatione ab Interlocutoria, in majoribus cauſis non deſideratur. tit. 28. pag. 267. num. 23

Nulla eſt Cauſa quæ unius teſtimonio quantumvis legitimo terminetur. tit.20.p.140.n.1

Cauſa appellationis ab Interlocutoria, ſi verificata non fuerit, remittitur ad inferiorem judicem. tit.28. p.266. n.18

Cauſa commiſſa ſimpliciter ſine ſtrepitu & figura judicii, poteſt omitti libelli oblatio. tit.3.p.45.n.4

In Cauſis capitalibus gravioribus, plures dilationes concedi Judicibus permiſſum eſt ex ratione de qua ibi. tit.8.p.59.n.7

Cautio.

Cautio præſtanda antequam legatum ſolvatur, ſi omiſſa fuerit, condictio competit ut interponatur. tit. 13.p.95.n.34

Celebrare, Celebratio.

Celebrare, quando permittatur in carceribus, vel privatis domibus. tit.40.p.626.n.6

Celebrationis tempore diviſus eſſe debet Clericus à populo. tit.1.p.275.n.1

Cenſus.

Cenſus impoſitio eſt quædam jurium Eccleſiæ alienatio, & ſervitutis impoſitio. tit.39.p.616.n.2

Cenſum novum Epiſcopi menſæ ſuæ, etiam ex juſta cauſa imponere non poſſunt. tit.39.p.619.n.7

Cenſus à Prælatis dupliciter Eccleſiis imponi poteſt, in perpetuum, vel ad tempus, ubi exponitur. titul.39. p.617. n.3

Certum.

Certa quæ ſunt per rerum naturam, non ſuſpenduntur, licet apud nos incerta ſint. tit. 42. pag. 644. num. 2

Ceſſio.

Ceſſio actionum variis de cauſis prohibita eſt. tit. 22. p.444. n.13

Character.

Character ſemel impreſſus indelebilis eſt. tit.3.pag.303. num. 2

Character per Baptiſmum imprimitur in anima indelebilis. tit 42.p.644.n.2

Charitas.

Charitas bene ordinata à ſeipſo debet incipere. tit.38. p.602.num.5. & tit.16. p.300.num.3

Chriſtiani, Chriſtus.

Chriſtianorum genera duo ſunt, Clerici & laici. tit.41. p.632. num.2. & tit.3. p.303. n.2

Chriſtus Dominus, non à ſeipſo, ſed à Joanne voluit baptizari. tit.42.p.654.n.2

Circumciſio.

Circumciſio an fuit inſtituta. tit.47.p.674.n.8

Citatio, citare.

Citatio quatenus defenſionem continet juris naturalis

ralis eſt, ideò à Principe auferri nequit. titul. 14. p. 96. num. 2.

Citatio facta ad locum non tutum, inutilis eſt. tit. 28. p. 261. n.6

Per ſolam Citationem judicium dicitur cœptum, & juriſdictio delata perpetuatur. tit. 5. p. 51. n.4

Citatio in diebus feriatis, vel ad diem feriatum facta, non valet. tit. 9. p. 63. num. 15

Citatio operatur litis pendentiam. tit. 5. p. 51. num. 8

Citatio ad domum facta eſt ſufficiens ad miſſionem in poſſeſſionem. tit. 14. p. 97. n. 6

Per Citationem prævenitur juriſdictio, nec novo privilegio tollitur. tit. 2. p. 42. n. 8

Citatus ad ſententiam ex legitima cauſa Judici ignota ſi non comparuit, tenet ſententia eo abſente lata, ſed retractatur, probata legitima cauſa abſentiæ: ſi verò id non probetur plenè, non antea retractatur, quàm de ipſius iniquitate conſtiterit. tit. 27. p. 243. n. 1

Citatus tenetur coram judice citante cauſam proſequi non obſtante, quod poſtea mutaverit forum. tit. 2. pag. 42. n. 1

Clauſula.

Clauſula illa ſervatis ſervandis ſemper debet præſupponi. tit. 2. p. 36. n. 10

Clauſula, *appellatione remota*, in quacumque reſcripti parte oppoſita, ad omnia reſcripti capita referri debet. tit. 24. pag. 469. n. 10

Clauſula illa, *appellatione remota*, tantum operatur effectum ſuſpenſivum, ut remedium attentationum locum non habeat; non verò devolutivum, ut ad Superiorem non devolvatur. tit. 28. p. 261. n. 5

Clauſula illa generalis, *appellatione remota*, in quacunque reſcripti parte appoſita referri debet ad omnia reſcripti capita, tàm præcedentia, quàm ſequentia. ibid. n. 7.

Clauſula, *appellatione remota*, eſt ſtricti juris, & non extenditur ad alias cauſas in reſcripto non contentas. Intellige, ut ibi. tit. 4. p. 50. n. 11

Clericus.

Clericus in minoribus exiſtens matrimonium contrahendo Clericali vitæ renuntiare, & laicali velle incumbere cenſetur. tit. 3. p. 303. num. 2

Clerici ab officiis, & commerciis ſecularibus maximè inhoneſtis abſtinere debent: & contra facientes ſi tertiò moniti non deſiſtant privilegium clericale quoad bona amittunt. tit. 1. pag. 288. num. 1

Clericis à verbo Græco *Clericos* appellantur, quod verbum latinè *ſors* dicitur; & ita Sacerdotes Clerici denominantur, quia ſorte Domini electi ſunt. ibid. num. 2

Clericus an ex confeſſione extrajudiciali puniri poſſit. titul. 1. pag. 11. num. 10

Clerici non tantum gaudent privilegio fori quoad perſonas, ſed etiam quoad bona. tit. 2. pag. 27. num. 3. & 6.

Clerici, vel Monachi, nec leges audire, nec docere debent; nec artem Chirurgicam, nec Phyſicam, ſub pœna excommunicationis, exercere. tit. 49. pag. 692. num. 1

Clericorum officium eſt orare, & cum precibus lachrymas effundere, pro hominum peccatis expiandis. tit. 49. p. 693. n. 2

Clericis non licet ſine auctoritate Superioris peregrinari: Intellige, ut ibi. tit. 29. p. 270. n. 11

Clericus etiam incorrigibilis, dum actualiter non fuerit degradatus, eſt de foro Eccleſiæ. tit. 1. p. 17. num. 8

Clericorum numerus debet inſtitui in Eccleſiis Collegiatis ſecundum facultatem ipſarum. tit. 7. pag. 333. num. 1

Clerici non reſidentes privantur beneficio; ſi modo admoniti ad reſidentiam non venerint. tit. 4. p. 311. n. 1

Clericorum nomine veniunt etiam prima Tonſura initiati. tit. 1. p. 17. n. 5

Clericus qui dimiſſo habitu delictum enorme commiſerit, per Judicem laicum puniri poteſt. titul. 1. p. 17. num. 10

Clericus fidejuſſionibus inſerviens, eſt abjiciendus. tit. 22. p. 440. n. 1

Clerici ita attonſum caput geſtare debent, ut aures pateant ad crimina hominum per Confeſſionem audienda. tit. 1. pag. 282. n. 2

Clericus incorrigibilis excommunicandus eſt, & ſi non reſipuerit, per judicem ſæcularem comprimendus. titul. 1. p. 17. n. 1

Clericus coram proprio Epiſcopo, & non coram alio, niſi de ejus licentia, & utriuſque partis conſenſu. tit. 2. p. 23. n. 1

Clericus compellitur ſervare fidejuſſorem indemnem, etiam per aſſignationem ſuorum reddituum. tit. 22. p. 441. n. 1

Clerico delinquenti pœnitentia injungenda eſt ab eo Epiſcopo in cujus juriſdictione commoratur. titul. 2. p. 35. num. 4

Clerici, qui uxores ducunt, negotium ſeculare exercere videntur. tit. 3. p. 303. n. 2

Clerici negotiatores quemadmodum non amittunt privilegium Canonis, ſeu fori; ita nec conjugati; dum tamen habitum, & Tonſuram deferant. ibid.

Clerici arma portantes, & uſurarii excommunicari debent. tit. 1. p. 278. n. 1

Clerici officium hoſpitalitatis præſtare debent. tit. 17. p. 392. n. 3

Clericus incorrigibilis à Judice ſæculari puniri poteſt. tit. 1. p. 17. n. 6

Clericus eſt miles cœleſtis, & terreſtri æquiparatur. tit. 16. p. 387. n. 7

Clerici perpetuò Deo mancipati ſunt, meritò, ne ab oratione divertantur, à conjugali conſortio prohibentur. tit. 3. p. 300. num. 2

Clericus dominus eſt fructuum beneficiorum. tit. 22. p. 443. n. 6

Clericus apud judicem domicilii ſui conveniendus eſt. tit. 2. p. 35. n. 3

Clerici confeſſio coram laico Judice facta non tenet. tit. 2. p. 299. n. 4

Clerici, qui judiciis in ſententia ſanguinis aſſiſtunt, irregulares fiunt. tit. 1. p. 279. n. 8

Clerici vel Monachi negotiis ſecularibus ſe immiſcere non poſſunt. Intellige pro aliis: ſecus verò pro ſe, & ſuis Monaſteriis. tit. 1. p. 22. n. 4

Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ, tam in civilibus, quàm in criminalibus, à juriſdictione ſæculari exempti ſunt. tit. 1. p. 10. num. 2

Clericus beneficium habens, ſi aliud ſimile fuiſſet aſſequutus, ei optio, & electio olim concedebatur. tit. 5. p. 327. n. 10

Clerici ligantur legibus, & conſuetudinibus Retractuum. tit. 1. p. 8. n. 27

Clerici quatenus cives non eximuntur à lege Politica ſive civili. ibid. n. 28

Clerici ligantur ſtatutis prohibentibus vinum deferri in Civitatem, vel frumentum revendi. ibid. n. 29

Clerici ſine Clericorum ſuffragio divina officia celebrare nequeunt; & ſi Miſſam aliter celebrent, non excuſantur à lethali culpa. titul. 1. p. 281. n. 2

Clerici temporalia arma deferre prohibentur. titul. 1. p. 278. num. 2

Clericus coram proprio Prælato, etſi Epiſcopus non ſit, conveniendus eſt. tit. 2. p. 23. n. 5

Clerici à negotiationibus ſecularibus ſe abſtinere debent. ibid.

Clericus latinè *ſors* appellatur, quia ſorte electus eſt à Domino. tit. p. 276. n. 2

Clerici per interpoſitam perſonam, locationis nomine, tabernam exercere poterunt. tit. 1. p. 289. n. 6

Clericus pro defenſione maximi patrimonii poterit abſque irregularitatis pœna aggreſſorem occidere; diam

tamen nulla ſpes ſit, aliter bona recuperare poſſe. tit. 1. p. 27. n. 4

Clericus an coram Judice laico reconveniri poſſit remiſſivè. tit. 4. p. 50. n. 7.

Clerici qui uxorati non ſunt, etiam ſi Tonſuram, & habitum deferant, & abjiciant, non amittunt privilegium, niſi trina monitio præceſſerit. tit. 3. p. 304. num. 4

Clericus, nec dictare, nec proferre ſententiam ſanguinis debet; nec quidquam aliud exercere, per quod ad vindictam ſanguinis tendatur. tit. 50. p. 696. num. 1

Clericus non poteſt ſibi conſtituere judicem laicum etiam cum juramento, & de conſenſu alterius partis. tit. 2. p. 31. n. 1

Clericus concubinarius, vel aliàs criminoſus, vitandus non eſt, niſi ejus crimen ſit notorium, ut ibi exponitur. tit. 2. p. 299. n. 1

Clerici an caſtitatem ex vi præcepti, vel conſilii, teneantur obſervare. tit. 3. p. 302. n. 11

Clerici pauperes ex artificio, & induſtria victum, & veſtitum quærere poſſunt. tit. 5. p. 316. n. 7

Clerici ſunt domini fructuum beneficiorum, & quomodo intelligatur, pluraque jura invicem contraria conciliantur. tit. 24. p. 480. n. 2

Clericus, ſi non habeat, unde ſatisfaciat ſuis creditoribus, non debet excommunicari, neque aliter moleſtari; præſtabit tamen cautionem ſaltem juratoriam de ſolvendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam. tit. 23. p. 449. n. 1

Clericis omnis litium occaſio eſt vitanda: ne à rebus divinis diſtrahantur. tit. 22. p. 441. n. 3

Clericus infirmus ex legitima juris interpretatione reſidere intelligitur. tit. 6. p. 330. n. 4

Clerico ægrotanti beneficii fructus integri debentur. tit. 6. p. 329. n. 1.

Clerici orphanorum tutelam gerere poſſunt. titul. 1. p. 289. n. 8

Clerici qui in bello injuſto incitant, irregulares fiunt, etiam ſi propriis manibus homicidium non commiſerint. tit. 1. p. 279. n. 10

Clerici coram ſuo Epiſcopo conveniri debent, & non coram iis quibus ſerviunt, niſi conſuetudo, vel privilegium aliud inducat. tit. 2. p. 33. n. 1

Clerici cum mercedem ab Eccleſia, & Altari recipiant, reſidere debent. tit. 4. p. 307. n. 2

Clerici hodie, ex Eccleſiæ conſuetudine, de omnibus bonis teſtari poſſunt, *cap. relatum* 12. *verſ. Licèt, de teſtamentis.* tit. 44. p. 480. n. 9

Clerici in ſacris conſtituti, ſi moniti contemnunt relinquere concubinas, & ſi non poſſint eas abjurare, tamen ſuſpenduntur, donec ſatisfaciant; & ſi præſumpſerint eas retinere, ab officio, & beneficio perpetuò deponuntur. tit. 2. p. 294. n. 1

Clericus an poſt recitationem Divinorum poſſit rurale opus, hoc eſt venationem exercere. tit. 41. pag. 634. num. 10

Clerici comam, & barbam nutrire prohibentur. tit. 1. p. 282. n. 1

Clerici conjugati in rebus ſuis non gaudent privilegio Clericali. tit. 3. p. 303. n. 1

Clericis conjugatis beneficia, hoc eſt ſtipendia debentur ſervientibus Eccleſiæ. tit. 3. p. 302. n. 13

Clericus non tenetur jurare tactis Evangeliis, & quando. tit. 7. p. 65. n. 8

Clerici antiquitus jurare prohibiti erant. tit. 7. p. 56. n. 7

Clericis peregrinantibus quæ privilegia concedantur remiſſivè ibi referuntur. tit. 29. p. 270. n. 13

Clerici immunes ſunt ab omni munere tutelæ, ſive teſtamentariæ, ſive dativæ. tit. 1. p. 289. n. 9

Clerici in ſacris conſtituti, non poſſunt Tabellionis officium exercere. tit. 1. p. 290. n. 10

Clericus bona propria dare poteſt, cui vult: at ſi decedat inteſtatus, & non habeat conſanguineos, ſuccedit Eccleſia. tit. 27. p. 505. n. 1

Clericus ab inteſtato decedens, & Eccleſiam non habens, ejus bona an ad Epiſcopum, vel Pontificem pertineant. tit. 27. p. 507. n. 7

Clerici ac laici unum Corpus in Rep. efficiunt. tit. 2. p. 29. n. 4

Clericus, ſi comam relaxaverit, anathema ſit. titul. 1. p. 283. n. 6

Clerici non reſidentes beneficio privantur. tit. 6. p. 331. num. 7

Regulares Clerici ſine ullo beneficii titulo ordinari poſſunt, nec illis Epiſcopus conſulere tenetur. tit. 5. p. 317. n. 10

Clericus in minoribus Ordinibus conſtitutus ſi matrimonium contraxerit, beneficium, quod antea habebat, amittit ipſo jure. tit. 3. p. 300. n. 2

Clericus per ſeipſum, non per alium debet horas Canonicas recitare. tit. 41. p. 633. n. 3

Clericus non debet retinere in domo mulierem ſuſpectam de incontinentia, etiamſi ſit mater vel alia conſanguinea. tit. 2. p. 291. n. 1

Clerici, & ſpirituales viri fœminarum conſortium effugere debent. ibid. n. 2

Clerici non ſolum à malo, ſed etiam ab omni ſpecie mali abſtinere debent. ibid.

Clerici in conſpectu Dei puro corde, & mundo corpore miniſtrare debent. tit. 2. p. 291. n. 2

Clericus nec tacitè, nec expreſsè poterit proprio foro renuntiare. tit. 1. p. 290. n. 11

Clerici quare ab omni ſtrepitu temporali ceſſare debent. tit. 41. p. 632. n. 2

Clericus Græcè dicitur: Latinè verò *Sors* appellatur; & quare? ibid.

Coadjutoria.

Coadjutoria cum futura ſucceſſione regreſſus, & acceſſus prohibita eſt. tit. 5. p. 313. n. 7

Cognitio.

Cognitio majorum negotiorum Eccleſiaſticorum tantum ad Pontificem ſpectat. tit. 44. p. 666. n. 2

Cognitio ſuper ſacrilegii crimine ad judicem Eccleſiaſticum pertinet privativè. tit. 2. p. 28. n. 5

Cognitio privilegii, etiam ſi dubium ſit, ad ſolum Pontificem ſpectat. tit. 30. p. 272. n. 7

Cohabitatio.

Per diutinam cohabitationem, & per famam loci, & inſtrumenta matrimonialia, & alia adminicula, matrimonia probantur. tit. 23. p. 169. n. 1

Collatio.

Collatio beneficiorum inter fructus computatur. tit. 12. p. 81. num. 2.

Collegium.

Collegia cujus authoritate erigi poterunt. tit. 36. p. 589. num. 10

Colonus.

Colonus nomine domini civiliter poſſidet, proprio autem naturaliter tantum. tit. 38. p. 607. n. 9

Colono quando caſus fortuitus renunciavit, ſi poſtea caſu fortuito fructus perierint, non fit penſionis remiſſio. tit. 18. p. 409. n. 14

Comam.

Comam relaxare non eſt lethale peccatum, ſed veniale. tit. 1. p. 283. n. 6

Comas nutrire laicis ignominioſum eſt. tit. 1. p. 282. num. 2

Commenda.

Commenda duorum beneficiorum à jure improbatur. tit. 5. p. 326. n. 4

Commercia.

Commercia, & negotiationes maximam utilitatem Reipublicæ conferunt. tit. 1. p. 289. n. 3

Commercia, & contractus omnes à jure gentium introducti ſunt. tit. 1. p. 289. n. 3

Commodatarius, Commodatum.

Commodatarius de caſu fortuito tenetur, quando ejus culpa præceſſit, & ad alium uſum, præter deſtinatum utitur. tit. 15. p. 384. n. 2

Commodatarius sui gratia tenetur de levissima culpa non tamen de casu fortuito, nisi ex culpa, pacto, vel mora: & commodatum ante usum completum non revocatur. tit. 15. p. 384. n. 1.

Commodatum tripliciter celebrari potest. Primò, gratia dantis; secundò; causa recipientis, tertiò, gratia utriusque, ut in exemplis ibi positis. tit. 15. p. 384. num. 3.

Commodatum assimilatur Precario, sed in multis differunt, ut ibi declaratur. tit. 15. p. 384. n. 4.

Commodatum, & Precarium in multis differunt. tit. 15. p. 385. n. 6.

Commodatum puræ libertati concedentis tribuitur. tit. 15. p. 384. n. 2.

Commodatum sola voluntate concedentis non revocatur; & ideo precarium, & commodatum inter se differunt. tit. 14. p. 381. n. 2.

Commodanti, vel Commodatario, quæ actio competat, remissivè ponitur. tit. 15. p. 386. n. 8.

Commodum.

Commodum qui sentit etiam incommodum sentire debet. tit. 18. p. 407. n. 2.

Communicare.

Communicans cum excommunicato, minori excommunicatione involvitur. tit. 25. p. 397. n. 4.

Communicans cum excommunicato, minorem excommunicationem incurrit, si excommmunicatum esse cognoverit; secus si ignoraverit. tit. 25. p. 198. n. 9.

Communio.

Communio alia est voluntaria, alia verò necessaria. tit. 38. p. 595. n. 3.

Laicalis, seu peregrina communio differt à Clericali, & quæ propriè peregrina communio dicatur. tit. 1. p. 277. num. 9.

Comparatio.

Comparatio literarum non plenam, sed semiplenam probationem infert, nisi unus testis de actu principaliter deponat. tit. 22. p. 154. n. 6.

Compensatio.

Compensatio, seu commutatio in spiritualibus periculosa est. tit. 34. p. 558. n. 9.

Compensatio vim solutionis retinet. titul. 20. p. 423. n. 8.

Compensatio in depositio non admittitur. tit. 16. p. 389. n. 1.

Compensatio in omnibus bonæ fidei contractibus admittitur. tit. 16. p. 391. n. 8.

Compositio.

Compositio amicabilis in re spirituali facta licet valeat inter contrahentes, non tamen ligat successores. tit. 5. p. 325. n. 10.

Compositio pro bono pacis in causa spirituali admittitur. tit. 5. p. 324. n. 4.

Compromissum.

Compromissum, vicem transactionis habet, tit. 1. p. 9. num. 7.

Compromissum vicem transactionis retinet. tit. 5. p. 324. n. 3.

Conatus.

Conatus in jure nostro, sine opere subsecuto, non punitur; & iterum exponitur *text. in d. c. 1. de div.* tit. 32. p. 544. n. 10.

Conatus in crimine læsæ majestatis punitur pœna ordinaria. tit. 23. p. 164. n. 5.

Concedere.

Concedo, Verbum licet sit generale; tamen restringitur secundum naturam contractus, cui adhæret. tit. 24. p. 471. n. 2.

Inter concedentem, & confirmantem, debet esse distinctio. *Conceptio.* tit. 22. p. 1. 57. n. 12.

Ex sola conceptione boni explicandi, non obligatur quis ad bonum conceptum exequendum. tit. 34. p. 563. n. 1.

Per conclusionem in causa inducitur renunciatio allegationum, & probationum. tit. 22. p. 158. n. 2.

Concubinatus.

Concubinatus crimen præcipuè in Clericis, grave est; siquidem crimine illo non unum, sed plura scelera committuntur. tit. 2. p. 295. n. 2.

Concubinatus lege Civili permissus erat. tit. 2. p. 296. num. 8.

Condemnatus.

Condemnatus, præstando pignora satisfacere videtur, Intellige, ut ibi. tit. 27. p. 235. n. 5.

Conditio.

Conditio personæ, delicti tempore, non sententiæ attenditur. tit. 21. p. 429. n. 4.

Conditio *si hæres voluerit*, differt ab illa, *cum hæres voluerit*. tit. 26. p. 494. n. 9.

Conditio libertatis datæ si servus decem dederit, adimpletur, si solverit ei qui quocunque modo hæreditatis dominium adquisierit. tit. 27. p. 242. n. 14.

Conditio jurisiurandi tanquam turpis, à Prætore in ultimis voluntatibus remittitur. titul. 24. p. 183. n. 7.

Conditio necessaria non inducit actum conditionalem. tit. 26. p. 499. n. 6.

Conditio de non recedendo speciem servitutis continet. tit. 5. p. 322. n. 4.

Conductor.

Conductori propter gravem sterilitatem sine sua culpa contingentem, pro rata remittitur pensio, nisi possit cum ubertate præcedentis, vel sequentis temporis compensari. tit. 18. p. 406. n. 1.

Confiteri, Confessio.

Si qui confitetur crimen in judicio incidenter, poterit ordinarius Judex inchoare processum, & illum ordinaria pœna punire. tit. 18. p. 100. n. 1.

Qui unum confitetur, etiam confiteri censetur id, quod ex eo necessariò consequitur. titul. 25. pag. 204. num. 3.

Confessus pro judicato habendus est. tit. 18. p. 113. num. 8.

Confessus de re, quæ in rerum natura non est, non exinde condemnatur. tit. 18. p. 114. n. 9.

Confessio contra jus in causa matrimoniali facta, nec viro, nec uxori præjudicat. titul. 18. pag. 114. num. 12.

Confessio partis in judicio facta, impedit restitutionem rei petitæ. tit. 13. p. 84. n. 5.

Confessio spoliati rem esse spoliantis, excludit restitutionem. tit. 10. p. 69. n. 10.

Confessio de crimine facta à Clerico, apud Judicem sæcularem, non valet, nec propter eam à Judice Ecclesiastico puniri potest. tit. 1. p. 10. n. 1.

Confessio in judicio facta vim rei vindicatæ retinet. tit. 18. p. 111. n. 2.

Confessio etsi noceat confitenti, non tamen ex eo statim condemnandus, cum suspendi debeat donec constiterit ab eo delictum fuisse commissum. titul. 18. p. 111. num. 3.

Confessio in jure per Ecclesiæ Oeconomum facta, nocet ipsi Ecclesiæ, tamen revocari potest, si ante finitum negotium doceatur per errorem facti emanasse. tit. 18. p. 112. n. 1.

Confessio sola delicti non sufficit ad condemnandum confitentem, nisi de ipsius delicti corpore constet. tit. 1. p. 11. n. 12.

Confessio debiti, sine causa redacta in scripturam, non inducit obligationem. tit. 22. p. 163. n. 1.

Confessio sine causa in judicio facta obligat, præcipuè si post confessionem partem pecuniæ quis cæpit solvere. tit. 22. p. 163. n. 6.

Confessio socii criminis nocet socio, Intellige ut ibi; tit. 18. p. 110. n. 2.

Confessio minoris etiam in delictis ei nocet. Intellige ut ibi, tit. 18. p. 112. n. 3.

Confessio per errorem facta, nec minori, nec majori præjudicat. tit. 18. p. 112. n. 4.

Confessio partis, altera præsente, an sit plena probatio tit. 27. p. 507. n. 14.

Confeſſio debiti recepti in inſtrumento facta, etiam ſine cauſa, prævalet. tit.22.p.163.n. 4.
Confeſſio concubinæ nocet Clerico, etiam ſi ſocia criminis ſit. tit.18.p.110.n.5.
Confeſſio criminis, ut noceat; oportet, quod fiat apud Judicem competentem. tit.1.p.10.n.4.
Confeſſio in judicio facta etiam ſi juris ordo non ſervetur, nocet confitenti. tit.18.p.111.n.11.
Confeſſio ut valeat, requiritur, quod in tribunali, & coram Judice competente fiat. tit. 18.p.111.n. 6.
Confeſſio extrajudicialis non nocet.tit.18. p. 119. n. 11.
Confeſſio hæreſis à Clerico coram Judice laico facta olim Juſtinianeo jure admittebatur.tit.18. p.111.n.9.
Confesſio coram uno Judice laico facta, coram alio fidem facit. tit. 1. p. 10.n.8.
Confeſſionis revocatio admittitur, cum erronea eſt, nec præjudicat, ſive in tortura, ſive ex intervallo fiat. tit.20.p.139.n.6.
Confeſſio facta per Advocatum parte præſente, perinde eſt ac ſi ab ipſa parte facta fuiſſet. tit. 1.p.19.n.3.

Confirmatio.

Confirmatio eſt juris quæſiti corroboratio. tit. 30. p. 273. num. 2.
Confirmatio ſi ſuper actu invalido fiat actus nihilominus invalidus remanet,cum nihil de novo tribuat, ſed jam quæſitum roborare videatur. tit. 30. p. 273. num. 2.
Confirmatio facta de re litigioſa, nulla rei litigioſæ mentione facta nullius eſt momenti.tit. 30.271. num. 5.
Confirmatio fit dupliciter,vel *in forma communi*, vel *ex certa ſcientia*: hæc actum nullum validum reddit;illa verò nihil detrahit, vel addit. titul. 30.pag.273.num. 5.
Confirmatio facta de re litigioſa,nulla in jure præſumitur;ac ideo ejus cognitio etiam inferioribus competit. tit. 30.p.271.n.2.
Confirmatio dupliciter poteſt accipi, propriè, vel impropriè: propriè accipitur, quando actui de ſe valido accedit, cui nihil de novo adjicit, ſed tantum robur ipſius validitati præſtat: impropriè verò pro approbatione actus invalidi factus ab inferiore, & à ſuperiore comprobatus. tit. 30.p. 273. num. 4.

Confuſio.

Confuſio oritur, ſi unicuique ſua non ſervetur juriſdictio. tit.2.p. 23.n.3.

Conjugatus.

Conjugatus quo modo, & quando conſentiente uxore, poſſit Sacros Ordines ſuſcipere. titul. 32. p. 546. num. 9.
Conjuges ſeparantur propter adulterium, vel infidelitatem. tit.32.p.548.n.12.

Conſanguineus.

Conſanguineis deficientibus uſque ad decimum gradum nullo facto teſtamento, ad fiſcum ſucceſſio pertinet. tit.27.p.505.n.2.

Conſecratio.

Conſecratio Eccleſiæ, vel Altaris, inter ſe differunt.tit. 40.p.625.n.2.
Conſecratio Eccleſiæ conſiſtit, non in tecto,ſed in parietibus, in quibus fuerint Cruces, & inunctiones. tit.40.p. 627.n.2.
Conſecratio Baſilicæ, ſi dubitatur in cujus Diœceſi ſit facienda, ille Epiſcopus conſecravit, qui prius in illa Epiſcopalia exercebat. tit.36.p.581.n.1.

Conſentire.

Conſentiens coram aliquo Judice litigare,re integra pœnitere poteſt. tit. 1. p.2.n.8.

Conſequens.

Conſequens qui vult, neceſſariò & antecedens, ſine quo illud exiſtere non poteſt,velle videtur. tit. 19. p.428.n.7.
Attendendum eſt id,quod principaliter agitur, non verò in conſequentiam venit. titul. 38. p. 605. n. 2.

Conſilium.

Conſilium qui debet petere, non tenetur illud ſequi. tit. 37.p. 592.n.7.

Conſtantinus.

Conſtantinus Magnus in Synodo Nicena adfuit, ibique inferiorem locum poſt Epiſcopos delegit. tit. 1. p.8. n. 31.
Conſtantinus Imperator omnem temporalem poteſtatem,univerſa Imperii jura Eccleſiæ Romanæ donavit. tit.24.p.461.n.4.
Conſtantinus Imperator à lepra per baptiſmatis lavacrum fuit liberatus. tit. 24.p.461.n.4.

Conſuetudo.

Conſuetudo derogat legem. tit.19.p.119.n.11.
Conſuetudo improbatur per quam tollitur uſus jurandi. tit. 19.p.119.n. 7.
Conſuetudinis tanta eſt poteſtas, ut non habenti juriſdictionem tribuat. tit. 7.p. 335.n.9
Conſuetudine juriſdictio adquiri poteſt.tit. 27. p. 245. num. 15.
Conſuetudo per reſcriptum vincitur. titul. 19 .p. 120. num. 12.
Conſuetudo admittitur, ut valeat appellatio de Judice ſeculari ad Eccleſiaſticum. tit.28.p 260.n.20.
Conſuetudine fit omne id, quod per legem fieri poteſt, vel contra, teſtium numerus lege, vel conſuetudine augeri poteſt. tit. 19.p.119.n.8.

Conſultius.

Conſultius verbum, neceſſitatem, an conſilium importet.tit.31.p.571.n.10.

Conſtituere, Conſtitutio, Conſtitutum.

Ad conſtituendum aliquem in vera contumacia, neceſſum eſt, quod poſt terminum elapſum incuſetur,ut ibi declaratur. tit. 1. p.2.n.11.
Ad conſtituendum aliquem in contumacia non ſufficit generalis citatio. tit.14.p.97.n.7
Conſtitutio laicorum contra Eccleſiæ libertatem, eſt nulla ex poteſtatis defectu. tit.13.p.376.n.7
Conſtituti natura eſt, ut ſequatur originem primi contractus. tit.2.p.43.n.8.

Conteſtatio.

Conteſtatio litis, & ejus ſententia, ex defectu mandati nullius momenti eſt. tit. 25.p.200.n.4
Conteſtatio eſt fundamentum, & lapis angularis judicii. tit.5.p.51.n.3

Contractus Contrahens.

Contractus ex conventione legem accipiunt.tit. 18.p. 407. n.2.
Contractus ita eſt judicandus qualis in forma ipſa apparet. tit. 21.p.431.n.4
Contractus formam accipiunt ex conventione. tit. 18. p.409.num.14.
Contractus cenſualis differt ab emphyteutico, licet aliquando promiſcuè accipiantur. tit.13. p. 372. num. 7.
Contractus emptionis & venditionis eſt ultro, citroque obligatorius. tit.17.p.403.n.2.
Contractus & diſtractus ejuſdem juris ſunt,tit.2.p. 39. num.9.
Contractus omnis, licèt ab initio ſit voluntarius: ex poſt facto tamen neceſſarius efficitur. tit. 24. p.477. num.4.
In contractibus ſtricti juris ſolum id quod actum eſt ſervari debet:in bonæ fidei autem veniunt de quibus nec actum nec excogitatum eſt.tit.25.p.206.
Contrahentes ſe ſe ad invicem decipere poſſunt, cum circumventio in foro exteriori non puniatur, & à jure gentium permittatur. tit.17.p.399.n.13
Contrahentes convenire non poſſunt in loco contractus;niſi ibi inveniantur. tit.2.p.39.n.8
Contrahendi fides ſimul & adulterium an deſiderentur ad impediendum, & dirimendum ſecundum matrimonium ex prima fide celebratum.tit. 32. p. 554. num.9.

Contrahentibus licitum eſt ſe ſe ad invicem decidere. tit. 17. p. 394. n. 11.

Contrarium.

Contraria allegans non eſt audiendus, niſi ſub conditione fiant. tit. 36. p. 585. n. 6.

Contraria allegans non auditur. tit. 12. pag. 80. n. 16.

Conteſtatio.

Conteſtatio litis fit per petitionem, & reſponſionem ſequutam, non verò per poſitiones, & reſponſiones. tit. 5. p. 50. num. 1.

Continentia.

Continentiæ lex ſacerdotibus ſtatuta, ab Apoſtolis derivatur. tit. 2. p. 293. n. 6.

Contumacia, Contumax.

Contumacia, ut contrahatur trina monitio, vel una pro omnibus deſideratur & tunc variis pœnis coërcetur. tit. 14. p. 96. n. 1.

Contumacia eſt grave delictum quando ſuperioris contemptum involvit. tit. 1. p. 2. n. 2.

Præcedente contumacia poſt conteſtationem, miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto verus poſſeſſor efficitur. tit. 15. p. 101. n. 15.

Minor contumax an in ſolidum condemnari poſſit. titul. 14. p. 97. n. 11.

Contumax condemnatus non auditur appellans. tit. 14. pag. 97. num. 13.

Contumax quamvis non poſſit audiri ſuper miſſione in poſſeſſionem ante cautionem præſtitam, tamen extra miſſionis cauſam circa alias res non excluditur: maximè ut rei ſuæ, & periculo conſulat. tit. 17. p. 107. n. 3.

Contumax amiſſione cauſæ multatur. tit. 14. pag. 97. num. 9.

Adverſus contumaces varia ſunt à jure prodita remedia. Judicis arbitrio. tit. 15. p. 99. n. 3.

Converſatio.

Converſatio in adoleſcentia facit præſumptionem in ſenectute. tit. 23. p. 167. n. 1.

Copula.

Copula præſumitur ex vehementi juris & de jure præſumptione, ſcilicet ſi nudus cum nuda, ſolus cum ſola in eodem lecto reperiantur. tit. 23. p. 169. num. 3.

Carnalis copula de viſu probari poteſt. tit. 19. pag. 122. num. 4.

Cor.

Cor ſi non orat in vanum lingua laborat. tit. 41. p. 632. num. 2.

Corpus.

Corpus ſicut ſine anima conſervari non poteſt, ita Eccleſia ſine facultatibus. tit. 13. p. 366. num. 2.

Correctio jurium admittenda non eſt. tit. 35. pag. 571. num. 7.

Correctio in jure noſtro ſemper eſt evitanda. tit. 19. pag. 418. num. 7.

Correctio fraterna fieri debet hortando reprehendendo vel rogando. tit. 20. p. 133. num. 3.

Creditor.

Creditor legatum agnoſcens animo compenſandi, à debito repellitur. tit. 26. pag. 495. n. 1.

Creditor ex re ſibi pignorata fructus percipiens, eos in ſortem principalem, imputare debet, deductis expenſis: aliàs uſurarius erit. tit. 24. pag. 178. num. 1.

Creditor licet pignus juſtè poſſideat, non tamen præſcribit, cum non ſuo, ſed debitoris nomine poſſideat. tit. 26. p. 220. num. 3.

Creditor cui domus hypothecata eſt, an teneatur reſarcire impenſas ei, qui in cauſa damni infecti miſſus fuit in poſſeſſionem. tit. 13. p. 92. n. 15.

Creditor, qui mutuum Eccleſiæ, vel minori dedit tenetur probare in ejus utilitatem verſum fuiſſe ut petere poſſit. tit. 23. p. 448. n. 11.

Creditor tenetur fructus rei pignoratæ in ſortem principalem imputare. tit. 20. p. 421. n. 3.

Creditor conditionalis an pendente conditione mitti poſſit in poſſeſſionem. tit. 15. p. 100. n. 5.

Creditore volente aliud pro alio ſolvi poteſt. tit. 34. p. 557. n. 2.

Creditor ob mutuatam pecuniam, verè, & juſto titulo pignus poſſidet. Intellige, ut ibi. tit. 24. pag. 178. num. 6.

Aliud pro alio invito creditori ſolvi non poteſt. tit. 27. p. 235. n. 2.

Creditore invito, aliud pro alio ſolvi non poteſt. tit. 34. p. 558. n. 5.

Creditor tantum tenetur fructus ex re pignorata perceptos in ſortem computare; non verò quos percipere potuit. tit. 24. p. 279. n. 9.

Creditori invito licet aliud pro alio non ſolvatur, cenſetur tamen creditor in dubio conſentire ſolutioni ſi expreſſè non contradixit. tit. 24. p. 173. n. 2.

Crimen.

Crimen ſine turpitudine non committitur. titul. 1. p. 286. num. 9.

Crimen confeſſus non eo ipſo eſt condemnandus, donec audiatur, & aliis legitimis probationibus ſit convictus. tit. 1. p. 11. n. 13.

Nemo ſine crimine vivit. tit. 25. p. 195. n. 15.

Crimina morte delinquentium finiuntur, & ibi plura jura exponuntur. tit. 28. p. 517. num. 3.

Crimen ad ſolum dictum confitentis non eſt alteri infligenda pœna infamato tamen eſt indicenda purgatio. tit. 18. p. 109. n. 1.

An in crimine adulterii ſuperior doctrina procedat. tit. 8. p. 59. n. 8.

Crimina, ubicunque de illis conſtiterit, puniri debent. tit. 1. p. 10. n. 3.

Criſmare.

Criſmare, conſecrare & baptizare eodem jure cenſentur. titul. 36. pag. 581. num. 2.

Culpa.

Culpa lata dolo comparatur. tit. 16. p. 389. n. 2.

Sine Culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus. tit. 44. p. 663. n. 3. & tit. 50. p. 696. n. 4.

Cumulatio.

Cumulatio poſſeſſorii, & petitorii, jure Civili, & Canonico prohibita non eſt. tit. 12. p. 76. n. 4.

Curiales.

Curiales qui dicantur? tit. 13. p. 367. n. 12.

Cuſtodia.

Cuſtodiæ cognitio de plano, & ſine ſtrepitu judicii fiebat. tit. 9. p. 63. n. 17.

D

Damnum.

Damnum feciſſe videtur, qui cauſam damni dat. tit. 24. pag. 177. num. 9.

Dare.

Dare beatius eſt quàm accipere. tit. 24. pag. 460. n. 2.

Datum pro communi utilitate, propriis cujuſque uſibus applicari non debet. tit. 5. pag. 318. n. 2.

Debitor.

Debitor credito i legando ſimpliciter, non cenſetur compenſandi animo id facere. tit. 26. p. 495. n. 1.

Debitor, qui uſuras, etiam cum juramento promiſit, eas repetere poteſt. tit. 22. p. 443. n. 10.

Deceptio.

Deceptio in pretio, differt à deceptione in menſura, vel quantitate: & ratio differentiæ redditur. tit. 17. p. 400. n. 16.

Decepto jura ſubveniunt, & ſimplicitati veniam tribuunt. tit. 19. p. 419. n. 9.

Decimæ.

Decimæ debentur Miniſtris Eccleſiæ in ſignum ſubjectionis, etiamſi aliunde habeant, undè ſuſtentari valeant. tit. 30. p. 528. n. 6.

Decimæ Eccleſiarum olim in quatuor partes dividebantur

bantur, & cum onere reparationis concedebantur. tit.48.p.677.n.5.
Decimæ non possunt à laicis sine animarum periculo detineri. tit. 30. p. 532.n.2.
Decimæ, & primitiæ à titulo beneficii separatæ, verè res temporales sunt. tit. 19.p.419.n.8.
Decimarum concessio de laboribus comprehendit novalium decimas. tit. 24.p.469.n. 9.
Decimæ pro administratione Sacramentorum Clericis debentur, ac ideo jus decimandi tanquam jus spirituale laicis denegatur. tit. 26.p.218.n. 2.
Decimæ, licèt jure divino competant Prælato, in cujus territorio sitæ fuerint; tamen præscribi possunt, quemadmodum & jurisdictio, dummodo necessaria ad præscriptionem interveniant. tit. 26. p. 217. num. 20.
Decimæ solvendæ sunt integræ, sine expensarum deductione, de omnibus fructibus, Ministris Ecclesiæ; aliàs non solventes variis pœnis puniuntur. tit. 30. p. 526. n. 1.
Decimæ, quare Clericis debeantur. ibid. n. 2.
Decimæ, quare non deductis expensis debeant solvi. tit.30.p.527.n.2.
Decimæ personales, & prædiales, in quo differant. titul. 30.p. 531. n. 15.
Duplex decima, seu redecima an debeatur? & quomodo intelligatur? tit.30.p.531.n.14.
Decimæ unius Ecclesiæ sola Episcopi auctoritate ad aliam transferri possunt. tit.13.p.359.n.6.
Decimarum obligatio tollitur privilegio, præscriptione aut consuetudiue. tit.30.p.527.n.4

Dedicatio.

Dedicatio Ecclesiæ quare sola Episcopi authoritate fieri possit. tit.36.p.583.n.2

Defectus.

Defectus unius, quando plura requiruntur ad substantiam actus, facit totum deficere. tit. 42. p. 657. num. 2.
Defectus Indictionis, licèt vitiet instrumentum, error tamen non vitiat quando de tempore constat. tit.22. p.157.n.10.

Defensio.

Defensio à jure naturali producta est. tit.25.p. 201.n.2

Degradatio.

Degradatio verbalis differt ab actuali depositione. tit. 2. pag.297.num. 12.

Delictum.

Delictum Prælati non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare. tit. 10.p.68.n.7.
Delictum Prælati non nocet Ecclesiæ, tit.26.p.211.n.7.
Unusquisque ex suo delicto plecti debet nec ex alieno puniri potest. tit.16.pag.388. num. 10.
Delicta non debent manere impunita, nec privilegium Ecclesiæ debet esse occasio delinquendi. tit.49. p. 686. n.3.
Paria delicta mutua compensatione tolluntur. tit. 10. p. 70. n.17.
Delicta ibi punienda sunt ubi committuntur. titul. 2. p. 34.num.5.
Aliud est, quem esse convictum de delicto, aliud verò illud esse confessum. tit.1.p.11.n.14.
Delicta suos debent sequi auctores, & pœnæ: atque adeo nec filius pro patre, nec pater pro filio puniri poterit. tit.16.p.388.n.10.

Demonstratio.

Demonstratio falsa non vitiat legatum tit. 22.p.152. num.10.

Deportatio.

Deportatio mors civilis dicitur. tit.1.p.279.n.8.

Depositarius, Depositus, Depositum.

Depositarius tenetur de dolo præsumpto; non verò de culpa nisi se deposito obtulerit, vel pro eo mercedem receperit; neque de casu fortuito tenetur, nisi pactum, culpa, vel mora præcesserit. tit.16.p.389. num. 1.
Depositus simpliciter, regulariter in perpetuum depositus censetur. tit.2.p.297.n.13.
Depositum gratis fieri debet; sed si postea depositarius aliquid receperit, non depositum, sed locatio erit. tit.16.p.390.n.5.
Depositum qui negat, duplum præstare debet. tit. 16. p.387.n.8.
Depositum est in triplici differentia voluntarium, necessarium, & judiciale, sed inter se differunt. ibid.
Depositum pro arbitrio deponentis revocari potest tit. 16.p.389.n.2
Depositi actio, ut competat, oportet, ut de custodia conventum sit. tit.16.p.387.n.4.
Depositum bonæ fidei contractus est, & lege naturali ad rerum custodiam inventum. tit.16.p.389.n.2.

Deus.

Deus, & Ecclesia mitius agit cum nobis, quàm homo. tit.39.p.623.n.7.
Deus semper accipit id opus, quod sibi gratius sit. titul.34.p.557.n.3.
Deo honor & veneratio jure divino & naturali debetur, ideoque certi dies ab Ecclesia assignati sunt, ut illis specialiter cultus exterior exhibeatur. tit. 9. p. 60. num. 2.
Deo semel dicatum ad profanos usus converti non debet. tit. 13.p.363. n.4. & tit.21.p.424.n.4.

Diaconus.

Diaconus ex permissione Episcopi, poterit solemniter baptizare. tit.42.p.655.num.6.
Diaconus absente Presbytero, an possit Viaticum infirmis ministrare? tit.44.p.664.n. 10.

Dictio.

Dictio *maximè*, aliquando significat *tantum*. tit. 32. p.554.n.10.
Dictio, *sicut*, non importat omnimodam similitudinem. tit. 23.p.449.n.12.
Dictio, *si*, & dictio, *cum*, in quo differant. tit.26.p. 494. num.10.

Dies.

Die Dominico jejunare non licet. tit.9.pag.62.num.12. & 13.
Diebus Dominicis, & aliis Dei, & Sanctorum reverentiæ dicatis, ab omni opere illicito, ita abstinendum, ut nec etiam de partium consensu judicium exerceri possit. tit. 9.p. 60. n. 12.
Septies in die cadit justus. tit.25.p.195.n. 15.

Differentia.

Differentia, quæ extet inter incompatibilitatem quoad titulum, & inter imcompatibilitatem quoad retentionem ibi proponitur. tit.5.p.328.n.11.
Refertur differentia, quæ extat inter juramentum à patre, vel à Judice petitum. tit.24.p.191.n. 5.
Assignatur differentiæ ratio inter legatarium conditionalem, & creditorem. tit.15.p.100. n. 11.
Quæ differentiæ ratio extet inter privilegiatos, & non privilegiatos? tit. 21.p.149.n.11.

Dignitas, Dignum.

Dignitas ipsa sicut dividi non debet, ita nec ejus proventus sectionem patitur. tit. 12.p.357.n. 8.
Electi duo ad unam Dignitatem, si in Judicem compromittant, poterit Judex alteri Dignitatem, alteri verò pensionem assignare. tit. 5. p.323.n.1.
Dignum magis trahit ad se minus dignum. tit.38.p.606. n.8. & tit.38. p.605.n.2

Dilatio.

Dilatio ad deliberandum ante litis contestationem Reo conceditur, utrum cedere, vel contendere debeat? tit.8. p. 58. n. 2.
Dilationes judiciales Judici arbitrariæ sunt, qui secundum causæ qualitatem eas concedet, vel restinget. tit.8.p. 57. num. 1.

Dilectio.

Dilectio matris erga liberos major est, quàm patris, titul. 23. p. 165.n. 2.

Diœceſis.

Diœceſes omnes ſunt diſtinctæ,& diviſæ.tit.36.p.582. num4.

Diœceſes ſunt diſtinctæ, ut ſic quilibet Epiſcopus habeat curam ſuorum ſubditorum, aliàs Eccleſiaſticus ordo confunderetur. tit.29.p.521.n.2

Diœceſum, & Parochiarum contentio eſſe non poteſt cum diviſio illa jure divino proveniat; & quomodo id intelligatur. tit.29.p.523.n.3.

Diſcordia.

Diſcordiæ frequenter ex communione, & ſocietate excitantur. tit.28.p.595.n.3.

Diſcretio.

Diſcretio debet eſſe inter baptizantem, & baptizatum. tit.24.p.654.n.2.

Diſpenſatio.

Diſpenſatio odioſa eſt. tit.5.p.328.n.12.

Diſpenſatio in his,quæ juris Divini,vel naturalis ſunt, non admittitur. tit.34.p.560.n.13.

Diſpoſitio.

Diſpoſitio per viam teſtamenti, facilius admittitur, quàm per viam contractus, & quid obſervetur in bonis beneficialibus. tit.25.p.482.n.8.

Diſſipatio.

Diſſipatio fructuum non ita in prima, ut in ſecunda inſtantia præſumitur:cum in ſecunda contra appellantem ſit duplex præſumptionis cauſa, prima, quæ ex diſſipatione ipſa;ſecunda, quæ ex vi ſententiæ derivatur. tit.10.p.109.n.7.

Diſtributio.

Diſtributiones quotidianæ quomodo dividendæ ſunt tit.4.p.311.n.4.

Diviſio.

Diviſio ſeu ſectio præbendarum, ut fiat, quæ requiſita deſiderentur. tit.12.p.355.n.3.

Diuturnitas.

Diuturnitas temporis bonam fidem non præſtat.tit. 26. p.215.n.2

Dolus.

Dolus non præſumitur, ſed de eo conſtare neceſſe eſt. tit.16.p.360.n.3.

Per doli exceptionem datur repetitio, cum ea appoſita eliditur actio. tit.13.p.95.n.33.&ſeqq.

Domicilium.

Domicilium,præcipua juriſdictionis cauſa dicitur.tit.2. p.38.n.2.

Domicilium non adquiritur ex ſola commoratione in aliquo loco:ſed ſpatium decem annorum deſideratur. tit.2.p.29.n.6.

Domicilia plura quis habere poteſt, & utrobique conveniri. tit.2.p.35.n.3.

Domicilium ex habitatione & animo adquiritur. tit.2. p.40.n.12.

Dominium, Dominus.

Dominium adquiritur in rebus corporalibus per traditionem, in incorporalibus verò per uſum, & exercitium. tit.2.p.41.n.2

Dominium per hypothecam in creditorem non transfertur. titul.13. pag.367.n.7

Dominium directum remanet penes dominum infeudantem; utile verò tranſit in feudatarium.tit. 20. p. 421.num.2

Dominia rerum non nudis pactis, ſed per traditionem adquiruntur. tit.21.p.433.num.10.

Dominium utile transfertur in emphyteutam, directum verò remanet apud concedentem. titul. 18.pag.412. num.2

Dominii quæſtio non poteſt opponi contra locatorem agentem adverſus conductorem. titul. 22. pag. 157. num.13.

Dominus ſi velit domum habitare poterit inquilinum ex pellere. tit.18.p.410.n.2.

Dominus domus finito locationis tempore, poteſt invito inquili no alteri,cui voluerit locare.tit.18.p.405. num.3.

Dominus is ſemper præſumitur, qui poſſidet. tit.36.p. 582.n.2

Dominus ſi à vaſſallo recipit feudum in pignus abdicando ab ejus ſervitio, non tenetur computare fructus in ſortem. tit.20.p.421.n.1

Domini non debent ſupra modum ſævire in ſervos ſuos. tit.49.p.686.n.2

Dominus invitus, non compellitur rem ſuam vendere. tit.26.p.486.n.2 tit.20.p.421.n.1

Domino Juſtitiam facere negligente,cauſæ cognitio ad Ordinarium devolvitur. tit.1.p.13.n.3

Domus.

Domo legata, etiam hortus in legato continetur, ſi conjunctus eſt, ſecus ſi ſeparatus. tit.26.p.500.n.9

Donare, Donatio, Donator.

Donare in dubio nemo præſumitur. titul.23.pag.455. num.4

Donatio non valet, quam facit Prælatus inconſulto Capitulo. tit.26.p.463.n.1.

Donatio poteſt per donatorem, non per hæredem ejus qui donavit, ob ingratitudinem donatarii revocari.tit. 24.p.476.n.1

Donationis finis eſt, benevolentiam, & amicitiam inter donantem, & accipientem conciliare. tit. 24. p. 476. num.2

Donatio, renuntiatio,& ſubmiſſio,etiam per Procuratores facta, tenet. tit.24.p.474.n.2

Tria in donationibus ſunt attendenda.tit. 24. pag. 461. num.6.

Donatio ex quadam liberalitate nullo jure cogente proficiſcitur. tit.24.p.460.n.2

Donatio alienatio eſt. tit.13.p.358.n.2

Donatio tenet, quam facit laicus Eccleſiæ de ſolius Diœceſani conſenſu de decimis,quas ab alia Eccleſia habet in feudum ab antiquo, id eſt ante Lateranenſe Concilium. tit.10.p.349.n.1

Donatio licet propter ingratitudinem revocari poſſit, tamen in multis caſibus,etiamſi ingratitudo exiſtat non revocatur. tit.24.p.478.n.9

Donatio Eccleſiarum ex diuturni temporis præſcriptione,cum conſenſu Epiſcopi facta præſumitur. tit. 24.p.466.n.6.

Donatio eſt contractus ſtricti juris, atque ideo ſtrictè eſt interpretanda, ſed intentio donantis excludi non debet. tit.24.p.467.n.3

Donatio poſtquam ſemel perfecta eſt, temere revocari non poteſt. tit.31.p.537.n.4

Donatio inter virum, & uxorem,prohibita eſt, quando alter ex conjugibus efficitur pauperior. tit.13.p.88. num.15

Donatio ſimplex differt à remuneratoria. tit. 14.p.383. num.11.

Donatio decimarum an extendatur ad novalia? ibi exponitur. tit.24.p.469.n.6

Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum eſt prohibita,cum liberam teſtandi facultatem adimat;valet tamen ſi Eccleſiæ fiat. tit.19.p.124.n.6

Pleniſſima in donationibus ſit interpretatio: & ob hoc clauſula onerosa poſt multas donationes appoſita, proximam tantum donationem reſpicit. tit.24.p.467. num.1

Donationes potius,ut valeant, quàm pereant, debent interpretari. tit.24.p.471.n.2

Donatio latè interpretanda eſt. titul. 39. pag. 623. num.9

Donatio ſemel perfecta, niſi ob ingratitudinem revocari non poteſt. tit.24.p.477.n.3

Donator condemnari non poteſt, niſi in id,quod facere poſſit. tit.23.p.453.n.19

Donator præſumitur rem perdere. tit.25.p.463.n.2

Dos.

Dos Eccleſiæ debet aſſignari ad ſuſtentationem Sacerdotis,& ad luminaria,cuſtodes & ſervitores Eccleſiæ. tit.40.p.629.n.2

Dos ſicut ſoluto matrimonio ad uxorem redire debet;

ita ad maritum vel jus ſucceſſoris donatio propter nuptias. titul. 17. p. 401. n.2
Dotis cauſa, & ejus cognitio principaliter ad Judicem ſecularem ſpectat: ad Eccleſiaſticum verò cum incidenter occurrit. tit.21.p.435.n.7
Dotis cauſa frequenter pia cenſetur. tit. 39. pag. 623. num.8
Dos exigi, & peti debet in domicilio viri. tit. 2. p. 37. num.4

Duo.

Duo ſi diverſis reſpectibus poſſideant, uterque in ſua poſſeſſione defendi debet. tit.9. p.126.n.6
Duo contraria, nec vera, nec certa eſſe poſſunt inter ſe & ideò neutri fides adhibenda eſt. tit. 22. pag. 161. num.2
Contraria allegans non eſt audiendus. ibid.

E

Ebrius.

EBrius, furioſo, & dormienti, in delictis quandoque æquiparatur. tit.44. p.663.n.3

Eccleſia.

Eccleſia ſita in Diœceſi Epiſcopi, tenetur ei in Epiſcopalibus reſpondere, niſi appareant legitimè remiſſa; & poteſt Epiſcopus remittendo Epiſcopalia, cenſum ſibi retinere. tit.36. p.584.n.1
Eccleſia Clerico loco uxoris eſt, ſiquidem cum ea ſpiritualiter conjugium contraxit. tit.27.pag.506. num.2
Eccleſia in ſucceſſione Clerici inteſtati fiſco præfertur. ibid.
Eccleſia in alienatione rerum ſemper debet meliora proſpicere. tit.13. p.371.n.2
Eccleſiæ bona in emphyteuſim concedi non poſſunt. ibid.n.3
Vacante Eccleſia, juriſdictio Epiſcopi ad Capitulum devolvitur. tit.9. p.346.n.5
Eccleſia, ſi propter diſcordiam Patronorum caret adminiſtratore, ceſſatur in Eccleſia à divinis, tolluntur Reliquiæ, & oſtia clauduntur, ſi aliter ſine ſcandalo Eccleſiæ provideri non poteſt, tit.38.p.544. num.1
Eccleſiis duobus unus præeſſe non poteſt, nec Eccleſia una inter duos dividi. tit.6.p.332.num.5
Limites Eccleſiarum quemadmodum & prædia Eccleſiaſtica ſpatio quadraginta annorum præſcribuntur. titul.26.p.214.n.11
Eccleſiæ ad Monachos dupliciter pertinere poſſunt. tit.37.p.590.n.3
Eccleſia grata debet eſſe eis, à quibus beneficio aliquo fuit affecta. tit.13.pag.371. num.2
Eccleſia, verbum multoties ſignificat jus patronatus. titul.38.pag.603.num.8
Eccleſia eſt indiviſibilis, quæ cum ſit Sponſa Dei, alium quàm Sacerdotem, ſponſum habere non poteſt. tit.38.p.594.n.2
Conſecrari Eccleſiam qui juſſit, eam dotare compellitur; & ſimiliter hæredes ad id compelluntur, tit.40. p.630.num.7.
Eccleſiæ res alienari non debent. titul. 13. pag. 365. num.1
Dividi poteſt Eccleſia in duas, quando neceſſitas urget, veluti in populo numeroſo, vel quando Eccleſia longè diſtat à Matrice. tit.12.p.357.n.9
Eccleſia à cenſu reali antiquitus poſito non liberatur. tit.39.p.610.n.4
Conſecrari non debet Eccleſia, niſi prius dos eis aſſignata fuerit: nec Epiſcopus Crucem figere lapidemque primum ponere; & ſi hoc factum ſit tenetur ad ipſius dotationem. tit.40.p.629.n.1
Eccleſia, vel Altare ſemel Deo conſecrata, non debent iterum conſecrari, niſi fuerint execrata, tit.40.p.627. num.2
Eccleſia nihil debet recipere cum augmento lucri cauſa. tit.29.p.615.n.10
Eccleſia contra Eccleſiam per ſpatium quadraginta annorum præſcribit res immobiles, & Quartam decimarum funeralium, niſi Cathedralis Eccleſia interim vacaverit. tit.26.p.212.n.1
Eccleſia Dei, domus orationis eſt, non ſpelunca latronum. tit.49.p.687.n.4.
Eccleſia non tenetur ex depoſito apud Eccleſiæ Clericum facto, niſi in ejus utilitatem ſit verſum. tit. 16. p.386.num.1
Eccleſia neminem fraudare debet. titul. 17. pag. 400. num.15
Eccleſiæ res niſi ex neceſſitate, & rationabili cauſa pignorari non debent. tit.21.p.424.n.1
Eccleſia illa, apud quam quis fuerit ſepultus, tenetur Canonicam portionem eorum quæ defunctus pro anima reliquit, Parochiali Eccleſiæ tradere in qua domicilium defunctus habebat. titul. 28. pag.514. num.1
Eccleſia inter duos dividi non poteſt. tit. 1. pag. 282. num.6
Eccleſiæ an uxori, an verò uxor Eccleſiæ ab inteſtato in ſucceſſione Clerici proferatur. tit.27.p.507.n.6
Secularis Eccleſia, ſine præjudicio Clericorum, ad ſtatum regularem poteſt reparari: & collegio, quod nondum eſt, privilegium non confertur. tit.48.p.678. num.1
Eccleſia locupletari non debet cum alterius jactura. tit.16.p.387.n.3.
Eccleſia intra quadriennium tantum reſtitui poteſt non ultra, niſi juſta ſubſit cauſa. tit 13. pag. 375. num.4
Eccleſiæ Græcæ tempore ſacerdotibus permiſſum erat cum uxoribus antea habitis cohabitare. tit.2.p.293. num.7
In Eccleſia dum conſecratur Miſſa celebrari debet, & in die Dominico, & de aliis ſolemnitatibus requiſitis. tit.40.pag.631.n.13
Eccleſiæ, & Reipublicæ intereſt, ne beneficia maneant diù in ſuſpenſo. tit.8. p.343.n.2
Eccleſia reſtituitur adverſus alienationem per quam enormiter læditur. tit.13.p.375.n.1
Eccleſia, & pupillus tenetur ex dolo Prælati & tutoris quatenus ad eos pervenit. tit.10.p.68.num.7.
Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ, quare ſint immunes à tributis laicorum. tit.49.p.682.n.2
Eccleſia dedicari non poteſt niſi ei aſſignentur reditus, qui duobus ſaltem ſufficiant. tit. 1. pag. 281. num.2
Eccleſia enormiter læſa habet remedium reſtitutionis in integrum contra alienationem rei ſuæ factam. titul.17.p.400.n.15
Eccleſiæ vacanti præficitur Oeconomus, Prælati vicem gerens. Intellige quoad juriſdictionem, non verò quoad dignitatem, & Ordinem. tit. 26. p.210. num.8
Eccleſia, & Minor, æquiparantur. ibid.num.9
Fabricæ Eccleſiæ an quarta, vel tertia decimarum pars debeatur. tit.48.pag.677.n.7
Eccleſia non vacans in beneficium concedi non poteſt, ſed in proprietatem ſic de auctoritate Epiſcopi, & ſine præjudicio Prælati. tit.24.p.465.n.1
Eccleſia, & minor æquiparantur. titul. 13. pag. 376. num.4
Eccleſiæ fundatæ debet pro dote tribui Manſus, liber à quolibet ſervitio temporali: ad Eccleſiaſticum tamen tenetur; ſed ſi aliquid confertur ultra Manſum, tenetur Eccleſia ſolvere ex eo onere conſueta. tit.39.p.609.n.1
Eccleſia, Eccleſiaſticæque perſonæ, & ipſarum res immunes ſunt à ſecularium perſonarum exactionibus. tit.3.p.303.n.3
Eccleſia juſtitiæ cultrix, & juſta eſt, nec injuſtitiam fieri patitur. tit.13.pag.364.n.6

Editio

Editio.

Editio inſtrumentorum ſemel tantum in jure fieri debet. tit.19.p.117.n.16

Electio.

Electio,ſeu confirmatio ſub conditione fieri non poteſt. tit.5.p.323.n.5

Electio Prælati de jure communi ad ſolos Canonicos ſpectat. tit.26.p.227.n.6

Electionem beneficiorum olim populus uſurpabat. tit.5. p.312.n.3

Emphyteuſis, Emphyteuta.

Emphyteuſis eſt contractus per quem utile dominium rei immobilis transfertur ; directum tamen penes dominum remanet. tit.13.p.372.n.5

Emphyteuſis perpetuæ contractus differt à temporali. ibid.

Emphyteuta Eccleſiæ meliorationes ſuas vendere non poteſt, niſi ſervatis his de quibus mentio habetur in *cap. potuit 4.de locato* ; & ſi contra fecerit, vel Canonem per biennium non ſolverit, neque moram poſtea celeriter purgaverit, rectè poteſt expelli. tit.18.p.412.n.1

Emptio.

Emptio & venditio eſt titulus habilis ad transferendum dominium. tit.18.p.407.n.3

Emptionis & venditionis contractus, ad conſervandam politicam hominum ſocietatem, à jure gentium eſt inſtitutus. tit.17.p.403.n.2

Emptione perfecta omne periculum ad emptorem ſpectat. tit.18.p.407.n.3

Emptionis contractus eſt inſtitutus ad hominum commercia conſervanda. tit. 17.p.396.n.2

Emptor.

Emptor rei locatæ poteſt ante tempus conductionis colonum expellere. tit.18.p.411.n.5

Emptor malæ fidei fructus reſtituere tenetur. tit. 13. p.87.num.7

Emptor ſtipulatus rei emptæ vacuam poſſeſſionem, an quando ei fructus venditor reſtituere teneatur. tit.13.p.87.n.8

Ens.

Non Entis nullæ ſunt qualitates. tit.4.p.307.n.3

Epiſcopatus.

Epiſcopatus ſtatus perfectior eſt ſtatu Regulari. tit.4. p.306.n.8

Epiſcopatus, Diœceſes, & Parochias à jure poſitivo inſtitutas, & diviſas eſſe apparet. tit.4.p.307.n.4

Epiſcopus.

Epiſcopus poteſt compellere executores teſtamentarios, ut bona fideliter, & plenariè expendant in pios uſus, ſecundum voluntatem teſtatoris, quantumvis hoc teſtator eis prohibuerit. tit.26.p.503.n.1

Epiſcopi olim pontifices dicebantur. tit.2.p.24.n.12

Epiſcopus eſt caput Eccleſiæ, Canonici verò ejus membra reputantur,& unum Corpus conſtituunt. tit.26. p.224.n.5

Epiſcopo,juſta ſubſiſtente cauſa, licet rem unius Eccleſiæ alteri donare. tit.13.pag.359.n.7

Epiſcopus ſi à Rege, & Metropolitano, eodem tempore vocetur,cui obtemperare debet. tit.1.pag.7. num.6

Epiſcopi conſecrationis tempore obedientiæ juramentum Pontifici præſtare debent, nec poterunt à Clericis exigere, niſi ab habentibus adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum. tit.24.pag.175.n.1

Epiſcopus cum conſenſu Capituli poterit unam Eccleſiam alteri unire. tit.24.p.465.n.2

Epiſcopus ſolus Sacerdotibus Ordinis honorem dare poteſt,ſolus autem auferre non poteſt merito, nec eos deponere; ſecus in deſtitutione beneficii. tit.37. p.592.n.8

Epiſcopus cogit tranſeuntibus hoſpitalitatem obſervari,& caritùs non vendi, quàm in mercato. tit. 17. p.391.num.1

Epiſcopus nullam portionem in Eccleſia inferiori ſibi reſervare poterit quemadmodum neque Patronus aliquid ex ea ſibi appropriare valebit. tit.24.p.417. num.4

Epiſcopi, & Clerici, teſtari non poſſunt de bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis, ſecus de patrimonialibus. tit.24.p.479.n.1

Epiſcopus, vel Capitulum non poterit numerum Canonicorum minuere. tit.7.p.333.n.6

Epiſcopus conſecrationis tempore nihil debet exigere. tit.40.p.630.n.6

Epiſcopus poteſt conferre aliqua privilegia. titul. 36. p.585.n.4

Epiſcopus an in crimine hæreſis, & Simoniæ diſpenſare poſſit. tit.1.p.12.n.5

Epiſcopus proprius quis dicatur. tit.25.p.521.n.2

Epiſcopi olim Summi Pontifices appellabantur. tit.34. p.560.n.12

Epiſcopo competit, ut in ejus Diœceſi peccata evitentur. tit.26.p.503.n.2

Epiſcopus non poteſt alienare Eccleſiam, nec ejus bona,ſine debita ſolemnitate. tit.39.p.617.n.2

Epiſcopi ſunt Paſtores animarum,& tenentur de illis rationem reddere Deo. tit.39.p.613.n.2

Epiſcopus, qui aliquem ſine titulo ordinaverit, tenetur ei neceſſaria præſtare, donec competens habeat beneficium, niſi ad alterius præſentationem id fecerit. tit.5.p.315.n.1

Epiſcopus contra alium Epiſcopum locum per ſe converſum ad fidem, triennio præſcribit ; in quo non computatur tempus vacationis, aut ſchiſmatis. tit.26. pag.209.n.1

Epiſcopus, & quilibet Prælatus rerum Eccleſiaſticarum Procurator eſt, non dominus, & ideo conditionem Eccleſiæ meliorem facere poteſt, non deteriorem. tit.25.p.463.n.2

Epiſcopi olim condemnari non poterant niſi ſeptuaginta & duo teſtes interveniſſent. tit.29.pag.134. num.9

Epiſcopo non licet ſine licentia Papæ tranſire ad alium Epiſcopatum, ipſum acceptando : aliàs privatur habito, & ambito. tit.4.p.305.n.1

Epiſcopus loci,ubi delictum commiſſum eſt, punit Clericum delinquentem, etiam beneficii privatione. tit.2.p.35.n.1

Epiſcopus in Regia legatione prius occupatus, ſi ab Archiepiſcopo poſteriùs fuerit citatus, tenetur obedire legationi Principis. tit.24.p.176.n.10

Epiſcopus in omnibus Eccleſiis ſuæ diœceſis intentionem probatam habet, in ſpiritualibus. tit.25.p.206. num.18

Epiſcopi jure antiquo poterant Religiones confirmare ſecus hodie. tit.36.p.587.n.3

Epiſcopus ſtatum Eccleſiæ, & Clericorum, eis invitis alterare non poteſt, niſi juſta ſubſit cauſa. tit. 48. p.679.n.3

Epiſcoporum electio ad quos de jure pertineat ? diſtinguuntur 4. tempora. tit.12.pag.78.n.9

Epiſcopus ſi in Eccleſia, quam de conſenſu Capituli pio loco conceſſit,percipiebat certos proventus, illos donaſſe videtur : alioquin omnes proventus, præter Cathedraticum, cedunt pio loco. titul. 24. p.471. num.1

Epiſcopi in terris, quoad commutationem, quorundam votorum, vicem Dei gerunt. tit.34.p.557.n.2

Epiſcopi in loco Apoſtolorum ſucceſſerunt. titul.34. p.557.n.2

Epiſcopus omnes Eccleſias ſub ſua poteſtate, & gubernatione retinet. tit.13. p.360.n.11

Epiſcopus tacite habet ſuam intentioneem à jure communi fundatam inſtitutione, & collatione beneficiorum in ſua Diœceſi vacantium. tit.7.p.334. num.2

Epiſcopus Parochianum alterius, ſine ipſius licentia ordinare non poteſt; nec eum aliter judicare. tit.29. pag.520.num.1

Epiſcopi, & alii Prælati Eccleſiaſtici Eccleſiis novos cenſus imponere non debent. tit.39.p.616.n.1
Epiſcopi de Jure antiquo abſque Capitulo diſpenſare non poterant. tit. 1.p. 13.n.6

Epiſtola.

Epiſtola miſſa, abſque teſtium ſubſcriptione, fidem facit, ſi cum ſigillo ſcribentis ſit recepta, & comparatio literarum fuerit facta. tit.22.p.153.n.5
Epiſtola aliquando inter præſentes mittitur.tit.22.p.164 num.8

Erectio.

Erectio Eccleſiarum Cathedralium ad Romanum Pontificem tantum ſpectat. tit.9.p.347.n.8

Ermenegildi.

Ermenegildi factum, ex eo, quod ab Epiſcopo Arriano etiam in caſu neceſſitatis Euchariſtiæ Sacramentum accipere noluit,refertur & laudatur in *cap. fin.* 24.*quæſt.*1. tit.25.p.198.num.7

Error.

Error Notarii potius in inſtrumento præſumitur, quàm falſitas, niſi cancellatio ſeu aliud vitium viſibile ſit, ut in num.2. tit.12.p.166.n.3
Error ſi in delictis interveniat qua pœna puniatur. titul.23.p.165.n.6
Error juris in accipiente licet uſucapionem impediat, tamen error facti regulariter eam non impedit, niſi error in facto proprio conſiſtat: exemplum ibi proponitur. tit.26.p.228.n.10.

Eſculenta.

Eſculenta, & potulenta olim Judicibus ſecularibus permiſſum erat recipere. tit.1.p.285.num.5.
Eſculentum,& potulentum, quid ſignificent.tit. 1. p. 285. num.3

Euchariſtia.

Euchariſtia in Eccleſiis non Parochialibus, an poſſit retineri? tit.44.p.664.n.11.
Euchariſtiæ Sacramentum, quo tempore fuit inſtitutum. tit.41.pag.637.num.3
Euchariſtiam debet presbyter paratam habere pro infirmis. tit.44.p.664.n.6
Euchariſtiam,& Chriſma,debent fideliter ſub clavibus cuſtodiri; & contra facientes ſunt puniendi. tit. 44. p.663.n.1
Euchariſtia, & Chriſma, ſolemniter non cuſtodientes quibus pœnis puniantur. ibid. n.2

Evictio.

Evictionis actio ante teſtium publicationem proponenda eſt. tit.17.p.404.n.7
Evictione nunciata, tam emptor, quàm venditor, tenetur rem defendere. ibid.n.9
Evictionis actio, ut emptori competat, requiritur, ut omnino res, & poſſeſſio ab eo auferatur; neque ſententia condemnatoria ſufficit. tit. 17. p. 403. n. 3
Evictionis actio emptori competit, etiam ſi de ea nihil actum ſit, ſed ex ſtipulatu in duplam non competit, niſi de ea mentio ſit habita. tit.17.p.404. num.6

Exceptio.

Exceptio fraudis, ſeu nullitatis, non poteſt admitti à mero executore facti, cum tantum nudum factum executionis abſque ulla juris cognitione ei committitur. tit.27.p.233.n.4
Exceptio conſanguinitatis ſuſpendit reſtitutionem, quando in continenti probatur. tit.10.p.66.n.5
Exceptio ſpolii oppoſita ante, & poſt litis conteſtationem, an, & quando impediat judicium petitorium. tit.10.p.68.n.3
Exceptio excommunicationis dilatoria eſt, ſed in quacunque litis parte propter animæ periculum opponi poteſt. tit.25.pag.208.num.3
Oppoſita Exceptione conſanguinitatis mulieri petenti aliquem in virum, prius de illa cognoſcendum eſt, quàm matrimonii quæſtio terminetur non tamen ſuper exceptione, ſed ſuper matrimonio judex pronunciabit. it.10.p.65.n.1

Excipiens, Exceptio.

Excipiens non reſpondet. tit.6.p.54.n.1
Excipiens non videtur fateri ea, quæ in exceptione includuntur: & exceptio falſi, etiam poſt ſententiam opponi poteſt. tit.25.p.204.n.1
Excipiens nihil de principali conſequi intendit,ſed tantum agentis intentionem excludere, niſi in vim actionis excipiat. tit.10.p.68.n.2. & 13
Falſi exceptio, etiam poſt ſententiam opponi poteſt. tit.25.p.206.n.16
Exceptio falſitatis impedit inſtrumenti executionem, quotis falſitas abſque ulla extrinſeca probatione in ipſo inſtrumento demonſtratur. tit. 22. p. 155. num.11
Exceptio pro Eccleſiæ defenſione admittitur,ſi utilitas ejus inſtat, & ſi aliàs non admitteretur.tit.25. p.199. num.5
Exceptio procuratoria, etſi dilatoria ſit, in quacunque litis parte obiici poteſt. tit.25.p.200.n.3
Excipiens nihil,cum excipere potuit, totum conceſſiſſe videtur. tit.30.p.534.n.9
Exceptio criminis teſtibus objecta probanda eſt ante ſententiam, & ideò poſt conteſtationem admittitur, cum non ſit ad judicii ordinem directa. tit.25. p.194.n.6
Exceptio tantum opponitur ad excludendum jus actionis, & limitata cauſa limitatum tantum producit effectum. tit.25.p.204.n.2
Exceptio, & appellatio, defenſio eſt. tit.25.p.201.n.2

Excommunicatio, Excommunicatus.

Excommunicatio proferri non poteſt,niſi trina monitione præcedente. tit.8.p.338.n.8
Excommunicationes ſuſpenſiones interdicta beneficiorum collationes, aut ſi quid poſt appellationem legitimè interpoſitam, actum eſt per inferiorem Judicem, irrita cenſeri; & remedio attentatorum revocari poſſe. tit.28.p.249.num.1
Excommunicatio ſub conditione prolata ſuſpenditur per appellationem. tit.28.p.251.n.13
Excommunicatio major, & anathema quoad vinculum nihil differunt,quoad execrationem verò, & maledictionem maximè. tit.1.p.17.n.12
Ad Excommunicationem juſtè infligendam trina monitio, aut una pro omnibus præcedere debet.tit.1. p.2.n.10
Excommunicatio medicinalis eſt, non mortalis,& quomodo hoc intelligatur, ibi exponitur. tit.28.p.517. num.4
Excommunicatio ut proferatur, omnino deſideratur juriſdictio. tit.28.p.259.n.19
Excommunicationis ſententia ferri non poteſt, niſi ob culpam mortalem concurrente inobedientia. tit. 1. p.283.n.6
Excommunicatio pro præteritis culpis imponi non poteſt. tit.1.p.2.n.12
Excommunicatio eſt in duplici differentia major, vel minor. Major eſt *cenſura Eccleſiaſtica, quæ privat Chriſtianum à perceptione Sacramentorum, & communione fidelium.* tit.25.p.197.n.2
Minor eſt *cenſura Eccleſiaſtica, quæ tantummodo privat Chriſtianum à perceptione Sacramentorum non verò à communione fidelium.* ibid.
Excommunicationis ſententia, ſuſpenſionis, vel interdicti, lata ſub hac conditione, *ſi intra certum tempus Petro non ſatisfecerit*, ſuſpenditur ſi intra eventum conditionis fuerit appellatum.tit.26.p.262. num.1
Excommunicationis effectus per appellationem non ſuſpenditur, cum ob favorem ſententiæ excommunicationis id ſit indultum, ſiquidem medicinalis eſt tendens in correctionem ejus, qui excommunicatur; ac ideo ne impediatur correctio, per appellationem non ſuſpenditur. tit.28.pag.251.n.12
Excommunicatus etiam poſt ſatisfactionem indiget abſolutione. tit.1.p.2.n.13

Dubitans

Dubitans an ſit Excommunicatus, nec ne, tenetur ſe abſtinere à perceptione ſacramentorum. tit. 2. p. 299. num. 5.
Excommunicatus ob contumaciam præſtita cautione abſolvi debet. tit. 1. pag. 3. n. 17.
Excommunicati an à jure divino, vel poſitivo, à fidelium nomine & communione repellantur, ibi remiſſivè diſcutitur. tit. 25. pag. 201. num. 3.
Excommunicati quamvis peccent contrahendo propter participationem, quam cum cæteris habent, non tamen exinde contractus reſcinduntur. tit. 25. pag. 202. num. 11.
Excommunicatus ab agendo in cauſa appellationis non repellitur. ibid.
Excommunicatus ab una Eccleſia, quoad omnes ſimiliter cenſetur excommunicatus. tit. 13. pag. 362. num. 10.
Excommunicatus tanquam reus in judicio per procuratorem admittitur; ſecus tanquam actor, & ibi refertur diſparitatis ratio. tit. 25. p. 203. num. 12.
Loquens cum excommunicato, veniaiiter tantum peccat. tit. 25. pag. 208. num. 4.
Excommunicatus publicè denunciatus, omnino vitandus eſt. tit. 2. p. 299. n. 6.
Excommunicatus, excipere, appellare, & omnem defenſionem facere poteſt; ſed reconvenire non poteſt. tit. 25. p. 201. n. 1.
Excommunicatis, ſive rei, ſive actores ſint, nunquam denegatur appellatio. tit. 25. p. 207. n. 2.
Excommunicatus ob contumaciam, quando poſſit beneficiis privari. tit. 1. pag. 3. num. 18.
Excommunicatus decedens in cœmeterio ſepeliri non debet, niſi in articulo mortis fuerit abſolutus: & ſi de facto ſepeliatur, exhumari debet, cum declaratione in præſenti propoſita. titul. 28. pag. 516. num. 1.
Excommunicationis definitio proponitur. titul. 28. p. 517. num. 2.
Excommunicatus juramentum calumniæ, contra ſe ſubire tenetur, cum tanquam reus in judicio admittatur. tit. 25. pag. 202. n. 6.

Executio, Executor.

Executio ſententiæ remittenda eſt ad epiſcopum loci ubi clericus beneficium habet cum litteris requiſitoriis. tit. 2. pag. 36. num. 8. & 9.
Executio in ſtipendiis militum fieri non poteſt. tit. 22. pag. 443. num. 6.
Executor datus ad providendum differt ab executore dato ad compellendum. tit. 8. p. 344. n. 8.
Executor datus ad providendum cenſetur vices pontificis gerere. tit. 8. pag. 341. num. 2.
Executor judex, eſt in triplici differentia, alius eſt merus facti executor, alius juris, alius mixtus. tit. 27. p. 233. n. 2.
Mixtus juris executor cum clauſula illa, *ſi ita eſt; ſi conſtiterit*, poterit cognoſcere de veritate, vel falſitate precum. tit. 27. pag. 233. n. 5.
Executore dato ad providendum per præſentationem litterarum collatori factam afficitur præbenda ita quod collatio alteri facta non tenet. tit. 8. p. 341. num. 1.

Exemplum.

Exempla non arctant regulam. tit. 1. pag. 286. nu. 10.

Exemptio.

Exemptio Clericorum an proveniat à jure divino, an à poſitivo? remiſſivè proponitur. tit. 3. pag. 303. num. 3.

Exiſtimatio.

Exiſtimatio hominum, vita, mors, & denique omnium rerum ſumma dependet ex teſtium depoſitione; ac ideò ratio exigit, ut fidei plenitudine inſtructi ſint. tit. 25. pag. 193. n. 2.

Expenſæ.

Expenſas factas in erudiendo ſervo alieno, vel in ædificio, bonæ fidei poſſeſſor repetit; tit. 13. pag. 91. num. 5.

Expoſitus.

Expoſiti baptizati poſſunt ad ſacros Ordines, ſine ulla diſpenſatione, promoveri. tit. 43. p. 660. n. 3.
Expoſitus ſi ſecum trahat ſchedulam, quod eſt baptizatus, dum tamen inter Catholicos ſit, non eſt iterum baptizandus. tit. 42. p. 644. num. 3.

Expreſſio.

Expreſſio cauſæ de jure antiquo in appellatione ab Interlocutoria neutiquam deſiderabatur, ſecus de jure noviori. tit. 28. pag. 265. n. 9.
Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur. tit. 38. p. 605. n. 3.

F

Facilitas.

Facilitas veniæ incentivum præbet ad delinquendum. tit. 49. p. 686. n. 2.

Faciens.

Faciens per alium, per ſe ipſum facere videtur. titul. 50. pag. 696. num. 3.
Qui facit per alium, eſt perinde, ac ſi faceret per ſe ipſum. tit. 4. p. 308. num. 5.

Factum.

Factum in judicio per Procuratorem proponi non poteſt quod ſecus eſt in criminalibus. tit. 1. pag. 19. num. 6. & 8.
Factum contra legem, pro infecto habetur. titul. 24. p. 475. num. 8.
Ex Facti narrativa non rectè ſumitur argumentum ad juris diſpoſitionem. tit. 2. pag. 41. n. 5.
Facta de facto, ſimiliter de facto, & juris ordine non ſervato diſſolvuntur. tit. 38. pag. 602. n. 4.
Legitimè Factum appellatur, quod lege permittente fit. tit. 2. p. 296. n. 8.
Facta non præſumuntur, niſi probentur. tit. 23. p. 167. num. 4.
Iniquum eſt quenquam alieno facto onerari, quando eſt, quod ei imputari poſſit. tit. 27. p. 239. n. 2.
Ea quæ in facto conſiſtunt non poterunt ad animum reduci. tit. 2. p. 355. n. 5.

Falſitas.

Falſitas inſtrumenti, vel quod illi deeſt, per teſtes poteſt probari. tit. 22. p. 159. num. 1.
Falſitas inſtrumenti probari debet per neceſſe, & non ſufficit obliquè. tit. 22. p. 156. nu. 5.
Falſitas teſtium cum judicium nullum reddat, etiam poſt ſententiam objici, & probari poterit. titul. 25. p. 194. num. 9.

Falx.

Falcem in meſſem alienam nemo immittere poteſt. titul. 2. p. 36. num. 7.

Familiaris.

Familiares Pontificis, qui ejus ſervitio aſſiſtunt etiam abſque reſidentia fructus ſui beneficii percipiunt. tit. 4. p. 309. n. 5.

Favor.

Favori, & juri ſuo quiſque renuntiare poteſt. tit. 24. p. 474. num. 2.
Favore alicujus inductum, in ejus odium retorqueri non debet. tit. 4. pag. 50. n. 11.

Feria.

Feriæ ruſticæ, veluti meſſium, & vindemiarum ex conſenſu partium renunciari poteſt. titul. 9. pag. 61. num. 7.
Feriæ publicæ, & ruſticæ, an à Judice conſtitui poſſint. tit. 9. p. 63. num. 18. & 20.
Feriarum tempus an Præſides coanguſtare, vel prorogare poſſint. tit. 9. pag. 64. n. 19.

Feudum.

Feudum Imperiale per dignitatem Epiſcopalem amittitur. titul. 22. pag. 157. num. 9.

Feudales cauſæ apud Dominum feudi inter Clericos tractantur. tit. 1. p. 7. n. 22.
Feudales cauſæ etiam inter Clericos apud Dominum feudi tractari debent. tit. 2. p. 37. n. 5.
Feudi alienatio licet inter extraneos ſit prohibita; tamen intra conjunctos permiſſa cenſetur. tit. 13. p. 359. n. 4.

Fictio.

Fictio in caſu ficto idem operatur quam veritas in caſu vero. tit. 4. p. 310. n. 2.

Fideicommiſſi.

Fideicommiſſi bona alienari prohibita; poterunt propter debita alienari, ſi ſunt contracta ab eo, qui fideicommiſſum reliquit. tit. 23. p. 447. n. 8.

Fidejubere.

Fidejubere licitum eſt ei, qui, ut principalis obligari poteſt. tit. 22. p. 441. n. 4.
Fidejubere pro alio eſt opus charitatis, & perfectionis. ibid.

Fidejuſſio.

Fidejuſſio eſt opus charitatis, & miſericordiæ, tit. 22. p. 442. n. 2.

Fidejuſſor.

Fidejuſſor tribus de cauſis poteſt agere contra debitorem antequam ſolvat, t. 22. p. 444. n. 1.
Fidejuſſor non debet damnum reportare à debitore, in quem contulit beneficium. tit. 22. p. 445. n. 2.
Fidejuſſori primum remedium eſt mandati actio, ſecundum cedendarum actionum, vulgò, *carta de laſto.* tit. 22. p. 444. n. 12.
Fidejuſſores ſæpe in judiciis conveniuntur, & à creditoribus inquietantur. tit. 22. p. 440. n. 2.
Fidejuſſor ſi pro reo principali ſolverit, actionem mandati adverſus eum habet. tit. 22. p. 443. n. 9.
Fidejuſſores delatoris tenentur ad pœnam conventam, quando ipſe contumaciter abfuerit. t. 14. p. 98. n. 14.
Fidejuſſor non poteſt conveniri, antequam reus, qui præſens eſt, conveniatur. tit. 22. p. 442. n. 4.
Fidejuſſori imputari debet, ſi fidejuſſit pro eo, qui minus idoneum debitorem judicavit. t. 22. p. 445. n. 4.

Fides,

Fides ſemel præſtita, etiam hoſtibus ſervari debet. Intellige ut ibi. tit. 24. p. 174. n. 3.
Bona fides in omnibus contractibus deſideratur; & mala ab omni jure deteſtatur. titul. 25. pag. 205. num. 11.
Bonæ fidei poſſeſſor non tenetur fructus reſtituere. tit. 13. p. 371. n. 10.
Frangenti fidem non debet fides obſervari. tit. 24. p. 174. num. 2.
Bona fides non tantum in vulgari, verum etiam in longiſſima præſcriptione deſideratur. titul. 25. p. 217. num. 16.
Bona fides de jure Canonico in omni tempore præſcriptionis deſideratur, jure verò Civili ſufficit, ut à principio interveniat, etſi poſtea cognoſcatur, rem eſſe alienam. t. 26. p. 215. n. 3.
Malæ fidei poſſeſſor cenſetur is, qui rem recipit ab eo qui jus in re non habet. tit. 13. p. 361. n. 2.

Filiatio.

Filiatio, etſi quoad matrem ſit certa, tamen quoad patrem eſt incerta adeo ut niſi conjecturis, & præſumptionibus in jure admittatur. titul. 23. pag. 165. num. 3.

Filius.

Filius gravari non poteſt quoad Legitimam, etiam quoad piam Cauſam. tit. 34. p. 567. n. 8.
Filius quemadmodum tenetur debita patris ſolvere, ita Prælatus ſui prædeceſſoris pro Eccleſiæ neceſſitatibus contracta. tit. 22. p. 446. n. 2.
Filius ſacerdotis ab Epiſcopo inſtitutus in Eccleſia, in qua pater proximè, & immediatè fuerat inſtitutus, an poſtmodum ab ea removeri poſſit tit. 5. p. 314. num. 13.
Filii nati ex ſecundo matrimonio, legitimè celebrato in Eccleſia, etiamſi primum extet, legitimi reputantur, tit. 20. p. 132. n. 8.
Filius, quoad notabilitatem vel ad alia, an denominetur à patre, an vero à matre. tit. 26. p. 498. n. 3.
Filius in legitima an pupillariter ſubſtitui poſſit. tit. 26. p. 502. n. 14.
Filius inſtitui non poteſt niſi ſub conditione poteſtativa. tit. 26. p. 500. n. 6.
Filius an debeat imputare in legitimam, quod ibi relictum eſt ex ſubſtitutione vulgari, vel fideicommiſſaria. tit. 26. p. 500. n. 7.
Filius impubes à patre Monaſterio oblatus, major factus ad ſæculum redire poteſt, niſi tacitè, vel expreſſè profeſſionem emiſerit. tit. 31. p. 536. n. 1.
Filius interrogatus an ſit hæres patris, ſi contumax ſit in reſpondendo, an in ſolidum condemnari poſſit. tit. 14. p. 97. n. 10.
Filius gravatus reſtituere hæreditatem ſub aliqua conditione detrahit legitimam portionem, jure naturæ deditam, & inſuper Trebellianicam. titul. 26. p. 498. num. 1.
Filius vivo patre, quemadmodum dominus bonorum paternorum dicitur: mortuo verò patre, tantum libera bonorum adminiſtratio ei transfertur. tit. 19. p. 124. num. 15.

Finis.

Fines antiqui quomodo probentur. titul. 29. pag. 524. num. 4.
Finium præſcriptio à Jure prohibita eſt, ne cum publico incommodo inter Prælatos, & ſubditos, confuſio oriatur. tit. 29. p. 523. n. 2.
Fines Diœceſum, & Parochiarum ob publicam utilitatem diſtincti ſunt. tit. 29. p. 523. n. 2.

Fiſcus.

Fiſcus ſemper idoneus ad ſolvendum cenſetur. tit. 21. p. 439. n. 7.
Fiſcus ante diem petens an incurrat juris pœnas, aliàs plus petentibus ſtatutas. tit. 11. p. 73. n. 7.

Fœmina.

Fœminæ in multis deterioris conditionis ſunt quàm viri. tit. 1. p. 276. n. 5.
Fœminæ, nec ad ſacerdotium, nec ad diaconatum promoveri poſſunt. tit. 1. p. 276. n. 4.
Fœminæ, etiam moniales, vaſa ſacra, nec veſtimenta Altaris tangere poſſunt. tit. 1. p. 276. n. 4.
Fœminæ, nec laici, ſecus altare intra cancellos ſedere debent. tit. 1. p. 276. n. 2.
Fœminæ ad altare accedere prohibentur. tit. 2. p. 291. num. 21.
Fœminis eſt prohibitum famulos comatos in ſervitio admittere. ibid.
Fœminis prohibitum eſt inordinatè & laſcivè comam pertractare. tit. 1. p. 282. n. 2.
Fœminæ privilegio gaudent, ne compellantur perſonaliter in judicium venire, teſtimonii dicendi cauſa ne virorum cætibus miſceantur. tit. 21. p. 149. n. 9.

Formula.

Formula juramenti obedientiæ Pontifex à Principe, vel ab Epiſcopo præſtanda. tit. 24. p. 175. n. 7.

Fœtus.

Fœtus ſpirituale conjugii celebratur inter Epiſcopum, & Eccleſiam, quod in electione dicitur ratum, & in confirmatione conſummatum; atque ideo ſine auctoritate Pontificis, qui vicem Dei in terris gerit diſſolvi nequit. tit. 4. p. 305. n. 2.

Forum.

Forum ſortitur quis non tantùm ratione contractus, ſed etiam quaſi contractus. tit. 2. p. 39. n. 10.

Fraudans, Fraus.

Fraudans menſuras reo, parti, & reipublicæ fraudem facere videtur, & ideo omnibus ſatisfacere debet. tit. 17. p. 395. n. 4.
Fraudans pondera, & menſuras, *l. Cornelia de falſis* coërcetur. tit. 17. p. 394. n. 4.
Fraudans pondera & menſuras triginta diebus in pane,

pane, & aqua pœniteat. titul. 17. pag. 394. num. 1.
Fraus in menſuris omni jure prohibita eſt. ibid. numer. 2.
Fraudis nomine ut quis teneatur, nihil intereſt an ignorantia, vel calliditate id fiat. titul. 17. pag. 395. num. 6.

Fructus.

Fructus pignoris lucro debitoris cedunt; ſiquidem res pignorata tantum datur, ut jus creditoris ſecurius ſit, cum dominium pignoris tam utile, quàm directum penes debitorem remaneat. tit. 24. p. 178. n. 2.
Fructus hæreditatem augent. tit. 13. pag. 89. n. 22.
Fructus ex re hæredis alteri legata, non computantur in falcidiam. tit. 26. pag. 489. num. 11.
Fructus ad bonæ fidei poſſeſſorem ſpectant. tit. 12. p. 81. num. 2.
Fructus an reſtituere compellatur emptor bonæ fidei. tit. 13. pag. 87. num. 4.
Fructus pertinent ad bonæ fidei poſſeſſorem. tit. 38. p. 605. n. 2.
Fructus dicuntur, deductis expenſis. tit. 30. pag. 530. num. 13.
Fructus percepti ab hæreditate, ſi filius eſt gravatus de ea reſtituenda, an debeant in quartam Trebellianicam imputari. tit. 26. p. 502. num. 16.
Fructus quando veniant in judiciis particularibus, vel univerſalibus. tit. 13. pag. 87. n. 10.
Fructus rei petitæ, quæ periit abſque poſſeſſoris culpa, non debentur. tit. 13. pag. 88. n. 11.
Fructus ſequeſtrantur, etſi non diſſipentur, cum ſententia in Curia prolata eſt. tit. 17. p. 108. num. 3.
Fructuum donatio an inter virum, & uxorem permiſſa ſit. tit. 23. pag. 89. n. 23.
Fructus hominis mortui petiti, quando debeantur? tit. 13. p. 88. n. 11.

Funus.

Expendens in Funus cum defuncto quaſi contrahere cenſetur. tit. 13. pag. 94. num. 25.

Fur.

Fur expendens in alendo infante quem furripuit, eum abſque deductione impenſarum reſtituere debet. titul. 13. pag. 91. n. 3.
Furti prohibitione, omnis etiam illicita rei alienæ uſurpatio continetur. tit. 2. p. 296. n. 9.
Furtum qui prohibuit, non permittit rapinam. ibid.

G

Genus.

GEneri per ſpeciem derogatur. tit. 30. pag. 529. num. 9.
Duo ſunt genera Chriſtianorum, ſcilicet, Clerici, & Laici; cujuſque nominis ſignificatio proponitur. titul. 1. pag. 288. n. 2.

Geſta.

Geſta & allegata in compromiſſario judicio, fidem faciunt in ordinario. tit. 20. p. 146. n. 12.
Geſta cum falſo procuratore ratificatione interveniente valent. tit. 1. pag. 15. num. 8.

Gravamen.

Gravaminis cauſa in appellatione ab interlocutoria coram Judice, *à quo*, propoſita ſufficit, ut in ea appellatio admittatur, nec ejus probatio deſideratur. titul. 28. pag. 266. num. 16.

H

Habitatio.

HAbitatio eſt pars alimentorum. tit. 18. p. 410. n. 2.

Habilia.

Habilia ſemper ſunt præſupponenda, & jura juribus concordanda. tit. 2. p. 296. num. 5.

Habitus.

Habitum recipiens profeſſorum, ubi diſtincti ſunt habitus, compellitur ibi, vel alibi eſſe Religioſus: ſed ſi recipit habitum novitiorum, poteſt ad ſæculum redire. tit. 31. p. 540. n. 1.

Hæreditas.

Hæreditas jacens defuncti perſonam repreſentat, ac ideo ex æquitate indultum eſt, ut cœptam à defuncto uſucapionem adimpleat. tit. 26. p. 218. n. 4.
Hæreditatis petitio fieri debet, ubi domicilium habet Reus conventus. tit. 2. p. 26. n. 6.
Pars Hæreditatis incerta peti poteſt, ſuadente ad id juſta ac neceſſaria cauſa. tit. 3. p. 47. num. 10.
Patenti hæreditatem obſtat exceptio nativitatis quæ prius coram judice Eccleſiaſtico terminari debet. tit. 10. p. 70. n. 1.
Gravatus hæreditatem reſtituere ſubſtitutis, ſi ingrediatur Religionem videtur eam alienare. Ideoque ſubſtitutis dantur actiones fideicommiſſariæ, ac ſi reſtituta eſſent bona. tit. 19. p. 125. n. 11.
Si rogatus reſtituere hæreditatem, ſi ſine liberis deceſſerit, intret Monaſterium, evaneſcit fideicommiſſum, & hæreditas ad Monaſterium pertinet. titul. 19. p. 123. num. 1.

Hæres.

Hæres depoſiti, malæ fidei, ad uſuras pecuniarum, quas non fœneravit, non tenetur. tit. 13. pag. 87. n. 6.
Hæres conveniri debet, ubi defunctus debuit, vel contraxit. tit. 2. p. 39. num. 10.
Hæres putativus creditoribus hæreditariis ſolvens repetitionem habet. tit. 13. p. 95. n. 32.
Hæres adeundo, commoda, & incommoda hæreditatis in ſe ſuſcipit. tit. 34. p. 567. n. 4.
Hæres qui abſque deductione Quartæ hæreditatem reſtituit, non habet condictionem, aliarum verò rerum, per retentionem ſibi conſulere poteſt. tit. 13. p. 95. n. 30.
Hæres putativus ſolvens legata adverſus verum hæredem habet actionem negotiorum geſtorum. tit. 13. p. 94. n. 24.
Hæres qui non exequitur votum defuncti, quoad vires hæreditarias, graviter peccat. tit. 34. pag. 566. num. 2.
Hæres recuſans adimplere teſtatoris voluntatem, quomodo & à quo compelli poſſit. tit. 26. pag. 504. num. 7.
Hæredes non conveniuntur ex delicto defuncti, niſi quatenus ad eos pervenit. tit. 28. p. 518. n. 7.

Hæreticus.

Hæreticus ab omni poteſtate, & honore Eccleſiaſtico adeò privatur, ut etiamſi poſtea converſus fuerit, nihil recuperet. Intellige ut ibi. tit. 26. pag. 210. num. 10.

Homicida.

Homicidæ proditori immunitas Eccleſiaſtica non favet. tit. 49. p. 687. n. 6.

Homicidium.

Homicidium non eſt impedimentum contrahendi matrimonium, niſi Sacerdos fuerit occiſus. tit. 32. p. 554. num. 11.

Homo.

Homo liber, etiam ſi non habeat unde creditoribus ſolvat pignorari non poteſt. tit. 21. p. 428. num. 1.
Homo liber in commercio hominum non exiſtit. tit. 21. p. 428. n. 2.
Homo liber in obſidem pro bono pacis dari poteſt. tit. 21. p. 429. n. 5.
In Homine potius debet conſiderari illud quod eſt ſecundum naturam, quàm quod eſt ſecundum accidens. tit. 23. p. 170. n. 2.
Liber homo in pignus dari non poteſt. tit. 24. p. 182. n. 6.
Homo liber pro debito civili torqueri non poteſt. tit. 16. p. 387. n. 7.
Homines non tam facile donant, quàm vendunt. tit. 13. p. 368. num. 12.

Horæ.

Horæ Canonicæ quare ſic appellantur. tit. 41. p. 632. num. 2.

Hoſpitale, Hoſpitalarii, Hoſpitium, Hoſpitalitas.

Hoſpitalia quædam Religioſa, quædam verò non Religioſa appellantur. tit. 36. pag. 583. n. 2.

Hoſpitalarii poſſunt in præjudicium ſuum ſe, & domum ſuam alteri Religioſæ domui ſubjicere, & donare. tit. 24. p. 474. n. 1.

Hoſpitia in Eccleſia, vel domibus Clericorum, non ſunt aſſignanda. tit. 17. p. 392. n. 4.

Hoſpitalitatem erga tranſeuntes & peregrinos ſervare, officium pium eſt; cujus obſervantia ad Epiſcopum ſpectat. tit. 17. p. 392. n. 2.

I

Idoneitas.

IDoneitas in homine quoad beneficia obtinenda cum clauſula illa; *ſi idoneus fuerit*, dupliciter conſideratur: nam vel eſt intrinſeca, veluti caſtitatis, vel extrinſeca, veluti ſcientiæ, prima ſemper præſumitur, non utique ſecunda, niſi probata. tit. 23. p. 170. num. 3.

Jejunium.

Jejunium in die Dominico non eſt ſimpliciter prohibitum niſi ſuperſtitioſè, aut ex ſcandalo fiat. tit. 9. p. 62. n. 13.

Jejunari debet in Sabbatho, quando Vigilia occurrit in Dominica die. tit. 46. p. 669. n. 1.

Jejunium denotat pœnitentiam, & afflictionem. ibid. n. 2.

Jejunare in die Dominica, quare prohibitum eſt. ibid.

Ignoti.

Ignoti repelluntur ab omnibus Eccleſiaſticis actibus. titul. 1. p. 22. num. 7.

Illatio.

Illatio non fit ex diverſis. tit. 40. p. 625. num. 2.

Illatio à diverſis non fit. tit. 14. pag. 379. n. 5.

Immunitas.

Immunitas Eccleſiarum an originem ſumat à jure divino, an verò à poſitivo. tit. 49. p. 686. n. 2.

Immunitas Clericorum, an proveniat de jure divino, an poſitivo. tit. 9. pag. 683. n. 6.

Immunitate Eccleſiarum non gaudet, qui in ea delictum com miſit; nam fruſtra legis auxilium quærit, qui committit in legem. tit. 49. p. 687. n. 5.

Impedimentum, Impeditus.

Impedimentum non præſtat quod de jure non ſortitur effectum. tit. 1. p. 20. num. 3.

Impedimenta à lege poſita differunt ab homine poſitis. titul. 8. pag. 345. num. 12.

Dato impedimento Judicis delegati eligitur alius ad nutum Actoris. tit. 2. p. 24. n. 13.

Impedimentum habile ad impediendum, & dirimendum matrimonium, ab Eccleſia induci poteſt. tit. 32. p. 553. num. 8.

Impedimentum facti non impedit præſcriptionis continuationem, ſecus ſi juris ſit. tit. 26. pag. 222. n. 3.

Impeditus, ſeu ignorans negligens dici non poteſt. tit. 8. p. 343. n. 2.

Impedito nulla negligentia, vel culpa imputari poteſt. tit. 2. p. 228. n. 2.

Impenſæ.

Impenſæ neceſſariæ ipſo jure dotem minuunt, & à marito dos retineri poteſt donec fuerit ei ſatisfactum, & num. ſeq. tit. 13. pag. 92. num. 12.

Impenſæ voluptuariæ aliquando neceſſariæ reddunt tur, & utiles. tit. 13. pag. 93. n. 16.

Imperator.

Imperator omnium rerum mundi Dominus eſt. tit. 13. p. 361. num. 3.

Imperatores Concilia generalia congregare non poſſunt, niſi auctoritate Romani pontif. & quomodo accipiantur jura, quæ contrarium inſinuare videntur. tit. 1. p. 8. n. 30.

Imperator eſt mundi Dominus. tit. 19. p. 115. n. 6.

Imperfectum, & inutile, non differunt. tit. 24. p. 190. num. 4.

Impotentia.

Per Impotentiam ſeparati, ſi poſtea cum aliis nuptias contraxerint, ac potentes facti fuerint, non ſeparantur à ſecundo conjugio. Intelligе, ut ibi in impedimento maleficii, non verò frigiditatis. tit. 27. p. 238. num. 13.

Impubes.

Impubes doli capax, ex delicto, & voto obligatur; & quid in ſolemni? tit. 34. p. 561. num. 2.

Incontinentia.

Incontinentia non præſumitur inter conſanguineos, quæ etiam ſuſpicio in ſenibus ceſſat: quia ex illa naturali ratione, ſenes continentes reputantur. tit. 23. pag. 169. num. 2.

Incorporalia.

Incorporalia quamvis non poſſideantur, tamen quaſi poſſideri dicuntur. tit. 26. p. 218. num. 5.

Indignus.

Indignus ſemper præſumitur, cum agitur de animæ præjudicio. tit. 23. p. 171. n. 6.

Infamis.

Infamis, cujus fama à Principe reſtituta eſt, ad teſtimonium admittitur. tit. 25. pag. 195. num. 11.

Infames publica munera ſubire non poſſunt. titul. 25. pag. 193. num. 2.

Infamis, qui fuit olim ex tempore, aliquando deſinit eſſe infamis tit. 25. pag. 195. n. 14.

Infamis infamia canonica notatus à teſtimonio repellitur. ibid. n. 15.

Infamis infamia juris repellitur à ferendo teſtimonio, etiam contra alium infamem. tit. 25. pag. 194. num. 10.

Infideles.

Infideles legibus Eccleſiaſticis non ligantur. titul. 32. p. 553. n. 6.

Ingratitudo.

Ingratitudo eſt ventus ureus, & ſiccans fontem miſericordiæ. tit. 24. pag. 476. num. 2.

Ingratitudo, legum, & Canonum authoritate coërcetur. ibid.

Injuria.

Injuria Monacho facta, non ſibi, ſed Monaſterio facta cenſetur. tit. 1. p. 16. num. 13.

Injuria filio facta, patri facta videtur. tit. 1. pag. 16. num. 14.

Injuriam ſibi illatam quis remittere poteſt. tit. 29. p. 522. num. 6.

Injuria non præſumitur per jocum illata, & cogitatio non nocet, niſi ſequatur effectus. tit. 23. p. 164. num. 3.

Innovatio.

Innovatio nihil aliud eſt, quàm prioris ſtatus mutatio tit. 16. p. 102. n. 2.

Inquilinus.

Inquilinus ſi malè domum tractat, vel per biennium à ſolutione ceſſaverit, poterit ante tempus expelli. tit. 18. p. 410. n. 2.

Inquilinus, etiam invitus ante tempus locationis finitum multis de cauſis licitè expelli poteſt. titul. 18. p. 410. num. 1.

Inſidiæ.

Inſidias parare inter conjuges atrociſſimum delictum eſt. tit. 33. p. 552. n. 3.

Inſignia.

Inſignia alia ſunt quæ denotant dignitatem, alia verò quæ juriſdictionem ſignificant. tit. 16. p. 102. n. 4.

Inſtantia.

Inſtantia prima de jure Canonico perpetua eſt: de jure verò Civili limitatur triennio, & ibi differentiæ ratio. tit. 28. p. 254. n. 5.

Inſtantia prima, ſive cauſæ cognitio, ad Epiſcopum ſpectat. tit. 2. p. 23. n. 6.
An in ſecunda inſtantia ſuſpendi poſſit petitorium, & agi de judicio poſſeſſorio. tit. 12. p. 79. n. 6.

Inſtitutio, Inſtitutus.

Inſtitutio, & collatio, pro eodem fere ſumuntur; ſed differunt, ut ibi exponitur. tit. 7. p. 335. n. 11.
Inſtitutio beneficiorum non ad Archidiaconum, ſed ad ſolum Epiſcopum ſpectat. tit. 27. p. 245. n. 12.
Inſtitutio hæredis in teſtamento deſideratur. titul. 27. p. 507. n. 11.
Inſtitutio, & deſtitutio beneficiorum, ad Epiſcopum Diœceſanum ſpectat. tit. 37. p. 589. n. 2.
Inſtitutio realis, ſeu corporalis differt ab ſpirituali collatione. tit. 7. p. 334. n. 5.
Inſtitutio facta inter eos in quibus ordo charitatis exiſtit, cenſentur vocati ordine ſucceſſivo. titul. 26. p. 501. num. 10.
Inſtitutio, ſeu collatio beneficiorum ad Epiſcopum tantum, non verò ad ejus Vicarium generalem ſpectat. tit. 7. p. 334. n. 1.
Inſtitutus in re certa, dato cohærede univerſali, aliquando loco hæredis, aliquando legatarii habetur. tit. 26. p. 499. n. 5.
Inſtitutus ab eo qui eſt in quaſipoſſeſſione conferendi, ſecurus manet licet jus conferendi à collatore vincatur. tit. 12. p. 81. n. 7.

Inſtrumentum.

Inſtrumentum corruit, ſi teſtes ſcripti deceſſerint, niſi ſigillum habeat authenticum, vel à Notario ſit confectum. t. 22. p. 153. n. 1.
Inſtrumentum à patre negatum nullis teſtibus munitum fidem non facit. t. 21. p. 153. n. 2.
Inſtrumentum authenticum etiam dicitur, quod à partibus abſque Tabellione, præſentibus teſtibus ſubſcribitur eis tamen decedentibus deſinit eſſe authenticum. t. 22. p. 153. n. 3.
Inſtrumentum privatum à debitore recognitum, quoad ejus præjudicium vicem publicæ ſcripturæ habet. Intellige ut ibi. t. 22. p. 153. n. 4.
Inſtrumentum etiam ſi manu alterius ſit ſcriptum tenet, dummodo Tabellio perfectioni aſſiſtat, & ab eo ſit ſubſcriptum. t. 22. p. 157. n. 14.
Inſtrumenti exemplum non ſolemniter ſumptum fidem non facit abſque originali. t. 22. p. 151. n. 1.
Inſtrumenti exemplar authoritate Judicis deſumptum interveniente partis citatione, in judicio admittitur. t. 22. p. 151. n. 3.
Ex protocollo inſtrumentum abſque partis citatione deduci poteſt, ſi tempore celebrationis contractus partes conſenſerint, ut cuilibet detur tranſcriptum. tit. 22. p. 151. n. 3.
Exemplare inſtrumentum deductum ex protocollo ab eodem Tabellione, qui rogatus, & præſens fuerat, originale reputatur. t. 22. p. 151. n. 7.
Inſtrumenta à diverſis partibus producta, etiam ſi contraria ſint, digniori, & vero ſimiliori ſtandum eſt: ſecus ſi ab eadem parte. t. 22. p. 162. n. 6.
Edere inſtrumenta, vel rationes tenentur Argentarii & ſimiles, qui publica officia exercent. t. 19. p. 116. n. 11.
Inſtrumento à tabellione ſine teſtibus condito, fides non eſt adhibenda. t. 19. p. 129. n. 12.
Inſtrumentum manu publica confectum, habens ſigillum vitioſum in quo concurrant præſumptiones falſitatis, non probat. t. 22. p. 156. n. 1.
Inſtrumenta etiam poſt concluſionem admittuntur, ſi noviter reperta fuerint, & adhibito juramento in judicio producantur. t. 22. p. 158. n. 5.
Inſtrumenta ſemel edita, poſtea edi non poſſunt, niſi juſta ſubſit cauſa quæ prius probari debet. titul. 22. p. 158. n. 9.
Inſtrumenti pars, quæ ad inſtructionem pertinet, tantum edenda eſt. t. 19. p. 116. n. 15.
Inſtrumento, ſi aliud ſit ſcriptum, quàm actum, actui ſtandum eſt. tit. 22. p. 162. n. 7.
Inſtrumenta in judicio producta, ſi videantur ſibi contraria, reduci debent ad concordiam. tit. 22. pag. 162. n. 9.
Nemo prohibetur pluribus defenſionibus etiam contrariis uti, ibid.
Inſtrumentum ſi fuerit deperditum, non tantum perditio, ſeu amiſſio, ſed etiam tenor ipſius probari debet. Intellige ut ibi. tit. 22. p. 160. n. 10.
Inſtrumenta poſt teſtium publicationem admittuntur, & ibi aſſignatur ratio. tit. 20. p. 144. n. 3.
Inſtrumenta, & teſtes omnino æquiparantur. tit. 22. p. 258. n. 3.
Inſtrumenta ſi inſtrumentis, vel teſtes teſtibus contrariantur, fieri debet concordia per multiplicationem actuum. tit. 20. p. 160. n. 15.
Inſtrumenta adoptionis, vel emancipationis, ſi deperdita fuerint, poterunt teſtibus comprobari. tit. 22. p. 160. num. 16.
Inſtrumentum perfectum dicitur, cum partes nihil addere, vel minuere velint, & ſubſcriptio ab illis fuerit facta. tit. 22. p. 152. n. 13.
Edenda ſunt inſtrumenta fiſco, etiam ſi fiſcus actor ſit. tit. 19. p. 116. n. 14.
Inſtrumenta non poſſunt redargui, niſi ſuſpecto illorum tenore. tit. 22. p. 150. n. 2.
Inſtrumentum in judicio productum, licet antea proprium producentis eſſet, ex productione tamen commune efficitur. tit. 22. p. 155. nu. 3.
Inſtrumentum integraliter parti adverſæ edi debet, niſi Judici viſum fuerit, periculum eſſe, veluti cum ex illa integrali productione, clauſula aliqua producenti noceret, tunc enim ſola clauſula de qua agitur edi debet. tit. 22. p. 155. n. 6.

Interdictum.

Interdictum *quorum legatorum*, admittitur cum judicio petitorio de petitione hæreditatis. tit. 12. p. 80. num. 12.
Interdictum *unde vi*, nulla exceptione, vel reconventione impediri poteſt. tit. 13. p. 85. n. 12.
Interdictum *unde vi*, ut competat, requirit ut is qui de poſſeſſione agit poſſeſſionem probet. tit. 17. p. 106. num. 10.
Interdictum *de vi, & vi armata*, de jure civili habet locum contra ſpoliatorem, & de Jure Canonico contra quemcunque poſſeſſorem. tit. 10. p. 68. n. 8.
Interdictum *unde vi*, nullam exceptionem admittit, niſi de alia objiciatur. tit. 10. p. 70. n. 18.
Interdictum, *quod vi aut clam*, compenſatur cum dolo alterius, qui idem opus vi, aut clam demolitus eſt. tit. 13. p. 85. n. 14.
Interdictum, *Unde vi*, habet locum cum quis à poſſeſſione fundi, vel ædium per vim deilicitur. tit. 2. p. 36. num. 12.
Interdictum *adipiſcendæ, vel recuperandæ, ſimul, & retinendæ, uti poſſidetis*, cumulari poſſunt, quando nulla datur repugnantia, tit. 12. p. 80. n. 14.
Interdictum Retinendæ competit ei, qui tempore litis motæ, ſeu conteſtationis, poſſidere reperitur, ſi non vi, non clam, non precariò poſſideat. tit. 19. p. 126. n. 7.
Interdictum *unde vi* competit contra ſpoliantem, mandantem, vel ratum habentem; & an contra particularem ſucceſſorem in beneficio. tit. 1. p. 18. num. 5.
Interdictum *de vi, & vi armata*, non competit ubi poſſeſſio corporaliter apprehenſa non eſt. tit. 13. p. 84. n. 7.
Interdicto retinendæ poſſeſſionis obtinet probans antiquiorem poſſeſſionem, maximè titulo juſtificatam. tit. 19. p. 125. n. 1.
Interdictum de tabulis exhibendis ceſſat, ſi ex tabulis hæreditariis controverſia pendet. tit. 19. p. 117. num. 18.
Interdictum *unde vi*, non competit, niſi ei qui antea poſſidebat. tit. 13. p. 84. n. 9.

Interpretatio.

Interpretatio legis alia eſt neceſſaria, generalis, & ſcripta: alia verò non neceſſaria, & generalis, ſed non ſcripta: prima Principi tantum reſervata eſt, ſecunda verò inferioribus etiam competit. titul. 30. p. 271. num. 3.

Interpretatio plenior in teſtamentis debet fieri. tit. 24. p. 470. num. 21.

Interpretatio latiſſima in ultimis voluntatibus ſemper facienda eſt. tit. 18. pag. 414. n. 9.

Interrogatio.

Interrogatio, ſi de duobus connexis præcedat, & de uno tantum ſequatur reſponſio, id quod de uno dictum eſt, ad alterum etiam adaptari debet. tit. 23. p. 168. num. 5. & 6.

Interruptio.

Interruptio præſcriptionis, ut fiat, omnino deſideratur interpellatio, ſeu denunciatio judicialis, niſi inter principes non recognoſcentes Superiorem actum fuerit. titul. 26. p. 211. num. 6.

Excipiens de interruptione contra allegantem præſcriptionem, tenetur probare interruptionem: qua probata adeo extinguitur præſcriptio, ut non videatur fateri præſcriptionem illam. tit. 26. p. 221. num. 11.

Inteſtatus.

Inteſtatus decedere quis dicatur. tit. 26. p. 492. n. 4.

Inteſtato Clerico decedenti, in bonis patrimonialibus quomodo aſcendentes, vel collaterales ſuccedant & præferantur Eccleſiæ. tit. 27. p. 506. num. 2.

Invaſor.

Invaſor non debet melioris conditionis eſſe quàm juſtus poſſeſſor. tit. 5. p. 328. num. 12.

Inventarium.

Inventario creditur cùm authoritate Judicis celebratur. tit. 22. p. 152. n. 9.

Iteratum.

Iteratum non intelligitur, quod ambigitur eſſe factum. tit. 42. p. 644. num. 2. & tit. 43. p. 660. n. 4.

Judex.

Judex, qui pecuniam recipit ad injuſtitiam moveri poteſt: liquidem juſtitia auro violatur, & munera excæcant oculos ſapientium. tit. 1. p. 284. n. 2.

Judex, qui malè judicat, non ſolum proximum, ſed ipſum Deum offendit, ibid.

Judex Eccleſiaſticus quamvis ſit incompetens, quoad laicorum cauſas, tamen ex juſta cauſa competens efficitur. tit. 24. p. 172. n. 4.

Judex executor, poteſt cognoſcere de fraude, coram eo commiſſa. tit. 27. p. 234. n. 12.

Judex non impartitur officium ſuum, niſi petenti. Limitatur hæc regula ut non procedat, quando juſta ſubeſt cauſa. tit. 12. p. 77. num. 6.

Judex ſi detulit appellationi poterit terminum juris moderari, & limitare: ſecus verò ſi non detulit: ubi aſſignatur ratio. tit. 28. p. 255. n. 10.

Judex ſtatuere debet terminum ad omnes dilatorias proponendas, poſt quem excipientem non audiet. tit. 25. p. 200. n. 1.

Judicis officium eſt, ſententiam ſecundum leges, Canonesvè proferre. tit. 27. p. 228. n. 2.

Judex à quo pendente appellatione poteſt turbatam poſſeſſionem reformare. tit. 12. p. 75. num. 10.

Judex Ordinarius, ſi recuſetur non removetur in totum, ſed ei datur adjunctus, tit. 2. pag. 30. num. 8.

Judex poſt finitum officium debet ſtare per quinquaginta dies in provincia, ut rationem officii reddat. tit. 21. p. 429. n. 6.

Judex ex officio providere debet, ut debitæ ſolemnitates in judicio ſerventur, & ne quis ſine Prælati authoritate in judicio compareat. tit. 1. pag. 15. num. 1.

Judex libellum ineptum ex officio repellere poteſt. tit. 1. p. 21. n. 5.

Judex Eccleſiaſticus exilii pœna, vel alia ſimili Clericum punire poteſt, & incorrigibilem Curiæ ſæculari tradere. tit. 1. pag. 17. num. 7.

Si Judex minorem terminum, quàm legitimum ſtatuerit, ſuppletur à lege. tit. 9. p. 59. n. 10.

Judex inferior tenetur exequi Superioris ſententiam ſi iniquam, vel injuſtam eſſe cognoverit. tit. 27. p. 234. num. 8.

Judex, an ſecundum allegata, & probata judicium debeat proferre. tit. 50. p. 696. n. 6.

Judices delegati dicuntur qui ab alio mandatam habent juriſdictionem. tit. 2. p. 24. num. 15.

Judex ſuperior ſi cauſam appellationis juſtam eſſe cognoverit, negotium principale apud ſe retinere debet. tit. 28. p. 266. n. 20.

Judicibus & Magiſtratibus omnis honor, & reverentia debetur. tit. 28. pag. 264. num. 2.

Judex *à quo*, etiam poſt appellationem poterit mandatum de reſidendo interponere abſque ullo metu Attentatorum. tit. 27. p. 250. n. 6.

Judex Eccleſiaſt. de reſtitutione dotis cognoſcere poteſt, quoties mulier vidua eſt, vel maritum inutilem habet. tit. 10. p. 71. n. 7.

Judex poterit terminum diffinire ad reprobandos teſtes tit. 25. p. 194. n. 8.

Judex inferior non poteſt cognoſcere de confirmatione Summi Pontificis, nec illam interpretari, niſi ſit facta de re litigioſa, vel ſubreptitia. tit. 30. p. 271. num. 1.

Judicibus ſi permiſſum eſſet eſculenta, & potulenta recipere, corruptibilis feneſtra aperiretur, cùm ſub illo prætextu parvi doni, omnia paulatim recipere poſſent. tit. 1. p. 285. n. 3.

Judex exiſtente cauſa plures dilationes concedere poterit, ut in exemplis ibi poſitis. tit. 8. pag. 58. num. 3.

Judices Eccleſiaſtici in executionibus realibus, vel perſonalibus, à cenſuris Eccleſiaſticis ferendis abſtinere debent. tit. 23. p. 451. num. 9.

Delegatus judex intra duas dietas tantum cognoſcere poteſt ſecundum hunc textum. tit. 2. pag. 37. n. 6.

Judex ſecundum allegata, & probata, debet judicium proferre. tit. 23. p. 166. n. 11.

Judex recuſatus in principali cauſa, non cenſetur recuſatus in ejus executione, ac ideò de executione cognoſcit. tit. 28. p. 268. n. 10.

Judex Eccleſiaſticus poteſt compellere laicum hæredem ad executionem voti ultramarini per excommunicationem, & bonorum ſubtractionem, ad quod ſe obligavit defuncto. tit. 34. p. 566. num. 1.

Judex in cauſis criminalibus dupliciter procedit, vel per accuſationem, vel per inquiſitionem, id eſt, ex officio. tit. 10. pag. 70. n. 16.

Judex ſuperior remittens cauſam ad inferiorem, eam à ſe abdicat, & tantum de expenſis propter frivolam appellationem cognoſcit. tit. 28. p. 266. n. 19.

Judex Eccleſiaſticus tenetur judicare ſecundum laicorum conſuetudines inter eos receptas, cum Canonicis ſanctionibus non ſunt contrariæ. titul. 2. p. 29. num. 3.

Judex curare debet finem litibus imponere ne partes ſumptibus, & expenſis valde graventur. titul. 28. p. 254. n. 2.

Judex poteſt Tabellionem mittere, ut à quibuſcunque perſonis teſtimonium exigat, niſi cauſa criminalis, vel ardua fuerit. tit. 21. p. 149. n. 13.

Judex cum plenè de delicto conſtat, non poteſt ad torturam procedere. tit. 16. p. 387. n. 6.

Judex magis ſuiſmet oculis, quàm auribus ad judicium movetur. tit. 20. p. 142. n. 12.

Delegati Judices olim ſtipendium non habebant. tit. 1. p. 285. n. 3.

Unius Judicis negligentia non ſufficit, ut alius de extranea juriſdictione poſſit de cauſa cognoſcere. tit. 2. p. 28. num. 3.

Judex ex officio, etiam parte non opponente, in beneficialibus

ficialibus cauſis de pluralitate beneficiorum inquirere debet. tit. 25. p. 200. n. 7.
Judicibus an ſit permiſſum, eſculenta, & potulenta recipere. tit. 20. p. 130. n. 5.
Judex Eccleſiaſticus legibus ſecularibus in defectum Eccleſiaſticarum judicare debet. tit. 2. p. 29. n. 5.
Judex pronuncians expreſſè ſuper principali, tacitè ſuper incidenti exceptione cenſetur pronunciare. tit. 10. p. 66. n. 11.
Judex juſta ſubſiſtente cauſa, juris terminos ampliare, vel reſtringere poterit. tit. 8. p. 57. n. 9. & 10.
Judex Eccleſiaſticus an teneatur judicare ſecundum acta coram ſæculari Judice facta. tit. 1. pag. 10. num. 7.
Judex Eccleſiaſticus qui cognovit de cauſa matrimonii, poteſt cognoſcere ſimul de dote. tit. 10. p. 71. num. 5.
Judex diebus feriatis, de cauſis beneficialibus electionis, poſtulationis, & ſimilibus, an cognoſcere poſſit. tit. 9. p. 65. n. 24.
Judex deputatus ſuper executione ſententiæ, admittit exceptionem fraudis ſeu nullitatis ſententiæ; non ad effectum, ut ſuper ea pronuntiet, ſed ut negotium ad Superiorem, qui judicabit tranſmittat, ſi illam probabilem reperierit. tit. 27. p. 233. n. 1.
Judex, ſi nulla ſubeſt cauſa, non debet ejus officium, parte non petente, ad privatam utilitatem impartiri. titul. 22. p. 160. n. 14.
Recuſatus Judex de jure Pontificio in totum removetur à cauſæ cognitione, ſi cauſa recuſationis fuerit probata; de jure verò Cæſareo non deſideratur cauſa, nec in totum removetur, ſed Adjunctus ei datur. tit. 28. p. 268. n. 7.
Judex ex juſta cauſa pœnam augere, vel minuere poteſt. tit. 1. pag. 13. num. 7. & 8.
Judex incompetens ratione incidentiæ fit competens, ſecus, ſi judex fuerit incapax. tit. 10. p. 70. n. 3.
Judex poſtea, quam judicavit, deſinit eſſe Judex, hoc verum eſt in diffinitiva, non tamen in interlocutoria. tit. 23. p. 166. n. 6.
Judex per dolum ſententiam proferre non poteſt. Intellige ut ibi. ibid.
Data Judicis ſæcularis negligentia, devolvitur juriſdictio ad Eccleſiam. tit. 2. pag. 28. num. 4.
Judex ad privatam utilitatem judicium ſuum impartiri non poteſt. tit. 1. p. 15. n. 4.
Judex finito judicio poſtquam functus eſt officio, poteſt eſculenta, & potulenta recipere. tit. 1. p. 285. num. 4.
Judices Eccleſiaſtici, & delegati, gratis judicare debent; nec exigere poſſunt decimam, vel quotam litis, etiamſi hoc habeat conſuetudo. titul. 1. p. 284. n. 1.

Judicium.

Judicium multoties pro ſententia accipitur. tit. 17. p. 404. num. 7.
Judicium ubi cæptum eſt, ibi finem accipere debet. tit. 2. pag. 41. num. 3.
Judicium compromiſſarium cum defuncto cœptum ad hæredem non tranſit. tit. 2. p. 40. n. 16.
In Judiciis non eſt acceptio perſonarum habenda. titul. 19. p. 121. n. 3.
In Judiciis duplicibus quilibet probare tenetur, cum uterque actor & reus cenſeatur; & obtinebit, qui melius probaverit: quod ſi æque probant poſſeſſor abſolvitur. tit. 19. pag. 121. n. 1.
Liberale judicium præponendum eſt cæteris omnibus. tit. 10. p. 72. n. 10.
In Judiciis non eſt acceptio perſonarum habenda. tit. 19. p. 115. num. 2.
Judicium redditur in invitos. tit. 1. p. 2. n. 6.
Judicium proprietatis in ſe continet, & abſorbet judicium poſſeſſionis. tit. 12. p. 78. num. 8.
Publicè expedit ſuprema hominum judicia exitum habere. tit. 26. p. 486. n. 2.
Judicium conſiſtere non poteſt, niſi ex litigatoribus alter ſit reus, qui conveniatur, & alter actor qui conveniat. tit. 19. p. 121. n. 5.
Ultra id, quod in Judicium deductum eſt poteſtas Judicis non extenditur. tit. 18. pag. 113. num. 7.
Judicium hominis quatuor modis corrumpitur timore, gratia, pretio, & odio. tit. 20. p. 129. n. 2.
Juſtum Judicium nec Judici vendere, nec reo, vel actori emere permiſſum eſt. tit. 1. pag. 206. num. 9.
Ad ordinem Judicii oportet, ut prius cognoſcatur, & pronuncietur ſuper legitimatione, & habilitate perſonarum. tit. 10. p. 67. n. 12.
Poſſeſſorio, & petitorio judicio intentato, prius agitur & terminatur poſſeſſorium. tit. 10. pag. 71. num. 9.
In Judiciis nihil magis attendi debet, quàm ipſa veritas. tit. 20. p. 146. n. 16.
Judicium redditur in invitum. Intellige quoad reum. tit. 14. p. 96. num. 3.
Judicium teſtatoris pro parte probari, & pro parte improbari non poteſt. tit. 24. pag. 189. num. 8.

Jurans, Juramentum.

Jurans perpetuò in ſua Eccleſia reſidere, ſi ex poſt facto propter utilitatem Eccleſiæ ſe abſentaverit, non eſt perjurus. tit. 4. pag. 310. num. 5.
Jurare, per ſe malum non eſt, dummodo tres comites retineas, ſcilicet veritatem, juſtitiam, & judicium. titul. 24. p. 185. num. 1.
Jurare eſt actus licitus, & honeſtus, conſiſtens in Religione, in veteri, & novo Teſtamento admiſſus. tit. 24. p. 186. num. 2.
Jurare verum pejus eſt per falſos Deos, quàm mendaciter per verum Deum. tit. 24. p. 187. n. 11.
Is qui Juraverit uxorem ducere, non poteſt Religionem ingredi, antequam ducat, ne aliàs perjurium committat. tit. 24. p. 173. n. 4.
Jurare per creaturas, actus idololatriæ eſt. tit. 24. p. 186. num. 5.
Juramentum tres comites retinere debet, veritatem judicium, & juſtitiam. tit. 19. p. 118. n. 2.
Juramentum malitiæ in quacunque litis parte admittitur. ibid. n. 3.
Juramentum calumniæ priùs ab Actore, & poſterius à Reo, quamvis Clerici ſint, præſtari debet. tit. 7. p. 55. num. 1.
Juramentum non facilè adhibendum ob periculum perjurii. tit. 7. pag. 56. num. 6.
Juramentum à Monachis præſtitum ſe in obſtagio extituros, obſervari debet. tit. 24. p. 182. n. 6.
Juramentum de non alienando, utiliſſimum eſt Eccleſiæ. tit. 13. pag. 373. num. 2.
Juramentum in pacto legis commiſſoriæ præſtitum, obſervari non debet. tit. 24. p. 182. n. 5.
Juramentum calumniæ, an à partibus remitti poſſit. tit. 7. pag. 56. n. 4.
Juramentum calumniæ an ſit veritatis, vel credulitatis. ibid. n. 5.
Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum. tit. 2. pag. 182. n. 1.
Juramenti obligatio lex civilis, & Princeps rectè poterunt impedire quando illius materia poteſtati ſeculari ſubjecta eſt, cùm tunc juramenti non ſit relaxatio, ſed quoddam impedimentum obligationis à Principe impoſitum ratione materiæ ſibi ſubjectæ. tit. 24. p. 72. num. 5.
Et ibi quoad juramenti relationem plura jura interpretantur. ibid.
Quoties, de vi, ſeu validitate juramenti agitur, vel de ipſius relaxatione tunc ejus cognitio ad ſolum Eccleſiaſticum judicem ſpectat. ibid.
Juramenti remiſſio virtute juriſdictionis ad ſolum Pontificem ſpectat, virtute verò obligationis ſi Deo, & parti ſit præſtitum ab ipſa parte virtute obligationis remitti poteſt, non tamen juriſdictionis virtute. ibid. num. 6.

Index

Jusiurandum usurarum ab Episcopo remitti potest, cum ex parte resipientis turpitudinem in se contineat. ibid. n. 7.

Juramentum de non fidejubendo est illicitum. tit. 22. p. 441. n. 4.

Juramenti vinculo non tenetur, qui promisit, si alter ex parte sua non adimpleverit. titul. 24. pag. 174. num. 1.

Juramentum à Prælato præstitum, se bona Ecclesiæ non repetiturum, illicitum est, & eo non obstante repetere poterit. tit. 13. p. 371. n. 7.

Juramentum ut valeat, tres comites retinere debet, veritatem scilicet, judicium, & justitiam. tit. 24. p. 182. num. 2.

Juramentum etiam gravissimo metu extortum est servandum. tit. 24. p. 189. n. 10.

Juramentum fidelitatis, seu subjectionis pro administratione, vel officio Superioribus præstatur. tit. 24. p. 175. n. 3.

Juramentum obedientiæ variis temporibus, variisque personis præstari solitum erat, & quid hodie observetur. tit. 24. p. 175. n. 8.

Juramentum fidelitatis non solum dignitati Pontificiæ, sed etiam personæ debetur expresso Pontificis nomine, cui obedientiæ præstanda est. tit. 24. p. 175. num. 9.

Inter juramentum, & simplicem promissionem, quoad Deum, nulla est differentia. tit. 24. p. 173. n. 3.

Juramentum stricti juris est, meritò debet intelligi secundum juris dispositionem. titul. 13. pag. 373. num. 3.

Juramentum quod servari potest absque dispendio salutis æternæ, debet præcisè observari. titul. 24. p. 173. n. 5.

Juramentum ad summum Deum referri debet, cui reddenda sunt juramenta. tit. 23. p. 172. n. 3.

Juramentum super actu à lege prohibito principaliter in favorem privatum, secundariò in favorem publicum præstitum, observari debet, si absque vi, dolo, aut tertii præjudicio fiat. tit. 24. pag. 187. num. 1.

Juramentum etiam super actis nullis præstitum debet observari. tit. 21. p. 436. n. 3.

Juramentum in litem exigitur ab actore super articulis nondum ab eo plenè probatis. titul. 19. pag. 119. num. 6.

Juramentum non vergens in dispendium salutis æternæ observari debet. tit. 24. p. 187. n. 2.

Juramentum calumniæ, an in exordio litis exigendum sit, sufficiatque postmodum præstari. titul. 7. pag. 55. num. 3.

Juramentum calumniæ remittitur personis quibus honor, & reverentia debetur. tit. 7. p. 56. n. 9.

Juramentum sequitur naturam actus, cui adhæret. t. 34. p. 177. n. 10.

Perjurus etiam dicitur, qui juramentum frangit, & variis pœnis divina, & humana ultione acriter punitur. t. 24. p. 174. n. 4.

Juramenti judicialis essentia est, finem litibus imponere. t. 24. p. 192. n. 13.

Juramentum præstitum in utilitatem partis, sine ejus consensu, an possit in melius commutari. t. 32. p. 550. num. 7.

Juramentum litis decisorium, nec recusari, nec referri potest, si à Judice sit delatum, secus tamen si à parte. In actione tamen famosa referri non potest. t. 24. p. 190. n. 1.

Juramentum à parte parti delatum, etsi ante susceptionem sit voluntarium, post susceptionem verò necessarium redditur. tit. 24. p. 192. n. 11.

Juramentum extrajudiciale partium contentione exactum recusari non potest. tit. 24. p. 192. n. 12.

Jurisconsulti.

Jurisconsulti legem interpretandi, non verò legis condendæ auctorita[illegible] tit. 13. p. 377. n. 4.

Jurisdictio

Jurisdictio per negligentiam amittitur. t. 1. p. 13. n. 4.

Jurisdictio secularis distincta, & separata est ab Ecclesiastica. tit. 24. p. 189. n. 12.

Jurisdictio aliena partium consensu prorogari potest de jure civili; secus de jure Canonico, [illegible] 2. p. 24. num. 9.

Ordinaria favorabilior est, quàm delegata jurisdictio. t. 27. p. 247. n. 2.

Jurisdictio exerceri non potest in eos, qui sunt de propria familia. t. 2. p. 34. n. 5.

Jurisdictio consuetudine introduci potest etiam in diminutionem dignitatis. t. 2. p. 34. n. 7.

Privatorum jurisdictio non datur ei, qui nulli præest judicio. t. 2. p. 33. n. 2.

Jurisdictio delegata ultra res, vel personas in Rescripto contentas extendi non potest. titul. 2. pag. 38. num. 6.

Jurisdictio delegata an prorogari possit. titul. 2. pag. 25. num. 16.

Jurisdictio Ecclesiastica, & temporalis, separatæ sunt. t. 17. p. 393. n. 7.

Jurisdictio Ecclesiastica & temporalis distinctæ sunt. tit. 2. p. 27. n. 6.

Jus.

Jus omne instrumenti, privilegii, vel rescripti, plerumque pendet ex præfatione, & facti narratione. t. 22. p. 154. n. 3.

Jura incorporalia penes duos in solidum esse possunt. t. 19. p. 126. n. 5.

Errans in jure, malæ fidei possessor dicitur. t. 26. p. 217. num. 15.

Jure antiquo causæ civiles Clericorum, sine scriptura terminabantur. t. 3. p. 45. n. 3.

Jus ex facto oritur, & ibi hæc regula explicatur. t. 1. p. 6. n. 14.

Jus præsentandi non transit in creditorem habentem villam, in qua est Juspatr. pignoris jure obligatam. t. 1. p. 9. n. 9.

Jura Episcopalia, ut plurimum præscribi possunt: non tamen omnia, ut ibi exponitur. t. 24. p. 471. n. 7.

Non prius juris ratio, quàm personæ quærenda est. tit. 1. p. 15. n. 2.

Indultum à jure beneficium non est alicui auferendum. t. 25. p. 200. n. 2.

Jus divinum licet immutabile sit; tamen si alicui actui particulari applicetur, justa subsistente causa recipit mutationem, ut ibi exponitur. t. 4. p. 308. n. 5.

Juri suo liberè renuncians amplius non auditur. t. 23. p. 166. n. 5.

Naturale jus, nec à lege, atq; à Principe mutari potest. t. 1. p. 289. n. 3.

Jus Canonicum semper ex bono, & æquo procedit quoties ex eodem jure contrarium non reperiatur expressum. tit. 25. p. 205. n. 9.

Jus publicum juri divino non præjudicat, nec contraria consuetudo admittitur. tit. 26. p. 490. n. 2.

Jure sanguinis non succeditur in beneficiis Ecclesiasticis. tit. 5. p. 312. n. 1.

Ad juris eligendi quasi possessionem quot actus requirantur? t. 12. p. 78. n. 11.

Jura incorporalia non possidentur verè, sed quasi possidentur. t. 26. p. 209. n. 5.

Jus publicum privatorum consensu renunciari nequit. t. 13. p. 82. n. 3.

Decimandi jus an sit servitus continua, vel discontinua & quæ actio pro eo competat an confessaria, an verò condictio ex lege. titul. 26. pag. 214. num. 10.

Jus Canonicum semper intendit vitare peccata, & animas ad Dei gratiam reducere; jus verò Civile tantum curat in quieta tranquillitate homines vivere. tit. 2. p. 296. n. 8.

Jus Idem constitui debet ubi eadem ratio est. tit. 8. p. 345. n. 11.

Frustra

Fruſtra per reſcriptum indulgetur, quod communi Jure conceſſum eſt. tit.16.pag.388.n.11.
Jus poſtliminii in his, quæ facti ſunt, nihil, aut parum operatur. tit.26.pag.218.n.3.
Ea quæ contra jus fiunt, debent pro infectis haberi. tit.49.p.683.n.2.
Jus & cauſa petendi in libello exprimi debet. titul. 3. p. 48. num. 14.
In jure noſtro melior eſt conditio poſſidentis, tit. 27. p. 245. num. 17.
Jus publicum privatorum pacto tolli non poteſt, tit.9. pag. 61. num. 6.
Succedens in alterius jus eodem jure, quo ille utitur, uti debet. tit.38.p.597.num.7.
Jus publicum in ſacris,& ſacerdotibus conſiſtit. tit. 1. p. 276. num. 2.
Jusjurandum ſequitur naturam actus,cui adhæret.tit.4. p. 180. n. 6.
Judiciale Juſiurandum in cauſa famoſa non ſufficit; cum in gravibus cauſis luce meridiana clariores debent eſſe probationes. tit.24.pag.192.n.13
Jus patronatus non ad pignoratitium creditorem tranſit, ſed penes verum dominum remanet, cum præſumatur debitor illud ſibi reſervare velle,licèt ſecus obſervetur in venditione rei, vel villæ conductione. titul. 27. p. 243. num. 3.
Jus patronatus tranſit cum univerſitate bonorum, ibid. num. 4.
Jus patronus libertorum non tranſit cum univerſitate bonorum, ſed jure ſanguinis debetur. ibid. num. 5.
Jus patronatus laicis ex gratia Pontificis fuit conceſſum ut invitarentur ad dotandas, & conſtruendas Eccleſias. tit.26.pag.219.n.8
Patronatus Jus, quare laicis in Eccleſiis permiſſum eſt. tit.38.p.595.n.4
Jus Patronatus eſt in hæredes tranſmiſſibile. titul. 38. p.595. num.4
Jus Patronatus eſt quædam ſervitus perſonalis. tit. 38. pag. 596. num. 5.
Jus patronatus eſt honorificum, oneroſum, & utile. ibid.
Jus Patronatus libertorum eſt individuum.tit.38.p.596. num. 5.
Jus patronatus conſiſtens in aliqua univerſitate tranſit cum ea ipſa, etiam ſi univerſitas tranſeat tantùm quoad utile dominium; niſi ſpecificè ſit exemptum. tit. 38. p. 605. n. 1.
Jus Patronatus abſque labe ſimoniæ, vendi non poteſt. tit. 38. p. 601.n. 2
Jus patronatus jure ſanguinis competit. tit.5. pag.315. num. 17.
Jus patronatus non in capita, ſed in ſtirpes ad hæredes tranſit. tit.38.pag.596.n.6.
Jus patronatus,quoad ejus commodum, diviſibile eſt. ibid.
Jus patronatus etſi non ſpirituale, eſt tamen ſpiritualibus cauſis annexum. tit.38.p.595.n.4
Ju patronatus emens, vel alio modo adquirens, ut præſentet filios, vel nepotes, eo ſpoliari debet.tit. 38. p. 601. num. 1.
Jus patronatus titulo emptionis, & venditionis adquiri poteſt. Intellige, cum univerſitate bonorum. tit.1. pag. 9. num. 8.
Jus patronatus eſt ſpiritualibus annexum. tit. 1. p. 8. num. 2
Jus Patronatus per ſe ſolum vendi non poteſt, ſecus acceſſoriè, & per conſequentiam, cum univerſitate bonorum. tit.38.pag.604.num.4
Jus Patronatus an tranſeat cum hæreditate ibid. num. 6
Jus patronatus in univerſali pignore non continetur. tit. 21. p. 427. n. 5.

Granna in Decret

K

Kalendæ.

KAlendarum tempus olim erat feriarum. titul. 9. pag. 64. num. 23.

L

Laicus.

LAicus poteſt Decimas jure conductionis exigere, cum tunc eas non percipiat jure ſpirituali, ſed temporali. tit. 26. pag. 219. num. 9.
Laici hodie, qui titulo ſunt illuſtres, intra cancellos Eccleſiæ ſedere poterunt. tit. 1. pag. 277. num.8.
Laicus ob negligentiam Judicis Eccleſiaſtici Judex competens eſſe non poteſt. tit. 2. pag. 30. n. 3.
Laicus Sacramentum Baptiſmi adminiſtrare poteſt. tit. 1. pag. 7. n. 25.
Laico confeſſio facta non eſt Sacramentalis, ibid.
Laicus de cauſa poſſeſſoria rei ſpiritualis an poſſit cognoſcere. ibid. n. 24.
Laici ad fundandas, & dotandas Eccleſias propter jus patronatus invitantur. tit. 13. p. 363. n. 2.
Laici in feudum perpetuum decimas poſſidere poterant propter ſervitia Eccleſiæ facta. tit. 10. pag. 350. num. 4.
Laicus an poſſit juramenti Religionem remittere, & interpretari. tit. 1. pag. 6. num. 19.
Laici an poſſint eſſe arbitri in cauſis Eccleſiaſticis. ibid. num. 17.
Laici detinentes, vel uſurpantes res Eccleſiæ, vel Clericorum, apud Judicem Eccleſiaſticum conveniendi ſunt. tit. 2. pag. 27. n. 7.
Laici principio naſcentis Eccleſiæ plerumque admittebantur ad jus eligendi. tit. 38. p. 595. n. 4.
Laici adquirere, poſſidere, & ad alios transferre poſſunt Juſpatronatus. tit. 1. p. 8. num. 4.
Laici perceptionis decimarum incapaces ſunt: & quid olim ante Concilium Lateranenſe obſervabatur, ibi exponitur. tit. 10. pag. 349. n. 2.
Laicus de cauſa Juriſpatr. cognoſcere poteſt ex commiſſione Sum. Pontificis. tit. 1. p. 9. num. 6.
Laicus an poſſit excommunicare? tit. 1. p. 5. n. 7.
Laicus cognoſcere poteſt de ſententia excommunicationis, quoad facti quæſtionem. tit. 1. p. 5. n. 13.
Laici eccleſiaſtica negotia tractare non debent. tit. 1. pag. 4. num. 1.
Laici, neque cum conſenſu Epiſcopi poterunt Eccleſiam donare, cum eam poſſint. tit. 24. pag. 466. n. 6.
Laicus poteſt cognoſcere contra Clericos, ex delegatione Summi pontif. & juris Canonici authoritate. tit. 1. p. 7. num. 21.
Laicus coram Eccleſiaſtico Judice conveniatur ſuper rebus Eccleſiæ, vel Clerici, niſi ad Eccleſiam, vel Clericum, pertinere negaverit. tit. 2. pag. 266. n. 1.
Laici ſpiritualia poſſidere non poſſunt, ac per conſequens, nec præſcribere. tit. 26. pag. 218. n. 1.
Laicus judex de cauſis uſuratum, & ſacrilegii crimine cognoſcere poteſt, & quid de crimine blaſphemiæ. tit. 1. p. 7. n. 23.
Laici lege divina capaces ſunt quoad ſpiritualia. tit. 13. p. 376. n. 2.
Laici poſſunt beneficia acceptare, Baptiſma conferre, Decimas conducere, Confeſſiones audire. titul. 26. p. 219. n. 7.

Lapidicinæ.

Lapidicinæ inventæ in fundo mulieris, dotales efficiuntur. tit.13.pag.92. num. 11.

Legari, Legatarius, Legatus.

Legari poſſunt, non ſolùm, res teſtatoris, vel hæredis verum etiam alienæ. tit. 26.pag. 486. num. 1.

Index.

Legatarius miſſus in poſſeſſionem legatorum, ſuo tantum nomine poſſidere cenſetur: & ſic cæteris legatariis præferendus. t.15.p.100.n.12

Legatarius idoneus teſtis in teſtamento reputatur. t.21. p.130.n.7

Legatus à latere poteſt beneficium conferre, quia ſimul cum Ordinariis ſuæ Provinciæ concurrit. t.28.p.250. num. 5

Legati ſunt in triplici differentia, intellige ut ibid.

Legatus poſt ſuſceptam legationem ſi hæreditatem adjecerit Romæ à creditoribus hæreditariis conveniri non poteſt. t.2 p.44.n.10

Legatum.

Legatum valet, etiam ſi teſtator rem eſſe alienam ignoraverit, dum tamen conjunctis perſonis fuerit relictum. t.26.p.487.n.7

Legatum vindicationis, vel damnationis, in quo differant. t.26.p.486.n.4

Legatum ita relictum, *ſi legatarius voluerit*, an purum, vel conditionale ſit. t.26.p.493.n.8

Legitima.

Legitima filiis debetur jure naturæ. tit.26.p.498.n.2

Legitima & Trebellianica differunt: nam prima provenit jure naturæ, altera vero ratione fideicommiſſi. ibid.

Legitimè.

Legitime quod factum eſt, retractari non poteſt. t. 24. p. 477. n.4

Lex.

Lex juſta, etiam civilis obligat in conſcientia. tit. 24. p. 188. n. 5.

Lex propemodum 88. *Verſic.* Non idem, ff. de verbor. ſignific. expenditur. tit.26.p.486.n 4

Lex una quandoque per aliam ſuppletur. t.31.p.538.n.6

Lex aquilia inficiatione creſcit. t.31.p.123.n.6

Veteri lege Sabbatà ex præcepto cæremoniali obſervabantur, in quorum locum dies Dominici ſucceſſerunt ex ratione, de qua ibi. t.9.p.60.n.3.&9

Lex Canonica, & Civilis, ad diverſum finem tendunt. t. 49 p. 693. n.5.

Leges Principum laicorum diſponentes ſuper perſonas, & bona Eccleſiarum, vel Clericorum, ex defectu poteſtatis nullius ſunt momenti. t.12.p.75.n.4

Lex Julia Juſtis de cauſis multorum dotes alienari prohibuit. t.24.p.188.n.2

Lex quoties duplici ratione nititur una deficiente ex alia ſuſtinetur. t.10.350.n.6

Legem politicam vincere conſuetudo nunquam poteſt. t.19.p.120.n.13

Leges generaliter loquentes, non cenſentur improbare id quod aliis legibus ſpecialiter erat permiſſum. t.13. p. 372. n. 6

Leges ſecularium Principum in defectum Eccleſiaſticarum Conſtitutionum ſervandæ ſunt in foro Eccleſiaſtico. t.12.p.74.n.3

Lex cum duos diverſos caſus proponit, & unum prohibet, & de altero tacet, illum de quo tacet permiſſiſſe videtur. t.19.p.417.n.3

Libellus.

Libellus alternativus vitiatur, cum debeat eſſe clarus, & certus. t.21.p.434.n.5

Libellus an in vindicatione incertæ partis admittatur. tit.3.p.47.n.8

Quando libellus obſcurus eſt, poteſt interrogari Actor quo jure uti velit. t.12.p.80.n.10

Libellus ſi obſcurus eſt, interpretationi actoris ſtandum. t.27.p.247.n.3

Libellus alternativus in judicio admitti poteſt. t. 12. p. 80. num. 13.

Libellus ante litem conteſtatam addi, & emendari poteſt poſt conteſtationem verò neutiquam, niſi clauſula illa ſit inſerta: *Salvo jure addendi, &c.* t. 22.p.155.n.8

Libellus alternativus an valeat, & quando. t.3.p.47.n.11

Libellus ad interrumpendam præſcriptionem continui temporis, etiam dieb. feriatis porrigi poteſt. t. 9. p. 63. n. 16.

Liber.

Liber rationum plene probat, niſi in eo ſit ſcriptum pro ſcribente, & contra ſcribentem; hoc eſt quod ex debito recepit, & quod ipſe debet. t.22.p.153.n.7

Liberalis.

Liberalis virtuoſus eſt, & delectatur, cum operatur ſecundum regulam propriæ virtutis. titul. 23. p.460. num. 2.

Liberalis, in donando, exiſtimat ſe debere, quod donat. titul. 24. pag. 460. n. 1

Liberatio.

Liberatio obligationis non contingit, niſi ſolutione ejus quod debetur. t.34.p.558.n.8

Liberatio obligationis non contingit, niſi ſolutione ejus, quod debetur: & quid in obligatione Deo, debita? t.24.p.173.n.9

Libertas.

Libertatis donatio ſub modo, ſi Religionem profiteatur, an ſit ſimonia. t.31.p.572.n.12

Libertatem onerare durum, & iniquum eſt. t.21.p.428. num.2

Libertatis donatio ſemel ſervo facta, an revocari poſſit? ibi exponitur. t.24.p.477.n.5

Licitum.

Licitum eſt multoties recipere, quod non licet exigere. t.39.p.615. n. 8.

Licitum eſt litigatori pecuniam Judici dare pro redimenda vexatione, cum imminet periculum, vel verosimile eſt, Judicem aliter juſtitiam præſtare. Id verum eſt, etiamſi alia appellationis, & recuſationis remedia exiſtant. t.1.p.287.n.13

Limes.

Limites Diœceſum, & Parochiarum ligitime diſtincti, & quæ illis adherent, præſcriptionem non recipiunt. t.29.p.523.n.1

Lis.

Lis inchoari dicitur per litis conteſtationem. t. 11. p. 73. n. 5

Lis non dicitur, niſi poſt conteſtationem. t. 6. pag. 52. num. 3

Si lis cum debitore ſuper pignoris proprietate fuerit diſceptata, ſententia contra debitorem lata ipſi nocet creditori. t.27.p.239.n.7

Lite pendente non poteſt quis privari commodo poſſeſſionis. t.16.p.102.n.1

Lites debent celeriter terminari. t.27.p.231.n.1

Pendente lite in cauſa matrimonii conjuges non ſeparantur à commodo poſſeſſionis. titul. 16. pag. 104. num. 12.

Pendente lite an poſſeſſio interrumpatur ut præſcriptioni noceat. t.16.p.103. n.9

Pendente lite accuſatus de Simonia removetur à celebratione Miſſarum. t.16.p.104.n.11

Pendente lite fructus ſequeſtrantur ſi poſſeſſor eos diſſipet. t.16.p.104.n.13

Litis conteſtatio malam fidem inducit. tit. 13. pag. 88. num.11

Locatio.

Locatio & conductio eſt bonæ fidei contractus, ultro citroque obligatorius. t.18.p.406.n.2

Locatio emptioni ſimilis eſt. t.17.p.397.n.5.

Locatio in perpetuum, alienatio cenſetur t.13.p.374. num.2.

Locatio rerum Eccleſiæ tantum uſque ad triennium fieri poteſt. t.13.p.374.n.3

Locatio eſt quaſi emptio, & eiſdem fere regulis celebratur, atque ipſa emptio. titul. 18. pagin. 407. num. 3.

Locationis contractus eſt bonæ fidei, in quo tacite ineſt, ne inquilinus poſſit refectionem domus impedire. t.18.p.410. n. 2

Locatio in quo differat ab emptione. t.18. pag.407. num. 3.

Locupletari.

Locupletari cum alterius jactura nemo debet. tit. 13. p. 91. n. 2. & tit. 23. pag. 449. n. 2.

Luſtralem fundum Romani de quinquennio ad quinquennium locare conſueverunt. tit. 14. pag. 378. num. 2

M

Machinatio.

MAchinatio mulieris, an divertendi tantum, an verò diſſolvendi matrimonii cauſam præſtet ? tit. 32. p. 555. num. 13.

Mæchia.

Mæchia, hoc eſt *adulterium*, inter conjuges prohibitum eſt. tit. 2. p. 296. num. 9

Magis.

Magis dignum trahit ad ſe minus dignum. tit. 1. p. 8. num. 3.

Magiſter.

Magiſtri habent juriſdictionem in ſuos ſcholares. tit. 2. p. 34. n. 3

Magiſtri, & Scholares Bononienſes, qui ante tempus conductionis conducunt hoſpitia aliorum Magiſtrorum, vel Scholarium, ſine eorum conſenſu, excommunicantur. tit. 18. p. 405. n. 1

Magiſtris, & Scholaſticis eſt favendum, ut ad ſtudia exercenda, & ad ſcientias adipiſcendas excitentur. ibid. n. 2

Major.

Majores Eccleſiæ cauſæ, Sedi Apoſtolicæ ſunt reſervatæ. tit. 36. pag. 586. n. 2

Majorum actio, noſtra debet eſſe inſtructio. tit. 28. p. 511. num. 2.

Majus.

Majus ubi conceditur, minimum etiam conceſſum videtur. tit. 30. p. 532. n. 2. & tit. 24. p. 468. n. 5. & titul. 9. p. 346. num. 4.

Malefactor.

Malefactores Eccleſiarum in utroque foro conveniri poſſunt. tit. 2. p. 27. n. 1

Malitia.

Malitia ſupplet ætatem in matrimonio, non verò in voto. tit. 34. p. 562. nu. 3

Malum.

Mala non ſunt facienda, ut indè veniant bona. tit. 32. p. 553. num. 5

Mandare.

Mandans, ut quis pro ſe fidejubeat, videtur etiam mandare, ut pro eo ſolvat. tit. 22. p. 442. num. 2.

Mandatum.

Mandatis Apoſtolicis non obedire ſacrilegium, & iniquum eſt. tit. 5. p. 320. num. 9.

Sine mandato nemo alterius nomine in judicio admittitur. tit. 13. pag. 371. num. 8.

Qui alienare non poteſt, nec etiam ſine mandato in judicio experiri poteſt. tit. 19. pag. 122. n. 8

Mandatis Pontificis non obtemperare nefas eſt. tit. 5. p. 320. n. 7

Manſus.

Manſus Eccleſiæ debitus, quid ſit ? latè diſcutitur. tit. 39. pag. 610. n. 2

Manumiſſio.

Manumiſſio alienatio eſt. tit. 13. pag. 363. num. 2

Manumiſſio fieri non poteſt ab eo, qui non eſt dominus. ibid. n. 3

Manumiſſio inter vivos differt à manumiſſione in teſtamento facta. tit. 13. p. 364. n. 7

Maritus.

Maritus non repellitur ab accuſatione uxoris in adulterii cauſa, etiam ſi lenocinii crimen ei objiciatur. tit. 18. p. 110. n. 6

Non creditur marito aſſerenti, etiam cum juramento, uxorem ſe cognoviſſe, ſi uxor per matronas probat contrarium. tit. 19. p. 122. nu. 1.

Maritus, ſi uxore conſentiente Religionem profeſſus fuerit, ac uxori reſtitutus, & ea defuncta aliam ſuperinduxerit, debet ea demiſſa ad Monaſterium redire. tit. 32. pag. 543. nu. 1

Maritus utiles impenſas in rebus dotalibus factas deducit. tit. 13. pag. 92. num. 9.

Si maritus uxori dotem legaverit, ejus hæres neceſſarias impenſas deducet, non autem utiles. tit. 13. p. 92. num. 14.

Maritus agens de adulterii crimine repellitur ab agendo per exceptionem lenocinii tit. 10. p. 69. n. 14.

Maritus, ut Religionem profiteatur, ſi uxor juvenis eſt, illa etiam debet Religionem profiteri: ſi verò ſenex votum ſolemne caſtitatis emittere tenetur. tit. 32. p. 546. num. 8

Maritus in re uxoria, & familia ſemper præſumitur occupatus. tit. 3. p. 300. n. 2.

Maritus propria authoritate uxorem expellens, non admittitur excipiendo de conſanguinitate uxoris ſuæ. tit. 10. p. 66. num. 6.

Marito pertinet matrimonii onera ſubire atque ideo rerum dotalium & earum fructuum Dominus dicitur. tit. 17. p. 402. n. 6

Maritus renuntiare non poteſt privilegio ne conveniatur ultra quàm facere poteſt. tit. 2. p. 32. n. 5

Maritus prædia dotalia inæſtimata neque alienare neque pignorare poterit. tit. 17. p. 401. n. 4

Maritus abſque ullo uſurarum metu poteſt ex re pignorata pro non ſoluta dote fructus percipere, nec eos in ſortem principalem computare tenetur. tit. 24. p. 178. num. 3.

Maritus ad ſacerdotium, conſentiente uxore, promoveri poteſt, & quando id intelligatur ? tit. 2. p. 292. num. 5.

Marmor.

Marmor quod non renaſcitur non eſt in fructu. Secus de illo quod renaſcitur. tit. 13. pag. 92. n. 10

Mater.

Mater non poteſt renuntiare privilegio, ne à filiis conveniatur ultra quàm facere poteſt. tit. 2. p. 32. n. 7

Matrimonium.

Matrimonium contractum per Clericum in Sacris exiſtentem non tenet. tit. 3. p. 300. num. 1

Matrimonium ratum, & non conſummatum diſſolvitur per profeſſionem Religionis: compellitur tamen ſponſus intra duos menſes deliberare ſuper Religionis ingreſſu. tit. 32. pag. 548. num. 1

Matrimonium duo in ſe continet: ſcilicèt conjunctionem animorum, & corporum. tit. 32. pag. 549. n. 2

Matrimonium carnale, & ſpirituale æquiparantur. tit. 4. p. 305. num. 3.

Matrimonium carnale conſummatum, nec per Pontificem diſſolvi poteſt. ibid.

Matrimonium non dirimitur per votum ſimplex, & quæ differentia extet inter illud, & ſolemne. tit. 32. pag. 550. num. 6.

Matrimonium carnale diſſolvi poteſt per ſpirituale, non è contra: & quomodo id intelligatur. tit. 4. p. 305. num. 3.

Matrimonium de præſenti difficilius diſſolvitur, quàm illud de futuro. tit. 32. p. 550. n. 7

Matrimonium per metum cadentem in conſtantem virum contractum, nullum eſt. tit. 42. pag. 654. n. 21

Matrimonii vinculum propter lepram non diſſolvitur, nec ſeparatio ejus quoad totum fit. tit. 6. pag. 332. num. 6.

Matrimonium ratum & conſummatum, quare non diſſolvatur per profeſſionem. tit. 32. p. 549. n. 4

Matrimonialis cauſæ cognitio ſolum ad Epiſcopum, vel ejus Vicarium ſpectat. tit. 19. p. 123. nu. 6.

Matrona.

Matronæ de virginitate deponentes ſepiem debent eſſe. tit. 19. p. 123. num. 7

Matronæ non deponunt de his quæ perceperunt ſenſu corporeo, ſed de his quæ intelligunt ſecundum peritiam ſuæ artis. tit. 19. p. 123. n. 4

Matronæ quoad virginitatem non tantum deponunt de viſu, verum etiam de tactu. titul. 19. pag. 123. num. 4.

Melius.

Melius eſt ante tempus occurrere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere. tit. 22. pag. 586. num. 2. & t. 36. p. 586. n. 2

Menſura.

Menſuræ cum ſunt diverſæ, partium conventio attenditur. tit. 17. p. 395. n. 5

Si ad unicam menſuram ſolvi ſolet id quod debetur ex voto, ad illam impoſterum ſolvi debebit; ſi verò ad diverſas, liberabitur etiam ſolvens ad minorem. tit. 39. p. 621. n. 1.

Promittens aliquid ſolvere, nulla adjecta certa menſura præſumitur intellexiſſe, ſe velle de communi menſura ſolvere. tit. 39. p. 621. n. 2

Mens.

Mentes diverſas hominum, & opiniones difficile eſt in unum convenire. tit. 11. p. 332. n. 2

Mercata.

Mercata, nundinæ, contractus, & negotiationes, an diebus Dominicis, & aliis Dei & Sanctorum cultui dicatis, fieri poſſint. tit. 9. p. 60. n. 4

Merces.

Merces non debetur niſi ſequatur cauſa ob quam promittitur. tit. 6. p. 331. n. 8.

Mercenarius.

Mercenarius dignus eſt mercede ſua. tit. 5. p. 316. n. 6. & tit. 4. p. 307.

Meretrix.

Meretrices an ex turpi lucro decimas teneantur ſolvere. t. 30. p. 530. n. 12

Meritum.

Merita rei ſuæ quiſque ſcire præſumitur. tit. 17. p. 396. num. 4

Metropolitanus.

Metropolitano negligente in exhibenda juſtitia, extrajudicialiter ſuppleri poteſt ejus negligentia per Regem ſecularem. tit. 2. p. 305. n. 4.

Meus.

Meum quod eſt, amplius meum fieri non poteſt. tit. 23. pag. 459. n. 22.

Miles.

Miles non poteſt ſtationem, ſeu locum ab Imperatore ſibi aſſignatum relinquere, neque Sacerdos, qui in Chriſto militat, beneficium. tit. 19. p. 417. n. 2

Milites cœleſtes æquiparantur militibus terreſtribus. tit. 23. p. 449. n. 2

Milites, in plus quam facere poſſunt, condemnari non debent. ibid.

Miles militiæ deſertor, cingulum militiæ, & honoris amittit. tit. 4. p. 311. num. 2

Militare.

Militare ſuis ſtipendiis nemo cogitur. titul. 39. p. 613. num. 2.

Miniſter.

Miniſtri Eccleſiæ pacem, & manſuetudinem ſemper in ſe habere debent. t. 50. p. 696. n. 2

Minor.

Minor finita tutela recedere non poteſt à locatione facta per tutorem. tit. 18. p. 411. n. 8

Minor ſe offerens Religioni ei transfert omnia bona abſque Prætoris decreto: cum oblatio, quaſi per viam ultimæ voluntatis facta cenſeatur. tit. 19. p. 124. num. 4.

Miraculum.

Miracula non ſufficiunt, ut quis pro Sancto veneretur. tit. 44. p. 666. n. 2

Miſſa.

Miſſa particularis celebrari non debet quoties Miſſa publica extat. tit. 5. p. 322. n. 4

Miſſas tres permittitur Sacerdotibus in die Nativitatis Domini celebrare. tit. 41. p. 634. n. 7

Miſſa, ex præcepto Eccleſiæ debet celebrari cum miſtione aquæ, & vini. tit. 41. p. 637. n. 2. & 6

Miſſam ſingulis diebus Sacerdos non eſt adſtrictus dicere; ſecus horas Canonicas, & quare? titul. 7. p. 633. n. 4.

Miſſam celebrare non poteſt Presbyter in pane fermentato, in Calice ligneo, & ſine igne & aqua aliàs perpetuo ab officio, & beneficio deponendus eſt. tit. 41. p. 637. n. 1

Miſſæ celebratio Eccleſiæ Græcæ differt à celebratione Eccleſiæ Latinæ. t. 41. p. 637. n. 2

Miſſio.

Miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto in cauſis beneficialibus locum non habet. t. 15. p. 99. n. 4

Contra abſentem citatum, & contumacem fit miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto, cauſa rei ſervandæ tantùm; & poſt annum efficitur verus poſſeſſor. t. 15. p. 99. n. 1

Mitius.

Mitius agitur cum ſponte confeſſo delictum, quàm cum convicto. t. 1. p. 12. n. 15.

Moderator.

Moderator, & arbiter unuſquiſque rei ſuæ eſt. tit. 38. p. 595. n. 3

Monachus.

Monachus abſque Prælati licentia in judicio eſſe non poteſt. tit. 1. p. 15. n. 3. & 12

Moleſtari.

Moleſtari nemo poteſt pro alienis debitis. t. 23. p. 446. num. 2

Monachus.

Monachus, an de Monaſterio eripi poſſit ad ſæcularem Eccleſiam regendam. tit. 37. p. 591. n. 6.

Monachi olim ad regimen Parochialium Eccleſiarum admittebantur. tit. 35. p. 577. n. 2

Monachis conductiones prædiorum permiſſæ ſunt, & quomodo id intelligatur, ibi exponitur. t. 1. p. 289. num. 4

Monachi ſeu Canonici regulares clericive officium advocationis exercere non poſſunt, niſi utilitas Eccleſiæ, vel mandatum Prælati præcedat. tit. 49. p. 690. num. 1.

Monachi quando poſſint Capellas adquirere & retinere. t. 37. p. 593. n. 10

Monacho profeſſo non liceat ad Religionem etiam ſtrictionem tranſire, niſi petita à Superiore licentia. t. 24. p. 173. n. 8

Monachi in monaſterio, pretio dato non recipiuntur.

Monachatus ſpirituale jus eſt. tit. 35. pag. 569. num. 1

Monachus ad Monaſterium pretio receptus, à ſacris Ordinibus repellitur, & recipiens à ſacris Ordinibus ſuſpenditur. t. 35. p. 569. n. 2

Monachi in propriis monaſteriis ſepeliri debent niſi remotè monaſterio exiſtant. tit. 28. p. 512. n. 6.

Monachus ſine monaſterio ita caret vita ſicut piſcis ſine aqua. t. 35. p. 577. n. 3

Monachi olim non erant Sacerdotes. t. 35. p. 577. n. 3

Monachus Græcè dicitur; Latinè vero, *ſingularis* appellatur. tit. 35. p. 577. n. 3

Monachus non poterit Sacramenta miniſtrare, niſi Monacho in Monaſterio exiſtenti: *c.* 1. cum aliis 16. *q.* 1. ibid.

Monachus in judicio agens, non ab Epiſcopo; ſed à ſuo Prælato licentiam obtinere debet. tit. 1 p. 16. n. 15

Monachus quando ſolus beneficio exiſtere poteſt. t. 35. p. 578. n. 4

Monachi quare teſtamentum facere non poſſunt. t. 35. p. 574. n. 2

Monachi peculii adminiſtrationem habere poſſunt, præcedente Prælati licentia, ad utilitatem Monaſterii. tit. 35. p. 574. n. 2

Monachi proprium habere non poſſunt. tit.35.p. 574. num. 1
Monachi in ipſa ordinationis ſuſceptione, facultatibus & voluntatibus propriis renuntiant. tit. 35. p. 574. num. 2.
Monachus injuriarum actione agere non poteſt, abſque Prælati authoritate. tit.1.p.16.num.12
Monachi, & Clerici, an poſſint eſſe executores teſtamentorum. tit.26.p.503.nu.3
Monachi ad Curam Monaſterio ſubjectam non præficiuntur, ſed ſæculares Clerici, qui Epiſcopo ſubſunt. tit.37.p.589.n.1.
Monaſterium qui ingreditur, omnia bona in Monaſterium transfert. tit.19.p.124.n.2
Monaſteria quoad legem juriſdictionis, ſunt ſub poteſtate Epiſcopi. tit.24.pag.471.n.5
Monaſterium, quando poſſit Capellanum inſtituere, vel deſtituere. tit.37.p.593.n.9.

Moneta.

Moneta à jure gentium humana neceſſitate cogente inventa fuit. tit.24.p.180.n.3
Monetæ uſus licet à jure gentium ſit inventus, tamen ejus valor, & quantitas à Principe eſt conſtitutus. ibid.
Monetæ valor, ſi fuerit mutatus, an attendatur in redemptione cenſus tempus contractus, an verò redemptionis? remiſſivè diſcutitur. tit.24.p. 181. nu.6

Monialis.

Monialis pecunia data pro ejus ſuſtentatione, abſque periculo ſimoniæ recipi poteſt. tit. 31.pag. 571. num. 3.

Mora.

Mora modica nocere non ſolet, cum in ea magnum præjudicium non eſſe poſſit. tit.18. pag. 415. num. 12
Mora poſt litem conteſtatam emendari non poteſt tit 18. pag.415.n.13.
Moræ emendatio tam in ultimis voluntatibus, quàm in contractibus admittitur. tit.18.p.p.414.n.9
Moræ purgatio in judiciis admittitur. tit.27. pag. 246. num. 20.
Moræ emendatio, etiam die, & pœna adjecta non excluditur. tit.18.p.412.num.1

Morbus.

Morbo ſimili laborans à teſtimonio repellitur, cum ſua interſit delictum ſocii celare, ut liber maneat. tit.20. p. 138. n. 2.

Mortuus.

Mortuus poteſt in ſepulchro Majorum ſepeliri: vel ubi voluerit propriam eligere ſepulturam: quam ſi non elegit, nec ſepulchrum habet proprium, in Eccleſia Parochiali ſepeliendus eſt, ubi vivus Eccleſiaſtica percepit Sacramenta. titul. 28.pag. 510. num. 1

Mos.

Mores alterius, qui ſemel approbavit, poſtea reprobare non poterit. tit.25.p.198.n.10

Mulier.

Mulier an dotem exigere poſſit apud judicem Eccleſiaſticum. tit.2.pag.31.n.4
Mulier non eſt domina corporis ſui, ſed vir; & è contra tit.10.pag.66.num.7
Mulier poteſt omnia bona in dotem dare: & quid in tutore pro pupilla. tit.26.p.501.n.11
Mulier adulterii crimine rea, etiam poſt litem conteſtatam non poteſt defendi per Procuratorem, vel Advocatum. tit.1.p.19.n.10
Mulier conſtante matrimonio, niſi maritus ad inopiam pervenerit, non poteſt dotem petere. tit.21.p.434. num.4
Mulier in dote præfertur aliis creditoribus non expreſſam, ſed tacitam hypothecam habentibus. tit.21. p.434.n.2
Mulier poſt partum ſtatim poteſt ingredi Eccleſiam & nec tenetur abſtinere per aliquos dies ſecundum legem Moſaicam. tit.47.pag.673.num.1
Mulier in partu ratione partus nullum peccatum committit. ibid.n.2.
Mulierum dotes conſervare ad jus publicum ſpectat; merito bonis moribus receptum eſt dotes non alienari. tit.24.p.188.num.4
Mulier agit pro dote contra quemlibet detinentem bona mariti. tit.21.p.434.n.1

Mutuatarius.

Mutuatarius probare debet mutuum verſum fuiſſe in Eccleſiæ utilitatem. tit.16.p.386.n.3

N

Natus, Natalia, Natura.

NAtum ex re noſtra ad nos pertinere debet. tit. 13. p. 89. n. 20.
Natalia publica inſtrumenta adeò perpetuam firmitatem habent, ut teſtibus infirmari nequeant. tit. 22. p. 159. num. 5
Natura prima fuit in homine perfectiſſima, bona ad bonum à perfectiſſimo Creatore ordinata. tit. 23. p. 167. num. 2
Secundum Naturam eſt commoda cujuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda. tit. 20. p. 423. num. 7
Nihil tam Naturale eſt, quàm eo genere quidquid diſſolvere, quo coligatum eſt. tit.24.p.172.n.2

Neceſſitas.

Neceſſitas an excuſet à furto. tit.31.p.571.num.7
Neceſſitate nimia publica exigente, etiam Clerici contribuere tenentur. tit.49. p.683. n.2

Negans.

Negantis factum, directa probatio fieri non poteſt; nec judici creditur, quoad acta judicialia, ſed apud Notarium in ſcriptis ſunt deducenda: quod ſi Judex non fecerit, puniri poterit per ſuperiorem. tit.19. p. 127. n. 1

Negotium.

Negotium quoties duobus in ſolidum committitur, quilibet exequi poterit. tit.38.p.597.n.7.
Gerens aliena negotia tanquam aliena actione negotiorum impenſas recuperare poteſt; ſecus ſi tanquam propria gerat. tit.13.p.93.n.19

Negligentia.

Negligentia in his, quæ ad jus publicum ſpectant, omnino corrigenda, & punienda eſt. tit. 8. pag. 143. num. 2
Ob Negligentiam Judicis ſæcularis in adminiſtranda juſtitia adiri poteſt judex Eccleſiaſticus. tit. 2. p. 29. num. 1

Nemo.

Nemo ex malitia ſua commodum reportare debet. tit. 6. p. 53. n. 7.
Nemo præſumitur ſuum donare. tit.24.p.461.n.6
Nemo plus juris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet. tit.10.p.350.n.7.&tit.13.p.361.num.2
Nemo tam amens cenſetur, ut adverſus ſe quidquam affirmet. tit.22.p.162.n.8
Nemo poteſt rogari reſtituere pluſquam accepit. tit. 26. p. 496. n. 5
Nemo alterius culpa prægravari debet. tit.16.p. 386. num. 2
Nemo mittens manum ad aratrum, reſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei. tit.34.pag.565.n.11
Nemo contra proprium factum venire poteſt. tit. 13. p. 370. n. 6.

Nobilitas.

Nobilitas homines magnificos & liberales facit. tit.23. p. 466. num.2

Nolle.

Nolle ejus eſt, cujus eſt velle. tit.17.p.402.n.5

Novum.

Novum non eſt, ut æquitas cum æquitate pugnet, & fortior

fortior ratio vincat infirmiorem. tit. 23. pag. 458. num. 16.

Novalia.

Novalia prædia, quæ dicantur. tit. 30. p. 533. n. 3.

Nullitas.

Nullitatis causam, & jus, videlicet ex qua parte subsistat allegari oportet. tit. 3. p. 48. n. 15.

Nullum.

Nullum simile idem dicitur. tit. 28. p. 268. n. 5.

Numerus.

Numerus Canonicorum, eorum favore inductus censetur. tit. 12. pag. 356. num. 6.

O

Oblatio.

OBlatione sola absque professione Monasterium non succedit. tit. 19. pag. 124. n. 7.

Obligatio.

Obligatio specialis non est alienatio. tit. 13. pag. 367. num. 7.

Obligatio una non impedit majorem obligationem. tit. 34. p. 559. n. 9.

Obligatio dandi rem, est etiam obligatio faciendi. titul. 27. pag. 235. n. 6.

Obligatio, quæ fit patri, vel matri, latiùs est interpretanda. tit. 39. pag. 623. num. 7.

Impossibilium nulla est Obligatio. tit. 6. p. 330. n. 4.

Obligatio fidei, & jurisiurandi, æquè militant. tit. 34. p. 562. n. 6.

Obscuritas.

Obscuritas in libello evitanda est: & agens reali actione rem exprimere; & personali, causam petendi exponere debet. tit. 3. pag. 46. n. 1.

Obscuritas, & incertitudo in jure reprobatur, ibid. num. 2.

Obstetrix.

Obstetrices, etsi peritæ fuerint facile tamen decipi possunt. tit. 20. pag. 145. n. 7.

Obtinere.

Obtinet tantum quis quantum probat. tit. 36. p. 582. num. 3.

Occasio.

Occasio captandæ mortis alienæ vitanda est, tit. 24. p. 465. num. 2.

Officium.

Officium Sacerdotis extat in frequenti oratione. tit. 1 p. 276. n. 2.

Officium Clericorum consistit in frequenti oratione. tit. 2. p. 291. n. 2.

Advocationis Officium inter ea numeratur, quæ sæcularia sunt. tit. 49. p. 698. num. 2.

Officium nemini debet esse damnosum. tit. 19. pag. 129. num. 4.

Ad Officium Judicis spectat ne partes laboribus & expensis vexentur. tit. 28. pag. 264. n. 3.

Officium Judicis est in triplici differentia, tit. 21. p. 435. num. 6.

Omnis.

Id quod Omnes tangit debet ab omnibus approbari. tit. 24. p. 180. n. 3.

Onus.

Onus qui sentit debet etiam commodum sentire. tit. 5. pag. 316. n. 3.

Onus dicendi Missam Beatæ Mariæ in quolibet die licitum est. tit. 5. p. 322. num. 2.

Operarius.

Operarius dignus est mercede sua. tit. 28. pag. 514. n. 2.

Opus.

Opera misericordiæ nisi in extrema necessitate nemo compellitur exercere, tit. 27. p. 393. num. 6.

Oratio.

Oratio genu flexo quo tempore fieri debeat, refertur antiqua consuetudo. tit. 9. p. 61. num. 8.

Oratione Divi Marci ad coërcendas Judicum litigantium moras, unica tantum dilatio permissa erat. tit 3. p. 67. n. 4

Ordinarius.

Si duo Ordinarii pronunciant contraria, tenet sententia pro Reo, si verò Delegati discordant, delegans est adeundus: si Arbitri, neutra tenet. tit. 27. p. 247. n. 1.

Ordo, Ordinari, Ordinatio.

Ordo sacer tempore primitivæ Ecclesiæ tantum impediebat matrimonium: hodie verò illud etiam dirimit. tit. 3. p. 300. n. 2.

Ordo juris in publicis judiciis non desideratur, & quomodo id procedat. tit. 3. pag. 45. num. 7

Ordinari non potest, non baptizatus, & si de facto ordinetur, Ordinis charactarem non recipit. titul. 43. p. 660. n. 1

Ordinatio Ecclesiæ non debet suspendi propter contentionem patronorum. tit. 39. p. 608. n. 2

Ordinationis tempore, si per oblivionem traditus fuerit Calix sine vino, & aqua aut patena sine pane, aut cum una tantum specie, scilicet vino, vel tantum pane, an presbyter sit validè ordinatus? latè discutitur. titul. 43. pag. 660. n. 7

Ordinatus à non suo Episcopo remanet ordinatus; & quibus pœnis Ordines conferens, & de facto suscipiens puniatur. tit. 27. pag. 521. n. 3

Os.

In ore duorum vel trium testium stat omne verbum. tit. 20. p. 132. num. 1. & tit. 19. p. 119. num. 9.

Ostagium.

Ostagium promittentes, & recipientes quando excommunicantur. tit. 21. p. 429. n. 5

P

Pactio.

PActio in spiritualibus simoniaca est. tit. 5. p. 322. num. 3.

Pactum.

Pactum legis commissoriæ in pignoribus admittitur, cum factum est, ita ut pro justo pretio pignus maneat emptum. tit. 21. p. 438. num. 9.

Pacto legis commissoriæ, si quis rem suam pignoraverit & juraverit non contravenire, si justè impeditus intra diem statutum non redemerit, post diem redimere poterit. tit. 21. p. 436. n. 1

Pactum legis commissoriæ in pignoribus improbatur. ibid. num. 2.

Pactum de retrovendendo per verba obliqua conceptum, non habet vim resolutionis contractus. tit. 21. p. 432. num. 9

Pactum legis commissoriæ in venditionibus permissum est, & an olim in pignoribus permitteretur, titul. 21. pag. 432. num. 5.

Turpia pacta contra leges, & bonos mores, irrita sunt. tit. 31. pag. 571. num. 8

Pactum ostagii illicitum est, & obligationem non producit. tit. 23. p. 451. n. 7

Pactum de retrovendendo quomodo cognoscatur. tit. 21. p. 431. n. 2

Pactum de retrovendendo omni jure permissum est. tit. 21. pag. 431. num. 4.

Pactum quodlibet de futura successione in rebus viventium omnino improbatur. tit. 8. pag. 338. num. 2.

Pactum à marito factum ut conveniatur ultra id, quod facere possit tanquam turpe & illicitum, à jure improbatur. titul. 24. pag. 183. n. 9

Pactum cum antecessoribus celebratum non obligat successores. tit. 1. p. 118. n. 22

Pactum contra depositi naturam factum, non tenet. tit. 15. p. 385. n. 6

Pactum legis commissoriæ, & addictionis in diem, in quo differant? exponitur. tit. 21. pag. 433. n. 12.

Pacta inter contrahentes ſervari debent. tit. 18. p. 412. num. 2.

Parens.

Parentibus liberorum cura, quare competat. tit. 31. p. 536. n. 2.

Parentibus permiſſum eſt filios exhæredare. t. 24. p. 185. num. 21.

Parentibus, jure antiquo jus vendendi, & occidendi, filios competebat, ſed poſtea ſublatum. tit. 31. p. 537. num. 5.

Parochus.

Parochus ſolus non poteſt Eccleſiæ officia exercere. tit. 35. p. 577. n. 2.

Parocho competit poteſtas baptizandi ſolemniter. tit. 42. p. 654. n. 30.

Pars.

Duæ partes ejuſdem Capituli Eccleſiaſtici interdum, ut actus valeat, deſiderantur. titul. 11. p. 353. n. 7.

Particula.

Particula Minima panis eſt ſufficiens ad Euchariſtiæ Sacramentum; ſed non una gutta aquæ ad Baptiſmum & quare? tit. 42. p. 658. n. 8.

Partus.

Partus ancillæ furtivæ apud bonæ fidei poſſeſſorem editum & conceptum, ab eo uſucapi poteſt, & idem in pecudibus. t. 13. p. 89. n. 19.

Partus Beatiſſimæ Virginis puriſſimus fuit & ab omni ſorde immunis. tit. 47. p. 673. n. 3.

Paſtor.

Paſtoris ſpiritualis officium in quo conſiſtat. tit. 4. p. 309. n. 2.

Paſtores omnes ex præcepto naturali, & divino oves ſuas cognoſcere tenentur. tit. 4. p. 307. n. 2.

Pater.

Pater, & mater non poſſunt teſtimonium ferre in cauſa filii, nec filius in cauſa patris. titul. 21. pag. 138. n. 1.

Pater, vel mater ad teſtimonium admittitur, cum agitur de qualitate contrahentium, veluti ſi conſanguinei fuerint; non tamen cum agitur de diſparitate conditionis, cum pater filiorum incrementum, & honorem deſideret. tit. 20. p. 139. n. 3.

Pater pro filio, vel filius pro patre, non compellitur teſtimonium dicere. tit. 21. p. 150. n. 18.

Pater pro filiis ſuis impuberibus poteſt teſtamentum condere. tit. 31. p. 536. n. 2.

Pater & filius ratione patriæ poteſtatis, una, & eadem perſona cenſentur. tit. 31. p. 536. n. 2.

Pater pro filiis impuberibus poteſt ſponſalia contrahere. t. 31. p. 536. n. 2.

Pater jure Quiritum poteſt vindicare filium, & an mater? tit. 10. p. 66. n. 9.

Patre cum filiabus concubuiſſe, plura exempla traduntur. tit. 2. p. 291. n. 4.

Sancti Patres olim concubinas habuiſſe conſtat, hoc eſt non legitimè ductas. titul. 2. pag. 297. num. 9.

Qui patitur litigare, cum prohibere, & contradicere poſſit, ſententia inter alios lata ei præjudicat. tit. 27. p. 240. n. 9.

Paterna devotio, filium Religioni offerendo, illum Monachum non facit, niſi voluntas filii, vel ejus ratihabitio interveniat. tit. 31. p. 537. n. 3.

Patria poteſtas in beneficiis non attenditur, t. 38. p. 602. num. 5

Patronatus, Patronus.

Patronatus jus ad filios, cæteroſque deſcendentes tranſire poteſt. p. 38. p. 603. n. 8.

Patronatus juris quæſtio ſi intra ſex menſes non terminatur, poteſt Epiſcopus ſine præſentatione Rectorem inſtituere. tit. 39. p. 608. n. 1.

Patronus poteſt plures ad unam Eccleſiam præſentare tit. 12. p. 357. n. 10.

Patroni vel Epiſcopi, cum beneficia conferunt, pactione ulla nihil ex fructibus beneficii ſibi reſervare poterunt, cum ex pactione illa ſimoniæ crimen committatur. tit. 12. p. 357. n. 11

Patronatus an ante conſecrationem Eccleſiæ poſſit ſibi cenſum reſervare. tit. 39. p. 611. n. 5.

Patronus poteſt proprium ſuum filium in beneficio præſentare. t. 38. p. 602. n. 5.

Patroni Eccleſiaſtici in præſentatione nullo modo variare poſſunt, ſecus laici. titul. 28. pag. 251. num. 11.

Patroni laici ab Eccleſiaſticis in quo differant. tit. 37. p. 590. n. 5. & tit. 39. p. 608. n. 1.

Patrono quæ munia competant, & an rationes de rebus Eccleſiæ poſſit exigere. titul. 37. pag. 591. num. 5.

Div. Paulus.

Div. Paulus ad Cæſarem appellavit. titul. 1. pag. 5. num. 6.

Peccare, Peccatum.

Peccat gravius, qui ſimulat conficere & non conficit, quam ille, qui conficit in mortali. tit. 41. pag. 635. num. 1.

Peccatum committi non poteſt propter vitandum ſcandalum. t. 5. p. 320. n. 9.

Peccatum ex voluntate procedit, & libero mentis arbitrio committitur. *cap.* 2. *quæſt.* 1. titul. 42. p. 650. num. 4.

Originale peccatum, in lege Naturæ multis modis remittitur: ſed in lege Gratiæ per baptiſmum aufertur. t. 42. p. 650. n. 6.

Originale peccatum, licet ſit ortum per Adam tamen per Chriſti baptiſmum fuit ſolutum. tit. 42. p. 648. num. 2.

Peccatum non imputatur impuberi, qui rationis capax non eſt. tit. 34. p. 561. n. 2.

Peccatum originale, an conceptionis, vel nativitatis tempore contrahatur. titul. 42. pag. 650. n. 10.

Peccatum eſt duplex, originale, & actuale, Primum ſine conſenſu contrahitur: Secundum, cum eo committitur. t. 42. p. 648. n. 2.

Tanto ſunt graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam. titul. 26. pag. 215. num. 2.

Peculium.

Peculium, quid ſit? tit. 35. p. 574. n. 2.

Peculium eſt duplex, aliud in proprietate, aliud vero in uſu tantum conſiſtit. tit. 35. p. 574. n. 3.

Pecunia.

Pecunia Judici data, ut non iniquè, aut injuſtè, ſed ut rectè judicet, repeti poteſt, cum ex parte dantis turpitudo ceſſet, non vero ſi ſimpliciter ei data eſt nulla expreſſa cauſa, etiamſi bona, & juſta exiſtat; quia tunc ex parte utriuſque turpitudo extat. titul. 1. pag. 286. num. 12.

Dans pecuniam calumniatori ne crimen intenderet, repetitionem habet. tit. 13. p. 95. n. 28.

Penſio.

Penſionem, ſeu Canonem non ſolvens per biennium cadit à jure. tit. 36. p. 586. n. 9.

Percuſſio.

Percuſſio corporalis, vel pro purgatione, vel vindicta ex Dei judicio provenire ſolet, tit. 6. p. 330. num. 2.

Peregrinus.

Peregrini, in qua Eccleſia ſunt ſepeliendi. t. 28. p. 513. num. 8.

Contra peregrinantem, ſeu proficiſcentem ad ſedem Apoſtolicam, non eſt aliquid innovandum. tit. 29. p. 269. num. 1.

Perfectum.

Perfectum unum ex plurimis imperfectis fieri non poteſt. tit. 27. p. 402. num. 7.

Periculum.

Periculum ubi majus vertitur: ibi tutius eſt ſuccurrendum.

Index.

Periculosum est coram suspecto Judice litigare. tit. 28. p. 267. n. 2.

Periurus.

Periurus Clericus suspendendus est. tit. 22. p. 444. num. 14.

Permutatio.

Permutatio de spiritualibus ad temporalia improbatur de re verò spirituali pro alia spirituali, si Episcopi auctoritas intercedat admittitur. titul. 19. p. 420. num. 11.

Permutatio de re Ecclesiastica facta inter personas Ecclesiasticas differt ab ea, quæ fit quoad laicos. t. 13. p. 369. n. 19.

Permutatio non nisi cum Domino, vel cum eo qui loco domini est, fieri potest. titul. 13. pag. 358. num. 2.

Permutatio beneficiorum contractus est. tit. 19. p. 417. num. 2.

Permutatio, alienatio est. t. 13. p. 360. n. 13

Permutatio Beneficiorum partium conventione inita inutilis est, tenet tamen si Superioris judicium, & utilitas Ecclesiæ intercedat. tit 19. p. 416. num. 1.

Perpetuitas.

Perpetuitas supponit conservationem, rei verò alienatio translationem. t. 21. p. 424. n. 1.

Perseverans.

Perseverans per annum in excommunicatione, redditur suspectus de hæresi. t. 1. p. 3. n. 19.

Persistere in plus petitione, quando quis dicatur, ut pœna hujus *text.* & similium incurrat. tit. 11. p. 73. num. 5.

Persona.

Miserabilis Persona potest laicum Interdicto, *Unde vi* coram Judice Ecclesiastico convenire, etiamsi res sit feudalis. tit. 2. p. 36. n. 1.

Principalis persona per se non per Advocatum, factum in judicio proponere debet, nisi sit indiscreta. t. 1. p. 19. n. 1.

Ecclesiasticis personis omnis ambitionis occasio vitanda est. t. 4. p. 305. n. 2

Ecclesiasticæ personæ, & earum bona exempta sunt jure divino à solutione gabellarum. titul. 1. pag. 290. num. 12

Vice duarum personarum in jure nostro, nemo fungi potest. t. 19. p. 121. n. 4

Suspecta dicitur persona, quæ in territorio, in quo agitur immobilia non possidet. titul. 17. pag. 105. n. 4.

Libera persona, nec possideri, nec vindicari potest. t. 10. p. 66. n. 7. & 9.

Conjunctæ personæ absque mandato in judicio agere possunt. t. 1. p. 15. num. 5

Petitio.

Petitio restitutionis dominii, & possessionis adversus detentorem proponi potest. tit. 1. p. 21. n. 6.

Mutua petitio an ante litem contestatam proponenda sit. tit. 4. p. 49. n. 4

Petitorium.

Petitorium intentans, adversarium possidere supponit qui verò possessorium, seipsum possidere fatetur. t. 12 p. 80. n. 15.

Divus Petrus.

Divus Petrus divina inspiratione Beatum Clementem sibi successorem fecit. tit. 5. p. 313. n. 6.

Pietas.

Expendens Pietatis, & miserationis causa in funus, non repetit sumptus, titul. 13. pag. 94. num. 26. & seqq.

Expendens pietatis causa in alenda filia alterius expositа, sumptus repetit. tit. 13. p. 95. n. 27

Plus.

Plus petere quando quis dicitur. tit. 17. p. 396. n. 2

Plus potens re, tempore, loco, & causa, olim cadebat à causa, hodie ad litis damnum, vel duplicationem inducіarum tenetur. tit. 11. p. 72. n. 1. & 7

Pœna.

Pœna debet esse proportionata culpæ. t. 49. p. 641. n. 11

Duplex pœna pro eodem delicto imponi non debet. t. 1. p. 2. n. 4.

Pœna in compromissis quare imponitur. t. 18. 413. n. 7.

Pœna adversus plures dignitates retinere tentantes referuntur. t. 5. p. 327. n. 10

Pœnæ plures statutæ sunt adversus ingredientes in beneficium viventis. t. 8. p. 337. n. 3.

Legitimè excusatus nullam pœnam meretur, t. 4. p. 310 num. 2.

Pœnæ omnes propter secundas nuptias olim impositæ hodie jure Pontificio sublatæ sunt. t. 22. p. 439. n. 5

Pœna duplici quis puniri non debet. t. 6. p. 330. n. 2.

Pœna unius delinquentis, non liberat alios. t. 36. p. 586. num. 8.

Pœnitens moribundus qui signum externum dedit, an post mortem absolvi possit. t. 28. p. 519. n. 8.

Pœna imposita Clericis comparentibus coram Judice laico, non operatur actus alias nulli validitatem. t. 1. p. 11. n. 11.

Pœna ordinaria an ex violenta præsumptione imponi possit & remissivè discutitur. t. 23. p. 166. n. 8. & 9

Sicut manifestè nocens est pœnæ obnoxius, ita & occultus, licet postea dicat se loco fecisse. t. 23. p. 164. num. 1

Pœna sine præfinito tẽpore imposita, nõ perpetua, sed ad decẽnium tãtum imposita, præsumitur. t. 2. p. 298. n. 16.

Duplex pœna pro eodem delicto imponi non potest. t. 2. p. 298. n. 17

Pœnitentia.

Pœnitentia adversus fraudantes mensuras, pendet ex Sacerdotum arbitrio. t. 17. p. 394. n. 3

Pœnitentia olim pro quolibet peccato certa; hodie verò incerta est, & arbitrio Sacerdotis relinquitur. t. 17. p. 394. n. 3.

Post peractam pœnitentiam potest Episcopus in adulterio, & aliis minoribus criminibus, cum Clericis dispensare. t. 1. p. 12. n. 1

Pollicitatio.

Pollicitatio simplex de jure Civili non producit actionem, & ejus definitio proponitur. tit. 34. pag. 569. num. 10

Pollicitatio nuda, an in foro conscientiæ obliget. ibid.

Pollicitatio simplex, quoad spiritualia obligat. tit. 40. p. 631. num. 5

Ponderator.

Soli Ponderatoris dicto (qui Hispanè *Contraste* appellatur) standum est. t. 20. p. 142. n. 13

Pontifex.

Pontifex in Beneficiis plenissimam potestatem retinet t. 8. p. 341. n. 2.

Pontifex cum nullum habeat superiorem qui eum corrigat, negligens esse non potest. t. 8. p. 343. n. 4

Pontifex gerit in Ecclesia Dei vicem Christi habetque in ea plenissimam potestatem. t. 34. p. 561. n. 2

Pontifex supra jus divinum dispensare non potest. t. 8. p. 339. n. 4.

Pontifex licet jus divinum mutare non possit, tamen poterit justa subsistente causa, illud interpretari. t. 1. p. 290. n. 12

Pontifex in canonizatione Sanctorum, errare non potest. t. 44. p. 667. n. 9

Pontifex judex competens dicitur inter duos Principes, superiorem non recognoscentes. tit. 19. p. 117. num. 20

Pontifex in residentia, & beneficiorum pluralitate dispensare potest. t. 4. p. 308. n. 5

Ex delegatione Pontificis quæ fiunt eandem vim habent, ac si ipsa ponficis auctoritate facta fuissent. tit. 4 p. 306. n. 5.

Pontifex cum imponit manus in re aliqua, tunc inferior judex, etsi nulla sit pontificis provisio illam examinare non debet. tit. 30. p. 272. n. 6.

Pontifex omnia jura in ſcrinio pectoris habere præſumitur. t. 49.p.693.n.4
Pontifex non poteſt aliquid ſtatuere contra ſtatuta patrum. t.8.341.n.3
Pontifices ſolent ad approbanda, & confirmanda decreta Canonum uti ſacræ Scripturæ teſtimoniis, t.4. p.305.n3.
Summus Pontifex non poteſt Imperatoris, vel alterius juriſdictioni ſe ſubmittere. tit. 1. pag. 4. n. 3
Pontifex contra legem divinam diſpenſare non poteſt. t.4.p.310.n.3
Romanus Pontifex eſt Vicarius Chriſti, & caput omnium Eccleſiarum. tit.24.p.472.n.8
Summus Pontifex an poſſit diſpenſare, ut poſt profeſſionem quis poſſit exire à Religione. titul. 34.p. 560. num. 12
Summus Pontifex, Judex competens eſt ad cognoſcendum inter principes de pacis, & juramenti violatione. tit.1.p.14.n.7
Commutare poteſt Pontifex votum ultramarinum maximè in puerili ætate factum. titul. 34. pag. 561. num. 1
Pontifici Maximo quomodo utraque poteſtas, ſpiritualis, & temporalis, ſit tributa. t.26.p.504.n.5
Pontificis mandato quis non tenetur conferre beneficium ei, qui tacuit in reſcripto ante obtentum. t. 5. p.319.n.1

Populus.

Populus in principem omne imperium, & poteſtatem tranſtulit. t.24.p.180.n.3

Portio.

Legitima portio debita ſi deducitur, an etiam deducatur Quarta Trebellianica, vel falcidia. t.26.p.502.n.13
Quarta portio deducitur ſecundum loci conſuetudinem. t.28.p.516.n.8
Portiones quæ Epiſcopis debentur, ſunt in triplici differentia, ut ibi exponitur. tit. 39.p.613.n.3

Portugallia.

Portugalliæ Regis Hiſtoria refertur. tit. 23.p.461. n.5

Poſitio.

Poſitionibus actoris reus reſpondere tenetur. t.19.p.116. num. 10.

Poſſideo.

Poſſideo, verbum interdum ad proprietatem refertur. tit. 26.p.489.n.15
Poſſidere pacificè quis dicitur, quoties in poſſeſſione rei non turbatur, licet in ejus proprietate turbetur. tit. 30.p.272. num. 12
Olim qui poſſidebat, hodie non præſumitur poſſidere. t. 23.p.167.n.5
Juſtè poſſidet, qui Judicis auctoritate poſſidet. t. 26.p. 209.n.3

Poſſeſſio.

Poſſeſſio continuata in præſcriptione deſideratur, aliàs ſi interrumpatur, ceſſat præſcriptio. tit.26.p.219.n.1
Poſſeſſio, quæ juſto aliquo impedimento interrupta eſt non proprie interrumpitur, ſed tantum quieſcit, quo ceſſante continuatur poſſeſſio, & præſcriptio procedit. tit.26.p.220.n.6
Poſſeſſio eſt penes eum, qui precario rogavit, & precario conceſſit. tit. 9. p.126. n.2
Poſſeſſio pignoris, non dominum ad creditorem tranſit. tit.20.p.421.num.3.
Poſſeſſio per ſequeſtrationem in ſequeſtrum transfertur. tit.1.p.21.n.8
Poſſeſſio rei in ſequeſtrum transfertur. t.15.p.100.n.8.
Poſſeſſio ſolo animo retinetur. tit.12.p.78.n.7
Poſſeſſio transfertur per pignus conventionale; & ibi refertur, quæ differentia extet inter pignus Prætorium & Conventionale. t.27.p.235.n.3
Poſſeſſionis cauſa eſt præparatoria, idcirco de ea prius agendum eſt, quàm de proprietate. tit.10.p.77.n.2
Poſſeſſio non adquiritur per ſolam inveſtituram. t. 25. p.200.n.6
Poſſeſſionis, & proprietatis cauſa ſimul intentata; poteſt Judex poſſeſſionis cauſa prius definire, & proprietatem ſuſpendere. tit.12.p.76.n.1
Miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, in rem actionem habet. tit.15.p.101 n. 17
Sine poſſeſſione, bona fide, & juſto titulo, præſcriptio non procedit. tit.26.p.226.n.1
Si miſſus in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ fructus diſſipat, diſſipati revocantur, & cum aliis ſequeſtrantur. tit.17.p.107.n.1.
Miſſus in poſſeſſionem rerum hæreditariarum ex primo decreto fructus ſibi adquirit. tit.15.p.100.n.13
Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto fructus ſibi adquirit; ſed hoc verum eſt, cum nimia rei contumacia extat; ſecus aliter. t.17.p.107.n.4
Miſſio in poſſeſſionem in cauſis beneficialibus eſt prohibita; ſed hoc verum eſt cum de poſſeſſione agitur; ſecus ſi de titulo. tit.17.p.108.n.5
Ad acquirendam poſſeſſionem rerum corporalium, ſcientia, & patientia veri Domini requiritur. t. 12. p. 78.num.6.
Renuncians, poſſeſſionem, & proprietatem ſimul amittit. tit. 13.p.85.num.4
Miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto verus poſſeſſor efficitur. tit.15.p.10.n.16.
Miſſus in poſſeſſionem non poſſidet; ſed rem cuſtodiæ cauſa detinet. tit.6.p.53. n.6
Diſcutitur an miſſus in poſſeſſionem hoc interdicto uti poſſit. tit.17.p.106. n. 10.
Miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto uſucapere poteſt, licet cognoſcat rem eſſe alienam, cum juſtè poſſideat; ſiquidem bona, vel mala fides ex juſta, vel injuſta poſſeſſione æſtimetur. titul. 26. pag. 216. num. 10.
Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto an fructus perceptos faciat ſuos. t.13.p.87.n.8
Sine poſſeſſione præſcriptio non procedit. tit.26.p.21.
Miſſus in poſſeſſionem ex reſcripto Principis, verus poſſeſſor efficitur: ſecus verò ex edicto Prætoris, quia rei ſervandæ cauſa tantum mittitur. titul.15.p. 100. num. 14.
Poſſeſſionis commodo nemo privatur abſque cauſæ cognitione. t.16.p.102.n.3

Poſſeſſor.

Poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribit. t. 26.p. 215.n. 1
Poſſeſſor, qualiſcunque ſit, non compellitur rem reſtituere niſi de jure ſuo docenti. tit. 14. pag. 378. num. 3
Poſſeſſor hæreditatis creditoribus aliquid ſolvens id conſequitur remediis de quibus hic, titul. 13.p.93.nu. 21.
Poſſeſſor hæreditatis expendens in monumento expenſas actione negotiorum geſtorum ab hærede conſequitur. tit.13.pag.94.n. 22
Malæ fidei poſſeſſor in rem alienam impendens, nullam repetitionem habet, retentionis tamen jus ei conceditur. tit.13.p.93 n.20
Bonæ, & malæ fidei poſſeſſor neceſſarias impenſas deducit, utiles verò neuter, licet bonæ fidei poſſeſſori ex variis cauſis ſuccurratur, & uterque, ſi egenus fuerit abſque detrimento rei eas tollere poſſit. Idque in voluptuariis quoque procedit. t.13.p.90.n.1
Bonæ fidei poſſeſſor omnes fructus conſumptos, ſibi adquirit præterquam naturales extantes. tit.13.p.89. num. 13.
Malæ fidei poſſeſſor impenſas utiles deducere poteſt, quoties abſque detrimento rei illas abradere poteſt. tit.13.pag.92.num.8
Malæ fidei poſſeſſori an detur vindicatio, ut diruto ædificio poſſit tollere ea quæ impendit. tit.13.p.95. num.29.
Malæ fidei poſſeſſor non deducit impenſas in colligendis fructibus factas quod intellige ut ibi. t. 13. p.91.n.4

Poſſeſſor domus ſi illam tradiderit abſque deductione impenſarum habet incerti condictionem. tit.13. p.94. num. 23
Bonæ fidei Poſſeſſor non tantum fructus naturales, ſed etiam induſtriales ſuos facit.tit.13.p.88.num.16
Malæ fidei Poſſeſſor an utiles impenſas deducere poſſit. tit. 13.p.91.n.7. & 8
Bonæ fidei Poſſeſſor non tenetur uſuras fructuum præſtare. tit.13.pag.87.n.9
Malæ fidei Poſſeſſori quoad impenſas conſulitur per officium judicis, non verò per retentionem. tit. 13. pag. 95.n.35.
Bonæ fidei Poſſeſſor pro impenſis jus habet retentionis & an ſi ſolvat non deductis impenſis, habeat condictionem. ibid.n.32.
Bonæ fidei poſſeſſor fructus conſumptos reſtituere tenetur, quando ex illis factus eſt locupletior. tit.13. p. 89. n. 21
Agens Poſſeſſorio recuperandæ non tenetur ſpoliatori reſpondere, niſi ſuper alia ſpoliatione. tit.13.p. 83. ndm.6
Agenti Poſſeſſorio recuperandæ ſæpe obſtat dominii exceptio. ibid.n.7
Si de Poſſeſſorio, & petitorio ſimul fuerit, poteſt utrumque unica ſententia terminari. tit. 12. pag. 77. num. 5

Poteſtas.

Poteſtas Pontificia, & ſecularis in quo differant. tit. 34.p.566.n.3.
Delegata poteſtas ſtricta eſt, ideo non extenditur de perſona ad perſonam in reſcripto non contentam. tit.4.pag.49.n.5
Abſolvendi poteſtas à vinculo excommunicationis ad Clavem juriſdictionis non Ordinis ſpectat. tit. 9. p. 348.n.7
Poteſtas Eccleſiaſtica à Chriſto Domino Divo Petro & ejus ſucceſſoribus fuit conceſſa & ab eis in cæteros inferiores prælatos Eccleſiæ derivata. tit. 1. pag. 4.n.2

Prabenda.

Præbenda unicum jus ſpirituale, & individuum eſt, atque ideo inter duas perſonas dividi non poteſt; ſiquidem unitas diviſionem non recipit. tit.12. p. 354. num. 2
Diviſa præbenda de vacaturis, quomodo integrari debeat. tit.12.p.355.n.4

Præceptum.

Præceptum de obſervandis feriis, partim eſt morale, partim verò cæremoniale. tit.9.p.61.num 9
Præceptum Divinum ſemper firmum, & immutabile eſt. tit.42.p.645.n.7
Præcepta veteris Legis triplicia eſſe, Ceremonialia, Judicialia, & Moralia; & de illis latè diſcutitur.tit. 47. p.674.n.6
Ceremonialia Præcepta veteris Legis poſt Chriſti adventum omnino ceſſarunt. tit. 24.p.173. num.7. & tit. 1.p.283. num.5
Præceptum de ſolvendis, an ſit Ceremoniale. tit.30.p. 527.num.3
Præcepta veteris Legis, ſunt in triplici differentia.ibid.
Præcepta veteris Legis uſque quo duraſſent. tit.47. p. 674.num.8

Prædo.

Prædo rei depoſitæ reſtitutionem petens, ſi verus dominus eandem rem petat, denegatur reſtitutio.tit. 13.pag.85.n.13.
Prædo an fructus rei locatæ ſuos faciat.tit.13.pag. 88. num.12
Prædo, & fur, æquiparantur; & an reſtituendi; tit. 13. pag.84.n.10.& ſeq.

Prælatus.

Prælatus non debet diſpergere quæ non colligit.tit. 13. p.366. n. 2
Prælatus duabus vel pluribus Eccleſiis, præficinon poteſt. tit.12.pag.354.n.2
Prælatus in rebus adquiſitis Eccleſiæ nocere non poteſt ſecus in adquirendis. tit.2.pag.212.num.10
Prælatus majorem ſubdito poteſtatem conferre non poteſt, quàm ipſe habeat. tit.35.p.574.num. 3
Prælatus & Capitulum poſſunt præbendæ vacanti honeſtum onus imponere. tit. 5.pag.322.n.1
Prælatus ſub reatu lethalis culpæ quatenus in ſe eſt, debet recuperare,& repetere bona Eccleſiæ. tit. 26. p. 211. n. 3
Prælati rerum Eccleſiæ non ſunt Domini, ſed adminiſtratores. tit.13.p.358.n.2
Prælatus jurans non alienare bona quæ ſunt de menſa Epiſcopali, non poteſt alienare bona illa de quibus dubium eſt an ſint de menſa. tit. 13. pag. 333. num.1
Prælato non licet rem unius Eccleſiæ in aliam vertere aut permutare,ita demum poteſt ſi ambæ conſentiant. titul. 13.p.358.n.1
Prælati taciturnitas Eccleſiæ non nocet, donec præſcriptum ſit. tit. 26.p.211.n.1
Prælatus, & Clerici, qui Eccleſiæ cauſam non procurant, teſtificari poſſunt in ea. tit. 20. pag. 134. num.1

Præſcriptio.

Præſcriptio procedit, tam contra ſcientes, quàm contra ignorantes. tit.25.p.217.n.18
Præſcriptio nec hoſtilitatis tempore nec contra impeditos currit. tit.26. p.221. n. 1
Præſcriptio eſt introducta ne dominia rerum in incerto ſint. tit.26 pag.217.num. 14
Præſcriptio 30.annorum interrumpitur per ſolam citationem. tit.5.p.51.num.7
Præſcriptio deficiente titulo non currit regulariter: fallit niſi ſpatio 40. annorum. tit. 12.pag. 78.n. 10
Præſcriptio prohibetur,quæ juri publico nocet. tit. 24. p. 471.num.7
Præſcriptio interrumpitur per libellum generalem.tit.3. pag.47.n.9
Longiſſima temporis præſcriptio titulum ſaltem coloratum præſtat. tit.26.pag.213.num. 8.
Præſcriptio reprobatur, per quam jus inſtituendi contra Epiſcopum uſurpatur. tit.24.p.472.n.11
In Præſcriptione immemortali etiamſi jus commune reſiſtat, titulus non deſideratur. tit. 26. pag. 227. num. 7
Centenaria Præſcriptio, etſi jure antiquo omnibus Eccleſiis competeret; tamen hodie ſolum in Romana remanſit. tit.26.pag.225.num.3
Tricennalis Præſcriptio olim in rebus ſoli contra Eccleſiam admittebatur, hodie verò quadragenaria deſideratur, & ibi plura jura remiſſivè conciliantur. tit. 26.pag.212.num.3
Centenaria Præſcriptio currit contra Romanam, nec minor admittitur in rebus ad eam pertinentibus. tit. 26.p.224.n.1
Impedito agere non currit præſcriptio. tit. 17.pag. 402 num.5

Præſentatio.

Præſentatio eſt fructus Juriſpatronatus. tit. 1. pag. 9 num. 10
Præſentatio reſcripti non operatur litis conteſtationem. tit.5.pag.51.n.9
Præſentatio ut valeat requiritur quod facta ſit à majore parte Patronorum. Id etiam deſideratur in contractibus à Capitulo, vel Collegio factis.tit.38. p.607. num. 10
Præſentatio lite pendente facta an teneat. ibid. n. 11
Præſentatio ut valeat, requiritur quod præſentans ſit in poſſeſſione, vel quaſi, præſentandi. ibid. num. 9
Præſentationes juris patronatus fructus dicuntur.tit.16. p. 103. num.7

Præſentatus.

Præſentatus à vero patrono poteſt agere contra præſentatum à creditore,etiamſi à creditore præſentatus, ſit primo

primo ab Episcopo admissus. t.27.p.245.n.17

Præsentia.

Præsentia Judicis testem movet ne mendaciter deponat. t. 22.p.162. n. 18

Præsumptio.

Præsumptio juris, & de jure sufficit, ut quis pro delicto condemnari possit. t.23.p.166.n.10

Ex violenta præsumptione fertur diffinitiva. titul. 23. p.165. num. 1

Ex violenta præsumptione fertur sententia, dummodo apertè fuerit allegata. tit. 33. p. 165. n. 4

Prætor.

De qua re cognoscit Prætor, tenetur pronunciare. t.10. p. 66. n. 11

Prævenio.

Prævention jurisdictionis, non adquiritur per solam literarum præsentationem, sed per citationem simul. t. 28pag.165.n.14

Precarium.

Precarium simpliciter constitutum differt à precario concesso cum hac clausula à concedente adiecta, *quoad ipse volet.* t. 14.p.382.n.9

Precarium finitur si dominus rem alienaverit. titul.14. p. 383. n. 12

Precarium, & precaria, inter se plurimum differunt. ibid.

Precarium dicitur, quod precibus petenti utendum conceditur: & tandiu durat, quandiu is, qui concessit, patitur. t. 14. p.380. n. 1

Precarium est contractus medium obtinens inter locationem, & donationem, sed inter se differunt, ut ibi exponitur. titul.14.pag.380.n.1

Precarium simpliciter, vel ad tempus certum concedi potest in primo expressa revocatio desideratur, in secundo verò tacita sufficit. t. 14.p.381.n.2

Precarium finitur obitu ejus, cui concessum est; non verò concedentis. t.14.p.381.n.3

Precarii possessio petenti, non verò hæredi concessa videtur. t.14.p.381.n.4

Precaria vel ad breve tempus, hoc est usque ad triennium; vel ad longum, hoc est usque ad quinquennium contrahi potest: inter quas plurima extat differentia. t.14.p.379.n.9

In precariis tacita revocatio sufficit, in precaria verò solemnis desideratur. t.14.p.379.n.5

Precariæ de quinquennio ad quinquennium revocari debent. t.14.p.378.n.1

Precarii natura est, ut pro concedentis arbitrio revocetur. t.14.p.378.n.4

Precarii possessores nullo tempore præscribunt. t. 14. 378. n. 3

Presbyter.

Presbyter horis debitis tenetur dicere horas canonicas: scilicet nocturnum, & diurnum officium, cum studio, & devotione, permittitur tamen sibi ex justa causa dicere eas, usque ad vesperas inclusivè. t.41. p. 632. n. 1

Presbyter habens populum debet habere Clericum, qui secum cantet, & eum adiuvet. t.1.p.281.n.1

Pretium ob fidejussionem recipere licitum est. tit. 22. p. 441. n. 5

Primipilus.

Primipilus quis dicatur. ibi declaratur; titul.21.p.435. num. 9

Princeps.

Princeps an possit contra inauditam partem procedere; & citationis, & appellationis remedium tollere? t. 12. p.75. n. 12

Princeps poterit ex suprema potestate, justa subsistente causa, absque populi consensu, monetam semel cusam mutare. titul.24.p.180.n.1

Princeps totius mundi Dominus appellatur. t.24.p.180. num. 2.

Æstimatio extrinseca in moneta, fuit mutata à Philippo IV. invictissimo Hispaniarum Rege anno 1628. & anno 1639. & 1641. t.24.p.180.n.2

Princeps obligatur vi directiva, non tamen coactiva. t. 19. p. 115. n.6

Princeps legibus testamentariis privatorum jure utitur. t. 19. pag. 115.n9.

Inferior à Principe, non potest executionem sententiæ alicui delegare. t.27.p.233.n.3.

Principes debent esse protectores Ecclesiarum, & Clericorum. t.1.p.5.n.10

Delegati à Principe tantum, possunt aliis vices suas subdelegare; nec inferioribus id permittitur. tit. 27. p. 246. n. 21

Principibus Ecclesiæ propter victorias factis. titul. 14. p. 378. num. 2

Principi licet rem meliorem sive æqualem Ecclesiæ donare, & sibi ad Ecclesia aliam percipere, requisitis ibi positis. t.13.p. 362.n.8

Principes sæculares res Ecclesiæ donare non possunt: qui ab eis recipiunt, excommunicantur. t.13.p.361.n.1

Principes sæculares in rebus Ecclesiasticis nullam habent potestatem. t.13. p. 361. n.2

Privatio.

Privatio præsupponit habitum. tit.28.pag. 250. num. 4

Privatio Episcoporum ad solum Rom. Pontificem spectat. t.1.p. 3. n. 20

Privationis pœna non habet locum nisi in casibus à jure expressis. t.1.p.2.n.3

Privatio præsupponit habitum. t.52.p. 204. n. 7

Privandus non est in dubio quis à jure suo si quidem tunc quilibet bonus præsumitur. t.2.p.299.n.2

Privilegiatus.

Privilegiatus ut non teneatur respondere, nisi in certo loco si in alio respondere, vel solvere promittat ibi potetit conveniri, vel ubi domicilium habet; t.2. p. 38. n. 1

Privilegiatus contra privilegiatum non utitur suo privilegio. t.26.p.213. n. 8

Privilegium.

Privilegium amittere debet, qui eo abutitur. titul. 1. p. 17. n. 3

Privilegium, vel est activum; vel est passivum. t. 30. p. 272. n. 7

Privilegium Apostolicum aliquid operari debet. t.48. p. 679. n. 3.

Privilegium simpliciter concessum, non debet ita latè interpretari, ut aliis infligat enorme præjudicium. t. 30. p. 532. n. 2

Privilegium semper intelligitur concessum absque Tertii præjudicio. tit.2.p.31. n. 2

Privilegium non solvendi decimas ad solum Pontificem spectat concedere. t.30.p. 535.n. 20

Privilegium à Pontifice alicui concessum, non tollit jus tertio quæsitum. t.30.p. 533.n.5

Privilegium allegans contra jus commune lite pendente, illo non tuetur. t. 16.p.103. n. 6

Privilegium de non solvendis decimis, an solummodo comprehendat prædia obtenta tempore impetrationis; An verò etiam postea obtinenda? t. 30. p.534. num. 9

Privilegium semper est interpretandum secundum mentem & intentionem concedentis. t.36.pag.533. num. 6

Privilegium super decimis non solvendis Ecclesiasticæ personæ concessum de laboribus suis, novalia comprehendit, de cæteris verò decimas præstare tenetur. t.30.p.532.n.1

Privilegium propriè sumptum frequenter dicitur contra jus commune concessum. t. 30. p.535. n. 10

Privilegium alicui communitati concessum, irrenuntiabile est. t. 2. p. 38. n. 4

Privilegio pro se introducto quilibet renunciare potest. t. 2. p. 32. n. 3

Privilegium de non solvendis decimis, Cisterciensi Religioni concessum, quomodo intelligatur? titul. 30. p.33.n.4

Index

Privilegium lata ſignificatione ſumptum, multoties accipitur pro quacunque Superioris conceſſione, tit. 24. pag. 468. num. 8.

Privilegium propriè ſumptum, dicitur, quod conceſſum eſt contra jus commune. ibid.

Privilegium dubium conſuetudine interpretari poteſt, cùm adeſt conſuetudo, nec Pontificem adire neceſſe eſt. tit. 30. pag. 272. num. 10.

Privilegii innovatio, ſicuti & confirmatio, novum jus non tribuit, ſed ſolùm antiquum conſervat. titul. 30. q. 273. num. 1.

Privilegium Clericale toti collegio conceſſum non poteſt renunciari. tit. 3. pag. 303. num. 2.

Privilegium revocandi domum non tantum legatis ſed omnibus juſtam ac neceſſariam cauſam habentibus Romæ competit. tit. 2. p. 44. n. 11.

Privilegii innovatio, vel eſt ipſius gratiæ in inſtrumento contentæ, vel eſt inſtrumenti tantum: in primo caſu ſi innovatio gratiæ fiat, aliquid addere videtur jus novum continere neceſſe eſt, in ſecundo verò cum innovatio inſtrumenti tantum fit, ut puta, quia nimia vetuſtate eſt conſumptum tunc ex ſola ejus innovatione, nullum jus de novo tribuitur. tit. 30. p. 273. num. 3

Privilegium amiſſum probari poteſt per teſtes deponentes de ipſius privilegii tenore. tit. 22. pag. 152. num. 8.

Probare.

Probare qui ſe obtulit teſtes eſſe corruptos, & falſum dixiſſe, utrumque probare debet, nec alterum ſufficit. titul. 22. pag. 155. num. 5.

Probare debet is, qui agit ſeu conqueritur. tit. 23. p. 454. num. 1.

Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. tit. 19. p. 120. num. 8

Probatio cum æqualis eſt, quid agendum? remiſſivè jura, & Doctores referuntur. tit. 19. p. 127. num. 9.

Probatio matrimonii clandeſtini marito an mulieri incumbat. tit. 23. pag. 455. n. 5.

Probatio eſt duplex, eſt directa, quæ inartificialis dicitur, & indirecta quæ artificialis appellatur, titul. 23. p. 166. num. 7.

In Probationibus arbitrium Iudicis attenditur: & ibi ratio textus primæ, ſecundæ, & tertiæ partis proponitur. tit. 24. p. 190. n. 2.

Negativa, & coarctata probatio non dicitur improbabilis, ubi exempla proponuntur; & remiſſivèplura jura interpretantur. tit. 19. p. 128. num. 6.

Semiplena probatio, ſi jurejurando à parte vel in Judice delato adjuvetur plena, & perfecta efficitur. tit. 24. p. 190. num. 4.

Probatio una, ut aliam vincat oportet, quod ſit fortior aliàs ſi æquales ſunt neutra prævalet. tit. 22. p. 160. num. 7.

Probationum facultas reſtringenda non eſt, ſed potius extendenda. tit. 6. p. 53. num. 4.

Plena probatio cum in favorem partium ſit inducta, eorum pactione remitti poteſt. tit. 20. p. 142. n. 14

Probationes à rerum natura facile pereunt. titul. 14. p. 378. n. 3

Proceſſus.

Proceſſus actus cum excommmunicato, etiam non oppoſita exceptione, jure antiquo nullius momenti erat ſecus noviori. tit. 25. p. 203. n. 14

Proclivis.

Proclives omnes ſemper ſumus ad malum. tit. 23. p. 171. num. 5

Procurator.

Procurator non compellitur de calumnia jurare, Intelligе niſi ad id habeat ſpeciale mandatum. tit. 7. p. 57. num. 11

Procurator in eadem cauſa legitimus teſtis non dicitur. tit. 20. p. 135. num. 8

Procurator per litis conteſtationem ſit Dominus litis. tit. 1. pag. 19. num. 7

Procurator an in mutua actione dominium defendere teneatur. tit. 13. pag. 85. num. 15

Procuratio.

Procuratio ex Oratoriis non debetur. tit. 39. p. 614. n. 4

Procuratio attentis facultatibus Eccleſiæ exigenda eſt ibid. n. 5

Procuratio eſt in triplici differentia, & in quo differat. ibid.

Procuratio debita Nuntiis, vel Legatis ſedis Apoſtolicæ, aut Epiſcopis, vel aliis, viſitationis ratione, non præſcribitur. tit. 26. p. 222. num. 1

Procuratio, eſt jus quoddam expenſarum, ſeu victualium, ob publicam utilitatem Nunciis Apoſtolicis, aliiſque Viſitatoribus debitum, & ab Eccleſiis præſtandum, quod neutiquam præſcribi poteſt, ibid. num. 2

Procurationes Viſitatoribus debentur. tit. 1. p. 285. n. 6

Procurationes à Viſitatoribus in pecunia recipi non poſſunt. ibid.

Profeſſio.

Profeſſio ante annum probationis fieri non debet. tit. 32. p. 551. n. 9

Profeſſio Religionis à marito facta ſi mulier ſenex, vel iuvenis eſt, quomodo admittatur? tit. 32. p. 543. num. 2

Profeſſio Religioſa, licet ſit ſtatus ſpiritualis, etiam contractus ultrò citròque obligatorius dicitur. tit. 35. p. 570. num. 3

Prohibitio, Prohibitus.

Prohibitio teſtandi de fructibus beneficiorum, à jure poſitivo provenit. tit. 24. pag. 482. n. 10

Prohibitus dare, vel recipere reſpectu beneficii, an gratis accipere poſſit. tit. 31. p. 572. n. 11

Specialiter, qui non eſt prohibitus, regulam juris pro ſe habet, ut admittatur. tit. 23. pag. 456. num. 10

Prohibita rei alienatione cenſetur etiam prohibita pignoris datio. tit. 13. p. 397. n. 9

Prohibita ad certum tempus, eo lapſo cenſentur permiſſa. tit. 1. p. 2. n. 13

Promiſſio, Promittens.

Promiſſio præbendæ non vacantis, jure, & ratione prohibita eſt. tit. 5. p. 321. num. 3

Promiſſio cum juramento duplicem inducit obligationem. tit. 3. p. 558. n. 5

Promiſſio incerti beneficii vacantis valet. t. 8. p. 341. n. 3

Promittens certo loco ſolvere, ibi contraxiſſe cenſetur. tit. 2. pag. 38. n. 2

Promittens coram Iudice litigare, ſi contumax ſit, excommunicari poteſt, non autem beneficio privari. tit. 1. p. 1. n. 1

Pronomen.

Pronomen, *Te*, in Baptiſmo deſideratur, ut diſtinctio fiet inter baptizantem, & baptizatum. titul. 42. p. 641. n. 6

Propoſitio.

Negativa propoſitio per rerum naturam probabilis non eſt. tit. 19. p. 127. n. 2

Propoſitum.

Propoſitum, , & miſſio manuum ad aratrum, inter ſe differunt. tit. 34. p. 565. num. 12

Propoſitum deliberatum ſuſcipiendi habitum, obligat in foro conſcientiæ, quoad Deum. t. 34. p. 565. n. 6

Propoſitum deliberatum in corde, obligat quoad Deum tit. 24. p. 563. num. 3.

Propoſitum, aut promiſſum, non infringit, qui iſtud in melius commutat, nec tenetur is, qui promiſit, ſi aliter ex parte ſua non adimpleverit. tit. 24. p. 173. n. 1

Proprietas.

Proprietas cum poſſeſſione nihil habet commune; & id quomodo procedat, explicatur. tit. 12. pag. 75. n. 5

Proprietatis exceptio non admittitur adversus petentem reſtitutionem ex Interdicto *unde vi*, niſi ipſe conſentiat. tit. 23. p. 82. n. 1

Proprietatis exceptio in continenti probata impedit reſtitutionem. ibid num. 6

Prorogatio.

Prorogatio jurisdictionis de jure Pontificio fieri non potest: secus de jure Civili. tit. 1. p. 11. n. 9

Protestatio.

Protestatio simpliciter facta refertur tam ad actum præsentem quàm ad illum, qui in continenti fit. tit. 24. p. 470. n. 11

Protestatio in habitus susceptione, quid operetur. titul. 31. p. 542. n. 6

Protestatio desideratur, ut exceptio dilatoria post terminum assignatum admittatur. titul. 25. pag. 201. num. 6

Puer.

Puer licet sit ter immersus in aqua, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, si non sit dictum, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, non est Baptizatus. tit. 42. pag. 639. num. 1

Puniri.

Puniri quis debet in eo in quo deliquit. tit. 4. pag. 311. n. 2. & tit. 35. pag. 569. n. 2

Puniri quis meretur in eo in quo deliquit. tit. 1. pag. 289. num. 2. & tit. 4. p. 305. nmm. 2. & tit. 303. p. 551. num. 2

Pupillus.

Pupillus non obstante citatione potest declinare forum, & jurisdictionem. tit. 2. p. 42. num. 6

Purgatio.

Purgatio Canonica, legitimis requisitis præcedentibus à sacris Canonibus est recepta. tit. 19. pag. 128. num. 9

Purgatio vulgaris per duellum est à jure improbata. tit. 20. pag. 145. num. 9

Q

Qualitas.

QValitas vel substantia rei non mutatur per negationem vel affirmationem. tit. 2. p. 27. num. 5

Quarta.

Quarta Parochialis, quæ dicatur, & de quibus rebus debeatur. tit. 28. p. 514. n. 2

Quasi possessio.

Quasi possessione probata collatoris obtinet institutus, reservata contra collatorem proprietate juris cōferendi discutienda. tit. 12. p. 81. num. 1

Quasi possessio Episcopalis unius juris etiam in cæteris Episcopalibus præsumitur. tit. 36. p. 581. n. 2

R

Raptor.

RAptores excommunicati sunt. tit. 10. p. 70. num. 16

Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. titul. 32. pag. 553. n. 7

Ratio.

Ratio ubi eadem viget, eadem quoque dispositio debet procedere. titul. 19. pag. 417. num. 3

Ratio Civilis naturalem vincere non potest. titul. 23. p. 458. n. 16

Ratio ubi eadem militat, idem ius statui debet. tit. 2. p. 27. n. 4

Ratione contractus, vel Rei sitæ, aut delicti, Clericus conveniri potest coram alieno Episcopo. tit. 2. p. 23. num. 4

Summa Ratio est, quæ conservat Religionem. tit. 48. p. 680. num. 5

Ratione rei sitæ fortitur quis forum. tit. 1. p. 25. num. 1

Rebaptizare.

Rebaptizans, & rebaptizatus, quibus pœnis puniantur. tit. 42. p. 646. n. 11

Reconventio.

Reconventio est quædam secunda conventio à priori omnino separata, quam vulgò appellant reconventionem, ideoque excommunicatis est prohibita. tit. 25. p. 202. n. 9

Reconventio an in causis summariis admittatur? remissivè. tit. 4. p. 50. n. 8

Et an in causis executivis remissivè. ibid. n. 9

Et an in causis criminalibus? remissivè, ibid. num. 10

Reconventio defensionem continet. titul. 4. pag. 49. num. 2

Recusatio.

Recusationis iusta causa dicitur, cum Iudex similem causam patrocinatur. tit. 28. p. 298. n. 5

Recusatio, & appellatio in quo differant, ibidem num. 3.

Recusatio, & exceptio declinatoria, in multis differunt, vel conveniunt. ibid. n. 11

Recusationis causa ab Arbitris comprobanda est. ibid. num. 9

Rector.

Rector Ecclesiæ, qui dat ipsi Ecclesiæ rem duplæ æstimationis, potest eius servos manumittere; ipsi tamen manumissi, & eorum posteri in patrocinio Ecclesiæ manebunt. tit. 13. p. 363. num. 1

Rector Ecclesiæ si sit leprosus, vel senio, aut valetudine corporali adeo gravatus, ut officium nequeat exercere, Coadiutor ei datur qui possit eius curam gerere. tit. 6. p. 331. n. 1

Redarguens.

Redarguenti privilegium de falso faciet illud exhiberi coram Judice, & paucis, & in illo loco congruo, & securo, & interim stabitur sententiæ latæ per illud. tit. 22. p. 155. num. 1

Relaxatio.

Agi potest ad Relaxationem juramenti cujus implementum turpitudinem continet ex parte suscipientis. tit. 24. p. 171. num. 1

Religio.

Religionis professio consentiente uxore valida est, quoad maritum; secus quoad uxorem, si per metum consenserit. tit. 32. p. 543. num. 2

Religionem profitentes transeunt in Monasteria simul cum omnibus suis bonis. tit. 26. p. 484. num. 2

Religionem novam non licet instituere, sine authoritate pontificis, nec in diversis Monasteriis potest quis esse Abbas, vel Monachus, tit. 36. pag. 586. n. 1

Religionem novam qui instituerit absque pontificis authoritate, excommunicationis vinculo innodatur. tit. 36. pag. 588. num. 9

Religionem ingredi an possit is, qui juravit aliquam uxorem ducere. tit. 32. pag. 550. n. 7

Religiosus.

Religiosi pro domibus suis agere, & illas defendere possunt. tit. 1. pag. 21. n. 1

Religiosus nisi cum licentia Superioris in iudicio esse non potest. ibid. num. 5. & 6

Religiosus locus authoritate Episcopi ad usum Hospitalitatis deputatus, ad mundanos usus redire non debet. tit. 36. p. 582. n. 1

Relinquo.

Relinquo verbum adiectum universitati bonorum inducit institutionem: Secus si adiiciatur certæ rei, vel quantitati. tit. 26. p. 500. num. 8

Remedium.

Remedium attentatorum ut locum habeat in appellatione iudiciali, desideratur expressio causæ appellationis & ut coram superiore legitimè sit probata; in extraiudiciali verò non ita. tit. 2. pag. 252. num. 16

Remedium attentatorum non solum in civilibus causis, sed etiam in criminalibus locum habet, nisi reus de crimine convictus, vel non confessus fuerit. tit. 28. p. 252. num. 18.

Remedium extraordinarium ceſſat, cum ordinarium extat. tit. 18. p. 112. n. 5
Talia remedia ſunt abjicienda quæ veris ſunt periculis graviora. tit. 41. p. 635. n. 2
Macedoniani remedium ceſſat, ſi pendente lite ſuper filii ſtatu, ei pecunia ſit credita. titul. 16. pag. 103. num. 8
Ordinario remedio ſtante ceſſat extraordinarium. t. 13. p. 375. num. 3
Plura remedia quando competunt poteſt unum eligi, & aliud renuntiari prout utilius fuerit. tit. 10. p. 66. num. 8

Remuneratio.

Remunerationis cauſa quod datur non eſt propriè donatio, ſed debiti ſolutio. tit. 13. p. 364 n. 5

Reparatio.

Reparatio Eccleſiæ, cui primò, & principaliter competat & quo ordine debeatur. tit. 48. p. 677. n. 6

Reſcriptum.

Reſcriptum adeo ſui natura ſtricti juris eſt, ut non ſit extenſibile ad alias perſonas, quàm in eo nominatas. tit. 23. p. 447. n. 6
Per reſcriptum impetratum contra vi dejectum convenitur vitioſus ſucceſſor. titul. 1. pag. 17. num. 1
Reſcriptum, tacita impetrantis dignitate, ſubreptitium eſt. tit. 5. p. 320. n. 6
Reſcripta gratiæ, & juſtitiæ, inter ſe differunt. t. 5. p. 320. num. 6
Reſcriptum Apoſtolicum propter defectum litteræ, vel raſuram in narratione facti vel in loco non ſuſpecto, non cenſetur vitioſum. tit. 22. p. 154. num. 1
Reſcripta, & mandata Pontificis ex ejus voluntate, & intentione dependent. t. 5. p. 39. n. 2
Reſcriptum Pontificis vera conſtitutio dicitur. tit. 30. p. 271. num. 2.
Reſcripta ſunt introducta ad juris dubii interpretationem. tit. 19. p. 115. n. 3
Reſcriptum vitiatur ex falſa latinitate, non tamen ex defectu litteræ. tit. 22. p. 154. n. 4
Reſcripti forma omnino ſervanda eſt, & ad jus commune reduci. tit. 12. p. 76. n. 3
Reſcriptum impetratum ſuper proſecutione appellationis, valet, licet in eo de excommunicatione non ſit facta mentio. tit. 25. p. 207. n. 1

Reſervatio.

Reſervatio proprietatis, vel poſſeſſionis, quando fieri debeat. tit. 12. p. 81. n. 5

Reſidentia.

Reſidentia à jure divino provenit in omnibus beneficiis curam animarum requirentibus. tit. 4. p. 307. num. 1
Reſidere tenentur omnes Eccleſiæ Prælati, quibus paſcendi Chriſtiani gregis cura incumbit. tit. 4. p. 308. nu. 1.

Res.

Res depoſita, reddita non videtur, ſi deterior reddatur. t. 3. p. 47. n. 5
Omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur. tit. 42. p. 648. num. 2
In re dubia favorabiliores ſunt Rei, quàm actores. tit. 27. p. 247. n. 2
Rei vindicatio competit ei, qui dominium habet. tit. 1. p. 21. n. 9
Rei vindicatio non datur in rebus ſpiritualibus vel illis annexis. t. 1. p. 21. n. 10
Semel res Deo dicata amplius ad prophanos uſus converti non debet. titul. 40. p. 628. num. 7
Vna eademque res non debet diverſo jure cenſeri. tit. 24. p. 467. n. 2.
Res inter alios acta, aliis non nocet nec prodeſt. t. 27. p. 239. n. 1. & t. 39. p. 621. n. 4
Rei judicatæ auctoritas tanta eſt, ut ſi ex ea indebitum ſit ſolutum, repeti non poſſit. titul. 27. pag. 230. nu. 16
Vnuſquiſque rei ſuæ ſine alterius injuria arbiter, & moderator eſt. tit. 17. p. 400. num. 14
Rei vindicatio poſſidenti non datur. titul. 22. p. 156. num. 7
Res judicata pro veritate habetur. titul. 25. p. 204. num. 2.
Re Evicta, contra venditorem agit emptor, niſi fuerit in denunciatione negligens, vel ſententia propter ipſius contumaciam, vel per Judicis injuriam fuerit lata. tit. 17. p. 403. n. 1.
Accipiens rem alienatam in fraudem creditorum, an rem cum fructibus reſtituere teneatur. t. 13. p. 87. num. 3.
Religioſæ res ſecularia hominum commercia effugiunt nec ad prophanos uſus converti debent. t. 36. p. 583. n. 2
Omnes res eodem modo, quo colliguntur, diſſolvi poſſunt. t. 9. p. 417. n. 4.
Spiritualis res neque pretium, neque æſtimationem recipit. tit. 19. 346. n. 3
Res tantum valet, quantum pro juſto pretio vendi poteſt. tit. 17. pag. 393. n. 10
Poſſidens rem, ab ea ſpoliari non poteſt, niſi citatione præmiſſa. tit. 38. p. 602. n. 4
Violentus rem cum fructibus, etiam qui percipi potuerunt, reſtituere, damna reſarcire, & de injuriis illatis ſatisfacere compellitur. tit. 13. p. 86. n. 1
Sacræ res Deo dicatæ eſſe noſcuntur. tit. 13. p. 360. n. 2
Rei vindicatio competit etiamſi res alibi ſit. tit. 2. p. 26. n. 7
In re obſcura, potius reo quàm actori favendum eſt. t. 23. p. 166. n. 7
Si res mea ab alio ſit poſſeſſa, etiam per longiora tempora, ſi ad me revertatur, jure retentionis uti poſſum tit. 10. p. 69. n. 9
Refertur Divi Thomæ Cantuarienſis factum, qui ſanctiſſimè egit, repetendo, & recuperando res Eccleſiæ injuſtè retentas, etſi graviſſimum ſcandalum Regis extitiſſet. tit. 26. p. 211. n. 5
Res quælibet de facili revertitur ad ſuam naturam. titul. 12. pag. 79. num. 2. & tit. 2. p. 24. n. 10. & t. 20. p. 431. n. 2
Litigioſa res pendente lite alienari non poteſt, & ibi. ratio aſſignatur. tit. 16. p. 103. n. 10
Res ædibus injunctæ ex *S. C. Trajano* legari & alienari prohibentur. tit. 13. p. 358. n. 3
Hypothecata res tranſit cum ſuo onere. t. 21. p. 434. n. 2. & t. 39. p. 610. n. 2
Res pro derelicto habita, occupantis fit: aliud eſt derelinquere, aliud eſt deſerere locum. tit. 26. p. 210. num. 7
Res inter alias acta, aliis non nocet. titul. 18. p. 415. n. 13. num. 13

Respublica.

Reipublicæ expedit, ut res Eccleſiæ conſerventur. t. 21. p. 424. n. 2
Reipublicæ intereſt dotes mulieribus conſervari, & plura jura ibi remiſſivè interpretantur. tit. 24. p. 184. num. 14
Reipub. imo, & partium intereſt, litibus finem celerius imponi. tit. 8. p. 57. n. 4
Reipublicæ intereſt ne lites fiant immortales, ſed non ita celeriter debent terminari, ut ordo judicarius omittatur. tit. 27. p. 31. n. 2
Nihil magis Reipublicæ odioſum eſt, quàm fraudibus viam aperire. tit. 1. p. 285. n. 3
Reip. maximè intereſt lites amputare ob gravia damna quæ ab illis proveniunt. t. 7. p. 55. n. 2

Reſtitutio.

Reſtitutio appellationi æquiparatur, ut ea pendente nihil innovetur. tit. 27. p. 243. n. 2

Petenti Restitutionem beneficii, referri non potest quæstio non Canonicæ institutionis. tit.13.pag.83. num.1.
Restitutio sui natura fructus comprehendit. tit. 13. p.375.num.5.

Retentio.

Retentione omissa per doli mali exceptionem à bonæ vel malæ fidei possessore oppositam circa impensas, nullum remedium erit ad earum recuperationem. tit.13.p.93.n.17

Retrotractio.

Retrotractionis fictio ut locum habeat, desiderat habilitatem utriusque extremi. tit.28.pag.262.n.2

Retrovenditio.

Retrovenditio nihil aliud est quàm secunda venditio. tit.21.p.432.n.8

Reus.

Reus possessor si à sententia contra eum lata appellat, & fructus dissipat, licitè sequestrantur. tit.17. p.108.n.1
Rei delinquentes ubicunque inventi fuerint, ibi puniri possunt. tit.2.p.35.n.5
Rei ad causam inopinati, & imparati trahuntur. tit.27. pag.247.n.2
Reus excipiendo actor efficitur. tit.22.p.77.n.3
Reus in exceptionibus actor est. tit.25.p.202.n.6
Reus actori sua propria instrumenta edere non tenetur. tit.19.p.114.n.1
Reus postulatus de crimine læsæ Majestatis ad edictum non respondens ejus domus diruitur, & arbores succiduntur. tit.14.p.98.n.15
Reus probatam habet intentionem, quandiù de falsitate causæ non apparet. tit.23.p.455.n.4.
Rei convicti, vel confessi, contra alios ad testimonium non admittantur. tit.25.p.196.n.17
Reus ultra duas dietas ex rescripto tueri non debet: & si non admissa hac exceptione appellat, eam coram Judice superiore justificare debet. tit.25.p.206. num.1
Non sufficit Reo damnato ad traditionem possessionis, tradere pignus pro ipsa possessione. tit.27.p.235. num.1
Reus condemnatus si fructus dissipat de jure suo deficere, & desperare videtur, ac in adversarii injuriam per fraudem abuti præsumitur. tit.17.p.108. num.2
Si fuerit probatum, Reum deliquisse, nec admittitur ejus probatio, quod non deliquerit.tit.19.pag.128. num.7.
Reus contra actorem in qualibet litis parte, poterit opponere excommunicationis exceptionem; sed si malitiosè distulerit, in exp nsis condemnatur; & si non excipiat, Judex publicè excommunicatum repellat. tit.25.p.208.num.1
Reo per contumaciam absente, admittitur Actor ad probationem, & mittitur in possessionem. tit.6.p.53. num.5.& 10
Antiquitus reus absens per edictum peremptorium citatus, postea per edictum præconis voce vocabatur. tit.14.p.96.n.4
Reus in exceptionibus actor reputatur. tit.19.p.115. num.4
Reus occultando scripturam ab actore petitam ad fundandam ejus intentionem non peccat. ibidem num.5
Reus non tenetur extra confessionem Sacramentalem delictum confiteri. tit.18.p.111.n.4
Reus semel delatus non nisi purgato crimine accusare potest. tit.10.p.69.n.16
Reus publicorum criminum post litem contestatam in absentia defendi potest. tit.1.p.19.n.9
Reus non solum absolvitur, si actor nihil probet, sed etiamsi minus plenè probaverit. tit.24.p.191.n.6
Reus criminis ad Ecclesiam confugiens, non est violenter ab ea extrahendus, nec inde ad mortem, vel ad pœnam corporalem damnandus est: tamen aliter legitimè puniendus est: publicus tamen latro vel nocturnus, depopulator agrorum, ab Ecclesia extrahi corporaliter, & puniri potest, servus verò fugiens ad Ecclesiam, præ timore Domini sui, est Domino de ejus impunitate juranti restituendus. tit.49.p.686.n.1
Reus per reconventionem vicem actoris sustinet. tit. 4. p.49.num.3
Reus capitalis criminis si postea miles factus fuerit, non remittitur ad judicem, apud quem fuerat accusatus, tit.2.p.42.n.8.& 9
Reo excipienti de excommunicatione contra actorem, non obstat replicatio communionis. t.25.p.197.n.1
Reus coram proprio Judice respondere tenetur. tit.1. pag.2.num.5
Reus an intra unam, vel duas dietas vocari debeat? tit.25.p.206.n.3

Roma, Romana Ecclesia, Romani.

Romæ Legatus neque pro contractibus antea ibi conveniri potest. tit.2.p.43.n.4
Quilibet potest conveniri Romæ nisi alias habeat jus revocandi domum. tit.2.p.42.n.1
Romana Ecclesia Caput,& Mater omnium appellatur. tit.26.p.225.n.2
Apud Romanos ad militarem disciplinam solum honesti, ac divites aspirabant. tit.2.p.42.num.9

S

Sacerdos.

Sacerdos etiam in lethali reatu existens confecrat, dummodo omnia requisita interveniant. tit.41. p.635.num.3
Sacerdos Missam ieiunus celebrare debet. tit.41.p.633. num.6
Sacerdos unus cum ministro unicuique Ecclesiæ est assignandus. tit.40.p.631.n.12
Sacerdos Missam celebrare potest, dummodo unus saltem ei assistat. tit.1.p.281.n.5
Sacerdotibus obligatio recitandi, & ministrandi Sacra competit. tit.41.p.633.n.3
Sacerdos in quibus casibus possit secundam Missam celebrare eadem die. tit.41.p.633.n.5
Sacerdotes olim domi uxores, ut sorores retinebant, separata tamen cohabitatione, ita ut de incontinentia suspectæ non essent. tit.2.p.293.n.6
Sacerdotes sub obtentu Religionis non debent uxores contemnere, hoc est saltem quoad alimenta, & congruam sustentationem. tit.3.p.302.n.8
Sacerdotes non sunt domini beneficiorum, sed administratores tantum. tit.19.p.417.n.2
Sacerdotes in loco, & sedibus, præcipuè in basilica, laicis præferri debent. tit.1.p.276.num.2
Sacerdotes gentilium raso capite idolis sacrificabant. tit.1.p.283.n.3
Sacerdotibus apud omnes gentes magna fuit adhibita reverentia. tit.1.p.276.n.2

Sacramentum.

Sacramentum baptismi utiliter confertur parvulis, licet non credant, nec intelligant; & remittitur eis peccatum originale. tit.42.p.648 n.1
Sacramenta, quæ imprimunt characterem, iterari non possunt; aliàs sacrilegium committitur. tit.43.p.660. num.4

Sacrilegium.

Sacrilegium committit, qui defunctorum corpora exhumat, aut sepultura defraudat. tit.28.p.519.n.9

Salarium.

Salarium non est præstandum famulo infirmo. tit.6. p.331.num.8

Sanctuarium.

Sanctuarium Dei jure hæreditario, aut sanguinis, ab homine possideri nequit, tit.5.p.312.n.2

Sapiens.

Sapientis eſt mutare conſilium. tit.34.p.563.num.3

Scandalum.

Ob evitandum Scandalum, ſæpe à juris regulis receditur. tit.26.p.211.n.2

Scandalum Phariſæorum, quod ex malitia procedit, dimittendum eſt. ibid.n.4

Scholaſticus.

Scholaſtici poſſunt domum pro eodem pretio, etiam finito conductionis tempore habere, & laicis præferuntur. tit.18.p.405.n.3

Scientia, Sciens, Scienter.

Scientia ubi non eſt, non poteſt eſſe negligentia. tit.8. p.343.n.2

Qui Sciens ſe non teneri, aliquid alteri promiſit, donare videtur. tit.22.p.163.n.5

Scienter indebitum ſolvens, donare præſumitur; ac ideò qui ſolvit quod ob turpem cauſam promiſit, non repetit. tit.24.p.177.n.11

Scriptum.

Scripto, vel dicto Regis ſtandum eſt quemadmodum & Pontificis. tit.22.p.158.n.7

Scriptura.

Scripturæ derogatoriæ, non dicuntur contrariæ, tit. 22. p.162.n.3

Scripturæ repugnantes, ab eodem productæ, fidem non faciunt. tit.22.p.161.n.1

Scripturæ noviſſimæ in teſtamentis, el. ſi contrariæ ſint prævalent. tit.22.p.162.n.10

Sedes.

Sede vacante Capitulum nihil facere poteſt, quo futuro Epiſcopo damnum irrogetur. tit.9. p.346.num.5

Vacante Sede, beneficia ſpectantia ad collationem Prælati, non poſſunt conferri per Capitulum. tit.9. p.347.n.1

Vacante Sede ejus ſtatus mutari non debet. tit.9.p.345. num.1

Semeſtre.

Semeſtre ad eligendum, ſeu conferendum à jure præfixum non currit legitimè impedito nec incipit currere, niſi à die vacationis. tit.8.p.343.num.1

Senectus.

Per Senectutem, & conſanguinitatem, probatio incontinentiæ excluditur; & qui incontinens in juventute fuit, erit etiam in ſenectute. tit.23.p.169. num.1

Sententia.

Sententia in cauſa matrimoniali, etiam ſi ab ea non ſit appellatum, nullum jus facit nec ex ea oritur, nec pro veritate habetur. tit.27.p.237.n.8

Sententia, in qua non eſt expreſſus error contra jus ſcriptum, ſed tantum contra jus litigatoris, valet mero jure. tit.27.p.229.n.5

Sententia in populari actione lata inter alios, aliis non nocet, & prodeſt: ita ut ſi ſervus fuerit abſolutus ab ea, alter eum non poterit iterum accuſare, cum omnibus ſententia illa noceat. tit.27.p.242.n.21.

Sententia contra conſuetudinem lata non tenet. tit.27. p.231.n.19.

Sententia debet eſſe conformis libello. tit.3.p.47.n.6. & tit.22.p.60.n.12.

Sententia incerta, & ſine certa quantitate prolata, non valet. tit.3.p.47.n.7

Sententia in cauſa matrimoniali contra veritatem prolata, ideò veritate reperta retractari poteſt, quòd etiam ſi poſt ſententiam ab utroque, vel altero conjuge matrimonium contractum proponatur, nullius momenti erit. tit.27.p.237.n.12

Sententia, lata pecunia intercedente, nulla eſt ipſo jure. tit.1.p.284.n.2

Sententia, à qua eſt appellatum, appellatione pendente nullum ſortitur effectum. tit.17.p.109.n.9

Sententia ſub conditione extrinſeca ferri non poteſt: ſecus ſub intrinſeca, quæ omnino ad actum eſt neceſſaria. titul.28.pag.262.n.5

Sententia contra inſtitutum lata nocet ſubſtituto. tit. 27. p.240 n.12

Sententia adverſus cohæredem lata, non nocet cohæredi, niſi de libertate ſervo per fideicommiſſum relicta agatur. tit.27.p.241.n.15

Sententia inter alios acta, aliis non nocet, nec prodeſt. tit.22.p.157.n.11.

Sententiam ſuperioris notoriè injuſtam, & iniquam, Judex inferior non tenetur eam exequi, quamvis Superiorem conſulere debeat. titul. 27. p. 234. num.11

Sententia errore calculi prolata, nulla eſt ipſo jure: quod verum eſt, quando eſt expreſſus error in ſententia, facta connumeratione ab ipſo Judice. tit.27. p.230.num.13.

Sententia lata in poſſeſſorio non parit exceptionem rei judicatæ in petitorio. tit.12.p.81.n.6.

Sententia in cauſis matrimonialibus tranſit in rem judicatam, ad hoc tantum, ut ſtatim exequi poſſit, non tamen ad hoc ut poſtea per viam querelæ reperta veritate reſcindi non poſſit. tit.27. pag. 237. num.9.

Sententia debet eſſe conformis libello, ſingula, quæ non proſunt, multa collecta juvant. tit.27.p.507. num.13.

Sententia ſordibus ſivè pretio accepto lata nulla eſt, ſi verò ſordibus amicitiæ luce inimicitiæ fuerit prolata valet. tit.1.p.287.n.15.

Sententia, quæ nimia judicis celeritate prolata eſt, ita ut judex non potuiſſet de cauſa ſufficienter inſtrui, retractari debet. tit.27.p.232.n.3

Sententia lata contra leges factas à laicis ſuper rebus, & perſonis Eccleſiaſticis, valet mero jure. tit. 27. p.229.num.6

Sententia excommunicationis etiamſi appellatio ſit deſerta non convaleſcit, cæteræ verò convaleſcunt, & ibi ratio differentiæ aſſignatur. tit.28.p.255. num.11

Sententia incerta non tenet, & an certa dicatur in expenſarum condemnatione. tit.17.p.107.n.21

Sententia certa ſuper incerto libello proferri non poteſt. tit.12.p.80.n.11

Sententia excommunicationis ex defectu miniſtri nulla eſt. tit.27.p.234.num.9

Sententia à non ſuo judice lata nulla eſt. tit.2.pag.43. num.3

Sententia excommunicationis adverſus abſentem, & non citatum ferri non poteſt. titul. 12. pag.76.n.14

Sententia, quæ totam cauſam non determinat nulla eſt. tit.10.pag.71.n.6

Sententia eſt adeo individua, ut pro parte valere, & pro parte non valere nequeat. tit.27.p.229.num.10

Sententia ſi à duobus Judicibus pro teſtamento ſit prolata, & ab aliis duobus contra teſtamentum ſit ſcripta, illa tenet quæ pro teſtamento fuit habita. tit.27.p.248.n.6.

Sententia à Judice ſemel prolata retractari ab eodem Judice poteſt, dummodo reſtitutio in integrum abſentiæ causâ prius ſit poſtulata. titul.27. pag.246. num.20

Sententia lata contra reum quemadmodum non habet executionem paratam contra fideiuſſorem, ita ſimiliter lata contra fidejuſſorem non habet executionem paratam contra reum. titul.22. pag.444. num.11

Qui in Sententia gravatus non eſt, appellare non poteſt. tit.27.pag.239.n.6.

Sententia contra leges, vel Canones prolata adeò non tenet, ut ab ea neceſſe non ſit appellare. titul. 27. p.228.n.1

Sententia contra inauditam partem proferenda non eſt. tit.12.p.75.n.11

Sententia unius judicis non producit effectum contra exiſtentes in alieno territorio & ibi explicatur. tit. 2. pag.35.n.7

Sententia lata contra matrimonium nunquam tranſit in rem judicatam, ac ideò quandocumque revocatur, ſi conſtet de errore, tit.27.pag.236.n.1.
Sententia cum vitium continet per partes remiſſibile tranſit in rem judicatam: ſecus ſi irremiſſibiles ut in exemplo ibi relato: tit.27. p. 236. num. 2. & 3. & 4.
Ante ſententiam diffinitivam appellans admittitur, expreſſa cauſa rationabili coram Judice inferiori, quam ſi Judex ſuperior minus rationabilem eſſe cognoverit, ad inferiorem remittet, & appellantem in expenſis condemnabit. tit.28.p.263.n.1
Sententia legis civilis in Pontificia lege relata, vim capit ab ipſo Pontificio, non à Cæſareo jure.tit.20. p.132.num.9.

Sepultura.

Sepultura potiùs nocet, quam prodeſt impio. tit. 28. p.519. n. 9
Sepultura abſque labe ſimoniæ vendi poteſt. titul. 38. p. 608. n. 12
Sepulturæ communio ex charitate, & devotione provenit. tit.28.pag.511.n.2
Sepultura defunctis jure naturali, & divino debetur. tit.28.pag.517. num.5

Sequens.

Sequendum eſt in dubio probabili magis certum ad ſalutem animarum, dimittendum incertum tit. 42. p.644.num.2

Sequeſtratio.

Sequeſtratio fructuum etiam loco miſſionis in poſſeſſionem, & ad evitandum ſcandalum oblata cautione cum expenſis revocatur. tit.17.p.105.n.1.
Sequeſtratio ad arcendum ſcandalum plerumque permittitur, & quomodo id intelligatur, in præſenti ibidem n. 4. & 5.
Sequeſtrationis remedium magis odioſum eſt, quam miſſionis in poſſeſſionem. ibid.n.6.
Sequeſtratio in cauſis beneficialibus permiſſa eſt,tit.15. pag.100.num.7.
Sequeſtratio fructuum jure noſtro poſt appellationem aliquando admittitur. tit.17.pag.107.n.4
Sequeſtratio in executione permittitur etiamſi fructus non diſſipentur. titul.17.p.109.n.8
Sequeſtratio non ceſſat donec offeratur cautio. tit.17. p. 108. n. 7
Sequeſtratio, ſui natura odioſa eſt. ibid.n.8

Sequeſter.

Sequeſter an poſſideat latè diſcutitur. tit. 17.pag.106. num.7
Sequeſtrum non ceſſat etiam cautione oblata, cum ſententia in Curia fuerit prolata. tit. 17. pag. 109. num.5

Servitus, Servus.

Servitus realis, perſonalis, & ſpiritualis, in quo differant. tit.46.p.670.num.8
Servus in caput domini in crimine Inceſti, & Adulterii torqueri poteſt. tit.21.p.160.n.16
Servi & familiares in tribus judiciis legitimis teſtes dicuntur veluti in accuſatione fraudati cenſus adulterii & læſæ majeſtatis. tit.20.pag.144.n. 6
Servi in caput domini torqueri non poſſunt. tit. 20. p.150.num.14.
Servus plurium ſi velit effici Clericus, conſenſus unius dumtaxat ſufficit. tit.11.p.353.n.6

Seſſio.

Seſſionis privilegium publicum eſt, & ei renunciari non poteſt. tit.1.p.276.num.6

Sexus.

Periculoſa eſt ſexuum commixtio. tit.2.pag.291.num.2

Sigillum.

Sigillum Regis fraudans, qua pœna puniatur. tit. 50. p. 697. num.7

Simonia.

Simonia contrahitur, cum aliquid temporale pro ſpirituali datur. tit.19.pag.417.n.4.
Simonia quæ dicatur. tit.31.pag.572.n.12
Simonia, an ſit, ut Moniales in Monaſterio pro pretio recipiantur. tit.35.p.571.n.7
Simoniæ periculum ceſſat, cùm nulla partium conventio extat. tit.5.p.323.n.2

Singula.

Singula quæ non proſunt, multa collecta juvant.t.23. p. 169. n. 2

Syndicus.

Syndicus Religionis cauſas agere debet. tit.1.pag.22. num.6
Synodaticum eſt idem, quod Cathedraticum. tit. 24. p.472.n.12

Socer.

Socer niſi in id, quod facere poſſit, non condemnatur. tit. 23.p.452.n.16.

Societas.

Societatis promiſſio adimplendi votum à Pontifice tolli poteſt. tit.34.p.562.n.7

Socius.

Socius ſimoniæ in eodem crimine ad teſtimonium admittuntur. tit.18.p.110.n.4.
Socius, niſi in quantum facere poſſit, nec condemnatur. tit.23.p.453.n.18
Socius invito ſocio poteſt uti re communi ad eorum uſum deſtinata. tit.11.p.353.n.5.
Socii criminis in accuſatione Senatus Conſulti Saliniani de mandatore interrogantur, nam in illo crimine ſervus, & cæteri de familia interrogantur de mandatore, cum tale delictum frequenter cum mandatore perpetrari ſoleat. tit. 20.p.138.n.6
Socius criminis, & muneris, non teſtificat, etiam in crimine ſimoniæ. tit.20.p.137.n.1.
Socii criminis in atrociſſimis delictis, veluti in accuſatione falſæ monetæ, furti famoſi, læſæ Majeſtatis, & ſimilium, interrogantur de ſociis, & receptatoribus, licet integra fides eis non præſtetur.t.20. pag. 138. n. 5.

Solemnitas.

Solemnitas in Precariæ alienatione deſideratur, non vero in ejus revocatione. tit.14.p.379.n.6
Solemnitas, quæ requiritur ad actum faciendum, requiritur etiam in eo reficiendo.tit. 14. pagin. 379. num. 6
Solemnitas extrinſeca non præſumitur ſed ſpecifice probanda eſt. tit.17.p.402.n.8
Solemnitas, quæ requiritur in actus conſtructione, deſideratur etiam in ejus deſtructione. tit. 26. pag.484. num. 9.
Solemnitas extrinſeca non preſumitur. tit. 13. p. 368. num. 13.

Solus.

Væ ſoli, nam cùm ceciderit, non eſt qui eum ſublevet. tit. 35.p.577.n.2.

Solutio.

Solutio legitimè facta non revocatur ob juris ordinem non ſervatum. tit.3.p.45.num.5
Solutione facta videtur ſublata omnis obligatio, t. 22. p.444.n.12.

Solvens.

Solvens ſi condicere vult, aſſerens ſe indebitum ſolviſſe probare debet indebitum ſolviſſe, cùm ex illa ſolutione tacitè confiteatur debitum præceſſiſſe, tit. 25.p.304.n.6
Qui ſic ſolvit, ut ſtatim repetere poſſit, ſolviſſe non videtur. tit.24.p.177.n.12

Species.

Species auri, vel argenti ſimul & pondus in libello exprimi neceſſe eſt. tit.3.p.47.n.5

Spoliatus.

Spoliare, & *Privare* verbum in quo differant,titul. 38. p.602.n.4.
Spoliatus agens ſimul poſſeſſorio, & petitorio judicio, probans in poſſeſſorio obtinet in eo, & ſuccūbet in petitorio ſi in ejus probatione deficiat.t.12.p.77.n.1

Spoliatus intendens interdictum poſſeſſorium, poteſt ſuſpendere petitorium. tit.12.p.77.num.5.
Spoliatus ante omnia reſtituendus, & quomodo hæc regula procedat? Reus in exceptionibus Actor eſſe dicitur. tit.10.p.69.n.13.
Spoliatus agens pro reſtitutione cadaveris violenter ablati, ſpoliatori ante reſtitutionem reſpondere tenetur. t.13.pag.84.n.6.
Spoliatus ſi expreſſè conſentiat de proprietate agi, privilegio ſpolii renunciaſſe cenſetur; & quomodo hoc procedat. titul. 14. pag. 80. n.9.& 17.

Spondeo.

Quiſque quod ſpopondit, in memoria tenere debet. tit. 18. pag. 413. n. 6

Statuere.

Verbum, *Statuimus*, jus novum inducit: Acta judicialia in ſcriptis ſunt reducenda. titul. 19. pagin. 128. num. 11.

Statu liber.

Statu liber quandoque ut liber judicatur, & punitur. t. 21. p. 428. n. 4.

Status.

Status Epiſcopalis excellentior eſt monachali. tit. 34. p.558.n.6.& t.32.p.551.n.8. & tit. 24. pag.173.n.6.
Beatarum ſtatus cum votis ſimplicibus, non eſt vera Religio. tit. 36.pag.588.num.8
Juſtum eſt, ut illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium. tit. 39. p.615.n.8

Stipulatio.

Turpis ſtipulatio à jure improbatur titul. 24.pag. 183. num. 9.
Stipulatio ſine cauſa valet. titul. 22. pagin. 163. num. 3.
Stipulatio pœnalis adjecta contractui ſponſaliorum turpis, & indecens dicitur. tit.24.p.185.n.21.

Strepitus.

Strepitus judiciales in prædictis diebus omnino ceſſare debent, ex ratione de qua ibi. titul. 9. pagin. 61. num. 5

Stuprum.

Stuprum cum ingenua concubina committitur, ſi ſine teſtatione id ita fuerit factum, vel niſi vulgo quæſtum antea fuerit corpore ſuo. titul. 2. pag. 297. n. 10. & 11

Subditus.

Subditus non poteſt obedientiam Prælato debitam præſcribere, poterit tamen exceptionem præſcriptionis opponere, ita ut ab illo Prælato exemptus ſit, dum tamen ſubjectus alteri remaneat. titul. 26. pag. 224. num. 6.

Subſcribens.

Subſcribens, id quod factum eſt, approbare videtur. tit. 13.p.369.n.2.

Subſtitutio.

Subſtitutio compendioſa à Pagano verbis directis & civilibus facta, an expiret poſt pubertatem, vel convertatur in fideicommiſſariam. tit. 26.pag. 502. num. 15.
Subſtitutionis formula proponitur. titul. 26. pag. 492. num. 5.
Subſtitutio à pagano per verba communia facta, infra pubertatem jure directo valet; poſt pubertatem verò ut fideicommiſſaria tenet. tit.19.pag.125. num. 10

Succeſſio.

Succeſſio in beneficium non admittitur. tit. 23.p.446. num. 3
Indignus ſucceſſionis hæres efficitur, qui mandata defuncti adimplere recuſat. titul. 34. pagin. 566. num. 2
Succeſſio conſanguinei ab inteſtato conſanguineis debetur. tit.5.p.313.n.4.

Succedens.

Succedens in jus alterius juſtam ignorantiam habere præſumitur. tit.1.p.18.n.3.

Succeſſor.

Succeſſor in regno an teneatur debita prædeceſſoris ſolvere? tit.23.pag.447.n.9.
Succeſſor alicujus compellitur ſtare locationi antea factæ. tit.18.pag.411.n.7
Succeſſor conveniri non poteſt ad ſolutionem debiti contracti ab anteceſſore. tit. 1.p.18.n.7
Succeſſor qui non habet cauſam à prædeceſſore, non tenetur ejus debita ſolvere. tit.23.p.446.n.3
Succeſſor ex delicto prædeceſſoris non tenetur. titul.5. p.117.n.9
Succeſſor in majoratu tenetur ſolvere debita prædeceſſoris inſtitutoris, etiam ſi ipſius nomine ſint contracta. tit.23.pag.447.n.8
Succeſſor in beneficio tenetur ſolvere debita prædeceſſoris pro neceſſitate Eccleſiæ contracta. t. 23. pag. 446. num. 1.
Succeſſor non poteſt conveniri reſcripto impetrato contra anteceſſorem, niſi ſucceſſor in vitium defuncti ſuccedat. tit.23.pag.447.num.6

Succumbens.

Succumbens in prima inſtantia, ſi minus probaverit, vel allegaverit, poterit in ſecunda plenè probare, vel allegare. t.20.p.147.n.20

Suffragium.

Suffragium patris, filio prodeſt. titul. 38.pagin. 602. num. 5

Suſpenſio.

Suſpenſio, & depoſitio aliquando in jure confunduntur; ſed propriè ſumpto vocabulo differunt inter ſe. tit.2.pag.298.n.17.
Suſpenſio, depoſitio, & degradatio in quo differant remiſſivè ponitur. tit.2.p.297.num.12.

T

Tabernarii.

TAbernarii inter viles homines connumerantur. titul. 1. pag. 289. num. 6.

Taciturnitas, Tacitum.

Taciturnitas expreſſo conſenſui ſolet æquiparari. tit. 26.p.290.n.11.
Tacitum non debet plus operari quàm expreſſum. t.2. p. 38. num. 4.

Talis.

Talis quis in eodem malo præſumitur, qualis eſſe ſolebat. tit.21.p.431.num.5.

Tectum.

Tecto corruente, parietibus Eccleſiæ illæſis, & menſa Altaris non enormiter fracta, nec Eccleſia, nec Altare conſecratur. tit.40.p.627.num.1

Templum.

Templorum vaſa, & Dei miniſtri, mundi eſſe debent. t.2.p.291.n.2.
Templum deſtructum non eſt Templum, nec in eo officia divina celebrari poſſunt. titul. 48. pag. 676. num.2.

Tempus.

Melius eſt ante tempus occurrere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere. titul. 10. pag. 65. num. 3

Terminus.

Terminus à jure datus cum Judicis miniſterio poterit ab ipſo coarctari; ſecus ſi ſine Judicis miniſterio fuerit indultum, ubi aſſignatur differentiæ ratio. tit. 28.p.255.n.8
Terminus duorum menſium reputatur brevis, & plura jura de illo bimeſtri ſummariè proponuntur. t. 32.p. 549.n.3
Terminis ſuis quiſque debet eſſe contentus, nec alienos appetere. tit.4.p.305.num.2

Suis terminis unuſquiſque debet eſſe contentus, ut de illis rationem reddat. titul. 29. pag. 523. num. 2.

Termini locorum inter cives diviſi, non attenduntur ad Epiſcopalem juriſdictionem. tit. 36. pag. 582. num. 4

Terminus ſimpliciter à Judice datus ad probandum, ſolum comprehendit productionem teſtium, non autem refertur ad inſtrumenta, quoniam hæc à jure terminum præfixum habent nempè uſque ad concluſionem in cauſa. t.22.p.158.n.4.

Terra.

Terra non fertilis Eccleſiæ dari poteſt in emphyteuſim ei, cujus ſtudio reducatur ad culturam. titul. 13. p. 371. n. 1.

Teſtamentum, Teſtamentarius, Teſtatio, Teſtator, Teſtimonium, Teſtis.

Teſtamentum ad pias cauſas factum, an ſolemnitatem deſideret. tit.27.p.507.num.12

Teſtamenta quæ fiunt coram Presbytero Parochiali, & duobus, vel tribus teſtibus, valent, & qui talia reſcindit excommunicatus eſt. titul. 26. pagin. 490. num. 1.

Teſtamentum patris, ut valeat, oportet filium nominatim inſtituere, vel ex hæredare. tit. 26. pagin. 497. num. 4.

Teſtamenta in ſcriptis ſeptem teſtes requirunt. tit. 26. p. 490. n. 3.

Teſtamenti ſignatores debent ſua ſigilla recognoſcere. t.20.p.141.n.6

Teſtamenti definitio proponitur. titul. 26. pagin. 496. num. 2.

Teſtamentarius executor intra annum teſtamentum exequi debet. tit.26.pag.503.n.2

Teſtantium voluntates, Reipublicæ intereſt exitum habere. tit.26.p.503.num.2

Teſtationes ſunt recipiendæ, quoties per illas facilius ad veritatis lucem pervenire poſſit. titul. 20.p.146. num. 15.

Teſtator, cum rem alienam legat, ejus hæres tenetur, vel rem redimere, vel ſaltem legatario æſtimationem præſtare. tit 26.p.486.num.2

Teſtatoris privata diſpoſitio, non poteſt generalem conſtitutionem legis, vel Canonis mutare. tit. 26. p. 503. num. 2

Teſtimonio patris ſtatur, cum de filiorum nativitate agitur. tit.20.p.139.num.5

Teſtes poſt publicationem in prima inſtantia, non admittuntur in ſecunda ſuper eiſdem articulis, vel directo contrariis. tit.20.p.147.num.19.

Teſtes ante publicationem recipi poſſunt publicatis verò atteſtationibus, iterum ſuper eiſdem articulis, vel directo contrariis, nec in prima, nec in ſecunda inſtantia admittuntur. tit. 10. p. 144.n.1

Teſtes poſt publicationem admittuntur, cum ordo juris in receptione non ſervatur. titul. 20. pagin. 145. num. 8.

Teſtes poſt publicationem etiam in criminalibus non admittuntur. tit.20.p.146.num.17

Teſtes poſt publicationem in matrimonialibus cauſis admittuntur. tit.20.p.145.n.6

Teſtes contra abſentes contumaces ante litem conteſtatam an recipiantur. tit.14.p.98.n.12

Teſtes ab eadem parte producti, ſi nonnulli contraria deponunt, non ob id improbantur, ſed digniorum teſtimoniis ſtatur. titul. 22. pagin. 162. num. 5.

Teſtes lite non conteſtata recipi non poſſunt, nec cauſa per ſententiam diffiniri. titul. 4. pagin. 52. num. 1.

Quot teſtes in illo extraordinario judicio correctionis fraternæ deſiderentur. titul. 20. pagi. 133. num. 3.

Teſtes ſuper novis articulis etiam ex primis dependentibus in ſecunda inſtantia admitti poſſunt. t.22. p. 160. n. 13.

Teſtes qui à ferendo teſtimonio in cauſa civili, vel criminali, odio, gratia, vel timore ſe ſubtrahunt, Eccleſiaſtica diſciplina compelli debent in judicium venire: niſi fuerint privilegiati, qui in domo compelluntur jurare. tit.20.p.148.n.1

Teſtes in judicio arbitrario poſt publicationem admittuntur. tit.20.p.145.n.11

Teſtes poſt publicationem admittuntur, cùm ſimul cum inſtrumento ad ejus fidem producuntur. t. 20. p. 145. n. 5.

Duo teſtes ad reprobandum inſtrumentum de jure communi ſufficiunt, quatuor verò de jure Regio deſiderantur. t.22.p.160.n.9

Teſtes prius ſunt monendi teſtimonium dicere, & poſtea compellendi: & in num. 3. titul. 21. pagin. 150. num. 8.

Sola teſtium corruptio ſufficit ut à teſtimonio repellantur. t.19.p.126.n.8

Teſtis unus de auditu non ſufficit, etiamſi de impedimento matrimonii agatur; ſecus tamen dicendum ſi de certa ſcientia depoſuiſſet. titul.20.p.142. num. 17.

Teſtes Catholici eſſe debent; nam Judæi, niſi ob Fidei favorem ad teſtimonium non admittuntur. t.20. p. 130. n.9

Teſtes non ſunt idonei quos actor de familia produxit. tit.20.p. 143.n.1

Teſtes domeſtici ſuſpecti dicuntur cum nimis ſui domini cauſam affectare videantur. titul. 20. pag. 143. num. 2

Teſtis unus ſufficit cum agitur de probando matrimonii impedimento. tit.20.p.142.n.16

Sola teſtium atteſtatio abſque cauſa & ratione atteſtationis finem non facit. tit.22.p.161.n.18.

Teſtis unus ad torturam ſufficit, ſi de facto, & de delicto apertè, & ſincerè deponat. titul.20. pag.142. num. 18.

Teſtes contrarium deponentes, non ex eo excluduntur, ſi in poſteriori dicto turpitudinem allegaverint, ſed priori teſtimonio ſtandum. tit. 22. pag.162. num.1.

Cum ex prima depoſitione, quaſi contraxiſſent. ibid.

Teſtis, pro impenſis factis pro ferendo teſtimonio, poteſt pecuniam recipere. tit.20.p.129.n.3.

Teſtes ſinguli de univerſitate in cauſis criminalibus, tanquam ſuſpecti repelluntur. titul. 20. pagin. 135. num. 11.

Teſtes non debent pretio conduci. titul. 20. pag.129. num. 1.

Teſtes pro falſo, vel vero teſtimonio ferendo, quidquid accipiunt, turpiter accipiunt. tit. 20.pag.129. num. 2.

Teſtis ſi per exceptionem de crimine convincitur, vel convictus apparet, à teſtimonio repellitur, non tamen punitur, niſi negotium attingat principale. t. 25. p. 193. n. 1.

Teſtium receptio contra non citatum facta, eſt nulla. tit. 20. p. 131. n. 1.

Teſtes ſeparatim ſecretè, nulla parte præſente, teſtificari debent. titul.20.p.131.n.2

Duorum teſtium numerus potius, quàm alius in jure fuit deſignatus, quia ex illis brevius, & facilius veritas reperiri, & experiri poteſt. titul. 20. p. 133. n. 5.

Teſtes dubiè deponentes iterum à Judice interrogari poſſunt. tit.19.pag.125.n.9

Teſtes domeſtici idonei teſtes non reperiuntur. tit. 20. p. 134. num. 4.

Teſtes de univerſitate in ejus cauſa, etſi à teſtimonio non repellantur, tamen idonei, & omni exceptione majores non dicuntur. t.20.p.135.n.5.

Teſtes conſanguinei in impedimento conſanguinitatis admittuntur cum melius quàm extranei de propria ipſorum familia deponere poſſunt. tit.20.p.143. num. 4
Teſtes tam in civili, quàm in criminali cauſa, compellendi ſunt teſtimonium dicere. titul.20.pag.148. num. 4
Teſtes familiares ſunt qui melius ſcire poſſunt ea quæ in alicujus domo peraguntur. t.20.p.143.n.3
Teſtes tum demum compellendi ſunt cum aliter veritas non poſſit haberi. t.21.p.149.n.11
Teſtes ante litem conteſtatam recipi poſſunt cum ex mora periculum imminet: titul. 6. pag. 53. num. 8. & 9.
Teſtis pro ferendo teſtimonio an poſſit aliquid accipere remiſſivè notatur. t.1.p.288.num.16
Teſtibus contrarium illius, quod antea dixerant, deponentibus non eſt credendum. t.20.p.136.n.1
Teſtes contraria deponentes, tanquam perjuri puniri debent. ibid.n.3
Teſtibus ſi crimen fuerit objectum, eo probato, à teſtimonio repellantur, non tamen pœna judiciaria puniri debent, ſecus verò eſt dicendum, quando crimen teſtibus objectum tangit negotium principale. tit.25.p.196.n.18.
Teſtis, qui compellitur teſtimonium dicere, non compellitur ut ſub certa forma dictum proferat, ſed prout ſciverit deponit: ac ideò ejus dictum non coactum, ſed voluntarium dicitur. tit. 20. p. 148. num. 3

Titulus.

Titulus in longiſſimo 30. vel 40. annorum præſcriptione non deſideratur; ſiquidem ex ipſa legis authoritate propter ipſius temporis prolixitatem titulus ſuppletur, cùm à jure ipſo præſumatur titulum præceſſiſſe. t.26.p.227.n.5
Titulus ſemel obtentus per Rectorem viventem, non poteſt eſſe penes alium. t.24.p.465.n.2.

Tonſura.

Tonſura non eſt de ſubſtantia Clericatus, ſed tantum ſignum, quod ſtatum demonſtrat. tit. 3. pag. 303. num. 3

Traditio.

Traditio nuda abſque juſta cauſa, etiam ſi à vero domino fiat, dominium non transfert; quemadmodum nuda poſſeſſio uſucapiendi conditionem non adquirit, niſi juſta extet cauſa. titul. 26. pag. 226. num. 2.

Tranſactio.

Tranſactio, vel conventio in cauſa ſpirituali fieri non poteſt. t.5.p.324.n.3
Tranſactio, utrum in decimis locum habeat, & quid in amicabili compoſitione? tit.30.pag.528.num.7
Tranſactio, quid ſit? ibid.
Tranſactio debet fieri de re dubia, & lite incerta. tit. 16. p.388. n.9
Tranſactio prætextu novorum inſtrumentorum retractari non poteſt. titul.24.p.191.n.7

Tributum.

Tributa Principi debita nec immemoriali præſcribuntur; cum in ſignum ſubjectionis, & obedientiæ debeantur. t.26.p.225.n.6.
Tributa perſonis Eccleſiaſticis ſæculares imponentes, ipſo jure ſunt excommunicati: Clerici verò illa ſolventes, excommunicatione prædicta ligantur. t.49. p.682.n.1

Turpitudo.

Turpitudo quoties extat ex parte dantis, & recipientis ceſſat repetitio. tit. 31. pag. 571.n.10.
Manifeſtæ turpitudinis, & confeſſionis eſt, nolite jurare. t.19.p.119.n.5.

Tutor.

Tutor ob ſuſpicionem poſtulatus abſens non compellitur perſonaliter ſe defendere, & ſufficit ſi id faciat per Procuratorem. tit.1.p.20.n.12
Tutor non poteſt prædium pupilli abſque juris ſolemnitate in dotem dare. tit.13.p.376.n.4
Tutor idoneus à Magiſtratu eſt nominandus. tit. 23. p.455.num.6
Tutores, & Curatores res mobiles pretioſas alienare vetantur. tit.13.pag.366.num.3

V

Vacare.

Vacante Eccleſia œconomus ſeu legitimus defenſor conſtituendus eſt. t.9.pag.346.num.6

Valor.

Valor diſpoſitionis non ad tempus quo fit, ſed ad tempus finis, & ejus effectus attendi debet. t. 8.p.339. num.5

Vas.

Vaſa Sacra ſi ex neceſſitate Eccleſiæ vendita ſunt deſinunt eſſe ſacra. tit.21.p.427.n.8

Vaſſallus.

Vaſſallus coram Domino Feudi conveniri debet, tit. 1. p. 13. n.15. & 6.
Vaſſalli Domino feudi, fidelitatis, & obedientiæ juramentum præſtare debent. tit.24.p.175.n.2.
Vaſſallo non licet alienare feudum irrequiſito domino. tit. 10. p. 351. n. 11.

Vendere.

Vendere rem ſuam nemo cogitur: hujus regulæ limitationes ibi ponuntur. t.17.p.393.n.8.

Venditio.

Venditio Eccleſiaſtica ex ſolemnitatis defectu nulla eſt. t. 17. p. 396. n. 3
Venditio ſine pretio non conſiſtit. titul. 19. pag. 417. num. 4
Venditio rei alienæ valet quemadmodum & ſtipulatio admittitur. t. 26. pag.215.n.6
Venditionis ſubſtantia conſiſtit in conſenſu, re, & pretio. tit. 17.p.396.n.2
Venditionis contractus bonæ fidei ultro, citroque obligatorius. ibid.
Venditio reſcinditur, vel menſura ſuppletur, quoties deceptio in menſura & quantitate etiam intra medietatem juſtæ menſuræ conſiſtit. titul. 17. pag. 400. num. 16.
Venditio tenet, licèt in ea intervenerit deceptio ultra dimidiam partem juſti pretii; poter tamen deceptus agere, ut vel res reſtituatur, vel pretium ſuppleatur. t.17.p.396.n.11
Venditione ſola abſque legitima traditione dominium non transfertur. t.14.p.383.num.12

Venerari.

Venerari pro Sancto aliquis non poteſt, ſine Pontificis authoritate, etiam ſi per eum miracula fiant. t. 45. p. 666. n. 1.

Verbum.

Verbum, *decernimus*, jus novum inducit. tit. 12. p.79. num.7.
Detinere verbum, differt *à poſſidere*: nam qui detinet injuſtè poſſidet, ſiquidem *detinere* ad factum, *poſſidere* verò ad jus refertur. tit.10.p.350.n.17
Verbum dubium in judicio appoſitum juxta proferentis intentionem interpretari debet. tit.19.p.124. num. 8
An enuntiativa verba inducant diſpoſitionem, & in quo differant à diſpoſitivis. tit.27.pag.507.n.12
Verba cujuſcunque diſpoſitionis ſunt amplianda, vel reſtringenda ſecundum mentem diſponentis. tit.24. p. 467. n. 2
Verbum omne ſtat in ore duorum, vel trium, *Matthæi cap.* 18. t.26.p. 490. n.2
Tutius verbum, conſilium ſignificat, non verò præceptum, ſecus in rebus dubiis. tit.34.p.557.n.5.

Veritas.

Veritatem celare lethale peccatum eſt. tit. 20. pag. 148. num. 2

Vexatio.

Veratione pro vitanda, pactio in re ſpirituali permittitur. tit. 5. p. 325. n. 9

Via.

Via tutior in dubiis eſt eligenda. t. 2. p. 299. n. 5. & t. 13. p. 373. n. 2.

Viam fundi petens, non impeditur poſtea eundem fundum petere. t. 10. p. 72. n. 11

Prohibitum una via, alia non debet permitti. titul. 59. p. 613. n. 3

Vicinus.

Vicino cuilibet permiſſum eſt injuriam proximo ſuo illatam propulſare. t. 1. p. 279. n. 6

Victuale.

Victualium adminiſtratio privativè ad ſeculares Judices ſpectat. t. 17. p. 393. n. 7

Vidua.

Vidua an poſſit trahere laicum ad forum Eccleſiæ. t. 2. p. 31. n. 5. & 6.

Vidua laicum convenire poteſt ſuper cauſa Eccleſiaſtica, vel in defectum Judicis ſæcularis, coram judice Eccleſiaſtico. t. 2. p. 31. n. 1

Vinculum.

Vinculum conjugii ſemel habitum, nunquam ex civilibus cauſis diſſolvitur. t. 32. p. 555. n. 12

Vindicatio.

Vindicatio ſolis dominis competit. titul. 13. pagin. 362. num. 6

Vir.

Vir animatur lapſis quadraginta diebus, fœmina verò octoginta, quare poſt partum mulier intra illud tempus, ad templum non admittebatur. tit. 47. p. 673. num. 2.

Viro juranti uxorem cognoviſſe major fides adhibenda eſt, quàm uxori cum juramento neganti. titul. 19. p. 122. n. 3.

Virginitas.

In virginitate non poteſt dari certa, & indubitata probatio. t. 19. p. 122. n. 2

Vis.

Vis abſoluta, & conditionalis, inter ſe differunt. tit. 42. p. 655. n. 20

Viſitator.

Viſitator viſitationis tempore poterit eſculenta, & potulenta recipere. t. 1. p. 285. n. 6

Procuratio Viſitatoribus debetur, non in pecuniis, ſed in victualibus: & ipſi procurationem moderatam ſecundum loci conſuetudinem recipere debent: nec familia aliquid muneris, etiam ſponte oblatum recipiat. t. 39. pag. 613. n. 1.

Viſitatores cum ſpiritualia ſeminent in Eccleſiis, quas viſitant, meritò ab eis victualia recipiunt. t. 39. pag. 613. n. 2

Vitium.

Vitium Actoris an noceat ſucceſſoribus. tit. 1. pag. 28. num. 4

Vitium procedens ex metu purgatur conſenſu ex poſt facto præſtito. tit. 13. pag. 83. n. 5.

Vitium irremiſſibile, etiam extat, quoties matrimonium per impotentiam diſſolvitur, ac ideo in eo ſententia non tranſit in rem judicatam. tit. 27. p. 237. num. 6

Vivus.

Communicatio vivis prohibita, defunctis etiam prohibita cenſetur. tit. 28. pag. 517. n. 2

Unio.

Unio Eccleſiarum quomodocumque fiat, cedit in utilitatem Epiſcopi. tit. 9. p. 346. num. 2

Unio Eccleſiarum ſede vacante fieri poteſt. t. 9. p. 346. num. 3.

Unio, & ſubmiſſio non poteſt fieri ſine Epiſcopi auctoritate. tit. 24. p. 474. n. 4

Unio alienatio eſt. tit. 13. p. 359. n. 7

Univerſitas.

Singuli de univerſitate teſtificari poſſunt in cauſa univerſitatis. tit. 20. p. 134. n. 2.

Eccleſiaſticis in univerſitatibus regulariter prævalet quod fit à majori parte, niſi minor pars rationabiliter contradicat. tit. 11. p. 352. num. 1

Unus.

Unum ſi eſt in obligatione, & alterum in ſolutione, illud rectè petitur, quod eſt in obligatione; licèt habeat facultatem illud, vel alterum ſolvendi: & quomodo libellus concipiatur in alternatis? ibi exponitur. tit. 7. p. 400. num. 17

Voluntas.

Voluntas agentis in maleficiis ſpectatur, dummodo per exteriores actus illius intentio dignoſci valeat. tit. 23. p. 164. num. 2

Ultima voluntas non poteſt ex alieno arbitrio pendere. t. 26. p. 492. n. 1

Voluntas qui in vita non mutavit cum eadem deceſſiſſe videtur. tit. 27. p. 507. n. 15

Voluntas morte cujuſque extinguitur; in precario tamen perſeverare præſumitur, cum in eo expreſſa revocatio deſideretur. tit. 14. pag. 382. n. 8

Voluntati alicujus, quod committitur non ſubjacet juris neceſſitati. tit. 17. p. 393. n. 10.

Votum.

Votum an fieri poſſit de his, quæ tenemur jure neceſſitatis. tit. 34. pag. 554. num. 9.

Votum ſolemne dirimit ſolum matrimonium ratum non conſummatum. tit. 32. pag. 549. n. 4.

Vota Pontifici reſervata qualia ſint. tit. 34. pag. 559. num. 11.

Votum Pontifici reſervatum non poterit Epiſcopus commutare. tit. 34. p. 559. n. 9

Votum perſonale in ſe continet tacitam conditionem *cùm potuero*: Et quid in reali. titul. 34. p. 567. n. 5.

Propoſitum voti non obligat, nec votum dicitur. t. 34. pag. 563. n. 2.

Votum quid ſit? t. 34. p. 563. n. 2

Votum deſiderat animum ſe obligandi interiorem cordis, vel exteriorem oris. ibid.

Votum eſt ad inſtar pollicitationis. ibid.

Votum, ut valeat, tria in ſe continere debet, ſcilicet, deliberationem, propoſitum, & promiſſionem. ibid.

Votum in evidenter melius propria authoritate poteſt commutari, ſecus, ſi dubium eſt; nam tunc cauſa, & Epiſcopi authoritas deſideratur. titul. 34. pag. 557. n. 3.

Votum ex juſta cauſa, & Superioris authoritate interveniente, in eleemoſynam, vel aliud æquivalens poteſt commutari. tit. 34. p. 556. n. 1

Votum à pueris factum an patrum, vel tutorum authoritate irritari poſſit? t. 34. p. 562. num. 4.

Votum ſecundum mentem promittentis factum, eſt adimplendum. tit. 39. p. 621. n. 2.

Vota ſemper gratuita eſſe debent. tit. 39. pag. 621. num. 2.

Votum ab omni populo factum obligat ſucceſſores. t. 39. pag. 621. n. 2

Votum incertum, ſeu de re incerta, nullum propter incertitudinem redditur. titul. 39. pagin. 621. num. 3

Voti obligatio an provenat de jure Divino *Lucæ c.* 9. tit. 34. pag. 560. n. 13

Votum reale, & perſonale, in quo differant. t. 34. p. 562. num. 3.

Votum, eſt promiſſio Deo facta propter bonum finem, ex deliberatione firmata. tit. 39. p. 623. n. 7

Votum de ingrediendo Religionem, melius & perfectius omnibus eſt. tit. 23. p. 173. num. 3.

Votum Religionis liberat quemcunque à quibuſcunque votis. tit. 34. p. 557. num. 4

Votum metu ab extrinseco factum non tenet: secus verò si ab intrinseco fiat. tit.19.p.124.num.3.
Votum pia causa dicitur. tit.39.p.622.n.4.
Votum strictè est interpretandum, ita ut quantum fieri possit minus obliget. tit.39.p.622.num.5.
Votum cum deliberata voluntate procedit. titul. 34. p. 561. num. 2.

Vox.

Vivæ voci potius, quàm mortuæ credendum est, cum probatio quæ fit per testes à jure divino inventa sit; quæ verò per instrumenta tantum ad futuram rei memoriam à jure positivo sit introducta. tit. 22.pag. 159. num. 2.

Usucapio.

Usucapio à testatore cœpta in hæreditate jacente continuatur. tit.26.p.220.n.10.
Usucapio nihil aliud est quàm *captio*, seu *adquisitio per usum*, id est, per possessionem continuatam.tit.26. p. 220. num. 2

Usura.

Usuræ ex usuris non debentur. tit.27. p.230.num.14.
Usuræ frequenter à laicis exercentur.tit. 24.pag.172. num. 4
Usuræ omni jure naturali, divino, canonico, & civili sunt prohibitæ. titul.24.p.172.num.2
Usuras si debitòr promiserit ad illarum solutionem, cogi non debet, nisi juraverit: & si solverit, repetere poterit. tit. 24.pag.176.num.1.
Usuræ à jure Civili permittuntur.tit. 24.pag.176. n. 3.
Usuræ variis modis jure nostro prohibentur. titul. 24. pag. 177. n. 13.

Usurarius.

Usurarius, si emit rem eo pacto, quod post tempus restituat eam venditori, recipiendo aliquid ultra sortem fructibus in ea computatis, judicatur contractus fœneratitius. tit.21.p.431.n.1.
Sufficit quod Clericus sit usurarius, vel arma portet, ut excommunicari possit. t.1.p.280.n.14.

Usufructuarius.

Usufructuarius cavet quod fruetur rebus immobilibus salva rerum substantia, & pecuniam, & æstimationem mobilium quæ consumantur usu, finito usufructu restituet. t.21.p.438.n.1

Ususfructus.

Ususfructus est jus utendi & fruendi, salva rerum substantia. t.48.p.676.n.2.
Ususfructus an in pecunia, & rebus mobilibus usu consumptibilibus dari possit. tit.21.p.440.n.10.
Ususfructus, usus, & habitatio personæ cohærent morte finiuntur & ad proprietatem redeunt. titul. 8. p. 338.n.3
Ususfructus multis modis finitur, & revertitur ad proprietatem. titul. 21.pag.438.num.2

Uxor.

Uxore in sæculo remanente an maritus possit ad religionem transire. t.32.pag.543.n.4
Uxor subintroducta quæ dicatur. tit. 2. pag. 294.n. 8
Uxor, filii, & similes propter ipsam juris necessitatem communicare cum excommunicato poterunt absque ullo peccati periculo. titul. 25. p. 197. n. 6.
Uxor Primipili ob maleficium viri obligatur. titul. 21. p. 435. n. 19.
Duo sicut non possunt habere unam uxorem carnalem, ita neque spiritualem. tit.24.p. 465. n. 2
Uxor an adquirat fructus ex re sibi à marito donata. tit. 13. p. 88. n. 14
Uxoricidium quando impediat, vel dirimat matrimonium. tit.33.p.552.n.2
Uxorem quis habere non potest illam, quæ mariti necem machinavit; secus si machinatio non intercessit. titul.33.p.551.n.1
Uxor marito, & maritus uxori, quomodo invicem sibi succedant. tit.27.p.506.n.2
Uxori si ex mariti bonis potest consuli rem propter nuptias sibi donatam eaque consentiente venditam non poterit postea repetere ab emptore triginta annis possidente maximè si pretium in communes usus versum fuit. t.17.p.401.n.1
Uxor maritum durante legatione conveniri potest pro dote. t.2.p.44.n.9.

FINIS.